Universidad de Deusto
Biblioteca

Cartusiani, Vita Christi

Universidad de Deusto
Biblioteca
23-1

Universidad de Deusto
Biblioteca

232.9

VITA CHRISTI DOMINI SALVATORIS NOSTRI

A R. P. LVDOLPHO SAXONE CARTVSIANO

ante CCL. annos ex Sacris Euangelijs, veterumq; Patrum sententijs contexta, atque ita disposita,

nihil vt eorum, quæ tum ad Historiæ, tum ad Homiliarum totius anni rationem spectant, deesse quidquam possit.

Opus ut vere pium, ac eruditum, ita singulis Christianæ pietatis alumnis plurimum & solatij, & utilitatis allaturum.

A Io. DADRAEO, Parisiensis Scholæ Doctore Theologo, multis notationibus illustratum,

Postrema hac VENETA *editione innumeris mendis purgatum, pulcherrimisq; Figuris exornatum.*

INDICES ACCESSERE NECESSARII.

VENETIIS, M D LXXXI.
Apud Guerræos Fratres, & Franciscum Zilettum.

15273

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRAESTANTISSIMO VIRO

ANTONIO MILLEDONIO

ILLVSTR. X. VIRVM CONSILII

A SECRETIS.

SI QVIS, ANTONI MILLEDONI, quid in vita maxime excellat, animo contempletur, næ ille, certam viuendi rationem nactus, vera beatitudine fruetur. nam, cum nos ad id nati simus, ut omnibus prodesse debeamus, cur non nobis metipsis prosumus? at, quid magis nobis prodesse potest, quam nostrimet cognitio? quid uero ad hanc cognitionem magis conducit, quam, quid præest, nosse? Hæc est, natura, insita in omnibus cupiditas. Quæ cum laudabilis sit in omnibus, in nobis, qui vero lumine splẽdescimus, laudabilior certe apparet. Et hoc vno nomine Deo Opt. Max. immensum nos debere quis non uidet? qui, in tantis huius mundi tenebris, ueram nos lucem agnoscere uoluerit, uerum ipsum Religionis nostræ fundamentum, solidamq. basim, in eo esse, tot signis perspicue ostenderit. Quo fit, ut ii nobis videantur tota via aberrare, aberrentq. profecto, qui, cum suam ipsorum salutem quærant, ipsum tamen veræ salutis iter ignorent prorsus. Ac, a quo hoc petendum sit, cum omnes uideant, omnes fateantur, non omnes tamen id vita, factisq. exprimunt. fit id nempe naturæ quodam ductu non admodũ bono, ut leuiter dicam. quis autem id sciat, qui tempus inutiliter, uel otiose stando, vel nihil agendo, uel praue uitam ducendo, consumat? O miserã hominum condicionem. Bonum agnoscimus, fatemur, nec tamẽ sequimur. quid hoc mali est? Malum est omni malo peius. Veram igitur uiam, aliquando, tandem, post tot errores, relicta lubrica, & fallaci, immo ad perniciem certa, sequamur. Hæc nobis præcipua sit: hęc prima. Vtinam, Vtinam, MILLEDONI præstantissime, quanto hoc magis rebus ombus præstat, tantam curam uideremus in eo homines impendere melius certe nobiscum ageretur. Verum, in tanta rerum omniũ colluuione, non tamen desperandum est: sed totis viribus enitendum, ut, quanto magis possumus, veterem illum, & pristinum ardorem restituamus. At, quo pacto id melius fieri possit, quam imitatione, non apparet. Nos igitur, qui, quantum in nobis est, hoc maxime conamur, vt, homines a praua lectio

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne abducendo, ad salutarem uiam ducamus, recte facimus, qui CHRISTVM ad imitandum proponimus. Landulphus Carthusiensis, doctus uir, sanctus uir, & is tandem uir, quo uiro Religio nostra tota gaudet, CHRISTI uitã ornatissime scripsit. Fecit ipse, quod potuit. Et uero egregie id præstitit. at, qui hucusque eum librum typis mandarunt, inornatè eum emisere, ut lectores ab eius lectione, ob menda, quæ plurima in eo irrepserãt, remorarẽtur. Nos & menda sustulimus, & figuris librum exornauimus, ut appareret & nostra in eũ uoluntas, & VENETORVM nomen illustrius. Qui, cum Typographiam fere primi habuerint, aut primas in ea retulerint, primi certe exornarint, dolendum est, hoc tempore tam esse sui dissimiles. Nolumus in hoc pluribus uti. Illud certe affirmamus, non tam id nobis molestum esse, quam iucundum illud, factum esse Aldi Mannuccij inualetudine, quem nos uirum, ut ob eius & doctrinam, & humanitatem, & mores, plurimum amamus, ita etiam nobis inuisendũ sæpe ducimus, factum inquã esse eius inualetudine, ut ipsum adiremus. Cum quo multos sermones cum haberemus, præcipuus fuit de Landulpho a nobis exornato. Lætatus ille, nos in uetere nostro instituto manere: &, ut mos illius est, ad maxima quæque hortari, operam suam polliceri, alienã quoque. nam (uide, quanti ipse Te faciat, quanti Te æstimet, amplissime MILLEDONI) facile putauit fore, ut Tu nos in clientelam tuã reciperes, auctoritate foueres, cõsilio iuuares. Quæ in Te maxima sunt; qui Venetæ Reip. omnium sæculorum memoria longe præstantissimæ, tam carus, acceptusq. sis, ut summam ex eo auctoritatem recte consulẽdo, agendoq. semper sis consecutus; isq. tamen sis, qui hæc omnia asperneris, ueram gloriam, uerum ornamentum in bene de hominibus merẽdo positum ducas; quod ex eo proficiscitur, nõ maxime spectes. Sed hæc, Tuis auribus (ut omnes norũt) molesta omittamus Suasor. Mannuccius nobis fuit, ut hũc librum sub Tuis auspicijs emitteremus. Tuo nos nomine audito, nihil nobis prius esse faciendum duximus, quã ut, nostræmet uoluntati, quæ iam diu id maxime optabat, morem gerentes, ipsi Mannuccio, Tui obseruãtissimo, inseruiremus. Hoc igitur nostrum testimonium, ab hilari mente profectum, hilariter excipe: & certo credas, nos id semper maxime in nostro munere conaturos, ut homines intelligant, nihil a nobis unquam prætermitti, quod ad nostrã præclaram volũtatem (absit verbo inuidia) significandam faciat. exemplo maxime Tuo commoti, qui tot labores pro publico bono & subieris antea, & uero nunc, ista ætate, ista etiam ualetudine, quotidie subeas; nil aliud spectãs, nisi ut Tuo muneri satisfacias, & exemplum sis omnibus ad bene, præclareq. agendum. Venetijs. kal. Mai. M. D. XXCI.

Tibi addictissimi, Tuisq. maximis uirtutibus, & singularis animi dotibus deuinctissimi,

Guerræi Fratres.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI,

DOMINO PETRO DEVILLARS,

PRAESTANTISSIMO PARISIENSI THEOLOGO,

Mirapicensis Ecclesiæ Antistiti vigilantissimo, Ioannes Dadræus perpetuam exoptat fœlicitatem.

MIRARI SATIS NON POSSVM, (Præsul amplissime) insignem hæreticorum impudentiam, qui quasi diuinitus translatam habeant, de rebus omnibus iudicandi potestatem, tantum sibi sumunt, tantumq. arrogant, ut nisi quod ipsi senserint uel fecerint, nihil uerum ac honestum putent. Quo nomine dum sibi suisq. placere student maxime, nihil est interim tam sanctum, tamq. integrum, quod eorum non uiolet atque peruertat audacia. Atque illud quidem ita se habere, tum ex singulis nostræ Religionis capitibus, luce clarius demonstrari potest, tum uerò maximè ex eo quod asserunt, monachos atq. adeò uniuersum monachorum ordinem, tanquam prodigiosa quædam monstra de naturæ humanæ finibus exterminari oportere. Atque utinam hoc loco suæ temeritati finem statuissent, in uiuos duntaxat contenti ferre sententiam. Eò enim blasphemiæ seu uerius insaniæ processerunt in exorabilis illi Radamanthi, ut beatos Benedictum, Franciscum, Dominicum, innumeros deniq; eiusdem instituti duces & principes, quos propter uitæ sanctitatem uniuersa colit ecclesia, tanquam fures, parricidas, patriæ pestes, sempiternis pœnis addixerint. Quo errore an ullus sceleratior excogitari potuerit, uiderint alij, ego certè non uideo. Nam ut ingenuè fatear eos immane, & nullis nec ignibus, nec aquarum molibus expiãdum facinus commisisse, qui de Trinitate, Dei potentia, prouidentia, aliisq. quamplurimis catholicæ fidei mysteriis, peruersissimas opiniones confinxerunt: maxima tamen erroris pars humano intellectui, qui in rebus non solum naturæ abstrusis, uerumetiam supra naturam positis, noctua quauis cæcior est, ascribi forsan potest. At uerò qui eo sunt ingenio, ut quos præclara merita in excelsis beatorum sedibus collocarunt, quorumq. innocentiam & pietatem homines suspiciunt uniuersi, miserrimos tamen iudicent, quodnam, quæso, excusationis uelum obtendere possunt, dum extincto naturæ lumine, honestum turpe ducunt, bonum malo postponunt, uitium denique uirtuti præferunt? Mihi uerò cogitanti undenã illorum mentibus irrepserit tanta blasphemia, aliud quid dicam nihil occurrit, nisi à dæmone confictũ dolum. Nouit scilicet humanæ fœlicitatis callidissimus insidiator, sicut ad retinendam in animis hominum ueram pietatem, nihil esse potius optimorum uirorum exemplis, ita ad ineficiendos, atque à uero cultu auocandos, nullam sibi uiam subesse tutiorem, quàm si perditissimos quosque suis proponat, in quorum uitas tanquam in speculum inspiciant, atque ex his sibi omnis erroris atque turpitudinis exẽplum sumant. Hac fraude quondam delusos gentiles, persinuosos & inextricabiles errorum anfractus traxit præcipites, dum Iouem, Mercurium, Martem, Venerem, cæteraq. uitiorum fœda mancipia, & ut Deos iussit honorandos, & ut duces præcepit imitandos. Nec dissimili sanè modo hæreticos dementauit ueterator ille subdolus, dum illos uerbis, sicut gentes manibus, idola fabricare docet, dumq. apostatas suos, atque omnem hæresi archarum colluuiem, uiris Apostolicis persuadet esse meliores: illos demum sequendos, hos tanquam lupos fugiendos: illos magnificè efferendos, hos tanquam stultos negligendos: illos in superiore cœli parte collocandos, hos uerò tãquam perditos in ultimas inferorum partes reiicien dos. O errorem portentosum, atque in terras ultimas deportandum. Quicunque monasticen professi sunt, æternis ignibus deputantur. Infelix igitur Ioannes Baptista monachorum parens; quantumuis ab utero sanctus, quamlibet Deo charus & amicus, qui iam inde à puero relicta parentum domo, continentem, austeram, & suprà quàm credi potest rigidam, in solitudine uitam egit. Infælix Paulus, cuius tunicam pluris facit Hieronymus, quàm Regum purpuras aut diademata, quippe qui à decimoquinto ad centesimum decimumtertium ætatis annum, in spelunca latitans, exiguo panis frustulo quotidie pastus ab Angelo, idem uitæ institutum secutus est. Infælix Antonius, miraculis clarus, dæmonum terror;

Hic unus fuit ex Vuiclefiet roribus.

Tertullianus aduersus Praxeã hæretici verbis, sicut nationes manibus, idola fabricantur.

Hieronym. Tuita Pauli Eremitæ Athana. in uita D. Antonij.

ror, & qui ipse nobili loco natus, relictis urbibus, cõtemptis opibus, spretis huius mundi uoluptatibus uni uersis, quò se totum diuinis manciparet obsequijs, uastam eremi solitudinem colere cœpit, atque innumerabiles, idem ut facerent, incitauit. Infœlix, imò longè infœlicior. Serapion, qui decem millibus monachorum præfectus, totã penè Aegyptum olim idololatriæ parentem, impietatis magistram, dæmonũ receptaculum, sua suorumq; sancta consuetudine, religionis, pietatis, Angelorum denique fecit domicilium. Atq;, ut relicta Aegypto nostros appellem, infœlices Hieronymus, Benedictus, Martinus, Bruno, Bernardus, Franciscus, Dominicus, alij denique prope infiniti, quos hic percensere epistolaris angustia non patitur, qui quasi ex turbulentissima quadam tempestate, sic ex hac uita seditiosa atque tumultuosa, sese in placidum quietumq; uitæ genus, tanquam in portum tranquillissimum atque tutissimum receperunt. Soli hæretici cum suis asseclis, (si superis placet) fœlices erunt, quia monasticum institutum cane peius & angue auersantur, exhorrescunt, & quã maximè possunt, linguæ procacitate infectantur. Sed bene habet quòd nemo bene compositæ mentis illis inuidiat, ut sibi constare possit integra sua fœlicitas. Quis enim erit usqueadeò barbarus, & ab omni non modo honestate, sed honestatis simulatione alienus, qui non cum illis planè miser, quàm cum his beatissimus esse malit? Quæ nam cõuentio Christi ad Belial, lucis ad tenebras, sanctorum ad hæreticos? Illi enim disciplinæ exactores rigidissimi, pietatem in animo, maiestatem in uerbis, grauitatem in uultu, modestiam in cultu semper & ubique præferunt: Horum uerò conuersatio, ait Tertulianus, quàm futilis, quàm terrena, quàm humana, sine gratuitate, sine authoritate, sine disciplina. Rationem disciplinæ non tenent, cuius apud nos lenocinium putant. Illi humilitatem uerbo & opere profitentur: hos uerò quasi aduersus humilitatem dimicaturos superbia armatos inuenies: adeò uerum est quod de illis Tertulianus, Omnes hæretici tument. Illi diuitias, honores & cætera fortunæ ludibria, quæ uulgus hominum demirari solet, constanti animo despiciunt: hi uerò opes & honores mirum in modũ suspiciunt, illisq; cumulandis aperto ore semper inhiãt. Quis enim ignorat, Valentinum, Nouatum, Arium, Aerium, ob denegatum sibi episcopatũ hæreses suas confinxisse? illi uirginitatem & continentiam mente colunt, & corpore tuentur, pro quibus retinendis, nullas uigilias, nulla ieiunia, nullum sibi laborem detractandum putant: hi uirginitatis & continentiæ fractis repagulis, in omnem libidinẽ ruunt præcipites, dum castitatem seruari non posse contestantur, dumq; monachis æque ac presbyteris uxores imperãt, quas nisi duxerint, diem dicunt uiolatæ legis illius, Crescite & multiplicamini. Illi denique Præpositis suis dicto audientes, ab eorum præscriptis uel latum unguem recedere nefas esse existimant: hi uerò Magistratui detrahunt, Præpositos superbo tumore contemnunt: ut uerum sit quod olim dixit Cyprianus, non aliunde natas esse hæreses quàm quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in ecclesia ad tempus sacerdos uice Christi cogitatur. Atque hæc qui secum diligenti animo reputauerit, uerissimum esse mecum fatebitur, quod de illis quondam præscripsit Tertulianus, Nusquam facilius profici, quàm in castris infidelium, ubi ipsum esse illic, pro mereri est. Nam licèt pereant, profundant, perdant, pereant, nihil tamen ad se attinere arbitrantur, dummodo Christi fidem abnegent. Beatus Athanasius catholicæ fidei fortissimus propugnator, atque Arianæ perfidiæ acerrimus oppugnator, inter alia signa dignoscendæ hæreseos, hoc unum suo tempore familiare fuisse narrat: Si quis ex catholicis, ad Arianos confugeret, quantumuis perditus, probum tamen haberi solitum. Quod si forte eorum quempiam in episcopum allegerent, non illi occinere solitos illud Pauli, oportet episcopum esse irreprehensibilem; sed istud duntaxat, Aduersus Christum sentias, & de moribus nihil esto sollicitus. Age verò, euoluant illi suorum catalogum, uniuersas replicent historias, quantumcunque desudent, ne unum quidem proferent, qui cum eorum quos supra nomina ui etiam minimo, de sanctitate certare possit. Ego autem singulari Dei prouidentia factum esse non dubitem, quod quemadmodum in ecclesia nunquã defuerunt uiri sanctitate insignes, sic apud hæreticos nemo adhuc uitæ synceritate clarus inuentus sit. Eam obrem Christus Dominus quo nobis explorata fieret illorum uersuta malitia, à fructibus, inquit, cognoscetis eos. Quamuis enim ad tẽpus Curios simulent, & uirtutis speciem aliquam præ se ferant: quia tamen, ut ait Seneca, nemo potest personam diu ferre fictã, rursus eosdẽ ad ingeniũ redire, & quam sibi falsò probitatis personam tribuerant: sensim exuere, certissima experientia deprehendes. Atque ex eo fidem nostram maximè confirmari decet Chrysostomus, quod in tota hæreticorum serie, qualis beatus ille Antonius, cuius antea memini, nullus repertus est. Eodem quoque studio insanam Manichæorum sectam exagitat Augustinus, dum illos ad Anachoretarum et cœnobitarum sui temporis mores integerrimos prouocat, ut apud quos uitæ sanctior, doctrina ẽt purior iudicetur. Quæ cũ ita sint, quis nisi humanitatis prorsus expers, tam pestiferam opinionem non execretur & monasticum uitæ genus, modis omnibus commendandum, non censeat? Sed intelligo quid adhuc allatrent canes isti, monachos scilicet Reipublicæ inutiles esse & otiosos. Equidem præclarè Tertulianus, Auferat ab hæreticis quæcunque Ethnici sapiunt, & stare non poterunt. Hæc enim quondam fuit Gentilium de Christianis uetus querela, quod essent steriles & infructuosi, atq; ex his ad Rempublicã nulla perueniret utilitas. Sed audiãt quid pro Christianis responderit

Niceph. lib. 11. ca. 34.

Tertul. de præscript. aduersus hæreticos. Ibidem.

Genes. 1.

Cyprian. li. 1. epist. 3. & lib. 3. epist. 6.

Tertul. de præscript. Aduersus hæreticos.

Athanas. epist. ad solitariã uitã agẽtes.

Matth. 7.

Seneca li. de clemẽtia.

Chrysost. hom. 8. in Matth.

August. li. 1. de moribus ecclesiæ ca. 31.

Tertul. li. de resurrectione carnis.

derit idem Tertulianus, ut eodem plane pacto sibi satisfactum existiment: Nam si qui de sterilitate Christianorum conqueri possunt, inquit, erunt lenones, aquarioli, venenarij, magi, aruspices, mathematici. His verò infructuosos esse magnus fructus est. Obseruant diligenter duo illa Ecclesiæ lumina Athanasius & Basilius, his qui recens monasticen aggressi sunt, dæmonem insusurrare solere, quòd sibi tantum prosint, quòd longè melius de se suisq;, atque adeò de uniuersa Repub. mererentur, si abiecta cucculla, ad politicum uitæ institutũ redirent, ut his tandem dolis ab incepto cursu eosdem reuocet. Quòd si nihil aliud commoditatis afferret solitudo, præterquàm quòd animum curis infinitis, quibus in medijs turbæ fluctibus ualde agitatur, exonerat, sua tamen laude, suoq; honore non careret. Quid enim aliud est à turba ad quietem, quàm à morte ad uitam transferri? Vetus narrat historia, Similem quẽdam, cum relicta quam diu exercuerat præfectura, in otium sese recepisset, morientem suo epitaphio inscribi uoluisse, Hic iacet Similis, cuius ætas multorum quidem annorum fuit, septem tamen duntaxat uixit annis: hoc solum temporis uexisse reputans, quod in otio transegerat. Quantum uerò utilitatis nobis afferant suis precibus, testis erit Augustinus, qui Manichæis olim ignauum otium obiicientibus Anachoretis, hunc in modum respondet: Videntur nonnullis res humanas plusquàm oporteret deseruisse, non intelligentibus quantum eorum animus in orationibus prosit. Neque verò diffiteri possum, si nostra Gallicana Respublica, ex tantis quibus hactenus fracta & debilitata fuit iniuriis, tantillum respirare videatur, nostrorum Anachoretarum precibus acceptum ferendum. Quos nisi Deus Opt. Max. in tanta præsertim morum peruersitate nobis reliquisset, uerendum foret maximè, ne quasi Sodoma iampridem facti essemus. Ac mihi quidem singula Monastices commoda percensere nõ est propositum, quæ sanè tanta sunt, quanta neque cuiusquam oratio, nec quæ omni oratione celerior est cogitatio, consequi possit. Tantùm hoc dicam quod ex monasterijs tanquam ex fortilissimo & optimo quodam solo, innumerabiles prodiere uiri, sanctitate non tantùm, sed etiam doctrina percelebres, qui ne uiderentur otiosi, suis doctissimis lucubrationibus, Christianam Rempublicam mirabilem in modum, iuuerint, auxerint, amplificarint. Inter quos non postremas tenere arbitror, Ludolphum nostrũ, Anachoretam alterum, cuius sanctitas uel ex eo maximè deprehẽdi potest, quòd cùm ad triginta annos in Prædicatorum familia castè integreq; uersatus esset, seuerioris disciplinæ causa, ad Carthusianorum instituta conuolauit. Quàm fœliciter autem literas sacras didicerit, quàm ad unguẽ ueterum sensa calluerit, præter alia egregia ingenij monumenta, hæc Christi uita abundè fidem factura est. De quasi meum iudicium interponere liceat, ausim affirmare, dignum esse librum qui propter infinitos, quibus refertus est, ad pietatem stimulos, nostris de manibus nunquam deponatur. Quid enim Christianis mentibus esse potest uel dictu facilius, uel auditu delectabilius, uel gustu suauius, uel aspectu iucundius, Christi Seruatoris nostri uita sanctissima? Quid verò uel ad fidem instituendam, uel ad mores componendos utilius excogitari potest? Hinc tibi tanquam ex locupletissimo quodam penu abundè suppetit, quicquid expetere potest humana necessitas. Aduersa ualetudine teneris? Habes hic sapientissimum medicum, qui præsentissimum tibi remedium conferet, qui te denique nullis sumptibus morbo liberabit atque recreabit. Mœrore conficeris? En tibi consolator optimus, cuius saluberrimis præceptis, atq; consilijs si parueris, ingentem animo uoluptatem concipies. Est tibi molesta sitis? Præsto tibi adest fons limpidissimus, qui uel uno haustu conceptam uisceribus sitim sedet, ardoremq; restinguat. Est quod esurias? Habes panem suauissimum, qui tibi nullo negotio famem expulerit. In tenebris iaces? Hic inuenies lucem omni sole clariorem, quæ mentis abscõditissimos recessus penetret, ab eaq; quãtumuis densam seu peccati seu ignorantiæ caliginem nulla mora interposita depellat. Mortem times? Christus uita est. Ad cœlum tibi uiam parari desideras? Ecce tibi uia erit Christus, quo duce nunquã aberraueris. Denique quicquid præclarum & laudabile, clarissimorum uirorum historiæ sparsim suppeditant, hic tanquam in uberrimo uirtutum omnium fonte cumulatissime & copiosissime subiectũ vides. Est porrò Ludolphi stylus simplex, ab omni fuco & uerborum inani uolubilitate penitus abhorrens, qualem uterum permultis, quibus de moribus excolendis, quàm de sermone poliendo maior semper cura fuit, contigisse uidemus. Verum enim est à Græcis usurpatum prouerbium. Qualis uita est, talem esse solere hominibus orationem. Verum & illud quod ait Seneca, Cuiuscunque uideris orationem sollicitam, scias animum quoque non minus esse pusillis occupatum. Vnde magis miranda est eorum stultitia, qui uerborum potius quàm rerum uenatores, si quando inciderint in autorem quamlibet doctum & pium, in quo quidpiam minus elegans, aut Ciceronianam dictionem parum redolens, aduerterint, eundem ueluti male meritum exhibilent, ac explodant. Ab his cerè sicut à iuuenibus barba & coma nitidis, nihil sanctum, nihil graue, nihil denique solidum sperare oportet. Quorum quidem conditionem deflere uidetur Augustinus dicens, Vide Domine & ut patienter vides, uide quomodo diligenter obseruent filij hominum pacta literarum & syllabarum accepta à prioribus locutoribus, & à te accepta æterna pacta perpetuæ salutis negligant, ut qui sonorum uetera placita teneat aut doceat, si contra disciplinam grammaticam, sine aspiratione primæ syllabæ, hominem dixerit, magis displiceat

Idẽ i apologet. ca. 42. & 43. Athanas. in uita Antonii.

Dion cassius in Adriano.

August. locosupra citato.

Seneca epist. 114. & 115.

August. 1. cõfess. ca. 18. & 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

displiceat hominibus, quàm si contra tua præcepta hominem oderit, cum sit homo. Neque verò hæc à me dicta sint, quasi reprehendam in scriptoribus sacris sermonis elegantiam & eloquentiam, quam eorum plurimi ad miraculum calluerunt, sed eo consilio, ut quemadmodum in Philosopho Tullius, ita nos in illis, si eloquentia sit, non uituperemus, si non adsit, non desideremus. Hoc autem opus, cum meæ quantulacunque accessione, si quis (Præsul amplissime) cur tui nominis auspicio consecratum uoluerim, forsan interroget, illud à me responsum ferat, tanta hactenus exstitisse tua in me beneficia, quanta in quemuis alterum maxima esse potuerint. Ex quo enim tuam primum mihi conciliaui necessitudinem, sicut in omnes bonarum artium studiosos egregio semper es animo, sic mihi nunquam uel in aduersis solatio, uel in incertis consilio, uel in necessarijs auxilio defuisse uisus es. His accedit quod mihi de me male mereri uiderer, si autorem ualde pium & eruditum Theologum, alteri quàm tibi pietatis amantissimo, Theologo eruditissimo, Episcopo denique integerrimo & uigilantissimo deuouissem. Vt enim illos planè infælices, suisq; maximè perniciosos arbitror episcopos, qui ad tantas quas ecclesia undique patitur iniurias, uel obmutescunt, uel profundissime dormiunt: Sic mihi nulla non laude, nullo non officij genere prosequendi uidentur, qui omnibus animi & corporis neruis intentis dant operam, quo sibi commissum gregem ab omni aduersariorum inuidia atque iniuria uindicent, uita exemplo dirigant, doctrina denique cibo pascant ac nutriant. In quo perficiendo dum totus es, Deum Omnipotentem precor, det tibi ad ea quæ tui muneris sunt abeunda fortem & constantem animum. Lutetiæ, è tuo Sagiensi Gymnasio, ad 6. Calend. Nouemb. anno Do. 1579.

Ad Lectorem.

Herculei merito censebimus esse laboris,
Ad fontes fluuios quosque referre suos.
Et quibus Oceanus rapidis exæstuat undis,
Scrutari, uel quos efficit unde lacus.
Haud minus exhausit Dadræus, crede, laboris,
Dum tibi peruigili prodidit ipse manu.
Quos opere in tanto Patres Ludolphus abundè
Congerit, & queis sunt quæque notata locis.
Ad sacros digitum fontes intendit ubique,
Quos facili, poteris, Lector, adire pede.

ROBERTVS LABBEY.

TABVLA DOMINICARVM, ET FESTORVM TOTIVS ANNI.

DOMINICA PRIMA. ADVENTVS DOMINI.

CVM appropinquaret Iesus Hierusalem, misit duos de discipulis suis. 2. parte, cap. 16 pag. 480. 2

Dominica secunda.

Erunt signa in sole, & luna, & stellis. 2. parte, cap. 42. pag. 534. 1

Dominica tertia.

Cum audisset Ioannes in uinculis &c. Mat. 11. parte. 1. cap. 56. 242. 1

Feria iiij. quatuor temporum.

Missus est angelus Gabriel à Deo. Luc. 1. par. 1. c. 5. 20. 2

Feria sexta.

Exurgens Maria, abiit in montana. Luc. 1. parte prima, cap. 6. 30. 1

Sabbato.

Anno quintodecimo Tiberij Cæsaris. Lucæ. 3. parte. 1. cap. 17. 83. 1

Dominica quarta.

Miserunt Iudæi ab Hierosolymis &c. Ioan. 1. parte. 1. cap. 19. 92. 2

In uigi. nati. Christi.

Cùm esset desponsata mater Iesu &c. Matth. 1. parte. 1. cap. 8. 37. 1

In missa. I. nati. Christi.

Exiit edictum à Cæsare Augusto, &c. Luc. 2. parte prima, cap. 9. 40. 1

In aurora.

Pastores loquebantur ad inuicem. Lucæ. 2. parte. 1. cap. 9. 44. 2

In summa missa eiusdem diei.

In principio erat uerbum, &c. Ioan. 1. parte. 1. cap. 18. 89. 1

Dominica infra oct. nat. Domini.

Erant Ioseph & Maria mater Iesu &c. Luc. 2. parte, 1. ca. 12. 57. 2

In die circumcisionis Domini.

Postquã consummati sunt dies octo &c. Luc. 2. parte. 1. cap. 10. 48. 1

In uigilia epiphaniæ.

Defuncto Herode, angelus Domini apparuit &c. Mat. 2. parte. 1. c. 14. 71. 1

In die festo epiphaniæ.

Cùm natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ. Mat. 2. parte. 1. ca. 11. 52. 1

Dominica infra oct. epipha.

Cùm Iesus factus esset annorum. xij. &c. Luc. 2. parte 1. cap. 15. 73. 2

Feria. iiij. octa. epi.

Vidit Ioannes Iesum uenientem ad se. Ioan. 1. parte 1. cap. 23. 117. 2

In octa. epiphaniæ.

Venit Iesus à Galilæa in Iordanem &c. Mar. 1. parte 1. cap. 21. 103. 1

Dominica I. post octa. epi.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. Ioan. 2. parte 1. ca. 25. 123. 2

Dominica secunda.

Cùm descendisset Iesus de monte, &c. Mat. 8. parte 1. cap. 41. 191. 2

Dominica tertia.

Ascendente Iesu in nauiculam, &c. Matth. 8. parte 1. ca. 46. 207. 1

Dominica iiij. Dominica. v.

Simile est regnum cœlorum homini qui seminat. &c. Matth. 13. parte 1. cap. 64. 275. 2

Confiteor tibi pater Domine cœli &c. Mat. 11. parte 1. cap. 58. 250. 2.

Dominica in lxx. Dominica in lx.

Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias. Mat. 20. parte 2. c. 14. 438. 2

Exiit qui seminat seminare semen suum. Luc. 8. parte 1. cap. 64. 275. 2

Dominica in quinquagesima.

Assumpsit Iesus xij. discipulos, &c. Lucę. 18. parte 2. ca. 21. 463. 1

Feria iiij. cinerum.

Cùm ieiunatis, nolite fieri sicut &c. Mat. 6. parte 1. cap. 36. 167. 1

Feria. v. Feria. vj.

Cùm introisset Iesus Capharnaum &c. Mat. 8. parte. 1. cap. 42. 195. 1

Audistis quia dictum est antiquis, Diliges proximum, &c. Mat. 5. & 6. parte 1. cap. 35. 160. 1. 26. 165. 1

Sabbato.

Cùm sero esset, erat nauis in medio &c. Marc. 6. parte 1. cap. 69. 302. 1

Dominica, Inuocauit.

Ductus est Iesus in desertum à spiritu. Matth. 4. parte. 1. cap. 12. 109. 1

Feria. ij. Feria. iij.

Cùm uenerit filius hominis in maiestate sua. Matth. 25. parte 2. cap. 50. 556. 1.

Cùm intrasset Iesus Hierosolymam, &c. Mat. 21. par. 2. cap. 27. 484. 1

Feria. iiij. Feria. v.

Accesserunt ad Iesum scribæ dicentes, &c. Mat. 21. parte 1. ca. 74. 322. 1

Dicebat Iesus ad eos, qui crediderunt &c. Ioan. 8. parte 1. ca. 84. 356. 2

Feria. vj. Sabbato.

Erat dies festus Iudæorum, & ascendit, &c. Ioan. 5. parte 1. ca. 78. 334. 1

Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem. Mat. 17. parte 2. cap. 3. 397. 1

Dominica Reminiscere.

Egressus Iesus secesit in partes Tyri, &c. Mat. 15. parte. 1. cap. 89. 376. 1

Feria. ij. Feria. iij.

Dixit Iesus turbis Iudæorum, &c. Ioan. 8. parte. 1. ca. 84 356. 2

Super cathedram Moysi sederunt scribæ, &c. Matth. 23. parte 2. ca. 38. 520. 1

Feria. iiij. Feria. v.

Ascendens Iesus Hierosolymam assumpsit &c. Mat. 20 parte. 2. ca. 21. 463. 1

Homo quidam erat dives, & induebatur, &c. Luc. 16. parte. 2. ca. 16. 446. 1.

Feria. vi. Sabbato.

Homo quidam erat paterfamilias, qui &c. Mat. 21. parte 2. cap. 33. 505. 2.

Homo quidam habuit duos filios, &c. Lucæ. 15. parte 2. cap. 7. 415. 1

Dominica, Oculi.

Erat Iesus eiiciens dœmoniorum, &c. Lucæ 11. parte 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap.73. 315.1
Feria.ij. Feria.iij.
Quanta audiuimus facta in Capharnaum. Luc. 4. parte 1. cap. 65. 285
Si peccauerit in te frater tuus, corripe &c. Ma. 18. parte 2. c. 8. 418.2
Feria iiij. Feria.v.
Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis scribæ. Mar. 15. parte 1. cap. 88. 375.1
Surgens Iesus de synagoga. Lucæ 4. parte 1. capite 43. 198.2
Feria.vi.
Venit Iesus in ciuitatẽ Samariæ Io. 4. par. 1. c. 62. 268.1
Sabbato.
Perrexit Iesus in montem Oliueti. Ioan. 8. parte 1. cap. 82. 353.2
Dominica, Lætare.
Abiit Iesus trans mare Galilææ. Io 6. parte 1. c. 67. 291.1
Feria ij. Feria iij.
Prope erat Pascha Iudæorum, Ioan. 2. part. 1. c. 26. 128.1
Iam die festo mediante, ascendit Iesus, &c. Ioan. 7. parte 1. cap. 82. 350.1
Feria.iiij. Feria.v.
Præteriens Iesus, uidit hominem cæcum, &c. Ioan. 9. parte 1. cap. 85. 361.1
Ibat Iesus in ciuitatem quæ uocatur Naym. Luc. 7. parte 1. cap. 44. 201.1
Feria.vi. Sabbato.
Erat quidam languens Lazarus, &c. Ioan. 11. parte 2. ca. 17. 451.2
Ego sum lux mundi, qui sequitur me, &c. Ioan. 8. parte 1. cap. 84. 356.2
Dominica. Iudica.
Dicebat Iesus turbis Iudæorum, &c. Ioan. 8. parte 1. cap. 84. 356.2
Feria.ij. Feria.iij.
Miserunt principes & Pharisæi ministros. Ioan. 7. parte 1. cap. 82. 350.1
Ambulat Iesus in Galilæam. Ibidem.
Feria.iiij. Feria.v.
Facta sunt encænia Hierosolymis. Ioan. 10. parte 1. cap. 87. 369.1
Rogabat Iesum quidam Pharisæus. Lucæ. 7. parte 1. cap. 60. 259.2
Feria.vi. Sabbato.
Collegerunt principes & pharisæi &c. Ioan. 11. parte 2. cap. 18. 456.1
Nisi manducaueritis carnem filii hominis. Ioan. 6. parte 1. cap. 70. 306.2
Dominica Palmarum.
Cùm appropinquasset Iesus Hierosolymis. Mat. 21. parte 2. cap. 26. 480.2
Feria.ij.
Ante sex dies Paschæ, uenit Iesus &c. Ioan. 12. parte 2. cap. 25. 475.2
Feria.iij. Passio secundùm Marcum.
Feria.iiij. Passio secundùm Lucam. Feria.v.
Ante diem festum Paschæ sciens Iesus &c. Ioan. 13. parte 2. cap. 54. 569.1
In parasceue.
Egressus Iesus trans torrentem Cedron Ioan. 18. & 19. parte 2. cap. 57. 581.1. usque ad caput 67.
In vigilia Paschæ.
Vespere aut sabbati. Mat. 28. parte 2. cap. 69. 681.1 & ca. 701. 687.1
In die sancto Paschæ.
Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi &c. Mar. 16. parte 2. cap. 71. 667.1
Feria.ij. Feria.iij.
Duo ex discipulis Iesus ibant ipso die, &c. Luc. 24. parte 2. cap. 70. 700.2
Stetit Iesus in medio discipulorum, Luc. 24. parte 2. cap. 77. 704.1
Feria.iiij. Feria.v.
Manifestauit se iterum Iesus ad mare &c. Ioan. 21. parte 2. cap. 79. 710.2
Maria stabat ad monumentum foris Ioan. 20. parte 2. ca. 72. 692.1
Feria.vi. Sabbato.
Vndecim discipuli abierunt in Galilæam. Mat. 28. parte 2. cap. 80. 716.2
Vna sabbati Maria Magdalena uenit, &c. Ioan. 20. parte 2. cap. 71. 687.1
In octaua Paschæ.
Cùm esset serò die illa una sabbatorum, Ioan. 20. parte 2. cap. 78. 708.1
Dominica ij. post Paschа.
Ego sum pastor bonus. Ioan. 10. parte 1. cap. 86. 367.2
Dominica.iij. Dominica.iiij.
Modicum & iam non uidebitis me, Ioan. 16. parte 2. cap. 57. 581.1
Vado ad eum qui me misit. Ibidem.
Dominica quinta.
Amen amen dico uobis, &c. Io. 16. parte 1. c. 24. 122.2
In lætania maiori.
Quis uestrum habebit amicum, &c. Lucæ 6. parte 1. cap. 39. 179.2
In vigilia Ascensionis.
Subleuatis Iesus oculis in cœlum, dixit. Ioan. 17. parte. 2. cap. 57. 535.1
In die Ascensionis.
Recumbentibus xj. discipulis apparuit, &c. Mar. 16. parte 2. cap. 82. 721.2
Dominica infra octauam Ascensionis.
Cùm uenerit paracletus quem ego, &c. Ioan. 15. parte 2. cap. 57. 681.2
In vigilia Pentecostes.
Si diligitis me, mandata mea, &c. Ioan. 14. parte. 2. cap. 57. 533.1
In die Pentecostes.
Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. &c. Ioan. 14. parte 2. cap. 57. 533.1
Dominica Trinitatis.
Erat homo ex pharisæis Nicodemus nomine. Ioan. 2. parte 1. cap. 26. 130.2
De festo corporis Christi.
Caro mea uere est cibus, &c. Ioan. 6. parte 1. cap 70. 306.2
Dominica prima post Trinitatem.
Homo quidam erat dives, &c. Lucæ 16. parte 2. cap. 16. 446.2
Dominica ij. Dominica iij.
Homo quidam fecit cœnam magnam Lucæ 14. parte 1. cap. 81. 148.1
Erant appropinquantes ad Iesum, &c. Lucæ 15. parte 2. cap. 7. 412.1
Dominica iiij. Dominica v. Domica vi.
Estote misericordes, sicut pater, &c. Luc. 6. parte 1. cap. 39. 179.2
Cũ turbæ irruerẽt in Iesũ, ut &c. Luc. 3. par. 1. c. 29. 135.2
Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum. Matth. 5. parte 1. cap. 34. 156.1
Dominica vij. Dominica. viij. Dominica ix.
Cùm turba multa esset cũ Iesu. Mar. 8. parte 1. c. 91. 181.2

Attendite

Attendite à falsis prophetis, qui &c. Matth. 7. parte 1. cap. 40. 186.2
Homo quidam erat dives, qui habebat. Lucæ. 16. parte 2. cap. 15. 442.1
Dominica x. Dominica xj. Dominica xij.
Cùm appropinquaret Iesus Ierusalem. Lucæ 19. parte 2. cap. 27. 484.1
Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant. Lucæ 18. parte 2. cap. 20. 495.2
Exiẽs Iesus de finibus Tyri, &c. Mar. 7. par. 1. c. 90. 376.1
Dominica xiij. Dominica xiij. Dominica xv.
Beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Lucæ. 10. parte 1. cap. 59. 255.2
Dum iret Iesus in Hierusalem, transibat, &c. Luc. 17. parte 2. cap. 19. 459.1
Nemo potest duobus dominis seruire. Matth. 6. parte 1. cap. 38. 175.2
Dominica xvi. Dominica xvij. Dominica xviij.
Ibat Iesus in ciuitatem Naym. Luce 7. parte 1. caput 44. 201.2
Cùm intraret Iesus domum cuiusdam, &c. Lucæ. 14. parte 1. cap. 80. 344.1
Accesserunt ad Iesum Pharisæi, &c. Matth. 22. parte 2. cap. 36. 314.1
Dominica xix. Dominica xx. Dominica xxi.
Ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit. Matth. 9. parte 1. cap. 48. 212.2
Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit. Matt. 22. parte 2. cap. 34. 508.1
Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur. Ioan. 4. parte 1. cap. 63. 272.2
Dominica xxij. Dominica xxiij.
Simile est regnum cœlorum homini regi, qui uoluit. Matth. 18. parte 2. cap. 9. 421.2
Abeuntes Pharisæi consilium inierunt, &c. Matth. 22. parte 2. cap. 35. 511.2
Dominica xxiiij. Dominica xxv.
Loquente Iesu ad turbas, Ecce, &c. Matth. 9. parte 1. cap. 49. 216.1
Cùm subleuasset oculos Iesus, &c. Ioan. 6. parte 1. cap. 67. 291.1
In dedicatione Ecclesiæ.
Ingressus Iesus perambulabat Hierico, Luc. 19. parte 2. cap. 23. 470.1
In vigilia sancti Andreæ.
Stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. Ioan. 1. parte 1. cap. 24. 119.2
In die sancti Andreæ.
Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ uidit, &c. Matth. 4. parte. 1. cap. 29. 135.2
De sancto Nicolao.
Sint lumbi uestri præcincti, Lucæ. 12. parte 2. cap. 47. pag. 547.2
In festo concep. Mariæ virginis.
Liber generationis Iesu Christi filij, &c: Matth. 1. parte 1. cap. 7. 34.1
In die sancti Thomæ.
Thomas unus ex xij non erat cum eis, &c. Ioan. 20. parte 2. cap. 77. 703.2
Stephani protomartyr. Ioannis Euange.
Dicebat Iesus turbis: Ecce ego mitto, &c. Matth. 23. parte 2. cap. 38. 523.2
Dixit Iesus Petro, sequere me. Ioan. 21. parte 2. cap. 79. 710.2
In die Innocentium.
Angelus Domini apparuit in somnis, &c. Matth. 2. parte 1. cap. 13. 66.2
In festo purific. Mariæ.
Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. Lucæ 2. parte 1. cap. 12. 57.2
In cathedra Petri, & cæteris eiusdem festis.
Venit Iesus in partes Cæsareæ Philip. &c. Matth. 16. parte 2. cap. 1. 389.1
In annunciatione beatæ Virginis.
Missus est Angelus Gabriel. parte 1. cap. 5. 21.1
De sanctis Philip. & Iacobo.
Non turbetur cor uestrum, parte 2. cap. 57. 581.1
In uigilia Ioannis Baptistæ.
Fuit in diebus Herodis regis sacerdos, &c. Lucæ 1. parte 1. cap. 6. 19
In natiuitate Ioannis Baptistæ.
Helizabeth impletum est tempus pariendi, &c. Lucæ 1. parte 1. cap. 6. 33.1
In festo uisitationis Mariæ.
Exurgens Maria, abijt in montana, &c. Lucæ 1. parte. 1. cap. 6. 30.1
In festo assumptionis Mariæ.
Intrauit Iesus in quoddam castellum. Luc. 10. parte 1. cap. 61. 263.2
In festo Mariæ Magdalenæ.
Rogabat Iesum quidam Pharisęus, &c. Lucæ 7. parte 1. cap. 60. 259.2
In die sancti Iacobi.
Accesit ad Iesum mater filiorum Zebedæi. Matth. 20. parte 2. cap. 21. 465.1
In die decolla. Ioannis Baptistæ.
Misit Herodes manum, ac tenuit Ioannem. Marci. 6. parte 1. cap. 66. 287.1
In natiuitate virginis Mariæ.
Liber generationis. parte 1. cap. 7. 34.1
Matthæi Euangelistæ.
Vidit Iesus hominem sedentem in telonio. Matth. 9. parte 1. cap. 31. 141.2
In festo sancti Michaelis.
Quis maior est in regno cœlorum. Matth. 18. parte 2. cap. 6. 410.1
De Apostolis.
Hoc est præceptum meum ut diligatis inuicem. Ioan. 15. parte 2. cap. 57. 582.1
Hæc mando uobis. Ioan. 15. parte 2. cap. 57. 582.1
Ecce ego mitto uos. parte 1. cap. 51. 220.1
Ecce nos reliquimus omnia parte 2. cap. 13. 436.1
Designauit Iesus & alios 72. discipulos. Luc. 10. parte 1. cap. 58. 251.1
Conuocatis xij. Apostolis, dedit illis, &c. Lucæ. 9. parte 1. cap. 51. 241.2
De uno martyre.
Si quis vult post me uenire, abneget, &c. Lucæ 9. parte 2. cap. 2. 393.2
Qui amat patrem. parte 1. cap. 54. 236.2
Nisi granum frumenti, parte 2. cap. 31. 500.1
In tempore Paschali.
Ego sum uitis uera, & uos palmites. Ioan. 15. parte 2. cap. 57. 578.2
Plurimorum martyrum.
Cùm audieritis prælia & seditiones. Lucæ 21. parte 2. cap. 39. 525.2
Attendite à fermento Pharisæorum. Lucæ 12. parte 1. cap. 54. 280.2
Descendens Iesus de monte, stetit, &c: Lucæ. 6. parte 1. cap. 31. 148.1
Videns Iesus turbas ascendit in montem. Matth. 5. parte 1. cap. 33. 148.1
Loquente Iesu. parte 1. cap. 75. 325.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

De confessoribus.

Vigilate, & orate. parte 2. cap. 44. 341.2
Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus uester uenturus sit. Matth. 24. parte 2. cap. 45. 544.1
Sint lumbi uestri. parte 2. cap. 47. 547.2
Homo quidam peregrè proficiscens, uoca, &c. Mat. 25. parte 2. cap. 49. 552.2.
Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam Mat. 25. parte 2. cap. 49. 554.1
Nemo accendit lucernam. parte 1. cap. 34. 155.2

De virginibus.

Simile est regnum cœlorum decem virginibus. Matt. 25. parte 2. cap. 48. 550.1
Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito, &c. Matt. 13. parte 1. cap. 64. 281.2

De commemoratione beatæ uirginis.

Extollens uocem quædam mulier de turba, &c. Lucæ 11. parte 1. cap. 75. 325.2
Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, &c. Ioan. 19. parte 2. cap. 63. 647.2

In officijs defunctorum.

Dixit Martha ad Iesum, Domine si fuisses hîc, &c. Ioan. 11. parte 2. cap. 17. 452.2
Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet. Ioan. 6. parte 1. cap. 70. 306.1
Ego sum panis uiuus, &c. ibid.

FINIS.

ORDO CAPITVLORVM QVATVOR EVANGELISTARVM, INDICATIS LOCIS VBI TRACTANTVR.

Capitula Matthæi.

Caput 1. tractatur, prima parte, cap. 7. pag. 34. cap. 8. pag. 37.
Cap. 2. prima parte, cap. 11. pag. 51. cap. 13. pag. 66. cap. 14. pa. 71.
Cap. 3. prima parte, cap. 17. pag. 83.
Cap. 4. 1. parte, cap. 22. pag. 109. cap. 28. pag. 133. cap. 29. pag. 135.
Cap. 5. 1. par. cap. 32. p. 145. c. 33. p. 148. cap. 34. p. 154. c. 35. p. 160.
Cap. 6. 1. parte, cap. 36. pag. 165. cap. 37. pag. 108. cap. 38. pag. 174.
Cap. 7. 1. parte, cap. 40. pag. 185.
Cap. 8. 1. parte, cap. 41. pag. 191. cap. 42. pag. 195. cap. 43. pag. 198. cap. 45. pag. 204. cap 46. pag. 207. cap. 47. pag. 210.
Cap. 9. 1. parte, cap. 31. pag. 141. cap. 48. pag. 212. cap. 49. pag. 215. cap. 50. pag. 218. cap. 51. pag. 221.
Cap. 10. 1. parte, cap. 51. pag. 221. cap. 52. pag. 226. cap. 53. pa. 231. cap. 54. pag. 234. cap. 55. pag. 239.
Cap. 11. 1. parte, cap. 56. pag. 239. cap. 57. pag. 247. cap. 58. pa. 250.
Cap. 12. 1. parte. cap. 71. pag. 308. cap. 73. pag. 315. cap. 74. pa. 322.
Cap. 13. 1. par. cap. 64. pag. 295. cap. 65. pag. 283.
Cap. 14. 1. par cap. 32. p. 145. c. 66. p. 287. c. 67. pa. 291. c. 69. p. 302.
Cap. 15. 1. par. cap. 88. p. 372. c. 89. p. 376. c. 91. p. 381. c. 92. p. 385.
Cap. 16. 1. par. cap. 92. pag. 385. 2. par. cap. 2. pag. 393. cap. 5. p. 403.
Cap. 17. secunda parte. cap. 1. pag. 389. cap. 3. pag. 397. cap. 4. pag. 401. cap. 5. pag. 403.
Cap. 18. secunda parte, cap. 5. pag. 403. cap. 6. pag. 408. cap. 8. pag. 418. cap. 9. pag. 421.
Cap. 19. secunda parte, cap. 10. pag. 425. cap. 11. pag. 428. cap. 13. pag. 435. cap. 14. pag. 438.
Cap. 20. 2. parte, cap. 21. pag. 463. cap. 24. pag. 473. cap. 14. p. 438.
Cap. 21. 2. parte, cap. 26. pag. 480. cap. 27. pag. 484. cap. 29. pa. 491. cap. 31. pag. 499. cap. 32. pag. 503. cap. 33. pag. 505.
Cap. 22. secunda parte, cap. 34. pag. 508. cap. 35. pag. 511. cap. 36. pag. 514. cap. 53. pag. 566.
Cap 23. 1. par. cap. 76. p. 328. 2. parte, cap. 37. p. 517. cap. 38. p. 520.
Cap. 24. 2. parte, cap. 39 pag. 524. cap. 40. pag. 527. cap. 42. pa. 534. cap. 43. p. 537. cap. 44. pag. 539. cap. 45. pag. 542. cap. 46. p. 545.
Cap. 25. 2. parte, cap. 48. pag. 550. cap. 49. pag. 552. cap. 50. pa. 556.
Cap. 26. 2. parte, cap. 25. pag. 475. cap. 55. pag. 563. cap. 55. pa. 572. cap. 56. pag. 576. cap. 57. pag. 580. cap. 59. p. 594. cap. 60. p. 607.
Cap. 27. 2. parte, cap. 61. pag. 615. cap. 62. pag. 623. cap. 63. pa. 638. cap. 64. pag. 657. cap. 65. pag. 664. cap. 66. pag. 668.
Cap. 28. 2. parte, cap. 69. pag. 680. cap. 71. pag. 687. cap. 72. pag. 892. cap. 73. pag. 695. cap. 74. pag. 697. cap. 80. pag. 716.

Capitula Marci.

Cap. 1. tractatur prima parte, cap. 21. pag. 103. cap. 43. pag. 198.
Cap. 2. 1. parte, cap. 31. pag. 141. cap. 48. pag. 212.
Cap. 3. 1. parte, cap. 72. pag. 312.
Cap. 4. 1. par. c. 41. p. 191. cap. 46. p. 207. cap. 51. p. 221. c. 64. p. 275.
Cap. 5. prima parte, cap. 49. pag. 215.
Cap. 6. 1. par. cap. 58. p. 250. cap. 65. p. 283. c. 66. p. 287. c. 96. p. 302.
Cap. 7. 1. parte, cap. 69. pag. 302. cap. 88. pag. 372. cap. 90. pag. 379.
Cap. 8. 1. parte, cap. 91. pag. 381. cap. 9. p. 385. 2. par. cap. 1. p. 589.
Cap. 9. 1. parte, cap. 43. pag. 198. 2. parte, cap. 3. pag. 397. cap. 4. pa. 401. cap. 5. pag. 403. cap. 6. pag. 408.
Cap. 10. 2. parte, cap. 10. pag. 425. cap. 11. pag. 428. cap. 211. pag. 463. cap. 22. pag. 468. cap. 24. pag. 473.
Cap. 11. 2. parte, cap. 26. pag. 460. cap. 27. pag. 484. cap. 32. pa. 503.
Cap. 12. 2. parte, cap. 30. pag. 494. cap. 33. pag. 505. cap. 37. pa. 517.
Cap. 13. 2. parte, cap. 39. pag. 524. cap. 40. pag. 527. cap. 44. pa. 539.
Cap. 14. 2. par. cap. 25. pag. 475. cap. 52. pag. 563. cap. 53. p. 566. cap. 55. pag. 572. cap. 56. p. 576. c. 57. p. 580. c. 59. p. 594. c. 60. p. 607.
Cap. 15. 2. parte. cap. 61. pag. 615. cap. 62. pag. 623. cap. 63. pa. 638. cap. 64. pag. 657. cap. 65. pag. 664. cap. 66. pag. 668.
Cap. 16. 2. parte, cap. 71. pag. 687. cap. 82. pag. 721.

Capitula Lucæ.

Caput 1. tractatur 1. parte, cap. 4. pag. 18. cap. 5. p. 20. cap. 6. p. 30.
Cap. 2. 1 parte, cap. 9. pag. 40. cap. 10. pag. 48. cap. 12. pag. 57. cap. 15. pag. 73. cap. 16. pag. 78.
Cap. 3. 1. parte, cap. 17. pag. 83.
Cap. 4. 1. parte, cap. 22. pag. 109. cap. 43. pag. 198. cap. 65. pag. 283.
Cap. 5. 1. par. c. 29. p. 135. cap. 31. p. 141. cap. 42. p. 195. c. 48. p. 212.
Cap. 6. 1. parte, cap. 32. pag. 145. cap. 33. pag. 148. cap. 35. pag. 160. cap. 39. pag. 179. cap. 71. pag. 308. cap. 72. pag. 312.
Cap. 7. 1. parte, cap. 42. pag. 195. cap. 44. pag. 201. cap. 60. pag. 259.
Cap. 8. 1. parte, cap. 49. pag. 215. cap. 64. pag. 275.
Cap. 9. 1. parte, cap. 45. pag. 204. cap. 51. pag. 221. cap. 58. pag. 250. cap. 67. pag. 291. 2. parte, cap. 3. pag. 393. cap. 2. pag. 397. cap. 4. pag. 401. cap. 5. pag. 403. cap. 19. pag. 458. cap. 20. pag. 461.
Cap. 10. 1. parte, cap. 58. pag. 250. cap. 59. pag. 255. cap. 61. pag. 263.
Cap. 11. 1. par. cap. 34. p. 154. c. 73. p. 315. cap. 75. p. 325. c. 76. p. 328.
Cap. 12. 1. parte, cap. 38. pag. 174. cap. 54. pag. 234. cap. 77. pag. 331. 2. parte, cap. 46. pag. 545. cap. 47. pag. 547.
Cap. 14. 1. parte, cap. 80. pag. 344. cap. 81. pag. 348. 2. parte, cap. 34. pag. 508.
Cap. 13. 1. parte, cap. 40. pag. 185. cap. 79. pag. 339.
Cap. 15. 2. parte, cap. 7. pag. 412.
Cap. 16. 2 parte, cap. 15. pag. 442. cap. 16. pag. 446.
Cap. 17. 2. par. cap. 4. p. 401. cap. 19. p. 458. c. 39. p. 524. c. 45. p. 542.
Cap. 18. 2. parte, cap. 11. pag. 428. cap. 21. pag. 463. cap. 22. pa. 468. cap. 42. pag. 534. cap. 30. pag. 494.
Cap. 19. 2. par. cap. 23. p. 470. c. 26. p. 480. cap. 27. p. 484. c. 49. p. 552.
Cap. 20. 2. parte, cap. 33. pag. 505. cap. 37. pag. 517.
Cap. 21. 2. parte, cap. 30. pag. 494. cap. 39 pag. 524. cap. 40. pag. 527. cap. 42. pag. 534. cap. 44. pag. 539.
Cap. 22. 2. parte, cap. 52. pag. 563. cap. 53. pag. 566. cap. 55. pag. 572. cap. 56. pag. 576. cap. 59. pag. 594. cap. 60. pag. 607. cap. 61. p. 615.
Cap. 23. 2. parte, cap. 61. pag. 615. cap. 62. pag. 623. cap. 63. pag. 638. cap. 64. pag. 657. cap. 65. pag. 664. cap. 66. pag. 668.
Cap. 24. 2. parte, cap. 71. pag. 687. cap. 76. pag. 700. cap. 77. pag. 703.

Capitula Ioannis.

Caput 1. tractatur, prima parte, cap. 1. pag. 9. cap. 18. pag. 89. cap. 19. pag. 92. cap. 23. pag. 117. cap. 24. pag. 119.
Cap. 2. 1. parte, cap. 25. pag. 123. cap. 26. pag. 128.
Cap. 3. prima parte, cap. 27. pag. 131.
Cap. 4. 1. parte, cap. 62. pag. 268. cap. 63. pag. 272.
Cap. 5. prima parte, cap. 78. pag. 334.
Cap. 6. 1. parte, cap. 67. pag. 291. cap. 69. pag. 302. cap. 70. pa. 305. 2. parte, cap. 28. pag. 487.
Cap. 7. prima parte, cap. 82. pag. 350.
Cap. 8. 1. parte, cap. 83. pag. 354. cap. 84. pag. 356.
Cap. 9. 1. parte, cap. 85. pag. 361.
Cap. 10. 1. parte, cap. 86. pag. 365. cap. 87. pag. 369.
Cap. 11. 2. parte, cap. 17. pag. 451. cap. 18. pag. 456.
Cap. 12. 2. par. c. 25. p. 475. c. 26. p. 480. c. 27. p. 484. c. 31. p. 499.
Cap. 13. prima parte, cap. 55. pag. 239. secunda parte, cap. 54. pag. 568. cap. 55. pag. 572. cap. 57. pag. 581.
Cap. 14. 15. 16. 17. secunda parte, cap. 57. pag. 581.
Cap. 18. 2. par. cap. 57. pag. 581. cap. 59. pag. 595. cap. 60. pag. 607. cap. 61. pag. 615. cap. 62. pag. 623.
Cap. 19. 2. parte. cap. 62. pag. 623. cap. 63. pag. 638. cap. 64. pa. 656. cap. 65. pag. 664. cap. 66. pag. 668.
Cap. 20. 2. parte, cap. 71. pag. 687. cap. 72. pag. 692. cap. 73. p. 695. cap. 77. pag. 703. cap. 78. pag. 708.
Cap. 21 secunda parte, cap. 79. pag. 710.

Indicis, quo facile reperias in quo huiusce operis capite, quodvis quatuor Euangelistarum caput enarretur, finis.

DE LVDOLPHO SAXONE DOCTISSIMORVM virorum censura, Ex Chronicis Hermanni Schedel.

LVDOLPHVS Alemannus, ordinis Carthusiensium, Prior Argentinensis, uir doctrina & morum sanctitate conspicuus, hac ipsa tempestate peropti mè vitam Domini nostri Iesu Christi egregio uolumine, & quodam cœlesti artificio, imò potius diuina reuelatione quàm studio, fabricauit: in quo certè se ostendit uenerabilem uirum, & omnium rerum tam diuinarum, quàm humanarum, & potissimum ipsius Iesu Christi uitæ (prout uoluit ho mini esse posſibile) plenissimam habuisse notitiam: alia quoque laude digna hic deuotus atque uenerandus pater ædidit.

Ex supplemento supplementi Chronicorum, Iacobi Philippi Bergomatis, ordinis Heremitarum sancti Augustini.

LVDOLPHVS Carthusiensius monachus, natione Teutonicus, patriaque Saxonicus: uir in diuinis scripturis admodum studiosus & eruditus, ac aliarum bonarum literarum non ignarus, per hoc tempus apud Argentinense cœnobium existens, ædidit magnæ deuotionis, ac profundæ eruditionis quædam præclara opuscula: in quibus ad euitandum ocium ingenium exercitans nomen suum immortalitati condonauit. E quibus extat uolumen magnum & insigne quidem, quod prænotauit, de Vita Christi Iesu, in lib. duos: quod incipit, Fundamentum aliud. Item in Psalterium perpulchrè lib. unum. Feruntur etiam alia. Regnauit autem anno Domini 1334. sub Ioanne 22. Papa, & Ludouico Bauaro Imperatore.

Ex catalogo scriptorum Ecclesiasticorum Tritemij.

LVDOLPHVS ordinis Carthusiensis in domo Argentinensi, natione Teutonicus, Saxonica terra oriundus: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & secularium literarum non ignarus, ingenio mitis, eloquio dulcis & compositus: uita quoque & conuersatione insignis, ædidit magnæ deuotionis & profundæ eruditionis quædam præclara opuscula: quibus ingenium nobiliter exercitans, nomen suum immortalitati condonauit. E quibus ego uidi tantum subiecta: Volumen magnum & insigne super Euangelio quod prænotauit.

Vitam Domini Iesu, Lib. ij. Fundamentum aliud.
In psalterium quoque, Lib. j. Sicut olim manna.
Feruntur eius & alia.

Claruit sub Ludouico Imperatore quarto.
Anno Domini M. CCCXXX.

Ex lib. 4. Bibiothecæ Sixti Senensis.

LVDOLPHVS natione Saxo, ex ordine Prædicatorum, post trigesimum suæ professionis annum, ad instituta Carthusianorum translatus, & in Monasterio Argentinensi receptus, uir in Sanctis uoluminibus studiosissimus, professione scholasticus, sermone simplex, & feruidis quibusdam affectibus amabilis, collegit ex Hieronymi, Augustini, Cassiodori & Petri Lombardi sententijs exactam in Psalmos expositionem, in qua typicos sensus maximè sectatur, non ita tamen ut literalem intelligentiam negligat: addens ad calcem cuiuslibet Psalmi, deuotam & consonam ipsi Psalmo precationem. Operis initium est, *Sicut olim manna*. Idem ex quatuor Euangelistis unicam collegit uitæ Christi historiam, quam lucidissimis & pijssimis iuxta quadruplicem sensum explanationibus illustrauit, adiectis ad finem singulorum capitulorum deuotissimis precationibus, præcedentis capituli argumento deseruientibus. Opus incipit, *Fundamentum aliud*.

Claruit sub Ludouico Imperatore quarto,
Anno Domini 1330.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AVCTORES,
QVORVM AVXILIIS
OPVS IPSVM
PERFECTVM EST.

Alanus
Albinus, seu Alcuinus
Ambrosius
Anselmus
Athanasius
Augustinus
Basilius
Beda
Bernardus
Boëtius
Cassianus
Cassiodorus
Chrysostomus
Cyprianus
Cyrillus Alexand.
Damascenus
Dionysius Areopagita
Epiphanius
Eusebius Cæsarienſis
Fulgentius
Gregorius Nazianzenus
Gregorius Nyssenus
Gregorius Papa
Græcus interpres
Hieronymus
Hilarius
Hugo Victorinus
Horatius
Innocentius tertius
Iosephus
Isidorus
Leo primus
Origenes
Ouidius
Paulinus
Petrus Blesensis
Petrus Cantor Parisiensis
Petrus Comestor, historiæ scholasticæ auctor
Petrus Rauennas, aliàs Chrysologus
Rabanus
Remigius
Richardus Victorinus
Rupertus Tuitiensis
Seneca
Seuerianus
Theophilus
Thomas Aquinas
Tullius
Valerius Maximus.

TITVLI CAPITVLORVM SECVNDAE PARTIS.

DE confessione ueræ fidei, quam Petrus fecit pro omnibus. Caput j. pag. 389
De exortatione ad sequendum Christum, & suæ passionis exemplum. cap. ij. pag. 393
De trãsfiguratione domini. cap. iij. 397
De sanatione Lunatici. cap. iiij. 481
De tributo pro domino, & Petro soluto: & de quæstione discipulorum super maioritate eorundem. cap. v. 403
De pusillis & paruulis non scandalizandis exterius, & non contemnendis interius. cap. vj. 408
De tribus parabolis: uidelicet ouis, dragmæ, & filij prodigi. cap. vij. 412
De modo fraternæ correptionis, & de dimittendo fratri septuagies septies. cap. viij. 418
De rege, qui uoluit ratione ponere cũ seruis suis. cap. ix. 421
De causa dimittendi uxorem, & de paruulis domino oblatis. cap. x. 425
De perfectione paupertatis. cap. xj. 428
De duodecim consiliis Euangelicis. cap. xij. 431
De difficultate & impossibilitate intrandi diuitem in regnum cælorum; & de præmio relinquentium omnia, & sequentium Christum. cap. xiij. 435
De denario diurno. cap. xiiij. 438
De uillico iniquitatis. cap. xv. 442
De diuite Epulone & Lazaro mendico. cap. xvj. 446
De resuscitatione Lazari. cap. xvij. 451
De conspiratione Pontificum & Pharisæorum, contra Iesum. cap. xviij. 456
De decem leprosis à domino curatis. cap. xix. 458
De Samaritanis domino hospitium negantibus. cap. xx. 461
De petitione filiorum Zebedæi. cap. xxj. 468
De cæco illuminato ante ingressum Hierico. cap. xxij. 470
De Zachæo, & eius conuiuio. cap. xxiij. 470
De duobus cæcis, post egressum à Hierico illuminatis. cap. xxiiij. 473
De effusione unguenti super caput Iesu. cap. xxv. 475
De sessione domini super pullum & asinam. cap. xxvi. 480
De gloriosa domini susceptione ipsa die Palmarum. cap. xxvij. 484
De fletu domini super Hierusalem, & ingressu ipsius in eam. cap. xxiij. 487
De secunda electione ementium & uendentium è templo. cap. xxix. 491
De duobus minutis uiduæ, ac de Pharisæi & Publicani oratione. cap. xxx. 494
De maledictione ficulneæ, & grano frumenti, & de principe mundi. cap. xxxj. 499
De duobus filiis quorum unus in uineam iuit, & alius ire neglexit. cap. xxxij. 502
De locatione uineæ, & sanguinariis uinitoribus. cap. xxxiij. 505
De inuitatis ad nuptias, & non habente uestem nuptialem. cap. xxxiiij. 508
De quæstione super tributo soluendo, & de muliere septem uiros habente. cap. xxxv. 511
De primo & magno, ac secundo & simili legis mandato. cap. xxxvj. 514
De Scribis & Pharisæis in doctrina audiendis, sed non in uita imitandis. cap xxxvij. 517
Quibus debetur uæ æternum. cap. xxxviij. 520
De signis aduentus domini, & consummationis seculi. cap. xxxix. 525
De aduentu, & persecutione Antichristi. cap. xl. 527
De remediis contra spirituales nouissimi temporis tentationes, & de exercitio mentis in Deum. cap. xli. 531
De orando & expectando aduentum domini: & de posteribus signis aduentus eius, & consummationis seculi. cap. xlij. 534
De aduentu Christi iudicis. cap. xliij. 537
De electorum consolatione ex appropinquante redemptione, & de similitudine ficulneæ. cap. xliiij. 539
De die domini iuxta exemplum Noe, uel Loth subitò uenturo: ac de uno assumpto, & alio relicto. cap. xlv. 542
De uigilia patrisfamilias, custodientis contra furem domum suam. cap. xlvi. 545
De lumbis præcinctis, ac lucernis ardentibus. cap. xlvij. 547
De decem uirginibus. cap. xlviij. 550
De talentis & bonis à domino seruis traditis. cap. xlix. 552
De uentilatione areæ, in extremo iudicio. cap. l. 556
De Pascha, & diuersis huius oĩs acceptionibus. c. lj. 561
Qua die, & cur Iudas uendidit dominum. cap. lij. 563.
Meditatio in primis uesperis in cœna domini. cap. liij. 566
De ablutione pedum. cap. liiij. 568
De charitatiua correptione proditoris, & egressu eius. cap. lv. 572
De institutione sacramenti eucharistiæ. cap. lvj. 576
De sermone domini in cœna. cap. lvij. 580
De passione domini nostri in generali. cap. lviij. 589
De primo completorio. cap. lix. 594
De matutinis. cap. lx. 607
De prima. cap. lxi. 615
De tertia. cap. lxij. 623
De sexta. cap. lxiij. 638
De nona. cap. lxiiij. 657
De secundis uesperis. cap. lxv. 664
De secundo completorio. cap. lxvi. 668
Epilogus dominicæ passionis, & de laude crucis. c. lxvij. 673
De sabbato sancto. cap. lxviij. 667
De resurrectione domini nostri. cap. lxix. 680
Quomodo dominus Iesus apparuit matri suæ. cap. lxx. 684
Quomodo Maria Magdalena, & aliæ Mariæ, & Petrus atq; Ioannes, uenerunt ad monumentum. cap. lxxi. 687
Quomodo dominus apparuit Mariæ Magdalenę. c. lxxij. 692
Quomodo dominus apparuit tribus Mariis. cap. lxxiij. 695
De mendacio custodum. cap. lxxiiij. 697
Quomodo dominus apparuit Petro, Ioseph, Iacobo minori, & patribus in lymbo. cap. lxxv. 699
Quomodo dominus apparuit duobus discipulis euntibus in Emaus castrum. cap. lxxvi. 700
Quomodo dominus apparuit Apostolis, absente Thoma. cap. lxxvij. 703
Quomodo dominus apparuit Apostolis præsente Thoma. cap. lxxviij. 463
Quomodo dominus apparuit septem discipulis suis, ad mare Tyberiadis. cap. lxxix. 466
Quomodo dominus apparuit undecim discipulis, & plusquã quingentis fratribus in Galilæa. cap. lxxx. 467
Epilogus apparitionũ domini post resurrectionẽ. c. lxxxi. 472
De ascensione domini. cap. lxxxij. 473
De scripturæ Euangelicæ, ac fidei fine, & utilitate. cap. lxxxiij. 475
De Pentecoste. cap. lxxxiiij. 480
De laude diuina. cap. lxxxv. 483
De assumptione & laude beatæ Virginis. cap. lxxxvj. 487
De finali iudicio. cap. lxxxvij. 490
De pœna infernali & gloria cœlesti. cap. lxxxviij. 494
Conclusio libri, & signatio eius. cap. lxxxix. 497

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TITVLI CAPITVLORVM PRIMAE PARTIS. PER ORDINEM.

DE Diuina et æterna Christi generatione. Ca.j. pag. 9
De inuentione remedij pro saluatione generis humani, & natiuitate uirginis Mariæ. cap.ij. 12
De desponsatione Mariæ. cap.iij. 15
De conceptione Ioannis præcursoris. cap. iiij. 18
De conceptione Saluatoris. cap. v. 20
De natiuitate, & circũcisione præcursoris Domini. Correspõdet Euangelio, Exurgẽs Maria abiit in Mõtana. c.vj. 30
De genealogia Saluatoris. cap. vij. 34
De eo quòd Ioseph uoluit dimittere Mariã. Correspõdet Euãgelio, Cùm esset desponsata Maria mater Domini. c.viij. 37
De natiuitate Saluatoris. Et correspondet Euangelio, Exijt edictum à Cæsare Augusto. cap.ix. 40
De circuncisione Domini. Et correspondet Euangelio, Postquam consummati sunt dies, &c. cap. x. 48
De apparitione domini, facta tribus Magis. cap. xj. 51
De præsentatione domini in templum. cap. xij. 57
De fuga domini in Aegyptũ, & nece innocentum. Correspõdet Euangelio, Angelus domini apparuit in somnis Ioseph, &c. cap.xiij. 66
De reditu domini ex Aegypto, & initio pœnitentiæ Ioãnis Baptistæ. Correspondet Euangelio, Defuncto Herode, &c. cap. xiiij. 71
De eo quòd puer Iesus remansit in Hierusalem, & inuentus est in templo. cap. xv. 73
Quid fecerit dominus Iesus ab anno duodecimo usq; ad principium anni tricesimi. cap. xvj. 78
De officio & uita Ioannis Baptistę. Correspondet Euangelio, Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cesaris. c.xvij. 83
De eo quòd Ioannes non per seipsum, sed à Deo missus uenit ad publicum. Correspondet Euangelio, Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. cap. xviij. 89
De eo quòd Ioannes confessus est se non esse Christum: sed eius præcursorem & nuncium. cap. xix. 92
De pœnitentia facienda. cap. xx. 97
De baptismo domini. cap. xxj. 103
De ieiunio & tentationibus domini. Correspondet Euãgelio, Ductus est Iesus in desertum à Spiritu sancto. c.xxij. 109
De testimonio Ioãnis de Christo Dei agno. cap. xxiij. 117
De testimonio Ioannis de Christo: Ac de prima discipulorũ uocatione, & occulta Christi prædicatione. c.xxiiij. 119
De mutatione aquæ in uinum. cap. xxv. 123
De prima eiectione uendentium de templo, & de Nicodemo. cap. xxvi 128
De incarnatione Ioannis Baptistæ. cap. xxvij. 131
De initio publicæ prædicationis domini Iesu. cap. xxiij. 133
De secũda, & tertia uocatione discipulorum. cap. xxix. 135
De epilogo uocationum discipulorum: & de diligentia Christi ad prædicandum. cap. xxx. 139
De uocatione Matthæi, & eius conuiuio. cap. xxxj. 141
De electione duodecim Apostolorum. cap. xxxij. 145
De sermone domini in monte: Et primò de octo beatitudinibus. cap. xxxiij. 148
Quòd prælati debent lucere opere & sermone: Et quòd Christus nõ uenit legem soluere, sed implere. cap. xxxiiij. 154
De patiẽtia & largitate circa pximos exhibẽda. c.xxxv. 160
De laude humana in bonis operib. nõ quærẽda. c.xxxvj. 165
De oratione dominica. cap. xxxvij. 168
De non thesaurizãdo in terra, sed in cœlo. cap. xxxviij. 174
De misericordia facienda, & non iudicando: ac fiducia orationis. cap. xxxix. 179
De arcta uia &c. & conclusione sermonis domini in monte. cap. xl. 185
De curatione leprosi. cap. xli. 191
De seruo Centurionis paralytico. cap. xlij. 195
De curatione dæmoniaci, & socru Petri. cap. xliij. 198
De suscitatione filij uiduæ. cap. xliiij. 201
De scriba doloso, & duobus alijs Christum sequi uolentibus. cap. xlv. 204
De eo quòd dominus excitatus, imperauit uentis & mari. cap. xlvj. 207
De duobus dæmoniacis à legione obsessis. cap. xlvij. 210
De curatione paralytici per tectum dimissi. cap. xlviij. 212
De hemoroyssa, & archisynagogi filia. cap. xlix. 215
De duobus cæcis, & uno muto. cap. l. 218
De missione Apostolorum ad prædicandum cum potestate curationum. cap. lj. 221
De patientia in aduersis habenda. cap. lij. 226
De non timendo mortem, & confitendo Christum. c.liij. 231
De quibusdam impedimentis perfectionis, & sequele Christi. cap. liiij. 234
De cõsolatione discipulorũ inter onera præceptorũ. c.lv. 239
De quæstione Ioã. Baptistæ, & eius cõmẽdatione. c.lvj. 242
De increpatione & cõdẽnatione infidelium Iudæorũ. c.lvij. 247
De reuersione Apostolorũ, ac missione, & reuersione septuaginta duorum discipulorum. cap. lviij. 250
De homine sauciato, & uulnerato à latronibus. c.lix. 255
De pœnitentia Mariæ Magdalenæ. cap. lx. 259
De ministerio Marthæ, & otio Mariæ Magdalenę. c.lxi. 263
De muliere Samaritana. cap. lxij. 268
De filio Reguli sanato. cap. lxiij. 272
De quatuor parabolis domini ad turbas, & tribus ad discipulos habitis. cap. lxiiij. 275
De aduentu domini in Nazareth, quando legit in synagoga eorum, & ipsi uolebant præcipitare eum. cap. lxv. 283
De decollatione Ioannis Baptistæ. cap. lxvi. 287
De refectione quinque milium hominum. cap. lxvij. 291
De ambitione, & quibusdam alijs clericorum & religiosorum defectibus. cap. lxviij. 295
De eo quòd dominus supra mare ambulauit: & Petrum, ne mergeretur, erexit. cap. lxix. 302
De uerbis domini, ppter quę quidã retrò abierũt. c.lxx. 305
De transitu domini, & discipulorũ per sata. cap. lxxi. 308
De manco manum aridam habente. cap. lxxij. 312
De dæmoniaco, cæco, & muto. cap. lxxiij. 315
De Iudæis signum de cœlo quærentibus: & de spiritu immundo olim ejecto ab eis. cap. lxxiiij. 322
De muliere uocem de turba extollente: ac de matre & fratribus domini eum quærentibus. cap. lxxv. 325
De increpatione Phariseorũ, & legis doctorũ. c.lxxvi. 328
De fratre petente diuidi hæreditatem, & de diuite uolente horrea ampliare. cap. lxxvij. 331
De probatica piscina, & paralytico. cap. lxxviij. 334
De arbore infructuosa, & muliere curuata. cap. lxxix. 339
De hydropico, & exhortatione ad humilitatem & misericordiam. cap. lxxx. 344
De inuitatis ad cœnam magnam. cap. lxxxi. 348
De scenophegia sesliuitate Iudæorum. cap. lxxxij. 350
De muliere in adulterio deprehensa. cap. lxxxiij. 354
De quibusdam uerbis domini, pro quibus uolebant eum Iudæi lapidare. cap. lxxxiiij. 356
De cæco à natiuitate illuminato. cap. lxxxv. 361
De pastore ouium. cap. lxxxvj. 365
De encæniis, in quibus uoluerunt Iudæi Iesum lapidare. cap. lxxxvij. 369
De traditionibus Phariseorum, etiam contra Dei mandatum. cap. lxxxviij. 372
De muliere Chananæa, & eius filia. cap. lxxxix. 376
De surdo & muto, à dæmone possesso. cap. xc. 379
De refectione quatuor milium hominum. cap. xcj. 381
De fermento cauendo, & cęco Bethsaidæ illuminato. cap. xcij. 385

FINIS.

AVTHORITATES ALIQVOT SACRAE SCRIPTVRAE PER LVDOLPHVM SPARSIM EXPOSITAE, digestæ secundùm ordinem librorum veteris, & noui Testamenti.

Genesis 1.

Factum est, uespere & mane dies unus. pag. 687.1
Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. 257.1

Genesis 2.

Requieuit Deus die septimo ab omni opere. 338.1
Factus est homo in animam uiuentem. 256.2

Genesis 3.

Terra spinas, & tribulos, germinabit tibi. 628.1
Fecit quoq; Deus Adę, & uxori eius tunicas pelliceas. 448.1

Genesis 6.

Pœnitet me feciſſe hominem. 13.1

Genesis 9.

Fecit. n. Deus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ suã. 257.1

Genesis 12.

Egredere de terra tua, &c. 238.1

Genesis 49.

Non auferetur sceptrũ de Iuda, nec dux de fœmore eius, &c. pag. 18.1

Exodi 10.

Cor Pharaonis Dominus indurauit. 172.1

Exodi 20.

Sabbata sanctifices. 343.1
Opus seruile non facietis in eo. 312.1

Leuitici 23.

Opus seruile non facietis in eo. 312.2

Deuteronomij 6.

Ligabis ea in manu tua, & erunt semper ante oculos tuos.

Deuteronomij 18.

Prophetã suscitabit Deus de fratribus uestris. 93.2

2. Regum 12.

Dominus transtulit peccatum tuum. 263.1

3: Regum 10.

Regina Austri surget in iudicio, &c. 323.2

4. Regum 5.

Vade, lauare septies in Iordane, &c. 274.1

4. Regum 20.

Non fuit uerbum quod non ostenderet eis. 320.1

Tobiæ 4.

Quod ab alio oderis rationabiliter fieri tibi, uide ne alij feceris. 516.1

Pſalmo 1.

Ideo non resurgunt impij in iudicio. 751

Pſalmo 2.

Ego hodie genui te. 10.1.

Pſalmo 6.

Lauabo per singulas noctes. 215.1

Pſalmo 18.

In omnem terram exiuit sonus eorum. 516.2

Pſalmo 21.

Dinumerauerunt omnia ossa mea. 640.1

Pſalmo 31.

Dixi confitebor aduersum me, &c. 406.1

Pſalmo 33.

Inquire pacem, & persequere eam. 100.2

Pſalmo 36.

Quæsiui, & non est inuentus locus eius. 536.1

Pſalmo 37.

Quoniam ego in flagella paratus sum. 627.2

Pſalmo 44.

Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam. 281.1
Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. 77.2

Pſalmo 47.

In spiritu uehementi conteres naues Tharsis. 68.1

Pſalmo 49.

Deus manifestè ueniet, &c. 556.1

Pſalmo 50.

Asperges me hyssopo, & mundabor. 428.1
Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ. 217.1

Pſalmo 52.

Trepidans timore, ubi non erat timor. 233.2

Pſalmo 54.

Quis dabit pennas sicut columbæ, & uolabo, & requiescam? 280.2

Pſalmo 56.

Lingua eorum gladius acutus. 631.2

Pſalmo 65.

Transiuimus per ignem & aquam. 563.2

Pſalmo 68.

Comparatus est bestiis insipientibus. 342.1

Pſalmo 77.

Panem de cœlo dedit eis manducare. 306.1
Immissiones per angelos malos. 375.1

Pſalmo 79.

Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. 293.2

Pſalmo 83.

Quàm dilecta tabernacula tua. 444.1

Pſalmo 93.

Nisi quia Dominus adiuuit me, paulominus habitasset in infernõ anima mea. 262.1

Pſalmo 100.

Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. 538.1

Pſalmo 103.

Ascendunt montes, & descendunt campi in locum. 146.1

Pſalmo 104.

Qui emittis fontes in conuallibus. 80.2

Pſalmo 109.

Ex utero ante luciferum genui te. 10.1

Pſalmo 118.

Confige clauis à timore tuo carnes meas. 111.1

Pſalmo 129.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalmo 129.
Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. 663.1
Psalmo 131.
Quoniam elegit Dominus Sion. 65.1
Psalmo 137.
Excelsus Dominus humilia respicit, & alta à longè cognoscit. 197.1
Psalmo 142.
Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. 3.
Prouerbiorum 1.
VOcaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret, &c. 370.2
Prouerbiorum 17.
Spiritus tristis desiccat ossa. 275.1
Prouerbiorum 21.
Facere misericordiam & iudicium, magis placet Domino quàm uictimæ. 143.1
Prouerbiorum 24.
Septies in die cadit iustus. 536.1
Ecclesiastes 11.
SIue ceciderit lignũ ad Austrũ, siue ad Aquilonem. 86.2
Manè semina semen tuum, & uespere ne cessat manus tua. 498.2
Ecclesiastes 12.
Deum time, & mandata eius obserua. 232.2
Canticorum 1.
FAsciculus myrrhæ, dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. 3
Canticorum 2.
Dilectus meus mihi, & ego illi, &c. 759
Canticorum 3.
Egredimini filiæ Sion, & uidete regem Salomonem in diademate &c. 628.2
Canticorum 5.
Dilectus meus candidus, & rubicundus. 630.2
Canticorum 8.
Fortis est, ut mors, dilectio, 590.1
Sapientiæ 1.
IN maleuolam animam non introibit sapientia. 178.2
Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, &c. 734.2
Sapientiæ 3.
Fulgebũt iusti, et tanquã scintillæ in arũdineto discurrẽt. 155.1
Sapientiæ 5.
Pugnabit orbis terrarum pro eo, contra insensatos. 525.2
Ecclesiastici 1.
TImor Domini expellit peccatum. 704.1
Ecclesiastici 17.
Vnicuique mandauit Deus de proximo. 418.2
Ecclesiastici 24.
Qui edunt me, adhuc esurient. 347.2
Ecclesiastici 30.
Miserere animæ tuę placens Deo. 329.1
Ecclesiastici 47.
De omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit Deum qui fecit illum. 740.2
Esaiæ 1.
AGnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. 43.1
Esaiæ 7.
Paruulus sciens reprobare malum, & eligere bonum. 42.1
Esaiæ 9.
Cuius principatus super humerum eius. 634.2
Esaiæ 28.
Nunquid tota die arabit arans ut serat? 368.2
Esaiæ 29.
Eritque repentè, & confestim uisitabitur à Domino exercitum in tonitruo, & commotione, &c. 636.1
Esaiæ 39.
Non erat uerbum in domo sua. 45.1
Esaiæ 45.
Qui facio pacem, & creo malum. 179.1
Esaiæ 53.
Generationem eius quis enarrabit? 66.1
Esaiæ 63.
Quare rubrum est indumentum tuum. 617.2
Torcular calcaui solus. 628.1
Hieremiæ 3. & 11.
VOx in aRma audita est. 68.2
Hieremiæ 12.
Reliqui domum, & familiam meam. 367.2
Hieremiæ 22.
Sepultura asini sepelietur. 474
Threnorum 3.
REcordare paupertatis meæ, & transgressionis meæ, &c. 394.2.591.1.701.2.
Threnorum 3.
Bonum est igitur eius exemplo ab adolescentia portare iugum Domini. 71.2
Ezechielis 18.
QVacunque hora ingemuerit peccator, &c. 470.1
Oseæ 4.
PEccata populi mei comedent. 299.2
Oseæ 6.
Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos. 343.2
Misericordiam uolò, & non sacrificium.
Oseæ 11.
Ex Aegypto uocaui filium meum. 71.1
Amos 30.
NOn est malũ in ciuitate quod Dominus non facit. 172.1
Micheæ 6.
ADhuc ignis in domo impij. 190.1
Zachariæ 12.
VIderunt in quem pupugerunt.
Matthæi 1.
LIber generationis. 34.1
Antequam conuenirent, quomodo intelligitur. 37.1
Matthæi 2.
Puer Iesus manifestauit se gentibus. 51.1
Matthæi 3.
Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnũ cœlorum. 84.1
Genimina, seu progenies uiperarum. 85.2
Sic enim decet nos, inquit, implere omnem iustitiam. 105.1
Matthæi 4.
Si filius Dei es, mitte te deorsum. 298.1
Matthæi 5.
Beati mundo corde 28.2
Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, &c. 432.1
Qui percusserit te in unam maxillã, præbe ei & alterã. 152.1
Matthæi 6. Matthæi 7.
Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus. 165.1
Nolite thesaurizare uobis thesauros in terrã, ubi erugo & tinea demolitur, &c. 174.1
Quæcunque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis. 515.1
Matthæi 8.
Multi uenient ab Oriente, & Occidente, & recumbent in regno cœlorum. 84.1
Matthæi 9.
Non ueni uocare iustos, &c. 143.1
Matthæi 10.
In uiam gentium ne abieritis. 376.1

Matthæi 11.
Venite ad me omnes qui laboratis, &c. 79.2
Discite à me, quia mitis sum, &c. 79.2
Iugum enim meum suaue est, &c. 488.2
Matthæi 16. Matthæi 18.
Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam. 635.1
Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum. 432.2
Matthæi 20. Matthæi 21.
Erunt primi nouissimi & nouissimi primi. 437.1.438.2
Auferetur à uobis regnum Dei. 84.1
Matthæi 25.
Simile est regnum cœlorum decem uirginibus. 84.1
Matthæi 28.
Ecce ego uobiscum sum, &c. 478.2
Marci 2. Marci 4.
NOn ueni uocare iustos, &c. 143.1
VItrò terra fructificat. 270.2
Marci 8.
Vade retro me Satana. 114.2
Lucæ 1.
MVlti in natiuitate eius gaudebunt. 24.2
Non erit impossibile apud Deum omnem uerbũ. 26.1
Ecce ancille Domini, &c. 26.2
Lucæ 2.
Txijt edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur. 40.1
Lucæ 3.
Genimina, seu progenies uiperarum. 85.2
Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. 84.1
Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacuit. 106.2
Lucæ 5.
Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad penitentiã. 473.1
Lucæ 9.
Qui uult uenire post me, abneget semetipsum. 47.2.1
Lucæ 22.
Maria optimam partẽ elegit, quæ non auferetur ab ea. 264.1
Lucæ 11.
Væ uobis, qui diligitis primas cathedras. 297.1
Lucæ 12.
Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat? 683.1
Lucæ 14.
Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, &c. 236.2
Lucæ 10.
Gaudium est angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente, &c. 496.1
Lucæ 16.
Erat quidam dives qui induebatur purpura & byssо, & epulabatur quotidie splendide. 176.2
Lucæ 17.
Regnum Dei intra uos est. 84.1
Lucæ 18.
Ieiuno bis in sabbato. 687.1
Lucæ 22.
Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. 368.1
Lucæ 23.
Commouit uniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa usque huc. 134.1
Lucæ 24.
Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & hæc ignoras. 701.1
Ioannis 1.
PLenum gratiæ, &c. 91.2
Medius uestrum stetit, quomodo exponitur. 95.1
Ioannis 3.
Illum oportet crescere, me autem minui. 2881.
Ioannis 4.
Operarij autem pauci. 221.2
Ioannis 6.
Operamini non cibum, qui non perit, &c. 171.1
Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi: si quis manducauerit, &c. 347.2
Ioannis 7.
Non erat spiritus datus, quia. Iesus nondum erat glorificatus. 235.1
Ioannis 10.
Si mihi non creditis, operibus credite. 546.2
Ioannis 12.
Qui mihi ministrat, me sequatur, & ubi ego sum, illic & minister meus erit. 3
Ioannis 14.
In domo patris mei mansiones multæ sunt. 443.1
Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. 230.2.646.1
Ioannis 28.
Regnum meum non est de hoc mundo. 485.1
Non hunc, sed Barrabam. 624.2
Ioannis 20.
Quia uidisti me Thoma, credidisti. 708.2
Roma. 2.
QVoniam omnes peccauerũt, & egent gratia Dei. 193.2
Roma. 6.
Consepulti sumus cum Christo per baptismum in mortem. 670.2
Roma. 9.
Deus cuius uult miseretur, & quem uult, indurat. 250.1
Roma. 10.
Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. 256.2
1. Corinth. 1.
STultam fecit Deus sapientiam huius mundi. 443.2
1. Corinthiorum 2.
Non iudicaui me aliquid scire inter uos, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixum. 562.1
1. Corinthiorum 3.
Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, &c. 390.2
Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurũ, argentum, lapides preciosos, &c. 190.2
1. Corinthiorum 4.
Sic nos existimet homo, ut ministros Christi. 500.2
1. Corinthiorum 5.
Non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ. 387.1
Auferte malum ex uobismetipsis. 279.1
1. Corinthiorum 6.
Magnificate, & portate Deum in corpore uestro. 32.1
1. Corinthiorum 9.
Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem. 256.2
1. Corinthiorum 11.
Mulieres tecto orent capite, propter angelos Dei. 245.1
Cùm autem iudicamur à Domino, corripimur. 503.1
1. Corinthiorum 13.
Si linguis hominum loquar & angelorum, &c. 203.2
Factus sum uelut æs sonans, aut cymbalum tinniens. 203.2
Videmus nunc per speculum, & in enigmate. 11.2
1. Corinthiorum 15.
Deinde uisus est plusquã quingentis fratribus simul.
Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. 116.1
Stella à stella differt in claritate. 451.1
2. Corinth 2.
Christi bonus odor sumus. 477.1
2. Corinth. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Littera occidit, spiritus autem uiuificat. 307.1

2. Corinthiorum 5.

Et si Christum secundum carnem nouimus, &c. 135.1

2. Corinthiorum 6.

Hortamur uos, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis. 402.2
In omnibus exhibeamus nos, sicut Dei ministros. 500.2
Quæ conuentio Christi ad Belial? 210.2

3. Corinthiorum 11.

In fame & siti, & ieiunijs multis. 144.1

Galatas 2.

Christo confixus sum cruci. 640.2
Viuo autem, iam non ego, uiuit uero in me Christus. 408.1.

Galatas 5.

Qui autem Iesu sunt, carnem suam crucifixerunt, &c. 111.1

Galatas 6.

Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. 311.2

Galatas ultimo.

Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. 502.2

Ephe. 3.

In charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere, &c. 643.2

Ephe. 6.

Non enim est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus, &c. 227.1

Colossenses 4.

Sermo uester sit semper in gratia sale conditus. 321.1

1. Timotheum 5.

Qui bene præsunt, duplici honore digni habentur. 546.2

Hebræos 2.

Nusquam enim Dei filius angelos apprehendit, sed semen, &c. 29.2

Hebræorum 5.

Didicit ex his quæ passus est obedientiam. 78.1

Hebræorum 6.

Rursum crucifigentes in semetipsis filium Dei. 372.1

Hebræorum 12.

Flagellat omnem filium quem recipit. 39.2

Actorum 9.

Non est uestrum nosse tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. 542.1
Saule Saule, quid me persequeris? 240.2

Iacobi 3.

Non est ista sapientia de sursum descendens, sed terrena, &c. 443.2

Iacobi 4.

Quicunque uoluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituetur. 540.1
Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 26.2
Scienti bonum, & non facienti, &c. 572.1

1. Pet. 2.

Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, &c. 561.2

1. Pet. 3.

Dominum Iesum sanctificate in cordibus uestris. 371.2

2. Petri 2.

Melius est uiam ueritatis nõ agnoscere, quàm post agnitam retrorsum conuerti. 325.1

1. Ioannis 2.

Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. 5.
Omne quòd est in mundo, aut est cõcupiscentia carnis. 200.1. 472.1. 535.1

1. Ioannis 4.

Perfecta charitas foras mittit timorem. 232.2

1. Ioannis 5.

Hæc est uictoria quæ uincit mundum. 207.2
Totus mundus in maligno positus est. 481.2

Iudæ 1.

Imperet tibi Dominus. 171.1

Apoca. 3.

Si quis audierit uocem meam, &c. 344.2

Apoca. 5.

Dignus est accipere librum, &c. 705

Apoca. 20.

Iudicati sunt mortui, ex his quæ scripta erant in libris, secundùm opera ipsorum. 252.2

Apoca. 21. & 22.

Ego sum alpha & ω. 164.2

Indicis authoritatum sacræ scripturæ finis.

LVDOLPHI SAXONIS, CARTVSIENSIS, IN VITAM CHRISTI, Ex Sacro Euangelio, Sacrisq. Doctoribus collectam,

PROLOGVS.

A

FVNDAMENTVM *aliud nemo potest ponere*, vt ait Apostolus, *præter id quod positum est*: quod est Christus Iesus. Cùm dicat August. quòd Deus [a] est res summè sufficiens: & [b] homo est res summè deficiens: & quòd tale bonum Deus est, vt nemini eum deserenti bene sit. Idcircò quicunque ruinam defectuum suorum euadere, & spiritu reparari desiderat: necesse est ei ut à fundamento prædicto non recedat: quia in eo omnimoda remedia suis necessitatibus inueniet.

1. Cor. 3. August. lib. 1. soliloq. a Deus. b Homo.

Primò itaque peccator cupiens peccatorum suorum sarcinam deponere, & ad requiem animæ peruenire: audiat Deum peccatores inuitantem ad veniam, & dicentem: *Venite* [c] *ad me omnes qui laboratis*, scilicet labore vitiorum: & onerati estis, scilicet sarcina peccatorum: & ego reficiam vos, scilicet sanando, ac refouendo: & inuenietis requiem animabus vestris: & hic, & in futuro. Audiat ergò ægrotus pium & sollicitum medicum: & veniat ad ipsum per profundam contritionem, ac sollicitam confessionem, & studiosum propositum semper declinandi à malo, & faciendi bonum. Secundò peccator (sed iam in Christo fidelis effectus, tanquam ipsi per pœnitentiam reconciliatus,) studeat diligentissimè medico suo adhærere, & suam familiaritatem acquirere, eius sanctissimam vitam recogitando omni qua poterit deuotione. Caueat tamen prouidè, ne cursoriè ipsam vitam legendo transeat: sed seriatim aliquid de ea per diem accipiat: in quo sabbatum delicatum piæ meditationis Christo quotidie celebrando, ac cogitationes & affectiones, orationes & laudes, totumque opus diei ad illud reducendo, in ipso delectetur: à tumultu exteriorum, & mundanorum impedimentorum requiescere, & suauiter obdormire: & ad illud, vbicunque fuerit, velut ad certum & pium refugium, contra vitiosas humanæ infirmitatis varietates, continuè Dei famulos impugnantes, sæpè recurrere. [d] Sæpius tamen recurrat ad præcipua Christi memorialia: videlicet ad incarnationem, natiuitatem, circuncisionem, apparitionem, præsentationem in templo, passionem, resurrectionem, ascensionem, Spiritus sancti effusionem, aduentum ad iudicium: causa specialis recordationis, & exercitationis, ac spiritualis recorda-

B

Peccator tuitatur ad ueniam. c Mat. 11.

Peccator adhærere debet Deo, medico suo, eius uitam contemplãdo.

Vita Christi seriatim non cursoriè legenda.

d *Insignia Christi præcipuè memoranda.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

c Vita Christi imitanda.
f Bernard. sermone 14. in cantica.
g Chrysost. in psal. 43.
h Christi vita propter multa desideranda.
Hebr. 12.
Ioannis 1.
Nume. 21.
Psalm. 33
Matth. 11.
Vitæ Christi fructus.
Ambrosius sermo. 8. in Psal. 118.
Vita Christi contemplatio, omnibus necessaria.
Vita Christi nidum præstat.
Vita Christi fauorabiles reddit sanctos.
Christi vita, facit cõsortes vitæ cœlestis & omniũ sanctorum,
Lucæ 10.
Vita Christi nequid satis laudari.
Christi vita facit hic incipere vitam cœlestem.
Compendiũ totius vitæ Christi.

fionis, ac consolationis. Sic etiam ipsam vitam c Christi legat: vt mores eius pro posse imitari A
studeat. Parum enim prodest si legerit: nisi & imitatus fuerit. Vnde f Bernardus: Quid tibi
prodest, pium saluatoris nomen lectitare in libris: nisi habere studeas pietatem in moribus?
Vnde & g Chrysostomus: Qui legens de Deo, vult inuenire Deum: festinet viuere dignè Deo,
& ipsa conuersatio bona sit quasi lampas luminis ante oculos cordis eius, viam veteratis ape-
rios. Ista h vita in summo desiderio debet esse peccatori, propter multa. Primò, propter remis-
sionem peccatorum. Cùm enim fecerit de se iudicium, se per confessionem accusando, per
iustitiam pœnitentiam voluntariam assumendo, iam sollicitè ambulans cum Deo suo prædi-
cto modo meditando, purgatur non modicum à sordibus peccatorum. Deus enim cui adhæ-
ret, *ignis consumens est, purgationem peccatorum faciens*. Secundò, propter sui illuminationem.
Ille enim cui assistit, lux est in tenebris lucens: cuius lumine illustratus, docetur ordinatè di-
sponere vitam suam ad Christum, & cœlestia ad seipsum ac proximum, & terrestria. Tertiò,
propter gratiam lachrymarum, valde necessariam peccatori in hac valle miseriæ: quam Chri- B
stus, qui est fons hortorum, & puteus aquarum viuentium, consueuit peccatoribus sibi adhæ-
rentibus dare. Quartò, propter reparationem lapsuum quotidianorum, de quibus semper re-
leuat Dominus sibi adhærentes. Iuxta illud: *Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo: qui
percussus aspexerit eum, viuet*. Quintò, propter dulcem & desiderabilem degustationem, quam
in se habet. Iuxta illud: *Gustate & videte quoniam suauis est Dominus*. Sextò propter cognitio-
nem paternæ maiestatis, quæ per ipsum solum haberi potest. Iuxta illud: *Nemo nouit patrem
nisi filius, & cui filius voluerit reuelare*. Septimò, propter securum exitum ab hac vita pericu-
losa. Fidelis namque peccator, qui modò quotidie suscipit Christum in hospitio cordis sui, &
lectulum floridum, per suaues meditationes eidem præparando, e conuerso post mortem re-
quiretur, & suscipietur à Christo: vt sicut consueuit & concupiuit semper, & in æternum sit
cum ipso. Hæc vita, est vita bona & irrigua, peccatores sibi adhærentes mundans & reno-
uans, & eos ciues sanctorum, & domesticos Dei faciens. Est amabilis & dulcis ad conseruan- C
dum: non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus ipsius, sed læ-
titiam & gaudium. Est deliciosa, & suauis, cætera quæ hanc non sapiunt fastidiens exercitia,
cùm aliquandiu pio corde fuerit frequentata. Est pascens & reficiens, nam secundum Am-
brosium, qui domicilio Christum recipit interno, maximis delectationibus exuberantium pa-
scitur voluptatum. Est consolatoria solitario, & quidem optimus comes iugis iocunditatis,
solatiique, & confortationis, ac turris fortitudinis à facie inimici, & à tribulatione & tenta-
tione peccatoris. Hæc est vita plana & facilis ad contemplandum creatorem: de qua nullus ex-
cusare se potest: sicut de contemplatione summæ maiestatis, ad quam nemo raptim potest per-
tingere, nisi proficiendo per istam vitam nostri redemptoris, Hanc quicunque incipientes & par
uuli, quicunque proficientes & perfecti possunt habere: & in ea inuenire bonum nidum sibi, vbi
tanquam turtures reponant, & abscondant casti amoris pullos, quisque pro sua capacitate. Hæc
vita multum reddit sanctos Dei fauorabiles, pios, & benignos cultoribus suis, propter ipsum qui D
nobis cum illis commune est gaudium. Verbi gratia: Nunquid beata virgo mater misericordiæ,
pietatis, & gratiæ poterit te despicere, vel oculos suos à te auertere, quamuis sis peccator, quan-
do non solum semel in die viderit, sed & frequenter filium suum, quem super omnia diligit, in
brachijs tuis & inter vbera tua commorantem? Nunquid poterit tecum filio suo quem portas
deferere, quando viderit te prædicto modo, filium suum tam sollicitè per singula comitantem,
& eidem pietatis officio, deuotionis ministerium, per dies singulos exhibentem? nullo modo.
Sic & cæteri sancti libentissimè respiciunt illos, cum quibus Deus placatus habitare dignatur,
cùm ista vita faciat cultores suos consortes illorum, quia est & vita ipsorum.
Planè hæc vita est vita beatæ matris Christi, ipsi sedulè ministrantis in annis pluribus, & famu-
lantis. Hæc est vita Apostolorum Christo familiariter adhærentium, & cum eo fideliter perseue
rantium. Hæc est vita ciuium supernorum, Christo fruentium, & eius opera mirabilia admiran-
tium, & sibi reuerenter assistentium in æternum. Hæc vita est optima pars, scilicet sedere ad pe- E
des Christi, & audire verbum eius. Vnde meritò à possessore suo ipsam modò per gratiam colen
te, non aufertur: quia ipsa est retributio illa quæ seruo fideli & prudenti promittitur: & hic inci-
piens, in æternitate perficietur. Hanc vitam nulla lingua laudare sufficit, adeò bona est, & san-
cta, & super omnes vitas dignissima: cùm sit initium cuiuslibet altioris contemplationis, ac vitæ
angelicæ & æternę quæ speratur in patria. An parum est tibi continuè cum Christo esse, in quem
desiderant Angeli semper prospicere? Si vis in æternum regnare cũ Christo, incipe regnare mo-
do, & noli deserere eum, cui seruire regnare est. Appropinqua ergo ad ipsum pio corde, vt de-
scendenti, scilicet de sinu patris, in vterum virginis, quasi alter testis, cum angelo sanctæ conce-
ptionis existas in pura fide: & congratulare virgini matri, sic propter te fœcundatæ. Adesto eius

natiui-

Magis in Bethlehem, &
Ioseph. Vade eũ
adora cum eis paruulum regem. Adiuua cum parentibus portare puerum, & præsentare in tem
plum. Comitare cum Apostolis pium pastorem, gloriosa miracula facientem. Adesto morienti, cum beata matre eius & Ioanne, ad compatiendum, & condolendum sibi: & quadam pia cu-
riositate palpando tracta singula vulnera saluatoris tui, propter te sic mortui. Quære resurgen-
tem cum Maria Magdalena, donec merearis inuenire. Admirare in cœlum ascendentem, quasi
inter discipulos in monte Oliueti existens. Sede cum Apostolis in conclaui, & abscondere ab
exterioribus singulis, vt virtute Spiritus sancti, ex alto indui merearis. Et si pio ac humili & deuo
to corde sic eum modico tempore fueris prosecutus in terris, ipse te subleuabit ad se sedẽtem in
dextera Dei patris in cœlis, secũdum quod promisit fideli peccatori sibi adhærenti, dicens, *Qui* Ioan. 12.
mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Quicunque ergo fidelis pec
cator hanc vitam amabiliter amplexatus fuerit, non dubitet quin Christus eum in filium ado- Christus adoptat in Filium.
B ptauerit. Vnde scriptum est in Prouerbijs: Ego diligẽtes me diligo. Vnde & Bernardus: Qui non Prouer. 8.
placet Deo, non potest illi placere Deus. Nam cui placet Deus, Deo displicere non potest. Ca-
ueat tamen prudenter fidelis peccator, vt nunquam in quocunque statu fuerit, confidentiam in Vitanda de se præsumptio.
meritis suis habeat: sed tanquam mendicus pauperculus, omnino nudissimus, ad eleemosynam
dominicam mendicandam, semper vacuus accedat. Hæc autem faciat, non quasi ex humilitate
ficta, merita sua abscondens: sed certissimè sciens quod non iustificabitur in conspectu Dei om- Psal. 142.
nis viuens. Etiam solius cogitationis nostræ non possumus rationem reddere, si ipse voluerit no
biscum in iudicium intrare. Isto autem modo quantumcunque se ingerat, cum pio tamen timo-
re & reuerentia, ad bonum dominum peccatores vocantem, præsumptuosus non reputabitur:
sicut pauperes seculi, quanto nudiores sunt, cùm se non tanquam dignos, sed tanquam miserio
res propius ingerunt, ad eleemosynam diuitis mendicandam, præsumptuosi vel superbi non di
cuntur, sed à benignis diuitibus, misericordius respiciuntur. Hanc vitam beatus Bernardus plu- Bernar. sermo 43. in Cãtica.
C rimum frequentauit: qui fasciculos myrrhæ, id est cumulum amaritudinis, ex vita & laboribus Bernardus uitã Christi frequentauit.
Christi colligens, & inter vbera sua, id est, affectiones suas collocans, sic ait: Tu quoque si sapis, Cantic. 1.
imitaberis sponsæ prudentiam, atque myrrhæ tam charum fasciculum de principali tui pectoris:
nec ad horam patieris auelli, & amara illa omnia, quæ pro te pertulit semper in memoria reti- Operis susceptiones.
nens, & assidua meditatione reuoluens: quò possis dicere & tu, *Fasciculus myrrhæ, dilectus meus* Labores Christi.
mihi, inter vbera mea commorabitur. Et ego fratres, ab ineunte mea conuersatione, pro aceruo
meritorum, quæ mihi deesse sciebam, hunc mihi fasciculum colligare, & inter vbera mea collo-
care curaui, collectum ex omnibus anxietatibus, & amaritudinibus domini mei. Primum scili-
cet, infantilium illarum necessitatum. Deinde laborum, quos pertulit in prædicando: fatigatio-
num, in discurrendo: vigiliarum, in orando: tentationum, in ieiunando: lachrymarum, in compa
tiendo: insidiarum, in colloquendo. Postremò periculorum, in falsis fratribus: conuitiorum, spu
torum, colaphorum, subsannationum, exprobrationum, clauorum, horùmque similium, quæ in
D salutem nostri generis, sylua euangelica copiosissimè noscitur protulisse. Vbi sanè inter tot odo
riferæ myrrhæ huius ramusculos, minimè prætermittendam putaui etiam illam myrrham qua Myrrha multiplex.
in cruce potatus est: sed neque illam qua vnctus est in sepultura. Quarum, in prima applicuit sibi
amaritudinem meorum peccatorum. In secunda, futuram corruptionem mei corporis dedica-
uit. *Memoriam abundantiæ suauitatis horum eructabo* quoad vixero. In æternum non obliuiscar Psal. 144.
miserationes istas, quia in ipsis iustificatus sum. Hæc meditari, dixi sapientiam. In his iustitiæ per
fectionem mihi constitui. In his plenitudinem scientiæ. In his diuitias salutis. In his copias meri- Meditationum harũ vtilitates.
torum. Ex his mihi interdum potus salutaris amaritudinis. Ex his rursum suauis vnctio consola-
tionis. Hæc me erigunt in aduersis, in prosperis deprimunt. Et inter læta tristiaque vitæ præsen-
tis, via regia incedendi tutum præbent vtrobique ducatum: hincinde mala imminentia propul-
sando. Hæc mihi conciliant mundi iudicem: dum tremendum potestatibus mitem, humilemq;
figurant: dum non solus placabilem, sed & amicabilem, repræsentant eum qui inaccessibilis est
E principibus, terribilisq; apud reges. Præterea hoc mihi in ore frequenter, sicut vos scitis. Hæc in 1. Corin. 2.
corde semper, sicut sciuit Deus: hæc stilo meò admodum familiaria, sicut apparet. Hæc mea su-
blimior interim philosophia, scire Iesum & hunc crucifixum: hunc & vos dilectissimi, tam dile- Luca 2.
ctum fasciculum colligite vobis. Mementote quia accepit eum Simeon in vlnis. Maria gestauit
in vtero. Fouit in gremio. Sponsa sibi inter vbera collocauit. Arbitror Ioseph super genua, illi fre
quenter arrisisse. Hi omnes ante se eum habuerunt, & nullus retrò. Exempla igitur sint vobis, vt
& vos similiter faciatis. Si enim ante oculos habueritis quem portatis, pro certo videntes angu
stias Domini, leuius & vestras portabitis. hæc Bernardus. Sed quia ista multi minimè cogitant, sta
tim fatigati sunt: quia si ista cogitarent, non ita citò de bono opere fatigati essent. Hanc etiam vi-
tam, beata Cecilia virgo legitur habuisse. Nam inter alia virtutum & laudum præconia, de ea Cecilia laus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Meditationum harũ commẽdatio.

scribitur, quòd Euangelium Christi, absconditum semper in pectore portabat, quod sic intelligi videtur, quòd ipsa de vita Domini Iesu in Euangelio tradita, quædam deuotiora sibi præelegerat, in quibus die ac nocte, corde puro & integro, attentione præcipua & feruenti meditabatur. Et completa circulatione iterum repetens, ac dulci & suaui gustu ruminans, ea in arcano pectoris sui, prudenti consilio collocarat. Simile tibi suadeo faciendum. Super omnia nanque spiritualis exercitij studia, hoc magis necessarium credo, magisque proficuum, & quod ad celsiorem possit perducere gradum. Nusquam enim inuenies vbi sic doceri possis contra vana blandimenta & caduca: contra tribulationes & aduersa: contra hostium tentamenta & vitia, sicut in uita Domini Iesu, quæ fuit absque omni defectu perfectissima. Ex frequenti enim & assidua meditatione vitæ ipsius, adducitur anima in eius amorem, ac confidentiam & familiaritatem: ita quòd stabilitur contra vana & caduca, vt ea vilipendat & contemnat. Vt patet in prædicta beata Cæcilia, quæ ita cor suum de vita Christi repleuerat, quòd in ipsam vana intrare non poterant. Vnde in pompa nuptiarum, vbi tot vana geruntur, existens, cantantibus organis, ipsa stabili corde, soli Domino decantabat, dicens: *Fiat domine cor meum immaculatum, vt non confundar.*[a] Fortificatur quoque contra tribulationes & aduersa, vt ea minus timeat & sentiat: vt patet in martyribus. Vnde[b] Bernardus. Iccirco denique audit columba mea in foraminibus petræ, quòd in Christi vulneribus tota deuotione versetur, & iugi meditatione demoretur in illis. Inde martyrij tolerantia. Inde illi fiducia magna apud altissimum. Vult benignus dux deuoti militis vultum & oculos in sua sustoli vulnera: vt illius ex hoc animum erigat, & exemplo sui reddat ad tolerandum fortiorem. Enimuerò non sentiet sua, dum illius vulnera intuebitur. Stat martyr tripudians & triumphans, toto licet lacerato corpore, & rimante lat era ferro: nec modo fortiter, sed hilariter sacrum è carne sua circunspicit ebullire cruorem. Vbi ergo tunc anima martyris? nempe in tuto: nempe in petra: nempe in visceribus Iesu: vulneribus nimirum patentibus ad introeundum. Si enim in suis esset visceribus, scrutans ea, ferrum profectò sentiret, dolorem non ferret, succumberet & negaret. Nunc autem in petra habitans: quid mirum si in modum petræ duruerit? Sed neque mirum si exul à corpore, dolores non sentiat corporis: neque hoc facit stupor, sed amor: submittitur enim sensus, non amittitur: nec deest dolor, sed contemnitur. Ergo ex petra, martyris fortitudo: hæc Bernardus. Inde quoque est quòd multi confessores, & etiam alij, in laboribus, & tribulationibus, & infirmitatibus suis, non solum patientes, sed & hilares fuisse & esse reperiuntur: quia ex deuota meditatione vitæ & passionis Christi eorum animæ, non in eorum corporibus & visceribus, sed Christi fuisse & esse videntur. Instruitur contra hostium tentamenta & vitia: vt in faciendis & omittendis, errare aut falli non valeat: cùm ibi perfectionem omnium virtutum reperiat. Nam paupertatis, humilitatis, charitatis, mansuetudinis, obedientiæ, patientiæ, cæterarumque virtutum exempla & doctrinam, nusquam sic inuenies, sicut in vita Domini virtutum. Quicquid enim virtutum in Ecclesia habetur, ab ipso Christo per exempla operum illius trahitur. Vnde[c] Bernardus. Quid vobis cum virtutibus, qui Dei virtutem Christi ignoratis? Vbinam quæso vera prudentia, nisi in Christi doctrina? Vbi vera iustitia, nisi de Christi misericordia? Vbi vera temperantia, nisi in Christi vita? Vbi vera fortitudo, nisi in Christi passione? Soli igitur qui eius doctrina imbuti sunt, prudentes dicendi sunt. Soli iusti, qui de eius misericordia veniam peccatorum consecuti sunt. Soli temperantes, qui eius vitam imitari studeant. Soli fortes, qui eius sapientiæ, patientiæ documenta fortiter in aduersis tenent. Incassum proinde quis laborat in acquisitione virtutum, si aliunde eas sperandas putat, quàm à Domino virtutum: cuius doctrina, seminarium prudentiæ: cuius misericordia, opus iustitiæ: cuius vita, speculum temperantiæ: cuius mors, insigne est fortitudinis. Vnde & Gregorius. Quid est quòd dilectum suum sponsa, non myrrham, sed fasciculum myrrhæ nominat: nisi quòd dum sancta mens Christi vitam ex omni parte considerat, contra omnia vitia ex eius imitatione, virtutes repugnantes congregat: ex quibus sibi fasciculum aptat, quo carnis suæ sempiternam putredinem abstergat? Vnde etiam[d] Augustinus: Cum omnibus modis medeatur animis Deus, pro temporum opportunitatibus, quæ mira sapientia eius ordinantur, nullo modo beneficentius consuluit generi humano, quàm cum ipsa Dei sapientia, id est, Filius vnicus consubstantialis Patri, & coæternus, totum hominem susçipere dignatus est. *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Satellites voluptatum diuitias pernicioſe populi appetebant, pauper esse voluit: honoribus & imperijs inhiabant, Rex fieri noluit. Carnales filios magnum bonum putabant, tale coniugium prolemque contempsit: contumelias superbissimè horrebant, omne genus contumeliarum sustinuit. Iniurias intolerabiles esse arbitrabantur, quæ maior iniuria est quàm

Psal. 118. a Götra aduersa fortificatio.
b Bernardus ser mone 61. in cãtica.
Latificatio ĩ aduersis.
Virtutum exempla in Christi vita.
c Bernard. sermo. 22. ĩ cantica.
Gregorius in capit. 1. Canticorũ.
d Augustinus li. de vera relig. cap. 16.
Ioan. 1.

quàm iustum innocentemque damnari? Dolores corporis execrabantur, flagellatus atque cruciatus est: mori metuebant, morte mulctatus est: ignominiosissimum mortis genus crucem putabant, crucifixus est. Omnia quæ habere cupientes non vitabamus, carendo vile fecit: omnia quæ vitare cupientes à studio deuiabamus, percipiendo deiecit. Non enim vllum peccatum committi potest, nisi dum appetuntur ea quæ ille contempsit, aut fugiuntur quæ ille sustinuit. Tota itaque vita eius in terris, per hominem quem susçipere dignatus est, disciplina morum fuit. Et iterum, Concedamus non apparere nunc homines dignos imitatione: quisquis hæc putas, mente Deũ intuere, qui homo factus est, vt hominẽ viuere doceret. Recordare quid sit illud quod Ioannes ait, Qui se dicit in Christo manere, debet quemadmodum ille ambulauit, & ipse ambulare, & ita nec deerit tibi quem sequeris, Quia omnis Christi actio, est nostra instructio. Item alibi habemus de passione Domini, Exemplum enim dedi vobis ut ita faciatis. Vnde Beda, Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare: quod est, non ambire terrena, non caduca lucra sectari, fugere honores, omnem mundi contemptum pro cœlesti gloria amplecti, libenter cunctis prodesse, iniurias nulli inferre, & sibi illatas patienter sufferre, sed & inferentibus à Domino veniam postulare: nunquam suam sed conditoris gloriam semper quærere, & quos secum valet ad superna erigere. Hæc & huiusmodi gerere, est vestigia Christi sequi: Hæc Beda. Christi itaque vestigia sequi debemus, quia vt ait Ambrosius, in agnitione Christi, omnem salutem & sapientiam habemus. Et iterũ, Omnia habemus in Christo, & omnia nobis Christus. Si vulnerum curatorem desideras, medicus est: si febribus æstuas, fons est: si grauaris iniquitate, iustitia est: si indiges auxilio, virtus est: si mortem times, vita est: si tenebras fugis, lux est: si cœlum desideres, via est: si cibum quæris, alimentum est: Hæc Ambrosius. Et ideo bene per quẽdam sapientem dicitur, Hoc est nescire, sine Christo plurima scire: Si Christum bene scis, satis est si cætera nescis. Vtinam sapientes huius mundi hoc saperent & intelligerent, & scientiam suam in hanc commutarent. Qui ergo Christum sequitur, errare vel falli non potest: ad cuius virtutes imitandas & adipiscendas, ex frequenti meditatione vitæ ipsius cor accenditur & animatur, ac diuina virtute illuminatur: adeò ut plures fuerint illiterati & simplices, qui magna & profunda Dei inde cognouerunt, quia ibi inuenitur vnctio, quæ paulatim purificans animam & eleuans, docet de omnibus. In omnibus itaque virtutibus & bonis moribus, semper præpone tibi illud clarissimum speculum & totius sanctitatis exemplar, scilicet vitam & mores filij Dei Domini nostri Iesu Christi, qui ad hoc de cœlo nobis missus est, vt præiret nos in via virtutum, & legem vitæ ac disciplinæ suo nobis daret exemplo, & erudiret nos sicut semetipsum: vt sicut ad imaginem eius naturaliter creati sumus, ita ad morum eius similitudinem, per imitationem virtutum, pro nostra possibilitate reformemur, qui eius imaginem in nobis per peccatum fœdauimus. Quantum autem quisque se ei in virtutum imitatione conformare studuerit, tantum ei in patria, in gloriæ claritate propinquior & clarior erit. Percurre ergo singulas quasque ætates Christi, virtutesque eius per singulas, sicut fidelis discipulus pro posse studeas imitari. In labore etiam exteriori & interiori, recordare laborum & aduersitatum Christi: & quandocunque in aliquo grauaris, statim ad ipsum pium patrem pauperum, tanquam paruulus ad matris gremium curre: totum illi reuela, totum committe, totum in ipsum iacta & proijce, & ipse proculdubio tempestatem sedabit, & releuabit te. Non solùm autem vigilans Domino Iesu intendas, sed & cùm corpus strato recolligis, & caput reclinatorio imponis, sit tibi quasi cum beato Ioanne super pectus Iesu recumbens: sicq; recumbens super pectus Iesu suge vbera eius, & in pace in idipsum dormies & requiesces. Et vniuersaliter in omnibus dictis & factis tuis, quasi ad exemplar respicias in Iesum, incedens & stans, sedens & iacens, comedens & bibens, loquens & tacens, solus & cum alijs: ex hoc enim magis eum diliges, & familiaritatis eius gratiam & fiduciam maiorem assequeris, & in omni virtute perfectior eris. Et hæc sit sapientia tua, & studium tuum, semper de Iesu aliqua cogitare, vnde prouoceris ad imitandum, uel efficiaris ad amandum ipsum. Talia enim meditando, & tempus vtiliter expendes, dum occuparis in boni studijs & diuinis, circa Dominum Iesum, & mores tuos emendabis ad formam vitæ ipsius, dũ in omnibus agendis semper ad ipsum respicis, omnis perfectionis speculum & exemplum: & quanto magis has frequenta ueris meditationes, tãto magis eas tibi reddes familiares, & facilius tibi occurrent, & iocũdius te reficient. Vidisti ergo ad quem excelsum gradum meditationes vitæ Christi te perducunt: nunc in ipsas meditationes te aliqualiter introducere tentabo, non omnia quæ in Euangelio scripta sunt pertractãdo, sed quædam deuotiora ex his eligendo. Nec credas quòd omnia quæ Christũ dixisse vel fecisse meditari possumus scripta sint, sed ad maiorẽ impressionẽ ea tibi sic narrabo prout contigerunt, vel contigisse piè credi possunt, secundum quasdam imaginatiuas repræsentationes, quas animus diuersimodè percipit. Nam circa diuinã Scripturã meditari, intelligere, & exponere, multifariè possumus prout credimus expedire, dũmodo nõ sit cõtra veritatẽ uitæ, vel iustitiæ, aut

Vita Christi, tota est disciplina & instructio.
1. Ioan. 2.
Ioan. 13.
Christus nobis omnia.
Ambrosius lib. 3. de Virginib.
Scire verũ, qi id est.
Christi vita est nobis speculum.
Ioan. 21. Psal. 4.
Introductio in meditationes vitæ Christi.
Scripturarum varia imaginatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præsumptionem author vitat.

doctrina, id est, nõ sit cõtra fidem, vel bonos mores. Quicunque verò asserit de Deo aliquid quod nõ est sibi certum, vel per naturalem rationem, vel syndereſim, vel per fidem, vel per sacram Scripturã, præsumit & peccat. Cùm ergo me narrãtem inuenies, ita dixit vel fecit Dominus Iesus, seu alij qui introducuntur: si id per Scripturã probari nõ possit, nõ aliter accipias quàm deuota meditatio exigit: hoc est, perinde accipe ac si dicerẽ, Meditor quòd ita dixerit vel fecerit bonus Iesus: & sic de similibus. Tu autem si ex his fructum sumere cupis, toto mentis affectu diligenter, delectabiliter, & morosè: omnibus alijs curis & sollicitudinibus tunc omissis, ita præsentem te exhibeas, his quæ per Dominum Iesum dicta vel facta sunt. Et ex his quæ narrantur, ac si tuis auribus audires, & oculis videres, quia suauissima sunt ex desiderio cogitanti, & multo magis gustanti. Et ideo quamuis multa ex his tanquam in præterito facta narrantur, tu tamen omnia tanquam in præsenti fierent, mediteris: quia ex hoc maiorem sine dubio suauitatem gustabis. Lege ergo quæ facta sunt, tanquam fiant. Pone ante oculos gesta præterita tanquam præsentia, & sic magis sapida senties & iocunda. Vnde & quandoque annotaui loca, in quibus hæc vel illa sunt facta: quia multum valet homini cùm audit Euangelium legi, & hoc vel hoc factum tali loco gestum, cum rem gestam scit & loci situm. Ad terram enim sanctam, quam vniuersæ Christi Ecclesiæ nocte dieque sociare non desinunt: quam bonus ille Iesus inhabitando, & verbo vel doctrina illuminando, illuminatam suo sacratissimo sanguine consecrauit: delectabile est aspirare, sed delectabilius eam oculis corporis intueri, & mentis intellectu reuoluere, quomodo in locis singulis, in ea nostram salutem Dominus operatus sit. Quis enim enarrare sufficit, quot deuoti discurrentes per loca singula, in spiritu vehementi osculantur terram, amplectuntur loca in quibus dulcem Iesum, vel stetisse, vel sedisse, vel aliquid egisse audierunt? Nunc tundunt pectus, nunc fletus, nunc gemitus, nunc suspiria emittentes, gestu corporis & deuotionis quam foris ostendunt, & absque dubio intus habent, in lachrymas prouocant, plerunque etiam Saracenos? Quid dicam de Patriarchis Iacob, Ioseph, & fratribus eius? qui quia viui in terra illa esse non potuerunt, elegerunt in ea mortui sepolturam. Quid plura? tarditas ingemiscenda est Christianorum nostri temporis, qui tot exempla habentes, tardi sunt de manibus inimicorum eruere terram, quam consecrauit sanguine suo Iesus Christus. Et nota pro regula generali, quòd vbicunque in sequentibus meditationes singulares non inueneris, sufficit tibi quòd rem per Dominum Iesum dictam vel gestam, ante mentis oculos ponas, & cum eo conuerseris, ac familiaris ei fias. Nam in hoc videtur haberi maior dulcedo, & deuotio efficacior, & quasi totus fructus harum meditationum consistere: vt vbique & semper intuearis eum deuotè in actu suo & moribus, vt quando stat cum discipulis suis, quando cum peccatoribus, quando loquitur, & quando prædicat: quando vadit & quando sedet, quando dormit & quando vigilat, quando comedit & quando alijs ministrat, quando sanat ægrotos, & quando alia miracula facit: describens tibi in corde tuo mores eius & actus, quàm humiliter se habuit inter homines, quàm benignè inter discipulos, quàm misericors fuit super pauperes, quibus se similem per omnia fecerat, & qui familia eius specialis videbantur: quomodo nullum spreuit uel horruit, etiam sileprosus esset: quomodo diuitibus non adulabatur, quàm liber fuit à curis mundi, nec anxius pro corporis necessitatibus, quàm patiens ad contumelias, & quàm mitis in responsis. Non enim studuit se verbo mordaci & amaro vindicare, sed blando & humili responso alterius malitiam sanare: quàm compositus in omnibus gestibus suis fuit, quàm sollicitus de animarum salute, quarum etiam amore dignatus est mori: quomodo seipsum præbuit exemplum omnis boni, quàm compatiens afflictis fuit, quomodo infirmorum imperfectioni condescendit, quomodo peccatores non spreuit, quàm clementer pœnitentes suscepit, quàm obediens fuit parentibus, quàm promptus in ministrando omnibus. Vnde ipse ait, *Ego in medio vestrùm sum, sicut qui ministrat.* Quomodo omnem iactantiam, & omnem singularitatis ostentationem declinauit, quomodo omne scandalum cauit: quàm modestè in edendo & bibendo se habuit, quàm verecundus in visu fuit, quàm studiosus ad orationem, quàm sobrius ad vigilias, quàm patiens laboris & penuriæ, & quàm placidus in omnibus fuit. Et similiter secundum hunc modum, in omnibus dictis & factis quæ de Christo legeris vel audieris, meditare mores & gestus suos qualiter ipse in omnibus se habuerit, vel habere potuerit secundum tuam æstimationem: quia in omnibus semper optimo & perfectissimo modo se gerebat, qui in omnibus semper optimus & perfectissimus est. Erat enim aspectu dulcis, colloquio suauis, & omni conuersatione benignus: Et maximè contemplare faciem eius, si potes eam imaginari, quod supra omne videtur difficilius, sed fortè reficeret iocundius. Et istud sit tibi pro doctrina, & recursu omnium quæ sequuntur, vt vbicunque dictum vel factum narrabitur, si aliter singulares meditationes non fuerint expressæ, vel etiam istæ generales fuerint omissæ, recurras ad hunc locum, & sufficit tibi quod hìc generaliter dictum est.

Præterita, tanquam præsentia legẽda sunt. Loci notificatio prodest. Terra sancta memoria.

Luca 22.

Fructus operis, est Dominum in omnibus intueri.

Perfectio Christi & morum eius.

Facies Christi cõtemplãda.

Vt

A Vt autem Christi faciem & formam, seu figuram eius totam, & ex his actus, seu mores suos & gestus melius ualeas meditari: quædam de his alibi scripta, hic inserere utile iudicaui. Legitur enim in libris annalibus apud Romanos existentibus, quòd Iesus Christus, qui dictus fuit à gentibus Propheta veritatis, staturæ fuit proceræ, mediocris, & spectabilis: vultum habens venerabilem, quem possent intuentes, & diligere & formidare: capillos habens admodum nucis auellanæ permaturæ, ferè vsque ad aures, ab auribus cincinnos crispos, aliquantulum cerulæos, ab humeris ventilantes: discrimen habens in medio capitis, iuxta morem Nazarenorum: Frontem planam & serenissimam, cum facie sine ruga & sine macula, quam rubor moderatus venustauit, nasi prorsus & oris, nulla fuit reprehensio: Barbam habens copiosam & impubem, capillis concolorem, non longam, sed in mento bifurcatam: Aspectum simplicem & maturum, oculis glaucis, varijs, & claris existentibus. In increpatione erat terribilis, in admonitione blandus & amabilis: hilaris, seruata grauitate. Aliquando fleuit, sed nunquam risit. In statura corporis, propagatus & rectus: manus & brachia visui delectabilia. In colloquio grauis, rationabilis, rarus, & modestus: & ideo meritò secundum Psalmistam dicitur. Speciosus forma præ filijs hominum: hæc vbi suprà. Inter omnes ergo Scripturas, præcipuè Euangelium, quod secundum Augustinum inter omnes diuinas authoritates, quæ sacris literis continentur, meritò præcellit: studeas præ manibus semper habere, & in corde tuo iugiter circumferre: quia hoc te de vita & moribus Domini nostri Iesu Christi, & de omnibus ad salutem necessarijs, poterit clarius edocere. Nam secundum Chrysostomum, in Euangelio totius perfectionis naturæ, rationalis summa continetur. Et secundum Hieronymum Euangelia, Legis impletio sunt, & in his præcepta & exempla viuendi plenissimè sunt digesta. Vnde Chrysostomus, Oportuerat quidem nihil nos indigere auxilio literarum, sed tam mundam in omnibus exhibere vitam, vt illarum vice, gratia Spiritus, vteremur: & sicut atramento paginæ, ita corda nostra inscriberentur à Spiritu. Quia verò hanc à nobis exclusimus gratiam agere, vel secundas diuitias expectemus, & intendamus his quæ scripta sunt. Non enim propterea datæ sunt Scripturæ, vt in libris eas habeamus solùm, sed vt in cordibus conglutinemus eas. Si enim domum vbicunque fuerit Euangelium positum non audebit accedere diabolus, multò magis animam intelligentias habentem, tales & circumferentem non tanget vnquam, neque superueniet ei dæmon, neque peccati natura. Sanctifica igitur animam, sanctifica corpus tuum, hoc in lingua & in corde semper habens: Si enim turpiloquium fordidat, & dæmones vocat, manifestum est quòd spiritualis lectio sanctificat, & spiritus euellit gratiam. Attendamus igitur dilecti, Scripturis: & si nullum aliud, Euangelia saltem circunstudiosa nobis fiant, & hæc præ manibus habeamus. Confestim enim expandens libris, si permanseris vsq; ad finem, omnia respues mundana, omnia deridebis quæ hìc sunt. Et si diues fueris, nihil reputabis diuitias: & si inops fueris, nõ confunderis inopia; non rapies, non auarus eris: sed concupitor eris magis inopiæ, & despicies diuitias. Si verò hoc fiet, omnia exterminabis mala: Multa alia est lucrari, quæ non est nunc secundum partem dicere: sciunt autem qui experientiam susceperunt. Et iterum, Quid igitur vnquam ex Euangelijs æquale fiet? Vtique Deus conuersatur in terris, homo ascendit in cœlum, & facta est omnium vna permixtio: Angeli cum hominibus chorum faciebant, homines Angelis communicabant, & alijs cœlestibus supernisque virtutibus. Et erat videre antiquum prælium repensum, dæmones fugientes, mortem peremptam, paradisum apertum, maledictionem remotam, peccatum de medio sublatum, errorem expulsum, veritatem reuersam, pietatis sermonem vbique seminatum & vegetatum, cœlestem conuersationem in terræ regione plantatam, supernas virtutes familiariter nobiscum loquentes, & ad terras sæpè Angelos ventitantes: ex hisque omnibus spem firmari certissimam futurorum. Propterea igitur Euangelium ista vocatur historia, quasi scilicet omnia alia verba inania doceantur, quibus solent præsentia promitti. Quæ verò piscatorum annunciata sunt verbis, propriè ac verè Euangelia nominantur: quia cum omni nobis facilitate donata sunt. Non enim laboribus nostris atque sudoribus, non doloribus & ærumnis, sed per Dei tantummodo in nos charitatem, tam grandia hæc promissa suscepimus: Hæc Chrysostomus. Vnde & Augustinus, Euangelij nomen, Latinè interpretatur bonus nuncius, vel bona annunciatio, quod quidem cùm aliquid bonum annunciatur, semper dici potest: propriè tamen hoc vocabulum obtinuit annunciatio Saluatoris. Narratores quippe originis factorum dictorumque Domini nostri Iesu Christi, propriè dicti sunt Euangelistæ. Sed antequam ad Euangelij historiam accedamus, scias quòd quædam per Euangelistas salubriter, directione Spiritus sancti, aliquando anticipando, vel præoccupando, quæ pòst dicenda erant: aliquando rememorando vel recordando quæ omiserant, & aliquando recapitulando vel repetendo quæ dicta fuerant, posita sunt: quæ quamuis aliter conscribi non deberent quàm per eos, summè utiliter sunt dictata: quia secundum Aug. probabile est, quòd vnusquisque Euan-

Faciei & formæ Christi descriptio.

Christi mores.

Psal. 44.

Euangelij cõmẽdatio. De cõsensu Euãgelistarum lib. 1. cap. 1. Chrisost. hom. 1. in Matthæi.

Idem hom. 31. 5 Ioan.

Scripturæ in cordibus habendæ, vt dæmones fugent.

Euangeliũ legas, ut terrena cõtemnas.

Idem hom. 1. in Matt.

Euangelium quid sit.

Augu. lib. 18. de Ciui. cap. 35.

Euangelistæ non seruauerunt ordinem rerum gestarum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelistarum, eo se ordine credidit debuisse narrare, quo Deus voluit eius recordationi suggerere. A
Ne tamen turbari possit deuotio paruulorum, locis debitis, quodam ordine alio, prout res gesta, vel dicendi congruentia, exigere videbatur, in sequentibus per ordinem sequebantur. Non tamen affirmo quòd hic sit verus ac certus & debitus rei gestæ ordo descriptus, quia talis vix ab aliquo reperitur expressus. In ipso autem Euangelio, reperies verbi incarnati historiam, mandata & promissa, in quibus habes viam, veritatem, & uitam. Christi igitur exemplo nosce, quia bene viuere possis, præceptis bene viuere scias, promissis bene viuere velis. His itaque tribus, tria pulsare necesse est, scilicet impotentiam, ignorantiam, negligentiam: Ignorans, ignorabitur: Negligens verò, nescitur: Nequam simulator impotentiæ, nihilominus eijcietur. Expergiscere ergo anima Christo deuota, euigila omnis anima Christiana, & singula quæ de Christo Iesu dicuntur, diligenter discute, considera attentè, morosè pertracta, & Domini tui imitare vestigia. Ille propter te de cœlesti sede descendit ad terrena, tu propter te fuge terrena, appete cœlestia. Si dulcis est mundus, dulcior est Christus: si amarus est mundus, omnia propter te sustinuit Christus. Surge & ambula, noli pigrescere in via, ne locum perdas in patria. B

Euangelica lectio præstat posse, scire, & velle bene viuere.

Finit Prologus.

Oratio eiusdem in librum vitæ Christi.

DOMINE Iesu Christe fili Dei viui, concede mihi fragili & misero peccatori vitam & mores tuos præ oculis cordis semper habere, & pro mea possibilitate imitari: facq; me in ipsis proficere & crescere in virum perfectum, & in templum sanctum in Domino. Illustra quæso cor meum lumine gratiæ tuæ, quæ me iugiter præueniat & sequatur: vt te ductorem in omnibus vijs meis habens, cuncta quæ tibi placent, implere, & quæ tibi displicent vitare possim. Dirige obsecro cogitationes, sermones, & actiones meas in lege tua, & in præceptis atque consilijs tuis ò altissime: vt in omnibus voluntatem tuam faciens hîc & in æternum per te merear saluus esse. Amen. C

LVDOLPHI SAXONIS, CARTVSIENSIS, VITA CHRISTI, Ex Sacro Euangelio, Sacrisq. Doctoribus collecta.

DE DIVINA ET AETERNA CHRISTI *generatione.* *Cap. I.*

C

D

DE plenitudine itaque Euangelij, vini scilicet boni, quod vsque ad hoc tempus gratiæ Dominus IESVS seruauit, quasdam guttas haurire cupientes: sumamus initium à diuina eius generatione, de qua Euangelista Ioannes specialiter loquitur: quia omnia ad hoc inducit, vt diuinitas verbi manifestetur, & maximè contra quosdam hæreticos, dicentes Christum purum hominē esse: & per consequens, propter temporalem natiuitatem, nec semper, nec ante Mariam fuisse. Et ideò de æternitate verbi incipit, ostendens diuinam Christi naturam, in qua æternaliter præcessit Mariam. Et ponit quinque de diuinis personis, quæ per ordinem tanguntur in subscriptis. Primò declarat filij à patre æternam generationem, dicens. *In principio erat verbum*, idest in ipso Deo: qui ab omnibus supponitur, primum principium necessariò est verbum propriè dictum, tanquam in ipso cuius est. Ac si diceret, filius erat in patre, patri scilicet coæternus, non in Maria incepit esse, sed in principio, id est, in patre, qui est principium sine principio, & filius qui est principium de principio. Dicit autem verbum Dei filiū: quia Iesus Christus Dominus noster quemadmodum dicitur filius Dei, sic dicitur verbum Dei: sic & uirtus & sapientia Dei: vnum enim idemque significant, unum idemque sunt, filius, verbum, virtus, & sapientia. Sed ait, uerbum, non filius: quia hoc nomē verbum, magis ad propositū facit quàm filius. Vbi[a] sciendum quòd vox significatiua dicitur uerbum: sed hoc est tantummodo largè & denominatiuè, in quantum significat interiorē mentis conceptum: sicut vrina dicitur sana, inquantum est sanitatis indicatiua. Et ideò sicut illud propriè dicitur sanitas, quod per urinā designatur, ita illud propriè dicitur uerbum, quod per uocem significatur. Hoc autē est interior mentis conceptus: quia uoces sunt notæ & signa passionū quæ sunt in anima: & ita cōceptus mentis interior etiam antequàm per uocem designetur, propriè uerbum dicitur. Cùm ergo hoc nomen uerbum, significet uocem uocalem: & quod exit ab ore, significet etiam mentale, quod à mente gignitur: nec ab ea recedit cùm emittitur, scilicet uerbum conceptum secundum ultimam acceptionē hic sumitur: ut per ipsum filius intelligatur: quippe quia à patre procedit per æternam natiuitatem: ac cum eo & in eo permanet per essentiæ unitatem: sicut cogitatio, seu conceptio mentis, quæ ex mente nata est, cum ipsa permanet: & ideò maluit dicere uerbum, quàm filius. Cum igitur in ipso Deo propriè & perfectè sit uerbum: uerbum autem de sua ratione dicit quod procedēs ab eo cuius est uerbum: sicut conceptus à concipiente. Et cùm uerbum & filius sint idem, sequitur quòd ibi sit generatio filij à patre, ex quo est ibi processus uerbi à dicente. Itē potius describit filium Dei sub nomine uerbi, quàm sub nomine filij: quia filius solùm dicit comparationem ad patrem: uerbū uerò dicit comparationem, non solùm ad dicentem, sed etiam ad id quod per uerbum dicitur: necnon ad uocem quam induit, & ad doctrinam quæ mediante uerbo in altero efficitur. Quia igitur Dei filius debet hic describi, non tantum in comparatione ad patrem à quo procedit, sed etiam ad creaturas quas fecit: & ad carnem quā in-

Principiū duplex.

Verbū cur potius quā filius dicatur.

a *Verbum duplex. Aristot. 1. de interpre.*

Iohn. 2.

Euangelij Ioannis scopus.

De diuinis personis quinque notandis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

induit:& documenta quæ præbuit,congruissimè & decentissimè sub nomine verbi describitur: quia no mẽ illud ad omnia supradicta respicit:nec posset sub cælo ita nomen conueniens inueniri. Secundò declarat & patris & filij personalem distinctionem,dicens: *& verbum erat apud Deum*. Hoc nomen Deus, in hac clausula est personale: vt uerbum erat apud Deum,id est,apud Deũ patrem: semper enim in patre filius,semper in filij patre.Vnde hæc præpositio apud, quæ est transitiua personarum & distinctiua, distantiam distinctionis personalis designat, non essentiæ. Nulla enim res dicitur propriè esse apud semetipsam, sicut nec aliquis est in se ipso: & ideò inter uerbum & principium, apud quod est uerbum, est personalis distinctio. Non enim uerbum procedit à patre per actionem transeuntem extrà,sed manentem intrà: & ideò uerbum manet intra illud cuius est uerbum: tamen ab eo distinctum distinctione personali, vt iam dictum est: quia uerbum erat apud Deum, & alius apud alium.

Deus. Apud.

Verbi à patre processio.

Tertiò declarat patris & filij cõsubstantialitatem, siue substantiæ unitatem, dicens: *Et Deus erat verbum*,ita quòd hæc dictio Deus,ponitur à parte predicati:dicendo, verbum est Deus. Nomina enim & uerba transposita idẽ significãt. Hoc nomẽ Deus, in hac clausula est essẽtiale: vt,verbũ est Deus,id est,natura est substãtia diuina: ne dicatur esse cum Deo,& nõ Deus.Nihil enim in Deo est,quod Deus non sit: quia totus idem est, & substantialiter idem. Quamuis ergo verbum sit apud Deum, non tamen est aliquid extraneæ naturę,sicut est uerbum nostrum:sed est naturæ diuinæ,quæ indiuisibilis est, & non multiplicabilis: quia nullo modo potest esse nisi una & simplicissima. Et ideò uerbum & principium à quo est, sunt idem penitus in natura: quamuis, ut dictũ est, distinguantur in persona. Et sic in ista clausula, implicantur omnes tres personæ:pater in hoc nomine Deus, filius in nomine uerbi, Spiritus sanctus in præpositione apud. Quartò declarat patris & filij coæternitatẽ, dicens: *hoc erat in principio apud Deum*. Hoc scilicet uerbum de quo locutus fuerat,est apud Deum patrem à principio æternitatis,id est,ante secula & æternaliter: quasi dicat,Hoc Dei uerbũ nunquam à Deo patre, extitit separatum. Nunquam enim pater sine filio fuit, nunquam sine uerbo, nunquam sine uirtute, nunquam sine sapientia esse potuit. Patrem enim dicimus, quia filium habet, cùm hoc sit patrem esse, quod filium habere: & quia pater qui uerbum dicit & concipit, est ab æterno. Ergo uerbum quod gignit dicẽdo,ut uerè dicatur uerbum in principio: non temporis quo dictum est, in principio creauit Deus cœlum & terram:sed in principio æternitatis, de quo dicitur: *Tecum principium in die virtutis tuæ: in splendoribus sanctorum: ex utero*, id est, substantia mea: *ante luciferum*, id est, ante mundi creationem, *genui te*. Vnde quando dicitur: *Ego hodie genuite*, intelligitur de die æternitatis, qui omnem diem complectitur. Et sic accipitur hic nomen principij, aliter quàm suprà:quia ibi accipitur pro patre, hic pro æternitate. Qualiter autem uerbum ipse pater genuit, quia solui non potest, quæri non debet. Diuina enim generatio est omnino inenarrabilis,de qua dicitur.*Generationem eius quis enarrabit?* Quia etsi dicitur filius à patre genitus, tamen qualiter,nec propheta nouit, nec Angelus. Moraliter docemur ex præmissis, quòd principium omnis nostræ intentionis debet esse Deus: quia in principio erat uerbum: & Deus erat uerbum. Iterum si uis scire de omni actione tua interiori & exteriori, utrum sit diuina, & utrum Deus ipsam operetur in te, & per ipsum sit facta, uide si finis intentionis tuæ sit Deus. Quòd si sit, ita actio tua est diuina, quia principium & finis idem, scilicet Deus. Postquam ergo Euangelista declarauit ipsius uerbi esse, seu generari: consequenter declarat suum agere,seu operari, & declarat nunc. Quintò patris & filij indiuisam operationẽ,dicẽs:*Omnia per ipsum facta sunt*,scilicet quæcũq; à patre facta sunt,*& sine ipso factum est nihil*,scilicet à patre,siue visibile quid,siue intelligibile.Si quidem omnia in sapiẽtia fecit Deus:& sine sapiẽtia nihil fecit. Creaturæ enim producũtur à Deo sicut artificiata per artificẽ. Omniũ enim est artifex, cùm sit agẽs per intellectũ, producitur per artis seu intellectus conceptum: sicut domus in re extra,producitur à domo quæ est in anima. Verbum autem in diuinis, idem est quod conceptus intellectus diuini, ut suprà dictum est:ergo omnia producta per ipsum producta sunt, tam spirituales quàm corporales creaturæ.Hæc autem præpositio Per,notat hic causam efficientem,nõ adminiculantem,vel ministerium,vel instrumentum. Ipse enim Filius cum Patre est actor omniũ, & similiter Spiritus sanctus cũ eisdem,quia indiuidua sunt opera Trinitatis.Omnia ergo per ipsum facta sunt,vt nec Pater,nec Spiritus sanctus excludantur. Omnia simul & semel sunt facta, sed sex diebus per partes sunt distincta: Si ergo omnia per ipsum facta sunt, verbum autem non posit à se fieri, vel se ipsum facere,quia esset antequam esset, sequitur quòd ipsum verbum non sit factum.Et secundum Augustinum,Si factum non est,creatura non est:Si autem creatura non est,eiusdem cum Patre substantiæ est.Omnis enim substantia quæ Deus non est,creatura est: & quæ creatura non est, Deus est. Hoc autem verbum nec syllabis constat,nec voce profertur: sed semper in sinu,id est,secreto & corde Patris manens, cuncta disponit, regit, & operatur: Non enim loquendo, sed volendo cuncta operatur Deus,quia dicere Dei uoluisse est,& uerbo,id est Filio, omnia creare. Ostenso itaque quòd uerbum sit causa productiua rerũ,ostendit consequenter per quem modum sit causa earum, dicens: *Quod factum est*, scilicet in effectu: *in ipso* scilicet uerbo *vita erat* & viuens.Sicut faber prius facit arcam in mẽte,post in opere. Quod in mente est,uiuit cum artifice:quod fit,mutatur cum tempore.Non enim omnia quæ facta sunt habent vitam, nec sunt vita in se, hoc est, in natura sua in qua sunt vt creaturæ: vt tamẽ sunt in Deo & arte diuina,quę est vita in se,sunt vita, quia ibi habent exemplar & rationem uiuentẽ. Omnia namque quę tẽporaliter fiunt,vel facta sunt, ab æterno fecit:id est,facere disposuit,& priusquam fierent facta nouerat, & in eius mente & præsentia viuebant & vigebant: quia omnia ante mundi initiũ in ipso Dei filio imaginata erant, & vt postea fierent dispositum erat, ac per hoc quasi facta erant & viuebant. Viuunt enim omnia quæ in Dei dispositione sunt,quia sicut disposita sunt non euenire non possunt. Et sic patet modus per quem creaturæ procedũt à uerbo, uidelicet, sicut artificiata ab artifice vel arte: propter quod dicit Boëtius, Tu cũcta superno Ducis ab exemplo: pulchrũ pulcherrimus ipse Mũdum mente gerens, similiq́ue ab imagine formans. Moraliter est hic notandum, quòd opus uirtutis est opus vitæ, sicut opera vitiosa dicuntur opera mortis:

Hodie quomodo intelligitur Generatio diuina. Esaiæ 53. Sensus moralis prædictorum.

Psal. 109. Psalm. 2.

Opera trinitatis.

Præpositio per.

Verbũ non est factum. Augustin. lib. 1. de Trin. ca. 6.

Modus producendi.

Vitam esse omnia.

Boëtius lib. 3. de consolatione.

tis: opus autem virtutis siue opus bonũ, nullus operatur nisi in Deo. Si uis igitur scire an opus tuum sit uiuum, id est, si sit opus uirtutis, siue opus bonũ & diuinum:vide si sit factum in ipso,scilicet Deo,quia hic dicitur *quod factũ est in ipso*,scilicet Deo: *vita erat*, id est, vitale & uiuum est. In Deo autem fit quod in charitate fit, & quod extra Deum & præter Deum, non habet mouens,nec finem. Ostenso autem qualiter verbum se habeat ad omnes creaturas in generali,consequenter ostendit qualiter se habeat ad homines in speciali dicẽs:*Et vita erat lux hominum*.Quia vita,id est, ipsum verbum quod est uita in se, in qua & per quam creaturæ viuunt, erat lux hominum: id est,vnde rationales creaturæ vt beatæ fierent illuminandæ erant,quia non deficit homines illustrare per gratiam super omnes irradiãdo, si homo facit quod in se est,se ad Deum per cognitionem & amorẽ pro ut potest conuertendo. Moraliter uita bona est lux hominum, quia plus illuminat & ædificat proximũ vita,quàm uerba:unde Hieron.Multò plus intelligitur quod oculis uidetur, quàm quod aure percipitur: & Seneca, Longum iter per præcepta, breue & efficax per exempla. Vnde Iesus cœpit facere & docere: *& lux in tenebris lucet*, id est, in peccatoribus: quia uerbum quantum in se est,illustrat eos luce gratiæ: sed tenebrosi sunt, hoc est, quia se subtrahunt ab influentia diuinæ lucis siue uerbi: ideò sequitur, *& tenebræ eã non comprehenderunt*, & peccatores hãc lucem non sequuntur, nõ propter lucis, sed propter proprium defectum. Vnde Augustinus, Quomodo enim homo positus in sole cæcus præsens est illi sol, sed ipse soli absens est: sic omnis stultus, omnis iniquus, omnis impius, cæcus est corde præsente sapiẽtia.Sed cùm cæco præsens est, oculis eius absens est: nõ quia illa ipsi absens est, sed quia ipse absens est ab illa. Quid ergo faciet istẽ? mundetur vnde possit videri Deus. Peccata & iniquitates tolle,& videbis sapientiam quæ præsens est,quia Deus est ipsa sapientia. Et dictum est, Beati mundo corde,quoniam ipsi Deum videbunt,secundum Orige.Lux in tenebris lucet,quia Dei verbum vita & lux hominũ,in nostra natura quę per se inuestigata & considerata informis quædam tenebrositas inuenitur,lucere non desinit.Et quoniam ipsa lux omni creaturæ est incomprehensibilis: tenebræ eam non comprehenderunt. Vbi nota quòd triplex est comprehensio:scilicet per inclusionem,per aptam visionem,per fidei & charitatis adhæsionem.Primo modo,à nullo:secũdo modo,à beatis: tertio modo, à sanctis: sed nullo: istorũ modorum à malignis comprehenditur:ideò dicitur *& tenebræ eam non comprehenderunt*, id est,qui non fide nec amore adhæserunt. Dicitur etiam,aliquid cõprehendi, quando peruenitur ad finem cognitionis ipsius: & hoc est quãdo res cognoscitur ita perfectè sicut cognoscibilis est,& sic solus oculus diuinus lucem hanc comprehendit, & nulla creatura. Moraliter lux in tenebris lucet: quia virtus lucet & apparet in aduersis & oppositis. Nam virtus in infirmitate perficitur: vnde Gregorius. Nemo quantum profecerit,nisi in aduersitate cognoscit: qualis enim quisque apud se lateat, illata contumelia probat. Et quia nulla aduersitas potest superare sanctos & separare à charitate Christi: ideò dicitur, *Et tenebræ eam non comprehenderunt*.Boni enim viri si tangantur aduersitatibus, non tamen frãguntur aut vincuntur, imò in eis gaudent & delectatur. Vel *lux in tenebris lucet*, quando Deus per consolationem illucet his qui aduersa & tribulationes substinent, secundũ illud:Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde: &, cũ ipso sum in tribulatione: *Et tenebræ eam non comprehenderunt*, quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam. Semper enim Deus remunerat supra condignũ, & punit citra condignũ. Lux etiam in tenebris huius mundi lucet: quia creator in creaturis apparet. Sicut enim in patria Deus est speculum creaturarum, in quo creaturæ relucẽt, & in quo omnia videbimus quę ad gaudium nostrũ pertinebunt:sic in vita econuersio creaturæ sunt speculum creatoris, in quo creatorem nostrum speculamur:quia vt ait Apostolus, *Videmus nunc per speculum*, videlicet creaturarum: in ænigmate & obscurè. *Et inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur*. Deũ enim esse nõ solum fides recta testatur, scriptura sancta loquitur, comparatio rerum ad ipsum indicat: ratio naturalis dictat, sanctiq́ue prædicant, *ipse fecit nos, & non ipsi nos*, verùm etiam creaturæ clamant. Omnia nanque suo modo dicunt, quia Deus est vox naturæ, qua omnia pulchra testantur ipsum esse pulcherrimum,dulcia dulcissimum, sublimia altissimum, & pura purissimũ, fortia fortissimum: & sic de alijs. Sanè cùm audis in præmissis filium ex Deo patre genitum: caue ne mẽtis tuæ oculis infirmum aliquid carnalis cogitationis occurrat,quin potius colũbino & aquilino intuitu simpliciter crede, ac perspicaciter contemplare quòd ab illa luce simul immensa,& simplicissima,fulgentissima,& summè arcana,coæternus,coæqualis, & consubstantialis splendor exoritur,quæ est virtus summa & sapientia: & in quo omnia pater disposuit ab æterno,per quem fecit & secula,factaq́ue gubernat & ordinat ad gloriam suam, partim per naturã, partim per gratiam,partim per iustitiam,partim per misericordiam: vt nihil ita in hoc mundo inordinatum relinquat. Vnde Augu. Sicut splendor ex substãtia solis nascitur,ita & filium ex substantia patris genitũ intelligamus.Et sicut non est sol aut ignis prius splendore suo: licet ex ipso nascatur: sed ex quo sol aut ignis processit: simul cum eo & splẽdor eius apparuit. Nec dici potest splendor sole vel igne posterior (cùm tamen vt dixi) ex ipso nascatur.Si ergo in creaturis aliquid inuenitur quod & nascatur, & posterius non sit genitore suo, cur hoc à creatore fieri posse desperes,sicut splendor ex sole natus replet orbem terrarum, & tamen à genitore suo non abscinditur, aliquando nec recedit: ita & filius à patre genitus ubique dum sit in patre semper permanet. Et sicut substantialiter splendor in sole est, & sol in splẽdore:ita substantialiter pater in filio & filius in patre est. Et sicut soli & splendori una substantia dum sit, non tamen vna persona, quia nec solem splendorem esse,nec splendorem dicimus solem: ita & pater & filius cùm sint vnius essentiæ, nõ tamẽ vnius sunt personæ.Et sicut sol splendore calefacit & illuminat, & siccat,& soluit,& excandidat,& denigrat, & omnia quæ ei à Domino iniuncta sunt operatur: ita & patrem per vnigenitum filium suum omnia legimus fuisse operatum. Secundum eundem Augustinum hoc initium sancti Euangelij quidam Platonicus aureis literis præscribendum: & per omnes ecclesiasin locis eminentissimis præponendum esse dicebat.

Lux hominum.

Vita bona est lux hominum. Hieron. cã. in Ierem. cap. 19. Seneca epist. 6. Actor. 1.

Tenebræ.

Augustin.

Matth. 5. Lux in tenebris. Origenes hom. 2 in diuersos.

Comprehensio triplex.

2. Cor. 12. Gregorius lib. 31. moral. ca. 28. & lib. 1. dialog. c. 5.

Aduersitates.

Psal. 33. Psal. 90.

Rom. 8.

Simile.

2. Cor. 13.

Rom. 1.

Deũ esse.

Psal. 99.

Filius dei genitus qd

Augustinus epist. 66. & lib. de hæresib. ad quod vult Deũ.

Natũ non posterius genitore suo.

Augustinus lib. 10. decivitate. cap. 29. Euãgeliũ.

ORA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORATIO.

DOMINE *Deus pater omnipotens, qui coæternam & coæqualem, & consubstantialem tibi ante omnia secula filiũ ineffabiliter genuisti: cũ quo atque spiritu sancto omnia visibilia & inuisibilia, ac me miserum peccatorem inter omnia creasti, te adoro, te laudo, teque glorifico: esto propitius mihi peccatori: & ne despicias me opus manuum tuarum, sed salua & adiua me propter nomen sanctum tuum. Operi manuum tuarum dexteram porrige, carnali fragilitati succurre. Qui me fecisti, refice infectum vitijs, qui me formasti, reforma corruptum peccatis, vt secundum magnam tuam misericordiam salues animam meam miseram. Amen.*

De inuentione remedij pro saluatione generis humani: & natiuitate virginis Mariæ. Cap. II.



Lucifer cæsus.

IN principio cùm Lucifer creatus esset, erexit se contra Deum creatorem suũ, & in ictu oculi de excelso cælorum pro iectus est in infernum. Et ob hanc causam decreuit Deus genus humanum creare, ut per ipsum posset casum Luciferi & sociorũ eius restaurare: quapropter diabolus homini inuidens ipsi insidiabatur, & ad præcepti transgressionem ipsum inducere nitebatur: & quoddam genus serpẽtis sibi eligebat, qui tunc erectus gradiebatur, & caput virgineum habebat. In hunc fraudulentus deceptor intrauit, & per os eius loquens verba deceptoria mulieri narrauit, ac eam decipiens super omne genus humanum mortem induxit. Et oportebat nos omnes carcerem inferni ingredi, de quo non poteramus alicuius †adiutorio eripi. Sed tandem pater misericordiarũ & dominus totius consolationis clementer respexit statum nostræ damnationis, & nos per semetipsum liberare decreuit, super quo signũ nobis per oliuam dedit, quam columba inclusis in arca afferebat, quæ misericordiam Dei futuram inclusis in limbo prætendebat. Non solùm enim his qui in arca erant misericordia promittebatur, sed & toti mundo signum salutis in oliua dabatur, & hoc idem Deus præmonstrauit nobis in multis alijs figuris. A principio autem conditionis nostræ Adam in agro Damasceno iuxta Ebron de terra formato, & à domino in paradisum uoluptatis translato, ac Eua in paradiso de costa Adę dormientis facta, & pro cõsorte ei data, ipsisq; primis parentibus in paradiso ad operandum & custodiendum collocatis, & dehinc

Serpentis genus.

† subaudi, puri hominis.

Oliua salutifera. Adæ plasmatio.

A propter ligni vetiti esum per diuini secreti seueritatem expulsis, superna miseratio non destitit homines incitare ad bonum per occultos instinctus, nec distulit hominem errabundum ad pœnitentiam reuocare, spem uenię dando per repromissum saluatoris aduentum. Et ne fortè per ignorantiam & ingratitudinem tanta Dei dignatio nostræ saluti foret inefficax, in quinque huius seculi ætatibus per patriarchas, iudices, sacerdotes, reges, & prophetas, ab Abel iusto vsque ad Ioannem Baptistam, filij sui aduẽtum prænunciare, repromittere, & prefigurare non destitit: ut per multa millia temporum & annorum, magnis & uariis multiplicatis oraculis, & intelligentias nostras ad fidem erigeret, & affectus per nimia B & uiua desideria inflammaret. Vnde Leo Papa: Cessent illorum querelæ qui de dominicæ natiuitatis tarditate causantur, tanquam præteritis temporibus nõ sit impensum, quod in ultima mundi ætate sit gestũ. Verbi incarnatio hoc contulit facienda quod facta, & sacramentum salutis humanæ in nulla vnquam antiquitate cessauit. Quod prædicauerũt Apostoli, hoc annunciauerunt prophetæ. Nec serò est impletum, quod semper est creditum. Sapiẽtia verò & benignitas Dei, hac salutiferi operis mora, capaciores nos suæ uocationis efficit, ut quod multis signis, ac multis vocibus, multisque mysteriis: per tot fuerat seculanunciatum, in his Euangelij diebus non esset ambiguum. Et natiuitatis saluatoris tanto constantiorem in nobis gigneret fidem, quãto prædicatio eius & antiquior præcessisset & crebrior. Nõ itaq; nouo consilio Deus humanis rebus nec sera miseratione consuluit, sed à constitutione mundi vnam eandẽq; omnibus causam salutis instituit. Gratia enim Dei qua semper est uniuersitas iustificata sanctorum, aucta est Christo nascente non cepta. Et hoc magnum pietatis sacramẽtum, tam potens etiam in suis significationibus fuit, ut non minus adepti sint qui illud credidere promissum, quàm qui suscepere donatũ: Hæc Leo Papa. Et nota secundum Aug. quòd Christus non prius uenit nisi homo de legge naturali & scripta prius conuinceretur: quia si Christus statim uenisset, diceret homo quòd per legem naturalẽ saluari poterat, & superfluum crederet aduentũ Christi, similiter dicere poterat de lege scripta. Sed comperto quòd nõ sic saluari poterat, cùm omnes ad inferos descenderunt, tunc uenit ipse: quia tunc erat tempus miserendi, & prius uenire non fuit necesse, quia non prodest medicina spiritualis sine affectu recipientis. Nec posterius uenit, ne fides & spes ex promissa incarnatione perirẽt. Si enim tardasset venire, quotidie decreuissent, & tepuissent secundum eundem Augustinum, magnum desiderium habebant antiqui uidere Christum. Sciebant enim illum esse uenturũ, & non solùm patriarchæ & prophetæ, sed etiam omnes qui piè viuebant desiderantes dicebãt: O si hîc me inueniet illa natiuitas? O si quod credo, videbo oculis meis? Si ergo fideles isti tantùm desiderabant, tamq; deuoti erant Christo adhuc vẽturo, quid faciendum est iam susceptо? Sed uæ nobis miseris huius moderni temporis, qui nec tantũ afficimur ad gratiam exhibitam, quantum antiqui afficiebãtur ad promissam. Vnde Bern. Desideriũ suũ spirantiũ Christi presentiã frequentissimè recogitãs compungor & confundor in memetipso, & nùc vix contineo lachrymas, ita pudet teporis torporisque miserabilium temporum horum. Cui nanq; nostrũ tantum ingerat gaudiũ huius gratiæ exhibitio, quan-

Humanum genus ad spem veniæ erigitur, ab Abel iusto ad Ioannem Baptistam.

Leo ser. 3. de natiuitate Domini.

Gratia Dei per natiuitatem Christi aucta, non cepta.

Aug. lib. 2. quæst. ex utroque testamento quæst. 83. Christus cur non prius, nec posterius venit. Ibid.

Bern. serm. 2. in Cãtic.

tum

Ætas mũdi ante Christi natiuitatem.

tum accenderat veteres desiderata sola promissio? A Hæc Bernardus.

Cùm igitur per longissima tempora circa spaciũ quinque millium & ferè ducentorum annorum miserabiliter iaceret genus humanum, & nullus propter peccatum primi hominis ad æternam beatitudinem ascendere posset: ad primum beatissimi spiritus compatientes tandem ruinæ, ac de sua solliciti restauratione, licet pluries antea, tamen aduenientе plenitudine temporis instantius & deuotius Domino supplicauere. Vnde misericordia pulsabat viscera patris vt subueniret, secum habens pacem: sed contradicebat ueritas, secum habens iustitiam, & inter eas magna controuersia facta est prout narrat Bern. longo sermone de annunciatione: sed dicti sui summa hæc est dicebat misericordia Deo: Eget miseratione diuina creaturã rationalis, quoniam misera facta est, & valdè miserabilis, uenit tempus miserendi eius. Econtrà veritas dicebat: Quæso domine impleri sermonem quem locutus es. Totus moriatur Adam cum omnibus qui erant in eo, quando præuaricando pomum vetitum gustauit. Dixit misericordia: Vt quid me domine fecisti? Scit enim ipsa ueritas, quòd ego perij si nunquã misereris. Ecõtrà ueritas: Si prædictam tuam sententiam præuaricator euaserit, perijt ueritas tua & non permanet in æternum. Fuit autem hæc quæstio per patrẽ missa ad filium. Veritas autem & misericordia coram C eo eadem dicebant. Non uidebatur quomodo circa hominẽ posset misericordia & ueritas simul conseruari. Scripsit autem rex sententiam sic continentem: Hæc dicit, Perij si Adam non moriatur. Et hęc dicit: Perij si misericordiã nõ cõsequatur. Fiat mors bona, & habet utraque vt postulat: & quòd Adam moriatur, & misericordiam consequatur. Obstupuerunt omnes in verbo sapientiæ, & consenserũt qp moriatur Adam misericordiam nõ consequẽdo. Sed quærũt quomodo mors posit fieri bona, cùm horribilis sit ipso auditu? Respondit rex: Mors peccatorum pessima, sed sanctorum est preciosa, & vitæ ianua. Inueniatur ergo qui ex charitate moriatur non obnoxius morti, & sic mors non poterit tenere innoxium, sed faciet in ea foramen per quod trãseant liberati. Placuit sermo: Sed vbi, aiunt, talis poterit inueniri? Circuit ergo orbem terrarum veritas, & nemo mundus à sorde, nec infans vnius diei. Sed & misericordia perlustrat cœlum, & neminem inuenit qui sufficientem ad hoc habeat charitatẽ. Ei ergo hæc victoria debebatur, quo nemo maiorem charitatem haberet, ut animam suam pro seruis inutilibus poneret. Redeunt itaque ad constitutum diẽ anxiè plurimum non inuento quod desiderabant. Tandem seorsum pax eos consolans dixit: Nescitis quia non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnũ. Qui dedit consilium, ferat auxilium. Intellexit hoc E rex, & ait: *Pœnitet me fecisse hominem*. Pœna, inquit, tenet me. Pœnam sustinere incumbit mihi pro homine quem creaui. Et vocato angelo Gabriel dixit: *Vade dic filiæ Sion, Ecce rex tuus venit*. Festinauit ille & ait: Adorna thalamum tuum, & suscipe regẽ: Hæc Bernard. Vides ergo quàm magni periculi, & quantum fuit peccatum, & quàm magna difficultas sit in uenire remedium. In hoc itaq; consenserunt prædictę virtutes, & tunc impletum est illud propheticũ: *Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt*. Vnde & Leo papa: Quia non ita in primum hominem diabolus violentus extiterat, vt cũ

Misericordia & iustitia contentio. Bern. serm. 1. de Annũciatione Domini.

Mors quomodo bona. Psal. 33.

Iob. 15.

Psal. 52.

Gen. 6.

Zach. 9.

Psal. 84. Leo serm. 2. de natiuitate Domini.

in partes suas sine arbitrij consensione transferet: sic destruendum fuit peccatum uoluntarium & hostile consilium, vt dono gratiæ non obesset norma iustitiæ. In totius igitur humani generis strage communi, unum solum fuit remedium, sub diuinæ rationis occulto, quod posset subuenire prostratis, si aliquis filiorũ Adam originalis præuaricationis alienus atque innocẽs nasceretur, qui cæteris exemplo prodesset & merito. Sed quia hæc naturalis generalis generatio nõ sinebat dominus Dauid, factus est filius Dauid: & de promissi generis fructu proles est orta sine vitio: Vnde etiam Ansel. Natura nostra ad similitudinẽ Dei in principio creata fuit, quatenus indesinenter ipso Deo frueretur, & eius gloria sine omni corruptione & mutabilitate aliquãdo potiretur. Hoc tam grãde bonũ statim in primis parẽtibus perdidit, atque in huius mũdi miserias infelix & prę ceps ruit in æternas miserias, decurso uitæ labentis articulo multo infœlicius ruitura. Transierunt multa secula, & damnationis ipsius immanitas super omnes filios hominum est in deterius roborata. Nec enim summi sapientia Dei ullam in massa creationis humanæ uiam inuenit, per quam vt deposuerat in mundum ueniens tam luctuosæ perditioni subueniret, donec ad istam de qua loquimur uirginẽ uentum esset. Sed hæc mox ut in mundum uenit, perhumanæ generationis lineam, tanta omnis boni uirtute atq; constantia perfectè resplenduit, vt eam ipsa sapientia Dei uerè dignam iudicaret, per quam in hominẽ ueniens, non tantũmodò reatum primorum hominum sed & totius mundi peccata deleret, atque diabolum sui operis inimicum cum suis elideret, necnon damna patriæ cœlestis hominem illuc redncẽdo reintegraret. Quis igitur ista perpendens æstimare queat qua laude digna sit: quæ tantorum bonorum sola præ cunctis mediatrix effici meruit? Hæc Ansel. Nec fuit ista virgo subitò & casu inuenta, sed ab æterno prædestinata. Vnde Damas. Ipsa Dei genitrix ab æterno etiam præuiso tẽpore Dei consilio prædeterminata, & diuersis imaginationibus & sanctificationibus prophetarum per spiritũ sanctum præimaginata, & prædicata fuit. Exurgamus ergo in gratiarum actiones, & pro tanta Dei circa nos dignatione laudes referamus cum Anselmo, dicentes: Adoramus te Christe rex Israel, lux gentium, princeps regum terræ, Domine sabaoth, virtus Dei omnipotentissima. Adoramus te precio sum nostræ redemptionis precium, hostiam pacificam, quæ sola odoris tui inæstimabili suauitate patrem, qui in altis habitat ad respiciẽdum humilia inclinasti, & filiis iræ placabilem reddidisti. Tuas Christe miserationes prædicamus, tuæ suauitatis memoriam cum abundantia eructamus, tibi Christe sacrificium laudis immolamus, pro multitudine bonitatis tuæ quam ostendisti nobis semini nequam filijs sceleratis & perditis. Cùm enim adhuc essemus inimici tui Domine, & antiqua mors in omnem carnem iniquum exerceret Dominum, cui omne semẽ Adam lege primordialis culpæ obnoxium erat, recordatus es uberrimæ misericordiæ tuæ, & prospexisti de sublimi habitatione tua in hanc uallem plorationis & miseriæ. Vidisti Domine afflictionem populi tui, & tactus dolore charitatis intrinsecus, apposuisti cogitare super nos cogitationes pacis & redemptionis: Hæc Anselmus.

Remedium vnicum.

Anselmus de excellentia B. uirginis cap. 6. tom. 3.

Mariæ laus.

Damascenus lib. 4. de Fide cap. 15. Maria ab æterno prædestinata.

Anselmus in speculo Euangelicũ sermonic. cap. 2. to. 3.

Tacitis autem illis quæ ab initio omnis creaturæ vsque ad sancti filij sui aduentum de hac beata uir-

gine

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mariæ natiuitas.

gine prophetata sunt, tam per eos qui ante legem, quàm per eos qui sub lege iusti fuerunt: de natiuitate ipsius quam quidem ex linea generationis humanæ descendisse scimus, & magna quædam atque miranda signorum indicia præcurrisse credimus, cõsequenter aliqua videamus. Virgo itaq; gloriosa ex qua incarnatio filij Dei est facta, de tribu Iuda, & stirpe Dauid est orta. Nam, vt ait August. dignum atque conueniens erat cœlesti mysterio, vt eadem Maria quæ mater Dei secundum carnem esse meruit, & ex regali genere, & ex sacerdotali origine nasceretur: de qua filius Dei, qui rex & sacerdos æternus est, corpus humanæ carnis assumpsit. Anno autem imperij Augusti circiter xxvij. nata est gloriosa virgo Maria, ex patre Ioachim de Nazareth, ex matre Anna de Sephor oppido distante ad duas leucas de Nazareth, ambobus iustis ante Deum. Qui per annos viginti prole carentes, pro habenda sobole orauerunt, vouentes se illam Domino oblaturos. Cùm autem videret Isachar sacerdos, Ioachim inter cõciues suos cum oblatione assistere, spreuit illum improperans sterilitatem. Qui improperij pudore ad pastores pecorum suorum se contulit, ibique apparuit ei angelus Domini confortans eum, & dicẽs orationes eius exauditas, & eleemosynas ascendisse in conspectu Dei. Tertiam enim partem substantiæ suæ dabat pauperibus, & tertiã templo & templi ministris, de alia tertia viuebat cum domo sua. Et ait ei angelus: Ecce vxor tua, pariet tibi filiam, vocabisque nomen eius Mariam. Consecrata erit Domino vt vouisti, & spiritusancto replebitur ex vtero matris suæ, & in templo Domini erit cõuersatio eius. Eademque angelus nunciauit Annę. Monituq; angelico ambo ascenderunt in Hierusalem, & debitas gratias Domino persoluentes in templo, regressi sunt ad propria. Concepitq; Anna & peperit filiam, quam vocauit Mariam. Ab originali autem quodã priuilegio singulari in matris vtero purgata fuit: Vnde Bern. Est itaq; virgo Maria bonorum titulis cumulata, quæ proculdubio antè fuit sancta quàm nata. Ego puto quòd copiosior sanctificationis benedictio quàm in alijs sanctificatis ab vtero in eam descenderit: quæ non solum ipsius ortum sanctificaret, sed vitam eius deinceps ab omni peccato conseruaret immunem. Decuit nimirũ ut singulari priuilegio vitam absq; peccato duceret, quæ dum peccati mortisq; peremptorem pareret, vitæ iustitiæq; munus plus omnib us obtineret. Hæc Bernardus: vnde dicit August. quòd beata virgo ante cõceptionem filij Dei sanctificata fuit, quòd peccare venialiter potuit: sed post cõceptionẽ filij Dei nec mortaliter nec uenialiter peccare potuit. Ipsa autẽ gloriosa virgo Maria, cùm triũ esset annorũ portabatur ad tẽplũ, & à parẽtibus in templo oblata, intra septa tẽpli cum alijs virginibus collocata, ut literas disceret, & domino seruiret, ibidemq; usq; ad annum xiiij. permansit. Sed accelerato in ea diuinę rationis usu, quã do parentes eam in templo dimiserunt, extunc statuit in corde suo Deum habere in patrem, & fecit se doceri Dei legem, ac deuotè & frequenter cogitabat quid posset facere Deo gratum, vt sibi gratiam suã dare dignaretur. Petebat verò affectuosè à Deo gratiam obseruandi mandata & præcepta legis, & vt faceret eam amare omnia quæ ipse amat, & odire omnia quæ ipse odit. Petebat quoque omnes virtutes, per quas efficeretur gratiosa ante conspectũ suum, & melius ac melius in Dei opere proficiebat.

Augu. lib. 2. de cõsens. Euangelist. a. 2. Marię stirps.

Ioachim eleemosynę.

Maria purgata, sed magis præseruata assertur ab originali culpa.

Bern. epist. 174. ad canonicos Lugdunenses.

Maria quãdoque potuisset uenialiter peccasse. Mariæ præsentatio.

Petitiones & preces Mariæ.

Omni tempore contemplationi aut orationi, aut lectioni, aut operationi se dabat: pro salute generis humani sine intermissione orabat: scripturas de aduentu Christi frequenter legebat: & quicquid in scripturis de incarnatione Dei inueniebat, hoc osculando & amplexando dulciter relegebat. Fiebat vt in vigilijs inueniretur prior, in sapientia Dei eruditior, in humilitate humilior, in carminibus Dauidicis elegantior, in charitate gratiosior, in puritate purior, in omni uirtute perfectior, erat enim constans & immobilis. Et cùm quotidie melius transisset, hanc iratscentem nullus uidit vel audiuit. Omnis sermo eius ita erat gratia plenus, ut in lingua eius agnosceretur Deus. Et erat sollicita circa socias suas, ne aliqua ex eis in ullo sermone offenderet: ne aliqua in risu uocem suam exaltaret: ne aliqua iniuriosa uel superba circa parem suam existeret, & ne in aliquo peccarent: sine intermissione benedicebat dominũ. Et ne fortè in salutatione sua à laudibus Domini tolleretur, si quis eam salutabat, ipsa pro resalutatione Deo gratias respõdebat. Deniq; primùm ab ipsa exiuit, ut dum homines sancti salutantur, Deo gratias dicant. Ipsa etiam prima omnium de seruanda uirginitate, nisi Deus aliter ordinaret, uotum uouit: quod nulla ab initio seculi, ex quo hic factus est mũdus, Deo obtulit, tam prudẽter, tam humiliter, tam deuotè se habebat, quòd uita ipsius exemplum uiuendi cunctis prębebat: vnde de uita eius sic scribit Ambro. Sit nobis tanquam imagine descripta uita Mariæ, ex qua uelut speculo refulget species charitatis, & forma uirtutis. Virgo erat corpore & mente, corde humilis, uerbis grauis, animo prudens, loquẽdi peritior, legendi studiosior: non in incerto diuitiarum, sed in prece pauperis spem reponens. Intenta operi, uerecunda sermone: arbitrum mentis non hominem, sed Deum quærere: nullum lædere, omnibus bene uelle maioribus assurgere, equalibus nõ inuidere: iactantiam fugere, rationem sequi, amare uirtutem. Quando illa uel nutu læsit parentes? quãdo fastidiuit humilem? quando irrisit debilem? quãdo uituit inopem? Nihil torum in oculis, nihil procax in verbis, nihil inuerecundum in actu. Non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior, ut ipsa species corporis simulachrum fuerit mentis, & forma probitatis. Talis enim fuit Maria, vt eius vnica vita omnium disciplina sit. Si igitur actor non displicet, opus probemus: ut quicunque sibi exoptat præmium, imitetur exemplum. hęc Ambro. Vnde & Anselm. Nota igitur & istantiles annos exuta, quàm castè, quàm sanctè, quàm Deo dignè uitã instituerit, ac istitutã egerit, uel cogitatu queat coniectare. Nulli deniq; dubiũ, castissimũ corpus, & sanctissimã aĩam eius funditus fuisse ab omni macula peccati iugi angelorũ custodia protectã: ut pote aulam quam suus & omnium creator Deus corporaliter inhabitaturus, & ex qua hominẽ suę personę unitatẽ ineffabili fuit operatione sumpturus? Et quid mirum? Nam & inter homines usus obtinuit (si tamen cœlestibus ad terrena potest esse comparatio ulla) vt cùm præpotens aliquis, vel persona dignes aliquò vadit hospitaturus: clientes procurent locum, muniant, mundent, ornent, atque custodiant, quò venienti Domino suo aptus ad habitandum, & congruus fiat. Quòd si talis apparatus sit pro aduentu terreni hominis, & momẽtaneæ potestatis, qualis putamus apparatus omnis boni fiebat pro aduentu cœlestis & æterni regis in corde sacratissimæ virginis

Maria profectus.

Deo gratias, unde ortum. Votũ uirginitatis primum.

Ambr. lib. 2. de Virginibus. Mariæ vita

Maria puritas.

Anselmus lib. de excellentia B. Virginis cap. 3.

Conceptionis Mariæ figura.

ginis, quæ illum non solùm erat in semetipsam transtituè hospitatura, sed etiam ex substantia sua hominem factum paritura? Hæc Anselm. Considera hîc attentè uirtutes & mores virginis Mariæ, & pro posse tuo etiam imitari studе. De Mariæ conceptione & sanctificatione est sciendum, quòd cùm Deus humanam naturã assumere decreuisset, cõgruum fuit ut matrem de qua nasceretur præmitteret. Et hæc per filiam regis Asthagis præfigurata fuit, qui (vt in scholastica historia dicitur) in uisione vidit quòd de vtero filiæ suæ vitis pulchra crescebat, quæ frondibus & floribus se dilatabat, & fructum proferens totum regnum suum obumbrabat. Dictumque est ei, quòd de filia sua rex magnus nasciturus erat, quę post hæc Cyrum regẽ generauit, qui filios Israel de captiuitate Babylonica liberauit. Ita Ioachim dictũ est, quòd filiam gigneret quę Christum regem portaret, qui nos de captiuitate diabolica liberauit: qui & uera uitis fuit, & totum mundum obumbrauit. Ipsa etiam præfigurata fuit per fontem signatum in horto concluso positum: quia eã conclusam in vtero matris spiritussanctus sanctificauit, & sigillo sanctæ trinitatis sic conclusit & signauit, quòd in eam nunquam aliquid coinquinatum introiuit. Hęc etiã præfigurata fuit per stellam Balaam, qui promisit quòd de Iacob oriretur stella, per quam figurabatur Maria fluctuantium ductrix & adiutrix singularis & præcipua: sine qua stella non poteramus hoc feruidum mare pertransire: nec ad portum cœlestis patriæ peruenire. Ipsa etiam beata virgo, quo ad suã natiuitatem, præfigurata fuit per virgam de radice & stirpe Iesse patris Dauid egressã: de qua flos amenissimus, scilicet Christus ascendit: super quam septiformis gratia spiritussancti requieuit. Quomodo autem florem produxit, perfiguratũ fuit in porta clausa quam dominus Ezechieli monstrauit, quę nunquam aperiri debebat, sed Dominus solus per eam clausam transire uolebat. Ipsa etiam præfigurata fuit per templum quod Salomon Domino ædificauit. Hoc templum erat constructum marmore cãdidissimo, & ornatũ intrinsecus auro mũdissimo: sic Maria erat albissima candore, purissimæ castitatis, & ornata intrinsecus auro perfectissimæ charitatis. Oblatio verò Mariæ in templo fuit præmonstrata per mensam Solis in fabulo, de qua mensa dicitur in scholastica historia: Piscatores enim quidã rete in mare mittentes, casu mirabili mensam aureã extraxerunt, quæ ipsi Soli materiali quẽ gens illa tanquam Deum colуit oblata fuit in templo, quod ibidem in littore maris in fabulo cõstructum erat. Per illam mẽsam, quæ in tẽplo Solis materialis est oblata, bene est Maria figurata, quæ vero Soli, id est, summo Deo, & in templo Solis æternalis est oblata. Et pulchrè per mensam Maria est figurata, quia per eã cœlestis esca nobis est collata: nam ipsa filium Dei Iesum Christum nobis generauit, qui nos suo corpore & sanguine refocillauit. Itẽ præmonstrata fuit per Iephte filiã, sed illa ex abrupto & indiscretè oblata, Deo postea seruire nequiuit, Maria verò ritè & discretè oblata, post oblationem suam semper Domino seruiuit. Illa post victoriam hostium temporalium, pro gratiarum actione, Maria ante victoriã pro victoriæ hostium temporalium collocatione. Qualiter autem Deo seruiuit, & quam uitã habuit, hoc in horto illo suspenso demonstratum fuit, quẽ rex Persarũ vxori in alta structura plantauit: de quo patriam suam de longè contemplari affectauit, per quam contemplatiua uita Mariæ designatur, quæ in templo Domini contemplationi insistens, patriã cœlestem semper contemplabatur.

Virgo Iesse.

Porta clausa.

Templum Salomonis

Mensa Solis figura oblationis Mariæ in templo.

Iephte filia.

Hortus pẽs. filia.

Hortus cõclusus, & fons signatus.

Num. 25. Stella Balaam.

ORATIO.

O Virgo virginum Maria, quæ nec primam similem visa es, nec habere sequentem, quæ prima inter feminas seruandæ virginitatis uotum uouisti, & gloriosum munus Deo obtulisti, cùm hoc à nullo homine nec uerbo didicisses, nec exemplo ad imitationem inuitata fuisses, hacque uirtute, & cæteris ornata Deo placuisti, & uiuendi exemplum omnibus reliquisti. Deprecor bonitatem tuam immensam, ut tu summum meum solatium dirigas uitam meam, meque tuas uirtutes & exempla pro posse imitari facias, & gratiam tuam semper mihi adesse concedas. Amen.

De desponsatione Mariæ. Cap. III.



Virgo itaque Domini Maria cum ætatis processu quotidie etiam in virtutibus proficiebat: & quia pater & mater eam dereliquerant, Dominus eam assumpsit. Quotidie nanque ab angelis frequentabatur, quotidie diuina uisitatione fruebatur, quæ eã à malis omnibus custodiebat, & bonis omnibus redundare faciebat: itaque sic usq; ad annum decimũ quartum peruenit. Tunc pontifex publicè denunciauit, vt uirgines quæ in templo constitutæ hanc ætatem implessent, domum reuerterentur, ac nuptijs operam darent: cui mandato cùm ceteræ prona paruisset, sola Virgo Maria hoc se facere nõ posse respondit. Si quidem & parentes suos se dixit Domini seruitio mancipasse, & insuper seipsam Domino uirginitatem uouisse. Pontifex igitur in angustia positus, cùm neque cõtra scripturam quę dicit: Vouete & reddite, uotum infrigendum putaret, neque morem genti insuetũ introducere auderet: consilium habuit cum primoribus quid esset faciẽdum: omnibusque in communi placuit dominum super hoc esse consulendum. Et cæteris quidem orationi incumbentibus, pontifex ex more ad consulendum dominum accessit. Nec mora & cunctis audientibus de propiciatorij loco uox facta est Esaiæ uatici nio requirendum esse, cui uirgo commendari & despõsari deberet: illo scilicet, *egredietur virga de radice Iesse &c.* Cunctosque de domo & familia Dauid nuptijs habiles non coniugatos, uirgas suas ad altare

Maria ad 14. annum proiectio.

Psal. 75. Consilium super Marię uoto.

Esaię. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioseph uirga floruit.

Num. 17.

Virga comparatur Mariæ.

rejusit rafferre. Erat autem inter cęteros homo no
mine Ioseph, qui cùm virgam suam attulisset, & ip-
sa illicò florem germinasset, atque in eius cacumi-
ne colůba de cœlo veniens consedisset, liquidò om
nibus patuit ipsi uirginem desponsandam fore. Vn-
de in Numer. legitur, quòd Moyses inuenit uirgam
Aaron germinasse, & turgętibus gemmis flores eru
pisse, qui folijs dilatatis in amigdalas deformati sůt.
Per istă intelligi potest beata Virgo, quæ instar vir-
gæ fuit gracilis per paupertatem, & flexibilis per hu
militatem, & recta per intentionem & charitatem.
Ista virgo inuenta est gemmis turgentibus, quãdo
filium Dei in utero suo cõcepit: ex qua flores fru-
ctiferi eruperunt, quando Dei filius ipsa manente
virgine natus fuit. Nam sicut flos non violat ar-
borem, sed ornat: sic Dei filius non uiolauit uirgi-
nem, sed magis donis & gratijs adornauit, secundů
Chrysostomum. Hæc virga est quæ in tabernaculo
testimonij posita, sine humore terræ fructum nucis
germinauit: quia sine uiri semine filium ædidit, qui
tanquam nux ligno passionis adhæsit. Et bene, nũc
flos, nunc fructus dicitur: quia secundum Ambro-
sium, Veluti boni arboris fructus pro nostræ vir-
tutis processu, nunc floret, nunc fructificat in no-
bis, nũc rediuiua corporis resurrectione reparatur.
Ideò etiam alibi flos, alibi fructus dicitur: quia in
vtriusque testamenti paginis ita prædicatur, flos in
litera, fructus in spiritu. Flos in lege, fructus in gra
tia & ueritate. Flos in priori tabernaculo, fructus
in secundo. Flos in obseruatione carnalium sacrifi-
ciorum, fructus in spirituali intelligentia mysterio-
rum. Sicut enim in flore fructus prænunciatur, sic
in illis cerimonijs Christus uęturus significabatur.
Patet itaque quòd Christus flos dicitur in propheti
ca veteris testamẽti promissione, qui & fructus vo
catur in noui testamenti gratiæ perfectione. Sed si-
cut fructus non apparet virente flore, ita nec Chri-
sti veritas patuit carnali obseruatione manẽte. Are
scente uerò flore, fructus uidetur: quia decidente
lege, gratia & veritas per Iesum Christum facta te-
nętur. Igitur virgo domini cum quibusdam uirgi-
nibus collactaneis suis, quas ob miraculi ostensio-
nem, & pudoris sui custodiam à sacerdote accepe-
rat: ad domum parentum in Nazareth reuersa est,
habens secum more solito sui pudoris custodes &
testes, sine quo nunquam processit. Vnde Hiero-
nymus: Cùm ea semper singularum uirtutum pu-
dicitia comes irremota mãsit, quia omnino pudor
indiuiduus uirginitati esse debet, sine quo castitas
uera seruari non potest. Nunquam igitur beata Ma
ria sine pudoris sui custode processit. Ioseph quoq;
secessit ibidem, & mutua desponsatione facta rece-
dit in domum suam, eam dispositurus, & nuptijs ne
cessaria prouisurus. Fuit itaque virgo Maria Ioseph
uiro suæ tribus despõsata, quia mulier viro alterius
tribus nubere non poterat, quando ad ipsam hære-
ditas paterna pertinebat. Beata autem virgo fuit vni
ca Ioachim patri suo, succedens in hæreditate, &
ideò ex lege cogebatur viro suæ tribus nubere: Am
bo autem de eadem tribu erãt, quia ambo à Dauid
descenderant: sed Maria per Nathan, & Ioseph per
Salomonem. Et licet Ioseph etiam cogeretur ad ma
trimonium contrahendum secundum temporis il-
lius modum, tamen habebat uirginitatem in deside
rio & proposito, sed nondum expresserat in uoto.
Contraxit itaque matrimonium cum uirgine, com
mittens se uoluntati diuinæ. Et postmodum ex di-

Chrysost.

Ambr. lib. 2. in Lucã. cap. 1.

Flori comparatur Christus.

Desponsatio Mariæ.

Hiero. sermo. de Assumptione tomo. 4.

Maria cur sua tribus viro nupsit.

Ioseph quo que virginitatem de creuerat seruare.

A uina reuelatione Ioseph agnouit propositum Ma-
riæ, & tunc ex communi consensu uouerunt uirgi-
nitatem seruare: unde secundum Augustinum, Ma
ria & Ioseph antequàm facta esset mutua despon-
satio, uirginitatem seruare proposuerunt, & vter-
que cõsensit in matrimonium reuelatione spiritus
sancti. Nec alter consensisset in alterum, nisi docen
te spiritu sancto alter alterius cognouisset propo-
situm: sed postea uterque propositum suum exprí-
mens uerbo, Deo uouerunt uirginitatem. Adhuc
enim, ut creditur, Ioseph virgo erat, cuius ratio hęc
esse potest: Quia cùm Christus in passione sua nulli
matrem seruandam tradidit nisi uirgini, nõ est pro-
babile quòd ante conceptum, dum adhuc esset iu-
uencula, traderetur alicui custodienda nisi uirgini.
B Fuit autem beata virgo despõsata Ioseph, non de-
sponsatione futuras nuptias promittente: sed despõ
satione & consensu per verba de præsenti. Et ita ve
rum matrimonium fuit inter ipsos, & consumma-
tum: solennitates enim nuptiarum non sunt de sub
stantia matrimonij. Vnde & Ioseph sponsus & uir
eius solet dici. Vnde dicit Hugo, quòd cùm beata
virgo virginitatem vouisset, & parentes eam nube-
re iuberent, timens illa inobediens esse parentibus,
nec virginitatis propositum deserere volẽs, per spi-
ritum sanctum edocta commisit se Deo: certam
habens fiduciam quòd eam diuina misericordia ita
C custodiret, vt posset parentibus in contrahẽdo ma-
trimonio obedientiam exhibere: & tamen uotum
uirginitatis non cogeretur frangere. Et ponit exẽ-
plum de Abraham, qui repromissionem acceperat
in semine Isaac, quem tamen postea iussus est im-
molare, cui iussioni paruit, sciens pro certo, quia
& si secundum humanam rationẽ promissioni con
traria uideretur iussio, secundum illam tamen vir-
tutem qua Deo possibilia sunt omnia cum obediẽ-
tia iussionis impleri posset promissio. Sicque factũ
est, ut & obedientiæ inueniret meritum, & promis-
sionis cõsequeretur effectum: ita potuit esse in pro-
posito de beata Virgine. Vnde & Ansel. Et quidem
hæc duo ipsa iocundius amabat, uirginitatem scili-
D cet, & fœcunditatem. Virginitatem, quia hanc Deo
per omnia placere intelligebat: Fœcũditatem, quia
sine hac maledictum legis, quæ adhuc carnaliter cu
stodiebatur, incurrere metuebat. Duo ergo erant
in virginis animo inuisibili, sed magno concertan-
tia prælio, uirginitatis amor, & legalis maledictio-
nis timor. Veruntamen librato diu multumq; con-
silio, uicit amor, qui præponderabat, & terga de-
dit timor. Vicit in ea amor seruandæ uirginitatis, &
excluſit ab ea timorem incurrendæ maledictionis.
Virgo itaque tenera & delicata, regali ex stirpe pro-
genita, & speciosissima, totam intentionem suam,
totũ amorem suum, totum studium suũ ad hoc in-
E tendit, ut corpus & animam suã Deo perpetua uir-
ginitate consecraret. Sciebat enim quòd quanto
sanctius eam conseruaret, tanto sublimius ei qui
omnium castissimus, imò qui ipsa castitas est, ap-
propinquaret. Amplectendo igitur quod acceptа-
bilius esse cognouit domino legis, sperauit & cre-
didit se plenè euasuram maledictionem datæ le-
gis: reputans secum illud tantæ bonitatis, tantæ-
que sapientiæ, ut dum se nullatenus iuxta conscien
tiam suam melius scire, aut posse facere quàm facie
bat aduerteret, tutum consilium, ne quid peccati
in istis subiret, inueniret. Nec decepta est: Quis e-
nim sperauit in Domino, & derelictus est ab eo? De
nique

Augustinus habetur in Decretis 27. q. 2. canon. Beata Maria.

Desponsatio Mariæ per uerba de præsenti.

Anselmus de excellentia B. Virginis ca. 4. Virginitatem & fœcũditatem amauit Maria.

nique vbi tam sanctam intentionem eius, tam ca-
stum propositum eius, tam firmam fidem, constan
tem spem, & indeficientem vidit charitatem eius,
eo misericordiæ suæ intuitu egit circa illam, vt nec
sanctitas intentionis eius frustraretur, nec castitas
propositi eius violaretur. Ne autem firmitas fidei
infirmata spei constantia titubaret, aut charitatis in
ea plenitudo deficeret, occurrit ei auxilium, quæ ei
& quod timebat eriperet, & quod amabat saluo si-
gnaculo non auferret. Dedit ergo illi vt & virgo,
quod & magis optabat, permaneret: & nemo illam
à maledicto liberrimam dubitaret, fœcunda fieret.
Dedit ei vt esset & prole fertilis, & virginalis dam-
ni immunis: Hęc Ansel. Et est hic sciendum propter
Mariæ cognationem, de qua in Euangelio sæpè fit
Anna mariti & filię, & earũ filij & mariti. mentio, quòd Anna tres uiros successiuè habuit.
Primo, Ioachim: Secundò, Cleopham, fratrem Io-
seph: Tertiò, Salomam. De quolibet horum filiam
vnam suscepit, & quamlibet Mariam appellauit. Hæ
tres Mariæ tres viros habuerunt. Prima, Ioseph: Se-
Fratres Domini. cunda, Alpheum: Tertia, Zebedeum. Prima parit
Christum: Secunda, Iacobum minorem, & Ioseph
iustum, qui & Barsabas est dictus, ac Symeonem &
Iudam: Tertia, Iacobum maiorem, & Iohannem
Euangelistam. Iacobus autem Zebedei licet poste-
rior natu, tamen maior est dictus, quia prius à do-
Iacobus minor. mino uocatus, ad cuius distinctionem Iacobus Al-
phæi minor est appellatus. Hic Iacobus minor &
tres fratres sui præ cæteris consanguineis dicti sunt
fratres domini, quia nõ solùm cognati erãt de dua-
bus sororibus, sed vt putabatur agnati tanquam ex
duobus fratribus, scilicet Ioseph & Cleopha descẽ-
dentes. Inter quos tamen antonomasticè Iacobus
Christus cur de desponsata nasci voluit. frater domini est dictus, qa erat ei in facie & linea-
menti corporis similis. Voluit autem dominus ma
trem suam habere virum, & non de simplici, sed de
desponsata concipi & nasci diuersis ex causis, qua-
rum quædam accipiuntur ex parte pueri, quædam
Causa ex parte pueri. ex parte matris, quædam ex parte aliorum. Ex parte
pueri sumuntur rationes quinque. Prima secundũ
Hieronymus super illud, Cùm esset desponsata. Hiero. propter declarationem originis, vt per gene
rationem Ioseph, cuius Maria cognata erat, origo
Mariæ monstraretur: & more scripturarum genea-
logia Christi per virum describeretur. Secunda, se-
cundum Ambrosium propter remotionẽ suspitio-
Ambr. lib. 2. in Lucã. Ibidem. nis: ne scilicet à legis iniuria incepisse uideretur,
cùm partus innuptæ lege damnaretur. Tertia, secun
dum eundem, propter remotionem suspitionis, ne
scilicet Herodes & Iudæi Christum iustè, quasi de
adultério natum, persequi uiderentur: & ab infide-
libus tanquam illegitimus abijceretur. Quarta, se-
Origenes hom. 1. in diuersos. cundum Origenem, propter sustentationem pueri
(maximè cùm deberet in Aegyptum portari) ut sci
licet Ioseph nutriret. Vnde & Ioseph nutricius Do
mini appellatur. Quinta, secundum Origenem, Hie
ronymum, & Basilium, propter occultationem na-
tiuitatis Christi, ut uidelicet mysterium & partus
Orig. hom. 6. in Lucã. Hier. ibid. et Basilius de humana Christi generat. filij Dei diabolo cælaretur, dum eum putaret non
de uirgine, sed de uxore generatum. Item quinque
rationes sumuntur ex parte matris. Prima, secundũ
Causa ex parte matris. Ambro. ibid. Ambrosiũ ne grauida apparẽs infamaretur: & ideò
permisit Dominus quòd potius de suo ortu, quàm
de matris pudore dubitaretur. Secunda, secundum
Hier. ibid. Beda lib. 1. comment. in Lucam. Hier. ibid. Bedam & Hieronymum, ad vitationem pœnæ: ne
scilicet tanquam adultera à Iudæis calumniaretur,
& sic quasi iustè lapidaretur. Tertia, secundum Hie
ronymum & Origenem, ad sustentationem solatij,

ut scilicet viri ministerio & solatio, & maximè in
Aegyptum fugiens, & inde rediens, frueretur. Quar
ta, secundum glossam ad roborationem fidei: ut sci
licet Mariæ verbis maior fides adhiberetur: innup-
ta enim prægnans mentiri videretur, nec ei si se uir
ginem esse diceret, crederetur. Quinta, ad partici-
pationem statur singuli, vt videlicet mater Domi
ni haberet aliquid cuiuslibet status: scilicet virgini-
tatis, matrimonij, & viduitatis. Item quinque ra-
Causa ex parte aliorum. Ambro. ibid. tiones sumuntur ex parte aliorum. Prima, secundũ
Ambrosium ad remotionem excusationis peccati,
ne virginibus impudicis & malè viuentibus uela-
men excusationis præberetur, ex quo mater Domi
ni infamata uideretur. Secunda, secundum Orige-
nem ad confirmationem matrimonij contra futu-
ros hæreticos, matrimonium damnare uolentes.
Vel vt per hoc quòd de virgine & desponsata nasce
retur, uterque status & uirginum & coniugatorum
approbaretur, contra hæreticos alteri istorum de-
trahentes. Tertia, ad subleuationem opprobrij: ut
scilicet ab omni gradu fœminarũ tolleretur oppro-
brium, quod in Eua incurrerant omnes fœminæ, &
tam virgines quàm nuptæ, quàm etiã uidiæ à com
muni opprobrio quod in Eua contraxerant exime
rentur in persona Mariæ. Quarta est ad commen-
dationem exempli: ut uidelicet ostenderet facta de
sponsatione antè conuentionem liberum esse tran
sire ad meliora uota, sponso irrequisito: ut est in re
ligionis ingressu, ubi anima desponsatur Deo, sicut
fuit in beata virgine. Quinta est, secundum Chry-
sostomum ad declarationem mysterij: quo scilicet
ipsi Christo desponsatur Ecclesia, quæ uirgo est im
maculata semper & sine ruga: cuius virginis sumus
Leo serm. 9. de natiuitate Christi. filij in fide Iesu Christi, qui secundum Leonem Pa-
pã quo spiritu de virginis vtero nascitur Christus,
hoc de Ecclesiæ vtero nascitur Christianus. Ideò
autem secundum Chrysostomum: Beata Maria fa-
bro lignario desponsata fuit, quia Christus Eccle-
Chrysost. hom. 1. in Matt. operis imperfecti. siæ sponsus omnium saluté per lignum crucis ope
rari debebat. Et secundum Augustinum, Christus
natus de matre, quæ fabro desponsata erat, omnem
carnalis nobilitatis tumorem extinxit. Hæc fuit præ
figurata per uirginem Saram, Raguelis filiam, Tho-
biæ desponsatam, quæ ab omni concupiscentia mũ
dam seruauit animam: Multò magis Maria Ioseph
desponsata, quæ uirgo in æternum permansit im-
maculata. Comparatur etiam uirgo Maria turri for
tissimæ, quæ dicebatur Baris, quæ (ut in scholasti-
ca historia dicitur) duobus custodibus defendi pò
terat ab omnibus uentibus. Tam fortissima & in
uincibilis fuit virgo Maria, cuius custos præcipuus
erat Deus æterna sapientia. Cuius vita etiam com-
paratur turri Dauid, quæ munita erat mille clipeis,
qui de ea dependebant, quia mille uirtutes & mul-
to plures in Maria apparebant, quibus vita eius mu
nita erat intantum, quòd omnes tentationes & pec
cata superabat: & non solùm hoc à se, sed etiam ab
aliis gratiam suam infundendo repellebat. Conside
ra modò quantæ ante hanc beatam virginem, & e-
tiam quãtę post eam mulieres & uirgines fuerint,
hæc tamen sola mater Domini fieri meruit. Magna
Mariæ excellentia & gratia & meritis. enim & ineffabilis gratia est, ut una ex tantis milli-
bus eligatur. Ideò autem præ cæteris electa fuit,
quia omnes alias sanctitate præcelluit. Vnde An-
selmus, Eam solam, scrutans corda & renes Deus,
ex omnibus uirginibus quas capiebat mundus ele-
git & sacrauit, ut habitaret in ea corporaliter quam

Gloſſa.

Causa ex parte aliorum. Ambro. ibid.

Mariæ ad turrim Baris comparatio.

Maria turri Dauid comparata.

B iam-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iampridem plenam uirtutibus fouebat, & circumplectebatur spiritualiter. Ipsam autem omnes mulieres sanctitate præcelluisse, puta quòd intelligit, qui animaduertit. Nam aliæ quidem partes gratiarum moruerunt, ipsa autem plena gratia, ab Angelo salutatur. Hæc Anselmus.

ORATIO.

SALVE *virga Iesse florida & fructifera, Maria uirgo beatissima, de qua vnicus ille & singularis flos & fructus prodijt: vnde virtutum spiritualium germen erupit: flos suauissimus, emittens odorem: fructus sapidissimus, immittens dulcorem: flos, cuius bonitas expellit mœstitiam: fructus, cuius satietas plenam dat lętitiam. Benedicta virga de radice Iesse. Benedictus & flos, qui de tali radice ascendit. Benedicta arbor, benedictus & arboris fructus. Tuo ergo flore me recrea. Tuo fructu ab omni miseria me libera, virgo Maria in æternum benedicta. Amen.*

De conceptione Ioannis præcursoris. Cap. IIII.



Conceptio & natiuitas diui Ioānis Baptistæ. Luc. 1.

IVIT *autem in diebus illis*, scilicet in diebus Herodis regis Iudææ, *sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia, & uxor ei nomine Elizabeth*. Aaronica, *erantq; ambo iusti ante Deum*, non sicut hypocritæ, quoniã fingunt iustitiam ante mundum, *incedentes in omnibus mandatis*, quantũ ad obseruantiam moralium præceptorum, *& iustificationibus Domini*, quãtum ad obseruantiam cerimonialium, *sine querela*, quantum ad obseruationem iudicialium, quia pacificè ad proximos se habebant, *& non erat illis filius*, propter sterilitatem, quæ est causa specialis mulieri: & senectutem, quæ est causa communis viro & mulieri. Ex quo apparet conceptio præcursoris miraculosa, quia non fuit tantùm per naturam gratia diuina adiutam. Iste Herodes de patre Idumæo descendens fuit alienigena, & iam sceptrum ablatum fuit de Iuda, & ideò tempus aduentus Christi instabat: quia Iacob patriarcha spiritu prophetico signum aduentus Christi prædixerat, quãdo regnũ Iudææ ad alienigenam translatum esset, dicẽs: *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium*. Et sciendum hic quòd cùm Moyses vnicum instituisset summum sacerdotem, cui mortuo vnus per ordinem succederet, Dauid volẽs ampliare cultũ domus Domini de viginti quatuor familiis, quæ descenderant ab Aaron, instituit viginti quatuor sacerdotes: super quos tamen unus maximus erat & summus omnium, qui dicebatur princeps sacerdotum. Instituit etiam vt vicissim ministrantes per hebdomadam à sabbato vsque in sabbatum tempore uicis suæ singuli castimoniæ studerent, nec interim in domum propriam intrarent, sed in domunculis circa templum constitutis (quæ Exedræ uocabantur) cubarent. Et secundum sortes dedit cuique vicis suæ hebdomadam, & octaua sors cecidit super Abiam, de quo descendit iste Zacharias. Similiter de tribu Leuitarum viginti quatuor Leuitæ erant, vt ipsi quoq; eodem modo sortiti, iuxta morem sacerdotis, octenis diebus ministrent, *Zacharias autem cùm in ordine vicis suæ sacerdotio fungeretur*, secundum exigentiam sortis suæ octauæ, *exijt* de domo ubi se sacerdotalibus uestibus induit, *ut incensum poneret, ingressus in templum domini*, decima die mensis septimi, id est, Septembris. *Et interim populus foris orabat*, extra templum, quia non erat licitum populo ingredi templum, sed tantùm atriũ. Ex his videtur Zacharias fuisse sacerdos simplex, nõ summus: quia hîc dicitur quòd ingressus fuit templum ad ponendum incensum tantum: hoc autem licitũ erat minoribus sacerdotibus, secũdum quod dicit Apostolus: In primo quidẽ tabernaculo quotidie intrabant sacerdotes, sacrificiorum ministeria consummantes: quia peracto sacrificio in altari holocaustorum, quod erat in atrio, ubi ministrabant sacerdotes minores, sacerdos qui ibi ministrauerat, accipiebat prunas de altari holocaustorum, & intrans primam partem templi (quæ vocatur sanctum uel sancta) concremabat in illa super altare incensi thymiama, & tunc erat sacrificium consummatum: & hoc fiebat omni die. In hoc enim erat consummatio sacrificij, quia sacrificia ueteris Legis non erant accepta, nisi ex fide & deuotione offerentium. Deuotio autem per thurificationem, designabatur, & ideò in hoc sacrificium consummabatur. In illam verò partem templi, quæ dicebatur sanctum sanctorum, solus summus sacerdos intrabat, cum sanguine hirci & uituli, immolati pro peccato populi, ut ex illo aspergeret contra propiciatorium.

Exedræ.

Zacharias non fuit Summus sacerdos.

Hebr. 9.

Quòd autem Zacharias intrauerit cum sanguine tali, non dicitur hîc: sed solùm ad ponendum incensum. *Vnde Angelus apparuit ei à dextris altaris incensi*, quod etiam uocatur altare non fuit intra sancta sanctorum, sed in prima parte templi, ad quam simplices sacerdotes poterant ingredi. Sed incẽsum quod soli summo sacerdoti licitum erat ponere intra sanctũ sanctorum in die expiationis, hoc nõ ponebatur ad offerendum, sed vt nebula inde consurgens operiret oraculum, quando pontifex aspergebat sanguine vituli & hirci contra oraculum: & nec aliquis historiographus, describens sacerdotiũ Iudæorum, mentionem facit de summo Zachariæ sacerdotio. Per Zachariam qui Domini memor interpretatur, bonus prælatus signatur, qui in suo pectore debet Dei memoriam gerere, pro sua & suorum subditorum salute. Hic autem templum ingreditur per diligẽtem diuini cultus sollicitudinem, & offert incensum per deuotam orationem, & populus orat per eius informationẽ. Triplex verò debet haberi de Deo memoria, scilicet potẽtiæ eius, quoad opera creationis: sapientiæ, quoad opera recreationis,

Zacharias quid interpretetur et significet.

Memoria de Deo triplex.

Angelorũ discretio.

creationis: bonitatis, quoad opera retributionis. Prima, ad patrẽ: secũda, ad filiũ: Tertia, ad Spiritũ sanctũ referatur. Apparuit autẽ Zachariæ Gabriel Angelus stãs à dextris altaris incẽsi: quo uiso timor irruit supeũ, propter altioris & potẽtioris naturæ aspectũ, sed bonus à malo discernitur, quia malus horrorem continuat: qui secundum Bedam nulla melius ratione quàm fide intrepida superatur: bonus autem statim confortat & consolatur. Vnde Angelus statim eum confortauit, dicens: Ne timeas Zacharia, quasi diceret: Veni ad cõsolationem tuam, & ideo subditur: Quia exaudita est deprecatio tua. Orabat enim non pro sobole, de qua iam non sperabat, præsertim cùm de sua suaque vxoris ætate diffideret, cousque vt Angelo id promittenti non crederet, sed pro populi peccatis, & redemptione, & aduentu Messiæ: & quia salus populi per Christum futura erat, nunciauit ei filium nasciturum qui pœnitentiam & fidem prædicando plebem saluatori præpararet. Nomen quoque pueri indicauit, quia Ioannes uocari debuit. Ioannes enim interpretatur, in quo est gratia: ipse verò Christum manifestauit, per quem gratia & veritas facta est. Vbi Beda: Ioannes interpretatur in quo est gratia, vel Domini gratia, quo nomine declaratur primò parentibus eius gratiam, quibus decrepitis filius nasceretur, esse donatum. Deinde ipsi Ioanni, qui magnus coram Domino erat futurus, & adhuc in utero matris Spiritussancti fit munere ditandus. Postremò etiam filijs Israel, quos ad Dominum Deum ipsorum erat conuersurus. Hæc Beda. Patri quoque inde gaudium scilicet interius, & exultationem scilicet exterius, insinuauit. Dicitur enim exultatio, quasi extra saltatio, & hoc est propriè quando gaudium est tantum interius, quòd non potest contineri quin appareat exterius. Lætitiam etiã multis alijs in eius natiuitate promisit: quia in ortu eius non solùm pater, sed & alij multi sunt gratulati, & nunc etiam videmus impleri, quia dies suæ natiuitatis non solum festiuatur ab omnibus Christianis, sed etiam à Sarracenis, & quibusdam alijs. Vnde Bẽda: Meritò pater gaudet, quòd uel in senecta natum, uel talis gratiæ acceperit filium. Gaudent & alij, quibus inauditum eatenus regni cœlestis euangelizauit ingressum. Vnde & Ambrosius: Solennis lætitia est in ortu & generatione iustorũ. Sanctus enim nõ solùm parentum gratia, sed etiam salus est plurimorum. Vnde admonemur hoc loco sanctorum generationẽ lætari. Hæc Ambrosius: Moraliter in quolibet nostrum possumus inuenire Zachariam, & vxorem eius Elizabeth, quæ parit ei filium, cuius nomẽ debet vocari Ioannes, eritq; sibi gaudiũ & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Elizabeth vxor Zachariæ, potest intelligi caro copulata spiritui sancto: quia sicut vir regit & castigat vxorem, ita spiritus castigare & regere debet carnem, ne lasciuiat & incidat in fornicationis reatum. Hęc parit ei filium, quando Spiritus per carnis officium exercet opus viuum: & si dat eleemosynam, uestit nudum, pascit esurientem, visitat infirmum, sepelit mortuum, & cætera huiusmodi, tunc vxor ipsius sicut vitis abundat, in lateribus domus suæ. Huius filij nomen debet Ioannes, videlicet Dei gratia vocari, quia nemo bonum opus debet sibi ascribere, sed tantùm gratiæ Dei. Eritque sibi gaudium & exultatio: quia de bono opere gaudebit & exultabit, qui mentem lætificat & serenat. Et multi in

Beda ibid.

Exultatio quid dicitur.

Gaudium in natiuitate sancti Ioannis.

Beda ibid.

Ambr. in cap. 1. Luc.

Ioannes quid interpretetur.

Beda ibid.

Psal. 127.

natiuitate eius gaudebunt, omnes uidelicet boni qui proximo suo congratulantur in bono. Est ergo nobis summopere prouidendum, ut qui gaudemus exterius, tripudiantes in corpore, gaudeamus interius exultantes in mente: quia reliquiæ cogitationum diem festum agunt Domino. *Non est impijs gaudere, dicit dominus*, nec peccatoribus à facie peccatorum. Quocirca purgemus animas nostras à maculis vitiorum, vt tantæ solennitatis gaudium dignè celebrare possimus. Magnificentiam etiam pueri coram domino futuram in virtute, sanctitate & dignitate Angelus prænunciauit. Cuius magnitudo in quatuor consistit, secundum quatuor dimensiones, scilicet in altitudine conuersationis, in profunditate humilitatis, in latitudine charitatis, in longitudine perseuerantiæ finalis: secundum illud Apostoli: *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, &c.* Saluatore quoque postmodum attestante: *Inter natos mulierum maior eo non surrexit*. Sed & Angelus multifariam eius magnitudinem subsequenter exposuit, & plura ipsius priuilegia seriatim memorauit. Nam vitam eius, cum abstinentia prædixit, scilicet quòd vinum & siceram, idest, poculum quod inebriare potest, bibiturus non esset, quia non decet vas cœlesti mancipatum gratiæ seculi illecebris deseruire. In quo patenter indicauit Angelus, quia ab omnibus vitijs & mundi illecebris quæ statum mentis solent euertere futurus erat immunis. Prædixit etiam Angelus quòd spiritu sancto ex utero esset replendus, scilicet quantum ad purgationem originalis peccati, & ad operationem boni meritorij. In quo profectò ostendit, quia natus in mundum cunctis virtutum fratribus clarificandus esset. Prædixit quoque quòd multos filios Israel conuerteret ad Dominum, id est, ad Christum: quòd & fecit prædicando ipsum, & perhibendo de eo testimonium. Prænunciauit insuper Angelus, quia ante Dominum in spiritu, & virtute Heliæ esset præcessurus. Primò, propter similitudinem officij: quia sicut Helias præcedet aduentum Christi secundum, ita Ioannes præcesit primum. Secundò, propter similitudinem uitæ, quia uterque vixit in magna victus & vestitus austeritate. Tertiò, propter similitudinem doctrinæ, quia vterque cõstanter redarguit vitia, etiam personarum magnarum. Ad hoc autem debebat præcedere, ut conuerteret corda patrum in filios, scilicet quantum ad scripturarum intelligentiam, & incredulos ad prudentiam istorum, quoad fidei obedientiam: & pararet Domino plebem perfectam, quoad Euangelij & noui Testamenti gratiam susciendam, quia neminem ad perfectam adduxerat lex. Et prooter hoc dicitur illa lex timoris, quia imperfectorum est, timore pœnæ retrahi à malis. Lex autem Euangelica dicitur lex amoris, quia perfectorum est à malis retrahi amore boni. Sicut autem de parentibus senibus talis & tantus natus est, sic sæpè prouectæ ætatis hominibus & bonis operibus steriles, ex dono Spiritussancti faciunt magnum fructum in Ecclesia Dei, sicut patet de Augustino & Dionysio, qui prouectæ ætatis vocati fuerunt ad fidem Christi. Zacharias autem sterilitatem vxoris, & vtriusque senectutem considerans non credidit, & ob hoc vsque in diem partus obmutuit, significans quòd iam adueniente Christo, lex & prophetiæ

Magnitudo Ioannis Baptistæ.

Ephe. 3.

Matth. 11

Helias spiritu visus Ioannes.

Lex timoris.

Lex Euãgelica dicitur lex amoris.

Zacharias cur obmutuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chrysost. apud Bedã in cap. 1. Luc.

phetiæ adimpletæ tacerent. Vnde Chrysostomus: Et ideò Zacharias sacerdos Iudæorum obmutuit, quia iam cessare & obmutescere oportebat sacrificia eorum, quæ pro peccatis populi offerebantur. Veniebat enim solus sacerdos qui agno proprio immolato, sacrificium Deo pro peccatis omnium offerret. Per hoc quoque quòd dubitans factus est mutus, significatur quòd lingua dubitantis in fide facta est muta: quoniam eius oratio non est Deo accepta. Per hoc etiam quòd post reuelationem sibi factam obmutuit, innuitur quòd post reuelationem, siue visionem, debet homo reticere quasi mutus, non se iactare tanquam elatus.

Abstinentia sacerdotum legalium.

Hebdomadarij honesta conuersatio vnde oria.

Vt autem impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam ad quam non licebat reuerti durante officio. Vicis enim suæ tempore sacerdotes castimoniæ studebant, ac secundum præceptum Domini, vinum & omne quod inebriare potest, non bibebant. Sed si legalis sacerdos tenebatur ad tantam continentiam, & abstinentiam ac reuerentiam sanctorum, multò magis sacerdos Euangelicus, qui tantum conficit sacramentum. Et quia tota hebdomada qua in templo ministrabat sacerdos ad hoc deputatus, in templo manebat, & non exibat ad propria negocia, intentus ad diuina, ex hoc inoleuit consuetudo apud aliquos religiosos sancta & honesta, scilicet quòd ille qui est hebdomadarius, per totam hebdomadam manet intra claustrum, non exiens ad exteriora intentus ad diuina, quia illo tempore medius est & sequester inter conuentum & Deum. Apud quosdam etiam religiosos abstinet illa hebdomada à communi colloquio, & apud quosdam etiam seculares canonicos, in communi tunc dormit dormitorio. Post hoc Elizabeth cõcepit, scilicet octo Kalẽdas Octobris, & sexta feria: & quia senex erat, præ verecundia se quinque mensibus occultauit, donec Maria conciperet, & fœtus eius exultans cum gaudio prophetaret. Licet enim de conceptu & de ablato opprobrio sterilitatis gauderet, propter anilem tamen ætatem aliquantulum erubescebat, ne in senectute videretur libidini vacasse. Antiqui enim ubi non erat spes de prole, non conueniebant inter se.

Dies conceptus Elizabeth.

Erubescentię causa.

Beda in Luc. ca. 1.

Vbi Bed. Quanta sanctis cura sit ne quid turpe de quo erubescere debeant admittant, ostendit Elizabeth, quæ & de ipsis quæ accipere cupiebat donis erubescit. Considera ergo hìc quomodo Elizabeth etiam de licitis erubescebat coram hominibus, & stude de illicitis omnibus erubescere & abstinere, non solùm coram hominibus, sed etiam coram Deo & angelis eius. Nam, testante Boetio, magna est nobis indicta necessitas rectè uiuendi & probitatis, qui omnia facimus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Vnde Augusti. Quicquid fecero Deus asistit, ut pote perpetuus inspector omnium cogitationum, intentionum, & actionum. Cumque hæc diligenter considero, timore pariter & ingenti rubore confundor: quia illum vbique præsentem, & omnia occulta mea videntem intueor: multa enim sunt in me de quibus corã Deo erubesco. Et ideò ait Ansel. Ibi pecca, ubi Deũ esse nescis. Vnde & quidã alius: Cùm quid turpe facis qđ me spectante ruberes: Cur spectante Deo, non magis ipse rubes? Inter proprietates quippe hominis,

Verecũdia.

vna est uerecundari in turpi perpetrato. Propter quod inuerecundi dicuntur inemendabiles, quia in aliquo à rationis honore mutati sunt, pecorinã naturam assumentes, & tanquam effrontes inter homines rationales se habentes.

ORATIO.

SANCTE *Ioannes tu eodem Angelo quo Christus denunciante conceptus, & prius ab ipso Angelo laudatus, quàm à patre genitus. Tu de quo dixit Deus: Inter natos mulierum non surrexit maior: ad te Domine tam sanctum, tam beatum, tam magnum confugio dubius de salute mea: quia certus de magna mea culpa, sed sperans de maiori tua gratia. Dele ergo apud Deum scelera mea, quia maiora sunt apud eum merita tua. Magna enim sunt, magne Ioanes, merita tua, vt sufficere possint tibi & mihi, & si prosint mihi, nihil mihi nuetur tibi. Suppleat ergo tua abũdantia meam inopiam, vt de te me ditatũ & saluatum in eternũ gaudeã. Amen.* Matth. 11.

De conceptione Saluatoris. Cap. V.



Conceptio Saluatoris nostri.

IN mense autem sexto à conceptione præcursoris, postquã venit plenitudo illius sacratissimi, & felicissimi tpis. s. principium sextæ ætatis, quo summa trinitas generi humano per incarnationẽ uerbi prouidere ante tempore ordinauerat: vocans Deus omnipotens Gabrielem archangelum, unũ de primis principibus regni sui, misit eum in ciuitatem Galileæ, dictam Nazareth, ad uirginem Mariam desponsatam Ioseph uiro de suo genere: quia ambo erant de domo Dauid, de familia regali, de tribu & stirpe nobili, & præ cæteris religiosa sicut dicit Bern. Placuit Deo eodẽ ordine, & eodem modo hominẽ reconciliare quo nouerat cecidisse. Ceciderat autẽ homo secundũ Bedã, diabolo destinante, serpente exequente, dialogo interueniente, muliere consentiente. Reparatus est eodem ordine ecõtrariò, Deo destinante, angelo exequente, dialogo interueniẽte, & virgine cõsentiente. Verba autẽ hìc posita mysterijs sunt plena, & ideò (ut dicit Beda) solenniter sunt notanda, tantoq; diligentius cordi inserenda, quanto manifestius apparet, quòd in ipsis tota redemptionis nostræ summa consistit. Libenter enim debemus recordari de principiis nostræ salutis. Notandum ergo quòd numerus senarius non uacat à mysterio. Vnde Christus conceptus est sexta ætate, quia per ipsum debebant omnia perfici: numerus senarius perfectus est. Item sexta chyliade, id est, millenario, qui est limes omnium numerorum,

Bern. hom. 2. super Missus est.

Beda hom. de Annũciatione.

Senarius numerus non vacat à mysterio.

rorum, & Christus est limes & finis omniũ entium. Item sexto mense, quia illo mense factus est mundus, qui per ipsum refici debebat, sicut per ipsum factus fuerat. Item sexta feria, quia illa die homo est creatus, & per ipsum recreari debebat iam perditus. Et ideò similiter eadem ætate, eodem millenario, eodem mense, & eadem feria passus est reuolutis xxxiij. annis. Et fortè (ut omnia conuenirent) dicì posset, quòd etiam sexta hora cõceptus esset, quia ea hora passus est, sicut etiam eadẽ hora homo peccauit, ut sic secundum quandam congruentiam eadem hora qua Eua seducta fuit per diabolũ, Maria edocta sit per angelum. *Missus est igitur angelus Gabriel*, qui Dei fortitudo interpretatur: vt Dei virtutem & Dei sapientiam carnem susciperе nunciaret, in qua humilis apparens aereas potestates debellaret: & ideò meritò de ordine Archãgelorũ esse debuit, qa magna nũciauit. Deus autẽ mittẽs Angelũ, fuit tota Trinitas, licet Patri specialiter attribuatur: Pater qdẽ misit, qa ei icũbebat prouidẽtia de Filio, de sponsa, & de genitrice: Filius verò misit, quia vẽturus erat in Virginem: Spiritus sanctus etiã misit, quia ipse sanctificare & obũbrare habuit ipsam. In ciuitatem Galileæ, quæ interpretatur trãsmigratio, quia scilicet transiturus erat de incredulitate Iudæorum ad fidem Gentium. Est autem duplex Galilæa, vna est Gentium coniuncta Tiris, quam Salomon dedit regi Hiram, & de illa hìc non dicitur: Alia est Iudæorum, quæ est super mare Galilææ, & de illa hìc intenditur. Cui nomen Nazareth, quod interpretatur flos: Conueniens enim fuit, ut verus flos, id est Christus, cõciperetur in flore, id est, in Nazareth: & de flore, id est, de beata Virgine: & cum floribus, id est, tempore florum: & sic accipiemus florem, de flore, in flore, inter flores. Dicitur autem flos Iesus, propter sanctæ conuersationis pulchritudinem & decorem, propter bonæ opinionis suauitatem & odorem, propter passionis fructum, & conuersationis fidelium utilitatem. Iste flos floruit in conceptione, apparuit in natiuitate, emarcuit in passione, sed reflоruit tandem in resurrectione. Si ergo vis capere istum florem, sequere decorem suæ conuersationis, prædica odorem operationis, & sic habebis fructum passionis. Noluit Dominus sicut terreni Reges magnam ciuitatem eligere in nuptijs suis, quibus sibi copulauit naturam humanã, sed Nazareth ciuitatem paruam, propter humilitatis exemplum, ut nos doceret semper humilia loca eligere: sed in ciuitate Hierusalem magna elegit pati, ut nos doceret opprobria coram multis pro ipso nõ erubescere. Missus est inquã, ad virginẽ nõ quãlibet, sed virginẽ mẽte, virginẽ corpore, virginẽ pfessione. Voluit autem Christus cõcipi & nasci de Virgine: Primò secundum Bernardum, quia congruũ fuit, ut si Deus concipi uel nasci debuit, non nisi de Virgine conciperetur uel nasceretur. Item si Virgo conceptura uel paritura erat, non nisi Deũ conciperet, uel pareret. Secũda ratio est secũdũ Damascenum, ut qui in cœlis patrẽ habet sine matre, in terris haberet matrem sine patre. Tertia secundum Augustinum, ut signaret membra sua mystica de virgine Ecclesia secundum spiritum nascitura, ideò decuit caput de Virgine nasci. Quarta, ut sicut primus Adã de terra virgine factus fuerat, ita secundus Adam de virgine homo fieret. Quinta, ut sicut per Euam uirginẽ facta fuit humani generis perditio, ita per Mariam virginem fieret eiusdem reparatio. *Ad vir-*

Trinitas misit Archangelũ.

Galilæa transmigratio interpretatur

Nazareth flos interpretatur. Iesus flos dicitur.

Virgo tota & cur de Virgine nasci voluit.

Bernar. de serm. 3. de Aduentu.

Augusti. lib. de sancta Virginitate c. 6.

ginem, inquit, *desponsatam viro*. Cur autem de desponsata concipi & nasci voluit, suprà de desponsatione virginis Mariæ dictum est: Viram verò nominat (ut dicit Bernardus) non quia maritus, sed quia homo virtutis & iustus erat, & ideò fuit testis legitimus. Vnde Ioseph, id est, accrescens, scilicet per augmentum uirtutum dicitur, per quod cõtinuus profectus virtutum innuitur. Et nota quatuor famosos Ioseph in Scriptura: Primus fuit filius Iacob, in quo notatur prudentia, quia somnia Pharaonis prudenter exposuit. Secundus Ioseph, vir Mariæ, in quo notatur temperantia, quia Mariam virginẽ resignauit. Tertius Ioseph ab Arimathia, in quo notatur fortitudo, quia audacter introiit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Quartus Ioseph Iustus, in quo notatur iustitia, unde & iustus est nominatus. Tale itaque decebat habere nomen sponsum Virginis, in quo inueniretur mysterium omnis virtutis. Additur autem de domo Dauid, ad ostendendum quòd Christus descendit de semine Dauid, sicut fuerat per Prophetas prædictum. Licet enim Ioseph non fuerit pater Saluatoris, tamen virgo Maria de qua Christus carnem assumpsit, fuit de eadem tribu cum Ioseph, scilicet, de tribu ipsius Dauid. Meritò autem dicitur nomen virginis Maria: hoc enim venerabile nomen, triplicem habet interpretationem in triplici lingua. Hebraicè interpretatur stella maris, uel illuminatrix: Latinè ethimologizatur, mare amarum: Syriacè verò domina nuncupatur. Ipsa fuit maris stella in filij Dei natiuitate, tunc enim emisit radium totum mundum illuminantem: Mare amarum in filij passione, quia tunc ipsius animam pertransiuit gladius: sed domina in sua assumptione, quando super choros Angelorum est exaltata. Item Maria dicta est stella maris, in peccatorum conductione: quia per mare huius seculi eos dirigit ad portum pœnitentiæ, & ad Filium perducendo, in cuius etiam signum in natiuitate Christi stella Magis apparuit, quæ eos ad natum infantem perduxit, unde oculi omnium peccatorum sint ad ipsam, sicut oculi omnium nautarum ad stellam. Vnde Bernardus, Ne auertas oculos tuos à fulgore huius syderis, si non vis obrui procellis. O quisque te intelligis in huius seculi pro fluuio magis inter procellas & tempestates fluere, quàm super terram ambulare, respice stellam, uoca Mariam. Si iactaris superbiæ undis, si ambitionis, si detractionis, si æmulationis, respice stellam, uoca Mariam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnalis illecebra nauiculam concusserit mẽtis, respice stellam, uoca Mariam. Si criminum immanitate turbatus, uel cõscientiæ fœditate confusus baratro desperationis incipias absorberi, respice stellam, uoca Mariam. In periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat ab ore, non recedat à corde: & vt impetres eius orationis suffragium, ne deseras conuersationis exemplum. Ipsam sequens non deuias, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans non erras, ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa ducente non fatigaris, ipsa propitia ad portum peruenis: sic in temetipso experiri poteris, quàm meritò dictum sit, nomen virginis Maria, maris stella. Hæc Bernardus. Item illuminatrix interpretata est, quia splendore gratiæ, & exemplis suæ sanctissimæ vitæ mundum illustrauit. Vnde de ea canit Ecclesia, cuius uita

Bern. hom. 2. super Missus est. Ioseph quid interpretetur Ioseph quatuor nobiles

Maria triplicitur interpretatur

Maria stella maris.

Bern. ibid.

Maria illuminatrix interpretata est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bern. serm. de natiuit. Maria.

inclyta cunctas illustrat Ecclesias. Hinc ait Bernar. Tolle hoc corpus solare, ubi dies? tolle Mariā hanc maris stellam, quid nisi caligo inuoluens, & vmbra mortis, ac densissimæ tenebræ relinquuntur? Hæc Bernar. Est quippe stella maris, huius utique tenebrosi maris, ubi reptilia, quorum nō est numerus. Plures stellas habet cœlum: mare unam quæ præ omnibus illis clarior, & melior est, micans meritis, illustrans exemplis. De hac enim una ortus est Sol iustitiæ, cuius fulgore illustrantur omnia: quam qui sequitur, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Cuius ergo fulgoris illam stellam esse putamus, quæ hunc tantum talemq; Solem peperit mundo? Qui hanc stellam sequitur, deuiare non poterit nec errare.

Maria, mare amarum.

Item est mare amarum, in peccatorum conuersione, quam eis impetrat, ut conuertantur de peccatis suis, faciens aquam carnalis delectationis conuerti in vinum compunctionis. Hoc etiam nomen conuenit ei, inquantum mare præsentis seculi, in tota vita sua fuit sibi amarum & insipidum, propter desiderium videndi filium in regno suo. Item Latinè deriuatur à mari, inquantum in ipsa est confluentia omnium gratiarum, sicut omnia flumina cōfluunt ad mare. Item est domina in tentationum subuentione, liberans omnes de angustijs suo tempore. Potest quidem & vult subuenire, quia regina cœli est, & mater misericordiæ. Hoc etiam nomen, scilicet domina, conuenit ei inquantum ipsa domina existit, non tantùm hominum in terra, uerumetiam angelorum in cœlo, & dæmonum in inferno: & ideò in omni tentatione, & maximè contra infestationes dæmonum inuocanda est Maria: quia secundum Bernardum, non sic timent hostes visibiles quamlibet castrorum multitudinem, sicut illæ aereæ potestates Mariæ vocabulum, patrocinium & exemplum. Sicut enim puluis ante faciem uenti spargitur, & sicut cera ante faciem ignis liquescit, sic ad inuocationem huius nominis Maria, fugiunt & pereunt. Et iterum, Vbi nomen Mariæ nominatur, ibi dæmonium effugatur, reis venia, medela ægris, pusillis corde robur, afflictis consolatio, peregrinantibus adiutoriū datur. Hæc Bernardus. Vel aliter potest accipi, ut inquantum mare, amarum gerat typū actiuorum: inquātum stella, vel illuminatrix, seu illuminata, gerat typum contemplatiuorum: sed inquantum domina, gerit typum prælatorum. *Missus est igitur Angelus Gabriel ad Mariam*, ut annunciaret ei & diceret, quia Dei filius speciem suam concupiscceret, & eam sibi in matrem elegisset: ipsamque moneret & induceret, ut eundem filium lætanter susciperet: quia per eam totius humani generis salutem Deus operari decreuisset. Vnde Bernar. Fœlix Maria cui nec humilitas defuit, nec virginitas. Vt enim quæ sanctum sanctorum conceptura erat, pariter & paritura, sancta esset corpore, accepit donum virginitatis, ut esset & mente accepit & humilitatis. His nimirum Virgo regia gemmis ornata virtutum, geminoque mentis pariter, & corporis decore præfulgida: specie sua & pulchritudine sua, in cœlestibus cognita cœli ciuium in se prouocauit aspectus: vt & regis animum in sui concupiscentiam inclinaret, & cœlestem nuncium ad se de supernis adduceret. *Et ingressus Angelus ad eam* quo, puto in secretarium cubiculi, ubi illa fortassis clauso super se ostio orabat patrem suum in abscondito. Nec suspicandum est, quòd apertum An-

Maria domina.

Maria contra dæmones potens est.

Bern. hom. 1. & 2. super Missus est.

Gabriel qualiter Mariam inuenerit.

A gelus inuenerit ostium Virginis, cuius in proposito erat hominum frequentias fugere, vitare collo quia, ne uel orantis perturbaretur silentium, uel cōtinentiæ castitas tentaretur. Clauserat itaque etiam illa horæ suum super se habitaculum prudentissima Virgo, sed hominibus non Angelis. Hæc Bernardus. Non igitur in plateis Maria erat, non in publico morabatur, intus erat, in penetralibus sola sedebat, nec tamē sola tanto virtutum exercitu circumsepta. Vnde Chrysost. Inuenit Angelus Mariam, nō foris vagantem, sed solitariam & contemplationi uacantem: & quia non quæsiuit gratiam apud mundum, inuenit gratiam apud Deum. Vnde & Ambro. Hæc ad ipsos ingressus Angeli, inuenta est domi in penetralibus sine comite, ne quis intentionem abrumperet. Neque enim comites fœminas desiderabat, quæ bonas cogitationes habebat: quin etiam tunc sibi minus sola uidebatur, cùm sola esset, nam quemadmodum sola cui tot libri adessent, tot Archāgeli, tot Prophetæ: denique Gabriel ubi eam reuisere solebat inuenit. Vnde alibi Hieron. Habebis cellulam quæ te solùm capiat, imò non eris sola, angelica tecum turba uersabitur, tot socij quot sancti: lege Euangelium, fabulatur tecum Iesus: Replicabis Apostolos uel Prophetas, nunquid poteris talem alium tuis sermonibus habere consortem? Et Bernar. Nunquam minus solus sum, quàm quando solus sum. Credendum autem quòd tunc erat tota abstracta in deuotissima oratione, uel in intima contemplatione: consurgente fortè tunc specialiter ex meditatione super salute generis humani, qualiter scilicet per Virginem debebat saluari. Vnde etiam quidam dicunt, eam tunc actu legisse illud Esa. *Ecce Virgo concipiet &c.* In hoc igitur actu tam intimæ cōtemplationis, quo erat Deo totaliter coadunata, ingressus est Angelus ad eam. Rationabile enim videtur, quòd quando corporaliter sibi uoluit vniri verbum æternum, tunc ipsa spiritualiter sibi fuerit unita, in contemplationis actu. *Ingressus itaque Angelus ad Virginem*, in thalamo & conclaui domunculæ suæ manentem.

Ambr. lib. 2. in Lucā.

Hier. epist. ad Eustochium tom. 1. & ad Demetriadem to. 4.

Esa. 7.

Et ei ad sensum corporali visione, & humana specie apparens ait: *Aue gratia plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus*. Angelus in hominis forma apparens quasi exemplo docuit, quia Deum incarnari, & spiritum cooperari nunciauit. Quia enim illum nunciauit, qui in se inuisibilis corpus uisibile voluit ex Virgine sumere, congruè debuit corporali specie apparere. Formauit autem Angelus sibi corpus lucidum, quia secundum August. facie rutilans, & uestę coruscans Virgini apparuit. Conuenienter verò annunciatur Virgini incarnatio verbi, ut scilicet prius ipsum concipiat mente quàm carne. Mutans ergo Angelus nomen Euæ dicit Virgini, *Aue*, indicans eam ab omni uæ liberam. Quæ bene gratia plena dicitur, quia alijs ad mensurā gratia datur: hæc autem sola, gratiam quam nulla alia meruerat consequuta est, ut gratiæ repleretur authore: Quæ cùm gratia plena sit, prius etiam quàm concipiat post conceptionem quanta Dei abundet gratia, quis cogitare possit? Vnde Hieron. Et bene plena, quia cæteris per partes præstatur gratia, Mariæ verò simul se totā infudit gratiæ plenitudo. Vere gratia plena, p quā largo sācti spiritus ibre super fusa est omnis creatura: Quæ cœlis dedit gloriā, terris Deū, pacēq; refudit hominibus, fidē gētibus, finem uitijs, uitæ ordinem, moribus disciplinam. Dicitur

Angelus cur visibilis apparuit Maria.

Augu. sermone 18. de tempore.

Maria plena gratia.

Hier. serm. de assumptione Mar.æ.

Dominus eū Maria dicitur.

citur quoque ei, *Dominus tecum*: scilicet, sit in utero qui est tecum in animo, adimpleat ventrem, qui adimplet mentem. Tecum non tantum per essentiam, potētiam & præsentiam, qualiter est in omnibus rebus: nec solùm per gratiam, eo modo quo est in sanctis hominibus, sed etiam per carnis assumptionem de tuis purissimis sanguinibus. Vbi nota, quòd & si tota salutatio Angelica sit Virgini gratissima, ista tamen clausula, scilicet *Dominus tecum* potissimè eam delectat: & ideò singulari deuotione dicenda esset, licet enim iam erat cum Virgine, nouum tamen missi nuncium, quia modo singulari voluit esse secū: hæc etiam sola præ omnibus mulieribus & sup oēs mulieres benedicta pdicatur: Omnis enī mulier subiacet maledictioni Dei vel Legis. Ná corrupta subiacet maledictioni Dei, qui ait, *in dolore paries*. Virgo maledictioni Legis, i qua erat maledicta sterilis, sed Maria utrunque maledictum vitauit: maledictum Dei, quia Virgo permansit, maledictum Legis quia filium habuit. Vnde ipsa primiceria Virginum dum primò virginitatē suam Deo obtulit, maledictum Legis aboleuit: Et meritò benedicta dicitur, per quam mundus à maledictione liberatur. Et notandum quòd super hanc salutationem nunquam homo peruenire valebit, nec aliquis excellentius, dulcius, & gratius, B. Virginem salutare poterit, quàm hac salutatione quam ipse Deus Pater dictauit, & per Angelum ei destinauit. In cuius verbis singulis dulciflua implicantur mysteria: Nam Deus Pater sua omnipotentia eam conformauit, vt esset immunis ab omni væ, quod importauit istud uerbum, *Aue*. Filius quoque Dei sua sapientia sic eam illustrauit, ut esset præclarum sydus quo cœlum & terra illustrantur: quod notat hoc nomen Maria, quod sonat idem quod maris stella. Spiritus sanctus etiam tota sua diuina dulcedine eam penetrando sua gratia eam tam gratiosam effecit, ut omnis qui quæsierit per eam gratiam inueniat, quod innuitur in his uerbis, *gratia plena*. In hoc autem uerbo *Dominus tecum*, admonetur illius ineffabilis unionis operatio, quam tota Trinitas in ea perfecit, cùm suæ carnis substantiam diuinæ naturæ in una persona copulauit, ita ut Deus fieret homo, & homo Deus. Quid in illa hora gaudij & dulcedinis habuerit, nullus unquam hominum ad plenum experiri potuit. Per hanc clausulam *Benedicta tu in mulieribus*, omnis creatura mirando agnoscit & testatur eam benedictam, & exaltatam super omnem creaturā, tàm cœlestem quàm terrestrem. Per *Benedictus fructus ventris tui*, benedicitur & extollitur excellētissimus fructus uentris uirginalis, qui omnem creaturam uiuificauit, sanctificauit, & in ęternū benedixit. Ipsa verò uirgo Maria ut salutationem Angeli audiuit *turbata est*, & nihil respondit. Non fuit turbata turbatione incredulitatis, sicut Zacharias, uel alia ratione culpabili nec de uisione Angeli, quia angelos uidere solita erat, sed turbata fuit. Primò, secūdum Chryso. propter nouæ apparitionis speciē, quia & si consueta fuit uidere angelum, nunc tamen nouo modo apparuit ei, sumpta specie corporali, & cum ingenti lumine & splendore, ex hoc aliqualiter perterrita fuit. Vnde cantatur, Et expauescit Virgo de lumine. Secundò, propter uirginalis pudicitię uerecundiam: quia (ut dicit Ambrosius) trepidare uirginum est, & ad omnes uiri ingressus pauere, omnes uiri affātus uereri. Tertiò, propter nouæ salutationis formam, quam sermo eius ingerebat. Vnde Ambrosius, Benedictionis nouam formulam mirabitur, quæ nusquam est antè aperta, soli Mariæ salutatio hæc seruabatur. Quartò, propter laudationis excellentiā, qua Angelus in suo sermone eam laudauit: Sāctæ enim mentes humilium, quāto ām plius laudibus attolluntur, tanto magis timent. Turbata ergo fuit, ex uerecundia uirtuosa & honesta, sed non perturbata: unde tanquam prudens & cauta, & tota pudorosa, nihil respondit, cogitans intra semetipsam de nouitate talis salutationis, & dictum examinans: non enim sic salutare Angeli consueuerant eam, nec unquam tales loquentes audierat: In qua salutatione cùm uideret se de tribus commendari, non poterat humilis domina non turbari. Cōmēdatur enim quòd esset gratia plena, & quòd Dominus esset secum, & quòd esset benedicta super omnes mulieres. At humilis domina, non poterat suam cōmēdationem sine rubore, & turbatione audire, quia uerus humilis de laudibus & honoribus erubescere solet & dolere. Vnde Bernardus, quòd turbata est, fuit uerecundiæ uirginalis: quòd non perturbata fuit, fortitudinis: quòd uerò tacuit & cogitauit, fuit prudentiæ & discretionis. Tunc Angelus intuitus Virginem, & uarias eam secum uoluere cogitationes facillimè deprehendens, & causam suæ turbationis cognoscens, consolatur pauidam, confortat timentem, ac quasi notam familiariter ex nomine vocans: ne timere debeat, benignè persuadet, & iubet dicens: *Ne timeas Maria*, nec de laudibus quas tibi dixi verecunderis, est enim veritas in eis. Nec solùm es gratia plena, sed etiam to to generi humano gratiam multiplicem recuperasti, & reinuenisti apud Deum quam nulla vnquam reperit creatura, quasi dicat, secundum Chrysostomum, Qui apud Deum meretur gratiam, non habet quid timeat: *inuenisti*, *inquit*, quo merito? Certè humilitate, pudicitiæ castitate, & conscientiæ puritate. De primo dicit Chrysostomus, qualiter quisque gratiam reperiret, nisi mediante humilitate: Nā humilibus Deus dat gratiam. De alijs duobus dicit Gregorius, Inuenit gratiā uerè coram Deo, quia splendore pudicitiæ propriā exornans animam, gratū se Deo habitaculum præparauit: & non solùm cę libatum inuiolabilem reliquit, sed etiam immaculatam conscientiam custo diuit. Itaque *inuenisti gratiam*, scilicet Dei & hominum, pacem mortis destructionem, & uitæ reparationem, ut per te Deus mundum redimeret, per te illuminaret, & per te ad uitam reuocaret. Plena ergo iam gratia inuenit gratiam, sed alijs & ad dispensandum. Vnde August. O Maria, gratiam apud Dominum inuenisti, & hāc per totum mūdum diffundere meruisti. Vnde notanter dicit inuenisti: non dicit habuisti, uel acquisiuisti, quia res habita uel iustè acquisita vt propria custoditur, sed inuenta his qui perdiderunt restituitur: sic Maria inuenit gratiā, nō sibi soli retinēdā, sed tanquā alijs restituendā. Qui enim inuenit perditū, tenetur restituere: gratiā uerò quā Eua perdidit, Maria inuenit: nō solùm pro se, sed & pro nobis, immò etiam propter nos: quia si nos peccatores nō fuissemus, Deus de ipsa carnem non sumpsisset: & ideo omnes qui peccādo gratiā amisimus, securi ad thronum gratiæ accedamus, & Mariā inuentricē gratiæ pijs fletibus & deuotis orationibus pulsemus, vt gratiā nobis reddat quā p nobis & pp nos inuenit. Ipsa est n. ita legalis, iusta, pia & propitia, quòd nul-

Maria potissimè delectat ista dictio, Dominus tecum.

Gen. 3.

Primiceria virginum Maria.

Salutatio angelica est cæteris excellentior.

Maria quid interpretetur.

Maria turbata quomodo fuit.

Ambrosius lib. 2. in Lucam. Ambrosius ibid.

Bern. hom. 3. super Missus est.

Gratiā inuenit Maria.

Gratiam nulli denegat Maria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bern. serm. de natiuitate Marie.

li quærenti denegat gratiam. Vnde Bernardus, Omnibus ofa facta eſt, omnibus ſinũ miſericordiæ aperuit, vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi: captiuus redemptionẽ, æger curationẽ, triſtis conſolationẽ, peccator veniam, iuſtus gratiã, Angelus lætitiã, denique; tota Trinitas gloriam. Et iterum, Filioli hæc peccatorum ſcala, hæc mea maxima fiducia, hæc tota ratio ſpei meæ. Dico vobis ſi piè à uobis pulſata fuerit, ſi piè fuerit inuocata, compatietur vobis, nõ deerit neceſsitati veſtræ. Siquidem nec facultas deeſſe poterit, nec voluntas, quoniam regina cœlorũ

Idem ſer. de natiuitate Marie.

Ibidem.

eſt, miſericors eſt, & mater miſericordiæ. Et iterum, Altius intuemini, quãto deuotionis affectu à nobis eam voluit honorari, qui totius boni plenitudinem poſuit in Maria: vt ſi quid ſpei in nobis eſt, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis ab ea nouerimus redundare: nihil enim nos habere voluit Deus, quod per manus Mariæ non tranſiret. Hæc Bern. Inueniſti, inquam, gratiam, totius gratiæ authorẽ conceptura. Nam *ecce concipies in vtero* ſine peccato & macula, *ac paries filium* ſine dolore, & triſtitia, uirgo permanens in partu, ſicut & in cõceptu. Et bene dicit *concipies in vtero*, iam enim per fidem & deuotionem conceperat eum in corde ſuo: & hoc modo debemus nos eum concipere, ſcilicet per fidem & deuotionem, & parere per ſanctam operationem. *Et vocabis nomen eius Ieſum*, id eſt, Saluatorem. Non dicit impones, quia hoc nomen ab æterno fuit à Deo Patre impoſitum, & per Angelum Marię & Ioſeph, ac per eos alijs diuulgatum. Hoc etiam nomen impoſitum eſt, ſecundum proprietatem futuram, quia ſalus humani generis futura erat per Ieſum, qui ſalus interpretatur: & ideò ſubditur, *Ipſe enim ſaluum faciet*, non quemcunque, ſed *populum ſuum* ei ſcilicet per fidem adhærentem, & ipſum bonis operibus imitantem, à peccatis eorum. Et per hoc notatur verus eſſe Deus, quia ſolius Dei eſt ſaluare à peccatis, ut ait, Chryſoſt. Populus Chriſti, non tantùm natio Iudæorum eſt, ſed omnes quoque qui ad eum ueniunt, eiusq; agnitioni donantur. Vtinam & me peccatorem digneris Domine Ieſu annumerare populo tuo, ut ſaluũ me facias à peccatis meis. Hic *erit magnus* non quidem eadem magnitudine qua Ioannes, de quo etiam prædictum fuerat: erit enim magnus coram Domino, ſed dicuntur ſecundum Ambr. quia Ioannes magnus vt homo coram Domino, hic verò magnus vt Deus & Dei Filius. Dicit autem, hic erit magnus: non quòd ante partũ Virginis non fuerit magnus (ſemper enim fuit magnus Deus) ſed futurus erit magnus homo: quia magnificentiam quam habuit filius Dei æternaliter per naturam, accepturus erat filius Virgins ex tempore per gratiam, & æternaliter habiturus, vt vna ſit perſona homo & Deus. Et bene magnus, quia filius Altiſsimi merebitur appellari. Vnde ſequitur, *Et filius* ſcilicet naturalis *Altiſſimi vocabitur*, id eſt, ipſius Dei qui ſolus eſt Altiſsimus. Homo enim altus eſt inter creaturas corporales, ſed Angelus altior, Deus autem altiſsimus. *Et dabit illi Dominus Deus ſedem*, id eſt, regnum Dauid patris eius. Secundum Bedam, quòd Angelus prius dixit Chriſtum filium Altiſsimi: nunc verò patrem ſuum dixit eſſe Dauid, per hoc euidenter demonſtrat duas naturas in una perſonæ Chriſti: diuinam ſecũdum quam eſt filius Dei, & humanam ſecundum quam eſt filius Dauid. Dabit autem ei ſedem Dauid, non typicam, ſed ueram: non temporalem, ſed æternam: non terrenã,

Concipere, in utero

Ieſus.

Ieſus quid interpretatur.

Saluum facere.

Magnus Ieſus.

Ambr. lib. 2. in Lucam.

Deus ſolus altiſſimus.

Bedam in ca. 1. Luca.

Sedes Dauid.

ſed cęleſtem: quæ idcirco dicitur fuiſſe Dauid, quia hæc in qua Dauid tẽporaliter ſedit, ęternæ illius imaginem gerebat. Vnde Beda: Accepit autem ſedem, ſiue regnum Dauid Dominus, vt gentem cui Dauid quondam temporalis regni gubernacula ſimul & exempla iuſtitiæ prębuit, quarnq; modulis hymnorum ſpiritualium ad fidem atq; amorem ſui conditoris accendere ſolebat: hanc ipſe factis, uerbis, donis, & promiſsis, ad regnum cœleſte & immortale uocaret, atque ad ipſam Dei Patris viſionem perduceret. Angelus ergo non loquitur de regno temporali, quia illud negauit Chriſtus coram Pilato dicens: *Regnum meum non eſt de hoc mundo*. neque Chriſtus in hoc mundo exercuit temporale regnum in Iudaico populo, cui tamen debebatur regnum Iudæorum, iure hæreditario: ſed loquitur de regno ſpirituali Eccleſiæ militantis, & cœleſti Eccleſiæ triumphantis, quod figuratum fuit per regnum Dauid temporale, ſicut & cœleſtis Hieruſalem per temporalem. Et ſicut Dauid regnauit in regno temporali, ita & Chriſtus regnabit in ſpirituali & cœleſti, quia regnabit in Eccleſia, hic in via & in patria. Vnde & ſubditur, *Et regnabit in domo Iacob in æternum*. Hic quoque accipienda eſt domus Iacob, non temporalis ſed ęterna, in qua regnet in ęternum. Regnabit ergo in ęternum in domo Iacob, id eſt, ſuper omnes electos, de domo enim Abrahę & Iſaac aliqui fuerunt reprobati, ſicut Iſmaël & Eſau: ſed in domo Iacob omnes eius filij à ſanctis doctoribus inter electos ſunt computati: quia etſi aliqui peccauerunt, pœnitentiam tamen egerunt. Iacob quippe interpretatur ſupplantator. In illis enim qui ſupplantant, paſsiones inordinatas & vitia, regnat Chriſtus: ſed in illis qui ſpplantantur, ab eis regnat Diabolus. Regnabit ergo non ſolùm in domo Dauid, id eſt, in tribu Iuda: uerumetiam in domo Iacob, id eſt, in toto populo Iſraël, & in tota Eccleſia, & in omnibus electis, non ſecundum ſucceſsionem carnis, ſed fidei. Per quod intelligitur, quòd in eius regni exercitu omnes illi enumerantur, quicunque Dauid & Iacob fidem & iuſtitiam imitantur: quia ipſi ſunt ſpiritualis & æterna ſedes Dauid, & domus Iacob, in qua ſedebit & regnabit Dominus Ieſus in æternum: & nunc quidem per gratiam, & in futuro per gloriam. Beati in quibus Ieſus regnabit in æternum, quia & ipſi cum eo regnabunt. *Et regni eius non erit finis*, Chriſtus enim non ſolùm inquantum Deus, ſed etiam inquantum homo, regnabit in æternum: non ſolùm ſuper homines, ſed etiam ſuper Angelos. Hoc regnum æternum eſt, & non corrumpetur: hoc imperium non deficiet, & non auferetur, quia regnabit Dominus in æternum, & in ſeculum ſeculi. Vbi Bernardus, O quàm glorioſum eſt regnum illud in quo Reges congregati ſunt, conuenerunt in unum: ad laudandum ſcilicet & glorificandum eũ, qui ſuper omnes eſt Rex regum & Dominus dominantium. De cuius ſplendidiſsima contemplatione fulgebunt iuſti ſicut ſol, in regno Patris eorum. O ſi & mei peccatoribus meminerit Ieſus in beneplacito populi ſui, cùm venerit in regnum ſuum: O ſi me in illa die, quando traditurus eſt regnum Deo Patri, viſitari dignabitur in ſalutari ſuo, ad uidendum ſcilicet in bonitate electorum ſuorum, ad lætandum in lætitia gentis ſuæ, ut laudetur etiam à me cum hæreditate ſua. Veni interim Domine Ieſu, auſer ſcandala de regno tuo, quod eſt anima mea,

Beda ibid.

Ioan. 18.

Domus Iacob.

Iacob quid.

Regnum ſine fine.

Bern. hom. 4. ſuper Miſſus eſt.

mea, vt regnes qui debes in ea: quia tu es ipſe Rex meus & Deus meus, qui mandas ſalutes Iacob: Hæc Bernardus. Et cùm Angelus retuliſſet tanta, Maria perplexa fuit: quia ſecundum Ambro. neque non credere debuit Angelo, neque tam temerè uſurpare diuina. Vnde de alio certificari volens, de quo multum timebat, ſcilicet ne virginitatem ſuam perderet, de modo conceptionis quærit, dicens: *Quomodo fiet iſtud*, ſcilicet, quòd tu promittis me parere filium, quoniam virum non cognoſco? id eſt, me virum non cogniturum in animo uoui, & ex voto propoſui: quia quamuis deſponſata erat, tamen ſe nunquam nupturam, neque virum cogniturum certiſsimè ſciebat. Et ita fuit Virgo mente, carne & propoſito. q.d. Rem credo, ſed de modo quęro, cùm ſciat Dominus meus, teſtis conſcientiæ meæ, uotum eſſe ancillæ non cognoſcere virum: qua lege, quo ordine placebit ei vt fiat iſtud? Vnde Ambro. Non dubitat eſſe faciendum, quod quomodo poſſit fieri inquirit. Legerat Maria, Ecce Virgo concipiet in vtero, & pariet filium: & ideò id credidit futurum, ſed quomodo fieret ante nõ legerat. Non enim quemadmodum fieret, vel tanto alicui Prophetæ fuerat reuelatum. Tantum enim mandati myſterium non fuit hominis, ſed Angeli ore promendum. Hæc Ambro. Et Angelus, *Fiet inquit*, non modo humano, ſed diuino: non per virum, ſed per operationem Spiritus ſancti qui in te ſuperueniet: ſicut ignis diuinus mentem tuam inflammans, carnemq; tuam Dei filio vniendam perfectiſsima puritate ſanctificans, & ſingulari modo te fecundabit, & ex eius operatione ſalua tibi virginitate tua concipies. *Spiritus ſanctus* prius in Virginem venerat, in ſua ſanctificatione, eam ab originali peccato purgando: ſed in cõceptione Filij Dei ſuperuenit, id eſt, iterum uenit, maiorem gratiæ plenitudinem conferendo, quæ nõ ſolùm ſanctificauit mentem, ſed etiam uentrem. Superuenit igitur Spiritus ſanctus in Virginẽ, quemadmodum virtus Solis deſcendit ſuper roſam & lilium, dans illis concipiendi virtutem. Et licet iſta ineffabilis conceptio celebrata ſit operatione totius Trinitatis, cùm opera Trinitatis ſint indiuiſa: ſpecialiter tamẽ appropriatur hoc opus Spiritui ſancto propter plures rationes. Prima eſt ſecundum Auguſtinum, propter oſtenſionem gratiæ ſine meritis: vt videlicet per hoc quod dicitur cõceptus de Spiritu ſancto, oſtendatur quòd ſit ex ſola gratia, quàm nulla hominum merita præceſſerunt. Gratia autem attribuitur Spiritui ſancto: Vnde gloſ. Spiritus eſt nomẽ omnis gratiæ, quæ à Deo inſpiratur. Secunda eſt ſecundum Ambro. propter virtutem operationis: quia ſcilicet operatione & uirtute Spiritus ſancti cõceptus eſt, cui attribuuntur opera clementiæ & pietatis. Tertia eſt ſecundum Magiſtrum ſententiarum propter oſtenſionem eximiæ charitatis, quæ attribuitur Spiritui ſancto: vt ſcilicet oſtendatur quod verbum Dei caro factum eſt ineffabili charitate, qua Deus ſic dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret. Et virtus altiſsimi Patris, ſcilicet Dei uerbum ſeu Filius, quia ſecundum Apoſtolum, dicitur Dei Patris ſapientia: & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi, id eſt, de te corpus quaſi vmbraculum aſſumet, in quo Deus quaſi hamum ſua cibo ſe abſcondet, quia in beata Virgine ſub umbra carnis latuit uirtus deitatis. Diuinitas obumbrata fuit Virgini per ſuſceptionem humanitatis: vt quod impoſsibile erat mortali fœminæ, obiectu tamen uiuifici

Ambr. lib. 2. in Lucã.

Non cognoſco, quomodo accipiẽtur.

Ambro. ibidem. Eſa. 7.

Spiritus ſanctus qui prius uenit, nũc ſupernenit.

Opera Trinitatis indiuiſa.

Auguſt. in Enchirid. cap. 40.

Cur ſpiritui ſancto attribuitur incarnatio Filij eius.

Magiſter ſenten. lib. 3. cap. 4. Ioan. 3. 1. Cor. 1.

corporis ferret præſentiam maieſtatis, & lucem ſuſtineret inacceſsibilem: ſicut Sol, quando eum uiſu intueri non poſſumus, obumbratur nobis aliquo velamine. Vnde Bernar. Quia Deus ſpiritus eſt, nos verò caro umbra corporis ſui, temperauit ſe nobis, ut obiectu viuificæ carnis uideamus uerbum in carne, Solem in nube, lumen in teſta, cereum in laterna. Hæc Bernar. Quod autem in præfatione B. Mariæ canitur, quæ & unigenitum tuum Sancti ſpiritus obumbratione concepit: non eſt contrariũ huic quod hîc dicitur, obũbratio fieri per corpus Chriſti applicatum diuino lumini. Cùm enim tam Filius quàm Spiritus ſanctus ſint uirtutes Patris, & corpus Chriſti vtrique virtuti conueniat, Filio tanquam cui vnitur, Spiritui ſancto tanquam agenti à quo formatur: patet quòd hęc umbratio tam Filio quàm Spiritui ſancto conuenire poteſt. Et attende quomodo hîc Angelus totam Trinitatem Virgini ædidit. Primum namque Spiritum ſanctum ſub nomine proprio commemorat, deinde Filium nomine virtutis, & conſequenter Patrem nomine Altiſsimi inſinuat. Sic ergo' vt notetur tota Trinitas feciſſe incarnationem, appropriat hoc Spiritui ſancto incarnationis cooperationem, cùm dicit: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, ſed Filio carnis aſſumptionem, cùm ſubditur, Et virtus Altiſsimi obumbrabit tibi: ſed Patri authoritatem cùm dicit, Altiſsimi. Excelſum namque incarnationis opus totius Trinitatis fuit, quia ſicut perſonæ, ſic & opera Trinitatis inſeparabilia ſunt & indiuiſa: ita vt quicquid operatur una perſona, operetur & alia, quamuis ſolus Filius fuerit incarnatus, nec Pater, non Spiritus ſanctus, ut per eandem ſapientiam qua Deus mundum conſiderat, reparatio fieret: & qui Dei Filius erat in diuinitate, ipſe filius hominis fieret in humanitate, ne Filij nomen ad alium tranſiret, qui non eſſet Filius æterna natiuitate. Et habemus ſimile de tribus induentibus vnum de ſemetipſis, de quibus dici poteſt, quòd omnes ſimul vnicum faciũt opus: & quicquid facit unus, facit alius, non tamen induitur niſi unus. Vnde Auguſt. Ita ſingulorum quæq; in Trinitate opera Trinitas operatur, vnicuique operanti cooperantibus duobus, conueniente in tribus agendi concordia, non in vno deficiente efficacia peragendi. *Ideò & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.* Non adoptiuus ſicut alij, ſed naturalis: qui tamen ab æterno fuit Filius, ſed non uocabatur uel manifeſtabatur nomine aliquo niſi in tempore. q.d. quia enim fœcundaris virtute Spiritus ſancti, nõ prolem uiri generabis, ſed Filium Dei: quia non ex libidine concipies, ideò non peccatorem ſed ſanctũ gignes, & per conſequens ſine dolore paries. Vnde Bern. Quid eſt dicere, quoniam non de homine, ſed de Spiritu ſancto concipies? concipies autem virtutem Altiſsimi, hoc eſt Filium Dei: *ideò & quod naſcetur ex te*, id eſt, ex tua uera natura, *Sanctum uocabitur Filius Dei*, id eſt, non ſolùm qui de ſinu Patris in uterum tuum ueniens obumbrabit tibi, ſed etiam id quod de tua ſubſtantia ſociabit ſibi: ex hoc iam *vocabitur filius Dei*, quemadmodum & is qui à Patre eſt ante ſecula genitus, tuus quoque amodo reputabitur Filius. Sic autem & quod natũ eſt ex ipſo, erit tuus, & quod ex te naſcetur erit eius, vt tamen non ſint duo filij, ſed vnus. Et licet aliud quidem ex te, aliud ex illo ſit, iam tamen non cuiuſque ſuus, ſed unus utriuſq; filius erit. Hæc Bernard. Et nota quod dicit Sanctum, abſolutè & ſubſtantiuè abſque determina-

Trinitatis notificatio.

Filius ſolus incarnatus fuit.

Tres induẽtes unum ex ipſis tribus.

Augu. lib. 1. de Trini. capi. 4. & 5.

Bern. hom. 4. ſuper Miſſus eſt.

Sanctum

Universidad de Deusto
Biblioteca

terminatione: quia si diceret sancta caro, sanctus ho
mo, uel aliquod consimile, parum uideretur dixisse,
nec expressisset sanctitatem eius completè. Posuit er
go indefinitè Sanctum, quicquid fuit quod Virgo
genuit, proculdubiò ac singulariter sanctum fuit. Et
ne Virgo de partu in aliquo desperaret, & ut fidem
exemplo Angelus astrueret & confirmaret, exemplũ
sterilis anus & parituræ induxit: senioris que fœmi
næ & sterilis inopinatã fœcunditatem Virgini nun
ciauit, ut assereret omnia dicentia Deo possibilia,
quæ solito ordine naturæ uidentur contraria. Et qui
supra naturam conceptum dedit sterili, daturus non
dubitaretur & Virgini: & ut facilius credas, *Ecce, in-
quit, Elizabeth cognata tua,* cùm esset senex, & uocare
tur sterilis: propter notam iam dudũ eius sterilitatẽ,
iã sex menses sunt quòd concepit filiũ per Dei virtu
tem. Tamen quia istud exemplum non est vsquequa
que perfectum, quia maius est virginem concipere
quàm sterilem: & ideò Angelus inducit rationis ef
ficaciam ex Dei omnipotentia, dicens, *quia non erit
impossibile apud Deum omne verbum,* id est, omnis res
digna verbo, quin implere possit omne uerbo suo
promissum: uel verbum, id est, quodcunq; opus uel
factum, in cius dispositione prouisum. Nam dicere
Dei est facere, secundum illud Psal. Ipse dixit & facta
sunt: quicquid enim contradictionem non implicat,
totum est Deo possibile, cuiusmodi est virginem pa
rere. Sed quæ implicant contradictionem, vt con
tradictoria simul esse vera, ut ea quæ facta sunt fiant
non facta, &c. huiusmodi talia non sunt Deo possi
bilia, non propter impossibilitatem Dei, sed propter
impossibilitatem rei. q. d. per uirtutem & actionem
naturæ. nec sterilis nec virgo potest cõcipere. sed di
uina potentia potest hoc facere. Secundum Bern.
Dicit omne uerbũ, & nõ omne factibile: quia quàm
facilè possunt homines loqui quid volunt, sic incom
parabiliter faciliùs põt Deus implere quicquid pos
sunt illi verbo exprimere. Præterea secundum eun
dem Bernar. Conceptus Elizabeth Virgini nuncia
tur, ut dum miraculum miraculo additur, gaudium
gaudio cumuletur. Item quia occultauerat se, & iam
occultare non poterat, conueniens fuit quòd ante
cæteros Virgo hoc sciret. Item, ut tam præcursoris,
quàm Saluatoris gesta sciret, quæ scriptores docere
debebat. Item propter sanctificationem Baptistæ,
quem adhuc in utero matris positum, Iesus uoluit
sanctificare. Item ut antiquæ cognatæ obsequium
præberet, & ut humilitatem impleret. Maria quippe
& Elizabeth cognatæ, seu consobrinæ fuerunt in se
cũdo gradu, quia filiæ duarum sororum, scilicet An
næ & Hysmeriæ: Fuit etiam Elizabeth de tribu Iuda
sicut & Maria. Intuere hic & meditare qualiter tota
Trinitas est ibi præsens, responsionem huius suæ fi
liæ singularis expectans, & amanter ac delectabiliter
eius verecundiam & mores aspiciens, & verba au
scultans. O qualis est domuncula, ubi tales sunt & ta
lia exercentur: Nam licet sancta Trinitas sit vbique,
ibi tamen nunc aliquo modo singulari eam esse me
diteris ratione singularis operationis. Intuere etiam
& meditare, qualiter Angelus cum reuerentia, vul
tuque placido dominam suam diligenter inducit, &
verba sua sapienter ordinat, ut super hoc opere miri
fico uoluntatem Domini sui perficere ualeat: Et etiã
qualiter ipsa se habet timorate & humiliter, facie pu
dorosa, quasi ex de improuiso ab Angelo uerbis istis
præuenta. Non extollitur, neque se reputat: & cùm
audit magnalia de se, qualia nunquã alicui dicta fue
re, non sibi, sed totum ascribit gratiæ diuinæ. Iam
ergo Angelus expleto nunc ambasiatoris officio, ex
pectat Virginis responsum. Vnde Bern. Audisti Vir
go quia concipies, audisti quia nõ per hominem, sed
per Spiritum sanctum. Expectat Angelus responsum
tuum, tempus est enim ut reuertatur ad Deum, qui
misit illum. Expectamus & nos, ò domina, uerbum
miserationis, quos miserabiliter premit sententia dã
nationis. Ecce tibi precium offertur nostræ salutis,
statimque liberamur si consentis: hoc supplicat item
pia Virgo flebilis Adam, cum misera sobole exul de
paradiso: hoc Dauid, hoc cæteri flagitant patres tui,
qui & ipsi habitant in regione umbræ mortis: hoc to
tus mundus tuis genibus prouolutus, expectat. O
domina responde uerbum, quod terra, quod inferi,
quod cœli expectant. Responde uerbum, & suscí
pe uerbum: profer tuum, & suscipe diuinum: emit
te transitorium, & amplectere sempiternum. Hæc
Bernard. Vnde & beatus Augustin. exclamat: O
beata Maria, seculum omne captiuum tuum depre
catur assensum: te domina mundus suæ fidei obsi
dem fecit, noli morari Virgo, nuncio festinanter
responde verbum, & suscipe filium. Tandem pru
dentissima Virgo auditis Angeli uerbis, consensit:
& prout dicitur, profunda deuotione genua flexit,
ac manibus expansis, deinde iunctis, & oculis ad cœ
lum eleuatis, cum inestimabili humilitate protulit
desiderantissimum uerbum, toto cordis affectu au
diendum, dicens: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secun
dum uerbum tuum.* Ecce prompta obedientia, deuo
ta optatio, fides, consensus. Ancilla, inquit, sum
Domini: non meæ, sed illius potestati sum: *fiat mihi
secundum uerbum tuum,* id est, secundum quòd tu mi
hi nunciasti. Quæ mater Domini eligitur suæ con
ditionis, & diuinæ dignationis? per omnia memor
ancillam se nuncupat, & cum magna deuotione pro
missum Angeli impleri optat.

Verbũ non est impossibile apud Deum.

Psal. 32.

Bern. hom. 4. super Missus.

Bern. ibid. Conceptus Elizabeth, cur Maria nunciatus.

Elizabeth, cognatio.

Expectatio assensus Maria. Bern. hom. 4. super Missus.

August. serm. 17. de tẽpore.

Ecce ancilla Domini, &c.

Ad hanc uocem Mariæ exclamat August. dicens:
O felix obedientia: ò insignis gratia: quæ dum hu
militer fidem dedit, cœli in se opificem comparauit.
Vnde & Ansel. O fides Deo accepta: ò humilitas Deo
grata: ò obedientia omni sacrificio Deo iocundius
oblata: ò sublimis uirgo mater Dei: ò mater humi
lis ancilla Dei: quid sublimius esse possit? Quid hu
milius sentire posset? Vnde etiam Ambro. Vide hu
militatem, uide deuotionem: Ancillam se dicit Do
mini, quæ mater eligitur: nec redemptiua exaltata
promissione simul ancillam dicendo, nullam sibi prę
rogatiuam tantæ gratiæ uendicauit, quando faceret
quod iuberetur. Mitem enim humilemque paritu
ra, humilitatem debuit etiam ipsa præferre. Vnde
Bernar. Semper solet esse gratiæ diuinæ familiaris
uirtus humilitas: Deus enim superbis resistit, humi
libus autem dat gratiam. Humilitas ergo respondet
ur, vt sedes gratiæ præparetur. *Ecce, inquit, ancilla
Domini.* Quæ est hæc tam sublimis humilitas, quæ
cedere non nouit honoribus, insolescere gloria ne
scit? Non magnum est esse humilem in abiectione:
magna prorsus & rara virtus humilitas honorata.
Hæc Bernar. Beata ergo Virgo quæ ultra omnes ho
mines mundi per annunciationem Angeli attollebatur,
& tamen in se profundissimè humiliabatur: ideò
eius humilitas incomparabilis, præ omnibus alijs vir
tutibus commendatur. Inter omnes enim uirtutes
tantum placuit humilitas beatæ uirginis filio Dei, q
attraxit ipsum de cœlo, ut ex uirgine carnem assume
ret, quemadmodum ferrum trahitur ab adamante.

August. serm 2. de annunciatione.

Anselmus hom. in Euangelium Intrauit Iesus in quoddam castellum.

Bern. hom. 4. super Missus Iacob. 1. Humilitas Mariæ.

Vnde

August. serm. 11. de tempore.

Beda hom. de annunciatione.

Filius ancillę Dominus.

Sex uerba Virginis, totidẽ uirtutũ significatiua.

Fides Virginis.

Bernar. lib. Sententiarum.

Incarnatio filij Dei.

Corporis Christi formatio.

Incrementum membrorum Christi.

Tria in Christo.

Vnio triplex in Christo.

Vnde August. O uera humilitas quæ Deum homi
nibus peperit, uitam mortalibus ædidit, Paradisum
aperuit, & hominum animas liberauit: Facta est Ma
riæ humilitas scala cœlestis, per quam Deus descen
dit ad terras. Decebat enim, ut dicit Beda, quòd si
cut per superbiam Euæ mors in mundum intrauit,
ita per humilitatem Mariæ, uitæ introitus panderc
tur; Tantum autem placuit Christo ista vox Virgi
nis cùm dicit, *Ecce ancilla Domini*: quòd ex hoc ma
gis appellat se in Scriptura filium ancillæ, quàm Vir
ginis: Ex quò trahitur euidẽs argumentũ, q̃ plus pla
cuit Deo Mariæ humilitas q̃ uirginitas. Et licet singu
la verba huius Euangelij sint plena mysterijs, ista ta
mẽ verba quæ in sui cõsensus expresione Virgo po
nit, præcipuè redolent uirtutes incomparabiles. Po
nit enim sex verba, quæ redolẽt sex uirtutes eximias
in ea. Dicit namque *ecce* in quo obedientia pron.
pta: *ancilla*, in quo humilitas perfecta: *Domini*, in
quo virginitas immaculata: *fiat*, in quo charitas in
flammata: *mihi*, in quo spes secura: *secundum verbum
tuum*, in quo fides deuota. Et verè fides deuota erat
in Virgine, quia illud credidit in se debere fieri ad uer
bum Angeli, quod nunquam à seculis fuerat auditũ,
nunquam repertum, nunquam uisum, aut ab aliquo
cogitatum. De hac fide dicit Bernardus, Tria mira
bilia fecit Dominus in incarnatione. Coniuncta qui
dem sunt adinuicem Deus & homo, mater & uirgo,
fides & cor humanum: Et quidem tertia commixtio
est inferior alijs duabus, sed non minus fortis. Mirũ
enim est quomodo cor humanum his duobus fidẽ
accommodauit, quomodo credi potuit quòd Deus
homo esset, quòd Virgo fuerat quæ peperisset. Hæc
enim nequeunt commisceri, si non misceat glutinũ
Spiritus sancti: Igitur his uerbis dictis à Virgine, sta
tim in illa hora sanctissima, Spiritus sanctus in eam
superuenit, ac Dei filium uirgo gloriosa concepit.
Vnde statim in his uerbis Mariæ, filius Dei totus in
trauit in uterum eius, & ex ea carnem assumpsit, &
totus in sinu Patris remansit. In instanti enim fuit
totum corpus Christi formatum, & anima rationa
lis creata: simul utrumque diuinitati in persona Filij
coniunctum, ut idem esset Deus & homo, salua vtri
usque naturæ proprietate. Fuit autem corpus Chri
sti formatum ex sanguine B. Virginis, non ex carne:
& fuit in instanti sanguinis separatio, consolidatio,
figuratio, animatio, deificatio: Et in eodem instan
ti, fuit plenus & perfectus homo in anima & carne,
secundum omnia corporis lineamenta, sed paruulus
ualdè, ita ut membrorum distinctio vix posset discer
ni usu humano. Postea uerò naturaliter in utero cre
uit ut alij, licet membrorum distinctio, & animæ
infusio dilatata non fuerit ut in alijs. Fuit etiam per
fectus Deus sicut & perfectus homo secundum
humanam naturam, ex anima rationali & huma
na carne subsistens: secundum diuinam, ex uerbo
utriusque in unitate personæ coniunctio. Sicut
enim in deitate est una essentia & tres personæ, ita
in Christo è conuerso est una persona, & tres es
sentiæ: scilicet deitas, anima, & caro: hoc est,
æternum, nouum, & antiquum. Est enim dei
tas æterna, anima noua, quia in assumptione crea
ta: caro antiqua, quia ab Adam propagata. Et
Christus secundum naturam deitatis, est genera
tus: secundum animam, creatus: & secundum carnẽ,
factus. Et fuit vnio triplex in Christo, scilicet deita
tis ad animam, & è conuerso: ac deitatis ad carnem,
& è conuerso: & animæ ad carnẽ: Duæ priores vnio
nes semper manserunt, tertia separata fuit in morte.

Vnio diuinitatis.

Vnio igitur diuinitatis ad humanam naturam, non
est in vnitate naturæ, sed personæ: non personæ hu
manæ, sed diuinæ: non assumptæ, sed assumentis: nec
personæ cuiuslibet, sed solius verbi. Quia enim im
possibile est quòd natura diuina cõcurrat cum alia,
sicut pars ad tertii constructionem: vel quòd ipsa trã
seat in aliam, uel alia in ipsam, ideò diuinitas &
humanitas non vniuntur in vnitate naturæ, sed perso
næ. Et quia diuina natura in nullo supposito potest
subsistere, præterquam in propria hypostasi: ideò
vnio illa nõ potest esse in persona hominis, sed Dei.
Et propterea Deus in una personarum suarum, fecit
seipsum suppositum humanæ naturæ. Vnde tantùm
una est ibi personalitas, & unitas personalis, scilicet
ex parte assumentis: Et ideò Christus secundũ quod
est homo, non est persona. Vnde Hugo, Ex quo ho
minem Deus assumpsit, totum assumpsit: carnem sci
licet & animam, id est, hominis naturam: non homi
nis personam, sed hominẽ in personam. Caro enim
illa & anima, antequàm uerbo unirentur in personã,
non erãt inter se unita ad personam. Vnio siquidem,
una fuit ad unum uerbi carnis & animæ; non prius
uerbum & caro, nec prius uerbũ & anima, nec prius
anima & caro, sed simul uerbũ & anima & caro. Nec
cepit persona esse uerbũ, quãdo homo esse cepit: sed
hominem sic assumpsit, ut persona esse homo inci
peret, nec alia persona quàm erat illa quæ eum acci
peret. Itaque uerbum persona suscepit hominem:
non personam, sed naturam, ut qui suscepit & quod
suscepit, una esset in Trinitate persona: ergo Chri
stus persona ad infernum descendit, sed secundum
solam animam. Et Christus persona in sepulchro ia
cuit, sed secundum solam carnem: & Christus perso
na ubique fuit, sed secundum solam diuinitatẽ. Quid
est autem quod scriptum est, quia cùm Christus in
sepulchro iacuisset, dicitur totũ pro parte positũ est?
Fortasse cogitas quasi tria quædam, diuinitatem, ani
mam, carnem, composuisse Christum: Absit. Non
enim pars Christi uerbum, & pars homo: sed to
tus Christus uerbum, & totus Christus homo. Di
uinitas pars non fuit, nec in ipsa pars fuit. In hu
manitate sola partes sunt, anima scilicet, & cor
pus, & ubi alterum illorum est, pars hominis est.
Verum est ergo quòd in sepulchro Christus iacuit,
nec tamen ibi totus homo iacuit, quamuis totus ho
mo Christus fuit: Anima enim & caro Dei, uerbo
in persona unita fuit: ideò ubi caro erat, verbum de
esse non potuit. Hæc Hugo. De hac verbi incarna
tione, sic dicit Anselmus: Vidisti Domine afflictio
nem populi tui, & tactus dolore charitatis intrinse
cus, appositi cogitare super nos cogitationes pa
cis & redemptionis. Et quidem cùm esses filius Dei,
verus Deus, Deo Patri sanctoque spiritui coæter
nus & consubstantialis, lucem habitans inaccesibi
lem: portansq; omnia uerbo uirtutis tuæ, non despe
xisti in hoc nostræ mortalitatis ergastulum, altitu
dinem inclinare tuam, ut nostram & gustares & ab
sorberes miseriam, nosq; reparares ad gloriam. Pa
rum bone Domine Iesu fuit charitati tuæ ad cõsum
mãdum opus nostræ salutis, cherubim vel seraphim,
aut unum ex Angelis destinare: ipse ad nos uenire di
gnatus es, per mandatum Patris, cuius nimiam cha
ritatem experti sumus in te. Venisti enim, non lo
cum mutando, sed præsentiam tuam per carnem ex
hibendo. Descendens à regali solio sublimis gloriæ
tuæ, in humilem & abiectam ancillam in oculis suis
puellam,

Christus uti homo, non est persona.

Christus persona, secũdum varia diuersa fecit.

Anselmus de incarnationis beneficio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

puellam, primò uirginalis continentiæ uoto sigillatam. In cuius sacrosancto utero, sola sancti Spiritus uirtus inenarrabilis, & concipi te fecit, & nasci in uera humanitatis natura: ita ut nec maiestatem diuinitatis in te, nec integritatem uirginitatis in se, uiolaret natiuitatis occasio. Idem ad sororem suam: Primùm cùm beata Maria ingressa cubiculũ, libros quibus Virginis partus & Christi prophetatur aduentus, euolue. Ibi aduentum Angeli præstolare, ut uideas intrantem, audias salutantem: & sic repleta stupore & extasi dulcissimam Mariam dominam tuam, cum Angelo salutante salutes, clamans & dicẽs, *Aue Maria*, &c. Hoc crebrius repetens, quæ sit hæc gratiæ plenitudo, de qua totus mundus mutuauit gratiam, quando uerbum caro factum est. Contemplare & admirare Dominum, qui terram implet, & cœlum intra unius puellæ uiscera claudit, quam Pater sanctificauit, Filius fœcundauit, Spiritus sanctus obumbrauit. O dulcis domina, quanta inebriabaris dulcedine, quo amoris igne succendebaris, cùm sentires in mente & in uentre tantæ maiestatis præsentiam: cùm de tua carne carnem assumeret, & membra quibus corporaliter omnis plenitudo diuinitatis inhabitaret, de tuis sanctis membris aptaret. Hæc Anselmus. O si ualeres utique sentire, quale quantumque fuerit illud è cœlo immissum incendium, collatum refrigerium, infusum solatiũ: quanta sublimatio Virginis matris, quanta nobilitatio humani generis, quanta condescentio maiestatis. Si Virginem canentem cum iubilo posses audire, æstimo ꝙ illa pariter pro tanto beneficio inciperes iubilare, & non cessares Deo gratias decantare. Vt ergo ipsi Virgini tantum gaudium renouare, & ad mentem reuocare ualeas, crebrò eam cum dulci uersu angelico salutare, & deuotæ salutationis oscula, saltem pedibus eius infigere non negligas, dicens: *Aue Maria*. Vnde Bern. Est tibi uirgo Maria quasi osculum, audire hunc uersum angelicũ *Aue*. Totiens enim beatissima oscularis, quotiens per Aue deuotè salutaris. Ergo fratres charissimi, ad imaginem eius accedite, genua flectite, oscula ei imprimite, aue Maria dicite. Et iterum, Cœli respondent, Angeli iubilant, mundus exultat, dæmones cõtremiscunt, cùm dico *Aue Maria*. Hęc Bern. Moraliter tanguntur hîc sex cõditiones, quas debet habere quælibet anima sancta, Christũ spiritualiter cõceptura. Debet. n. primò habitare ī quadã separatione & alienatione oĩs creatæ delectationis, ut sic habitet in Galilęa, qđ interpretatur trãsmigratio. Illa. n. anima perfectè habitat in transmigratione, quæ transmeauit omnem creatam delectationem: ita quòd nulla re creata amplius delectatur, nisi inquantum in ea relucet imago & perfectio Creatoris, quòd non solùm nullam rem diligit contra Deũ, sed nec ullam diligat, nisi in quantum in ea Deus relucet: uel imago Dei ut proximum, uel inquantum potest esse accommoda ultimatè saluti, sicut alia res. Secundò debet talis anima habitare in quadam floritione deiformis operationis, scilicet ut inhabitet in Nazareth, quod interpretatur flos, uirgultum, sanctitas, uel consecratio: ut scilicet floreat, uel in flore habitet ex candore innocentiæ: sit uirgultum, dulcore diuinæ influentiæ: sanctitas, feruore diuinæ charitatis: & inhabitet in quadam consecratione, splendore ueritatis. Tertiò, talis anima debet esse uirgo, ut ab omni motu, nõ solùm sensuum, sed etiam omni animę uirium sit restricta, ita ut nihil in ea corruptionis ualeat subintrare: nec per uias sensuum intret aliquid quod moueat ad carnalitatem: nec per uias uirium intellectiuarum ueniat aliquid quod tendat in curiositatem. Et secundum August. quæcunque anima talis fuerit, uirgo censetur. Quartò, talis anima debet esse desponsata, ut fidem & amorem ad unicum bonum restrinxerit, quod est Deus, ne in incerto uagetur, nunc istud nunc illud amans. Et signanter dicitur quod debet esse desponsata Ioseph, quod interpretatur augmentum uel appositio: ut in fide & amore apponens, semperque proficiens augmentetur, quia in talibus non proficere, est quodammodo deficere. Et signanter additur quod debet esse desponsata Ioseph, quod interpretatur augmentum uel appositio: ut in fide & amore apponens, semperque proficiens augmentetur, quia in talibus non proficere, est qudammodo deficere. Et signanter additur de Domo Dauid, quod interpretatur manu fortis: quia per gressus spirituales, per fortes conatus & operationes, in spirituali exercitio augmentatur. Quintò describitur hæc anima ut tota illuminata, quia nomen eius est Maria, quod interpretatur illuminata: scilicet ut signatum sit super eam uultus Domini, & habeat lætitiam spiritualem in corde suo. Sextò describitur, ut à Deo confortata per donum fortitudinis Spiritus sancti: quia ingreditur ad eam angelus Gabriel, quod interpretatur fortitudo Dei, & per eã fit annunciatio: scilicet quando anima cõtemplatiua fortificata à Deo, per spẽ eleuatur, ut appetat gratiæ plenitudinem Domini præsentiam, & quandam singularitatem benedictionis inter omnes creaturas.

Specialiter autem circa tertiam conditionem est sciendum, quòd mysticè per hoc quod Christus cõceptus & formatus fuit in utero uirginali per operationem Spiritus sancti, significatur quod spiritualiter concipitur & formatur in mente pura, eiusdẽ Spiritus sancti operatione. Oportet enim mentem æterni uerbi conceptiuam esse uirgineam, id est, non solùm à uitijs, sed etiam à speciebus creatarum rerũ, & ab huiusmodi specierũ delectatione & corruptione, immunem esse & abstractam. Cùm enim omnis creatura uanitati sit subiecta, omnis species à re creata abstracta, uanitati est coniuncta: ac per hoc mentem ad altiora tendentem, abducit quodammodo & corrumpit. Ad hanc autem mentis abstractionem, hortatur Dionysius Timotheum, dicens: Tu autem amice Timothee forti contritione, sensus de relinqne, & intellectuales operationes, & omnia sensibilia & intellectibilia, & ad eius unitionem propera, qui est super omnem substantiam & cognitionẽ. Hæc Dionysius. Et in hac abstractione perficitur illa beatitudo, de qua dicitur: *Beati mundo corde*, intelligendo mũdum cor, illud quod est ab omni extranea specie emundatum. Tales autem Deum uidebunt, & hic per internam contemplationem, & in patria per æternam fruitionem. Et tales uirgineæ mentes sequuntur agnum totius puritatis, quocunque ierit, uirgines enim sunt. De tali mente & anima, sic sic dicit Bernar. Anima quæ semel à Domino didicit intrare ad semetipsam, & in intimis suis Dei præsentiam suspirare, & quærere faciem eius semper: talis inquam anima, nescio an uel ipsam gehennam ad tempus experiri, horribilius penaliusue ducat, quàm post spiritualis huius studij gustatam semel suauitatem exire denuò ad illecebras, uel potius molestias carnis, sensuumque inexplebilem repetere curiositatem. Dico ergo uobis, nihil est quòd intantum formidet, quisquis hoc beneficium semel accepit, q̃ ne

Maria concipientis animus.

Maria frequenter angelica salutatione salutanda.

Cõditiones Christum concipere volentis.

Virgo perfecta.

Ioseph.

Dauid.

Maria, illuminata interpretatur.

Gabriel.

Mens uirginalis.

Matth. 5.

Apoc. 14. Ber. serm. 35. in Cant. ica.

ne gratia derelictus necessariè habeat denuò egredi ad carnis consolationes, imò desolationes, rursumque carnaliũ sensuum sustinere tumultus. Hæc Bernar. In Nazareth autem ubi annunciatio facta est, sunt duæ Ecclesiæ: Vna ubi erat domus in qua Angelus ad Mariam uenit, & annũciationem fecit, in qua est altare Mariæ, in loco ubi orabat quãdo Angelus eam salutabat, & altare Gabrielis, ubi annunciationem faciẽdo stetit. Altera, ubi domus fuerat, in qua Dominus nutritus est, cùm infans erat. Fuit autem conceptio dominica in rubo ardenti præfigurata. Rubus enim sustinuit ignem, & non perdidit uiriditatem: Maria concepit filium, & non amisit uirginitatem. Dominus habitauit in rubo ardente, & ipse habitauit in Mariæ grauidato uentre. Descendit in rubum propter Iudęorum liberationem ut eos educeret de Aegypto, descendit in Mariam propter nostrã redemptionem, ut nos eriperet de inferno. Cùm autem Dominus incarnari uoluit, Mariam solam præ omnibus mulieribus elegit. Et hoc fuit præfiguratum in uellere Gedeonis, quod solùm cœlestem rorem capiebat, & tota terra circũiacens sicca remanebat: Sic Maria sola diuino rore replebatur, & in mundo nulla alia digna inuenie batur. Repletio uelleris, signum erat liberationis filiorum Israel ab hostibus suis: conceptio Mariæ, signum erat nostræ redemptionis. Vellus Gedeonis est uirgo Maria, de quo uellere Iesus Christus fecit sibi tunicam: uellus susceptit rorem sine lanæ læsione, Maria concepit filium sine carnis corruptione. Gedeon expressit rorem, & concham ex eo repleuit: Maria enixa est filium, qui totum mundum rore gratiæ repleuit. Hæc autem conceptio facta est per annũciationem Gabrielis, quod figuratum est in seruo Abrahæ, & Rebecca filia Batuelis. Abrahã misit seruum, ut de uirgine filio suo in spõsam proui deret: Rebecca autem nuncio potum præbebat, & ideò eam filio domini sui in spõsam eligebat: Sic Pater cœlestis misit Angelum suũ, ut Filio suo quæreret uirginem in matrem, qui uirginem decentissimam, scilicet Mariam, inuenit: quæ sibi potum, id est, nunciationi suæ consensum dedit. Rebecca nõ solùm nuncium, sed etiã camelos eius potauit: Maria tam angelis, quàm hominibus fontem uitæ propinauit. Gabriel itaque peracto legationis suæ officio, reuerenter se inclinans, & dominæ suæ ualefacies, discessit ab ea & disparuit: gaudẽs utiq; & exultans, quia responsionem Deo acceptabilem relaturus erat. Iam enim uenerat spõsus, & ideò recessit paranymphus, dimittens sponsum in sanctissimo sponsæ cubiculo, matrimonio cõsummato. Discessit quidem ab ea Angelus, sed remansit cum ea rex Angelorum & Dei filius: discessit ab ea quãtum ad apparentiam, sed remanserunt cum ea multi propter reuerentiam, quam & sibi propter dignitatem mentis, & suo Regi exhibebant. Recedens ergo peracto nuncio, & ad patriam rediens, hocque narrans, fecit ibi nouum festum & nouum gaudiũ, & exultationem magnam nimis. Considerare ergo debes quanta est hodierna solennitas, & iubilare in corde tuo, & agere dies lætitiæ: Inaudita est enim tunc usque à seculis, nec unquam fuerat solennitas talis. Hodie nãque est solennitas Dei Patris, qui filio suo in desponsationẽ humanæ naturæ nuptias fecit, quam hodie sibi filius inseparabiliter uniuit. Hodie est solennitas gloriosæ dominæ nostræ: hodie est solennitas nuptiarum filij Dei in utero, sed posthea erit ex utero. Hodie est solennitas Spiritus sancti, propter hoc mirificum opus quod attribuitur ei, & quia hodie incepit ostendere benignitatẽ singularem humano generi. Hodie est solẽnitas gloriosæ dominæ nostræ, quæ à Patre in filiam, à Filio in matrem, à Spiritu sancto in sponsam est recognita & assumpta. Hodie est solennitas totius cœlestis curiæ, quia inchoatur eius reparatio: hodie multo magis est solennitas humanæ naturæ, quia eius salus incipit & redemptio, & totius mundi reconciliatio, & quia ipsa hodie est sublimata atque deificata. Nusquam enim Dei filius angelos apprehendit, hoc est, non in unam sibi personam assumpsit, sed semen Abrahæ. Hodie nouam obedientiam suscepit filius à Patre, de nostra peragenda salute: hodie à summo cœlo egrediens, exultauit ut gigas ad curredam uiam nostræ salutis, & se reclusit in claustro uteri uirginalis. Hodie factus est quasi unus ex nobis, & frater noster, & cœpit peregrinari nobiscũ: hodie de cœlo lux uera descendit, ad fugandas nostras tenebras, & tollendas. Hodie panis uiuus qui dat uitam mundo, in utero uirginali est cõfectus, sed in cruce quasi in clibano decoctus: hodie enim uerbum caro factum est, ut habitaret in nobis: unde uocatur Emanuel, quod dicitur nobiscũ Deus, id est, Deus & homo. Hodie impleta sunt præambula figurarum, documenta Scripturarum, ac desideria Prophetarum, propter quod etiã aduẽtus Christi plenitudo temporis dicitur: Clamabãt enim desiderio inenarrabili, & hodiernum diem uehementissimè expectabãt. Hodie est principium & fundamentum omnium solennitatum, & totius boni nostri initium: Nam usque nunc indignatus erat Dominus contra genus humanum, propter transgressionem primorum parentum, sed amodò uidens filium hominẽ factum, non ulterius irascetur in æternum. Vides quàm admirabile opus & solẽnissimũ festum sit illud totum delectabile, & totum iocundum: totum desiderabile, & omni ueneratione dignissimum: cum omni deuotione susciendum, in iubilatione ac lætitia & exultatione ducendum. In his ergo meditare, in his delectare & iocũdaberis, & fortè ostendet tibi dominus ampliora si uigilaueris.

Nazaret duas ecclesias habet.

Conceptionis Dominicæ figura in rubo.

Vellus Gedeonis.

Rebecca. Gen. 24.

Angeli recessus à Virgine.

Solennitas incarnationis Dominicæ.

Hebr. 2.

Psal. 18.

Ioan. 1.

ORATIO.

Iesu fili Dei uiui, qui ex uoluntate patris, cooperante Spiritu sancto, de sinu eiusdem patris, uelut quidam fluuius de loco uoluptatis egrediens, & per humilia declinans conuallium, humilitatem ancillę tuæ respiciens, in uterum uirginis descendisti, ubi conceptus ineffabiliter carnem assumpsisti: descendat Iesu misericors gratia tua anidè, per merita matris & uirginis, super me seruum tuum indignissimum: per quam teipsum desiderem, & amore intus concipiam, & per eandem gratiam operantem in me, fructus bonorum operum salutares proferam. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Nativitate & Circuncisione præcursoris Domini. Correspondet Euangelio, Exur-Maria abit in montana. Cap. VI.



POst hæc recogitans Maria de uerbis Angeli, quæ de consobrina sua Elizabeth dixerat: eam uisitare ad congratulandum & seruiendum eidem volebat. Iesus enim, qui in utero illius erat, Ioannem adhuc in utero matris positum, sanctificare festinabat. *Exurgens* ergo de loco in quo erat, & à quiete contemplationis in qua prius sederat, & ab oratione, quæ omnibus operibus suis erat præuia: iuit, de licentia Ioseph, à Nazareth, *& abijt* uersus Austrum *in montana*, quia Iudæa in montanis, id est, in altiori loco: & ad Austrum est, respectu Galilææ, à qua recesserat Maria. Et nihilominus domus Zachariæ, in loco montuoso, ubi montana Iudææ sunt, erat ita: & uia ad eam petrosa, & mõtuosa. Iuit uerò *cum festinatione*, quia diu in publico nolebat apparere: vt ostenderet, quòd virgo non debet morari in publico, nec ibi contrahere colloquia cum aliquo. Et uenit in Hierusalem ciuitatem Iudæ: quod hoc loco nomen est non tribus, sed regni, scilicet Iudæ. Hierusalem enim in tribu Beniamin erat: per quam uidetur transisse ad oppidum, in quo dicitur tũc habitasse Zacharias, & natus Ioannes, quarto miliario ultra Hierusalem, ferè contra Occidentem, sed aliquantulum ad Meridiẽ: Maria cõcepto uerbo æterno iuit, ad uisitandum Elizabeth. Et secũdũ Ambr. hoc fecit non quasi incredula de oraculo, s. per Angelũ dictũ: nec quasi incerta de nuncio, s. sibi missũ: nec quasi dubitans de exẽplo, scilicet de Elizabeth sibi dato: sed quasi læta pro uoto, scilicet animi sui: religiosa pro officio, scilicet obsequẽdi: festina præ gaudio, scilicet inde concepto. Conspice igitur quo modo uadit regina cœli & terræ: non eques, sed pedes, cum aliquibus de uirginibus, quas secũ domi habebat, per tam longam & asperam uiam, ut illa erat. Sunt enim de Nazareth usq; ad Hierusalem, triginta quatuor miliaria: & deinde ad oppidũ Zachariæ quatuor uel circa, quorũ duo faciunt unam leucam. Vadunt autem cum ea uerecundia, humilitas, & paupertas, omniumq; uirtutum honestas. Est ẽt secum ipse dominus uirtutum, magnam & honorabilem habet comitiuam, sed non huius seculi uanã & pomposam. Nec erat à conceptu filij grauata, ut communiter contingit alijs mulieribus: non enim fuit Dominus Iesus matri suæ onerosus. Oq̃ felix fuisset, qui in illo itinere Mariam obuiam habuisset & uocẽ salutationis ab ea recepisset. *Et intrauit Maria in domum Zacharie & Elizabeth* cognatæ suę. Domum religiosam uisitat, suæq; humilitatis & mansuetudinis signa manifestat: & prior *salutauit*, id est salutem optauit *Elizabeth*, quasi congratulans ei, de dono quod eã accepisse didicerat. Prior ipsa virgo profert salutationẽ, propter duo. Primò, causa humilitatis: quia humilior. Secundò, causa pietatis: qa superior. Prima ratio respicit morem illarum regionum, ubi inferiores solẽt salutare prius superiores, quasi reuerentiæ exhibitione. Sed secunda respicit morẽ illarum regionũ, ubi salutatio profertur à maioribus: in signum q̃ omnis benedictio desursum est. Nota moraliter q̃ sex dicũtur hic de beata virgine, quæ & nos imitatione eius ẽt debemus facere. Primò, q̃ exurrexit: surgamus & nos à torpore accidiæ, & à desiderijs terrenis nos elongemus, in q̃bus morando dormimus. Secundò, abijt in montana: ascendemus & nos in montana, tendendo in altiorem uitam, & appetendo cœlestia, & appropinquando ad ea. Tertiò, festinauit: festinemus & nos ad bona opera accelerando: & quicquid possumus, instanter operando. Quia ut dicit Chrysostomus, nihil ita est quod uitã nostrã ualeat euertere: ut operum actionem bonorũ dissimulare, semperq; differre: sæpe enim istud omnibus nos bonis fecit excidere. Vnde dixit quidam, q̃ bonum opus nunquã differendũ est: ne fortè aliquo casu superueniente, impediatur. Malũ uerò urgẽs, semper differri debet, si fortè aliqs casus superueniẽs impediat. Quartò, uenit in ciuitatẽ Iuda. Ingrediamur & nos in ciuitatem Iudę, id est, confessionis & laudis diuinæ, scilicet in ecclesiã, ad laudandum & obsequendum ibi. Et in ciuitatem cõtemplatiuã cœlestẽ Hierusalẽ, ad confitendũ nomini Domini: Iudas enim confitens interpretatur. Quintò, intrauit in domũ Zachariæ. Intremus & nos in domũ Zacharię nõ sę quętes cogitationes uanas, sed magis memores mãdatorum Domini ad faciendũ ea: Zacharias enim memorans Dñi interpretatur. Sextò, salutauit Elizabeth. Salutemus & nos Elizabeth, creaturas fastidiẽdo: & in solo Deo saturitatẽ nostri desiderij statuẽdo, qui solus replet in bonis desiderium nostrũ: Elizabeth enim, Dei mei saturitas interpretatur. Et insuper gratiam perceptã cõmunicemus proximo, sicut Maria fecit Elizabeth & puero. Quam citò autem uirgo salutauit Elizabeth, repletus est Ioannes spiritu sancto in utero: ,,put fuerat repromissum ab Angelo. Et sentiens Dñi præsentiã, præ gaudio ĩ matris utero exultãdo & saltando tripudiat: ac quosdã gestus ad similitudinẽ exultantis, repræsentauit: & quẽ lingua & uoce nõ potuit, animo exultãte & ẽt motu salutauit. Mouebatur in utero, quasi gestiens salutare, & Dño suo assurgere, ac quasi egredi uellet ex utero, & ei occurrere. Et tũc primò, præcursorẽ suũ Iesus ,,phetã fecit: q̃ in utero exiliẽs, eius aduentũ euãgelizauit, & præcursionis suæ officiũ inchoauit, quasi etiã intra matris uiscera, iam clamaret: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Vnde Chrysostomus. Christus ideò fecit Mariam salutare Elizabeth: ut sermo procedens ex utero matris, ubi habitabat Dominus, & per aures Elizabeth ingressus, descenderet ad Ioannem, & illic eum ungeret in prophetam. Nam statim, ut uox salutationis conuenit ad aures eius exultans puer

Luca 1.

Maria cur Elizabeth uisitauit. Ambro. lib. 2. in Lucã cap. de habitu Maria in montana.

Distantia Nazareth à Hierusalem.

Grauedinẽ non sensit. Maria.

Maria cur prior salutauit Elizabeth.

Moralia sex.

Dilatio boni operis nocet.

Iudas quid interpretatur.

Elizabeth quid interpretatur.

Ioãnes Baptista repletur Spiritu sãcto.

Chrysost. hom. 17. operis imperfecti.

Ioan. 3.

puer prophetauit, non uoce, sed motu. Vnde Chrysostomus: Dic infans, dic prophetarum omnium maxime: qui dignè satis plusquàm propheta vocaberis: unde tibi hæc exultatio? Nondum natus es, & iam prophetas: Domini aduentum agnoscis, quem quia uoce salutare non potes, exultando agis quod potes. Quàm lætus ei occurreres, si iam natus eum uideres: cuius agnito aduentu, exultando obuiam ire conaris. Deinde repleta est etiam mater Spiritu sancto, per filium & meritis filij. Non prius repleta est mater quàm filius, sed filius repletus, replet & matrem. Ex plenitudine enim gratiæ, qua Christus se recepérat, in Maria effudit per salutationem virginis, gratiam sanctificationis in Ioannem, quæ vlterius redũdabat in matrem. Vnde exultans ac tota exhilarata, & spiritu sancto accensa, amplexatur uirginem tenerimè, & præ gaudio exclamat magna uoce. Filius intus latens, docet quid mater exterius agere debeat. Spiritus enim infantis, non ualentis clamare, ne loqui uoce propria, fecit clamare matrem uoce magna. Clamauit autem voce magna, tum in signum magnæ affectionis, tum quia magna Dei dona cognouit, tum quia illum in utero tenebat, qui vox verbi erat. Quasi ergo magna ui Elizabeth intus commota, non solùm uirginem resalutauit, uerumetiam uoce magna clamauit: nõ tam clamosa, quàm deuota, quia nõ clamor, sed amor sonat in aure Dei. Vnde ista magnitudo magis est intelligenda ratione deuotionis interioris, quàm sono exterioris. Deuotio enim magnus clamor est, ita ut usque cœlum audiatur. Quid, inquit Dominus Moysi tacenti, clamas ad me? qui tamen non clamabat ad Deum clamore oris, sed desiderio cordis. Vnde Augustinus: Clamor ad Dominum, est intentio cordis, & flagrãtia dilectionis: quia semper petitur quòd optatur. Et dixit Elizabeth, *Benedicta tu inter mulieres*, id est, super omnes mulieres: & inter benedictas, benedictione insignis. Nulla enim tantæ vnquam gratiæ particeps fuit, aut esse poterit. Benedicta es, & ampliori benedictione cumulaberis. *Et benedictus sit fructus ventris tui*, per quem benedictio uenit alijs. Qui secundum quòd homo benedictus est benedictione gratiæ, quippe plenus dono omnium charismatum: benedictus etiam in benedictione gloriæ, secundum quòd Deus ab æterno, & vsque in ęternũ. Non quia tu benedicta, ideò benedictus fructus uẽtris tui: sed quia ille præuenit te in benedictionibus dulcedinis, ideò tu benedicta. Benedicta arbor: benedictus & arboris fructus. Benedicta uirga de radice Iesse: benedictus & flos qui de tali radice ascẽdit. Benedicta talis mater: benedictus & talis filius Benedicta est Maria ab Angelo suprà, quia triumphantis Ecclesiæ ruinam reparauit: sed hic ab Elizabeth, quia militantem Ecclesiam, quasi iam mortuam suscitauit. Vbi Beda: Eadem uoce ab Elizabeth, qua à Gabriele benedicitur: quatenus & Angelus & hominibus uenerãda monstretur. Et notandum q̃ quinq; fructus colliguntur ex beata virgine. Primus est uentris, & hic est generatio, per quam fructum uitæ cõmunicauimus. Secundus est fructus mentis, & hic est compassio quam habet ad afflictos, & super peccatores. Tertius est oris, & hic est oratio. Quartus est operis: & hic est protectio. Quintus est nominis: & hic est deuotio, quæ habetur ex benedicto nomine eius, etiam à sceleratis: ita ut in omnibus periculis ab omnibus inuocetur. *Et unde hoc mihi, ut ueniat mater Domini mei ad me?* id est qua mea iustitia, quibus meis factis uel meritis accidit hoc mihi, scilicet sterili & seni: & secundum reputationem hominum maledictæ, ut mater Domini mei, scilicet uirgo fœcunda & benedicta, ut ueniret sic humiliter, deuotè, & reuerenter, ad me seruam & ancillam suam? quasi dicat, nullus. Neque enim sanctitas, neque religio, neque nobilitas aliqua hoc mihi præstitit: ut tanto honore, tantaque beatitudine fierem digna, sed sola Dei gratia. Ego potius debui ire ad te, sed tua tuiq; filij humilitas, te cogit uenire ad me. Et notandum quòd mater Domini uenit ad peccatores per compassionem, inquantum est amarum mare, dans eis amaritudinem contritionis: uenit ad oppressos per protectionem, inquantum Domina, liberans eos: uenit ad mœstos per consolationem, inquantum stella, lætificans eos. Vnde Augustinus: Sancta Maria, succurre miseris, ecce primum: iuua pusillanimes, ecce secundum: refoue flebiles, ecce tertium. Et uerè benedicta es, & benedictus fructus uentris tui: & admiror de humilitate visitationis tuæ, propter magnificentiam uirtutis, quæ apparet in te. Ecce enim in tuo aduentu & salutatione, non solùm ego, sed & infans in utero meo gratulatur: & quod uoce nõ potest, gaudio fatetur. Sic Elizabeth miraculum & incarnationem uerbi cognouit: & Mariam esse matrẽ Domini, & Deo plenam, intellexit. Intellexit quippe per spiritum sanctum, quo repleta erat: qui exultatio infantis illius, significaret uenisse matrem eius, cuius ipse præcursor erat futurus: Et ideò quæ ante erubescebat onus parentis, dum adhuc nesciret mysterium religionis, iam benedicit: & quæ se occultabat, quia conceperat filium: iactat se, quia generabat prophetam. Elizabeth etiam, quæ in occulto & secreta inspiratione cognouerat, his qui simul aderant, palam euangelizabat, dicens: *Et beata quæ credidisti*, scilicet Angelo, quando per assensum fidei cõcepisti, *quoniam perficientur* amplius in futuro *ea quæ dicta sunt tibi à Domino*, scilicet per Angelum nunciãtem, & per spiritum sanctum mentem tuam illustrãtem, & te immediatè docentem. A pertè hic indicat, quòd verba Angeli ad Mariam dicta per spiritũ agno uerat. *Beata, inquit, quæ credidisti.* Sed & beati illi qui audiunt & credunt. Considera itaque quàm magnæ uirtutis est beatæ Mariæ uirginis salutatio: quæ confert gaudium, confert & spiritum sanctum, confert reuelationem secretorum diuinorum, cõfert & prophetiæ actum. Et ideò semper est salutanda, propter resalutationis lucrum inde sperandum. Audita igitur responsione Elizabeth, qua eam matrem Domini sui appellando, ac beatam prædicando, & fidem fortem laudando, prophetauit, amplius Maria tacere non potuit dona quæ perceperat, & quæ uirginali pudore, & ex humilitate acceptum oraculum silentio texerat, iam congruo tempore patefecit. Vnde exultans prorupit in canticum lætitiæ, quod à Domino ædidit, dicens, *Magnificat anima mea Dominum, &c.* totum ibidem complens iocunditatis & lætitiæ canticum. Consueuerunt enim Hebræi in casu magno cantica componere, & dicere Domino, quando Deus mirabilia fecit circa ipsos. Et plus omnibus potest hæc uirgo magnificare Dominum. Beata siquidem uirgo, tantum mysterium sibi esse manifestatum, & quanta per hoc esset, more humilium, non statim reuelauit, sed quousque per Elizabeth reuelatur, absondit: quam quia cognouit mysterium, per Spiritum sanctum cognouisse intelligens Dominum illud reuelari uelle tandem, & hoc ipsa reuebus

Clamor ad Deum. August. in psal. 27.

Benedictus fructus, Maria.

Ioãnes Baptista repletur prius quam mater.

Elizabeth uox magna.

Beda in c. 1. Lucæ.

Fructus quinque Maria.

Maria uenit ad diuersos.

August. serm. 2. de annunciatione.

Elizabeth secreta cognouit per Spiritum prophetiæ.

Cantici cõponendi et canendi mos.

Mysterium cur non citò reuelauit Mariæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lat, deumque magnificat, id est, magnum in operibus eius laudat & prædicat: non magnum facit, quia in se grandescere non potest, & nec detrimentum, nec augmentum recipit: quasi dicat Maria, O Elizabeth, tu me magnificas de bonis quidem in me, sed anima mea Domino & creatori, videlicet Deo patri, ex quo sunt omnia, attribuens ipsum in hoc cantico Magnificat, & eius magnificentiã prædicat, non tantum lingua laudat. *Et exaltauit spiritus meus in Deo saluatori meo*, & saluatore meo, scilicet in filio, per quem sunt omnia, per quem salus mũdo reparatur. In hoc autem salutari, uirgo bene habet causam exultationis, plus quàm omnes creaturæ quia parentes in filijs solent exultare. Et licet ipse sit salutare omnium hominum, singulariter tamen fuit salutare uirginis præ cunctis hominibus, propter singulares uirginis prærogatiuas. Spiritus ipse est anima, interdum tamẽ accipitur pro animæ rationabilitate & excellentia. Anima namque uiuimus, spiritu discernimus & intelligimus: vnde comprehendit omnes uires sub anima & spiritu. Sub anima comprehenduntur uires inferiores, in comparatione ad corpus. Spiritus uerò importat eandem substantiam animæ secundũ vires superiores, quibus rapitur supra se dulcedine contemplationis. Maria ergo anima & spiritu Deo deuota, de omnibus beneficijs circa eam deintus exhibitis, omnes uires suas, in gratiarum actione, & laude Dei impendit: quasi dicat, secũdum Ambrosium: Tanto munere me Deus sublimauit, ut nullo linguæ officio explicare possum: sed totum animi interioris affectum, in agendis gratiarum laudibus offero, totum quod uiuo, quod sentio, quod discerno in eius magnitudine contemplanda, in eius præceptis obseruandis impendo. Magnificat autem & ille Dominũ, in cuius bonitate magnificatur & laudatur Dominus: Sic enim in discipulis magistri, sic in operibus suis artifices singuli laudantur & magnificantur. Magnificatur ergo Deus in nobis, dũ anima nostra quę ad imaginem Dei facta est, per iustitiam Christo se conformat, qui est imago patris: dũ imago Dei, quæ est in ipsa, magnificatur, id est, uirtutum magnitudine, magna efficitur: dum secundum præcepta diuina uiuimus, dum bonis operibus lucemus. Et ideò ait Apostolus: Magnificate & portate Deum in corpore vestro. Vnde nota quòd Deus magnificatur tripliciter in beneficijs suis. Primò, ipsa beneficia Deo attribuendo. Secundò, pro ipsis Deo gratias agendo. Tertiò, in ipsis nos exercendo. Notandum etiam quòd beata uirgo in isto cantico dilatauit se in Dei laude, & gratiarum actione. Nusquam autem alibi legitur fuisse locuta, nisi ualde parum, & pauca uerba. In uniuerso enim tãtum septem uicibus legimus eam locutam, vt ex hoc ostenderet se gratia septiformi plenam: uidelicet cum angelo bis. Primò: Quomodo fiet istud? Secundò: Ecce ancilla Domini. Cũ Elizabeth bis. Primò, cùm salutauit Elizabeth. Secundò, cùm ait: Magnificat anima mea Dominum. Cum filio bis. Primò, in templo: Fili, quid feci sti nobis sic? Secundò, in nuptijs: Vinum non habent. Et semel cum ministris, ibidem: Quodcunque dixerit uobis, facite. In omnibus his patet quòd nunquam locuta est, nisi breuiter paucis uerbis, excepto quòd in cantico se dilatauit, vbi cum Deo locuta est. Et notandum quòd hæc septem uerba locuta est in quatuor temporum uicibus, & nõ sine euidenti utilitate qualibet uice. Quater igitur est locuta, & quatuor miracula sunt secuta; scilicet, In Angeli annunciatione: & tunc concepit Deum. In Elizabet uisitatione: & tunc exultauit infans in utero. In nuptijs: & tunc conuertit aquam in uinum. In templo: & tunc erat subditus illis. Notandum etiam qp inter prædictas locutiones, cum quatuor personis locuta est beata virgo: scilicet cum Angelo, cum Elizabeth vetula & cognata sua, cum filio, & cum ministris. In quo ostenditur pulchrum documentum, quòd puella iuuenis, & præcipuè monialis, rarissimè debet loqui nisi uel cũ Angelo, id est, cum angelico sacerdote: quia Angelus Domini exercituum est sacerdos, & hoc in confessione: uel cum sancta Elizabeth, id est cum vetula uel alia matura & sancta muliere, & hoc in rara consolatione: uel cum filio Dei, & hoc in oratione uel lectione: vel cum ministris honestis, & hoc in necessariorum postulatione. Considera ergo quomodo lętantur matres ambæ: laudant Deum de vtraque conceptione, & in gratiarũ actione consistentes, agunt dies lætitiæ. O qualis domus, ubi pariter commorantur, & requiescunt tales matres, scilicet Maria & Elizabeth, talibus filijs, scilicet Iesu & Ioanne fœcundatæ. O si cum domina tua in montana posses conscendere: si sterilis & uirginis matris, suauem contueri cõplexum, & salutationis officium: puto quòd canticum illud sacrum. Magnificat anima mea dominum, cum beatissima virgine, suaui cũ modulatione concineres: mirumq; conceptum uirgineum, una cum propheta paruulo exultans & iubilans, adorares. Vnde Anselmus ad sororem suam: Iam cum dulcissima domina tua in montana conscende, sterilis & uirginis intuere complexum, & salutationis officium, in quo seruulus Dominum, præco iudicem, vox verbũ, inter anilia viscera conclusus in virginis utero clausum agnouit, & indicibili gaudio prophetauit. Beati uentres, in quibus totius mundi salus exoritur: pulsq́ue tristitiæ tenebris, sempiterna lætitia prophetatur. Accurre quæso accurre, tantis gaudijs admiscere, prosternere ad pedes vtriusq;, & in unius ventre sponsum tuũ amplectere, amicũ uerò eius, in alterius vtero venerare. Hæc Anselmus. Attẽde hic, & imitare humilitatis exẽplũ, qm enim Maria ad Elizabeth, Christus ad Ioannẽ, domina ad ancillã, dominus ad seruũ uenire, & Maria Elizabeth seruire nõ dedignatur, quid aliud quàm humilitatis exemplum ostenditur? De qua etiam specialiter, in cantico suo prædicto, Maria gloriatur, & plena omnium virtutum, solam humilitatem recognoscit, dicens: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ*. Ergo & tu de te humilia, cum Maria sentias: & quicquid boni habes Deo non tibi, cum ea attribuas. *Et sicut Maria, quasi mensibus tribus cum Elizabeth*, pro cuius consolatione & obsequio venerat, ministrans & seruiens ei humiliter, reuerenter, & deuotè, in omnibus quibus poterat, quasi oblita se matrem Dei esse, & totius mundi reginam, ut in omnibus impleret humilitatis mensuram. In ea igitur contemplatio, non deseruit actionem, nec actio diminuit contemplationem. Vnde & Euangelium scriptum de ministerio Marthæ, & contemplatione Mariæ, legitur in ipsius beatæ uirginis assumptione: quæ & actiua fuit, ut patet in hoc loco, & cõtemplatiua, quia conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Tandiu quippè mansit Maria cũ Elizabeth, donec partus tẽpore cõpleto præcursoris Domini sui, propter quã uenerat, natiuitatem uideretut ei & matri obsecundaret, & ut in uia & publico non videretur frequentius, & vt tanto tempore Elizabeth & Ioannes cresceret, in gratijs profectus.

Maria saluare, Deus est praculiariter.

Spiritus est anima.

Ambro. lib. 2. in Lucam. De exultatione spiritus Marię.

1. Corin. 6. Magnificantur Deus in beneficijs suis tripliciter.

Loquutam esse Mariã septies legimus. Luca 1. ibidem. Ibidem. Luca. 2. Ioan. 2.

Miracula quatuor sequuta Maria loquelam.

Significatio quatuor personarum cũ quibus Maria loquuta est.

Anselmus epist. ad sororem. De Mariã uisitatione.

Humilitatis exemplum.

Euangelia de Martha & Magdalena, et cur legitur de Maria.

Cur tandiu ibi fuerit.

Natiuitas Ioannis Baptistæ.

Luc. 1.

Ioãnes Euãgelista die natiuitatis Ioannis Baptistæ migrauit. Festum Ioannis Euangelistę cur in natali dominico celebretur.

Augu. lib. 50. homiliarũ. hom. 44.

Natiuitatẽ Ioannis Bapti. cur celebramus potius quã aliorum.

Ioan. 5. Circuncisio Ioã. Baptistæ. Impositio nominis sancti Ioannis.

Pugillus quid est.

ctus. Nam si in primo aduentu Mariæ, sed & etiam ipsius Domini, spiritu sancto sunt repleti: multũ est illis superadditum de gratijs, in tanta mora mansionis. Completo igitur pariendi tempore *peperit Elizabeth filium*, scilicet octauo Kalendas Iulij, & feria sexta, cui nato, ac etiã matri eius humilia obsequia beata uirgo exhibuit, & in domo etiã aliena, ministrare potius quàm ministrari uoluit. *Et audierunt uicini* qui erant cohabitantes, *& cognati* qui erant consanguinei uel affines Elizabeth; *quia magnificauit* & magnificè fecit, *dominus misericordiam suam cum illa*, id est, magnam misericordiam ei fecit: scilicet opprobrium sterilitatis auferendo, & tantum & talem filium, sic nunciatum mirabiliter & conceptum, pernaturaliter ei dando: & congratulabãtur ei super tanto dono, secundum quod angelus Zachariæ dixerat: Multi in natiuitate eius gaudebunt. Hoc autẽ gaudium sanctitatem in eo futurã, significabat. Sic quilibet debet congratulari de bono alterius & gaudere: contra inuidos, qui de malo gratulantur, & de bono tristantur. Et nota qp hac die sanctus Ioannes Euangelista de carcere huius mundi migrauit, & ad cœleste palatium, lętantibus angelis, gloriosus intrauit. Et quia propter ingens officium, non potuit hodie eius festũ celebrari, statuit hoc ecclesia, in hebdomada natalis Domini, die tertia solenniter fieri. Vel quia ea die fuit ipsi basilica dedicata: uel qa tunc insulatus est patriarcha ecclesiarum in Asia, & solennitas Baptistæ in suo die remansit. Nimirũ, quia hic dies ab angelo gaudio natiuitatis præcursoris authenticatus fuit. Igitur dilectissimi, hos equinatos summos Dei amicos, inter choros angelorum rutilantes, deuotis hodie laudibus honorantes, & orationes ad thronum gratiæ mittamus, ut misericordiam consequamur, & gratiam in auxilio opportuno inueniamus. Sed cur natiuitatem Ioannis potius quàm alicuius sancti celebremus? Hæc causa est secundum Augustinum, quia illorum post natiuitatem & ætatis accessum, fides Domino adhæsit, sed nullius eorum natiuitas Christo militauit. Ioannis autem Dominum ipsa natiuitas prophetauit, quem conceptum ex vtero salutauit. Iccirco etiam Ioannis celebratur natiuitas, quia Ioãnes Dei gratia datus scilicet natus est initio temporis gratiæ: quia etiam gratiam noui testamenti erat prædicaturus, qui etiam in vtero est mundatus. Die quoque natiuitatis Ioannis quidam lucernas multas accendunt, in quo significatur eius esse diem, de quo Dominus dixit: Ille erat lucerna ardens & lucens. Octauo autem die à natiuitate præcursoris *uenerunt circunci dere puerum* secundum præceptum legis. Et quia in circuncisione tunc imponebatur nomen puero, sicut modò imponitur in baptismo, ideò subditur, *Et uocabant eum nomine patris sui Zachariam*. Mos enim erat antiquorum imponere nomina patrum primogenitis, & maximè vnigenitis. Congruè autem imponebatur nomen in circuncisione, quia nullus, nisi abijciat carnalia quod significat circuncisio, dignus est ut nomen eius scribatur in libro vitæ. *Et respondens mater eius, dixit: nequaquam* scilicet vocabitur Zacharias, *sed uocabitur Ioannes*. Hoc sibi à Deo reuelatum fuit, quia à patre muto non didicit: Pater etiam nutu & signo, de nomine imponendo interrogatus. Per quod videtur quòd non tantum erat mutus, sed etiã surdus *postulauit* signo, non uerbo, *pugillarem*, id est tabulam tantam quantũ poterat pugillus capere. Vnde secundum vulgare Romanorum, pugilla est tabula ad scribendum. Dicitur etiam aliquando pugillaris calamus, & stilus, & graphium quo scribimus, *Et scripsit sic dicens: Ioannes est nomen eius*. Non dicit, erit: sed est, qua si dicat, Iam est impositum nomen à Deo & ab angelo, ego non impono, sed impositum indico. Et notandum quòd hoc nomẽ Ioannes fuit ei proprium: Primò, propter plenitudinem gratiæ quam habuit: Secundò, propter tempus gratiæ, quod inchoauit: Tertiò, propter excellentiam gratiæ, quam primus prædicauit: scilicet remissionem peccatorum, & gratiæ collationem. *Et mirati sunt uniuersi* super conuenientia & concordantia inter patrem & matrem de nomine pueri, seu de impositione nominis huiusmodi. Et tunc apertum est os Zachariæ, & resoluta est lingua eius: quia quam vinxerat incredulitas, fides soluit. Per confessionem enim fidei in scripto, quam uerbis facere non poterat, meruit liberari: sicut propter uerbum dubitationis, demeruerat ligari. Quo facto, gratia noui testamenti reserata, id est, manifestata ostenditur esse. *Et loquebatur, benedicens Deum*, pro beneficijs ostensis circa eum. Nec mirum si loquebatur, quia prior suus, scilicet Deus, dederat ei benedicite: & ideò benedixit Deum, secundum illud: Benedicite sacerdotes Domini Domino. *Et sanctus est timor magnus super omnes vicinos eorum*, timor scilicet admirationis, de his quæ facta sunt in ortu Ioannis, scilicet de partu senis & sterilis: de impositione nominis singularis, de miraculosa restitutio ne locutionis. Vel timor punitionis: quia videntes virum religiosum propter hæsitationem sic punitũ, timebant sibi omnes, scientes quòd non esset tutum offendere Deum. *Et super omnia montana Iudææ*, circuncirca: *diuulgabantur omnia verba hæc*: scilicet prædicta mirabilia. *Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo*, scilicet miracula quæ facta fuerant, considerantes, & euentum rei tacitè præstolantes, *dicentes* scilicet intra se: *Quis* & qualis *putas puer iste erit*? quasi dicat, ualdè magnus & laudabilis erit. Nec mirum quòd ita quærebant de puero *etenim manus domini*, id est potestas diuina, & uirtus Dei operatiua, *erat cum illo*, s. Ioanne, in mirabilibus circa eum factis: ex quibus rationabiliter concludebatur magnitudo pueri futura coram Deo. *Et Zacharias impletus est spiritu sancto*, & prophetizãs, canticum diuinæ laudis fecit Domino, dicens: *Benedictus dominus Deus Israel, &c.* per totũ. Magna est largitas diuinæ pietatis, & muneris eius, si prõpti & parati ad accipiendum simus. Nã ecce loquela quæ sola ablata est diffidenti, cum spiritu prophetiæ est restituta credenti: & ubi abundauit delictum, superabundauit & gratia: & ita frequenter amplius reddit Dominus quam sustulerit, qui ẽt quos sanauit ĩ corpore, hos ẽt in anima sanauit. Vnde Ambrosius: Vide quàm bonus Deus, & facilis indulgere peccatis: non solùm ablata restituit, sed ẽt insperata concedit. Ille dudum mutus prophetat. Hæc. n. gratia Dei maxima, qp eum qui negauerat, confitetur. Nemo ergo diffidat, nemo ueterum conscius delictorum, præmia diuina desperet. Nouit Deus mutare sententiã, si tu noueris emendare delictũ. Hæc Ambrosius. Maria uerò tandẽ valefaciẽs Elizabeth & Zachariæ, ac benedicẽs Ioãni, redijt ad domũ habitationis suę, in Nazareth: completo tũ prius ortu præcursoris, provt opinio magis cõis tenet. Per hoc autem quòd peracto obsequio, post partum cognatæ suæ redijt in domum suam, ostendit quòd inhonestum sit morari sine officio in domo aliena.

Ioannis nomen cur ei proprium.

Timor unde in nati. Io. Baptistæ.

Loquela cũ prophetia paritura quid significet. Deus plus dat, &c. Ambr. lib. 2. in Lucã cap. de prophetatione Zachariæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maria reuerſio quid moraliter indicet.

Libet nunc intueri quantas tunc Zacharias, quantas & Elizabeth lachrymas fuderunt, quando virgo Maria inde receſsit, quando mundi gaudiũ & ſtella maris, in domum ſuam reuerſa eſt. Ioannes quoque in eius diſceſſu, non parum doluit, qui in illius aduentu, tanto gaudio exultauit. In reuerſione autem Mariæ paupertatem eius ad memoriã reuocare ſtude. Rediit ad domum, in qua nec panem, nec uinũ, nec alia neceſſaria erat inuentura. Stetit quaſi tribus mẽſibus apud illos fortè opulenter, nunc autẽ rediit ad paupertatem ſuam, ut proprijs manibus laborando, uictum procuret. Compatere ergo ſibi & in amorem paupertatis accendere. *Puer autem* Ioannes *crescebat* quantum ad augmentum corporis, *& confortabatur ſpiritu* quantum ad augmentũ gratiæ & uirtutis: quia ſecundum crementum corporis, creſcebat per augmentum uirtutis. Caro enim eſt infirma, & ideò ſpiritu prompto eſt confortanda. *Et erat* quantum ad perfectionem cõuerſationis *in deſertis* locis orationi & contemplationi aptis. Ibi enim habitauit à ſeptimo anno ætatis ſuæ *uſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael*, id eſt, donec placuit Deo ipſum Iſraelitico populo demonſtrare: ſ. quando uenit trans Iordanem, prædicans Baptiſmum pœnitentię: quod factum eſt anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, tunc enim exiit de deſertis, ad prædicãdum populis. Conſidera in præmiſsis magnificẽtiã Ioannis, & in multis alijs quæ de eo reperiuntur priuilegijs.

ORATIO.

SANCTE *Ioãnes Baptiſta, tu prius plenus Deo, quam notus ex utero: prius noſcens Deũ, quã notus in mundo: ad te domine, quem gratia fecit tam amicum Dei ſugio anxius, quem iniquitas fecit tã ream Dei. Memento ergo domine, ut ſicut gratia Dei te ſic ſublimauit, ſic miſericordia tua erigat, quem culpa ſua ſic humiliauit. Me enim iniquitas mea talem fecit, te autem talem, non tu, ſed gratia Dei tecum. Obtine quæſo mihi miſero, ut ſicut in primo aduentu noſtri ſaluatoris magno gaudio exultaſti: ſic & ego in ſecundo aduentu eius merear gaudere, & cum ſanctis in gloria exultare. Amen.*

De genealogia Saluatoris. Cap. VII.



DESCRIPTO igitur ortu præcurſoris, cõſequenter ſequitur genealogia ſaluatoris: quia hæc eius ortum præcedit, de qua Matthæus ſic dicit. *Liber generationis*, ſ. temporalis, *Ieſu Chriſti* id eſt ſaluatoris uncti, *filij Dauid, filij Abraham*, hic ſ. eſt qui ſequitur. Matthæi liber, dictus eſt liber generationis: quia ſcripſit Hebraicè. Conſuetudo aũt Hebræorũ eſt, libros ab eorũ principijs, ſeu ab eo de quo tractatur in principio, denominare. Et ideò à Chriſti genealogia, Euangeliũ ſuũ denominat, ſeu intitulat, qa ab ea, ipſum incipit, & ſchoat. Prepoſuit aũt in prologo iſtos duos, ſ. Dauid & Abrahã, potius quàm alios. Et horũ duorum filius ſpecialiter dicitur Chriſtus, quia unus inter Patriarchas, alter inter Reges, fuit principalis. Et his duobus, ſolum in ueteri teſtamento, facta eſt expreſſa promiſsio, de Chriſto ex eis naſcituro, & ut dignitas ſacerdotalis ex Abraham, & regalis ex Dauid, originali iure oſtenderetur in Chriſto. Præpoſuit uerò Dauit Abrahæ, cùm econuerſo eſſet quantum ad tempus, quia dignitas regni, maior eſt quàm prioritas tẽporis, & quia Dauid profundus fuit peccator, ideò ut ex ſola miſericordia Chriſtus natus oſtendatur, peccator iuſto præponitur, & quia euidentius, & ſæpius, & firmiùs pro miſsio facta eſt Dauid. Et ne ordo genealogiæ turbaretur, quia finis clauſulæ unius, eſt principium alterius. Vnde incipiens genealogiam, ſubiungit: Abraham, genuit Iſaac &c. uſque ad Ioſeph deſcendendo. Quæ generationes narrantur, propter illam qua Maria genuit Ieſum, q uocatur Chriſtus, de qua dicetur inferius. Et ideo dicit, *Liber generationis*, ſingulariter qa quãuis multæ generationes per ordinem replicentur, unius tamen id eſt Ieſu Chriſti, generatio quæritur, propter quam cæteræ hic inducuntur, qui dicitur Ieſus, quoad diuinam, & Chriſtus, quoad humanã naturam. Vnde nomen Ieſu, eſt nomẽ proprium, ſed nomen Chriſti, eſt nomen commune: & nomen Ieſu, eſt nomen gloriæ, ſed nomen Chriſti, eſt nomen gratiæ. Conſiderandum autem, quòd Matthæus deſcendendo texit generationẽ Chriſti, quia agit de humanitate qua Chriſtus ad nos deſcẽdit, & aſſumptio nẽ infirmitatis noſtræ, à Deo oſtendit. Vnde & ab Abraham incipit, oſtendens modum qualiter Deus uenit in mundum, carnem à patribus deſcendentem, aſſumendo, & procedit uſque ad Ioſeph uirum Mariæ, de qua ſola virgine natus eſt Ieſus materialiter, quia de patre eſſentialiter. E contrario autem Lucas deſcribit eam aſcendendo, quia filios gratiæ per Chriſtum ad regnum aſcendere oſtendit, & reductionem humanæ naturæ in Deum, deſcribit. Vnde & à baptiſmo, ubi filij gratiæ fiunt, incipit, & uſque ad Adam procedit: quia ſpiritualis generatio, omnes qui uolunt in Chriſto filij Dei fieri comprehendit. Vt autẽ dicit Hilarius, gradum quẽ Matthæus in ordine regiæ ſucceſsionis ædiderat, Lucas in ſacerdotali origine computat, quem dum uterq; dinumerat cognationem in domino, utriuſque tribus uterq; ſignificat, atque ita ſuis quæq; partibus dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt æternus rex & ſacerdos, & in carnali ortu utriuſq; generis gloriã probauerunt: hæc Hilarius. Vnde Auguſtinus: Solus autẽ tunc vngebatur rex & ſacerdos, & in his duabus perſonis præfigurabatur unus rex & ſacerdos: utroque munere unus Chriſtus regens & interpellãs pro nobis, faciensque nos mẽbra ſua, ut in illo & nos Chriſti eſſemus. Incipiens itaque Matthæus ab Abraham, & per Iudæ lineam ueniens ad Dauid primum regem in tribu Iuda, totã ſibi ſuccedentium genealogiam uſque ad Ioſeph, ex ordine texit: ut ſaluatorem noſtrum ex ſemine Abrahæ, qui principalis fuit inter Patriarchas, & de progenie Dauid, qui principalis fuit inter reges, & de tribu Iuda, quæ inter

Matth. 1.

Chriſtus cur præteris, filius Dauid & Abrahæ dicitur.

Dauid ante Abrahã

Cur deſcendẽdo Matthæus narrat.

Hilarius canone 1. in Matthæum

Augu. lib. quæſt. uete. & noui teſtam. cap. 49.

ter tribus principalis fuit, ſecundum cãrnem deſcendiſſe oſtendat. Nam & Abrahæ & Dauid, Chriſtus dominus fuerat promiſſus, & qp de tribu Iuda originem duceret, fuerat prophetatum. Deſcribitur autem hic generatio Chriſti, per tres quaterdenas generationum, quorum aliquæ fuerunt ante legem, & aliquæ tempore legis, & ultima, ſcilicet Chriſti generatio, tempore gratiæ, quod incepit ab eius conceptione. Et per hoc ſignificatur qp aliqui iſtis tribus temporibus, ſaluati ſunt per fidem Chriſti. Item ſecundum Chryſoſtomum, completis ter quatuordecim generationibus, mutatus eſt in Iudæis hominũ ſtatus. Ab Abraham enim uſque ad Dauid, fuerunt ſub iudicibus. A Dauid uſque ad tranſmigrationem, ſub regibus. A tranſmigratione uſque ad Chriſtum, ſub Pontificibus. Oſtenditur per hoc, quòd ſicut completis ter quatuordecim generationibus, mutatus eſt hominum ſtatus: ſic à Chriſto hominum ſtatus mutatus eſt, ut ipſe ſit iudex, rex, & Pontifex. Itẽ per hoc ſignificatur quod in Chriſto conſummatur obedientia decalogi, & ueritas Euangelij, in fide Trinitatis: in qua dedit nobis poteſtatem filios Dei fieri: & quòd per iſtorum obſeruationẽ, Chriſtus, qui eſt ſol iuſtitiæ, oritur in nobis, per ſpiritualem illuminationem. Item tres quaterdenæ, faciunt quadraginta duas generationes: per quas peruenimus ad Chriſtum, qui promiſſus eſt nobis in præmium. Sicut filij Iſrael, per quadragintaduas manſiones, uenerunt ad terram ſibi promiſſam. Per has tres quaterdenas notantur tria tempora. Ante legem, ſub lege, & tempus gratiæ. Prima quaterdena, eſt ab Abraham, uſque ad Dauid incluſiuè. Secũda, à Dauid, uſque ad tranſmigrationẽ Babylonis. Tertia, à tranſmigratione Babylonis, uſque ad Chriſtum. Prima continet patriarchas. Secunda, reges. Tertia, duces. In prima ponũtur primò nati, ante ingreſſum Aegypti: ibi, Iudas autem. Secundò, nati in Aegypto: ibi, Phares autem. Tertiò, nati poſt egreſſum: ibi, Naaſſon autem. Prima quaterdena ſignat generationem Chriſti per gratiam in anima pœnitente. Secunda, in anima proficiente. Tertia, in anima perfecta. Generatio Chriſti ſpiritualis, in anima pœnitente oſtendi tur, ſecundum tres gradus pœnitentiæ. Primus enim, in inchoatione. Secundus, in progreſſu. Tertius, in conſummatione. In inchoatione pœnitentiæ, implicantur tria: ſcilicet præcedentia, conſtituentia, & conſeruantia pœnitentiam. Præcedentia ſunt duo, ſcilicet, fides bonitatis diuinæ, quæ per Abraham: ſpes ueniæ, quæ per Iſaac. Conſtituentia ſunt tria, contritio, in qua eſt lucta, deteſtando peccatũ prius amatum, quæ per Iacob: confeſsio, quæ per Iudam: ſatisfactio, quæ per fratres eius. Conſeruantia ſunt tria: timor offenſæ, quæ per Phares, qui dicitur diuiſio: amor gloriæ, quę per Zaram, qui dicitur oriẽs: horror gehennæ, quæ per Eſrom, qui dicitur ſagitta. Sequitur ſpiritualis generatio Chriſti in anima, in progreſſu pœnitentiæ, quæ continet quatuor generationes, ſecũdum quatuor expedientia progreſſus. Primum eſt, electio boni à malo, quæ per Aram, qui dicitur electus. Secundum eſt, uoluntas perfecta, in bona exequendo, quæ per Aminadab, qui dicitur ſpontaneus. Tertium eſt, prudentia diſcernendi, iuuans à nociuo, quæ per Naaſon, qui dicitur ſerpentinus. Quartum eſt, ſenſus gaudij in complacendo, qui per Salomon, qui dicitur ſenſibilis. Subſequitur tertia generatio Chriſti, in conſummatione pœnitentiæ, ad quam concurrunt quatuor generationes, ſecundum quatuor ibi expedientia. Primum eſt, robur contra tentationes culpæ, quod ſignificatur per Booz, in quo robur. Secundũ eſt ſeruitus ad operationes gratiæ, quæ ſignificatur per Obed, qui dicitur ſeruiens. Tertiũ eſt, conſtantia cõtra perſecutiones pœnæ: qđ deſignat Ieſſe, id eſt, inſulę Libani: inſula. n. quatitur undis. Quartũ eſt, fortitudo finalis pſeuerantiæ, qđ ſignificat Dauid, id eſt manu fortis.

Tres quaterdenæ.

Chryſo. homil. 1. operis imperfecti.

De ſtatu Iudæorum.

Quid per tres quaterdenas, ter quatuordecim generationes.

Gradus pœnitentiæ.

Spiritualis generatio Chriſti.

Generatio Chriſti in conſummatione pœnitentiæ.

Deinde incipit ſecunda quaterdena, in qua ſignificatur generatio Chriſti ſpiritualis, in anima proficiẽte, & hoc ſecũdũ quatuor gradus: Quorũ primus eſt, in uoluntate bonorũ. Secundus, in declinatione malorum. Tertius, in opere mandatorum. Quartus, in impletione conſiliorum. Ad primum gradum pertinent tria. Quietudo cordis ad hominẽ ipſum, quã deſignat Salomon, id eſt, pacificus. Latitudo charitatis ad proximum, quam deſignat Roboam, id eſt, latitudo populi. Subiectio uoluntatis ad Deũ, quam deſignat Abia: pater dominus, in quo amoris & timoris ſubiectio intelligitur. Ad ſecundum gradum qui eſt profectus in declinatione malorum, pertinẽt ſimiliter tria. Vitatio ſcandali, quod ſignat Aza, id eſt, tollens. Vitatio praui iudicij, quod ſignat Ioſaphat, id eſt, iudicans. Vitatio contemptus proximi, quod ſignificat Ioram, id eſt, excelſus. Per primum, ſignatur vitatio mali in effectu: per ſecundum, in cogitatu: per tertium, in affectu. Ad tertium gradum, qui eſt profectus in opere mandatorum, pertinent quatuor generationes, quia obſeruanda ſunt mandata, in ſtatu aduerſitatis, & proſperitatis. Ad ſtatum aduerſitatis, pertinent duo. Fortitudo, in aggrediendo difficilia, quam ſignat Ozias, id eſt, robuſtus domini, uel fortitudo. Patientia, in ſuſtinendo aduerſa, quam ſignat Ioatham, id eſt, perfectus, quia patientia opus perfectum habet. Ad ſtatum proſperitatis, pertinent duo. Continentia, à delectando in bono commutabili, quam ſignat Achaz, id eſt, continens. Confortatio, in bono incommutabili, quod ſignat Ezechias, id eſt, confortauit me dominus. Ad quartum gradum, qui eſt profectus in adimpletione conſiliorum, concurrunt quatuor. Primum eſt, obliuio terrenorum huius mundi, quam ſignat Manaſſes, id eſt, obliuio. Secundum eſt, ſuſceptio iugi domini, quaſi ſpiritualis nutrimenti, quã ſignat Amon, id eſt, nutritus. Vnde ait alibi: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Tertium eſt, deuotio, reſpectu præſentis meriti, quã ſignat Ioſias, id eſt, incenſum domini. Quartum eſt præparatio reſpectu futuri præmij, quam ſignat Iechonias, id eſt præparatio. Vltimò incipit tertia quaterdena: quæ ſignat generationem Chriſti per gratiã in anima perfecta, ſecundum quatuor gradus. Primus attenditur quantum ad perfectionem religioſorum: ſecundus, prælatorum: tertius, actiuorum: quartus, reſpondens communiter omnibus, ſcilicet perſeuerantium. *Poſt tranſmigrationem Babylonis*, id eſt, poſt tranſitum à ſtatu imperfectionis, ſequitur perfectio religioſorũ: ad quam pertinent tria. Obedientia prompta, quam ſignat Iechonias, id eſt præparatio. Paupertas uoluntaria, quæ nihil aliud quam Deum quærit, quam ſignat Salathiel, id eſt, petitio mea Deus. Regularis diſciplina, quam ſignat Zorobabel, id eſt, magiſter confuſionis, quia diſciplinat confuſionem peccati. Ad perfectionem prælatorum pertinent quatuor, ſcilicet paterna ſollicitudo ad ſubditos, quod ſignat Abiud, id eſt pater meus iſte. Doctrina excitans pigros, qđ ſignat Eliachim,

Secunda quaterdena deſignãs, &c.

Matt. 11.

Tertia quaterdena.

Religioſorum perfectio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

chim, id est, resuscitans. Scientia imperitis consulés, quod signat Azor, id est, uidens lumen. Sanctitas uitæ, alios informans, quod signat Sadoch, id est, iustus. Ad perfectionem actiuorũ pertinent quatuor, scilicet perfectio charitatis ad proximos, quod signat Achim, id est, frater meus. Perfectio amoris ad Deum, quod signat Eliud, id est, Deus meus. Perfectio fiduciæ in Deum in aduersis, quod signat Eleazar, id est, Deus meus adiutor. Perfectio humilitatis in prosperis, ut omnia reputentur dona Dei, quod signat Matham, id est, donum. Ad perfectionem uerò communem perseuerantium pertinent tria scilicet supplantatio uitiorum: quod signat Iacob, id est supplantator. Continuus profectus uirtutum: quem signat Ioseph id est, accrescens. Constantia fidei immobilis, quod signatur in hoc quod dicitur, vir Mariæ, quæ interpretatur stella maris, quæ est polus qui non mouetur. Hæc enim tria sunt necessaraia perseuerantiæ. Per hos autem prædictos omnes, figuratur Christus: quia ei conueniunt res interpretationum nominum prædictorum. Consydera hic progenitores domini, quia de exiguis & peccatoribus, non dedignatus est nasci, & nõluit in progenitoribus gloriari. Neque enim in his, neque (quod amplius est) in uirtutibus & operibus gloriari debemus, ne horum mercedem in aliquo minuamus: uel etiam in toto perdamus. Vnde Chrysostomus, Hic refulget dignitas Christi, non quia magnos progenitores habeat ac potentes, sed quia exiguos ac uiles. Sublimium enim illa maxima & admirabilis gloria est, humiliari sponte submissius. Sicut enim admirabilis iudicatur, non quia mortuus tantum est, uerùm quia etiam crucifixus est & sepultus: sic etiam in generatione illius dici potest quòd non solùm quia suscepit carnem, & homo factus est, admiratione sit dignus: sed quia ét tales progenitores habere dignatus est, nihil de nostris uilitatibus erubescens, per ista proculdubio docẽs ut nos quoque nunquam de uitijs erubescamus parentum, sed unum illud quæramus, semper nobilitari propriarum honore uirtutum. Non est omnino, non est, nec de uirtute, nec de uitio parentum, aut laudandus aliquis, aut culpandus nemo inde uerè, aut obscurus, aut clarus est. Imò, ut considerantius aliquid dicamus, nescio quomodo magis ille resplendet, qui ex parentibus à uirtute prorsus alienis existens, ipse tamen fuerit de uirtute mirabilis. Nullus igitur in superbiam, de gloria eleuetur parentum, sed considerans progenitores domini, omnem euacuet & comprimat mentis tumorem, & de solis uirtutibus glorietur. Quinimò ne de istis quidem. Sic enim etiam Pharisæus Publicano deterior effectus est. Noli igitur ipse tuorum corrumpere fructus laborum, & noli sudores tuos in uanũ effundere, noli cursum inanem dirigere: post mille circuitus, mercedẽ laboris euacuans. Nouit enim dominus tuus, & quidem multò te melius, tuarum merita uirtutũ, ne igitur in superbiã tumescamus: sed dicamus nosmetipsos inutiles, ut in partem utilium transeamus. Si enim laudandum te esse dixeris, reprobus efficieris, etiam si fueras antè laudabilis. Si uerò inutilem te fateris, factus es utilis, etiam si antè reprobus fueris, propter quòd necessaria nobis est præteritarum obliuio uirtutum. Stabilissimum enim ærarium uirtutum, est obliuio uirtutum. Itaque si eas in memoria, quasi uænales assiduè portemus, armamus hostem, irritamus inimicum, & dolosum inuitamus ad furtum. Si uerò nemo alter hæc scierit, nisi quem nulla occulta possunt latere, tuto in loco preciosa consistent. Nequaquam igitur huiusmodi bona frequenter euentiles, ne quis fortè ea diripiat: quod etiam Pharisæus passus est in lingua illa circunferens, unde ea & diabolus rapuit. Caueamus igitur de nobismetipsis dicere aliquid gloriosè: hoc enim nos & hominibus odibiles, & Deo abominabiles facit. Et idcirco quanto maiora ferimus, tanto de nobis minora dicamus: hoc enim modo maximam, & apud Deum, & coram hominibus gloriam cõsequimur. Nec solùm gloriam apud Deum, sed etiam mercedem retributionemque plenissimam. Quando enim aliqua sancta fecerimus, habemus proculdubio debitorem: quando uerò nihil nos arbitramur operatos, amplius etiam de tali meremur affectu, quàm propter opera ipsa quæ facimus. Itaque uirtutum omnium merita, bonum humilitatis exuperat, quæ si non asit, nec illæ poterunt esse laudabiles. Itaque si bona tua magna uis facere, noli illa putare magna, aliter magna esse non possunt. Sic enim Centurio: Non sum dignus ut intres sub tectum meum, & propterea dignus effectus est: supraque omnes tunc Iudæos mirabilis. Sic etiam Paulus ait: non sum dignus Apostolus uocari, & omnium primus effectus est. Sic & Ioannes: Non sum, inquit, idoneus, ut soluam corrigiam calciamenti eius, & idcirco amicus factus est sponsi, & manum quam indignam dixit calciamentis, hanc Christus supra caput attraxit sum. Sic etiam Petrus ait: Exi à me domine, quoniã homo peccaror sum, & propterea factus est fundamentum ecclesiæ. Nihil enim ita est amicum Deo, ut si se aliquis minimum ac humilem reputet. Quæ uirtus, non aliunde magis, aut oritur, aut nutritur, quàm si nunquam animus à coniunctione, & sui discussione discedat. Qui enim humiliatur corde, atque conteritur, non efferetur in gloriam, non in inuidiæ liuorem, non iracundiæ furore uexabitur, non aliquam aliam suscipiet passionẽ. *Discite enim*, inquit, *à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris.* Vt ergo hic & ibi requie multa perfruamur, humilitatem matrem bonorum, nostris penitus inseramus animabus. Sic enim & istius uitæ pelagus, siue fluctus, transire poterimus, & ad tranquillissimum illum enauigare portum. Hæc Chrysostomus.

Perseuerãtium perfectio.

Progenitorũ Christi humilitas, quid designauit. Chrysost. hom. 3. in Matthæũ tom. 2.

Humilitatis laus. Matth. 8.

1. Cor. 15. Marci & Ioan. 1. Luca 5.

Parentes clarum nõ faciũt, sed uirtus.

Matth. 11.

Luca 10.

Obliuionis uirtutum commendatio.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, spes & fiducia nostra memor esto quæ pro redemptione nostra susceptisti. Memor esto q̃ creator omnium, susceptione nostræ naturæ conscius fieri dignatus es figmenti nostri. Ve nisti domine propter peccatores, ut omnium peccata deleres. Quid tibi retribui, quid pro hoc digne potest agi? Te laudo, tibi totis uisceribus gratias ago, pro immensis beneficijs tuis, quibus humano generi perdito subuenisti. Et precor te piissime domine, ut qui sic pro nobis flexus es, ut homo fieri dignareris, non in nobis paciaris perire, quod decreuisti miseratus assumere: & fac me tibi gratam & debitam seruitutem exhibere. Amen.

ORA-

De eo quòd Ioseph uoluit dimittere Mariam. Correspondet Euangelio: Cùm esset desponsata Maria mater Domini. Cap. VIII.



ET quia in præmissa Christi genealogia, Matthæus ostendit ueram eius humanitatem: cosequenter nunc ostendit eius diuinitatem, per modum conceptionis eius mirabilem, dicens:

Matth. 1. *Christi autem generatio sic erat*, quasi diceret: Nõ creditur q̃ Deus sit genitus, ex commixtione maris & fœminæ, sicut præcedentes, sed potius modo mirabili, qui sequitur: *cum enim esset desponsata Maria Ioseph*: & ipsa de Elizabeth ad domum suam in Nazareth redijsset, tandem Ioseph à Iudæa in Galilæã ueniens, & desponsatam sibi in domũ suam ducere uolens: *ante quàm conuenirent*, scilicet antequã nuptiarum solennia celebrarent, non quòd postea conuenerint, sed ostendit proximũ tempus nuptiarum solennijs. Et est tropus loquendi huic similis, antequã pœniteret morte præuentus est, non q̃ postea pœnituerit. Vel *ante quam conuenirent* communi habitatione, id est, ante quàm simul in una domo habitarent, nondum enim conuenerant, nondum simul habitabant ille in sua, & illa adhuc in sua domo manebat, quia licitum non erat apud Iudæos, quòd spõsus & sponsa absque nuptiarum celebratione, simul cõuenirent, uel habitarent: *inuenta*, & uisa est Maria à Ioseph *in ytero habens* & grauida. Sed quid sequitur, nõ inuenit, nec agnouit manifestè, scilicet hoc esse de spiritus sancti operatione. Perpendens hoc igitur & ignorans tanti secretum mysterij, dolebat & turbabatur, ac *nolens eam traducere* in publicum, id est, diuulgare & diffamare, ne scilicet tanquam adultera, lapidaretur. Vel *nolens eam traducere* in domum suam ad cohabitationem assiduam, quia propter mysterij uirtutem, quam nesciebat, se indignum ad eius consortium æstimabat, *uoluit occulte eam dimittere* parentibus à quibus eã acceperat. Legerat enim: Egredietur uirga de radice Iesse, unde nouerat Mariam duxisse originem. Et legerat etiam: Ecce virgo concipiet, & hæc de ea credebat, præsertim quia post conceptionem facies eius ita resplenduit diuinitate, ut propter coruscationem, uix eam irreuerberatis oculis, & non cum timore, posset intueri. Ideoque uoluit se ante tantam gratiam humiliare, indignum se reputans, tantæ virginis cohabitatione.

Ioseph dimittere uoluit sponsam.

Traducere quid sit.

Esaia 11.

Esaia 7.

VNde Hieronymus: Hoc testimonium Mariæ est, quòd Ioseph sciens illius castitatem, & admirans quod euenerat, cælat silentio, cuius mysterium nesciebat. Vnde & Chrysostomus: O inestimabilis laus Mariæ, magis credebat Ioseph castitati eius, quàm utero: & plus gratiæ quàm naturæ. Cõceptionem uidebat, & fornicationem suspicari non poterat. Posibilius enim credebat virginẽ sine uiro posse concipere, quàm Mariã posse peccare. Hæc Chrysostomus. Et nec Maria pertransiuit absque tribulatione, perpendebat enim & uidebat Ioseph turbatum, & de hoc, ipsa turbabatur non modicum. Humiliter tamen tacebat, & occultabat donum Dei, uolens potius uilis, & mala reputari, quàm ipsum donum propalare, & de se aliquid loqui, quod ad iactantiam putaretur pertinere. Rogabat autem dominum, ut ipse dignaretur remedium apponere, & hanc sibi & uiro tribulationem auferre. Vides quàm magna tribulatio & anxietas eis erat, & quomodo dominus suos tribulationibus uexari & tentari, ad ipsorum coronam, permittit: sed tandem dominus utrique prouidit. Ioseph enim de dimissione Mariæ cogitante & deliberante: ubi habes argumentum, diu deliberandum esse in incertis & dubiis, ne peccetur temeritate leuitatis, misit dominus Angelum suum, scilicet Gabrielem, secundum Augustinum. Et hoc fecit triplici ratione, secundum Chrysostomum. Primò ne iustus homo faceret rem iniustam, iusto proposito. Secundò, propter honorem matris, scilicet ne dimissa notaretur turpi suspitione. Tertiò, ut intelligẽs Ioseph causam conceptionis, reuerentius se haberet cum virgine. Quartò secundum glossam, ne ulterius premeret dubietas, quem commendabat æquitas. *Cui*, scilicet Ioseph, *apparuit Angelus in somnis*, non manifesta uisione, quia ipse dubietate animi premebatur, uelut somno infidelitatis: & dixit ei *Ioseph fili Dauid*. Per quod secundum Chrysostomum, reducit eum in memoriam promissionis factæ Dauid de ipso Christo, qua si dicat, secundum glo. Recognosce promissionem factam Dauid, de cuius stirpe tu es, & Maria, & uide impletũ in ea, *noli timere accipere* & domi retinere, *Mariam in coniugem tuam*. non ad carnalem copulam, sed ad cohabitationem cum ea, & ministrationem deuotam, necnon affectu & copulatione animorum, quod est uerè coniugum. Exemplo ergo Mariæ, liquet fideles coniugatos, seruato pari consensu, in continentia posse permanere, coniugiumque posse uocari, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu. Vnde & Ioseph vir Mariæ dicitur, quia uerum coniugium est, ubi amoris affectus seruatur, & etiam in Maria fructus nuptiarum inuenitur. Quasi diceret Angelus: Ne suspiceris huòd hîc interuenerit humana conceptio. *Quod enim in ea natum est*, id est conceptum, *de spiritu sancto est*, id est uirtute spiritus sancti est factum. In ea quippe nasci, est concipi: sed de ea nasci, est in lucem proferri. Et secundum hoc dicitur quòd duplex est natiuitas, scilicet ẽ ytero, & ex ytero. Nascimur enim in utero, cùm concipimur: sed ex utero, cùm in lucem educimur. Hic ergo ponitur explicita reuelatio, facta ipsi Ioseph ab Angelo. Antea enim nouerat implicitè, quiddam diuinum esse in uirginis cõceptu, ut suprà dictum est: explicitè tamen nesciuit factũ, & conceptionis modum, seu mysteriũ, & ideò hæc explicitè sibi reuelantur per Angelum. *Pariet autem filium*, quando scilicet erit natiuitas ex utero, quem

Hieronymus in c. 1. Matth. De laude Mariæ, per Ioseph. Chrysostomus hom. prima operis ĩperfe.

Deliberandum in incertis. Chrysostomus hom. 1. operis imperfecti.

Clessa ẽ locum.

Chrysostomus hom. 1. operis imperfecti.

Cõiugium castorum.

Natiuitas duplex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa sicut stella lucem, sicut uirga florem, sicut terra germen, paritura erat: *& vocabis nomen eius Iesum*, id est saluatorem. *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* quod non est modicum, quia nulla seruitus miserior, quàm seruire peccatis, & hoc propter uilitatem ipsorum. Vbi ostendit Angelus, eum verum hominum in partu virginis, & verum Deum, in salute populi à peccatis, quia nullus potest saluare à peccatis, nisi solus Deus. De hoc latius uidere poteris suprà, de conceptione saluatoris. Ioseph igitur, certificatus de cõceptione & uirginitate Mariæ, *exurgens à somno* dubietatis, ad mandatum Angeli, accipiens sponsam in coniugem, id est, ad nomen coniugis & uxoris, cũ uirgine virgo permansit, & ei obsequiosè, tanquam dominæ, ministrauit. Hinc habemus argumẽtum, quòd quicquid à Deo monemur, statim facere debemus. Ergo si uouisti Deo aliquid, statim, si potes persolue, si non potes, quàm citò facultatẽ habebis, statim implere teneberis. Vota etiã quæ sine expressione certi tẽporis sunt facta, statim sunt adimplenda. Vnde Chrysostomus: Ioseph per Angelum de sacramento mysterij cęlestis instruitur, monitis Angeli lætus obtẽperat, gaudens diuina iussa prosequitur. Suscipit sanctam Mariam, & uotis exultantibus gloriatur, quia tantæ maiestatis virgine matrem coniugem dici, ab Angelo meretur audire: hęc Chrysostomus. Per Ioseph cogitantem dimittere Mariam, qui certificatus de mysterio per Angelũ, accepit eam ut dominam, significatur homo dubitans in fide uel moribus, qui per prædicatorem, vel confessorem bonum, solidatur in istis, & subiicit se monitionibus ipsius. *Et non cognouit* id est non agnouit eam, *donec peperit filium suum primogenitum*: quia eo nato, dignitatem eius maximè agnouit. Vnde Chrysostomus: Verè non cognouit eam antè, cuius fuerat dignitatis, sed postquàm peperit, tunc cognouit eam, quia speciosior & dignior facta fuerat, quàm totus mundus: quia quem totus mundus capere non poterat, in angusto cubiculo uteri sui sola susćepit. Vel non cognoscebat eam opere coniugali, propter ea quæ didicerat, donec pro æterno sumendo, id est nunquam ut per parui temporis significationem omne tempus significatũ accipiatur. Est enim hæc dictio Donec, quandoq; significatiua determinati temporis, quo transacto fit aliquid, sic dicitur: Iste non comedit, donec esset hora sexta, qua completa, comedit. Quandoq; est affirmatiua omnium temporũ, & accipitur pro semper, vt ibi: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, id est semper sede à dextris meis. Quandoque est abnegatiua omnium temporum, & accipitur pro nunquam, ut hîc in proposito. Si enim eam non cognouit ante partũ, multo magis non cognouit eam post partum, uisis videlicet tot signis & miraculis in natiuitate, & post natiuitatem domini, cognoscens Deum esse qui natus est. Aliqui exponunt hoc de cognitione faciei, dicentes quòd ex presentia Christi in utero virginis, tãta erat claritas in facie eius, quòd Ioseph facie ad faciem eam uidere nõ poterat, quam spiritus sanctus, à conceptione penitus impleuerat. Sicut dicitur de claritate faciei Moysi, ex consortio sermonis domini, quia non poterant intendere in eum filij Israël. Et ideò Ioseph nõ cognoscebat facie ad faciem, quã desponsauerat, donec uterus euacuatus esset. Remanet igitur, & stat gaudenter, cum sua benedicta coniuge, & ultra quàm dici possit, eam casto diligit amo

Deo citò parẽdum, & uotum reddẽdum est. Chrysostomus ibidẽ.

Moraliter. Ioseph quo modo cognouit Mariam.

Chrysostomus hom. 1. operis imperfecti.

Donec, uox ambigua.

Altera cognitio.

A re, & curam ipsius gerit fideliter, & domina cum eo moratur cõfidenter, & simul in sua paupertate viuũt lætãter. Vnde tribulatione cessante, rediit magna cõsolatio. Sic & nobis cõtingeret, si in tribulationibus patiẽtiam haberemus. Stat etiam dominus Iesus more aliorum, vsque ad nouem menses, in utero reclusus, vt homines qui in miseriis mũdi uel inferni clausi erant, ad consortium nouem ordinum Angelorũ reduceret. Stat benignè, ac patienter sustinet, & tempus debitum expectat. Compatere sibi, quòd ad tantam humilitatis profunditatem deuenit. Multum debemus hanc virtutẽ affectare, nec deberemus ad elationem, uel nostri reputationem vnquam intumescere, quando tantum se voluit dominus maiestatis inclinare. Et quia de hoc solo beneficio huius tã prolixæ reclusionis, nunquã ei dignè satisfacere possumus, saltem corde hoc cognoscamus, & gratias eidem toto affectu agamus, quòd nos ex alijs assumere dignatus est, vt uel hoc modicum rependamus eidem quòd reclusi stemus ad suum seruitium. Ipsius quippè beneficium est hoc, non nostrum meritum, & quidem beneficium multum acceptabile, ac venerabile, & permaximum. Non enim ad pœnam, sed ad cautelam sumus reclusi, & in arce religionis tutissima collocati, ad quam huius mundi nequissimi venenosæ sagittæ, uel tumultuosi maris procellæ, nisi nostra temeritate, non possunt attingere. Conemur igitur toto posse, mente reclusa & abstracta, ab omnibus caducis, eidem domino cordis puritate uacare, quia corporalis reclusio, nihil aut parum, sine mẽtali, videtur prodesse. Vnde Augustinus: Quid prodest solitudo corporis, si solitudo defuerit mentis? Et Gregorius: Quid prodest corpore conuersari in clausтro, & mente uagari in seculo? Conemur etiã in omnibus ei gratias agere, & ex corde eum benedicere, nam hoc in uirtutibus nobilissimum est, & corã Deo splendidissimum, ut homo in coactione obedientiæ, in exilio, in paupertate, in contemptu, in infirmitate, in multiplici mentis & corporis tribulatione, velit, sciat, & possit Deum laudare, & ex corde benedicere, ac ei cum gaudio gratias agere, desideria sursum erigere, & eum operibus collaudare. Vnde Bernardus: Felix qui passiones corporis sui propter iustitiam ordinat, ut quicquid patiatur, propter Dei filium patiatur, quatenus & à corde tollatur murmuratio, & in ore uertatur gratiarum actio, & uox laudis: hæc Bernardus. Qui enim bene attenderet, quòd diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, ad magnam animi quietem perueniret, sic quòd in eo locum haberet, quod sapiens ait: Non cõtristabit iustum, quicquid ei acciderit. Quia secundum Augustinum, quicquid acciderit iusto, uoluntati diuinæ deputandum est, non potestati inimici. Et similiter, ipse dicere posset cum Iob: Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Igitur in tribulationibus seu flagellis & afflictionibus, non debes dubitare, quia Deus non permittit eas ad suos uenire, nisi pro ipsorum utilitate. Aliquando quidem ut homo à seculo se auertens, oblectamenta temporalia respuat, & ad Deum se conuertens, æterna concupiscat. Vnde Augustinus: Non enim conuertitur anima ad Deũ, nisi cũ ab hoc seculo auertitur, nec opportunius ab hoc seculo auertitur, nisi perniciosis eius uoluptatibus laboris & doloris aquæ misceantur. Si enim cessaret Dominus, & non misceret amaritudines felicitatibus seculi, obliuisceremur eum: Hæc Augustinus. Et ideo

Iesus in utero stans, nos docet patientiã & humilitatem.

Monachorum inclusio qualis sit.

Rom. 8.

Prouerb. 12. August. in psal. 86.

Iob. 1.

Tribulatio bonorum.

August. in psal. 9.

ait

Vsal. 15. ait Psalmista: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accellerauerunt. Aliquando ut peccata sua melius agnoscat, & inde pœnitens & se corrigens, purgatus & mundatus fiat. Vnde enim, ut ait Augustinus, quod lima ferro, quod fornax auro, quod flagellum grano, hoc tribulatio uiro iusto. Vnde fratres Ioseph dicebant: Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Aliquando, ut sublato adiutore, melius imperfectionem suam uideat, & seipsum cognoscat. Vnde Psalmista: Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum, sed ut melius me mihi ostenderes, auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Aliquando propter humilitatem conseruandam, & uirtutum custodiã, ne de meritis suis præsumat, & in superbiam se extollat. Vnde Apostolus: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanæ qui me colaphizet.* Aliquando ut sciat quàm malum sit dereliquisse Deum, & ab eo esse derelictum. Vnde Hieremias: *Scito & uide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem eius apud te.* Aliquando ut Deus patientiam alicuius declaret, & per sanctorum exempla alios ad patientiam instruat. Vnde Iob, *Hæc sit mihi consolatio, ut affligens me dolore non parcat, nec contra dictam sim uerbis sanctis.* Aliquando ut alij magis timeant, & exemplum uiuendi inde sumant. Vnde Sapiens: *Peśilente flagellato, stultus sapiẽtior erit.* Aliquando ad Dei saluantis laudem, & eius gloriã manifestandã, sicut infirmitates cæci nati, & Lazari fuerũt, ut in eis opera Dei manifestarẽtur, & ipse Deus glorificaretur in æternũ. Aliquando ut amoris Christi insignia recogitet, & misericordiam Dei circa se recognoscat: Vnde in Machabæos. *Etenim multo tempore non sinere peccatoribus pœnitentiam ex sententia agere: sed statim ultiones adhibere, magni beneficij est indicium.* Vnde secundum Hieronymum, magna miseria est ad præsens, misericordiam non consequi. Et secundum Augustinum, magna ira Dei est quando peccantem non corripit, sed licentiam uagãdi in peccatum ruendi permittit. Aliquando ut spem maiorem ad Deum habeat, & fiduciã ampliorem inde accipiat. Vnde Augustinus: Cũ timore debes esse, quãdo tibi bene est. Nonne melius est tentari & probari, quàm non tentatum reprobari? Vnde & Bernardus: Tunc magis irascitur Deus, cùm non irascitur. Non enim cùm nescio, sed cùm sentio te iratũ, tunc maximè confido: propitium etenim cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Aliquando ut quàm paratus sit Deus ad succurrendum homo, sciat, si tamen ad eum toto corde recurrat. Vnde Psalmista: *Ad Dominum cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me.* Aliquãdo, ut homo probetur, si Deũ amet, & si uirtutes in se habeat. Vnde Gregorius: Pœna interrogat, si quietus quis Deum ueraciter amat. Et iterũ: Nemo in pace uires suas cognoscit: si enim bella desunt, uirtutum experimenta non proderunt. Aliquãdo, ut homo inde probatior fiat: & per patientiam coronam maiorem & meritum amplius accipiat, ut patet de Iob & martyribus. Vnde Iacobus: *Beatus uir qui sustinet tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.* Item secundum Chrysostomum, ut signum creditorum sibi thesaurorum; id est donorum collatorum accipiat. Neque enim superueniret ei diabolus, nisi eũ maiori honore affectũ uideret. Sicut insurrexit aduersus Adã, quia multa illũ dignitate uidit

August. in psal. 21. Gene. 42.

Psal. 29.

2. Cor. 12.

Hiere. 2.

Iob. 6.

Prouer. 19.

Ioannis 9. & 11.

2. Mach. 6

Hieronym. in cap. 8. Ezech.

August. in psal. 88. Bernardus sermo. 42. in cantica.

Psal. 119.

Gregorius.

Iacobi 1.

conspicuum: & contra sanctũ Iob, quia uidebat illũ adeo miris laudibus coronatũ. Insuper quidã flagellis & tribulationibus atteruntur, non ad peccati purgationẽ & ueniam, sed ad punitionem, & uindictã, & ad æternæ damnationis inchoationem & augmẽtum, quod reproborum est proprium, sicut Antiochus & Herodes, ac quidam alij sunt passi. Et multi adhuc hodie uidentur pati, quibus cõgruit illud prophetæ: *Duplici cõtritione contere eos.* Talibus enim pręsentes molestiæ sunt quoddam præambulũ, & initium pœnarum gehennæ, quia afflictionum suarum miseria ostẽdunt, qp perpetua in gehenna passuri sunt. Circa suos uerò Dñs oĩa misericorditer ordinat, & ad utilitatẽ eorum cuncta dispensat. Oĩa ergo, uel iustè, uel misericorditer facit, uel fieri permittit Dñs, & ideò in oĩbus semper est laudandus. Vnde Augustinus: Vera fidelium humilitas, est in nullo superbire, in nullo murmurare, nec ingratum esse, nec querũlum, sed in omnibus Dei iudiciis, gratias Deo agere, Deumq; laudare, cuius omnia opera, aut iusta sunt, aut benigna: Hæc Augustinus. His itaq; cõsideratis, sic cor tuum stabilire & ordinare studeas: ut in contingentibus aduersis, & quibuscunque displicentiis humiliter, ac patiẽter, & lætãter te habeas, & in uia spiritus ita te exerceas: ut eius repletus feruore, etiam hæc pro amore Domini Iesu appetas, q in se & in suis, hanc uitam excelsam tenuit & mõstruit, & exemplum ambulandi per eam omnibus reliquit. Patitur enim & sustinet ut electi & filij regni affligantur hic in interiori homine & exteriori. Nam secundum Apostolum, qui extra disciplinam sunt, non filij, sed adulteri sunt. Et secundum Augustinum, qui exemptus est à passione flagellorum, exemptus est à numero filiorum. Vnde & idem Augustinus: Nemo sibi promittat, quod Euangelium non promittit. Necesse est ut usque in finem sic fiat, sicut scripturæ dixerunt. Non nobis promittũt scripturę nostrę in hoc seculo, nisi tribulationes, pressuras, angustias, augmenta dolorum, abundantiã tentationum. Ad ista præcipuè nos paremus, ne imparati deficiamus. Sed aliquando peccatores in hac uita, aut non, aut minus flagellantur, quia iam desperata est correctio eorum. At uerò illis quibus paratur uita sempiterna, necesse est ut hîc flagellẽtur: *quia flagellat omnem filium quẽ recipit*: id est quem recepturus est in hæreditatem æternam. Addit omnem, etiã unicum: qui sine omni peccato est. Qui ergo flagellat unicum sine peccato, relinquit adoptatum, qui est cum peccato? Vnicus sine peccato, non tamẽ sine flagello, exemplum nobis proposuit in passionibus suis. Non ergo conturbari debemus, cùm aliquis sanctus grauia & indigna perpetitur: obliti non sumus quæ pertulit iustus iustorum, sanctusq; sanctorum: omnia enim terrena bona contempsit, vt ea contemnenda monstraret, & omnia terrena mala sustinuit, quæ sustinenda præcipiebat: ut nec ĩ illis quæreretur felicitas, nec in istis timeretur infelicitas: Hęc Augustinus. Expedit igitur nobis tribulari hîc & affligi, & ideò non debemus in his frangi uel impatientes esse: sed potius hæc affectare & diligere, quia sæpe à malo nos retrahunt, & ad bonum inducunt. Contraria uerò pro aduersarijs habere debemus & fugere, quia contraria prædictis in nobis efficiunt.

Tribulatio malorum.

Hiere. 17.

De humilitate fidelium.

Heb. 12. August. in Psal. 88.

De flagellis Domini.

August. in Psal. 37.

Heb. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, qui es inexpugnabilis murus omnium in te sperantium, esto in tribulatione meum refugium, vide tribulationes & angustias meas, & mei miserere, & per omnes miserationes tuas mihi succurre. Vile infirmitatem meam, & paterna miseratione me protege, ut tua suffultus prouidentia, nunquam tua destituar consolatione & misericordia. Memento Domine creaturæ tuæ, & insidiantes mihi hostes à me repelle: ut tua misericordia munitus bonitatis tuæ dulcedinem in me cognoscam, & dignam pœnitentiam pro peccatis meis exoluam. Amen.

De Natiuitate Saluatoris. Et correspondet Euangelio: Exijt edictum à Cæsare Augusto. Cap. IX.



Luce 2.

IN diebus illis, s. Maria adhuc prægnante, *Exijt edictum à Cæsare Augusto ut describeretur*, id est in scripto redigeretur *vniuersus orbis*, scilicet quilibet in ciuitate sua, suo censu uidelicet persoluendo, ut ait Gregorius: Nascituro Domino, orbis describitur, qa ille ueniebat in carne, qui electos suos ascriberet in æternitate. Vtinam Domine Iesu, de electis tuis me miserum facias, ut me in æternitate ascribas. Huic regi nostro, debemus censum fidei & iustitiæ profiteri, corde, ore, & opere. Huic debemus denarium, id est animam lumine vultus eius insignitam, uel decalogum legis, in quo uultum regis nostri: id est uoluntatem eius, inuenimus. Sicut enim nullus à denario excipiebatur, sic nullus ab obseruantia mandatorum excipitur. Vbi notandum quòd primus imperator Romanorum, fuit Iulius Cæsar: qui secundum Isidorum, ideò Cæsar appellatus est, quia cæso matris utero eductus, prolatusque fuit: uel quia Cæsariæ natus est: uel quia fortiter hostes cædebat. Vnde ab eo, imperatores cæteri, sunt Cæsares appellati. Iulio mortuo, successit ei Octauianus Augustus, nepos Iulij, imperator secundus, qui ideò appellatus Augustus, quia maximè rempublicam, & Romanum auxit imperium: unde ab eo imperatores cæteri, dicti sunt Augusti. Hic retento cognomine prædecessoris, scilicet Cæsare, unà cum cognomine suo, s. Augusto, uocatus est Cæsar Augustus. A quo mensis, qui prius uocabatur sextilis, dictus est Augustus, uel quia in eo natus est, uel quia tunc de victoria rediit. A tempore istius, primò potestas cœpit imperij, quæ Græcè dicitur monarchia, & regnauit annis quinquaginta septem & semis. Hic duodecim annis, circa tempus natiuitatis Christi, in pace regnauit. Et tali tempore Christus, cui pax ista famulabatur, nasci uoluit, quia pacè magnopere quę siuit, & pacis charitatisq; amatores, & etiam sectatores, semper inuisere dignatus est. Quia enim nasciturus erat rex pacificus, & princeps pacis, congruũ fuit, ut ipse ante ortũ suum, pacẽ, quasi prænunciã, præmitteret. Quam ẽt pacem, ipse postea uiuens, in mundo docuit, & exiẽs de mũdo discipulis reliquit. Ex quo etiã moraliter datur intelligi, quòd uerbum æternum non nascitur, nisi in corde pacato. Vnde Ps. *In pace factus est locus eius.* Pacatis ergo omnibus regionibus per orbem uniuersum: cùm quietum silentium uniuersalis pacis, sub Cæsaris Augusti imperio perturbata prius secula seruasset memoratus Augustus, rempublicam legibus pacificis adæquare, & nutrire desiderans, protulit edictum ut describeretur uniuersus orbis. Volens enim scire numerum regionum in orbe, quæ ditioni subeRant Romanæ, numerum etiam ciuitatum in qualibet regione, numerũ quoque capitum, scilicet personarum in qualibet ciuitate, ut sciret quæ & quanta deberent iure tributa dare, & sic tributis indebitis non grauarentur, & sciretur per quem modum singulæ terræ, sub Romano imperio melius regerentur, præceperat ut de suburbanis oppidis, ac uicis & pagis, ubicunque habitarent, ad suam homines ciuitatem confluerent, ubi territorium habebant, uel originem traxerant, & q̃sque denarium, scilicet nummum argenteum, precij decem nummorum usualium, unde & denarius dicebatur, præsidi prouinciæ tradens, se subditum Romano imperio recognosceret, & ad soluendum tributa se obligaret. Nam & nummus præferebat Cæsaris imaginem, & nominis eius subscriptionem. Dicebatur autem professio, quia quilibet quando reddebat præsidi denarium, ponebat illum super caput suum, & proprio ore fatebatur se Romano imperio esse subiectum. Dicebatur ẽt descriptio, quia numerus eorum, qui censi capite, id est censu uel re censiti per singula capita, & numerati ferebantur, rẽcto determinabantur numero, & in scriptis redigebantur. Et sic tripliciter profitebantur, s. facto, quia censum capitis imperatori soluebant, uerbo, quia se esse subiectos Romano imperio ore fatebantur, & scripto, quia corũ nomina scribebãtur. *Hæc descriptio prima facta est à Cirino præside Syriæ*: qui missus fuerat à Cæsare Augusto in Syriam tãquã præses & iudex, ad ipsam regendã. Iudæa quippe non habuit præsidem proprium, sed ipsa continebatur sub Syria, cuius pars est Iudæa. Prima aũt potest dici quantũ ad Cirinũ, quia enim Syria est prouincia in cuius medio est Iudæa, quasi umbilicus terræ habitabilis, dr̃ præsum esse, ut in ea ipse inchoaret, & deinde per circunstantes regiones alij præsides prosequerẽtur. Vel prima uniuersalis in qua uniuersus orbis describitur, qa aliæ particulares præcessisse intelliguntur. Vel prima capitum in ciuitate fiebat à præside. Secunda, ciuitatũ in regione, à legato Cæsaris. Tertia, regionũ in orbe, coram Cæsare. Hic primùm Iudæa facta est Romanis tributaria, seu stipendiaria. Hæc descriptio, quotannis, id est singulis annis postea facta vr̃, quia in Euangelio legitur: *Magister uester non soluit hoc anno tributum. Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciuitatem*, unde duxerant originem. Appropinquãte autẽ termino nouẽ mensiũ, *ascendit*, secundũ loci situũ & *Ioseph à Nazaret Galileæ*, ubi manebat, *cũ Maria desponsata sibi uxore prægnante, in Bethlehem, Iudæ ciuitate Dauid*, quia ibi natus est, & in regẽ vnctus fuit, de cuius domo, id est, pgenie & familia erat Ioseph & etiã Maria, vbi habitabat eorum genus & familia, ut & ipsi sicut cæteri eandem facerent professionem. Vbi vide, dominũ propter te, etiam capite censui adscribi in terris, ut & nomen tuum adscribatur in cœlis. In quo dedit exemplum humilitatis perfectæ, à qua saluator incepit à natiuitate, & eam continuauit vsque ad mortem, in qua humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad crucem. Vnde Beda: Cuius non prætereunter tanta tamque benigna est humilitas intuenda, quia non solùm incarnari pro nobis, sed & eo tempore dignatus sit incarnari, quo mox natus censui Cæsaris adscriberetur, atq; ob nostri liberationem, ipse seruitio subderetur. Considera etiam quòd licet beata virgo Maria iam cõcepisset regem cœli & terræ, ipsa tamen vnà cum sponso suo Ioseph, imperiali edicto uoluit obedire, vt posset cũ filio dicere: *Sic decet nos implere omnem iustitiam*: ac per hoc daret nobis exemplum obtemperandi omni potestati superiori. Laborat ergo iterum domina, hoc longo itinere. Nam à Nazareth usque in Hierusalem sunt triginta quinque miliaria, & deinde in decliuio mõtis Hierusalem, uersus Mæridiem, est Bethlehem sita, quæ & Effrata est dicta, distans à Hierusalem per quinq; miliaria, vel circa. Ex hoc loco colligitur quòd beata virgo, licet grauida esset, & iam vicina partui, non tamẽ ex hoc grauabatur in corpore, quin iret de prouincia in prouinciam. Quia, vt dicit Augustinus, cùm esset virgo grauida, salubri leuitate plaudebat. Lumen enim quod in se habeat, põdus habere non poterat, referendo singula singulis. Ioseph volens soluere censum imperatori terreno, ascendit de prouincia in prouinciam, scilicet de Galilæa in Iudæam, & de ciuitate in ciuitatem, scilicet de Nazareth in Bethlehẽ. Moraliter, Ioseph, qui interpretatur augmentum, id est quilibet nostrum, uolens spiritualiter augeri, si soluere vult censum deuotionis æterno regi, debet ire passibus virtutum, & ascendere de Galilæa, id est de mundo & uolubilitate mundanæ conuersationis, ad Iudæam confessionis & laudis diuinæ. Nam Galilæa interpretatur trãsmigratio, vel rota, seu uolubilis: Iudæa verò, confessio. Et sic eundo, ascendit de Nazareth in Bethlehẽ, id est, à florida virtutum actione, ad pastum contemplationis internæ, in qua vera refectio animarũ inuenitur. Nazareth enim flos, & Bethlehẽ domus panis, id est domus refectionis interpretatur. Ascendit autem Ioseph cum Maria, quia semper debemus nobiscum habere pœnitentiam, sicut Ioseph vsque ad mortem habuit Mariam, quæ interpretatur mare amarum. Cumque in Bethlehem essent, quia pauperes erant, hospitium inuenire non potuerunt, propter conuentum & frequentiam multorum, qui ob eandem causam concurrerant. Compatere hic dominæ, & conspice delicatam iuuenculam annorum quindecim, ex longo itinere fatigatam, & cum verecundia inter homines versantem, quærẽtem ubi requiesceret, & non inuenientem. Omnes eam & socium licentiant & abdicunt, & sic in cõmuni transitu, in diuersoriũ, se receperũt qđ intra ciuitatẽ, in fine, iuxtavnã portarum, sub rupe cõcaua erat, non habens desuper tectum, ut hodie cernitur, nisi rupem de monte dependentem. Secundum Bedam, diuersorium est spacium inter duos uicos, ex utroque latere habens murum, & ex utraque parte portam, ut sit inde exitus in utrunque uicum, desuper co opertum propter aeris intemperiem, ut in festiuis diebus possint ibi homines conuenire ad colloquendum & solatiandum. Et figurat ecclesiam inter paradisum & mundum existentem, in quam diuertamus ab erroribus mundi huius. Ibi etiam homines ad illam ciuitatem propter negocia aliquod uenientes, animalia propter aeris intemperiem, locare consueuerãt: Vnde & diuersorium dicebatur, quia illuc homines diuertebant. Fortè ibi Ioseph, faber lignarius, præsepe fecerat boui & asino, quos secum duxerat. Asinum quidem, ut uirgo prægnans, super eum ueheretur. Bouem fortè, ut ipsum uenderet, ac censum pro se & pro uirgine solueret, & de residuo uiuerent. Vel fortè aliquis alius bouem adduxerat, ut illum ibi uenderet, qui tunc cum asino in eodem præsepio comedebat. Vel fortè, ambo hæc animalia per alios fuerunt adducta. Vnde Chrysostomus: Quicunque pauper est, accipiat consolationẽ: Ioseph & Maria mater Domini non habebant seruulum, non ancillam: de Galilæa, de Nazareth soli ueniunt, non habebant iumentum. Ipsi sunt Domini & famuli: Rem nouam: Ingrediuntur in diuersorium, nõ ingrediuntur ciuitatem. Paupertas enim timida, inter diuites nõ audebat accedere. Vbi cùm uenisset hora partus, scilicet in media nocte diei dominicæ dum nox medium iter haberet: Nam ea die qua dixit, Fiat lux, & facta est, uisitauit nos Oriens ex alto, peperit uirgo filium suum primogenitum: primogenitum tamen dicit hic ordinem respectu sequentis, sed priuationẽ respectu prioris, quia nullum habuit ante illum. Vnde secundum Bedam, primogenitus dicitur, nõ post quem alius, sed ante quẽ nullus. Et secundum eũdẽ, omnis unigenitus, est primogenitus: & omnis primogenitus, ut sic, est unigenitus. Et quia filius Dei temporaliter nasci uoluit ex matre secundũ carnem, ut ipse multos fratres acquireret per regeneratioẽ spiritus, hinc est quòd ut sic melius est dictus primogenitus, quàm unigenitus. Et hoc est quod dicit Beda, quòd Christus est unigenitus in substantia diuinitatis, sed primogenitus in susceptione humanitatis. In nocte natus fuit, quia occultus uenit, ut & eos qui in nocte erroris erant, ad lucem ueritatis reduceret. Filium quoque natum, mater statim ut Deũ adorauit, inuoluit; per semetipsam pãnis, id est uilibus & ueteribus indumentis. Vnde pannoli dicũtur pauperes, qui pannis induuntur ueteribus infimul consutis. Et reclinauit ac posuit eum, nõ in reclinatorio aureo, sed in præsepio, in medio duorum animaliũ prædictorum, scilicet inter bouem & asinum, *qui a nõ erat ei locus alius in diuersorio*. Ecce magna Christi paupertas & inopia, quia non solùm non habuit domũ propriam suæ natiuitatis, sed nec in communi diuersorio poterat habere locum conuenientem & congruum, & oportuit eum præ penuria loci in præsepio reponi. Vnde uerificatũ est illud: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Et intellige quòd diuersorium illud & stabulum erat ita animalibus & alijs repletum, ut non haberet locum, nisi inter bruta animalia arctissimum. Vnde poterat dicere illud Psalmistæ. *Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.* Primò, quieuit in uirginis alueolo. Secundò, in uili præsepio. Tertiò, in crucis patibulo. Quartò, in sepulchro, etiam alieno. Ecce quanta inopia, & qualia reclinatoria. Aduerte ex præmissis, quòd

Augustus unde dictus.

Sextilis. Monarchia.

Pax sub Augusto.

Censitus capite dominus.

Beda in ca. 2. Luca.

Psal. 71.

Matth. 3.

Maria grauida, nõ est grauata.

Denarius unde dicitur.

Professio.

Descriptio

Syria.

Iudæa.

Prima descriptio.

Matth. 17

Moraliter de censu soluendo.

Nazareth et Bethlehẽ moralis significatio.

Maria nõ inuenienti hospitium, compatiendum.

Diuersoriũ Mariæ.

Diuersoriũ quid.

Bos & Asinus.

Chrysostomus hom. de natiuitate domini ex Luca tom. 2.

Parentum Christi paupertas.

Hora natiuitatis dominica.

Primogenitus.

Beda in ca. 2. Luca.

Christus quomodo primogenitus & unigenitus.

Beda ibidẽ

Pannis involutus est dominus.

Pannoli qui dicuntur.

Paupertas Christi summa, & locorum penuria.

Matth. 8.

Psal. 72.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Perfectionis statum exemplo docet dominus. Psal. 87.

quòd iam incipiebat statum perfectionis exemplo docere, qui consistit in humilitate, austeritate, & paupertate, vt verè posset dicere illud Psalmistæ: Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Hic ergo damnantur huius mundi honores ac pompæ, & vanitates: itemque deliciæ ac mollicies, & carnis delectationes: insuper diuitiæ & abundantiæ, ac superfluitates. Vnde Anselmus: O amanda & admiranda dignatio. Deus immensæ gloriæ, vermis contemptibilis fieri non despexisti, dominus omnium, conseruus apparere voluisti. Parùm tibi visum est parem nobis esse, & frater noster esse, dignatus es. Et tu Domine vniuersorum qui nullam habes indigentiam, inter ipsa natiuitatis tuæ initia, nõ horruisti abiectissimæ paupertatis degustare incommoda. Vt enim ait scriptura, tibi non nasceris, non erit locus in diuersorio, nec cunabula, quæ teneritudinem tuam acciperent, habuisti: sed in uili præsepio sordentis stabuli, tu qui terram palmo concludis, inuolutus panniculis, reclinatus es: & hoc ipsum à brutis animalibus, mater tua mutuò accepit. Consolamini, consolamini, qui in sordibus paupertatis enutrimini, quia uobiscum est Deus in paupertate. Non cubat in delicijs splendidi cubilis: nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Quid igitur gloriaris ò diues, res luteа in uolutabro lecti picti & delicati, cùm rex regũ suo recubitu, stramenta pauperum honestare maluerit. Quid dura strata detestaris, cùm tener infantulus in cuius manu sunt omnia regna, tuis sericis, plumeis lectis, duras iumentorum stipulas prælegerit.

Bernardus sermone. 5. in natali Domini.

Vnde Bernardus. Non consolatur Christi infantia garrulos: non consolantur Christi lachrymæ cachinnantes: non consolantur panni eius, ambulantes in stolis: non consolantur stabulum & præsepe, amantes primas cathedras in synagogis. Vigilantibus pastoribus, annũciatur gaudium lucis, & eis dicitur esse natus saluator, pauperibus atque laborantibus, non uobis diuitibus, qui vestram habetis consolationem, nõ diuinam. Et iterum: Nascitur Dei filius, in cuius arbitrio erat quodcunque uelle eligere tempus, elegit quod molestius est, præsertim paruulo, & pauperis matris filio, quæ vix pannos haberet ad inuoluendum, præsepe ad reclinandum. Et cùm tanta esset necessitas, nullam audio fieri pellium mentionem: Christus vtique qui nõ fallitur, elegit quod carni molestius est. Id ergo melius, id utilius, id potius eligẽdum, & quisquis aliud doceat, vel suadeat, ab eo tanquam à seductore cauendum. Et tamẽ fratres, ipse est promissus olim per Esaiam: *Paruulus sciens reprobare malum, & eligere bonum.* Malum ergo voluptas corporis est: bonum verò, afflictio est. Siquidem & hanc elegit, & illam reprobauit, puer sapiens, verbum infans: caro scilicet infirma, infantulus tener, caro omnis laboris impotens, omnis operis impatiens. Itaque iam carnalis homo fuge uoluptatem: quia posita est mors secus delectationis introitum. Age pœnitentiam, quia per illam appropinquat regnum. Hoc stabulum, illud prædicat: Hoc præsepe clamat: Hoc membra illa infantilia, manifestè annunciant: Hoc lachrymæ & vagitus euangelizant. O duritia cordis mei. Vtinam Domine, sicut uerbum caro factum est, ita carneũ fiat & cor meũ.

Esaiæ. 7.

Ezech. 36.

Siquidem & hoc pollicitus es per prophetam: *Auferam*, inquiens, *à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum.* Hæc Bernardus. Vidisti ortum sanctissimi principis, uidisti simul & partum reginæ cœlestis, & in utroque arctissimam paupertatem attendere potuisti. Hæc uirtus est illa Euangelica Margarita, pro qua emenda & comparanda omnia, omnia sunt uendenda & danda. Hæc est totius spiritualis ædificij primarium fundamentum. Hæc est spiritualis † uiæ salutis, tanquam humilitatis fundamentum, & perfectionis radix, cuius est fructus multiplex, sed occultus. Potuisti etiam attendere in vtroque profundissimã humilitatem. Non enim sunt stabulum dedignati, non præsepe, non fœnum, non cætera vilia, ad dandum nobis exemplum perfectæ humilitatis. Sine hac virtute, filius non est: quia nulla operatio nostra cum superbia, Deo placere potest. Nempè ut virtutes fiẽ pe dentur, uel acceptæ seruentur, aut seruatæ consummentur, humilitas meretur, & absque ista, illæ nec esse uirtutes videntur. Potuisti etiam attendere in vtroque, & maximè in puero Iesu, non paruam corporis afflictionem. Inter cæteras autem, hæc una fuit, quòd quando mater sua in præsepio eum locauit, & puluinar uel aliud huiusmodi non haberet, ad caput eius quendam lapidem, nõ sine grandi cordis amaritudine posuit, iterpositò fortè fœno, quod ab animalibus mutuo accepit. Et, ut dicitur, adhuc ille lapis, ibidem ad memoriam reseruatus, uidetur. Paupertatem igitur & humilitatem, afflictionemq; corporis studeas & tu pro posse amplecti, & in his Christum pro modulo tuo imitari. Vnde Bernardus: Tribus exemplis uiam nobis ostendit, qua eum sequi debemus. Exemplo paupertatis, quia in hoc mundo diuitias habere noluit, quod exẽplum leue facit, & expeditum ut currat. Exemplo humilitatis, quia mundi gloriam sprẽuit, quod modicum facit ut lateat. Exemplo patientiæ, quia mala sustinuit, quod fortẽ & robustum facit, ut sustineat: hæc Bernardus. Secũdum Anselmum, redemptor noster, cæcatis luminibus, collirium suæ incarnationis appósuit: ut qui Deũ in secreto maiestatis fulgentem uidere non poteramus, Deum in homine apparentem aspiceremus, aspiciendo cognoscceremus, cognoscendo diligeremus, diligendo summo studio, ad eius gloriã peruenire satageremus. Incarnatus est, vt nos ad spiritualia reuocaret: mutabilitatis nostræ particeps factus est, vt nos suæ incommutabilitatis participes faceret. Inclinauit se ad humilia nostra, vt nos ad excelsa sua sublimaret. Et secundum Chrysostomum: Filius Dei naturalis, etiam Dauid filius esse dignatus est, vt nos filios Dei faceret. Seruum suum habere patrem dignatus est, ut nobis patrem faceret Deum. Nõ enim frustra, nec vanè ad tantam humilitatem ipse descendit, sed vt nos ex humili sublimaret. Natus est secundum carnem, vt nos secundum spiritum renascceremur. Et quia partus sequitur cõceptionẽ, sicut fructus florẽtionem, congruũ fuit quòd Christus, qui cõceptus fuit in flore, scilicet Nazareth, quod interpretatur flos, nasceretur in fructu, scilicet in Bethlehem, quod interpretatur domus panis, vel refectionis, quod pertinet ad fructum. Quotidie quoque dominus in Nazareth concipitur, & in Bethlehem nascitur, cùm aliquis flore uerbi susceptо, se domum æterni panis efficit. Ideò etiam congruum fuit ut in Bethlehẽ, quæ domus panis interpretatur, Christus nascceretur: quia ipse est panis uiuus, qui de cœlo descendit, qui electorum mentes, interna satietate reficit. Natus quoque in Bethlehem, quæ inter oẽs ciuitates Iudæ exigua erat, noluit quenquam de terrenæ ciuitatis sublimitate gloriari. Qui non in parentum domo, sed in uia nascitur, vt se peregrinum esse, & regnum suum de hoc mundo non esse ostenderet, qui

Paupertatis cõmendatio.

† *specialis. Humilitatis commendatio.*

Afflictiones Christi.

Lapis Christi sub capite positus.

Bernardus sermo. 4. de resurrectione. De tribus exemplis Christi. De Christo imitando.

Ioannis 14.

qui etiam dicit: *Ego sum via*, qua scilicet ad patriam veniamus. In diuersorium se recepit, vt nos non palatia, sed diuersoria in hoc mundo quærere doceret. Stabulum ad nascendum elegit, ut curiositatem ædificiorum & gloriam mundi damnaret. Paruulus factus est, vt nos magnos ac viros perfectos efficeret, & ne vltra magnificare se homo super terram apponeret. Infirmus factus est, vt nos ad bona opera fortes & potentes faceret. Pauper factus est, ut sua inopia nos ditaret, & ne de terrenis diuitijs quisquam se extolleret. Pánis vilibus inuolutus est, ut nos laqueis mortis absolueret, & stola primæ immortalitatis indueret. Manus & pedes eius cõstringuntur, ut manus nostræ ad bene operandum laxentur, & pedes nostri in viam pacis dirigantur. In diuersorio loco eget, ut nobis in domo patris sui mansiones multas præparet. Et sic in præsepi angusto positus est, ut lectos delicatos, & ampla ædificia reprobaret, & ut nos per cœlestis regni gaudia dilataret, & nos locum cordis

Prouer. 23.

nostri sibi proprium dilataremus, iuxta illud, *Fili præbe cor tuum mihi.* In præsepio etiam reclinatus est, ut nos quasi sancta animalia carnis suæ frumento reficeret, & vt cibus esset iumentorum: homo enim factus est iumentum per peccatum, secundum illud:

Psal. 48.

Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: ideò dominus factus est fœnum quod est cibus iumentorũ, quia verbum caro factũ est, & omnis caro fœnum.

Ioan. 1. & Esa. 40.

Bos quippe, qui designat populum Iudæorum, & asinus qui designat populum Gentium, dominum in medio habẽtes, & miraculosè cognoscentes, flexis genibus incessanter eum adorabant, & tanquam laudando voces dabant. Vnde Amb. Infantis audis vagitus, non audis bouis dominũ agnoscentis mugitus. *Agnouit enim bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui.* Vnde & Greg. Nazian. Venerare præsepe illud, per quod cùm esses penè iam mutũ animal, pasceris nunc uerbo & ratione Dei: Agnosce ut bos possessorem tuum, & sicut asinus præsepe domini tui, sis de numero mundorum animalium, & eorum qui ruminare norunt, & verbum Dei ad memoriam reuocare, quique etiam diuinis sacrificijs, atque altaribus apti sunt: seu certè ex immundis es animalibus, & neque cibis nec sacrificijs denotatus es. Per Mariã Ecclesia designari potest, & per Ioseph spõsum eius, episcopus. Propter quòd annulum habet sicut sponsus, & sicut Maria fœcunda fuit, non tamen à Ioseph sponso, sed à spiritussancto, sic & Ecclesia fœcunditatem gratiæ habet à Deo. Hi ascendunt tendendo in Bethlehem ciuitatem suam, scilicet cœlestem, & profitentur omni imperatori exhibere seruitutem. Ecclesia uerò in qualibet bona persona parit filiũ, quando bonum prius conceptum perducit ad effectum: & pannis inuoluit, quãdo ab humanis laudibus hoc abscondit: & in præsepio reclinatur, quando ex bono opere non elcuatur, sed magis se humiliat. Nascẽtem etiam dominum Angeli circundederunt, & natum statim adorauerunt. *Et pastores erant in eadem regione, vigilantes super gregem suum* propè per miliare, scilicet iuxta turrim quandam inter Bethlehem & Hierusalem, vbi Iacob rediens de Mesopotamia, moratus est cum grege suo, vbi mortua & sepulta est Rachel, & turris gregis dicitur: vbi etiam in Ecclesia, tria pastorum illorum monstrantur monumenta. *Et ecce Angelus Domini*, circa quartam vigiliam noctis venit ad eos. Diuiditur enim nox in quatuor vigilias, *& stetit iuxta illos*, in veste candida & facie rutilanti & iocunda. Et creditur fuisse Gabriel, qui uirgini conceptum uerbi nunciauerat. Vnde ipse amplius cæteris gaudens de impletione eius quod dixerat, ante omnes se gerebat, ut Christi natiuitatem prædicaret, *& claritas Dei circunfulsit illos*, vndique exterius in corpore, & etiam interius in mente, in signum quòd ortus erat Sol iustitiæ, & in tenebris lumen rectis corde, & appropinquabat claritas gloriæ. Ideò ergo lumen angelus attulit, quia eum nunciare venerat, *qui est lux vera qui omnem hominem illuminat*. Magis autem apparuit angelus pastoribus, quàm alij generi humano. Primò, quia pauperes, propter quos Christus ueniebat, secundum illud, Psal. Propter miseriã inopum, & gemitum pauperum, &c. Secundò, quia simplices: iuxta illud Prouerb. & cum simplicibus sermocinatio eius. Tertiò, quia uigiles: secundum illud Prouerbij: *qui mane vigilauerit ad me, inueniet me.* Quatò, propter mysteriũ, ut significetur quòd doctrina debet, à pastoribus & prælatis uenire ad subditos. *Et timuerunt timore magno* propter insolitam Angeli uisionem, & subitam claritatem. Sed Angelus eos consolatur dicens: *Nolite timere*. Cuius causa subditur cùm dicitur: *Ecce enim euangelizo*, id est, bonum nuncio *vobis* scilicet *gaudium magnum, quod erit omni populo*, id est, Ecclesiæ de cunctis populis, scilicet Iudæorum & Gentilium colligendæ: quia *natus est vobis*, id est, ad utilitatem uestram scilicet hominum: *hodie*, id est, in ista die naturali, noctem præcedentem supputando ad diem sequentem. Vnde extunc nox incepit præcedere diem, & potius dicit hodie, quàm hac nocte, quia gaudium uenerat nunciare: & nox illa sicut dies illuminata fuit, ex diuina claritate: *saluator*, id est, saluatis amator & dispensator, *qui est Christus*, quò ad humanitatem: *Dominus* quòd a diuinitatem, *in ciuitate Dauid*, id est, Bethlehem: unde Dauid traxerat originem. Christus Græcè, idem est quod unctus Latinè. In veteri autẽ lege vngebantur tãtùm reges & põtifices. Christus verò rex est & pontifex, & ideò bene dicitur Christus, id est, unctus: non unctione humana, sed diuina: quia in humanitate pro nobis assumpta, fuit unctus à Deo patre, imò à tota trinitate plenitudine gratiæ: secundum Bedam, aliter Angelus Mariã, aliter Ioseph, aliter pastores instruit: scilicet & concipiendum, & cõceptum, & natum dominum testãdo: ut & homines sufficienter imbuat, & suum deo seruitium incessanter impendat. *Et hoc vobis sit in signum*, more Iudæorum qui signa quærunt. *Inuenietis*, scilicet tanquam absconditum, non se ostendentem *infantem* non fantem, & tamen verbum Dei existentem, *pannis* non sericis *inuolutum*, ecce eius paupertas, & habitus uilitas, *& positum in præsepio*, non in reclinatorio aureo: ecce mira humilitas, ut Dominus Dominorum reclinaret se usque ad præsepe animalium brutorum. Et notãdum quòd pastores erant simplices, pauperes, & humiles, seu cõtemptibiles: ideò ne timerent accedere, datum est eis signum infantiæ, paupertatis & humilitatis in Christo. Hæc sunt signa aduentus primi, sed alia erunt signa aduentus secundi. Moraliter in hoc instruimur, qualiter & à quibus Christus inueniatur. Quia non nisi à puris & simplicibus, quod respõdet eius infantiæ: & à pauperibus, quod respondet pannorum inuolutioni: & ab humilibus & cõtemptibilibus, quod respondet eius in præsepe reclinationi. Quæ tria cõprehenduntur in tribus uotis religiosorum: scilicet castitate, quantum ad primum: paupertate, quantum ad secundum: & obedientia, quantum ad tertium.

Gabriel.

Ioan. 1. Pastoribus cur potius quàm aliis apparuit Angelus.

Prouerb. 3.

Prouerb. 8.

Ambrosius in c. 2. Luc. Esaiæ 1. Gregorius Nazianzenus oratione in natiuitatẽ Christi.

Turris ad quẽ pastores erant.

Pastorum monumẽta

Christus vnde dicitur.

Beda ꝛ ca. 2. Luca.

1. Cor. 1.

Christus qualiter et à quibus inueniatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pastor pastoribus apparuit.

tium. Et bene nato summo pastore Angelus pastoribus apparuit, & vigilantibus insinuans quales debeant esse pastores Ecclesiæ, scilicet humiles & vigilantes. Mystice ergo secundum Bedam, isti pastores gregum signant doctores & rectores fidelium animarum, qui vigilant super uitam subditorum, ne delinquant: & custodiunt vigilias nocti, super gregē suū, ne infernalium luporū morsibus pereant. Nox enim pericula tentationum indicat, à quibus se suosque subiectos omnes qui perfectè vigilant custodire non cessant. Et iuxta illos stat Angelus ad eorum custodiam, & claritas Dei circunfulsit illos ad suam & subditorum directionem. Et secundum eūdem Bedam, nec solùm episcopi, presbiteri, diaconi, vel etiam rectores, monasteriorū pastores intelligēdi sunt: sed etiā oēs fideles, qui uel paruulæ domus suæ custodiā gerūt, pastores rectè vocantur, inquātum eidem suæ domui sollicita vigilantia præsunt, & quicunque saltem uni vel duobus fratribus quotidiano præest regimine, debet eiusdem pastoris officium implere: quia iubetur in quantum sufficit, hos verbi dapibus pascere. Imò uerò vnusquisq; qui etiam priuatus creditur viuere, pastoris officium gerit, & spiritualem pascens gregem vigilias noctis supra illum custodit, si bonorum actuum & mundarum cogitationum, sibi multitudinem aggregans hoc iusto moderamine gubernare, & cœlestibus scripturarum pascuis nutrire, peruigiliq́ue solertia contra immundorum spirituum insidias seruare contendit. Cumque pastores de visis & auditis mirarētur, ne vnius angeli & testis authoritas parua uideretur, pro signo & cōcordia testimonij, *subitò facta est cum Angelo*, qui tāquam principalis inter alios nunciauerat natiuitatem Christi,

Beda ibid.

Pastores vniuersi fideles.

Militiæ ratio.

multitudo militiæ cœlestis, id est, Angelorum, qui nomine militiæ designantur, quia pro salute hominum cū dæmonibus præliantur. Vel quia natus est rex cœlestis, ideò multitudinem angelorum nomine militiæ designat: quia verò dux ad prælium natus est, ideò eam secundum aliam literam exercitum appellat, *laudantium Deum*, consona voce, de Christi natiuitate, eo quòd per ipsum sciebant homines ad salutem deduci, & ruinam angelorū reparari, & in honorē Dei, vna benedictione dicentium: *Gloria in excelsis Deo*, id est, in cœlis: quia licet eius gloria vbique reluceat, maximè tamen in cœlo empyreo ubi est angelorum & sanctorum habitatio, & quasi dicat, ī terris à multis despicitur, sed in cœlis ab omnibus glorificatur. *Et in terra pax hominibus*, non quibuscunque: sed *bonæ voluntatis*, scilicet eis qui bona uoluntate Christū natum suscipiunt, non persequuntur, non enim est pax impijs, sed pax multa diligentibus legem Domini. Nam secundum Leonem Papam, Christiano vera pax est, à Dei uoluntate non diuidi, & in his solis quæ Dei sunt delectari. Ad Deum quippe pacem habere, est velle quod iubet, & nolle quod prohibet: pax ergo nunciatur hominibus bonæ voluntatis, id est, hominibus bonis. Per bonitatem enim voluntatis dicitur homo simpliciter bonus, magis quàm per bonitatem aliarum potentiarum animæ: quia uoluntas mouet alias potentias ad actus suos, & ideò bonitas eius uel malitia in omnes alias redundat potētias, sicut influentia causæ mouentis in motis ab ipsa: malis autem hominibus non est pax, quia non est pax impijs. Ex hoc etiam uerbo angeli patet, quòd illa pax quæ principaliter per prophetas prædicta fuit futura in aduentu Christi, erat pax interior bonæ uoluntatis: quia secundum quòd dicitur in Prouer-

Gloria Dei.

Pax hominum.

Leo Papa sermone 6. de natiuit. Domini. Psal. 118. Papa Leo de pace vera.

Bonitas voluntatis quomodo dicitur.

bijs. *Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit*, pax autem temporalis, quæ fuit in aduentu Christi, pacatis omnibus gentibus sub imperio Romano, fuit figura huius pacis principaliter intentæ. Et benedicitur gloria Deo, & pax hominibus: quia per Christū est pater glorificatus. & pax facta inter Deum & hominem, ac inter angelum & hominem, & inter Iudæum & Gentilem. *Laudamus te. &c.* quæ sequuntur in hoc cantico, creditur Hilarius addidisse, & Anastasius Papa secundus instituit ipsum cantari in missa diebus Dominicis & festiuis: quia est canticū gaudij & exultationis. De gaudio huius dici dicit Cassio do super illud Psal. Hæc est dies quā fecit Dominus. Licet, inquit, Deus cunctos dies creauerit, singulariter tamē hunc diem fecisse dicitur, qui Christi Domini natiuitate sacratus est, in quo meritò exultare conuenit & lætari, quoniam in eo diabolus perdidit, & salutem mundus accepit. Et notādum, quòd multitudo cœlestis angelo nunciānti sociata est, ut multitudo adueniens dictum angeli confirmaret. Et secundum Bedam, vno euangelizante angelo, multitudo in consonam laudem prorumpit creatoris, & officium suum Deo impendens, & nos exemplo suo instruens. vt quotiens sacram eruditionem ex fratris ore audimus, vel ipsi quæ pietatis sunt, intra nos ad mētem reducimus, & statim Deo laudes corde, ore, & opere reddamus: & apertè demonstrans quòd per hanc natiuitatem homines ad pacē vnius fidei, spei, & dilectionis, atque ad gloriam diuinæ laudationis essent conuertendi. Deinde ascēdentes angeli in cœlum cum iubilo & canticis, nunciauerunt hæc similiter conciuibus suis. Tota igitur superna curia exhilarata, magnoq; festo facto, ac laudibus & gratiarū actionibus Deo patri exhibitis, venerunt omnes per ordines suos videre faciem Domini Dei sui. & adorantes eum, & matrem ipsius cum omni reuerentia laudis eidem personabant & cantica: quis enim illorum talibus auditis nouis remansisset in cœlo, quin visitasset Dominum suum sic humiliter cōstitutum in terra? In nullo eorum cadere potuisset hæc tanta superbia. Vnde Apostolus: *Et cum introduceret primogenitum in orbem terrarum*, dixit: *Et adorent eum omnes Angeli Dei*. Vnde Augustinus. In stabulo nascitur, & à matre Maria vili fascia cingitur, & in præsepio reclinatur. Non erat ei cedrinam domus, nec lectus eburneus in quo pareret creatorem, & omnū poneret redemptorem. Idcireo velut exul & peregrina in aliena domo mundi Dominum peperit, & tanquam fœmina pauper, non sericis, sed pannis vilibus inuoluit, & in præsepio collocauit. Quem vt peperit, statim ut Deum adorauit. O stabulum fœlix, præ sepe beatum, in quo nascitur Christus, & reclinatur omnium Deus. Ibi fuerunt obstetrices angelicæ potestates, & solatium angelorum: ibi erant millia millium exultantium: ibi uagiebat Christus in stabulo, & fiebat lætitia magna in cœlo. Plorabat in præsepio Christus, & tamen de ipso exultat multitudo cœlestis exercitus, resonans Deo gloriam in altissimis, & in terra pacem annuncians hominibus bonæ uoluntatis, quia bonitas cœli nata erat in terris. Descenderat pax uera de cœlo, & inde angeli gratulantes decantabant gloriam in altissimis Deo. Exultant angeli, contremiscit Maria mater Dei effecta. Gaudent angeli de Christo tripudiando securè, ante quem stat mater cum magno tremore & timore exultat. & cum exultatione timida perseuerat. Hæc Augustinus. *Post hæc pastores loquebantur adinuicē dicētes: trāsi-*

Prouer. 12.

Cassiodorus de gaudio natalis Dominici.

Beda in c. 2. Luca.

Obstetrices Dominica.

Hebr. 1.

Augustinus de humilitate nascentis Christi. August. sermone de natali Domini.

transeamus vsque Bethlehem, de qua nobis dictum est, *& videamus* ibi oculis nostris *hoc uerbum*, id est, istā rem dignā uerbo uel recordatione, quæ res facta & impleta est, quā rem *dominus fecit*, quia alius facere non potuit, *& ostēdit*, id est, reuelauit *nobis* quasi dicerent: Videamus puerum natum per uerbum angeli nobis signatum. Verbum enim uel sermo in sacra scriptura, sæpè pro re digna uerbo accipitur: ut in Esaia, non erat verbum in domo sua, id est, res grandis quam non ostenderet eis. Vel uideamus hoc uerbum, quod erat in principio apud patrē quomodo caro factum est: quia cùm caro Domini nostri uidetur, uerbum uidetur quod filius est, *Quod factum est*, quod tota trinitas incarnari constituit, & sic factum hominem scilicet mortalem, ostendit nobis, quia in deitate uideri nō poterat. *Et uenerunt festinantes*, principaliter ex uehementi gaudio & desiderio uidendi infantem natum: & secundario ut citius redirent ad gregē suum sine custodia dimissum, in quo notatur eorum deuotio & sollicitudo quærendi: nemo enim cum desidia quærens, Christum inuenire meretur. Ad quem secundum Bedam, festinant ire, est, non pedum gressus accelerare, sed in fide semper ac uirtute proficere. *Et inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio*. Ex abundantia quippe pacis qua tunc homines gaudebant, & propter hospitum superuenientium frequentiam portæ nō claudebantur, ideò pastores nocte intrare & ad puerum uenire poterant. Inuenitur Christus cum Maria virgine, & Ioseph uiro iusto, & in præsepio, per quod docemur, quòd qui vult inuenire Christū, debet habere mundiciam cordis respectu sui, quod per Mariam virginem: iustitiam respectu proximi, quod per Ioseph iustum: & humilitatem ac reuerentiam respectu Dei, quod per humile præsepiū innuitur. Inuenitur autē Christus mediante Maria & Ioseph, id est contemplatione & actione, in cuius figuram Iacob qui & Israel, id est, uidens Deum dictus est, utranque uxorem scilicet Rachel & Lyam habuit. *Videntes autem* oculis corporalibus & exterius puerum secundum carnem, *cognouerunt* cogitatione intellectuali, & per fidem interius *de verbo*, id est, filio Dei dictum esse, *quod dictum erat illis de puero hoc*, & sic per cognitionem humanitatis, uenerunt ad cognitionem deitatis: quia, ut prædictum est, non solùm exterius, sed etiam interius fuerunt illuminati de cognitione uerbi incarnati. Et adorantes puerum, referebant quæ ab angelis audierāt. *Et omnes qui audierunt mirati sunt*: & de incarnationis mysterio, & de pastorum attestatione. Moraliter ex præmissis nota, q̄ uolentibus spiritualiter inuenire Christū, tria sunt necessaria, s. colloqui per meditationem scripturarū, transire per contemplationem creaturarum, festinare per deguſtationē gratiarum. Vel volētes inuenire Christū debemus colloqui per peccatorū confessionē, transire per carnaliū & temporaliū abiectionē, festinare per feruentis desiderij accelerationem: & hoc usque in Bethlehem, id est domum panis per diuinorum deguſtationem. Et tunc inueniemus Christum in præsepio cordis nostri, per delitiosam suæ præsentiæ exhibitionem cuius deliciæ sunt esse cum filiis hominum. Moraliter etiam & anagogicè per Bethlehem, quæ interpretatur domus panis, patria cęlestis designatur: q̄a ibi est ille beatus panis de quo infrà dicitur: Beatus qui manducat panem in regno Dei. Ad hāc Bethlehem, triplici transitu peruenitur: Primus est de uitijs ad uirtutes: Se-

Verbū, in sacra scriptura quid est.

Esa. 39.

Inuenire Christum volētibus, necessaria.

Bethlehē moraliter & anagogicè.

Luca. 14. Beda in c. 2. Luca.

cundus, de uirtute in uirtutem: Tertius est, ex hoc mundo ad patrem, siue de morte ad uitam. Igitur secundum consilium Bedæ, Transeamus etiam nos exemplo horum pastorum usque in Bethlehem ciuitatem Dauid cogitando, ac racolamus amando, & incarnationem Christi dignis honoribus celebrādo. Transeamus etiam abiectis carnalibus concupiscentiis toto desiderio mētis usque in Bethlehem supernam, id est, domum panis uiui, non manu factam, sed æternam in cęlis, & recolamus amando: quia verbum caro factum, illuc carne ascendit, ibiq; sedet, in dextera patris, illuc cum tota virtutū instantia sequamur, & sollicita cordis ac corporis castigatione procuremus, ut quem illi in præsepio uidere uagientē, nos in patris solio mereamur uidere regnantem. Nō est tanta beatitudo cum desidia ac torpore quærenda, sed alacriter sunt Christi sequenda uestigia. Et sicut illi uidentes cognouerunt, sic & nos quæ dicta sunt de saluatore nostro plena dilectione festinemus amplecti, vt hæc in futuro perfectæ cognitionis uisu cō prehendere ualeamus. *Maria autem* prudētissima *conseruabat* in scrinio pectoris sui, *omnia uerba*, scilicet de annūciatione angelica, de exultatione Ioannis in utero, de ortu saluatoris, de cantico angelorum, ac de apparitione & fide pastorum, *conferēs ea in corde suo*, cum scriptis prophetarum. Ecce ergo optima discipula, quæ audita conseruabat memoriæ commendādo, & omnia nihil obliuioni dando, & conferens ob seruata frequenter repetendo, unde fuit arca continens diuinorū eloquiorum arcana. Conseruabat ergo omnia & memoriæ commendabat ut postea ipsa docente & narrante scriberentur, & in uniuerso mūdo prædicarentur. Ab ipsa enim Apostoli plurima de gestis Domini didicerunt, maximè ea quæ gessit antequàm eos uocaret, & ad ipsam omnes quasi ad magistram recurrebant. Et quia sanctas scripturas legerat, & prophetas sciebat, conferebat quæ secum sunt acta de Domino, cum his quæ nouerat à prophetis scripta de eo, attendens prudēter quomodo prophetiæ implebantur in puero nato. Conferens ergo ea quæ in puero fieri uidebat, cū illis quæ de eo in oraculis prophetarum legerat, tanto uerius eum Deum esse credebat, quanto ea quæ de illo legerat in eo cōpleri cernebat. Et ista collatio erat ei delectabilis ualde, & utilis Ecclesiæ: quia secundum Hieronymum, Ipsa post ascensionem filij sui remansit ad tempus in terris cum Apostolis, ut eos plenius instrueret, quia oīa familiarius uiderat & tractauerat, propter quod melius exprimere poterat. Vt. n. dicit Hie. q̄d melius nouimus, melius proferimus. Maria ergo virginalis pudicitiæ iura custodiēs, & nō minus pudica ore, q̄ cor pore, secreta Christi quæ nouerat nulli diuulgare uolebat, sed tacito corde scrutās cōgruū tps quo Deus hæc diuulgari uellet, & qūo uellet reuerēter expectabat, conferens ea quæ uiderat circa se acta, & quæ in scripturis legerat agēda. Legerat. n. in Esa. *Ecce uirgo cōcipiet & pariet filiū*: & videbat se virginē, & cōcipisse & peperisse. Legerat, *Cognouit bos possessorē suum, & asinus præsepe Domini sui*, & uidebat Dei & suum filium inter hæc animalia uagientem in præsepio. Legerat, *Egredietur virga de radice Iesse, &c.* & uidebat se de stirpe Dauid, ortam & natam. Legerat, *Nazaræus vocabitur puer iste*, & uidebat se in Nazareth de Spiritu sancto concepisse. Legerat, *Et tu Bethlehem terra Iuda, &c.* & uidebat se in Bethlehem peperisse. Comparat ergo uerba prophetarum, & quæ legerat factis, & quæ in his audiebat, & uidebat, & in omnibus

Maria discipula optima fuit.

Hieronymus sermone de assūptione B. Mariæ tom. 4. Hieron. de Maria in terris vesti. Ela.

Esaiæ. 7. Esaiæ. 1.

Esaiæ. 11. Matt. 2.

Ibidem & Mich. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maria mater Dei. Anselmus libr. de excellentia Maria.

bus una mater sapientiæ cernit concordiam, & habet certa fidei argumenta. O quantum gaudere poterat, cùm se matrem Dei cognosceret: quia vt ait Ansel. Solùm de sancta Maria virgine prædicare, q̃ Dei mater est, excedit omnem altitudinẽ quæ post Deũ dici vel cogitari potest. *Pastores* autem *abierunt cum gaudio* ingenti, *& reuersi sunt*, ad curam & custodiam gregis sui, *glorificantes* corde, *& laudantes* ore *Deum* tanquam authorem & opificem, *in omnibus*, id est, de omnibus *quæ audierant*, scilicet ab angelis *& uiderant*, in Bethlehem proprijs oculis, *sicut dictum est*, ab angelo *ad illos*: id est, in hoc gloriam Deo laudesque referebant, q̃ non aliud uenientes inuenerant quàm sicut ad illos dictum erat. Ipsi enim de tam eximio beneficio toti mundo generaliter collato, & eis specialiter ostenso grati existentes, deuotionem suam in laude Dei eructabant, & Deum glorificabant. In hoc etiam reputantur deuoti, quia post contemplationem saluatoris reuertuntur ad exercitium actionis. In quo datur forma pastoribus Ecclesię, qui alijs dormientibus debent vigilare, & ire aliquando in Bethlehem cõtemplationis, & ad studium sacrę scripturæ, ut ibi pane cœlesti reficiantur, & refecti pane doctrinæ ad pascendum gregem reuertantur. Vnde

Pastorum reuersio ad greges.

Ezech. 1. Meditatio historia dicta.

in Ezechiele: *Animalia ibant & reuertebantur*. Vade nunc & tu ad uidendum uerbum pro te carnem factum, & genibus flexis adora dominum Deum tuũ & eius matrem, ac reuerenter saluta Ioseph sanctum senem. Deinde osculare pedes pueri Iesu, iacentis in præsepio, & roga dominam, vt eum tibi porrigat vel accipere permittat. Accipe ergo eum ad te, & inter brachia tua retine. Intuearis faciem eius diligenter ac reuerenter deosculare, & delecteris in eo ex corde. Confidenter hæc facere potes, quia pro salute eorum uenit ad peccatores, & cum eis humiliter conuersatus est, & tandem se eis in cibum dimisit: unde benignus dominus patienter permittet pro tuo uelle se tangi, nec imputabit præsumptioni, sed amori. Semper tamen cum reuerentia & timore hoc facias, quia ipse sanctus sanctorum est. Postea redde ipsum matri suæ, & conspice studiosè quàm diligenter & sapienter eum lactat & gubernat, ac cętera obsequia ei facit. Sta & tu ad seruiendum paratus, & adiuua eã si potes. In his delectari, iocundari, & sedulò meditari memento, & quantum potes sta familiaris dominæ & puero Iesu, & intuearis faciem eius sæpè, in quem desiderant Angeli conspicere semper: tamen, vt dixi, cum reuerentia & timore, ne patiaris repulsam de præsumptione, reputare enim te debes indignum, in conuersatione talium & tantorum. Vnde

1. Pet. 1.

Anselmus ibidem.

Ansel. Hinc matrẽ cum omni deuotione in Bethlehẽ prosequere, & in hospitiũ diuertẽs cum illa assiste, & obsequere parienti, locato q; in præsepio paruulo erũpe in uocem exultationis, & clamans cum Esa. *Paruus natus est nobis, & filius datus est nobis*, & amplectere illud diuinum & dulce præsepium. Mitiget uerecundiam amor, timorem depellat affectus, vt sacratissimis pueri pedibus labia figas, & oscula gemines, deinde pastorum excubias mente pertracta, angelorum currentem exercitum admirare, cœlesti melodiæ tuas interpone preces simul corde & ore decantans: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Vnde & August. Angelorum uocem per quã dominus Iesus Christus, natus virginis partu pastoribus nunciatus est, cùm euangeliũ legeretur audiuimus. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Festa uox & gratulatoria, non vni fœminæ, cuius uterus ediderat proIem, sed humano generi cui uirgo peperit saluatorẽ. Dicamus ergo & nos, & quanta possumus cum exultatione dicamus, dicamus inquam & nos fideli corde deuota voce, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*: & hæc uerba diuina, has Dei laudes, hoc euangelicũ gaudiũ quanta valemus cõsideratione perspectũ, fide, & spe, & charitate meditemur. Vnde Greg. Nazianzenus: Cum pastoribus puerũ uenerare, cum angelis hymnũ dicito, cum archangelis chorum ducito. Exulta, & si non potes, ut Ioannes ex utero, certè velut Dauid in collocatione arcæ testamẽti tripudia, uenerare natiuitatẽ, per quã terrenę natiuitatis uinculis liberatus es: Hęc Gre. Venias, & nihilominus quotidie ut videas Iesum in præsepio spirituali, scilicet in altari vt carnis suæ frumẽto mereris cum animalibus sanctis refici. Et sciendũ q̃ triplex est Christi natiuitas: scilicet diuina, humana, & gratuita. Prima est, ex patre æternaliter: Secunda, ex matre temporaliter: Tertia, in mente spiritualiter. Et istæ tres natiuitates sumuntur secundũ tres Christi substantias, quę sunt deitas, caro, & spiritus. Nam ex patre nascitur Deus, ex matre caro, in mente nascitur per gratiam spiritussanctus. Ex patre nascitur semper: ex matre semel: in mente sæpè. Secundum natiuitatem diuinam Christus habet patrem sine matre: secundum humanam, matrem sine patre: secundum gratuitam, habet patrem & matrem: secundum illud: *Quicunque fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater & soror & mater est*. Has verò Christi natiuitates repræsentat Ecclesia, in die natiuitatis eius. Primam natiuitatẽ repræsentat in missa quæ cãtatur in nocte: quia diuina natiuitas est nobis occulta. Secundam, repręsentat in missa quę cantatur in aurora: quia natiuitas humana fuit partim occulta: scilicet quantum ad modum: & partim manifesta, scilicet quantum ad effectum. Tertiam, repræsentat in missa quæ cantatur in die: quia gratuita natiuitas manifesta est in anima, in qua Christus concipitur per affectum, nascitur per effectum, nutritur per profectum. Honora tunc & uenerare ciuitatem Bethlehem pusillam & minimam, per quã tibi regressus patefactus est ad paradisum, & ad patriam. Hæc ciuitas spatio modica, primò dicta est Effrata, sed postea facta est ibi fames magna: qua transeunte facta est ibidem magna abũdantia, & tũc uocata est Bethlehẽ, id est, domus panis, propter eũctum abundantiæ superuenientis. Hęc ciuitas nõ est minima in principibus Iuda, id est, dignitatis excellẽtia, quippe quia conscia mysteriorum ante Christi aduentum. Ibi enim unctus fuit Dauid: Ibi sacrificium solẽnizatum: Ibi connubiũ Ruth & Boos celebratum, in quo præfigurabatur humanitatis & diuinitatis connubium, uerum sacrificium & immutabile regnum. Item cõscia gaudiorum, in aduentu Christi. O quis dignè penset gaudium Angelorum laudantium, pastorum uidentium, regum adorantium, populorum credentium. Item conscia martyriorum post aduentũ Christi, quando Herodes fecit infantes occidi. Sed maximè beata in germine, quia inde exijt germen nobile, scilicet dux & dominator, germen utile regens populum Israel. De cuius ciuitatis laude, sic dicit Bern. O Bethlehem parua, sed magnificata à domino. Magnificauit te qui factus est in te, paruus ex magno. Quæ ciuitas si audiat, non inuideat preciosum stabulum illud, & illius præsepij gloriam. Vbique gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei, ubique canitur:

Augusti. hom. 16. de natali.

Gregor. Nazianz. de Christi natiuitate. 2. Reg. 6.

Natiuitas Christi triplex.

Substantia Christi triplex.

Matt. 12.

Mysteria Bethlehem facta.

Bernardus sermone primo in uigilia natiuitatis domini.

Betlehem commẽdatio.

Psal. 86.

tur: quia homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus: Hæc Bernard. Bethlehem sita est in monte longo, sed arcto, ab Oriente se extendens in Occidentem, in cuius fine Orientali sub rupe quadam quę erat in quodam diuersorio, illuxit nobis Sol iustitiæ Christus Deus noster: & cõtra Occidentem, ad quatuor uel quinque pedes erat præsepe iumentorum, in quo dulcis puer ille fuerat reclinatus. In hac ciuitate est sancta & uenerabilis ac miræ pulchritudinis, & deuotionis ecclesia cathedralis consecrata in honore beatæ uirginis Mariæ, quam ædificari fecit beata Helena, mater Constantini Imperatoris, in qua est scripta, & i illa pulcherrimum altare marmoreum in loco vbi virgo Maria peperit, & Christus nasci voluit. Est etiam in ipsa Ecclesia capella pulcherrima & deuota, in qua erat illud præsepium venerabile & diuinum. In eadem Ecclesia est sepulchrum innocentium, & sepulchrum beati Hieronymi. Ibi beata Paula & Eustochium requiescunt. Ibique est cisterna in quam stella dux Magorũ dicitur cecidisse. Hanc sanctam & Deo dilectam ciuitatem, beatus Hieronymus prælegit, vt ibidem domino deseruiret. Beata etiá Paula & Eustochium filia eius, cùm multis alijs virginibus in monasterio sanctimonialium Dei seruitio, & diuinæ contemplationi deuotissimè vacantes, regnum mũdi & omnem eius ornatum propter amorem Domini nostri Iesu Christi, & loci deuotionem contempserunt. Multi quoque ex his qui desiderio terræ sanctæ de terra & de cognatione sua, & de domibus patrum suorum exierunt, licet turba & tumultus hominum plerunque religioni sint impedimentum, maluerunt tamen inter turbas populorum corporaliter habitare, quàm sãctarum ciuitatũ quas Christus specialiter elegit, scilicet Hierusalem, Bethlehem, & Nazareth, quæ tanquam cellæ aromaticæ saluatoris conuersatione redolent, habitatione priuari. In Nazareth enim de spiritu Sãcto, in Maria virgine fuit Dominus conceptus. In Bethlehem natus. In Hierusalẽ pro salute nostra crucifixus, mortuus, & sepultus. In Bethlehem ergo secundus Adam est natus, de qua ad septem miliaria vel circa contra Austrum est Ebrõ ciuitas, vbi in agro Damasceno fuit primus Adam de rubra terra formatus, de quo agro ad iactum arcus est spelunca duplex, vbi ipse Adam cum coniuge sua est cõditus & sepultus: tres magni Patriarchæ, scilicet Abraham, Isaac, & Iacob, cum cõiugibus suis. Christus itaque natus est, vt captiuum hominem liberaret. Et hoc præfiguratum fuit, in pincerna Pharaonis, cui in carcere videbatur, quòd coram se vitis de terra crescebat, habens tres propagines seu ramos, quæ cœpit florere & vuas producere, quas in calicem Pharaonis exprimens, potum Pharaoni offerebat: qui secundum somnij interpretationem post tres dies liberatus est. Sic cùm genus humanum miserabilem sustineret captiuitatem, vitis, id est, Christus de terra sola, scilicet Maria excrescebat, qui tres propagines, scilicet carnẽ, animã, deitatem habebat. Vel tres propagines sunt tres personæ sanctæ trinitatis. Tertia verò die, postquam vinũ sanguinis sui in cruce est expressum, & regi cœlesti oblatum, tunc genus humanum de captiuitate est egressum. Hoc vinum regẽ cœlestem ita inebriauit, quòd omnem offensam humano generi relaxauit. Hoc vinum nobis sub sacramento reliquit, vt quotidie regi cœlesti pro mundi offensa offeratur, quia quotidie à mundo offenditur. Vnde cùm Christus nasceretur, vineæ Engadi floruerunt, & Christum

Bethlehẽ situs.

Templum in Bethlehem.

Cisterna in quam stella cecidit.

Ciuitates à Christo specialiter electa.

Adam secundus & primus.

Figura natiuitatis Christi. Gene. 40.

Vineæ Engadi floruerunt.

veram vitem venisse ostenderunt. Modus autem natiuitatis Christi, figuratus est in virga Aaron, quæ floruit & fructũ amygdalinum protulit. Sicut enim virga illa mirabiliter contra naturam germinauit, sic Maria supra ordinem naturæ mirabiliter filium generauit. Virga Aaron protulit fructum sine plantatione, Maria genuit filium sine virili commixtione. In testa amygdalina dulcis nucleus latebat, in testa carnis Christi dulcissima deitas abscondita fuit. In virga Aaron inuenimus frõdium viriditatem, florum suauitatem, & fructuum vbertatem, sic Maria habuit viriditatem virginitatis, suauitatem pietatis, & ubertatem perpetuæ satietatis. Non solùm autem Christus Iudæis, sed & Paganis ortum suum præmonstrauit, quia omnes homines saluos fieri voluit. Vnde Octauianus qui tunc toti mundo dominabatur, & ideò à Romanis tanquam Deus reputabatur, Sybillam prophetissam consulebat, si in mundo aliquis eo maior futurus erat. Eodem autem die quando Christus in Iudæa nascebatur, Sybilla Romæ circulum aureum iuxta Solem contemplabatur, in quo circulo virgo pulcherrima residebat, quæ puerum speciosissimum in gremio gerebat. Quod illa Cæsari Octauiano mõstrauit, & regem potentiorem ipso natum esse intimauit. Meditari ergo debes cum gaudio, quanta sit hodierna solennitas. Hodie nanque natus est Christus, & sic verè est dies natalis regis ęterni, & filij Dei viui. Hodie puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Hodie Sol iustitiæ, qui in nubibus erat, clare fulsit. Hodie sponsus Ecclesiæ, electorum caput de thalamo suo processit. Hodie speciosus forma præ filijs hominum desideratam faciem eius ostendit. Hodie illuxit nobis dies redemptionis nostræ, reparationis antiquæ, fœlicitatis æternæ. Hodie pax est nunciata nobis hominibus, vt canitur in hymno angelico, qui hodie est factus. Hodie, vt cantat Ecclesia, per totum mundum melliflui facti sunt cœli. Hodie *apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei*: quia vt dicit Bernardus, Potentia apparebat in rerum creatione, sapientia verò in earum gubernatione, sed benignitas misericordiæ maximè nunc apparuit in humanitate. Hodie adoratus est Deus in similitudine carnis peccati. Hodie & nos cum Christo sumus congeniti, quia generatio Christi origo est populi Christiani. Hodie illa duo miracula contigerunt, quæ omnem superant intellectum, & sola fides apprehẽdere potest, scilicet quòd Deus nascitur, & virgo parit. Hodie aliorum miraculorum claruit multitudo. Denique omnia quæ de incarnatione dicta sunt, quasi hîc clarius elucescũt: ibi inchoata, hîc manifestata, videas nuncilla, ac istis coniunge & applica. Meritò ergo est ista dies gaudij & exultationis, ac lætitiæ magnæ nimis.

Natiuitatis Christi modus figuratus virga Aaron.

1. Timo. 2. Octauianus

Natiuitatis Christi magnitudo.

Ad Tit. 3.

Bernar. ser. 1. in Natali Domini.

ORATIO.

IESV *dulcis, qui de ancilla humili, humilis natus te humiliter natũ humilitatis pãnis uoluisti, & in præsepio reclinari voluisti, da mihi clementissime Domine per tuam inenarrabilem natiuitatem renasci in me nouæ vitæ sanctitatem, & sic sub habitu & pãnis me religionis humiliari, vt inter arcta regularis disciplinæ studia, velut in quodam præsepio reclinatus, ad culmen veræ humilitatis valeam, attingere. Et qui nostræ humanitatis & mortalitatis fieri dignatus es particeps, da mihi tuæ diuinitatis & æternitatis esse participem. Amen.*

De Cir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Circuncisione Domini. Correspondet euangelio: Postquam consummati sunt dies, &c. Cap. X.



Luca. 2.

POSTQVAM *autem consummati*, & impleti *sunt dies octo*, scilicet à natiuitate Domini vtramque extremitatem computando, *vt circunci deretur puer*, secundum legis præceptum: quia hoc erat tempus circuncisioni deputatum, *vocatum* & declaratum *est nomen eius* esse *Iesus*, id est, saluator: quia in circuncisione solebat nomen imponi, *quod* scilicet nomen iam antè inpositum est à Deo, *vocatum*, id est, prænunciatum *est ab angelo, priusquam in vtero*: scilicet virginis, *conciperetur*, de Spiritu sancto. Ritus circuncisionis à beato patriarcha Abraham exordium sumpsit, quando & nominis amplificationem accepit. Nam cum signaculo circuncisionis, augmentum & immutationem promeruit nominis, ut qui prius dicebatur Abram, id est, pater excelsus, deinceps ob meritum fidei diceretur Abraham, id est, pater multarum gentium. Nec solùm ipse, sed etiam venerabilis vxor eius augmentum cum nominis mutatione promeruit, ut quę prius dicebatur Sarai, id est, princeps mea & domus suæ tantùm, deinceps diceretur Sara, id est, princeps omnium rectè credentium fœminarum. Ex hoc ergo in consuetudinem venit, quòd ad huius rei imitationem nomina imponerentur pueris in die circuncisionis eorum, & sic puero Iesu est factum. Ab humilitate ergo, quę est radix, & custos virtutum, Iesus sumens initium, circuncisionis accepit signaculum: vt pro te sanguinis precium non tardans effundere, se tuum verissimum saluatorem ostendat, patribus tam verbo quàm signo repromissum, eique assimilatum per omnia, præter ignorantiam & peccatum.

Circũcisio ab Abraham incepta.

Abram & Sarai mutata nomina.

Nominis imponendi ratio.

Duo magna hodie sunt facta. Primùm, quia nomen scilicet Iesus, est manifestatum, quod ab æterno erat sibi impositum, & ab angelo (priusquam in vtero conciperetur) uocatum. Angelus enim Gabriel, missus, ad Mariam ait: *Ecce concipies in vtero, & paries filium, & uocabis* scilicet in circuncisione *nomen eius Iesum*, scilicet à Deo patre sibi impositũ. Vndeī Esaia. *Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit*. Secundum Origenem, vocabulum Iesu dulce & gloriosum, omni adoratu cultuque dignissimum, nomen quod est super omne nomen, non decuit primùm ab hominibus appellari, neque ab eis offerri in mundum, sed ab excellentiori quadam maiorique natura. Hoc ergo nomen ei innatum est: ut enim saluator sit, à propria natura habet. Et quamuis hoc nomen alijs antè fuerit impositum, tamen fuit nouum in Christo, inquantum fuit impositum ab hac proprietate: quia est saluator omnium, quæ in alijs non fuit, licet salutē in aliquo facto particulare fecerint. Iesus enim Hebraicè, saluator interpretatur Latinè. Dicitur autem saluator: Primò, à potentia saluandi, & sic conuenit ei hoc nomen ab æterno. Secundò, ab habitu saluandi, & sic fuit impositum ab angelo: & conuenit ei à conceptionis suæ principio. Tertiò, ab actu saluandi, & sic fuit vocatum nomen in circũcisione: & conuenit ratione passionis suæ. Igitur secundum Chrysost. Hoc nomen Dei quo Iesus ex vtero virginis nuncupatur, non nouum est ei, sed antiquum: quia Iesus, id est, saluator vocatus est secundũ carnem, qui erat saluator secundum diuinitatem. Vnde considera dignitates huius nominis: Primò quòd hoc nomen fuit ab æterno præordinatum & conseratum. Secundò, fuit diuino ore nominatum. Tertiò, patriarchis & patribus antiqs desideratũ. Quartò à pphetis prophetatũ. Quintò ab antiquo scilicet in Iesu Nauc, qui & Iosue dicitur, præfiguratum. Sextò ab angelo virgini & Ioseph prænunciatum. Septimò, à beata virgine prædicatum. Octauò, à Ioseph hodie impositum. Nonò, ab angelis diuulgatum. Decimò ab Apostolis magnificatum. Vndecimò, à martyribus testificatum. Duodecimò, à confessoribus collaudatum. Tredecimò, à sanctis virginibus tãquam oleum effusum prægustatum. Decimoquartò, à fidelibus ueneratum. Est autem secundum Augustinum differentia inter nomen Iesus, & nomen Christus: quia nomen Iesus, est nomen propriũ: sed nomen Christus, est nomen commune & sacramenti. Item nomen Christus, est nomen gratiæ: sed nomen Iesus, est nomen gloriæ. Sicut enim hic per gratiam baptismalem à Christo dicuntur Christiani, sic in cœlesti gloria ab ipso Iesu dicemur Iesuitæ, id est, à saluatore saluati. Et quanta est differentia, inter gratiam & gloriam, tanta differentia potest dici inter nomen Iesus & Christus. Moraliter secundum Bedam, sicut Christus in sua circuncisione corporali accepit hoc nomen Iesus, ita electi in sua circuncisione spirituali participant isto nomine: vt sicut ipsi à Christo dicti sunt Christiani, ita à saluatore vocentur saluati. Quod etiam nomen eis non solùm priusquam in vtero Ecclesiæ, per fidem conciperentur, sed ante secula à Deo vocatum est. Hoc est ergo nomen quod est super omne nomen. *Nec enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri*. Nomen quod secundum Bernardum est mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. Nomẽ quod instar olei lucet prædicatum, pascit recogitatum, lenit & vngit inuocatum. Et secundum Petrum Rauennatem: Hoc est nomen quòd dedit cæcis visum, & surdis auditũ, claudis gressum, sermonem mutis, vitam mortuis, totamque Diaboli potestatem de obsessis corporibus virtus huius nominis effugauit. De hoc nomine dicit Anselmus. Iesus est nomen dulce, nomen delectabile, nomen confortans peccatorem, & nomen beatæ spei, ergo Iesu esto mihi Iesus. Nomen Iesu est virtuosum, iuxta illud Apostoli: *Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi*. Habet enim nomen Iesu virtutem ablutiuam, quò ad peccati maculam: virtutem sanctificatiuam, quò ad culpam: & uirtutem iustificatiuam, quò ad reatum. Cùm igitur tria sunt in peccato, scilicet macula, culpa, & reatus, patet quòd quò ad omnia ista peccatum

Esa. 62. Origenes de nomine Iesu.

Iesus quid interpretatur.

Chrysost. hom. 4. in Matth.

Dignitates nominis Iesu.

Aug. tract. 3. in epist. Ioan.

Beda in 2. Luca. Excellentia nominis Iesu.

Anselmus in medit.

2. Cor. 6.

Virtutes nominis Iesu.

1. Ioan. 2. tum remittitur per nomen Iesu. Vnde Ioannes: Remittuntur vobis peccata, propter nomen eius.

Phil. 2. In hoc nomine omne genu flectitur, cœlestium,

Roma. 10. terrestrium & infernorum. Hoc nomen Domini quicunque inuocauerit, saluus erit. De hoc quoque nomine ipse Dominus ait: Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Hoc igitur nomine in omnibus orationibus uti debemus, ac petitiones in nomine Christi formare, & propter hoc orationes Ecclesiæ in fine formantur in Christi nomine, dicendo Per Christum Dominum nostrũ, vel aliquid simile. In hoc nomine ille non petit, qui contra Dei dispositionem, & contra suam uel aliorum salutem petit: imò uerò qui taliter petit, contra hoc nomen eum petere dubium non est. Verè ergo & propriè dictus est Iesus, quia non nisi in hoc solo nomine salutem obtinere possumus. Vnde de se ipso dicit: *Ego sum α & ω principium & finis*. Quia sicut per uerbum æternaliter dictum omnia producuntur, sic per uerbum carni vnitum reparantur, promouentur, & finiuntur. Secundum quòd hodie factum est, quia cœpit hodie Dominus Iesus suum sanctissimum sanguinem pro nobis fundere, cùm ipsius caro cultello incideretur lapideo. Tempestiuè cœpit pati pro nobis, & qui peccatum non fecit, pœnam hodie portare incepit pro peccatis nostris. Non solùm enim in virili, sed etiá in infantili ætate sanguinem suum pro nobis voluit fundere. Plorauit autem puer Iesus hodie, propter dolorem quem in carne sensit: nam ueram carnem & passibilem, sicut cæteri homines habuit. Sed eo plorante, credisne quòd mater potuerit lachrymas continere? Plorauit ergo & ipsa. Compatere & tu sibi, & plora etiam cum eo, quia hodie ipse fortiter plorauit. Nã in solennitatibus istis multum gaudere debemus, propter salutem nostram quam quæsiuit, sed multũ compati & dolere, propter suas angustias quas pro nobis sustinuit. Multum etiam ex hoc admirari debemus ad tolerandum pœnas pro peccatis proprijs, cùm cernimus ipsum tantas tolerasse pro alienis. Vnde Bernar. Quis non erubescat refugere multò minores pœnas pro peccatis suis, cùm nouerit Christũ tãta pertulisse, nõ pro suis sed alienis? Et sciendũ quòd sex vicibus fudit sanguinem suum pro nobis. Primò, in circuncisione, & hoc fuit nostræ redemptionis initium. Secundò, in oratione, & hoc fuit nostræ redemptionis desiderium. Tertiò, in flagellatione, & quartò in coronatione, & hoc fuit nostrę redemptionis meritum: quia *liuore eius sanati sumus*. Quintò, in crucifixione, & hoc fuit nostræ redemptionis precium, tunc enim quæ non rapuit exoluebat. Sextò, in lateris apertione, & hoc fuit nostræ redemptionis sacramentum, per quod figurauit, nos per aquam baptismatis debere mundari, qui quidem baptismus habiturus erat efficaciam à sanguine Christi. Per primum docemur nos spiritualiter circuncidere, & peccata abijcere. Per secundum, mentis angustiam pro salute nostra sustinere. Per tertium, carnem nostram domare. Per quartum, animam nostram virtutibus ornare. Per quintum, membra nostra mandatis Dei ligare. Per sextum, uulneratum cor in charitate Dei habere. Vides ergo quoties Christus suum fudit sanguinem, propter nostrã redemptionem: vbi sunt nostræ lachrymæ, vbi gemitus, vbi fletus, vbi gratiarum actiones pro tam copiosa sanguinis effusione? *Venite adoremus & procidamus ante eum, ploremus ante Dominum qui fecit nos*, & tam copiosè redemit.

Plorauit Iesu mater.

Sanguinem suũ sexies fudit Christus.

Esa. 53. 1. Pet. 2. Psalm. 68.

Psalm. 94.

A Vt enim ait Bernardus. Suffecisset ad redemptionem orbis una preciosissimi sanguinis gutta, sed data est copia, ut in beneficij recordationem virtus diligentis clarescaret, copiosa enim apud eum redemptio. Vt autem dictum est, ritus & religio circuncisionis ab Abraham sumpsit exordium: quia primus vnius Dei confessus est fidem, & in signum huius primò accepit circuncisionem, quæ fuit signum distinguẽs fideles ab infidelibus. Credens enim Abrahã, adhuc in præputio positus, filium se habiturum, quẽ Deus ei promisit, huius rei signum circuncisionem accepit, ut quòd credens iustificatus sit, cerneretur. Fuit ergo data & instituta circuncisio, primùm propter meritum fidei Abrahæ, ut sicut fide distabat à

B nationibus cæteris, sic distaret etiam signo circuncisionis. Item ut populus qui ex eadem progenie nasciturus erat, per circuncisionis signum peculiaris Deo aguosceretur, & ab alijs nationibus discerneretur, ac semen eius qui credens Deo hoc ipsum acceperat, esse sciretur. Item ut si qui ex eodem populo in prælio corruissent, hoc signo circuncisionis inter gentes cogniti, quia de stirpe sancta descenderant, sepulturæ traderentur. Et ideò in eremo non circuncidebantur, ubi soli sine gentibus conuersabantur. Item in remedium peccati originalis, & ad represionem concupiscentiæ carnalis. Data est etiam circuncisio in præparationem susceptionis fidei, quia circuncisio est quædam professio Mosaicæ legis seruandæ, sicut & baptismus est professio

C legis euangelicæ, & professionem illam disponebantur ad istam. Circuncisio igitur præteriti tẽporis mãdatum fuit, & signũ promissi Christi, quam usque ad Christum oportuit auhtoritatẽ habere, ut tãdiu curreret, donec nasceretur promissus Abrahæ: quo nato, & promissione impleta, oportuit circuncisionẽ & signum promisionis cessare. Vnde fiebat cultris petrinis: quia petra erat Christus. Voluit autem Christus circuncidi ex causis pluribus, tanquam si† esset legi subiectus. Primò, ut ostenderet se esse de genere Abrahæ, qui circuncisionis mandatum accepit, & cui de Christo repromissio facta est. Secundò,

D ut patribus assimilatus Iudæis satisfaceret, ac scandalum & omnem excusationem in se non credendi, & eum nõ recipiendi ipsis auferret. Tertiò, ut legem veterem, & circuncisionẽ quã Deus instituerat, approbaret: ac eam sanctã, iustam & bonam fuisse monstraret. Quartò, ut obedientiæ & humilitatis virtutem, nobis suo cõmendaret exẽplo, præceptum legis (cui tamen subiectus non erat) obseruando. Quintò, ut legem quam dedit alijs, etiam ipse impleret, & qui in similitudine carnis peccati, nõ autem in carne peccati venerat, remedium quo caro peccati mundari consueuerat, non respueret. Sextò, vt legis onus in se sustinens, alios à legis onere quod portare nequiuerãt liberaret: quia *factus est sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret*. Septimò, ut pro nobis sanguinem suum nõ

E solùm in ætate virili sed etiam in infantia funderet, & tempestiuè pati inciperet. Octauò, vt in se ueritatem carnis humanæ ostenderet, & hæreticos qui dixerunt eum non uerum corpus, sed phantasticum habuisse, confunderet. Nonò, ut castitatem quæ à circuncisione actus illius membri est, commendaret, & concupiscentiam carnalem reprobaret. Decimò, ut in ipso carnalis circuncisio finem & spiritualis exordium haberet, & nos fore spiritualiter circuncidendos demonstraret, ut enim Apostolus ait: *Finis legis Christus ad iustitiam omni credenti*.

Circuncisio cur instituta.

Circuncisio fiebat petrinis cultris.

Circuncidi voluit Christus ob multa.

† *quamuis non.*

Gal. 4.

Roma. 10.

D Hodier-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Baptismus euacuauit circumcisionem.

Gregor. lib. 4 moralium cap. 2.

Hodierno itaq; die cessat circũcisio, & habemus pro ea baptismum, qui est maioris gratiæ & minoris pœnæ, nam gratia baptismi superueniens carnis circuncisionem euacuauit, quemadmodum fructu aduenientes flores decidunt, & marcescunt. Vnde Grego. Quod apud nos valet aqua baptismatis, hoc egit apud veteres, uel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his qui ex stirpe Abrahæ prodiderunt mysterium circuncisionis. Et secundum Bedam, idem auxilium curationis in lege circũcisio cõtra originalis peccati uulnus præstitit, quod nunc baptismus tempore gratiæ confert, nisi quòd introitus in regnum nondum patebat circuncisis, ut modò baptizatis. At uerò non solùm baptismus hoc facit, sed etiam passionis adiunctio, quæ si circuncisioni adiuncta esset, & similiter ibi fieret. Ideò autem in carne præputij fiebat circuncisio, quia in parte illa magis concupiscentia dominatur, per quam originale peccatum propagatur. Vbi ergo via peccati est, ibi aptè signabatur peccati remedium. Significatur autem per circuncisionem carnis, circuncisio mentis, qua mundatur anima à uitijs: & ideò debemus circũcisionem spiritualem in omnibus intus & extra habere, & ex omni parte spiritualiter vitijs circuncisi esse. Circuncisus enim Christus est, vt omnia peccatorũ uitiorumque superflua hominem abscindere à se debere, doceret. Vnde secundum Bernardum, Duplex est circuncisio, quæ à nobis fieri debet, scilicet interior & exterior: Exterior consistit, scilicet in habitu ne sit notabilis: in actu, ne sit reprehensibilis: & in sermone, ne sit contemptibilis. Interior similiter in tribus cõsistit: scilicet in cogitatione, ut sit sancta: in affectione, ut sit pura: in intentione, ut sit recta. Hæc Bernardus. Debemus igitur esse circuncisi corde, à cogitationibus noxiis & immundis, à iudicijs falsis & temerarijs, ab intentionibus & voluntatibus iniquis, ut coram Deo pertimescamus versare in corde quod corã hominibus erubesceremus dicere uel facere: quia quod dicta uel facta hominibus, hoc sũt cogitationes Deo. Debemus quoque esse circuncisi lingua à uerbis turpibus, detractorijs, mẽdosis, ociosis & superfluis: quia de omni verbo ocioso (etiam ignoranter prolato, sicut & de cogitatione minutissima) reddẽda est ratio ĩ die iudicij. Debemus ẽt esse circuncisi omnibus sensibus & membris corporis nostri, à prohibitis & illicitis, à voluptuosis & superfluis omnibus abstinendo, & non solùm à peccato, sed ab omni occasione peccati nos subtrahẽdo: quia nisi quis occasionem peccati uitauerit, vix peccatum declinabit. Tali circuncisione omnia vitia & peccata tolluntur & excluduntur, vnde & octauo die circũcisio meritò fiebat, in qua & ultima resurrectio fiet, quando omnibus membris circuncisis, id est, vitijs & peccatis abscisis totus ex integro innouatus, omnique superfluitate mundatus homo ad immortalitatem resurget. Octaua dies ipsa est quæ & prima. In hac enim mundus cœpit, Christus resurrexit, in hac & vniuersalis resurrectio erit. Sex etenim sunt huius seculi ætates in quibus pro Deo laboribus insistere, & pro adipiscenda sempiterna requie ad tempus operari necesse est. Septima ætas non in hac, sed in alia vita quiescentium vsque ad tempus resurrectionis omnium. Octaua autem ætas ipsa est dies resurrectionis sine vllo temporis fine beata. Tunc autem non solùm circũcisi, sed omnibus ab eis peccatis abscisis, mũdi & immaculati æternum nomen sancti suscipiẽt & hæreditatem. Qui ergo mala & uana cogitare, vel loqui aut facere non appetit, iste interius & exterius perfectè circuncisus est. Parum autem prodest circuncisum esse, ex parte una & non ex alia, ut enim ait Pius Papa: Nihil prodest homini iciunare & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate, & ab obtrectationibus lingua prohibeatur. Nihil quidem prodest, scilicet quantum ad uitam æternam, prodest enim quantum ad temporalia. Vnde & Beda. Nemo sanè cùm circuncisionem prædicari audierit, unius solùm membri continentiam autumet imperari, quasi uel à fornicatione tantùm abstinentem, uel licito matrimonio temperanter vtẽtem, vel virginitate gloriosum existere absque aliarum virtutum adiectione sufficiat, & non omnium potius quos corde, uel corpore gestamus sensuum castigationem præcipi. Ille itaque uera circuncisione mundatus est, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne uideat malum: qui custodit vias suas ne delinquat in lingua sua, & attendit sibi ne grauetur cor eius in crapula & ebrietate: qui lauat inter innocẽtes manus suas, & ab omni via mala prohibet pedes suos, qui super omnia castigat corpus suum & seruituti subiicit: omnique custodia seruat suum cor, quoniam ex ipso uita procedit. Sed & ipsa bona actio sua, quæ in abscondito est, circuncisione non minus indiget, ut cum iciuno, oro, elee mosynam facio, gloriam intrinsecus quæram. Quapropter & Apostolus absconditam corde circuncisionẽ sedulò cõmendat, cui laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Hæc Beda. Debemus ergo omne peccatum intus & extra uitare, & ex omni parte spiritualiter circuncisi esse. Totiens etiam homo circuncidi tur, quotiens post peccatum ad pœnitentiam reuertitur. Hanc autem circuncisionũ præcedere oportet octo spirituales illuminationes diuinarum gratiarũ quæ per octo dies intelliguntur, & sic octauo die circuncisio in anima celebratur: videlicet peccatoris ad Deũ cõuersio, peccati recognitio, cõtritio, cõfessio, satisfactio, peccati detestatio, in futurũ cautio, & extunc octauo sequitur impij iustificatio, qua gratia infunditur, & peccatum expellitur, & in ipsa die octauo, scilicet in iustificatione impij celebratur circuncisio in anima pœnitentis. Quæ quidem circuncisio non est aliud quàm amputatio uitiorum, quæ habet fieri in cultello pœnitentiæ. Sicut enim in circuncisione corporali fit amputatio superfluæ carnis, sic in circuncisione spirituali fit amputatio vitiorum & peccatorum, quę sola sunt homini superflua: omnia enim alia creata in homine, sunt ualde bona. Et nisi ista circuncisio fiat in anima, ipsa est filia perditionis: secundum illud Genes. *Masculus cuius præputij caro circuncisa non fuerit, peribit de populo suo.* Item isti octo dies sunt octo illuminationes Spiritus septiformis in septem uirtutibus principalibus, cum perseuerantia finali, quæ est octauo. Et quia nisi per Christum peccata non tolluntur, *ipse est enim agnus Dei qui tollit peccata mundi*: ideò ut dictum est, circuncisio cultris fiebat petrinis: quia petra erat Christus. Hæc illa Iudæorum circuncisio significat, & sine hac significatione inutilis est. Et ideò Christus circuncisus est, ut circuncisionis significationem nobis commẽdaret. Sicut enim nobis est natus, nobis baptizatus & passus, ita & nobis non sibi est circuncisus. Spiritualem ergo circuncisionem significatam per corporalem habere studeamus, ut illam spiritualem quæ in octaua resurrectionis in nobis futura est ab omni corruptione culpę & pœnæ cõsequi mereamur. Tres itaque cõstat esse circuncisiones, vna est sacramentum: scilicet circuncisio quæ est in corpore: duæ verò sunt res illius sacramenti, videlicet circuncisio à peccato, quæ quotidie est in anima, ac circũcisio à peccato & ab omni pœna peccati, quę in resurrectione erit in anima & in corpore.

Beda in ca. 2. Luce.

Circuncisio cur in præputijs.

Bern. serm. de circun. Circumcisio duplex nobis necessaria.

Matth. 12.

Octaua die circuncisio fiebat.

Aetates mundi.

Beda in. 2. Luce.

Esaiæ 22. Ibidem. Psalm. 38. Luce. 21. Psal. 23. Psal. 118. 1. Cor. 3.

Gene. 17.

Ioan. 1.

Prouer. 4

Illuminationes octo circuncisionem mẽtis præcedẽtes

Christus nobis non sibi circuncisus est.

Circuncisiones triplices.

ORATIO.

IESV *clemens, qui de virgine natus sub lege circuncidi voluisti, circuncide Iesu misericors cogitationes, verba & opera serui tui, vt nihil tuæ voluntati contrarium cogitando, loquendo, operando, peragam, & in sensu sit mihi cogitatus Dei: & omnis narratio mea in præceptis altissimi, & in operibus mandatorum tuorum dirigantur omnes actus mei. Ecce Domine coram te sunt, cor meum, lingua mea, sensus & membra conantur quidem sed per se non possunt. Fac tu quod ipsa non possunt, & perfice in bonis desiderium mei peccatoris, qui consueuisti desiderium suum dare iustis. Amen.*

De Apparitione Domini, facta tribus Magis. Cap. XI.



TERTIADECIMA verò die puer Iesus manifestauit se gentibus, id est, Magis qui erãt Gentiles. Prophetatum quippe seu vaticinatum fuerat per Balaam prophetam Gẽtilium, quòd oriretur stella ex Iacob, & consurgeret homo de Israel: vbi ostenditur quòd ortus nouæ stellæ apparentis erat signum Christi nascentis. Isti ergo videntes nouam stellam, cognouerunt per inspirationem diuinam quòd illa erat quæ per Balaam prædicta fuerat, & ideò statim mouerunt se de locis suis, ut ad uenerandum puerum natum venirent. Isti à Balaam genus duxerant, & non minus fidei quàm generis successores & hæredes erant, unde non à magica arte sed à magnitudine scientiæ vocati sunt Magi, quasi in sapientia magni, & erant in scientia astrorum periti: quos enim Hebræi scribas, Græci philosophos, Latini sapientes, hos Persæ Magos appellant. Et ideò erant Magi non malefici, sed sapientes primitiæ fidei nostræ. Qui ideò etiam reges dicti sunt, quia illo tempore philosophi & sapientes regnare consueuerunt. Vnde de antiquorum temporum felicitate Seneca sic dicit: Summa felicitas erat gentium in quibus non poterat potentior esse nisi melior. Illo ergo seculo quod aureum perhibetur, officium erat imperare non regnum: parum erat regi sine arte & difficultate sibi inuenire aliquod receptaculum. Vnde de quodam philosopho tunc regente statim subiungit: Diogenes Cynicus, cùm vidisset puerum caua manu aquam bibentem, fregit protinus exemptum è perula calicem hac obiurgatio ne sui: Quandiu homo stultus superuacuas sarcinas habui: qui se complicuit in dolio, & in eo cubitauit: hæc Seneca. O quantum distat inter rectores huius temporis & illius: quia nunc omnia illis contraria scilicet diuitias, honores, & delicias quærunt, & ideò in futuro fortè peius gentibus habebunt. *Et venerunt Magi ab Oriente*, id est, à partibus quæ respectu Hierusalem sunt versus Orientem: vt secundum Chrysostomum. Vnde dies nascitur, inde procederet fidei initium: quia fides lumen est animarum. Et secundum Bernardum: Meritò ab Oriente ueniunt qui Solem iustitiæ nouum nobis ortum annunciant, lætisque tumoribus totum mundum illuminant. Venerunt autem specialiter de finibus Persarum, Medorum, & Chaldæorum, ubi fluuius est Saba, à quo & Sabæa regio illa dicitur: iuxta quam est Arabia, vbi Magi reges fuisse memorantur. Sunt autem Arabiæ duæ, vna contermina & vicina Iudeæ & respectu Hierusalem ab Oriente, de qua uidentur Magi uenisse, alia contermina Indiæ, distans à Hierusalem quasi unius anni itinere, & de hac infra tresdecim dies non poterãt venire. Vnde Remigius: Sciendum est quòd aliqui solent dicere, quòd puer qui tũc natus est in tam breui spatio temporis, de ultimis finibus terræ eos ad se perducere potuit: uel si fuerunt successores Balaam, regio istorum nõ longè distat à terra promissionis, idcirco in tam breui spatio temporis Hierusalem venire potuerunt. Hæc Remig. Factum est autem ut visa stella quicquid per eam significabatur sancti Spiritus illustratione mox intelligeretur. Christum igitur Deum & hominem in stella quærebant, quem diuina inspiratione per stellam significari intelligebant. Ista stella differebat ab aliis multipliciter: Primò, in substantia: quia aliarum stellarum materia est materiæ cœlestis & quintæ essentiæ, hæc autem de substantia corruptibili fuit. Secundò, quò ad eius principium effectiuum: quia aliæ stellæ à Deo per verbum creatę sunt, nulla cooperante natura, sed ista ministerio Angeli à uerbo facta est. Tertiò, in duratione: quia aliæ à principio mundi sunt conditæ, & in æternum manebunt, ista Christo nato creata est, postea esse desinit. Quartò, in situ: quia aliæ sunt in cœlo, ista autem non fuit sita in firmamento, sed in aere non longè à terra. Quintò, in magnitudine: quia secundum Ptolomæum quælibet stellarum firmamenti visibilis nobis, maior est tota terra, fortè ista non fuit ultra quãtitatem duorum uel trium cubitorum. Sextò, in motu: quia aliæ mouentur circulariter ab Oriente in Occidentem, hæc autem ferebatur motu recto, ab ortu in meridiem. Septimò, in statu: aliæ mouentur motu continuo, & nunquam stant, ista autem cum Magis euntibus ibat, & cum stantibus & quiescẽtibus quiescebat. Octauò, in uicissitudine apparitionis & occultationis: cùm enim intrauerunt Hierusalem, occultauit se, deinde vbi Herodem reliquerunt seipsam monstrauit. Nonò, in tẽpore: quia aliæ lucent solùm de nocte, hęc verò in meridie Sole lucẽte apparebat, quam lux diurna non impediebat: quia secundum Chrysostomum ipsos etiam Solis radios proprio fulgore superabat. Decimò, in significatione: quia aliæ signant temporum & annorum distinctionem, ista verò significabat creatoris natiuitatem. Vndecimò,

Matt. 2.

Num. 24.

Magorum genus & denominatio.

Reges vnde dicebatur.

Seneca epistola 90.

Diogenis frugalitas.

Magi ex ab Oriente venerunt. Chrysosto. ho. 2. oper. imp. Seneca ibi. Bernardus sermo. 3. in Epiphania Domini.

Arabia dua.

Remigius in eum locum.

Stella Magis visa ab aliis differe.

Chrysosto. hom. 2. operis imp.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cimò, in effectu: quia aliæ habent efficaciam certam ad transmutationem istorum inferiorum, ista autem nullum habuit effectum, nisi quòd notauit natũ saluatorẽ. Duodecimò, in ministerio: cætera enim astra creauit Deus in ministerium cunctis gentibus, hæc autem stella in ministerium solius Christi est ædita.

Tertiodecimò, singularitate apparitionis: quia quæ libet stella apparet omnibus qui sunt in hemisphærio eius, sed ista visa est tantùm tribus Magis. Quartodecimò, in motore: quia aliæ stellæ non habent motores proprios, ista autem habuit motorem proprium: scilicet angelum, qui natiuitatem Christi pastoribus nunciauit. Multa & magna hac die facta sunt per Dominum Iesum, & maximè circa ipsam Ecclesiam. Primum est, quia ipsa hodie in persona Magorum ab eo in sponsam est recepta, quia est ex gentibus maximè congregata. Nam die natalis sui in persona pastorũ Iudæis apparuit, de quibus non nisi pauci uerbũ Dei receperunt: hodie uerò apparuit gentibus quæ Ecclesiam impleuerunt, quia in stellæ fulgore Dei gratia, & in tribus Magis vocatio gentiũ præcesit, ipsi enim Magi primitiæ gentium fuerunt, & gentes in Christum credituras signauerunt: unde festum hodiernũ propriè est festum Ecclesiæ, & fidelium Christianorum. Secundum est, quia Ecclesia hodie sancta est ab eo desponsata, & eidem per baptismum verè coniuncta, quẽ tali die anno suo. xxx. recipere dignatus est. Et ideò lætanter cantatur, Hodie cœlesti sponso iuncta est Ecclesia, quoniam in Iordane lauit Christus eius crimina. Nam in baptismo desponsatur anima Christo, qui virtutẽ sumpsit à baptismo suo, & ideò animarum baptizatarum congregatio vocatur Ecclesia. Tertium est, quia tali die scilicet anno reuoluto post baptismum fecit ad nuptias primum miraculum, quod etiam ad Ecclesiam, & spirituales nuptias adaptari potest, prout infrà suo loco apparebit. His ergo ut cantat Ecclesia, tribus miraculis ornatũ sanctum diem colimus. Vnde, ut dicit Maximus episcopus, in antiquioribus libris dies illa dicitur pluraliter dies Epiphaniarum, id est, pluriũ illustrationũ Christi, Epiphanes enim illustrationem sonat. Has tamen tres manifestationes proprijs quidem nominibus distinguunt Epiphaniam vocantes eam, quæ per stellam facta est, quasi desursum facta: Theophaniam eam quæ in baptismo quasi à Deo, id est, à patre factam: Bethphaniam eam quæ in nuptijs quasi in domo factam, Beth enim domum sonat. Recteq; tria hæc in uno die acta nobis mysteria prædicantur, qui trinitatis ineffabilis arcanum vno Dei sub nomine cõfitemur: Hæc Maximus. Insuper secundum Orig. etiam hac die pauit quatuor milia hominum de septẽ panibus, & paucis pisciculis. Vides itaque quàm uenerabilis est dies ista quam dominus elegit, ad tot mirifica & magnifica facienda. Considerans ergo Ecclesia tot magna beneficia hodie sibi à sponso exhibita, grata existere uolens exultat, iocundatur, & iubilat, ac diem hanc magnificè solennizat. Dicamus itaque nunc de primo, quia de alijs dicẽdum erit infra ordine suo.

Magna facta hac die Ecclesia.

Maximus de tribus apparitionibus.

Beth domũ sonat.

Cum ergo, secundum prophetiam Micheæ, *natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ*, quæ est in tribu Iuda, quod dicitur ad distinctionem alterius Bethlehem, quæ est in Galilæa in tribu Zabulon, *in diebus Herodis regis*, scilicet anno regni sui. xxx. per quod ostenditur tempus præfinitum Christi nascẽtis: prophetauerat enim patriarcha Iacob illo tempore Christum nasciturũ, quãdo deficeret sceptrum siue rex & dux de populo Iudæorum, & hoc impletũ est in Herode Ascalonita qui fuit Idumeus, & primus regnauit alienigena. *Ecce Magi*, & gẽtiles vniuersam Ecclesiã futuram ex gentibus repræsentantes, à partibus Orientalibus, *venerunt Hierosolymam* ciuitatem regiam, ibidẽ de Christo nato inquirẽtes & dicentes: *vbi est qui natus est rex Iudæorum*, ecce ergo titulus à Magis hic nũciatus à Iudæis reprobatus ibi, noli scribere rex Iudæorũ, à scriptura cõfirmatus ibi: quod scripsi, scripsi, *vidimus enim in Oriente stellam eius*, scilicet propriã, quia hanc creauit ad sui ostensionem, *& venimus* persona liter, *adorare* humiliter, *eum* singulariter. Veniunt pastores ut certificentur ut suprà. Veniunt reges ut uenerentur, ut hîc. Veniunt senes, ut gratulentur, ut infra. Primũ pertinet ad prælatos: Secundum ad actiuos: Tertium ad contẽplatiuos. Primi uidẽt & prædicant: Secundi uenerantur & adorant: Tertij amplexãtur & tenent. Secundũ quosdam Magis Iudææ intrantibus stella disparuit, ut amittentes itineris ducẽ, necesse haberent reccurrere ad ciuitatem regiã, scilicet Hierusalẽ, & ibidem inquirere de rege nato. Secundũ verò alios cùm Magi Hierusalem ad quærendum de puero ingressi fuissent, stellæ ducatũ amiserunt, quo niã auxilium humanũ requirentes iustè perdere diuinum meruerunt, quia rectè diuino deseruntur auxilio, qui humanũ præponunt diuino. Et potest stella ista illuminatio gratię intelligi, quia dũ boni à malis consilium quærunt, veram illuminationẽ amittũt. Sed siue ante ingressum in Hierusalem, siue post ingressũ disparuit, factũ est hoc à Deo pluribus de causis. Prima, propter ipsos Magos, vt qui prius fuerant commoniti cœlesti signo, confirmarentur etiam dicto prophetico ex doctorum ibi residentium responso. Secunda, propter Christum, vt eius natiuitas in ciuitate regia publicaretur, & prophetia de loco natiuitatis Christi impleta monstraretur. Tertia, ut studio Magorum, damnaretur pigritia Iudæorum, qui gentibus sollicitè Christum quærentibus ipsi in nullo moti sunt ad quærendum. Quarta, ut Iudæi Christum non recipientes, inexcusabiles de aduentus eius notitia remanerent, cùm Magi Iudæis tempus, & Iudæi Magis locum natiuitatis ostenderẽt. Per hoc etiã figurabatur quòd fides Christi erat à Gentibus deuotè recipienda, & à Iudæis pro maiori parte infidelitate remanentibus refutanda. Isti Magi fixi fuerunt in timore Christi & fide firmati, quia nõ obstante quòd scirent iuxta edictum imperiale, capitali sententia puniendum esse quicunque regem alium quàm subiectum Romano imperio nominaret, Christum tamen intrepidi sunt confessi. Vnde Chrysostomus. Sed nunquid nesciebant, quòd in Hierusalem regnabat Herodes? Nunquid non intelligebant: quòd quicunque rege uiuente alterum regem pronunciat aut adorat punitur in sanguine? Sed dum considerabant regem futurum, non timebant præsentem, adhuc nõ uiderant Christum, & iam parati erant mori pro Christo. O beati Magi qui ante conspectum crudelissimi regis priusquam Christum viderent, Christi facti sunt confessores, hæc Chrysostomus. *Audiens autem Herodes rex*: talia de puero nato, *turbatus est*, timens ne regnaturus esset, pro eo se tanquam alienigena destituto. Vbi Augustinus. Quid erit tribunal iudicantis, quãdo superbos reges cuna terrebat infantis? Timeant nunc reges ad patris dexteram iam sedẽtẽ, quẽ rex impius timuit adhuc matris vbera labentẽ: & non solùm turbatus est ipse, sed *& omnis Hierosolyma cum illo*, nouitate miraculi percussa, & fauere volens

Venerũt pastores reg. & senes ad Christum.

Stella cur disparuerit

Magorum fides.

Chrysostomus hom. 2. operis imper.

Rabanus in eum locum.

Heb. 6.

Chrysostomus hom. 7. in Matth.

Augustinus sermone 2. de Epiphania domini. Herodis timor.

tuolens Herodi quem timebant, quia sibi subiecta. Sæpe enim populus plus eis iniustè fauet quos crudeles sustinet, vnde rex iniustus omnes ministros habet impios & adulatores. Turbatur ergo secundum Chrysostomum omnis Hierosolyma cũ eo, vel causa adulationis uel timoris. Turbatur etiam ille & isti, quia de aduentu iusti non possunt gaudere iniqui. Vel accipiendo hic partem pro toto, omnis Hierosolyma intelligitur illa pars quæ sibi fauebat, sic communiter dicitur quando maiores ciuitatis aliquid faciunt, quòd tota ciuitas illud facit, sic in proposito, qui erant ibidem maiores, & in regalibus officijs assistentes, illi cum rege turbati sunt, *& congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi*, sapientes Iudæorũ, *sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur*. Quia enim volebat Christum perdere, ideò studuit de loco natiuitatis Christi diligenter inquirere ab illis qui scripturas prophetarum prædictas de Christo nouerant, & genealogias descendentes à Dauid sciebant. *At illi dixerunt ei*, quòd *in Bethlehem Iudæ* id est, quæ sita est in terra Iuda prout scribitur in Michæa, secundum Augustinum. Iudæi in hoc facto, quòd docent alios locum natiuitatis, & tamen ipsi non vadunt, similes sunt fabricatoribus arcæ Noe, qui aliis vbi euaderent præstiterunt, & ipsi diluuio perierunt. Similes etiam sunt lapidibus miliarium, qui alijs uiam indicant, nec ipsi per eam ambulant, de quibus etiam dicit ibidem Augustinus, quòd ostenso alijs vitæ fonte ipsi sunt mortui siccitate. Per scribas autem & sacerdotes qui locum natiuitatis Christi ex prophetia declarauerunt, & tamen ipsum Christum non adorauerunt, sed magis persecuti sunt, signantur doctores bonæ doctrinæ, sed malæ uitæ, qui quem prædicant sana doctrina, persequuntur mala uita. *Tunc Herodes clam, & occultè, vocatis* ad se *Magis, didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis*. Cognito enim loco natiuitatis Christi, ex Iudæorum responsis, uoluit scire tẽpus natiuitatis ab ipsis Magis, ut si ad ipsum redirẽt, ex temporis & loci cognitione posset Christũ interficere, & cùm esset alienigena, non confidebat de Iudæis, & ideo uoluit cõsilium suum latere eos, *& mittens illos in Bethlehem dixit*, eos dolosè & uolens decipiendo, *Ite & interrogate diligenter de puero*, nato, *& cum inueneritis renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum*, spondet falsum obsequium ut facilius eos decipiat, & ad redeundum per ipsum inducat. Falsa quippe fuit Herodis promissio, quia secundũ Chrysostomum, Deuotionem promittebat, sed gladium acuebat, & malitiam cordis sui humilitatis colore depingebat. Talis est consuetudo omnium malignorũ, quando aliquem in occulto grauius lædere volunt, humilitatem illi & amicitiam fingunt: & secundũ Raba. Fixit Herodes, tam uultu quàm uerbis se adorare eum uelle, quem inuida cogitatione tractabat occidere, & hoc ut uel ad ipsum Magi alacrius redirent, & ne Iudæi quorum rex erat futurus, ab eo ipsum ab scõderent, cuius personam omnes hypocritæ tenẽt, qui dum fictè Deum quærunt, inuenire illum nunquam merentur. Et sicut Herodes sub specie religionis uoluit occidere Christum, sic hypocritæ, quantum in eis est, occidunt eum, secundum illud Apostoli, Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei: nam secundum Gregorium, Simulata sanctitas, est duplex iniquitas, secundum Chrysostomum. Herodi similes esse probantur, qui sacra communione mysterij indignè abutuntur. Adorare quippe se fingunt, & cum quantũ in ipsis est, interimunt. Iuxta illi Aposto li: *Qui manducat & bibit indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Cum autem Magi audissent regem*, Herodem, nihil mali suspicantes, *abierunt* recedentes, scilicet de Hierusalem, ut irent uersus Bethlehem, edocti de hoc per prophetiam. *Et* cùm Hierusalem egressi fuissent, *ecce stella quam viderant in Oriente*, quæ disparuerat, iterum eis apparuit, quia auxilium deserentes humanum, meruerunt recuperare diuinum. In ipso autem loco, quo eis reapparuit stella, facta est in memoriam huius Ecclesia. Deinde, *antecedebat eos*, & uiam ostẽdebat, *vsquedum veniens staret supra* locum, & uicina domui, *vbi puer erat*. Stabat quasi supra caput pueri, ut quasi innueret & diceret, hic est qui natus est rex quem testabar, ut quem loquendo mõstrare non poterat, testando mõstraret. Et sic stella duce cum magno gaudio ad tugurium, in quo Dominus Iesus natus est, peruenerũt. Ambiguũ est quod istorum fuerit, scilicet an Magi in Oriente positi uiderũt stellam super Iudæam existentem immobilẽ, uel uiderint stellam in Oriente existere, quæ eos perduxit in Iudæam. Potuit enim nasci in Oriente, & eos præcedendo in Hierusalem perducere, & sentit Chrysostomus, & tenetur communius. Fulgentius tamen videtur velle, quòd eam primò uiderint immobilem super Iudæam quæ dedit eis signum veniendi in Iudæã præcesit, quæ qui Hierusalem tanquã caput Iudææ adierũt, & ipsis egressis tunc motu notabili eos peracto officio suo in præiacentem materiam reuersa est. *Et intrantes domum*, Magi scilicet diuersorium, *inuenerunt puerum cum Maria matre eius*, fortè tunc sedente & tenente super genua puerum, & valdè gauisi sunt, quia à desiderio suo fraudati nõ sunt, nec inaniter laborauerũt. Vnde Chrysostomus. Propterea gratulati sunt, quoniam quod quæsitũ est desideratũq; repererant, quoniam effecti fuerant nuncij veritatis, & quia non frustrata longæ viæ confecerunt spacia, tam ardenti quippe erga Christum cupiditate flagrabant. Felix Maria, nam Iesus sine Maria non nascitur, quia ipsa ministra incarnationis sine Maria non inuenitur, quia ipsa famula educationis, sine Maria non crucifigitur, quia ipsa socia passionis. Ioseph autem, secundum Chrysostomum, idcirco tacetur, quia nullum de officijs ad nutricium pertinentibus commemoratur. Vel secundum Hilariũ, & Raba. Diuina dispensatione actum est, ut illa hora absens esset, ne pater eius crederetur, vel aliqua suspitionis occasio daretur gentibus, quòd Deus non esset, qui primitias suas statim nato saluatore, ad eum adorandum miserunt. Ingressi itaque, & *procidentes* tam mente quàm corpore genua flectunt puero Iesu humiliter, & adorant in carne Deum verum adoratione scilicet latriæ reuerenter. Honorant vt regem, & adorant ut Deum, uident enim hominem & agnoscunt Deum, procidunt in signum humilitatis sine qua nullus uerè adorat, quia omnis adorator omnem fastum, & confidentiam sui deponere debet, ut quàm corpore deiectionem præfert in oculis Dei, animo gerat, contritique cordis & humiliati victimam offerens Deo se curandum committat. Quanta tunc exultatio tibi fuit, ò uirgo beatissima, quis cogitare ualeat, quando eum, quem nuper genueras, iam quasi Deum adorare uidebas? O quàm magna fuit horum Magorum fides. Quid enim erat credere, quòd ille puerulus sic uiliter indutus cùm pauperculâ matre, & in loco sic abiecto sine societate, sine familia, sine omni ornatu inuentus esset rex & uerus Deus, & tamen utrunque crediderunt. Paruulum enim

1. Cor. 11.

Stella vbi visa est ibi re.

Chrysostomus homi. 6. in Matth. Fulgẽtius.

Ioseph cur tacetur.

Rabanus super illud Ex intrantes Adoratio Magorum.

Magorum fides.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non adorassent & honorassent, si paruulum tantum modò credidissent. Tales duces, & talia primitiua nos habere oportebat, ex quo patet quòd cognouerunt Christi diuinitatem per diuinam reuelationẽ. Cùm enim viderent puerum pannis vilibus inuolutum in gremio pauperis matris positum, nullum regiæ dignitatis habentem signum, non est verisimile quòd talem reuerentiam ei exhibuissent, nisi in eo aliquid supra hominem cognouissent. Vnde Bernardus. Adorant Magi, & offerunt munera adhuc lactãti matris vbera. Sed vbi est ò Magi, vbi est purpura regis huius? Nunquid viles panni isti quibus est inuolutus? si rex est, diadema vbi est? sed uos eum uerè uidetis in diademate quo coronauit eum mater sua, in sacco nostræ mortalitatis de quo consurgens ait: *Bernardus sermone 2. Epiphania domini.*

Cant. 3. Psal. 29.

Conscidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia. Et iterum: sed vnde vobis hoc ò alienigenæ, ut à vobis adoretur Christus? Neque enim in Israel tantam fidem inuenimus. Sic vos non offendit vilis habitatio stabuli, non pauperes cunæ præsepij. Non vos pauperis matris præsentia, nõ lactantis scandalizat infantia, quid facitis Magi, quid facitis? Lactãtem puerum adoratis in tugurio vili, in vilibus pannis. Ergo ne Deus est iste? *Psal. 10.* *Deus* certè *in templo sancto suo, Deus in cœlo sedes eius*, & uos eum quæritis in uili stabulo, in matris gremio. Quid facitis quòd & aurum offertis? ergo rex est ipse, & vbi aula regia, ubi thronus, ubi curiæ regalis frequentia? Nunquid aula est stabulum, thronus præsepium, curiæ frequentia Ioseph & Maria? Quomodo ita insipientes facti sunt uiri sapiẽtes, ut adorent paruulum despicabilem, tam sua ætate quàm paupertate suorum? Insipientes facti sunt, ut fierent sapientes, & prædocuit eos spiritus quòd postea prædicauit Apostolus: *Cor. 3.* *Qui vult esse sapiens, fiat stultus ut sapiens sit.* Nonne timendum erat fratres ne scãdalizarentur viri isti, & illusos se crederent, cùm tanta indigna viderent? A regia ciuitate ubi regem quærendum coniectabantur, ad Bethlehem villam paruulam diriguntur. Ingrediuntur in stabulum, inueniunt inuolutum pannis infantulum. Nõ illis sordet stabulum, non offenduntur pannis, non scandalizantur lactantis infantia, procidunt ante eum, uenerantur ut regem, adorant vt Deum. Sed profectò qui illos adduxit, ipse & instruxit, & qui per stellam foris admonuit, ipse in occulto cordis intus edocuit: Hæc Bernar. Vnde & August. Non sub pollice cella regalis, non de membris purpura, non in capite diadema fulgebat, non pompa famulantium, non terror exercitus, non gloriosior fama præliorum, hos ad eum viros ex remotis cum tanto voto supplices attraxerat. Iacebat in præsepio puer ortu recẽs, exiguus corpore, contẽptibilis paupertate. Sed magnum aliquid latebat in puero quod illi homines non terra portãte, sed cœlo narrante didicerant. Vnde & Chrysostomus: *Augustin. sermone 43. ad fratres.* *Chrysostomus hom. 2. operis imper.* *Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Matre, inquam eius, non diademate coronata, non auro refulgente, aut in lecto aureo recumbente, sed vix tunicam vnam habente, non ad ornamentum corporis, sed ad tegumentũ nuditatis, qualem habere poterat carpentarij vxor peregrè constituta. Si ergo regem terrenum quærentes venissent, magis fuissent confusi quàm gauisi. quia tanti itineris laborem sine causa suscepissẽt. Nunc autem quia cœlestem regem quærebant, etsi nihil regale videbãt in eo, tamen solius stellæ testimonio contenti gaudebant oculi eorum cõtemptibilem puerum aspicere, quia spiritus in corde eorum terribilem cum monstrabat. Vnde & Leo Papa: Nec immeritò cùm tres ad adorandum puerum noui syderis claritas deduxisset, non eum imperantem dæmonibus, nõ mortuos suscitantem, non cæcis visum, aut claudis gressum, aut mutis eloquium reformantem, uel in aliqua diuinarũ uirtutũ actione uiderunt, sed puerum silentem quietũ sub matris sollicitudine cõstitutũ. In quo nullum quidem apparet de potestate signum, sed magnũ præbetur de humilitate miraculum. Tota enim uita saluatoris, quæ & diabolum superauit & mundum, humilitate est concepta, humilitate est confecta. Dispositos dies sub persecutione finiunt. Nec puero tolerantia passionis, nec passuro defuit mãsuetudo pueri lis: unde tota Christianæ sapientiæ disciplina, non in abundantia uerbi, non in astutia disputandi, neque in appetitu laudis & gloriæ, sed in uera & uoluntaria humilitate consistit, quam Dominus Iesus ab utero matris usque ad supplicium crucis pro omni fortitudine, & elegit & docuit: Hæc Leo. Vt ergo possis & tu diabolum & mundum uincere, coneris pro uiribus humilitatis ac patientiæ uirtutes exemplo Christi seruare, quia his munitus poteris faciliter aduersarios & inimicos tã uisibiles, q̃ inuisibiles superare.

Leo Papa sermon. de Epiphania.

Et Magi inuẽto puero aperuerũt thesauros suos, in quo moraliter informamur, ut thesauros nostros in uia non pandamus, donec præteritis hostibus soli Deo ex occultis cordiũ offeramus. Et *obtulerunt* singuli puero Iesu, *aurum, thus, & mirrham.* Traditio fuit antiquorum, ut nullus ad Deum, uel ad regem, ueniret uacuus, & sine muneribus. Arabes autem auro & diuersis generibus aromatum abundant, & talia munera offerre consueuerunt, & ideò Magi ista obtulerunt. Et licet morẽ suæ gentis in donis offerendis sequerentur, hoc tamen diuina inspiratione est factũ, ut aliquid mysterij muneribus demonstrarent, & fidem suam mysticis rebus profiterentur. Tum scilicet trinitatis fidem & mysterium reuelantes, & in Christo trinitatem adorantes. Tum cum regem & Dominum Deum, sed mortalem significantes. Et Christi regiam potestatem, ac diuinam maiestatem & humanam mortalitatem uenerãtes. Hæc enim tria Magi de Christo cognouerunt ut suprà dixerunt, ubi est quinatus est, ecce humanitas, rex Iudeorum, ecce regia potestas, uenimus adorare cũ, ecce diuinitas. Significatur enim in Christo regia potestas per aurũ, quod regi soluitur in tributũ, nã aurũ propter sui nobilitatẽ munus est regale, & ideò ostendit puerũ regẽ esse, & sc illud decere. Signatur uerò diuina maiestas per thus, q̃ Deo offertur i sacrificiũ, & ideò ostẽdit puerũ esse Deũ, quod etiam erat oblatio sacerdotalis, & puer ille erat sacerdos, cui nullus unquã fuit æqualis. Signatur quoque humana mortalitas p mirrhã, qua cõdiri solẽt corpora mortuorũ, & Christus rex & sacerdos, uoluit mori pro salute omniũ. Vnde Aug. Aurũ ergo soluitur quasi regi magno, thus imolatur ut Deo, mirrha pbetur tãquã pro salute omniũ moritu ro. Vnusquisq; autẽ eorũ prædicta tria obtulit, quia ut dictum est, mysterio congruit. Nullus enim uerè Christianus dicitur, qui non Christum & Deũ, & regem, & passum cõfiteatur, quod illis tribus muneribus significatur. Vnde Remigius: Isti Magi non singuli singula obtulerunt, sed singuli tria, & singuli eũ suis muneribus regem Deum & hominem prædicauerunt: Hæc Remigius. Hos omnis uerè Christianus imitatur, qui Christum uerum Deum esse regem & passum confitetur, Offeramus ergo ei aurum, ut cùm omnium regem esse, & ubique regnare credamus:

Tria in Christo cognita à Magis.

Munerũ offerendi tradition.

Augustinus sermone de Epiphania.

Remigius quòd singuli tria obtulerũt.

damus: thus, ut Deum uerum & creatorem omniũ esse cõfiteamur: mirrham, ut sic illum Deum esse credamus, quem hominem, & mortalem propter nos factum esse non dubitemus. Omnia enim hæc sancta fides ueraciter Christo offerre non desinit, dum unũ eundemque Deum uerum, uerumque hominẽ credit, & uerè pro nobis mortuum ueraciter recognoscit. Habemus itaque secundum Hilarium, in his nõ modicam sacramentorum cognitionem, in homine mortis, in Deo resurrectionis, in rege iudicij. Et ego Domine Iesu in extremo uestigio seruorum tuorũ, adoro te sedentem in gloria Dei patris ubique regnantem, & offero tibi splendorem fidei, qua te credo regem omnium seculorum, Deum de Deo, & hominem de uirgine, mortuum pro peccatis nostris: secundum Bernar. Obtulerunt auri precium ob paupertatem, scilicet ad pauperis matris & filij sustentationem: thuris ad ornamentum, ob sordidam stabuli mansionem, & contra loci fœtorem: mirrhæ unguentum ob infantuli, vt assolet, corporis teneritudinem, & debilium membrorum pueri consolidationem. Quia ergo obtulimus Christo sua, offeramus ei & nostra. Quia enim regem, & Deum, & hominem eum esse credimus, suum est, nostra uerò sunt quæ nobis à Deo donata sunt. Sunt enim in nobis tria munera Deo placentia, & hæc offeramus. Primum est, anima nostra, quæ notatur per aurũ, quia sicut auro nihil nobilius est, vel preciosius aut pulchrius, sic nihil nobilius vel pciosius aut pulchrius, quàm anima coram Deo reputatur. Secundum est, corpus nostrum, quod per mirrham designatur, mirrha enim est amare, & corpus est amaricandum per castigationes & passiones. Tertium est, conuersatio sancta & honesta in utroque, scilicet in corpore & anima, & hoc designatur in thure, thus autem nõ redolet nisi in igne cremetur, sic conuersatio nostra non reddit odorem Deo, nisi cremetur igne tribulationis. Debemus etiam offerre Christo aurum dilectionis, eo quòd pro nostra salute subijt pœnam passionis: ac thus deuotæ laudis, per gratiarum actionem: mirrham compassionis, per mortis eius recordationem. Habet etiam Ecclesia moraliter aurum, in perfecta sapientia, & doctrina, ac recta fide: thus, in deuota oratione vel bona cogitatione, ac sancta ac bene Deo redolente conuersatione: mirrham in pœnitentiæ amaritudine & carnis mortificatione ac bona operatione. Aurũ ergo offerunt doctores, thus martyres & confessores, mirrham iam pœnitentes peccatores. Omnis enim oblatio in his tribus muneribus continetur. Talia ergo munera Magi obtulerũt, in quibus fidei veritatem & totam ecclesiasticam disciplinam significauerunt. Secundum Bernardum: Aurum offerimus saluatori, cùm pro nomine ipsius ex integro derelinquimus substantiam huius mũdi. Iam verò necesse est vt qui terrena contempsimus, flagranti desiderio cœlestia requiramus. Sic enim offerimus thuris odoramentum, quo nimirum desiguantur orationes sanctorum. Oportet etiam, nõ solum ut præsens seculum contemnas, sed & carnem ipsam castiges ac seruituti subiicias. Duas igitur alas habeat oratio ut contemptum mundi, & afflictionẽ cordis, nec dubium quin cœlos penetret, & in cõspectum Dei sicut incensum dirigatur, in qua cum auro & thure mirrha quoque ei offertur: Hæc Bernardus. Sic ergo Magi Christum honorauerunt, de substantia triplici: scilicet corporali, quia prociderunt: spirituali, quia adorauerunt: temporali, quia munera obtulerunt. Pius quippe non habet homo, nisi corpus, animam, & temporalia. Bene autem tres Magi fuisse dicuntur, quia qui ad fidem veniunt, indiuiduam trinitatem confiteri debent: siue quia qui Deũ adorant, tres principales uirtutes, scilicet fidem, spẽ, & charitatem debent habere, siue quia qui Deum uidere desiderant, cogitationem, locutionem & operationem, seu memoriam, intellectum, & uoluntatem debent à malis obseruare, & in bonis occupare. Vnde secundum Gregorium: Sancti uiri bene reges uocantur, quia cunctis motibus carnis non consentiendo succumbere, sed bene regendo, præsse nouerunt. Et secundum Isidorum, Reges à rectè regendo uocantur: & ideo rectè faciendo regis nomẽ tenetur, peccando amittitur, & hi ueniunt & recedunt ab Oriente, per quod intelligitur prosperitas humana, quæ est triplex, scilicet diuitiarum, delitiarum, & honorum. Per stellam autem quæ Magis apparuit, significari potest virgo Maria, quæ interpretatur maris stella. Hæc autem stella apparet Magis, seu regibus condescendendo sibi deuotis se bene regentibus, & eos per huius mundi mare turbulentum nauigantes, dirigit ad portũ salutis qui est Christus, & ipsum inuenientes, uenerantur munera ei offerentes, scilicet aurum charitatis, & thus deuotæ orationis, ac mirrham mortificationis carnis. Eodem autem die cùm Christus in Iudæa esset natus, ortus eius Magis in Oriente est nunciatus. Videbant namque stellam nouam in qua puer apparebat, supra cuius caput crux aurea splendebat, audierunt vocem sibi dicentem: Ite in Iudæam, & inuenietis ibi natum nouum regem. Igitur in Iudæam festinauerũt, & audacter eam intrantes, regi cœli nato munera obtulerunt. Hi ergo tres Magi per tres robustos præfigurati fuerunt, qui regi Dauid aquam de cisterna Bethlehem attulerunt. Tres robusti exercitum inimicorũ non timentes, sed uiriliter castra eorum transeuntes aquam hauserunt, sic tres Magi potentiam Herodis non formidantes, sed audacter Iudæam intrantes, de nouo rege interrogauerunt. Tres robusti perrexerũt in Bethlehem pro aqua cisternæ, quam hauserũt de cisterna terrestri, tres Magi uenerũt in Bethlehẽ pro aqua gratiæ æternæ, quam susceperunt de pincerna cœlesti. Figurabat ergo illa Bethlehemitica cisterna quòd in Bethlehem nasciturus erat cœlestis pincerna, qui propinaret aquam gratiæ omni sitienti, & daret aquam vitæ non habenti.

Hilarius can. 1. in Mathæum.

Bernardus serm. 3. de Epiphania.

Munera Dei in nobis Deo grata, & offerenda.

Bernardus sermone 3. in Epiphania domini.

Munera Magorum trium de tribus.

Gregor. lib. 26. moral. cap. 26.

Qui sint reges.

Maria est stella moraliter.

Apparitio Christi in Oriente.

Figura. 2. Reg. 23.

Figura huius nouæ regis, & huius nouæ oblationis, præmonstratata fuit in regno Salomonis. Salomon residebat in throno de ebore candidissimo, qui vestitus erat auro purissimo. Vniuersi reges terræ regem Salomonem videre cupiebant, & ei munera pretiosissima apportabant. Sed & regina Saba talia & tãta munera ei offerebat, quanta & qualia in Hierusalẽ visa non erãt. Thronus verò Salomonis est beata uirgo Maria, in quo residebat Iesus Christus vera sapiẽtia, hic thronus factus est de ebore candido & auro puro: Ebur propter sui candorem & frigiditatem, designat virginalis munditiæ castitatem, sed ebur antiquum in ruborem uertitur, sic longa castitas martyriũ reputatur. Aurũ quia i valore præcellit omne metallũ, significat charitatem, quæ est mater omnium uirtutum. Maria ergo dicitur eburnea, propter uirginalem castitatem, & auro uestita, propter perfectissimam charitatem, & pulchre uirginitati coniungitur charitas, quia sine charitate corã Deo nihil reputatur uirginitas. Thronus Salomonis sup sex gradus erat

3. Reg. 10. Thronus Salomonis est beata virgo.

Castitas longa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

exaltatus, & Maria superexcellit beatorum sex status, scilicet Patriarcharum, Prophetarũ, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & Virginum. Duodecim leunculi super sex gradus thronum exornabant, quia duodecim Apostoli Mariæ tanquam reginæ cœli ministrabant, vel quia duodecim patriarchæ progenitores Mariæ erant. Summitas throni erat rotũda, quia Maria erat sine angulo sordium & tota munda. Duæ manus sedile hinc inde tenebãt, quia pater & spiritus à matre filij nunquam recedebant. Tandem Magi reuerẽter ac deuotè pedes pueri deosculati sunt, & adorato Domino, omniq́ obsequio peracto, & deuotione completa, ac benedictione accepta inclinantes se cum magno gaudio recesserunt: qui cùm de reditu deliberassent, respõsum acceperunt in somnis per diuinam reuelationem, ne ad Herodem redirẽt, quia cognita veritate, non licet retroire. Per hoc etiam admonemur, quòd cum malis hominibus societatem aliquam nõ contrahamus, & cognitos errores vitemus. Vnde Seneca, non est leuitas à cognito errore discedere, non est turpe cum re mutare consilium, quia ergo intus in conscientia quærebant, quid uellet diuina voluntas de reuersione ad Herodem (sicut enim Moyses tacens clamabat, sic isti pio affectu interrogabant quid diuina voluntas iuberet) ideò Dei meruerunt responsionem, scilicet internam, vel Angeli ministerio factam. Et descendentes ad mare per nauem transfretantes, in Tharsis Siciliæ abierunt, & sic per aliam viam in regionem suam redierunt, quia secundum Hieronymum infidelitati miscendi non erant Iudæorum, propter quod factum Herodes iratus, postea naues Tharsensium incendit, secundum prophetiam Dauid dicentis: *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis.* Vnde Chrysostomus: Intuere autem Magorum fidem, qualiter non scandalizati sunt in seipsis dicentes: Si magnus est puer hic, quæ necessitas fugæ & occultæ recessionis? Hoc enim est veræ fidei, non quærere causas eorum quæ uerè præcipiũtur, sed suaderi solùm ab eis. Hæc Chrysostomus: In hoc ergo forma datur credẽtibus, vt deuoti ad Deũ veniant, & in omnibus operibus suis quid iubeat attẽdant, scilicet ne ad diabolum redeant, sed per Christum qui est uia, ueritas & uita, & per semitas uirtutum ad patriam reuertantur. Hic itaque admonemur omnem salutem & spem in Christo locare, & ab itinere prioris uitæ abstinere, & per aliud iter incidere. Vnde Augustinus: Non qua uenimus uia redeamus, nec prioris nostræ conuersationis uestigia repetamus, uia mutata est. Vnde Gregorius: Magnum uerò nobis aliquid Magi innuunt, quòd in regionem suam per uiam aliam reuertuntur: Regio quippe nostra paradisus est, ad quam Iesu cognito redire per viam qua venimus prohibemur. A regione etenim nostra superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibum vetitum gustando discessimus: sed ad eam necesse est vt flendo, obediendo, uisibilia contemnẽdo, atque appetitum carnis refrenando redeamus. Per aliam ergo uiam in regionem nostram regredimur, quoniam qui à paradisi gaudijs per delectamẽta discessimus, ad hæc per lamenta reuocamur: Hæc Gregorius. Ad hoc etiam significandum quòd per aliam uiam in regionem nostram redire debeamus: Dominus Papa i processionibus redit per aliã uiam, ab ea per quã est egressus. Magi verò reuersi studiosè plus quàm prius Deum colentes glorificauerunt & prædicantes multos erudierunt. Piè autem credi potest, quòd domina paupertatis amatrix, zelãs fortiter pro paupertate, & intelligens filij sui uoluntatem, totum aurum infra paucos dies pauperibus erogauit. Vnde quando intrauit templum, non habuit de quo agnum emeret, quem offerret pro filio, sed emit turtures vel columbas, quæ erat pauperũ oblatio. Vides hæc præconia paupertatis in duobus: Primò, quia hodie puer Iesus eleemosynam accepit ut pauper, & mater sua similiter. Secundò, quia non solum non procurabat acquirere, sed etiam quæ dabãtur nolebat retinere. Increscebat desiderium paupertatis, si autem bene attendisti, & profunditas creuit humilitatis. Sunt etiam qui se uiles & abiectos in animo suo reputant, & in oculis suis non extolluntur, sed sic esse nolunt in oculis aliorum. Non sic puer Iesus Dominus omnium: etiam alijs suos defectus & uilia patere uoluit, & non paruis & paucis, sed regibus & eorum socijs, quos in comitatu suo adduxerant, & in tali casu & tempore in quo multum timendum erat. Nam cùm illi uenirent, ut regem Iudæorum, quem etiam Deum esse credebant, inuenirent, dubitare poterant, ne talibus de ipso uilis, reputantes se delusos, sine fide & deuotione recederent. Sed nec propterea dimisit humilitatis amator, dans nobis exemplum, ne sub specie alicuius apparentis boni recedamus ab humilitate, & quòd discamus etiam in aliorum oculis uiles & abiecti uelle apparere. Expeditis igitur Magis, & uersus patriã suam regressis, adhuc stat domina mundi cum puero suo Iesu, & nutricio eius Ioseph apud præsepe in illo loculo patienter & humiliter usque ad quadragesimũ diem, ac si quæuis mulier alia de populo, & puer Iesus homo purus esset, & ipsi legis obseruatione indigerent. Stabat igitur domina uigilans, & attenta super dilecti filij sui custodia. O cum quanta sollicitudine & diligentia ipsum gubernabat, ne uel in minimo defectum haberet. Cùm quanta etiam reuentia, cautela, & pio timore ipsum contrectabat, quem suum Deum & dominum esse sciebat. Flexis quidem genibus accipiebat ipsum de cunis, & reponebat in eis. Cum quanta etiam iocunditate, confidentia & authoritate materna ipsum amplexabatur, & osculabatur, strigebat dulciter, & i eo delectabatur, quẽ filiũ suũ cernebat, & certissimè sciebat Quàm sæpe quàm curiosè & prudẽter tenella membra ipsius fasciã componebat, sicut enim fuit humillima, sic fuit & prudentissima. Vnde in singulis officijs & obsequijs sedulè ministrabat, uigilanti & dormienti, non solùm infantulo, sed etiam grandæuo. O quàm libenter eum lactabat, uix fieri potuit quin magnam & alijs fœminis inexpertam dulcedinem in talis filij lactatione sentiret. Ipsa uirgo infantem hunc concepit sine pudore, peperit sine dolore, lactauit cœlesti rore. Virgo ante partum, in conceptione: uirgo in partu, in prolis enixione: & uirgo post partum, in pueri dulcissima lactatione. Vnde Augustinus ipsam uirginem matrem dulciter alloquens, ait: Lacta mater Christum, & Dominum nostrum & tuum. Lacta panem de cœlo uenientem, lacta eum qui talem fecit te, ut ipse fieret in te. Tibi & munus fœcunditatis attulit conceptus, & donum uirginitatis non abstulit natus. Vnde Anselmus: Verùm dum hunc paruulum inter manus suas uersari, & ad ubera sua pendere, atque ad paruas pueri corporis læsiones paruulorum more uagire cõspiceret, quo præcor affectu mouebatur piissimus animus eius, quò ue studio ad occurrendũ cũctis quæ incommoda illi fore timebat, parabatur castissimum corpus eius? Sed & de sancto sene Ioseph refert Bernardus, quòd puerum Iesum super genua sua tenens eidem frequenter arrisit. Stante igitur ante præsepe domina, sta & tu iuxta præsepe cum ea, & delectare cum puero Iesu, quia uirtus exit ab illo. Quælibet anima fidelis, & maximè religiosa, deberet à die natiuitatis Domini usque ad purificationem, saltem semel in die apud dictum præsepe dominam uisitare, puerum Iesum, & matrem eius adorare, de paupertate & afflictione humilitate & benignitate ipsorum affectuosè meditari. Vidisti quomodo beata uirgo in sordenti stabulo patienter multis diebus cum puero Iesu, & Ioseph perseuerabat: unde non deberet nobis graue esse, nec magnum uideri, in monasterio & secreto nostro consistere. Considera nunc quanta sit solennitas hodierna, & lætare in ea, quia hodie apparere cœperunt fidei nostræ initia. Vnde Leo Papa: Agnoscamus ergo dilectissimi in Magis adoratoribus Christi uocationis nostræ, fideique primitias, & exultantibus animis beatæ spei initia celebremus. Honoretur à nobis sacratissimus dies, in quo salutis nostræ author apparuit, & quem Magi uenerati sunt in cunabulis, nos omnipotentem adoremus in cœlis, ut sicut illi de thesauris suis mysticas Domino munerum species obtulerunt, ita & nos de cordibus nostris quæ Deo sunt digna promamus. Sacramentum enim præsentis festi oportet in nobis esse perpetuum, quod utique sine fine celebrabitur, si in omnibus actibus nostris Dominus Iesus Christus appareat: Hæc Leo. Vidisti ergo quàm multa noua in natiuitate Domini concurrerunt, quæ eum natũ probauerunt. Vnde Chrysostomus, Omnia itaque noua, & supra modum admirationis humanæ in Domini natiuitate concurrerunt, Angelus in templo Zachariæ loquitur, futurum Elizabeth filium repromittit, non credens Angelo sacerdos obmutescit. Sterilis concipit, virgo parit, Ioannes in utero matris exultat, Christus Dominus natus ab Angelo nunciatur, & quòd salus mundi sit pastoribus prædicatur: gaudent Angeli, exultant pastores, magna in cœlo & in terra lætitia huius admirandæ natiuitatis exoritur. Nouum signum stellæ de cœlo Magis ostenditur, per quod Dominus cœli & terræ rex Iudæorum noscitur natus: Hæc Chrysostomus.

Magorum reuersio.

Seneca lib. 5. de beneficiis.

Naues Tharsenses

Hieron. in Matth. c. 2.

Psal. 47.

Vita mutãda ratio.

August. li. 4. de trinitate c. 12. Gregorius hom. 10. in euang.

Processio Papæ.

Aurũ Mariæ datum

Paupertatis præconia.

Humilitatis indicia.

Maria in filium curã & amor.

Augustin. sermone 9. de natali domini.

Anselmus lib. de excellẽtia Virginis c. 4.

Bernar. ser. de natiuitate.

Solemnitas Epiphaniæ.

Leo sermone 2. de Epiphania.

Chrysostomus hom. 1. ex uarijs in Matthæum locis tom. 2.

ORATIO.

Ieſu bone, qui de virgine natus teipſum Magis ſtella duce reuelaſti, & eos per aliam uiam in regionem ſuam redire feciſti, illuminet Ieſu miſericors lumen gratiæ tuæ tenebras conſcientiæ meæ, & per tuam lætam apparitionem, da mihi plenam tui & mei cognitionem, ut intus te uideam, intus te inueniam, ibique mirrham compunctionis internæ, thus orationis deuotæ, aurum dilectionis piæ, tuæ maieſtati offeram: & qui per uiam tenebrarum & culpæ receſſi à patria fœlicitatis ſuperna, per uiam ueritatis & gratiæ ad eam redeam te ducente. Amen.

De præſentatione Domini in templum. Cap. XII.



ADVENIENTE autem quadragesima die quando secundum legem, *impleti sunt dies purgationis Mariæ*, exiit ipsa de stabulo cum Ioseph & puero, ut legem impleret, in qua nihil purgandum erat, quia sine peccato conceperat. In circumcisione quidẽ purgabatur puer ab originali, quod à parentibus contraxerat. In purgatione uerò purgabatur mater à peccato, quia in libidine conceperat, sed nihil horũ in hoc puero, uel in matre erat. Et *tulerunt puerum* prius circumcisum de Bethlehem, *in Hierusalem*, ut secundum legem *sisterent*, id est, offerrent, seu offerendo præsentarent, *eum Domino* in templo, *& ut darent hostiam*, scilicet *par turturum, aut duos pullos columbarum*, pro eo. Ad euidentiam huius sciendum, quòd de prole nata duplex erat præceptum. Vnum generale quantum ad omnes, ut scilicet completis diebus purgationis matris puer ad templum deferretur, & pro eo hostia daretur. Lex autem purificationis erat, quòd mulier quæ suscepto semine peperisset masculum immunda esset septem diebus separata à consortio hominum, & ab ingressu templi, & à tactu sacrorum, & die octauo circumcideretur infantulus, & ipsa quidem munda efficeretur quò ad consortium hominum, sed adhuc xxxiij. diebus immunda esset quò ad ingressum templi, & tactum sacrorum, & his diebus non licebat egredi domum, &c. Completis xxxiij. diebus cum septem præcedentibus, ex tunc quadragesima die mulier intrabat templum, & præsentabat natum puerum, Domino offerens sacrificia pro se & pro puero. Si autem fœminam peperisset, duplicabantur dies quò ad consortia hominum, & quò ad templi ingressum. Aliud erat præceptum speciale de primogenitis, tam in hominibus quàm in iumentis, ut sancta Domino fierent, quia Domino cõsecrata erant. Ex eo tempore quo primogenita Aegyptiorum Dominus interfecit, filios Israël saluans, omnia primogenita filiorũ Israël sibi uendicauit, sibiq́ offerri præcepit. Sicut enim uoluit sibi offerri primitias fructũ, ita & primogenita hoium, & aliorũ animaliũ mũdorum. Sed quare hoc, nisi vt omnia prima, & maximè oĩa meliora & cariora Domino offeramus. Quia ergo Christus ex muliere natus, & primogenitus, sub lege fieri uoluit, hæc duo præmissa circa eũ obseruata fuerunt. Non suffecit magistro humilitatis perfectę, cũ per

Luc. 2.

Exod. 34.

Leuit. 12.

Purificationis lex.

Primogenita cur domino offerenda. Exod. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus cur præsentari voluerit.

per omnia patri coæqualis esset, se subdere humili virgini, nisi & subderet se legi. Hoc autē pluribus de causis fecit: Primò, ut ueterem legem approbaret. Secundò, ut eam seruando in semetipsam consummaret & terminaret, ostendens ex hoc quòd ad ipsam ordinata erat. Tertiò, ut Iudæis calumniādi occasionem subtraheret. Quartò, ut homines à seruitute legis liberaret. Quintò, vt exemplum humilitatis, & obedientiæ nobis daret. Quamuis etiam beata virgo ad legem mulierum non teneretur, nec purificari indigeret, quia non cōcepit suscepto semine, sed spiritus sancti mystico spiramine, uoluit tamen subdi purificationi, propter plures rationes. Prima, ut se in hoc alijs mulieribus conformaret, sicut & filius per omnia fratribus asimulari uoluit. Vnde Bernardus: Verè beata virgo non habes causam, nec tibi opus est purificatione. Sed nunquid filio tuo opus erat circuncisione? Esto inter mulieres tanquam una illarum, nam & filius tuus sic est in medio puerorum. Secunda, secundum Bedā: Sicut Christus sic & beata virgo legi est sponte subiecta, ut nos à legis iugo liberaremur. Tertia, ut occasionem scandali uitaret, nondum enim erat notum ipsam sine semine peperisse. Vnde si nō obseruasset dies purificationis suæ, fuisset Iudæis occasio scandali, & murmurationis cōtra ipsam. Quarta, ut legem purificationis terminaret adueniente, scilicet Christo, qui est nostra purificatio, per fidem nos purificans. Quinta, ut nobis exemplum humilitatis daret. Nam humiliauit se etiam in his ad quæ non tenebatur, ut humilitatem doceret, ut enim mater doctoris omnium & ipsa doctrix existeret, cùm non posset propter sexum publicè docere uerbo, ideò uoluit docere exemplo. Maria igitur licet purificatione non indigeret, purificationem tamen peragere uoluit, quia omnia quæ legis erant diligentissimè obseruabat, & ideò ipsa est per

Arca testamenti figurabat Mariam.

arcam testamenti præfigurata, in qua inclusa erant legis mandata. Ibi enim erant duæ tabulæ in quibus decem præcepta scripta erant, quæ Maria diligenter obseruabat. Arca etiam librum legis continebat, & Maria libros sacræ scripturæ libenter legebat: in arca erat virga Aaron quæ floruit, & Maria floruit, & benedictum fructum ventris sui protulit. Arca etiam urnam auream cum manna cœli continebat, & Maria uerum mānā cœli nobis offerebat. Arca de ligno cethim imputribili erat facta, & Maria in putredinē uel in puluerē nō est redacta. Arca quatuor circulos aureos in lateribus habebat, & Maria quatuor virtutes cardinales, quæ omnium uirtutum radices & initia sunt, in se gerebat. Arca habebat duos uectes, quibus portabatur, per quos duos duplex charitas in Maria designabatur. Arca tam intrinsecus quā foris deaurata erat, Maria intus & foris uirtutib⁹ us

Cādelabrū in templo etiam Mariam figurauit.

resplendebat. Quapropter ipsa etiam pulchrè figurata est in candelabro aureo, quod lucebat Hierosolymis in templo Domini, supra quod septem lampades ardentes stabant, quæ septem opera misericordiæ in Maria figurabant, quæ regina misericordiæ, & mater pietatis erat. Hoc candelabrum & eius candelam honoramus, quando in festo purificationis, accensas candelas baiulamus. Maria enim candelam Domino in sua purificatione offerebat, quando Simeon, lumen ad reuelationē gētiū cōcinebat, Christus Mariæ filius est cādela accensa, propter tria quæ inueniuntur in ea, scilicet ligmen, ignis, & cera: & in Christo sunt tria, scilicet caro, anima, & deitas uera. Hæc candela, pro humano genere Domino est oblata, per quam nox tenebratum nostrarum est illuminata. Oblatio huius beatissimæ candelæ præfigurata fuit in puero Samuele. Annæ sterili, contra morem naturæ Deus filium dedit, & Mariæ virgini supra cursum naturæ, filium inspirauit. Anna obtulit filium, qui Iudæos erat propugnaturus: Maria obtulit filium, qui mundum erat protecturus. Filius Annæ postea à Iudæis est refutatus, filius Mariæ est ab eis turpissima morte condemnatus. Hoc est quod Simeon Mariæ prophetando prædicebat, quòd filij ipsius gladius animam suam pertransire debebat. Ibant igitur parentes Iesū in Hierusalem, ut legis mandata perficerent, & quamuis timerent Herodem, tamen non sunt ausi transgredi legem, quin ad templum puerum deferrent. Et

Figura oblationis. 1. Reg. 1.

forte adhuc omnia quieta erant, adhuc Herodes Magos expectans nondum sui cordis malitiam reuelauerat. Dominus itaque Iesus Christus cum matre, in his & aliis legem obseruans, ostendit cum quanta sollicitudine & uigilantia debemus obseruare Euangelij præcepta, quādo ipse præcepta legalia, quæ per seruum dederat, cum tanta obseruauit diligentia. Adduxerunt ergo Dominum templi ad templum, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo. Cumque intrassent templum, emerunt duos turtures, aut duos pullos columbarum, ut pro eo offerrent, sicut pro pauperibus erat consuetum. Et quia pauperrimi erant, credendum est magis quòd de pullis columbatum emerunt, quia facilius & pro minori precio inueniūtur, & ideò in lege, ultimo loco ponuntur. Et tacet Euangelista de agno, quia erat diuitum oblatio. Vide quā tā pauperes parentes Dominus elegit, qui non haberent agnum, quem pro eo offerrent: sed tantùm par turturum, aut duos pullos columbarum, quæ erat oblatio pauperum. In lege enim Dominus præceperat, ut die quo parens infantem in templo præsentaret, pro sua & sobolis purificatione, agnum anniculum immaculatum in holocaustum, ac etiam turturem, siue pullum columbæ, pro peccato (quia in libidine conceperat) offerret. Qui uerò non sufficiebant ad offerendum agnum, duos turtures offerrent, uel duos pullos columbarum, unum loco agni in holocaustum, quod totum incensum dicitur, quia totum incendebatur, & alterum pro peccato, qui cedebat in partem sacerdotis, qui orabat pro muliere, & sic mundabatur. Hanc hostiam & oblationem pauperum, uoluit Dominus pro se dari, & cum diues esset, pro nobis pauper dignatus est fieri, ut nos sua paupertate ditaret, & diuitiarum suarum donaret esse participes, & nos faceret hic in fide diuites, & in cœlo regni hæredes. Sicut enim mortalitatem nostram assumpsit, ut per eam nobis immortalitatem conferret, sic paupertatem nostram uoluit assumere, ut per eam nobis æternas diuitias tribueret. Imitemur ergo nos Dominum nostrum, & spontaneam paupertatem, amemus, ut habentes uictum & uestitum, his contenti simus. Cur autem pulli columbarum, & non simpliciter columbæ, sicut turtures, in sacrificia Domini permittebantur offerri, declarat Bernardus, dicens: Et licet alias quidem per columbam spiritus sanctus soleat designari, quia tamē libidinosa auis est, non decuit offerri eam in sacrificio Domini, nisi ea sanè ætate quæ nesciret libidinem. Ac turturis nō designatur ætas, quoniam agnoscitur castitas, in quacunque ætate denique compare uno cō

Pulli colliū barum cur offerebant, & non columba. Bernardus sermo. 59. super cantica.

tenta

Turturis castitas.

tenta est, quo amisso, aiterum non admittit, numero sitatem in hominibus nuptiarū redarguens. Cernere est turturē tpe suæ uiduitatis sanctæ uiduitatis opus strenuè ac infatigabiliter exequentē, uideas ubiq; singularem, ubique gementem audias, nec unquam in uiridi ramo residentem prospicias, & tu ab eo discas uoluptatū uirentia uirulenta uitare. Adde ꝙ in iugis montium, & in summitatibus arborum, frequētior illi conuersatio est, ut quod uel maximè propositū pudicitię decet, doceat nos terrena despicere, & amare cœlestia: Hæc Bernardus. *Et ecce Simeon*, iter sacerdotes famosus & nominatus, qui *iustus* erat in omni operatione boni, *& timoratus* in cautela mali, uel *iustus*, rectè se habendo ad proximum: *& timoratus* quò ad Deum, ꝙa difficile iustitia sine casto & filiali timore Domini custoditur, timor enim Domini, iustitiæ & cæterarum uirtutum custos est, quia quā to iustus ardentius Deū diligit, tanto solertius offendere cauet. Illorum enim operationem comitatur iustitia, quorum mentes timor Dei illuminat, testante Psalmista, qui ait: *Beatus uir qui timet Dominum*, &c.

Psal. 111. Eccles. 7.

Et Salomone, qui dicit: Qui timet Deum, nihil negligit. Et bene iustus erat, & ad proximum se rectè habebat, quia nō suam solummodò, sed & totius populi salutem quærebat, *expectans consolationem Israel*, in desiderio & spe boni promissi, quò ad fidei & spei rectitudinem, quam habebat. Minores quidem expectabant cōsolationem temporalem, per promissum

Simeon obediens interpretatur.

salutis authorem, ut qui ab Herode presi fuerant in aduentu saluatoris liberati, consolationem acciperent. Maiores uerò (ut Simeon & huiusmodi) etiam spiritualem consolationem, & redemptionem à diabolo expectabant. Consolatio quippè Israel, id est, uidentis Deum, Domini aduentus in carne fuit, sancti enim patres, quos metus originalis peccati contristabat, per Domini incarnationē consolari credebant. Hanc consolationem Simeon, qui obediens interpretatur, expectabat, quem matura ætas de mundo exire compellebat, tamen propter desiderium uidendi Dominū, in carne manebat. *Et spiritus sanctus*, & sanctificator ex præsentia summi boni *erat in eo*, quā tum ad gratiæ plenitudinem, quam possidebat, quia non solum habuit gratiam iustificantē, prout communiter habetur à iustis, sed etiam quantum ad illuminationes, & consolationes diuinas speciales. Dicturus Euāgelista de Simeone, quia spiritus sanctus erat in eo, præmisit quod erat iustus & timoratus, quoniam illorum corda Deus inhabitat, qui timentes Deus iustitiam seruant, unde ipse per prophetā

Esaiæ. 11. & 66.

dicit: *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos?* & ab ipso, *spiritu sancto*, qui per inhabitantem gratiam in eo erat, *responsum*, in orationibus suis deuotis *acceperat*, inuisibiliter in mente, per occultam inspirationem, & intellexit de Christi aduentu, ꝙ Christum quem uidebat oculis mentis, uideret oculis corporis, antequam præsentem finiret uitam. Ex quo patet ꝙ pro hoc prius orauerat: quia hoc sperabat, & consolationem Israel expectabat. Tunc enim erat opinio communis apud intelligētes, ꝙ imminebat aduentus Christi, secundum signa à patriarchis & prophetis data. Et idcò Simeon de hoc feruentius Deū orabat, *& in spiritu*, id est, per reuelationem spiritus sancti, & ipso spiritu sancto qui in eo erat, iubente, *uenit in templum*: ut sicut responsum & promissum, ab eodem spiritu acceperat, Christum Domini, id est unctum à Domino antequam moreretur uideret.

Simeonis desiderium.

O quanto desiderio uidendi Dūm, senex iste beatissimus æstuabat, quē iā ętas de hoc seculo exire cogebat: sed Dei tñsio renitebat, ꝙa non erat mortē uisurus, id est, sensiturus, uel experturus *nisi prius uideret Christum domini* messiā promissum, oculis corporalibus. Hoc ergo desiderabat, hoc mēte tractabat, hoc sēp cogitabat, dicēs: Scio ꝙa ueniet, scio quia uidebo eum. Sed quādo ueniet: quando eū uidebo? Veni Domine Iesu, solue mihi hæc uincula, & me iā nunc in pace ire permitte. Dum autem hęc secum diceret, dum hoc desiderio æstuaret, dictum est illi à spiritu sancto: Ecce adest quem expectas: quem quæris, nunc eum uidebis: surge, propera, festina, uade ad templum. Cùm autem festinanter ueniens templum intraret, & eum uideret, statim eum spiritu prophetico cognouit. Eadem quippe spiritus gratia, qua olim prænouerat uenturum, etiam nunc uenientem, & iam iamque à se uidendum, cognouit saluatorem. Et accelerando, occurrens genua flexit, & eū inter brachia matris adorauit, brachiaque sua extendit, & parentibus ait: Mihi eum date, mihi debetur, mei officij est, ad hoc missus sum, huic obsequio reseruatus sum. Mater uerò intelligens uoluntatem filij, porrexit eum Simeoni. Ille autē lætus & exultās, cū maximo cordis gaudio, in ulnas suas, & inter brachia eum suscepit. O quàm beatæ manus, quæ uerbum uitæ palpauerunt, & ulnæ quæ ipsum amplexatæ sunt. Et cùm puerum in ulnas accepisset, surrexit, & mox senectus fugit, ac iuuenilis uirgo & fortitudo affuit. Magna hic Domini potestas, sed non minor eius claret humilitas. Qui cœlo terraq; non capitur, grandequi hominis ulnis gestatur: qui prius seipsum ferre uix poterat, nunc leuiter puerum ferens exultat. Ipse enim portabat, à quo portabatur, & qui uerbo uirtutis suæ oīa portat: ille portabat Christū in humanitate, à quo portabatur per diuinitatem. Eleganter igitur dictum est: Senex puerū portabat, puer autem senem regebat. Ferebat senex Christū infantem, qui illum regebat in senectute degentem. Fœlix quidem Simeon iste, qui non solùm uidere, sed ēt Christū in carne meruit portare. Fœlix nimiū, qui tantam consolationem meruit, quam desiderauerant Patriarchæ & Prophetæ, & non acceperūt. Et nō dubiū quin ex huiusmodi amplexu Iesu Christi, multas consolationes receperit, & singularia charismatum gratiarū. Vnde & dicit doctor Græcus, ꝙ infantis ineffabile iubar adeo illustrauit senē, ut præcessu temporis, futura mox sibi fierent nota. Non minus fœlices sunt, qui non uiderunt & crediderūt.

Ioan. 20.

Benedixit, quoque & laudauit, *Deum*, gratias agendo pro tanto beneficio, scilicet de impletione promissionis, & de exhibitione saluationis: ac uiso redemptore, aperit reuelationem in secreto dialogo sibi factā, dicens: *Nunc dimittis Domine seruum tuū in pace: quia uiderunt oculi mei salutare tuum*, &c. per totum. Te inquit, Domine benedico: promissio tua cōpleta est, completum est & desiderium meum: quia uideo Christum salutare tuū Dūm meum. Iesus enim saluator, siue salutaris interpretatur. Viderunt quidē oculi carnis hominē: sed oculi mētis cognouerunt eū esse Deū. *Dimittis*, ergo, id est, dimittes uel dimittas, vt intelligat optatiue, id est utinā dimittas, iā nūc & de cætero, *seruum tuum*, abire, *in pace*, & de hac uita transire in cordis quiete, quieturum in sinu Abrahæ. Quasi securè morior, quia præsens est, & in proximo passurus, quo redimar. Sciebat quā beati oculi qui Christum essent uisuri: & ideò donec illum uideret,

Iesus saluator interpretatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deret, nolebat morte dissolui. Mox autem ut uidit, oprabat solui à corpore: & in sinu Abrahæ pacem habere. Lætanter enim descendere uolebat ad limbum patrum, ex quo sciebat saluatorem natum. Sed quomodo in pace dimittitur, cùm omnes tunc sternerent lectum suum in tenebris? In pace, inquit, quietis, non in pace fruitionis Dei. Ecce Simeon perfectus fuit, habens uitam in patiẽtia, & mortem in desiderio. Adeò ergo in quibusdam perfecti fuerunt patres ueteris testamenti, ut noui secundũ Bedam. Qui vult tenere Iesum manibus & amplexari, & in pace dimitti omni labore, nitatur ut habeat spiritum ducem: ueniatque in Hierusalem, conuersando in cœlestibus: ueniat in templum, aptando se exemplo illorum in quibus habitat Deus: suspirando, & unam petendo, ut inhabitet semper in domo Domini, expectet Dominum & aduentum eius. Sic enim & ipsum uerbum Dei in manibus accipere, & fidei ac spei, & charitatis brachijs merebitur amplecti: tunc dimittetur, ut non uideat mortẽ æternam, quia uidit uitam. Multum enim fœlix mortem uidebit carnis, quicunque sic Christum Dominum satagerit prius uidere oculis cordis. Vnde Bernar. Dimittetur in pace, qui Christum habet in pectore. Ipse enim est pax nostra: tu quò exibis anima misera, quæ ducem itineris Iesum ignoras? Moraliter, Simeon qui obediens interpretatur, bonum religiosum significat: & hic manet in Hierusalem, quæ interpretatur pacifica, quia manet in pace interna & fraterna, qui est iustus ad proximum, timorosus ad Deum, expectans consolationem Israel, id est, diuinæ uisionis: quia Israel, uidens Deum interpretatur, & Spiritus sanctus est in eo, per gratiæ suæ beneficium: Et tali datur Iesus ad amplexandum, & sic cũ Simeone, de tanto beneficio benedicit Dominum, & desiderat exire de mundo, ut ei detur ad perfectè fruendum, secundum Apostolum, *desiderium habens dissolui & esse cum Christo*. Moraliter etiam hic instruimur de multis: Primò, quòd per uirtuosa opera, quę per brachia intelliguntur, Iesus apprehenditur. Secundò, in hoc quòd senex infantem suscepit, instruimur quòd deposita culpæ uetustate, debemus induere uitæ nouitatem. Tertiò, in hoc quòd Christus qui omnia portat, uoluit portari, habemus exemplum humilitatis. Quartò, in hoc quòd benedixit Deum, instruimur ad agendum gratias Deo, de omnibus bonis nostris. Possumus etiam dicere quòd in hoc cãtico magnificatur Christus, quò ad quatuor, secundum quatuor nomina, quibus Simeon Christum appellat. Commendatur enim Christus ut pax, ut salus, ut lumen, ut gloria. Pax est, quia mediator: salus, quia redemptor: lumen, quia doctor: gloria, quia præmiator. Et in his quatuor consistit perfecta Christi commendatio, imò totius Euangelicæ historiæ, quædam breuissima comprehensio, ea namque quæ respiciunt eius incarnationem comprehenduntur in pace. *Ipse enim est pax nostra, quæ fecit utraque unum*, quia utramque naturam, in uno supposito uniuit, duos populos in vnum copulauit, dans pacem his qui longè & his qui propè, Deum etiam homini reconciliauit: Ea uerò quæ respiciunt eius prædicationem, & suæ uitę conuersationem, ac miraculorum operationem, comprehenduntur in luce. Vnde ipse dicit, *Ego sum lux mundi*. Quæ autem respiciunt redemptionem & passionem, comprehenduntur in nomine salutis: sed quæ respiciunt resurrectionem & ascensionem, cõ-

Simeonis perfectio.

Beda in eũ locum.

Philip. 1.

Christus in Nunc dimittis, magnificatur quatuor nominibus.

Ephe. 2.

Ioan. 8.

A prehenduntur in gloria. Et quia canticum istud sic cõtinet laudis Christi plenitudinem, & senis morientis consolationem: ideò in sero & in fine cantatur in completorio. *Et erat pater eius*, scilicet priuatiuus, id est Ioseph, qui meruit uocari pater Christi, eo quòd fuit nutricius eius, *& mater eius*, uera, scilicet Maria, *mirantes*: non dubitando, sed assentiendo & cõgaudẽdo, *super his quæ dicebantur de illo*, scilicet Iesu. Mirabatur Virgo, de his quæ audierat ab Angelo in annunciatione, ab Elizabeth in salutatione, & Ioannẽ exultatione, & à Zacharia in Ioannis natiuitate. Item mirabatur ipsa & Ioseph de exultatione Angelorũ, nato Christo, & de cãtico nouo: item de aduentu pastorum, & de reuerentia magorum: item de aduentu Simeonis, & laude eiusdem: quæ omnia erant mira & admiratione digna. Vnde Ambrosius, Non solùm ab angelis & prophetis, à

B pastoribus & parentibus, sed etiam à senioribus & & iustis, generatio Domini accepit testimonium. Omnis ætas, & uterque sexus, euentorumque mira cula, fidem astruunt: virgo generat, sterilis parit, mutus loquitur, Elizabeth prophetat, magus adorat, utero clausus exultat, uidua confitetur, iustus expectat. Et ex uirtute pueri quem gestabat in ulnis, benedixit Simeon Mariæ, & Ioseph, cum affectu & gaudio, ac Deo gratias referendo. Quamuis enim Maria & Ioseph essent maiores in sanctitate, ille tamen præcellebat quantum ad sacerdotis officium,

C ad quem spectat benedicere populum. Mos quippe erat in Lege, quòd quando parentes præsentabant puerũ in templo, sacerdos benedicebat illis, s. parẽtibus & puero: & ideò benedixit Simeon parentibus Christũ præsentantibus, id est, beatos eos dixit, & benedictos prædicauit, uel benedictionẽ à Deo eis optauit. Huius autem benedictionis formam non habemus expressam, sed potest ista benedictio intelligi, laudationis & gratiarũ actionis: sicut dicimus quòd creatura benedicit Creatori, ipsum cum gratiarũ actione laudando. Benedixit parentibus, propter filium, sicut è conuerso plerunq; benedicuntur filij propter parentes. Et nota quia in Ioseph patris similitudo

D erat, quia nutritor eius, ideò non est communi benedictione priuatus. Maria virgo quia uerè eius mater erat, & de puero magis ad eam pertinebat: ideò ad eam singulariter se uertit, reuelando ei occultorum præsagia. Cognouit enim illo docente, quem gestabat in ulnis, diuinum illud non esse ex Ioseph, sed ex uirgine, ideò ad eam dirigit sermonem. Et nõ solùm benedixit, sed etiam prophetãdo, futura prædixit, dicens. *Ecce positus est hic* per aduentum suum, & à Deo statutus & ordinatus *in ruinam* scilicet superborum se stare putantium: de quibus ipse dicit: *Si non uenissem & locutus eis non fuissem, peccatũ nõ haberent*, scilicet humiliũ se non stare reputantium, qui

E in cũ credentes, resurrexerunt à peccatis per eum. Et dicit *in Israel*, quia multi Iudæi à ueritate cadentes, fuerunt excæcati: & multi prius simplices & ignorãtes illuminati, *& in signum* scilicet fœderis & reconciliationis inter Deum & hominem, *cui contradicetur* primò à Iudæis: deinde à gentibus, seu paganis: postea ab hæreticis, hoc non credentibus. Vbi notandum secundum Origenem, quòd in omnibus quæ de Christo narrantur à fidelibus, contradictionem passus est falso ab incredulis: de quibus ipse cõqueritur in Psalmista, dicens: insurrexerunt in me testes iniqui: & mẽtira est iniquitas sibi. Potuit enim Christus impugnari, sed non expugnari. Sed & prauti

Admiratio parentum Iesu.

Amb. lib. 2. in Lucã cap. de Simeone.

Bene dictio Simeonis.

Origenes hom. 17. in Lucam.

Prophetia Simeonis.

Ioan. 15.

Chri-

De contradicentibus Christo. Psal. 26. ad Titũ. 1.

Christiani contradicunt ei in moribus & operibus: etsi non in fide & sermonibus, *qui confitentur se nosse deum, factis autẽ negant*. Venit ergo saluator, in ruinã non credentiũ & superborum, & hoc per occasionem: & in resurrectionem credentium & humilium, sed per causam. Non solùm autem alijs in ruinam, & aliis in resurrectionem uenit: sed etiam uni eidemque homini in ruinam, pariter & in resurrectionem apparet. In ruinam, scilicet uitiorum, & resurrectionem uirtutum. Nec fit resurrectio uirtutum, nisi præcedat ruina uitiorum. Vnde Bernardus: Non potest uirtus cum uitiis pariter crescere: ergo ut illa uigeat, ista crescere non sinantur. Tolle superflua, & salubria surgunt. Vnde notandum quòd Christus destruxit regnum peccati, & constituit regnum uirtutum, propter quod dicitur positus in ruinam & resurrectionem. Ruit enim superbia, ex eius humilitate. Ruit auaritia, ex eius pau

Ruina uitiorum per Christum.

pertate. Ruit luxuria, in eius castitate. Ruit inuidia, in eius benignitate. Ruit gula, in eius sobrietate. Ruit ira, in eius patientia. Ruit accidia, in eius labore & vigilia. Et sic Christus, construẽdo regnum uirtutum destruxit regnum uitiorum: ita quòd eisdem uenerit in ruinam & resurrectionem. Nam secũndum Chrysostomum, cùm superbus, humilis efficitur: lasciuus, castus: auarus, misericors, & ita de alijs: tunc in eadem persona est ruina uitij, & resurrectio uirtutis. Et ad hoc à Deo positus fuit hic in mundo, tanquam signum ad sagittam: ut quilibet quasi pro libito iaculum mitteret in eum. Et prophetizans Simeon de Christi passione, ait, *Et tuam ipsius animam pertransibit* per compassionem *gladius*, id est passio, seu dolor passionis ipsius. Non enim absque magno affectu materni doloris, potuit uidere crucifigi filium: etsi speraret mortem deuincturũ, ac resurrecturum, & post mortem uicturum. Vnde dicit Hieronymus, quòd quia in parte impassibili passa est, plus quàm martyr fuit. Dolores quippè quos pariens effugit: hos tempore passionis Christi sustinuit. Vnde Anselmus: Nunc reposcit debitum atrox uis naturæ, quod tibi detinuit olim parituræ: pœnasque cum fœnore æstimant usuræ, quæ communi matribus debebãtur iure, *ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes*. Christi namque passio, multorũ cordium cogitationes reuelauit: quia prophetarum dicta, cogitationes, & occulta mysteria ibi reuelata sunt, & consummata. Et hoc quidem velum templi significauit, quod eo moriente scissum est, ut sancta sanctorum omnibus apparerent. Vel multorum cordium, scilicet bonorum & malorum cogitationes, tunc reuelatæ sunt: quia Christo passo, alij crediderunt, alij credere noluerunt. Et secun

Hieronym. sermone de assumptione. Maria plus quam martyr fuit. De pœnis Mariæ.

d a in eũ locum. Lucæ 2. Beda ibidẽ

dum Bedam, antea incertum erat qui Iudæorum eum recepturi erant, & qui non, postea certum fuit. Mysticè, ut dicit Beda, usque ad finem seculi gladius tribulationis, animam ecclesię pertransit cùm signo fidei, ab impijs & reprobis contradicitur: cùm multos tuere uidet: cùm reuelatis cordium cogitationibus, ubi bonum semen seminauerat, zizania germinare conspicit. Et notandum q̃ illud, ut nõ tenetur hic causaliter: nõ enim propter hoc principaliter patiuoluit Christus, ut reuelarentur hominum cogitationes: sed tenetur hic cõsecutiuè: quia hoc quod est reuelare cogitationes, secutum est ad passionem Christi. Sicut si diceret: Exiui ad campos, ut caperer ab hostibus. Capi ab hostibus non fuit de intentione mea, sed quoddam cõsecutiuum ad exitum meũ.

A Et est similis modus loquendi, cùm dicitur sæpe in Euangelio: Hoc factum est, ut implerentur scripturæ. Hoc enim non fuit principalis intentio Christi, quòd talia fecit, uel passus est, ut implerẽtur scripturæ: sed postquam talia euenerunt, consecutiuè scripturæ sunt impletæ. Non enim prophetia est causa euentus rei: sed ipsa res est causa prophetiæ. Aliter exponit Origenes, de reuelatione occultorum peccatorum in confessione: ut reuelentur cogitationes malæ per confessionem, quæ prius occultabantur, quæ per effectum passionis in sacramento pœnitentiæ operantis, sanantur. *Et ipsa eadem hora*, qua scilicet Simeon loquebatur de Christo, tenens eum in

B ulnis, *superuenit & Anna prophetissa*, non à casu, uel ex dispositione humana, sed spiritus sancti reuelatione, sicut dictum est de Simeone: & adorans cum, *confitebatur domino*, confessione laudis & gratiarum actionis, laudans Deũ de tãtis beneficijs adimpletis, & in incarnatione & natiuitate exhibitis: perhibensque testimonium de filio, & instruens populum, *loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem* Hierusalem, & *Israel*, annuncians eis natum esse redemptorem, & humani generis saluatorem: & quòd ille diu desideratus esset, qui eos redimere & liberare deberet. Omnibus fidelibus qui iugo Herodis alienigenę grauati, liberationem ciuitatis & populi, ac etiam spiritualem expectabant, per aduẽtũ Chri-

C sti in proximo fieri redemptionem, à tyrannide Herodis & dæmonis promittebat. Hæc mulier uenerabilis, cuius nobilitas extollitur, continẽtia laudatur, ætas commendatur, religio prædicatur: idonea & ualde digna erat, quæ de filio incarnato, testimoniũ perhiberet. Vnde & prophetissa describitur, ut eius testimonium autentizetur, quia prophetiæ inspiratio uel reuelatio diuina esse perhibetur. Vnde Origenes: Iustè sancta mulier spiritum prophetandi meruit, quia longa castitate, longis etiam ieiuuiis, ad hoc culmen ascenderat. Quia ergo omnem sexum, & omnem ut ætatem, & gradum, & omnem professionem Dominus redimere uenerat: dignũ erat ut omnes, in eius natiuitate, testimonium

D perhiberent. Sunt enim tria genera, in utroque sexu commendata: puta de uirginibus, scilicet Maria & Christus: ac de uiduis, scilicet Anna & Simeõ, cuius ætas comparatur Annæ: & ẽt tertium genus, s. de coniugatis, s. Elizabeth & Zacharias. Nullus ergo gradus Christianorum fidelium prætermissus est, de quo non haberet testimonium salus omnium. Vt autem dicit Anselmus, oblatus est in templo, & à sancta uidua susceptus: ut fideles suos domum Dei frequentare, & ut eum mereantur suscipere, studio sanctitatis intendere moneret. A Simeone sene susceptus, atque laudatus est, ut uitæ grauitatẽ, & morum maturitatem, se diligere patefaceret. Exulta ergo & tu cũ

E illo sene Simeone & Anna lõgæua, procede in occursum matris & paruuli, uincat uerecundiam amor, timorem expellat affectus: accipias & infantem in ulnas tuas, dicasque cum sponsa: *Tenui eum nec dimittam*. Tripudia cum illo sanctissimo sene, & concine: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum uerbum tuum in pace: Hæc Anselmus. Moraliter nota, quòd inopinatus concursus istarum personarum, de quibus hîc fit mentio, non sine mysterio instinctu diuino factus est. Vnde nos spiritualiter, in mente debemus istarum quatuor personarũ processionem celebrare. Per Simeonem, qui interpretatur audiens, qui & responsum audiuerat à

spiritu

Prophetia non fuit causa futurorum. Origenes hom. 17. in Lucam.

Anna prophetissæ cõmendatio.

Origenes hom. 17. in Lucam. Omne genus hominũ de Christo perhibet testimonium.

Anselmus in euang. secundum Lucam.

Cant. 13.

Moraliter.

Simeõ, Anna, Ioseph & Maria quid interpretentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spiritu sancto, mentali scilicet reuelatione, significatur uerbi Dei studiosa auditio. Per Annam, quæ interpretatur gratia, & quæ non discedebat de templo, significatur crebra oratio. Per Ioseph, qui interpretatur appositio, uel augmentum, qui & sollicitam curam habuit de puero Christo, intelligitur bonorum operum continua appositio. Per Mariam uerò, quæ interpretatur illuminata, quæ & Christum portauit in utero, significatur diuinæ cõformitatis perfectissima unio. Hæ autem quatuor personæ Christum offerentes, in mẽte debent portare quatuor luminaria. Simeon portat lumen sanctæ meditationis. Anna gestat lumen internæ deuotionis. Ioseph defert lumen uirtuosæ progressionis. Maria uerò portat lumen supernæ contemplationis.

Psal. 76. Hæc quatuor innuuntur in Psalmista, cùm dicitur: *Memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus.* Et patet referendo singula singulis. Et considerandum est quòd præsentationi Domini interfuerunt quinque personæ. Ipse Iesus, per quem significantur innocentes. Maria, scilicet amarum mare, per quam pœnitentes. Ioseph, scilicet accrescens, per quem proficientes. Simeon, per quem perfecti in uita actiua. Anna, per quam perfecti in uita contẽplatiua. In quo significantur illi qui sunt digni uultui Dei, in tẽplo Dei cœlestis Hierusalem, præsentari. Tandem Simeon puerum Iesum matri reddit: quem illa lætanter reaccepit. Postea uadunt ad altare, facientes processionem, quæ hodie repræsentatur per uniuersum orbem. Procedunt alacriter illi duo uenerabiles senes, Ioseph & Simeõ, cum exultatione magna iubilantes. Sequitur mater, portans regem Iesum, cum ineffabili cordis lætitia: & Anna associat eam, uadens ex latere, cum reuerentia iubilans: & ipsi cum indicibili gaudio & laudans Dominum affectu immensõ. Ab istis ergo fit processio uenerabilis: paucis quidem, sed ualde magnis & quasi de omni genere hominum repræsentãtibus. Sunt enim inter eos, de masculis & fœminis, senibus & iuuenibus, uirginibus & uiduis. Maria quidem & Ioseph, tanquam parẽtes, puerum Iesum in templo præsentauerunt. Simeon uerò & Anna, ut prophetæ, præconijs propheticis laudauerunt. Sic & nos in ista die, missarum solennia celebrantes, cereum ac censum (per quem significatur puer Iesus) in manibus baiulamus, & processionem facientes usque ad altare deferimus & offerrimus, recolentes illud lumen ineffabile quod Maria & Simeon hodierna die portauerũt in manibus. Sunt. n. tria in cereo, per quæ significantur tria q̃ fuerunt in Christo. Nã cera significat carnẽ Christi, quę nata est de virgine Maria sine corruptione: sicut apes ceram gignũt, sine alterutro rum commixtione. Lichnus autem in cera latens, significat animam Christi candidissimam, in carne latentem. Ignis uerò siue lumen, significat diuinitatẽ: quia, *Deus noster, ignis consumens est.* Per hæc etiã tria potest trinitas designari. Vnde est uersus: Cera, focus, lichnum: tria sunt monstrantia trinũ. Cùm autẽ peruenerint ad altare, mater cum reuerentia genua flectit, & dilectissimum filium suũ Deo patri suo super altare offert. Præsentabat ipsa beata virgo puerũ domino, gratias agens Deo patri de munere tanto, quòd ipsa virgo eum conceperat & pepererat, & q̃ ipsa in tali prole dignissima, Deo patri communicabat. Præsentatio enim puerorum ad templum, præcepta erat propter tres causas. Tum ut ex hoc infans Domino consecraretur: tum ut per hoc diuinæ custodiæ, per diuinitatis unionem commendatus: sed tertia causa præcipuè locum habuit in Christo, pro qua beata virgo gratias agere debuit Deo patri præ omnibus matribus: ut pote quæ eum singulari priuilegio concepit & peperit. Quid autem ipsa tunc orauerit, quidve dixerit, scriptum non habemus: sed fortè similia his uerba, saltẽm ore cordis, dicebat: Ecce domine sancte pater, præsento tibi filium tuum à te æternaliter genitum, & de me temporaliter natum. Ego præsento tibi eum, qui tibi semper est præsens. Gratias tibi ago, quòd eum tuo munere sic concepi mirabiliter, & peperi ineffabiliter. O sancte pater, hunc filium tuum & meum, tibi offero oblationem nouam: Deum caro factum: qui pro salute mundi oblatus est tibi semetipsum: O qualis est ista oblatio. Nunquam talis facta à seculo. Vnde Bernardus: Offer filium virgo sacra & benedictum fructum ventris tui, domino repræsenta. Offer ad nostram omnium reconciliationem, hostiam sanctam Deo placentem: Hæc Ber. Voluit autem Christus Deo patri præsentari, qui nunquã ab eius aspectibus latuit nobis in exemplum: ut sicut non gratia sui Deus factus est homo, sed ut nos per gratiam faceret Deos: nec propter se circumcisus est in carne, sed ut nos spiritualiter circumcidamur: sic propter nos sistitur Domino, ut discamus Deo præsentare nosipsos. Deinde aduocantur sacerdotes, & redimitur Dominus omnium tanquam seruus quinque siclis argenteis, quia erat primogenitus. Quinque siclis argenteis redimebatur primogenitus: Et erat siclus genus monetæ, obolos uiginti habens. Præcepit enim lex omne masculinum primogenitum tam hominis quàm pecoris, sanctũ Domino uocari, id est, Domino sanctificari & præsentari, ac sanctificatum & dedicatum Domino dici, & sacerdotis esse: ita quòd primogenitum de tribu Leui non redimeretur: sed in ministerio & seruitio domus Dauid, scilicet templi, semper & perpetuò teneretur. Primogenitum verò de alijs undecim tribubus, sacerdos redimi faceret: & precio accepto illud ad propria à parentibus referri permitteret: primogenitum quoque animalis mundi, Deo offerret: immundi uerò aut precio redimi, aut mundo mutari, aut occidi faceret. Est autem animal mundum ad offerendum, mundum ad esum. Immundorũ uerò, aliud est immundum ad offerendũ sed mundũ à natura: aut asinus. Ideoq; aut precio redimebatur, aut agno cõmutabatur. Aliud immundũ ad offerendũ & redimendũ, seu commutandũ, u i delicet canis, & ideo precium aliquod non habens occidebatur, & ex toto ab usibus templi proijciebatur. Cùm igitur Christus de tribu Iuda, una de vndecim fuerit, patet quòd redimi debuit, & ideò redẽptus fuit. Accepit etiam mater de manu Ioseph, aues prædictas, & genua flectens, offert eas super altare, Deo patri. Obtulit ergo beata virgo, tanquã paupercula, par turturum, aut duos pullos columbarum: unum in holocaustum pro filio, alterum pro peccato: in hoc se subdens legi peccatricum, quamuis nullum haberet peccatum. Facta ergo oblatione & redemptione, mater filium recepit, & eum secum domum reportat. Vnde Bernar. Oblatio ista

Præsentationis causa.

Cerei significatio.

Deute. 4.

Præcessio in templo.

Bernardus sermone 3. de purificatione.

Philip. 4.

Dominus quinque siclis redimitur. Siclus quid erat.

Primogeniti oblatio.

Mundum animal duplex: & similiter immundum.

Bernardus sermone 3. de purificatione.

fratres, satis delicata uidetur, ubi tantùm sistitur duobus, redimitur aubus, & illico reportatur. Veniet tempus quando iam non offertur in templo, nec inter brachia Simeonis, sed extra ciuitatem, inter brachia crucis. Veniet quando non redimetur alieno, sed redimet alios sanguine proprio: quia redemptorem misit eũ Deus pater populo suo. Istud est sacrificium matutinum, illud autem uespertinũ:

Psal. 110.

Mystice. Hæc Bernardus. Mysticè, per primogenita animalium, significatur ille qui unigenitus Dei dignatus est nasci: primogenitus, scilicet dignitate oĩs creaturæ, qui est uerè sanctus Domino, quia sine peccato. Moraliter autem per primogenita, significantur bonæ actionis initia: quę quasi corde gignimus, ex Dei gratia. Commonemur ergo hîc, ut omnia primogenita nostra Deo offeramus, quicquid bonũ & iustũ in nostris operibus inuenimus, eius gratiæ non nostris meritis deputemus, dicentes: *Non nobis Domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam.* Si autem immundum aliquid parimus, id est, si peccatum in opere perpetramus, occidamus, id est malum per emendationem radicitus euellamus: aut certè mutemus illud mundo, declinantes à malo & facientes bonum, aut redimamus quinque siclis bona opera: & dignos fructus pœnitentiæ per quinque sensus corporis facientes. Commonemur etiam hîc, ut si in grege operum nostrorum, agnum innocentiæ, uel principales uirtutes, qualis est charitas, castitas, humilitas, patientia, & huiusmodi inuenimus, Deo offeramus: id est, quòd dignè uiuimus, non nostris meritis deputemus: sed illius qui ait in euãgelio: *Sine me nihil potestis facere*: ipse enim dat uelle & perficere. Si autem tam pauperes sumus, ut in opere nostro agnum & diuitias innocuæ uitæ, uel principales virtutes non inueniamus, offeramus saltem duos turtures, uel duos pullos columbarum, id est, duo genera compunctionis: uidelicet timoris & amoris: & non solùm pro nostris, aliorumque diluendis peccatis, sed etiam pro impetrandis uirtutibus, & desiderio patriæ cœlestis quotidie desleamus. Et sic unum pro peccato offerimus, dum de malis perpetratis gemimus: alterum in holocaustum, quando amore cœlestium inflammamur. Moraliter, hîc attendenda sunt tria, scilicet mysterium purgationis Mariæ: sacramentum delationis dominicæ, & significantia oblationis factæ. Quantum ad primum, sciendũ quòd Maria, quæ interpretatur stella maris, uel amarum mare, designat animam, siue sit in lumine uitæ contemplatiuæ siue in amaritudine uitæ actiuæ. Et utrique necessaria est purgatio: quòd uidelicet anima contemplatiua purgetur à superbia, quod fit per timorem: & anima actiua à negligentia, quod fit per rigorem & laborem. In Hierusalem enim (quæ interpretatur uisio pacis, & significat uitam beatam) nemo infertur, nisi prius dies purgationis eius impleantur. Quia nisi quis sit plenè purgatus, & ita purus sicut fuit in baptismo, non potest peruenire ad istam Hierusalem, uel etiam in templum cœleste. Talis autem purgatio celebratur, uel hîc in præsenti per pœnitentiam, aut tribulationes, & huiusmodi uel in pœnis purgatorij. Quantum ad secundum scicdum q̃ legimus Christum delatum in Hierusalem, ut hîc & legimus eum delatum in Aegyptum. In quo docemur, quòd proles mentis nostræ, quæ est intelligentia, nunc cleuanda est ad cõtemplationem æternorum, quæ per Hierusalem designatur, quæ uisio pacis interpretatur: nunc uerò deprimenda est ad considerationem propriorum defectuum, quæ per Aegyptum designatur. Aegyptus enim, tenebræ interpretatur. Possumus etiam aliter quinque numerare loca, in quæ Christus portatur uel ducitur, scilicet in Hierusalem, in Aegyptum, in desertum, in montem excelsum, & in templi pinnaculum: Et ista quinque loca, significant quinque status, in quibus inuenitur Christus. Hierusalem, significat uitam contemplatiuam, ubi est uisio pacis. Aegyptus, significat uitam actiuam, in qua est mœror & angustia tribulationis. Desertum, significat religionem, in qua instituitur iciuniis. Mons excelsus, significat fastigium prælationis. Pinnaculum templi, est sedes magistralis. Et in his statibus inuenitur Iesus: quia in omni statu ecclesiæ, potest inueniri Iesus, scilicet salus. Sed considera quis portauit eum in Hierusalem & alibi: & inuenies quòd in Hierusalem & in Aegyptum, tulerunt Christum Maria & Ioseph, stella maris, & augmentum: fides scilicet & charitas. In desertum, ductus est à spiritu Sancto: sed in montem excelsum, & super pinnaculum, tulit eum diabolus. Et ideò timere debent prælati & magistri, ne eos portauerit diabolus in montem excelsum, scilicet prælationis, & in cathedram magistrationis. Quantum ad tertium, est notandum, quòd oblatio indeterminatè fiebat de turture uel columba. Per turturem, quæ est soliuaga & casta, intelligitur uita contemplatiua. Per columbam uerò, quæ gregatim uolat, & fœcunda est, significatur actiua. Et utraque auis gemitum habet pro cantu: sed aliter. Gemitus enim turturis, competit contemplatiuis, & hîc geminatur, unde dicitur par turturum. Primus gemitus est amoris: de quo dicit Apostolus, quòd intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes. Secundus est deuotionis, de quo dicit idem Apostolus, quòd spiritus postulat pro nobis, gemitibus inenarabilibus. Gemitus uerò columbæ, competit actiuis: hîc est duplex, unde dicitur, duos pullos columbarum. Vnus est pro peccatis proprijs secundum illud Esaiæ: *Quasi columbæ meditantes, gemimus.* Alius est q̃ peccatis alienis, secundũ illud Threnor. *Omnes portæ eius destructæ: sacerdotes eius gementes.* Hunc quadruplicem gemitum offerre debent, qui agnum, id est innocentiam non habent. Prædicta igitur recolligendo dicendum q̃ in hac purgatione, delatione & oblatione, significatur quòd qui purgatus est à superbia & negligentia, & dispositus est ut ascendat ad contemplationem Dei, & descendat ad considerationem sui: & rursus ascendens gemat ex amore & deuotione: & deorsum rediens gemat ex contritione & compassione: in his consistit perfectio fidelis animæ Deo deuotæ. Et quia utræque istę uitæ Deo sunt acceptæ, nõ est dissimiũ, utrũ pro Domino, turtures, an columbæ sint oblatæ: sed indifferenter est dictum, par turturum, aut duos pullos columbarum. Vidisti ergo in prædictis, Christi & parentum eius paupertatem, quia pauperum tantum habebant oblationem. Si autẽ uis informari de humilitate, cõsiderata oblatione & redemptione, ac legis obseruatione, de facili poteris aduertere. Aduerte etiam hîc de Christi humilitate, quomodo à præcedentibus sit aucta successiuè. Nam in natiuitate se habuit ut pauper homo: in circũcisione ut pauper, & peccator homo: sed hodierna die, ut pauper & peccator, & seruus. Vt pauper quidẽ in eo quòd pauperum oblationem elegit: ut peccator uerò, in

Moraliter tria notanda.

Mystice.

Moraliter.

Psal. 113.

Ioan. 15. Philip. 2.

Loca quinque in quæ Christus delatus est.

Portatores Christi.

Genitus quadruplices.

Rom. 8.

Ibidem.

Esa. 59.

Threno. 1.

Humilitatis Christi incremẽta.

eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo quòd ipse cum matre per oblationem expiari voluit: ut seruus autem, in eo ꝙ redimi se fecit. Et quia ut uisum est, post circuncisionem filij, & purgationem matris, tulerunt Iesum in Hierusalem, ut sisterent eum Domino: sciendum & diligenter aduertendum, quòd ex prædictis tribus moraliter instruũtur fideles, ut cùm templum Dei materiale, id est ecclesiam, ingredi uoluerint, in ipsis tribus circunstãtijs se debeant beatæ virgini & Christo conformare: ut uidelicet sint à peccatorum scoria purgati & circuncisi, quò ad primum. Sint brachijs sanctæ matris ecclesiæ deportati, quò ad secundum. Sint rectæ intentionis fine ordinati, quò ad tertium. Primò ergo, ingressuri ecclesiam debent à peccatorum scoria esse purgati, & circuncisi. Nam beata uirgo, antequam ingrederetur in templum, post partum sui immaculati filij, dies purgationis impleuit: ipse etiam filius antequam induceretur in templum, circuncidi uoluit. Non quòd mater purificatione indigeret, aut filius circuncisione: cùm illa non suscepto semine conceperit, & ipse ex intacta uirgine natus fuerit: uterque tamen in hoc legem seuare uoluit, ut nobis daretur forma purgationis & circuncisionis spiritualis: quia purificari & circuncidi debemus à uitijs, antequam ecclesiam ingrediamur, & Deo offeramur, si uolumus quòd ei nostra placeat oblatio: quia secundum Bedam, nemo nisi purificatus & circuncisus à uitijs, dominicis est dignus conspectibus. Ex quo trahitur documentum, quòd nullus ingredi debet ecclesiam, cũ conscientia mortalis criminis, nisi prius sit confessus, uel saltem contritus, si non adsit copia confessoris: & quòd ingressuri ecclesiam, prius debent purificari à peccatis, saltem generali contritione, etiam si non habeant conscientiam certi peccati, cùm bonarum mentium sit culpam timere, ubi culpa non existit, exemplo beatæ virginis, purificatione minimè indigentis. Propter quod consuetudo est, quòd aqua benedicta habetur ante fores ecclesiæ: ut ingressuri, eius aspersione purificentur, etiam à uenialibus, qui de mortalibus sibi conscij non existunt. In cuius figura labium, cum aqua erat ante ostium tabernaculi: & ibi Aaron & filij eius in gressuri tabernaculum, lauabãt manus & pedes. Secundò, debent esse brachiis sanctæ matris ecclesiæ supportati: sicut Christus portatus est in templum, brachiis suæ matris: ut de fidelibus dignè ecclesiam ingredientibus, dicat ipsa mater ecclesia, illud Oseæ: *Portabam eos in brachijs meis.* Extra ista autem brachia unitatis ecclesiæ, sunt hæretici, qui aberant à fide: scismatici, qui deuiant à charitate: & omnes excõmunicati, qui præcisi sunt ab unitate ecclesiæ. Hi enim omnes quia non portantur in brachiis matris, non sunt idonei ad ingressum eius: ut dicit Cyprianus, Non potest habere Deum patrem, qui matris ecclesiæ non tenet unitatem. Frustra ergo & indignè, ecclesiam materialẽ ingreditur, qui inter brachia ecclesiæ mysticè non constringitur. Tertiò debent esse rectæ intentionis fine ordinati: ut uidelicet causa deuotionis & orationis, ingrediantur ecclesiam: non causa uanæ simulationis, sicut hypocritæ. Non causa ostentationis & inanis gloriæ: sicut illi ꝙ se ornãt in uestibus & alijs, ut appareãt hominibus. Non causa lasciuiæ: sicut ꝙ uadunt ad ecclesiam, ad uidendũ mulieres uel uiros ut'& concupiscant & concupiscantur. Non causa uanitatis & solatij: sicut qui uadunt ad ecclesiam, ut uacent uanis colloquijs, cachinnis, & leuitatibus. Non causa quæstus & auaritiæ: sicut clerici qui uadunt ad ecclesiam, solùm propter præsentias sibi dandas: uel qui uadunt ad negociationem, & causa lucri temporalis. Hi enim omnes, quia finẽ debitum non intendunt, non sunt digni ingredi in tẽplum: quia ingredientes, non sistunt se Domino, nec ueniunt spiritu in templum. Vnde non uident Christum, nec eũ amplexari possunt spiritualibus animæ brachiis. Et nota secundum Bedam, ꝙ ille post circuncisionem Hierusalem allatus, & domino oblatus est: qui iuxta eũ qui dixit: *Declina a malo & fac bonum* postquam desiit à peccatis, bonis cœpit operibus abundare: qui dicere potest: *Oculi mei semper ad dominum: ut audiam uocem laudis tuæ*: qui dicit *Christi bonus odor sumus: & leuaui manus meas ad mandata tua: & conuerti pedes meos in testimonia tua*: qui siue manducat, siue bibit, siue aliud quid agit, omnia in gloriã Dei facit: & dicit: *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua domine*: & ad extremum cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum uiuum. Quare autem saluator in templũ portari uoluit præter rationes alias, potest esse ratio, ut per suam præsentiã templum sanctificaret: sicut baptizatus est, ut ipse aquas sanctificaret. Vnde sicut ꝑ baptismum Christi, non solũ sanctificata est illa pars aquæ Iordanis, quæ tetigit carnẽ Christi, sed & omnes aquæ: sic per eius delationem in templum illud in Hierusalem, sanctificata sunt omnia tẽpla in eius nomine dedicata. Propter quod statutũ est ꝙ in ecclesiis, debet haberi etiam corporalis Christi præsentia, uidelicet in sacramento. Vnde etiam ibi recondũtur reliquiæ sanctorum, ibi etiã ministeria fiunt angelorum. Et ideò dignũ est ut ecclesiæ in ueneratione habeantur: & non nisi cum summa reuerentia & deuotione frequententur. Vnde secundum Psalmist. *domum Dei decet sanctitudo.* Possunt autem hæc exponi de templo mentali, in quod uerbum æternũ quotidie inducitur à deuotis fidelibus: de quo ait Apostolus: Templum Dei sanctum est, quod estis uos. Et quia nobilitas cuiuslibet rei, ex eius causis colligitur: hinc est quòd huius templi nobilitas colligitur ex quatuor causis: scilicet, ex efficientis dignitate, ex materiæ preciositate, ex formæ speciositate & ex finis honorabilitate. Primum patet: quia hoc templum, quod est mens animæ rationalis, est ab ipsomet Deo immediatè creatum. Et hoc arguit maximam animæ nobilitatem: nam ad creandã animam, Deus non aduocauit aliquam creaturam, sed ipsa trinitas semetipsam inuitauit, dicẽs: *Faciamus hominem.* Non enim hoc uerbũ direxit Deus ad Angelos ut dicit Augustinus sed ipse pater ad alias personas in diuinis, & ex hoc ostẽditur hoc esse opus singulare ipsius trinitatis. Secundum patet: quia non ex aliqua præiacente materia facta est anima, sed ex nihilo. In omnibus enim rebus creatis, non inueniebatur aliquod materiale ita nobile, ut ex eo posset fieri anima rationalis. Non quidem terra uel aliquod aliorum elementorum, nec cœlum, puta sol, luna, stellæ, seu aliquod corporum cœlestium fuit dignũ intrare compositionẽ animæ rationalis, ut materiale principium eius esset: quæ lõgè altior & nobilior eis extitit. Et ideò facta ẽ ex nihilo, quod ad maximã nobilitatem ei cedit. Tertiũ patet: nam forma rationalis animæ est nobilissima, cùm sit imagine Dei insignita. Non enim Deus impressit animæ imaginẽ alicuius rei creatæ, sed formam sui ipsius: ita ꝙ ipsa forma animæ rationalis, non est aliud quàm quædam relucentia ipsius beatissimæ trinitatis. Nec poterat

Moraliter de templũ ingredientibus.

Beda in illun Luca postquam impleti sũt dies purgationis.

Aqua benedicta ratio.

Osea. 11.

Cyprianus de simplicitate prælatorum.

Intentio tẽplum ingredientium.

Beda in cũ locum.

Psal. 36.

Psal. 24. 2. Corin. 2.

Psal. 118. Eadem. Templi sanctificatio.

Psal. 92.

1. *Corin. 3*

Templi materialis dignitas ex causis animæ rationalis.

Gene. 1.

Augu. lib. de Gene. ad literam imperfect.

terat beata trinitas magis animã rationalem nobilitare, quàm quòd eam sibi assimilauit, & propriè imaginis formam ei impressit: vt quia similitudo est causa dilectionis, & ut anima omnẽ affectũ dilectionis in ipsum cõuerteret, cùm nihil sibi simile in rebus creatis inueniret. Quartũ patet: nã Deus non ad aliũ finẽ creauit animã, quàm propter seipsum: vt videlicet esset habitaculũ suũ. Iuxta illud Psalmist. *Quoniam elegit Dominus Sion.* id est animã speculatricem: *elegit eam in habitationem sibi.* Et quoniã ad hoc eã elegit, summè eius ĩhabitationẽ cõcupiscit. Iuxta illud Prouerb. Pæbe fili cor tuũ mihi. Et illud Sapictis: Deliciæ meæ esse cũ filijs hominũ. Vnde quãdocunq; Deus, huiusmodi animã dignè præparatã ĩuenerit: quasi voto potitus, dicit illud Psalmistæ: *Hæc requies mea in seculũ seculi: ibi habitabo, quoniam elegi eam.* O igitur fidelis anima, si nobilitatẽ tuã, ex omnibus præmissis caussis attenderes, utiq; nunquã peccares. Vnde Bernardus: Si nobilitatẽ tuã cognoscis ò anima mea, peccatũ abominaris. Et certè in tantũ desideratio nobilitatis animæ, ducit in abominationẽ peccati, quòd etiã nõ habẽdo respectũ ad præmia vel ad pœnas, adhuc induceret ad nõ peccãdũ: quia anima nobilis, omnia ista caduca reputat nimis vilia & indigna, ad hoc vt ipsa eis uelit coinquinari. Et hæc est quædã sancta & nobilis superbia animæ generosæ: quã etiã habuit ille gẽtilis Seneca, ꝙ dixit: Si scirẽ Deos ignoscituros & homines ignoraturos, a ihuc propter peccati vilitatem peccare dedignarer. Hoc igitur tẽplũ Dei mentale debet esse ornatũ & depictũ uarijs coloribus uirtutũ: videlicet colore albo castitatis, rubeo uolũtariæ pro Christo passionis, croceo spiritualis iocũditatis; uiridi virtuosi exercitij, blaueo cœlestis desiderij, aureo charitatis, demũ nigro humilitatis. In istud igitur tẽplũ, sic cõpositũ, sic ornatũ, debemus inducere puerũ Iesum verbũ æternũ: ibiq; debemus offerre pro eo par turturũ, aut duos pullos colũbarũ, id est geminã dilectionẽ, Dei videlicet & proximi: vel solitudinẽ cõtẽplationis, & publicũ actionis: aut castitatẽ mẽtis & corporis: ꝙa turtures sunt aues castissimæ ad multiplicationẽ bonorũ operũ: ꝙa colũbæ sunt aues ĩ prole fœcũdæ. Debemus etiã eũ cum Simeone portare in vlnis, amplexãdo cum brachiis ueri amoris. Debemus nihilominus eum benedicere, pro omnibus beneficijs mẽti, i huiusmodi prægustatione diuinæ dulcedinis exhibitis: vt sic desiderio dissolutionis affecti, beatã fruitionẽ verbi æterni expectemus, cãtantes cãticũ iubilosum cum Simeone, & dicẽtes: Nunc dimittis seruum tuũ domine: secundũ verbũ tuum in pace. Magna est ergo præsens solẽnitas propter multa quæ in ea facta sunt, quã tamẽ tria specialiter attollunt. Primũ est, Christi in tẽplum inductio præsentialis. Secundum est, parẽtũ eius pro eo oblatio legalis. Tertium est, Simeonis senis cõsolatio salutaris. Et secundum hæc tria, festum istud sortitur tria vocabula. Nã ratione primi, dictũ est hypapanti, ꝙ idem est ꝙ præsentatio: eo quòd ipso die Christus præsentatus est in templo. Ratione secundi, dicitur festum purificationis: eo ꝙ tunc beata uirgo pro sui purificatione secundũ legẽ, licet non indigeret, oblationẽ fecit. Ratione tertij, dicitur candelabra, vel festũ luminis: eo ꝙ hodie candelas benedictas & accẽsas in manibus gestamus, repræsentantes & sectantes in hoc, deuotionem Simeonis. Hoc tẽplum domini sanctũ, de quo hæc dicitur, in monte Moria est constitutum, in quo uoluit Abraham immolare Isaac filium suum, in quo etiam loco Iacob dormiens, vidit scalam ere-

Psal. 131.

Prouer. 23

Prouerb. 8.

Psal. 131.

Bernard. in medit.

Superbia sancta.

De peccati feditate.

Solennitatis huius magnitudo.

Hypapãti.

Purificatio.

Moria, mõs in quo templũ domini, & templi insignia.

Templum rotundum

E mini,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mini, supra firmam petram. Contra Bethaniam: Nõ est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. Contra montem Oliueti: Beati qui habitant in domo tua domine. Contra vallem Iosaphat: Benedicta gloria domini, de loco sancto eius. Contra claustrum templi: In domo domini, omnes dicent gloriam. Cõtra mõtem Sion: Templum domini sanctum est: Dei cultura est: Dei ædificatio est. Item contra ciuitatem: In domum domini lætantes ibimus. Hoc templum in inferiori parte vrbis, in uicinia muri ad Oriẽtem, nec longè à muro, ad meridiem est situm. In huius templi ecclesia, solebant esse cum abbate canonici regulares, secundum regulam beati Augustini, domino seruientes. Non longè autem ab hoc templo domini, est templum aliud immensæ quantitatis, & altitudinis: quod domus saltus, id est de lignis libani dicitur, & templum Salomonis vocatur: quia Salomon ibi docebat, & iudicia faciebat: & ad distinctionem alterius prædicti, quod specialiter appellatur templum domini. Vt ergo Maria & Ioseph perfecerunt omnia quæ secundum legem debebantur, nihil omittentes, quamuis non tenerentur, recesserunt de Hierusalem, uolentes redire in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Erat quidem, ut dicit Theophilus, eorum ciuitas Bethlehem sicut patria. Nazareth uerò tanquam habitaculum. Vadè & tu semper cum eis, & adiuua puerum Iesum, & seruias eis in quibus poteris.

Augustin. in regula.

ORATIO.

IESV desiderabilis, qui in templo tẽ iusto Simeoni, te ad uidẽdum desideranti, ad amplexãdum misericorditer tribuisti: veni Iesu dulcissime, & toto cordis desiderio te expectanti, teipsum clementer indulge: & quicquid immunditiæ in me inueneris, per gratiam purificantem expelle. & cor meum tẽplum tuum dignãter inhabitando perfice, ibi te brachijs desiderij amplexer & teneã. Da mihi semper desiderare te fontem luminis, qui es apud patrem: & non prius de hac uita exeam, quam te oculis cordis uideam, quies amor & desiderium, uita & præmium te desiderantium. Amen.

De fuga Domini in Aegyptum, & nece innocentium. Correspondet euangelio. Angelus domini apparuit in somnis Ioseph, &c.
Cap. XIII.



A Cvm ergo Maria & Ioseph pergerent uersus Nazareth, nescientes adhuc super hoc consilium domini: & timor iam de puero inciperet dilatari, *Angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicens ei*, ut surgens acciperet puerum, & matrem eius, & fugeret in Aegyptum: quia *futurum esset vt Herodes quæreret puerum ad perdendum eum*, Quoniam ad humilitatem perfectam, trium specialiter adornari decet comitatu virtutum, scilicet Paupertatis, in fugiendo diuitias: ut fomenta superbiæ. Patientiæ verò, in æquanimi perpessione contemptus. Obedientiæ quoque, in alienis parendo mandatis. Ideo supernæ reuelationis oraculo, Iesus in Aegyptum transfertur, ut peregrinus & pauper, in paruulis ipsius causa occisis, occiditur, & quasi, in quolibet truciB datur: & ad patriam reductus adeò erat subditus parentibus, ut nunquam uel ad momentum secederet, nisi cùm duodecim factus annorum, remansit in Hierusalem, non sine matris dolore quæsitus, nec sine gaudio inuentus. Ioseph uerò euigilans, matrem excitat, & quæcunque ipse ab angelo audierat, ei narrat. Ipsa verò incontinenti, & nulla mora contracta, surrexit, & ad iter arripiendum se disposuit. Concussa sunt enim ad hanc uocem, omnia uiscera eius: & etiam circa salutem filij, nolebat negligens saltem inueniri. Conspice & meditare ista: & quomodo C puerum Iesum dormientem, mater eleuat, & puer sic importunè excitatus, plorat: & compatere ipsis, si qua in te sunt viscera pietatis. Cogita quæ consolatio matri esse poterat, quando ipsa puella delicata, quæ de partu recenter surrexerat, in terram longinquam, per uias asperas & incognitas, cogebatur fugere, quando puerum tenellum, sic per uias longas cogebatur circunferre: quando inter idololatras compellebatur manere. Igitur de nocte uersus partes Aegypti ire cœperunt, quia nox magis quàm dies fugæ competit: vt sic negocium, magis occultè fieret, & secretius pericula eminentia euaderent, ne scilicet fuga à videntibus accusari apud regem posset. Licet enim de hoc haberent reuelationem diuinam, non tamen propter hoc debebãt omitD tere, quod poterant facere secundum viam humanam. Ecce fugit Christus, & nocte fugit, ut fuga quæ per se difficilis est, noctis obscuritate difficilior fiat. Fugit autem in Aegyptum, ut eos specialiter illuminaret præ cæteris & sanaret. Vnde Augustinus: Audi etiam magni mysterij sacramentum. Moyses quandoque in Aegypto, perfidis clauserat diem illuc Christus adueniens, sedẽtibus in tenebris reddidit lucem. Vnde & Chrysostomus: Sed quare in Aegyptum? Recordatus est enim dominus, qui in finem non irascitur, quanta mala fecerat super Aegyptum: ideò misit filium suum in eam, dans illi reconciliationis signũ, & perpetuæ amicitiæ pignus, ut decem plagas Aegypti, una medicina sanaret. O mutatio dexteræ excelsi: ut populus qui antè fuerat persecutor populi primogeniti, postea fieret custos filij vnigeniti. Et iterum in Aegyptum paruulus mittitur, ut illam regionẽ quæ præ omnibus terris, flamma impietatis ardebat, igne potius fidei succenderet: ex his persuadens etiam, de alijs mundi partibus, speranda esse meliora. Et ut etiam addiscamus quòd ab ipsis uitę initijs, ad tẽtationes debeamus atque insidias præparari. Nam ab ipsis cunabulis Christi istud effectũ est, ut tu uidelicet hoc audiens, cùm uideris te tribulationes varias, & mille sustinere discrimina, nihil

Math. 2.

Humilitatis perfectæ ornamenta.

Chrysostomus cur Aegyptũ fugit.

Augustin. sermone de epiphania.

Chrysostom. hom. secunda operis imper.

Fuga labores & difficultates.

turberis: sed ut isto munitus exemplo uiriliter cuncta sustineas, sciens tribulationes maximas inseparabiles quasdam comites esse uirtutum: Hæc Chrysost. Ideo etiam fugit in Aegyptum magis quàm in aliam terram, ut ostenderet se verum Moysen: ut sicut Moyses populum Dei de Pharaone & Aegypto liberans in terram, duxit promissionis, ita ipse populum fidelium de diabolo & inferno liberans, secum ad regnum duxit beatitudinis. Multa quidem bona considerare potes in præsenti negocio & materia. Primò, considera quemadmodum dominus in sua persona circa prospera, susceptit etiam aduersa. Etenim in natiuitate sua, magnificatus fuit à pastoribus, tanquam Deus: & parum post circuncisus tanquam peccator. Deinde uenientes Magi eum plurimum B honorauerunt, & ipse nihilominus, in stabulo remanens, inter bestias stabat, & ut cuiusdam homunculi filius plorabat. Postea præsentatus in templo, Simeon & Anna extulerunt quàm plurimum: & tunc ab angelo dicitur quòd fugiat in Aegyptum. Et multa talia in uita sua poteris perpendere, quæ ad nostram instructionem possumus retorquere. Vnde Chrysostomus: Misericors Deus mœstis rebus quædam etiam iocunda permiscet, quod certè in sanctis omnibus facit, quos neque tribulationes, neque iocunditates finit habere continuas: sed tum ex aduersis, tum ex prosperis iustorum uitam, quasi admirabili quadam varietate contexit: quod hic quoq; eum fecisse considera. Videndo quippe sanctus Ioseph graC uidam sponsam, in turbationem incidit maximam. Sed affuit repentè Angelus, suspicionem soluens, & timorem prorsus extinguens. Deinde uidens puerũ signo natũ, maxima exultatione repletus est. Sed rursus huic gaudio, periculũ grande succesit: cùm tota ciuitas turbaretur, & ipse rex fureret. Sed & hunc mœrorem rursus lætitia subsecuta est, apparitio uidelicet stellæ, & adoratio Magorum. Post hanc quoque iocunditatem, iterum periculum, iterumq; formido. Quærit Herodes animam pueri, & fugere necesse est, & in longinqua pertransire. Hæc Chrysostomus. Cùm ergo consolationẽ habueris, tribulationẽ expecta, & econuerso. Vnde nec in consolationibus D debemus extolli: nec in tribulationibus frangi. Dat enim nobis Deus consolationes, ad spem subleuandam, ne deficiamus: & tribulationes ad humilitatem conseruandam, vt cognoscentes nostram miseriam, semper in suo timore stemus. Secundò considera circa Dei cõsolationes & beneficia: quòd qui ea percipit, non percipienti se præferre non debet: & qui non percipit, non deiiciatur animo, nec percipienti inuideat. Nam & Angelorum locutiones fiebant Ioseph, & non matri, cùm tamẽ longè esset ea inferior. Item & qui percipit, si non percipit pro suo velle, nõ debet esse ingratus, vel murmurare: cùm etiam Ioseph, qui tantus erat apud Deum, non palam, sed in E somnis, tales locutiones acciperet. Tertiò considera qualiter Deus permittit suos persecutionibus & tribulationibus vexari. Et uerè magna erat tribulatio matri & Ioseph, cùm viderent puerum Iesum ad occisionem quẽri. Quid enim grauius audire poterant? In hoc etiam tribulatio erat, quòd in terram longinquã quã ignorabant, & per uias asperas eos ire oportebat, cùm essent inhabiles ad eundum: dña propter iuuentutẽ, Ioseph vero propter senectutẽ: ipse etiam puer quem portare habebãt, adhuc tenerrimus erat. Peregrinari quoq; habebant in terra aliena, pauperes & quasi nihil habentes. Omnia enim ista sunt afA flictionum materia. Tu quoque cùm turbaris, patientiam habe: nec credas tibi à Deo priuilegium dari, quod nec sibi tribuit, nec matri. Quartò considera benignitatem domini. Vides quàm cito persecutionem patitur, & fugatur de terra natiuitatis suæ: & quàm benignè cædit furori illius, quem poterat in momento perdere. Magna patientia domini, sed non minor eius humilitas. Ille enim ante faciem persecutoris fugit, cui angeli ministrant. Deus est, sed ut homo fugit Herodem miserum, qui refugium est omnium. Profunda hæc eius humilitas, & mira patientia: nolebat persecutori uicem reddere, nec eum offendere, sed fugiendo insidias uitare. In quo dedit nobis exemplum, vt & nos sic facere conemur, scilicet aduersantibus uel persequentibus non resistere, vel de ipsis vindictam expetere: sed patienter expectare, & furori ipsorum cedere: & quod plus est, vt alibi docet, pro eis orare. Quia enim dominus ne occideretur, sublatus est in Aegyptum, significat electos sæpius malorum improbitate, suis è sedibus effugandos, uel etiam exilio damnandos. In quo etiam debilibus exemplum reliquit, & eos ad patientiam confortauit. Nam quòd fugit, sacri fuit exempli, non timoris: ut exemplum daret suis, maximè cùm fuga & cõseruatio prælati prodesset ecclesiæ, vt Pauli: & quando grex non periclitatur de fuga prælati. Moraliter per fugam istam in Aegyptũ, C significatur fuga iusti à periculo & perditione peccati, in statum pœnitentiæ, ubi debet manere vsque ad obitũ Herodis, id est, donec cessent impugnationes hostis. Fugiebat quoque dominus ante faciem serui sui, imò potius serui diaboli: non quòd mortem timeret, sed vt tempore cõgruo sustineret. Non enim fugit mortem, qui mori venerat: nec insidias expauit, qui insidias & versutias diaboli aperire uenerat. Portauit eum mater tenera & iuuenis ualde: & sanctus Ioseph multum senex in Aegyptum, per uiam silueſtrem, obscuram, nemorosam, & inhabitatam, & per uiam ualde lõgam. Dicitur enim quòd ad iter cursoris sunt duodecim uel quindecim dietæ, pro eis autem fortè erat duorum mensium uel plurium. D Iuerunt autem, ut dicitur, per desertum illud, per quod filij Israel transierunt: in quo & quadraginta annis steterunt. Sed quomodo de uictu secum portando faciebant? Vbi etiam & quomodo de nocte hospitabantur & quiescebant? Raro enim domos in illo deserto inueniebãt. Compatere ergo eis: quia labor difficilis, magnus & longus: & tam puero quàm ipsis: & uade cum eis, & adiuua portare puerum Iesum, & in omnibus quibus poteris, exhibe eis ministerium. Non debet uideri nobis labor pœnitentiam agere pro nobisipsis, pro quibus labor tantus ab alijs & à talibus & totiens est assumptus. Vnde Anselmus. Noli in tua meditatione fugientem in Aegyptum relinquere in comitatu. Inspiciat oculus deuotionis paruulum Iesum: dulces mammillas gloriosæ uirginis matris suæ dulciter sugentem: & mammillas maternas filiali more tractantem. Quid uisu iocundius? Quid delectabilius? Quid suauius? Cerne illum qui immensus est: paruulis brachiis ad materna colla pendentẽ, & dicas: Fœlix sum, fœliciorq; dum illum uideo quem reges optauerunt uidere, & non uiderunt. Dignus est uisu, qui speciosus est forma præ filiis hominum. Cogita & recogita, quo animo, & qua cogitatione tenebatur illa dulcissima mater eius: cùm illum dominum, tantum ac tantillum in brachiis suis, exultans & læta teE 2 neret:

Bona in Christi fuga: quia dulcibus miscet amara.

Chrysost. hom. 8. in Mathæ.

Tribulari iustos Deus qualiter permittit.

Cetus ad fugam inhabilis.

Benignitas & patientia domini.

Electorum exilia & eiectiones ac fugæ, vtiles.

Moraliter.

Longitudo itineris & difficultas.

Luce. 10. Esa. 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neret: cùm ei vt infantulo gestienti, dulcibus osculis ac frequentibus cõgauderet: cùm eũ lachrymantem super genua sua, quibus poterat modulis consolaretur: cùm deniq; alijs atque alijs studijs, ad quæ ipsam materna pietas informabat, ei pro qualitatum uicissitudinibus sedula blandiretur. Item vlterius notandum est, qualiter Maria in via apprehensa est cum puero Iesu, à latronibus. Opinare uerum esse quòd dicitur eum esse à latronibus comprehensum in via: & adolescẽtuli cuiusdam beneficiò ereptum. Erat is, vt dicunt, principis latronũ filius: qui præda potitus, cum paruulum in matris gremio aspexisset, tanta in eius speciosissimo vultu, splendoris maiestas apparuit, ut eum supra hominem non esse ambigens, incalescens amore, amplexatus est eum. Et ô inquit, beatissime paruulorum, si aliud se tempus obtulerit rursus miserendi, tunc memento mei, & huius temporis noli obliuisci. Ferunt hũc latronem fuisse, qui ad dexteram Dei crucifixus, alterum blasphemantem corripuit, dicens: *Neque tu times deum, qui in eadem damnatione es.* Et nos quidem iustè: hic uerò nihil mali gessit. Conuersus uerò ad Dominum eum in illa quæ in paruulo apparuit, intuens maiestate, pacti sui non immemor: Memento, inquit, mei dum ueneris in regnum tuum. Itaq; ad incentiuum amoris, hac non inutile arbitror vti opinione, remota omni affirmandi temeritate: Hæc Anselm. Herodes autem, cùm Magi quos æstimabat per eandem uiam regressuros, ad eum non reuerterentur, & nihil sibi renunciarent, putauit eos visione stellæ deceptos, & erubuisse ad eum redire, & ideò cessauit à pueri inquisitione. Vel tot & tantis occupationibus regia cura distendebatur, ut à pueri inquisitione auerteretur uel impediretur. Sed cùm postmodum audiret quæ in templo gesta essent, quid Simeon dixerit, & quid Anna prophetauerit, tunc fama pueri nati crescente, turbatus ex his, magis timuit. Et sentiens se illusum à Magis ad ipsum non redeuntibus, iratus est ualdè: tum propter sui contemptum: tum propter timorem amittendi regnum: ideò de morte puerorum Bethlehemitrum tractauit: vt cum illis occideretur ille qui incognitus sibi fuit. Putabat enim quòd si omnes pueri occiderentur, unus quem quærebat, euadere non posset. Non æstimans infœlix, quia non est consilium, non est sapientia, non est prudentia contra dominum. Dum ergo de nece puerorum disponeret, per epistolam hortatus est à Cæsare Augusto vt Romam ueniret. Qui cùm iter faceret per Ciliciam audiens naues Tarsensium Magos transuexisse, iratus valde in spiritu vehementi, id est in ira, comburi & conteri fecit naues de Tharso Cilicię, quibus Magi credebantur occultè redisse, secundum quod Dauid prophetauerat, dicens. *In spiritu vehementi, conteres naues Tharsis.* Et de Roma reuersus Hierosolymam, misit speculatores, & iussit o ccidi *omnes pueros, qui erant in Bethlehem Iudæ, & in omnibus finibus eius, & locis adiacentibus, a bimatu & infra.* id est biennes & minoris ætatis, usque ad puerum diei, seu noctis unius, secundum tẽpus quod à Magis de ortu stellæ exquisierat: ut nec loco nec tempore cæleretur qui natus erat: quorum maxima pars, tertio miliario à Bethlehem, ad Austrum, sepulta est. Bimatus, spacium duorum annorum dicitur, à bis & ymatos Græcè, quod est annus Latinè: & inde bimatus, quasi binus annus appellatur. Vnde dicitur, bimus, bima, bimum, scilicet animal duorum annorum: & trimus, trima, trimum, annorum trium. Inter opiniones diuersas, plurium sententia, & vtitatior hæc est, quòd Herodes, euoluto anno post Christi natiuitatem, occidit infantes, & ex stellam eadem die qua natus erat dominus, ortã dicerat: & secundum ortum stellæ dominum anniculum, & insuper aliquot dierum esse sciebat, ideoq; supra ætatem eius, usque ad bimos & infrà, usque ad unius diei seu noctis, in infantes desæuit pueros: timens ne puer cui sydera famulabãtur, paulò suprà ætatem suam, uel infra speciem suã transformaret, ut ætatem sui temporis occultaret. Sic ergo post annum, & quatuor à natiuitate domini dies, uerisimile est eum occidisse infantes. Tunc impletum est illud Hieremiæ: *Vox in rama audita est, ploratus & vlulatus, &c.* Rama non est hìc proprium nomen loci, sed est hìc nomen commune: ac interpretatur & significat excelsum. Vt sit sensus: Vox in excelso audita est, id est, longè lateque dispersa: quia multum exaltata, circunquaque diffundebatur, præ sua magnitudine immensa. Multus enim ploratus: quantum ad fletum paruulorum: & vlulatus, quantum ad lamentum matrum, ibi erat: vbi tot parentes, tot homines utriusque sexus, uisa tanta crudelitate: etiam si uellent uoce cohibere, non poterant. In paruulis autem, mors faciebat finem doloris: in matribus uerò, semper per memoriã reparabatur: & ideò dicit: Vlulatus multus. Vel in excelso audita est: quia de morte innocentium mittebatur, quorum sanguis usque ad cœlos contra interfectores eorum clamauit, secundum illud. *Vox pauperis penetrat nubes.* Quamuis autem Bethlehem sit in tribu Iuda, orta de Lya: & Hierusalem in tribu Beniamin, orta de Rachel: plorare tamen dicitur Rachel filios Iudæ, id est, Bethlehem quasi suos: siue quia iuxta Bethlehem in Effrata sit sepultar ac ratione sepulturæ, & ex materni corpusculi hospitio, nomen matris accepit: & dicta est mater ipsius Bethlehem, & habitantium in ea. Siue quia Iuda & Beniamin duæ tribus iunctæ ac vicinæ sibi & proximæ erant: quia iuxtà se hæreditatẽ acceperant: & funiculus sortis Beniamin prope Hierusalem perueniebat, & Herodes præceperat, non solum in Bethlehem: sed & in omnibus finibus eius, interfici pueros. Et per occisionem Bethlehem, intelligimus multos Rachel filios de Beniamin, pro victima fuisse occisos: quod euangelista insinuat, ad exaggerandum scelus Herodis, quòd ex effrenata crudelitate hoc fecit. Vnde dicit Rabanus: Crudelitas in nullo modum tenuit: non est contenta vastatione Bethlehem, sed adiacentia loca vastauit. Plorauit autem *Rachel filios, & noluit consolari: quia non sunt*, id est, de hoc quòd nõ essent, & super hoc quòd mortui erant: quia in æternum victuros esse sciebat Rachel, quæ ouis vel uidens principium dicitur, ecclesiam significat: cuius tota intentio, ut Deum contempletur inuigilat, & ipsa est ouis centesima, quam pastor in humeris ad caulas reportat. Hæc ergo filios suos plorauit, quia pro persecutione fidelium gemit. Non uult autem consolationem recipere de hoc, quia non sunt, id est, quia nõ sunt mortui: ut qui vicerunt seculum morte, rursus ad seculi certamina, secum toleranda, redeant iterũ pugnaturi: sed gaudet potius quia fœliciter sunt, & regnãt cum Christo per martyrium coronati. Plorat ergo ecclesia bonos, vt martyres, quia uidet eos iniustè cruciari: sed quia scit illos beatos, non vult temporaliter, sed æternaliter consolari. Plorat insuper etiam malos, ut impœnitentes, quia uidet eos damnari:

Maria & Ioseph, quo modo in latrones inciderunt.

Luca. 23.

De nece puerorum.

Psal. 47.

Bimatus unde dicitur.

Hiere. 31. & 11. Rama.

Ecclc. 35.

Rachel. Gene. 35.

Rachel ecclesiam significat.

Luca. 15.

nari: & quia videt illos irremediabiliter perditos, nõ vult consolari. Vbi sciendum quòd triplex est genus martyrum. Quidam enim patiuntur voluntatẽ & actu: vt Stephanus. Quidam voluntate, non actu: vt Ioannes euangelista. Tertij, non voluntate, sed actu: vt Innocentes, in quibus Christus, cuius vice mortui sunt, suppleuit, si quid defuit voluntatis. Vnde ordinantur eorum festa post natiuitatem domini, secundum maiorem martyrij dignitatem. Primò, Stephani. Secundò, Ioannis. Tertiò, Innocentium. Nam dilectus ecclesiæ Christus, candidus in Ioanne: rubicũdus, in Stephano: electus ex millibus in innocentibus. Innocentes ergo etsi usum non habeant, & sic testificari non poterant: Christus tamen cuius uice mortui sunt, suppleuit si quid defuit uoluntatis: ipsi autem non loquendo, sed moriendo, testificati sunt. Laxato igitur uocabulo, martyres Christi, id est testes dicuntur. Quos enim testes Latinè dicimus, Græcè martyres appellantur: non quia propriè testes Christi sunt, quia nec pro fide Christi, nec pro iustitia occubuerunt: sed quia pro fide Christi, id est loco Christi occisi sunt: quia in eorum numerò Christus quærebatur occidi: in quo eum etsi non loquendo, tamen moriendo sunt confessi. Multis uerò de causis potest quis martyr fieri: scilicet pro iustitia, ut Abel: pro lege Dei, vt Machabæi: pro assertione veritatis, vt Esaias & Hieremias: pro argutione peccati, ut Ioannes Baptista: pro salute populi, ut Christus: pro fide & nomine Christi, ut Stephanus: pro libertate ecclesiæ, ut Thomas: pro Christo, seu loco Christi, ut hi pueri. Vnde & ecclesia pro his pueris solennizat, quamuis ad inferos descenderunt, & ob hoc quædam cãtica lętitiæ prætermittuntur. Vnde Chrisostomus: In Bethlehem, omnes occiduntur infantes, qui dum innocenter pro Christo moriuntur, primi Christi martyres extiterunt, & perfectæ laudis martyrium consequuntur. Vnde non immeritò, infantes illi beati per omnia extiterunt, qui primi mori pro Christo meruerunt. Vnde & Augustinus: O paruuli beati, modo nati, nunquam tentati, nondum luctati, iam coronati. Et iterum: Nunquam prophanus hostis, beatis paruulis tantum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio. Nam quantum contra eos iniquitas abundauit: tantum gratia diuinæ benedictionis effulsit. Et dum insequitur Christum regi nostro coæuum: procurauit exercitum stolis victricibus candidatum, Hæc Augu. Considera hìc quomodo Christus adhuc infans tenerrimus, iam cępit pati in se & suis: & vehementer ei compatere, si qua in te sunt viscera pietatis. Vnde Anselmus: Sed & tenella hæc Christe tua infantia, à persecutorum gladijs tuta non fuit. Adhuc enim, inter dulcia matris ubera sugens dependebas, quando apparuit Angelus in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum: & esto ibi, usque dum dicam tibi: futurum enim est vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum: iam ex tunc bone Iesu pati cœpisti. Non solùm autem illam animæ infantiæ vexationem in teipso pertulisti, sed etiam mortem in pusillis tuis: quorum multa millia inter mammillas matrum pro te Herodis trucidauit immanitas, excepisti: Hæc Anselmus. In rege Herode crudelitas impiorum existimantium martyrũ cæde posse religionem Christianam extinguere, & in occisione paruulorũ cunctorum martyrum: qui paruuli, id est humiles & innocentes, occisi sunt ab impijs forma præcesit. Sed non sic religio in Christo fundata extinguitur: quia, vt Leo ait, non minuitur persecutionibus ecclesia, sed augetur. Vnde secundum Bedam & Bernar. Herodiana malitia, & Babylonica crudelitas, est nascentem velle religionem extinguere, & paruulos Israelis allidire. Si quis enim quid ad salutem pertinens, si quis religionis & sanctitatis ortum, uel profectum, uel consummationem impedit, uel persequitur, talis planè cũ Aegyptijs paruulos Israelitici germinis necare conatur, imò cum Hero de nascentem saluatorem persequitur. Quòd autẽ nato Domino persecutio cœpit, significat per omne tempus uitæ præsentis, non deesse futuros, qui electos Dei persequerentur, sicut Dominus in Euangelio ait: *Si me persecuti sunt, & uos persequerentur.* Et Apostolus: *Omnes qui pie uoluit uiuere in Christo persecutionem patiuntur.* Quòd uerò pueri pro Domino occisi sunt, significat per humilitatis meritum, ad coronam martyrij esse ueniendũ: Quia, ut Dominus ait, *qui se humiliat, exaltabitur.* Puerorum enim innocentia, humilitatem significat simplicium, de quibus ait Dominus: *Sinite paruulos uenire ad me, talium est enim regnum cœlorum.* Quòd autẽ occisi sunt, sed Christus euasit, insinuat corpora martyrum, ab impijs posse perimi: sed Christum pro quo persecutio sæuit, nullatenus posse à fidelibus auferri. *Siue enim uiuimus, siue morimur, Domini sumus.* Moraliter occidunt pueros multos, & multipliciter, Pharao submergendo, Herodes detruncando, Antiochus suspendendo, Medi sagittando. In flumine submergente, significatur delectatio præsentis uoluptatis: in gladio detruncante, inflictio præsentis aduersitatis: in sagitta de longè percutiente, timor futuræ asperitatis: in suspẽdio spes, siue ambitio futuræ prosperitatis. Sic ergo diabolus, qui Pharao, id est dissipans per inuidiam: qui Herodes, id est gloriãs per superbiam: qui Medus, id est mensurans, scilicet culpæ pœnam per malam intentionem: qui Antiochus, id est silentium paupertatis per fraudulentiam. Pauperiatẽ enim cælat, & diuitias suggerit. Hic occidit pueros secundum quatuor affectiones, quę sunt gaudiũ præsentis prosperitatis, & spes futuræ: tristitia præsentis asperitatis, & timor futuræ. Et est notabile q̃ interficiuntur pueri, in quo stultitia, in Bethlehem, in quo abundantia, à bimatu & infrà, in quo superabundantia: & hoc compatiendo, luget ecclesia. Cùm autem Maria & Ioseph cum puero Iesu intrarẽt Aegyptum, omnia idola illius prouinciæ in templis suis corruerunt, sicut per prophetam Esaiam fuerat prophetatum. Tradunt enim, quòd sicut in exitu filiorũ Israel de Aegypto, non fuit domus Aegypti, in qua Deo procurante, non iaceret mortuus primogenitus, ita nec modo fuit templum in Aegypto, in quo non corruisset idolum. Sicut & ante arcam Domini corruit Dagon idolũ, cùm arca appropinquasset ad ipsum. Spiritualiter etiam corriuit vitia, ingrediente Domino domum cuiusque, prius desertam per peccata. Vt etiã dicitur in Scholastica historia, quando Hieremias in Aegypto per captiuitatẽ ductus fuerat, prophetauit eis quòd in futuro, quędã uirgo pariturа esset, & tunc omnes dij, & omnia idola Aegypti ruerẽt. Aegyptij ergo imaginẽ virginis cũ puero sculpebant, & sibi honores exhibebant. Hæc autem prophetia, modo quãdo Christus cũ matre intrauit Aegyptũ, est impleta, nã omnia idola Aegypti corruerũt, & virginẽ (sicut p̃dictũ fuerat) peperisse indicauerũt. Hoc idem prefiguratum fuit in Moyse &

Martyrũ genus triplex.

Ex causa quinta.

Innocentes habẽdi sũt martyres.

Martyriũ sit multis de causis.

Chrysostomus. hom. 2. in natali Innocentium tom. 2.

August. sermone de Innocentibus.

Anselmus in speculo euangelici sermonis cap. 4.

Herodis imitatores.

Beda in eũ locum. Bernar. sermone. 3. de epiphania.

Ioan. 15.

2. Tim 3.

Luca. 14.

Marci 10.

Rom. 14. Moraliter

Idolorum casus.

Esaiæ. 2.

Idola pœnitus conteruntur.

Moraliter.

Virgo à Hieremia prædicta.

Historia scholastica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Corona Pharaonis. Hammon.

Pharaone, in confractione Dei sui Hammonis, & coronæ. Vt enim in scholastica historia dicitur, Pharao rex Aegypti, coronam regalem habebat, in qua imago Dei sui Hammonis Aegypti sculpta fuerat. Filia ergo Pharaonis, quæ Moysem puerum in filium adoptauerat, postea quadam uice decreuit, ut eum Pharaoni regi videndum pręberet. Cui Pharao alludens, coronam suam imponebat, quam ille in terram proiiciens penitus confringebat. Et cùm eum occidere uoluisset, dixerũt quidam quòd puer hoc ex insipientia fecisset. Moyses nutu Dei, saluatus est à nece Pharaonis: sic Christus nutu Dei saluatus est de gladio Herodis. Moyses natus est, ut filios Israel educeret de Aegypto: Christus homo factus est, ut eriperet nos de inferno. Moyses Deum regis Aegypti cum corona confregit, Christus omnia idola Aegypti, & Deos in nihilum redegit. Hanc ruinam idolorum, illa statua prætendebat, quam rex Nabuchodonosor in somno videbat. De monte autem sine manibus quidam lapis est abscisus, & in pedes illius statuæ, seu imaginis & idoli, est illisus. Contriuitque eam, & in puluerem redegit, & postea idem lapis in montem magnum excreuit. Lapis iste significat Christum, qui abscisus est de monte sine manibus, quia natus de Maria sine tactibus maritalibus. Lapis iste, scilicet Christus, contriuit in Aegypto omnia idola, de quacunque erant materia. Et confracta statua, lapis ille in montem magnum excreuit, quia destructa idololatria, fides Christi per totum mundum inoleuit. Et Christus creuit in montem talem & tantum, quòd summa immensitate repleuit tam cœlum quàm mundum.

Danie. 2. Lapis ab sci sine manibus.

Per trãsitum Domini in Aegyptum, propter persecutionem Herodis, significatus fuit transitus Apostolorum ad gentes, propter persecutionem eis motam à Iudæis. Per reditum autem eius in Iudæam, defuncto Herode, significatur illuminatio Iudæorum in mundi fine. Vnde secundum Remigium, per Ioseph designantur prædicatores: per puerum, fides & notitia saluatoris: per Mariam, Ecclesia & sacra scriptura: per persecutionem Herodis, persecutio facta à Iudæis: per fugam Ioseph in Aegyptum, transitus prædicatorum ad gentes, ad quas fidem Christi & Ecclesiæ tulerunt, relicto Herode, id est Iudęorum infidelitate. Per tempus autem quo fuit in Aegypto, spatium temporis ab ascensione Domini, vsque ad aduentum Antichristi. Per obitum Herodis, extinctio inuidiæ in cordibus Iudæorum in fine. Tunc itaque Dominus, in Aegypto ignorantiæ tenebras effugauit, & idolorum uanitate discussa, Dei ueri cultum uenerationemque reparauit. Vbi ignis fidei succensus in tantum excreuit, quòd etiam deserta eius repleuerit. Domini enim præsentiam, postmodum eremus Aegypti meruit, vt paradiso melior, & cœlo clarior effecta uideretur. Vnde Chrysostomus: Denique si quis nunc ad Aegypti ueniat solitudines, paradiso prorsus omnem illam uideat eremum digniorem, & innumerabiles Angelorum cœtus, in corporibus fulgere mortalibus. Est enim cernere tota illa regione diffusum exercitũ Christi, & admirabilem illum regium gregem, virtutumque cœlestium conuersationem in terris micantem. Non ita uarijs astrorum choris cœlum refulget, ut Aegyptus innumeris monachorum distinguitur atque illustratur habitaculis. Noctes quidem sacris hymnis & uigilijs, dies uerò orationibus, manuumque operibus exercent, Apostolicæ cursum

Chrysostomus hom. 8. in Matthæum. De Aegypti partibus.

A uirtutis imitantes: Hæc Chrysostomus. Iuerunt ergo ad quandam ciuitatem Thebaide, quę vocatur Heliopolis, & ibi aliquam domunculam conducentes, habitauerunt per septem annos, tanquam aduenæ & peregrini, pauperes & egeni. Sed vnde & quomodo isti tanto tempore uiuebant, nunquid mendicabant? Legitur autem de Domina, quòd colo & acu, quærebat sibi & filio necessario. Suebat ergo & filabat domina mundi, pro precio, paupertatis amore & zelo. O quot & quantæ huiusmodi aduenis fiebant iniuriæ, quas dominus uitare non uenit, sed susćipere. Quid etiam si aliquando filius famem patiens, panem petijt, nec unde daret mater habuit? Nonne in his & similibus, totaliter concutiebantur uiscera eius? Consolabatur verbis filium prout poterat, & nihilominus opere uictum procurabat, & sibi fortè aliquando de uictu subtrahebat, ut filio reseruaret. Et si ex opere manuum oportebat quærere uictum, quid dicemus de uestimentis, quid de utensilibus, scilicet lectis & alijs intra domum oportunis? Nunquid duplicia? nunquid superflua? nunquid curiosa habebat? Hæc cõtra paupertatem sunt, & hæc si habere posset, nollet ea paupertatis amatrix. Sed nunquid domina suendo, uel alia opera faciendo, faciebat more quorundam opera curiosa? Absit. Est enim periculosum & ualde magnum vitium propter multa, de quo latius dicetur infrà. Conspice nunc dominam in laboribus & operibus suis, filando, suendo, texendo, sollicitam, quomodo facit ea fideliter, atque humiliter cum diligentia habendo, & nihilominus super filio & gubernatione domus, curam diligentissimam habendo, uigilijsq; & orationibus iuxta posse semper intendendo, & toto affectu compatere sibi, & considera q̃ non habuit omnino gratis regnum Dei domina regni. Sed & Ioseph sanctus, faber lignarius, aliquid operabatur in arte lignaminis. Vnde quia compassionis occurrit materia, tandem cùm aliquam moram cum eis contraxeris, pete recedendi licentiam, & benedictione accepta, primò à puero Iesu, deinde à matre, postea à Ioseph, genibus flexis, & cum lachrymis compassione magna ualefacias eis, quia tanquam exules à patria, sine aliqua causa, & exbanniti, remanent ad peregrinandum ibidem, per annos septem, in sudore vultus sui uicturi.

Heliopolis.

Maria interrosa.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui adhuc infans, persecutiones & exilia pati, & infantes tunc pro te occidi uoluisti, da mihi misero hæc omnia, ac etiam mortem, si oportet pro te patienter tolerare, cunctaque prospera mundi despicere, & nulla eius aduersa formidare. Et uos ò sanctissimi innocentes, flores & primitiæ martyrum: qui per innocentiam & martirij palmam Dei filio infanti adhæsistis, dignemini de plenitudine gratiæ, & innocentiæ vestræ infirmitati & miseriæ, peccatorum meorum ueniam, & gratiam ab eodem Dei filio benignissimo obtinere. Amen.*

DE

De reditu Domini ex Aegypto, & initio pœnitentiæ Ioannis Baptistæ. Correspondet Euangelio: Defuncto Herode, &c. Cap. XIIII.



Matth. 2.

OMPLETIS autem ferè septem annis, quibus Dominus peregrinatus est in Aegypto, & Herode mortuo, uocatus est Dominus ex Aegypto, quia sicut dicitur in historijs, tricesimo anno regni Herodis, natus est Christus, & tricesimo octauo anno regni sui, mortuus est Herodes. Hoc autem factum est, ut consecutiuè adimpleretur quod dictum est à Domino per Oseam prophetam: *Ex Aegypto vocaui filium meum, scilicet consubstantialem.* Hoc autem de uocatione & exitu Israel de Aegypto, ad literam legitur, qui etiam quandoque puer & filius à Domino appellatur. Ista ergo authoritas habet duplicem sensum literalem, quia uerificata est ad literam, de populo Israel, uocato à Domino de Aegypto. Perfectius tamen de Domino nostro Iesu Christo, quia ipse est filius Dei naturalis, alij autem sunt filij per adoptionem.

Osee 11.

Primo ergo anno Archelai, senioris filij Herodis, & anno Domini octauo, *appuruit Angelus Domini Ioseph, in somnis, dicens ei: Tolle puerum & matrem eius, & uade in terram Israel,* scilicet in Iudæam, *defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri*, id est uitam corporalem, scilicet Herodes & complices eius, & fautores in mortem Domini, scilicet Scribæ & Pharisæi. Quia secundum Iosephum, Herodes præcepit in morte sua, plures de nobilibus Iudæorum interfici, ut sic cogeret Iudæos qui eum oderãt, flere in sua morte. Vel Herodes mortuus est ad literam, alij quò ad potestatẽ. Ex hoc ergo loco secundum Hieronymũ, intelligimus non solùm Herodẽ, sed & sacerdotes & scribas, eodẽ tempore, necẽ Domini fuisse meditatos. Vt autem ait Remigius, per hoc quòd Angelus in somnis Ioseph apparuisse dicitur, mystice designatur, quòd illi qui à curis terrenis & secularibus negocijs requiescunt, perfrui angelica uisione merentur. Igitur Ioseph *consurgens*, tanquam promptus obediens, *accepit puerum*, tanquam nutricius sollicitus, *& matrem eius*, tanquam comes obsequiosus, & cœpit redire *in terram Israel*. Vadunt ergo & transeunt per desertum, per quod uenerunt. Vade & tu cum eis, auxilium & seruitium exhibens, & impendens ipsis in quibus poteris. Et in ipso itinere, poteris compati eis, & respicere ipsos fatigatos & labore deuictos, & tam de die quàm de nocte, parum quietis habentes. O quantum puer egregius ac delicatus, rex cęli & terræ, pro nobis laborauit, & quàm citò cœperit. Vnde & propheta in eius persona prædixit, *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea.* Penurias magnas, labores arduos, & afflictiones duras corporis, constatissimè assumpsit, & seipsum quasi odio pro amore nostri habuit. Certè solus hic labor, de quo nunc tractamus, ad plenam redemptionem nostram sufficere debuisset. Dicitur autem quòd prope finem prædicti deserti, iam puer Ioannes Baptista, pœnitentiam agere cœperat, cùm tamen nullum peccatũ haberet, quia dicitur petisse desertum, dum septem annorum esset, & quòd locus Iordanis, ubi baptizauit ipse Ioannes, est ille ubi transierunt filij Israel, quando uenerunt de Aegypto per ipsum desertum, prope quem locum, in eodem deserto, Ioannes fecit pœnitentiam. Prædicator pœnitentiæ futurus, quàm citius potuit, aspera solitudinis eligit & petiit, ubi primæuam ætatem transegit, ut uiuens in desertis, uitam austeram duceret, & ab amore & illecebris mundi, & se & auditores suos suspenderet facilius, & reuocaret: & ut ibi contemplationi uacaret liberius, diuinam sapientiam hauriendo, quam postea effudit prædicando. *Bonum est igitur, eius exemplo, ab adolescentia iugum Domini portare*: & dum natura tenera est, bonis se assuescere, & in prædicandis auditores actu præcedere. Ex quo sumitur argumẽtum, q̃ antequam quis perfectus fuerit, aliorum magisterium obtinere non debet. Sed Manebat Ioãnes in deserto, ubi est aër purior, cœlum apertius, & familiarior Deus, ut quia nondum Baptismi & prædicationis tempus aduenerat, orationibus uacaret, & cum Angelis conuersaretur, & extra multorum malitiam nutriretur, & neminem uereretur arguere, nihil sibi conscius, & esse fide dignus, qui Christũ erat prædicaturus, & de ipso testificaturus. Nemo enim alterius testis esse potest idoneus, nisi prius fuerit suus. Fugit igitur turmas & tumultum populi, ne ex cohabitatione contraheret infamiam, uel uita ali quam maculam scandali uel delicti. Qui si in mundo mansisset, fortè malitia & conuersatione hominum deprauatus fuisset. Mundum itaque fugit, ut sanctitatem suam custodiret, & ne leui saltem uerbo uel peccato, uitam macularet. Nam secundum Chrysostomum, sicut impossibile est, arborem iuxta uiam positam, fructus usque ad maturitatem seruare, sic hominem iuxta mundum positum, usque in finem uitæ innocentiam custodire. Sunt autem quædam arbores, quæ licet in horto sunt plantatæ, ita q̃ ab stipitem transeuntes non possunt attingere, tamen ramos suos per uiam expandunt, & ideò molestantur à trãseuntibus, sic est de religiosis in negociis secularibus se implicantibus. Excellens ualde & mirabilis est puer iste Ioannes. Ipse enim fuit primus eremita, ac principium, & uia religiosè uiuere uolentium. De cuius singulari cõuersatione Petrus Rauennas ita scribit: Infra teneritudinem annorum beatus iste puer, spiritu ducẽte ad eremũ ductus est, nec obstitit ætatis infirmitas, quã maiestas Domini fœcundauit. Reliquit Ioannes mundum, homines fugit, patriam nescit, parentes aspernatur, & in solius diuinitatis apicẽ beatæ contemplationis figit obtutus. Mira rerũ conuersatio hominẽ uix mũdum ingressum, mũdi gloriã fugere, & seculi cupiditates non solùm obliuisci, sed & nescire, perpetuum

Iosephus li. 1. de capti. 21. Heroductus dele præceptum. Hieronymus in eũ locum.

Labores Christi à iuuenta.

Psal. 87.

Ioannis Baptistæ pœnitẽtię locus.

Thre. 3.

Deserti cõmendatio.

Chrysostomus hom. 30. operis imperfect.

De mundo peruerte. e.

Ioannis Baptistæ laus.

E 4 cum

Universidad de Deusto Biblioteca

cum diuinitate ſtabilire conſortium. Receſſus montium, ſyluarum anfractus, & uallium ſubteriacens vaſtitas, puero patriarchæ domicilia, cùm nox cogerat præbuerunt. Sic Ioannes ætatis ſupergreſſus infantiam, & nobilioris generis generoſitatem oblitus, ſoli vacat diuinitati, forma uitæ, monachorum propoſitum, anachoritarum principium, totius religionis aſſertio.

Ioannes Baptiſta monachorũ princeps. Chryſoſto. hom. de Ioãne Baptiſta tom. 3.

Vnde & Chryſoſtomus: Sicut ſacerdotum principes ſunt Apoſtoli, ſic monachorũ princeps Ioannes Baptiſta eſt, quantum tradit Hebræorum ſcriptura, & vſque hodie in memoria eſt. Conſiderate monachi dignitatem veſtram: Ioannes princeps veſtræ eſt dignitatis. Ipſe monachus ſtatim ut natus eſt in eremo uiuit, in eremo nutritur, Chriſtũ expectat in ſolitudine, non vult cum hominibus cõuerſari, in eremo cum Angelis probatur:

† Philoſophatur.

† fœlix iſta conuerſatio deſpicere homines, Angelos quærere, vrbes deſerere, & in ſolitudine Chriſtum inuenire. Chriſtum non quærebat in templo, ſed in deſerto: ſe parauit ſe à multitudine. Oculis expectantibus Chriſtum, nihil aliud dignum eſt aſpicere niſi Chriſtum, fœlices ſunt qui imitantur Ioannem, quo maior inter natos mulierum non fuit: Hæc Chryſoſtomus. Infœlices ergo monachi ſunt, qui Ioannem principem ſuum non ſequentes, ſolitudinem ſuã deſerunt, & in vrbibus cum hominibus conuerſantur, quibus ſolitudo carcer eſt, & oppidum paradiſus.

Hieronymus ad ruſticum Monachum de monachi inſtitutione.

Non ſicut Hieronymus ſentiebat, qui dicebat: Viderint alij quid ſentiant, unuſquiſq; ſenſu ſuo dicitur, mihi oppidum carcer eſt, & ſolitudo paradiſus: Hæc Hieronymus. Agnoſcat ergo monachus nomen ſuum. Monos enim Græcè, vnus Latinè, & achos Græcè, triſtis Latinè dicitur.

Monachi nomẽ, & qualis ſit uita.

Inde monachus, quaſi unus & triſtis interpretatur. Sedeat ſolus & triſtis, & officio ſuo uocet, alienumq́ue officium non uſurpet:

Hugo.

Qui tamen ſi docere vult, audiat conſilium Hugonis, qui dicit: Vilitas habitus tui, & ſimplicitas vultus, & ſanctitas conuerſationis tuæ, docere debent homines. Melius fugiendo mundum doces, quàm ſequendo. Qui etiam ſecundum conſilium Gregorij, reuerentiam ſui habitus, in actu, in cogitatione, in locutione, ſemper circunſpiciat: ut ea quæ mundi ſunt, perfectè deſerat: & quod oſtendit humanis oculis habitu, hoc ante Dei oculos, moribus prætendat. Non ergo glorieris, ꝙ in ſolitudine vel religione ſis, aut longo tempore fueris, niſi in ea bene vixeris, quia nihil tibi proderit: imò magna damna pateris, ſi eremita vel religioſus uocaris, & uitam non agis.

Hieronymus epiſtola ad Paulinũ de inſtitutione monachi. Auguſt.

Vt enim ait Hieronymus, non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene uixiſſe, laudandum eſt. Vnde Auguſtinus ad fratres eremitas: Non enim ſatis prodeſt, quòd iſtum locum expetiuimus, ſi tales ſimus, quales in ſeculo eſſe poteramus. Nunquid nobis habitatio huius ſecreti aliquid prodeſt, quando tyrannico dominatu malitia in nobis regnat, quando ira ſuperequitat, quando maiorem nobis uictoriã, humanus oculus quàm diuinus inducit, quando laudabiles eremitæ extra mundum nos eſſe credimus, & per diuerſarum paſsionum vitia, mundum intra nos incluſum tenemus, ita vt qui putabamus nos precibus noſtris ſeculo ipſi ſuccurrere: penè neceſſe ſit vt uideamur magis ſeculi interceſsoribus indigere. Dubium quippè non eſt, quòd illa anima quæ concupiſcentia uoluptatũ poſſeſſa, efficitur mundanæ conuerſationis, non poſsit effici regnum diuinitatis.

Ad eremũ uenire ſumma perfe.

Ideoq́ue fratres, uidete uocationem veſtram. Venire quidem ad eremum, ſumma perfectio eſt: ſed

Ideo eſt, ſed nõ perfectè in eremo viuere ſũma damnatio.

A non perfectè in eremo viuere, ſumma damnatio eſt. Quid enim prodeſt, ſi locus corporaliter quietus teneatur, & inquietudo in corde uerſetur? Quid inquã prodeſt, ſi in habitatione ſilentium, in habitatoribus ſit uitiorum tumultus, & colluctatio paſsionũ: ſi exteriora noſtra ſerenitas teneat, & interiora tempeſtas? Non enim ideò ad locum iſtum uenimus, vt nobis mundus ſamuletur, vt rebus omnibus abundantes, omni quiete fruamur: non vtique ad requiẽ, nec ad ſecuritatem, ſed ad pugnam huc uenimus, ad agonem proceſsimus, ad exercenda cum vitijs bella properamus, ut linguæ gladio retundamur, vt non ſolùm non inferamus iniurias, ſed nec ſtatim ſentiamus illatas: Hæc Auguſtinus. Sed heu, pauci ho-

B die religioſi reperiuntur, qui de bono in melius proficiunt, & de uirtute in uirtutem aſcendunt.

Bernardus epiſt. 91. De raro monachorum profectu.

Vnde Bernardus: Multo facilius reperiens multos ſeculares conuerti ad bonum, quàm unum de religioſis tranſire ad melius. Rariſsima auis in terris eſt, qui de gradu quem in religione ſemel fortè attigerit, uel parum aſcendit. Aut aſcendas, neceſſe eſt, aut deſcendas: ſi attentas ſtare, ut ruas, neceſſe eſt. Et iterum: Minimè pro certo eſt bonus, qui melior eſſe non vult, & ubi incipis nolle fieri melior, ibi deſinis eſſe bonus: Hæc Bernardus.

Reditus Chriſti.

Ioſeph autem & Maria, cum puero Ieſu tranſeuntes Iordanem, venerunt in terrã Iſrael ſecundum Angeli iuſsionem. Non enim de-

C terminauerat Angelus, in quo loco terræ Iſrael, nec nominauerat aliquam ciuitatem determinatè, vt dubitante Ioſeph, iterum reuerteretur, & ex reuerſione Angeli inſtruentis eum de loco, Ioſeph ex frequentiori uiſitatione Angeli, & locutione cum eo, certior redderetur, & magis conſolaretur. Quòd Ieſus in patriam ſuam reuerteretur, nos quoque in patriã noſtram feſtinare admonet. *Audiens* verò Ioſeph, *quòd Archelaus* filius Herodis ſenior regnaret in Iudæa pro ſuo patre, timuit illuc ire præ Archelao paternæ crudelitatis hærede, quia ille tanquam principalis magis pro patre zelabat, & omnis impetus perſecutionis in Bethlehem eiuſq́ue finibus deſæuiebat.

Iudæa. Pſal. 75.

Iudæa, aliquando accipitur pro tota terra duode-

D cim tribuum, vt ibi: *Notus in Iudæa Deus*. Aliquando pro ſola terra tribus Iudæ, vt ibi: Iudæa & Hieruſalem, nolite timere. Aliquando pro terra duarum tribuum, ſcilicet Iudæ & Beniamin, ut hîc dicitur quòd Archelaus regnauit in Iudæa. Diuiſum ergo erat regnum, & iam à pluribus regebatur.

Herodis teſtamentum & filij.

Ad cuius euidentiam eſt ſciendum quòd ſecundum opinionẽ magis probabilem, Herodes moriens condidit teſtamentum, in quo ordinauit Archelaum filium ſuum regni ſui ſucceſſorem, ita tamen quòd coronam ſibi non imponeret, niſi per Romanum imperatorem. Ad ſumendum igitur diadema, Romam uenit, ſed & fratres eius duo, ſcilicet Herodes Antipas, & Philip-

E pus, qui cum ipſo mortem patris ſuperſtites erant (quia alios tres filios ſcilicet Antipatrum ſuum primogenitum, & Alexandrum & Ariſtobolum pater ante mortem ſuam miſerabilẽ necauerat) etiam Romam uenerunt, & paternæ hæreditatis partem petierunt.

Diuiſio Iudææ.

Tandem imperator & ſenatus Romanorum, uolentes frangere Iudæorum ſuperbiam, & auferre eis rebellandi occaſionem, abſtulerunt eis regiũ nomen, & diuiſerunt regnum in quatuor partes, ſcilicet tetrarchias: quarum duas, ſcilicet Iudæam & Abilinam dederunt Archelao, filio ſeniori: tertiam uerò, ſcilicet Galilæam regionem transfluentem, dederunt Herodi Antipæ, ſub quo Ioannes eſt decollatus,

latus, & Dominus paſſus, ſed quartam, ſcilicet Ituræam & Traconitidem regionem dederunt Philippo, cuius vxorem abſtulit ipſe Herodes Antipas frater eius. Et ſic Archelaus erat Diarcha: ſed alij duo fuerunt tetrarchæ. Adhuc præter Herodem Aſcalonitam, & Herodem Antipam, ſupradictus etiam tertius Herodes dictus Agrippa, filius Ariſtoboli, filij Herodis Aſcalonitæ fuit, qui Iacobum fratrem Ioannis gladio occidit, & Petrum incarcerauit. Et quia Archelaus fuerat à patre, quantum in ſe erat, in toto regno Iudęorum ſubſtitutus: ideo magis fauebat factis à patre. Propter quod Ioſeph timuit ire in Iudæam, *& admonitus in ſomnis*, per Angelum iuit cum puero & matre eius in Galilæam, vbi dominabatur alius filius, ſcilicet Herodes, qui portione ſibi debita à patre, quantum in ſe erat, antè priuatus fuerat. Propter quod Ioſeph ibidem cum puero ſecurius manſit: quæ & ipſa terra Iſrael erat, quia eã Iſrael incolebat. *Et ueniens, habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth*: vt ibi Chriſtus nutriretur, vbi fuerat conceptus, licet in Bethlehem fuerat natus. Ibi enim ſecurius habitare poterat quàm in Hieruſalẽ,

Chryſoſtomus hom. 9. in Matt.

uel Bethlehem, vbi Archelaus manebat. Vnde Chryſoſtomus: Venit igitur Ieſus in Nazareth, nõ ſolùm periculi timore, uerum etiam patriæ amore cogente, ſcilicet ut ſecurius ibi habitaret, & gratius. Hoc autem factum eſt *ut adimpleretur quod dictum eſt per prophetam: Quoniam Nazaræus uocabitur*. Hoc ut, tenetur conſecutiuè, non cauſaliter, quia prophetia non eſt cauſa euentus rei, ſed euentus eſt cauſa impletionis prophetiæ.

Nazaræus Chriſtus nũcupatus eſt.

Nazaræus autem Chriſtus eſt nuncupatus, tam ex loci appellatione, vbi conceptus eſt & nutritus, quàm ex ſacramento legis, ſecundum quam Nazaræus ſanctus interpretatur: & Dominũ omnes ſcripturæ ſanctum dicunt, & teſtantur. Sicut ergo elegit locum in quo naſceretur, ſic & ciuitatẽ, in qua coadoleſcens nutriretur. Cuius nomen eſt indicio, quòd eſſentialiter ipſe fons ſanctitatis in ſanctitate nutritus, ſanctus ſanctorum, quaſi Nazaræus Nazaræorum, rectè dicitur.

Nazareth.

Nazareth enim flos campi, uel germen nouellum, vel ſanctitas interpretatur, de cuius radice germinis, ſanctus ſanctorum, id eſt Nazaræus, aſcendiſſe legitur.

Nazaræi uocabãtur qui nunc Chriſtiani.

Vnde & ex hoc quòd Chriſtus dictus eſt Nazaræus, diſcipuli eius & Chriſtiani, prius communi nomine con ſueuerunt Nazaræi vocari. Sed poſtquam Petrus Antiochenam ſedem tenuit, communi conſilio Grę co nomine, à Chriſto Chriſtiani dicti ſunt. In Nazareth ergo concipi & nutriri Chriſtus voluit, vt per hoc daret intelligi, quòd florida fuit & eius conceptio, quia ſine peccato originali, & eius conuerſatio, quia ſine actuali. Vnde dicit Bernardus, quòd amat florigeram patriam, flos de radice Ieſſe. In hos autem quòd derelinquit Aegyptum, & uenit in Galilæam, habitauitq́ue in Nazareth, datur nobis exẽplum, quòd ſtatum culpæ debemus deſerere, & de uitiis ad uirtutes tranſire, in perſeuerantiaq; bonorum operum florere: vt ſic ad patriam cœleſtem valeamus peruenire. Ecce reduximus puerum Ieſum de Aegypto. Eo reuerſo, ſorores Dominæ, aliiq́ue conſanguinei & amici concurrerunt, & ad viſitandum eos feſtinant. Ipſi autem Nazareth remanent, & pauperem uitam ducunt. Vbi more ſolito, Ioſeph operas fabriles locauit: & Maria filando, & ſuẽdo, & aliàs prout potuit, laborauit: ac nihilominus circa filium ſuum diligens & ſolicita fuit. Vt enim ait Anſelmus: Nec eſt aliqua ſcientia, quæ poſsit pe-

De ſedulitate Mariæ in filiũ. Anſelmus lib. de excellentia beatæ Mariæ c. 4. tom. 3.

A netrare, nec eloquentia quæ poſsit prædicare, quanta dulcedinis ſedulitate paruulum fouerit, quanta diligentia obſequioq́ue adoleſcentem, & in robur ætatis prouexerit uadentem. Et vt ipſamet cuidam deuotæ perſonæ reuelauit, multotiens cùm filium ſuum gremio confoueret, præ nimia deuotionis dulcedine: caput ſuum capiti filij acclinans, tantas lachrymas effudit, vt caput & totam eius faciem lachrymis amoris rigaret, & dicebat: O ſalus & gaudium animæ meæ. Quis hæc audiens, uel mente tractans, ſe à lachrymis poterit continere? Exinde uſque ad duodecimum annum pueri Ieſu, non legitur aliquid de ipſo, uel eius parentibus. Dicitur tamen, & uerisi-

Chriſti infantiæ officia.

B mile eſt, quòd in Nazareth adhuc eſt fons paruus, ad quem Domina aliquando ibat, & de quo puer Ieſus frequenter aquam hauriebat, & matri miniſtrabat: ut pote qui ſubditus illi erat. Pro ſummis ergo deliciis, interdum aquam tribuit ſuæ matri, qui dat eſcã omni carni. Vbi etiam herbas in agris collegit, de quibus mater olera conficeret. Faciebat huiuſmodi ſeruitia matri humilis Dominus: non enim habebat alium ſeruientem, uel iuuantem in neceſsitatibus. In humilitate, ſe tẽpeſtiuè exercere cœpit, de qua poſtmodum præ cæteris uirtutibus gloriando, dixit: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*.

Matt. 11.

Vnde Anſelmus: Nihil uæſanitatis æſtimes tibi acceſſurum, ſi eum apud Nazareth puerum inter pueros contem-

C pleris, ſi obſequentem matri, ſi operanti nutritio aſsiſtentem intuearis.

ORATIO.

O IESV *mitiſſime, qui de virgine natus in partes Aegypti ſeceſſiſti: & ab Aegypto vocatus, in terram Iſrael rediſti: reuoca me Domine ſeruũ tuum à vultu oculorum tuorum in Aegypto huius exilij proiectum, in huius peregrationis tenebris exulatum, ab Aegypti partibus, à mundanæ conuerſationis tenebris reduc corpore, reduc mente, reduc & voluntate, fac me vitia deſerere, & ad uirtutes trãſire, & in terrã promiſſionis me digneris introducere: modo fide, ſpe, & charitate: in*

D *futuro uerò re, ſpecie, glorificatione & ueritate. Amen.*

De eo quòd puer Ieſus remanſit in Hieruſalem, & inuentus eſt in templo. Cap. XV.



E

PVER *autem Ieſus creſcebat*, in augmento, *& confortabatur* in uigore, ſcilicet quantùm ad corpus. Et ne quis imaginetur ita eum creuiſſe ſecundum animam, ſicut creuit ſecundum corpus: ideo ſubdit ꝙ

erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat *plenus sapientia* scilicet quantum ad animam: *& gratia Dei erat in illo*, scilicet quantum ad utrumque. Vnde secundum Bedam: Quia in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, ideo puer iste erat plenus sapiẽtia, nec secundum hoc indiguit augeri uel confortari, ut pote verbum Dei & Deus, sed inquantum fuit homo erat in eo gratia. Magna enim gratia illi homini Christo donata est, vt ex quo homo fieri cepisset, perfectus esset & Deus. Et secundum eundem Bedam: Huic simile est quod scribit Ioannes, cum plenum gratia & veritate, eandem ipse diuinitatis excellentiam nomine ueritatis, quã Lucas sapientiæ nomine commẽdauit. Habuit quippe Christus plenitudinem omnium uirtutum dono rum spiritus sancti, exceptis fide, & spe, pro quibus habuit certam sciẽtiam & firmam possessionẽ, quia ab instanti suæ conceptionis beatus fuit. Quotiens ergo Christus crescere & confortari, uel tale aliquid agere dicitur, omnia ad corpus referuntur. Nam secundum animam ab instanti conceptionis totaliter perfectus fuit, sed hanc perfectionem non ostendebat nisi prout conuenientia temporis exigebat. Vnde Bernardus: Vir erat Iesus nondum natus, sed sapientia non ætate: animæ uigore, non corporis maturitate: integritate sensuum, non corpulentia membrorum. Neque enim minus habuit scientiæ Iesus conceptus, quàm natus, paruus, quàm magnus. Siue ergo latens in utero, siue vagiens in præsepio, siue iam grandiusculus interrogans legis doctores in tẽplo, siue iam perfectæ ætatis docẽs in populo, æquè perfectè fuit plenus spiritu sancto. De his & huiusmodi habes etiã infrà in fine huius capituli. *Et ibant parentes eius*, tanquam deuoti & religiosi legis obseruatores, *per omnes annos*, vt essent *in Hierusalem in die solenni Paschæ*, scilicet paraseeue ut legem audirent, sacrificijs participarent, solennitati interessent, & eius adhuc umbræ seruiebant, cuius iam ueritatem tenebant.

Beda in c. 2. Lucæ. De plenitudine sapientia Christi.

Beda ibidem. Ioan. 1.

Virtutes omnes praeter fidẽ & spẽ habuit Christus, nec crescebat in anima.

Bernardus hom. 2. super missus est.

Festiuitates legales Iudæorum.

Vbi nota quòd legales festiuitates Iudæorũ quædam erant communes & continuæ, quædam anniuersariæ. Communes & continuæ erant duæ: scilicet sabbatum, quo vacabant ab omni opere, quòd illo die Deus requieuit ab omni opere creationis. Alia est neomenia, in principio scilicet nouæ lunæ, ad laudem creatoris, qui creauit omnia tempora. Anniuersariæ uerò festiuitates erant quinque: scilicet festum Paschæ, quod celebratur decimaquarta luna mensis primi. Erat hæc festiuitas in memoriam liberationis de Aegypto. Secunda erat, festiuitas Pẽtecostes, quæ celebratur quinquagesima die à Pascha, eo quòd tunc data fuit lex Iudæis in monte Sinai à Deo. Tertia festiuitas erat tubarum & clangorum, quę erat prima die mensis Septẽbris, tunc enim buccinabant cornibus pecorum, in memoriã quòd eadẽ die fuit Isaac liberatus ab immolatione patris, pecore substituto pro eo. Quarta, festiuitas erat propitiationis, & celebratur decima die mensis Septembris: quia eadem die uenit ad eos Moyses referens Dei iram placatam de offensa conflationis uituli quem adorabant. Quinta erat scenopegia, scilicet festum tabernaculorum, quod erat decimaquarta die Septembris, & tunc illis diebus habitabant in tabernaculis, in memoriam quòd patres eorum quadraginta annis in deserto fuerũt sub umbraculis habitantes. Inter has quinque festiuitates, solæ tres, scilicet Paschæ, Pentecostes, & scenopegiæ erant solemniores, & protendebantur septem diebus. In his tribus omne masculinum, secundum præceptum legis ascendebat in Hierusalem, ut appareret coram Domino, qui tamẽ erant remoti, ex rationabili causa de Pentecoste & scenopegia se poterant excusare, sed de Pascha non nisi infirmitate cogente. Ista autem lege mulieres non erant astrictæ, sed tamen plurimæ ueniebant ex deuotione. Vnde & beata uirgo ascendebat singulis annis, nolens puerum dimittere sine cura, maximè quandiu regnauit Archelaus. Quamuis ergo parentes timerent Archelaum, ibant tamen in Hierusalem ad diem festum: quia poterat fieri ut tunc inter tam ingentem turbã latenter ascẽderent mox reuersuri, ut nec solennitate prętermissa essent irreligiosi, nec longa mansione conspicui. *Et cum factus esset Iesus annorum duodecim, ascẽdit cum parentibus suis secundum legis consuetudinem ad diem festum in Hierusalem.* Per hoc ostendit, quòd à pueritia debent homines assuescere ad diuina, & ad idem facit quòd aliis recedẽtibus in loco diuini cultus remansit. Laborauit ergo etiam nunc puer Iesus itineribus longis, & uadit ut honoret patrem suum cœ lestem in festis suis, obseruans humiliter legem Dominus legis. Quia enim Dominus uenit ut daret omnis perfectionis & humilitatis exemplum, uoluit legem, quamdiu statum habuit, conseruare: ubi Beda: Seruauit ipse legem quam dedit, ut nobis, qui homines sumus puri, ostenderet seruandum per omnia quicquid Deus iubet. Sequamur ergo iter humanæ conuersationis eius, si deitatis gloriam delectamur intueri: Hæc Beda. Nos itaque serui, ad exemplum Domini debemus magno studio bonorum operũ & præuenire solennitates, & celebrare, ac sollicitè diuina præcepta obseruare. Vnde quidam frater tam magnę deuotionis ad festa Christi & beatę uirginis, & ad festum omnium sanctorum erat, quòd ante quodlibet festum iciuniis, ac orationibus, & castigationibus, ad susciendum ipsum festum se præparabat, & quandiu aliquod festum durauit, tam diu circa illud meditationibus, & orationibus se occupauit. Moraliter hic instruimur quòd specialiter in diebus festiuis, quilibet Christianus debet ire ad locum quem elegit Dominus, id est, ad Ecclesiam, non ad theatrum, uel tabernam. Debet uacare diuinis laudibus, non choreis & nanitatibus. Debet insistere eleemosynis, non usuris, aut spoliis. Debet intendere bonis operibus, non conuiuationibus & ebrietatibus. Nam de his qui secus faciunt dicit Dominus in Esa. *Solennitates uestras & neomenias uestras odiuit anima mea.* Postquam ergo Iesus ad ætatem duodecim annorum uenit, suam sapientiam manifestare cepit, & aperire quid patri cœlesti, quid terrenæ matri deberet. Aetas enim duodenis typus erat duodecim Apostolorum, per quos diuinitas & humanitas eius erat per orbem nuncianda uniuersum. Rectè ergo in duodenario nnmero iubar perfectionis eius declarari incepit, per quem quasi per duodecim tribus, & per duodecim Apostolos uniuersitas saluandorũ significatur. *Consummatis autem diebus* festis, & cõpleta solẽnitate quæ per dies octo durabat, recedentibus parentibus, *remansit puer in Hierusalem*, non à casu, nec parentum negligentia uel obliuione, sed sua uoluntate & ordinatione, ut à pueritia zelum suum ostenderet circa spiritualia, & sicut parentibus quòd debebat exhibuerat, ascendens cum eis tanquam homo cum hominibus ad offerenda Deo sacrificia, sic etiam patri debitum spirituałis doctrinæ uacando exhiberet. *Et non cognouerunt*

Labores Christi, & obseruatio legis.

Beda ibid.

Esa. 1.

Aetas duodenis.

uerunt parentes eius, id est, non aduerterunt quòd in Hierusalem remaneret. *Existimantes illum esse in comitatu*, id est, inter eos qui simul fuerant comitati. Secretò autem & eis ignorãtibus, remanere uoluit, ne aut eis obediendo recedens retraheretur à disputatione, aut non obediendo remanẽs uideretur eos contẽnere. Hinc habetur argumẽtum, qp filius absq; cuius præsentia pater & mater uitam possiint transigere, ipsis etiam nescientibus aut nolentibus, potest ad religionem & ad statum perfectionis euolare, seque diuino cultui mancipare, discretionis iudicio comite. Et impeditoribus ait Dominus: Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cẽlorum. Sed quæritur hîc, quomodo parentes eius obliuiscendo eum relinquere potuerunt, qui tanta cura eum nutriuerunt? Ad hoc dicendum, qp mos erat filiis Israel ad festa cõfluentibus, uel ad propria redeuntibus, ut seorsum uiri & seorsũ mulieres, propter munditiã castitatis incederent, ut ab inuicẽ continentes, magis religiosè secundũ legis dationem festa celebrarent, & ne eorum mixta societate aliquid inhonesti contingeret: pueri autem cum quolibet parente indifferenter ire poterant. Vnde Ioseph videns puerum Iesum non esse secum, putabat eum esse cum Maria in comitatu mulierum, & econuersò Maria putabat eum esse cum Ioseph in comitatu uirorum. Sic ergo *uenerunt iter unius diei*, à Hierusalem sine puero, cum hac existimatione quòd esset in comitatu uirorum uel mulierum. Et cùm in sero uenissent ad locum ubi hospitari debebant, uidens domina ipsum Ioseph sine puero quem cum eo rediisse credebat, dolore uehementi concussa cum lachrymis per domos quàm decenter poterat serò circuibat, & de ipso puero quærebat. Ioseph uerò senex, cum fletu eam sequebatur & associabat. Vade & tu semper cum eis & quære puerum Iesum donec inuenias. Puero autem à parentibus tunc non inuento, qualem quietem habere poterant tu ipse cogita, & maximè mater quæ ipsum arctius diligebat. Et licet à notis confortaretur, tamen consolari non poterat. Quid enim erat perdere Iesum. Conspice bene ipsam, & uehementer ei compatere: quia in magna angustia est nunc anima sua. Nunquam ex quo nata est usq; tunc, fuit in tanta. Non ergo turbemur quãdo tribulationes habemus, cùm etiam matri suę non pepercerit Dominus. Ad suos enim eas uenire permittit, & per ipsas signum suæ dilectionis suis ostendit. Tandem domina in cameram se recludens, & ad orationem & planctum se conuertens, per totam noctem illam angustiabatur super dilecto filio suo. Manè uerò sequenti tempestiuè domum exeuntes, eum etiam per circunstantia loca quærebant, nam reditus per plures uias patebat. Circumeundo igitur eum in vtraque comitiua requirebant: id est, iterum & iterum quærebant, maximè *inter cognatos & notos*, amicos qui in vtroque comitatu erant. Quo etiam tunc non inuento mater sine spe anxiabatur, & consolari non poterat. Hæc diligenter recogita, quantis uulneribus & cruciatibus cor beatæ virginis tunc sauciatum fuerat, quæ suspiria, quæ lamenta, quas anxietates pertulerit, cùm quæsitum filium non inuenit? Iam experiri cœpit, qualis esset futurus dolor eius, de quo prædixit ei Simeon dicens. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Nesciebat uirgo quid ageret, quia thesaurum sibi piè commissum à Deo, perdiderat. Vnde lamẽtabiliter potuit dicere illud Gene.

Religio nolentibus parentibus ac ceptari potest.

Marci 9.

De ignoratione parentum Christi quæstio.

Maria dolores.

Puer uerò non comparet, & ego quò ibo? Considera hic qp beata virgo de terra sua expulsa & in Aegyptũ fugata, in tanta tribulatione posita filiũ non perdidit, sed postquam ad festiuitates iuit ipsum amisit, per quod datur intelligi quòd Iesus sæpe in aduersitate custoditur, & in prosperitate perditur. Tertia verò die regressi sunt in Hierusalem, à qua per unam dietam recesserant, & eum ibidem requirebant. Puto quòd cum labore multo itineris, & lachrymis plurimis uirgo iterato rediit Hierusalem, & appropriatè potuit dicere illud Can. Quęsiui quẽ diligit anima mea, quæsiui illum & non inueni: scilicet inter cognatos & notos. Surgam ergo eundo de loco ad locum, & circuibo ciuitatem per vicos & plateas, & quæram quem diligit anima mea. Et post triduum amissionis eius, in quo prefiguratum est triduum mortis eius, in quo credebatur amissus, quarto die manè, *inuenerunt eum in templo*, vt secundum Ambrosium daret indicium, quia post triduum triumphalis passionis resurgeret, qui credebatur mortuus, & tunc cum gloria immortalitatis est inuentus. Inuenerunt ergo eum in templo, in loco utique deuoto, in loco Dei sancto. Non inuenerunt eum in theatro, aut foro, uel ludo, sicut solent pueri inueniri, sed in loco deputato doctrinæ sacræ & orationi. Filius libenter in domo patris sui manet. Ille igitur qui libenter stat in Ecclesia, signũ est qp sit filius Dei, quia stat in domo patris sui: ille verò qui libenter stat in taberna, signum est quòd filius sit diaboli, quia moratur in domo patris sui. Inuenerunt inquam eum in templo, non huc atque illuc leuiter (prout mos est pueris) discurrentem, sed tanquam sapientiæ fontem, *in medio doctorum*, ut melius omnes audire & cum eis conferre posset. Compositè *sedentem*, & tanquam exemplar humilitatis prius, *audientem illos interrogantem*, quàm docentem. Ille doctores interrogat in templo, qui Angelos docet in cœlo. Ille doceri interrogando voluit, qui uerbum scientiæ ipsis suis doctoribus ministrauit. Interrogabat non quia indigeret, uel ut addisceret, sed ut nobis addiscẽdi & zelandi scripturas sacras formam daret, & ut ea quæ non intelligimus interrogare non erubescamus, de quo tamen erubescunt multi superbi, eligentes potius in errore permanere, quàm instrui. Ad exemplum quoque humilitatis prius audire, quàm instruere uolebat, docens quòd etiam homines docti promptiores debent esse ad audiendum, quàm ad docendũ. Quia qui prius respondet quàm audiat, stultum se esse demonstrat. Ad probandum etiam quòd Deus esset, eosdẽ homines subtiliter interrogat, & sapienter respondet, ita ut audientes inde stuperent. Vnde dicitur: *Stupebant autem*, id est, ualde mirabantur, *omnes qui eum audiebant super eius prudentia*, interrogando & opponendo, & in responsis soluẽdo: quia aliàs inauditum fuerat, quòd puer talis ætatis tam sapienter locutus esset. Stupor quippe est vehemẽs admiratio rei omnino incõsuetæ, & sic fuit hîc. Audiuit enim humiliter, quæsiuit prudenter, & respondit sapienter, cùm tamen esset puer. Ipse interrogabat, ipse respõdebat, ipse suas & illorũ quę stiones soluebat morem agẽs peritissimi magistri, qui nunc interrogando, nunc respondendo discipulos instruit. Vnde secundum Bedam: Ad ostendendum quòd homo erat, homines magistros humiliter audiebat: & ad probandum quia Deus erat, eisdem loquentibus sublimiter respondebat. Stupe

Gene. 37.

Cant. 3.

Cur post triduũ inuentus.

Ambrosius li. 2. in Lucam.

Diligens domum dei ostendit se filium Dei.

Beda in Euangelium dominica infra octa. Epiphanię.

bant

Universidad de Deusto
Biblioteca

bant autem uidentes eius infantiã,& tamen sic subli
mia loquentem: uidentes eum corpore & ætate par
uum, sed interrogationibus & responsis magnum:
hominem & non Deum considerantes, & inter alta
quæ audiunt, & infirma quæ uident dubia admira-
tione turbantur. Nos autem non cum senioribus Iu
dæorum, super prudentia & responsis eius stupea-
mus, neque miremur: sed ipsum uerum Deum ue-
rumq; hominem esse credamus, à quo est omnis sa-
pientia, & cum quo fuit semper & est ante æuũ, scien-
tes secundum prophetiam q̃ sic paruulus natus est
nobis, quòd permanet Deus fortis. Et parẽtes eius,
uidentes, eum in templo in medio doctorum sedẽ-
tem, *admirati sunt*, valde propter rei inexperientiam:
quia nunquam fecerat rem talem uel similem. Ma-
ter autem eius quasi reuiuiscens, exhilarata Deo gra
tias egit immensas. At puer Iesus uidens matrem ue-
nit ad eam, quem ipsa suscipiens & dulciter osculans,
ac deinde respiciẽs in faciem eius decoram, dixit ad
illum: *Fili quid fecisti nobis sic*? Quasi diceret, desi-
deratissime fili quare hoc fecisti, vt nobis ignoran-
tibus & nescientibus remaneres? Quid tam dilectæ,
& tam diligenti matri tantam materiam doloris in-
ferre potuisti? Peto fili hoc mihi indicari, vt dolor
meus ex hac re conceptus, ualeat mitigari: quem vir
go mater per triduum anxio dolore quæsierat, post
inuẽtionem inter mœrorem & gaudium posita, pia
correctione increpauit. Ioseph autẽ licet pater eius
diceretur, non fuit ausus illum arguere, cùm firmi-
ter crederet ipsum Dei filium esse, sed mater ex ma-
xima dilectione quam habebat ad filium quem sic
quærebat, sic arguebat illum: quia amor excellens
nescit modum. Loquitur ergo ipsa, & non Ioseph:
quia in ea fuit maior doloris affectus. Vnde Grego-
rius: Maria maternis affecta uisceribus quasi cum la-
mentis inquisitionem dolorosam ostendit, & omni-
a sicut mater fiducialiter, & humiliter, & affectuo
sè exprimit dicens: Fili quid fecisti nobis sic? Vnde
& Anselmus: Quid si duodennem per triduum cum
matre quæsieris? O quanta copia fluent lachrymæ,
cùm audieris matrem dulci quadam increpatione
filium uerberantem & dicentem: Fili quid fecisti
nobis sic? Vel posset dici quòd non fuit increpatio,
sed pia de eius absentia conquestio. *Ecce pater tuus*,
scilicet nutricius, *& ego dolentes*, scilicet de amissio-
ne tua & absentia, *quærebamus te*, cuius præsentia est
nobis dulcissima.

In quo moraliter instruimur, quòd dolere debe-
mus cùm Iesum, id est salutem æternam amittimus:
quòd per peccatum fit, cùm peccamus. Et tunc eum
quæramus per triduum pœnitentiæ, scilicet per con-
tritionem cum dolore, per confessionem cum pu-
dore, per satisfactionem cum labore, & reinueniẽ-
mus eum. Sed heu multi plus dolent de amissione
rerum transeuntium, quàm de amissione æternæ sa-
lutis suæ & aliorum. Vnde Bernardus: Cadit asina,
& est qui subleuet. Perit anima, & non est qui suc-
currat. Sacrata uirgo patrem eius appellat Ioseph,
tum propter Iudæorum suspitionem, tum propter
eius educationem, tum propter genealogiæ explica-
tionem. Et nota quòd nunquam legimus Ioseph
Domino fuisse locutum, sed hoc virgini dimitte-
bat: quia ad ipsam, sicut ad veram matrem, magis
pertinebat. Quærendus est Iesus socialiter cum Ma-
ria & Ioseph: quod notatur cùm dicitur, pater tuus
& ego. Ioseph enim interpretatur augmentum, & si-
gnificat opera bona quæ semper debent augeri. Ma-
ria interpretatur illuminata, & significat fidem quæ
est illuminatio mentis: interpretatur & stella maris,
& significat charitatem: quia sicut cæteris stellis oc-
cidentibus illa non occidit, sic cæteris virtutibus de
ficientibus illa non deficit. Cum tali igitur societate
Iesus est quærẽdus: scilicet cum fide bona operatio-
ne sollicita, & charitate succensa & tũc inuenietur. Si
enim alterum istorum defuerit, inueniri non pote-
rit. Debet etiam quæri lachrymabiliter, quod no-
tatur ex eo quòd virgo dixit, dolentes quærebamus
te. *Et ait ad illos*, non matrem exasperando, sed po-
tius instruendo, dicens: *Quid est quòd me quærebatis?*
scilicet inter cognatos & consanguineos, cùm po-
tius deberetis me quærere in templo, quod est do-
mus patris mei, & in occupatione circa spiritualia.
Non est uox indignantis, sed humiliter se excusantis
& mysteria detegentis. Non enim increpat & uitu-
perat, quòd eum quasi filiũ quærunt, sed quasi cor-
rigendo uerbum matris, quis sibi uerus pater sit, &
quid potius æterno patri debeat, illis & nobis insi-
nuat, subdens, *Nesciebatis: quia in his quæ patris mei*,
scilicet Dei, *sunt, oportet me esse*, scilicet in tempo, in
doctrina, & in operibus quibus manifestetur pater
meus: quasi dicat. Potius debeo respicere eum cu-
ius sum æternus filius secundum naturam diuinam,
quàm te cuius sum filius secundum naturam humã-
nam, & Ioseph cuius tantum sum filius nutricius:
unde non debetis mirari, si vos dimisi propter pa-
trem æternum, cui plus teneor. Magis afficiebatur
Iesus ad patrem naturalẽ & æternum, quàm ad ma-
trem naturalem & patrem putatiuũ. Quanuis enim
parentes diligeret & eis obediens fuit, tamen prin-
cipalius Deum honorare voluit. In quo datur do-
ctrina, quòd pietas ad Deum, pietati respectu paren
tum est præferenda. Discas igitur & tu Deum & pa-
rentes diligere & honorare, eis obedire, sed in om-
nibus Deum præferre. Nota etiam moraliter, quòd
per hoc q̃ Christus interrogationi respondit, quasi
corrigendo verbum matris, quæ ipsum dolore in-
ter cognatos & notos quæsierat, omissionem vin-
culorum sanguinis pro parte † suggerit, ostendens
quòd non contingit metam perfectionis attinge-
re eum, qui adhuc vagatur in his quæ corpori con-
feruntur: & quòd homo deficit à perfectione, pro-
pter affectum cognatorum. Et hoc innuit per pri-
mam clausulam, cùm ait: quid est quòd me quære-
batis? scilicet inter cognatos, & carnaliter propin-
quos. Per hoc uerò quod addit, *nesciebatis*, &c. do-
cet nos, non debere per infima gradi, sed ad supe-
riora debere mentis oculos attollere.

Moraliter per hoc quòd Christus cùm correptus
esset hũc à matre, se dulciter & humiliter excusauit:
alibi autẽ scilicet in nuptijs, cùm inuitatus est ad mi
raculum durè respondit, dedit nobis exemplum &
formam humilitatis, ut malimus corripi quàm lau-
dari. Et nota quòd istud fuit primum uerbum quod
ab ore saluatoris prolatum esse legitur, in quo suam
diuinitatem expresit. Et ipsum verbum tantæ fuit
altitudinis, quòd Maria & Ioseph ipsum non intel-
lexerunt. Et hoc est quod subditur: *Et ipsi non intelle-
xerunt uerbum quod locutus est ad illos*, scilicet quod
de patre dixerat, & quid per hoc uerbũ innuere uel-
let. Volebat enim eis innuere, quòd sicut ad patrem,
ita ad ipsum pertineret cura templi, & spiritualium:
& omnium quæ patris sunt gubernatio, quia ambo
rum una est maiestas, gloria, & operatio: ac vna fe-
des, & domus, nõ solùm materialis, sed & spiritualis.

Cùm

*Mater non Ioseph interrogat Christum. Hoc citatur ex Gra
co Anonymo in cathe
na D. Tho
mæ.*

*Anselmus de meditatione re-
demptionis humanæ.*

*Bernardus li. 4. de con
sideratione ad Eu
genium.*

Ioseph cur hic pater dictus.

Ioseph mystice quid.

Responsio Christi qualis fuerit.

Deus patẽ tibus præferendus.

† *aperiè.*

Primũ verbum Christi scriptũ

Cùm Maria & Ioseph Iesum Dei filium crederent,
non tamen animaduertũt quid dicat, nec diuinæ natu-
rę arcanum intelligunt, quia talia ab eo audire ad-
huc assueti non erant, & de diuinitate sua nondum
ad eos loquentem audierant. Vel intellexerunt quid
dixit, sed non ita plenè vt postmodum. Ipse uerò ad
matris requisitionem & uoluntatem rediit cum illis
Nazareth, ad eorum consolationem, ubi erat conce
ptus & educatus, vnde & Nazarenus est uocatus. Nã
quia Deus & homo est, utramque suam naturam no
bis hìc commendat, & nunc excelsa deitatis, nunc in
firma humanæ fragilitatis præfert. Itaq; quasi homo
cum parentibus Hierusalem ascẽdit, sed quasi Deus
illis nescientibus in templo remansit: quasi homo se
niores interrogabat, sed quasi Deus quę seniores mi
rarentur respondebat. Quasi Dei filius in templo pa
tris & suo commoratur, quasi filius hominis cũ pa-
rentibus quò iubẽt reuertitur. *Et erat subditus illis*, ad
nostram instructionem, & superbiæ nostræ confu-
sionem, qui frequenter renuimus subiici superiori-
bus nostris. Erat quippe subditus illis, scilicet in ea
natura qua patre minor est. Quia vt dicit August. se-
cundum formã serui puer Christus minor erat, etiã
parentibus suis. Et tu ergo subditus esto propter il-
lum, vt ad eum per obediẽtię laborem redeas, à quo
per inobedientię desidiam recesseras: Hic enim exẽ-
plum, & formam obedientię & humilitatis Christus
nobis præbuit & ostendit, dum ipse imperator mun
di, & cui mundus subiectus est, parentibus suis & eo
rum imperio humiliter subdi voluit. Audiant ergo
hæc subditi, & subditi esse non dedignentur, siquidẽ
omnibus prælatis subditus fieri non est dedignatus.
Prælati quoq; non superbiant, & in Ioseph prælato,
& in Christo subdito intelligant: quia sæpe fit vt ma-
ioris meriti sint subditi quàm prælati. Quòd si intelle
xerit, non eleuabitur superbia, qui est sublimior di-
gnitate, sciens meliorem sibi subiectum esse. Et ad-
uerte quãta fuit dignitas uirginis, q̃ ei ille subiectus
est, cui omnis creatura subiicitur. Vnde Augusti-
nus: Hoc singulare priuilegium habuit virgo, ut ha-
beret sibi subiectum quem non solum humana crea
tura, uerumetiam Angelica reueretur, & adorat mul
titudo. Vnde Bernardus pertractans hoc idem ver-
bum, *& erat subditus illis*, Mirare, inquit vtraque, &
dige id quod amplius mireris, siue filij benignissi-
mam dignationem, siue matris excellentissimam di-
gnitatem. Vtrumque stupor, utrumque miraculum,
q̃ fœminæ Deus obtemperet, humilitas absq; exem-
plo: quòd fœmina Deo principetur, sublimitas sine
socio. Et subdit: Discę ergo homo obedire, discę ter-
ra subdi, discę pulvis obtemperare. Erubescę superbe
cinis. Deus se humiliat, & tu te exaltas. Deus se homi
nibus subdit, & tu dominari gestiens hominibus tuo
te præponis authori. Quotiens enim hominibus præ
esse desidero, totiens Deũ præire contendo, & tunc
verè non sapio ea quæ Dei sunt. Hæc Bernardus.

Et nota q̃ filius, multa debet parentibus. Primò,
amorẽ cordis. Secundò, honorẽ operis. Tertiò, in ne
cessariis sustentationem. Quartò, in obsequijs famu-
lationem. Quintò, reuerentiam in verbis. Sextò, obe
dientiam in honestis. Septimò, ueniam in offensis.
Octauò, tolerantiam in aduersis. Sed quid fecit puer
Iesus, in illo triduo? Conspice eũ, attende quomodo
se ad aliquod hospitale pauperum reducit, & cum ve
recundia se ibi hospitari petit, & ibi cum pauperi-
bus Iesus pauper hospitatur, & comedit. Mendicat
etiam ostiatim cum pauperibus, quòd & aliàs quan-
doq; fecisse creditur. Vnde Bernardus: Hoc quærens
à Domino cum alloquitur. Domine, inquit, quis te
in triduo sustentauit? Et respondet sibi met sic dicẽs:
Vt te Domine Iesu Christe nostrę paupertati p omnia conformares, quasi vnus in turba pauperum sti-
pendia per ostia mendicans quæsisti. Quis dabit mi-
hi bucellarum illarum mendicatarum participem fie
ri, & illius sacri edulij reliquiis saginari? Hæc Bernar-
dus. Conspice eum etiam inter doctores vultu pla-
cido, sapiẽti, & reuerẽti, & quomodo eos quasi igno
rans interrogat, & audit: quod ex humilitate facit, &
etiam ne illi super mirabilibus responsis eius verecũ
darẽtur. Considerare autem potes moraliter, in prę-
dictis tria ualde notabilia. Primum est, qui vult Deo
adhærere, non debet inter consanguineos conuersa
ri, sed potius ab eis discedere. Nam & puer Iesus di-
misit à se dilectissimam matrem, cùm operibus pa-
tris intẽdere voluit, ac etiam postea inter cognatos
& notos quęsitus inuentus non fuit: quia caro & san
guis eum non reuelauit, nec inuenitur in carnali so-
cietate. Vnde Bernardus: Puer Iesus inter cognatos
& notos quæritur, nec inuenitur. Fuge fratres tuos
& tu, si tuam vis inuenire salutem. Et obliuiscere po-
pulum tuum, & domum patris tui, vt cõcupiscat rex
decorem tuum. Et iterum: O bone Iesu, si non inuẽ-
tus es inter cognatos tuos, quomodo te inueniam
inter meos? qualiter te inueniam in gaudio, quem
vix mater tua dolens inuenit? Hæc Bernardus. Nec
inueniri potest in comitatu multorum: quia non in-
uenitur in multiplicitate mundanorũ, sed in intimo
corde mentis, ubi Dei est templum. Secundum, q̃
qui spiritualiter viuit, non miretur si aliquando mẽ-
te arida remanens uideatur sibi quòd à Deo derelic-
tus sit, cùm etiam hoc matri Dei contigerit. Non
ergo mente tabescat, sed per continuum exercitiũ in
sacris meditationibus & orationibus, ac bonis ope-
ribus perfistendo diligenter eum quærat, & eũ si sol-
licitus fuerit, reinueniet. Nam secũdum Origenem,
Oportet eum qui quærit Iesum, non negligenter &
dissolute trãsire, sicut multi quærunt & nõ inueniũt,
sed cum labore & dolore. Vnde Bernardus: Si nolu-
mus frustra quærere, quæramus ueraciter, ut nõ pro
illo aliud: feruenter, vt non cũ illo aliud: perseueran-
ter, vt non ab illo ad aliud cõuertamur. Facilius enim
cœlũ & terra transire possunt, quàm vt sic querẽs nõ
inueniat, sic petens non accipiat, sic pulsanti non ape
riatur. Tertium, q̃ nõ debet quis esse proprij sensus,
uel propriæ uoluntatis. Nam cùm Dominus Iesus
dixisset, oportere eum operibus patris intẽdere, mu-
tauit consilium, & matris uoluntatem secutus recess
sit cum ea & nutricio suo, & erat subditus illis. Hinc
etiam perpende quantum debent homines obedi-
re Deo, quando quidem ipse Deus obedit homini-
bus. Si enim exemplo Domini obediendum est ho-
minibus, multo magis oportet obedire Deo. Obe-
diamus igitur, non solùm Deo, sed & hominibus:
quia Dei filius obediuit, non solùm Deo patri cęle-
sti, sed & parentibus. *Et mater eius conseruabat*, quasi
magna, *omnia uerba hæc*, quæ nũc & aliàs audierat ab
eo, & hoc *in corde suo*, quasi sub sigillo: scilicet recon-
dens & signaculo. Nisi enim ipsa cõseruasset, nos ea nõ
haberemus: de eius namq; thesauris nos ista susceпi-
mus. Omnia quippe quę de Domino, vel à Domino
dicta vel facta cognouit, siue intellecta: siue nondũ
intellecta, in corde & memoria quasi ruminanda &
diligentius seruãda recondebat, vt tempore suo vni-
uersa prout gesta erant intelligeret, ac Euangelistis

& quæ-

Deum & hominem ostendit Christus.

Augustinus li. 3. cõtra Maximinum c. 18.

Subditi interdum præstant prælatis.

Bernardus hom. 1. super missus est.

Bernard. de eo quòd Christus subditur.

Filius quæ debet parentibus.

Christus mendicasse asseritur.

Consanguinei uitandi uolenti adhærere Deo.

Psal. 44.

Derelinqui ad tempus à cõsolatione diuina.

Origen. ho. 18. in Lucam.

De quærendo Iesu.

Proprius sensus uitandus.

Maria conseruabat omnia in corde suo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quærentibus sufficienter explicaret, & his tanquã regula & lege per totam uitam vtebatur, docens vt nos crebra factorum & dictorum Domini meditatione importunas cogitationes repellamus, & alios instruere laboremus. Et ideo si quis indiget bonis sermonibus ad eã recurrat, quia facta & uerba Christi in custodia conseruat. Moraliter ex isto habemus exemplum, qualiter audiri debeant verba diuina, scilicet vt in corde conseruentur, & ibidem ruminentur, non vt intrent per aurem unam & exeant per aliam. *Et Iesus proficiebat ætate & sapientia, & gratia apud Deum & homines.* Aetas pertinet ad corpus, sapientia ad animam, gratia ad vtriusque salutem: proficiebat vtique ætate, sicut carnis est ætatis incrementa suscipere: quia de infantia ad pueritiam, de pueritia ad iuuentutẽ consueto hominibus crescendi ordine peruenit. Porrò in sapientia & gratia potest aliquis proficere dupliciter. Vno modo secundum ipsos habitus sapientiæ & gratię augmentatos, & sic Christus in eis non proficiebat: quia ab instanti conceptionis, sapientia & gratia plenus fuit. Alio modo secundum effectus, inquantum scilicet aliquis sapiẽtiora & uirtuosiora opera facit, & sic Christus proficiebat sapientia & gratia sicut & ætate. Secundũ quòd per processum ætatis perfectiora opera faciebat, & in his quæ sunt ad Deum & ad homines: & hoc est quòd additur, apud Deum & homines. Vel aliter secundum Ambrosium: Proficiebat sapiẽtia, quò ad manifestationẽ & vsum eius, quia suã sapientiam & gratiam paulatim magis & magis patefaciebat. Vel secundum Gregorium: Proficiebat in alijs, qui doctrina eius & exemplo proficiebant, sicut magister in scholaribus dicitur proficere, quia scholares sub eo proficiũt. Et hoc apud Deũ, id est, apud laudem Dei, & apud homines, id est, ad utilitatem hominũ: vel secundũ Theophilum, apud Deũ & homines: quia prius debet placere Deo, & postea hominibus. Et licet Iesus in se non proficiebat sapiẽtia & cognitione habituali, quia hæc in eo augmentata non sunt, ab instanti enim conceptionis plenitudinem huius habuit: proficiebat tamen & in se cognitione sensuali & experimentali, quia sensus eius conuertebatur de nouo ad aliquid ad quod antea nõ conuertebatur. Vnde secundum Apostolum: Didicit ex his quæ passus est obedientiam. Non tamen de nouo aliquid didicit quod prius nesciret, quia quod didicit, prius nouerat scientia diuina & inspirata. Vnde Bernardus: Vt ob alienam miseriam cor miserum habeas, oportet vt tuam prius cognoscas, vt proximi mentem in tua inuenias, & ex te noueris qualiter illi subuenias. Verus quippe Dei filius priusquam se exinanisset, formam serui accipiens, sicut miseriam & subiectionem expertus non erat, sic misericordiam vel obedientiam experimento non nouerat. Sciebat quidem per naturam, non autem sciebat per experientiam. At ubi minoratus est usque ad illam formam in qua & pati & subijci posset, in passione expertus est miseriam, & in subiectione obedientiam. Per quam tamen experientiam, non illi scientia, sed nobis fiducia creuit, dum in hoc misero genere cognitionis is à quo longè erraueramus factus est propinquior nobis. Quando enim illi appropinquare auderemus in sua impassibilitate manenti? nunc autem monemur cum fiducia adire ad thronum gratiæ ipsius, quem nimirum lãguores nostros tulisse, & dolores portasse cognoscimus, & in eo in quo passus est ipse, nobis compati non dubitamus: Hæc Bernardus. Moraliter sicut ipse proficiebat sapientia, ætate, & gratia: apud Deum & homines, & passus, & resurrexit, & ita intrauit in gloriam suam, sic etiam suos sequaces ostendit proficere virtutibus, & per passiones ad gaudia transmigrare debere. Hæc autem sancta & Deo amabilis ciuitas Nazareth, in qua verbum caro factum est, & flos omnia vincens aromata in vtero virginis germinauit: vnde & meritò flos interpretatur. In hoc super omnes alias speciali gaudet priuilegio, quòd salutis nostræ Dominus in ea principium procreauit, & ipse præterea nutriri, & parentibus subijci dignatus est, cui pater omnia quæ sunt in cœlo & in terra subiecit.

Proficere in gratia & sapientia potest aliquis dupliciter.

Ambrosius in cap. 2. Luca.

Theophilus in eum locum.

Heb. 5.

Bernardus sermo. 86. in cantica.

Esa. 53.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe fili Dei viui, qui per triduum à parentibus tuis dolentibus quæsitus, tandem in templo es inuentus, da mihi misero te desiderare, desiderando quærere quærendo inuenire, inueniendo amare, amando mala mea redimere, redempta non iterare. Et qui petenti largiris, quærenti inueniris, pulsanti aperiris, non deneges mihi minimo quod omnibus promittis. Quidue ad uoluntatem parentum Nazareth rediens, & subditus eis existens formam ostendisti obedientiæ, da mihi duro uoluntatem propriam frangere, ut subiectus sim tibi, & propter te omni humanæ creaturæ. Amen.*

Quid fecit Dominus Iesus ab anno duodecimo, usque ad principium anni trigesimi. Cap. XVI.



REVERSVS ergo Dominus Iesus à templo & Hierusalem cum parentibus suis in Nazareth: erat, ut dictum est, subditus illis. Et ibidem cum eis usque ad principium anni trigesimi habitauit, nec in scripturis reperitur quòd in toto tempore isto aliquid fecerit, quòd valde uidetur mirabile. Quid igitur meditabimur ipsum fecisse. Stetitne Dominus Iesus otiosus tanto tempore, ut nil faceret dignum scriptura & recitatione? Si enim fecisset, cur (sicut reliqua facta sua) non scriptum fuisset. Omnino stupor uidetur. Fortè ideo scriptura tacet, ne acta iuniorum nimis se publicent. Sed attende hic bene: quia patenter poteris videre, quia nihil faciendo fecit magnifica. Nihil enim de factis eius à mysterio vacat,

Luca 2.

Christus quid à xij. usque ad xxx. annũ fecerit.

uacat, sed sicut virtuosè loquebatur & operabatur, sic virtuosè tacebat & se subtrahebat. Credẽdum est enim (sicut dicit doctor Gregorius) quòd ante & deinceps absque ostẽsione alicuius famosi & publici miraculi taliter inter homines conuersatus fuerit, quasi fuerit unus ex illis, donec ad uirilem peruenit ætatem. Vnde de ipso dicit Ionnes Baptista: Medius autem uestrùm stetit, quem uos nescitis. Et totum istud tempus breuiter complexus est Lucas sub his uerbis: Quia descendit cum eis, & erat subditus illis. Vnde & Thomas: Medio tempore, scilicet à natiuitate usq; ad Baptismum nullum miraculum Christus operatus est, sed conformis conuersationis alijs erat, & sita uirtus ignota omnibus existebat. Ideo autem non fecit miracula medio tempore, ut non putaretur mysterium incarnationis phantasma esse, si non se habuisset sicut alij ętate infantes, & ideo demonstrationem scientiæ & uirtutis suæ ad id distulit tempus, in quo alij homines scientia & uirtute uigere consueuerunt: Hæc Thomas. Magister hic summus, aliquando docturus virtutes & uiam uitæ, cœpit à sua iuuentute opera uirtuosa facere, sed modo mirabili & incognito ac retroactis temporibus inaudito, uidelicet se in conspectu inutilem & abiectum & insipientem reddendo: ut deuotè & sine omni temeraria assertione cogitari & meditari potest. Et cum hac modificatione omnia tibi affirmo, quæ per authoritatem sacræ scripturæ non probantur, prout etiam suprà in prologo recitatur. Subtrahebat ergo se à consortio hominum, & tumultus eorum deuitabat, crebrisq; orationibus intentus erat. Ibat ad synagogam: id est Ecclesiam, & stabat ibi multum in oratione, ponens se in loco uiliori & magis humili. Redibat domum, & cum matre ac nutricio suo stabat, & aliquando hos adiuuabat. Pertransibat eundo & redeundo inter homines, ac si nõ inueniret homines. Mirabantur cuncti, cernentes iuuenem tam speciosum nihil facere, quantum apparebat laude dignum. Expectabat quòd faceret magnifica, & ꝓbi uiri opera. Cùm enim puer erat, proficiebat ætate & sapientia & gratia apud Deũ & homines. Sed ecce crescens & perueniens usque ad uigesimum annum & etiam usque ad uigesimum quintum, & ultra nulla faciebat opera, aliquam speciem probitatis & uirilitatis prætendentia. Stupebant uehementer eum & deridebant, & apud omnes communiter uilis & abiectus reputabatur. Quod bene per prophetam in persona ipsius dictum fuerat: Ego sum uermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Omnes uidentes me deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Reddebat se uilem omnibus & abiectum. Sed an tibi parum hoc uidetur. Ipse quidem non indigebat, sed certè in operibus nostris nullum maius aut difficilius reputatur: ad altissimum gradũ peruenisse uidetur ac difficillimũ, qui ad hoc peruenit, ut corde & animo uerè & non fictè ita se uincit ac dominatur animo suo, & superbo carnis suæ supercilio, quòd nolit alicuius momenti reputari, sed ut abiectus & uilis sperni. Vsquequo igitur ad hunc gradum peruenieris nihil tibi fecisse uideris. Nam cùm in ueritate iuxta uerbũ domini omnes sumus inutiles, etiam cum benefecerimus, quousq; in hoc abiectionis gradu non sumus, nondum in ueritate stamus, sed in uanitate consistimus & ambulamus. Vnde non seducamus nosmetipsos, quia secũdum Apostolum: Qui se existimat aliquid esse cùm nihil sit, ipse se seducit. In omni quidem cura quam pro salute tua geris, nõ est ullum officium uel medicamentum utilius tibi, quàm teipsum uituperare atq; contemnere. Quicunq; ergo hoc facit, adiutor tuus est: hoc enim agit quod tu agebas, aut agere debebas vt saluus fieres. Ad eum itaque qui iniuriam tibi fecit, priuatum magis te exhibe & affabilem: ad eum uerò cui tu fecisti, supplicem erubescentem. Aduersariũ tuum & cũ qui tibi molestiæ aliquid irrogat, amicũ & adiutorẽ æstima, damnum tibi illatum & cõtumelias, lucrum & profectum tuũ deputa: & pro his gratias Deo, & inferentibus referre non cessa. Nam secundum quendam humilis gaudet cùm despicitur, dolet si honoratur, gemit in prosperis, exultat in aduersis, timet in diuitijs, luget in delitijs, cruciatur in abundantia, & in penuria gloriatur, laudes contemnit transitorias, & omni honore æstimat se indignũ, abhorret hypocrisim, nescit simulationẽ, sed diligit ueritatem, tẽporalia obliuiscitur, & æterna concupiscit, nescit quæ mundi sunt, ut cœlestia mereatur, nũquam de se præsumere consueuit, uires suas uel gratias si quas habet nunquã sibi tribuit, merita sua non suis uiribus uel suo sensui adscribit, sed diuinę clemẽtiæ dona humiliter recognoscit. Idem latere desiderat si fieri possit sine dãno proximi, ne possit uel modico iactantię seu elationis uitio inquinari. Quis est talis, & laudabimus eum? Vnde & Bernar. Appetere de humilitate laudem humilitatis, non est uirtus, sed subuersio. Verus humilis uilis uult reputari, nõ humilis prædicari: gaudet in contemptu sui hoc solo sanè superbus quod laudes cõtemnit. Hæc Bernardus. Si ergo quæras quare dominus sic uiuebat? Respondeo tibi, nõ quia indigeret: sed ut nos instrueret. Vnde si non discimus, in excusabiles sumus. Abominabile est prorsus, si se erigit uermiculus, & uermium esca futurus ubi se humilians abiecit dominus maiestatis. Si autem absurdum alicui uideatur ꝙ sic inuiti liter staret, & quòd euangelistæ multa de factis eius omiserint, & alia similia fortè dicat, respondeti potest, ꝙ non erat inutile facere & præbere tãtæ uirtutis exercitium: imò erat ualde utile, & omnium uirtutum rectum & stabile fundamentum. Hoc autem quod dico uidetur etiam Bernar. sentire, prout habes infrà in tractatu de baptismo domini circa finẽ. Quomodocunque autem se habet ueritas rei, pium & utile uidetur sic meditari. Habes ergo quomodo dominus Iesus cœpit prius facere quàm docere. Doctus enim erat, discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Hoc ergo primò facere uoluit, & non fictè sed ex corde faciebat, sicut uerè & ex corde humilis & mitis erat. Non poterat in eũ simulatio cadere, sed potius intima fundauit & ꝓfundauit se in humilitate, uilitate, & abiectione, & sic se in cõspectu omniũ annihilauit: ꝙ etiam postquã prædicare, ac diuina & altissima loqui: miracula quoq; magnificа opera facere cœpit, non eũ reputabant, sed uilipẽdebant dicentes: Quis est hic? Nonne hic est fabri filius? Et multa alia derisoria & despectiua dicebant: Verificatum est ergo: secundum hunc intellectum, uerbum Apostoli: Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, & non solùm cuiuscunque serui per incarnationem, sed etiam inutilis serui, per humilem & abiectam cõuersationem. Considera singulos eius actus, semper in eis relucet humilitas. Hic igitur ipsam fabricauit, id est, ostendit qualiter acquiri possit: scilicet per uilificationem & abiectionem suiipsius in conspectu suo & aliorum, ac per con-

Citatur à D. Thoma in catena sub nomine Graci.

Ioan. 1.

Thomas 3. parte quæst. 43. ar. 4.

Miracula cur infans non fecerit.

Modestia Christi laus.

Psal. 21.

Humilitatis commendatio.

Gal. 6.

Humilia animi indicia.

Bernardus sermo. 16. in cantica.

Ociũ Christi, utile fuerit nec ne.

Actor. 1. Matt. 11.

Mar. 6. Philip. 2.

Quomodo acquiritur humilitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

continuum exercitium operum uilium & humiliũ. Si enim uis adipisci humilitatem, oportet quòd prę cedat humiliatio, & exercitium operum humilium. Vnde Bernar. Humilitas ad quam utique ducit humiliatio, totius est spiritualis fabricæ fundamẽtum. Si quidem humiliatio uia est ad humilitatem, sicut patientia ad pacem, sicut lectio ad scientiam. Si uirtutem appetis humilitatis, uiam non refugias humiliationis. Nam si non poteris humiliari, non poteris ad humilitatem prouehi. Prodest itaque mihi meam insipientiam sciri, & à scientibus iure confundi, cui sæpe contigit à nescientibus iniustè laudari. Grande reuera periculum, audire quenquam de se suprà quàm sentit in se. Quis dabit mihi apud homines tantum de ueris dignè humiliari, quantum uel de falsis datum est indignè exaltari? Illam uerò uocem propheticam iure assumerem. Exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus. Et illud: Ludã, & uilior fiam. Ludam, scilicet uelludar. Bonus ludus quo Michol irascitur, & Deus delectatur. Bonus ludus qui hominibus quidem ridiculum, sed angelis pulcherrimum spectaculum præbet. Bonus inquam ludus, quo efficimur opprobrium abundantibus, & despectio superbis. Hoc casto & religioso ludo ludebat qui dicebat Spectaculũ facti sumus, & angelis Deo, & hoibus, hoc ludo & nos interim ludamus: ut illudamur, confundamur, humiliemur, donec ueniat qui deponit potentes, & exaltat humiles, qui nos lætificet & glorificet, & in æternum exaltet. Et iterum: Oportet namque humiliter sentire de se: nitentem ad altiora, ne dum suprà se attollitur cadat à se, nisi firmiter per ueram humilitatem fuerit solidatus. Maxima enim nisi humilitatis merito minimè obtinentur. Propterea qui prouchendus est correptione humiliatur, humilitate gratiam meretur. Tu ergo cùm te humiliari uideris, habeto id signum in bonum, omnino est argumentum gratiæ propinquantis, nam sicut ante ruinam exaltatur cor, ita & ante exaltationem humiliatur. Sanè utrunque legis: Deum scilicet & superbis resistere, & humilibus gratiam dare: ac parum est cùm seipsum humiliat nos Deus, si tunc libenter accipimus, nisi & quando per alium hoc facit sapiamus similiter. Quamobrem accipe huius rei mirabile documentum de sancto Dauid. Aliquando maledictum est illi & à seruo. At ille nec cunulatam sensit iniuriam, quia præsensit gratiã. Quid mihi ait & uobis filij Saruiæ? O uerè hominem secundum cor Dei, qui se ulciscenti potius quã exprobranti succensendum putauit. Vnde & secura conscientia loquebatur. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis. Vetuit ergo prohiberi maledicum conuitiantem, quæstum æstimans maledicta. Sæuiebat lingua maledicta, & ille intendebat qd in occulto ageret Deus. Vox maledicentis in auribus, & animus inclinabat se ad benedictionem. Et ideo dicit: Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. Vides, quia humilitas iustificat nos. Humilitas dixi, & non humiliatio. Quanti humiliantur, qui humiles non sunt. Alij cum rancore humiliantur. Alij patienter. Alij & libenter. Primi rei sunt, sequentes innocij, ultimi iusti. Quanquam & innocentia pars iustitiæ est, sed consummatio eius apud humilem, non humilitatis, sed humilibus dat gratiam. Est autem uerè humilis, qui humiliationem conuertit in humilitatem: & hic potest dicere Deo: bonum mihi, quia humiliasti me: Hæc Bernar. Sunt autem plura quæ ad humiliationem, & humilitatis exercitium ualent: de quibus ibidem Bernar. sic dicit: Ad exercitium humilitatis quinque prodesse possunt. Amor uilitatis, ut ea quærat homo in quibus & locus quidam uideatur iniuriæ. Assiduitas subiectionis, ut semper uelit esse cum aliquo, quem reuereatur & timeat, ut discat frangere suam uoluntatem. Tertio in humilitatis exercitio est comparatio melioris, ut eũ semper attendat homo in quo inueniat gratiam quę ei deest, oblitus quæ retrò sunt, & in ea quæ antè sunt extentus. Quartum est assidua meditatio propriæ conditionis: ut ad omnem elationis motum statim occurrat, quid superbis terra & cinis? Quintum est consideratio occulti inspectoris. Quomodo enim q sæpius cõfessionẽ fecerit alicui de uerbis, quæ arroganter dixerit, si fortè cõtingat, ut paruus simile aliquid loquens illum uideat audientem, ualde confunditur: ita qui considerat occultum inspectorem cui cogitatio omnis confitetur, non poterit non erubescere, si elatum quid meditetur: propterea non solùm contra superbiã, sed & contra uitia uniuersa ualde utile est homini semper uidere uidentem se, & sic attendere oculos eius in corde suo, ac si hæc sola cura sit Deo contemplari quid agat, aut quemadmodum se habeat ipse: Hæc Bernar. Humilitatem igitur pro posse sectare, sine qua non poteris proficere, aut uirtutem aliquam possidere. Vnde iterũ Bernar. Humilitas ceteris uirtutibus intantum est necessaria, ut absque ista illæ nec esse uirtutes uideantur. Nempe ut charitas siue quæq; alia uirtus detur, humilitas meretur: quoniam humilibus Deus dat gratiam. Seruat acceptas: quia non requiescit spiritus nisi super quietum & humilem. Seruatas consummat: nam uirtus in infirmitate, hoc est in humilitate perficitur: Hæc Bernar. Humilitas ergo meretur gratiæ impletionem. Vnde in psalmo: Qui emittis fontes in conuallibus, id est, gratiam tuam præstas humilibus: inter medium montium pertransibunt aquæ. Duo enim mõtes sunt duæ species superbiæ, quarũ una nascit ex re tẽporali, alia ex re spirituali, & inter istos duos montes est uallis humilitatis nõ declinãs ad aliquam speciẽ superbiæ: & in isto medio transeũt aquæ gratiarum. Secundò humilitas meretur impletæ gratiæ augmentationem, & ideò uolens ulteriorem gratiam recipere à Deo, non æstimet se magnũ: sed humiliet se ipsum. Quòd autem homo nõ eleuet se de gratia quam habet, sunt tria signa. Primùm, si non vult ut propter gratiam uel perfectionem quã habet, exhibeatur sibi maius cõmodum quàm alij. Secundum, si paratus est contemptum, incommodum, & laborem pati sicut alij. Tertiò quòd facto sibi incõmodo, credit in hoc nõ sibi fieri iniuriã, sed iustitiam. Tertiò humilitas meretur gratiæ augmentatæ conseruationẽ. Sicut n. cinis conseruat ignẽ: sic humilitas gratiã, q̃ est ignis spiritualis. Conseruatur ẽt ignis per lignorũ appositionẽ: sic & gratia per bonorũ operũ multiplicationẽ, quæ est quasi lignorũ appositio. Item conseruatur ignis per insufflationẽ: sic & gratia per feruentem meditationem, quæ est quasi quædam insufflatio. Item conseruatur ignis per præseruationem à contrario, sic & gratia per occasionum & societatum malorum deuitationem, quæ est quasi quædam à contrario præseruatio. Sed redeamus ad intuendum actus & uitam domini Iesu speculi nostri, quod est principale nostri propositi. Igitur in omnibus exhibeas præsentem, & considera illam super omnes alias benedictam familiam paruam,

Bernardus epistola 87.

Psal. 87.

2. Reg. 6.

Psal. 122.

1. Cor. 4. Luca. 2.

Eccle 3.

Iacobi 4.

Prouer. 16.

2. Reg. 16.

Psal. 7.

Psal. 118.

Humiliatio sine humilitate inutilis est.

De exercitio humilitatis.

Bernardus epistola 42. sine humilitate nulla est uirtus perfecta. Iacobi 4.

Esaiæ 66. 2. Cor. 12.

Psal. 104.

Humilitatis indicia.

Vita Christi.

paruam: sed ualde excelsam, pauperem, & humilem uitã ducentẽ. Fœlix Ioseph senex quærebat de arte lignaminis quod poterat, Domina uerò colo & acu pro precio laborabat, uictum spõso & filio parabat, & alia expedientia domus obsequia, quę multa sunt, faciebat: quia seruientẽ non habebat. Cõpatere igitur sibi quam sic oportet laborare, & suis manibus operari. Compatere etiam domino Iesu, quia eam adiuuat fideliter, & laborat in his q̃ potest, *Venit enim* ut ipse ait, *ministrare, & non ministrari*. Intuere igitur bene eum, humilia obsequia domus faciẽtem, & nihilominus intuere etiam dominam & Ioseph senem pro uitæ necessarijs laborantes. Vnde Basilius: Ab ipsa autem primæua ætate parentibus obediens, quantum laborem corporeum humiliter & reuerẽter sustinuit. Cùm enim homines essent honesti, & iusti, egeni tamen necessariorum penuriam patientes tẽpe præsepi, manifestum est q̃ sudores corporeos frequentabant, nec essaria uitæ sibi inde quærentes, Iesus autem obediens illis etiam in sustinendo labores subiectionem plenariam ostendebat: Hæc Basilius. Conspice etiam qualiter ipsi tres comedunt ad unã mensam simul per singulos dies, non lautas & exquisitas, sed pauperes & sobrias cœnas sumentes: & qualiter postea simul colloquuntur, non inania & otiosa uerba, sed plena spiritu sancto, & sapientia, nec minus mente reficiũtur quàm corpore, & qualiter post aliqualem recreationem conuertunt se in cubilibus suis ad orationem, non enim erat eis domus ampla, sed parua. Meditare etiam tria cubilia in aliqua camerula, scilicet unum pro quolibet eorum, & intuere dominum Iesum super unum serò post orationem se componere per singulas noctes, tam longissimi temporis spatio, sic humiliter, sic uiliter, sic ẽt perseueranter: ut faceret quicunque alius pauperculus de populo. Quolibet sero in hoc strato deberes sibi compatiendo eum aspicere, & te ibidem humiliter, & deuotè recommendare. In tanta tamen corporis afflictione & penuria, pia mater replebatur mẽtis lætitia de tanti filij præsentia. Vnde Anselmus: Quo uel quali gaudio replebatur tota substantia eius, quã do eum quem tanto pere diligebat, quem creatorẽ atque dominatorem omnium rerum esse sciebat, secum degentem, secum edentem, secq; quæcunq; nos se uolebat dulci affatu docentem haberet, quis capiet? Quantum uis mirabilis itaq; & ineffabilis amoris affectus considerari queat, inter hunc talem tantæ matris filium, & hanc talem tanti filj matrem perpendãt hi saltem quoquo modo, qui unico dilectionis feruore sæpe altrinsecus amant, mater scilicet filium, & filius matrẽ. Nec putetur ab aliquo, uel parum quid sentire in se quẽlibet de affectu istius matris in filium suum. Nullo si quidẽ modo crediderim q̃ is qui ad eum intelligendum prouchi meruerit, ab amoris ipsius dulcedine extraneus usquequaque fieri possit. Qui autem in huius dilectionis suauitatem transit, nullo pacto defendendum, † quin & in retributionis eius participium transiturus sit: Hæc Anselmus. Vidisti quantam paupertatem, uilitatem, & asperitatem, uigilando, dormiendo, abstinẽdo: & in omnibus suis actibus rex regum, & dominus æternus per tam longissimis temporis spatia pro nobis sustinuit. Vbi sunt ergo quærentes ocia & commoda, quærentes superflua & ornata, quærentes curiosa & uana? Non didicimus in scholis magistri huius, qui talia uolumus. Sed nunquid sapientiores eo sumus? Ipse nos docuit uerbo & exemplo humilitatem, paupertatem, ac corporis & laboris afflictionem. Sequamur ergo summum magistrum, qui nec fallere uult, nec falli potest, *& habentes* iu xta doctrinã Apostoli *uictum, & quibus tegamur* ad cõgruẽtem scilicet necessitatem, non superabundantiam, *his contenti simus*. Alijs etiam uirtutum exercitijs & studijs spiritualibus, continuè, indesinenter & uigilanter pro posse insistamus. Ex hoc ergo facto domini, accipe doctrinam in tuam paruitatem resiliendo: ac teipsum, non solum in tuo sed etiam aliorum conspectu uilificando, & per exercitium uiliũ & humilium operũ abijciendo. Videas cõtinuè defectus tuos, & peccata tua, & ea aggraua quantum potes. Aliorum uerò defectus post tergum proijcias, & nõ uideas: q̃si uideris, alleuies & excuses, & ipsis compatiaris & succurras pro uiribus, cogitans semper q̃ tu faceres peius, nisi sola sua gratia te cõseruaret Iesus Christus. Auerte oculos tuos, & mentis & corporis ab aspectu aliorum, ut in lumine uultus Dei conspicere possis teipsum. Nihil enim ad te humiliandum utilius reperire poteris, quàm si teipsum bene inspexeris. Vnde Bernar. Volo proinde animam primò omnium scire seipsam, quia talis scientia non inflat, sed humiliat, & est quædam præparatio ad ædificandum. Nisi enim super humilitatis stabile fundamentum spirituale ædificium stare minimè potest. Porrò ad se humiliandam nihil anima inuenire uiuacius seu accommodatius potest, quàm si se in ueritate perspexerit: tantum non dissimulet, non sit in spiritu eius dolus, statuat se ante faciem suam, nec à se auertere abducatur: Hæc Bernard. Vnde & Augustinus dicit, quòd non est paruus ad beatitudinem accessus, cognitio infælicitatis suæ. Teipsum ergo sine cessatione considera, & semper sine simulatione diiudica. In omni actu tuo in omni locutione tua, & i omni cogitatione tua teipsum reprehende, & in te semper compunctionis materiã studeas inuenire, cogitando quòd etiam bona quę facis non sunt ad plenum excocta, nec illo feruore quo deberent facta, sed multis inquinata negligentijs, ut meritò omnis iustitia tua panno menstruatæ comparari debeat mulieris. Considera etiam diligenter & cum magno pauore frequẽtissimè rumina, q̃ omnem aptitudidem ad bonum, & ad omnem gratiam, seu quãcunque sollicitudinem circa uirtutũ ac quisitionem, à teipso non habeas, sed Christus tibi dedit sola sua misericordia: qui si uoluisset potuisset ita conferre cuicunque ribaldo, te in luto fecis & lacu miseriæ derelicto. Quomodo enim sibi aliquid tanquam suum attribuet, acsi ab ipso proueniat, qui multotiens suam impossibilitatem in quibuscunq; bonis operibus magnis & paruis est expertus: qui totiens cognouit se non posse dum voluit: & quando, ut ita dicam, non uoluit, nec curauit, nec super talibus cogitauit, sensit se subitò diuinitus excitatũ, feruore mirabili ad illa opera facienda quæ prius cum omni suo conatu implere non potuit. Nam & talem impossibilitatẽ idcirco Deus tam longo tẽpore dominari in homine permittit vt discat humiliari, & nũ quam in seipso inaniter glorietur, sed Deo omne bonum attribuat, non solum consuetudine quadam & labijs, sed potius ex intimo sui cordis. Cogita etiã q̃ non est ribaldus, uel quicunque peccator, qui non magis assisteret Deo suo quàm tu, & qui nõ magis recognosceret Dei beneficia q̃ tu, si recepisset gratias, quas tu sola Dei gratuita bonitate & nõ ꝓpriis meritis recepisti: propter quod potes teipsum vilio-

1. Timo. 6.

Matt. 20.

Basilius c. 5. constitutionum monasticarũ.

Basilius de labore corporali Christi.

Anselmus de excellentia B. Mariæ cap. 4. to. 3.

† deficiendum.

Humilitẽ facit seipsum inspicere. Bernar. ser mon. 36. in cantica

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem & inferiorem omni homini iudicare: & ne propter ingratitudinem tuam à suo conspectu te Christus foris abijciat, non immeritò formidare, & peccata aliorum in te sub quadã similitudine trãsformare: sic te in tua conscientia increpando. Ecce ille est homicida, & ego miser multotiẽs occidi animam meã. Iste fornicator est & adulter, & ego tota die fornicator & adulteror à Deo meo oculos meos auertendo, & diabolicis suggestionibus supponendo, & sic de alijs suo modo. Debes etiam habere in proprio tuo sentimento duo, uidelicet quòd sentias de teipso sicut de uno corpore mortuo fœtenti, pleno uermibus, & malè oleti, & sicut de uno cadauere quod homines dedignantur uidere, immo claudunt nares propter eius pessimum fœtorem, & auertunt facies ut non uideant talem ac tantam abominationem. Et quòd si quis de tuo corpore iustitiam faceret, sentias quòd iustum esset ut ibi oculos erueret, ac nasum, aures, & os abscinderet, & sic de alijs sensibus & membris corporis: quia Deum offendisti cum eis, & quòd tantum de hoc gauderes ut nunquam aliud de te tantum desiderares, aut uelles, & ꝙ omnia uituperia, uerecũdias, & diffamationes pluſquã possent imaginari, uel cogitari, ut uinum biberes, ac cum summo gaudio & lætitia cordis reciperes, imò in facie ridens, splendens, & alacer appareres. Et ꝙ omnes te uidentes faceres admirari, & ad seipsos conuerti, & ꝙ crederent non posse sine Deo hoc sieri. Deinde oportet quòd diffidas de teipso totaliter, & de omnibus bonis tuis, & de tota uita tua, & conuertas te totum, & reclines super brachia Iesu Christi pauperrimi, humillimi, improperati, despecti, & mortui propter te, usquequo tu sis mortuus in omnibus tuis sentimentis humanis, & quòd Iesus Christus crucifixus uiuat in tuo corde, & in anima tua, & totus transformatus & transfiguratus & uiuus, & hæc cordialiter sentias in te, intantum ut nunquam uideas uel audias nisi solum Iesum stantem in cruce suspensum & mortuum propter te ad exemplar beatæ virginis mortuus mundo & uiuens in fide: & ꝙ in illa fide uiuat tota tua uita, usque ad resurrectionem, in qua Deus mittet gaudium spirituale & donũ sancti spiritus in anima tua, & in illis qui diligunt aduentum eius. Ex his præmissis generabitur in te uirtus illa, quæ est mater & origo omnium uirtutũ: scilicet humilitas, quæ interiores oculos aperit ad Dei conspectum, cor humanum ab omni superflua cogitatione purgando. Nam dum homo in suam paruitatem resilit, se uilificando, se increpãdo, se detestando, suam nihilitatem cõsiderando, sibiipsi intentissimè displicendo, per hæc & similia in tantum circa propria occupatur negocia, quòd omnis alia inutilis cogitatio arescit, & sic dum omnia alia audita, uisa, & tẽporaliter operata à se repellit, & in oblionem adducit, incipit ad seipsum redire, & modo mirabili in seipsum reuoluitur, & sic ad originalem iustitiam & cœlestem quodammodo puritatem incipit propinquare. Sic dum in seipsum reflectitur cõtemplationis oculus dilatatur, & in se scalam erigit per quam transeat ad contemplandum, & angelicũ spiritum & diuinum. Ad quod oportet ut anima materialia omnia ab oculis suis excludat, sicut aliquis uolens solem uisibilem intueri, necesse est ut ab omnibus aliis uisibilibus oculos auertat. Et ex tali contemplatione animus ad bona cœlestia inardescit, & omnia tẽporalia tanquam nihil & longè prosilit. Per hoc illa charitas in mente feruescere incipit, quæ uelut ignis omnem rubiginem uitiorũ consumit. Sic totam animã intantum occupat charitas, ꝙ non est qua intret uanitas: Iã quicquid cogitat, quicquid lõquitur uel operatur, totũ prouenit ex dictamine charitatis. Vt ergo in bono iugiter perseueres, sta iugiter in timore, & à Deo totaliter recognosce, & ab ipso perseuerantiã pete. Et si non uis corruere, noli alios iudicare, nec contra eos indignationis spiritu mouearis, si eos uides in aliquibus deficere, & eis cõpatiaris ex corde, ac pro eis suppliciter ora, & eos in corde tuo quantum potes excusa, cogitando ꝙ non potes aliquid, nec ipsi possunt, nisi quantum Christi gratia manum suam porrigit: qui non pro meritis, sed pro suæ uoluntatis beneplacito tribuit. Si hæc cogitaueris, firmus eris. Nã quæ est causa ꝙ multi quãdoque incipiunt multa in abstinentia, & in alijs facere qui non perseuerant corpore languente, uel spiritu frigescente? Certè nulla alia causa, nisi propter eorum elationem & præsumptionem dum de se præsumentes, alijs indignantur, & eos in cordibus suis iudicant. & Deus subtrahit ab eis donũ suum, efficiunturq; defectuosi pluſquam alij, quos primitus iudicabant. Nã communiter istud accidit, ꝙ quicunq; alium in aliquo iudicat, Deus tandẽ eum in eodẽ defectu, uel maiori cadere permittit. Ergo seruias Deo in timore, & si quando te sentias in exaltatione quadã ob memoriam beneficiorũ quæ tibi donat altissimus, apprehende disciplinã increpationis & proprię reprehensionis, nequãdo tibi irascatur dñs, & pereas de uia iusta, & cadas. Et breuiter sequere utilem Anselmi doctrinam: Omnia, inquit, interiora tua, & ea quæ agis inspicias, & ad quem finem quæq; peruentura sint uideas. Et credo, nisi insanus sis, ea facies uti de fœlicitatem & gaudiũ recipies: ea uerò dimittes, unde tormenta & tristitiam merearis. Hæc Anſel.

Inducentia duo ad humilitatem.

Perseuerantia habenda ratio.

ORATIO.

IESV mitis & ueræ patientiæ forma et humilitatis exemplũ: repelle à me omnes fastus superbiæ, cunctosque appetitus inanis gloriæ omnia simul, genera tantæ pestis, tantæque malitiæ. Non sit Domine, neque uideri possit ullum tanti mali tantæque perditionis signum in seruo tuo, neque in moribus meis, neque in uerbis, neque in factis, neque corã te in cogitationibus meis. Funda in ueva & profunda humilitate: ut nullus in me pateat locus inimicorum insidijs, & præsta ut sim paruulus in oculis meis, quatenus plenam gratiam inueniam in oculis tuæ maiestatis. Amen.



De officio & uita Ioannis Baptistæ. Correspondet Euangelio: Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris. Cap. XVII.

Matt. & Luca 3.

RAETERMISSIS omnibus alijs infantiæ saluatoris actibus, cura fuit deinceps ipsis Euangelistis describere facta & dicta Christi, q̃ gessit p̃m ætatis plenitudinẽ, & secundũ uirũ perfectũ, & primò de Baptismo quo à Ioanne baptizatus fuit. Præmittẽdum est igitur mysterium & officiũ Ioannis baptizantis, & Baptismũ pœnitẽtiæ prædicãtis. *In diebus itaque illis* quibus adhuc in Nazareth Iesus habitabat, uel qñ hæc quæ sequuntur contigerunt, secundũ ꝙ dicitur in principio Euangeliorũ in Ecclesia, In illo tpe, s. *anno xv. Tiberij Cæsaris*, qui successit Octauiano Augusto, sub quo natus est Christus, *procurante*, & regẽte, *Pontio Pilato, Iudææ: tetrarcha autem*, adhuc, *Galilææ Herode, & Lysania Abylinæ tetrarcha*: *Philippo*, ẽt adhuc, *tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis*. Vbi sciendũ ꝙ, ut suprà dictũ est, regnũ Iudæorũ in quatuor tetrarchias diuisum fuerat, quarũ duas, s. Iudeã & Abylinã hẽbat Archelaus, tertiã uerò, & quartam Philippus. Accidit aũt ut Archelaus, tyrannidẽ exercens, apud Augustũ accusaret, ꝙ ob hæc ab Augusto depositus, in exiliũ ẽ missus decimo anno sui principatus. Et extũc una pars principatus sui, s. Iudæa cœpit p̃ procuratores & officiales Romanorũ administrari, quorũ quintus Pontius Pilatus fuit dictus, à Pontio insula ĩ qua stetit. Vnde nõ erat princeps ordinarius, sed fuit uicarius, uel delegatus, & iõ p̃curator est dictus. Si ergo qñq; legitur præses fuisse, intelligẽdũ ẽ de p̃curatore: qa ut vr, nunq̃ præses fuit, sed eo procuratore exĩstẽte Vitellius p̃ses Syriæ, cuius pars Iudæa est, extitit. Et fortè iõ præses dici poterat, qa qñq; p̃sidis officiũ exercebat. Altera uerò pars principatus sui, s. Abylina, tradita est Lysaniæ sub noĩe tetrarchiæ. Istũ Lysaniã dicunt q̃dã fuisse filiũ Herodis Ascalonitæ, sub quo natus est Dñs, sed Iosephus dicit ꝙ fuerit nepos eius, natus ex Alexãdra sorore ipsius Herodis, & ex patre Ptolomæo de Libano, & hoc magis vr. Et subditur: *sub principibus sacerdotum Anna & Caypha*. Isti affinitate erant cõiuncti, & uicissim pontificatũ administrabãt, sed Annas quo anno Dñs est baptizatus, & Cayphas illo quo ẽ passus, inter quos in illis tribus annis, tres alii, s. Ismael, Eleazarus, & Symon fuerunt, ꝙ hĩc tacẽtur, & tãgit Euangelista solũ illos sub quibus p̃dicatio incepit Ioannis, & passus est Christus. Quòd aũt p̃dicatio Ioãnis tam soleniter describit, s. per imperatoris, & põtificũ, & principũ tpa, est ad designandũ excellentiã eius quẽ nunciare ueniebat, utpote q̃ summus imperator & pontifex, & gubernator oĩum exĩstebat. Tunc ergo *factum est uerbum Domini*, i. superna mentis inspiratio, quæ dr uerbũ, qa intus in mẽte loquitur, secũdũ illud Psal. Audiã q̃d loquatur in me Dñs Deus, *super Ioannem Zachariæ filium in deserto*, q̃ tũc in anno erat trigesimo q̃d tempus prædicationi debitũ est: qa tunc ætas virilis uiget, ut baptizãs & prædicãs Christi aduentũ, & redẽptionis solatium annuntiaret. Audiuit Ioannes per internã inspirationẽ, ac reuelationẽ diuinã & auditu mentis, uerbum Dñi sola gratia desuper ei loquẽtis: unde secundũ Chryſ. Verbũ Dñi hĩc mandatũ, seu præceptũ Dei dr, qa non à semetipso Ioãnes, sed Deo illũ monente ad ministerium illud accesit. Vnde & ipse ait: Qui me misit baptizare in aqua, &c. Et ne propter defectũ aquæ differretur Baptismus eorũ, qui in eius prædicatione cõuertebantur, & ut prædicando magis proficere posset: exiuit de deserto ubi iã pœnitentiam agendã prędicare cœperat, *& uenit ĩ regionẽ*, circa Iordanẽ: ubi copia aquarum, & loca populosa erant, *baptizans & prædicans Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum*. Et in hoc dedit exẽplũ prædicatoribus, ut loca fructificationis uerbi diuini quærant, nõ recreationis. Baptismus Ioannis disponebat hoĩes ad suscipiendũ Christũ, iõ non baptizãtur ab eo, nisi Iudæi q̃bus principaliter p̃missus fuit Christus. Mulieres ẽt nõ baptizabantur, qa ipsæ erãt instruẽdæ à uiris. Nec infantes baptizabantur, qa mysteriũ nõ intelligebãt, & cognitio necessaria erat. Baptismus uerò Christi datur oĩ sexui, omni genti, omni ætati in remissionẽ peccatorũ. Quòd ergo hic dr. in remissionẽ peccatorũ, nõ est referendũ ad Baptismũ Ioannis, sed ad pœnitentiã q̃ Baptismo annexebatur, sola. n. ipsa pœnitẽtia remittebat. Baptismus q̃dẽ Ioannis Baptismus pœnitẽtiæ erat, qa ad pœnitẽtiã baptizandos monebat, & nõ nisi adultos quos pœnitẽtes uidebat baptizabat. Vnde licet Baptismo ipsius nõ dimitterẽtur peccata, susceptio tñ illius erat quædã p̃testatio agendi pœnitẽtiã, per quã dimittuntur peccata. Erat ẽt Baptismus Ioannis in remissionẽ peccatorũ, non effectiuè, sed præparatiuè, qa præparabat ad Christi Baptismũ, in quo fiebat remissio peccatorũ. Baptismus ergo Ioãnis erat Baptismus pœnitẽtiæ, qa pœnitentiã delictorũ habebat: sed ea ralaxare nõ poterat. Baptismus aũt Christi, est Baptismus gratiæ, qa in Christo datur, & peccata relaxantur. Vnde Chryso. Illud datũ est in pœnitẽtia, hoc ĩ gratia. Ibi uenia, hic victoria. Et notandũ secundũ Greg. Naziãzenũ, q̃ quintuplex est dria baptismatũ. Est n. quoddã figuratiuum, quo baptizauit Moyses, sed in aquã solũ, s. in nube & mari. Aliud est p̃paratiuũ, quo baptizauit Ioãnes de quo hĩc dr. Tertiũ est p̃fectiuũ, ut Baptismũ Christi, qđ fuit in spiritu. Quartũ est supererogatiuũ, qđ s. fit in sanguine per martyriũ, & hoc est uenerabilius cæteris, quia iteratis non fœdatur contagijs. Quintum est culparum actualium absterſiuũ, quod fit quotidie in lachrymis & est laboriosius cæteris. Ioãnis q̃dem Baptismus erat præparatiuus, quia necessarium erat homines præparari ad Christum Baptismo eius, & secundum hoc ita se habet Baptismus Ioannis ad Christi Baptismum, sicut catechismus in quo baptizandi instruuntur de fide, & præparantur ad Baptismum, se habet ad Baptismum uerum. Vnde Remig. Baptismus Ioannis figurã gerebat catechuminorũ. Nã sicut modo catechizantur pueri, ut digni fiant ad sacramẽtum baptismatis, ita Ioannes baptizabat, ut baptizati ab eo, postea deuotè uiuendo digni fierent accedere ad Christi Baptismum. Vnde & Chryſostomus: Aptè ergo cùm dixisset ꝙ uenit prædicãs Baptismum pœnitentiæ, adiecit in remissionem peccatorum. q.d. Idcirco suadebat illis pœnitere, ut subsequentem ueniam facilius impetrarent credẽtes in Christum, unde Baptisma illud nullam aliam habuit causam, nisi ꝙ præparatoriũ erat ad fidẽ. Hæc Chryſost. Vnde & baptizabantur in Iordane, qui descensio interpretatur. de superbia ueteris hominis ad humilitatem confessionis & emendationis descendentes, quatenus abdicata uita ueteri renouari mererentur in Christo. Ideo etiam conuenienter Baptismus Ioannis factus est in Iordane: quia erat quædã protestatio pœnitentiæ agendæ, per quam appropinquat regnum cœlorum, & transitus ad terram uiuentium, sicut filii Israel ad terram promissionis transierunt per Iordanis fluuium. Baptizauit autem

Pilatus procurator tantum fuit.

Vitellius.

Lisanias.

Annas & Caiphas.

Psal. 84.

Theophilactus in eum locum.

Quid uerbi Domini hoc loco.

Baptismus Ioannis nõ mundabat sine pœnitẽtia.

Baptismus Christi.

Baptismus pœnitentiæ.

Baptismus gratiæ.

Chrysostomus ho. 1. in Marcũ. Gregorius Nazianzenus, oratione in sanctã lumina.

Baptismus quintuplex

Baptismus Ioannis prę paratorius & figuratiuus.

Chrysosto. hom. 1. in Math.

Baptismus Ioannis quare factus i Iordane.

Universidad de Deusto Biblioteca

Baptizādi causa in Ioanne. Augustin. sermone 1. de Epiphania. Chrys. ho. 16. in Ioā. Greg. hom. 7. in Euāg. Beda in ca. 3. Lucæ.

Ioannes propter plures rationes. Prima est secundum Augustinum, ut significaret baptismum Christi, & sic fuit sacramentum. Secunda est, secundum Chrys. ut ex nomine baptizandi plures ad Ioannem conuenirent, quibus de Christo annunciaret. Tertia est, secundum Greg. ut per Baptismum Ioannis homines assuescerent ad Baptismum Christi. Quarta, secundum Bedam, ut per Baptismum Ioannis homines præparentur & humiliarētur ad Baptismū Christi. Quinta est, secundum ipsum Ioannem, ut manifestaretur Christus in Israel in Baptismate Ioannis, uoce patris & spiritusancto. Dicebat ergo prius in deserto, & postea circa Iordanem ad eos qui moti conuersatione uitæ eius exibant ad ipsum. *Pęnitentiam agite*, id est, pœniteat unusquisque mala prioris uitæ, *appropinquabit enim regnum cœlorum*: s. pœnitentiam agenti. Secundum Remig. regnum cœlorū quatuor modis dicitur, s. Christus, secundum illud: Regnum Dei intra uos est. sancta scriptura, secundum illud: Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur gēti facienti fructum eius: sancta Ecclesia, secundum illud: Simile est regnum cęlorum decem virginibus: supernum solium, secundum illud: Multi uenient ab Oriente, & Occidente, & recumbent in regno cœlorum. Et hoc totum potest hîc intelligi.

Remig. Regnū cœlorum. Lucæ 17. Math. 21. Mat. 25. Mat. 8.

Pœnitentia multiplex.

Agenda est pœnitentia & non sera, quæ est damnatorum: non coacta, quæ est latronum: non ficta, quæ est hypocritarum: non desperata, quæ est perditorum: sed vera, quæ secundum Chrys. cor mundat, sensus illuminat, & ad susceptionem Christi humana præcordia præparat.

Hieronym. sc. 3. Mat. Regni cęlorū ꝓmissio prima per Ioannem Baptist.

Vt aūt ait Hier. Primùm Baptista Ioannes regnum cœlorum prædicat, ut præcursor Domini hoc honoretur priuilegio. Vnde & Petrus Rauēnas dicit, ꝙ post peccatū Adæ, & illius diluuij uastitatē solennem electa est iustorum infinita pluralitas, cū quibus Deus facie ad faciem locutus fuisse dinoscitur. Et enumeratis pręcipuis patriarchis, patribus, & prophetis ueteris Testamenti subinfert, quia ab eis nulla mētio facta fuit de regni cœlestis perpetua mā sione, nec in his omnibus memoria regni nec nominatur, nec auditur, nihilque de cœlestis regni gloria prophetatur. Et subdit: Quid plura? A principio mūdi usq; ad Ioannem uniuersitatis humanæ electionem recollige, nec in sermone uel opere illius regni cœlestis poteris reperire dulcedinem. Veni ergo ad Ioannem, & audi uocem exultationis, uocem lætitiæ, misericordiæ uerbum, sermonem, gloriæ, gratię largitatem, quod cælauerat Deus, tacuerat Angelus, latuerat Patriarchas, Prophetæ nescierant. Pœnitentiam, inquit, agite: appropinquabit enim regnū cœlorum. Verbum pœnitentiæ dulce & gloriosum, uerbum regni cœlorum lætum & aduocandum illi soli primo cōueniens, q̄ primus noui Testamenti posuit fundamenta, & addit: A diebus Adæ usq; ad Ioannē organum nostrum uersum est in uocem flentium, quia ubi peccatorum frequentia, nec pœnitentiæ locus, duplex erat plorandi materia. Ioannes natus ostendit medicamen vulneri, peccato pœnitentiam, ueniā iniquitati. Hæc est prima uox, quā clamans in deserto ꝓposuit, & vox turturis audita est in terra nostra, & tunc immisit in os nostrū nouum carmē Deo nr̄o, & resonat in ore nr̄o gratiarū actio, & uox laudis. Superexaltatur misericordia, peccatoribus parcitur, regnat pietas, iustitia dissimulatur, & miserendi non feriendi quærit occasionem misericors & miserator Dominus: Hæc Petrus. Et ut ostendatur idoneitas Ioannis ad testificandum de Christo, ex sanctitate uitæ describit Euangelista uitam Ioannis.

A Primò ab asperitate uestis, quia utebatur ueste aspera, scilicet cilicio seu tunica de duris camelorum pilis. In quo monemur, ut ad refrenationem carnis asperis utamur. Vnde Hiero. De pilis, inquit, habebat uestimentum, non de lana. Aliud austeritatis indicium est, aliud luxuriæ mollioris. Vnde & Chrysostom. Seruis autem Dei non conuenit habere uestimentum ad speciem uisionis, uel ad carnis delectamentum, sed tantum ad nuditatis tegmētum. *Habebat enim Ioannes*, uestem non mollem neque delicatam, sed cilicinam grauem & asperam, & conterentem corpus potius quàm fouentem, ut de uirtute animæ eius ipse habitus corporis loqueretur.

Vestitus Io. Bapt. Hieronym. in eū locū. Chrysosto. hom. 3. operis imperf.

Continētia Ioannis.

Secundò à continentia constringente B carnis lasciuiam, quia habebat *zonam pelliceam*, asperam, id est, corrigiam de siccis & crudis animalium pellibus factam, *circa lumbos*, in quibus est sedes luxuriæ, ad carnem & luxuriam mortificādam, quia carnem suam crucifixit cum uitijs & concupiscentijs, quod eorum est proprium qui sunt Iesu Christi. Vnde Chrysost. Consuetudo enim erat apud Iudæos ut zonis laneis uterentur, ideo iste quasi durius aliquid facere uolens zona pellicea cingebatur.

Zona Ioannis. Chrysosto. hom. 10. in Math. Ioan. 1.

Quid tunica & zona Ioannis allegoricè significent, patet per Chrysost. qui sic ait: Erat Ioannes, hoc est lex in Ioanne, uestitus pilis cameli. Non poterat habere tunicam de agno, de quo dicitur: Ecce agnus C Dei, ecce qui tollit peccata mūdi, & zonam pelliceā habebat in lumbis, quia Iudæi hoc solū putant peccatum esse quod opere peccant. Cæterū Dominus noster Iesus Christus in Apoc. Ioannis qui uidetur inter septem candelabra, habebat zonā auream, non in lumbis, sed in pectore. Lex in lumbis cingitur, cæterum Christus, hoc est Euangelium, & monachorum uirtus, non solū in libidine, sed & in mente cōmendatur. Hic nec cogitare quidem expedit, ibi qui fornicatus fuerit tenet in crimine.

Apoc.

Sobrietas Ioannis. Marc. 1.

Tertiò ab abstinētia & uictus parsimonia, *locustas enim*, id est herbas sic appellatas, *& mel siluestre comedebat*, qui cibus pauperum est in terra illa. Vbi sciendum ꝙ locustæ plura significant, de quibus iste uersus extat:

D *Radices, herbas, & aues, dic esse locustas.*

Locusta non minus uaria acceptio.

Sunt enim parua animalia per modum saltus uolitantia, quæ reperiuntur in deserto Iudææ, & frixa cum oleo sunt cibus pauperum, sed non uidetur quòd Ioannes locustarum carnes manducauit, qui pane etiam uesci renuit, & quòd frixuris usus sit: qui nihil coctum accepit, & ideò magis uidetur probabile de alijs intelligi debere, unde in partibus illis quandam herbam langustæ, id est, locustam nominant: quæ dicitur illa esse, quam beatus Ioannes edebat. Mel autem siluestre ex apibus in truncis arborum reperitur. Vel secundum Raban. sunt folia arborum alba, & tenera, quæ E manibus contrita saporem habent quasi melis. Inuenitur etiam ibidem mel ex calamellis, quæ calamellæ sunt calami pleni melle, id est, de succo dulcissimo. Vocantur etiam alio nomine cannamelles, quod nomen ex canna & melle componitur, eo quòd cannis siue arundinibus huiusmodi calami sunt similes. In hoc itaq; beatus Ioannes apertè demonstrat quòd pro nihilo mundum istum omnesq; eius blanditias duceret, qui tam uilissimo indumento ciboque tenui, & imparato utebatur. Sola enim huius uitæ necessaria quærebat, qui sic uiuere disposuerat. Huius exēplū illi sequuntur, qui dicunt, habentes uictū & uestitum, his contenti sumus. Propterea.n. q̄a pœnitentiā prædicabat qualiter pœnitē-

Mel. Rabanus in eū locum.

Imitatores Ioannis Baptistæ. 1 Tim. 6.

Ioannis pœnitentia.

tes uiuere debeant, ut bonus magister eis in seipso exemplum & regulam dabat. Erat ei terra cubile, antra domus, pilus uestis, pellis zona, aqua potus, locusta cibus. Et sic non solum mundum & blanditias eius contemnere, sed etiā totius generis humani peccata deflere se ostendit, & exemplum utile posteris dereliquit. Totum ergo quod erat in Ioanne pœnitētiam prædicabat: & nomen, quia Dei gratia: locus, quia desertum: & habitus, quia cilicium: & cibus, q̄a locustarum: & sermo, quia pœnitentiæ uerbum: & operatio, quia baptisma assuefaciens ad bonum.

Prædicator Euangelij & eius officium.

In Ioanne describitur Euangelij prædicator, & primò quantum ad doctrinam debet enim exemplo Ioannis prædicare pœnitentiā, & ea quæ recedere faciunt à peccatis, & ea quæ faciunt accedere ad consecutionem regni cęlestis. Secundò quantum ad continentiam, quia zona dicitur esse circa lumbos ut prædicator continentiam habeat. Vnde Dominus Hieremiam mittens prædicare ait: Accinge lumbos tuos. Tertiò quantum ad uitam, & hoc dupliciter, scilicet quantum ad uestitum & uictum, in quibus etiam à Ioanne accipiat exemplum. Qui ergo pœnitentiam & aspera iniungit uel prædicat & corripit, habitum pœnitentiæ prætendat, aspera ueste tegatur, & parcè reficiatur, ut in eo uilitas uestis & cibi laudetur, quorum usus in diuite arguitur. Austeritas enim uitæ requiritur in Euāgelij prædicatore, ideo dicit Apostolus: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cùm alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar.

Hiere. 1.

1. Cor. 9.

Hieronym. ibidem.

Chrysosto. Math. 11 & Mar. 1. Ioan. Bapt. laudes.

Vnde Hiero. Vestis quippe & cibus & potus totam austeram uitam prædicantium ostendebat. Vbi & Chryso. Talem esse oportebat præcursorem Domini prophetam & Apostolum Christi, qui totū se cœlesti Deo contemptis rebus mundi præstaret. Vnde non immeritò à Domino etiam Angelus nuncupatur, quia in hoc mundo positus mundū ipsum Angelica vita calcabat. Si autem ille qui purus ita erat & cœlo clarior, & Prophetis celsior, & quo nullus hominum maior fuit, quique tanta apud Deum familiaritate gaudebat, ita seipsum ad omnem patiētiam durabat laborum, fluxa deliciarum cū diuitiis despiciens, atq; ad omnem se vitæ rigorem coartās, quam nos habebimus excusationem qui post tot Christi beneficia, post tāta & infinita onera peccatorum, neque minimam particulam illius castigationis imitamur: sed comessationibus & ebrietatibus dediti, ac peregrino odore fragrantes, uel potius fœtentes, ac vndique nosmetipsos relaxantes & mollificantes in prædam diaboli præparamur, & ei captabiles nos facimus: Hæc Chryso.

Math. 3.

Omnis.

Tunc audita Ioannis fama, *exibat ad eum omnis Hierosolyma*, quantum ad habitantes in ciuitate illa, *& omnis Iudæa*, quantum ad circumiacētes in ea, *& omnis regio circa Iordanem*, quātum ad duas Tribus & dimidiam: omnis inquā, id est multi de omnibus, ut sit hyperbolica, id est, multum expressiua locutio, & ponitur ibi cōtinens pro contento. *Et baptizabantur ab eo in Iordane baptismo suo*, confitentes peccata sua, & se aptantes Baptismo Christi suscipiendo.

Ioannis Baptismus prænūciatiuus Christi.

Baptismus enim Ioannis ad hoc erat ordinatus, quasi quædam præparatio & præfiguratio Baptismi ipsius Christi de proximo uēturi, & ideo Ioannes non solum prædicabat, sed ēt baptizabat: q̄a sicut sua prædicatione nūciabat Christum de proximo uenturum, sic suo Baptismo assuefaciebat homines ad libentius suscipiēdū Christi Baptismum. Vnde Baptismus Ioannis erat quædam protestatio credendi in Christum uenturū, &

A faciendi opera pœnitentiæ, ut deuotius acciperent ipsum. Et hoc est quod ī Actibus dr̄, ꝙ Ioānes baptizauit Baptismo pœnitentiæ populū, dicens, in eum qui uenturus esset post ipsum, vt crederēt: hoc est in Iesum, & ideò dicitur hîc, cōfitentes peccata sua, delenda scilicet per Christum uenturum: quia non poterat hoc facere Ioannes, sed denunciabat hoc per Christū fiendum.

Acto. 19.

Lucæ & Matt. 3.

Videns aūt multos Pharisæorū, & Saducæorum, non cōfitentes peccata sua, *venientes*, cū turbis *ad Baptismum* nō ex uera religione, sed populi timore, ac fictè & insidiosè, dixit eis: *Genimina*, seu, *progenies uiperarum*, id est, uenenati & uenenatorum filij, *quis ostendit uobis*, non pœnitentibus, *fugere à uentura ira*: & euadere seueritatē futuri iudicij? B q. d. nullus, nisi à malitia uestra recedatis, & pœnitētiam faciatis. Licet enim falsitas vestra lateat in conspectu populi, non tamen latere poterit in iudicio Dei, quia tunc erūt manifesta abscondita cordis uestri. Sic eos arguebat, ut à malis suis resipiscētes, per iustā pęnitentiā futuri iudicij pœnā euaderent: nam secundū Gregorium. Vētura ira est extrema Dei uindicta, quàm tunc fugere peccator non ualet, qui nūc ad lamenta pœnitentiæ non recurrit.

Gregorius hom 20. in Euang.

Pharisæi unde dicūtur.

Pharisæi dicuntur à Phares, quod ē diuisio, quasi ab alijs diuisi, uel se diuidentes, s. Iudæorū sacerdotes, qui in habitu, & in uictu, & in gestu erant quodāmodo distincti ab aliis in signū maioris religionis.

Saducæi unde dicuntur.

Saducæi dicuntur à Sadoch, quasi iusti, uel se iustificantes, qui quinque C libros Moysi recipiunt, prophetas respuunt, resurrectionem & Angelos esse nō credunt. Hos quoq; qui inter Iudęos maiores esse uidebant, uidens Ioannes ad suū uenire Baptismū eos ī crepabat, & cōfidenter vitia eorū arguēs, utrosq; genimina & progenies viperarū uocabat, quia uenenū hypocrisis & erroris à suis traxerūt progenitoribus & quia malorum acta imitantes eis inuident, eos persequuntur, & ita uenenati filij de uenenatis parentibus sunt nati. Nam secundum Remi. Cōsuetudo scripturarum est ab imitatione operum nomina imponere Sic & isti ab imitatione uiperarum, ꝓgenies uiperarū dicuntur. Cū igitur pęnitentia & correctione maximè indigerēt, increpantur: quia non prius uenena deponūt, ut sic D ad Baptismū ueniant, unde subiungitur: *Facite ergo*, s. in præsenti & citò, *dignos fructus pœnitentiæ*, id est, pœnitentiā dignā & fructuosam per cōtritionē, per confessionem, per satisfactionem, vt fugiatis iram uenturam, quia hæc est sola uia euadendi illam: ubi Chrysost. Non.n. satis est pęnitētibus peccata dimittere, sed opus est eius ferre fructus, secūdū illud: Declina à malo & fac bonū. Sicut non sufficit ad sanationē sagittā euellere, sed oportet vlceri medicamentum apponere. Nō aūt dicit fructum, sed fructus, copiam designans: Hæc Chrys. Fructus uerò dicit, non qualescunq;, sed dignos pęnitentiæ, id est, secundū exigentiā culpæ, ut secundum Grego. Quanto quis grauius peccauit, tanto amplius pro qualitate culpæ E pœniteat, & tanto maiora quærat bonorū operum lucra per pęnitentiam, quanto grauiora sibi intulit dāmna per culpā, unde in Apoc. Quantum se glorificauit, & in delitijs fuit, tantum illi date tormentū & luctum: ubi Petrus Cantor Parisien. Sed quid faciendum irretito pluribus facinoribus, confitenti tamen & pęnitēti qualitercumq;, nolenti aūt subire opus & fructū pœnitentiæ dignum culpæ. Ergo ne à se repelleret charitatē per impositionē grauioris pœnitentiæ, respuens eam per tedium, modicā ei iniungere pœnitentiā. Melius .n. est ut in purgatorio sup-

Chrysosto. hom. 11. in Math. De pęnitentia.

Psal. 36.

Fructus pœnitentiæ.

Gregorius lib. 9 Moraliū c. 47

Apo. 18.

Petrus Cātor ī Apo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pleatur quod minus hic agitur, quàm qs in inferno æternaliter puniatur. Aut enim Deus, aut homo punit. Sed quid si confessor mihi non iniungit fructũ dignum pœnitentiæ. ſ. pro quãtitate culpæ? Ego ſup plebo. quia ſecundum quantitatem & qualitaté culpæ metiri debet quantitas pœnæ, quod fit ex diſcretione, quæ neceſſaria eſt pœnitenti, ſicut & confeſſori: Hæc Petrus. Sed quia Iudæi de generis nobilitate & ſanctitate gloriantes, ſ. quia de Abraham deſcẽderunt ex promiſsione facta Abrahę, ſine operibus ſalutem conſequi præſumebant, ideo ſubiungit: *Et nolite dicere*, uerbo uel mente *intra uos*, per falſam ſcilicet æſtimationem, *patrem habemus Abraham*, de eius iuſtitia confidendo, & ex hoc uos iuſtos reputãdo, credentes uos ſaluari ſine operibus pœnitentiæ: quia ſine fructu pœnitentiæ nullus ſanctorum poterit peccatores ſaluare. Sic aũt uidetur de pluribus Chriſtianis, qui deuotionem ſpecialem ad aliquem ſanctorum habentes, per eorum merita ſaluari credunt ſine operibus bonis. Hæc eſt. n. gloriatio quorundam religioſorum qui gloriantur de bonitate & ſanctitate fundatorũ & patrum ſuorum: quibus dici poteſt, ſi filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Hæc etiam eſt ſtulta gloriatio quorundam miſerorũ, qui uanè gloriantur de ſtatu ſuorum natalitiũ: ubi Chryſoſtomus. Quid enim prodeſt ei quem ſordidant mores generatio clara? aut quid nocet illi generatio uilis, quem mores adornãt? Nam & aurum de terra naſcitur, & non eſt terra: aurum quidẽ eligitur, & terra contemnitur. Melius eſt enim de vili genere clarum fieri, quàm de claro genere contemptibilem naſci. Melius eſt alicui ut in eo glorientur parentes, quia talem filium habent, quàm ut ipſe in parẽtibus glorietur. Sic & uos nolite gloriari dicentes, quia patrem habemus Abraham, ſed magis erubeſcite, quia filij eſtis eius, & ſanctitatis eius non eſtis hæredes. De adulterio enim natus uidetur qui non aſsimilat patrem, & qui ſanctitati ſui generis non reſpondẽt, amittunt generis dignitatẽ. Hæc Chryſoſtomus. Et ideo non de propagatione carnali, ſed de imitatione ſpirituali eſt confidendum: nec in carne, ſed in fide gloriandum, non enim qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij ſunt, ſed qui fidẽ eius imitãtur. Nã ſanctitas nõ uenit p propagationẽ naturæ, ſed per gr̃am uirtutis diuinæ. Iudæi quidẽ filij Abrahæ erãt ſecundũ carnẽ, ſed ſecundũ fidei imitationẽ, & quia fidem Abrahæ de Chriſto reſpuerunt, ideo nomen filiationis Abrahæ perdiderunt. E contrariò gentiles, quia fidẽ Chriſti deuotè ad prædicationem Apoſtolorum receperũt, ideo filij Abrahæ facti ſunt. Et hoc eſt quod ſubdit Ioannes. *Dico enim uobis, quia poteſt Deus de lapidibus iſtis*, id eſt de Gẽtilibus p hos lapides ſignatis, *ſuſcitare filios Abrahæ*, fide & imitatione, id eſt imitatores fidei Abrahæ. Qui enim fidem atque opera Abrahæ fuerit ſecutus, ille Abrahæ meretur dici filius. Poteſt etiam Deus de lapidibus filios Abrahæ ſuſcitare, id eſt, de duris & peccatoribus deuotos facere, quod utinam in me dignetur oſtendere. Dicitur autem quòd Ioannes digito ad literam demonſtrauit & oſtendit eis duodecim lapides illos quos Ioſue per duodecim duces tribuum Iſrael de medio & fundo Iordanis in aridam tranſportari præcepit, qui etiam totidem in eodẽ alueo ex terra reponi fecit. Per primos ariditatem & excæcationem figurãs Iudæorum. Per ſecundos, fidem gentium per baptiſmum. Vel per primos emerſionem gentium in lucem fidei. Per ſecundos ſubmerſionem Iudæorum in infidelitatem. Et meritò per lapides ſignantur gẽtes, uel quia colebant idola de lapidibus facta. Vnde in Pſal. dicitur: Similes illis fiant qui faciũt ea. Vel quia habebant corda lapidea, id eſt, ad intellectum Dei inſenſibilia. De quibus filij Abrahæ ſuſcitati ſunt: quia dum in Abrahæ ſemine, id eſt in Chriſto crediderũt eius filij facti ſunt, cuius ſemine ſunt uniti, unde ciſdem gentibus Paulus dicit: Si autem uos Chriſti, ergo Abrahæ ſemen eſtis ſecundum promiſſionem hæredes. Filij ergo Abrahæ de lapidibus ſuſcitati ſunt, quando Iudæis per infidelitatem à filiatione Abrahæ decidentibus, Gentiles fidem Chriſti recipientes in locum eorum ſubſtituti ſunt. Sic ergo ſecundum Rabanum. Quia præco ueritatis ad dignum pœnitentiæ fructum faciendum Iudæos incitare uolebat, eos ad humilitatem prouocabat, ſine qua nullus pœnitere poteſt. Et quia doctor ueritatis non ſolum debet uitia confidenter arguere, ſed etiam pœnam prædicere, ideo quaſi rationem aſsignans, cur ad pœnitentiam in præſenti & citò faciẽda monuerit, ſubdit dicens: *Iam enim ſecuris*, id eſt, ſeueritas diuinæ iuſtitiæ, *ad radicem arboris poſita eſt*, ad præſcindendum peccatores obſtinatos de preſenti uita, & ad comburendum eos in gehenna. Vel ſecuris, id eſt tranſitus uitæ ſuccedentis, ad radicem & natiuitatẽ arboris, & cuiuslibet hominis poſita eſt: quia ab ipſo natiuitatis initio incipit homo tendere ad caſum. Nam ſecundum Auguſtinũ, Nihil aliud eſt uiuere, quàm de uita tranſire, & ad mortem tendere. Nox enim quaſi unus carpentator de dicta arbore tollit unum ſcopulum, & dies ſimiliter alium: quot enĩ diebus & noctibus uixit homo, tot minus habet uiuere, & ad ultimum neceſſe habet arbor cadere. Et certè ubicumque ceciderit, ibi remanebit; quia ut dicit Eccl. Siue ceciderit lignum ad Auſtrũ, ſ. paradiſi: ſiue ad Aquilonem, ſ. inferni: in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. Naturaliter uerò cadit arbor ad partem, in quam magis inclinant eam rami & fructus, ſic homo cadit ubi magis inclinatur, modo p affectiones & opera ſeu actus. Vnde Bernardus: Siue ad Auſtrum, ſiue ad Aquilonem arbor ceciderit, ibi erit Auſtri calor & leuitas, in ſacra ſcriptura bonã ſõlent habere ſignificationem, ab Aquilone uerò panditur omne maluũ. Porrò homines, ſicut arbores uidet aliquis. Exciditur ergo arbor in morte, & quocumque ceciderit ibi erit: quia ibi iudicabit te Deus, ubi te inuenerit. Ibi inquã erit immutabiliter, & irretractabiliter. Videat quò caſura ſit antequã cadat, qa poſtquam ceciderit, nõ adijciat ut reſurgat. Qua parte caſura ſit arbor ſi ſcire uolueris, ramos eius attende: ubi maior eſt copia ramorũ, & ponderoſior, inde caſurã eſſe ne dubites, ſi tamen fuerit tũc exciſa. Rami noſtri deſideria noſtra ſunt, quibus ad Auſtrũ extendimur ſi ſpiritualia fuerint: ſi carnalia fuerint, ad Aquilonẽ. Quæ uerò ꝓponderant, mediũ corpus indicãt. Illa præponderant, quæ ſecũ traxerint corpus: Hæc Bernardus. Et ſubiungit Ioãnes: *Omnis ergo arbor*, id eſt, omnis homo generaliter, ſine perſonarũ, ſ. acceptione, *non faciens* hîc *fructum bonum*, ſimpliciter ſine criminis cõmixtione, *excidetur*, à cœtu fideliũ ſentẽtialiter in morte, *& in ignẽ*, inextinguibi lẽ *mittetur*, æternaliter ſine redemptione, quæ eſt pœna contra culpã. Per hoc ergo patet, qꝺ ſola omiſsio damnat. Exemplum de hoc habetur de ſeruo pigro, & inde eſt quòd in iudicio fiet contra malos de omiſsionibus tantum commemoratio. Non ergo ſufficit homini declinare à malo, niſi faciat etiam bonum. Nihil enim infructuoſum diligit Deus, nihil in horto ſuo, nihil in uinea ſua, nihil in agro ſuo vult eſſe infructuoſum, ſicut nec in paradiſo erat arbor infructuoſa, quod ex hoc patet, quia primi parentes iubebantur comedere ex omni ligno in paradiſo, præterquàm de ligno ſcientiæ boni & mali. Si autem ille qui non facit fructum bonũ in ignem eſt mittendus, quid erit de illo qui malum fecit? Arbor iſta eſt genus humanum, ſiue homo, qui eſt quaſi arbor conuerſa. Quædam uerò arbores omnino ſunt aridæ & ſteriles, ut pagani, & increduli. Quædam uirides, ut Chriſtiani, & inter has uirides quædam infructuoſæ ſunt, & nullum fructum faciunt, ut ociosi, accidioſi. Quædam faciunt fructum, ſed inutilem, & non bonum ſeu meritorium, ut hypocritæ. Quædam faciunt fructum, non tantum inutilem, ſed malum & uenenoſum, ut hæretici, qui prædicando fructum pariunt, ſed mortiferum: & hæ omnes incendio aptæ ſunt & damnabiles. Quædam uerò bonum fructum faciunt, ut boni catholici, obedientes uerbo Dei. Radices arboris ſunt cogitationes quibus plantati, uel ſurſum cœlo ſuſtolluntur: uel ad ima inferni mittuntur. Vel radices ſunt uoluũtas bona & mala, ex qua ſicut ex radice prodeũt tanꝙ fructus bona & mala uerba & opera, quæ uoluntatis ſunt teſtimonia. Igitur, ut dicit Ambroſius: Faciat fructum qui poteſt gratiæ, qui debet pœnitentiæ: adeſt dominus qui fructum requirat, fœcundos uiuificet, ſteriles reprehendat. Turbæ uerò comminationem gehennæ pro operibus malis, & omiſsione bonorum audientes territi interrogabant dicentes: *Ergo* ne excidamur, & in ignem mittamur *quid faciemus*, & operabimur? Quaſi dicerent, uitam noſtrã corrigere parati ſumus. Et *respondens dicebat*: turbis *qui habet duas tunicas*, id eſt, veſtimẽtum ſuperfluum, *det* quod ſuperabundat, *non habenti: & qui habet eſcas ſuperfluas ſimiliter faciat*. Et ita intelligendum eſt de aljs rebus quibuſcunque quæ ſuperfluunt, conſiderata conuenienti neceſſitate ſtatus perſonæ. Vnde Baſilius: Hinc aũt docemur, quia ex omni eo quod affluit ſupra ꝓprij victus neceſsitatẽ, tenemur erogare illi qui non habet ꝓpDeũ, qui quæcũq; poſsidemus largitus eſt. unde & Greg. Quia enim in lege ſcriptum eſt: Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum, minus proximum amare conuincitur, qui non cũ eo in neceſsitate illius etiam ea quæ ſibi ſunt neceſſaria partitur. Vbi ſciẽdum, quòd duas tunicas habere, eſt ultra neceſsitatem aliquid ſuperfluum habere: non habens autem, poteſt intelligi exiſtens in neceſsitate extrema: uel citra neceſsitatem, quæ aliter abſque periculo poteſt probabiliter tranſiri: tũc dicendum quòd habens ſic ſuperflua, quòd ultra neceſsitatem ſui & ſuorum, quorum cura & nexus maior ex charitate ſibi incumbit, ea habet, & abſque illis poteſt tranſire, ex præcepto tenetur non habenti exiſtẽti in extrema neceſsitate dare aliter ſibi ſuũ auferet, & uitam, cùm in tali neceſsitate ſic ſuperflua illi ſint tanquam debita ſua, quantum ad ipſius neceſsitatem pertinet. Si uerò non habens ſic, citra extremam neceſsitatem, tunc dare non cadit ſub præcepto, ſed ſub conſilio. Hic probatur homo, & apparet in paruo quid facturus eſſet in magno. Vnde Gregor. Qui tranquillitatis tempore non dat pro Deo tunicam ſuam, quomodo in perſecutione daturus erit animam ſuam? Virtus ergo charitatis, vt inuicta ſit in perturbatione, nutriatur per miſericordiã in tranquillitate: quatenus omnipotenti dño primùm diſcat ſua impendere, poſtmodum ſe. Vnde & Auguſtin. Charitas ut perficiatur, naſcitur: cùm fuerit nata, nutritur: cùm fuerit nutrita, roboratur: cùm fuerit roborata, perficitur: cùm ad perfectionem uenerit, quid dicitur? *Mihi uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrum*. Optabam diſſolui & eſſe cum Chriſto. Incipit iſta charitas fratres ut de ſuis ſuperfluis tribuat egenti, in anguſtijs aliquibus conſtituto hanc ita cœptam, ſi uerbo Dei & ſpe futuræ uitæ nutrieris, peruenies ad illam perfectionem, ut paratus ſis animam tuam ponere pro fratribus tuis. Hæc Auguſtin. Non ergo pigeat diuites ſubuenire pauperibus: quia pro diuitũ utilitate pauperes Deus fecit, ut per hoc quòd eorum miſerentur, ipſi miſericordiam conſequerentur. Vnde Chryſoſt. Ne putes: quia propter utilitatem pauperum Deus diuites fecit, quos & ſine diuitibus poterat ſuſtentare: ſed propter utilitatem diuitũ pauperes fecit, quia infructuoſi & ſteriles erant futuri, niſi pauperes facti fuiſſent. Hæc Chryſoſt. Ioannes itaque turbis & rudibus nondum difficilia: ſcilicet uigilias, ieiunia, & huiuſmodi imponit: ſed opera miſericordiæ ad dignos fructus pœnitentiæ iniungit, ſuper quibus dominus in iudicio diſceptabit, & de qbus alibi dicit: Date eleemoſynam, & omnia mũda ſunt uobis. Vnde Beda: Ordo prædicandi aptiſsimus eſt, ut poſt pœnitentiam eleemoſyna, id eſt, opus miſericordiæ ſuggeratur. Ille enim iuſtè à Deo pœnitens, ut ſui miſereatur impetrat, qui proximi indigentis quantũ ualet ipſe miſereri nõ tardat. Ac qui auertit aurẽ ſuam ne audiat pauperem, oratio eius erit execrabilis. Vnde & Ioãnes Baptiſta cùm turbis ſuaderet ne merito ſuæ ſterilitatis in ignem mitterentur, dignos pœnitentię fructus eſſe faciendos, mox conſilium ſalutis quærentibus adiunxit, atq; ait: *qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas ſimiliter faciat*. Inter hæc autem, ut ait Grego. ſciendum eſt quantum miſericordiæ opera ualeant, cùm ad fructus dignos pœnitentiæ ipſa præ cæteris præcipiuntur. Et bene mentionem facit de tunica & eſca: quia tunica qua interius & de neceſsitate tegimur, plus quàm palliũ eſt neceſſaria, & adhuc magis neceſſaria eſt eſca. Ad fructus ergo dignos pœnitentiæ pertinet ut nõ exteriora & minus neceſſaria: ſed etiam ipſa ualde neceſſaria cum proximis diuidamus: ut eſcam qua uiuimus, & tunicam qua ueſtimur. Hinc habetur argumentum, qꝺ ſi habens duas tunicas, præcipitur unã dare non habenti ergo multo fortius qui habet duo beneficia, tenetur unum dimittere non habenti: & maximè ideò, quia duobus nequit ſeruire altaribus. Et ſi habens eſcas ſuperfluas, iubetur dare non habẽti: ergo habet duo fercula, quod præter neceſsitatẽ eſt, uel ad minus æqualibrya ſeu menſura tenetur de duobus unum erogare egenti. Per tunicas poſſunt uirtutes quæ ſunt animæ ueſtes intelligi, quas habens debet applicare ad bonum proximi. Et per eſcã poſſunt intelligi ſacræ ſcripturæ, quæ ſunt ſpirituales eſcæ, quas habens debet proximum ſpiritualiter inde paſcere. *Venerunt ergo et publicani* ſic dicti: quia de negocijs ad publicum pertinentibus ſe intromittunt, ut qui publica uectigalia, theloneа, pedagia, & tributa colligunt, ſiue qui horum & redditũ fiſci, uel rerum publicarum conductores ſunt, necnon & hi qui ſeculi huius lucra per negocia, ſcilicet per mercaturas, firmas, & huiuſmodi quærunt. Poſt minores peccatores uenerunt etiam maiores, *ut baptizarẽtur*, ab eo. *Et dixerunt ad illum: Magiſter quid facie-*

Gloriatio & confidentia inanis. Chryſoſtomus hom. 3. operis imperfecti.

Nemo de generis claritate glorietur.

Lapides à Ioanne mõſtrati.

Pſal. 113.

Gal. 3.

Rabanus eum locũ.

Vitæ immũnitio.

Eccleſ. 11.

De arboris caſu.

Bernardus in paruis ſermonibus ſermo. 49.

Arboris exciſio & caſus. Pſal. 90. Amos. 5.

Omiſſio ſola damnat.

Arbor homo eſt, aut genus humanum.

Ambroſius lib. 2. in Lucam.

Eleemoſina facienda præceptum

Baſilius cõtra diuites.

Math. 22. Luc. 10. Marc. 12. Greg. hom. 20. in ſuã gel.

Greg. ibidem.

Auguſtin. tractatu: 1. in Ioan. 11. 9. Philip. 1.

Pauperes ad utilitatem diuitũ fecit. Chryſoſt. homil. 46. operis imperfect.

Luca. 11.

Beda in ca. 3. Luca. Pœnitẽs iuſte quis eſt.

Gregor. in hom. 20. in euang.

Fructus pœnitentiæ.

Publicani qualiter dicti ſunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

mus, ut scilicet uitam æternam habeamus? *At ille dixit: Nihil amplius*: scilicet in tributis & uectigalibus ab aliquo exigatis, *quàm quod constitutum est uobis*, scilicet à legibus & cōsuetudinibus approbatis. Hoc autem dixit, quia collectores talium solent esse proni ad plus colligendum quàm eis sit permissum, vel mādatum: ut quod amplius fuerit, eis remaneat. Non prius monet eos de eleemosynarū largitione, sed ut caueāt à rapina rei alienæ, in quo innuit quòd prius declinandum est à malo, & postea faciendum bonum: & sic primò restituenda est res aliena, quàm sit facienda eleemosyna.

Beda in ca. 5. Lucæ.

Vnde Beda: Publicanos ab agenda fraude coercet: ut dum primò se ab alienorum temperarent appetitu, tandem ad propria cū proximis communicanda pertingerent. B Per publicanos possunt intelligi officiales dominorum & præpositi; qui non debent à populo exigere, nisi quod constitutum est secundum ordinem iustitiæ. *Interrogauerunt autem & milites. Quid faciemus & nos*: scilicet ut salui simus? *Et ait illis, neminem concutiatis*: scilicet sub prætextu officij uestri pauperes qui se defendere non possunt opprimendo, uel corporaliter affligendo, uel indebitè terrendo, neque calumniam faciatis falsum crimen diuitibus & potentibus imponendo, & eos in causam trahendo, & sic pecuniam & bona eorum quæ per aliam uiam à talibus rapere & habere non potestis extorquendo, *& contenti estote stipendijs uestris*, quæ pro defen- C sione patriæ & reipublicæ habetis, præter hæc etiā sine oppresione & falsi criminis impositione à nullo tallias, exactiones munerum, uel seruitiorum exigendo.

Militaris disciplina.

Ad prædicta autem inducebat beatus Ioannes milites, quia ad contraria proni esse solent, requirentes insidiando prædam ab eis quibus militando prodesse debent.

Petrus Blesensis epist. 37.

Vnde Petrus Blesensis: Hodie militaris disciplina prorsus euanuit. Olim se milites iuramenti uinculo obligabant quòd starent pro reipublicæ statu: quòd in acie non fugerent: & quòd uitæ propriæ, utilitatem communem præhaberent. Sed & hodie enses suos recipiunt de altari, vt profiteantur se filios Ecclesiæ, atque ad honorem D sacerdotij, ad tuitionem pauperum ad uindictā malefactorum, & ad patriæ liberationem se gladiū accepisse. Porrò in contrarium res uersa est. Nam ex quo hodie militari cingulo decorantur, statim insurgunt in Christos domini, desæuiunt in patrimonium crucifixi, & spoliant & prædantur subiectos sibi pauperes, & miserabiliter atq; immisericorditer affligunt miseros; ut in doloribus alienis illicitos appetitus & extraordinarias impleant uoluntates: Hęc Pet. Olim quippe rectores & gubernatores terrarū à milite usque ad regem & imperatorē utilitati reipublicæ magis quàm priuatæ intendebāt: pauperes se tueri non ualentes, defendebant. Sed, proh dolor, E hodie de republica, & pauperibus parum curant, terras & res alienas inuadunt & occupant, ut alijs exclusis domum suam ditent & augeant. Pauperes miserabiliter affligi permittunt: &, quod plus est etiam ipsimet immisericorditer eos affligunt. Et ideò timendum est eis ne in posterum à terra uiuentium alienentur, & à regno cœlorum, quod pauperū est, excludantur: ut ēt dicit Aug.

August. sermone 19. de uerbis domini.

Quilibet quoq; rectores, quilibet clerici, si amplius quàm decretū est eis quærunt: tanquam calumniatores & concussores, Ioannis sententia condemnantur, milites enim Christi sumus.

Prædicatores milites dicuntur. Ephe. 6.

Per milites etiā possunt prædicatores intelligi: quos armat Apostolus dicens: Accipite armaturam Dei, & gladium spiritus quod est urbū Dei. Istis dicitur: *neminem concutiatis*. nimis asperè prædicando, & sic ad desperationem inducendo. Neq; calumniam faciatis, pręedicationem subtrahendo: reputantes eos indignos exhortationis uerbo, & contenti estote stipendijs uestris quæ sunt redditus assignati prædicatoribus, id est possessiones habentibus, & eleemosynā date mendicantibus. O quàm felices turbæ mercatores seu publicani & milites essent, si hāc doctrinam Ioannis obseruarent? Sed quis est qui de duabus tunicis, imò de multis unam det non habenti? Quis est qui sine fraude mercationes faciat, & qui aliena bona sibi commissa non inuadit? Quis est ex maioribus qui minoribus calumniam nō faciat, qui seruos non concutiat, & qui stipendijs suis contentus existat? Quis est officialiū, qui ultra suum nō accipiat? Certè talis rarus inuenitur. Et nota ꝙ Ioannes secundum audientium dispositionem effundebat sermonem: ut dum minora perficerent, tandem ad maiora pertingerent.

Chrysosto. hom. de natiuitate Ioannis.

Vnde Chrysost. Volebat autem Ioannes quādo publicanis & militibus loquebatur, ad aliam maiorem perfectionem eos traducere: sed quoniam nondum erant ad illam idonei, minora referat, ne si potiora proferret, nequaquam illis intenderent, & his etiam priuarentur: Hæc Chrysostom. Maiora autem quę turbis præceperat, etiam ad publicanos & milites, ac communiter ad omnes pertinent.

Ambrosi. lib. 2. in Lucam. Ambro. de misericordia à Ioanne præcepta.

Vnde Ambro. Singulis quoque generibus hominum conueniens tribuit sanctus Baptista responsum unum omnibus ita. Publicanis, ne vltra præscriptum exigant. Militibus, ne calumniam facientes, prædam requirant. Sed hæc & alia officiorū præcepta singulorum misericordia communis est usus: ideò commune præceptum omnibus officijs, omnibus ætatibus necessarium, & ab omnibus deferendum est. Non publicanus, non miles, excipitur, nō agricola, uel urbanus, diues, & pauper: omnes in cōmuni admonentur, vt conferant non habenti. Misericordia enim plenitudo uirtutum est, & ideò ab omnibus est proposita perfectæ forma uirtutis, ne uestimentis alimentisque suis parcant.

Misericordiæ laus.

Misericordiæ tamen ipsius pro possibilitate conditionis humanæ mensura seruatur, ut non sibi unusquisque totum eripiat, sed quod habet, cum pauperibus partiatur: Hæc Ambrosius.

ORATIO.

BEATISSIME *Ioannes Baptista præcursor Christi & virgo sanctissime, qui pœnitentiam peccatoribus uerbo prædicasti, & eam nihilominus exemplo demonstrasti: scilicet austeram in uictu & uestitu uitam ducendo, & te à mundi illecebris elongando. Obsecro te obtine pro me tuis sacris precibus, ut donet mihi Dominus congruentem abstinentiam cibi & potus, cogitationis, locutionis, atque operis: custodiat me ab omni pollutione mentis & corporis: concedatq; mihi quandiu in hac uita temporali subsisto, segregari à uitijs, ac militare sibi, & ita dignos fructus pœnitentiæ facere, ut ualeam omnium peccatorum meorum ueniā consequi, & ad uitam æternam peruenire. Amen.*

De

De eo quòd Ioannes non per seipsum sed à Deo missus uenit ad publicum. Correspondet euangelio. Fuit homo missus à Deo cui nomen erat Ioannes. Cap. XVIII.



QVOD autem Ioannes officium baptismi non propria auctoritate vsurpauerit, sed ad testificandum Christi maiestatem missus, testatur Ioannes euangelista dicens: *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes*.

Ioan. 1. Luca 3.

Quia enim Lucas dixerat, *factum est verbum domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto*, quid hoc significet, Ioannes hîc declarat, cùm dicit: *Fuit homo*, id est, uiuens uita hominis, secundum dictamen rectæ rationis, *missus à Deo*: scilicet de deserto, ad baptizandum & testimonium perhibendum de Christo.

Ioānes missus à Deo, non à se, baptizauit, &c.

Vbi obedientiæ virtus in Ioanne commendatur, non enim à semetipso, id est, à sua præsumptione venit: sed à Deo missus, *cui nomen erat Ioannes*, & conuenit hoc nomen rei: Ioannes enim dicitur in quo est gratia, & ideò fuit idoneus ad præcurrēdum ante illum qui est author gratiæ. *Hic venit in testimonium*: scilicet, *vt testimonium perhiberet de lumine*: scilicet Christo, *vt per illum*, id est per eius testimonium, *omnes crederent*, in Christum.

Lux. Lumen.

Et nota quòd euangelista quandoque hîc mutat nomen verbi: nunc enim appellat lucem, nunc lumen: & hoc ideò, quia lux dicit claritatem in puritate sua, sine alterius naturæ adiūctione. Sed lumen dicit claritatem cum aliqua re coniuncta, sicut claritas aeris non est lux sed lumen. Et quoniam Ioannes missus fuit ut testimonium perhiberet de Christo: in quo est unio humanæ naturæ cū uerbo, ideò dicit Euangelista eum perhibere testimonium de lumine. Sed quia Iudæi æstimauerunt de Ioāne ne fortè ille esset Christus, ideò eorum falsam opinionem remouet Euangelista, dicens: *Non erat ille lux*: scilicet uera per essentiam, & ex se naturaliter lucens, & ad illuminādum alios luce gratiæ per se sufficiens, sed lux per participationem, & à luce uera illa quæ lucem inhabitat inaccessibilē illuminatus, ut de ea luce uera & Sole iustitiæ: scilicet verbo quæ est substantia patris, luxq; in quo tenebræ non sunt ullæ testimonium perhiberet.

1. Timo. 6.

Lux illuminans omnem hominem.

Ioannes quidem & sancti nō sunt lux illuminans effectiuè, sed lux illuminata à luce prima. Est enim lux illuminans effectiuè, quæ est lux per essentiam, & sic solus Deus est lux illuminās. Et est lux illuminans dispositiuè: quæ est lux per participationem, & sic sancti sunt lux, qui illuminant ver- A bo & exemplo. Ipsa autem lux, de qua testimonium perhibebat, erat ab æterno lux uera sine falsitate, sine umbra, & sine participatione: sed p essētiā quæ illuminat lumine gratiæ omnē hominē venientem in hunc mūdum tenebrosum, & quemlibet verè illuminādū: quia secundum Augustin. Nullus est de omnibus qui illuminantur, qui non per hanc lucem illuminetur: vel secundum Chrysost. Illuminat omnem hominē, quantum in se est, & ad eum pertinet.

August. in enchiridio cap. 103. Chrys. hom. 7. in Ioan. tomo. 3.

Quia si aliqui non sunt illuminati, hoc ideò est, quia se subtrahunt ab influentia huius lucis. Si enim quidam mentis suæ oculos claudētes, nolūt suscipere lucis huius radios, non à lucis natura obtenebratio est illis, sed à malitia B eorum, qui huic illuminationi obicem ponunt, & à luce se auertentes, uoluntariè seipsos gratiæ dono priuant. Et ideò inexcusabilis est homo, qui se ad gratiam recipiēdam, non præparat. Et quidem uerbum, & lux illa, id est sapientia Dei, per quam factus est mūdus, id est, uniuersitas rerum, & omnis creatura, in mundo erat, ab ipso, scilicet mūdi exordio, sicut causa in effectu, & ars omnipotentis Dei, per quam omnia facta sunt in facto, hoc est in uniuersis creaturis lucebat, ratione creandi & gubernandi eas. Deus enim est præsens vbique per potentiam, quia eius virtus ad omnia se extendit: sicut est rex in toto regno: & per præsentiam, quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius, sicut est rex in aula sua: quia omnia quæ C sunt ibi, patent eius aspectui: & per essentiam, quia non solùm dat rebus esse, sed rebus creatis inexistēs, conseruat eas in esse: quod non facit nisi per seipsum ubique, per essentiam præsentialiter existentem: sicut rex est in suo loco determinato, cui corpus suum est proportionatum,

Cōseruatio rerum.

mundus inquam *per ipsum factus est*, sua bonitate: ut essent quibus suam gratiam impartiret, *& mundus* id est, homo mundum inhabitans, *eum non cognouit*.

Mundus variè acceptus.

Et ideò necessarium erat quòd ipse creator per carnem in mundum ueniret, ut per seipsum cognosceretur. Vel mundus, id est mundani & mundi amatores, eum non cognouerunt: quia mundanæ impressiones in cordibus talium, impediunt à cognitione diuinorum. D Qui autem Dei amici erant, eū etiā ante corporalē præsentiā cognouerunt. Et ideò, licet esset ī mūdo sicut Deus uniuersaliter est in rebus creatis: hoc tamē nō suffecit ut cognosci posset à rudibus & mundanis. Quapropter, ut ad sensum ab omnibus videri posset, carnem induit, & sic per incarnationem, seu carnis assumptionem, *in propria venit*: scilicet in mundum, qui suus proprius est: sicut creatura sua, quam ipse fecerat, per quem facta sunt omnia: quia in mundo apparuit per humanitatem, quam fecerat per diuinitatem. Et specialiter venit in Iudæam, quæ dicebatur terra Dei: & ad Iudæos, de quibus oriundus fuerat, quos præ ceteris in populum peculiarem sibi elegerat: quia semē Abrahæ apprehendit, E dum exiuit à patre, & uenit in mundum, carnem assumens. In mundo erat per deitatem, sed in mundum uenit, per humanitatem. Venire quippe uel abire, est humanitatis: sed manere, deitatis.

Venire & abire.

Vnde sensus est: venit, id est uisibiliter apparuit: & uenit non propter se, sed propter nos: & hoc bene innuit euangelista. Quia enim non cognoscebat mundus sublimitatem diuinitatis, apparuit in humilitate humanitatis. *Et sui eum*, per fidem & approbationem *non receperunt*, id est homines, quos ad imaginem & similitudinē suam fecerat, magna ex parte, in eum credere noluerunt. Vel *sui*, id est Iudæi, *eum*, per fidem & charitatem, *non receperunt*. Sic & hodie clerici, qui respectu omnium

Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Moraliter.

Christianorum magis propriè sunt sui, quia de sorte Dei sunt: pro magna parte eũ non recipiunt: sed pra uis suis moribus magis quàm laici, eũ abijciũt. Moraliter, Deus in propria uenit: qa uenit in mentes ho minum, qui se totos Deo dedicauerũt: & seipsos ab negantes, Deo se totaliter proprios fecerunt: ut iam non sibi, sed Deo viuant. *Et sui eum non receperunt*, id est illi qui sunt suimet, quærentes quæ sua sunt, non quæ Dei: tales enim eum non recipiunt, nec uenit in tales mentes. Et sic uolens Deum in se uenire, oportet quòd sit filius Dei. Verbum enim, cuius propriũ est, quod est filius, non uenit nisi in propria, id est in omnes qui sunt filij Dei, qui credũt in nomine eius, cuius nomẽ propriũ, est filius. Aliqui tamen de suis, & pauci, comparatiuè receperũt eum, per fidem charitate informatam, filium Dei à patre missum: ac uerum Deum & hominem credentes & confitentes, sibiq; per charitatem inhærentes. Sed quid eis profuit, quòd eum receperunt? Multum quippè profuit eis: quia uniuersaliter, quotquot absque distinctione status, aut conditionis, sexus aut ætatis, & sine discretione personarum, receperunt eum per fidem, *dedit eis potestatem filios Dei fieri*: scilicet adoptionis, per regenerationem baptismi, & gratiam adoptionis, *bis qui credunt in nomine eius*, id est in re uel ueritate nominis, quod est Christus, Deus vngens, & homo unctus. Nomen quoque eius, est Emmanuel, id est nobiscũ Deus. Et ideò ille credit in nomine eius, qui credit eum Deum & hominem, & hoc est filius Dei. Vnde Ioan. *Omnis qui credit quoniam ipse est filius Dei, ex Deo natus est.* Et notandum quòd nõ dicit, fecit eos filios Dei: sed ait, dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. Et hoc signanter secundum Chryso. Primò, ad ostendendũ, quòd multo studio opus sit, ut imaginem filiationis Dei, in baptismo formatam, incõtaminatam semper custodiamus. Secundò, ad significandum quòd hanc potestatem, nullus nobis auferre poterit, nisi nosmet ipsi auferamus. Tertiò, ad ostendendum quòd hæc gratia non datur, nisi uolentibus & studentibus: ita quòd hoc est in operatione gratiæ, & in potestate liberi arbitrij. Nam hoc quidem est Dei, scilicet dare gratiam: illud autem hominis, scilicet præbere fidem. Potestas ergo filios Dei fieri, non datur nisi profitentibus fidem Christi per se, si sint adulti: vel alium, si sint paruuli. Per filium enim naturalem, & per credulitatem in eum, huiusmodi filiatio acquiritur, nõ per carnis propagationem. Ecce quantus fructus aduentus filij Dei: quia ex hoc homo fit filius Dei, per adoptionis gratiam, quod ipse est per naturam. Et hic est magnus fructus: quia, ut dicit Apostolus, *si filij & hæredes: hæredes quidem Dei: cohæredes autem Christi.* Vbi larga misericordia Dei ostenditur, quando qui serui non fuerunt, digni etiam filij Dei sint & nominẽtur. Vnde Aug. Magna beneuolentia, vnicus natus est, & noluit manere unus: non timuit habere cohæredes: quia hæreditas eius non fit angusta, si multi possederint. Et ne quis putaret hanc natiuitatem carnalem esse, & non spiritualem: subiungit euangelista modum quo assequimur istam filiationem, dicens: *Qui non ex sanguinibus*, id est ex materia seminũ patris & matris. Pluraliter enim secundum Græcos, dicendo ex sanguinibus, uiri pariter & fœminæ communionẽ ostendit, quod etiam exponendo subdit, *neque ex voluntate*, id est concupiscentia & delectatione *carnis*, id est mulieris. Quia enim caro, minus fortitudinis habet, & ab hostibus sustentatur: ideò per eam sexus infirmior designatur: *neque ex voluntate*, id est concupiscẽ

A tia & delectatione *uiri: sed ex Deo nati sunt* per baptismi sacramẽtum, & spiritualem generationem, & filij adoptionis facti sunt: quia non sit per modum carnalis generationis, sed spiritualis, inquantum homines à Deo recipientes gratiam, trahuntur quodammodo ad naturam diuinam: quia per donum gratiæ, effi ciuntur consortes diuinæ naturæ. Moraliter hinc col lige quòd nihil humanũ, & per consequens nihil mũ danum, neq; creatũ, debet se gignere in nobis, ut nõ ex illo, sed ex solo Deo nati simus. Deinde ostẽdit, & manifestat modum, quo verbum uenit in mundum: quia non uenit locali aduentu, & ubi prius non erat: sed quia nouo modo, ibi esse incepit. Sicut rex qui prius est in aliqua ciuitate, per solam sui potentiam, B quando uenit illuc personaliter, incipit ibi esse nouo modo, scilicet per sui præsentiam: sic Dei filius, qui erat prius in mũdo per potentiam, præsentiam, & essentiam, uenit ibi nouo modo, scilicet humiliãdo se, per carnis & nostræ infirmitatis assumptionẽ: ut filij adoptiui efficeremur, per filium naturalem. Et hoc est quòd dicitur. *Et verbum caro factum est* id est carni unitum est, seu carnem assumpsit: hoc est hominem assumptum, in unam personam sibi copulauit. Caro enim, dicitur homo accipiendo synecdochicè partem pro toto: ac si diceret, factum est caro, id est homo. C Factum est utique verbum caro, non quòd uerbum mutaretur in carnem, sed quia carnem animam rationali animatam, suscipiendo ex diuinitate & humanitate, una persona facta est: ut sint duæ naturæ in una persona, inconfusibiliter, integrè, & indistinctè unitæ: non una in aliam conuersa, sed ambæ in una persona, Deus & homo. Natura ergo humana, assumpta est à uerbo, non in unitate naturæ, sed in unitate suppositi, uel personæ. Et ideò sensus est: Verbum caro factum est: ac si diceretur, Deus homo factus est. Vnde Augustinus: Filius hominis habet animam: habet corpus. Filius Dei, quod est uerbum Dei, habet hominem tanquam anima corpus: sicut anima habens corpus, non facit duas personas, sed unum hominẽ: sic uerbum habens hominem, nõ duas personas, sed unum Christum. Quid est homo? Anima rationalis, D habens corpus. Quid est Christus? Verbum Dei, habens hominem: hæc Augustin. Perfectam ergo in se naturam hominis, dominus demonstrauit: quia totum hominem saluare uenit. Vnde Chrysostо. Nam quia iam dudum propter peccatum, homo totus seu tentiam mortis incurrerat, & in corpore, & in anima: necessariò dominus utrumque suscepit, ut utrumq; saluaret. Noluit autem euãgelista nominare totum, ut ostẽderet singularem & maximam unionem verbi ad hominem, quæ tanta est, ut non solum uerbum sit homo, & homo uerbum: sed etiam separatis partibus hominis, scilicet carne & anima: verbum est unaquæque partium, & quælibet pars est uerbũ. Et licet E anima sit nobilior & præstantior carne, nominat tamen carnem magis quàm animã: quia vt magis nos certificaret, ideò partem indigniorẽ expressit: de qua magis dubium esse poterat, quòd uerbũ ipsam assumpserit. Moraliter autem maluit dicere caro quàm anima, ad cõmendandum incomprehensibilem condescensum benignitatis & humilitatis Dei, unde partẽ uiliorem nominauit. In quo superbiam multorũ percutit, qui requisiti de cognatione sua, respondet nominãdo aliquẽ tenentẽ statum dignitatis, etiam in linea remota dicẽtes se esse nepotes talis episcopi, præpositi, vel decani, aut huiusmodi: & tacẽt de parẽtibus, & alijs, qui magis sunt propinqui. Exẽplum ad hoc fabulosũ narratur

Moraliter.

Baruch. 3. Moraliter.

Caro pro homine toto.

Augu. lib. 13. de trinitate cap. 11. Vt anima habet corpus sic verbum hominem. Homo. Christus.

Chryso. ho. 10. in Ioan. Caro portio quàm anima factum dicitur verbum.

Moraliter.

Contra eos qui de parentibus gloriãtur.

Multi parentes.

narratur de mulo, qui requisitus quis esset pater eius, respondit: quòd dextrarius eius esset auũculus, tacẽs & erubescens, quòd asinus esset pater eius. *Et* sic uerbum, *habitauit in nobis*, id est in nostra natura insepa rabiliter: ut amplius nullatenus ab ea disiungeretur. Non est intelligendum, quòd habitauit in nobis, qua si in unitate suppositi, in quolibet nostrum, sicut in Christo: sed intelligendum in unitate naturæ humanæ, quam communem nobiscum habuit, cum qua mansionem perpetuam inijt. Vel *habitauit in nobis*, id est inter nos in mundo, secundum illud Baruch: *In terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est.* Morali ter potest etiam intelligi de inhabitatione mentali, qua Deus mentem inhabitat per gratiam. Et hæc uerbi inhabitatio mentalis, bene sequitur eius inhabitationem carnalem, qua uidelicet factum est caro: sicut effectus sequitur suam causam. Ex eo enim quòd verbum est incarnatum, prouenit nobis illud bonum, quòd idem uerbum nos inhabitat mentaliter. *Et uidimus gloriam eius*, id est cognouimus maiestatem gloriosam diuinitatis: quasi, id est uerè unigeniti à patre, id est unius & eiusdẽ cũ eo naturæ. Videre accipitur pro uisione corporali, & pro cognitione intelligibili: & utroque modo uidẽdi habuit Ioannes; & alij Apostoli notitiam uerbi incarnati: quia cum ipso fuerunt corporaliter conuersati, & sic uiderunt sensibiliter, opera uirtutem totius naturæ excedentia: ex quibus uisu mentis perceperunt & intellexerunt diuinitatis eius excellentiam in carne latentem, quam pro infirmitate carnis visibilis, superbi credere noluerũt. Gloriam quippe uerbi cognouerunt discipuli, in sapientia doctrinæ: & quia erat docens, sicut potestatem habens, & propria authoritate loquens similiter in miraculorũ operatione: & quia creaturæ obediunt ei ad nutum, sicut domino & creatori, nec non in transfiguratione, in passione, in resurrectione, in ascensione, & in spiritus sancti missione. Propter quod dicẽs, *Et uidimus gloriam eius*, subdit quasi exponendo hanc gloriam *quasi unigeniti à patre* id est, non per adoptionem, sed reuera unigeniti per naturam, & naturaliter ab eo procedentis, & per consequens eandem naturam numero cum ipso habentis. Et attende quòd illud *quasi*, non ponitur hic ad significandum similitudinem filiationis diuinæ: quia non est hîc expressiuum similitudinis uel comparationis, sed veritatis & expressionis. Ac si dicat secundum Chrysost. Vidimus gloriam qualem decebat, & cõueniens est habere unigenitum filium. Et est modus loquendi secundũ eundem: sicut si aliquis uidisset regem valde ornatum, & in multiplici gloria incedentem, & incipiens de hoc alijs narrare, nec ualens totum apparatum & ornatus claritatem enumerare, diceret alijs sic: Quid oportet multa dicere, quasi rex ibat: id est sicut decebat regẽ. Ita & hîc euangelista, cùm non posset sub breui sermone, omnia quæ de gloria verbi cognouerat enarrare: puta quomodo Angeli ipsum glorificauerant, ut serui pastores, magi adducti per stellam, dæmones de corporibus expulsi, mortui suscitati, infirmi curati, & alia suprà iam memorata. Et breuiter omnis creatura cognouit, & clamauit regem cœlorum aduenisse: imò & Patrem de cœlis, & spiritus Sanctus super ipsum ueniens, hæc testati sunt. Hæc & infinita alia, gloriam uerbi attestantia, breuiter comprehendẽs Ioannes, dicit: *Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre*, id est talem qualem decet vnigenitum Dei. Est ergo Dei filius, iuxta diuinitatis excellentiam, vnigenitus à patre: iuxta fraternam uerò societatem, pri

Inhabitatio verbi.

Videre: & quomodo uiderunt gloriam Christi apostoli.

Quasi unigenitus.

Chrysostо. homel. 11. in Ioannẽ.

A mogenitus in gratia. Inde est quòd frater nũcupatur, & dominus: frater, quia primogenitus: dominus, qa unigenitus. Cognitio autẽ uerbi incarnati, quã habuerunt Apostoli & credẽtes, fuit quantũ ad utranq; naturã scilicet diuinam, & humanam: quantũ ergo ad diuinam, dicit, *& uidimus gloriam eius, quasi unigeniti à patre*: sed quantum ad humanam, subiungit, *& uidimus eum plenum gratiæ*: id est charismatibus quia omnia dona spiritus Sancti, absq; mensura recepit, *& ueritatis*, quia promissa adimpleuit. Et dicit plenum gratiæ, ad exhaurienda peccata: & plenum ueritatis, ad implenda promissa, & uerè plenũ, *quia in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Et notãdũ B qp illud euangelium, cùm sit altissimæ intelligẽtiæ, & contineat profundissima mysteria, & præcipuè vbi dicit, *Verbum caro factum est*: cuius mysterij modũ explicare, ille sanctissimus Ioannes se fatetur indignum, non dubium quin verba sint magnæ efficaciæ. Vnde consuetudo laudabilis est, qp in fine missæ, istud euangeliũ legitur: de cuius euangelij efficacia, breuiter recito quædam exempla: In Aquitania fuerunt duo dæmoniaci, ambo mendici: & videns vnus qp alteri plus daretur, clam uni sacerdoti dixit: Si feceris id quod tibi dixero, scilicet qp illud euãgelium, *In principio erat verbum* legeris in aurem socij mei, me tamen nõ audiente, pro certo fugabitur dæmon ab ipso. Intelligẽs autem sacerdos uersutiam dæmonis, altè illud euangelium legit: & cùm diceret, *Verbum caro factum est*, C statim dæmones euolauerunt, & ambo liberati sunt. Item narratur diabolum dixisse cuidam sancto homini, esse quoddam uerbũ euangelij, valde tremebundũ dæmonibus: quo interrogante quod esset illud uerbũ, noluit dicere. Vir ille, cùm produceret in medium plures authoritates, diabolus respondit ad singula, non esse illud. Tandem interrogatus, an esset illud, *Verbum caro factum est*: non respondit, sed cum clamore disparuit. Item cuidam Abbati, apparuit diabolus in forma mulieris pulchræ, alliciens eum ad concubitum: cùm soli essent in quodam vitidario, & aduertẽs Abbas malitiam diaboli, signauit se, dicens: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*, & mox dæmõ, cũ magno strepitu, disparuit. Item legitur de quodã monacho: qui cùm audiens legi istud euãgelium, *In principio erat verbum*, & peruento ad *Verbum caro factum est*, non genu flecteret, nec aliquam reuerentiam faceret, diabolus ei alapã dedit, dicẽs: Si legeretur, Verbum dæmon factum est, nos nunquam genu flectere cessaremus. Et experimento patet qp *uidimus eum plenum gratiæ & ueritatis* qa de plenitudine eius, nos omnes accepimus gratiã pro gratia, quasi dicat, etiã nos omnes duodecim, & omnis plenitudo fidelium, & qui nunc sunt, & futurorũ, de plenitudine eius accepimus, & ideò plenum fuisse dicere possumus. Vbi sciẽdum qp multiplex distinguitur plenitudo. Vna est uniuersitatis, siue numerositatis, & corporeitatis, quæ generaliter secundũ diuersas personas est in ecclesia, cui nullum donum deest. Alia est sufficientiæ, quæ fuit i Stephano, & in alijs sãctis: & est in singulis iustis, in unoquoq; pro sua capacitate. Tertia est prærogatiuæ, siue abundantiæ, quę fuit in beata virgine: quæ omnes sanctos excedebat in donis gratiæ. Vnde sicut in sole Deus posuit virtutes omnium syderum, ita & in Maria virtutes omniũ sanctorum. Quare nõ sufficit ei habere cum alijs plenitudinẽ sufficientiæ, ni si habeat eã cũ singulari prærogatiua, & in tãta abundantia, qp possit superefluere & redundare super peccatores: cuius tamẽ gratiæ author est Christus. Quarta, est

plenũ gratiæ, &c.

Colloss. 2.

Dæmonia per euangelium Ioannis effugata: præcipuè per illud, verbũ caro factũ est.

Genua flectenda sunt dum dicitur, Et verbum caro factum est.

Plenitudo multiplex.

Ioan. 3. Filios Dei fieri.

Chrysost. homil. 9. in Ioannem.

Rom. 8.

Auguss. prælatu. 2. in Ioãnem. to. 9.

Caro pro muliere ca pitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta, est plenitudo consummationis, siue excellentiæ, & superefluctiæ, quæ fuit ī Christo. & de qua dicit hīc Ioannes. Non solum enim habuit plenitudinem in alijs repertam, sed etiam in alios redundantem: quia de hac plenitudine donorū quam habuit, omnes nos electi, tāquam huius capitis membra, quasi p paruos riuulos, quosdam supra merita nostra accepimus, sci licet gratiam pro gratia. Gratiam reconciliationis & salutis, pro gratia fidei, qua in eū credimus: gratiam uitæ æternæ. pro gratia præueniente & iustificante: gratiā remunerationis, pro gratia meriti. Dedit enim nobis gratiam, ut per eam gloriam cōsequamur, quæ est gratia consummata. Et breuiter, quicquid de gratia additur gratiæ præuenienti, totum est gratia pro gratia. Vnde est illud.

Deus dat gratiā pro gratia.

Quicquid habes meriti, præuentrix gratia donat.
Nil Deus in nobis, præter sua dona coronat.

Vnde Augustinus.

Gratia vnde dicta. Augustin. tractatu tertio in Ioannem tom 9.

Quam gratiā primò accepimus? Fidē. Vocatur enim gratia: quia gratis datur. Hanc ergo accipit gratiā primam peccator, ut eius peccata dimitterentur. Et iterum, *gratiam pro gratia*, id est pro hac gratia, in qua ex fide uiuimus, recepturi sumus aliam. i. vitā æternā. Vita enim æterna, quasi merces est fidei. Sed quia ipsa fides gratia est, uita æterna gratia est pro gratia. Et qa ut dictum est, *de plenitudine eius omnes gratiam accepimus*, in fonte autē pleno, uas accipere potest aquam quantū potest, secūdum suam capacitatem: & si parū accipiat, non est defectus fontis, sed uasis. Sic in Christo, qui est fons uitæ plenus, nos gratiam recepimus, secundū cordium nostrorum capacitatem. Sed videmus quò plus capit uas bassum & latū, quàm uas altū & strictum sic cor bassum per humilitatem, & latum per charitatē, plus recipit, & magis est capax gratiæ, quàm cor altum per superbiam, & strictum per auaritiam. Vnde ex parte dantis, nō est defectus, sed ex parte nostra est defectus: si non accipimus per humilitatem & dilectionem quantum possumus. Vnde Isido. Nullo magis Dei & hominū gratiā meremur, quàm si humiles in sinu charitatis esse studeamus. Vt autē dicit Augu. non erat ista gratia in ueteri testamento: quia lex minabatur, non opitulabatur: iubebat, non sanabat: languorem ostendebat, non auferebat, sed præparabat medico uenturo, cum gratia & ueritate: & ideò modum acceptionis gratiæ determinans, subiungit. *Quia lex per Moysen data est*, quæ est annuncia tio salutis *gratia*, quam dat in uirtutibus, & donis, & sacramentis: & qua fit salus hominum, *& ueritas*, impletionis figurarum, & promissionum, *per Iesum* saluatorem, *Christum*, unctum spiritu Sancto, *facta est*, in se, & per se, sufficienter. Vnde August. Mortem enim temporalem & æternam, occidit mors domini tui. Ipsa est gratia, quæ promissa, & non habita, erat in lege. Et Chrysost. Ea enim quæ in nouo testamento perficienda erant, in ueteri testamēto figuris præscripserunt, quas Christus ueniens adimpleuit. Vnde figura data est per Moysen: veritas per Christū facta est. Qualiter autem hæc gratia & ueritas facta est, ostenditur cùm subditur *Deum* ut est, *nemo*, id est nulla creatura, *uidit unquam*. id est uisione comprehē sionis. Quia ut dicit Chrysosto. nec angeli nec ipsa seraphim, essentiam Dei viderunt. Vel Deum nemo, scilicet mortalium, uidit unquam. Vnde Grego. Quā diu hic mortaliter uiuitur, videri per quasdam imagines Deus potest: sed per ipsam naturæ suæ speciē, non potest: ut anima gratia spiritus afflata, per figuras quasdam Deum uideat: sed ad ipsam uim eius es-

Ioann. 1.

Augustin. tractatu. 3. in Ioannē.

Augustin. ibidem.

Chrysost. hom. 13. in Ioannem.

Chrysost. homil. 14. in Ioannē. Gregorius lib. 18. mor. cap. 37. Deus ab homine mortalia non uidetur.

sentiæ non pertingat. Si verò à quibusdam potest in hac corruptibili carne uiuētibus, æterna claritas Dei videri: hoc ab hac sententia non abhorret: quoniam quisquis sapientiam quæ est Deus, uidet, huic uitæ funditus moritur, ne iam eius amore teneatur. Et Augusti. Nisi enim ab hac uita quisq; quodammodo mō riatur: non illam rapitur & subuehitur visionem. Et subditur de eo à quo comprehendit, *unigenitus*, sci licet filius, *qui est*, & manet *in sinu*, id est in intimis secretis, *patris*, æterni. Per quod, secundum Chrysostō. signatur familiaritas, & coæternitas eius apud patrem *ipse enarrauit*, fidelibus quod uidit: quia eos de secretis diuinitatis, docuit: vt de mysterio trinitatis, & de multis alijs, quæ non fuerunt ita explicitè tradita, in lege & prophetis, sicut Christus explicauit: sicque eos in fide & gratia fidei fundauit, ac uiam salutis omnibus ostēdit, & in se aperuit. Vnde Beda: Homo factus, enarrauit quid de trinitatis unitate sentiendum, qualiter ad eius contemplationem properandum, quibus actibus sit perueniendum.

Augustin. lib. 12. in Genesim ca. 27.

Chrysost. hom. 14. in Ioannem.

Beda in hæc uerba Ioannis. 1.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe filij Dei uiui, qui es lux uera, quæ illuminas omnem hominem uenientem in hunc mundū: ego miser qui tenebris densis obfuscor, te adoro, deprecans misericordiam tuam, ut animam meam illumines, mentem informes, cogitationes dispona, sensus componas, sermones & actus dirigas: quatenus iniquitatis author, & tenebrarum amator, non me surripiat, nec in me signum suum reperiat sed uerissimæ lucis fulgore percussus, procul à me recedat: ut per claram et rectam semitam ad te lucis authorem tendens, ad tuam gloriam perueniam sempiternam. Amen.*

De eo quòd Ioannes confessus est, se non esse Christum: sed eius præcursorem & nuncium. Cap. XIX.



OMNIBVS autem existimantibus, & cogitantibus in corde suo, de Ioanne, ne forte esset Christus in lege promissus: tum propter mirabilem eius conceptum & ortum: tum propter sanctæ uitæ eius meritum: tum propter doctrinæ eius prudentiam efficacem: tum propter baptismi nouitatem: Pharisæi audita opinione, quam turba habebat de Ioanne, moti cōtra eum, quòd sibi baptizandi officium, præter ordinem légis, & traditionem eorum, assumpsisset indebitè: & dubitan-

Ioannes confitebatur Christus.

Ioannis. 1.

dubitantes an Messias esset, *miserunt ab Hierosolymis*, ad Ioannem, de stirpe sacerdotali existentem, *Sacerdotes & Leuitas*, in lege sapientes, *ut interrogarent eum qui esset*, & quare baptizaret. Sapientes tamen & scribæ, scire poterant eum nō esse Christum, quia Christus promissus fuit ex tribu Iuda, Ioannes autem fuit ex tribu Leui. Ioanni in utero sanctificato, mouetur

Quæstiones quatuor utiles.

quæstio quis sit. Ratione cuius, nota quatuor quæstiones cuilibet esse mouendas, scilicet quid sit in natura, quid in persona, qualis in forma, quantus in statura. Prius ergo de his teipsum interroga: ut videas quid interroganti Deo possis respondere. Prima ergo quæstio est, quid sis in natura. Ad hoc trina est responsio. Es enim homo, ratione corporis: terra, ut humilieris contra superbiam: es ratione animæ spiritus, ut sursum coneris contra auaritiam: es ratione homo, id est animal rationale; ut rationabiliter conuerseris cōtra luxuriam. Hæc ergo quærit à te Deus: *Tu quis es?* O superbe, denaturasti, non es terra te humilians, sed aer te exaltans: non spiritus quærens spiritualia, sed caro sapiens terrena: non homo ratione utens, sed bestia brutaliter viuens. Secunda quæstio est, quis sis in persona. Et hoc quæretur à te, quādo pulsaueris ad ianuam, dicens, Domine domine aperi nobis. Et fortè respondebis: Christianus sum. Sed ut dicit Ambrosius, mendacium est, se Christianum

Ioan. 15.

dicere, & opera Christi non facere. Vel fortè respondebis: Amicus est. Sed attende quid dicit: *Vos amici mei estis si feceritis quæ præcipio uobis.* Si ergo neuter es,

Mat. 25.

audies: *Amen dico uobis, nescio vos.* Tertia quæstio est, qualis es, scilicet in forma morum & actionum interius & exterius: ut attendas diligenter quantum proficias, uel quantum deficias. Quarta quæstio est, quātus sis, scilicet in spirituali statura: quàm paruus per humilitatem, ut sciatur an possis per angustam portam intrare ad uitam: quàm magnus per charitatem, ut sciatur quantus tibi locus in cœlo debeatur. Interrogatus ergo quis esset, *confessus est*, veritatem, *& non negauit*: hoc enim esset negare ipsum Christum qui est ipsa ueritas. Vnde sequitur, *Et confessus est, quia non sum ego Christus.* In quo magis ad mentem & intentionem quærentium, quàm ad uerba & quæstionem respondit. Ad hoc enim quærebant quis esset, ut responderet eis si esset Christus, an non. Vnde licet expresse non quæreret an ipse esset Christus: hoc tamen secundum Chrysostom. intendebant in corde ut patet ex Ioannis responsione. Cōfessus est se nō esse, quod non erat: non negauit se esse, quod erat. Confessus est se non esse Christum, quod opinio uulgi publica habebat: & nō negauit se esse Christi præcursorē, quod erat. Confessus est se non esse iudicem: non se negauit iudicis præconem. Confessus est se non esse ecclesiæ sponsum: non negauit se sponsi amicum. Confessus est se nō esse uerbum: non se negauit esse uocem. Elegit solidè in se subsistere, ne humana opinione inaniter raperetur super se. Magis enim uoluit infirmitatem suam humiliter recognoscendo inter membra Christi numerari: quàm eius nomen immeritò usurpando, ab ipso Christi corpore abscidi. Hic ergo nobis Ioannis humilitas, qua nihil maius est, commendatur, qui cùm tantæ uirtutis esset & authoritatis apud Iudæos, ut eum crederent Christum, non est tamen eleuatus in superbiam, usurpans nomen & honorem alienum. Vt enim ait Chrysostom. deuoti famuli est, non solum non rapere gloriam domini, sed & oblatam à multis respuere. Sed hanc Ioannis humilitatem Lucifer non habuit, qui gloriam diuinitatis usurpare sibi uoluit. Hanc etiam humilitatem primi parentes non habuerunt, qui diuinæ sapientiæ similitudinem, sibi usurpare uoluerunt. Hanc igitur humilitatem ille malignus non habebat, qui se extollens, diuinum sibi honorem usurpabat. Et adhuc hodie quidam imitantur Luciferum: vt tyranni, qui seuiendo uiolenter præsunt: & ambitiosi, qui se extollendo nequiter superioritatem quærunt. Quidā imitantur prothoplastum: ut hæretici & homines mundanæ sapientiæ, qui uolunt plus sapere, quàm oportet sapere. Quidam uerò præfigurant Antichristum, vt hypocritæ, simulans sanctitatem, ac mendaces & dolosi, negantes veritatem. Igitur, quia Iudæi æstimabant Ioannem esse Christum in lege præmissum, patet quòd secundum scripturas, scilicet, *Non auferetur sceptrum de Iuda*, & huiusmodi dominicæ incarnationis tempus adesse, tunc eis fuit notum. Sed mira cæcitas Iudæorum, qui cùm crederent Ioannē esse Christum, credere nolebant ipso Ioanne attestante Christum esse saluatorem tot signis ac uirtutibus approbatum. Et quia sicut à populo Iudæorum expectabatur Christus venturus: ita & Helias ipsam præcessurus. Sicut enim aduentus Christi fuerat Iudæis promissus, ita etiam Heliæ aduentus. Et ideò uidentes qui missi erant, quòd Ioannes nō confitebatur se esse Christum, quærebant si esset Helias. Propter duo quærebant si esset Helias: quorum unum est similitudo habitus, & uitæ austeritas: aliud similitudo officij, præcedendo aduentū Christi. Et respondit se nō esse Heliam. Sic Ioannes fuit angelus, non natura & persona, sed officio & uita: sic etiā hīc se negat Heliā esse corpore & persona: sed alibi Christus dicit eū esse Heliam, officio, & vita. Non fuit ergo Helias in persona & corpore, sed in spiritu & uirtute: qa scilicet in suis operibus, ostendebat similitudinē Heliæ. Sicut enim Helias aduētum domini præueniet secundū, ita Ioannes præuenit primum. Ille præcursor uenturus est iudicis: iste præcursor factus est saluatoris. Et sicut Helias in deserto morabatur, parco cibo utebatur, & duris vestitibus operiebatur: sic Ioannes. Ambo in deserto conuersati, ambo uictu parci, ambo uestitu inculti. Et sicut Helias magni zeli fuit, sic & Ioannes zelo ueritatis, mortuus est. Ambo reges arguebant, ambo regum insaniam tolerabant. Ille Iordanem cœlum petiturus diuisit: hic ad lauacrum quo cœlū petitur multos conuertit. Et quia Ioannes negauit se esse Heliam, quem ante Christi aduentum nouerant esse uenturum: quærebant si propheta esset, scilicet ille de quo Moyses locutus est: quem etiam fama erat esse uenturum ante Christum. Erat enim famosa opinio tunc tēporis, quòd ante Christum ueniret unus magnus propheta singularis, pro eo quod scriptum est: *Prophetam suscitabit Deus de fratribus uestris: ipsum tanquam me audietis.* Quod secundum ueritatem intelligendum est de Christo, licet Iudæi intelligerēt de propheta alio. Et ideò interrogauerunt eum si esset ille Propheta. Et respondens, negauit se esse illum prophetā, de quo scriptura prædicta intelligitur: sed non negauit se esse prophetam absolutè, nec prophetam missum ante Christum. Si enim fuit plus quàm propheta, sequitur quòd fuit propheta: quia minus includitur in maiori. Cùm igitur Ioannes tam famosus esset, ut posset si uellet Christus putari: noluit non solum Christus, sed nec Helias, nec propheta alius reputari. Et hoc est contra eos, qui se iactant de genere, uita, scientia, & huiusmodi. Deinde cùm instarent, & quærerent quis esset, & quid de se diceret, ne ad illos

Humilitatem Ioannis non habentes.

Gene. 49.

Heliæ expectatio.

Heliæ similitudo in Ioanne.

Deute. 18.

Chrysost. hom. 15. in Ioannem. Cōfessio uera & humilis Ioannis.

Chrysost. ibidem.

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui eos miserant, absque responso redirent, respondit dans de Christo testimonium, asserendo se eius esse præcursorem, & dicit. *Ego uox*, non quidem in persona & corpore, sed ī officio & similitudine. Vox inquam verbi & Christi per me, *clamantis in deserto: dirigite uiam domini sicut dicit Esaias propheta*, id est ego sū ille, de quo scriptura Esaię dicit, quòd in deserto Iudææ clamare debet: ut homines ad Christi aduentum in mundum, se præparent. Prænuncius Christi in deserto clamat, quia Iudææ à gratia Dei desertæ & destitutæ seu derelictæ solatium redemptionis annunciat. Et bene designatur Ioannes in proprietate vocis, quia erat annunciator verbi diuini, id est Christi, qui secundum diuinitatem, est verbum patris: sicut uox humana, est expressiua verbi mentalis. Vox ergo vocatur Ioannes, quia verbum vocatur Christus. Sicut enim præcedit vox verbum, ita Ioannes præcedit Christum. Nam statim ut ex ore loquentis sonus in qualescumque procedit, vox est: verbum autē non dum est: quia omne uerbum aliquid significat. Et sicut vox manifestat verbum, sic Ioannes Christū: quia propterea venit, vt eum in Israel manifestaret. Itē vox propinquior est verbo, quàm sonus: quia primò auditur sonus, deinde percipitur quòd vox est, & deinde verbum quod dicitur per uocem. Sic Ioannes propinquior est Christo quàm alij prophetæ: quorū prophetia fuit quasi sonus, respectu Ioānis: quia illi de remotis, iste de ꝓpinquo Christū indicauit, dicēs. Ecce agnus Dei. Meritò ergo Ioānes, ꝓcursor domini vocatur: quia & nascendo, & baptizando, & prædicādo, & moriendo, & ipse sui nominis appellatione, Christum præcurrebat. Sed quid clamabat, alius euangelista sic narrat, dicens, *parate*, id est præparate, *uiam domini*, scilicet quò ad mandatorum impletionem, *rectas facite semitas eius*, scilicet quò ad consiliorum supererogationem: ut ipse ad vos uenire dignetur, & in uobis habitare: qui nisi per uiam & semitas rectas nescit incedere, uel ad homines intrare. Vnde Psalmista: *Vias tuas domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.* Primum clamabat ad omnes: secundum ad proficientes. Et hę semitæ, per quas citò compēdiosè peruenitur ad patriam, melius rectificantur in solitudine, id est in mundanorum elōgatione, & omnimoda temporalium abstractione: ne per colles deuios mūdanæ oblectationis, contingat oberrare. Has autem semitas, quidam obliquant, qui speciem sanctitatis prætēdentes, uel habitum religionis gestātes, in obseruantijs religionis, & consilijs euangelicis, non rectè ambulant, nec seipsos in illis rectificant. Vel per vias, quę aptiores sunt, possunt intelligi actiones: per semitas, quæ magis occultæ sunt, cordis intentiones. Vnde *parate uiam domini*, per mali desertionem, & boni operationem, *rectas facite semitas eius*, id est, intentiones occultas, facite rectas, non distortas, scilicet pro æternis, non pro terrenis faciatis. Reformatio imaginis in mente, in hoc attenditur, quòd facies mentis incuruata ad terram, per terrenorum oblectationem, erigatur sursum, & rectificetur per cœlestiū considerationem & dilectionem. Vnde in Canticis: *Recti diligunt te.* Vbi secundum Bernardum, recti intelliguntur, qui à terrenis sunt abstracti: ac cōtemplatione & dilectione toti ad superna erecti. Vnde dicit quòd quærere & sapere quæ sunt super terram, curui tas animæ est: meditari verò & desiderare quę sursum sunt, rectitudo. Cui etiam rectitudini, secundum eundem Bernardū attestatur statura erecta corporis humani. Quid enim indecentius, quàm curuū recto cor

Esaia. 40.

Quare uox Ioannes.

Præcursor domini Ioānes.

Matth. 3. Luca. 3.

Psal. 24.

Semita domini.

Canti. 2. Recti qui. Bernar sermone. 24. in cantica.

Bernardus ibidem.

A pore gerere animum? Peruersa res est & fœda, luteū vas, quod est corpus de terra, oculos habere sursum, cœlos liberè respicere: spiritualem uerò, cœlestemq; creaturam suos ecōtrario oculos, id est internos sensus atq; affectus trahere deorsum in terram? Et subditur, *Omnis uallis*, id est populs gentilis, uel quicunque humilis, *implebitur*, bonis spiritualibus, scilicet gratia in præsenti, & gloria in futuro, *& omnis mons & collis*, id est Iudaicus populus, uel quicunq; superbus, *humiliabitur*, id est euacuabitur, quia gratiā & gloriam amittet. *Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.* Mons dicit, quātum ad maiores: & colles, quantum ad minores. *Et erunt praua*, id est
B corda malorum per iniustitiam distorta, erunt, *in directa*, id est per æquitatem iustitiæ rectificabuntur, & ad iustitiæ regulam dirigentur, *& aspera*, id est mētes iracundæ & immites *in uias planas*, id est per infusionem gratiæ, ad mansuetudinem conuertentur: & corda contra Christum indurata, mollificabuntur, *& uidebit*, oculo corporali in primo aduentu, *omnis caro*, id est omnis homo, tam gentilis, quàm Iudæus, *salutare Dei*, id est Christum Dei filiū. Diuidebatur enim tunc cōitas hominum in duas partes, s. in Iudæos, & gētiles: & multi de his omnibus hominibus, uiderūt eum in mundo, inter homines conuersantem. Potest
C etiam hoc uerbum intelligi de uisu spirituali, quo uident eum conuersi ad fidem catholicam, ex omnibus gentibus totius mundi. Vel uidebit eum in forma humana, omnis homo, tam reprobi, quàm electi in secundo aduentu, scilicet in die iudicij. Et cùm missi à Iudæis, audirent à Ioanne, quòd non erat aliquis triū prædictorum, quos expectabant, tanquam personas solennes, quæ fierunt ab eo, dicentes. *Quid ergo baptizas*, nouum ritum inducendo, & officium alienum usurpando, *si tu non es Christus*, qui potestate propria baptizabit, *neque Helias*, qui in transitu Iordanis baptismum significabat, *neque propheta* cuius officium est baptizare: ut patet de Heliseo, qui Naaman baptizari misit. Quasi dicerent: Quare tibi officium baptizandi usurpas, cùm uicem personarū, quibus scriptura baptizare concedit, nō geras: sicut proprio ore cōfessus es? Notandum autem quòd licet Ioannes non
D esset Christus, poterat tamen baptizare, quia erat prę cursor eius: & ideò debuit parare viam Christus. Item licet non esset Helias personaliter, erat tamen uirtute. Itē si non erat propheta ille singularis, erat tamē plus quàm propheta communis: & ideò baptizare potuit. Et respondit eis Ioannes, testimoniū de Christo iterum perhibēdo: quia sicut præcurrebat prædicationē Christi, sua prędicatione & denunciatione, ita baptisma Christi præcedebat suo baptismate: sicut & ꝓphetę antiquitus aliquando denunciabant futura, nō solum verbis sed etiam factis. Vnde dicit: *Ego baptizo in aqua*, in pœnitentiam, non in spiritu, in remissionem
E peccatorum, docens uos pœnitere, non potens uos absoluere. *Ego baptizo in aqua*, prepariatiuè, corpora tantum lauando: ad significandū illum qui uenturus est baptizare in spiritu Sancto authoritatiuè, etiā animas abluendo, quasi dicat. Non debetis imputare audacię quod ago: nec mirari si ego qui non sum Christus, neq; Helias, neq; ille propheta singularis baptizo, quia baptismus meus non est completus & perfectus. Nam ad completionē & perfectionē baptismi, exigitur lotio corporis & animę: & corpus quidē secundum naturam lauatur aqua, anima uerò non nisi spiritu. Vnde & ego baptizo in aqua tantū, in pœnitentiam,

Lacob. 4. Luca. 14. & 18.

Baptizare poterat Ioannes.

Baptizare in aqua & in spiritu.

Ioan. 1.

4. Reg. 5.

tentiam, id est in signum pœnitentiæ purgantis animas: corpore lauo corpus, & institutum baptizandi usum, parans uiam fortiori me, donec ueniat qui abluit animas per spiritum. Vnde Ambro. *Ego*, inquit, *uos aqua baptizo*. Citò probauit se nō esse Christum, qui inuisibili operetur officio. Nam cùm ex duabus naturis homo, id est, ex anima subsistat & corpore, visibile per inuisibilia inuisibile per inuisibile mysteriū conferatur: aqua enim corpus abluitur, spiritu animæ delicta mundātur. Et ideò aliud fuit baptisma pœnitentiæ, aliud est baptisma gratiæ. Istud ex utroque, illud ex uno. Nam cùm delicta communia sint mentis & corporis, purificatio quoque debuit esse communis. Et bene non uerbo, sed opere declarauit non esse se Christum, opus enim hominis est gerere pœnitentiam delictorum, Dei munus est gratiam imple re mysterij: Hæc Ambrosius. Ioannis ergo baptismus umbra & figura erat melioris baptismi: quia significatio & præparatio quædam erat futuri. Propter quod, ut habetur in Actibus, forma baptismi Ioannis erat in nomine venturi. Nec putādum est, baptismū Ioannis parum profuisse hominibus: quia etsi peccata nō dimittebat, omnes tamen qui ab illo baptizabāntur, sub peccati uinculo constrictos esse sentieba: & ideò redemptorem & mundatorem, qui peccata dimittere posset, mox ubi apparuisset, quærere necesse habebant. Vnde baptizabat in pœnitentiam, id est ad hoc ut agerent pœnitentiam: ut sicut ipse eos aqua lauabat exterius: ita ipsi se pœnitentia lauarent interius: ut mox Christo ueniente parati essent ad eius baptismum suscipiendum: quia quos baptizauit, baptizati sunt iterum. Baptismus enim ipsius, erat quædam protestatio credendi in Christum uenturum, & facienda opera pœnitentiæ, ut deuotius reciperent ipsum. Vtilis ergo erat baptismus Ioannis, propter assuefactionem ad Christi baptismum, & propter uitæ emendationem: quia baptizabantur confitentes peccata sua, & propter Christi manifestationem. Vnde & subditur, *medius uestrum stetit*, id est præsens est inter uos quem prædico: qui est mediator Dei & hominum, *quem uos nescitis*. nec cognoscitis: & ad illum cognoscendum, ego uos præparo, baptizando in aqua. Ista uerba exponi possunt, uno modo secundum humanitatem Christi, secundum quam ad literam Christus fuit in medio Iudæorū: quia inter homines communiter est conuersatus, quasi unus ex eis: & nō cognouerunt præsentem, quem crediderunt futurum. Alio modo exponuntur de Christo secundum diuinitatē, secundum quem ubique præsens est, & inuisibilis. Et secundum hoc medius est omnibus rebus creatis, & tamen nemo scit eum, quia nemo comprehendit. Hic nota quòd Christus sæpe legitur locum medium specialiter eligere: quia medium est locus humilis. Vnde ipse ait: *Ego autem in medio uestrum sum, sicut qui ministrat.* Item est locus communitatis: quia uniformiter se habet ad omnes: ut centrum ad circūferentiam. Vnde Petrus: *In ueritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus.* Item medium est locus unitatis: quia extrema uniuntur in medio. Vnde Apostolus: *Ipse est pax nostra: qui fecit utraque unum.* Item est locus stabilitatis: quia medium mundi est fixum. Vnde Apostolus: *Fundamentū aliud nemo potest, &c.* Item locus proximitatis: quia omnibus partibus approximat. Vnde in Actibus: *Si fortè attrectent eum, cum non longè sit.* Et subdit Ioannes de Christo: *Ipse est qui post me uenit, uel uenturus est*, quem ego ut præcursor prænuncio, *qui tamen ante me factus est.* Licet iam uenisset nascendo, tamen dicit esse uenturum: quia nondum uenerat ad baptismū, nondum se manifestauerat prædicādo, & miracula faciendo, ac nostræ redemptionis mysterium complendo. Et licet Ioannes præcesserit Christum tempore natiuitatis & mortis, non tamen resurrectionis & ascensionis. Vel *qui post me uenturus est*, id est qui prædictus est à prophetis, post me uenturus est. Secūdum Remigium, quinq; modis uenit Iesus post Ioannem: scilicet nascendo, prædicando, baptizādo, moriēdo, & ad inferos descendēdo: Et cùm hoc quod dicit, Ante me factus est, non possit intelligi secundum deitatem, quæ facta non est: nec de humanitate, qua Christus posterior est Ioanne factus: oportet ꝙ intelligatur quò ad honorem & dignitatem: quia quasi dominum, sequitur eum Ioannes, & uadit post eum. Antè enim hoc in loco, non temporis, sed ordinis, habet significationem: & notat diuinitatis, non natiuitatis prioritatē. Ac si dicat, secundum Chrysostomum. Non quia prior veni ad prædicandum, ex hoc maiorem illo me æstimetis: post me ergo uenit tēpore: quia postmodum natus, ante me factus est dignitate: quia tanquā clarior & honorabilior, seu maior & dignior mihi præpositus est & prælatus. Huic simile est, cùm de aliquo dicimus: Hic olī me minor, vel mihi par erat: sed modò ante me factus est honore, modò me præcedit, modò mihi prælatus est. Vel factus est antè synceritate conscientiæ, innocentia vitæ, famæ decore. Prælationis autem Christi causas, Ioannes aperit, cùm subiungit: Qui prior me erat. Pro tāto enim, *ante me factus est*, id est mihi prælatus, & dignitate antepositus est, quia etsi posterior sit in tēpore, est tamen prior in æternitate: quia prior me erat, nō secundū humanitatē, quā acceperat in tēpore: sed secundū deitatem, in qua est ab æterno cū patre, prior me erat: quia ipse ab æterno, ego ex tēpore. Quoniam qui post me natus est de matre sine patre, ante omnē creaturā, sine vllo initio genitus est ex patre sine matre. Et fortior me est, quia ipse Deus fortis & potens, ego autem homo & fragilis, & impotens. Ille dominus, ego seruus: ille imperator, ego miles. Vnde Rabanus: Fortis est Ioannes, qui spiritum sanctum dignus est habere: fortior qui eundē potest dare. Fortis qui regnum cœlorum prædicat: fortior qui donat. Fortis qui baptizat in peccatorum cōfessione: fortior qui in eorum remissione. Immensitatē autem excellentiæ eius, subdendo manifestat. *Cuius non sum dignus ut*, pro cūbens, *soluam corrigiam calciamentorum eius*, quod humile, & uile officium est. Quasi dicat: In tantum est ante me, ut ego neq; seruire ei, neq; in vltimis ministrorum eius vocari dignus sim. Calciamentum enim soluere, ultimi ministri res est. Cùm Christus calciamenta non portauerat, patet ꝙ hæc est metaphorica locutio: quia Ioannes in hoc dicit se nō esse dignum exhibere Christo etiam minimum obsequium: hoc exprimens secundum cōmunem loquendi modum. Cùm enim aliquis suam paruitatē, & alterius excellentiā uult exprimere, solet cōmuniter dici: Nō sum dignus tāgere sotulares eius, vel aliud huiusmodi. Nec mirū si Ioānes hoc dixit: qa homo quātuncumq; magnus, Deo cōparatus, nihil est nisi puluis & cinis: nec etiā aliqua creatura est digna ei seruire, nisi per gratiā assumatur. Per hoc ostendit etiam Ioannes ipsis Pharisæis, ꝙ officium alienum non usurpabat, sed tantum suum proprium officium, scilicet præcursoris, exercebat. Vnde secundum Gregorium, allego ricè per calciamentum, humanitas: per pedes, deitas: per corrigiam, unio calciamentorum, scilicet animæ

&

Ambros. lib. 2. in Luc.

Actuū. 9. Baptismus Ioannis profuit.

Baptizati à Ioanne, iterum baptizandi erant.

Medius uestrum stetit, quomodo exponitur.

Medium locum Christus tenet. Luca. 22.

Act. 10.

Ephe. 2.

1. Corin. 3.

Act. 17.

Iesus uenit post Ioannē quinque modis.

Christus factus est ante Ioannē.

Chry. hom. 15. in Ioan.

Christus fortior est Ioanne.

Calciamēta soluere eius qui ea non habet.

Gregorius hom. 7. in Euang.

Universidad de Deusto Biblioteca

& corporis ad deitatem, intelligi potest: quia nec ipse Ioannes, nec aliquis alius sufficiens est, uel potest mysterium & modum illius ineffabilis unionis duarū naturarū, scilicet diuinæ & humanæ, qua uerbū caro factum est, explicare vel aperire, cùm hæc unio tanta esset, quòd hominē Deum, & Deum hominem faceret. Vnde Esa. *Generationem eius quis enarrabit?* Quasi diceret, nullus est dignus. Vbi Grego. Qua in re pēsandū nobis est, quomodo sancti uiri, ut humilitatis in se uirtutem custodiant, cùm quædā mirabiliter sciūt, illud ante mentis oculos student reuocare, quod nesciunt: ut dum ex parte aliqua infirmitatem suam considerant, ex ea parte qua perfecti sunt, eorū se animus non extollat. Restat ergo ut in omne quod scit, sese mens deprimat, ne quod uirtus scientiæ congregat, uentus elationis tollat. Cùm bona fratres agitis, semper ad memoriam mala acta reuocate, ut dum cautè culpa conspicitur, nunquā de bono opere animus lætetur. Superiores inuicem proximos uestros attendite. Quia & quos agere aliqua praua cōspicitis, quæ in eis lateāt bona nescitis. Quæ licet bona assint opera: nulla sunt, nisi ex humilitate cōdiantur. Qui enim sine humilitate virtutes congregat, quasi in uento puluerem portat: Hæc Grego. Deinde Ioannes subiungit, *Ipse uos baptizabit*, non solum in aqua, sed & *in spiritu sancto & igne*, gratiam spiritus sancti, & charitatis cōferendo, quod non potest facere, nisi Deus. In Baptismo enim Christi, confertur gratia spiritus sancti, & per ipsum ignis charitatis, si debitè suscipiatur, uel obex non ponatur. Baptismus autem Ioannis ista nō conferebat, sed Baptismum Christi significabat, & ad ipsum disponebat. Vnde Chrysost. Aliud fuit Baptisma Ioannis, aliud Domini. Illud pœnitentiæ, hoc sanctificationis & gratiæ, in quo & spiritus sanctus in unoquoq; credente, ad decoquenda peccata, modo ignis operatur urens delicta, purgās sordes carnis & animæ. Vnde & Beda: Baptizamur autē à Domino in spiritu sancto, non solum cùm in die baptismatis, fonte uitæ ĩ remissione peccatorū abluimur, verumetiā quotidie, cùm per gratiā eiusdem spiritus, ad agenda quæ Deo placēt, accēdimur. Est ergo Baptismus fluminis, in aqua: flaminis, in pęnitēti: sanguinis, in martyrio. Deinde post testimoniū Ioānis, de primo Christi aduētu, addit etiā de extremo, authoritate & ministerio iudicij Christū cōmendando, & populis cōminādo, dicens: *Cuius uentilabrum in manu eius.* Ventilabrū, à uentilandis paleis dictū est, & est instrumentū quo in Palestina solebat purgari bladum, & est factū sicut pala qua proijcitur granum paleis cōmixtum, in altum: & uentus paleas tollit, & granum in area cadit. Ioannes ergo metaphoricè loquens, per uētilabrum, intelligit discretionem iusti examinis seu diuinum iudiciū & potestatem discernendi bonos à malis, sicut uentilabro diuiduntur grana à paleis, & fructuosa ab infructuosis, quod est in manu, id est in potestate & arbitrio eius, quia iudicādi officium sibi traditum est à patre quia omne iudicium dedit filio. *Et permundabit*, id est perfectè mundabit, *& purgabit* in futuro *aream* id est Ecclesiam suam à paleis, in qua nunc grana cum paleis, id est boni cum malis, commixti sunt: sed in iudicio separabuntur ab eis. *Et congregabit triticum* modo pluribus locis dispersum, id est bonos & iustos, qui ad modū tritici sunt interius candidi, per munditiam: exterius rubei, per patientiā: graues moribus, utiles sermonibus, multiplicabiles aliorum cōuersionibus, *in horreum suum*, id est cœleste habitaculum. *Paleas autem*, id est malos & reprobos, leues per

Esaia. 53. Gregorius ibidem. Humilitas contra elationem inducitur. Luca. 3. Chrysosto. hom. 3. operis ĩperfe. De Baptismo duplici. Beda in Lucę caput. 3. Baptismus triplex. Ventilabrū unde dictū. Ioannis. 5.

A superbiam, pallidos per inuidiam, fragiles per iracundiam, aridos per auaritiam, infructuosos per accidiā, uiles per carnalem concupiscentiam, *comburet igne, gehennæ inextinguibili*, & pœna sensibili. In hac etiam præsenti uita, Dominus Ecclesiā purgat, dum ob manifesta peccata, peruersi & mali de Ecclesia per sentētiam eijciūtur, uel per mortem de hac uita abscinduntur: sed hæc purgatio in fine perficietur, quando per Angelos de regno suo, omnia scandala colligentur, uel modo mundat, discernendo merito, nō numero, sed tunc & numero & merito. *Multa quidem & alia exhortans*, & docens Ioannes *euangelizabat*, & annunciabat *populo*. Ex quo patet quòd non omnia facta & dicta Ioannis scripta sunt, sed pauca respectiuè, sicut

B & de Christo dicitur Ioannis ultimo.

Moraliter Ioannes dat formam uiuendi, prędicandi, & fructificandi. Nam eius uita austera, & quò ad uictum durum, & quò ad uestitum asperum, & quò ad locū desertum, eius doctrina uera, siue de Deo, siue de seipso, siue de proximo: eius operatio fructuosa, quia multos uocando, baptizando, & rectificādo. In primo fuit exemplar religiosorum, in secundo doctorum, in tertio prælatorum. Si enim talis esset prædicator, omnis Hierosolyma, quò ad claustrales: & Iudæa, quò ad clericos: & regio quò ad laicos, uenirent confitentes peccata sua, tam uenialia, quàm mortalia, ueniret & Iesus cum eis, ad sanctificandum eos,

C & uerbo, & remedio, & exemplo. Ad maiorē autē expressionem prædictorum, locus ubi facta sunt, determinatur consequenter, cùm subiungitur: Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanē, ubi erat Ioannes baptizans. Vt enim dicit Chrysost. non in domo, neq; in angulo Christum prędicabat: sed Iordanem trāsiens, in media multitudine, præsentibus omnibus qui ab eo baptizabantur. In Bethania, quæ domus obedientiæ interpretatur, Ioannes baptizare dicitur: ut quod ex obediētia Dei uenerat Christum nunciare immolandum pro redemptione mundi, ostendatur & intelligant homines, quia si à peccato originali: quod per inobedientiam primi parentis contigit, absolui desiderant, submisso corpore, & credulo corde, baptismi

D sacramentum suscipere, & per obedientiam fidei, omnes ad Baptismum peruenire debēt: & ut significetur, quòd baptizatis obedientia conuenit. Est autem duplex Bethania. Vna est quædam uilla citra Iordanem, ad duo miliaria de Hierusalem, scilicet in latere montis Olıueti, vbi Lazarus fuit suscitatus. Alia, de qua dictum est, sita supra Iordanem, ex altera tamen parte fluminis, scilicet in sorte duarū tribuum, & dimidiæ, à Hierusalem itinere diei unius, ubi erat Ioannes baptizans, scilicet in confinio gentium & Iudęorum: ut his & illis ostenderetur Baptismus communis. Et bene trans Iordanem baptizabat, quia Gentes communius, quàm Iudæi Baptismum receperunt.

Moraliter Ioannes dat triplicē formā. Ioan. 1. Chryso. ho. 16. in Ioan. Bethania qualiter interpretetur. Bethania duplex.

E

ORATIO.

IOANNES *beatissime præcursor Christi, præco iudicis, amicus sponsi, uox uerbi diuini, qui solatium nostræ redemptionis annunciare meruisti: impetra mihi misero apud eundem Dominum nostrū Iesum Christum, tuis sanctissimis precibus, & purgato à uitijs pectore, & ornato virtutibus, parem secundum salubria tua monita viam Domini, & rectas faciam semitas eius, quatenus in extremo iudicio, cùm aream Ecclesiæ suæ mūdauerit, & triticum paleis separauerit merear inter grana tritici, & electos suos inueniri, & in horreum cœlestis mansionis cum eis reponi. Amen.*

De pœni-

De pœnitentia facienda. Cap. XX.



QVIA verò de pœnitentia, per quam regnum cęlorū appropinquat, & via Domini paratur, tactum est in pręcedentibus, nunc consequenter de ipsa aliquātulum latius videamus. Ad veram itaq; pęnitentiam, quam amor Dei & odium peccati facit, ante omnia duo requiruntur: scilicet ꝙ peccator de peccatis pręteritis doleat, & nunquam iterata uice peccandi, firmam uoluntatē habeat. Sine his duobus, pœnitentia vera non est: quia sine eis, nec Deus peccata dimittit, nec sacerdos absoluere à peccatis potest. Vnde Ber. Vera siquidem pœnitentia est, sine intermissione tēporis, de præteritis malis dolere, & sic plangere commissa, ut non committat plangēda. Irrisor namq; est, & non uerè pœnitens, qui adhuc agit quod pęniteat. Si ergo vis verus pęnitēs esse, cessa à peccato, & amplius noli peccare. Quoniā inanis est pęnitentia, quā sequens coinquinat culpa. Vnde & Gregorius. Pœnitentiam quippè agere, est & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare: nā qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat: adhuc pęnitentiā agere aut ignorat, aut dissimulat. Vnde etiam Aug. Inanis est pœnitentia, quā sequens coinquinat culpa. Nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata. Nihil ualet à malis ueniā poscere, & mala denuò iterare. Et iterū: Pęnitentes, pęnitentes: si tamen estis pęnitētes, & nō irridētes, mutate uitam, reconciliamini. Pœntitentiā agis, genu figis, & rides, subsannas patientiam Dei. Si pœnitens es, pœnitet te, si non pœnitet, pœnitens non es: si ergo pœnitet, cur facis quod malè fecisti? Si fecisse pœnitet, noli facere: si adhuc facis, pœnitens non es. De quibus autem pœnitentia sit agenda, notat idem Augustinus dicēs: Tres sunt actiones pœnitentiæ. Vna est quæ nouū hominē parturit, donec per Baptismum salutare, omnium præteritorum fiat ablutio peccatorum. Omnis.n. qui iā suæ voluntatis arbiter constitutus est, cùm accedit ad sacramēta fideliū, nisi eū pœniteat vitæ veteris, nouā inchoare non potest. Ab hac pęnitētia, cùm baptizantur soli paruuli, immunes sunt, nondum enim uti possunt libero arbitrio: quibus tamen ad consecrationem remissionemque originalis peccati, prodest eorū fides à quibus offeruntur, quascumque maculas delictorum, per alios ex quibus nati sunt, contraxerunt, aliorum etiam interrogatione & responsione purgētur. Cæterorum hominum nullus transit ad Christum: vt incipiat esse quod non erat, nisi pœniteat eum fuis

Pęnitentiæ duo requirit. Bernardus in meditationibus. Isidorus 2. de summo bono c. 16. Greg. hom. 34. in Euā. Augustin. in soliloq. August. de pęnitentiæ medicina cap. 2. Pęnitentia de quibus sit agenda. Pęnitentia in baptismo.

A se quod erat. Altera verò pœnitentia est, cuius actio per totam istam uitam, perpetua supplicationis humilitate subeunda est. Primò, quia nemo vitam æternam desiderat, nisi eum vitæ huius temporalis pęniteat. Quis dubitet in quacunq; temporali fœlicitate uersemur, pœnitere tamen nos debere huius uitæ, vt ad illā incorruptionē tota auiditate curramus. Quis ergo festinat atque exoptat ad patriam remeare, nisi quem peregrinationis suæ pœnitet? Quis itaq; sanæ mentis non ingemiscit, cui non per pœnitentiam sic esse displiceat? Deinde multa sunt peccata, quæ quāuis singula, nō lethali vulnere ferire sentiantur, tamē simul omnia congregata, quæ plura sunt necant, nisi medicamento quotidianæ pœnitentiæ desecentur.

B Quisquis itaq; se diligenter attendit satis intelligit cū quanto periculo peregrinet à Domino. Tertia actio est pœnitētiæ, quæ pro illis peccatis subeūda est, quæ legis decalogus continet. In hac ergo pęnitētia maiorem in se quisq; seueritatem debet exercere, ut à se ipso iudicatus, non iudicetur à Domino. Ascendat itaque homo aduersum se tribunal mentis suæ, constituat se ante faciem suam. Atq; ita cōstituto in cordis iudicio, assit accusatrix cogitatio, testis consciētia, carnifex timor. Inde quidem sanguis animi confitētis per lachrymas profluat. Postremò, ab ipsa mēte talis sentētia proferatur, ut se indignum homo iudicet participatione corporis & sanguinis Domini,

C ut qui separari à regno cœlorum timet, per ultimam sententiam summi iudicis, per Ecclesiasticam disciplinam à sacramento cœlestis panis separetur. Iudicet ergo seipsum homo in istis, uoluntatē dū potest, & mores conuertat in melius, ne cùm iā non potuerit, etiam præter uoluntatem, à Domino iudicetur. Sed si iā de sanitate desperās, addis peccata peccatis: Sicut scriptum est: *Peccator dum uenerit in profundum malorum, contemnet*: noli cōtemnere, noli desperare, clama de profundis etiam ad Dominum. De tali profundo, Niniuitę clamauerunt, & propitiationem inuenerunt. Faciliusq; est euacuata cōminatio prophetiæ, quàm humiliatio pœnitentiæ. Quicquid enim feceris, quæcunq; peccaueris, adhuc in hac uita es,

D unde te omnino, si sanare nollet, auferret. Cur ergo ignoras, quia patientia Dei ad pęnitentiā te adducit? Hæc Aug. Non solum ergo de magnis, sed & de paruis peccatis, ut dictum est, quotidiana pęnitentia est agenda, & quāuis parua uideantur, non tamen propter hoc sunt negligēda. Quia, ut ait Greg. nullū peccatum adeo paruum, quod non crescat neglectū. Et iterum: Peccatum quod pœnitentia non diluit, ipso suo pondere, mox ad aliud trahit. Vnde dicit Ambr. ꝙ minimum peccatū scienter commissum, grauius est toto mundo. Vnde & Aug. Sed ista leuia quæ dicimus, noli contemnere: si contemnis, quando appēdis expauesce, quando numeras leuia, multa faciunt

E unū grande. Multæ guttæ implent flumen. Multa grana faciūt massam: Hæc Aug. Non itaq; leuia sunt cōtemnenda, nec propter grauia, est desperandū. Quia vt ait Aug. nullum peccatū criminale est, dum displicet: nullum veniale, dum placet. Agenda est autē pœnitentia sine dilatione, & dum possumus: ne subitò præoccupati, quæramus spatium pœnitentiæ, & inuenire non possimus. Vnde Aug. Remedia conuersionis ad Deū, nullis sunt cunctationibus differēda, ne tēpus correctionis pereat tarditate. Qui.n. pœnitenti indulgentiā promisit, dissimulanti diē crastinū non spopōdit. Et iterum: Si quis autem positus in vltima necessitate ægritudinis suæ uoluerit accipere

Pęnitentia totius uitæ. Pęnitentia pro peccatis contra decalogū. Prou. 18. Pęnitentia etiā de paruis agēda. Gregorius lib. 25. moralium ca. 12. Ambrosius. Augustin. li. de decem chordis ca. 11. & tra. 10. in Io. Nota. Augustin. ibidem.

G pœni-

Universidad de Deusto Biblioteca

Pęnitentia sera, securum non facit.

pœnitentiam, & accipit, & mox reconciliatur, & hic uadit, fateor uobis, non illi negamus quod petit, sed nō præsumimus quia hinc bene exit. Nō præsumo, non uos fallo, non præsumo, fidelis bene uiuens securus hinc exit. Baptizatus ad horā, securus hic exit: agens pœnitentiam ad ultimum, & reconciliatus: si securus hinc exit, ego nō sum securus, unde securus sum, & do securitatem: unde non sum securus, pęnitentiam dare possum, securitatem dare non possum. Non dico, damnabitur: sed nec dico, liberabitur. Vis te dubio liberare? Vis quod incertum est, euadere? Age pœnitentiam, dum sanus es. Si enim agis ueram pœnitentiā dum sanus es: & inuenerit te nouissimus dies, currentem ut recōcilieris. Si sic agis, securus es, quia egisti pęnitētiam eo tēpore, quo & peccare potuisti. Si autem tunc uis agere pœnitentiam, quando iam peccare nō potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut nō ignoscitur. Quod horum tibi sit futurum, ego nescio. Ergo dimitte incertum, & tene certum: Hæc August. Ideo autem Augu. dubitat de his qui pęnitēt in extremis, quia tales potius uidentur pœnitere timore pœnæ, quàm amore iustitiæ, & ideo eorum pœnitentia uidetur esse dubia. Non ergo tardes uel dissimules, in sanitate pœnitentiam agere, & citò peccati onus deponere.

August. de pęnitentia utilitate.
Vita longa spes decipit.

Quia vt ait Augu. stultum est in illo statu uiuere, in quo quis nō audet mori. Et audacior est, qui cum vno peccato mortali dormit, quàm qui cum septem hostibus. Sæpe quidem promittunt sibi homines uitam longā, ex eo ꝙ sunt iuuenes, uel bonæ cōplexionis, aut fortes, nescientes quid superuentura pariat dies, nec attendētes ꝙ rarò quis moritur morte naturali, sed frequēter ex accidentibus: puta febre, apostemate, & huiusmodi, uel quandoq; morte improuisa & casuali, & tamen creditur ꝙ quilibet in statu meliori moritur. Vnde Hugo de sancto Victo.

Quisque in bono statu mori credēdus est.

Sciendum ꝙ nec iustus, nec impius, nec puer, nec senex, antè soluuntur à corpore, quàm sint in illo puncto bonitatis, uel malitiæ: ultra quam si semper uiuerent, nunquā transirent: Hæc Hugo. Sed propter vanam longæ vitæ spem, multi decipiuntur, & pęnitentiam quā expectant, non consequuntur.

Chrysosto. sermone de pęnitentia. August. lib. 50. homiliarum hom. 41.

Vnde Chryso. Nihil tantum decipit homines, quantū uana spes longioris uitæ. Et August. Experti sumus multos expiraise, expectantes reconciliari. Et posito ꝙ homo certus esset de uita longa, adhuc tamen pœnitentia non esset usque ad senectutem & senium prolongāda: quia tunc inualidi sunt homines ad laborē, & uix in his ætatibus reperitur quis, qui se à peccatis quæ consueuit, euellat per pœnitentiam. Optimum ergo consilium, summa prudentia, & maxima prouidētia in hoc consistit, ut per ueram contritionem, & purā ac integralem confessionem, & per satisfactionem condignam, homo sanus & fortis se disponat, cunctaque noxia, cum à salute ęterna retrahentia ac impedientia proiiciat: & se iugiter omni tempore sic teneat, ac si hodie uel cras, uel ad longius in hac septimana, discessurus sit de hoc mūdo.

Pęnitentia sera, si uera, est fructuosa.

In extremo quippè uitæ suę, potest homo pœnitere, quia usque tunc potest peccare, & ergo usq; tunc potest de peccatis, per diuinam misericordiam, consequi ueniam: quia misericordia Dei, uincit humanam malitiam: sed talis pœnitentia tarda, rarò est uera & fructuosa: quia in ea non habetur distinctiua, & sufficiens de peccato displicentia. Contritio enim sufficiens requiritur ꝙ peccatum dimittatur: sed uehemens passio, & dolor in parte sensitiua, qualem habēt communiter illi

A in articulo mortis, impedit in pęnitente usum rationis, ne bene deliberet de peccatis. De pœnitētia ergo iniūcta, aut uoluntariè assumpta, gaude: & Deo gratias age, qui te ad eādem decreuit misericorditer expectare: non sis ingratus, quia hodiernum diem habes, in quo corrigaris. Heri malus fuisti, hodie bonus esto.

Pęnitentia tempus nō prætermittendum.

Considera quoniam multi modo moriuntur, quibus si una hora ad agendam pœnitentiā concederetur, quæ tibi concessa est, quomodo per altaria, & quàm festinanter currēt, & ibi flexis genibus, uel certè toto corpore, in terrā prostrato, tandiu suspirarent, plorarent, & orarent, donec plenissimam peccatorum suorū ueniā, à Deo consequi mererentur. Tu uerò comedendo, bibendo, iocādo, ridendo, **B** & ociosè uiuendo, tēpus perdis, quod tibi Deus indulsit ad requirendam gratiā, & ad promerendā gloriam. Cogita etiam ꝙ animæ in inferno cruciantur, sine spe ueniæ & misericordiæ. Si amor Dei te tenere & mulcere non potest, saltem teneat & terreat timor iudicij, metus gehēnæ, laquei mortis, & omnia mala. Sed heu, multi hodie abutentes Dei patientia, parum hæc attendunt: & tempus, quo nihil est preciosius, inutiliter trāsire permittentes, miserabiliter amittunt.

Bernardus sermone de uerbis Euangelij, Ecce nos reliquimus omnia.
Tempore nil charius.

Vnde Ber. Hodie filij hominum animę curam negligunt, carnis curam perficiunt, in omni desiderio. Neque.n. peccare metuūt, sed puniri: nec virtuti cordis opera datur, sed valetudini corporis, imò **C** ēt uoluptati. De schola Hypocratis & Epicuri didicerunt hęc. Tēpus hoc animabus, nō corporibus est assignatū: dies salutis vtiq;, nō voluptatis. Et iterū: Nihil preciosius tēpore, sed heu nil hodie uilius ęstimatur. Trāseūt dies salutis, & nemo recogitat, nemo sibi non reditura momēta perijsse causatur: Hæc Ber. Et reuera, nihil in hac vita preciosius est tēpore, quia breui hora posset quis ueniā & gratiā, ac gloriā obtinere, & plus quàm totus mūdus ualeat ꝓmereri. Nō est.n. hora tā breuis, in qua non spiritualia lucra, suo ualore incōparabiliter, omnia terrena excedētia cōparare posset. Attende ēt quia plus valet hîc in patiētia dies unus, quàm in purgatorio annus.

Ezech. 4. De purgatorio.
Augustin. sermone 41. de sanctis.
Seneca epistol. 22.

Vnde in **D** Ezech. *Diem pro anno dedi tibi.* Pœna tamen purgatorij excedit oēm pœnā temporalē huius uitæ. Dicit.n. Aug. ꝙ ille ignis purgatorij durior ē quàm quicquid in hoc seculo pœnarū, aut sentire, aut uidere, aut cogitare quis pōt. Igitur magis est curandū de bona uita, quàm de lōga. Vnde Seneca: Quàm bene viuas refert, non quandiu. Actu uitā metiamur, non tēpore.

Pęnitentia tres partes.
Ioan. 2. Iacobi 5. Lucæ 3.
Exodi 5.

Sunt autē tres partes pœnitentiæ, s. cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio. Præcepit.n. scriptura scindere corda, nō uestimenta, cōfiteri alterutrū peccatā: & facere dignos fructus pœnitentiæ. Nā cùm omne peccatū committatur, corde, opere, uel ore, iustū est ita curari per contrariū: ut peccator culpam animo detestetur, uerbo accuset, & facto pœni **E** teat. Istæ tres partes pœnitētiæ, sunt trinæ dietæ, quibus ad terram promissionis itur. De quibus in Exodo dicitur: *Deus Hebræorum uocauit nos ut eamus uiam trium dierum in solitudine: & sacrificemus Domino Deo nostro: ne fortè accidat nobis pestis*, id est culpa in præsenti, aut gladius, id est pęna in futuro. In hoc triduo quæsiuit uirgo Maria filiū suū, & inuenit eū. In quo fœlici triduo similiter & tu si quæsieris, inuenies Iesum, id est salutē æternā. Hæc est scala, cū tribus gradibus, quā uidit Iacob, erectā à terra usq; ad cœlum, & Dominum innixum scalæ propter tria. Primū, ut eā fortiter sustineat. Secundum, ut ascendēti per eā, manus, si necesse fuerit, porrigat. Tertium ut ascendens

dens cùm laborauerit, & fatigatus fuerit, in ipsum respiciat, & totam suam curam in eum iactet. Non enim ita crudelis est quòd eum cadere permittat.

Contritio cordis est prima pars pęnitentiæ.

Prima ergo pars pęnitentiæ, est cordis contritio. Est autem contritio, dolor uoluntariè assumptus pro peccatis, cū proposito, seu intentione confitendi & satisfaciendi, quia nullus uerè censetur contritus, nisi habeat propositum huiusmodi. In qua contritione, homo sigillatim omnia peccata sua ante tribunal conscientiæ suæ adducat: ut ibi seipsum accusans, in amaritudine animæ suæ de singulis conteratur, & postea confiteatur.

Cōtritio singularis requiritur in pœnitente.

De singulis quippè peccatis mortalibus, requiritur cōtritio singularis. Diuersorum enim morborum, diuersæ sunt medicinæ, sed contritio est medicina singularis contra unum tantum mortale: ergo non sufficit una cōmunis de omnibus peccatis: sed de quolibet mortali, tenetur homo specialiter conteri, si habet distinctam peccatorum memoriam.

Chrysosto. homel. 1. in Ioannem.

Sed secundum Chryso. sicut in radijs solaribus, vidētur atomi minuti in aere, qui nequaquam extra radios solares apparent: ita menti radio circumspectionis propriæ illustratæ, apparent seu defectus minutissimi, qui alijs desidiosis, ac per hoc tenebrosis mentibus, occultantur.

Contritio perpetua debet esse.

Si verò quæritur, quandiu quis de peccatis dolere debeat, dicendum quòd Deus, quando absoluit hominem à uinculo peccati, seu à culpa & à pœna æterna ligat eum uinculo perpetuæ detestationis peccati. Vnde utile est quod sacerdos aliquam pœnitentiam quantumcumque paruam perpetuam iniungat, ut homo per hoc, peccatorum suorum præteritorum, aliquando in contritionis spiritu rememoretur.

Cōtritio et detestatio duplex.

Sed detestatio peccati perpetua est duplex. Quædā in actu, ad quā homo non tenetur semper, si quis tamē faceret, perfectionis esset, non tamen omnino de essentia. Sicut beatus Petrus legitur semper fleuisse. Et sanctus Dauid dicebat: *Peccatum, meum contra † me est semper.*

Psal. 50. † coram

Alia est in habitu, ad quam homo semper tenetur, etiam post perfectam peccati remissionem.

August. li. de vera & falsa pęnitentia.

De hac secunda, dicit Augustinus loquens de pęnitente: Pęnitens, omnes fructus pœnitentiæ suæ paruos habeat, numquam sufficiat, & semper doleat, & de dolore gaudeat, non semper doluisse se doleat, semper pro Domino, ante quem peccauit erubescat, dolorem cum uita finiat. Et iterum: Aut continui dolores, cruciabunt pœnitentem uitam meam: aut æterni cruciatus, uexabunt puniendam animam meam: Hæc Augustinus.

Ratio contritionis ꝑpetuæ.

Iste ergo dolor cessare non debet in pęnitente, nec finiri in hac uita, sed sicut homo in Deum, qui æternus est, peccauit: ita in æterno suo, scilicet quandiu uixerit, dolere debet. Sed multi gemunt pro peccatis, non ꝙ peccata eis displiceāt propter Deum, sed propter pęnam. Nonnullos etiā pœnitet peccasse, pro sola peccati turpitudine. Fructuosa ergo contritio est, cùm quis de peccato, quo Deū offendit, dolet, & inde turbatur & gemit: quia iniquitas, amore iustitię, sibi displicet.

Peccata dimittere quid sit.

Et quātotius aliquis sic uerè pęnitet, tantotius Deus peccatū dimittit. Est autem Deū peccata dimittere, æternā pœnā pro illo debitam, per collationē præsentis gratiæ relaxare. Sic quoq; actualis peccati, per uiuificationē mētis æterna pœna relaxata relinquitur temporalis, in quā æterna est commutata, ut quod illicita animæ delectatione, siue etiā carnali uoluptate cōmissum est, satisfactionis dignæ amaritudine purgetur ab homine, dū licet, ne destrictius à Deo puniatur in futuro, q̃a nullū malū præterit impunitū.

Gemitus pœnitentiæ duplex.

Est aūt duplex pœnitētiæ **A** gemitus, vel dum plāgimus quod malè gessimus uel dū plangimus, quia nō egimus qđ agere debuimus.

Secunda pars pœnitentiæ.
Confessio duplex.

Secunda pars pęnitētiæ, est oris confessio. Est autē confessio, per quā morbus latens, spe ueniæ aperitur Et est confessio duplex, quædā mentalis, quæ fit corā Deo, & hæc est de iure naturali, quędā uocalis, quæ fit hoī, & hæc nō est de iure naturali. Igitur ante incarnationē Christi sufficiebat mētalis cōfessio, facta Deo soli, quia Deus nondū erat homo. Sed postquā Deus homo factus est, requirit ab homine ꝙ cōfessio sibi tanquā homini fiat. Et q̃a ipse in forma humana, nobiscum ubiq; præsens esse nō pōt, uicarios suos cōstituit homines, quorum primus fuit Petrus **B** & ceteri Apostoli, ac cōsequēter sacerdotes, quibus ipse dixit: *Quæcunq; alligaueritis super terram &c.*

Matt. 18.
Confessio à quo instituta.
Confessio cur homini fit.

Per hoc.n. ꝙ ministris sacramentorum dedit potestatem ligandi & soluendi, insinuauit confessionem eis tanquam iudicibus debere fieri. Sic ergo Christus instituit confessionē tacitè, sed Apostoli promulgauerūt eam expressè. Ideo etiam confessio facienda est homini, Christi uicario, ut per hoc peccata nostra celētur diabolo.

August. li. 50 homiliarum ho. 12. tomo 10.

Vnde Aug. In omnibus scripturis diuinis fratres charissimi, utiliter ac salubriter admonemur, ut peccata nostra debeamus iugiter ac humiliter, non solum Deo, sed etiam sanctis hominibus & Deum timentibus confiteri. Non.n. ideo vult Deus ut cōfiteamur peccata nostra, ꝙ ipse ea scire nō pos- **C** sit, sed quia diabolus hoc desiderat, ut inueniat quid nobis ante tribunal æterni iudicis obijciat: ideo vult ut magis defendere, quàm accusare peccata nostra uelimus. Contrariò Deus noster, quia pius & misericors est, vult vt ea cōfiteamur in hoc sæculo, vt pro illis non confundamur in futuro. Sciens ergo diabolus uirtutem puræ confessionis, toto nisu impedire conatur hominē ne confiteatur. Et sicut suggessit prius vt homo caderet, sic post casum impedit ne resurgat, quia scit nos non resurgere posse sine confessione: Hæc Aug. Peius est cōfiteri nolle, quàm legem contēnere. Peius est Dei offensam satisfactione nolle placare, quàm peccando Dei bonitatē offendere.

Cōfessio uocalis necessaria est.

D Quāuis.n. in contritione dimittatur peccatū, tamen confessio vocalis necessaria est, uel in re, quādo habetur opportunitas, vel in proposito, quādo articulus necessitatis eam excludit, & non contemptus religionis, & ita necessitas cōfitendi post contritionē, non est in tali casu propter necessitatem remedij, sed propter obligationem pręcepti.

Confessio est conuenienter instituta.

Est autem confessio conuenienter instituta, ut qui in sua potestate positus à Deo discesserat, sub alio positus, cum humilitate & deuotione rediret. Ideoq; Deus instituit sacerdotem sui vicarium, & quasi medicum, cui peccatorū vulnera detegerentur, vt peccator non à se, sed ab alio maioris humilitatis, causa satisfactionis, medicinam susciperet. Sunt enim sacramenta quasi quæ- **E** dam emplastra.

Augustin. li. de uera & falsa pęnitentia c. 15. to. 4.
Pœnitens submittat se sacerdoti.

Igitur, ut ait Aug. ponat se omnino pęnitens in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nihil sibi reseruans, sed omnia paratus sit facere, eo iubente, pro recipienda vita animæ, quæcunq; faceret pro euitāda corporis morte. Homines ēt ad peccandum efficerentur proniores, si turpitudines suas non ęstimarent reuelandas.

Confessio frequentanda est.

Et quia initium operum bonorum est cōfessio, operum malorū valde est vtile confessionem frequentare. Euenit enim cor prius contritum & humiliatum confirmari in cōfessione, & plerumque peccator solo timore, uel Ecclesiæ cōsuetudine, sacerdoti præsentatus, per sacerdotale officiū verè compungitur, ac plenus charitate recedit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nonnulli etiam, nec ex corde redeunt: sed tamen forma pœnitentiæ, quam suscipiunt paulatim, in eis humilitatem cum charitate nutrit. Nec ob pudoré cessες à confessione: quia erubescẽtia & pudoris anxietas, ac confitentis humilitas, maxima pars est pœnitẽtiæ. Vnde Chryso. Confessio peccatorum, est signũ bonæ mentis, & testimonium conscientiæ Deum timentis: perfectus.n. timor, soluit omnẽ pudorem. Illic autem turpitudo confessionis aspicitur, ubi futuri iudicij pœna non creditur. Et quia ipsum erubescere, pœna est grauis: ideo iubet nos Deus, nostra confiteri peccata, vt verecũdiam patiamur pro pœna: nã & hoc ipsũ, pars diuini iudicij est. Vnde & Valerius: Venia dignus est, qui peccati excusationẽ non quærit. Vbi enim est confessio, ibi est remissio, quia proximum ad innocentiam locum tenet, verecunda confessio. Vnde August. Quoniam verecundia magna est cõfiteri peccata, qui erubescit pro Christo, sit dignus misericordia. Et quãto pluribus cõfitetur quis in spe venię turpitudinẽ criminis, tanto facilius consequetur gratiam remissionis. Et iterum: O stulte, cur erubescis homini dicere, quod non erubuisti in conspectu Dei facere? Remoue à tẽ pudorem, curre ad sacerdotem, reuela secretum, cõfitere peccatum: alioquin nihil tibi proderit contritio cordis, nisi sequatur cõfessio oris, si possis. Et iterum: Confessio, est salus animarum, dissipatrix vitiorũ, restauratrix virtutum, oppugnatrix dæmonum. Quid plura? Obstruit os inferni: portas aperit paradisi: Hæc Aug. Vnde & Grego. ad commendationem confessionis, sic dicit: Mirentur qui uolunt iŭ quolibet iusto castitatis continentiam, mirentur integritatem iustitiæ, mirentur uiscera pietatis, ego non minus admiror confessionem humillimam peccatorum, quàm tot sublimia gesta uirtutum: Hæc Greg. Vtile est etiam & ualde salubre cõfessionem etiam eorundem peccatorum frequenter iterare, & pluribus confiteri, quia confessio iterata licet ad salutem non sit necessaria, tamen multum est proficua. Tum quia nescit homo, an in prima confessione sufficiẽter contritus fuerit. Tum quia maior humilitas & erubescentia, meritum causat & acquirit. Tum quia per quantamcumq; cõfessionem, tollitur uirtute sacramenti aliquid de pœna, & confertur aliqua gratia. Quia.n. sacerdos virtute clauium aliquid relaxat de pœna debita, posset aliquis totiens confiteri, q̃ tandem nihil remaneret de pœna. Et licet aliqui dicãt, q̃ sola prima absolutio, effectum habet ui clauium, aliæ autem non, cùm nihil inueniant absoluendum, secundum benigniorem tamen opinionẽ aliorum, non reputatur inconueniẽs, quin homo posset totiens idem peccatũ corde contrito cõfiteri, & ab eo absolui, q̃ per hoc dilueret totam pœnam purgatorij, & talis moriẽs, statim euolaret. Tum uirtute clauiũ, quæ semper aliquid relaxat, etsi talis absolutio nõ inuenit culpã, inuenit reatum pœnæ. Et dato q̃ nihil pœnæ inueniat, tunc facit ad augmentum gratię, tum ex vi contritionis, nec tamẽ peccatum tunc remaneret sine pœna: non.n. modica pars pœnæ est dolor contritionis, & erubescentia cõfitentis, quæ in sequenti confessione iteratur. Quid igitur melius quàm frequenter confiteri, quousque per centesimã, uel millesimam confessionẽ tota pœna relaxetur confitenti? Et notandũ q̃ confessio generalis, quæ fit ante missam in Ecclesia, purgat peccata uenialia, & delet peccata mortalia oblita. Valde autem cautus debet esse confessor, in tenẽdo secretum confessionis, ita vt nec illud reuelet etiam de licentia

Chryso. hom. 3. operis imperfecti. De cõfessionis utilitate.

August. de pœnitentia utilitate.

Gregorius lib. 12. moralium ca. 14. Cõfessio eorundem iterãda.

Confessio generalis.

A cõfitentis. In casu.n. quo confitens renunciat suo secreto, & dat confessori licentiam dicendi cui voluerit, uel loquendi de eo, non potest ipse confessor reuelare dictum sibi in cõfessione: quia ipse confitens non potest in præcepto legis diuinæ & Euangelicæ, sub quo secretum confessionis cadit, dispensare. Et ideo si confessor non habet potestatem absoluendi, uel indiget consilio saniori, debet sibi iterum extra confessionem, ob hanc tantum causam dici facere, & tunc potest exprimere superiori, vel alteri consulenti. Sed ne in casu mortis, sibi imminentis, nec sub sigillo confessionis, potest uel debet quis secretum confessionis alijs reuelare, nec debet ipsi confitenti, post cõfessionem peccatum improperare: nec ab eo
B peccatum, ad denudandum, vel detrahendum cautelosè, post confessionem extorquere.

Confessor sit secretus.

Tertia pars pœnitentiæ, est operis satisfactio. Est autem satisfactio, qua pro qualitate culpæ pœna digna exoluitur. Hinc est illud Baptistæ: *Facite dignos fructus pœnitentiæ*. Vnde Greg. Non solum fructus pœnitentiæ, sed dignos pœnitentiæ fructus, admonet esse faciendos. Neq; enim par fructus esse boni operis, debet eius qui minus, & eius qui amplius deliquit, aut eius qui in nullis, & eius qui in quibusdam facinoribus cecidit. Per hoc ergo cuiuslibet cõscien
C tia conuenitur, ut tanto maiora quęrat bonorũ opera per pœnitentiã, quanto grauiora sibi intulit damna per culpã. Et iterum: Nam cogitandũ summopere est, ut qui se illicita meminit cõmisisse, à quibusdam etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisfaciat: & qui commisit prohibita, sibimet abscindere debeat etiam concessa. Vnde Bern. Pro eo q̃ ab ipsis licitis abstinemus, ea nobis quæ prius cõmisimus illicita condonantur. Patet ergo ex istis, quoniam ad pœnitentiã pertinet operari contraria his quæ aliquis peccauit. Vnde Chrys. Pœnitentiam uerò dico non solum, ut à malis prioribus desinamus, uerum etiam ut bonorum operũ fructus impleamur. *Facite*, inquit, *fructus dignos pœnitentiæ*. Quo autem modo fructificare poterimus, si utique peccatis aduersa faciamus? Aliena rapuisti,
D incipe donare iam propria: longo es tempore fornicatus, à legitimo quoque te usu suspende coniugij, ac perpetuam continentiam sæpius paucorum dierum castitate meditare. Iniuriam, uel opere cuiquam, uel sermone fecisti, refer benedictionis uerba conuitijs: & percutienti te, nunc officijs, nunc etiam beneficijs placare contende. Neque enim vulnerato, sufficit ad salutem tantummodo spicula de corpore euellere: sed etiam remedia adhibere vulneribus. Delicijs autem & temulentia diffluebas, ieiunio & aquæ potu utrunque compensa, ut famem superes imminentem. Vidisti impudicis oculis alienam decoram fœminam, iam omnino ne videas maiore tactus cautione post uulnera. *Declina*, inquit, *à*
E *malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.* Non tãtum hanc dico pacem, quæ cum hominibus, uerum etiam quæ cum Deo est copulando. Et bene ait, persequere. Exagitata est undique, & prorsus explosa, ac terras relinquens in cęlum profecta. Sed tamen possumus eam rursus reuocare, si uolumus, id est, si iracundiam, superbiam, atque iactantiam, omniaq; abijcientes impedimenta pacis, modestã hanc uitam, puramque sectemur: Hæc Chrysosto. Satisfactio autem debet fieri, per opera pœnalia. Per satisfactionẽ enim, oportet peccati uulnus sanare perfectè: sed peccaminum medicinæ, sunt pœnæ: & ergo

Satisfactio tertia pars est pœnitentiæ.

Luca. 3.

Gregorius hom. 20. in Euang. A licitis abstinendũ est aliquãdo. Bernardus sermo. 66. in Cãtica. Chryso. ho. 10. ẽ Mat. Pœnitentia per contraria fiat.

Psal. 36. Psal. 33.

Pax fugata.

ad

Satisfactio pœnam dat Deo & honorem.

ad satisfaciendum sunt necessarię. Nam licet Deo nihil posset subtrahi tamẽ peccator peccando, quantũ in eo est, subtrahit quod est ad honorem Dei: & ideo cùm satisfactio sit quędam recompensatio, oportet q̃ per eam sibi ipsi pœnitens aliquid subtrahat quod ad honorem Dei cedat. Hoc autem non potest esse, nisi sit opus bonum, quantum ad Dei honorem, & pœnale opus, quantum ad peccatorem pœnitentem, cui est subtrahendum. Sic & Deo satisfacit, & etiam à uitijs, & futuris malis, in quantum pœnale præseruat. Satisfactio ergo debet esse talis, per quã aliquid

Bona nostra triplicia, vnde triplex satisfactio.

nobis ad honorem Dei subtrahamus. Sed non habemus nisi tria bona: scilicet bona animæ, bona corporis, & bona fortunæ, scilicet bona exteriora. Ex bonis quidem fortunæ, subtrahimus nobis aliquid, per eleemosynam: ex bonis corporis, per ieiunium: ex bonis autem animæ, non oportet quòd aliquid nobis subtrahamus, quantum ad diminutionem bonorum animæ, quia per ea efficimur Deo accepti: sed per hoc quod submittimus ea, scilicet tam animam, quàm eius bona, totaliter Deo, & hoc fit per orationem. Iste etiam numerus operum satisfactoriorum,

Radices peccatorũ tres.

videtur esse ordinatus contra radices peccatorum, quæ sunt concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quia contra concupiscentiam carnis, ordinatur ieiuniũ: contra concupiscentiam oculorum, eleemosyna: cõtra superbiam uitæ, oratio. Igitur, vt dictum est, secundum exigentiam
C culpæ, faciendi sunt fructus pœnitentiæ, quod est contra illos, quorum culpa est multa, & pœnitentia modica. Vnde dignos fructus pœnitentiæ facit ille, qui secundum modum culpæ, facit æqualitatem pœnæ, ut qui plus peccat, plus pœniteat: & quot inuenit in se oblectamenta in culpa, tot de se faciat holocausta in pœnitentia, & qui amisit Deum in peccati delectatione, quærat eum in peccati abominatione, recogitando omnes annos suos, in amaritudine animæ suæ. Et ideo quando condignam pœnitentiam

Pœnitentia fructus digni.

Esaiæ 38. Pœnitentia minor delicto.

facerdos non iniungit, uel si iniungit, non tamen impletur, non absoluitur pœnitens à pœna condigna, sed à tanta quantam hîc facit, non autem à residua. Vnde Bernardus. Nec tibi blandiaris, si grauiter peccanti leuior pœna, vel à nasciente, vel à dissimulante dictatur: cùm in purgatorijs ignibus perficiendum

Pœnitentia interior.

sit quicquid hîc minus feceris, quia dignos fructus pœnitentiæ quærit altissimus: Hæc Bernardus. Digna verò pœnitentia, non tantum carnis macratione, uel temporis longitudine, quantum cordis contritione compensatur: quia apud Deum non tam valet mensura temporis, quàm doloris, nec tantũ abstinentia ciborum, quantum mortificatio uitiorum.

Tempus pœnitentiæ.

Propter quod mensuram temporis in agenda pœnitentia, canones in arbitrio sacerdotis intelligẽtis statuunt, & pœnitentiæ tempora fide, & conuersatione pœnitentium abbreuianda, & negligentia protelanda existimant. Tanta etiam contritio potest esse,

Contritio potest pœnã delere.

quòd totaliter tollat reatum pœnæ, quia Deus plus acceptat cordis affectum, quàm exteriorem actum, sed per actus exteriores, absoluitur homo à pœna & à culpa, ergo & similiter per cordis affectũ, quæ est contritio, absoluitur ab ea, quia intẽtio cõtritionis, potest attendi dupliciter. Vno modo, ex parte charitatis, quæ displicentiam causat: & ideo mediante charitate, meretur non solum culpæ amotionem, sed etiam ab omni pœna absolutionem. Alio modo, ex parte doloris sensibilis, quem uoluntas in contritione exercitat. Et quia ille dolor est etiam il-

A li pœnitenti quædam pœna, quæ tantum potest intendi, quòd sufficit ad deletionem culpæ & pœnæ. Et si homo per se nõ possit satisfacere pro peccatis, potest tamen per adiutorium alterius. Quia.n. pœna quã peccator debet sustinere, excedit vires eius: ideò ordinauit Deus ex magna misericordia, vt cũ eo & pro eo, primũ satisfaciat meritũ passionis Christi, qui per suã passionem, non solum mundũ redemit, sed ẽt suũ meritũ pro peccatoribus satisfecit. Secundò, satisfacit pro peccatore meritũ totius Ecclesiæ: Dicit enim Augu. q̃ eleemosynæ, & orationes quæ fiunt in ecclesia, subueniunt recognoscenti mentem suã, adueniam. Tertiò, subuenit peccatori propria
B satisfactio. Ex his tribus, s. merito dominicæ passionis, & totius Ecclesiæ, & propriæ pœnitentiæ, cõponitur talentũ præponderans culpæ. Et sciendũ secundũ Hie. quia similiter circũuenit Satana sper nimiam duritiã, vt peccatores pereãt desperando, quomodo in nimia remissione corrigẽdo. Vnde Salomon: *Ne declines ad dexteram, neq; ad sinistram.* Vt aũt ad agendam pœnitentiã congruam magis accendaris, considera si unũ peccatum Adæ tã districtè punitum est, ut nongentis annis & amplius uitę huius miseriã lugeret, & in augmentũ miseriæ multis subsidijs & solatijs mechanicorum, quibus nũc utimur careret, ac ferè quatuor milibus annorũ inferni tenebras sustineret: qualiter punientur transgressiones nostræ tam multæ, tam magnæ, cùm supernus iudex, cui reddituri sumus de singulis rationem, & multitudinẽ numeret, & magnitudinem põderet, & diuturnitatem mensuret, & ideo multis lachrymis & orationibus, multisq; ieiunijs est opus: ut peccata nostra, quibus mors æterna debebatur satisfactione condigna deleamus. Considera etiam & attende quid per peccatum perdidisti, quid incurristi, quis sit quem offendisti. Perdidisti amicitiam totius trinitatis, Angelorum, Apostolorum, & omnium sanctorum, de
corem animæ, suffragia Ecclesiæ. Incurristi laqueos fortissimos, hostes crudelissimos, statum periculosum, horribile præcipitium, defectum gratiæ, & mortem animæ. Offendisti eum qui te creauit, pro te mortẽ sustinuit, multa beneficia contulit, & æterna præmia repromittit. Si hæc iugiter cogitares, vtique dolores, & pro peccatis fleres. Et quia in modo agẽdi pœnitentiã raro pœnitentes docti sunt, non omnes pœnitentiam verã agunt. Nam secundũ Ambrosiũ & Gregoriũ, facilius inueniuntur qui innocentiã seruauerunt, quàm qui uerã pœnitentiã egerunt. Et ideo pauci sunt qui igne purgatorij non indigẽt. Vnde Bernardus: Iudicent & sentiant alij ut uolunt: ego certè adhuc nullum pœnitentẽ noui, quem non æstimem igne & flãmis purgatorij indigere. Mecum felicissimè actum credã, si usq; ad diem iudicij, ita me
E purgatoriũ id est conflatoriũ, omni scoria permundabit, ut audeã iudici purgatus occurrere. Hæc Ber. Ecce quid sperare possunt multi miseri, si ille vir tam sanctus, de se sic tremuit & expauit. Vt igitur pœnitẽtiam ueram agas, & perfectam remissionis gratiã consequaris, cautela magna est adhibenda, ut scilicet circumcisus & purgatus per confessionẽ de peccato maneas, secundum Iosue quinto in eodem castrorũ loco, donec perfectè saneris. Quòd fiat si panem doloris & pœnitentiæ, cũ silentio extra turbam manduces: subtrahendo te à ludis & spectaculis mũdanis, & aliorũ consortijs, & ab omni occasione peccandi. Circuncide itaque omnem causam, & omnem occasionem, & suspitionem peccati, ac perso-

Satisfactio pro peccatore cum eo.

Augustin. lib. 50. homil. 6.

Hieronym. in ca. 6. ad Ephesios.

Prouerb. 4.

Culpæ gratuitas considerata pœnitentiam excitat.

Damna è peccato emersa ad pœnitentiã conferunt.

Pœnitentiã agẽdi ignorantia. Ambrosius lib. 2. de pœnitentia c. 10.

Purgatorio omnes pœnitentes destinat.

Consilium recte pœnitentiã agendi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nas, & loca, & consortia eorum, cum quibus cõuersabaris peccans. Circuncide sensus tuos, quibus transgressor fuisti, & intra in cubiculum tuę mentis, & otio clauso, contra omnes riuulos peccatorum, ora in abscondito patrem tuum, qui est in cœlis. Sedere enim & in uno loco manere pœnitentium est, non vagari, non discurrere ad conuiuia, ad spectacula, & huiusmodi, maximè in crepundijs pœnitẽtię agendæ, dum recentia sunt vulnera circuncisionis tuæ. Vnde Iosue: Non sinebat castra moueri, antequam perfectè vulnera circuncisorum sanarentur. Maria sedit ad pedes Domini, lachrymis rigauit, & capellis tersit, quo usq; audiuit: Dimissa sunt tibi peccata multa. Et ut minus tedeat te laboris pœnitẽtiæ, recordare obsecro Iacobi minoris, qui licet Spiritũ sanctum tanquam pignus accepisset, & sic confirmatus, de uita æterna certus esset, nihilominus tamẽ in pœnitẽtia, & vita dura, vsq; in finem perseuerauit: ac verus etiã ipse carnalis desiderij supplãtator fuit, & adeò magni meriti, vt ab omnibus vocaretur iustus, qui etiam meritò filius Alphei, id est docti, est cognominatus. Vnde quando Hierosolymam Paulus ingressus est, vt cum cæteris Apostolis, de dogmatum veritate conferret, continuò ad hunc intrauit. Hic epistolam canonicam scripsit. Hic, ut testatur Chrysostomus, & Egesippus uicinus Apostolorum temporum historiographus, tam mirabilis fuit, ut statim post passionem Domini episcopatum Hierosolymorum, ordinantibus Apostolis, primus acceperit. Hic de utero matris, sanctus uocatus fuit. Vinum & siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquam attonsus est, neque unctus est vnguento, neque usus est balneo, die noctuque flexis genibus orabat, intantum vt genua eius ob duruisse callo, & camelorum duritiam traxisse dicerentur. Tantamque aiunt in eo fuisse carnis incuriam, & ipsum duræ uitæ tantum intendere, cp membra omnia mortificauerit, vt adhuc uiuentis, omnia ferè membra morerentur, atque assiduitate orationis, iugiq; ad pauimentum prostratione corporis: frontem quoque eius, callo similiter obductam & obduratam, ut nihil fere à cameli genibus discreparet. Reduc etiam diligenter ad memoriam, cilicium & locustam Ioannis Baptistæ, labores Pauli, uigilias Bartholomæi, saccum & panem Hieronymi, tunicam & vepres Benedicti, sudarium & lachrymas Arsenij, mattulam Eulalij, columnam & uermes Simeonis, nuditatem & radices herbarum peccatricis Aegyptiacæ. Dauid etiam regem de solio descendisse, ac in cinere & cilicio, humiliter & abiectum, in terra sedendo, pœnitentiam egisse, donec audiuit à Domino per Nathan Prophetam: *Transtulit Dominus peccatum tuum à te*. In sessione humiliatio demonstratur, in cinere verò, consideratio mortis, per quã tota humani generis massa in puluerem est redigenda: in cilicio quod de pilis contexitur, memoria peccati asperè pungentis significatur. Vnde Grego. In cilicio quippe asperitas & compũctio peccatorum: in cinere autem, puluis ostenditur mortuorum, & iccirco vtrumq; hoc adhiberi ad pœnitẽtiam solet, ut in compunctione cilicij, cognoscamus quid per culpam fecimus, & in fauilla cineris, perpendamus quid per iudicium facti sumus: Hæc Gregorius. Cõsolationem ergo in his habe, & teipsum in his exerce: quia cinis & cilicium sunt arma pœnitentium. Maximè enim in cibo & veste consistit labor pœnitẽtiæ. Circa p̃missa verò his uersibus poteris edoceri.

Ioſue 5.

Luc. 7.

Iacobi minoris pœnitentia, & ſanctitas.

Galat. 1.

Chryſoſto. homel. 5. in Matthæũ. Egeſippus.

Pœnitentia ſanctorũ.

2. Reg. 12.

Grego. lib. 35. moralium ca. 2.

Pœnitẽtia labores & ſpecies.

Sit tibi potus aqua, cibus aridus, aspera uestis:
Dorso uirga, breuis somnus, durumque cubile:
Flectle genu, tunde pectus, nuda caput, orans:
Hæreat os terræ, mens cœlo, lingua loquatur:
Cor dictet, sit larga manus, ieiunia crebra:
Mens humilis, simplex oculus, caro munda, piũ cor:
Recta fides, sit firma spes, dilectio semper
Ferueat assiduis precibus, iustis tamen ora:
Hæc peccator age, quem verè pœnitet à te
Nunc potius pœnas, peccatis exige dignas,
Quàm te perpetuis, addicat iudicis ira.

Audi etiam Bernardum, qui dicit: Verè pœnitens de tempore nihil perdit, quia & præteritum restaurat, per contritionem: & præsens tenet, per bonam operationem: & futurum tenet, per boni propositi constantiam & firmitatem: Hæc Bernardus. Viriliter ergo agant pœnitentes, & non deficiant, tempore enim suo metent, non deficientes. *Nam qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.* Confortetur cor eorum in pœnitẽtia, & consolentur in ea, sperantes cum martyribus partem habere. Quia secundum Chrysostomum, uiuentes in pœnitentia, possiunt martyribus comparari. Grauior est enim longa fuga, quàm uelox mors. Sed & ipse Dominus, eos beatos prænunciat, eisque consolationem promittit, cùm dicit: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Pœnitentium enim luctum, Dominus perpetui gaudij consolatione compensat. De pœnitentiæ quoque laudibus, sic dicit Cyprianus: O pœnitentia, quid de te noui referam? Omnia ligata, tu soluis: omnia clausa, tu reseras: omnia aduersa, tu mitigas: omnia contraria, tu sanas: omnia confusa, tu lucidas: omnia desperata, tu animas.

Bernard. De vero pœnitent.

Pſal. 125.

Chryſoſto. ſermone de pœnitentia.

Matth. 5.

Pœnitẽtiæ laus. Cyprianus li. de pœnitentia quæ apocrypha cenſet Gelaſius.

ORATIO.

TERRET me uita mea, nam diligenter discussa, appæret mihi aut peccatum, aut sterilitas & infructuosa: & si quis fructus in ea videtur, aut est simulatus, aut imperfectus, aut aliquo modo corruptus. Quid ergo mihi restat peccatori, nisi ut in tota uita mea plorem totam uitam meam. Certus sum Domine, quia peccata mea æternam merentur damnationem: certior quia pœnitentia mea non sufficit ad satisfactionem: certissimus quia misericordia tua superat omnem offensionem. Fac ergo mecum misericordiam, & concede mihi peccatorum meorum indulgentiam, quia meritum meum, indulgentia tua est Domine Deus meus. *Amen.*



De Baptiſmo Domini. Cap. XXI.

Marci 1. Matth. 3.

COMPLETIS autem uigintinouẽ annis ætatis suæ, quibus Dominus Iesus sic pẽnosè & abiectè uixerat, & trigesimo iã incepto, *& in diebus illis*, scilicet quibus Ioannes baptizabat, & prædicabat, antequã clauderetur in carcere: dicit Iesus matri suę, quia tempus est vt uadat & glorificet, ac manifestet patrem suum, & se mundo ostendat, qui diu latuerat, & operetur animarum salutem, pro qua pater ipsum huc miserat. Et reuerenter se licentians ab ea, & nutritio suo Ioseph, *uenit à Nazareth Galilææ*, vbi nutritus fuerat: quæ respectu Hierusalem, est ad Aquilonem. Et iuit uersus locum Iordanis, vbi Ioannes baptizabat, non longè à Hierico, quæ respectu Hierusalem, est ad Oriẽtem. De Hierico enim similiter ad Oriẽtem, sunt quasi duo miliaria vsque ad capellam sancti Ioannis, ubi ipse habitabat: & inde quasi unũ miliare, vsque ad locum Iordanis, vbi Christus dicitur baptizatus. Putatur tamen à nonnullis Christus baptizatus inter Ennon & Salim, non longè à monte Gelboe in Bethania, quæ est supra Iordanem, tribus leucis de Hierico, sed duabus de capella sancti Ioannis, secundum Remig. quia Galileæ transmigratio, & Iordanis descensus interpretatur. Per hoc cp Iesus de Galilæa uenit ad Iordanem, significatur cp eius membra, si uelint baptizari, & per gratiam lauari, oportet ea transmigrari de uitijs ad uirtutes, & descendendo humiliari. Vt autẽ ait Beda, Iesus annorũ triginta baptizatus, & cepit apertius signa facere & docere, legitimum tempus ostendens, his qui omnem ætatem, uel ad sacerdotium, uel ad docendũ putant oportunam. Nec contra hoc mouere quempiã debet cp Hieremias, atq; Daniel prophetiæ spiritum pueri acceperunt, quia miracula in exemplum operationis non sunt trahenda. Tricennalis autem baptizati saluatoris ætas conueniens fuit, & nobis conuenit propter mysterium trinitatis, & operationẽ decalogi. Qui ergo baptizatur, uel gaudet se esse baptizatum, tricennalis sit in hunc modum, ut in fide sanctæ trinitatis intelligat, & compleat decalogum: Hæc Beda. Hic ergo secundum Rabanum, instruimur nullum debere sacerdotem, aut prædicatorem fieri, vel Ecclesiæ præfici, nisi uirilis & perfectæ ætatis fuerit. Sed heu, nunc tales præficiuntur regimini Ecclesiæ, qui seipsos nesciunt regere, tales procuratores patrimonij crucifixi, qui suarum rerum tutores esse non possunt: alijs etiam præesse uolunt, qui pedagogo adhuc indigent. Secundum uerò Chrysostomum, triginta annorum uenit Iesus ad baptisma, quia scilicet post baptisma illud, legem ueterem erat soluturus, propterea usque in hanc ætatem, quæ omnia potest capere peccata, in legis obseruatione permansit, ipsam uniuersam implens: ne quis diceret, ideò illam soluisse legem, quia eam non ualuisset implere. Propterea igitur omnem hãc Christus expectauit ætatem, per quæ omne tempus iustitiæ impleuit, ac tunc demum uenit ad baptisma, quasi cumulum illud cunctis obseruationibus legis imponens: Hæc Chrysostomus. Vadit ergo Dominus mundi solus, pedibus nudis, per spatium tam longi itineris. Intuere eum diligenter & deuotè, eidemque uehementer & ex corde compatere. Non ducit secum militum, aut equorum, aut alterius comitiuæ frequentiam: necdum habebat discipulos, uel sequelam aliam. Non habet qui

Hierico.

Locus baptiſmi Chriſti.

Beda in Euang. Luc. cap. 3. Cur annorũ triginta baptizatus Chriſtus.

Chryſo. ho. 10. in Mat.

Humilis Chriſti ad baptiſmũ acceſſus.

Ioan 18. Philip. 2.

Aduentus Chriſti ad Ioannem.

Actuum 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& fundamento uirtutum, uoluit à Ioanne baptizari. Dixit itaque Ioanni, tunc peccatores baptizanti: Rogo te ut me cum istis baptizes. Ioannes uerò intuens eum, & spiritu per diuinam reuelationē cognoscens eum esse uerum Deum & hominem, nullum peccatum habentem, & ob hoc lauacro non indigentem, alios à peccato lauantem, timuit & expauit: & ut humilitatem regis imitaretur miles, ex reuerentia eum prohibens, dixit: *Domine ego* terrenus *à te* cœlesti qui nō eges *baptizari debeo*, quia egeo baptizari, *& tu* cuius generatio nō est uitiosa *uenis ad me* baptizari? Tu maior es & Dominus, & ego minor & seruus, & tu non ad me, sed ego potius debui ire ad te. Tu mundus es, & omnia mundas, non tu à me, sed ego à te, & mundari, & baptizari debeo. Ego homo sum, tu Deus. Ego peccator, quia homo: tu sine peccato, quia Deus. Quid uis à me baptizari? Non recuso obsequium, sed ignoro mysterium. Ego peccatores baptizo in pœnitentia: tu quid uis baptizari, qui non habes peccati causam? Imò potius quid uis ut peccator baptizari, qui uenisti peccata donare? Vnde Bernardus: Baptizari uis Domine Iesu? Vt quid enim, aut quid tibi opus baptismate? Nunquid sano opus est medicina: aut mundatione mundo? Vnde tibi peccatum, vbi baptisma sit necessarium? Quam maculam habere potest agnus sine macula? Vnde & Chrysostom. Vt tu me baptizes, est idonea ratio, ut iustus efficiar, & dignus cœlo: vt autem ego te baptizem, quæ est ratio? Omne bonum de cœlo descendit in terram, non de terra ascendit in cœlum. Vnde etiam Leo Papa: Quid facis Domine? Ecce quasi mendacē me lapidabunt. Ego magna de te prædicaui, & tu tam simplex velut hospes aduenisti. Tu sursum filius regis, & deorsum filius regis, & nusquā sceptrum regale ostendis. Ostende dignitatem tuā. Cur solus tam humilis aduenisti? Vbi Angelorum agmina? Vbi ministratio Cherubim sex alarum? Vbi uentilabrum? Tu Moysen glorificasti in nube lucida, & columna ignis, & tu mihi caput inclinas? Renue Domine, caput es omnium. Ostendisti humilia, ostendisti sublimia. Baptiza omnes præsentes, & me ante omnes. Quid baptizari uis, sordem non habēs? Et si baptizare uoluero, Iordanis non suscipit, cognouit te factorem suum, conuertit fluenta retrorsum: Hæc Leo. Non mirum si Baptista contremuit, quādo sub manibus suis humiliatur cui omni genu, cœlestium, terrestrium, & infernorum curuatur. Vn de Bernardus: Inclinatur sub Baptistæ manibus, caput adorandum Angelis, reuerendum potestatibus, tremendum principatibus. Quid mirum, si tremit homo, nec audet attingere sanctum Dei verticem? Quid vel ipsa cogitatione non contremiscit. O quàm altum erit in iudicio caput istud, quod modo sic inclinatur, & vertex qui modo tam humilis uidetur, quàm sublimis & erectus tunc apparebit? Hæc Bernardus. Dominus verò probat quidem famuli sui, fidele seruitutis obsequium, sed dispensationis suæ manifestat mysterium, dicens: *Sine*, id est permitte *modo*, scilicet me à te baptizari in aqua, ut tu postmodum à me baptizeris in spiritu, quia mysterium est quod ago. In quo secundum Chrysostomum ostendit quia postea Christus Ioannem baptizauit. *Sine modo*, vt qui formam serui assumpsi expleam, & humilitatem eius. Et subiungit: *Sic enim* faciendo, dum ego superior & non indigens à te susc ipio baptismū *decet nos* me suscipiendo, & te baptizando, *implere*, & dare exemplum implendi *omnem iustitiam*. Et accipitur hic iustitia, non prout est uirtus specialis, uitio auaritiæ opposita, sed generaliter prout includis omnem virtutem, seu omnium virtutum perfectionē, secundum Chrysostomum, quod dicit tale est: Omnia iam legalia compleuimus, nec vllum transgressi sumus aliquando mandatum: vnum adhuc deest solummodò, oportet etiam istud adiungi, sicque à nobis iustitia omnis implebitur. Iustitiam uerò hic complementum cunctorum nominat mādatorum, ostendens hanc ueram esse iustitiam: ut ipse Dominus ac magister omne in se salutis nostræ sacramentum impleret. Mandatum siquidem erat hominibus, baptismum subire Prophetæ. Vel omnem iustitiam, faciendo unicuique quod suum est. Qui enim Christi baptismum suscipit, miseretur animæ suæ placens Deo, salutis medelam suscipiens, & humiliter subditur creatori suo, eius institutioni obediens proximumque exemplo ædificat, cum ad bonum inducens. Sic ergo omnem iustitiam implet, quia Deo, & sibi, & proximo facit quod debet. Vel omnem iustitiam faciendo, prius quod postea fieri debet ab alijs, quasi diceret: Ideò me nunc subdo tibi minori: ne dedignētur maiores à minoribus baptizari uel regi. Vnde Ambrosius: Quę est iustitia, nisi quod alterum facere velis, prior ipse incipias, & tuo alios horteris exemplo? Vnde & Chrysostomus: Non ergo sui causa baptizari Dominus uoluit, sed causa nostri: ut impleret omnem iustitiam. Iustum est enim ut quod quis docet alterum facere prior incipiat. Quia igitur dominus magister humani generis uenerat, exemplo sui docere uoluit quid esset faciendum: ut discipuli magistrum, serui dominum sequerentur. Vnde etiam Augustinus: Voluit facere quod faciendum omnibus imperabat: ut dominus & magister doctrinam suam non tam verbis insinuaret, quàm actibus exerceret. Vel secundum Rabanum, sic decet nos exemplum dare omnis iustitiæ implendæ in baptismo: sine qua non aperitur aditus regni cœlestis: ut discant homines neminem sine unda baptismi perfectum esse. Vel omnem iustitiam, id est omnem & superabundantem humilitatem: maior enim pars iustitiæ, est humilitas. Est quippè debita & sufficiēs humilitas omni iusto necessaria, maiori se subdere propter Deum, & non præferre se æquali: abundans, se subdere æquali, & non præferre se minori: perfecta & superabundans, subdere se minori, & non præferre se alicui: & hunc tertium gradum Christus hîc tenuit: ideò omnem humilitatem impleuit. Vnde Bernardus: Est autem quædam iustitia stricta & angusta ualde: ita ut quàm cito pedem uerteris, in peccati foueam cadis: nec præponere se equali, nec æquare præposito. Huius diffinitio est, reddere, vnicuique quod suum est. Est altera latior & amplior iustitia, nec æquare se pari, nec inferiori præponere. Sicut enim grandis & grauis superbia est præferre se æquali, aut æquare prælato: sic grandis humilitas est inferiorem se exhibere æquali, & æqualem inferiori. Maxima & plena iustitia est, inferiorem se exhibere etiam ipsi inferiori. Sicut enim summa & intolerabilis superbia est, superiori se præponere: ita inferiori se subdere, summa est & plena iustitia. Quòd ergo Ioannes ait: Ego à te debeo baptizari, de prima fuit qua superiori se subdidit. Quod autem Christus fecit, de plena iustitia fuit: siquidē ille seruuli sui se manibus inclinauit. Videat nunc quilibet quem imitetur, hunc, an eum, qui extollitur suprà omne quod creditur aut colitur Deus. Et iterum: *Nonne Deo*, inquit,

Math. 3. Ioannis Baptistæ humilitas.

Bernardus sermo. 1. de Epiphania.

Chryso. ho 4. operis imperfe. in Mathæum.

Bernardus ibidem.

Iustitia.

Chrysost. hom. 12. in Mathæum.

Ecclesi. 30.

Ambr. lib. 2. in Luc.

Chrysosto. ibidem.

Augu. sermone de epiphania.

Bernardus sermone 4. de epipha. Iustitia strictissima.

2. Thes. 2. Psalm 61. 1. Petri. 2.

inquit, *subiecta est anima mea*? Aut parum est esse subiectum Deo, nisi sis & omni humanæ creaturę propter Deum. *Sic enim decet nos*, inquit, *implere omnem iustitiam*, id est, consummationem (profectò) iustitiæ, in humilitatis perfectione constituens. Vade & tu ad minorem, si uis iustitia esse perfectus: defer inferiori, & minori te inclinato: Hæc Bernardus.

Iustitia indicia.

In hoc apparet iustitia in humili, quia alienum non surripit, nec sibi attribuit quod non debet: sed unicuique ius suum reddit. Non surripit honorem & si bi attribuit, sed Deo honorem & sibi retinet vilitatem. Non lædit proximum, nec eum diiudicat, nec præfert se alicui vel comparat: sed minorem omnibus se reputat, & locum nouissimum sibi eligit & optat. Vides itaque quomodo augmentata est domini humilitas à præcedentibus. Ibi enim parētibus subditus erat: hîc uerò se etiam seruo subiicit, seque uilificat, ac seruum iustificat & magnificat. Sed & in alio considera quomodo eius creuit humilitas. Nā usque modo conuersatus est humilis, quasi inutilis & abiectus. Hic autem etiam peccator uoluit apparere hominibus. Peccatoribus enim prædicabat Ioannes pœnitentiam, & eos baptizabat: & dominus Iesus inter eos & coram eis baptizari voluit, tanquā unus ex illis. Et licet idem dici posset de circuncisione, quia uoluit peccator apparere: tamen hic plus est quia coram turba publicè, sed ibi magis occultè. Sed nonne timendum fuerat, cùm ipse se amodo vellet intendere ad prædicandum, ne tanquam peccator spernereť. Non propterea dimisit humilitatis magister, quin profundissimè se humiliaret. Ipse ergo, pter nos instruēdos uoluit apparere quod nō erat, in sui abiectionem & despectionem: ac nos econtrà uolumus apparere quod non sumus, in nostram gloriam & laudem. Si quid in nobis uidetur esse probitatis, ostendimus: defectus uerò, q̄ in nobis sunt, celamus. Ex hoc etiam poteris eius humilitatem cōsiderare, quod in suscipiendo baptismum, & in alijs quæ secundum legem debebantur, dominus legis & suprà legem existens, faciebat, ut cæteri homines, nec uolebat vllas habere prærogatiuas speciales. Non sic multi in communi congregatione positi faciunt, qui præ cæteris prærogatiuas singulares habere uolunt. Cùm ergo Ioannes cognouisset iustitiam, sic & tali ordine debere compleri: spiritus enim in momento eum docuit quod prius nesciuit, *tunc*, consensit & *dimisit eum*, à se baptizari, id est, non vlterius restitit: non ulterius contradixit, quinimmo ut baptizaretur acquieuit, & eum secundum suam uoluntatem facere permisit. Quasi tenebat eū Ioannes, & reuerentia prohibendo, sed *dimisit eum*, obediendo: uera enim est humilitas quam comes obedientia non deserit: & ideo officium quod prius timens & expauescens humiliter recusauit, postea consentiens & obediens deuotè impleuit. Vnde Bernard. Acquieuit Ioannes & obediuit, baptizauit agnum Dei & aquis lauit. Nos abluti sumus, non ille: quia nobis lauandis aquæ cognoscuntur ablutæ: Hæc Bernard. Nunc ergo bene ipsum Dominum conspice. Spoliat se dominus maiestatis sicut quilibet alius homunculus, & creator elementorum subiicit se humili elemento aquæ: & mergitur in aquis frigidis, tēpore magni frigoris, pro nostro amore. Operatur nostram salutem tactu sacri corporis aquas mundans & consecrans, ac vim regenerationis & ius baptismatis eis conferens, sacramentumque baptismatis sanctificans & constituens, ac crimina nostra lauans & purgans, desponsat sibi uniuersalē Ecclesiam, & omnes animas fideles: nam in fide baptismatis despōsamur Domino nostro Iesu Christo, propheta in persona ipsius dicēte: *Desponsabo te mihi in fide*: unde hæc solennitas & hæc operatio ualde utilis est & magna, & ideò lætanter cantat Ecclesia: Hodie cœlesti sponso iuncta est Ecclesia, qm̄ in Iordane lauit Christus eius crimina. Vnde Anselm. At uerò ubi robustioris ætatis plenitudo aduenit, missurus manus ad fortia, egressus in salutem populi tui ut gygas fortis ad currendam uiam totius nostræ miseriæ. Et primum quidem ut per omnia te fratribus assimiliares, seruum tuum baptizantem peccatores in pœnitentiam, tanquam peccator adisti: baptizari quoque te postulasti. Innocens agne Dei, quem nulla peccata stilla uel cogitatio unquam maculauit, baptizatus es: non te in aquis, sed aquas in te sanctificans, ut per eas sanctificares nos. Vnde & Chrys. baptizatus est Christus Ioannis baptismo ut ex ipsa natura baptismatis scias, quia neq; peccati cā neq; ,ppter indigētiā doni spiritus baptizatus est. Iudaicū q̄dē baptisma aboletur ac desinit, nostrū uerò sumit exordiū: quodq; in paschę mutatione factū est, idipsum efficitur etiā innouatione baptismatis. Nam & pascha dominus cùm utrunque celebrauerit, illi quidem terminum posuit, huic verò principium. Hic uerò postquam iudaicum impleuit baptisma, cōtinuò & ianuas Ecclesiæ reserauit. Sicut ergo in una tunc mensa, ita in uno nunc flumine: & recepit umbram, & addidit ueritatem. Sancti enim spiritus gratia in Christi baptismate est, Ioannis verò baptisma hac donatione priuatur. Et iterum: Quia ergo nouum baptisma daturus erat ad humani generis salutem & remissionem peccati, prior ipse baptizari dignatus est: non ut peccata deponeret, qui peccatum solus non fecerat, sed ut aquas baptismi solus sanctificaret ad diluenda peccata credentium. Nunquam enim aquæ baptismi purgare peccata crēdentium potuissent, nisi tactu dominici corporis sanctificatæ fuissent. Ille ergo baptizatus est, ut nos lauaremur à peccatis. Ille tinctus est aqua, vt nos à delictorum sordibus purgaremur. Ille lauacrum regenerationis accepit, ut nos ex aqua & spiritu Sancto renascęremur. Baptismus ergo Christi ablutio est peccatorū nostrorum, & renouatio uitæ salutaris. Per baptismū .n. peccato morimur, sed Christo cōuiuimus. Vitæ pristinæ sepelimur, sed nouæ uitæ resurgimus. Vetusti hominis errore exiuimur, sed noui hominis indumenta suscipimus: Hæc Chrysostom. Congruè autem uoluit dominus in Iordane baptizari, ut ibi aperiretur ianua regni cœlestis, ubi datus est aditus filijs Israel intrandi terram promissionis: quia sicut per illud flumen filij Israel transierunt ad terram promissam eis per dominum, sic per baptismum fideles transeunt ad terram uiuentium. Et etiam ideò, quia Iordanis est fluuius medius gentium & Iudæorum: & baptismus communis est gentibus & Iudæis uenientibus ad fidem & Christum. In Iordane quoque baptismus Domini, in Helia, & Helisæo, & Iosue, & Naamā præfiguratus fuit: quia in his figura baptisini præcesit. In aqua verò baptizatus est, quia aqua est contraria igni, & peccatum est ignis, unde & igne supplicij punitur. Vt ergo hic ignis extinguatur, in acqua baptizatus est. Aqua etiā sordes abluit, sitim extinguit, imaginē reddit: ita gratia spiritus Sancti in baptismate sordes peccatorum abluit, sitim animæ uerbo Dei restinguit, imaginem

Oseæ. 2.

Anselmus in medit. Psal. 18.

Christi baptismus, baptismus Iudæorum sinem imposuit.

Cur in Iordane baptizatus est Dominus.

Iesus cur in aqua baptizatus est.

Aqua pro prietates.

An prædicaturus cōueniens ut peccator baptizatus est Christus.

Bernardus sermone primo de epiphania.

Christi corporis tactus aquas consecrauit in baptismum.

Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei per culpam amissam restituit. Et ex hoc quòd Dominus in aqua est baptizatus, trahitur argumentum quòd in alio liquore quàm in aqua non potest fieri baptismus. In aqua etiam uniformiter baptismus cõsecratur, quia à dextro latere aqua manauit, & quia nullus liquor adeò ad abluẽdũ valet, & apud omnes faciliter acquiritur, ne se aliquis propter inopiam excuset. Et licet spiritus mundet interius, tamẽ necessaria est aquæ lauatio: quia sicut ex duobus est homo, scilicet ex corpore & anima, sic ex duobus renascitur, scilicet spiritu sancto & aqua. *Factum est autem ut cùm baptizaretur.* à Ioanne ferè *omnis populus*, terræ illius, id est, multi de omni populo, *& Ieſus*; à Ioanne, *baptizato*, ac post baptismum de aquis ascẽdente, & pro baptizandis, vt Spiritum sanctum acciperent, orante *apertum est cœlum*, id est, inæstimabilis splendor factus est circa Christum, & tantus fulgor circumfulsit eum, ac si cœlum empyreum apertum uideretur, cœloque aereo & sydereo reseratis splendor cœli empyrei terris infunderetur. Non quòd cœlum tunc diuisum fuerit: non enim illa apertio in corpore cœlesti, sed in aere fuit: sed quia aperiri uidebatur sicut in coruscatione solet fieri, in qua cœlum aperiri uidetur: & per hoc significabatur gloriã cœlestem aperiri credentibus in Christum, & quòd renatis aperitur, & patet ianua regni cœlestis, & aditus in cœlum, qui præclusus fuit homini per peccatum. Vnde Chrysostom. Siquidem in eius baptismo aperti sunt cœli, vt discas etiã cùm tu baptizaris hoc inuisibiliter fieri, iam Deo te ad cœlum uocante, nihilque in terra commune habere suadẽte. Et iterum: Dicit autem, apertum est cœlum, tãquam hactenus reclusum fuisset. Iam autem ouili superno & infimo in vnum redacto, & uno existente omnium pastore, cœlum patuit, & homo terricola ouis aggregatus est angelis. Vnde & Beda: Iesu autẽ baptizato & orãte apertum est cœlũ: quia dum corporis humilitate Dominus vndas Iordanis subijt, diuinitatis suæ potẽtia cœli nobis ianuas pãdit: dumq; caro innoxia frigentibus tingitur aquis, opposita quondã noxijs rõphea extinguitur ignea: Hæc Beda. In hoc etiã q̃ Iesu baptizato & orante cœlũ apertum est, significatur q̃ oratio mundi & sancti hominis cœlũ penetrat. Orauit autem Christus, ut nos informaret ad orandum post baptismum, & vt ostenderet nobis orãdi ordinem & necessitatem. Ordinem, quia ad hoc quòd placeat oratio, oportet prius mundari & baptizari quàm orare. Necessitatem, quia baptismalis gratia indiget per orationem conseruari: & ut daret exemplum q̃ in receptione sacramentorum, debet mens hominis in Deum eleuari. Vnde Beda: Quòd Iesus, cuius omnia quæ patris sunt, baptizatus oraſſe memoratur, ad nos informandos actum non dubitatur: quibus post lauacrum baptismatis ut aula cœli pandatur, ideò non ociosè uiuendum, sed iciunijs, precibus atque eleemosynis est insistẽdum: quia etsi peccata sunt omnia in baptismo laxata, non adhuc tamen est carnis fragilitas solidata. Nam quasi transito mari rubro gratulamur submersos Aegyptios, sed in deserto mundanæ conuersationis hostes occurrunt alij, qui duce Christi gratia nostro sudore uincantur, donec perueniamus ad patriam: Hæc Beda. *Et descendit Spiritus sanctus*, visibiliter in columbæ specie, ac requieuit super eum, sedẽs super caput ipsius. Descendit, inquam, non per gratiam: quia à primo instanti conceptionis suæ plenus fuit Spiritu sancto: sed descendit in signo visibili, & hoc triplici ratione. Primò, ad indicandum alijs, quòd in ipso esset plenitudo gratiæ. Secundò, ad innuendum quòd in baptismo datur Spiritus sanctus accedentibus non fictè. Tertiò, ad ostendendum quòd ipse est qui per Spiritum sanctum baptizat, mundando à sorde. Apparuit autem in corporali specie columbæ, quatenus mitem & simplicem sine felle omniq; amaritudine eum esse, & nos per mansuetudinem colligere eum uenisse, seq̃ mansuetos & humiles inhabitare ostenderet. Ideò etiam in columbæ specie apparuit, vt in hominibus habẽtibus charitatem Dei, quæ præcipuè in columba est, Spiritum sanctum esse designaret. Vnde Chrysostom. Ideò autem Spiritus sanctus speciem columbæ suscepit, quoniã præ omnibus animalibus hæc cultrix est charitatis. Omnes autem species iustitiæ, quas habent serui Dei in ueritate, possunt habere serui diaboli in simulatione: solam autem charitatem sancti Spiritus, non potest immundus spiritus imitari. Ideò ergo hanc priuatam speciem charitatis sibi seruauit Spiritus sanctus, quia per nullius testimonium sic cognoscitur ubi est Spiritus sanctus, sicut per gratiam charitatis. Et secundum eundem Chrysostom. respondet etiam figuræ veteris testamenti. Sicut enim in diluuio columba apparens, & ramum uirentis oliuæ deferens, ostendit signum clementiæ Dei, his qui residui fuerunt ex aquis diluuij, & omnem orbis terrarum tranquillitatem annunciauit: ita & nunc in baptismo ueniens Spiritus sanctus in columbæ specie, ostẽdit signum diuinæ clementiæ: qua uirtute baptismatis & peccata remittit, & gratiam confert, & liberatorem nobis demonstrãs, pro ramo oliuæ adoptionem generi humano affert. Nihilominus tamen omnis baptizatus, septem virtutibus in columba significatis debet repleri & perfici. Quicunque enim est perfectus, debet esse perfectus quantum ad seipsum, quãtum ad proximum, quãtum ad Deum: & omnia ista significantur per proprietates in columba repertas. Quantum ad seipsum duplici proprietate: quia columba habet gemitum pro cantu, & caret felle: sic homo debet habere in se cõtritionem pro peccatis, & gemitum cũ lachrymis, & debet carere felle amaritudinis peccati, & ira irrationabili. Quantum ad proximum triplici proprietate: quia columba rostro non lædit, sic nec sanctus cuiquam detrahit. Vnguibus nil rapit, sic sanctus aliena non recipit. Pullos alienos tanquam suos pascit, sic sanctus per suam compassionem indigentibus sua tribuit. Quantum ad Deum duplici proprietate: quia columba super aquas residet, vt vmbra accipitris in aqua præuisa mergat se & euadat, sic sanctus super fluenta diuinæ scripturæ residere & oculum habere debet: ut diabolj versutias & incursum euadere queat: meliora grana eligit, & mundo vescitur: sic sanctus sanas sentẽtias quibus pascatur eligit, & in solo Deo in quo puritas summa est recreatur. Vnde sicut columba in cauernis petræ nidificat, sic sanctus in plagis mortis Christi, qui petra firma est, nidum: id est, suum refugium & spem ponit. *Et vox patris*, testimonium filio præbẽtis, *intonuit*, & audita est de sublimi scilicet de nube dicẽs: *Hic est filius meus dilectus*, præ cæteris: quia non adoptiuus ut cæteri, sed naturalis. Vnde Chrysost. Suus vtique non per adoptionem gratiæ, neque per electionem creaturæ, sed suus proprietate generis & ueritate naturæ. Et vt ait Hieronymus, Sedit columba super caput eius, ne quis putaret uocem patris ad Ioannem factam, non ad dominum.

Luc. 3.

Cœlum quo modo apertũ in Christi baptismate.

Chrysostom. homel. 12. in Matth.

Beda in cap. 3. Lucæ.

Oratio Christi post bap.

Beda in ca. 3. Luca.

Spiritus sancti uisibilis descensus triplici de causa.

Chrysost. hom. 4. opus imper. Spiritus sãctus cur in specie colũbæ apparuit.

Charitas Spiritũ sanctum indicat.

Gene. 8. Chrysost. hom. 12. in Matth. Columba proprietates septem virtutes indicantes.

Columba sanctorum symbolum.

Matt. 3. Quomodo Dei filius Christus.

Hieron. in Matthæũ.

Luc. 3.

Bernardus sermone de epiphania. Ioan. 8.

Beda in Marcum cap. 1.

Bernar. sermone primo de epiphania.

Humilitas Christi.

Matth. 11.

Taciturnitas cõmendatur.

Ambros. in cap. 19. Luca.

Trinitas post Christi baptismum quomodo differenter apparuit. Spiritus sanctus quomodo in columba fuit.

† *non colũba in Spiritu.*

num. *In quo mihi complacuit*, id est in quo uoluntas mea complebitur de salute generis humani. Alius verò euangelista sic dicit: *Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui*, id est, in te & per te constitui quod mihi placet facere, & quæ agenda sunt agere, id est, genus humanum redimere. Vel mihi complacui, id est, cõpletè & totaliter placuit. Nihil enim unquã Deo displicuit in eo, sicut in nobis, qui prius fuimus natura filij iræ. Vnde Bern. Verè enim hic est, in quo nõ est quod patri displiceat, quod oculos maiestatis offendat: unde & ipse ait, Omnia quæ placita sunt ei, facio semper. Donet nobis Dominus Iesus qui semper placet patri, ut nos per ipsum mereamur placere sibi. Secundum Bedam, tantum durauit splendor, quamdiu paterna uox audita est, & cũ ea terminatus est. Ipsum autem filium audire, huic credere & obedire, pater nos admonet dicens: *Ipsum audite*. Cui enim nisi sapientiæ, iustitiæ, & ueritati credere debemus? Vnde Bernardus: Ipsum, inquit, audite. Ecce Domine Iesu vel nunc iam loquere, licentiam loquendi habes à patre. Quamdiu uirtus & Dei sapientia quasi infirmus aliquis, & insipiens lates in populo? quamdiu nobilis rex, & rex cœli fabri filium te pateris appellari pariter & reputari? O humilitas uirtutis Christi, ô sublimitas humilitatis, quantum confundis stultitiam meæ uanitatis, parũ aliquid scio uel magis scire mihi uideor: & iam silere non possum, impudenter & imprudenter me ingerens & ostentans, promptus ad loquendum, uelox ad docendum, tardus ad audiendum. Et Christus cùm tanto tempore silebat, cùm seipsum sic absconderet, nunquid inanem gloriam metuebat? Quid timeret ab inani gloria qui est uera gloria patris? Vtique timebat, sed non sibi. Nobis timebat ab illa, quibus nouerat esse timendum. Nobis tacebat, & nos instruebat. Tacebat ore, sed instruebat opere: & qd̃ postea docuit uerbo, iam clamabat exemplo. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Nam de infantia Domini parum aliquid audio. Ex tunc iam usque ad hunc trigesimum annum nihil inuenio. Nunc uerò iam non potest latere, qui tam manifestè demonstratur à patre. Hæc Bernardus. Et hæc est autoritas quam suprà allegaui, per quã apparet quomodo siluit Dominus Iesus ad nostrã instructionẽ: & tacendo ore, instruxit opere. Ipsius igitur exemplo studete & tu taciturnitati: quia qui de omnibus tacet, de omnibus pacem habet. Stude inquam & nitere: quia ut ait Ambros. Rarior est tacendi uirtus, quàm loquendi. Vidisti ergo vbiq; in Domino Iesu humilitatem redolere, quæ est uirtus magnifica, & valde necessaria: eo quòd studiosius quærenda, & etiam affectuosius amanda est, quia Dominus in singulis actibus suis studuit eam signanter obseruare, & exemplum inde alijs ostendere. Sic ergo in hoc opere excellentissimo tota trinitas modo singulari se manifestando apparuit, largè apparitionẽ accipiendo: & sic trinitatis præsentia baptismus consecratur. Pater apparuit in voce, filius in homine seu carne, Spiritus sãctus in colũba. Differenter tamen, quia filius apparuit in homine in vnitate suppositi, Ioannis primo: sed in apparitione aliarum personarũ erat unio per modum signi. Caro. n. vnita erat filio in vnitate suppositi, vox autẽ & columba nõ habebant unitatẽ suppositi cum patre & Spiritu sancto, sed tantum in præsentatione signi. In colũba ergo fuit spiritus, nõ spiritus fuit columba: † quæ ei tamen non fuit unita: nõ enim fuit incolumbatus, quia præter naturam humanam nũquam vnquã creatura fuit Deo personaliter unita, nec infuit ei per gratiam: sed per apparitionẽ & signum, quæ peracto officio suo post apparitionem in primordialem, & præiacentem materiam rediit: unde sumpta fuerat, sicut etiam sentitur de alijs figuris in quibus Dominus apparuit. Apparuit autẽ mysterium trinitatis Domino baptizato, & nõ cùm baptizaretur: quia cùm non egeret gratia mundãte, non est baptizatus baptismate suo, sed Ioãnis. Baptismus autem Ioannis dabatur in nomine venturi: baptismus uerò Christi datur in nomine trinitatis, & ideò non decuit in actu baptismi: sed postea nomen trinitatis explicari: vt distantia pateret inter baptismum Ioãnis, qui non in nomine trinitatis dabatur, & inter baptismum Christi, cui hæc forma seruabatur. Et per talem apparitionem trinitatis baptizato Christo factam, significatum fuit q̃ baptismus deberet conferri in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. In primitiua tamen Ecclesia ad tempus collatus fuit baptismus in nomine Christi, ut nomen Christi in reuerentia haberetur maiori: ad excludendum illorũ errorẽ qui uirtutem baptismi attribuunt ministris dicẽtes: Ego sum Pauli, ego sum Cephe, &c. sed illis causis cessantibus rediit Ecclesia ad formã prædictã. Et ponitur hic triplex effectus baptismi quẽ baptismus causat, maximè post passionem Christi, scilicet cœli apertio: quia cœlorum regna patent renatis in baptismo, Spiritus sancti missio, cuius gratia ac donum cõfertur in eo: & paterna locutio quæ baptizatos regenerat in filios adoptionis, qui sibi complacent: quia per baptismum de filijs iræ fiũt filij gratiæ, & regeneramur in spem uitæ æternæ. Considera hæc singula diligenter & erige animum, ut aperto iã trinitatis cælo, sursum feraris in Deum. In humilitate quoq; mentis perfiste, ut Spiritus sancti dono & paterno colloquio munerari merearis. Vnde Ansel. In Iordane sub manu Ioannis se ad baptismum inclinans paternam uocem audiuit: & Spiritus sancti aduẽtum in columba susceptum: ut nos doceret in humilitate mentis (quæ per Iordanem notatur, Iordanis enim descẽsio eorum interpretatur) debere cõsistere, ibiq; superni patris honorari colloquio, de quo dicitur: Quia cum simplicibus sermocinatio eius: & Spiritus sancti præsentia sublimari, qui super humiles requiescit: & hoc sub manu Ioannis qui Dei gratia dicitur: ut eidem gratiæ quicquid à Deo percipimus, non nostris meritis adscribamus. Hæc Ansel. Fuit autem baptismus in mari æneo, id est, in lauatorio præfiguratus, quod ante templi introitum Hierosolymæ erat collocatum. Sacerdotes enim qui tẽplum domini ingressuri erant, in lauacro illo se lauare necesse habebant: ita omnes qui uolunt intrare in cœleste templum Domini, necesse habent prius per baptismũ lauari. Duodecim boues æneimare portauerũt, quia duodecim Apostoli baptismum Christi per totũ mundum dilatauerũt. Lauatorium circumtectum & ornatum erat speculis mulierũ, ut ingressuri templum uiderent, si aliquam maculam uel indecentiã haberent: sic baptismatis requirit conscientiæ perfectionem, peccati displicentiã, & cordis contritionem. Istud etiam figuratum est, in Naamã Syro gentili & leproso, qui ad iussum Heliszi septies in Iordane baptizabatur, & sic ab omni lepra sua mundabatur. Per septenam aquæ Iordanis lotionẽ præfigurauit Helisæus septem mortalium peccatorum in baptismo ablutionem. Caro Naaman facta est ut caro pueri, ita peccatores efficiuntur mundi sicut

Trinitas cur baptizato apparuit.

Act. 19. Matt. ult. Baptismi in primitiua ecclesia forma.

Anselmus enarrat. in euangel. in Lucam.

Figura baptismi. 2. Para. 4.

4. Reg. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cut paruuli. Istud etiam præfiguratum est in transitu Iordanis quando filij Israel intrauerunt terram promissionis: quia prius transierunt Iordanem, figuram baptismatis. Sic oportet omnes per lauacrum baptismi transire, qui desiderant ad terram promissionis peruenire. Arca testamẽti quæ in medio Iordanis stabat, Christum qui in Iordane baptizandus erat figurabat. Duodecim lapides quos populus tulit de Iordanis alueo pro memoriali perpetuo, sunt duodecim Apostoli, qui per orbem terrarum testificati sunt baptismum Christi. Circa præmissa est sciẽdum ꝙ Dominus baptismũ suum insinuauit & instituit, institutum confirmauit. Instituendum insinuauit verbo, & facto: uerbo cùm dixit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c.* facto, quando baptiaztus est à Ioanne. Instituit facto & uerbo: Facto, quando discipuli baptizabant eius auctoritate. Verbo quando misit discipulos ad prædicandũ. & baptizandum. Institutum confirmauit, & facto, & uerbo. Facto quando de eius latere, sanguis & aqua exierunt. Verbo quando post resurrectionem misit discipulos in mundum uniuersum, prædicare & baptizare. Hic gratia huius tanti sacramenti, scilicet baptismi primò à Christo incitati, de sacramentis aliquid uideamus. Circa quæ sciendum, ꝙ cœlestis medicus humani generis reparatiuus tali modo sanauit ægrotum, sicut optimè competebat. Aegrotus homo est, morbus autem originalis culpa est. Origo uerò illius culpæ, licet principaliter fuerit ex consensu rationis: occasionem tamen sumpsit ex sensibus carnis. Ad hoc ergo quòd medicamen respondeat morbo, oportuit quòd non tantum esset spiritualis: uerumetiam aliquid haberet de sensibilibus signis: ut sicut sensibilia fuerunt animæ occasio labendi, ita essent ei occasio resurgendi: propterea medicina nostri uulneris, conuenit in ecclesiasticis sacramentis. Instituit autem Deus sacramenta diuersimodè: quædam scilicet ante aduentum suũ, vt matrimonium, & pœnitentiam: sed hæc duo confirmauit in lege euangelica, & consummauit dum nuptijs interfuit, & dum pœnitentiam prædicauit. Alia quinque sacramenta solus Christus initiauit, baptismum quidem ipsum suscipiendo, & deinde formam dando, confirmationem manuum paruulis imponendo: unctionem discipulos ad curandum mittendo, qui infirmos ungebant oleo. Ordinem uerò, potestatem ligandi & soluendi, ac confitendi, sacramentum altaris tribuendo, Eucharistiam conficiendo & dando discipulis imminente passione & sacramentum corporis & sanguinis sui. Instituta quoque sunt sacramenta, multiplici de causa. Primò, propter humiliationem: magna enim humilitatis exhibitio est in istis visibilibus, & homine multum inferioribus à Deo quærere salutem, quam superbia perdidit. Secundò, propter eruditionem, qua rapitur & promouetur. Tertiò, propter congruẽtiam: quia homo per peccatum se subdidit, per affectum rebus corporalibus: ideò decens fuit ut Deus per quædam signa corporalia spiritualem adhiberet hominibus medicinam. Quartò, propter excitationem qua homo ocium & noxiam occupationem deuitet, & se in bono missam audiendo, eucharistiam suscipiendo & similia faciendo exerceat. Quintò, propter congruitatem medicinæ, quia cùm medicus sit Deus & homo, congruenter medicina debet cõtinere aliquid diuinum: scilicet inuisibilem gratiam, & aliquid humanum, scilicet visibilem gratiæ formam. Sextò est congruitas ex parte infirmi: quia cùm infirmus sit homo constans ex corpore & spiritu: spiritus autẽ in corpore non bene capiet spiritualia, nisi in corporalibus: congruũ fuit dare medicamenta spiritualia in rebus corporalibus, sic pilulæ dantur in nebula. Septimò propter argumentũ meriti: multum enim valet ad meritũ quando Deo creditur in his ybi humana ratio non præbet experimentum. Consistit autem sacramentum in rebus & factis, ac dictis. Res sacramentales sunt: ut aqua, oleum, &c. Facta ut baptizandorum submersio, sufflatio, & huiusmodi. Dicta uelut sanctæ trinitatis inuocatio, oratio, &c. Sacramentum est uisibile signum inuisibilis gratiæ, ut cùm quis baptizatur, ipsa exterior corporis ablutio, quam videmus, signũ est interioris ablutionis animæ, quæ consistit in peccatorum remissione quam non uidemus. Educti quidem sumus de Aegypto per baptismum, tanquam per mare rubrum: quia sanguine Christi consecratũ, mortuis inimicis, id est, peccatis nostris. A morte quippe Christi & sanguinis effusione, habet baptismus uirtutem & efficaciam, sicut & alia sacramẽta, siue ante legem, siue in lege. Per hunc enim Christus peccata quæ facta sunt dimittit, adiuuat ne amplius fiant, perducit ubi omnino fieri non possunt. Ratio numeri sacramentorum est: quia ordinantur contra triplicem culpam, & quadruplicem pœnam. Vnde baptismus ordinatur contra peccatum originale, pœnitentia contra mortale, extrema unctio contra ueniale, confirmatio contra impotentiam, ordo contra ignorantiam, eucharistia contra malitiam, matrimonium contra concupiscentiam, quam temperat & excusat. Quia uerò character est signũ distinctiuum indelibile spirituale: ideò non conferturin sacramentis quæ solent iterari sicut est pœnitentia, matrimonium, unctio, & eucharistia. Baptismus uerò, & confirmatio, & ordo characteres imprimunt, per quos indelibiliter impressos semper distinguuntur qui recipiunt. Per baptismum enim fit distinctio fidelium ab incredulis, per confirmationem fortium ab infirmis, per ordinem clericorum à laicis, unde nullatenus possunt iterari. Et quamuis hæc tria sacramenta propter characteris impressionem non iterentur, tamen commune est hoc omnibus; non iterari super eandem personam & materiam, & ex eadem causa, & hoc est ideò ne fiat contumelia sacramento. Ex hoc enim credi posset quòd sacramenta prius dispensata fuissent inefficacia & inepta.

Baptismi institutio & confirmatio. Ioan. 3. Matt. 3. Luca. 10. Ioan. 19. Marc. ult.

Medicandi ratio optima à medico cœlesti seruata.

Sacramentorum institutio.

Sacramentorum institutendorũ causa.

6.

7.

Sacramentum in rebus cõsistit.

Sacramenti diffinitio.

Sacramenti efficacia.

Sacramentorum numeri ratio.

Character in non iterandum.

ORATIO.

CLementissime Iesu, qui per manus Ioannis baptizari voluisti: quia fidem quam in primo lauacro promisi irritam feci peccando, ad secundum recurro lauacrum pœnitendo. Confiteor tibi Deus ego peccator & reus me grauiter peccasse, cogitatione, locutione, opere, & omissione: innumerabilia sunt peccata mea, & circunstantiæ eorum, nõ tantum me in laqueis adduxi peccatorum, sed & multos qui mea suasione, exemplo, negligentia, uel occasione aliqua peccauerunt, pro quorum & meis obnixè deprecor peccatis: ut omnia nobis indulgeas misericorditer & absteryas. Amen.

De ieiunio & tentationibus Domini. Correspondet Euangelio: Ductus est Iesus in desertum à Spiritu sancto. Cap. XXII.



POSTQVAM Dominus Iesus fuit baptizatus, regressus est ab Iordane plenus Spiritu sancto, plenitudine superabundantiæ, de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Et incontinenti ac sine mora, *ductus est* spontaneè, *in desertum*, super quendam montem miræ altitudinis dictum Quarantena, qui est inter Hierico & Hierusalem, distans à Hierico duobus miliaribus, & à Hierusalem duodecim uel circa. In prædicto deserto latrones morari solebant, qui locus vocatur Domyn, quod sanguinem sonat, propter effusionem sanguinis quam ibi latrones faciebant. Specialiter Domyn est casale, ubi ille qui descendit à Hierusalem in Hierico incidit in latrones, quasi circa medium in via quæ de Hierico ducit in Hierusalem à parte australi deserti Quarantenæ: deinde est Bethania, & Bethphage, & Hierusalem: & transit uia in latere australi montis Oliueti. Quia ergo homo qui ibi incidisse dicitur in latrones, gerebat figurã Adæ qui à dæmonibus est uictus, conueniens fuit vt ibi historialiter & secundum rem Christus superaret diabolum, ubi figuraliter & secũdum similitudinem diabolus dicitur hominem superasse primum. Vnde dicitur ꝙ Samaritanus eadẽ uia descendit: quia carne indutus filius Dei, qui est custos hominum, eãsdem tentationes ibi sustinuit. Pugnaturus quidem Dominus cum diabolo, in desertum secessit: ut nobis ostenderet, quòd qui perfectè laqueos tentationum eius vult superare, nõ solum turbas dæmonum: sed etiam societatem malorum hominum, aliquando quidem corpore, semper autem mente debet vitare & fugere: exemplo illius qui in regali aula, & iter turbas populares positus dicebat: *Ecce elongaui fugiens, & mansit in solitudine*. Nos ergo exemplo Christi & Ioannis agitemur à Spiritu sancto, non per hypocrisim à maligno in desertum loci & solitudinis, vel saltem in desertum nostri pectoris & contemplationis: ut quieti à strepitu mundi melius Deo vacemus, & in mente seculum deserẽtes, quasi manna deserti sola æterna gaudia esurire discamus. *Ductus est igitur Iesus à spiritu*, sancto: quia humanitas Christi erat organum diuinitatis, & ideò ad omnia agenda mouebatur instinctu Spiritus sancti. Hoc ergo motu iuit in desertum locum ut ibi

Ioan. 1.

Matth. & Luca. 4. Quarantena mõs est. Hac habet Anselmus in cap. 4. Matthæi.

Cur Christus cũ dæmone pugnaturus desertum elegit.

Psal. 54.

Spiritus sanctus ductor Iesu.

spiritum in oratione pro nobis Deo patri offerret, & per ieiunium carnem innocentem pro nobis macераret, exemplumque fidelibus daret, ut se Deo per ieiunium & orationem offerant. Non iuit inuitus: sed uoluntate pugnãdi, & *vt tentaretur à diabolo*, per quod insinuatur quòd aggrediens desertum pœnitentiæ fortius tentatur ab hoste. Iuxta illud: *Fili accedens ad seruitutem Dei: sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem*, id est, ad resistendũ tentationi quæ imminet tibi. Ideò autem ductus est à Spiritu sancto, qui eum designauerat in baptismo: quia quos ille replet, mittit ad pugnam, & præbet eis fortitudinem. Ideò duci voluit, *in desertum*, id est, locum certaminis, & in quo pugnatur asperis, quoniã Adam in paradiso delicijs affluẽs, uictus est oblectamentis. Ideò tentari uoluit, ut tentationes superando, nobis potestatẽ superandi tribueret: sicut & mori uoluit, ut morte sua nostram destrueret. Et hoc post baptismum & ieiunium, per hoc nobis insinuãs quòd post lauacrum regenerationis & gratiæ præceptionem, post laborem ieiunij & sanctæ uitæ propositum, statim diabolus tentator accedit, & acrius in nos surgit, ut nos à proposito religionis auertat, & quòd proficientibus & ad meliorem tendẽtibus inuidet & insidiatur: propter quod tunc magis cauendum est, quodque bonos magis quàm malos tentat. Quia secundum Gregor. illos tentare negligit, quos se quieto iure possidere sentit. Et secundum Isidor. Tũc maximè impugnaris, cùm te impugnari nescis. Hæc enim quatuor: scilicet baptismus, desertum, ieiunium, & tentatio sic ordinata fuerunt in Christo. Quòd primò fuit baptizatus. Secundò, in desertum ductus. Tertiò, ieiunauit. Quartò, tentatus fuit. In quo significatur ꝙ prius debet esse in nobis ablutio à peccatis, secũdò subtractio à mundi illecebris, tertiò exercitatio in ieiunijs, quartò est oppugnatio ab hostium insidiis. In figura huius quatuor occurrerunt populo Israelitico. Primò, mare rubrum. Secundò, desertum. Tertiò, sitis & fames. Quartò, hostium insultus. Baptizatus igitur Dominus, solitariam ac duram uitam & pœnitentiam constanter assumpsit: ut fidelium mentes ad perfectionis aggressionem erigeret, ut ad grauia perferenda firmaret. Non enim propter se, sed propter nos eremum adiit: ut uidelicet suis perfectis imitatoribus uitam eremiticam conferat, instruens nos nihilominus, secundum Chrysostom. ut unusquisq; baptizatorum relictis mundi illecebris, & societate prauorum, diuinis per omnia debeat seruire mandatis. Et hoc reputãt quidam fideles deuoti tempore isto ieiunium obseruantes, & per hoc se Christo uelut in deserto configurantes. Voluit autem Christus pœnitentiam agere, non quia egebat: sed ut ad pœnitentiam nos moneret, & pœnitentiam nobis exemplo ostenderet. Vbi docet tria, quæ debent esse in pœnitentia uera & fructuosa. Primò debet esse pura, ut Deo placeat: quia post baptismum statim fecit pœnitentiam. Secundò debet esse aspera, ut carnem domet: quia fecit pœnitentiam in deserto, non in loco deliciosо. Tertiò debet esse discreta, ne nimis excedat, quia Christus ductus est à Spiritu sancto, non quia ductore indigeret: sed ut nobis ostenderet quòd in pœnitentia agenda ductore indigemus discreto. Et ueniens Dominus in desertum, ieiunauit, *quadraginta diebus, & quadraginta noctibus*, nihil interim mãducans. Vbi signanter noctibus additur, ne in nocte comedisse putaretur. Item in signum quòd necesse

Ecclesi. 2.

Tentari uoluit Christus, cur & quando.

Chrys. ho. 5. in Matt. in opere imper.

Pœnitentia Christi nobis profuit. Pœnitentiã fructuosam tria faciunt.

Noctibus quoque ieiunauit Dominus.

Gregor. lib. 31. moral. cap. 12. Isidorus. Quatuor p ordinem in Christo facta.

Universidad de Deusto Biblioteca

cesse habemus, & diebus prosperitatis, & noctibus aduersitatis contra diabolum nos munire, qui nunquam cessat tentando nos impugnare. Ieiunauit quidem ut aduersus tentationes exemplū ieiunandi nobis daret: quia secundum Basilium,

Basilius.

Volenti pugnas tentationum superare, sobrietas necessaria est: & specialiter ut ostenderet ꝙ innocentia baptismalis periclitatur in uita uoluptuosa:

Innocentia Baptismalis uoluptate periclitatur.

quia qui Christi sunt ut baptizati qui sunt membra Christi, & Christum induerunt, consepulti morti eius, debent carnem suā crucifigere cum concupiscentijs suis, & æstimare se mortuos super terrā spiritu mortificando facta carnis. Vnde Chrys.

Chryso. ho. 13. in Mat.

Vt autem discas quàm magnum bonum sit ieiunium, & qualiter aduersus diabolum scutum est maximum, & quoniam post lauacrum non delitijs & ebrietati & mensæ abundanti: sed ieiunio intendere oportet, propter hoc & Dominus ieiunauit, non eo indigens, sed nos erudiens: quibus peccata quæ ante lauacrum erāt, dominatio uentris introduxerat. Quemadmodum enim si aliquis ægrotantem sanum cùm fecisset, iubet non facere illa ex quibus ægritudo cōtigerat: ita vtiq; & hoc post lauacrū ieiunium contra uitium edacitatis ipse induxit.

Gula mala.

Nam & Adam de paradiso incontinentia uentris eiecit, & diluuium quod fuit sub Noe illa commeruit, & fulmina in Sodomitas ipsa deduxit. Ita & Iudęi maxima operati sūt: ab ebrietate & delitijs mala, propter hoc & ipse ieiunauit, nobis vtiq; demonstrans formā salutis. Vnde & Ambrosius.

Amb. sermone. 34. de quadragesima.

Hoc enim fecit causa salutis nostræ, ut rem vtilem non solum doceret uerbis sed etiam exemplis instrueret. Qualis autē Christianus es, cùm Christo esuriente, tu reficeris? Ille pro salute tua famem sustinet, tu pro peccatis tuis ieiunare formidas? Et Iterum: Nihil tam cæcum quàm secularis suauitatis periculum: quę dum mulcet animum, uitam obruit, & sensum mentis illudit. Meritò igitur Dominus noster Iesus Christus, ieiunio suo atq; deserto aduersus uoluptatū informat illecebras: & tentari se à diabolo Dominus omnium patitur, ut in illo omnes voluptates uincere disceremus. Hæc Ambro.

Medicina quas Christus pro nobis accepit. Matt. 26. Luca. 22. Marc. 14. Ioan. 19.

Et sciendum quòd Christus propter infirmitates nostras, ut eas curaret, diuersas in se medicinas accepit. Curauit nos per dietam quando ieiunauit, quadraginta diebus & noctibus. Per electuarium, quando corpus & sanguinem suum dedit in cœna discipulis suis. Per sudorem, quando factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrā. Per emplastrū, quādo facies eius sputo illita fuit. Per potionē, quando gustauit acetum felle mixtum. Per minutionem, quādo clauis & lancea vulneratus est. Considera hic & attentè inspice Dominum Iesum, pluriū.n. uirtutum tibi monstrat exemplum. Nam uadit in solitudinem: ieiunat, orat, & vigilat, in terra nuda iacet & dormit, & humliter ac pacificè cum bestijs conuersatur. Compatere igitur sibi, quia semper & ubique, & maximè hic vita sua pœnosa est, & corporis afflictiua, ac eius exemplo disce etiam in his exercitari.

Spiritualis exercitij quatuor ad cordis puritatem inducētia.

Quatuor enim hic tanguntur quæ spiritualis exercitij sunt, & mirabiliter se inuicem adiuuant: scilicet solitudo, ieiunium, oratio, & corporis afflictio: & per ista maximè possumus ad puritatē cordis peruenire, quę utique nimium peroptanda est, eo quòd in se quodammodo omnes uirtutes comprehendit, & remotionem omnium uitiorum continet: quia cum uitijs, uel defectu uirtutis, non stat puritas cordis. Et propterea in collationibus sanctorum patrū traditur, quòd totum exercitium monachi debet es-

A se ad puritatem cordis habendam. Per hanc enim homo meretur Deum uidere, dicente Domino in euangelio: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt*.

Matt. 5.

Et secundum Bern. Qui clarior est, Deo propinquior est: esse autem clarissimum, peruenisse est. Ad hanc habendam multum ualet oratio feruens & assidua. Sed oratio cū crapula, & corporis mollicie seu ociositate parum ualet: & ideò requiritur ieiunium & corporis afflictio, discreta tamē: quia indiscreta omne bonum impedit, propterea ad omnium prædictorum consummationem uidetur facere solitudo.

Solitudinis commendatio.

Nam cum tumultu & strepitu non potest decēter fieri oratio. Et uidere aut audire multa, vix potest fieri sine impuritate & offensa: quia mors intrat **B** per fenestras sensuum ad animas nostras. Et propter superuenientes sæpe relaxatur abstinentia, & corporis afflictio. Et ideò quære solitudinem, & separate à tumultu, si uis Deo coniungi, & per puritatem cordis eum uidere. Fuge collocutiones propter taciturnitatis custodiam, interdum etiam à bonis cessa eloquiis: iuxta illud Prophetæ: *Obmutui & humilitatus sum, & silui à bonis*.

Psal. 38.

Non quæras nouas amicitias: quia noua inde proueniunt colloquia & impedimenta. Non impleas oculos uel aures phantasmatibus uanis, & omnia quæ quietem animi, & tranquillitatem mentis perturbant, fugias tanquam uenenosa & animę inimica. Non enim sine causa patres sancti petebant loca solitaria, & mandabāt his qui in cęnobijs remanebant quòd essent cæci, surdi, & muti: **C** quia sic melius poterant Deo coniungi. Vnde Chrysost.

Chryso. ho. 3. in Marc. Spiritus sancti habitatio.

Quando Spiritus sanctus descēdit super Dominum nostrum, statim expulit eum in desertū. Quando monachi habitant cū parentibus suis: si descenderit Spiritus sanctus, & māserit super eos, expellet eos de domo, & ducet eos in solitudinē. Spiritus sanctus nō libēter habitat ubi turbę & frequētia, & dissensiones, & rixæ sunt: sed propriè sedem habet solitudinē. Denique & Dominus noster erat in die cum discipulis, sed quando uolebat orare intentius, solus recedebat. Et nos ergo si uolumus orare plusquā in publico, habeamus cellulam, habeamus agros, habeamus **D** deserta: possumus & uirtutes habere de fratribus, & solitudinem habere. Vnde & Aug.

Augu. sermone de detractione.

Fratres carissimi quātū possumus ociosis fabulis & detractionibus ac scurrilitatibus cūctis finē studeamus imponere, & totis viribus de impedimentis mundi istius fugiēdo aliquas horas quærere, in quibus pro salute aīæ nostræ orationi & lectioni possumus intendere. Igitur à toto affectu & posse tuo coneris imitari Dominum Iesum in solitudine, ieiunio, oratione, & corporis afflictionibus discretis. De quo etiam scribitur quòd erat cum bestijs: scilicet vrsis, leonibus, & alijs feris pacificè, *& angeli ministrabāt ei*.

Marc. 1. Cū bestijs & angelis esse.

In hoc ergo disce inter alios humiliter conuersari, & æquanimiter tole- **E** rare eos qui aliquando tibi uidentur irrationabiliter se habere: qa per hoc moraliter insinuatur, ꝙ illi quorum sensualitas sub ratione pacificè tenetur, per angelorum ministerium ad cœlestia transferentur.

Angelorū officium.

Angelicum enim est inter bestiales homines conuersari quasi in eremo, in solitudine scilicet mētis. Hoc est in contemplatione, lectione, oratione, clauso cubiculo, & moribus eorum ferinis non pollui. Difficile est.n. tangere picem, & ex ea non coinquinari. Vnde Beda.

Beda in Marcum cap. 1.

Inter bestias Dominus cōmoratur ut homo, sed ministerio utitur angelico ut Deus. Et nos cùm in eremo sanctæ cōuersationis bestiales hominū mores impolluta mente toleramus, ministerium ange-

lorum

Hieron. in Marcum.

à quibus corpore absoluti ad æterna in cœlis gaudia trāsferamur. Vnde & Hie. Tunc bestiæ pacatè nobiscū sunt, cùm caro nō cōcupiscit aduersus spiritū: post hæc angeli ministri mittūtur nobis, ut respōsa & solatia cordibus vigilātibus dent. Ipsum aūt Dn̄m in sepe in hac solitudine visita: conspiciēs eū qualiter cōuersatur ibidē, & maximè qualiter iacet de nocte in terra. Quælibet.n. aīa fidelis deberet eū semel ad minus in die uisitare ab Epiphania vsq; ad dies xl. quibus ibi remanebat, & se humiliter ei recōmendare.

Eremita in deserto Domini.

In hoc siquidē monte & deserto desiderabili quidā exēplo Dn̄i specialiter ducti, uitā eremiticā in paruis cellulis ducebāt, Dn̄o deuotissimè militātes, & aluearibus cellularū modicarū tāquam apes Dn̄i dulcedinē sp̄ualē mellificātes. In huius mōtis quasi medio, qđ à terra plana ferè per dimidiū miliare distat, Dn̄s fecit pn̄iam, vbi est Ecclesia & cella, estq; ibi altare vbi stabat qn̄ tētabať à Satana.

Quadragenarius numerus ex quibus constat.

Quadraginta aūt dieb9 & noctibus Dn̄s ieiunauit: quia quadragenarius numerus ex quatuor constat & decē, quater.n. decē uel decies quatuor faciunt xl. p quatuor aūt nouū testm̄, qđ in quatuor euāgelistis cōsistit, significatur: per decē uerò vetus: qa in decē mādatis legis cōtinetur. Quadraginta ergo diebus ieiunare, est vtriusq; testi pręcepta seruare, & ab illis oībus quę utrūq; testm̄ interdicit, seinuicē & ieiuniū custodire: ut sicut caro exterius ieiunat à cibis, ita & mēs interius ieiunet à vitijs. Ieiunauit itaq; Dn̄s xl. diebus & noctibus, quatenus ī ciborū ieiunio significaret nobis ieiuniū corporis, & ī dierū numero significaret ieiuniū cordis.

Quadragesimæ initiū quando sumendum. Beda in ca. 4. Luca.

Exemplū sanè ipsius hic numerus dierū pn̄ialiū in Ecclesia est. Vnde & post Epiphaniā nō statim incipit Ecclesia ieiunare: sed circiter post xl. dies, quasi ipso tpe ieiunium suū ieiunij Dn̄ici consecutiuū significās. Vnde Beda: Quadragesima ieiuniorū hēt authoritatē, & in veteribus libris ex ieiunio Moysi & Heliæ, & in euāgelio:

Inter Moysen & Heliam Christus.

qa totidē diebus Dn̄s ieiunauit, demōstrās euāgeliū nō dissentire à lege & ꝓphetis. In ꝑsona quippe Moysi, lex: in ꝑsona Heliæ, ꝓphetæ accipiūtur. Inter quos in mōte gloriosus apparuit, ut euidentius emineret qđ de illo dicit Apostolus: Testimoniū habens à lege & prophetis:

Matt. 17. Roma. 3.

Hæc Beda. unde & Albinus: Sicut Moyses legē, Helias prophetiā, ita Dn̄s noster euangelicā prædicationē xl. dierū ieiunio dedicat. Congruè etiā ieiunium quadragesimæ statutū est cōfine passioni Dn̄icę: qa significat nos à mundi amicitia debere cōtinere vt Deū sequi ualeamus. Vnde Aug.

Aug. sermone primo de quadragesima qui 64. de tempore. Quadragesima congruitas.

Moyses, & Helias, & ipse Dn̄s xl. diebus ieiunauerūt, vt insinuaretur nobis, & in Moyse, & in Helia & ī Christo: hoc est in lege & ꝓphetis, & in ipso euangelio id nobiscū agi, ne cōformemur & hęreamus huic seculo: sed crucifigamus hoīem veterē, & carnis curā ne fecerimus in concupiscētijs. Congruit.n. nostrę deuotioni ut q Dn̄i crucifixi passionē celebraturi sumus, reprimēdarum carnaliū uoluptatū crucē nobisipsi ēt faciamus, sicut dicit Apostolus: *Qui autē Iesu Christi sunt, carnē suā crucifixerunt cum passionibus & concupiscentijs*.

Galat. 5.

In hac quidē cruce, per totā istam uitā quæ in medijs tētationibus ducitur, perpetuò dēt pendere Christianus. Non.n. est in hac vita tp̄s euellēdi clauos, de quibus in Ps. dicit: *Confige clauis à timore tuo carnes meas*.

Psal. 118.

Carnes.n. sunt carnales concupiscētię, claui sunt pręcepta iustitiæ. His illas timor Dei cōfigit qui nos illi acceptabilē hostiā crucifigit. Sic sēper hîc viue Christiane, si terreno limo gressus nō uis immergere, noli de ista cruce descendere. Hæc Aug. Sed caue ne de ista cruce per uoluptatū admixtionē descendas: quia

A ut dicit Aug. Nihil prodest tota die longū duxisse ieiunium, si postea ciborū suauitate, uel nimietate aīa obruatur.

Aug. sermone. 56. de tempore.

Insuper hoc numero soluimus decimas & primitias Dn̄o. Sunt.n. in anno trecentisexagintasex dies, quorū præterquā sex dierū decima est trigintasex: & ne sex residui remaneant indecimati, additur unus: quia minus addi nō pōt, tres aūt alij supperadditi soluūtur pro primitiis: pro quibus similiter sunt ieiunia quatuor tēporū per tres dies.

Decima carnis. Ieiunia quatuor temporum.

Sicut ergo in lege offerre iubemur primitias & decimas rerū, ita xl. diebus ieiunādo offerimus primitias & decimas dierū. Vt qui nobismetipsis ꝑ acceptū annū viximus authori nr̄o, nos eius in decimis & primitijs per abstinentiā mortificemus: & qui à paradisi gaudijs per ci- **B** bū cecidimus, ad hæc inquantū possumus per abstinentiā resurgamus. Igitur tpe quadragesimæ plus solito debemus abstinentiæ, & deuotioni intendere, & aliorū tēporū negligentias hoc tpe sancto diluere & emendare.

Quadragenarij consecratio.

Hic numerus quadragenarius multipliciter est consecratus: nā xl. annis pauit Dn̄s filios Israel pane angelorū in deserto, xl. mensibus prædicauit in mūdo, xl. septimanis fuit in vtero virgineo: xl. diebus ieiunauit in deserto, xl. horis fuit in sepulchro, ab hora mortis cōputando: xl. diebus fuit post resurrectionem cum discipulis in mundo. Itē ꝟm Amb.

Ambro. in ca. 4. Luc.

Quia xl. diebus aquæ diluuij mundauerūt, per quas peccatores exterminati fuerūt, & exinde cęli serenitas illuxit, **C** & refusa fuit: sic sacro isto ieiunij tpe abolētur peccata, & refulget diuina clemētia. *Cū ergo, ieiunasset Dominus xl. diebus, & xl. noctibus*, non ultra processit uel transiit ieiunādo, ne incredibilis uideretur carnis assumptio, & ut uirtus diuinitatis cælaretur diabolo: qa ēt tot diebus Moyses ieiunauit, & Helias & *postea*. Dn̄s, *esuriit*.

Matt. 4. Quadraginta dies, & non plures, cur Dominus ieiunauit.

Non aūt necessitate, sed uolūtate esuriit, & corpus esurire permisit: ut in se & ueritatē humanæ infirmitatis ostēderet, & occasionē tentandi diabolo daret, ac infestatus mōstraret qualiter superare & uincere oporteret ꝟm Chrys.

Chryso ho. 13. in Mat.

Per xl. dies non esurire, non erat hominis: postea aūt esurire, nō erat Dei: & ideò diabolus, sicut dubius de Christo, accepit occasionē tētandi ipsū. Moyses & Helias, xl. diebus ieiu **D** nauerūt: sed ieiunātes esuriebāt & sitiebāt: Christus uerò xl. diebus nō esurijt sed postea. Christus aūt noluit ieiunare plusquā illi, ne Deus à diabolo putaret, nec minus, ne purus homo uideretur.

Christi tentatio à diabolo.

Tūc ergo diabolus sentiēs dn̄m esurire, accessit vt tētaret, si posset eū in peccatū deiicere, & ut exploraret an filius Dei esset: quē sciebat qn̄q; venturū, & suā per eū potestatē amissurū: ꝟm Greg.

Gregor. ho. 16. in euangelia. Gene. 3.

Tentauit diabolus Dn̄m eisdē tribus modis qbus primū hominē deiecerat. Primū hoīem superauit gula ī uetito pomo. Vana gloria dicēs: eritis sicut dij. Auaritia dicēs: sciētes bonū & malū: auaritia.n. etiā dr̄ scientiæ & sublimitatis ambitio. Sic & Dn̄m tentauit, sed victus recessit.

1. Reg. 17. Quibus modis diabolus Adam seduxerat ijsdem tentat Christum, Gre. ho. 16. in euangel.

Dauid Goliā **E** prostrauit tribus lapidibus de torrēte, Christus diabolū tribus testimonijs de lege. Et ꝟm Greg. Cùm tētatio tribus modis fiat, s. suggestione, delectatione, & cōsensu, Dn̄s sola suggestione tētatus est: qa delectatio peccati mētē eius nō momordit, nec cōsensus eū superauit. Et ideò oīs illa tentatio foris, nō intus, fuit: qa nihil ꝯdictionis in semetipso tolerauit.

Tētatio triplex. Tentatio Christi tātum foris.

Vtrū aūt oēs istę tētationes factę sint vna die, vel diuersis, nō est expresśū in scripturis. Primò itaq; tētauit eum de gula dicens: *Si filius Dei es*: scilicet naturalis, & per consequēs in potestate ei æqualis, *dic ut lapides isti panes fiāt*. Cogitabat enim intra se dicens: si lapides in panes conuerterit, filius Dei erit: si autem cōuertere

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non poterit, homo purus apparebit. Hoc etiam esurienti congruè dicebatur, vt panes videns immoderato appetitu cibi accenderetur. Non solum experiri voluit, an Deus esset: sed etiam quasi hominē allicere voluit, vt esuriēs indebitè delectaretur in cibo, & sic vitio gulæ peccaret. Vnde Hilarius: Intendebat dæmonū princeps ex mutatione lapidū in panes virtutē potestatis in Deo agnoscere, & in homine oblectamēto cibi patientiā esuritionis illudere. Sed nō potuit diabolus magistrū decipere. Taliter.n. respondit, & sic se habuit, q̄ nec ipsum ad gulam poterat inducere, nec deitatē eius perpendere. Non.n.in tentatione succubuit, seq; filium Dei esse nec negauit, nec asseruit, sed eum authoritate scripturæ conuicit dicens: *Non in solo pane*: scilicet corporali, *viuit homo*, & sustētatur, *sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei*, cùm s. voluntatem suam per scripturas reuelat. Vnde Aug. Certissimè scitote fratres carissimi, quia qualis est caro, quæ post multos dies non percipit cibum, talis est anima quæ non assiduè pascitur Dei uerbo. Hæc Aug. Hoc etiam dictū Domini verificatur non solum de uita spirituali, sed etiam de corporali: sicut patet de Moyse qui ieiunauit xl. diebus, & noctibus verbo & alloquio Dei, spiritualiter & corporaliter sustentatus. Quasi diceret: Non tantum pane corporali sustentatur & viuit homo, sed etiam spirituali pane: scilicet verbi Dei, pane operationis sanctæ, pane gratiæ, tandem uicturus in æternum pane gloriæ. Et ideò non oportet de lapidibus panes facere, quia licet esuriam, tamen Dominus potest solo sermone esurientem sustentare. Vnde persuasio tua tētatio est, cùm mentionem faciat, & mihi suadeat tantum de cibo corporis, non de cibo mentis: secundū Chryso. De veteri testamēto testimonium protulit atque præcepit: ut siue famem, siue aliquid aliud patiamur, nunquam tamen Dominum relinquamus. Dominus quidē Iesus panes de lapidibus facere potuit, sed noluit, nec decuit, & ideò non fecit. Primò ut diabolum eius diuinitas lateret. Secundò, ut per humilitatem & sapientiam magis quàm per potentiam vincere nos doceret. Tertiò, vt ostentationē fugere suaderet. Quartò, ut uoluntatem tentātoris contemneret: quia fas non erat Dominum voluntati eius obtēperare, & aliter tentator non vincitur, nisi contēnatur. Quintò, ut doceret nunquā esse credendū diabolo, & nihil faciendum ad eius imperium, etiam si bonū & utile est quod suggerit vel iubet. Moraliter sæpe suadet diabolus vt lapis, id est, duricies pœnitētiæ, sub quadam specie discretionis cōuertatur in panē, id est, in delicias & molliciem dicens: Iam filius Dei es, de cætero tanta austeritate & pœnitenia non indiges. Sic Iezabel uineam Naboth cōuertit in hortum olerum: sic Libanus cōuertitur in Chermel, quod interpretatur mollis: quod fit frequenter honore festiuitatis, vel causa societatis, sic Iudæi petierunt à Pilato, ne corpus Iesu maneret in cruce in die festo: tunc diabolo ista suadenti est respondendum, ut suprà, secundum responsionē Domini. Et nota hic exemplo Domini resistendum esse gulæ, nam ab ipsa inchoandum est, si cętera vitia uolumus superare. Videtur.n. q̄ qui gulæ succumbit, imbecillis reddatur ab alia vitia deuincenda. Vnde Beda: Nisi prius gula refrænetur, frustra contra alia uitia laboratur. Et ideò primò hic ponitur tētatio de gula: quia hæc tentatio primò occurrit homi ab infantia, & aliæ sequūtur postea. Quia ergo Dominus ieiunans tentatus fuit: si tu ieiunaueris & tenteris, non dicas quia ieiunij mei fructum perdidi. Nam etsi non tibi profuit ieiuniū tuū, ut non tenteris: tamē proficiet ut à tentationibus nō vincaris. Vt autē anima à carne nō vincatur, necesse est vt diabolo tētatori resistat, & Deo rectori seruiat. Vnde Aug. Vis seruiat caro tua animæ tuæ, Deo seruiat anima tua: debes regi ut possis regere. Sed quia diabolus sic vincere eum nō potuit, cogitauit apud se dicens, sicut ait Chrys. Homo iste sanctus uidetur, sancti autē etsi non uincuntur de vitio gulæ, sæpe tamen uincūtur de aliquo motu uanæ gloriæ, & ideò, *assumpsit*, Dominum & portauit, *eum in sanctam ciuitatem*, in Hierusalem, quæ respectu aliarū, in quibus idola colebantur, dicebatur sancta: quia diuino cultui deputata propter templum, & sancta sanctorū, quæ erāt ibi, nec erat licitum in lege sacrificare alibi. Nunc autem dicitur sancta, propter sacramenta nostræ redemptionis ibi patrata. Secundum Chrysost. Ex patientia nō impotētia se permisit assumi, & hoc corporaliter. quia secundū glossam verisimile est diabolum in humana specie apparuisse: sed tamen Christus sic egit, ut à nemine uideretur, & secundum aliquos eū in brachijs portauit: secundum alios, ad manum duxit: qui sequebatur eum quasi athleta ad tentationē spōte proficiscens. Considera hic benignitatem & patientiam Domini: permisit.n. se portari, & contrectari ab illa cruēta bestia, quæ suum & omniū amicorum suorum sanguinem sitiebat. Nec mirum secūdum Greg. si se ab illo permisit duci, qui se pertulit à mēbris illius crucifigi. *Et statuit*, ac collocauit, *eum supra pinnaculum templi*, ut eum de vana gloria tentaret ibi. Sciendum autem q̄ in templo erant tres mansiones. Prima, pauimentum usq; ad primum tabulatum, siue solarium altitudinis xxx. cubitorum. Secunda, à primo solario usq; ad secundum, xxx. etiā cubitis alta. Tertia, usque ad tertium solarium, quod erat tectum templi non cameratū, sed planum altitudinis xl. cubitorū. Quodlibet autē solariū habebat in circuitu exterius unū deambulatoriū, & ista ambulatoria, secundū magistrū in historijs, dicuntur pinnacula: super quorū unū Christum statuit diabolus, & fortè in eminentiori: uel forte inferiori, vbi Scribę & sacerdotes alloquebantur populū, exponēdo legem Domini. Et nota secundū glossam, q̄ in eo loco diabulus Christū de uana gloria tētabat, in quo multos per uanā gloriā in cathedra doctorum deceperat. Et simile uolēs explorare quod suprà, tentauit eū, de uana gloria dicens: *Si filius Dei es, mitte te deorsum*, quasi dicat: Virtute propria potes sine periculo te mittere deorsum, & ēt propter ministeriū angelorum tibi seruientiū, & te custodiētiū. Cogitabat q̄ si per aera uolando sine lęsione descēderet, filius Dei esset, suasitq; ut deorsum se mitteret, ut sic cadendo, & non se lædendo homines mirarentur, & ipsū tanquā Dei filiū reuererētur, & inde occasionē inanis gloriæ assumeret, cùm omnis ciuitas laudaret eū, & magnificaret. Verè diabolica uox quæ non ad cœli ascensum, sed ad descensum prouocat: & mentem hominis de altiori gradu meritorum præcipitare contēdit. Non enim quos decipit sursum ascendere monet, sed in ima prouocat, & deorsum ruere suadet: quia optat omnes cadere, qui se sentit præ omnibus cecidisse. Diaboli quippe est, stantes deorsum mittere, Dei autem iacentes sursum erigere. Dicēs aūt, *mitte te deorsum*, infirmitatem suā manifestat: quia nemini potest nocere, nisi ipse deorsum se miserit. Nā ipse qui omnes deorsum cadere desiderat, persuadere quidem potest, præcipitare non potest. Vnde Chrysostom.

Hilarius canone 3. in Matt.

De verbo pasci. Augu. sermone 56. de tempore.

Chryso. ho. 13. in Mat.

Iesus cur non uertit lapides in panem.

Gula refrænatio.

Beda in Lucam.

Augustinus sermone 56. de tempore.

Chryso. homil 3. oper. imper.

Vana gloriæ tentatio.

Assumptus corporaliter Dominus.

Patientia Domini.

Gregorius ho. 16. in euangel.

Mansiones templi erant tres.

Pinnaculum.

Diabolicæ uox deorsum mittit suadet.

Non dixit mitto, ne vim facere uideatur: sed mitte te deorsum dixit, vt ostenderet quòd vnusquisq; nostrūm libertate arbitrij, & voluntatis suæ culpa cadit in mortem. Illius est quidem suadere, sed nostrū est persuasiones eis per legis obseruantiam superare, & quia Christus suprà usus est authoritate, ideò & ip se authoritatem assumit scripturæ: & hoc non ut virtutes cōstruat & doceat, sed vt errores ingerat & fallat. Vnde subiungit: *Scriptum est enim de te*: scilicet in Psalm. *Quia Angelis suis mandauit de te*: ut conseruent te à nocumento, *& in manibus tollant te*, deducendo, *ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum*, malum incurrendo. Manus angelorum dicitur hic potestas eorū duplex: scilicet potestas seruandi à malo, & promouendi ad bonum: ita quòd prima est sinistra, secunda dextra. Authoritas hæc non est ad propositum, quia secundū Hieron. non intelligitur de Christo capite, sed de membris, id est, quolibet iusto. Christus enim non portatur manibus angelorū, sed ipse uerbo uirtutis suæ portat angelos, & omnem creaturam, nec indiget angelorum auxilio, qui maior est angelis. Est ergo authoritas illa secundum glossam, sic exponenda, q̄ angelis suis administratorijs spiritibus Deus mandauit de te uiro iusto, quicunq; sis, ut tollāt te in manibus suis, id est, auxilijs suis sustollāt, & ita custodiāt te, ne offendas pedē, id est, mentē uel affectū mētis: ad lapidē, id est, ad aliquod offendiculū peccati: lapis enim dicitur quasi lædens pedem: unde omnis peccati & ruinæ occasio, ad quam potest offendi affectus mentis, nomine lapis intelligitur. Est ergo sensus quòd Angelis mandauit Deus vt custodiant hominem iustum à peccatis, non quòd bonus homo confidens de custodia Angelorum debeat se præcipitio exponere ad suggestionē dæmonum. Ex quo loco & illud cognoscitur, quia ad custodiendum sanctorum vitam Angeli deputantur. Malè ergo interpretatur diabolus scripturam, & intellectū eius peruertit, & sic impertinēter allegauit incompletè, quia & si esset de Christo, etiā illud quod sequitur debuerat meminisse, *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem*. Ipse enim diabolus est aspis & basiliscus, ipse leo & draco, quem in tētationibus Christus cōculcauit: ideo partem scripturæ quæ pro se facit tanquā superbus inducit, partem uerò quæ cōtra se est tanquā astutus dimittit. Nā de Angelorum auxilio quasi ad infirmum loquitur, de sui cōculcatione quasi tergiuersator tacet. Sed & hîc authoritate scripturæ aduersarius deuincitur, & sua intentione frustratur, secundū Hieron. In omnibus his tentationibus diabolus hoc agit, ut intelligat si filius Dei sit, sed Dominus responsionē sic tēperat, ut eū ambiguū relinquat. Vnde respondens ait illi, *scriptum est*, & dictū, s. cuilibet homini: *Non tentabis Dominum Deum tuum*: s. quādiu aliter euadere poteris, ego aūt homo sum, & aliter possum descendere, q̄ per iactantiā me præcipitare, & ideo nolo Deū tentare. Multipliciter aūt quis tentat, s. indebitè explorādo Dei potentiā, uel indebitè experiēdo eius uoluntatē, vel indebitè inquirendo eius sapientiā, uel indebitè experiēdo quod poscit apud Deū. Sed hæc sunt uitanda, quādiu homo habet ex humana ratione & facultate aliud quod faciat. Vnde hîc est argumentū, q̄ quandocumq; homo habet aliquid quod potest facere secundū uiam humanæ rationis, uel consilij, uel auxilij, ad euadendum periculum, non debet illud omittere quærendo diuinum experimentum: quia secundum August. Si periculum, quantum cauēri potest, non caueret, magis tentaret Deū quàm in Deum sperare. Vnde quamuis Deus omnia possit, discipulis tamen suis ait: *Si uos persecuti fuerint in ciuitate una, fugite in aliam*. Et ipse idem fugit & latuit. Et propter hoc probatio ferri candentis & monomachiæ, id est, duelli, tanquam illicita prohibentur in iure. Si uerò deficit humana ratio & prouidentia, & homo non habet aliud quod faciat, tunc securè ad Dei potentiam se conuertat, & suæ prouidentiæ committat: non tentando, sed deuotè confitendo, quia sic non est dicenda tentatio, sed quia Christus adhuc habebat quid faceret, quia boni erant ibi gradus per quos de pinnaculo descendere poterat, ideo diabolo sic respondebat: ubi Chrysostom. Nihil motus, nihil indignatus, sed cum multa modestia scripturarum ei rursus uoce respondet, nos utique docens, quia diabolum per patientiam atq; tolerantiam, non per signa superari: nihilq; ad ostentationem nostri, atq; ad amorem facere gloriandi. Et iterum: Aspice autem quomodo non turbatus est Dominus, immo de scripturis humillimè cū iniquo disceptat, & conformeris Christo pro posse. Nouit diabolus arma Christi, quibus succubuit. Ex mansuetudine eum cœpit, ex humilitate deuicit, tu quoque cùm uideris hominem effectū diabolū, & tibi obuiā tē, eo modo deuincas. Doceas animam tuā formare, os cōcedens ori Christi. Sicut.n. cùm Romanus forsitan residet iudex, non exaudiet responsum ignorātis eo modo loqui, sic & Christus nisi suo modo loquaris non exaudiet te, nec uocabit te. Hæc Chrysost.

Moraliter: Multos diabolus eleuat in altum ut facilius ad grauiorem trahat casum, sicut cornix nucem eleuat ut ab alto deiiciendo frangat: sic & pugil socium à terra subleuat vt prosternat, multi enim ducuntur in altum prælationis, & deiiciuntur ibi, qui in ualle simplicis status fuerant securi. In montibus enim Gelboe ceciderunt fortes Israel. Vnde secundum August. quanto quis in loco superiori tanto in periculo maiori uersatur: & secundum Chrysost. Prælatos subuertit elatio: ideo ad talem locum Dominus se assumi permisit, nec tamen ibi diabolo consensit, ut in talibus locis positi diabolo resistērent, suprà pinnacula templi, etiam diabolus hominem statuit, quò se cæteris meliorem æstimet & per falsam humilitatem deorsum se mittat. Extunc ergo secundum Bernard. quia Dominus nihil ostendit diuinitatis, arbitratus hostis eum esse hominem tentauit eum tertio ut hominem. Exinde.n. assumens eū, reportauit eum in montem ualde excelsum, secūdo miliario à Quarantena uersus Galilęā, ut. s. locus cōgruat tētationi: ut sicut in deserto, ubi est esuries, tētauit de gula: supra pinnaculum, vbi cathedra est doctorū, de uana gloria: sic in monte ubi uidētur hæc tēporalia tentet de auaritia. *Et ostendit ei omnia regna mundi*, nō ea quæ nesciebat indicando, sed secundū Chryso. ostēdit ei ac si aliquis in loco excelso positus manū extēderet dicēs: Ecce ex illa parte est Aphrica, ex illa Palęstina, ex illa Græcia, ex illa Italia & huiusmodi. Vel ostēdit, i. exposuit & narrauit ei in momēto & in breuibus oīa regna mundi, i. omniū regnorum pompam, & gloriam ac magnitudinem, uel omnia concupiscibilia in mundo, sicut sunt diuitiæ, delitiæ, & honores: ut quasi speciosa & delectabilia suaderet, & uel sic eum sibi subiiceret. Momentum est decima pars puncti, uel quadragesima pars horæ, pūctus enim quarta pars horæ est: per hoc ergo significatur breuitas uel transitus bonorum temporalium

Non dixit mitto

Psal. 90.

Manus angelorū quid dicitur.

Hieronym. in cap 4. Matthæi.

Glossa in eum locū.

Lapidis etymo.

Tentatur Deus multipliciter.

Regula ad dignoscendū quando tentatur Deus.

Angeli ad custodiam deputati.

Hieronym. in Mat. c. 4.

Matth. 10.

Monomachia. id est singularis pugnę defensio.

De Christi patientia.

Alta cadit citius.

Augustin. in Psal. 106. 1. Reg. 31. & 2. Reg. 1. Chrysosto. homelia. 5. operis imperfecti.

Bernar. ser. 14. in Psal. qui habitat.

Tertia tentatio Christi de auaritia. cur facta in monte excelso.

Chrysost. homil. 5. operis imperfecti.

Momentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

poralium mundi huius. Vnde Ambrosius, Bene autem in momento temporis secularia & terrena monstrantur, non enim tam conspectus celeritatis indicatur, quàm caducę fragilitas potestatis exprimitur. In momento enim cuncta illa prætereũt, & sæpe honor seculi abit antequam uenerit. Et tẽtauit eum de auaritia, Dominum omnium ex arrogantia & iactãtia, promittens mendaciter quæ dare non poterat, & dicens: *Hæc omnia tibi dabo*, & te regem faciam *si cadens*, tanquam inferior *adoraueris me*, tanquam superiorem, quòd uerè esset cadere, & diabolo se subiicere. Vnde Chrysost. Nihil enim sic diabolo hominem subiici facit, ut inhiare opibus, ac habendi amore superari. Et iterum: Regna mundi promittit illi, qui regna cœlorum credentibus præparauit, gloriam seculi pollicetur ei, qui Dominus est gloriæ cœlestis.

Ambrosius in c. 4. Lucæ.

Chrysost. hom. 4. ex uariis in Matth. & hom. 13. in Matth.

Spondet se uniuersa dare qui nihil habet, ei qui omnia possidet. Ab eo se iubet adorari in terra, quẽ Angeli & Archangeli adorant in cœlo: Hæc Chrysost. Ecce antiqua diaboli superbia, sicut enim in principio uoluit se similem Deo facere, ita nunc uolebat diuinum cultum sibi usurpare. Et est hîc notandum, quòd si cõsideremus principium huius tentationis, tunc tentatio est auaritiæ: si finem, tentatio est idololatriæ, & bene iũgitur, quia auaritia est idolorum seruitus. Considerandum etiam quòd gloria mundi, quæ cum mundo peritura est, in monte & in supercilio demonstratur, & diabolus hominem ducere ad montem nititur, ut corruat & ei subiiciatur, suadens ut seruiat ei negligens iustitiam Dei, à cuius seruitio liberet nos Christus pro nobis tentatus & passus. Dominus autem ad campestria & humilia descẽdit, ut diabolum humilitate superaret. Nec intuebatur sibi ostensa oculo concupiscentiæ sicut nos, sed sicut medici sine læsione uident morbos. Cùm ergo uolueris fieri magnus & altus, & ante oculos mentis ista proponis: scito quòd diabolus tibi regna mundi ostendit, quæ si cõsequi uolueris, necesse est ut procidens diabolum adores, quia adoraturus diabolũ antè corruit, & nunquã sine casu diabolus adoratur. Vnde Ambrosius, Habet enim ambitio domesticum periculũ, & ut dominetur alijs prius seruit, & curuatur obsequio, ut honore donetur, & dũ vult esse sublimior, fit remissior. Omnis quidem potestas & ordinatio potestatum à Deo est: sed à malo potestatis ambitio, nec est potestas mala, sed his qui male utitur potestate. Docemur ergo ambitionem despicere eo quòd diabolicæ subiacet potestati: Hæc Ambrosius. Sed & hîc homicida ille succubuit, & Dominus, & uictor authoritate diuina comminatus eum abiecit, & abscedere iussit: *Vade* & recede à me, scilicet in ignem æternum *Satana*, qui ueritati & hominum saluti aduersaris. In quo, ut ait Chrysost. finem tentandi diabolo ponit, ne progrediatur ulterius tẽtans. Continuò enim illum in fugam uertit, neq; alijs iam eum per semetipsum tentationibus appetijt. Vbi etiam docemur proprias iniurias portare, sed nullo modo Dei iniurias tolerare. Vnde Chryso. Christus cùm passus fuisset tentationis iniuriam dicente sibi diabolo, si filius Dei es, mitte te deorsum: nõ est turbatus, nec diabolum increpauit. Nunc autem quãdo diabolus Dei sibi usurpauit honorẽ dicens: Hæc omnia tibi dabo si cadẽs adoraueris me, exasperatus est & repulit eum dicens: *Vade Satana*, ut nos illius discamus exemplo nostras quidem iniurias magnanimiter sustinere, Dei autẽ iniurias neq; usq; ad auditum sufferre: quoniam in proprijs iniurijs esse quempiam patientem laudabile est, iniurias autem Dei dissimũlare nimis impium est. ubi & Hieronym. Non ut pleriq; putant eadem Satanas, vt Apostolus Petrus sententia condemnatur: Petro enim dicitur, *vade retro me Satana*, id est, sequere me qui contrarius es uoluntati meæ, hic uerò audit uade Satana: & nõ dicitur ei retro me ut subaudiatur: Vade in ignem æternũ qui paratus est tibi, & Angelis tuis. Deinde Dominus subiungit: *Scriptum est*, omni homini *Dominum* omniũ: scilicet per potentiam, *Deum* scilicet per creationem, *tuum*, scilicet qui debet esse tuus per cultum specialem, *adorabis*, interius, fide, spe, & charitate, *& illi soli seruies*, exterius seruitute latriæ. Et per hoc secundũ Aug. Non excluditur seruitus debita dominis tẽporalibus. Et secundum Bedã, iubemur hîc soli Deo seruire seruitute latriæ, quæ soli diuinitatis cultui debetur, vnde & hi qui hanc idolis impendunt, idololatrę nuncupantur. sed ab Apostolo iubemur per charitatẽ inuicẽ seruire seruitute duliæ, quæ communis est, siue Deo, siue homini, siue cuilibet rerũ naturæ. Itaque vt ait Beda: Dicẽs diabolus saluatori, si procidẽs adoraueris me, econtrariò audiuit quòd ipse magis adorare debeat eum Deum & Dominum suum, quasi sibi diceret: Non ego te, sed tu me debes ut Deum adorare: sed adoratio diaboli subiectionis est nõ deuotionis. Ex supradicto ordine tentationis patet quòd diabolus ĩcipit à leuioribus, & procedit ad grauia, deinde ad grauiora & tandem ad grauissima. Incepit enim à tentatione leui, quando tentauit eũ de gula, quæ tentatio leuis est, maximè tempore famis, & finaliter post alias peruenit ad grauissima, quãdo tentauit eum de idololatria. Vicit autem Christus ipsas tentationes, eis in suis principijs obuiando. Nam mox cùm diabolus tentationes inferebat, Christus eas repellat. Sic & homo mox ut diaboli tentationes senserit, eas in suo initio debet pellere. Nam ut dicit Hieronymus: Lubricus est serpẽs antiquus, & nisi capite teneatur, totus statim illabitur. Habet enim serpens infernalis caput, scilicet malam suggestionem: habet corpus, scilicet consensum: habet caudam, scilicet operis consummationem. Vbi autem ponit caput suggestionis, statim ponit corpus consensus, & ubi ponit corpus consensus, statim ponit caudã operis, & ideo in suo capite, id est, in sua suggestione est conterendus, & tunc nocere non poterit, nec quantum ad corpus, nec quantũ ad caudam, quia amputato capite suggestionis, tota est confracta uis serpẽtis infernalis. Et consummata, id est, superata omni tentatione: ad quam explendam Dominus venerat, Lucifer non inueniens quid agere, audito Dei nomine reliquit eum quem tamen nunquã tenuit, quia superatus à tentatione cessauit, & recesit ab eo tãquã uictus & confusus, usq; ad tempus, postea enim non tantum dolosè tentaturus: sed apertè per Iudæos eũ & in se & in mẽbris suis impugnaturus aduenit, quia appropinquãte tẽpore passionis persecutione ei per principes sacerdotum susciatuit, non per seipsum solum, sed & per alios, ac per organa & instrumẽta sua propria, cœpit eum impugnare, putans eum mortis timore deiicere, secundum Chrysost. diabolus non quasi obediens præcepto recesit, sed diuinitas Christi, & Spiritus sanctus qui erat in eo excusit inde diabolum (quod quidem ad nostrã proficit consolationem) quia non tam diu homines Dei diabolus tẽtat quamdiu vult, sed quamdiu Christus permittit, & si eum permittat paulisper tentare ad nostram utilitatem, tamen repellit propter nostram infirmitatem;

Ambrosius. in Psal. 61. Vitiorũ materia in tribus, de quibus tentatus est Christus. Remedia cõtra uitia.

Hieronym. in Matth. cap. 4. Marci. 1.

Augustin. lib. 10. de ciuitate c. 1. Latria seruitus Deo debetur. Beda in c. 4. Lucæ. Beda ibidẽ Tentandi ordo & uincendi.

Serpẽtis caput, corpus & cauda.

Chrysost. hom. 5. operis imperfecti. De diaboli recessu.

1 Cor. 10. tẽ: *quia non patitur nos tentari ultra quàm possimus sustinere.* Vnde Aug. Si tantum posset nocere diabolus quantum uult, aliquis iustorũ nõ remaneret. Tribus autem præmissis congressionibus in quibus, adhuc exercetur militia Christiana, omnis tentatio dicitur consumpta in suis radicibus & superata, quia in gula, superbia, auaritia, ex quibus tẽtatio oritur: omnia uitia sibi confœderata sunt peremptа. In his. n. tribus est omniũ materia delictorũ, quorum semina in ipsa origine sunt cauenda: quia, Ioanne attestãte, omne quod in mũdo est: cõcupiscentia carnis est, & cõcupiscẽtia oculorũ, & superbia uitæ. Cui triplici hostis telo, totidem arma defensionis s. scutum triangulum opponere debemus: ut ieiunio cõcupiscentiam carnis, oratione superbiam, eleemosyna auaritiam repellamus. Sicut autẽ ille hostis antiquus à Domino usque ad tẽpus recesit, & tẽpore passionis rediens nõ in dolo, sed aperte eũ impugnauit, sic & nos aliquando tẽtare intermittit, & quãdo in tentatione nõ prævalet, à nobis usq; ad aliud tẽpus recedit, vt quasi securos sueniẽs, repẽte rediẽs facilius inopinatus irrũpat.

Diabo. non tantum nocet quantũ uult. August. in Psal. 61.

Luciferi tentator Christi.

Instruimur ergo hîc ad cautẽlam, quia licet aliquã tentationem superemus, semper tamen diabolum ad pugnam paratum inuenimus: tempore uerò passionis, omnino uictus diabolus, relegatus est in infernum, in diebus antichristi soluendus: secundũ Apocalypsim Ioannis. Vnde Aug. innuit cp iste tentator fuerit Lucifer primus Angelus, ille superior qui primum hominem superauerat: credendus est autẽ ipse diabolus hominis formam ad horam assumpsisse, in qua Dominum circumducere, & ei colloqui posset. Et notandum, cp ordo tentationum Christi sic secundum Matthæum, positus fuit secundum ordinem tẽtationum Adæ qui fuit iste. In quacunq; die comederitis, ecce gula: eritis sicut dij, ecce inanis gloria: sciẽtes bonum & malum, ecce auaritia: quæ nõ est tantũ pecuniæ, sed & sublimitatis & scientiæ, cùm supra modum ambitur. Secundum uerò Augustinum certum nobis non est quæ fuerit secunda, & quæ tertia. Sed duo Euangelistæ uariè narrant. Potest ratio assignari, quia una tentatio est de cupiditate principaliter, alia de elatione & frequenter contingit cp unum uitium ex alio nascitur, & ecõuerso, & ideo Matthæus præponit unam, Lucas uerò aliam. Vnde Remigius, ob hoc Euangelistarum hanc iste, illam uerò ille præmittit: quia inanis gloria, & auaritia adinuicem se gignunt. Christus uerò diabolum in tentatione gulæ superauit, & hoc quondam in idolo Belis, & draconis præfiguratur. In Babylone enim idolum Belis pro Deo colebatur, quod multum comedere & bibere dicebatur, quod Daniel destruxit, & sacerdotes eius interemit. Ibidem etiam in spelunca draco latitabat, quem gens tanquam Deum æstimabat, cui sacerdos statutis horis cibum offerebat, Daniel autem massam de pice & adipe, & pilis confecit, & in os draconis iniecit. Quam cùm comedit statim est eruptus, & sic uterque deuoratur, & gulosus per Danielem est destructus: & ideo Daniel Christum designauit, qui tentationem gulæ superauit. Christus etiam superauit diabolum in tentatione superbiæ, & hoc præfiguratum fuit olim in Dauid, & nece Goliæ. Golias superbissimè de fortitudine sua se iactauit, quem David funda ad terram deiecit, & proprio gladio interfecit. Golias gygas figuram superbi tenet Luciferi: Dauid autem pastor, qui hunc prostrauit, Christus est, qui in tentatione superbiæ humiliter triumphauit. Tertiò, Christus diabolum in tentatione auaritiæ superauit, quod & Dauid in nece Leonis & Vrsi præfigurauit. Leo & ursus auaritiam figurabant, quia auferendo sibi ouem, eam perpetrabant. Dauid autem ouem suam eripiens, raptores interfecit, & Christus superata tentatione auaritiæ, Satanam à se reiecit. Abiecto autem Satana, *accesserunt Angeli*, & tanquã uictori *ministrabant ei*, sic qui utiliter pugnando cõtra diabolum triumpharit, ministerio & cõsortio Angelorum dignus erit. De tentationum uerò suggestionibus, sic dicit Chrysosto. Nunc breuiter perstringamus quid significent Christi tentationes. Ieiunium est abstinentia rei malæ. Quando uerò quis inflatus fuerit quasi sanctus, ductus est quasi super tectum. Et hæc tentatio sequitur primam, quoniam victoria tentationis gloriationem operatur, & fit causa iactantiæ. Fuge exaltationem cordis, & non patieris ruinam. Ascensio autem montis, est processio ab altitudine diuitiarum & gloria huius mundi, quæ de superbia cordis descendit: ut etiam dicit Bernard. qui quartam tentationẽ de Domino non legit, ignorat scripturam quæ dicit, cp tentatio † est uitæ hominis super terram. Apostolus quoque dicit eum fuisse tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. Voluit autem Christus tentari pluribus ex causis. Prima est, secundum Grego. ut per suam tentationem nos à nostris liberaret, sicut per suam mortem nos à nostra liberauit. Secunda est, secundum Hilarium, ut cautos nos faceret, ne scilicet aliquis quantumcumq; sanctus præsumat de se, quasi de tentationibus sit immunis. Et ideo post baptismum, & accepto Spiritu sancto, tentari uoluit, ut ostenderet quòd sanctificatis maior pugna incũbit. Tertia est, secundum Augustinum ut nobis exemplum pugnandi daret, & per hoc nos instrueret, & ut esset mediator, non solum per adiutorium, sed etiam per exemplum. Quarta est, secundum Chryso. ut nos animaret, ut scilicet nemo turbetur de tẽtationibus præter spem irruentibus, dum etiam Christum uidet, sub diuersis tentationibus. Quinta est, secundum Leonem, ut diabolum uinceret, & uincendo eius uirtutem & audaciam reprimeret. Sexta est, secundum Apostolum: ut tentatis melius misereri, & compati sciret, & nobis de sua misericordia spem faceret, quia homo tẽtatus facilius misereatur & compatitur tentatis. Item tentari uoluit, ut tentatis consolationem daret, fuit enim tentatus statim quando fuit baptizatus, quando à patre filius est appellatus, quando Spiritus sanctus in specie columbæ super eum mansit, quando cœlum sibi apertum fuit, quando quadraginta diebus & noctibus ieiunauit, ut per hoc detur intelligi, cp si aliquis tentatur, non propter hoc est minus à peccato mundatus, non est minus Dei filiatione dignus, non est minus Spiritu sancto plenus, non est minus cœlo dignus, non est minus in pœnitentia sua Deo acceptus. Ideo quia Dominus sic fuit contrectatus & tẽtatus, non miremur si nos tentamur: & quia in omnibus uicit, nitamur & nos eius adiutorio ut uincamus. Nec in aliqua uirtute nostra cõfidamus, sed totã spem & fiduciã in adiutorio altissimi ponamus. Et sicut ubiq; Dominus aduersariũ suum nõ uirtute potentiæ, sed authoritate scripturæ conuicit, dicens scriptum est, quia humilitate non potẽtia eum uincere, & suę patientiæ nobis exemplũ præbere uolebat, sic & nos quotiens à prauis hoibus aliquid patimur, ad doctrinam potius q̃ ad uindictam excitemur, & aduersarios nostros humilitate & patiẽtia magis quam superbia & potentia uincamus. Attende itaque ex

Auguſt. tractatu 2. in epiſt. Ioan.

Figura gulæ deiictæ.

Daniel. 14.

Figura ſuperbiæ deiictæ.

1. Reg. 17.

De auaritia.

1. Reg. 17.

Angelorũ accessus.

Chryſoſt. hom. 5 operis imperfecti.

Bernardus ſermo. 14. in Pſal. qui habitat. † aliàs militia. Iob 7.

Cur tentari uoluerit Dominus. Gregorius hom. 16. Hilarius ca no. 3. in Matth.

Auguſtin. lib. 3. de mirab. ſacræ Scripturæ. Chryſo. homel. 5. operis imperfe. Leo ſerm. 1. de quadrageſima. Tentatio nõ diminuit tẽtatum.

Reſpõdetur ſuggeſtionibus ex ſcripturis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædictis documentum, quòd Dominus in omnibus tentationibus suis usus est authoritatibus sacræ Scripturę ad nos informandum. Attende quid ille respondit, & quando talis tentatio aduenerit, dic illud & tu, semper uidelicet respondendo per scripturam, sicut & ipse fecit. Vnde si tentat te appetitu bonorũ, debemus respondere, scriptum est: *Quid superbis terra & cinis, omnis potentatus breuis est uita.* Si tentat de appetitu diuitiarum, respondeamus scriptum est: *Nihil intulimus in hunc mundum, nec auferre quid possumus: & nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Si tentat de appetitu deliciarum carnalium, respondeamus, scriptum est: *Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.* vbi secundum gloss. Per carnem & sanguinem uentrem & libidinem, id est, opera carnalia designat: & ita de alijs quibuscumque uitijs impugnamur, semper utamur clypeo sacræ Scripturæ ad defensionem nostram contra istud uitium. De præmissis Domini factis, sic dicit Ansel. De baptismo in desertum in spiritu fortitudinis ingressus es, ut uitæ solitariæ in te non deesset exemplum. Solitudinẽ & ieiunium quadraginta dierum, famis acerbitatem, tentamenta illusoris spiritus æquanimiter tolerasti: ut omnia hæc nobis tolerabilia efficeres. Et iterum: Exinde dilectissimus Iesus solitudinis tibi secreta dicauit, & sanctificauit ibi ieiunium, ibi subeundũ docens cum callido hoste conflictum. Hæc tibi facta pro te facta, & quonam modo facta sunt diligenter attendens, dilige eum à quo facta sunt: Hæc Ansel. Eia nunc Christi discipule, cum pio magistro solitudinis secreta perquire, ut socius ferarum effectus arcana silentij orationis deuotæ, diuturni ieiunij, trinę cõflictationis cum callido hoste imitator fias, & particeps, & in omni tentationis discrimine ad ipsum discas habere recursum, pro eo quòd nõ habemus *pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia pro similitudine absque peccato.* Nec timere debes tentationes, aut dubitare in eis, quia quos Deus diligit, sæpe castigat, & multæ tribulationes, non quorumcumque, sed iustorum: ut cum probati fuerint, coronam uitæ accipiant. Vnde Ambro. Docet igitur te scriptura diuina, non solum contra carnem & sanguinem, sed etiam contra insidias spirituales esse certamen. Corona proposita est, subeunda certamina sunt. Nemo potest nisi uicerit coronari, nemo autem uincere, nisi antè certauerit. Ipsi quoq; coronæ maior est fructus, ubi maior est labor. Et ideo tentationem nunquam timere debemus, est enim causa uictoriæ materia triumphorũ, non timeamus tentationes, sed magis in tentationibus gloriemur dicentes: Cùm infirmamur, tunc potentes sumus. Tunc enim nectitur corona iustitiæ, tolle martyrum certamina, tulisti coronam: tolles cruciatus, tulisti beatitudines. Non debemus igitur tẽtationes seculi pro malis timere quibus bona præmia comparantur, sed magis rogare contemplatione conditionis humanæ ut eas tentationes subeamus quas ferre possumus: Hæc Ambro. Vnde & Prosper: Ad magnam utilitatẽ fidelium reseruata est materia certaminum, ut nõ superbiat sanctitas, quamdiu hostium incursum sentit infirmitas. Attẽtat autem diabolus specialiter sex modis: in bonis per elationem, in malis per desperationem, in ocio per luxuriam, in negocijs per turbationem, in iustitia per crudelitatem, in misericordia per adulationem. Et quamuis multis modis tentet, quatuor tamen modis specialiter decipit & fallit. Primò, suadendo bonum propter malum, ut cùm homini instabili suadet religionis ingressum: propter hoc ut apostatet postmodum. Secundò, suadendo malum sub specie boni, ut periurare pro rebus alienis cõseruandis. Tertiò, dissuadendo bonũ tanquam nociuũ, ut cũ dissuadet bono uiro religionis ingressum, ne de hoc peniteat, & egrediens confundatur. Vel quãdo dissuadet alicui orationẽ uel eleemosynã, ne per hoc incurrat uanam gloriã. Quartò dissuadendo malum ut peius adducat, ut quando dissuadet intemperantiã uictus & somni, ut in nõ discretã abstinentiã, quod peius est, inducat. Multa ergo sollicitudine prę cauendũ est omnibus, ne diabolicis capiãtur insidijs, & eius inuoluantur laqueis, quos ubiq; prætẽdit modis uarijs. Vnde Leo Papa: Non desinit hostis antiquus transfigurans se in Angelũ lucis deceptionũ laqueos ubiq; prætendere. Nouit cui adhibeat æstus cupiditatis. cui illecebras gulæ ingerat, cui apponat incitamẽta luxuriæ, cui ĩfundat uirus inuidiç. Nouit quẽ męrore conturbet, quẽ gaudio fallat, quem metu opprimat, quẽ admiratione seducat, omnẽ discutit consuetudinẽ, uẽtilat curas, scrutatur affectus. Et ibi quęrit causas nocendi, ubi quemq; studiosius uiderit occupari: Hæc Leo. Sollicitè ergo quilibet uigilet, qa nullus sine tentatione est. Vnde Bernar. Hoc præmonitos uos esse uolo, quia nemo in corpore uiuere poterit sine tẽtatione, & qui ab una liberatur statim expectat aliã, & sic petat ab ea liberari, ut nouerit aliam protinus esse uenturam: sæpius. n. fit ut unam Dominus patiatur diutius immorari, ne alia possit accedere, aut ab una citius liberet, ut alia possit exercere: Hęc Bernardus. Victoria itaq; facta à tẽtatore uicto prę confusione recedente, uenerũt & redierũt Angeli ut seruientes & subiecti sibi ad obsequiũ parati, & accedentes ministrabant ei sicut uero Domino proprij serui uoluntatem eius implentes, qui præcipiẽte Domino ad tẽpus recesserant, agonẽ eius procul aspicientes: ut diuinitas eius diabolũ magis lateret, & ut conuenientius locũ tentandi haberet, ne fortè uidẽs circa eũ Angelos ad eũ non appropinquaret, & ut uictoria Christi excellentior appareret, ex hoc qp solus ipsum deuinceret, & ne corũ præsidio eguisse uel uicisse uideretur. Præcedit tentatio, ut uictoria sequatur: post uictoriam statim seruiunt Angeli, ut uictoris dignitas cõprobetur. Ex hoc. n. diuinitas Christi apparet & fit manifesta, qa nulla natura est sup Angelicã, nisi diuina. Et secundũ Greg. Ex hac re unius plonæ utraq; natura ostenditur, qa & homo est quẽ diabolus tentat, & idẽ ipse Deus est cui ab Angelis ministratur. Hæc aũt ministratio tripliciter põt accipi. Primò, de corporali subuentione, ut sit sensus, ministrabãt, i. esurienti in cibo subueniebãt. Secundò, de adoratione, vt sit sensus, ministrabãt i. ipsum tanquã Deũ suppliciter adorabãt. Tertiò, de cõgratulatione & laudatione, ut sit sensus, ministrabant. i. sibi pugnanti & uincẽti congaudebant, & eũ laudabant. De hac uictoria Domini & ministerio Angelorũ, sic dicit Anselmus: Quadraginta dierum cõpleto ieiunio, diabolũ cũ suis tentamentis superãs, Angelico est ministerio glorificatus, edoctẽs nos toto uitæ præsentis tẽpore delectationes rerum tẽporalium declinando, mundum cum suo principe pedibus nostris substernere, & sic Angelicis præsidijs cõmuniri. Vnde & Bernardus: Deinde tentationibus superatis, & tentatore fugato, accesserunt Angeli & ministrabant ei: & tu ergo si uis habere ministerium Angelorum, fuge cõsolationes seculi, & tentationibus resiste diaboli, renuat consolari anima tua in alijs, si uis in Dei memoria

Ecclesi. 10. *Ibidem.* *1. Tim. 6.* *Iob. 1.* *1. Cor. 15.* — *Gloſſa ĩ eũ locum.* — *Tẽtationes exoptanda.* — *1. Cor. 12.* — *Tentationum modi ſex.* — *Fallẽdi modi quatuor* — *Inuitat ad imitationem.* — *Habre. 4.* — *Ambroſ. in cap. 4. Luce.* — *Tentatiõis uigilantia. Leo ſerm. 3. de quadrageſima.* — *Tentatio nis expers nemo.* — *Angelorum actiſ ſus poſt uictoriam.* — *Gre. hom. 16. ĩ Euã.* — *Miniſtratio Angelorum tripliciter ſumitur.* — *Anſelmus in Matt. De uictoria Domini. Bern. ſer. 14. in Pſal. qui habitat.*

ria delectari. Vnde etiam Chrysostomus, quamdiu enim fuit in conflictu positus, nequaquam Angelos apparere permisit, ne scilicet ante victoriam superandum fugaret. Postquam uerò illum per cuncta deiecit, & uictũ fugere præcepit, tunc Angeli consequẽter apparent, ut tu discas quòd te quoque post confectam de diabolo victoriam Angeli repente suscipient, plaudentes tibi, teq; stipatorum more ubique comitantes, & in omnibus honorantes. Sic utiq; & Lazarum post fornacem paupertatis ac famis, totius prorsus angustiæ, suscipientes ad requiẽ pertulerũt. Et iterum: Angeli agonem Christi procul aspiciebãt, ne uideretur eorum præsidio deuicisse, & victoria facta accesserunt & ministrabant ei. Sed quid ministrabant scriptura non exprimit, sed satis credibile est quòd ministrabant ei aliquid comestibile, ut serui & ministri: quia legitur esuriſſe, & hoc non propter necessitatem impotentiæ Christi ei ministrabãt: sed ad reuerentiam exhibendam, & propter honorificentiã potestatis: nõ enim dicitur quòd adiuuant, sed quòd ministrant: Hæc Chrysostom. Hic diligentius attende, & conspice Dominum comedentem solum circũstantibus Angelis, & cõsidera bene omnia, quia pulchra sunt ualde & deuota. Et quæro quid Angeli ministrabant, ut post tã longum ieiunium comederet? de hoc enim scriptura non loquitur, possumus autẽ victoriosum prandium sicut volumus ordinare, & quidem si eius potentiam consideremus, poterat res quas uellet creare, & pro suæ volũtatis arbitrio creatas habere, sed non inuenimus quòd hac potẽtia pro se uel discipulis suis usus fuerit, pro turbis uero usus fuit: quas duabus uicibus in multitudine magna de panibus paucis pauit. De discipulis autem legimus quòd eo præsente uellebant spicas propter famem, & comedebant: similiter cùm fatigatus ex itinere sedebat super puteum loquens cum Samaritana, non dicitur quòd creauerit cibos, sed quòd miserit discipulos in ciuitatem ad quærendũ eos. Nec est uerisimile quòd per miraculum sibi prouideret: quia miracula ad aliorum ædificationem, & in præsentia plurium faciebat, sed hîc non erant aliqui nisi Angeli. Quid ergo circa hoc meditabimur? in monte namque illo nõ erat habitatio hominum & cibi parati: sed alibi parata cibaria portauerunt ei Angeli, sicut contigit Danieli. Cùm enim Abacuch propheta pulmentũ messoribus suis parasset, portauit eum Angelus Domini per capillos de Iudæa in Babylonem ad Danielem ut comederet, & postea in momento eum reportauit. Immoremur ergo hîc, & hunc modum assumamus, & cum Domino Iesu in suo prandio iocundemur, sentiatque mater sua excellentissima de hac eadem iocunditate atq; uictoria, piè atque deuotè sic meditemur. Pergunt duo ex Angelis Domino annuente, & in momento fuerunt coram matre, ac eã reuerenter salutantes, de filij sui statu sibi narrant: & modicũ pulmentum quod sibi & Ioseph parauerat, ac panẽ cum alijs opportunis repportant: reuersi ergo parant in plana terra, & mensæ benedictionem solenniter peragunt. Conspice hîc cum bene in singulis quæ agit & quæ fiunt, sedet in terra compositè, & comedit sobriè, circunstant Angeli ministrãtes Domino suo, & hymnũ cantant de canticis Sion, ac iocundantur, & diẽ festum agunt cum eo. Sed, si dici liceat, permixtũ est hoc festum compassione permaxima, propter quam & nos plorare deberemus, conspiciunt enim eum reuerẽter, & considerantes Deũ ac Dominum suum, & totius mundi creatorem, *qui dat escam omni carni*, sic humiliatum, & sustentatione cibi corporalis indigentem, & comedentem sicut ceteros de populo, mouentur cõpassione super eo. Et credo quòd si corde affectuoso in hoc statu eum respiceres, & eum aliqualiter diligeres, ex ualida compassione plorares. Tandem sustentatione cibi percepta, & gratiarum actione reddita, Dominus Iesus volens ad matrem redire, cœpit de monte descendere. Conspice etiam nunc bene eum, quomodo solus uadit nudis pedibus Dominus omnium, & ei uehementer compatere, & nalde semper cum eo, seruiens ipsi in omnibus studiosè.

Pſal. 135.

Chryſoſt. hom. 13. in Matth. — *Cur poſt uictoriam apparuerunt Angeli.* — *Miniſtratũ Chriſto ab Angelis.* — *Eſca qua in deſerto refectus eſt Dominus.* — *Matth. 11.* *Ioan. 4.* — *Danie. 14.*

ORATIO.

BONE Iesu, qui ductus in desertò à spiritu, ieiunans quadraginta diebus & noctibus, & postea esuriens tentatorem tuum superasti: da mihi misericors per uirtutem abstinentiæ & continentiæ ieiunare à uitijs & peccatis: esurire & sitire iustitiã, & ut tentatorem meum, immo tentatores meos, mundum, carnem, diabolum, Deus tua gratia, Deus tuo auxilio ualeam superare: & quia tentatio est uita nostra, & miseria super terram: memento Domine nostræ miseriæ ac laboris, & da nobis in tentatione non cadere, sed per tuam tentationem semper uincere, & tandem ab omnibus tentationibus misericorditer liberari. Amen.

Iob. 2.

De testimonio Ioannis de Christo Dei agno.
Cap. XXIII.



ALTERA autem die post regressum à deserto uenit Iesus ad Iordanem, quem *Ioannes uidens ad se uenientem*, ostendit eum digito, & exclamauit dicens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Vbi tangitur testimonium Ioannis de Christo dupliciter. Primò, quantum ad eius ueram humanitatem, in qua pro nobis immolatus est, cùm dicitur: *Ecce agnus Dei*, id est à Deo missus, vt hostia acceptissima immolãdus. Secundò, quantum ad eius diuinitatem, cùm subditur: *qui tollit peccata mundi*: quia tollere peccata, est proprium ipsius Dei. Hæc quippe est causa qua uenit, ut pereuntis mundi peccata susc ipiens, peccati labem & omnium mortẽ in se, qui uinci non posset, aboleret. Iam uenerat, & non agnoscebatur, sed nũc demonstratur. Ecce est hic quẽ desiderauerũt Patriarchæ, quem prænunciauerunt Prophetæ, quem præsignauit lex, *Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi*, ac si

Ioan. 1. Teſtimonium Ioannis de Chriſto.

diceret : Ecce innocens inter peccatores, iustus inter reprobos, pius inter impios : in quo nullum peccatum potuit inueniri, & ideo potens est tollere peccata mundi, unde sicut agnus oblatus est pro peccatis populorum, quia in eo est gratia, & virtus purgatiua peccatorum. Specialiter autem inter cætera animalia quæ in lege offerri consueuerunt Christũ, agnum nominauit, quia licet alia animalia immolarentur in lege, ut bos, uitulus, capra, &c. tamen Christus magis & potius vocatur agnus, quàm cætera animaliũ immolaticia.

Agnus cur dictus Christus.

Primò, quia inter omnes figuras ueteris testamenti, agnus Paschalis expressius figurabat Christum innocentem immolãdum, quia ille Paschalis agnus erat sine macula, & per eius immolationem filij Israel liberati sunt à seruitute Aegyptiaca.

Exod. 12.

Sic & Christus erat sine peccato, & per eius passionem liberati sumus à seruitute diabolica, & non solũ propter innocentiam, sed & propter simplicitatem Christus dictus est agnus : quia sicut agnus ad victimam ductus est, & non aperuit os suum. Secundò, quia licet alia fierent sacrificia in templo certis temporibus, unum tamen erat quotidianum in quo iugiter vnus agnus manè, & alius vesperè offerebatur, nec hoc mutabatur vnquam, sed tanquam principale obseruabatur, alia erãt ex adiuncto & tempore determinato. Hoc ergo iuge sacrificium quod figurabat perpetuitatem beatitudinis fiebat de agno : sic & Christus nostra perpetua beatitudo est.

Agnus ab agnitione dicitur.

Agnus etiã dicitur ab agnitione, siue ab agnoscendo, quia agnouit patrem, factus ei usque ad mortem obediens, & agnouit matrem curam eius discipulo committens. Agnus dicitur etiam à pietate, qua tollit peccata mundi, non semel tantum, sed & quotidie: vnde Theophilus nõ dixit qui tollet, sed qui tollit: quasi semper hoc faciente ipso.

Theophilus in eum locum.

Non enim tunc solum tulit cùm passus est, sed ex illo tempore usque ad præsens tollit nõ semper crucifixus. Vnam enim pro peccatis obtulit oblationẽ, sed semper purgans per illam: Hæc Theophilus. Tollit enim peccata satisfaciendo & lauando nos à peccatis in sanguine suo, & præter hæc dimittendo quotidie quæ facta sunt, & adiuuando ne fiãt, & omnino liberando, scilicet perducendo ad uitam ubi omnino fieri non possunt.

Lauat nos agnus in sanguine suo.

Non solum autem lauit nos quando sanguinem dedit pro nobis, uel quando baptizamur in mysterio passionis illius : uerumetiam quotidie lauat nos in sanguine suo, cùm eiusdem benedictæ passionis memoria ad altare replicatur, cùm panis & vini creatura in sacramentum carnis & sanguinis eius ineffabili spiritus sanctificatione transfertur, cùm sanctissimo eius corpore & sanguine satiamur. Propter duo uerò aliorum trium, scilicet pro dimittendo & adiuuando dicimus in missa bis, Agnus Dei miserere nobis : propter tertium dicimus, da nobis pacem. O agne Dei agnosce me miserum inter oues à dextris tuis ponendas, sed prius dimitte mihi peccata & offensas, ut me melius inter tuas oues agnoscas.

Chrysost. hom. 16. in Ioannem. Cur ad Ioãnem rediit iterum.

Secundum Chrysostomum, Iesus nunc secundò post baptismũ uenit ad Ioannem, duplici de causa. Prima, quia illud erat baptisma pœnitentiæ, & ipse eum cum multis baptizauerat, ut nullus suspicetur, & putet quoniam ipse tali proposito & ex eadem causa ex qua & alij ad Ioannem & Iordanem uenerant, puta ut peccata confessurus : aut in pœnitentiam in flumine abluendus. Propterea accedit dans Ioanni occasionem corrigendi hanc suspitionem quam Ioannes per uerba correxit, agnum ac redemptorem uocando, ab omni quod in toto orbe erat peccato. Etenim dicendo : *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*: omnem hanc peremit suspicionem, quia enim purus erat, ut aliorum peccata absoluere, & cuncta humani generis peccata delere posset: multo magis absque omni erat ipse delicto, & ideo manifestum est quoniam non ut peccata confiteretur, uel in pœnitentiam ablueretur accessit: sed ut occasionem daret Ioanni loquendi de ipso. Secunda causa, ut hi qui priora audierant, certius reciperent quæ dicta erãt, & alia rursus audirent. Vnde subiungit: *Hic est de quo dixi*, antequam ad baptismum ueniret, *post me uenit uir*, virens in uirtute & gratia, & ætate perfecta, *qui ante me & factus est*, dignitate: quia prior me erat, æternitate *& ego nesciebam eum*, quantum ad personã determinatam ante suum ad me aduentum, *sed ut manifestetur in Israel*, id est, ipsi Israel, *propterea ueni ego in aqua baptizans*, & pœnitentiam prædicans : ideo inquit, desertum & solitudinem reliqui, & ad planiciem descendens baptizare cœpi, ut manifestarem eũ populo undique ad me confluenti, totum enim officium Ioannis in baptizando & prædicando erat ordinatum, ad manifestationem Christi, ad testimoniũ de eo perhibendum, unde fuit sibi præceptum à Domino, ut baptizaret, in nomine uenturi, & prædicaret eius aduentum, & ppræpararet populum ad eum recipiendum : & ferebat Ioannes de Christo pluries testimonium, ut efficacius esset pluries latum. Deinde ergo rursus testimonium perhibet dicens, quia uidi Spiritum sanctum descendentem quasi, & verè columbam de cœlo, & mansit, ac sedit super eum, hoc fuit quando Ioannes eum baptizauit. In eo mansit Spiritus sanctus, etiam ex quo conceptus est, non solum baptizatus, in alijs uerò quandoque uenit, & per peccatum recedit.

Chrysost. hom. 4. operis imperf.

Vnde Chrysostomus, In Christo Spiritus sanctus descendit, & permansit : cæterũ in hominibus descendit quidem, sed non permanet, quando enim irascimur, quando detrahimus, quando tristitiam habemus quæ ducit ad mortem, quando cogitamus ea quæ carnis sunt, putamus quia Spiritus sanctus non permanet in nobis. Si quãdo ergo boni aliquid cogitamus, sciamus quia Spiritus sanctus habitat in nobis. Si uerò aliquid mali, signum est quòd Spiritus sanctus recessit à nobis: Hæc Chrysost.

Spiritus pro aere.

Quandiu spiritus manet inclusus in corpore, quamuis corpus illud sit in aqua, bene potest fluctibus & undis agitari, nunquam tamen submergitur, sed semper supernatat, & fluctuat, si autẽ per aliquã partem sui aqua subintrat, tũc spiritus exit & corpus submergitur & perit. Sic illi qui sunt in aquis mundi, ac diuitiarũ & deliciarum temporalium, si habent inclusum spiritũ per amorem Dei & proximi, licet agitentur à fluctibus tentationũ & tribulationum, nunquam tamen submerguntur, ad hoc autem ut bene custodiant spiritum istum, requiritur quòd habeant sensus clausos ad terrena & mundi delectabilia: quia in uase bene clauso nunquã aqua intrabit, nec etiam per consequens spiritus de eo exibit. Deinde iterum subiungit, & ego nesciebã eum: secundum Chrysost.

Chrysost. hom. 16. in Ioannem.

Nesciebat eum facialiter antequam ad baptismum ueniret: quia extra paternam domum in deserto conuersatus, personaliter eum ante tempus quo uenit ad Iordanem, non nouerat, licet nouisset Dominum Christum natum de virgine, qui in Spiritu sancto baptizare debebat : sed cùm Christus præsentialiter accessit ad baptismum diuina reuelatione nouit eum, quem prius facialiter non nouerat.

Christum quomodo Ioannes nesciuit. Augu. tractatu 4. in Ioannem.

August. autem refert,

refert, Nesciebat ad potestatem excellentiæ in baptismo, quam Christus sibi retinuit, ac per seipsum exercere & non alteri committere uoluit, quia nesciabat quòd hanc excellenriam in baptizãdo sibi retineret. Vnde postea subditur, hic est qui baptizat: scilicet solus, quantum ad istam excellentiam.

Baptizandi potentia multiplex.

Vbi notandum, quòd potentia baptizandi multiplex est. Prima est authoritatis, quam Deus nulli communicauit nec communicare potuit: sicut nec potentiam creandi. Secunda est subauthoritatis, quam potuit dare secundũ magistrum, sed noluit, sed alij dicunt quòd non potuit, quia implicat potentiam creandi, scilicet gratiã. Tertia est innouationis quam dare potuit, nam posset Deus, si uellet, quòd baptismus daretur in nomine sãcti Petri, aut sancti Pauli, sed hoc noluit, ne spem in homine poneremus: & ne fieret schisma, & tot essent baptismi quot Baptistæ. Quarta est excellentiæ, puta quòd unus baptizaret efficacius alio, quod etiam nemini est concessum. Quinta est institutionis, quã habuit Christus solus qui hoc sacramentum instituit. Sexta est præparationis, quam habuit Ioannes, cuius baptismus erat quædam præparatio & significatio futuri. Septima est ministerij exterioris, quam dedit Ecclesiæ ministris. Nesciebat igitur eum tam altè tam subtiliter quem spiritu in eo descendente cognouit. Tunc enim didicit quòd sicut aliorum sacramentorum, sic & baptismi sui potestatẽ Dominus esset sibi retenturus, & nulli eám seruo daturus.

Chrysost. hom. 16. in Ioannem. Augustin. ibidem.

Sic ergo Christo ueniente ad baptismum, didicit secundum Chrysost. quòd iste in persona ille erat, quem prædicauerat venturum : secundum Aug. uerò didicit quòd haberet in baptismo potestatem authoritatis & excellẽtiæ, quã sibi retineret: siue præsens ĩ terra corpore, siue absens corpore, & præsẽs maiestate. Quòd ergo Christus potestatẽ baptismi retineret, hoc Ioãnes nesciuit, sed ꝑ colũbam didicit: vnde subditur: *Sed qui misit me*, scilicet Deus & tota trinitas, cuius opera sũt indiuisa, *baptizare in aqua*, non in spiritu, *ille etiam mihi dixit*, per subiectam creaturam: scilicet Angelum uel inspirationem. *Super quem*, inter multos quos baptizabis, *uideris spiritum Dei descendentem & manentem super eum*, in signo uisibili columbę, *hic* solus *est qui baptizat*, authoritate & potestate, *in Spiritu sancto*, scilicet in remissionem peccatorum, quæ est per Spiritũ sanctum, quod est proprium ipsius Dei: scilicet lauare animas per gratiam Spiritus sancti, aliis uerò non potestatem contulit, sed ministerium commisit.

Baptismus à quocũque datus ualet. Minister baptismi quis. Beda ĩ c. 3. Ioannis.

Minister enim ministrat sed Christus baptizat: quapropter siue à clericis, siue à laicis, siue etiam à mulieribus necessitate imminente baptismus detur, non tamen iteratur. Et secundum Bedam, siue hæreticus, siue schimaticus, siue facinorosus, quisque in confessione sanctæ trinitatis baptizetur valet, & non debet ille à catholicis rebaptizari, ne confessio uel inuocatio tãti nominis uideatur annullari: potestas quidem à Domino in neminem trãsit, sed ministerium in bonos & malos.

Non est abhorrendum malorum ministeriũ.

Ne quis ergo exhorreat malorum ministerium, respiciat in Domini potestatem, ueritas enim sacramentorum nõ minuitur merito ministrorum. Et subiungit, *ego uidi*: scilicet Spiritum sanctum prædicto modo descendentem super Iesum, *& testimonium perhibui: quia hic est filius Dei*, unicus, nõ adoptatus. In quo ostenditur quid Baptista ex hac uisione intellexerit, scilicet, quòd Christus esset filius Dei verus & naturalis, & per consequens eandem uirtutẽ habens cum patre. Hîc testatur Dei filium, quem iam suprà dixerat uirũ, ut ab eo habeatur utriusq; naturæ testimonium.

Testimonium quadruplex de Domino.

Quadripartitum autem habuit Dominus testimonium : habuit enim testimonium à Prophetis, quia hic esset Christus: habuit testimoniũ Ioãnis, Ecce agnus Dei: habuit testimonium patris, Hic est filius meus dilectus. Habuit & testimoniũ operũ, si non facio opera quæ nemo, &c. Meditari hîc potes quomodo Dominus Iesus à Ioanne alacriter susceptus ibi aliquãtulum substitit, & illa cruda eremi cibaria comedit cũ eo. tu verò astans ibidem & aspiciens, extende manũ sicut mendicus eleemosynam petens, insinua quasi tabefactus famẽ si fortè uocari merearis ad refectionem. Tãdem recreatione habita & gratiarum actione peracta, dominus Ioanni ualefecit, & ad tempus ab eo discessit, tunc autem sequẽs Iesum, & in aduentu, & in discessu genu flecte Ioanni, deosculans pedes eius, ac benedictionem petens recommenda te eidem, excellens enim & magnus est valde, ipso etiam Domino testimonium de hoc perhibẽte.

ORATIO.

DOMINE *Deus agnus Dei, filius patris: qui tollis peccata mundi per merita illius qui hoc testimonio te ostendit mundo, tolle peccata mundi quæ contraxi in mundo: & tu sancte Ioannes, qui ostendisti mundo tollentem peccata sua per gratiam tibi datam, fac mihi hanc misericordiã ut tollat peccata mea. Tu Deus tollis peccata mundi: tu amice eius dicis, hic tollit peccata mundi, ecce ante uos onustus peccatis mundi, proba te mihi in me tu actum tuum, & tu dictum tuum: tu enim magnus Dominus, & tu magnus coram Domino, qui est in æternum misericors, & super omnia benedictus Deus.*

De testimonio Ioannis de Christo. Ac de prima discipulorum vocatione, & occulta Christi prædicatione. Cap. XXIIII.



ADHVC autem Iesu in partibus illis manente, *altera*, id est, quadam alia seu una *die* quæ ad hesternam non refertur : nõ enim semper respectiuè ponitur, *iterum stabat Ioannes*, iuxta Iordanem immobilis in culmine perfectionis, nec flectens se à rectitudine ueritatis, tanquam paratus ad exercẽdum officium suum, testificando de Christo, ac baptizando, & docendo, & omnes ad se ueniens de ipso instruendo. Suprà quidem perhibuit testimonium de Christo ad turbas, hîc uerò ad discipulos. *Et stabant cum eo, ex discipulis eius duo*, firmiter inhærentes eius magisterio

Ioannis. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Andreas.

sterio, quorum unus Andreas memoratur: sed alterius, quia insigne non erat, nomen tacetur. Vnde sicut Stephanus est primus martyr post Christum, ita & Andreas erat primus Christianus, & similiter primus Christi discipulus, quia de duobus primò adhærentibus principalis extitit & primus. Quidam tamen dicunt, quòd alter duorum fuit Ioannes Euangelista, quia modus est scribentium, tacere laudem propriã, uel saltem loqui de se, tãquam de alio, ad uitãdam arrogantiam. Et uidit Ioannes *Iesum ambulantem*, tãquã in salute nostra procurãda proficiscentẽ *iuxta Iordanem*, scilicet prope locum ubi Ioannes stabat, quia Iesus postq̃ à Ioanne est baptizatus, ad tempus prope locum illum morabatur, & factus est Ioanni familiaris, ut sic Ioãnes frequẽter testimonium in sui præsentia diceret, & sic Christus ab alijs cognosceretur. In quo cõmendatur Ioannis constantia, quia non una die, nec semel tantum, sed pluribus diebus, & multotiens, Christo perhibebat testimoniũ. Vnde subditur eius testimoniũ iteratò factũ: quia cùm uiderat Iesũ, dixit: *Ecce agnus Dei.* Ecce ueruex qui sequendus est, sicut dux gregis. Breuiter repetit Euãgelista testimoniũ, quod fuerat superius dictum: & ideo omittit residuum q̃ suprà dictum est: scilicet, *qui tollit peccata mundi*, sicut suprà est habitum. Per Ioannem, prædicator Euãgelij designatur. Et p hoc quod dicitur, Hic stabat, & vidit Iesum ambulãtẽ, & dicit, Ecce agnus Dei: significatur q̃ prædicator Euangelij debet esse constans in prædicatione uerbi Dei, & diligenter cõsiderare processum vitæ Christi, & non solum considerare, sed etiã prædicare: & audientes debent deuotè recipere talem prædicationẽ, & dominus Iesus ad tales conuertitur per clementiã, & recipit per gratiã, & eos instruit de necessarijs ad salutẽ: unde subditur fructus testimonij. Et audientes illi duo discipuli, crediderunt magistro loquenti, ac cõmendanti Iesum, & de eo testimoniũ perhibenti. *& secuti sunt Iesum*, ad uerbũ Ioannis, ut potius illum audirent quàm Ioannẽ, gaudentes se tandẽ inuenisse illum, de quo totiẽs Ioannem audierant loquentẽ. Relinquentes Ioannẽ, secuti sunt, non tantum passibus pedũ, se ctiam deuotione fidei & imitatione operum, eum quẽ ipsius testimonio cognouerunt, ipsius quoq; Ioannis esse magistrum, desiderantes ei adhærere, & eius doctrinam audire. Admirare simplicẽ, & humilem, & facilem discipulorum uocationẽ, sine omni obiectione & perscrutatione factam. Benignus autem Dominus, sitiẽs eorũ & omnium salutem *conuersus ad eos*, ex sua benignitate, qui semper conuertitur ad eos qui ad se conuertuntur, & recipit uenientes, uidensq; oculis misericordiæ & benignitatis, eos se sequẽtes, ut daret eis de se fiduciam & audaciã, *dixit eis: Quid quæritis?* q. d. paratus sum ad uestrã uoluntatem. Non dicit, quẽ quæritis? quia de persona, illuminati per Ioannẽ erant: sed dicit, quid quæritis? quia sciuit q̃ de salute aliquid discere quærebant. Nec petiit hoc ex ignorantia, ut aliquid discat: sed ut per interrogationem, magis familiares faciat, & ut ex eorũ responsione, cõuenientius eos dirigat. Quòd Dominus ad eos cõuertitur, quòd eos respicit, & cum eis loquitur, clementiæ & bonæ uoluntatis est indicium, sciebat enim quo affectu sequebantur eum. In quo datur nobis intelligi, quòd omnibus qui Christum sequi incipiunt puro corde, dat fiduciam & spem misericordiæ, & ad eos se cõuertit, ut opem misericordiæ suæ eis impendat. Vnde Chrysostomo. Hinc erudimur, quia cùm nos bene velle incœperimus, tunc multas dat nobis salutis occasiones. Vnde & Theophilus: Videautem quòd sequentibus se, Dominus conuertit faciem, & respexit: quia nisi per bonam operationem, ipsum secutus fueris, ad uisionem facici eius, nunquam pertingens, neque ad domum eius poteris peruenire. *Qui dixerunt ei, Rabi*, id est magister *ubi habitas?* q. d. magisterium tuũ & doctrinam tuam quærimus. Ecce paucis uoluntatem suam, & cur eum sequerentur, insinuant: sapienti enim multa ex paucis innotescunt. *Vbi habitas?* q. d. Vbi est hospitium tuum, ubi tanquam qui transeunt conuersaris? De hospitiolo quærunt, non de domo eius, quam non habebat, quia filius hominis non habebat ubi caput suum reclinare. Nihil habuit Dominus in terra, præter unicum titulum Pilati: & nobis plures tituli nõ sufficiunt. Moraliter, Christum interrogant, ubi habitas: quasi uellent scire, quales debent esse homines, qui digni sunt, ut Christus in eis habitet: ut exemplo eorum, se tales exhibeant, in quibus habitare uelit. Mysticè autem delectabilis est ista quæstio, cõtemplantium lucem, in qua Deus habitat. Vnde Psalm. *Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ.* Quærebant ergo habitationẽ eius, sicut studiosi discipuli, ut possent ad eum frequenter uenire, & cum eo frequenter loqui, & ab eo instrui. Vnde Beda: Nolebant trãsitoriè magisterio ueritatis perfrui, sed mansionem quærebãt, ut plenius ab eo possent instrui, sed nos quotiens incarnationis Christi transitum ad mẽtem reducimus, solicito corde eum rogemus, ut mansionis æternæ, habitationem nobis dignetur ostendere. Ipse uerò, liberaliter condescendens eorum petitioni, respõdit eis. *Venite, & videte.* uenite testimonio Ioannis, ab onere legis, ad fontem gratię: & uidete, reuelata fide, tandem uisuri specie, quasi dicat secundum Alchuinum, Habitaculum meum, explicari non potest sermone sed opere demonstratur: uenite ergo credendo & bene operando, & uidete intelligendo. Vel secũdum Origenẽ, per hoc quod dicit, *venite*, ad actionem inuitat, per hoc autem quod dicit, *videte*, ad contemplationem. Non dixit, in illo uel in illo loco habito: quod si dixisset, potius locum ostendere, quàm eos inuitare uideretur. Et duxit eos in domũ, in quã tunc in partibus illis se reducebat, quia proprium habitaculum non habebat, *& manserunt ibi apud eum die illo*, id est, diei illius residuo, & sequentis suæ noctis spatio, audientes uerba uitæ ab eo. Dicit autem die, quia ubi est Christus, lux uirtutum & sol iustitiæ, ibi nullæ tenebræ possunt esse. O quàm beatam diem, & quàm beatam noctem duxerunt, audientes & uidentes eum: quem multi uidere & audire uolentes, non uiderunt neq; audierunt? Quis est qui nobis nunciet, quæ audierunt à Domino? Aedificemus ergo & nos in corde nostro, ubi habitet, & ĩ nobismetipsis faciamus domũ quò ueniat, & nobis colloquatur, & nos doceat. *Hora autem erat quasi decima*, id est, prope uesperam, ubi insinuat cõmendationẽ Christi, & discipulorũ. Hora enim decima est in occasu diei, ex quo & Christus cõmendatur à diligẽtia, q̃ tam studiosus ad docendũ fuit, q̃ nec propter tẽporis tarditatẽ, eos docere distulit: & discipuli cõmendãtur, à feruore audiendi Christum: quia quamuis tarde esset, & adhuc fortè ieiunarent, non tamen retardabantur à sequendo eum, & cùm hora uespertina soleant homines reuerti ad domicilia propria: tamen omnibus dimissis, manserunt cum eo usq; in crastinum, desiderio audiendi ipsum, secundum Chryso. Hinc docemur omne tempus ponere ad diuinam auditionem: quia omne

Vocatio discipulorum Christi.

Conuersio Domini ad sequentes.

Chryso. ho. 17. in Ioannem.

Theophilus in eum locum.

Matth. 8.

Moraliter.

Pſal. 27.

Cur habitationem quæ rebant.

Venite, & videte.

Origenes in Ioannẽ c. 3.

Chryſoſto. homo. 17. in Ioannẽ.

Theophil. in eũ locũ.

Tẽpus nullum præter mittendũ.

omne tempus, ad eam aptum est, & nullum intemporaneum. Vnde & Theophilus: Non frustra tempus notauit Euangelista, ut tam doctores, quàm discipulos erudiret, quòd doctrina propter tempus non est prætermittenda: Hæc Theo. Horum igitur exemplo, nullam horam prætermittamus, ad disponendum nos, ut Christum recipiamus, & cũ eo habitemus, quia nescimus quãdo Dominus, siue in nocte, siue in die, siue in manè, siue in serò, siue in gallicantu uenturus sit, iuxta mare huius mundi, iudicare, & damnare amaritudinem peccatorum quæ fecimus. Quæramus ergo in nocte culpæ, ubi Christus habitet, sequamur eum per ueram pœnitentiam, ut nos clementer respiciat, rogemus eum sollicito corde, ut habitationem mansionis æternæ nobis dignetur ostendere, & ut nos secum habitare faciat, in cuius domo beati qui habitant. Per decimã etiam horam, exprimuntur illi discipuli fuisse obseruatores decalogi, quia uenerat hora ipsum implendi. Vnde & Augustinus, Numerus etiam iste, legem significat, quia in decem præceptis data est. Venerat tẽpus ut impleretur lex per dilectionem, quæ à Iudæis impleri non poterat, per timorem, secundum Chryso. Non alterius alicuius causa uel gratia, Christum secuti sunt, quàm propter doctrinam: qua ita copiosè uoluptati sunt in nocte una, ut confestim alteruter, & ad aliorum uenationem ueniret. Vnde Andreas, audita Christi doctrina statim iuit ad quærendum fratrem suum, ad audiendum Iesum Christũ. Et hoc ẽ quod sequitur, *Inuenit hic*, scilicet Andreas, *primùm Simeonem fratrem suum*, cui ex cognatione carnis plus tenebatur quàm alijs: non inuenit eum à casu, sed diligenter quæsitum, desiderans eum habere fratrem in religione fidei, sicut & in propinquitate carnali. Contra illos qui proprios amicos retrahunt ab ingressu religionis, uel aliquos à uia ueritatis, & uirtutis: *& dixit ei inuenimus*, sicut lapidem preciosum, & sicut thesaurum absconditũ *Messiam*, in lege & Prophetis promissum, ac diu expectatum & quæsitum, *quod est interpretatum Christus*, id est unctus. Et bene dicit inuenimus, quia sufficienter fuerat à Christo instructus, quòd ipse erat uerè Christus. Et ut dicit Beda, hoc est uerè Dominum inuenire, uera illius dilectione feruere, fraternæ quoque salutis curã gerere. Messias Hebraicè, Christus Græcè, & unctus Latinè dicitur. Christus enim, à chrismate, id est unctus ab unctione dicitur, à quo omnes Christiani unguuntur. Ille autem singulariter unctus est, oleo inuisibili, scilicet, Spiritus sancti, præ participibus suis. Participes enim eius sunt omnes sancti, quia isto oleo unguuntur & ipsi, sed ille est singulariter sanctus, singulariter unctus. Vnde Cirillus: Fuit autem unctus saluator, Spiritu sancto, humanitus in forma serui, ungens ut Deus Spiritu sancto, credentes in eum. Christus ergo est rex & sacerdos unctus, non unctione humana sed diuina, quia in humanitate pro nobis assumpta, fuit unctus à Deo patre, imò à tota trinitate, plenitudine gratiæ, sicut reges & sacerdotes in ueteri testamẽto ungebantur corporali unctione, ut dicit Albinus. In fide non quæritur annorum multitudo, nec paucitas. Andreas minor erat Simone, ætate: & tamen Iesum primò inuenit, statimque inuentum nunciat fratri, traditurus ei bona quæ susceperit: ut sicut sanguine, sic germanus esset & fide: uera pietas, statim thesaurum inuentum fratri nunciauit, quia eum primùm inuenit, & si alium prius inuenisset, ei nunciasset, &

Decima hora significatio.

Auguſtin. tractatu 7. in Ioannẽ.

Chryſoſto. homel. 17. in Ioannẽ.

Meſſias.

Beda in homiliã S. Andreæ.

De inuentione Domini & unctione eius.

Chriſtus rex & ſacerdos.

ad saluatorem eũ adduxisset, nullius enim bono inuidit. *Et adduxit eum ad Iesum*, id est, saluatorem: quia non confidebat de se, quòd possent eum sufficienter instruere. Et ex hoc accepit Ecclesia, quòd in sacramento baptismi & confirmationis, utitur adducentibus, qui præsentent susciptentes sacramentum, qui patrini solent uocari. Iesus uerò alacriter eum suscepit, sciebat enim quid de ipso facturus esset. Vide hîc Petri humilitatem & obedientia, quia non dedignatur maior sequi minorem, sed confestim occurrit, & nihil tardans obedit. *Intuitus autem eum Iesus*, oculo misericordiæ, non solum exterius, sed & interius, uidens deuotionem eius, quia cor intuetur, *dixit ei: Tu es Simon*, id est uerè obediens. q. d. nomen tuum est proprietati tuæ cõsonum *filius Ioanna*, seu Bar-iona, id est eius in quo est gratia, seu filius colũbæ. q. d. hoc cognomen consonat tuo nomini, quia ille qui est uerè obediens, est filius gratiæ Spiritus sancti, quæ per columbam designatur. Meritò Simon filius Ioanna seu Bar-iona dicitur, siue uocatur. Simon enim interpretatur obediens. Ioãna, gratia: Bar, filius: & Iona, columba: quasi ei diceret: Tu es obediens filius gratiæ. Vel filius columbæ, id est Spiritus sancti, quia humilitatem de gratia Spiritus sancti accepisti, ut uocante Andrea, uidere me desiderares. Congruunt ergo hæc nomina mysterio ut insinuetur q̃ obedientia necessaria est conuersis ad Christum per fidem: & q̃ homines per gratiam ueniunt ad fidem Christi: & quòd per Spiritum sanctum, firmamur in amore Dei. *Tu uocaberis Cephas*, quòd Latinè interpretatur Petrus, & in Græco caput uel capitaneus. Et congruit mysterio, ut ille qui debeat aliorũ esse caput & Christi uicarius, firmitatem habeat, quã designat Petrus. Simon quippè erat nomen eius, ante uocationem & conuersionẽ, sed pòst impositum fuit sibi nomen Petrus. Sicut etiam quando baptizatur adultus, & quando aliquis in Papam est creatus, mutatur nomen eius. Simon ergo, est proprium nomen. Petrus uerò, est cognomen. Bar-iona, est Hebræum, & sonat filius Iona. Sed secundum alium Euangelistam, dicitur filius Ioanna, quia secundum quosdam, idem erat nomen patris Iona & Ioanna. Aliqualiter tamen, propter subtractionem unius syllabæ, diuersificatum sicut in Latino, Nicolaus, pro colinus. Vel dicendum quòd pater Petri, erat binomius, & sic Iona & Ioanna sunt duo nomina: & hoc uidetur ex eorum interpretatione diuersa, quia Ioanna interpretatur in quo gratia, & Iona interpretatur columba. Cephas Hebræum est & Syrum. Petrus Græcum & Latinum, & in utraque lingua nomen Petri, à petra est deriuatum. Vocatur enim Petrus, quod interpretatur firmus, ob robur mentis, & firmitatem fidei, & propter fidelem cõfessionem Christi, qua dixit: Tu es Christus filius Dei uiui: cui tanquam fidelissimæ petræ, firmiter adhæsit, utrum autem hoc nomen modo ei impositum, an promisit imponẽdum, est incertum. Tutius tamen dici potest quòd modo promisit: quia cùm dicitur uocaberis, non impositio est, sed prædictio, quasi de futura nominis impositione loquendo: & tunc imposuit, cùm dixit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meã.* Vel in electione duodecim, ubi dicitur: Et imposuit Simoni nomen Petrus: sicut & claues ante resurrectionem promisit, sed post dedit. Si uerò nomen modo imposuit, tunc in sequentibus confirmauit: sic hi prædicti discipuli, primò ad fidem uocati, in ali-

Patrinorũ origo.

Simon. Ioanna. Barionæ.

Cephas, Petrus interpretatur.

Nominis mutatio.

Petrus.

Matth. 16

Matth. 16. Marc. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

aliqualem notitiam, & familiaritatem Iesu uenerũt, & deinde ad propria redierunt. *In crastinum autem,* post Petri & Andreæ uocationem, *uolens Iesus,* de Iudæa largè dicta, vbi Ioannes baptizabat, *redire in Galilæam,* de qua patria discipulos uocauit, & ad matrem quam ibi reliquerat, *inuenit Philippum,* qui erat de Bethsaida ciuitate, supra mare Galileæ, conciuis Petri & Andreæ. Et hoc congruit mysterio. Bethsaida enim domus uenatorum interpretatur: ut ostendat quòd de domo uenatorum, congruè uenatores, ad capiendas animas, ad uitam uocaret: non à casu, uel quasi ignotum, sed ex sua præordinatione, & ex intentione quæsitum inuenit eum, ut eum illuminaret, & ad fidem uocaret. Vnde sequitur *& dixit ei: Sequere me,* hoc est doctrinam & exemplum imitare, ut dicit Alchuinus. Sequitur eum qui imitatur humilitatem & pasionẽ eius, ut sit socius resurrectionis & ascensionis: qui statim sine ulla cõtradictione, sicut bonus obediens, secutus est eũ. Secundum hæc dicta, primus omnium Apostolorum Philippus uidetur esse uocatus. Hi quatuor prędicti scilicet Andreas, & alter cuius nomen tacetur, ac Petrus & Pihilippus, fuerunt discipuli Ioannis: qui uidentes quòd Ioannes, de Iesu testimonium dederat, coniuncti sunt ei. Philippus autem à Christo instructus, iuit ad quærendum Nathanaelem fratrem suum, desiderans eum habere fratrem in fide, sicut in carne: & inuenit eum sub ficu, non casu, sed diligenter quæsitum, *& dixit ei: Quem scripsit Moyses in lege, & prophetæ nunciauerunt, inuenimus,* diu expectatum, *Iesum,* salutis authorem, *filium Ioseph,* scilicet putatiuum, *à Nazareth,* quia ibi conceptus & nutritus erat. Et quia de eo per prophetas audierat, quoniam Nazaræus uocabitur, Philippus secundum communem modum loquẽdi, loquitur: quia filius Ioseph, cui desponsata mater eius erat putabatur. Et miratus Nathanael, ꝗ de Galileą, non de Iudæa surgeret propheta: Et quia scriptura Micheæ dixerat, Christũ in Bethlehem nasciturũ, ait negatiuè & dubitatiuè: secundũ Chrys. *A Nazareth potest aliquid boni esse?* quasi diceret, nõ. Vel quia iste legisperitus, legerat in propheta alio Nazaręus uocabitur: & signa Domini aduentus fortè notauerat, quando audiuit, à Nazareth statim erectus in spe dicere uolebat, secundum August. Affirmatiuè & assertiuè nunc tandem, à Nazareth potest aliquid boni esse. Et quia Philippus non erat ita perfectè instructus: & ideò duxit eum ad Iesum, ut ab illo plenius audiret, propter quod sequitur: *Dixit ei Philippus: Veni & uide,* id est ab eo addisce, per experimentum uirtutis, quæ est in ipso: & adduxit eum Philippus ad Iesum, ut dicit Chrysost. Trahit quidem eum ad Christum, sciens de reliquo eum non contradicturum: si uerba & doctrinam illius gustauerit. Nathanael interpretatur donum Dei: & quòd aliquis ad Christum conuertitur, ex dono Dei est. Et *uidit Iesus,* intuitu dilectionis, *Nathanaelem ad se uenientem,* & magis intus quàm extra appropinquantem: quia non solum uidit corpus exterius, sed etiam cor ipsius interius: *& dixit de eo,* circunstantibus: *Ecce uerè Israelita,* Deum uidens, *in quo dolus,* & simulatio *non est,* nam sine intentione doli & falsitatis ueniebat ut ueritatem agnosceret: si enim habet peccata, confitetur ea: non igitur negat eum esse peccatorem, sed laudat in eo confessionem. Dolosi quippe sunt, qui se prædicant bonos & iustos, cũ sint mali & peccatores. Magnus iste uir Nathanael: cui ipse

Bethsaida domus uenatorũ interpretatur.
[illegible]
Philippus.
Michea. Chryso. ho. 19. in Ioã. Matt. 2. Iudicũ. 13.
Nathanael donum Dei interpretatur.
Dolosi qui sint.

Dominus tale testimonium perhibet. Israel interpretatur uidens Deum, unde dicitur uerus Israelita. Primò, ex fide, qua iam Deum uidere, & in eum credere incipiebat: quia instructus in lege per fidem & intelligentiam scripturarum, saltem per speculũ, & in ænigmate Deum uidebat. Secundò, ex confessione, quam Christo respondendo faciebat. Videns ergo Nathanael, quòd conditionem suæ mentis expresserat, quæsiuit unde ipsum sciebat, dicens: *Vnde me nosti?* id est, ex qua uirtute, cùm hoc sit supra uirtutem humanitatis. Et Christus respondit ei, per reuelationem alterius occulti, dicens: *Priusquam te Philippus uocaret,* & tibi de me loqueretur, *cum esses sub ficu, uidi,* id est cognoui, *te,* & propositũ cordis tui. Ad literam, sub quadam ficu sederat, fortè cogitans de futuro saluatore: ubi Philippus super ueniens, de Christo cum eo singulariter nullo alio præsente loquebatur. Et ideò propter hoc signũ & præcedens, Nathanael statim confessus est ipsum esse Christum. Vnde sequitur. *Respondit Nathanael, & ait; Rabi, tu es filius Dei, & rex Israel,* id est Christus expectatus ab Israel in regem & defensorẽ. Expectabant enim omnes Iudæi Mesiam temporalem regem futurum: & hoc modo uidetur loqui iste Nathanael: quia non habebat adhuc cognitionem perfectam de Christo: non enim uidetur intellexisse tunc ipsius diuinitatem: quia non dixisset, tu es rex Israel, sed totius mundi, & propterea cùm dixit: Tu es filius Dei, non fuit confessus eius diuinitatem, sed intellexit hanc filiationem, per quandam gratiæ excellentiam. Vnde dicit Chrysost. quòd adhuc credens esse sapientem, qui ex aliqua reuelatione Dei secreta nouerit, confitetur eum esse filium Dei, non per naturam, sed per adoptionis gratiam: quia adhuc non erat plenè illuminatus de fide trinitatis. Alij tamen dicunt quòd hoc ex corde credidit sicut ore confessus fuit: sed primum probabilius est, sicut inferius patebit. Vnde Dominus docet eum amplius, eleuans eum ad maiora, scilicet ad diuinitatis suæ cognitionem, per obsequium angelorum, sibi tanquam superiori exhibendum. Nulla enim natura est supra angelicam, nisi diuina: & hoc est quod dicitur. *Respondit Iesus, & dixit ei: quia dixi tibi, uidi te sub ficu, credis,* me esse Christum, quantum ad excellentiam gratiæ, *maius his uidebis,* cognoscendo uirtutem diuinæ substantiæ. Vnde Chrysosto. quasi dicat. Magnum tibi uisum est hoc esse quod dixi: & propterea me regem Israel confessus es. Quid igitur dices cùm maius uideris? Et quid sit istud maius, ostendit subdens, *Et dixit eis.* s. Philippo, & Nathanaeli. *Amen Amen dico uobis.* Amen, idem est quod fideliter: & ideò ubi duplicatur, est signum maximæ certitudinis & firmitatis. *Videbitis cœlum apertum: & angelos Dei ascendentes & descendentes super filium hominis,* in obsequium deitatis, in humana latentis natura. In pasione enim apparuit angelus de cęlo, confortans eum, & in resurrectione uisi sunt angeli circa sepulchrum eius: & in ascensione astiterunt, tanquam duo uiri, in uestibus albis. Sed & ante hoc, accesserunt, & ministrabant ei, & euangelizabant eius natiuitatem. Vbi Chrysosto. Vide qualiter paulatim eum à terra subducit, & facit quòd non ultrà æstimet eum hominem solum: cui enim angeli ministrant, qualiter hic homo purus esset? per hoc igitur suadet angelorum se esse dominatorem. Hæc Chrysost. Veruntamen, qua iste Nathanael doctissimus & peritissimus erat in lege, noluit eum Dominus,

Israel quid interpretetur.
Expectatio Iudæorũ.
Chryso. ho. 20. in Ioã.
Chryso. ho. 20. in Ioã.
Amen quid est.
Chryso. ho. 20. in Ioã.
Nathanael cur non sit apostolus.

minus, in apostolum cum alijs eligere: nec etiam Nicodemum, de quo infrà dicitur: eo quòd & ipse peritus & doctus esset: ne propter suam scientiam, se electos diceret vel præsumeret. Voluit enim Christus, apostolos primos fundatores ecclesiæ, idiotas & simplices homines eligere: ne doctrina fidei, & prima conuersio hominum humanæ sapientiæ ascriberetur, sed diuinæ. Hoc etiam ideò fecit, ut mundum & sapientes eius confunderet. Fuerunt tamen Nathanael & Nicodemus, à principio ad fidem uocati: ne doctrina fidei, quasi à solis simplicibus recepta, haberetur contemptui: & ne si à principio, omnes fuissent simplices, crederentur per oppositum per ignorantiam decepti. Postquam uerò fides catholica radicata fuit, Paulus ad apostolatum uocatus est, quamuis literatus esset. Per Andreã & Philippum, qui à Christo edocti, de salute fratrũ suorum solliciti fuerunt, significãtur illi, qui proximos suos, quantum bono modo possunt, ad sequelam Christi inducunt. Quod est contra multos, qui non solum non inducunt, sed pro posse auertunt. *Et regressus est Iesus* cũ Philippo, *in Galilæam: & ueniens Nazareth,* ad matrem suam: cũ indicibili gaudio, receptus est per eã. Attende ꝗ post baptismũ, post uictoriã tentationũ Christus rediit Nazareth, quod interpretatur flos: & significat ꝗ homo, quantũcunque lotus sit à peccatis, quantuncumq; tentationes superauerit, uel quæcumque bona fecerit, semper debet se reputare in flore & in principio esse. Et deinceps, per illũ annum, Iesus in Galilæa remansit: nec aliquis euangelista ponit, quid interim usque ad nuptias fecerit. In anno enim à baptismo, usque ad nuptias, nihil aliud legitur Christum fecisse, nisi quod legitur de ieiunio in deserto, & de tentatione à diabolo, & de testimonio Baptistæ, & de discipulorum conuersione.

Luca. 4.
Christi post hanc uocationẽ, quietio.

ORATIO.

O Bone Iesu, redemptor perditorum, saluator redemptorum, spes exulum, pauperum spiritu dulce solatium, laborantium fortitudo, laßorum recreatio, triumphantium corona, supernorum ciuium unica merces & lætitia uera, inclyta proles summi Dei, & fructus sublimis uteri virginalis: fons gratiarum omnium, de cuius plenitudine nos omnes accepimus: in te, ut finem omnium tendens, & sperans, & amans ferar: desiderate Iesu ad te adducar, te sequar: quia tu solus sufficis, tu solus saluas, tu solus bonus & suauis es te quærentibus & diligentibus nomen tuum. Amen.



De mutatione aquæ in uinum. Cap. XXV.

DEINDE anno sequenti, scilicet trigesimoprimo, cœpit Iesus, signis mirificis mũdum illustrare. Et primò approbans coniugium, nuptias intrauit, & aquam in uinum conuertit: quod eadem die qua baptizatus fuit, scilicet anno reuoluto fecit. Dominus sua corporali præsentia, ac nihilominus signorum suorum initio, nuptias quas instituit, tanquam licitas & honestas, honorare & commẽdare uoluit, ne eas hæretici despicere & damnare præsumerent. Vnde Beda: Quia bona est castitas coniugalis, melior cõtinentia uidualis, optima munditia virginalis, ad probandum omnium electionem graduum discernendum: tamen meritum singulorum, ex intemeratæ Marię virginis, utero nasci dignatus est, à prophetico Annæ uiduæ ore mox natus benedicitur, à nuptiarum celebratoribus, iam iuuenis inuitatus, hos præsentia suæ uirtutis honorat. *Die,* itaque, *tertio,* id est tertio ab euangelista nominato post primos duos: quibus Iesus post regressum à deserto ad Ioãnem uenit: quamuis inter eos multi dies fluxerint, *nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ,* id est in quodam uico seu villa prouinciæ Galilææ sic dicta. Quamuis autem dubium sit, cuius nuptiæ fuerunt: tamen nos meditemur eas fuisse Ioannis euangelistæ: sicut in prologo super Ioannem, Hieronymus uidetur affirmare. Quem uolentem nubere, Christus de nuptijs uocauit: & ex tunc Ioannes Christo, propter munditiam continentiæ virginalis, magis familiaris fuit. Hoc etiam uidetur, ex eo quòd Christus non legitur fuisse in nuptijs alijs: & per hoc, *mater Iesu erat ibi,* tanqnam in nuptijs sui nepotis. Non enim est uerisimile, quòd ipsa uenisset, nisi multum sibi attinuisset: sicut iuit ad Elizabeth cognatã suam, nec legitur in tali casu iuisse ad aliã. In ipsis ergo nuptijs, dña nostra fuit, non tanquam extranea inuitata, sed tanquam primogenita, & dignior inter sorores, fuit in domo sororis, quasi in domo sua. Cũ enim soror eius, Maria Salomæ, vxor Zebedæi, uellet facere nuptias filio suo Ioanni, uadens ad dominam nostram in Nazareth, quarto à Chana miliario, intimauit hoc ei: & sic ipsa ante alios uenit ad præparationem nuptiarum. Vnde legitur quòd, *mater Iesu erat ibi,* sed de Iesu & discipulis eius, dicitur quòd fuerunt uocati: qui tamen discipuli, adhuc firmiter non adhærebant: sed sequebantur gratia familiaritatis, imbui cupientes eius doctrina. De Ioseph autem sponso virginis, non fit mentio. Nam quidam dicunt eum tunc mortuum fuisse, & virginem in custodiam filij transisse: quia nec etiam deinceps de eo legitur in euangelio. Quod si nondũ mortuus fuit, tamen in pasione Domini sine dubio mortuus erat: quia uxor illius, alij commendata est. Conspice igitur Dominum Iesum inter alios, sicut unum quemuis de populo comedentem, & humiliter in loco infimo, non inter maiores sedentem. Nam docturus erat in posterum: Cùm inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouisimo loco. Ipse uerò prius cœpit facere, quàm docere. Conspice ẽt dominã obsequiosam, & in cunctis rectè & ordinatè faciendis sollicitam. Cumque prope finẽ conuiuij agnosceret uinum deficere, iuit ad filium, & dixit ad eum. *uinum non habent:* non casu, nec fortuitu accidisse putandum est, ut domino ueniente ad nuptias, uinum deficeret: sed eo magis ut occasio

Ioan. 2.
Nuptiarũ honoratio.
Beda in ho. in dominica 2. post epiphania.
Nuptiæ Ioannis euangelistæ.
Hieronym. in prologo in Ioannẽ.
Ioseph obitus.
Luca. 14.
Actuũ. 1.
Vini defectus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sio miraculi fieret. Vnde intelligens sancta Dei genitrix, iam tempus perfectæ ætatis, quo per miracula seipsum, Deum mundo innotesceret, & non filius Ioseph, sed Dei & Mariæ virginis crederetur, ait, *vinum non habent:* scilicet ad sufficientiã, quasi dicat. Fili mi, uinum hic deficit. Solum insinuat hîc defectum, nihil petens, sciens quòd amanti sufficit solum insinuare necessitatem, absque ulla petitione. Vnde non dicit: Da eis uinum, ut reuerentiã filio seruet, & in liberalitate filij, & misericordia spẽ ponens, tantum defectum proponit. Ex corde enim pijssimo, uoluit præuenire totalem defectum, ne confusio appareret: & ideò inuitauit filium, quem ad hoc potentem sciebat. Plena quippe Spiritu sancto, iam tunc illud miraculum præuidebat, quod filius eius facturus erat. Quod ergo facere cogitabat: hoc illa ut faceret, admonebat, secundum Hieron. congruum est, quòd ubi Deus inuitatur, temporalis uinum iocunditatis deficere debeat: hoc enim vino, sancti nõ delectantur: quia inebriat ad Dei obliuionem, & incendit ad concupiscentiam: nec dubiũ est quin Christus, ad delectantes in uino iocunditatis, nunquam introisset: & ideò congruum est, ut in nuptijs sanctorum deficiat. Respõdit Iesus, *Quid mihi, & tibi est mulieri* quid me molestas? secundum Augusti. Maria mulier dicta est, non corrupta virginitate, sed appellatione gentis suæ. Mulieres enim omnes fœminas illi appellauerunt, proprietate linguæ Hebrææ. Vnde & mulier de Eua virgine, cùm adhuc in paradiso esset, dicitur: *Mulier quam dedisti mihi socium, &c.* secundum Origen. congruè uocat Mariam mulierem, pro sexu & proprietate cordis, per misericordiam emolliti: quoniam misericordia emollita, mollia sensit de nuptijs celebrantibus: qui ex paupertate uini, in proximo manifestanda uerecundati fuissent: & addidit: *Nondum uenit hora mea*, id est, nondum uini defectum sentiunt, qui assunt: sine ergo eos primùm hoc sentire: quia cùm necessitatem cognouerint, magis reputabunt beneficiũ quod recipiunt. Nam secundum Chrysostomum, Beata virgo, ex pietate mota, uoluit præoccupare tempus debitum, faciendi miraculum. Et quia istud miraculum, inter miracula Christi erat primum, & ad confirmationem discipulorum: ideò debuit esse notum, ibidem existentibus, & gratum ipsis conuiuantibus. Hoc autem magis fuit, ex eo quòd factum est, post talem uini defectum, quàm si antè fuisset factum. Et quia ut dictum est, mater Iesu uoluit præuenire totalem defectum, & quòd statim antequam esset opportunum Christus faceret miraculum: ideò Christus matre, haud dubium, sapientior, eam repressit, dicens: *Quid mihi & tibi est mulier?* quasi dicat. Scire tempus aptũ ad faciendum miraculum fiendum, non est mihi & tibi commune, sed mihi soli cõuenit: propter quod subditur. *Nondum uenit hora mea*, id est hora conueniens faciendi miraculum à me solo cognita. Sed secundum Augusti. facere miracula, competebat Christo, secundum diuinam naturam, quam à matre nõ habuit: & ideò prædicto modo, respondendo matri ostendere uoluit, quòd in hoc non tenebatur ei obedire: quia in natura diuina, nihil habuit à matre: nec per consequens, cum ea aliquid commune: ideò dicit, *quid mihi & tibi est mulieri* quasi dicat. Vis fieri miraculum: sed ad hoc agendum, quid commune habeo tecum? quasi dicat, ex natura communi, tecum hoc nõ ago, sed ex eo quòd habeo à patre: quia uirtutem faciendi miracula, à patre habeo, non à te. Sed quia humanitatem, in qua passus est, traxit à matre: ideò addidit. *Nondum uenit hora mea*, à me disposita: hora scilicet uoluntatis, non necessitatis: id est tempus patiendi ex communi mihi & tibi, s. in natura quam à te habeo: & tunc te recognoscam, & tibi condescendam: unde cùm uenisset hora, qua ut homo moreretur de cruce, cognitam matrem, recommendauit discipulo, quem præ cæteris diligebat. Primæ tamen sententiæ, secundũ Chrysosto. magis consonat litera sequens: quia mater Iesu ex eius responsione non ostendit petitionẽ suam repulsam, sed conuenienter dilatam. Vnde de Domini responsione non diffidens, sed de sua benignitate præsumens, redijt ad ministros, qui seruiebant in nuptijs illis, & fiducialiter mittens illos ad filium suum, dixit eis. *Quodcunque dixerit uobis, facite*, expectans hora conuenienti, à filio suo cognita impletionem petitionis suæ, q. d. Licet abnegare uideatur, tamen faciet. Intellexit enim in illis verbis Domini, ipsum non exasperatum: & ideò fiducialiter imperauit ministris, ut præcepta implerent, filij iubentis. Sciebat enim eum tantæ misericordiæ & pietatis, quòd compateretur indigentibus, & faceret quod petebatur: licet asperè loqui, & negare uideretur. Sana doctrina virginis Mariæ, ut semper debeamus Christo obedire: & per hoc etiam monemur, de Domino non desperare, si nobis cùm oramus, uideatur de facto durius respondere, sed cum beata virgine, fiducialiter eius misericordiam expectare. Sed cùm Christus maximam reuerentiam matri detulerit, mirum uidetur quòd sic extraneè ei respondit. Dura quidem uidetur prædicta Domini responsio. Sed secundum Augusti. instructoria est: quia in diuinis quæ Dei sunt, matrem recognoscere non debemus. Et similiter secundum Bernard. ad instructionem nostrã fuit, qui de hoc loco sic dicit: Quid tibi & illi Domine? nonne quod filio & matri? quid ad illam pertines, & quæris: cùm sis benedictus fructus uentris sui immaculati. Nonne ipsa est, quæ saluo pudore concepit, & sine corruptione te peperit? Nonne ipsa est, in cuius utero nouem mensibus moratus es: cuius virgineis uberibus lactatus es: cũ qua duodecim annorum factus, de Hierusalem descendisti, & eras subditus illi? dicis: Quid mihi & tibi? multum per omnem modum: sed manifestè iam uideo, quòd non uelut indignans, aut confundere uolens, virginis & matris teneram uerecundiam dixeris, quid mihi & tibi: cùm uenientibus ad te iuxta præceptum eis ministris nihil cũctatus facias, quod suggessit. Vt quid ergo fratres: ut quid responderat prius? utique propter nos & conuersos ad Dominum: ut iã non sollicitet carnalium cura paretum, & necessitudines illæ non impediant exercitium spirituale. Quandiu enim de mundo sumus, debitores nos constat esse parentibus. At postquam reliquimus nosmetipsos: multo magis ab eorum sollicitudine liberati sumus. Vnde legimus fratrem quendã, in eremo conuersantem: cùm ad eum carnalis frater auxilij gratia aduentasset, respondisse, vt adiret alterum fratrem eorum, cùm ille utique iam obijsset. Cùm admiratus, qui uenerat, responderet, quia ille obijt eremita, se quoque similiter obiisse respondit: Optimè ergo nos docuit Dominus, ne solliciti simus super propinquos carnis nostræ, plus quàm religio postulet quando ipsi matri, & tali matri respõdit: *Quid tibi & mihi est mulieri?* sic & in alio loco, cùm

Nondũ uenit hora.

Chryso. ho. 20. in Ioã.

Augu. tractatu. 8. in Ioannem. Mulier Maria appellatur. Genes. 3.

Augu. tractatu. 8. in Ioannem. Miracula facere quãdo competebat Christo

Hora Christi.

Chrysosto. ibidem.

Maria doctrina.

Augu. tractatu. 8. in Ioannem. Mariam nõ esse Christi extraneam. Bernardus sermo. 2. in Dominica. 1. post octauas epiphanias.

Religiosi, mortui sũt mundo.

suggereret ei quidam, quoniã mater eius & fratres eius foris starent, quærentes ei loqui, respondit: *Quæ est mater mea, & fratres mei?* ubi modo sunt, qui tam carnaliter, & inaniter, super carnalibus propinquis suis solliciti sunt: ac si adhuc uiuerent, & ipsi cũ eis: Hæc Bernard. *Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex, positæ secundum purificationem*, id est secundum morem & ritum purificationis, *Iudæorum*, hoc est uasa aquatica, & aquarũ receptui parata: ab hydor quod est aqua, sic dicta: ut si fortè contigisset aliquem de conuiuis, uel de ministris lauare se, uel uasa, aquã adhoc inueniret, & haberet paratam. Crebrò enim manus & uasa epulatoria, Iudæi baptizabant, id est lauabant & purificabant: & si casu immundum aliquid tetigissent, nisi prius loti, non comedebant. *Capiebant*, autem *singulæ*, hydriæ *metretas*, id est mensuras, *binas uel ternas*, à metron, quod est mensura sic dicta, secundum Isidorum. Metreta, quædam mensura est, continens decem sextarios: & secundum eundem, sextarius cõtinet tantum duas libras: qui bis assumptus, uocatur bilibris. *Et dixit Iesus*, ministris, *Implete hydrias aqua*. Aliquid enim de aqua prius posita, inde assumpserant ad purificationem uasorum: & ideò iussit Iesus suppleri, quod fuerat amotum. Euntes igitur ministri, hauserunt aquam de puteo: qui adhuc ibi esse dicitur, extra viculum, *& impleuerunt hydrias usque ad summum*. Quæ cùm fuissent impletæ aqua, conuersa est in uinum, diuina uirtute. Non dicitur hîc quòd aliqua uerba ad hoc dixerit, sicut in transsubstantiatione panis & uini in corpus suũ & sanguinẽ: sed occulta uirtute diuinitatis hoc operatus ẽ. Sine ergo omni uerbo, sola Domini uoluntate, in optimum uinum aqua conuersa est: cùm tamẽ alia miracula, & uerbo, & tactu corporeo, & aliquando fletu perfecerit. *Et dixit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte Architriclino.* In hoc duo notantur: Primum, discretio domini: quia primò misit magis honorabili: nec in hoc fuit personarum acceptor: quia secundum August. non cùm hominẽs diuerso modo pro suis gradibus honoramus, tunc timendum est, ne personas accipiamus. Secundum, humilitas Domini: quia patet quòd sedebat longè ab Architriclino, cùm diceret: Ferte illi, quasi ab eo remoto: & cùm ille sederet in magis honorabili loco, colligitur quòd Dominus nolens sedere ibi, nec iuxta eum, elegit ibi humiliorem locum. Triclinium, est locus ubi sunt tres ordines mensarum, secundum gradus superiores & inferiores ordinatarum: sicut solet esse in refectorijs religiosorum. Et dicitur triclinium, à triplici ordine lectorum: su per quos sedendo, recumbentes comedebant. Cline enim Græcè, lectum Latinè significat. Nam antiquitus, in lectis sedentes & accumbentes, comedere solebant: ut ex labore fatigationis, interim dũ cibus sumitur, membra quiescerent. Et ideò in scripturis dicuntur comedentes accumbere uel recumbere, seu discumbere, quod est quasi iacendo comedere. Architriclinus, est princeps & primas triclinij, id est principalis, & primus inter conuiuantes in triclinio. Et probabile est, quòd fuerit aliquis sacerdos illius temporis, qui nuptijs intererat, ad benedicendum, & ad ostendendum qualiter debeant procedere, secundum legem & statuta seniorũ. Voluit ergo Dominus noster, quòd principalior inter conuiuas, primò de uino illo gustaret: ut præsidẽtis sententia acceptabilior esset: & ex ipsius commẽdatione, miraculum notius fieret. Sic etiam nos de-

Matth. 12. Luc. 2.

Hydria.

Metreta quid est.

Sextarius quid continet.

Aqua in uinũ mutatio sine uerbo.

Cline quid significet.

Architriclinus quis dicatur.

Augustin. tractatu. 8 in Ioannẽ. Acceptio personarũ non timenda.

Triclinium quid est.

bemus, nostra examinatori prælato offerre, ad probandum ea. *Vt autem gustauit Architriclinus, aquam uinum factam*, id est mutatam in uinum, *& non sciebat unde esset*, scilicet per Christi uirtutem, *uocat sponsum*, quasi ad arguendũ ipsum, *& dicit ei: Omnis homo*, rationalis & prudenter agens, *in principio bonum uinum apponit* conuiuantibus: quia tunc sensus est uiuax, & potest discernere uini bonitatem, & acceptare, *& cum inebriati fuerint, tunc* apponit, *id quod deterius*, id est aquosius, & debilius ad mitigationẽ ebrietatis: quia tunc non sic sciunt discernere inter bonum & deterius. *Tu autem*, contra consuetudinẽ faciens, *seruasti uinum bonum usque adhuc*, ita quòd modo sapor eius discerni non potest, quasi dicat arguendo eum, inordinatè & imprudenter fecisti contrarium. Iste tamen, ut prædictum est, ignoranter loquebatur. Ministri ergo, qui dederant uinum illi & alijs, diuulgauerunt miraculum: quia ipsi sciebant quomodo fuerat factum. Commendauit Architriclinus uini bonitatem: & post in communi, cõmendauerunt miraculi nobilitatem. Non dubiũ quin melior erat, mutati uini natura, quàm nati. Vnde Chrysost. Fecit aquam in uinum: non simpliciter autem uinum, sed uinum optimum. Talia enim Christi miracula, multò his quæ per manum perficiuntur, speciosiora & potiora quodammodo sunt: ita & in alijs, quando membrum direxit corporis claudicans, sanis demonstrabat hoc melius. Et iterum: Generale est in omnibus Christi miraculis, ut semper ad aliquid melius terminatur, quàm posit fieri per naturam. Hæc Chryso. Hoc miraculum, primò à Christo factum est, ad manifestandam ueritatem, diuinitatis in eo latentem, & ad confirmandũ eorum fidem. Et hoc est quod dicitur: *Hoc fecit Iesus initium signorum*, per se factorum: quia ante hoc fuerunt signa per patrem facta, circa ipsum. Et ideò falsum est quod dicitur de signis puerilibus, in libro de infantia saluatoris, & in euãgelio Nazaræorum. Fecit autem hoc, *in Chana*, villa quadam prouinciæ *Galilææ*. In qua villa, ostenditur locus, ubi steterunt hydriæ: & triclinium, ubi steterunt mensæ & descẽditur ad ea per plures gradus, sub terra: sicut est in pluribus alijs locis sanctis: quod fortè accidit, ppter frequentes destructiones, & ruinas factas in illis. *Et manifestauit*, per hoc signum, *gloriam suam*, id est gloriosam latentem in carne deitatem: & per deitatis potentiam, per quam hæc fecit, & quàm gloriosus est: ostendẽs per effectum diuinæ uirtutis, quòd ipse esset Dominus uirtutum & rex gloriæ: & quòd ipse esset sponsus ecclesiæ: & quòd ipse esset qui cuncta ex nihilo potuit creare: qui etiã sicut Dominus quando uoluit, potuit elementa immutare, secundum Chrysost. Ostendens quoniam ipse est, qui in uineis aquam transmutat: pluuiam per radicem in uinum uertit, quodque in planta per multum temporis fit: hoc repentè simul, in nuptijs operatus est. *Et* uiso miraculo, *crediderunt in eum discipuli eius*, scilicet magis firmiter & perfectè, quàm ante miraculum. Habebat enim paucos discipulos, sicut & Ioannes, quos familiariter docebat: non tamen sic inseparabiliter adhærentes, & perfectè credentes, sicut post miraculum: sed qui illi fuerunt, nescimus. Vnde dicuntur discipuli, propter notitiam, & sequelam & mutuum inter Christum & ipsos amorem. Vel quia post futurum discipuli erant: ad uerbum enim Ioannis plures eum occultè audiebant: qui postmodum, omninò eum secuti sunt. Potest etiam dici, q

Vini miraculosi bonitas.

Chryso. ho. 21. in Ioan.

Chana.

Vini in uineis productio.

Discipuli Domini un de dicũtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliqui de nouo in eum crediderunt, & illi qui prius A
crediderant, ut Andreas & alij, per hoc in fide soli-
dati fuerunt. Vbi Augustin. Scriptura, non solum il-
los duodenos, appellat discipulos eius, sed omnes
qui in eum credentes, magisterio eius ad regnum
cœlorum erudiebantur. Notandum hic, quòd secũ-
dum quadruplicem sensum sacræ Scripturæ, quadru
plices sunt nuptiæ: scilicet carnalis copulationis, se-
cundum sensum literalem: diuinæ incarnationis, se-
cũdum sensum allegoricum: spiritualis coniunctio
nis, secundum sensum tropologicum: & beatæ frui-
tionis, secundum sensum anagogicum. De primis
nuptijs, ad literam, est euangelium præsens. Istis nu-
ptijs interesse debent mater Iesu, & Iesus, cum disci-
pulis suis. Per istos tres, intelliguntur tria bona ma B
trimonij. Primum bonum est, fides castitatis, quod
significat casta mater Domini. Secundum est sacra-
mentum: significat enim coniunctionem diuinita-
tis & humanitatis in Christo, uel Christi & ecclesiæ,
quam sacram rem significat & efficit Christus, qui
interfuit nuptijs. Tertium est, proles suscipienda,
& educãda in fide Christi, quod significant Christi
discipuli. Secundæ nuptiæ allegoricæ sunt diuinæ in
carnationis. In his nuptijs sponsus est filius Dei, uer
bum æternum: sponsa uerò, humana natura. In his
nuptijs, totaliter fuit mater Iesu, & ipse Iesus, & di-
scipuli eius futuri, quos elegit in ipso, ante mundi
constitutionem. Harum nuptiarum proles, sunt om C
nes qui credunt in eum. Aliter, istæ nuptiæ allego-
ricè dicuntur esse inter Christum sponsum, & eccle
siam sponsam: quarum nuptiarum proles, sunt om-
nes fideles: & redit in idem, cum iam præmissis. Ter
tiæ nuptiæ sunt tropologicæ, spiritualis uidelicet cõ
iunctionis Dei & animæ: in his nuptijs consistunt
tria bona coniugij, fides, proles, sacramẽtum. Quar-
tæ nuptiæ sunt, anagogicæ & cœlestes: in q̃bus gau-
dium nostrum erit plenum. Vnde in Apoca. *Gaudeа-*
mus, & exultemus, & demus gloriam Deo: quia uene-
runt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit se. Ad has nu
ptias, non intrant, nisi beati, qui ad cœnam nuptia-
rum agni, uocati sunt: quales sunt uirgines prudẽ- D
tes, quæ intrauerũt cum sponso, & clausa est ianua.
Sicut ergo sunt nuptiæ hominis & hominis, in car-
nali copulatione: ita sunt nuptiæ Dei & hominis, in
naturarum cõiunctione: & spiritus creati & spiritus
increati societate: & hoc in gratia & gloria. Primę nu
ptiæ Dei & hoĩs, factæ sunt, cùm humanã naturã di-
uinę naturæ, in unitatẽ personæ copulauit. Secundæ
sunt Dei & hominis, in uno spiritu, in gratia charis
tatis coniuncti. Tertiæ sunt Dei & hominis in glo
ria: quando fidelis anima ingreditur thalamum sp̃ō
si, in secreto cęlestis luminis. In omnibus autem his,
aqua terrenæ consolationis insipidæ transit in uinũ
iocunditatis æternæ, in Dei sapore & societate. Pos- E
sumus etiam dicere, quòd per nuptias, de quib us
hîc secuudum sensum literalem dicitur, coniunctio
Christi & ecclesiæ intelligitur: & quòd istud matri
monium in utero uirginali initiatum fuit, quando
Deus pater filio, humanam naturam, in unitatẽ per-
sonæ uniuit: & sic thalamus huius coniunctionis,
fuit uterus uirginalis. Publicatum autem fuit, quan-
do Ecclesia sibi per fidem coniuncta est: consum-
matum uerò erit, quando sponsa, id est ecclesia in-
troducetur in thalamum sponsi, in cœlestem scili-
cet gloriam. Et secundum Bedam, non uacat à my-
sterio, quòd die tertia nuptiæ factæ referuntur. Pri-
mus namque dies, est tempus legis naturæ, quo pa-

triarcharum exemplo: secũdus, tempus legis scriptę, A
quo prophetarum scriptis: tertius tempus gratiæ
quo euangelistarum præconijs, quasi tertiæ diei
luce mundo refulsit: in quo Dominus in carne na-
tus apparuit, & nuptias celebrauit. Vnde Oseæ: *Vi-* *Osea. 6.*
uificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, &c.
Sed ad hoc quod in Chana Galilææ, id est zelo trans
migrationis, eædem nuptiæ factæ perhibentur, si-
gnificat eos gratia Dei dignos esse, qui zelo deuo-
tionis feruere, ac de uitijs ad uirtutes, & de terrenis
ad æterna norunt transmigrare. Et secundum Aug. *Augu. tra-*
mysteria quæ in illo Domini miraculo latent, uidea- *ctatu. 9. in*
mus, oportebat implere in Christo, quæ de illo scri- *Ioannem.*
pta erãt. Illa erant aqua. Fecit autem de aquavinum, *Allegoricè.*
cùm aperuit eis seusum, & exposuit. Sic enim sapit *Luca. 23.*
quod non sapiebat, & inebriat quod non inebria-
bat. Vt autem dicit Alchuinus, ministri, sunt do-
ctores noui testamenti, qui scripturas spiritualiter
alijs interpretantur. Architriclinus uerò, est aliquis
legisperitus: ut Nicodemus, Gamaliel, Saulus. Dũ
ergo talibus euangelij uerbum committitur, quod
in litera legis occultatur, quasi uinum de aqua fa-
ctum, Architriclino ꝓpinatur. Et bene in domo nu-
ptiarum, tres ordines discumbentium altitudine, in-
ter se distantes, describuntur: quia ecclesia tribus or
dinibus fidelium constat: scilicet coniugatorum, cõ
tinentium, & doctorum. Optimum autem uinum, *Ordines fi-*
Christus usque adhuc conseruauit, id est euangeliũ *delium tres.*
suum, usque in sextam ætatem distulit. Sed alijs pro-
pter prolixitatem uitandam, omissis de nuptijs tro-
pologicis, propter moralitatem aliquantulum la-
tius uideamus. Spiritualiter ergo, in Chana Galilææ *Moraliter.*
fuit nuptiæ, quando intra sanctam Ecclesiam, siue
conuersationem bonam, per feruorem, Christo fi-
deles animæ sociãtur. Chana enim, interpretatur ze- *Chana*
lus, & significat feruorem dilectionis. Galilæa uerò, *quid inter-*
interpretatur transmigratio facta: & designat Ec *pretatur.*
clesiam. Ex qua interpretatione hoc ostenditur,
quòd illi fœliciter ad has spirituales nuptias ueniũt,
& discumbentes digni Christo sunt, qui feruore di-
lectionis, & zelo amoris Dei tacti, mala opera re-
spuere, & bona amare didicerunt: ac de uitijs ad uir-
tutes, & de statu culpæ ad gratiam, necnon de terre-
no amore ad cœleste desiderium, & à seipsis in Deũ
transmigrauerunt. In sancta namque Ecclesia, siue
in spiritualis uitæ, conuersatione honesta, respuen-
tes mala, amamus bona: & postponentes transitoria
transmigramus ad æterna. Ad hoc facit, ꝙ illæ exi- *Luca. 1.*
miæ nuptiæ in annũtiatione, quãdo beata virgo, cę-
li nupsit architecto, sunt in Galilæa factæ: ad insi-
nuandum quòd mens apta nuptijs spiritualibus, de-
bet esse in transmigratione. In his nuptijs, Iesus sal-
uator, id est qui populum suum saluat à peccatis eo-
rum, aquam conuertit in uinum, quando conuer-
tit impium, & facit pium, quando aufert culpam,
& confert gratiam: sed ad preces beatæ virginis, quę
semper compatitur miseris, implentur hydriæ, &
aqua tristitiæ conuertitur in uinum consolationis
& deuotionis æternæ. Sex hydriæ, sunt quinque
sensus corporis, cum uno simplici sensu animæ: sed
hydriæ dicuntur lapideæ, quia sensus nostri ante
gratiam, obdurati sunt per culpam. Istas hydrias
aqua implemus, quando fletu nostræ compunctio
nis, omnes sensus nostros, à culpa transfacta perfec-
tè lauamus: tali aqua purificãtur Iudæi, id est ueri
confessores Christi: qui non tantum confitentur eũ
uoce oris, sed etiam opere manuum, in ueritate cor

Augustin. lib. 2. de cõ sensu euãg. cap. 17.

Nuptiæ qua tuplices.

Bona matrimonij.

Ephe. 5.

Apoc. 19.

Matt. 25.

Aqua insipida trãsit in uinũ.

Bedain eũ locum. Dies tertius.

dis. Capiunt autem hydriæ metretas binas uel ter-
nas: binas, quando flemus quæ commisimus dele-
ctatione & consensu: ternas uerò, quando flet ibus
purgamus: non solum dilectionem prauam & con-
sensum, uerumetiam opus malum. Aqua denique
in uinum conuertitur, quando fletum culpæ, io-
cunditatis gratiæ sequitur: uel etiam quando in men
te hominis opus Dei, quod laboranti prius non
sapit per spiritualem negligentiam illuminatio dul-
cescit. *Omnis autem homo primum uinum bonum po-* *Vini boni*
nit, quia homines, ea quæ ad uinum bonum pertinent, scilicet delectabilia, amãt & quærunt in præsen *propositio.*
ti: deinde quod deterius est: quia amara inuenient
& recipient in futuro. Sic ergo diabolus primò
suggerit aliqua sub specie boni. Et cum quis per
complacentiam inebriatus fuerit tunc quod dete- *Matt. 7.*
rius est, scilicet enormitas diuersas, in peccatis su- *2. Tim. 3.*
perinducit. Sed Christus non primò uinum bo-
num ponit, sed in posterum seruat: quia à princi-
pio, amara & dura proponit: quia arcta est uia, quæ
ducit ad uitam: & omnes qui piè uolunt in Chri-
sto uiuere, amaritudines & tribulationes patiuntur:
sed in futuro, delectationes & gaudia consequun-
tur: & parua sunt bona, quæ nobis tribuit in præ-
senti tempore, ad comparationem futurorum, quæ
bonis daturus est in æternitate. Bonus medicus,
nunquam dat bonum & purum uinum infirmo: uel
illi qui euasit de infirmitate, quanduc est debilis, C
donec perfectam habeat sanitatem, sed dat illi ui-
num aqua mixtum. Sic homine existente in uita
ista, quamuis euaserit infirmitatem peccati, tamen
debilis est & potest recidiuare, dat Dominus uinũ
mixtum aqua tribulationis: sed in fine quando ha-
bebit perfectam sanitatem, tunc dabit uinum pu-
rum æternæ consolationis. De prædictis hydrijs &
metretis, sic dicit Bernard. Sex hydriæ positæ sunt *Bernardus*
his qui post baptismum in peccata labuntur. Pri- *sermo. 2. in*
ma hydria, & prima purgatio in compunctione *dominica*
est, de qua legimus: quoniam *in quacunque hora in-* *prima post*
gemuerit peccator omnes iniquitates eius nõ recordabun- *octauas epi*
tur. Secunda uerò confessio est, omnia siquidem *phamæ. sed*
in confessione lauantur. Tertia, eleemosynarum *aliter ha-*
largitio: hinc enim habes in euangelio: *Date eleе-* *bet.*
mosynam: & omnia mundi sunt uobis. Quarta est, *Hydria sex*
remissio iniuriarum, secundum quod orantes di- *Ezech. 18.*
cimus: *Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimit-* *Secundum*
timus debitoribus nostris. Quinta est, afflictio cor- *aliã trans-*
poris, unde exoramus: Vt mundi per abstinẽtiam, *lationem.*
Deo canamus gloriam. Sexta est, obedientia præce- *Luca. 11.*
ptorum: sicut audierunt discipuli, quod utinam me *Matt. 6.*
reamur audire & nos: *Vos mundi estis propter sermo* *Ioan. 15.*
nem quem locutus sum uobis. Nimirum: quia non *Ioan. 8.*
erant sicut hi de quibus dicitur: *Sermo meus non capit* *Psal. 17.*
in uobis: sed in auditu uerbi obedierant ei. Hæ sunt
sex hydriæ, positæ in purificationẽ nostram: & quæ
uacuæ sunt, & plenæ uento, si pro inani gloria ob-
seruantur. Aqua replentur, si timore Dei custo diun-
tur: quoniam timor Domini, fons uitæ. Aqua in-
quam, timor Domini est: etsi minus sapida, sed opti
mè refrigerans animam noxijs desiderijs æstuãtem:
aqua est, quæ iacula inimici ignita, possit extingue-
re. Sed diuina uirtute, aqua mutatur in uinum: quo
niam perfecta charitas, foras mittit timorem. Dicũ-
tur autem lapideæ hydriæ, non tam propter duritiã,
quàm propter stabilitatem: capientes singulæ metre
tas binas uel ternas: duæ metretæ, timor gehennæ
incurrendæ, timor gloriæ amittendæ: sed quia hæc

de contingenti futuro sunt & blãdiri sibi potest ani- A
ma dicens: postquam aliquandiu in uoluptatibus
tuis uixeris, ages pœnitentiam: ut nec istam perdas,
nec illam incurras, bonum est adhiberi & tertium, q
utique spiritualibus notus est, eo utilior quo dopræ
senti est. Timent qui nouerunt spiritualẽ cibum, ne-
quando forte fraudẽtur eo. Ipse est panis angelorũ,
panis uiuus, panis quotidianus. Hic est de quo pro-
missum est, quia centuplum accipiemus in hoc se-
culo. Sicut enim mercenarijs & cibus quotidianus
datur in opere, & merces seruatur in fine: sic Do-
minus uitam in fine reddet, & interim centuplum
repromittit & exhibet. Quid ergo mirũ, si timet ne-
perdat hanc gratiam, qui iam secutus est eam. Hæc B
est metreta tertia, quam sub distinctione signanter
posuit, eo quòd non omnium sit: quia nec omni-
bus centuplum repromittitur. Et iterum Bernard. *Bernardus*
Quæramus ergo mensuras, quas hydriæ capiebant *ibidem.*
binas aut trinas. Nam & saluator triplicem nobis
aquam apponit: & perfectus omnis erit, qui has tres
metretas habere potuerit. Plorat ipse super Lazarũ,
super ciuitatem Hierusalem: hæc est aqua prima su
data, imminente pasionis hora: & hæc est secunda,
nõ ab oculis tantum, sed à toto corpore, manans ru
bea quidem & sanguinea. Tertia uerò, unà cum
sanguine manauit ex eius latere. Et tu ergo pri-
mam habes, si de peccatis compunctus, conscien-
tiæ stratum rigas. Secundam habes, si in sudore
vultus tui, pane tuo uescaris: & labore pœniten-
tiæ corpus tuum castiges. Est autem coloris san-
guinei, siue propter laborem, siue propter ipsum
concupiscentiæ, quem extinguit, ignem. Iam
uerò, si proficere potes usque ad gratiam deuo-
tionis, potaberis aqua gratiæ saluatoris, & Spiri-
tus sancti, qui super mel dulcis est, in te fiet aquę
fons in uitam æternam salientis: & memento hanc
esse aquam, quæ de latere dormientis procedit,
& sine omni molestia fluit. Oportet enim quòd
iam mundo mortuus sit, qui in hac gratia dele-
ctari uoluerit. Prima igitur, à præteritis dilectis
abluit conscientiam. Secunda, ut futura capias,
extinguit concupiscentiam. Tertia uerò, si ad eam
peruenire meueris, sitientem potat animam. Hęc
Bernard. Finito autem conuiuio, Dominus uoca- *Ioannis uo*
uit Ioannem seorsum, & dixit ad eum: *Dimitte hanc* *cabulo.*
uxorem & sequere me. Qui uiso miraculo in eius nu-
ptijs facto, statim relicta sponsa sua, secutus est Do
minum. Et hæc fuit prima uocatio Ioannis, qua ad
Christi uenit familiaritatem & notitiam. Sponsa ve- *Sponsa Ioã*
rò eius, Anachita nomine, uel secundum alios, *nis euange-*
Maria Magdalena, uoluntariè sicut sponsus eius, *listæ.*
cum alijs sanctis mulieribus, Dominum secuta est.
Dei enim perfecta sunt opera: & ideò ex quo vo-
cauit unum coniugum, conueniens fuit uocare
& alterum. In hoc ergo quòd Dominus nuptijs
interfuit, carnale matrimonium approbauit: sed
in eo quòd Ioannem de nuptijs uocauit, intelli-
gi apertè dedit, quòd longè dignius est spirituale
matrimonium, quàm carnale. Vnde in ecclesia ob-
seruatur quòd ante copulam carnalem, potest licitè *Coniugum*
alter coniugum intrare religionem. *alter religi-*
onẽ quãdoque in-
gredi põt.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui die tertia, scilicet tempore gratiæ ad nuptias, scilicet coniunctionis tui & Ecclesiæ, per carnem uenisti, & aquam in uinum conuertisti, dum ea quæ in scriptura*

Universidad de Deusto Biblioteca

ptura ueteri carnalia uidebantur spiritualia ostendisti, unde plenæ sunt hydriæ, quia impletæ sunt prophetiæ. Conuerte quæso animam meam frigidam, in charitatis tuæ feruorem: insipidam, in suauitatis tuæ saporem: fluxibilem & stabilem, in uirtutis & gratiæ tuæ constantiam: mutans aquam totius meæ indeuotionis, in uinum fructuosæ compunctionis: quo me miserum semper potare, & inebriare: ac illud tandem in uinum iocunditatis conuertere de tua misericordia digneris. *Amen.*

De prima eiectione uendentium de templo. Et de Nicodemo. Cap. XXVI.



PRAEFATO miraculo, in mense Ianu. facto, moram traxit Iesus in Galilæa, vsque dum appropinquaret mensis April. in quo tunc erat pascha Iudæorũ: & tunc, *descendit*, secundum loci situm, de Chana in *Capharnaum*, metropolim Galilææ: *& ipse & mater eius*, descenderunt similiter, *& fratres eius*, id est cognati eius secundum carnem, scilicet consanguinei matris uel Ioseph qui pater putabatur: *& discipuli eius*, qui per eum erudiebantur. Ideò autem Capharnaum, quæ erat metropolis, uoluit uenire: quia iam inceperat gloriam suam manifestare. *Et manserunt ibi, non multis diebus*: quia ciues Capharnaum, ualde corrupti, non se exhibuerunt deuotos, ad suscipiendam Christi doctrinam: & quia imminebat tempus eundi in Hierusalem, propter proximum pascha Iudæorum. *Appropinquante autem pascha Iudæorum, ascendit Iesus*, cum discipulis suis, *Hierosolymam* metropolim Iudææ, secundum legis præceptum. *Et inuenit in templo uendentes boues, & oues, & columbas, & nummularios sedentes.* Nomine templi non accipitur hîc ipsa domus Domini, in qua erat altare thimiamatis & candelabrum: nec atrium sacerdotum, in quo erat altare holocaustorum: sed quoddam atrium vbi homines orabant, & doctores docebant, & ibi uendebantur, ea quæ in templo offerebantur. Et quia de longinquo adduci non poterãt, ideò sacerdotes, qui propter cupiditatem diuersis adinuentionibus populum depauperabant, statuerunt homines qui talia ibi uendebant, ut uenientes de longinquo, excusationem de oblationibus dimittendis non haberent. Aliqui etiam aduenientium non habebant pecuniam, & ideò statuerant ibi campsores, qui sub cautione tradebant eam: & cum hoc ultra sortem, recipiebant aliqua munuscula, non tamen pecuniam, ne arguerentur manifestè facere cõ-

Ioannis. 2.

Capharnaũ metropolis est Galilæa.

Templum in quo uendentes inuenti sunt.

tra legem, dando ad usuram. *Et flagello de funiculis facto eiecit omnes*, scilicet uendentes, & nummularios, ac *oues, & boues*, de templo, *& nummulariorum æs*, id est pecuniam, *effudit*, & in diuersa sparsit, *& mensas* eorum, quæ erant quasi uasa denariorũ *euertit*, & deiecit. *Et his qui columbas uendebant, dixit: Auferte ista hinc*, de loco isto, *& nolite facere*, opere uestro illicito, *domum patris mei*, quæ est domus orationis, *domum negociationis*, & mercationis. Bis legimus Iesum ascendisse Hierosolymam. In pascha semel, in primo anno prædicationis, ut hîc: & iterũ illo anno quo passus fuit. Et hîc quidem in principio signorum expulit uendentes de templo: sed secundo ad pasionem ueniens expulit uendentes & emẽtes durius agendo: multo quippe maior numerus erat ementium quàm uendentium. Hic quoque remissa quadam increpatione utitur, dicens: *Nolite facere domum patris mei, domum negociationis.* Ibi autẽ durioribus sermonibus utebatur, dicens: *Nolite facere domum meam speluncam latronum: &c.* Fecit autem flagellum de funiculis: quia secundum Augu. de peccatis nostris sumit materiã unde nos puniat. Ipsa enim protelatio peccatorum, secundum quod peccata peccatis adduntur, quidam funiculi dicuntur. Vnde in Proue. dicitur, quòd *impius funibus peccatorum suorum constringitur.* Mysticè secundum Alchuin quotidie Deus spiritualiter ecclesiam suam intrat: & qualiter unusquisque conuersetur attendit. Caueamus ergo ne in Ecclesia Dei, fabulis, uel risibus, uel odijs, uel cupiditatibus uacemus: ne improuisus ueniens nos flagellet, & de ecclesia sua nos eijciat. Secundum Aug. uendentes in Ecclesia sunt, qui quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi: uænale totum habent, quia redimi uolunt. Et nota quòd per oues innocentes, quæ suo uellere uestiẽdis, præbent opera munditiæ & pietatis, signantur quæ venduntur, dũ pro laude humana sub hypocrisi & in uestibus ouiũ geruntur. Hypocritæ namq; mentem lupinam habent sub ouina pelle. Per boues qui arãt, prædicatores cœlestis doctrinæ significantur: quos uendunt, qui non amore Dei, sed pro quæstu temporali prædicant. Per boues etiam, qui laboriosi sunt, signari possunt illi qui magnos labores sustinent pro diuinis: ut per hoc in Ecclesia ualeant promoueri. Columbas uendunt qui acceptam Spiritus sancti gratiam, quæ per columbam accipitur, nõ gratis, sed ad præmium dant: etsi non ad quæstum pecuniæ, ad vulgi tamen fauorem tribuunt, non ad uitæ meritum, sed ad gratiam largiuntur. Nummos mutuo in ecclesia dant, qui non simulatè cœlestibus, sed à parte terrenis rebus in ecclesia deseruiunt: & sua, non quæ Iesu, quærunt. Domum etiam Domini, domum negociationis faciunt, non solum hi, sed ẽt qui gradum uel gratiã spiritualem, quã in ecclesia perceperunt, nõ simplici intentione, sed causa humanæ retributionis exercent. Omnes istos eiecit de templo Christus, signans quòd sunt exclusi de templo gloriæ sanctæ Dei. Qui ergo nolunt de Ecclesia, & de domo cœlesti, ueniente Domino auferri, auferant ista de actibus suis: & auaritię & simonię cessent negocijs: eijciuntur enim de parte sortis sanctorum, q inter sanctos positi, uel fictè bona uel à parte mala faciunt: & funiculis peccatorum modo flagellantur ad correctionem: quibus incorrecti, in fine ligabuntur ad damnationem. Posuit autem Dominus remedium & operis, & uerbi: ut doceret eos, qui curam habent Ecclesiæ, subditos facto & uerbo

debere

Hierosolymam Iesus bis ascẽdit. Ioan. 2.

Marci. 11.

Funiculi peccatorũ. Augu. tractatu 10. in Ioannem.

Proue. 5.

Augustin. ibidem. Vendentes in ecclesia. Oues uend.

Boues.

Columbas uendere.

Nummularij.

Eiecti de templo.

debere corrigere. Si igitur in figurali templo, etiam in atrio eius, quod est domus orationis, prohibet negociationẽ, quæ honesta putatur, cũ sit de his quæ in templo offeruntur: multò magis prohibet comessationes, potationes, risus, lites, uaniloquium & huiusmodi fieri in Ecclesia Dei. Ergo cùm omnis Christi actio, nobis debeat esse lex & pceptio, nõ licet candelas, uel alias merces, etiam Domino offerendas, in ecclesia uendi: nec aliquod officium, nisi merũ ecclesiasticum exerceri. *Recordati uerò sunt discipuli eius quia scriptum est* ĩ Psalmista de Christo: *Zelus domus, tuæ comedit me*, id est, accendit. Ex Christi enim facto recordati sunt scripturę ilius, & impletionis eius in Christo. Bonus zelus est animi feruor in bonum: quo mens relicto & abiecto humano timore, pro defensione ueritatis accẽditur. Vnde Augustinus: Fratres, unusquisque Christianus in mẽbris Christi, zelo domus Dei comedatur. Quis comeditur zelo domus Dei? Qui omnia quæ fortè ibi uidet peruersa, satagit corrigi, cupit emendari, non quiescit. Si emendare non potes, tolera, geme, suspira, sustine paleã: uerbi gratia: Vides fratrem currere ad theatrum: prohibe, mone, contristare: sic zelus domus Domini comedit te. Vides alios currere, & inebriari velle: prohibe quos potes, tene quos potes, terre quos potes: quibus non potes, blandire, noli acquiescere. Si autem fueris frigidus & marcidus, ad te solum expectans, & quasi tibi sufficiens, dixeris in corde tuo. Quid mihi est curare aliena peccata? sufficit mihi anima mea, ut ipsam integram seruem Deo. Eia, non uenit tibi in mentem seruus ille, qui abscondit talentum, & noluit erogare. Nunquid enim accusatus est quia perdidit, & non quia sine lucro seruauit? Sic ergo audite fratres mei, ut non quiescatis. Nolite quiescere lucrari Christo, quia lucrati estis à Christo: Hæc Augustinus. Vbi sciendum q zelus dicit quandam intensionem amoris, quo intensè Deũ diligens nihil sustinet, quod amori suo repugnet. Ille igitur propriè zelum Dei habet, qui nihil patienter sustinere potest contra honorem Dei, quem maximè diligit. Nos autem debemus diligere domum Dei, in tantum quòd zelus eius nos comedat. Cùm si quid contrarij fieri uidemus, studemus etiam quantuncumque chari nostri sunt qui hæc faciũt, remouere: nec timemus, propter hoc, aliqua mala perpeti. Attendendum est autem quanti meriti sit zelus domus Domini, & generaliter omnis zelus bonus, cuius actum inter prima opera Christus ostendit, cuius meritò Phinees pactum sempiterni sacerdotij accepit, cuius feruore Mathathias legẽ defendit, cuius igne succensus Helias, pphetas Baal interfecit. *Et dixerunt ei Iudæi: Quòd signum ostendis nobis, quia hæc facis?* i. qa cum tanta authoritate & potestate nos expellis, non uidet hoc tui officij esse, nec credimus tibi licere: ergo ostende nobis signum quo credamus. Quãuis. n. factum esset bonum de se, non tñ pertinebat ad quẽlibet hoc facere, sed solum ad eum qui haberet authoritatem corrigendi excessus sacerdotum: quod non conueniebat alicui de cõmuni populo, cùm sacerdotes essent superiores in populo illo: sed prophetæ quandoque mittebantur ad hoc specialiter à Deo: Cùm ergo Christus non esset filius Aaron, & per consequens nec pontifex secundum legẽ, nec esset rex in conspectu populi: non apparebat eis quare sic authoritatiuè eijceret eos, mensasq; subuerteret, nisi diuina authoritate propheta magnus missus esset: & ideò petierunt signum missionis suæ non ausi

Cereorum illicita uẽditio ĩ templo.

Psal. 68.

Zelus bonus. Augustin. ibidem. A zelo comedi.

Zelus quid sit.

Zeli meritum. Nume. 25. 1. Mach. 2. 3. Reg. 18.

manus in eum inijcere. Signum petunt, ut suæ potẽtiæ fidem capiant, familiare enim erat Iudæis signa quærere, ut pote per ea ad legẽ & fidem uocati. Querebant autem nunc signum, non ut crederent & uenerarentur, sed quasi desperantes q signum ostẽdere non posset, & sic eũ deriderent. & impugnarent: quod ex hoc patet. quia statim dictũ suũ impugnauerunt. Dedit ergo eis signum potestatis diuinæ, in suscitatione corporis sui, propria uirtute: & quia praue quærebant, non dedit eis signum apertum, sed occultum, & in figura de sua resurrectione: quia digni non erant, ut prædiceret eis resurrectionem sui corporis manifestè. Vnde *respondit & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Hoc autem dicebat spiritualiter de templo corporis sui, scilicet intransitiuè, hoc est de templo quod est corpus suum, loquendo de corpore suo sub nomine tẽpli: quia humanitas Christi, erat speciale habitaculum ipsius Dei. Templum enim dicitur, in quo Deus inhabitat: & quia in corpore Christi diuinitas inhabitat, ideò corpus Christi, templum Dei non solum secundum animam, sed etiam secundum corpus dicitur. Nec dicebat hoc, imperando uel consulendo, uel hortando: sed id quod facturi erant, prædicendo & denunciando: non enim est uerbum inductiuum ad hoc faciendum, cùm fuit simpliciter malum ex parte Iudæorum. Christus autem non poterat inducere ad malum: sed est uerbum denunciatiuum eius quod erat per ipsos fiendum, quo hoc quod affectabant demonstrat non esse absconditum. q. d. *soluite*, id est soluetis: quia in pasione Christi, anima fuit soluta à corpore, & sanguis à carne: & continuitas membrorum in fixione clauorum, & lanceæ: & ego uirtute in me latentis diuinitatis excitabo, quasi à somno illud templum per uos dissolutum. Dedit ergo eis signum resurrectionis futurum: quia in hoc maximè potentia & uirtus diuinitatis eius, ostẽditur: nõ enim puri hominis, est ut se à mortuis excitaret, sed solus Christus qui inter mortuos liber fuit, hoc potentia & uirtute diuinitatis suæ fecit. Hoc etiam fuit signum pœnitentiæ & remissionis, quod solum peccatoribus competebat. Et quia dedit eis signum in figura, uocans corpus suum templum: ideò illi carnales hoc non intelligentes, sed de inanimato templo eum hoc dicere putantes, deridebant eum, & volebant arguere dictum suum per materiale templum, dicentes: *Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc*, id est reædificatum, *& tu in tribus diebus excitabis illud?* Hoc dixerunt deridẽdo, quasi esset impossibile: & multò plus derisissent: si resurrectionẽ sui corporis manifestè prædixisset: quia difficilius est resuscitare mortuum, quàm ædificare tale templũ. Et nõ loquuntur de tẽplo facto per Salomonẽ: quia illud fuit ædificatũ in septẽ annis, & perfectũ, & postea per Nabuchodonosor destructũ: sed loquũtur de tẽplo rędificato per Zorobabel & Nehemiam, post captiuitatem Babylonicam, quod factum fuit in quadraginta sex annis, antequam cõpleretur inimicis prohibentibus: quia Iudæi impediebantur in ædificatione templi, à nationibus in circuitu eorum existentibus, *multi* autem tunc *crediderunt*, id est credere inceperunt, *in nomine eius*, id est in suæ diuinitatis notamine, cuius notam fecit per signa: & ideò sequitur: *uidentes signa quæ faciebat.* Vnde patet quòd in fide adhuc confirmati non fuerunt: quia magis signis, quàm ex deuotione crediderunt. *Iesus autem non credebat se eis eo quòd ipse*

Signa petunt Iudæi.

Templum quid dicatur.

Signum à Christo datum.

Templum quadraginta sex annis factũ.

nosset

Universidad de Deusto Biblioteca

Scire cogitationes solius Dei est.

nos et omnes, & quid esset in homine. Scire enim ea quę sunt in corde hominum, solius Dei est, qui solus corda plasmauit: & ideò sciuit quòd instabiles erãt, & in tempore tentationis recederent. Quapropter, ut dicit Beda, monemur ut nunquam de nostra consciẽtia securi simus, sed semper solliciti formidemus: qa quod nos latet, æternum arbitrum latere non ualet.

Signa hic facta.

Dubitatur hic quænam signa uiderunt facta à Iesu, cùm nullum legamus eum tũc signum fecisse in Hierusalem. Ad quod potest dici uno modo, quòd multa signa facta sunt ibi tunc à Iesu, quæ hic non habẽtur. Nam Euangelistæ multa scienter prætermiserũt de miraculis Christi, cùm tot fecerit, quòd non possent scribi de facili. Alio modo, quia inter cætera miracula, potest maximum reputari signum, quòd cũ flagello uno Iesus de templo solus, & parum adhuc reputatus, eiecerit multitudinem hominum. Diuina quidem uirtus, in illo facto operabatur, quæ apparebat in effectu cùm uolebat. Corpus enim Christi, erat instrumentum diuinitati cõiunctum: & ideò quidam fulgor radiosus & mirabilis, egrediebatur de uultu & oculis eius, uirtute diuina eos deterrẽs: quo territi sacerdotes & Leuitæ, & alij, non audebãt, nec poterant ei resistere. Sicut & in passione, uox illa diuinitatis quodammodo instrumentum erat, quo magnam armatorum multitudinem legitur prostrauisse.

Hieronym. in cap. 21. Matthæi.

Vnde Hieronymus in Matthæo, de secũda eiectione: Plurimique arbitramur maxima esse signorum, quòd Lazarus suscitatus est, quòd cæcus ex utero lumen accepit, quòd in Iordane uox audita sit patris, quòd transfiguratus in monte, gloriam ostendit triumphantis: mihi autem inter omnia signa quæ fecit Dominus, hoc uidetur esse mirabilius, ꝙ unus homo & illo tempore contemptibilis, & in tantum uilis, ut postea crucifigeretur, Scribis & Pharisæis, contra se sæuientibus, & uidẽtibus lucra sua destrui, potuerit ad unius flagelli uerbera tãtam eiicere multitudinem, mensásque subuertere, & confringere cathedras, & talia facere quæ infinitus nõ fecisset exercitus. Igneum enim quoddam atque sydereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie: Hæc Hieronymus.

Signorum maximum eiectio uendentium de templo.

Credere in nomine Christi qui dicuntur. Augu. tractat. 11. in Ioannem.

De his autem qui crediderunt in nomine eius, est sciendum quòd secundum Augustinum, illi credunt in nomine eius, qui solum propter signa credũt & adhærent nomini eius, qui nondum sacramentum baptismi perceperunt uelut catechumeni, hoc est instructi: & quia plenam fidem ut oportet non habent in Christum & eius sacramenta: ideò adhuc non credit se eis, quia ecclesia non dat eis corpus Christi: quòd quidem corpus, sicut conficere non potest, nisi sacerdos consecratus: ita nullus sumere debet, nisi baptizatus.

Chryso. ho. 23. in Ioã.

Et secundũ Chrysostomum, isti qui propter signa credebant in nomine eius, non firmiter nec perfectè credebant in eum, & ideò non confidebat in eis: sicut in discipulis perfectè & firmiter credẽtibus, nec recipiebat eos ad perfectionem & conuictũ, ut cum eo inseparabiliter habitarent: nec omnia sua dogmata & secreta eis committebat: nec eis altiora mysteria fidei reuelabat, quia horum credulitas non erat ex fide firma, sed ex suspitione quam de Christo receperant ꝓpter signa: nec æstimabant eum Deum, sed hominem à Deo missum doctorem ueritatis. Et ideò signanter Euangelista, ut ostendat eos imperfectè credere, nõ dicit quòd crederent in eum: quia nondum credebant in eius diuinitatem, sed dicit in nomine eius, id est illud quòd de eo nominetenus dicebatur, scilicet quòd iustus & huiusmodi.

Ioannis 3. Nicodemi ad Christũ accessus.

Vnde *Nicodemus*, inter istos, *princeps*, ac unus de *Pharisæis*, & principibus, seu magistris Iudæorum: quia in tenebris huius erroris erat, *nocte ad Iesum*, & ad lucem uenire perhibetur. Ipse quidem in tenebris erat, non lux, quia non renatus. Et ideò nocte *ad lucem*, uenit, quia illuminari uolebat: præ timore quoque populi, quem offendere metuit, cùm esset unus de rectoribus: quia tũc populus per doctores & sacerdotes gubernabatur, in palam uenire, & sciri non audebat, nec de synagoga expelleretur: præ uerecundia etiam palam addiscendi: quia magister in Israel erat, secretè, & extra turbam aliorum docendus, ad Iesum solus uenit, ut ab ipso plenius instrueretur. In hoc etiam quòd nocte uenit, à studio & diligentia inquisitionis commẽdatur, & secretum significabat quòd extra scriptum discere ueritatem uolebat.

Beda hom. in festo inuentionis S. Crucis.

Vnde Beda: Hic uenit ad Iesum nocte cupiens secreta eius allocutione discere mysteria fidei, cuius aperta ostensione iam rudimentum perceperat: Hæc Beda. Et quia prudenter aperta & manifesta signa notauit, plenius fidei mysteria requirit. Et ideò de his quæ ad fidẽ pertinẽt, doceri meruit. Instruxit enim eum dominus de secunda & spirituali generatione, seu natiuitate, scilicet de baptismo, & de introitu regni Dei, ac de sua diuinitate, & utraque natiuitate: de passione quoque sua, ac resurrectione, & ascensione, necnon de utroque aduẽtu, & pluribus alijs ad salutẽ necessarijs. Vnde congruẽter hoc euãgelium in festo trinitatis legitur, quia in eo de baptismo dicitur, qui in nomine trinitatis confertur. Hoc quippe sacramentum baptismatis, est necessitatis: & ideò oportet quòd habeatur in re, si est possibile: uel in uoto, quo ad præoccupatos: nã ubi contemptus in aliquo, baptismum aquæ excludit, neque baptismus flaminis, neque sanguinis prodest ei ad uitam æternam, quia non potest introire in regnum Dei.

Baptismi uirtute in cęlum ascẽditur.

Homines nanque non ascendunt illuc, nisi inquantum efficiuntur membra Christi. Per generationem autem spiritualem, uniuntur sibi, & membra eius fiunt, & sic uirtute ipsius ascendunt. *Nemo enim ascendit*, id est, ascendere poterit, *in cœlum*, propria uirtute, *nisi qui descendit de cœlo*, non per motum localẽ cęlũ dimittendo, sed carnẽ de nouo sibi uniendo: quia oĩs qui ascendit, uirtute ipsius ascẽdit: & ipse solus per suam uirtutem propriam ascẽdit. Si aũt hic obijcitur, ꝙ plures ueteris testamẽti, saluati sunt sine baptismo: dicendum ꝙ non erat in præcepto: consecuti sunt tamen spiritualem uitam, per gratiam in fide Christi uenturi, & sic habuerunt rem baptismi, habuerunt ipsum etiam in figura, in aliquo correspõdente, per quod tollebatur peccatum originale. Ideò etiam hoc euangelium in festo trinitatis legitur: quia in eo quælibet personarum, apertè exprimitur.

Trinitatis expressio.

Nam persona filij, est quæ loquitur: persona patris exprimitur, cùm dicitur, *scimus quia à Deo uenisti*, persona Spiritus sancti, cùm dicitur. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum cœlorum*. Exprimuntur autem personæ diuinæ, cum suis appropriatis. Exprimitur autem persona patris, cum sua potentia, cùm dicitur. *Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo*. Signa enim facere, diuinæ potentiæ est. Exprimitur persona filij, cum sua sapientia, cùm dicitur, *scimus quia à Deo uenisti, magister*: ad magistrum enim spectat sapientiam docere. Exprimitur persona Spiritus sancti, cum sua bonitate, cùm dicitur. *Spiritus ubi uult spirat*: nõ enim nostris meritis, sed ex sua gratuita bonitate, se nobis infundit.

Attributa personis diuinis.

Quamuis enim Pater & Filius & Spiritus sanctus, habeant eandem potentiam, sapientiam, & bonitatem: tamen quia apud nos, nomen patris propter antiquitatem, importat impotentiam, ne simplices hoc crederent de patre cœlesti attribuitur sibi potentia. Similiter nomen filij, apud nos propter iuuentutem importat imperitiam, ideo ne de filio Dei hoc credatur, attribuitur sibi sapientia. Similiter nomen Spiritus sancti, apud nos importat quendam furorem: iuxta illud Esaiæ, *Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius est*. Ideò ne de Spiritu sancto hoc credatur, attribuitur sibi bonitas.

Esaia. 2.

Fides de trinitate quid conferat.

Fides & confessio sanctæ trinitatis, si eam deuotè receperimus, ualet inter cætera, ad tribulationum propulsionem.

Damascenus lib. 3. orthodoxæ fidei cap. 10.

Nam sicut ait Ioannes Damascenus, cùm apud Constantinopolim pestilentia grauis esset, quidam puer de medio populi in cœlum raptus, canticum sanctæ trinitatis, scilicet, Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte & misericors saluator, miserere nobis, ab Angelis est edoctus, quod cùm rediens, coram populo decantasset, mox omnis pestilentia est fugata.

Moraliter.

Per Nicodemum qui uenit ad Iesum, ut de pertinentibus ad fidem plenius erudiretur, significatur discipulus humilis & diligens, qui uenit ad doctorẽ, ut ab ipso instruatur: qui debet eum dulciter recipere, exemplo Christi, qui Nicodemum dulciter recepit ac mansuetè ualde, & cum quiete ei loquebatur. Quod est contra irascentes, qui furiosè & cum clamore frequenter loquuntur: contra quos est remedium utile, molliter & sine clamore respondere, secundum illud Sapientis: *Responsio mollis frangit iram: sermo durus, suscitat furorem*.

Prouer. 15. Chrysosto. hom. 16 in 1. Timoth.

Etenim secundum Chrysostomum, si famuli cùm aduersus eos irascimur, portant humiliter, & cum silentio contumeliam, propter timorem nostrum, qua uenia digni erimus, aut quam excusationem habebimus nos, qui propter Dei timorem aliquid ferre non possumus, magis autem nolumus.

ORATIO.

TV *Domine uniuersorum, qui nullam habens indigentiam, uoluisti templum tuum fieri in nobis eijce à corde & corpore meo omnia offendicula & tibi displicentia, mundans me ab omnibus inquinamentis, & maculis mentis & corporis: & fac de me tibi templum gratum & idoneum, in quo habitare delecteris tu, cuius deliciæ sunt esse cum filijs hominum. O sapientia, quæ ex ore altissimi prodijsti, & magister qui à Deo uenisti, doce me quæso à malo declinare, & bonum facere, terrena despicere, & cœlestia amare, ut ueterem hominem cum suis actibus exuens & nouum induens, quasi de nouo natus regnum tuum introire merear, & uidere. Amen.*

De incarceratione Ioannis Baptistæ. Cap. XXVII.



POST hæc scilicet completis diebus festis in Hierusalem, quæ est in una parte Iudææ, *uenit Iesus cum discipulis suis*, & credentibus, in aliam partem Iudææ, s. in Iordanem, quæ à sorte Iudæ, uel à regno duarum tribuum, Iudæa dicebatur. A tribu enim Iudæ, quæ erat principalis & regia terra, ubi habitauerunt filij Israel, nominata est Iudæa, *& illic demorabatur*: & per suos discipulos *baptizabat*, multique fiebant credentes & discipuli eius.

Ioan. 3.

Iudæa unde dicta.

Iudæa confessio interpretatur.

Iudæa interpretatur confessio, ad quam uenit Iesus, quia Christus confitentes, uel sua peccata, uel diuinam laudem, uisitat. Et illic moratur, quia tales non transitoriè uisitat, *& illic baptizat*, id est à peccatis purgat. Vnde Alchuinus: Per Iudæam quippe signantur confitentes, quos uisitat Christus: ubi enim est peccatorum confessio, uel diuinarum laudum, illuc uenit Iesus & discipuli eius, hoc est doctrina & illuminatio eius, & ibi moratur, purgando à delictis & uitijs per Baptismum sancti Spiritus, secundum Augustin.

Augustin. trac. 13. in Ioannem.

Baptizat Christus.

1. Cor. 1.

Baptizat Christus semper.

Christus primò baptizauit discipulos aqua & Spiritu sancto, postea officium baptizandi eodem baptismate discipulis reliquit: intentus prædicationi & doctrinæ. Sicut & Apostolus Paulus paucos per se baptizauit: ut posset prædicationi fidelius intendere: Postea ergo soli discipuli Iesu baptizabant, eo interim circa altiora docenda occupato. In quo dedit exemplum prælatis Ecclesiæ committendi ea, quæ per inferiores possunt commodè fieri, ut ipsi liberius possint in altioribus exerceri. Et quamuis Iesus tunc non baptizaret manibus suis, & ministerium exhibendo, sed discipuli eius, baptizabat tamen præsentia maiestatis. Ipsius enim erat baptismi sacramentum, & ad discipulos pertinebat ministerium. Hic est enim qui baptizat: ergo adhuc Iesus baptizat, & quousque baptizandi sumus, Iesus baptizat.

Augustin. ibidem.

Vnde Aug. Vtrumque uerum est, quia Iesus & baptizabat & nõ baptizabat. Baptizabat enim, quia ipse mundabat: non baptizabat, quia ipse non tingebat. Præbebant discipuli ministerium corporis, præbebat ille adiutorium maiestatis, de quo dictum est, hic est qui baptizat. *Ioannes autem baptizabat in Ennon, iuxta Salim* oppidum prope Iordanem sitũ, *quia aquæ multæ ibi erant*, quod est ẽt interpretatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ennon. *Salem.*

pretatio eius quod dicitur Ennon. Ennos Hebraice, dicitur aqua Latinè. Et dicunt aliqui, quòd hoc oppidum, alio nomine uocetur Salem, & sit locus ubi rgnauit Melchisedech, sed hoc est falsum: quia Salem, ubi regnauit Melchisedech, idem est quod Hierusalem. Namipsam ædificauit Melchisedech, & primo dicta est Salem, id est pacifica, ex conditione regis, qui regnauit in pace. Postea dicta est Hierusalem, à tempore quo Abraham uoluit ibi offerre filiũ suum, quia locum illum appellauit, Dominus uidet. Et ita Hierusalẽ, interpretatur visio pacis: quia cum prima interpretatione, addita est uisio. Mittebat autẽ Ioannes ad Iesum baptizari, qui ueniebant ad eum: sed non mittebantur ad Ioannem, uenientes ad Iesum. Sicut ante baptismum Christi Ioannes baptizabat in nomine Christi, uenturi: sic post baptismum Christi, illos quos baptizabat, ad Christum mittebat, sic & suum testimonium de Christo confirmabat. Et exinde turbati, & inuidia moti, discipuli Ioãnis & indiscretè zelãtes pro magistro suo, uolentesque præferre baptismum eius Christi baptismo, murmurabant quòd magistri sui gloriam zelabat, quia uidebatur eis quòd magistri sui & baptismi eius authoritatem, minueret. Et *facta est quæstio*, & controuersia, *de purificatione*, i. baptismo, *à discipulis Ioannis*, defendẽtibus magistri sui baptismũ, & putãtibus eũ maiorẽ Christo, quẽ uiderãt à Ioanne, quasi maiore, baptizatũ, *cum Iudeis* i. Christi discipulis, & aliis ad Christi baptismũ uenientibus, & magis ad ipsum, propter miracula currentibus, & dicentibus maiorẽ esse Christum, & ad eius deberi concurri baptismum tãquam ad baptismum meliorem: quia Ioannes mittebat quos baptizabat ad Iesum: non Iesus mittebat quos baptizabat ad Ioannem. Et hæc quæstio ad Ioannem per suos discipulos est delata, & querimonia de Christo facta quòd baptizaret, & plures ad eum quàm ad Ioannem currerent, unde zelo indiscreto moti *dixerunt ei Rabbi*, cùm sis excellenter magister omniũ, & magistri debeas habere gloriam, *qui erat tecum*, sicut cũ principaliori *trans Iordanem*, ubi eũ quasi discipulum baptizasti, & sic beneficium ei præstiti sti, *cui etiam testimonium perhibuisti*, id est quem tu clarum ostendisti, & sic magnum honorem impẽdisti, *ecce hic*, à te seperans nunc *baptizat*, & eadem tibi audens, tuum officium usurpat, unde ualde miramur *& omnes ad eum* & ad ipsius baptismum *ueniunt*, & te qui eum baptizasti, dimittunt, quasi dicerent. Nos deserimur, hic raritas est, ad illum turbæ concurrũt, de te non curatur, & sic gloria tibi surripitur. Nonne prohiberi debẽt, ut ad te potius ueniãt? Vbi Chrysostomus: Ipse quidem non baptizabat, sed nuncij uolentes erigere eos qui audiebant in inuidiam, ita annunciauerunt, quia omnium malorum causa est uana gloria. Hæc enim eos zelotypia duxit, neq; ad malitiam solam impellit captos, sed & uirtutibus obstat, labores quidem sustinere cogens, fructibus uerò priuans: Hæc Chrysostomus. Ioannes autẽ æmulationem & inuidiam discipulorũ sedare uolẽs Christum commendabat, & excelsa de eo prædicabat, sẽque non Christum, sed eius nuncium, nec sponsum Ecclesiæ, sed sponsi amicum esse dicebat: & q̃ illum oporteret crescere & exaltari, non in se, sed quantũ ad alios, fama & authoritate, inquantum eius uirtus per miracula & opera magis & magis inciperet eis innotescere, ipsum autem minui & humiliari in re uera, & quo ad populum in fama, sicut Lucifer minuitur in claritate quò ad apparentiam, orien-

Baptismus Ioannis.

Discipulorum Ioannis murmuratio.

Chrysosto. homil. 28. in Ioannẽ.

Gloria uana omnium malorum causa.

Crescit Christus, decrescit Ioannes.

A te Sole, & authoritas præconis, adueniente iudice, & officium legati, adueniente principe. In æstimatione quippe populi & Christus creuit, quia agnitus est quod erat: & inuentus est esse Christus, qui putabatur tãtum propheta, & Ioannes decreuit, quia cessauit dici quod non erat, & inuentus est eius prophetia, qui putabatur Christus, cui attestatur q̃ Ioannes natus est decrescentibus diebus, Christus crescentibus, & quòd Ioannes capite minuitur, Christus in cruce extenditur. Moraliter autem hoc debet esse in unoquoque nostrum, quia oportet illum, s. Christum in te crescere, ut scilicet in eius proficias cognitione & amore, quia inquantum magis eum potes cognoscendo & amando percipere, tanto magis Christus crescit in te, sicut qui magis proficit in uidendo unam & eandem lucem, reputat lucem illam magis crescere: & hoc oportet homines sic proficientes minui in sui reputatione, quia quanto plus homo cognoscit de altitudine diuina, tanto minorem reputat paruitatem & humilitatem. Discipulis Ioannis pro magistro suo indiscretè zelãtibus, & de Christo querimoniam facientibus, similes sunt multi etiam religiosi, qui magis adhærent quibusdam opinionibus, pro eo quòd sunt opiniones illorum quos magis diligunt, quàm pro ipsa ueritate quam relinquunt: cùm dicat philosophus, quòd duobus existentibus amicis, sanctum est præhonorare veritatem. Et Plato dixit de Socrate magistro suo, amicus quidem Socrates, sed magis amica ueritas. Per hoc autem quòd eosdem discipulos suos reprehendit, informantur doctores boni, ut tales adulationes non recipiant, sed magis repellant. Considerent etiam hic qui detractores libenter audiunt, & contra eos quibus detrahitur subitò seuiũt, quomodo Ioannes discipulos Christo detrahentes statim compescuit, Christum laudibus extollendo, & se humiliando: & exemplo eius detractores compescant de se humiliter sentiendo, & detractos laudando, ipsosq̃ detractores fortiter reprehendant, & eis malum uultum ostendant. Quia ut dicit Sapiens, *uentus Aquilo dissipat pluuias: & facies tristis linguam detrahentem. In illo tempore*, dũ hæc ageretur, & cum Ioannes uno anno & tribus mensibus prædicasset: & arguens Herodem, plurimos cõuertisset, *misit Herodes tetrarcha*, ministros, *ac tenuit*, & cepit Ionnem per eos, & uinxit, seu *ligauit eum*, qui liberè prædicauerat Dei uerbum, & ad se in Galilæa adductum, *posuit*, seu poni fecit, *in carcere, propter Herodiadem*, quam fratri suo abstulerat, & sibi copulauerat illicitè, quam secundum legem quam acceperat, non liceret sibi habere uxorem fratris sui, eo uiuente. Sic diabolus spiritualiter tenet per delectationem, alligat per consensum, incarcerat per consuetudinem, propter animam uerò sponso Christo separatam, & alij copulatam. Prosecutus quippe fuit Herodes, & circumcisionem receperat, ut mgis acceptus Iudæis esset, & regnare super eos posset. Ideoq; ad legem Moysi tenebatur in hoc, sicut cæteri: & propter legis quoq; naturalis honestatem, nõ licebat fratri reuelare turpitudinem fratris sui: ducendo etiam eo mortuo eius uxorem, nisi ad susc itandũ ei semen. Vnde *Ioannes*, tanq̃ testis & defensor ueritatis *dicebat*, Herodi: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui*. In quo uirtus & cõstantia Ioannis ostẽditur, q̃ maluit apud Herodẽ periclitari, quã pp adulationem immemor esse pr̃ceptorũ Dei. Quod n. uenerat in spiritu & uirtute, arguit Herodẽ & Herodiadem

Moraliter.

Discipulis Ioannis similes.

Platonis dictum.

Detractores non audiendi sunt.

Prouerb. 25 Marci. 6. & Matth. 14.

Diabolus Herodi similis.

Herodes proselitus

Veritas prædicanda est.

rodiadem, sicut Helias, Achab & Iezabel. Non omittit dicere ueritatem, propter Herodis potestatẽ, uel Herodiadis insidiationem, dans in hoc exemplum prædicatoribus Euangelij, ut propter talia nõ omittant constãtiam prædicandi ueritatem. Primò ergo Herodes Ioannem incarcerauit, ex eo quòd ipsum reprehendebat de Herodiade, quã fratri abstulerat, & ideo ad suggestionem Herodiadis, ipsum in uinculis posuit. Secundò, ex eo quòd iustitiam & baptismum prædicabat, & ideo multus populus ad Ioannem ob baptismum & prædicationem undique confluebat. Et timens Herodes ne sui populi, Ioannem sequentis, dispendium haberet: & ob uerba Ioannis populo, cùm esset alienigena, exosus fieret, eumque à regno ob incestum pelleret, Ioannem hinc tenuit, & uinctum posuit in carcere, non ausus eum statim interficere. Tertiò, ex eo quòd Ioannes quẽdam magnum regem post se uenturum prædicabat: & cùm Romani ordinassent, ne aliquis sine senatus authoritate rex nominaretur, offensam Cæsaris timuit, & ideo ipsum incarcerauit. Et insuper propter hoc est captus & incarceratus: quia Phariszi propter inuidiam de prædicatione Ioannis turbati, suaserãt Herodi ut caperet eum, incitantes Herodem ad eius mortem. *Herodias autem*, adultera *insidiabatur ei*: timebat enim ne Herodes, ad prædicationem Ioannis de peccato suo pœniteret, & eam marito suo redderet, qui eam forte occideret, & ideo uolens Ioãnem occidere, mortem eius quærebat, sed quonam facto id aggredi posset, inuenire nõ poterat. *Herodes enim metuebat Ioannem*, cum reuerendo timore mundano uel humano *sciens eum uirum iustum*, quò ad homines, *& sanctum*, quò ad Deũ, *& custodiebat eum*, ne ab Herodiade occideretur, & ex hoc ipse Herodes damnum & periculum pateretur: solo enim metu, ab interfectione Ioãnis tenebatur, quia propter sanctitatẽ eius, q̃ erat nota toti populo, timebat si eũ interficeret, ne totus populus contra eum insurgeret, quia omnes Ioannem Prophetam sanctum reputabant. *Et audito eo multa*, scilicet quædam paruã, non principalia *faciebat*, simulatorie, non ex ueritate *& libenter eum audiebat*, s. simulatorie, id est audire simulabat: totum enim istud erat simulatorium, ut ex tali auditu & obtemperatione, in aliquibus retineret populum à rebellione contra ipsum. Herodes populum & seditionem eius timebat, sed amor mulieris superabat, pro quo etiam Deum postponebat, quia Deum in causa non habebat. Nam secundum Chrysostomum, facilè deuiat à iustitia, qui in causis non Deum, sed hominẽ formidat. Timor enim Dei corgit, timor autem hominum, peccandi differt facultatem, & operationem non aufert, sed retinet uoluntatem, donec habeat opportunitatem uel occasionẽ, unde & quos suspẽdit à crimine, auidiores reddit ad crimen, & æstuat animo, quousque perficiat ad malum cogitata. Solius enim Dei est timor qui nocentes corrigit, fugat crimina, innocẽtiam tribuit perpetem confert facultatem: Hæc Chrysostomus. Iste qui Ioannem tenuit & ligauit in carcere, eo quòd de malis suis eũ arguebat charitatiuè: & qui similia faciunt similes sunt phreneticis, qui pium medicũ persecutere uel occidere quærunt. Considera nũc, quomodo Ioannes magis uolebat Deo, quàm hominibus placere, magisq; timebat Deum, quam homines offendere, ciusque exemplo semper ad Deum magis, quã ad homines aspiciendo, in omnibus Dei beneplacitum facias, & ab eius offensa omnimodè abstineas.

Incarcerandi Ioannis occasiones.

Herodis simulatio.

Chrysost. ho. 16. ex uarijs in Mat. locis.

A Vnde Chryso. Cùm à pernicios is quid patimur hominibus, ad principem nostrũ consideremus, & consummatorem fidei, & quoniam à malis hominibus, & quoniam propter ueritatem, & quoniam propter eum. Si enim hoc excogitauerimus, omnia facilia erũt, & portabilia. Si enim pro amabilibus quis patiẽs gloriatur, & propter Deum, si patiatur quicquã, suscipiet sensum. Si enim ipse rem reprobabilissimam, uidelicet crucẽ, gloriam uocabat, multò magis nos ita disponi oportet. Oportet ergo cùm debemus q̃d pati indelectabile, non labores sed coronas excogitare, & si malum quid delectabile appareat, excogitare quoniam Deus non uult, & indelectabile constim apparebit, si enim hominum timor auertit ab inconuenientibus rebus, multo magis Christi dilectio: Hæc Chrysost.

Detatiẽtia & tolerantia.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, magister bone, doce me ueritatem uitæ, iustitiæ, & doctrinæ, cordis, oris, & operis, propter metum, uel fauorem humanum, seu mundanum non omittere: ne teneritudo carnalis timoris, uel amoris ualeat in me perfectionem spiritualis dilectionis impedire. Et quoniam propter peccatum primorum parentum, uis irascibilis nostra contraxit debilitatem, rationabilis caligmem, & concupiscibilis pronitatem, da mihi paracletum defensorem, contra persecutiones: illuminatorem, contra errores: inflammatorem, contra concupiscentiam, ut in omnibus ualeam beneplacitum tuum facere, & ab offensa tua abstinere. Amen.*

De initio publicæ prædicationis Domini Iesu. Cap. XXVIII.



CVM autẽ Iesus audisset q̃ Ioannes traditus esset, secundum Chrysostomum sine dubio à Deo, quia in unũ sanctum nemo potest aliquid, nisi tradiderit eum Deus, & cognouisset per intimationem sibi factam, quia audierunt Pharisei, q̃ plures faceret discipulos, & baptizaret, quàm Ioannes, & inde contra eum inuidiã ceperunt maiorẽ. Quamquam Iesus non baptizaret tunc per semetipsum exteriori tinctione corporũ, sed discipuli eius, quos tũ ipse baptizauerat prius reliquit Iudæam, in qua erant Pharisæi increduli, inuidentes augmento baptismi & doctrinæ Christi, qui ad capiendum Ioannem consilium dederãt: & Christum etiam persequi cogitabant, propter baptis-

Matth. 4. Chrysosto. hom. 6. operis imperf.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum eius qui crescebat, & ,ppter doctrinã eius, per quam euacuari legem intelligebant, & sic docendi gentiles habebat occasionem, & *secessit*, seu abijt iterum *in Galilæam*. Cessit autem Iesus primò, ut exemplum patientiæ & mansuetudinis, malis cedendi daret Secundò, ut absentatione, inuidiam eorum mitigaret, donec melioris animi fierent. Tertiò, ut nobis fugiendi persecutores & periculum formam præberet. Quartò, ut alijs Euãgelium prædicaret. Quintò, quia tempus passionis suæ, nondum uenerat. Sextò, ut uerbi Dei transitum à Iudæis ad gentes, præfiguraret: & ex hoc discipulos, quid quandoque facturi essent instrueret. Iste enim transitus eius, transitum eiusdem ad Gentes significabat, ad quas eum transire impellebant. Et regressus Iesus in Galilæam in uirtute spiritus, faciendi signa & miracula, quia quamuis esset plenus spiritu sancto, tamen ex tunc plus manifestauit uirtutem suam, in publicatione doctrinæ, & operatione miraculorum, & fama exijt de eo per uniuersam regionem, & receperunt eum Galilæi honorificè, propter illa quæ eum in Hierusalẽ, in die festo fecisse uiderant & cognouerant, propter quæ etiam Nicodemus crediderat, & *relicta ciuitate Nazareth*, ubi fuerat conceptus & nutritus *uenit*, ad prædicandum in Galileam: *& habitauit in ciuitate Capharnaum maritima*, quę iuxta mare est sita prope Nazareth, *in finibus illis Zabulon & Neptalim, & exinde*, scilicet de finibus illis *cœpit Iesus* apertè *prędicare & dicere*, quoniam impletũ est tempus, scilicet humanæ redemptionis, & uenit plenitudo temporis, ergo dum tempus habetis, *pœnitentiam agite*, & credite Euangelio, quia sine pœnitentia & fide, impossibile est placere Deo. *Appropinquauit enim regnum cœlorum*, quia ianua cœli aperta est per Christum. Vnde Beda: Regni enim cœlorum ianuis appropinquare, est de his quemque quibus ab eo discesserat pœnitere. Vnde & Hieronymus: Pœnitentiam agite, qui vultis æterno bono, scilicet regno Dei adhærere. Qui enim desiderat nucleum, frangit nucem: amaritudinem radicis, dulcedo pomi compensat: pericula maris, spes lucri delectat: dolorem medicinæ, spes salutis mitigat. Mysticè, per hoc quòd Iesus antequam publicè prædicaret uenit in Galilæam, insinuatur quòd prædicator Euangelij prius debet transmigrare de carnalibus ad spiritualia, de terrenis ad meditandum cęlestia, quia Galilæa transmigratio interpretatur. Et per hoc quòd habituit Capharnaum, quæ maior & populosior erat, ut prædicãdo & miracula faciẽdo, plures illuminaret, reliquit secũdum Remigium prædicatoribus exẽplũ, ut eo tẽpore, & in locis illis studeant prædicare quando & ubi multis possunt prodesse. Capharnaum etiam dicitur esse inter fines Iudææ & Gentium. Exinde ergo Iesus prædicare cœpit, unde uocare Iudæos & Gentes præsignaretur, qui utrosque saluare uenerat. In Galilæa enim Gentes simul & Iudæi habitabant, & ideo ibi debuit fundari lapis angularis, qui fecit utraque unum, duos in se concludens parietes, Gentium & Iudæorum. Vnde & post dixerunt sacerdotes ad Pilatum: Commouit uniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa usq; huc. Sunt autem duæ Galilææ, una Iudæorum, altera Gentium. Diuisa est enim Galilæa à tempore Salomonis qui uiginti ciuitates in Galilæa dedit Hyram regi Tyri, qui gentes ibi posuit, quæ pars postea dicta est gentium, & reliqua Iudæorum. Et meritò in confinio illo cœpit Dominus prædicare, ut multi Iudæi & Gentiles, ad prędicationẽ confluerent: in quo

Fugit Christus Herodem multas ob causas.

Hieronym. epist. ad Eustochium.

Prædicationis officiũ

Ephe. 2.

Luca. 23.

Galilæa diuisa tẽpore Salomonis.

ostendebatur, quòd ad redemptionem Gentium & Iudæorum uenerat. Vel *exinde*, scilicet postquam baptizatus, ubi monstratur in eo plenitudo gratiæ, per trinitatis testimonium: postquam tentatus, ubi mõstratur in eo sanctitudo uitæ, per uictoriam tentationum: postquam à Ioãne testificatus, ubi monstratur certitudo idoneitatis ad prædicandum: postquam Ioannes traditus, ubi significatur quòd deficiente lege, incepit Euãgelium, sicut sol sequitur auroram *cœpit Iesus prædicare & dicere, Pœnitentiam agite*, non tantum dicite contra loquentes, qui dicunt & nõ faciunt, non tantum in animo proponite contra differentes, non omittite contra negligentes, nõ destruite contra recidiuantes, sed agite pœnitentiã, quasi medicinã ad sanandũ morbum, quasi armaturã ad incũdũ bellum, quasi clauem ad reserandum cęlũ, & ideo subditur, appropinquabit enim regnum cęlorum, sicut elongatur per peccatũ, ita appropinquat per pœnitentiam. Recto autem ordine, à Ioanne tradito, incipit prædicatio Domini: quia desinente lege, oritur gratia Euangelij, quod bona annunciatio solet dici. Lex enim promittebat bona terrena & trãsitoria, sed Euangelium promittebat cœlestia & terrena. Vnde Theophilus: Vetus namq; testimonium, his qui seruabant illud, dierum longitudinem promittebat, Enaugelium uitam æternam. Vnde & Chrysost. Propter hoc neque prædicauit ante Ioannem, donec ille incideret in carcerem, ut non hac prædicatione, multitudo populi scinderetur: idcirco neque signũ ullum fecit Ioannes, ut ex hoc quoque multitudinẽ traderet Christo, quæ ad eum signorum admiratione conflueret. Vnde etiam Augustinus: Præmissus est Ioannes, uelut uox ante uerbum, aurora ante solem, præco ante iudicem, seruus ante dominum, amicus ante sponsum. Et quia uniuersum mundum tenebræ & nox infidelitatis oppresserant, & solem iustitiæ aspicere non ualebant, beatus Ioannes quasi lucerna præmittitur, ut oculi, qui lippitudine iniquitatis oppressi, magnum & uerum lumen uidere non poterant, admissum lumen lucernæ, primum quasi tenuem splendorem uidere consuescerent, ut paulatim peccatorũ nubilo recedente, & infidelitatis digesto humore Christo aduenientẽ, ab illo cęlesti lumine lætificari, potius q̃ retorqueri possent: Hæc Aug.

Et notandum quòd perfectio Euangelica, uersatur præcipuè circa tria, uidelicet circa opera pietatis, circa concilia humilitatis, & circa præcepta charitatis. Hæc etiam tria præcipuè Dominus docuit in Euangelio. Incepit autem Dominus, sicut Ioannes, eadem prædicans, quæ ille antè dixerat: ut prædicatio discipuli & magistri consona esset, & Dominus prædicationem, ac doctrinam Ioannis approbaret & confirmaret, ac superbiam eorum qui dicta aliorum dedignantur accipere, confutaret: ac ut se eiusdem Dei filium, cuius ille propheta sit, esse ostẽderet. Verbũ ergo quod in Ioanne organo, & in omnibus prophetis clamauerat, prædicans regnum Dei, à pœnitentia inchoare uolebat: quia nisi remisso peccato, per baptismum & pœnitentiam condignam, nõ poterit quis intrare in regnum cœlorum, unde non statim iustitiam prædicauit, sed pœnitentiam. Quis ergo ausus est dicere, uolo bonus esse, & non possum? Pœnitentia enim correctio est uoluntatis, & si uos mala non terrent, ut scilicet pœnitentiam agatis, uel bona delectẽt, appropinquabit enim regnum cœlorum, id est beatitudo regni cęlestis, ac si dicat, Parate uos ad † pœnitentiam

quia

Prædicatio Christi initium.

Euangelij.

Chrysost. hom. 14. in Matthæũ. Signa nulla fecit Ioãnes.

Augustin. tract. 2. in Ioannem. De Ioannis collatione Christi.

Euãgelica pfectio circa tria.

Prædicatio Christi & formis Ioãnis.

† per pœnitẽtiã prædicatio.

quia appropinquabit tempus mercedis æternæ: Hęc Chrysosto. Prædicauit autem Dominus pœnitentiam, appropinquante regno cœlorum, & fine mundi, ut formidaret forte iuuenilis ætas mundi. Nunc uerò appropinquante regno cœlorum, ostenditur regnum mundi agere in extremis, ideo meritò debet conuerti. Sic itaque Dominus à baptismo suo, usque ad Ioannis incarcerationem prædicauit, & docuit occultè, & in locis priuatis, sed post eius incarcerationem, publicè & in synagogis. Sicut enim Ioannes erat præcursor Christi, ita prædicatio Ioannis erat præuia Christi prædicationi. Et ideo Christus non prædicauit communiter & publicè ante Ioannis incarcerationem, sed finita eius prędicatione: ex hoc nobis tribuens exemplum humilitatis stupendæ, dum seruo suo Ioanni, longè se inferiori, in prædicationis & doctrinæ officio humiliter dignatus est deferre. O quot sunt (proh dolor) hodie religiosi, qui non dico inferiori, sed nec pari, imò nec superiori deferunt, in quo se Dei filio præferre, & eum præire contendunt. Ad prædicationem quoq; & doctrinam requiritur ætas perfecta. Perfectio aũt ætatis, est annorum triginta. Et ideo conueniens fuit vt Christus non nisi post trigesimum annum, publicè prædicaret & doceret. Hoc tempus est aptum prædicationi, ut hîc patet, aptum prælationi, ut patet de Ioseph, qui hac ætate factus est præpositus Aegypti: aptum regimini, ut patet de Dauid, qui triginta annorum erat, cùm regnare cœpit. Hac ẽt ętate prefĩciẽdi sunt episcopi, sed heu hodie præficiuntur pueri, ac insufficientes pro hoc statu, & minus idonei. Fuerunt autẽ à baptismo Christi, usq; ad mortẽ eius, tres anni, & tanto plus quantũ ab Epiphania, usq; ad Pascha, & si modico tẽpore prædicauit. Eadẽ enim die qua baptizatus est, reuoluto anno conuertit aquam in uinum, & in Pascha sequenti, s. trigesimiprimi anni, incarceratus est Ioannes: & in alio Pascha sequenti, s. trigesimisecundi anni, decolatus: & in tertio Pascha, s. trigesimitertij anni passus est Dominus: & ita uixit triginta duobus annis integris: de trigesimo tertio, quantum fluxit temporis à natali, usq; ad Pascha quod pro anno dimidio computari solet. Fuit aũt anno trigesimo Pascha Iudæorũ quinto calendas Aprilis, & feria quinta: sed anno trigesimoprimo, fuit decimosexto calendas Maij, & feria quarta: anno uerò trigesimosecũdo, fuit nonis April. in die Dominica: sed anno trigesimotertio, fuit octauo calendas Aprilis, & sexta feria. Et potest triplex causa assignari, quare Christus modico tempore uoluit prædicare. Prima, ad demostrandum suam uirtutem, quòd s. in tã modico tempore, totum mũdum immutaret. Secunda, ad excitãdum desideria discipulorum, vt magis eum desiderarent, quem tam modico tempore corporali præsentia habituri erant. Tertia, ad augmentandum discipulorũ spiritualem profectum. Cùm enim Christi humanitas sit nobis uia tendendi in Deum, nã ipse dixit: *Ego sum uia*, non debemus in ea ut in termino quiescere, sed per eam in Deũ tendere. Ne ergo corda discipulorum, ad Christum carnaliter affecta, in eo ut in homine quiescerent, corporalem præsentiam citò subtraxit. Vnde Apostolus: Et si Christum secundum carnem nouimus, scilicet quando corporaliter nobiscum erat, sed nũc iam non nouimus: vnde & ante passionem, inter cætera, dixit eis: *Si ego non abiero, Paracletus non ueniet ad uos*: quia ut capaces spiritus fierent, expediebat quòd caro & forma serui ab eis auferetur, ne adhuc carnaliter eum diligerent. Ipse enim Dominus qui mundum uicit, uoluit ut discipuli animum totum ad cęlũ transferrẽt, quia sic & ipsi faciliter uincere mundum possent. Nos quoque similiter, si ad patriam nostrã cor transponimus, & ad principem fidei nostræ inspicientes, uiam eius sequi uolumus, facilius aduersa & prospera mundi contemnere, & ipsum mundum uincere poterimus.

Prædicatio Christi cur post Ioannem.

Anni trigesimi perfectio. Gene. 41. 2. Reg. 5.

Ætas Christi, & duratio prædicationis.

Prædicationis Christi breuis, triplex ratio.

Ioan. 14.

2. Corin. 5.

Ioan. 14.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui nostræ miseriæ compatiens, & tanquam uerus medicus, medicinam animarum nobis dare uolens, à pœnitentia prædicationem tuam incepisti, & nobis peccatoribus, dum tempus habemus, eam facere iussisti: da mihi misero peccatori spatium & effectum pœnitendi: qui tandiu, pro quo tibi laus, misericorditer pepercisti delinquenti: ut per pœnitentiam appropinquet, & reseretur mihi regnum cœlorum, quod elongatur & clauditur per peccatum, per ueram pœnitudinem, & lachrymarum compunctionem, talem me esse concede in mortis articulo, qualem me esse per aquam regenerationis præsitisti in baptismatis lauacro, ut aptus esse merear cœlorum regno. Amen.*

De secunda & tertia uocatione discipulorum. Cap. XXIX.



POSTQVAM igitur Dominus Iesus reuersus de Iudæa in Galilæam, multa prędicasset & fecisset, propter quæ fama clarè de ipso creuerat, ita ut turbæ cũ pressura & impetu irruerent & impingerent in eum, præ nimia deuotione & desiderio audiendi uerbum Dei: quadam die, *cùm esset secus stagnum Genezaret*, quod & mare Galilææ, uel etiam Tyberiadis dicitur, & in terra stare præ pressura non posset, *uidit duas naues secum stagnum stantes*, quarum una erat Symonis, & etiã Andreæ sui fratris: altera uerò Iacobi & Ioannis, *piscatores autem descenderant* ad terram, *& lauabant retia sua*, amouentes immunditias ut plicarent ea: quia nullos pisces ceperãt nocte illa: *ascendens autem in unam nauem quæ erat Simonis*, ut populum de naui conuenientius doceret, *rogauit eum à terra reducere nauem pusillum*, & paululum, ita ut non nimis à terra distaret: quia ita uolebat à terra elongari ut posset audiri, non tamen opprimi. *Et sedens*, tanquam doctoris authoritate utens, *docebat de nauicula turbas*, in terra stantes, ecce mira Christi humilitas & mansuetudo, præcipere po-

Luca. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

terat, præceptor enim erat, & tamen rogat, in quo prælatis formam dedit ut libentius moneant quàm præcipiant, magisque amari quàm timeri appetant, quia ut dicit Seneca generosus animus facilius duci tur, quàm trahitur. Sed econtrariò faciunt fatui de quibus in Ezechiele dicitur: *cum austeritate imperabatis eis & cum potentia.* Mysticè per stagnum potest intelligi lex, extra quam Dominus erat, quia legalia iam cessare incipiebant, & duæ naues quas uidit sunt duo populi, scilicet Iudaicus & Gentilis, quos uidit, quia de utroque populo multos misericorditer uisitando ad fidem uocauit. Piscatores sunt prædicatores, & Ecclesiæ doctores, qui nos per rete prædicationis & fidei comprehendunt, & quasi littori sic terræ uiuentium aduehunt, qui debent descendere de alto prædicationis ad considerationem suæ fragilitatis, & retia lauare, id est maculas peccatorum quæ in prædicatione contrahuntur, aqua contritionis delere, quia uerba prædicationis sæpe maculantur à quæstu temporali, & gloria inani, ab adulatione fallaci. Ille ergo lauat retia, qui lucrum temporale, vel curiositatem, uel humanum fauorem à doctrina & prædicatione sua excutit. Nauis Simonis est primitiua Ecclesia Iudæorum, quorum prædicator Petrus erat, in quam Dominus per fidem ascẽdens de ea turbas docebat: quia de authoritate ipsius Ecclesiæ usque ad hodie gentes docet. Alia nauis est Ecclesia de Gentibus, quibus Paulus doctor est missus, quia de Iudæa non sunt credituri tot quot ad uitam æternam sunt prædestinati, in naui autem terræ uicina docebat turbas, ita enim cœlestia debemus docere, ut ea terreni ualeant saltem per fidem capere uel intelligere. Ad turbas quidem temperatè est utendum uerbo diuino, ut nec terrena eis præcipiantur, nec à terrenis, nimis ut penitus non intelligant, in profunda sacrorum recedatur. Aliter per istud stagnum quod dicitur mare, intelligitur mundus, qui ad modum maris tumet per superbiam, feruet per auaritiam, spumat per luxuriam, ad transeundum istum mundum uidit Christus, id est approbauit duas naues, quarum una quę non nominatur significat uiam communem mandatorum, eo quòd omnes indistinctè obligentur ad eam, & alia quæ nominatur, scilicet Simonis qui interpretatur obediens, significat consiliorum & statum religiosorum, quorum potissimum uotum est obedientia, & ad istam descendit Christus, & in ipsa sedit, & docuit, & uoluit quòd reduceretur à terra, quia Christus ad cor religiosi deuotè consilia obseruantis, descendit per gratiam, sedet per contemplationem, & docet per donorum Spiritus sancti influentiam, & ipse vult quòd à terra reducatur pusillum, scilicet corde & si non corpore, quia non potest aliter cor nostrum retineri, ne aliquando terram ex aliqua tangat parte, & sancti uiri non possunt penitus elongari: sed oportet corpori prouideri, sic ergo nauis Simonis, id est, religiosi debet à terra elongari, sed hodie multi per ingressum religionis non separantur, nec elongantur à terrenis, sed potius magis quàm prius approximant eis. Item duæ naues quas Christus uidit, sunt duæ uiæ quas approbauit, quarum utramque ingressus est, una est uia innocentiæ, altera est uia pœnitentiæ. Sicut enim duobus modis habetur hæreditas, scilicet per successionem & emptionem, sic cœlum habetur per uiam innocentiæ quasi per successionem, & hanc nauem ingressus est Christus, *qui pecatum*

Ezech. 34. — *Piscatores dicũtur prędicatores.* — *Lauare retia quis dicatur.* — *Vtendum sobriè uerbo diuino apud turbas.* — *Stagnum mundus.* — *Naues duę* — *Cœlũ duobus modis cõparatur.* — *1. Pet. 2.*

A *non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius*: habetur ẽt per emptionem, id est per pœnitentiam, & hanc nauem pro nobis Christus ascendit quam usq; ad mortem non dimisit, per has duas naues transitur mundus, & uenitur ad cœlũ: ut uerò ait Chrysostomus, Habemus pro naue Ecclesiam, pro gubernaculo crucem, pro gubernatore Christum, pro rete patrem, pro vento Spiritum sanctum, pro uelo gratiam, pro nautis Apostolos, pro nauigantibus Prophetas, pro naui uetus testamentum & nouum, committamus ergo nos pelagi huius profundo ad perquirendam in scripturis diuinis margaritam latentem. *Vt autem*, finita prædicatione, *cessauit loqui*, doctrinam suam miraculo confirmare uolens Simoni, *dixit, duc*: scilicet

B nauem *in altum*, id est, ad locum aquæ magis profundum qui est conuenientior ad piscandum, *& laxate retia uestra in capturam*: scilicet piscium, *& respondens Simon dixit*, Iesu, *præceptor*, cui obedire debemus, *per totam noctem laborantes nihil cepimus*, quamuis diligentiam magnam adhibuerimus, *in uerbo autem tuo laxabo rete*, id est, confidens in uirtute uerbi tui. *Et cùm fecisset*, obediẽdo præceptori, *concluserunt piscium multitudinem copiosam*, tantam s. quantã ipse maris & terræ Dominus volebat, nimirum quia obediebant ei cui subiecta sunt omnes uolucres cœli & pisces maris, ideo in eorum potestate datæ sunt creaturę. Vnde Anselmus: Ius siquidẽ nullum in his

C quæ Dei sunt, s. creaturis debent habere, qui uoluntati eius prauis actibus non uerentur contraire. In hoc autem discipulorum datur religiosis forma obedientiæ, ut s. faciliter obediant simplici uerbo, non præceptum uel comminationem expectando. Et attende quòd etsi alijs imperatur ut relaxarent retia prædicationis in humilitate Simonis, soli tamen Petro dicitur, duc in altum rete, s. in profundum scripturæ & doctrinæ, quid enim tam altum, quàm scire Dei filium? q. d. Sufficit minoribus sacerdotibus scire prædicare minora, episcopis verò si qua dubia in Ecclesia emerserint offerri debent, ut ea soluant & doceãt. Mysticè hîc tanguntur tria prædicatori expedientia. Primò, sublimis conuersatio, cùm dicitur, duc in altum.

D Secundò, plana & non inuoluta locutio, cùm subditur laxate retia uestra. Tertiò, recta intentio, cùm additur in capturam piscium, nõ propter adulationẽ humanã, non pp uanam gloriam, non propter utilitatẽ temporalem, sed propter hominum ædificationem. *Rumpebatur autem rete eorum*, ex grauitate multitudinis piscium, ex quo patet duplex miraculum, quia nõ solum ceperant magnam multitudinem piscium supra modũ solitum & impossibilem per uiam humanam, sed etiã tanta multitudo tenebatur in reti rupto *& annuerunt* Simon & Andreas filijs Zebedæi, *qui erant in alia naui, ut uenirent & iuuarẽt eos*, ubi Theophilus, per nutum ipsos uocant, quia ex stupore propter

E capturam piscium loqui non poterant, *& uenerunt & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut penè mergerentur*: sed Ecclesia submergi & deficere non potest, licet fluctuet & quassetur. Et cùm stupor admirationis circũdaret Simonem Petrum & socios eius, ac totam eorum mentem occuparet propter facta Christi insolita, Petrus intelligens quòd non poterat esse uirtute humana, procedit ex humilitate ad genua Iesu, tanquam suum recognscens Dominum, & dixit ad eum. *Exi, & recede à me Domine, quia homo peccator sum* & non sum dignus habitare in tua societate. *Exi à me*, quia ego homo purus, tu homo Deus: ego peccator, tu sanctus: ego seruus, tu Dominus. q. d. sepa-

Chrysosto. homil. 13. ex uarijs in Matthæũ. — *Obedientię forma.* — *Prædicatori tria expedientia.* — *Theophilus in eũ locũ. Cur nutu uocabant discipulos.*

separet te locus à me quem separat à te fragilitas naturæ, uilitas culpæ, & infirmitas potẽtiæ. Reputabat enim se indignum esse præsentia tam sanctæ personæ. Argumentum quia ualde timendum est homini peccatori sancta tangere circũdare, Christi altare, ad eucharistiam accedere, Dominus autem Petrũ consolando & ei exponẽdo quòd captura piscium significaret capturam hominum per eum, ait ad illum. *Noli timere*, nec obstupesce, sed potius gaude & crede, quia maiori prædestinatus es piscationi, alia nauis & alia retia dabuntur tibi. Vsque modo cepisti per retia pisces, *ex hoc*, id est, post hoc tempus & de cætero, non tamen statim *eris capiens*, per uerba *homines*, per sanam doctrinam trahendo eos ad uiam salutis, hoc est ad prædicationis officium assumeris. Verbum enim Dei hamo piscatoris cõparatur: quia sicut hamus non capit piscem nisi ab ipso capiatur, sic nec uerbum Dei capit hominem ad vitam æternam, nisi ipsum uerbum mente eius teneatur. Vel ex hoc eris homines capiens, id est, ex hoc quod factũ est significatur quòd homines capies, vel ex hoc quòd sic te humiliasti, habebis officium homines capiendi, humilitas enim uirtus attractiua est, & dignum est ut illi aliis præsint, qui in potestate extolli nesciunt. Vnde non in apostolatum eligitur, sed aliquando eligendus prædicitur, totusque facti huius ordo quid in Ecclesia, cuius ipse typum tenet, geratur, hîc ostenditur. Per Petrum etiam qui cum socijs per totam noctem laborans nihil ceperat, & in uerbo Christi laxans rete cepit copiosam multitudinem piscium, & tamen non attribuit sibi nisi culpam dicens: exi à me Domine, quia homo peccator sum, figuratur prædicator Euangelij, quia propriæ innitens uirtuti nihil proficit, sed innitẽs virtuti Dei magnum profectum facit Et in hoc quòd Petrus capta multitudine piscium procidit ad genua Iesu, datur intelligi quòd in prædicatione uel exhortatione capta multitudine hominũ, prædicator debet se Deo humiliare, & ei totum attribuere, sibi autem nihil nisi defectum ascribere, & tunc confortatur à Domino dicente, noli timere, & tunc maior profectus sibi promittitur cùm subditur: ex hoc iam plures homines eris capiens. *Et subductis ad terram nauibus*, id est, tractis & collocatis animo & spe redeundi ad eas *relictis*, ad tempus *omnibus*, scilicet nauibus & manuum instrumentis, *secuti sunt Dominum*, aliquantulum causa reuerentiæ associando: Petrus & Andreas & Iacobus & Ioannes, sed iterum ad propria redierunt. Ideo enim naues ad terram reduxerunt, quia adhuc voluntatem redeũdi ad piscationis officium habuerunt Ex quo patet quòd nondum rebus suis perfectè renunciauerunt, nec perfectè in hac uocatione Christo adhæserunt. Et sciendum quòd idem est mare Galilææ, & Tyberiadis, & stagnum Genezareth situm inter Hierusalẽ & Damascum, distans quasi tribus dietis ab utraque ciuitate, & habet in longitudine duodecim miliaria, in latitudine quinque, uel circa, arenoso littore & siluis circundatum, in quo est magna copia piscium diuersorũ generum, & est visu amœnum, & delectabile ad potandum. Et quamuis eius aqua sit dulcis & non amara, dicitur tamen mare secundum consuetudinem linguæ Hebraicæ: quia magnam collectionem aquarũ, siue dulcium, siue salsarũ, vocat Hebræus Tharsis, id est, mare, secundum illud Genesis, *Congregationesque aquarum appellauit maria.* Dicitur autem mare Galilææ à prouincia adiacente, quia situm est in confinibus prouincię

Sacra tangere uereãtur peccatores. — *Verbũ Dei cõparatur hamo.* — *Mistica significatio piscationis Petri.* — *Mare Tyberiadis.* — *Mare.* — *Gene. 1.*

A Galilææ, scilicet Iudæorum, non Gentium. Dicitur autẽ mare Tyberiadis à Tyberiade ciuitate cui adiacet, quam Iesus in sua iuuentute frequenter visitare solebat. Dicitur etiam stagnum, quia est lacus stans, qui fit ex reflectione & flexu Iordanis ac undis ebullientibus & influẽtibus, nec habet alueum quo fluat extra locum suum, ut fluuius. Porrò Genezar Gręco uocabulo quasi generans sibi auram dicitur, à natura & proprietate lacus ipsius, quia ex faucibus montium circunstantium frequenter de seipso sibi auram excitat, & uentum ualidum colligit, qui undis crescẽtibus & se mouẽtibus ex ipsius aquæ resolutionibus generatur, ex quo facta in stagno perturbatione, & inualescente tempestate undis fluctuantibus nauicu-

B læ plerunque submerguntur. Dicit tamen Iosephus, quòd sic dictus sit à modica regione Genezara quã præterfluit, quæ temperatissima est & conuenientissima omni generi arborum: unde interpretatur hortus uel principium natiuitatis. Dicitur etiam interdũ lacus salinarum propter puteos vnde sal trahebatur. Fluuius autem Iordanis ad radices mõtis Libani iuxta Cæsareã Philippi ex duobus fontibus, scilicet Ior, & Dan, ex quibus nomen trahit & originem in prædicto stagno Genezareth descẽdit, & per ipsum trãsiens, & inde totus egrediens per logum spacium regionem adiacentẽ irrigans per vallem illustrem, quæ uallis salinarum dicitur, in mare mortuum nõ longè

C à Hierico se infundit, & postea nusquam apparẽs in abysso absorbetur. Deinde cùm post istam vocationem prædicti discipuli ad sua, ut dictũ est, & ad piscationem redissent. *Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ*, iterum uidit Petrum & Andream, non tam corporaliter quàm spiritualiter, & magis ad corda quàm ad faciem respiciens, *mittentes retia in mare*, ad piscandũ & uictum quærendum, ut dicit glossa, decenter per piscatoria vadit loca piscatores piscaturus. Et ait illis: *Venite post me* affectu & imitatione, & quemadmodũ ego ambulo & vos ambulate, *& faciam uos piscatores hominum*, non præbendarum, non decimarum, sed animarum: quia per rete sanctæ prædicationis pi-

D sces, id est homines de profundo pelagi, id est, infidelitatis ad lucem fidei traxerunt, quasi ad littus salutis: unde Theophilus: Admirãda est autem ista piscatio, pisces enim cùm capiuntur, mox moriuntur, homines cùm capti sunt verbo prædicationis potius uiuificantur: ut autem dicit Chrysostomus, in medijs autem operationibus existentes eos uocauit, mõstrans quòd omnibus occupationibus sequelam suam præponere oportet, cùm ergo quis pręficitur Ecclesię piscator & pastor, valde debet timere ne non sequatur Dominũ perfectione sequelæ, quæ est, ut semetipsũ abneget & crucem suam tollat. *At illi continuò relictis retibus & naui secuti sunt eum*, omnino, non solũ pedum incessu, sed magis obedientia & affectu, nõ am-

E plius ad propria reuersari. *Et procedens inde* pusillum ultra, *uidit Iacobum & Ioannem, in naui cum Zebedæo patre eorum*, qui tanquam senex tenebat remum, *reficientes* id est, componentes, uel reparantes *retia sua*, quod magnæ paupertatis erat indicium. Vnde Chrysostomus, Vide autem quàm etiã diligenter inopiã eorũ Euangelista signauerit. Inuenit, inquit, eos suentes retia sua, tanta erat paupertatis nimietas & superabundantia, ut uetera & prærupta cõtexerent & emẽdarẽt, quia noua & meliora emere, vel habere nequibant, & quod ad maiorem pietatem eorum pertinet, in tanta paupertate sic patri suo succurrebant, ut secum baiularent in naui, non ut istos ille adiuua-

ret in

Genezar quid. — *Iordanis.* — *Matth. 4. Tertia uocatio.* — *Glossa in eum locũ.* — *Theophilus in eum locum.* — *Cur in medio opere uocauerit.* — *Chrysost. home. 14. in Matt.* — *Chrysosto. hom. 7. operis imperfe.* — *Paupertatis & pietatis Apostolorum indicia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret in opere, sed ut isti illum consolarentur sua præ-
sentia. Nec sanè parua hæc sunt dogmata virtutis fa-
cilè omnem tolerare paupertatem, & de iustis labo-
ribus uiuere mutua sibi charitate connecti, habere
secum inopem patrem, atque in eius obsequio labo
rare: Hæc Chrysostomus. Ergo quandoque quiescè-
dum est à piscatione, & cessandum à prædicatione,
ut retia reficias. Si refecisti retia & collegisti author-
tates sacræ scripturæ, quibus auaritiâ iugulasti, quie-
scas à prædicatione paulisper, ut iterum reficias retia,
& colligas authoritates quibus aliquē uitiosum ho-
minem capias, & vitium eius iugules & extinguas.
Et uocauit eos ad se, ut etiam de captura pisci um trā
sirent ad piscationem hominum. Secundum Chryso
stomum, eliguntur piscatores, qui erant futuræ dig-
nitatis gratiâm sui officij opere prophetantes, qui
in melius mutato piscationis officio, de terrena pi-
scatione ad cœlestem translati sunt, ut humanum ge
nus de profundo gurgite erroris, uelut pisces caper-
rent ad salutem, illi autē statim relictis retibus & pa-
tre secuti sunt eū, omnino imitatione & sequelæ per-
fectione, ecce quòd mutatur intentio non piscatio,
mutantur retia in doctrinam, cupiditas in amorem
animarum, fit mare seculū, nauis Ecclesia, pisces bo-
ni & mali homines, in his autem datur forma omni-
bus Christum sequi volentibus, per hoc enim quòd
Petrus & Andreas & Iacobus, & Ioannes relictis re-
tibus, naui, & patre vocātem Dominum statim sunt
secuti, ostenditur nobis quòd non uoluntas carna-
lis, non cupiditas temporalis, nec affectio sanguinis
nos retrahere debent à sequela Christi, quia perfecti
sectatores Christi relictis retibus peccatorum, & na-
ui possessionum, & etiam parentibus, quantū ad car
nalem affectum, animo prompto sequuntur eum, in
retibus enim, & nauī, & patre, tria significantur quæ
relinquere debent discipuli Christi, scilicet actio pec-
cati: quæ per retia quasi retinentia, possessio mundi
quæ per nauim, affectio cōsanguinitatis, quæ per pa
trem potest intelligi: unde Chrysosto. tria enim sunt
quæ relinquere debet qui uenit ad Christum: actus
carnales, qui per retia piscationis significantur, sub-
stantia mundialis, per nauem: parentes per patrem.
Reliquerunt ergo nauem, ut fierent Ecclesiasticæ na
uis gubernatores, reliquerunt retia, ut non pisces af-
ferrent ad ciuitatem terrenam, sed homines ad cœ-
lestem, reliquerunt unum patrem, ut spirituales pa-
tres omnium fierent. Hæc Chrysostomus. Et notan-
dum quod de Petro, & Andrea dicitur quòd mitte-
bant rete in mare, sed de Ioanne & fratre eius dicitur
quòd reficiebant retia sua: quia secundum Chrysost.
propter Petrum dicti sunt mittentes, propter Ioan-
nem reficientes, quia Petrus Euangelium prædica-
uit, sed non composuit: Ioannes composuit & prædi
cauit. Item sciendum est hūc, quia primò uocatur ac-
tio, deinde contemplatio. Quæ enim circa Petrum,
actionem significant: quæ verò circa Ioannem, con-
templationem. Petrus namque feruidissimus & ma-
gis sollicitus alijs, Ioannes uerò theologus excellen-
tissimus fuit. Considera nunc quanta fuerit horum
quatuor beatorum discipulorum obedictia, quia ad
unius iussionis uocem statim relictis omnibus, etiā
uoluntate & proposito habendi, Christum Domi-
num sunt secuti, in quo, ut ait Chrysostomus, se ueri
Abrahæ filios comprobauerunt, quia simili exēplo
audita Dei voce secuti sunt saluatorem. Dimiserunt
namque statim quæstum corporalem, vt æterna lu-
cra conquirerent: reliquerunt patrem terrenum, ut
patrem cœlestem haberent, unde non immeritò &
eligi meruerunt. Et iterum, perpende tu uerò fidem
& obedientiam uocatorum, noscitis autem qualiter
auidum quid est piscatio. Siquidem in medio ipsius
operis constituti, cùm illum uidissent iubentem, ni-
hil distulerunt, nihil omnino cunctati sunt, non dixe
runt reuertimur domum, loquimur propinquis: sed
cuncta illicò relinquentes, fecerunt quod Helisæus
quoque sub Helia legitur impleſſe. Talem quippe
obedientiam à nobis Christus efflagitat, ut neque
punctum temporis differamus, & si nos aliquid ne-
cessarium urgere videatur propter quod & alium
quem accedentem ac se rogantem, ut ad sepeliendum
patre rediret, ne id quidem facere permisit, ostē
dens quia Christus cunctis sit etiam necessitudini-
bus præferendus: Hæc Chrysostom. Vnde & Grego.
Audistis quia ad unius iussiōnis uocem secuti sunt
redemptorem, & ad unum domini præceptum, hoc
quod possidere videbantur obliti sunt: quid ergo in
iudicio eius dicturi sumus, qui uocantem sequi con
temnimus: & ob amorem præsentis seculi, nec præ-
ceptis flectimur, nec uerberibus emendamur? Hæc
Grego. Secuti autem sunt Dominum eius uestigia
sequendo, eius opera imitando, eius uirtutes tenen-
do. Hoc namque est post Christum ire, hoc est Chri
stum sequi. Neq; enim sufficit nobis pedibus tātùm
ire post Iesum, nisi & mente & dilectione sequamur
eum. In his ergo secūdum Hilarium, docemur Chri
stum sequi, & secularis vitæ sollicitudine, ac pater-
næ domus consuetudine non teneri. Et si pauca hi
discipuli habuerunt, multa tamen reliquerunt, quia
in hoc seculo nihil retinere uel amare studuerunt.
Vnde Gregorius: Sed in hac re affectum debemus
potius pensare, quàm sensum: multum reliquit, qui
quamlibet parum, totum deseruit. multum reliquit,
qui sibi nihil retinuit: multum dimisit, qui desideria
habendi dereliquit: multum dimisit, qui cum re pos-
sessa etiam concupiscentijs renunciauit. A sequenti-
bus ergo scilicet Christum tanta dimissa sunt, quan-
ta à non sequentibus concupisci potuerunt. Cor nā-
que & non substantiam Dominus pensat, nec per-
pendit quantum in eius sacrificio, sed ex quanto pro
feratur. Aestimationē quippe precij non habet, sed
tamen regnum Dei tantum valet quantum habes.
Ante Dei namque oculos nunquam est uacua ma-
nus à munere, si arca cordis repleta est bona uolun-
tate. Nihil quippe offertur Deo ditius uoluntate bo-
na: Hæc Gregorius.

Quomodo prædicatores retia reficiant.

Chrysosto. ho. 7. operis imperfe. Cur piscatores elegit Christus.

Christi sequelam nulla affectio dirimat.

Relinquenda religionis.

Chrysosto. ho. 7. operis imperfecti.

Chrysosto. ibidem.

Obedientia discipulorum.

Chrysosto. ibidem.

Matth. 8.

Gregorius hom. 5. in Euangelia

Hilarius canone. 3. in Matth. Omnia reliquere. Gregorius hom. 5. in Euang.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, fac me per auiditatem ad audiendum uerbum Dei irruere retia prædicationis ac desiderij, & bonæ operationis: ab omni auaritia, adulatione, & inani gloria lauare, nauem religionis à terrenis reducere, in ea quiescendo sedere, & per exemplum alios docere, & in profundum contemplationis & prædicationis ducere, in uerbo tuæ inspirationis retia laxare, & in aquis tribulationum copiosam multitudinem internarum consolationum concludere. Voca & trahe me miserum ad tuum sanctum discipulatum, quatenus omnia relinquendo, & te sequendo ad tuorum pauperum mereat pertingere consortium. Amen.

De

De Epilogo vocationum discipulorum. Et de diligentia Christi ad prædicandum.
Cap. XXX.



Ioan. 1. Tres discipulorum Christi uocationes. Luc. 5.

RES itaque uocationes discipulorum
suprà habuisti. De prima dicit Ioannes,
& tunc uocati ad fidem uenerunt so-
lùm, ut aliquam notitiam & familiari-
tatem Iesu contraherent. De secunda dicit Lucas, &
tunc etiam secuti sunt eum animo redeundi ad pro-
pria: cœperunt tamen audire eius doctrinam. De ter
tia dicit Matthæus, & Marcus, & tunc uenerunt ad
perseuerandum cum eo, perfectionem eius imitan
do, primæ duæ vocationes forma sunt nouitiorum
in religionibus, qui primò uocantur ad probandum
& instruendum, & quandoque ad propria redeunt.
Tertia tenet formam professorum, quia tunc velut
Matth. 9. professi religionem Christianam Christo inseparā-
biliter adhæserunt. Item de uocatione Matthæi pu-
blicani, habes infrà. De modo autē uocationis alio-
rum nō est determinatum uel scriptum. Vnde Chry-
Chrysosto. hom. 31. in Matth. Vocatio Apostolorū scripta. sosto. Quid est autem quòd de alijs Apostolis nobis
non dicitur qualiter, & quomodo sint uocati, nisi
de Petro, Andrea, Iacobo, & Ioanne, & Matthæo: Hi
enim maximè erant in conuenientibus & humilibus
studijs, neque enim telonij officio est aliquid dete-
rius, neque piscatione uilius. Considera igitur, &
conspice Dominum Iesum in prædictis discipulo-
rum uocationibus & conuersatione eius cum illis,
quomodo affectuosè eos vocat: reddens se eis affa-
bilem, domesticum, benignum, & obsequiosum: at-
trahens eos intus & extra, ducendo eos ad domum
matris, uel alibi ubi pro tempore manebat, & fami-
liariter vadēs ad domos eorum. Docebat etiam eos
& instruebat, ac curam de ipsis præcipuam habebat,
sicut mater de unico suo filio habere consueuit. Di-
citur enim quia beatus Petrus referebat, quòd quādo
in aliquo loco cum eis dormiebat, & surgens de no
cte eos recooperiebat, quia tenerrimè eos diligebat:
sciebat enim quid de ipsis facturus erat. Nam quam
uis essent homines rudis conditionis & humilis na-
tionis, tamen principes mundi & duces in bello spi-
rituali omnium fidelium eos erat constituturus.
Obedientia uocatorū. Cōsidera etiam uocatorum obedientiam, quæ com
mendatur, quia prompta, eo quòd continuò & sta-
tim eam ostenderunt, quia integra, eo quòd omnia
reliquerunt: quia recta, eo quòd Dominum Iesum
secuti sunt. Primū perfectum, secundum perfectius,
tertium perfectissimum. Sed ad quid reliquerūt om
nia? Secundum Chryso. In hoc docuerūt nos Apo-
stoli, quòd nemo potest terrena possidere & perfe-
ctè ad cœlestia properare. Aer inter cœlum & terrā
constitutus, ostendit quòd inter cœlestia & terrena
nulla potest esse coniunctio: cœlestia enim quia spi
rituralia & leuia sursum ducunt, terrena quia ponde-
rosa & grauia, deorsum deprimunt. sed nōne postea
resumpserunt, ergo imperfectè reliquerunt. Dicen-
dum quòd perfecta fuit obedientia, quia etsi postea
resumpserunt, non ex proprietate, scilicet amore vel
cupiditate, sed ex necessitate vitæ hoc fecerunt. Con
sidera etiam & nota quibus, qui, & qualibus cœpit
& orta est Ecclesia. Noluit Dominus primos funda-
tores Ecclesiæ eligere sapientes, uel potentes, aut no
biles huius seculi, ne fides Euangelij, & uirtus fidei,
& opera quę fienda erāt, ascriberētur eorū sapientiæ,
vel potētię aut nobilitati, sibi hoc reseruauit, quia sua
potentia, sapientia, & bonitate nos redemit. Si enim
doctus uel potēs aut nobilis eligeretur, fortasse ideo
electum se diceret, quia doctrina, vel potētia, uel no-
bilitas eius eligi meruerit, uolēs frāgere superbiam,
elegit illiteratos & mundo despectos, hosq; docto-
res faciens, & ad prædicandum mittens, per eos su-
biecit mundi rectores, ne fides credentium putare-
tur non in virtute Dei, sed in sapientia & uirtute ho-
minum. Vnde Gregorius: Relictis sapientibus insi-
pictes, relictis fortibus debiles, relictis diuitibus pau
peres eligit, & prædicatores infirmos abiectosq; qui
potentes quosq; & fideles populos colligerent ha-
bere studuit. Ad prædicandum namque eum tales
venire debuerant, qui de laude propria nil habebant,
ut tāto solius ueritatis cognosceretur esse quod age
rent, quanto & à parte cerneretur, si ad hoc agēdum
idonei per se non fuissent. Vnde Chrysost. O beatos
piscatores istos, quos Dominus inter tot doctores
legis & scribas inter tot seculi sapictes ad diuinæ præ
dicationis officium, & ad gratiam apostolatus pri-
mos elegit. Et digna sanè Domino nostro atq; con-
ueniens prædicationi eius fuit talis electio: ut in præ
dicatione nominis sui, tanto maioris laudis admira-
tio nasceretur, quanto etiam eam mūdi infimi & hu
miles seculi prædicassent. Qui non per sapictiam ver-
bi mundum caperent, sed simplicem fidei prædicatio
nem de errore mortis humanū genus liberarēt. Nō
ergo nobiles mundi aut diuites elegit ne suspecta fie
ret prædicatio, non sapientes seculi, qui per sapientiā
mundi persuasisse humano generi crederētur: sed ele
git piscatores illiteratos, imperitos, idoctos, ut aper-
ta esset gratia saluatoris. Humiles quidem in seculo
etiam in ipso artis officio, sed præcelsos fide, ac deuo
tos mentis obsequio. Ignobiles seculo, sed nobiles
Christo. Non scriptos in aluo senatus terreni, sed scri
ptos in aluo senatus in cœlo. Despectos terræ, sed ac
ceptissimos cęlo, pauperes mundo, sed diuites Deo.
Scit enim Deus quos elegit, qui occulta cordis no-
uit, eos utiq; qui non sapientiam seculi quæreret, sed
Dei sapientiam desiderarent, nec diuitias mundi cu-
perent, sed thesauros cœlestes optarent: Hæc Chrys.
Attendant hæc nobiles, potentes, & sapientes super-
bi huius mundi, & cognoscant ignobiles, impoten-
tes & idiotas sibi præferri, & ex hoc confundantur &
erubescant, & à sua superbia resipiscant. Exēplo itaq;
horum principū, & ducum nostrorū relinquamus,
& nos omnia, & sequamur Iesum in quo habemus
omnia ad quod bene horatur nos Chryl. dicens: Mo-
nachus apostolicā uitā desiderat imitari. Vis ò mona
che

Matth. 9. Marci. 2.

Chrysosto. hom. 3. in 1. Cor.

Chrysosto. homil. 18. ex uariis in Matth. locis.

Vocatorū congruitas.

Ecclesiæ fundatores.

Chrysosto. hom. 7. operis imperf.

Universidad de Deusto
Biblioteca

che esse discipulus Christi, immo uis discipulorum eius esse discipulus? Fac quod fecit Petrus, quod fecit Iacobus & Ioannes: habebant oculũ scandalizãtem: patrem, & nauẽ, & rete. Dicit eis Iesus, venite sequimini me, absconditur oculus, & hi sequuntur Iesum. Monachi Apostolorũ imitatores sunt, non ergo possumus eos imitari, nisi fecerimus quod fecerũt & Apostoli: nemo ergo monachorũ dicat, habeo patrẽ, habeo matrem, & cętera pietatis charorum nomina. Respondeo tibi: Habes Iesum, quid quæris ista quæ mortua sunt? qui habet Iesum habet patrem, habet matrem, habet filios, habet omnem propinquitatẽ, quid quæris mortuos? sequere uiuum, dimitte mortuos sepeliant mortuos suos. Dicit ad eum unus discipulus: *Dimitte me ut uadã, & sepeliam patrem meum*: non dixit, dimitte ut sim cum patre meo, sed dimitte me unius horæ spacio: quid respondit Dominus, & in una hora perire potes. Vide nedũ uis sepelire mortuũ, ipse moriaris: Hæc Chrys. De prædictis quatuor discipulis à piscatione uocatis: sic ait Hiero. Mystice autem hac quadriga piscatorum uehemur ad ęthera, ut Helias: his quatuor angulis constituitur prima Ecclesia, his quatuor literis Hebraicis tetragrammaton nomẽ domini agnoscitur à nobis. Quibus simili exẽplo præcipitur ut audiamus uocem Domini uocantis, & obliuiscamur populum uitiorũ & domum paternæ cõuersationis, quæ est stultitia Deo: & rete aerem, in quo nos uelut culices penè lapsos tenebat aer, qui pendet in nihili, nauẽ pristinæ cõuersationis abominantes. Simon autem obediens, Andreas uitalis, Iacobus supplantans, Ioannes gratia in Latinum sonat, quibus quatuor nominibus in imaginem Dei conuertimur: obedientia, ut audiamus: uitilitate, ut pugnemus: supplantatione, ut perseueremus: gratia, ut cõseruemur. Quæ quatuor uirtutes cardinales dicuntur, per prudentiam enim obedimus, per iustitiam uiriliter agimus, per temperantiã serpentem calcamus, per fortitudinem gratiã Dei meremur: Hæc Hieronymus. *Et circuibat Iesus totam Galilæam docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans languorem & omnem infirmitatem in populo*, ubi Chrys. quia enim illi ut debiles ad medicum uenire non poterant, ipse sicut studiosus medicus circuibat grauiter ægrotantes: Hæc Chrys. Hic saluator exemplo suo doctorum suorum uitam instruit, & qualis esse debeat prælatus & prædicator Euangelij manifestẽ ostendit: ut enim non sint negligẽtes & pigri, sed diligentes & feruidi, docentur per hoc quod dicitur, *circuibat Iesus*, ut non sint personarũ acceptores, sed in doctrina omnibus communes, docentur per hoc quod subiungitur, *totam*. Vt autem nõ sint carnales, nec quærant delicatas procurationes, ducentur per hoc quod additur, *Galilæam*, erat enim Galilæa uilis & pauper prouincia. Vt autem uacui & ociosi in uanum non discurrant, docentur per hoc quod subditur, *docens*. Vt autem pluribus prodesse studeant, & doctrinam suam non suspectã habeãt, monẽtur per quod sequitur, *in synagogis*, ubi plures & doctores cõueniebant. Vt autẽ non errores neq; fabulas & inutilia, sed salutaria prædicẽt, docẽtur per hoc quod subditur, *& prædicans Euangelium regni* id est, quod decet uenire ad regnum. Vt autẽ doctrinam suam uirtutibus commendare studeant, & nõ solũ spiritualia, sed etiam temporalia subsidia, & quæcunq; possunt beneficia subditis exhibeant, docẽtur per hoc quod additur, *& sanans omnem languorem: & omnem infirmi-*

Monachi ad imitationem Christi inuitat:

Matth. 8.

Hieronym. ẽ. 1. Mar. Quadriga uocatorũ.

Vocatorum nomina quatuor.

Matth. 4.

Chrysost. hom. 8 ope. imperfe. Circuitio Christi. Prælatorũ, et doctorũ instructio.

Galilæa.

A *tatem in populo*, id est, in turba pauperum & minorũ. Sic ergo prædicabat Iesus diligenter, quia *circuibat*, generaliter: quia *totam*, non carnaliter: quia *Galilæam*, euidenter: quia *in synagogis*, utiliter: quia *docens*, quo ad uirtutes & moralia, *prædicans Euangelium regni*, quo ad fidei præcepta & mysteria: mirabiliter quia *sanans omnem languorem*, diuturnum, *& omnem infirmitatem*, leuiorem, ut quibus sermo credere non suaserat, opera persuaderẽt. Nõ solùm docebat uerbo, sed & doctrinam suam cõfirmabat facto. scilicet per miracula uaria, quæ solum fieri poterãt uirtute diuina. Vel quòd dixit, *languorem*, ad passiones uoluit pertinere corporales: quòd autẽ dixit, *infirmitatem*, ad passiones animæ spirituales, ut ostendatur, naturæ conditor utriusque. Vnde tanquam uerus medicus omnes interius & exterius curauit infirmitates. Hoc cnĩ propheta prædixerat dicẽs: *Verè languores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit*. Vnde Chryso. Ad hoc enim doctor uitæ & medicus cœlestis Christus Dominus uenerat, ut magisterio suo homines erudiret ad uitam, & ægritudines corporis animæq; cœlesti medicina sanaret: ut obsessa corpora à diabolo liberaret, & uarijs infirmitatibus laborantes reuocaret ad uitam & integram sanitatem: nam ualetudines corporum diuinæ potestatis uerbo curabat, animarum autem uulnera cœlestis doctrinæ medicina sanabat: uerus ergo & perfectus medicus ille est, qui & corpori sanitatem, & animæ salutem restituit. Hęc Chryso. *Et abijt opinio*, & fama, *eius in totam Syriam*, quæ est regio spacioſa continens Palæstinam, in qua Iudæi habitabant, & quasdam alias prouincias circa eam Syriæ enim terminus ad Oriẽtem, est Eufrates: ad Occidentem, mare magnum Achon: & à Septentrione Armenia, & Cappadocia: à Meridie Aegyptus & sinus Arabicus. Et sic largè accipitur hîc Syria, quia stricte accipiendo (scilicet pro quodã regno, cuius caput est Damascus) sic non comprehendit Iudæã. Non solùm ergo in Iudæa, sed & in prouincijs uicinis abiit eius fama, propter crebra ipsius miracula: propter quod rex Abagarus, qui regnabat iuxta Eufratem, scripsit saluatori unam epistolam: ut habetur in ecclesiastica historia. *Et obtulerunt ei omnes malè habẽtes uarijs languoribus & tormẽtis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paraliticos, & curauit eos*. Curat corpora ut paratius adeant inuisibilia: aliter parum erat mox morituris curam impendere sanitatis. Vbi Chrysosto. Et attende moderationem Euangelistæ, qualiter non unumquemq; curatorum nobis enarrat: sed breuibus uerbis copiositatem transcurrit signorum: Hæc Chryso. Per dæmoniacos significatur sortilegi & diuini superstiosi: per lunaticos, instabiles in bono: p paraliticos, pigri qua si impotẽtes bonum operari. Isti enim possunt curari per bonam doctrinam prædicatoris, & confessoris discreti. *Et secuti sunt eum turbæ multæ de Galilæa*, quæ interpretatur transmigratio, *& decapoli*, quæ dicitur decem ciuitatũ regio, *& de Hierosolymis*, quæ interpretatur pacifica, *& de Iudæa*, quę interpretatur cõfessio, *& de trans Iordanem*, qui interpretatur riuus iudicij. Per hoc enim significatur quòd illi Christum sequuntur, qui de uitijs ad uirtutes transmigrant, & qui decalogum obseruant, & qui pacificè cum alijs habitant, & qui peccata humiliter confitentur, & qui diuina iudicia formidant. Multi diuersarum regionum sunt eum secuti, sicut diuersi corpore, ita diuersi mente. Alij propter institutionem & cœleste

Prædicatio Christi.

Esa. 53. Chryso ho. 8. operis imperf. Medicus Christus.

Syria.

Abagarus rex. Eusebius lib. 1. histo. eccles. cap. 13.

Curatorũ significatio.

Sequentes Christum. Sequentiũ intentiones.

ste mysterium, ut discipuli. Alij propter curationem infirmitatum, ut infirmi. Alij propter refectionem, ut famelici. Alij propter uidẽda miracula, ut curiosi, uolentes si uerum esset quod dicebatur experiri. Alij propter inuidiam, ut Iudæi obseruãtes eum, & quærentes in aliquo uerbo uel facto capere, & accusare. Vnde sunt uersus.

Morbus, signa, cibus, blasphemia, dogma, fuere.
Causa cur Dominum turba secuta fuit.

Et ideò quotiens in Euãgelio turbæ uocabulum inseritur, sicut diuersitas hominum, ita & diuersitas uoluntatum intimatur: non enim omnes eadem uoluntate, sed ex diuersis causis sequebantur. Quidam pro bono, quidam pro malo, omnibus tamẽ Dominus beneficia præstabat docendo, alendo, & sanãdo. Istis quinque generibus Dominum sequentium respõdent quinque loca prædicta: quia de Galilæa, id est rota, ueniunt curiosi quibus dicitur: *Viri Galilæi quid statis, &c.* De Decapoli ueniunt infirmi, ut per obseruantiam decem mandatorum curẽtur, quibus dicitur: *Si uis ad uitam ingredi, &c.* De Hierosolymis obseruatores inuidi, quibus dicitur: *Hierusalem quæ occidis, &c.* De Iudæa famelici: ut confitendo peccata & laudes agendo, doctrinis Euangelij satientur. De trans Iordanem discipuli, ut instruantur & lauentur: & postea instruant & lauent. In istis autem quinque significantur quinque status hominum qui sequuntur Christum, per Galilæam, id est, trãsmutationem status pœnitentium: per Decapolim, id est, Decalogi operationem, status actiuorum: per Hierosolymam, id est, pacis uisionem, status contemplatiuorum: per Iudæam, id est confessionem, status prælatorum: per trans Iordanem, status innocentiũ. propter restitutionem sanctitatis, per baptismũ in Iordane signatum. Vbi Chrysost. Sequamur illum igitur etiam nos: varios siquidem languores habemus animarum, & hi sunt quibus principaliter uult mederi. Accedamus ergo ad eum, & indulgentiam peccatorum precemur. Nam etiam nunc dabit ille, si nos nõ negligimus postulare. Nunc uerò siquidem habuerimus aliquam corporis passionem, omnia facimus & negociamur, ut in reliquũ ægritudine liberemur: anima uerò nostra tã male se habente dissimulamus, sẽper differimus. Proptera nec corporis q dẽ lãguoribus liberamur, quoniã quæ maximè necessaria sũt, superflua esse ducimus: quæ uerò penè dissimulanda, hæc omnino necessaria iudicamus: & fontẽ ipsum incuratum relinquentes, malorum riuulos purgare conamur: quoniam malorum quæ sunt in corpore, malitia animæ est causa. Exsiccemus igitur fontem malorum, & cuncta continuò languorum fluenta siccabuntur. Nec quia non doles ipse cùm peccas, age te securum, sed propter hoc ipsum maximè ingemisce, quia non sentis de peccatis dolorem: hoc enim sit, non quia peccata non mordeant, sed quia insensibilis est anima quæ peccat. Est ergo primum bonũ, nihil omnino peccare: secundum uerò, post peccatum sentire quod commiseris atque lugere. Si autem neq; hoc habuerimus, qualiter deprecabimur Deũ & remissionem peccatorũ petemus, de quibus nihil omnino curamus? cùm enim ipse ille qui deliquit nehoc quidem ipsum quod peccauit studeat agnoscere pro quibus Deum delictis rogabit, quæ adhuc se cõmisisse nescit? Hæc uerò ignorans quonam modo nosse poterit diuini beneficij largitatem? Sollicitè igitur ppria delicta cõsidera, ut discas quorũ accipias ueniã, atq; ita ipsi beneficio gratus existas. Nõ dolere

Versiculi de causis sequentium Christum.

Loca quinque.

Actor. 1.

Matt. 19.

Matt. 23.

Status hominũ quinque.

Chrys. ho. 14. in Mat. De anima curatione.

Anima cura, corporis cura post posita.

Bona cõtra peccata.

A enim quia peccaueris, magis indignari atq; irasci facit Deum, quam illud ipsum quod antè peccaueras: propter hæc ergo omnia sic Deum precemur, ut etiam nostram iungamus, uoluntatem uidelicet, ac studiũ & desiderium bonum. Ita enim etiam breui tempore poterimus à malis quæ nos obsident liberari, & tunc saltem ubinam fuerimus addiscere. ac digna per frui libertate: Hæc Chrysostomus.

ORATIO.

B DOMINE Iesu Christe, qui tanquam studiosus medicus circumeundo quæsisti ægrotantes, ac corporum & animarum sanabili infirmitates, *sana me quæso interius & exterius uariis laborantem infirmitatibus, trahe me post te ut te sequar de uitiis ad uirtutes transmigrando, decalogum obseruando, pacificè cum aliis habitando, peccata humiliter confitendo: & diuina iudicia formidãdo. Educ me de lacu miseriæ, & de luto fecis, & dirige gressus meos in uiam salutis: ut in præceptis tuis proficiant, & ad beatam patriam festinent, ac sine impedimento me perducant. Amen.*

De uocatione Matthæi, & eius conuiuio. Cap. XXXI.

C 

D IT *cum præteriret Dominus Iesus, uenit ad mare Galilææ*, ubi uectigalia, maximè de rebus per mare deductis, soluebantur. *Et uidit ibi*, non tam corporis, quàm mẽtis & miserantis intuitu, *hominem*: scilicet Matthæũ, qui & Leui ante uocationem dictus est. Alphęi filiũ, *sedentem* in domo, *ad telonium*, id est, ad curam & dispensationem uectigalium: Telos enim Græcè, uectigal interpretatur Latine, Sedebat quippe: id est, pertinaci animo lucris inhiabat: sessio enim moram in lucro consequendo notat. *Et ait illi* Iesus, *Sequere me*. q.d. ci, iam non fede, sed amodò sequere, non ad lucra, nec secularia negocia: sed me, & affectu cordis, & officio corporis, & effectu operis. Matthæum autem talibus occupatum uocauit ut de gratia Dei nullus desperet, quantumcunq; uilibus occupatus fuerit. *Qui statim surgens*, à telonio in quo sedebat, & de amore terrenorum ad desiderium supernorum, *relictis omnibus*, scilicet suis & etiam alienis, ex rapina collectis: reliquit enim etiam propria, qui rapere solebat aliena: quia secundum Chryso. telonium est rapina permissa: *secutus est eum*, sine aliqua dilatione, tam gressu, quàm affectu: sicut discipulus magistrũ, sicut

Matt. 9. Marc. 2. Luce. 5.

Telos uectigal interpretatur.

Chrys. ho. 1. ex uariis in Matthæum locis.

viator

Universidad de Deusto
Biblioteca

viator ducem suum, sicut seruus Dominũ, sicut ouis pastorem suum: funem præcidens, non soluens secũ dum Hieronymi consilium. Secutus est quidem sine dilatione, diuina potentia intus operante, accendente & docente. Qui enim exterius vocauit, ut mox sequeretur intus accendit, traxit, & modum docuit. Vnde Hieronymus: Fulgor ipse & maiestas deitatis occultæ, qua etiam in facie relucebat humana, uidentes ad se trahere poterat in primo aspectu. Si enim in magnete lapide hæc esse uis dicitur ut ferrum trahat, quãto magis Dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat quos uolebat? vbi & Chryso. sicut vidisti uocantis uirtutem, ita addisce uocati obedientiam. Neque enim restitit, neque vacillauit, sed protinus paruit: & nec in propriam domum abire rogauit, ut suis hæc intimaret. Hæc Chryso. Lætus igitur Dominum sequens, & gratus existens, cum & discipulos ipsius in domo sua recepit, & conuiuij magni apparatum eis exhibet, congruam cœlestis beneficij uicem Christo rependẽs: ut illi redderet terrena, qui ei seminauerat spiritualia: & accommodaret temporalia, à quo expectabat bona perpetua. *Conuiuium*, quidem exhibet, *magnum* id est, ex magna deuotione & delectatione mentis, pro aduentu & præsentia tanti hospitis, & tam magnum, ut de reliquijs reficiãtur angeli in cœlis: quia gaudium est angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente. Et bene congruit q̃ magnum esset. Qui enim, ut ait Ambrosius, domicilio Christum recipit interno, maximis delectationibus exuberantium pascitur voluptatum. Itaque Dominus libenter ingreditur, & in eius recumbit affectu: ubi Chryso. Statim ut dictũ est illi à Domino, *sequere me*, non moratur, non tardat, sed *mox* surgens, *secutus est eum*. In quo se fidelem Deo & Abrahæ filium esse simili exemplo uocem Domini sequẽdo probauit: unde statim (exemplo Abrahæ) & hospitio Dominum recipit, & conuiuium exhibet, ũt uerè per omnia dignus Abrahæ filius noscerctur: Hęc Chrysostmus. Mysticè, sicut Matthæus post suã conuersionem fecit Christo cõuiuium in domo sua: sic quilibet conuersus ad Christum, debet sibi facere conuiuium spirituale in domo sua spirituali: scilicet in corde & conscientia, ubi seruire ei debet de sanctis cogitationibus, meditationibus, & affectionibus. Vnde in Apocal. *Ego sto ad ostium & pulso: si quis aperuerit mihi, introibo ad eum, & cœnabo cum eo, & ipse mecum. Discumbentibus autem eis in domo, ecce multi publicani & peccatores*, ac cæteri eiusdem ordinis homines, illuc ad conuiuium conuenichant, *& cum Iesu & discipulis eius discumbebant*. Fuerant enim socij Matthæi, & eiusdem artis seu officij: & ideò recedens ab eis, & uolens sequi Christum, fecit eis conuiuium, sicut fecit Heliæus socijs suis, uolens sequi Heliã magistrum suum. Erant etiam multi peccatores alij, qui iam pœnitentes sequebantur Dominum, sperãtes ueniam consequi peccatorum. Vnde Hieron. Quia uiderunt publicanum à peccatis conuersum, & pœnitentiæ inuenisse locum, ob id etiam ipsi non desperabant: sed ueluti pœnitentes uenichant & discumbebant cum Iesu & discipulis eius, fortè inuitati à Matthæo, ut haberet socios in pœnitentia, quos habuit socios in culpa: & secundum glossam pulchrum fuit præsagium: quia qui Apostolus & doctor gentium erat futurus, in prima sua conuersione peccantium gregem post se trahit ad salutẽ: ut iam perficeret exẽplo, quod perficere debebat & verbo. Vbi Chrysost. post comprobatam igitur fidem Matthæi qui unus

Hieronym. in Matt. cap. 9.
Fulgor uultus Christi.
Magnes.
Chryso. ho. 31. in Mat.
Matthæi uocati obedientiam.
Cõuiuium Matthæi. Luca. 15.
Ambro. in cap. 5. Luc.
Chryso. ho. 31. in Ma.
Apoc. 3.
3. Reg. 19.
Hieron. in Mat. ca. 9.
Chryso. ho. 31. in Mat.

A ex publicanis fuit, Meritò iam cum Domino in conuiuio peccatores & publicani recumbunt: conueniunt autem publicani ad eum sicut ad collegam & hominẽ eiusdem officij: decoratus enim in ingressu Christi, & glorians de præsentia eius, omnes eos cõuocauit: Christus etiam quodlibet genus remedij exhibebat, & non solum disputando & præstando sanitatum remedia, uel arguendo æmulos, sed etiã comedendo non nullos errantium dirigebat: inde nos instruens quòd quodlibet opus & tempus potest nobis utilitatem afferre: sic nec publicanorum participationem uitauit, propter utilitatem sequentem, more boni medici, qui nisi saniem tangeret, à morbo non liberaret. Vnde & Hieron. Ibat autem B Dominus ad conuiuia peccatorum, ut occasionem haberet docendi, & spirituales imitatoribus suis præberet cibos. Deniq; cum frequenter pergere ad conuiuia describatur, nihil refertur aliud, nisi quid ibi fecerit, quid docuerit aut & humilitas eius, eundo ad peccatores, & potentia doctrinæ eius in conuersione pœnitentium demonstraretur. Hæc Hiero. Et nos eadem causa possumus manducare cum peccatoribus, ut alterius causa potius quàm nostra agatur: non tamen cum usurarijs & raptoribus, quia ea quæ apponuntur, restituere tenentur. *Pharisei*, uerò, tenacitate iustitiæ legis, & traditionum suarum adhærentes, & misericordiam declinantes, de hoc indignati, C *murmurabant*, & hoc arguentes, *ad discipulos Ieju dicebant: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat, & bibit magister uester?* quasi dicerent: Contrarius est legi hoc prohibenti, & estis fatui qui talem magistrũ sequimini. Consuetudo detractorum est loqui de alio, non in facie illius. Vnde quando discipuli uidebantur eis peccare, alloquebantur magistrum vt alibi: quando uerò magister, alloquebantur discipulos, ut hic: utrobique tamen in magistrum iniuriam irrogantes: quia error discipulorum, ignominia est magistrorum. Sic hodie faciunt detractores bona facta membrorum Christi denigrantes. Dupliciter isti errabant, quia putabant se esse iustos, cum superbi essent: & illos reos, cùm iam pœniterent: similes Pharisæo qui se iustificabat, & alios cõdemnabat. Vera iustitia compassionem habet falsa dedignationem. Solent etiam iusti peccatoribus indignari: sed aliud est quod agitur typo superbiæ, aliud quod zelo disciplinæ. His Pharisæis similes sunt, qui traditiones suas præceptis Domini, & operibus misericordiæ præponunt: colantes cum appetitu, & exequentes cum diligentia, culicem suarum traditionum, & deglutientes camelum mandatorum Dei: ac mandata maxima saluti necessaria, quasi amara citò exhaurientes, & præterimndo postponentes. Sed ipsis Pharisæis murmurãtibus obuiat Domini misericordia, prouocãs peccatores ad pœnitentiam: cuius cibus, & potus, & ambulatio, & omnia quę gessit, saluti seruiunt: cuius omnis actio nostra est lectio & instructio: ac magister, cuius liuore sanati sumus, seipsum medicũ ostendens, pro discipulis suis respondit Pharisæis: primò per rationem dicens: *Non est opus*, & peroperosus, id est, necessarius, *ualentibus*, id est, sanis, *medicus*, uerum est ad collationem sanitatis: sed tamen ad conseruationẽ bene est necessarius, *sed malè habentibus*, & infirmis, & ergo familiarius se debet habere ad infirmos qui eo indigent, quã ad sanos qui nõ egent. Cùm igitur Christus sit uerus medicus animarũ, familiarius se debuit habere ad peccatores, qui sunt infirmi infirmitate spirituali. q. d. Vos sani estis reputatione uestra,

Christus curando infirmos uisitat.
Hieron. in Matt. c. 9.
Cur ad cõuiuia intrin Dominus.
Manducãdi cum peccatoribus ratio.
Detractorum confutatio.
Luca 18. Vera iustitia qualis.
Pharisæis similes quibus.

stra, ideò opus nõ habetis uisitatione nostra: sed isti se infirmos reputant & peccatores. Vnde glossa: Ideò uos declino, quia putatis uos non indigere: sed illos uisito, quia pœnitendo dant locum gratiæ. Vbi secũ dum Chryso. Ostendit non mereri eos sanitatem cœlestẽ consequi, qui sanos se, id est, iustos esse putant, medicinã Domini respuentes: sed eos qui infirmitatẽ suam, hoc est peccata propria cognoscentes: ac tota fide credentes medelam cœlestis gratiæ quærunt. Vt enim ait Augu. Nemo adeò sit infirmus, nisi qui se à seipso sentit infirmũ. Deinde respondet eis secundò, per authoritatẽ in Oseæ inscriptam, exprobrãdo eis scripturarũ ignorantiam dicens: *Euntes autem discite*, à temeritate uestra recedendo: discite ignorantiæ uestrę subueniẽdo, *quid est*, quod dicit Dominus B in Oseæ. *Misericordiam uolo*, per peccati dimissionem, *& non sacrificium*, per holocaustorũ oblationem. Vnde in Prouer. *Facere misericordiam & iudicium, magis placet Domino quàm uictimæ*, q. d. Ite, & diligenter considerate illud quod scribitur in Oseæ prophetæ: quia si hanc consideraueritis scripturã, inuenietis me facere secundũ ipsam. *Misericordiam uolo*, potius sine sacrificio, & cũ cordis humilitate, quàm sacrificium sine misericordia, & cum cordis elatione: vnde plus diligit Deus peccatorẽ humilẽ, qui suæ infirmitatis conscius pœnitẽdo se gratiæ Dei submittit, quàm iustũ superbum: qui de sua iustitia præsumens, alios condẽnat: & misericordiã circa eos reprehendit. Secũdum C Chryso. Scribæ & Pharisęi, omnia peccata sua putabãt sacrificijs legis posse deleri: & omnẽ reliquam uirtutem contemnentes, in sacrificijs totã spem ponebãt: & ideò Dominus misericordiã sacrificio prętulit, vt manifestè ostenderet, non per sacrificia legis: sed per opera misericordię peccatorũ delicta posse purgari. Vbi Glo. Non tamen despicit Deus sacrificiũ, sed sacrificiũ sine misericordia. Faciebãt autem Pharisæi sacrificia ut iusti apparerent corã populo, nec exercebant opera misericordię, in quibus probatur vera iustitia. Vbi & Rabanus. Admonet itaq; eos ut per opera sibimetipsis supernæ misericordiæ præmia cõquirant, & non contemptis pauperũ necessitatibus per oblationẽ se sacrificiorum Deo placere confidãt: unde & suum de misericordia exemplũ eis præponit dicens: *Non ueni enim uocare iustos*, ad pœnitẽtiam: sed tantum ad proficiendum, & ut proficiant de virtute ad uirtutem, *sed peccatores*, ad pœnitẽtiã: ut corrigantur per eam. Vel non ueni uocare iustos, id est, eos qui se iustos reputant, qui ignorantes Dei iustitiam, suam constituere volunt: quia si conuertantur peccatores, iam non sibi iusti uidentur: sed peccatores, id est, peccata & mala sua attendentes qui se peccatores esse, & medico egere recognoscũt, ac gratiæ Dei pœnitẽdo se subiiciunt. Vel *non ueni uocare iustos*, q. a nulli sunt iusti, sed peccatores: quia omnes peccauerunt, & egẽt gloria Dei. Vbi Greg. Nicenus. q. d. Adeò peccatores non abominor quòd eorũ tantum gratia ueni, non ut maneant peccatores, sed ut conuertantur & boni fiant. Vnde Apostolus: Christus uenit in hũc mundum, peccatores saluos facere. Ecce magna spes peccatorum, quia propter eos venit Dei filius in hũc mundum. Vnde & Augustinus: Nulla causa ueniẽdi fuit Christo Domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle uulnera, & nulla est medicinæ causa. Sic uenit de cœlo magnus medicus: quia magnus per totum orbem iacebat ægrotus, humanum genus. Venit unus sine peccato, qui plures saluos faceret à peccato. Non enim de cœlo traxerunt eum

Chryso. ho. 31. in Mat. Sanitate digni.
Augu. sermone. 31. de uerbis Domini secundum Matt.
Oseæ. 6.
Prou. 21.
Chryso. ho. 31. in Matt. Misericordia sacrificijs præfertur.
Glossa in Matth.
Rabanus in eum locum Matthæi.
Non ueni uocare iustos, &c.
Peccatores uocare uenit saluator.
1. Tim. 1.
Augu. sermone. 9. de uerbis Apostoli.

A nostra merita, sed nostra peccata. Ergo ut ait Ambrosius: Vsurpatores iustitiæ non uocantur ad gratiam. Nam si gratia ex pœnitentia, utique qui fastidit pœnitentiam, abdicat gratiam. Publicani quippe uocantur qui uel publicè sceleribus fœdantur: uel qui publica uectigalia seu tributa exigunt: uel qui cõductores sunt uectigalium seu fisci, uel rerum publicarum. Vel qui alijs publicis negocijs & actibus implicantur, & seculi lucra per negocia sectantur: ut communiter sunt campsores, & pecuniarum numeratores ac alij huiusmodi & similes. Principaliter tamen qui uectigalia seu tributa exigunt, dicuntur publicani à Publico rege Romano, qui eos primo ordinauit, sic dicti. Et quia secundum Gregor. Talia B negocia uix aut nunquam sine peccato exerceri possunt, ideò in hoc magna Dei gratia patet, quæ ex talibus Matthæum ad statum Apostolicum reuocauit. Ostenditur autem hic in uerbis & factis Christi, quòd peccatores redeuntes sunt dulciter recipiendi: quia Christus dulcem se exhibuit in receptione Matthæi publicani. Vnde secũdum Hieronymũ: Cæteri Euangelistæ propter uerecundiam & honorem Matthæi, noluerunt eum appellare nomine uulgato, sed dixerunt Leui. Ipse autem Matthæus secundum illud Salomonis, *Iustus in principio accusator est sui*, Matthæũ se & Publicanũ nominat: ut ostendat lugentibus nullum debere salutem desperare, si ad meliora conuersus sit, cùm ipse de publicano in Apostolum sit repẽtè mutatus. In hoc etiam instruimur, quòd peccata & defectus aliorum inquantum possumus celare & occultare debemus, ut nec uerbo, nec nutu ueniant in aliorum, non tantum cognitionem, sed nec suspitionem, ac nosmetipsos accusare: &, quod turpius est, in peccatis nostris exemplo Matthæi confiteri. Secundum Bedam, per Matthæi electionem & Publicanorum uocationem, fides gentium exprimitur: qui prius lucris mundi inhiabant, & nunc spiritualiter à Domino reficiuntur: sed per superbiam Pharisæorum inuidia Iudæorum insinuatur, qui de salutẽ gentium torquentur. Vel Matthæus significat hominem terrenis lucris inhiantem: quem Iesus uidet, D dum oculis misericordiæ respicit, & uocat eum, uel prædicationem, uel scripturæ admonitionẽ, uel per internam inspirationem, uel per tribulationem, uel per quamcunque uiam aliam. Potest etiam uocatio Matthæi ad Apostolatum, significare uocationẽ hominis secularis ad religionis statum: Pharisæi uerò murmurantes, homines maligni, religionis statui detrahentes, quibus bene dicitur: Euntes discite quid est, misericordiam volo, & non sacrificiũ, opus enim magnæ misericordiæ est peccatores ad pœnitentiam uocare. Tunc accedentes Pharisæi & discipuli Ioãnis quærebant à Domino Iesu, quare ipsi frequẽter, sed non sui discipuli ieiunarent. Pharisæi enim frequenter ieiunabant, cum quibus Ioannis discipuli adhuc E in consuetudinibus Iudaicis permanebant. Sicut autem prius Pharisæi ad discipulos accesserant, ut apud eos magistrum de consortio peccatorum, in conuiuando arguerent: sic modo ad magistrum accedunt, ut apud eum discipulos de ieiuniorum omissione arguant, ut sic inter eos materia dissidij posset oriri. Isti in duobus deficiebant. Primò, quia de sua abstinentia se iactabant, cùm talia in secreto fieri debebant. Secundo, quia Christum arguebant, ex defectu abstinentiæ in discipulis, defectum & errorem discipulorum retorquentes in magistrum. Per istos qui de frequenti ieiunio se iactabant, & propter illud

Ambrosius in cap. 5. Luc.
Publicani qui uocantur.
Hieron. in ca. 9. Mat.
Prouer. 18.
Beda in Marc. cap. 2.
Gentium fides.
Vocatio Matthæi.
Ieiunium Pharisæorum.

lud se discipulis Christi præferebant, significantur hypocritæ, propter apparentiam suæ religiositatis alios contemnentes, dicentes illud cum Pharisæo: *Non sum sicut cæteri hominum: ieiuno bis in sabbato, &c.* Iesus autem confutauit eos, & rationabiliter excusauit discipulos: tum quia corporaliter cum eis erat, tum quia rudes & nõdum perfectè innouati essent, nec difficilia & noua sustineret, ponendo ad idem tres similitudines: scilicet de nuptijs & de sponso: de panno & uestimento: de utribus & uino. Vnde ait: *Nunquid possunt filij nuptiarum seu sponsi*, scilicet Christi sponsi Ecclesiæ, hoc est discipuli de me & Ecclesia per fidem geniti *ieiunare*, seu lugere, *quam diu cum illis est sponsus?* Secundum Hieronym. quoddam est ieiunium expectationis, ut persona melius expectetur: & sic in ueteri testamento ieiunabatur, & isto discipuli non indigebant: quia iam præsentem Christum habebant. Aliud est ieiunium vexationis, quod ordinatur ad carnis refrænationem, & disponit ad contemplationem: quo quis ieiunat, retrahendo se à delectationibus carnalibus vt repleatur spiritualibus, & isto etiam non indigebant, cùm ad tales non afficerentur delectationes: & Christum præsentem haberent, cuius præsentia & doctrina plus refrænauit concupiscẽtias illicitas in eis, quàm ieiunij austeritas in alijs. Et ideò ieiunare & lugere nõ habebant, quam diu sponsum per corporalem pręsentiam cum sponsa esse uidebant: sed potius de sponsi gratulari præsentia quæ plus proficit, quàm corporalis abstinentia. Est & aliud ieiunium, quod ex plenitudine & perfectione contemplationis procedit, quale ieiunium Moysi in monte fuit: quanto enim anima est in contemplatione magis eleuata, tanto est pauciori nutrimento contenta: & tale ieiunium non competebat discipulis, quia adhuc erãt rudes & imperfecti. Sed prius debuerunt per charitatem Spiritus sancti innouari, quod factum est in die Pentecostes, quando fuerunt per gratiam Spiritus sancti innouati, & tunc debebant incipere nouum modum uiuendi. Deinde subiungit: *Venient autem dies*: scilicet passionis & ascensionis, *cùm auferetur ab eis sponsus*, corporali pręsẽtia, *& tũc ieiunabunt*, ieiunio mœroris in humilitate tribulationis, & illi dies luctus erunt & doloris. Vnde Apostolus: *In fame & siti, & ieiunijs multis*. Vnde & August. Quasi diceret: Tunc desolabuntur, & in mœrore & luctu erunt, donec eis per Spiritum sanctum gaudia, & consolatoria retribuantur. Secundum Bedam, notandum hunc luctum abstinentiæ sponsi, non nunc tantum, id est, post mortem resurrectionemq; eiusdem spõsi: sed & ante incarnationem illius, per totum huius seculi tempus esse celebratũ. Prima quippe tempora Ecclesiæ ante uirginis partum sanctos habuere, qui desiderarent incarnationis Christi aduentum. Ista uerò tempora ex quo ascendit in cœlum sanctos habent, qui desiderent eius manifestationem, ad uiuos & mortuos iudicandos. Neque hic desiderabilis Ecclesiæ luctus requieuit aliquantulũ, nisi quãdiu hic cum discipulis in carne uersatus est. Hæc Beda. Et licet hoc de præsentia sua corporali Christus dixerit, moraliter tamẽ dies quibus aufertur nobis Christus, sunt dies culpæ, quando à domo conscientiæ excludimus verum sponsum animæ Christum, & introducimus adulterantem diabolum, & tunc ieiunamus & caremus cibo spiritualis consolationis: & habemus dies luctus & doloris. Igitur tenendus est sponsus, ne perdatur cibus. Sed cùm aufertur à nobis sponsus per mortale pecca-

Luca.18. — *Hieron. in ca.9.Mat.* — *Ieiunium multiplex.* — *2.Cor.11.* — *August. in lib.2.de quæstionibus Euangelicis quæstion.18.* — *Beda in ca.2.Marci.* — *Sponsum auferri.*

A tum, tunc ieiunandum est nobis per pœnitentiæ effectum & luctum. Quandoque etiam sponsus se subtrahit: ut auidius reuocetur, & fortius teneatur, & tunc continuis desiderijs & suspirijs est reuocandus: quia quamdiu sponsus nobiscum est & in lætitia sumus, nec ieiunare nec lugere possumus. Vnde Ambrosius: Ieiunant hi quibus abest Christus, qui bonorum meritorum copijs egent. At verò cui uirtus sua uoluntate sufficit, quia sua domo recipit Christũ, conuiuium magnum exhibet: hoc est bonorum operum spirituale conuiuium, quo diues populus eget, pauper epulatur. Nemo tibi Christum potest auferre, nisi te illi ipse auferas. Non te auferat iactãtia tua, non te auferat arrogantia: Hæc Ambrosius.

B Spiritualiter anima sponsa est, cum qua Christus esse desiderat. Iste sponsus habet omnes conditiones desiderabiles in sponso, quia ditissimus, alioquin sponsam suam non dotaret. Vnde in Prouerbijs: *Mecum sunt diuitiæ*. Quia sapientissimus, alioquin totum dissiparet. Vnde Apost. *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ*. Quia pulcherrimus, alioquin sponsæ displiceret. Vnde in Psal. *Speciosus forma præ filiis hominum*. Quia nobilissimus, alioquin contemneretur. Vnde sapientia generositatem illius glorificat. Quia potentissimus, alioquin opprimeretur. Vnde Eccles. *Vnus est altissimus creator*. Quia optimus, alioquin non diligeretur. Vnde & in Cantic. *Dilectus meus, &c. electus ex*

C *milibus*. De his omnibus Apostolus ad Hebr. *locutus est nobis in filio*, ecce nobilitatis excellentia quem constituit hęredem uniuersorum ecce diuitiarum affluẽtia: per quem fecit & secula, sic mira, ecce mirabilis sapientia qui cum sit splendor gloriæ, ecce formæ elegantia: portans omnia uerbo uirtutis, ecce infinita potentia: remissionem peccatorum faciens, ecce bonitas immẽsa. Talis sponsi sponsa: talis sponsi filij nõ habent lugere quamdiu sponsus est cum illis. Et nota quòd Christus quandoque uocat se Dominum, quandoque patrem, quãdoque sponsum. Vnde Gregor. Quando uult timeri, Dominum: quando honorari, patrem: quando amari, sponsum se nominat Do-

D minus. Attende ordinem. Ex timore enim solet procedere honor, ex honore amor. Vnde & Bernardus: Si ego Dominus, ubi est timor meus? Si ego pater, ubi est honor meus? Sed si se spõsum exhibeat: puto, quia mutabit uocem & dicet: Si ego sponsus, ubi est amor meus? Exigit ergo Deus timeri, ut Dominus: honorari, ut pater: & ut sponsus amari. Quid in his præstat, quid eminet? Nempe amor. Absque hoc & timor pœnam habet, & honor non habet gratiam. Seruilis est timor quamdiu ab amore non manumittitur. Et qui de amore non uenit honor, non honor sed adulatio est. Et quidẽ soli Deo honor & gloria: sed horum acceptabit neutrũ Deus, si melle amoris condita non fuerint. Is per se sufficit. Is per se pla-

E cet, & propter se. Ipse meritum, ipse præmium est sibi. Amor præter se, non requirit causam, non fructũ. Fructus eius usus eius: Hæc Bernardus. Et ut idẽ Bernardus dicit: Anima sponsa Dei dicitur: quia donis gratiarũ subarrata, quia casto amore illi sociata: quia prole uirtutum fœcundanda. Deinde ponit secundã similitudinẽ: quia, *nemo*, sapiens & secretè operans assumit, vel *immittit*, & inserit ueteri uestimento assumentum: uel, *commissuram* id est, particulam seu supplementũ, *panni rudis*, scilicet nondum usitati: quia in nouitate est spissior & rudior. Nouũ enim, *tollit plenitudinem*, id est, uniformitatem, seu pulchritudinem, *à uestimento*, & facit difformitatem, & propter pondus

Ambrosi. in Lucam cap.5. — *Sponsus & spõsa spiritualiter.* — *Prouer.8.* — *Coloss.2.* — *Psal.44.* — *Eccle.1.* — *Cant.5.* — *Hebr.1.* — *Appellationes Christi.* — *Greg. prologo in cantica canticorum.* — *Bernardus sermo.83. in cant.* — *Timor. Honor. Amor. Amoris excellentia.* — *Anima sponsa Dei dicitur.*

dus suum rumpit uetus, & facit in eo scissuram seu rupturam maiorem. Commissura quippe idem est quod iunctura, seu particula quæ mittitur cum alia: dicta à con, id est, simul, & mittere quasi simul mittere: illa enim quæ coniunguntur simul mittuntur. Deinde ponit tertiam similitudinem: quia nemo sapiens & discretè agens, *mittit uinum nouum in utres ueteres*: quia tunc est in ebullitione, *& utres*, propter uini fortitudinem, *rumperentur*, & uinum effunderetur: *& nemo bibens uetus uinum, statim vult nouum*, propter consuetum ueteris usum. Sic à simili hominibus ueteri consuetudine imbutis, & de nouo conuersis, non expedit statim grauem abstinentiam imponere: quia difficilè est assueta relinquere. Ex omnibus his similitudinibus concludere vult magister bonus, quòd discipuli sui adhuc quasi nouicij non debeant austerum continuare ieiunium: sed postea ieiunarent cum essent magis solidati, & innouati per Spiritum sanctum. Ex his etiam vult concludere, quòd nouiter conuersi non sunt nimis per pœnitentiam onerandi, ne propter nimiam austeritatẽ desperent & totum dimittant, & ea quæ sunt perfectionis magnæ non sunt hominibus imponenda, donec spoliati fuerint ueteri uita: quia hominibus de nouo conuersis opera inconsueta sunt difficilia & dura, sed paulatim assuefaciendo efficiuntur facilia & suauia. Qui ergo vult aliquem ad uirtutes & perfectionem inducere, parua quædam debet primùm suadere emendare: & sic gradatim ultra procedere. Vnde Chrysostomus: Hoc autem dixit, regulã dans suis discipulis, ut discipulos ex uniuerso orbe terrarum cum mansuetudine suscipiant. Itaque neque nos omnia ab omnibus expectamus in proemis, sed quæcũque possibilia sunt & uelociter & ultra incedemus: Hæc Chrysostomus. Huius loci memor debet esse quilibet condens decreta uel traditiones, & etiã confessor imponens pœnitentiam pœnitentibus. Melius est enim exemplo Domini pœnitentiam leuem & tolerabilem alicui iniungere quæ impleatur, quàm grauem & importabilem, qua non impleta oneratus reus constituatur. Melior est leuis pœnitentia hilariter peracta, quàm grauis in angaria & reiecta. Ita est de sententia danda: ita de decreto promulgando, ut semper misericordia & lenitas superexaltet iudicium & austeritatem.

Commissura unde dicta. — *Cõuersi nouiter pœnitentia.* — *Chrys. ho. 31. i Matt.* — *Pœnitẽtia ponenda quo modo sit.*

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui multis modis me uocas & admones, ut sequar te. Tu diuina inspiratione cor meum accẽde, ut te uocantem sequar tua gratia, nec aliquid me separet à charitate tua. Da mihi ut de sanctis cogitationibus, meditationibus, & affectionibus, bonisque operibus & uirtutibus tibi seruiam, & conuiuium ex magna delectatione & deuotione mentis exhibeam. Et qui misericordiam uis potius quàm sacrificium: & uenisti uocare peccatores magis quàm iustos, præsta mihi misero peccatori, ut in me tuam misericordiam merear clementer experiri. Amen.*

A *De electione duodecim Apostolorum. Cap. XXXII.*



B DEINDE postquam Dominus plures discipulos uocauit, *uidens turbas*, sequentes, *dimisit eas*, & à strepitu recessit. *Ascenditque in montem*, Thabor, *solus orare*, quia qui bene orat, mentem sursum leuat à terrenis, cui etiam necessaria est tranquillitas corpora-

C lis. Hic mons est, in campo Galilææ in cuius descensu & pede ostenditur locus ubi Melchisedech obuiauit Abrahæ à cæde regum reuertenti, & ad radicem eius fluit torrens Syson. In hoc monte fuit abbatia nigrorum monachorum, sub metropolitano Nazareno, à qua ciuitate contra Orientem ipse mons distat quarto miliario. Vel secundum quosdam ascendit in quendam montem alium supra mare Galilææ situm. *Et erat pernoctans in oratione, Dei*, non seculi: nõ pro se tamquam infirmus & indigens, sed pro nobis tanquã pius & clemens. Quædam enĩ oratio est Dei, ut pro spiritualibus & ueris bonis cõsequendis. Quędã est seculi, ut pro terrenis cõferendis: quæ est etiã

D diaboli si ex cupiditate fiat. Quædã est tantũ diaboli, pro carnalibus desideriis implẽdis. Vbi Ambrosius: Et erat, inquit, pernoctãs in oratione. Species tibi datur, forma præscribitur quã debes æmulari. Quid enĩ te pro salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat? Quid te facere conuenit, cùm uis aliquod officium pietatis adoriri, quando Christus missurus Apostolos orauit prius? Et solus orauit, nec usquam alibi, si non fallor, orasse cũ Apostolis reperitur. Vbique solus obsecrat: Dei enim consilium humana uota non capiunt: nec quisquam interiorum potest esse particeps cum Christo. Vnde & Bernardus: *Tu*, inquit, *cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora*, & quod dixit, fecit. Solus

E in oratione pernoctabat, non modo abscondens se à turbis, sed nec ullum quidem discipulorum, nec ullum domesticorum admittens. Denique tres secum intimos sibi adduxerat, cùm ultro properaret ad mortem, auulsus est ab ipsis orare uolens. Ergo & tu fac similiter quando orare uolueris. Vnde & Chrysostomus: Exurge igitur & tu in tempestate noctis, purior est tunc temporis anima, ipsæ tenebræ silentium nimium possunt sufficienter ad compunctionem perducere. Tunc non uexat inanis gloria, nõ accidia & cõcitatio occupat: nõ sic ignis ferri sequestrat rubiginem, uelut nocturna oratio eruginem peccatorũ. Quæ de die Solis æstus percussit, nocte refrigerantur:

Matt.5 & 14. & Lu.6. — *Thabor mons.* — *Oratio multiplex.* — *Ambro. in cap.6.Luc.* — *Oratio Christi pro nobis.* — *Matt.6.* — *Nocte media orandũ est.* — *Chryso. ho.42. ad populum Antiochenum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rantur:quemlibet rorem superant nocturnæ lachrymæ,& contra concupiscentiam valent, & quemlibet tumorem.Si verò prædicto rore nõ foueatur homo, arescit sub die. Quapropter ores noctu, & ostende quòd nõ solum ad corpus nox pertinet, sed etiam ad animam. Hæc Chrysosto. Qui ergo Deum orando quærit exurgentem strepitum vitiorum premens ad superiora progrediatur, & ad verticem sublimioris curiæ ascendat:vt exteriori cessante tumultu,in quodam mentis secreto per interna desideria silenter cũ Domino loquatur.Cupienti enim cum Deo loqui, & consolationem diuinam promereri expedit solitudinem quærere, & consolationem humanam relinquere. Cuius exemplum habemus in Ioanne Euangelista,qui quantum in solitudine profecerit & lucratus sit,penè omnibus notum est.In Pathmos insulam exilio relegatus, & consortio hominum destitutus, consolationem Angelorum promeruit,& Apocalypsim quam ei Dominus pro statu Ecclesiæ præsentis, scilicet & futuræ,reuelare dignatus est,propria manu scripsit.Vnde Beda: Historia nota est,Ioannẽ à Domitiano Cæsare propter Euangelium in insulam relegatũ,cui tunc cõgruè secreta datum est cœli penetrare,cùm certa terrarũ spatia negabatur excedere.Et similia reperiuntur de pluribus aliis,qui modico tẽpore plus lucrati sunt soli, quàm toto tẽpore suo lucrati fuerint comitatu. Quando autem Christus orat, theoricam:quando docet, practicá vitam informat: ne quis pro cura proximi à contemplationis studio torpescat:vel pro studio diuinæ cõtemplationis, quã uis superior sit, proximi curã negligat. Vnde Anselmus:Regnum Dei prædicando diebus cum populo commoratur, & confluentes turbas miraculis & uerbis ædificat:noctibus montem frequentas,orationibus uacat,admonẽs pro congruentia temporis nunc proximis inter quos uiuimus,uerbis & exemplis pro modulo nostro uitæ uiam demonstrare:nunc solitudinem mentis adeuntes,& uirtutum montem ascendentes dulcedini supernæ contemplationis inhiare, & intentionem nostram infatigabili affectu ad superna dirigere. Huic illud Bernardi consonat, quo de se & sibi ipsi dicebat: Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domũ Dei Iacob, & docebit nos uias suas:intentiones,cogitationes,uolũtates,& affectiones, & omnia interiora mea. Venite ascendamus in montem Domini, in locum ubi Dominus uidet uel uidetur. Curæ,solicitudines,anxietates,pœnæ, expectate hîc cum asino corpore isto,donec ego cum puero,id est,intelligentia usque illuc properantes reuertamur ad uos.Reuertemur enim ad uos,& heu reuertemur quàm cito. *Et cùm factus esset dies:vocauit Dominus ad se discipulos suos,* fortè adhuc dormientes, *& elegit ex ipsis xij.* seu fecit statuendo ut essent xij. cum illo magis principales, *quos & Apostolos,* id est missos scilicet ad prædicandũ regnum Dei, *nominauit:* prius quidem uocauit eos ad discipulatum, sed modo ad Apostolatum. Considera hîc, quòd Christus Apostolos electurus orabat prolixè,quia erat pernoctans in oratione, & sic diutina & nocturna oratione præhabita elegit Apostolos,per hoc ostẽdens quòd promotioni prælatorum in Ecclesia Dei debent orationes deuotæ præmitti: & quòd ipsi per deuotas orationes, & non per inductiones & promissiones sunt eligendi. Vnde Glo. Dominus in montem ascendens ad se uocat,& elegit quos vult,quia non illorum electionis & studij:sed diuinæ erat dignationis & gratię, vt in Apostolatum uocarentur. Vnde ait: *Non uos mę*

Orantę solitudo quærenda. Ioannes Euangelista in solitudine quantum profecerit.

Anselmus in Mat.

Bernard. in meditat.

Electio xij. Apostolorũ nõ sine præcibus facta

Glossa in eũ locum.

Ioan. 15.

A *elegistis,sed ego elegi uos*: ergo humanum studium, ut præcum humanarum,pecuniæ, quæstus, generis, & huiusmodi excludit Dominus ab electione prælati: ut in ea currat sola gratia diuina propter quam tantũ & per quã debet quis eligi.Vnde in Psalmista: *Ascendunt montes,& descendunt campi in locum,* scilicet prælationis *quem fundasti eis,* non pecunia, non carnalis affectus:sed sola gratia & electio canonica, quæ hodie ad perniciem Ecclesiæ multipliciter corrũpitur, non sine magna Dei offensa.Per hoc autẽ quòd Apostolos instituit in monte, significauit quòd Episcopi Apostolorum successores in superiori gradu sunt Ecclesiæ. Vnde dicuntur Episcopi,ab epi,quod est supra, & scopos intentio, qui supra gregem Dominicũ debent intendere,ut eum ad superna ualeant erigere. Sed heu multis ex eis inferiores in opere sunt: & nec sibi,nec aliis prosunt:& sic nomen sine re tenent. Sicut autem in uocatione fuit commendatio gratiæ: sic in numero congruentia figuræ: nam duodenarius Apostolorum numerus in multis est figuratus. Isti enim xij.Apostoli sub figura loquendo sunt.Primò, xij. patriarchæ, totum populum Christianum spiritualiter generando. Secundò, xij. uiuentes fontes in Helym, doctrinis suis Ecclesiam & mundum irrigando. Tertiò,xij.lapides in ueste pontificali, exemplis sanctis Ecclesiam adornando. Quartò, xij.panes supra mensam propositionis, animas uerbo uitæ reficiendo.Quintò,xij.principes tribuum,præcepta salutaria promulgando,& ecclesiam salubriter gubernando. Sextò,xij.exploratores terræ promissionis, futuram uitam per contemplationem inquirendo,& postea deuotis annunciãdo.Septimò, xij. lapides de Iordane sublati,mundi fluxum contemnendo.Octauò, xij.lapides altaris, Christi sacrificium in se portando. Nonò, xij. uituli Domino immolati, pro Christo martyrium sustinendo. Decimò, xij.boues sub mari æneo,baptismi gratiam prædicando & ministrando. Vndecimò,xij.leunculi in throno Salomonis,tyrannos mundi uincendo, & obstinatos comminatione pœnarum inferni terrendo. Duodecimò,xij. Prophetæ,de futuro tempore Ecclesiam admonendo. Tredecimò,xij.horæ diei,uitæ Christianæ tempora ordinando. Quartodecimò,xij.portæ ciuitatis,potestate clauium regnum cœlorum aperiendo. Quintodecimò, xij. fundamenta ciuitatis, ecclesiã meritis & precibus sustentãdo.Sexdecimò, xij.stellæ in corona spõsæ,Ecclesiã doctrinis & miraculis illustrando. Secundam,ẽt hunc numerũ Apostolorũ instituit certa causa mysterii:ut scilicet mundi salutem quã uerbo prædicarent,suo quoque numero commendarent. Ter enim quatuor xij.faciunt,& totidem Apostoli ad prędicandum missi sunt: quia per eos fides sanctæ trinitatis in quatuor mundi partibus prædicanda erat, ut quadratum orbem fide sanctæ trinitatis insignirent. Vnde & de ciuitate sancta Hierusalem descendente de cœlo à Deo scriptum est: quia erant ab Oriente portæ tres, & ab Aquilone portæ tres, & ab Austro portæ tres, & ab Occasu portæ tres. Vbi figuraliter ostendebatur, quia prædicantibus Apostolis, Apostolorumque successoribus cunctæ per orbem nationes in fide sanctæ Trinitatis Ecclesiam essent ingressuri.Secundũ Hieronymum:Fecit ut essent duodecim,vt sint ipsi super thronos duodecim,iudicantes duodecim tribus Israel.Vel cùm duodenarius cõstet ex duplici senario, qui est numerus perfectionis,significare uoluit quòd duplex perfectio,scilicet uitæ & scientiæ,siue operis & sermonis,debent esse in his

Psal. 103.

Episcopi uocantur.

Duodenarius numerus, & duo denaria multa. Gen.35. Exod.15. Eodem.28. 1.Reg.21. Gene. 25. Iosue. 2. Iosue. 4. Exod. 24. 2.Para. 4. 3.Reg. 18.

Apoc.21.

Apostolorũ nomina.

in his qui habent Apostolicum officium. Nomina autem Apostolorum quos elegit sunt hæc quæ sequuntur: Simon quem post conuersionem cognominauerat Petrum, & Andræas frater eius: Iacobus Zebedæi, scilicet filius, & Ioannes frater eius, imposuit his duobus nomina Bonarges, id est filij tonitrui: quia sæpe audierunt terrificam uocem, & tonitruum patris per nubem de filio tonantis: Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi, scilicet filius qui & Iacobus iustus propter sanctitatẽ uitæ: & minor, quia posterior in uocatione: & frater Domini, propter similitudinem est uocatus,& Simon Chananæus frater eius à Chana uico seu uilla Galilææ, qui & zelotes est dictus: Chana enim zelus, & Chananæus zelotes, id est, æmulator dicitur, & Thaddæus similiter frater eius qui & Iudas Iacobi: scilicet frater est uocatus,& Iudas Schariotes à Scharioth uico Iudææ in quo ortus est, & nominatus. Hic inter Apostolos eligitur, ad ostendendum prophetiam Dauid esse completam, qua Dominus Iesus tradendus per discipulum prædicitur, & ad excusationem bonorum quando in congregatione eorum aliquis malus reperitur. Vnde Augustin. Non audeo mihi arrogare, quòd domus mea sit melior cœtu Apostolorum. Item secundum eundem Augustin. ut ipso malo utens bene, & suæ passionis impleret dispositum, & Ecclesiæ suæ tolerandorum malorum præberet exemplum. Insuper secundum Ambrosium: Proinde eligitur ut ostendatur quia magna est ueritas, quam nec aduersarius minister infirmat: uoluit deseri, uoluit prodi, uoluit ab Apostolo suo tradi: ut tu à socio proditus moderatè feras: tuum errasse iudicium, perisse beneficium. Item secundum Theophilum: Vt discamus quòd Deus non repellit aliquẽ propter futuram malitiam: sed propter præsentem uirtutem dignum habet. Nominat autem Apostolos proprijs nominibus, ut pseudo & falsi Apostoli qui futuri erant excluderentur, & ab omnibus uitarentur: nec quisquam auderet alium inscribere catalogo Apostolorum. Item ut tam nomina Apostolorum quàm sibi credentium ostenderentur scripta esse in libro uitæ. Combinat uerò eos, ac duos & duos nominatim exprimit, in signum mutuæ dilectionis & approbationis iugalis societatis. Itemque ut mutuo se iuuantes essent fortiores,& insuper cõtra dolum in fidei confessione,& contra conflictum in tormentorum toleratione. Vt autem dicit Augustinus: Elegit hoc discipulos: quos & Apostolus nominauit humiliter natos,inhonoratos,illiteratos: ut quicquid magnũm essent & facerent, ipse in eis esset & faceret. Vnde & Ambrosius: Similiter aduerte cęleste consilium. Non sapientes aliquos,non diuites, non nobiles: sed piscatores & publicanos quos dirigeret elegit, ne traduxisse prudentia: ne redimisse diuitijs, ne potentiæ nobilitatisque authoritate traxisse aliquos ad suam gratiam uideretur:vt ueritatis ratio, non disputationis gratia prævaleret: Hæc Ambrosius. Ad montana ergo Dominus conscendit, ut à turbis recederet & quietè oraret, & familiariter Apostolos eligeret & instrueret:ut & turbas ad altiora traheret, sed turbis ascendere non ualentibus, sequuntur discipuli eius. Voluit etiam doctурus in montem ascendere, ut altiora præcepta daturus de altis ea prædicaret. Et qui minora legis præcepta filijs Israel in monte dederat, maiora discipulis Angelicis in monte dare uoluit, ut se eundem

Iuda in Apostolatũ electio. Psal.40.

Augustin. lib.18.de ciuitate c. 49.

Ambros. in cap.6. Luce.

Theophil. in Lucam.

Nominationis Apostolorum causa.

Augu. lib. 18.de ciuitate cap. 49.

Ambro. in cap. 6. Luce.

Montana petendi ratio.

Gloss. in eũ locum.

Cur in mõtem ascenderit.

Chrysosto. hom.9.operis imper.

Richardus Victorinus in ps. 113.

Esa.40.

A Deum ostenderet, qui legem Angelicam uitam dedit. Post electionem itaque Apostolorum, uoluit eos de operibus perfectionis instruere: quia ad gradum maiorem promoti debent cognitionem maiorem habere. Vnde Beda: Mystice mons ille in quo Apostolos elegit Dominus,altitudinem designat iustitiæ,qua instruendi erant,& quam prędicaturi hominibus. Nam quia missurus erat eos ad prędicandum Euangelium regni cęlestis, meritò per sublimitatem loci, in quo electi sunt, admonere uoluit eos, non in infimis desiderijs animi dissoluere: sed ad superna desideranda & quærenda semper erigere debere.Sic etiam legem daturus priori populo suo in mõte apparuit de monte quæ agẽda essent innotuit. Vnde & glo. Ascendit quippe mons in montem,ut altiora uirtutum culmina doceret:& Ecclesiam super quã sedet prædicans præceptum Domini, sublimius erigendã ostẽderet, quam eadem doctrina usq; ad finẽ seculi plenius erudiret. Quanuis ergo ibidem docere poterat ubi erat:in montem tamen ad prædicandum ascendit, in signum quòd in montem & altitudinem uirtutum debet ascendere, qui prædicare vult & iustitiam Dei docere. Vnde Chrysostom. In ueritate consistere debet qui iustitiam docet & audit: nemo enim potest in ualle stare,& de monte loqui.Vbi stas, inde loquere : aut unde loqueris, ibi sta. Si animus est in terra, quomodo de cœlo loqueris? Si de cœlo loqueris, in cœlo consiste. Et si iustitiam facere non uis, quomodo magistrum iustitiæ audis? Vt qui id magistrũ uocas, cuius non uis esse discipulus? Vnde Richard. Quia autem doctурus discipulos in montem ascẽdit, hoc nobis insinuat quòd qui sacræ doctrinæ uerbum dispensat: non in ualle praui operis,non in campo effrenatæ dissolutionis consistere debeat: sed in montem spiritualis conuersationis per exercitia uirtutum & exhibitione bonorũ operum ascendat, sicut scriptum est: *Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion.*

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui propter inæstimabilem misericordiam tuam in mundum uenisti:ut peccatores ab erroribus ad pœnitentiam reuocares, & ex his quàm plures dignatus es eligere in tuos secretarios,& discipulos speciales:reuoca misericors Deus me miserum peccatorem errantem, amplectere redeuntem, conforta dolentem: instrue ignorantem, ac tandem nue, licet indignum, cum discipulis tuis admittens totaliter à desiderio terrenorum leues, & mentem omnino ad cælestia transferas: ut audiam & intelligam uerba tua, & opere compleam uniuersa. Amen.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De sermone Domini in monte. Et primo de octo beatitudinibus. Cap. XXXIII.



POST hæc Dominus Iesus fecit sermonem pulcherrimum & copiosum quem ut dicit Augustin. Si quis piè sobriéque consideraverit, inueniet in eo, quàtum ad mores optimos pertinet, perfectum vitæ Christianę modum: & istum sermonem omnibus præceptis, quibus Christiana uita informatur esse perfectum. Hunc sermonem Matthæus & Lucas uariè narrant, & ob id quidam dicunt Dominum prius sermonem fecisse discipulis tantum in supercilio montis sedendo, per modum doctoris, & hunc narrat Matthęus, & post in latere montis communiter turbis & discipulis alium similem stando, per modum prædicatoris, & hunc narrat Lucas. Alij verò dicunt Dominũ, primò sedisse cum discipulis in supercilio montis, & electis. xij. descendisse ad aliquam planiciem in latere montis eiusdem: & ibi unum sermonem simul cum turbis & discipulis habuisse, quem uterq; Euangelista narrat diuersimodè, eadem tamẽ rei ueritate. Sed primũ conuenientius tenetur, & ueritati magis consentire uidetur. Et ex hoc inoleuit consuetudo in Ecclesia, quòd quando fit sermo turbis & secularibus, stat prædicator: ut inuitans ad pugnam & operationem quando clericis & religiosis, sedet, ut inuitãs ad quietem & contemplationem. Proponit autem Dominus Iesus in principio sui sermonis octo beatitudines seu uirtutes, & subnectit præmia singulis beatitudinibus seu uirtutibus correspondetia. Vnde ponitur ibi aliquid per modum meriti: puta, *beati, &c.* & aliqua per modum præmij: puta, *quoniam, &c.* Primum enim pertinet ad beatitudinem meriti. Secundum uerò ad beatitudinem præmij. Sed qui desiderat consequi præmium, studeat primò habere meritum. Vnde Augustin. Nemo quippe inueniri potest, qui beatus esse nolit. Sed ò si homines quomodo desiderant mercedem, sic opus mercedis non recusarent. Quis non alacriter currat, cùm ei dicitur beatus eris? Libenter audiat, & cùm dicitur si hæc feceris. Non recusetur certamen, si diligitur præmium: & accendatur animus ad alacritatem operis, cõmendatione mercedis: Hæc Augustin. Beatitudo quippe dicitur dupliciter. Vno modo in spe: sicut habetur in uia. Alio modo in re: sicut habetur in patria. Beati sunt ergo excellentes in uirtute beatitudine uiæ per gratiam, beatificãdi beatitudine patriæ per gloriam. Vel secundum Augustin. Non inde beati sunt: quia

Aug. lib. 1. de sermone Dom. in monte.

Sermo Domini in mõte.

Matt. 5. & Luca. 6.

Varię opiniones de sermone Domini in mõte.

Sedendi & stãdi in prædicando mos.

Beatitudines octo.

Augu. lib. de beata uita.

Beatitudo duplex in spe, & in re.

A pauperes spiritu, sed quoniam ipsorum est regnum cœlorum: & ita de alijs suo modo. *Docebat*, ergo, *eos dicens: Beati pauperes spiritu*, id est, uoluntate & electione, non necessitate uel simulatione, *quoniam ipsorum est regnum cœlorum*, quod est præmium correspondens merito eorum. Vbi sciendum quod paupertas spiritus sumitur hîc, pro abstinẽtia ab amore mundi, id est, ab amore eorum quæ in mundo sunt: & quæ amator mundi complectitur: & sic est plenaria omnium delectabilium abdicatio, omnes delectationes quæ sunt in diuitijs, & delitijs, & honoribus contemnens. Et ideò beatitudo ista potest intelligi dupliciter. Vno modo pro contemptu diuitiarum & carnalium uoluptatum. Secundò pro contemptu sui & propriæ excellentiæ, ut etiam bonus se inutilem & cæteris reputet inferiorem. Contemptus autem diuitiarum, nascitur ex contemptu sui: qui enim ueraciter & humiliter propter Deũ se contemnit, temporalia quæ propter se sunt, faciliter etiam contemnit: nec magno precio exteriora æstimat, qui se interius non curat. Sic ergo paupertas spiritus implicat uirtutem uoluntariæ, propter Christum egestatis, & etiam ueræ humilitatis. Et secundum utrumq; intellectum hæc beatitudo primum tenet locum. Secundum primum quidem intellectum: quia paupertas est prima perfectio uolentium sequi Christum, & totius spiritualis ædificij fundamentum. Non enim potest expeditè sequi Christum, paupertatis speculum, qui oneratus est rebus temporalibus. Nec est liber, sed seruus, qui animi affectionem subijcit istis rebus transeuntibus. Eius enim rei quam affectuosè diligo, me seruum sponte constituo. Et ideò nihil est amandum, nisi ipse Deus, uel aliud propter Deum. Vnde Ambro. Primam beatitudinem hanc uterq; Euangelista posuit: ordine enim prima est, & parens quædam generatioque uirtutum. Quia qui contempserit secularia, ipse merebitur sempiterna. Nec potest quisquam meritum regni cœlestis adipisci, qui mundi cupiditate possessus emergendi non habet facultatem. Similiter quò ad intellectum secũdum, quia humilitas opponitur initio omnium uitiorum, scilicet superbiæ, quæ inter omnia uitia tenet principatum. Vnde Augustin. Rectè hîc intelliguntur pauperes spiritu, humiles & timentes Deum, id est, non habentes inflantem spiritum. Nec aliunde omnino incipere oportuit beatitudinem. Sic quidem peruenitur ad summam sapientiam. *Initium autem sapiẽtiæ timor Domini*: quoniam & econtrario, *initium omnis peccati superbia*, describitur. Vnde & Chrysostom. Sicut cætera vitia deprimunt ad inferos, & maximè superbia: sic vehunt virtutes ad cœlum maximè autem humilitas. Hæc Chrysost. Cupidi ergo & superbi appetant & diligant regna terrarũ, *beati*, autem, *pauperes spiritu*, id est, spirituali uoluntate, uel sui reputatione, *quoniam ipsorum est regnum cœlorum*, nunc in spe, & in futuro erit in re. Et bene præmium merito respondet, ut indigentiæ & humiliationi copiositas & exaltatio succedat. In regno. n. intelligitur omnimodo sufficiẽtia, & excellentia, quæ bene promittitur in cœlis qui talia contempserunt in terris. Deinde sequitur secunda: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Post paupertatem sequitur mititas: qui enim pauper est, multis lacessitur iniurijs, & ideò necessarium est quòd sit mitis, uel mansuetus: quod idem est secundum rem, sed differunt nomine. Mitis enim est, qui alium non offendit: mansuetus, qui se offendentes tolerat.

Aug. sermone in festo omniũ sanctorum de Euãgelio. to. 10.

Paupertas spiritus, duobus modis intelligi potest.

Beatitudo prima.

Ambrosius in cap. 6. Lucę.

Secũda beatitudo.

Mitis & mansuetus differunt.

tolerat. Vnde mansuetus dicitur, quasi manu assuetus, cui facilè est sustinere, non malum pro malo reddere: mitis uerò, qui nulla animi accensione turbatur, sed iugiter in animi bonitate perseuerat. Et secundum hoc mitis dicitur in affectu, mansuetus in effecto. Mites ergo secundum rem sunt homines mansueti, modesti, & humiles, in fide simplices: & ad omnem iniuriam patientes, qui nullam amaritudinẽ animi sentiunt, & cùm irritati fuerint, nec cogitant facere malum, nec faciunt, cedunt improbitatibus, & non resistunt malo: sed uincunt malum in bono. Et uerè, *beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*: scilicet duplicem, id est, corporis proprij quam gerunt, & paradisi quam quærunt. Terram inquam corporis proprij quia mites habent dominium sui, & non iracundi quia nõ subijciunt sensualitatem rationi. Item terram paradisi: mites enim quietè & pacificè possidet Dominus in terra morientium, & ideò lege vicissitudinis mites possidebunt Dominum in terra uiuentium. Et secundum Glo. quoniam scipsos in præsenti possident, hæreditatem patris in futuro possidebunt. Vbi Augustin. Tunc uerè possidebis terrã, quando inhæseris ei, qui fecit cælum & terram. Hoc est enim esse mitem, non resistere Deo tuo. Vt in eo quòd bene facis, ipse tibi placeat, non tu tibi. In eo autem quòd mala iustè pateris: ipse tibi non displiceat, sed tu tibi. Neque enim parum est, quia placebis ei, displicens tibi. Displicebis enim ei, placens tibi. Hæc Augustin. Rixentur ergo immites, & dimicent pro terrenis & temporalibus rebus. Beati autem mites, quoniam ipsi hæreditate ac immobiliter & solidè possidebunt terram æternæ beatitudinis. Ad hoc enim homines feroces mouent bella, & lites sequentes motus irascibilis, ut quasi securi possideant terrã deuictis inimicis, & ideò illis qui sunt totaliter quietati à motibus irascibilis, bene promittitur possessio pacifica terræ uiuentium: de qua pelli nõ possunt ab aduersarijs. Significat enim terra, secundum Augustin. quandam soliditatem & stabilitatem hæreditatis perpetuæ: ubi anima, per bonum affectum tanquam in loco suo requiescit sicut corpus in terra, & inde cibo suo alitur sicut corpus à terra. Ipsa est requies, & uita sanctorum. Si ergo, ut dicit Beda, cælorum regnum pauperibus, & terra mitibus promittitur: quid superbis & contentiosis nisi infernus relinquetur? Deinde sequitur tertia: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Hæc tertia beatitudo rectè primam sequitur & secũdam: post contemptũ namque mundi, per paupertatem: post quietem mentis, per mansuetudinem: vacans homo sibi, & considerans statum suum nihil inuenit, nec in se, nec in alijs nisi materiam luctus & flebile, & ideò incipit lugere. Est autem lugendum non propter temporalia damna, sed propter spiritualia detrimenta. Et uerè beati qui lugent, quoniam Deus eos consolando omnem lachrymam ab oculis eorum absterget. Vnde Bernard. Fœlix lachryma quæ manu pij Domini meretur abstergi. Vt dicit Maximus: Lachrymæ ueniam non postulant, & tamen merentur: causam non dicunt, & tamen misericordiam consequuntur: quia sermo interdum non totum profert negocium, lachryma uerò totum prodit affectum. Consolabuntur autem lugentes, & hic & in futuro. In præsenti enim consolationes spirituales consolante Spiritu sancto qui paracletus, id est, consolator dicitur, recipiunt pœnitentes. Consolabuntur & in futuro, cùm ad gloriam perducentur, ubi gaudium & lætitiã obtinebunt, quia secundum Chrysosto. huiusmodi luctum Dominus perpetui gaudij consolatione compensat. Vt autem dicit idem Chrysostomus: Lugendum est & uerè lugendum præsentis uitæ tempus, in quo tantam malorum labem: tantaque quotidie uidemus flagitia cumulari, quæ si uelis considerare per singula, numquam te poteris à lachrymis tẽperare. Etenim si quis extrinsecus undecumque adesset, & præceptorum Christi ac nostræ conuersationem & perturbationem uidere inimicos nos esse, & cõtrarios præceptorum Christi iudicaret, & quasi qui studium quoddam habuerimus contraria in omnibus gerere quàm ille mandauit: Hæc Chrysostom. Et sciendum quòd quinque sunt causæ luctus, quarum duæ respiciunt culpam, scilicet propriam & alienam, duæ pœnam, scilicet præsentem, & æternam: quinta gloriam cœlestem. Lugendum est ergo in hac uita. Primò, pro peccatis & miserijs proprijs. Secundò, pro peccatis & miserijs alienis. Tertiò, pro incolatu præsentis miseriæ. Quartò, pro periculo & dubio pœnæ æternæ. Quintò, pro dilatione gloriæ. Et ideo *Beati qui lugent*, scilicet in præsenti, *quoniam ipsi consolabuntur*, plenariè in futuro, contra quinque luctus prædictos, contra primum, de peccatorum remissione: contra secundum, de proximorum bonorum salute, & malorum condemnatione: contra tertium, de huius exilij liberatione: contra quartum, de euasione pœnæ futuræ: contra quintum, in gloriæ adeptione: & tunc poterunt dicere cum Psalmista. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Huic sententiæ concordat Gregorius qui dicit: Quatuor sunt qualitates quibus iusti uiri anima in compunctione uehementer afficitur, cùm aut malorum suorum reminiscitur, considerans ubi fuit, aut iudiciorum Dei sententiam metuens, & secum quærens, cogitat ubi erit, aut cum mala huius uitæ præsentis solerter attendens, mœrens considerat ubi est, aut cùm bona supernæ patriæ contemplatur: quæ quia nondum adipiscitur lugens conspicit ubi non est: Hæc Gregor. Gaudeant ergo uani in hoc mundo, beati autem qui lugent quoniam consolabuntur in cœlo. Congruè autem lugentibus promittitur, & præparatur æterna consolatio, ut qui tristati sunt in præsenti, gaudeant in futuro, & temporalem amittentes lætitiam, perfruantur æterna.

Deinde sequitur quarta: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur*, hæc quarta beatitudo rectè sequitur tres prædictas, qui enim mundana contempsit, ac mores mansuetudine rexit, & defectus luxit: iam potest esurire & sitire iustitiam, quod non prius potuit, quia secundum Ambrosium æger cum in graui morbo est, non esurit. Primæ uerò tres à seculo nequaquam † eripiunt, paupertas enim diuitias abijcit, mansuetudo iniurias non sentit, luctus commissa diluit, quæ uerò sequuntur, ad cœlum erigunt. Quarũ prima est nõ tam iustitia, quàm esuries siue desiderium iustitiæ, quia in præsenti perfectam iustitiam nõ possumus habere, sed possumus esurire. Vnde dicit: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã*, id est, cum omni desiderio, & uehemẽter ad modum esurientis & sitientis appetunt eam: secundum Bedam nos instituens, nunquam nos satis iustos æstimare debere, sed quotidiano iustitiæ semper ardere profectu. Vnde Hiero. Non sufficit nobis uelle iustitiam, nisi iustitię patiamur famem, ut nunquã nos satis iustos, sed semper esurire opera iustitiæ intelliga-

Terra. Aug. lib. 1. de uerbis Dom. ca. 3.

Beda in ca. 6. Lucę.

Tertia beatitudo. Lugendum esse.

Apoc. 21.

Bernardus sermo. 32. in cant. Lachrymarum commendatio.

Ingendum quid est.

Luctus cau sę quinq.

Consolationes lugentium.

Psal. 93. Compũctio nis incita menta. Gregorius lib. 23. moraliũ c. 21.

Quarta beatitudo.

† *nequam.*

Esuries iustitia.

Beda in ca. 6. Lucę.

Hieronym. in cap. 5. Matth. Psal. 36.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus. Et accipitur hic iustitia, secundum quòd est uirtus generalis ad omnes qua declinatur à malo & fit bonum, secundum quòd homo ab ea generaliter iustus dicitur per exercitium, quia secundum Chrysostomum: Esurit iustitiam, qui secundum Dei iustitiam desiderat conuersari, hanc iustitiam & uitæ recti tudinem, non solum in nobis, sed & in omnibus alijs appetere debemus. Et hæc est iustitia quæ tribuit vni cuiq; quod suum est: Deo, proximo, & sibi. Deo tria, scilicet honorem creatori, amorem redemptori, timorem iudici. Proximo tria, obedientiam superiori, concordiam pari, beneficentiam inferiori. Sibi tria, munditiam cordi, custodiam ori, disciplinam carni. Et uerè beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur, vt qui per esuriem & sitim iustitiæ merentur, per saturitatem gloriæ præmientur, & conatum quem passi sunt in merendo, reficiat præmium in perficiendo. Quæ saturitas reddetur in uita beata, de qua dicit Psal. *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.* In præsenti quoq; redditur, quia sicut auaritia sitit aliena & esurit, sic per iustitiam saturatus contentus est suis, & aliena non cupit. Non solum itaque illi qui faciunt iustitiam, seu iustitiæ opus, sed etiam qui eam esuriunt & sitiũt, id est, qui eam facere concupiscunt, & si non possunt facere quod desiderant, tamen beati sunt, quia quantum in ipsis est faciunt quod desiderant & isti quidem saturabuntur, quando omnia eorum desideria complebuntur. Vnde Augustinus. Qui perfectè nouit, & perfectè amat iustitiam, iam iustus est, etiam si nulla existat secundum eam forinsecus per membra corporis operãdi necessitas. Desiderant ergo alij uana quæ eos satiare non poterunt, *beati autem qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur*: hic pro modulo, sed plenariè in futuro. Deinde sequitur quinta: *Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur*. Post iustitiam rectè ponitur misericordia, quia una non debet esse sine alia, sed altera ab altera temperari. Nam misericordia sine iustitia descendit ad dissolutionem, iustitia sine misericordia descendit, ad crudelitatem, una cum alia incedit secundum æquitatem. Est autem misericordia miseria cordis super malo: unde dicuntur misericordes, quasi miserum cor habentes, quia alterius miseriam quasi suam reputant, & de malo alterius, quasi de suo dolent. Misericordia est dimittere iniurias illatas, ac omnem rancorem & odium, & dare quodcumq; potest spirituale, & corporale subsidium. Misericordiæ autem subsequendæ is est ordo, ut prius sit super malo proprio, secundum illud Eccles. *Miserere animæ tuæ placens Deo*: deinde super proximi malo eius, defectibus condescendendo, cuius finis est pro alio mori: exemplo Christi qui pro nobis ex misericordia dedit se morti. Est igitur misericordia prima propria ad seipsum, per penitentiam. Secũda fraterna ad proximum, per beneficentiam. Est & tertia filialis ad Deum, per compassionem, sed heu quia nihil compatiuntur super cõtritione Ioseph. Prima consequitur misericordiam in remissione omnis culpæ. Secunda consequitur misericordiam in diminutione pœnæ, & intercessorum multiplicatione, qui enim diminuit alterius pœnam, meretur suæ diminutionem. Tertia consequitur misericordiam in adeptione gloriæ, quia secundum Apostolum, *si compatimur, & glorificabimur*. Sed ut dicit Ambrosius, qui compatitur, non perfunctorie compatitur: sed ut tribulationes Christi in corpore suo impleat, sicut implebat & Paulus. Igitur studiosè circa misericordiam insistere debemus, quia in omnibus misericordia Dei indigemus. Hæc uirtus tanta est quòd ea præ cæteris Deo, quasi sibi propria attribuatur. Vnde dicitur: Deus cui proprium est misereri semper & parcere. Hanc etiam negatam exprobrabit reprobis, & impensam cõmendabit iustis. Maximè enim succurrẽt opera misericordiæ in die iudicij his, qui fecerint ea, quoniam, ut ait Iacobus, *iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam*. Vnde Aug. beatos esse dicit qui subueniũt miseris, quoniã eis ita rependetur, ut de miseria liberẽtur, fac & fiet: fac cũ altero, ut fiat tecum. Quod egeris cum petitore tuo, hoc agat Deus cum suo. Vnde & Hilarius: Intantũ enim Deus beneuolentiæ nostræ in omnes delectatur affectu, ut misericordiam suã sit solis misericordibus præsturus. Vnde & Chrys. Dominus misericordiarũ misericordes dicit esse beatos, ostẽdens unũquemq; nostrũ misericordiam promereri non posse, nisi & ipse misericors fuerit. Et iterum: Videtur autẽ esse æqualis retributio, sed & multo maior: non est enim æqualis humanæ misericordia, & diuina. Sæuiant ergo tyranni cum suis crudelitatibus sine misericordia perituri, *beati autem misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur*, in futuro, ubi ab omni miseria culpæ & pœnæ subleuabuntur, & in hoc seculo, ubi eis culpa remittitur & gratia largitur, conferuntur temporalia, & subleuantur à multiplici miseria, prout status iste patitur, & saluti spirituali expedire uidetur. Deinde sequitur sexta: *Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum uidebunt*. Sexta beatitudo optimè sexto loco ponitur, quia per ipsam homo ad Dei imaginem, quæ ipsius Dei per cognitionem & amorẽ capax est, reparatur: quam sexta die conditus perdidit, & sexta ætate recuperauit. Et rectè post misericordiam ponitur cordis mundicia: quia secundum Amb. Qui misericordiam defert, misericordiam amittit, nisi mundo corde misereatur: nam si iactantiam quærit, nullus est fructus. Dicit ergo, Beati mundo corde: non dicit, de superficie, ut fallaces hypocritæ, qui mũdant quod foris est, non tantum corpore, ut mundani diuites qui corporis studẽt munditiæ, sed corde, quos non arguit conscientia peccatorũ, qui declinant à malo quolibet, & faciunt omne bonum, quod possunt bono fine & recta intentione. Et uerè sic mundo corde beati sunt, quoniam ipsi Deum uidebunt, quia munditia maximè unit summæ beatitudini, & mũdus non nisi mundo corde potest uideri. Illud est cor mũdum, quod non arguit conscientia ulla peccati, sed est templum sanctum Dei, ex quo cogitationes malæ nõ procedunt. Si enim cor fuerit mundum à prauis cogitationibus, totus homo erit mundus ab iniquitatibus, ibi enim peccata oriuntur, ibi radices figunt, quę si ibi succisæ fuerint, non est ubi crescant. *Deus* quippe *spiritus est*. & ideo non oculo carnis, sed oculo cordis & mentis tantum uideri potest. Et sicut oportet oculum carnis esse purum & mundum ut Solem possit uidere, sic longè plus oportet oculum cordis mundum esse, ut possit Deum, qui lucem inhabitat inaccessibilem, uidere, quia in eo omnis sufficiẽtia nostra completur, & finis desideriorũ nostrorum habetur, qui solis mundis corde debetur. Vnde Augustinus: Hic est finis amoris nostri. Quicquid bene agimus, quicquid laudabiliter estuamus, quicquid in culpabiliter desideramus, ad Dei uisionem cùm uenerit plus non requiremus. Videre Deum uolumus: sed uide quid dictum est: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt*. Hoc para unde uideas. Non enim cor de non mundo uidere permitteris, quod non uidetur nisi

Chrysost. hom. 9. operis imperf. Iustitia tribuẽs tribus æterna.

Psal. 16.

Quinta beatitudo. Misericordia temperata.

Misericordia quid est.

Misericordia exhibẽda ordo. Eccles. 30.

Misericordia, triplex.

Amos 6.

Roma. 8. Ambros. in epist. ad Rom. Misericordia laus in oratione Eccles.

Mat. 25. Iacob. 2.

Augustin. li. 1. de sermone do. in monte c. 6.

Hilarius can. 4. in Matthæũ. Chrysost. hom. 15. in Matth.

Ambrosius in cap. 6. Luca.

Ambros. in ca. 6. Luca.

Cordis mũditia. Matt. 23.

Munditia laus.

Exod. 1. 1. Cor. 3.

Ioan. 4.

Deum uidere finis. 1. Timo. 6.

Augustin. sermone in festo omnium sanctorum. 10.

nisi corde mundo. Vnde & Ambrosius. Emunda cor tuũ, omnes poll utas cogitationes de corde tuo abijce, nihil sit quo tuus inquietur affectus. Simplex mens, pura sinceritas sit, talibus se Dominus, uolutabris corporis depositis, demõstrare dignatur: Hæc Ambrosius. Immundi ergo corde, qui in sordibus sunt, sordescant adhuc: *beati autem mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt*, in præsenti per fidem, & in futuro per speciem: in præsenti familiarius, & in futuro gloriosius. Hic secundum quòd aliquis eripuerit se à malis, & bona fecerit, secundum hoc Deum uidet aut minus aut amplius, & ibi quãto munditia maior, tanto uisio potentior & clarior. Deinde sequitur septima: *Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur*. Septimo loco ponitur beatitudo pacis, quia in sabbato septimæ ætatis plenariè dabitur pax habẽtibus beatitudines supradictas. Bene autẽ post munditiam pax sequitur, quia ad gradum pacis qui purgatus est dirigitur, nec nisi in bona uoluntate pax nutritur. Vnde Ambrosius: Cùm interiora tua uacuaueris ab omni labe peccati, à te pacem incipis, ut sic pacem alijs feras. Dicit ergo, beati pacifici, nec dicit animo pacati, quia hoc pertinet ad secundam beatitudinem, quæ est mititas: sed dicit, pacifici, qui scilicet primò in semetipsis pacem faciunt, & quicquid peruersæ cogitationis, locutionis, operisue deprehẽdunt potenter expellunt: nec aliquid turbationis in suæ regno dominationis esse permittunt, & si quid eis aduersitatis occurrant, pacem suam tamen seruant, & cuncta cum cordis sui tranquillitate iudicãt. Deinde nõ in se tantum pacem custodiunt, uerumetiam alios discordantes sibi ad vnitatem pacis reducunt, ac semper paci faciendæ, reformandæ, & conseruandæ, siue in se, siue in alijs, inuigilant. Paci autẽ contrariantur quinque: scilicet bella, lites, tumultus, inquietudines, & molestiæ. Pacifici ergo huiusmodi bellis sopiendis, litibus dirimendis, tumultibus sedandis, inquietudinibus quietandis, molestiis mitigandis insistunt. Hæc autem sunt officia filij Dei, qui in se pacificus pacem reformauit in alijs, & ideo de pacificis bene dicitur, *quoniam filij Dei uocabuntur*. Pacifici etiam dicuntur qui totaliter etiam per affectum mentis Deo sicut summæ bonitati coniunguntur, & sic nihil aliud extra ipsum quærunt: sed in ipso quietantur & pacificantur. Qui & filij Dei uocari merentur, quia filiatio Dei importat assimilationem ad Deum, proprium autem est ipsius Dei seipso frui, & in ipso quietari. Pacifici ergo esse debemus, ut uere ipsum Deum pacis in nobis habere mereamus, de quo scriptum est: *Factus est in pace locus eius*. Vbi Augustinus: Pacifici in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus exponentes & subijcientes rationi, id est, menti & spiritui, carnales que concupiscentias habentes edomitas, fiunt regnum Dei. In quo ita ordinata sunt omnia, vt id quod est in homine præcipuum & excellens, hoc imperet cęteris non reluctantibus, quæ sunt nobis bestiisq; communia, atque id ipsum quod excellit in homine, id est, mens & ratio, subiiciatur potiori, quod est ipsa veritas vnigenitus filius Dei. Neque enim imperare inferioribus potest, nisi superiori se subijciat. Et hæc est pax quæ datur in terra, hominibus bonæ uolũtatis, hæc est uita consummati perfectique sapientis: Hæc Augustinus. Litigent ergo discordes, patrem suum diabolum imitantes. *Beati autem pacifici*, primò sibi, deinde alijs, scilicet internam pacem, & fraternam seruantes, *quoniam filij Dei*, & ueri imitatores eius, in superna pace *vocabuntur*. Habent. n. similitudinem Dei patris, quia Deus pax & quies summa est, & omnia cum tranquillitate disponit.

Deinde sequitur octaua. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum*, secundum Chrysostomum. Posita pacificorum beatitudine, ne aliquis æstimaret, q; semper pacem sibi quærere, sit bonum: subdit, *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam*. Hæc etiam beatitudo perficit hominem, ad bene patiendũ, sicut prædictæ ad bene agendum, quia sicut ad uirtutem pertinet bene agere, ita & bene pati. Et ideo post præcedentes beatitudines, quæ consistunt in perfectione actionis, sequitur hæc, quæ consistit in perfectione passionis. Nam sicut beatitudo patriæ distinguitur penes auream & aureolã, sic beatitudo uiæ, quæ est imago quædam & similitudo illius, præcedẽtibus enim respondet præmium aureæ, huic uerò præmiũ aureolæ, quæ hic per regnũ intelligitur. Nam secundum Hier. hæc martyrio terminatur. Dicit ergo: *Beati* scilicet non tantum qui bene operantur, sed etiam *qui persecutionem patiuntur*, s. patienter, & nõ propter scelera & peccata sua, sed propter iustitiam, s. legalẽ, quæ includit omnem uirtutem, id est secundũ Chrysostomum, pro ueritate atq; pietate, & pro aliorum defensione, solemus. n. iustitiã pro omni uirtute animi ponere. Et uerè beati in spe, beatificãdi in re: *quoniam ipsorum est regnum cælorum*, & quòd ad auream. Sed nunquid pro libertate Ecclesiæ, me exponã morti? Ita pro alijs, quæ spiritualia sunt, nõ pro agris, uel redditibus Ecclesiæ & similibus. Sæpe. n. nos opponimus pro his, magis inducti auaritia quàm iustitia. Huiusmodi quæstionem Amb. determinans ait: Si à me petierit imperator qđ meũ est, id est fundũ meũ, argentũ meũ, & huiusmodi, sciat me nõ refragaturũ, quamquã oĩa quæ mea sunt, sint pauperũ: uerùm ea quæ diuina sunt, imperatoriæ potestati non sunt subiecta. Si patrimoniũ petitis, inuadite: si corpus, occurrã: vultis in vĩcula rapere, vultis in mortẽ rapere, uoluntatis est mihi: non ego me uallabo circunfusione populorũ, nec altaria tenebo uitam obsecrans, sed pro altaribus & spiritualibus, ad ipsa pertinentibus immolabor: Hæc Amb. Hæc octaua, complemẽtum est aliarum beatitudinum, & summa omnium coronarum: tunc ut cùm homo perfectus est in cæteris, tandem aptus ad patiendum aduersa dignus reperiatur. Vnde Chrysost. Propterea à priori semper sequenti, uiam faciens mandato, seriem & catenam nobis quandam auream subtexuit. Cùm enim quis humilis fuerit, erit consequenter & mitis: qui autem mitis, etiam peccata lugebit, qui uerò ob peccata luget, esurit, sitit q; iustitiam, qui iustus est, iste etiã misericors, qui misericors fuerit & iustus, idem est compunctus & mundus corde: qui uerò talis est, erit etiã profecto pacificus. Porro, qui ista perfecerit, erit absque dubio etiam ad pericula præparatus, nec ad maledicta prorsus ulla terrebitur, nec si mala quoque mille patiatur: Hæc Chryso. Qui ergo prædictas uirtutes habet, beatus est, multò autem beatior, qui has uirtutes inter aduersa seruare non trepidat. Septem itaque perficiunt, sed octaua clarificat & demonstrat quod perfectum est. Nam patientia, opus perfectum habet, ut per hunc gradum perficiantur & cæteri, tanquam à capite rursus exordiens. Vnde octaua redit ad caput, siue ad principiũ, id est ad primã beatitudinẽ, probãs & purgans eam, si quid fermenti habet admixtum, beati enim pau-

Septima beatitudo. Pacifici.

Pax.

Ambrosius in cap. 6. Luca.

Paci cõtraria quinq;

Pacifici s. filij Dei.

Psal. 75. De pacificis Augustin. lib. 1. de sermone do. in monte c. 8.

Luca 2.

Octaua beatitudo. Patientes. Chrysosto. hom. 15. in Matthæũ.

Aurea, & Aureola.

Hieronym. in Mat. c. 5.

Chrysosto. hom. 15. in Matthæũ. Iustitia.

Ambrosius epist. 33.

Chrysosto. ex uarijs in Mat. hoc. 6. Mandatorũ Dei catena. Beatitudinum catena.

Octaua reditio ad primam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peres, si persecutionem patiuntur propter iustitiam. Redit etiam ad secundam, probans & purgans eam, beat enim mites, si persecutionem patiuntur propter iustitiam. Ita & ad omnes alias referendo, redit iterũ, ut pote probatio, purgatio, & consummatio earum. Debet ergo replicari ad omnes alias præcedentes, ad hoc quòd sint probatæ beatitudines. Scorpius nõ calcatus, quietus iacet, aculeos non exerit, sed tactus statim exerit pugionem & pungit. Ita & homo uacuus uirtute, punctus uenti verbo uel iniuria ei illata, statim sicut serpens, ira & odio, ac uerbo contumelioso, & impatientia armatus erepat & insilit in illum qui eum læsit, in quo probatur, & uas uacuũ esse cognoscitur. Econtra, sancti percussi in una maxilla, præbẽt aliam, diligunt inimicos, & orant pro persequentibus se. Hinc dicit Bernardus, q̃ sicut stellę de nocte lucẽt, de die autẽ non apparent, sic uirtus quæ non apparet in prosperis, emicat in aduersis. Vnde secundum hoc non uidetur octaua propriè beatitudo dicẽda, & per se distincta, sed præcedentiũ illuminatio potius & cõfirmatio. Octauo autem loco ponitur, quia significat generalẽ resurrectionem, octaua ætate futuram, quę etiam per octauas sanctorum designatur: Hæc ergo circumcisioni, & octauę resurrectionis cõparatur, qa per hãc circunciditur in nobis & auertur, si quid fermenti in nobis remãserit, & consummamur in omni perfectione & probatione uirtutũ. Sicut enim in octaua resurrectionis immutabimur, & perficiemur in gloria, ita & per hanc, hic in merito & gratia. Et respõdet sibi idem præmium, quod primæ, scilicet regnum cœlorum, quia illi maximè persecutionem in mundo patiuntur, qui contemptui habentur, & tales sunt maximè pauperes spiritu, qui iam à pluribus deridẽtur. Maximè etiam conueniunt in merito, uoluntaria enim paupertas, est quoddam genus martyrij, quia utrobiq; oportet uincere animum, quò ad delectabilia huius mundi. In regno quoque includuntur duo, scilicet diuitiæ, & dominatio. Promittitur ergo regnũ pauperibus, per respectum ad diuitias, quia qui propter Christum abrenunciant diuitijs temporalibus, in futuro gaudebunt æternis. Patientibus uerò, per respectum ad Dominum, quia qui hîc propter Christum opprimuntur, in futuro cum Christo, oppressoribus dominabuntur. Potest etiam dici quòd non est idem præmium utrobique: quia ibi per regnũ intelligitur præmium aureæ, hîc præmiũ aureolæ. Hoc autem unum præmium, quòd est regnum cœlorum, etiam in alijs est, sed uariè nominatum. Vnde Chrysostom. Tu uerò etsi non per singulas beatitudines regnum audias repromitti, ne tristeris, etsi enim retributiones ipsas differenter appellat, eas tamẽ cunctas ad unum cœlorum regnum reducit, nihil enim omnino aliud nisi cœleste regnum per hæc cuncta designat: Hæc Chrysostom. Videat ergo unusquisq; hæc audiens, si in aliqua istarum beatitudinum cõtinetur: & si in aliqua se inuenerit, securus sit q̃ beatus erit: hoc enim ueritas dicit, ueritas autem mentiri non potest. Deinde post generalem sententiam, subdit specialem persuasionem, verbum ad Apostolos conuertendo: & triplicem actũ persecutionis, scilicet in corde, ore, & opere, eis prænunciando, dicens: *Beati estis cùm maledixerint*, ex odio, *& oderint*, ex animo, *uos homines*, quò ad primum *& persecuti uos fuerint*, *& separauerint uos*, excludendo *à synagogis*, & communione sua tanquam immundos, & sibi graues ad uidendum, quò ad tertium, *& dixerint omne malum aduersus uos*, id est omnia genera uerborum maligna-

Scorpij & hominis collatio.

Matt. 5.

Bernardus ser. 27. in cantica.

Octaua beatitudinis congruentia.

Paupertas uoluntaria.

Chrysostom. 15. in Matt:

Regnum cœlorum promittitur in omnibus beatitudinibus.

Persecutio triplex.

A tium, quibus uestram famam lædant, *& exprobrauerint uos*, conuitia & improperia uobis dicendo *& eiecerint nomen uestrum*, scilicet nomen Christiani *tanquam malum*, illud execrantes, ac diffamantes, & extinguere cupientes, quòd ad secundum. Non q̃ debeat aliquis ista quærere, sed quia timore horum, non debet ueritatem uitæ, iustitiæ, & doctrinæ dimittere. Sicut autem triplex est persecutio, scilicet cordis, oris, & operis, & hæc tertia triplex, scilicet in damno temporalium, in persecutione amicorum, in afflictione & iniuriã proprij corporis, ita & triplex est patientia, quæ odium cordis, uerbum contumeliosum oris, & manualem persecutionem operis sustinet patienter, remittendo omnem iniuriam, compatiendo peccato proximi, orando ut à uia mala conuertatur, & ita peccatum eius deleatur. Hic triplex hostis Ecclesiam Dei impugnat, contra quos triplicem patientiã opponit. Hucusque ergo ad omnes generaliter & indeterminatè sentẽtias posuit, hic uerò specialiter ad Apostolos uerba dirigit, quamuis & hæc etiã alijs conueniant, prædicens eis præcipuè quanta pro nomine eius passuri essent, & monstrans quia eorum hoc maximè proprium est, super omnes alios. Quia ergo propter maiorem difficultatem, speciali persuasioue indigebant, ideo cõuertitur ad eos ut animaret, quos sicut agnos inter lupos missurus erat. Vnde Beda: Non ad hoc nostri similes ualent, sed eorũ qui ibant gaudentes à consilio, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Sed quia non omnis persecutio beatificat, sed tantum illa quæ gaudiosè susçipitur propter iustitiã, quę est Christus filius uirginis, ideo addit *mentientes*, *& propter me*, seu filium hominis, quia ad hoc quòd persecutionis tolerantia beatum faciat, requiritur quòd mendosè & falsè, seu iniustè, ac propter Christum nobis inferatur, in quo tristitia persecutionis, conuertetur in gaudium, quã do reddet Deus sanctis mercedẽ laborum suorum. Alias enim non est beatus, sed miser, nec est ei merces inde, sed accũmulatio suæ miserię. Vnde August. Si sustines quia peccasti, propter te sustines, non propter Deum. Si autem sustines, quia mandata Dei seruasti: verè propter Deum sustines, & merces tecum manet in æternum. Quæ sentitur in corde patientiũ, eorum qui iam possunt dicere, gloriamur in tribulationibus. Non enim ista perpeti, fructuosum est, sed ista pro Christi nomine: nõ solum æquo animo, sed etiam cum exultatione tolerare. Vnde concludit subiungens præmium, & per hoc alliciens ad patiendum. Vt enim dicit Hiero. quo dibet opus lene fieri solet, cùm eius præmium cogitatur, & spe mercedis, leuigatio sit laboris. *Gaudete* inquit, scilicet interius in corde, *& exultate*, scilicet exterius in corpore, id est propter exemplum, gaudium foris ostendite, tam propter bonum uirtutis patientiæ, quàm propter spẽ præmij & gloriæ, *quoniam merces uestra*, non tantum magna est sicut aliorum, sed *copiosa*, & supra condignum est in cęlis. Multa enim merces est in cęlis, multa propter iustitiam patientibus in terris. Merces ista magna est, multa est, preciosa est, diuturna est. Tam magna est, quòd non potest comprehẽdi: tam multa est, q̃ nõ pot numerari: tam preciosa est, q̃ nõ potest æstimari: tam diuturna est, q̃ non potest finiri. Merces ista tanto est uberior, quanto gaudio & exultatione, in tribulationibus, fides est deuotior. Deus enim, non tam quantitatem laborum, uel multitudinẽ operum, remunerat: quàm qualitatem & modum radicis, ex qua oriuntur & tolerantur. Non enim

Iterum triplex ostẽditur persecutio.

Hieron. in Matthęum c. 5.

Gloriandũ non est.

Beda in c. 6. Luca.

Pati pro Christo.

Hieronym. in epistol.

Merces beatorum.

attendit

Luc. 19. Aug. sermone in festo omniũ sanctorum.

Seneca lib. de moribus.

Exemplum sumi debet à bonis. 1. Mach. 6.

Persecutiones tolerandæ sunt. 2. Tim. 3.

Ambrosius in Psa. 118

A attendit quantum, sed ex quanto: nam minutum uidæ, prætulit Zachæi dimidio. Sentiunt ergo, ut dicit Augustin. istam mercedem, qui gaudent in bonis spiritualibus, sed ex omni parte perficientur, cùm ẽt mortale hoc induerit immortalitatem. Sed nos heu in multis decipimur, quando nobis arrident seculoria, quando uulgus laudibus non attollit, gaudemus & exultamus, cùm magis flere & dolere deberemus, quia magis periculum sunt prosperæ, quàm aduersæ: laudes, quàm uituperationes. Gaudeamus ergo & exultemus cum Apostolis, quibus salubre gaudium, & salubris exultatio demonstratur, cùm eis in contumelijs & persecutionibus gaudendum esse, & exultandum denunciatur. Vnde Hierony. Nescio quis hoc nostrum possit implere, ut lacerẽtur opprobrijs fama nostra, & nos exultemus in Domino, hoc qui uanam sectatur gloriam, implere non potest. Gaudere igitur & exultare debemus, ut merces nobis in cę lestibus præparetur. Eleganter in quodam uolumine scriptum legimus: Non quæras gloriam, & non dolebis cùm inglorius fueris. Vnde & Chrysostom. Quantum aliquis lætatur de laudibus hominũ, tantum de uituperatione tristatur. Qui uero gloriam concupiscit in cœlo, opprobria non timet in terris. Vnde dicit Seneca: Numquam fœlix es, si nondũ te turba deridet. Si beatus esse uis, cogita hoc primùm contemnere contemptum. Si uis beatus esse, si fide bona, uir bonus, sine te stultum uideri, sine contemnat te aliquis. Quisquis uolet, tibi contumeliã faciat & iniuriam, tu tamen nihil patieris, si modo tecum erit uirtus: Hæc Seneca. Non solum autem præmio, sed etiam exemplo, eos ad patientiam prouocat, & rigorem tribulationum temperat, confortansq; eos exemplo prophetarum, & suadens ad sustinendum, consolationem eis de illorum societate præstat, qui ante eos afflictiones uarias pertulerunt, dicens: *Sic enim*, crudeliter, multipliciter, & incessanter *persecuti sunt Prophetas*, ueros, ut Hieremiam, Esaiam, & alios, *qui ante uos fuerunt*, quia pro ueritate persecutionem sunt passi, & ita dant uobis exemplum & animum patiendi. q.d. Non miremini si uos patiamini, quia non est nouum, nec insolitum. Illorum ergo exemplum uos doceat, si illorũ uos beatitudo & lætitia delectat, illorum exemplum uos inuitet, ne timore deficiatis pro ueritate, pro qua ipsi passi sunt sine exemplo eos iniuitante. Secundum hunc modũ, ostendi solet, elephãtis sanguis uuę & mori, ad acuẽdum eos in prælium. Similiter nobis proponitur exẽplum Christi & martyrum, ad confortãdum nos in tribulatione persecutionum. Et ideirco propositæ gloriæ præmium considerantes, ad omnem toleranti am passionis, deuota fide, parati esse debeamus, ut consortes gloriæ Prophetarum atque Apostolorũ, effici mereamur. Non ergo debet quis timore persecutionis ueritatem deserere, sed potius ubi Christus in causa est, persecutionem affectare. Vt enim dicit Apostolus, *omnes qui uolunt piè uiuere in Christo, persecutionem patiuntur*. Si ergo persecutionem pateris, habeto id signum in bonũ, quia piè in Christo uiuis. Nam si non pateris persecutionem, nõ uis piè uiuere in Christo. Vnde Ambrosius: Et fortasse cùm persecutiones non patimur, tanquam condemnati habemur, quia nequaquam piè uiuere uolumus in Christo. Nam utique, cùm sit definita sententia, q̃ *omnes qui uolunt piè uiuere in Christo Iesu, persecutiones patiuntur*: uidetur is qui persecutiones non patitur, abdicatus quòd non sit piæ intentionis in Christo.

A Deuotionem enim fidei, prælia sequuntur: Hæc Ambro. Sed diceret aliquis: Nemo potest modo propter persecutionem attingere ad beatitudinem, quia nũc in pace consistunt omnia, & sancta Ecclesia ferè de nulla parte patitur aduersa. Ad quod dicendũ, q̃ ubique tentationes sunt, & persecutiones, quia quotidie in penetralibus sanctæ Ecclesiæ, psequitur Cain Abel, Hismael Isaac, Esau Iacob, id est impius iustũ. Et si quis persecutionem nõ patitur ab extraneis, patitur tamen à falsis fratribus. *Omnes enim qui piè uolunt uiuere in Christo, persecutionem patiuntur.* Et si nõ patitur quis extrinsecus, patitur tamen intrinsecus, & à nequitijs spiritualibus. Et quia non cessant persecutiones, patientia nobis necessaria est, ut reportemus repromissiones. Væ aũt his qui perdũt patiẽtiã, quia & perdũt patiẽtiæ coronã. Non ergo murmuremus si in paucis uexemur, quia in multis bene disponemur. De his octo beatitudinibus, quas ponit Matthæus, quatuor tantũ ponit Lucas. Sed secũdũ Amb. in istis octo, illę quatuor sunt, & in illis quatuor, istæ octo. Mansuetudo enim & pax, referuntur ad patiẽtiam: munditia cordis, ad paupertatem spiritus: misericordia, ad esuriem iustitiæ. Et quia Dominus suprà præmijs ad uirtutes & fidem populos prouocauit, consequenter eos etiam à criminibus & peccatis, futurorum suppliciorũ denunciatione deterret, dicens: *Veruntamen uæ.* s. doloris æterni *uobis diuitibus*, non tamẽ omnibus, sed *qui habetis hic consolationem uestram* à uobis optatam: abutentes diuitijs ad uitæ uoluptatem. q.d. Non habetis meam, & nec in præsenti, nec in futuro. Diuites ergo uocat, qui in bonis ducunt dies suos, quia non tam diuitiæ, quàm amor & abusio diuitiarum, in culpa est. Cùm enim superius regnum cęlorum pauperum esse dicatur, ex oppositio apparet, quòd ab hoc regno se alienat, qui in temporalibus quæ non cõsolatio, non deliciæ: sed remedium, refrigerium contra necessarias temporis miserias esse debent, consolationem quærit, auditurus à iusto iudice, *Fili, recordare quia recepisti bona in uita tua.* Vnde Ambrosius: Qui consolationem uitæ præsentis habuerunt, remunerationẽ perpetuæ perdiderunt. *Væ uobis qui saturati estis*, in præsenti uacãdo comessationi, & ebrietati, & in deliciis uiuendo, *quia esurietis* in futuro, non cibi carentia specialiter, sed totius boni penuria generaliter. Sicut diues qui epulabatur quotidie splendidè in delicijs uiuens, dirum uæ sustinebat esuriens, quando de digito Lazari, quem despexerat, guttam aquæ quærebat. Epulones arctissimo ieiunio macerabuntur in pęna, vt cui pæ eorum scilicet gulæ, pœna sit contraria. Sicut ergo contraria contrarijs punientur in pœna, ita contrariis contraria curari debent, in pœnitentia. Vbi Beda: Si beati sunt illi qui iustitiæ semper opera esuriunt, infelices econtrario estimandi sunt, qui sibi in desiderijs placentes, nullam ueri boni famam patiũtur satis se rati beatos, si non ad tempus sua uoluptate priuentur. Væ uobis qui nunc ridetis risu inordinato, ac gaudetis & lasciuitis gaudio uano: quia lugebitis dolore interiori, & flebitis dolore exteriori. Vel lugebitis, pro omnis boni carentia: & flebitis, pro omnis mali præsentia, in ardoribus sempiternis, *ubi erit fletus & stridor dentium*. Si enim lugentes beatificentur, & cõsolabuntur: merito ridentes, tanquã miseri cruciabuntur. Vnde Salomon ait: *Risus dolore miscebitur: & extrema gaudij, luctus occupat.* Vbi Basilius: Cùm Dominus ridentes nunc arguat, palã est q̃ nunquam erit fideli tempus risus, & præcipuè in

Perfectionis materia non deficit.

2. Tim. 3. Patientiæ utilitas.

Beatitudines secundum Lucam. Ambrosius in c. 6. Lucæ.

Maledictiones cõtrariæ beatitudinibus.

Luc. 16. Ambrosius in Lucam.

Epulones:

Beda in c. 6. in Luca.

Luca. 13.

Basilius in regulis brẽuioribus interrogat. 31.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ridebit multum tempus.

in tanta multitudine eorum qui in peccato moriuntur, pro quibus oportet lugere. Et Chrysostomus: Dic autem mihi, cur concuteris & desluis, qui debes assistere terribili iudicio, & ponere rationem de omnibus hic operatis. *Væ uobis, cùm benedixerint vobis homines*, sadulando, ac laudando, & extollendo uos, per applausum talem, nutrientes uos in malis, ut cæci efficiamini, vosmetipsos non cognoscentes, nec attendentes illud Apostoli: *Si hominibus placerem: seruus Christi non essem.* Secùdum hoc, *facieb ant pseudoprophetis patres eorum*, qui benedicebant illis Prophetis, qui ob captandum vulgi fauorem, & ad habendum populi applausum, de corde suo, non de spiritu & ore Domini, prophetabant falsum. Et hoc est quod Psalmista deplorat: *Quoniam laudatur peccator in desideriys animæ sue: & qui iniqua gerit, benedicitur.* Sed & uæ eis qui sic laudant, quia plus nocet lingua adulatoris, quàm gladius persecutoris. Qui enim mala agẽtibus adulatur, puluinar sub capite dormientis ponit, ut fulcitus laudibus in malis requiescat. Si ergo beati sunt, qui ab hominibus odiosè maledicuntur, meritò infœlices reputandi sunt, qui ab hominibus adulatoriè benedicuntur. Magna qui dem Dei ira est & ultio, quòd pecatori deest correctio, & adest adulatio, quasi de bene gesto: quia ipsa adulatione nutritur in culpa, & maiorem fouetur ad pœnam. Has sententias Lucas ponit: ut ueritas quatuor beatitudinum, quas ante posuit, clarius per oppositam damnationem eluceſcat.

Gula. 1.

Psal. 9.

Iræ Dei iudicium est peccator impunitus.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui ut altiora uirtutum culmina doceres, in montem cum discipulis ascendisti: ibiq; beatitudines & uirtutes sublimes docuisti, & præmia singulis congruentia promisisti. Da mihi fragili ut tuam uocem audiens, studeam per uirtutum exercitium habere meritum: quatenus te miserante consequar & præmium. Fac ut considerans mercedem, opus mercedis non recusem, sed spes æternæ salutis mitiget in me dolorem medicinæ præsentis, & accẽdat animũ ad alacritatem operis. Fac me miserum nunc beatum, beatitudine uiæ per gratiam, & tandem beatum, beatitudine patriæ per gloriam. Amen.*

Quòd prælati debent lucere opere & sermone. Et quòd Christus non uenit legem soluere, sed implere. Cap. XXXIIII.



A ET quia Dominus hortatus est Apostolos ad sustinendum tribulationes, nũc consequenter ponit quatuor similitudines, s. comparando eos sali, luci, ciuitati, & lucernæ, quibus ipsos ostendit similes, ut per hoc intelligãt se in tribulationibus debere magis esse fortes. Ac si eis diceret: Non uos debetis in tribulationibus deficere, quia defectus uester multis esset occasio ruinæ. *Vos enim estis sal terræ: vos estis lux mũdi.* Vos estis ciuitas supra montem posita, & lucerna supra candelabrum posita. *Vos*, inquam *estis*, id est esse debetis. Duæ primæ similitudines dicuntur per affirmationem, in quibus ostenditur ad quid sunt: quia ad condiendum affectum, & illuminandum intellectum. Duæ sequentes dicuntur per negationem, in quibus ostenditur ad quid non sunt, quia nec in absconsione personæ, nec in occultatione doctrinæ. Apostoli igitur & prælati dicuntur sal terræ, propter uitæ perfectionem, qua homines condiuntur, & mentes eorum qui adhuc terrena sapiunt, imbuuntur. Sal enim terram sterilem facit, cibos cõdit, carnes siccat, & à putrefactione conseruat, ex aqua & igne cõficitur, in omni sacrificio offertur. Sic exẽplum sanctitatis, terrenum affectum mitigando, sterilem facit, sanctum desiderium sapiendum reddendo condit: carnem mortificando desiccat, à putredine libidinis restringendo conseruat: ex aqua deuotionis, & igne dilectionis, decoquendo in fornace pœnitentiæ, conficitur: in omni opere dirigendo, & moderando, offertur. Præcipuè autem sal in scriptura, discretionem significat, quę in prælatis esse debet, qua debent opera subditorum sic cõdiri & dirigi, ut coram Deo sapida reddantur, sicut cibaria sale condita, magis sapida sentiuntur. Et monet Apostolos & cæteros Ecclesiæ prælatos, ut in uirtutibus persistant: *quia si sal*, id est prælatus uel doctor per quem alij condiendi sunt, *infatuatus fuerit*, vel *euanuerit*, & defecerit, scilicet aut persecutionis & aduersitatis timore, aut cupiditatis & prosperitatis amore, aut superbiæ & uanæ gloriæ elatione, aut carnalis affectus attractione, aut negligentiæ & incuriæ seductione, aut subuersus errore, quo minus condiat, & doceat subditos, exemplo & uerbo, *in quo salietur*, infirmus populus subditus, qui debet condiri uita & doctrina maiorum, uel in quo, & quo alio doctore condietur, & emendabitur, scilicet ipsum sal, id est ipse qui habet alios condire, secundum illud Sapientis: *Quis medebitur incantatori à serpente percusso?* Vnde dicendum est ei: *Medice, cura te ipsum.* Similiter si discretio, quæ opera nostra cõdit, ab operibus nostris bonis, de genere defuerit, Deo accepta non erunt. In cuius figura, sal in omni sacrificio ponebatur. Sal igitur sic euanescens, propter inutilitatem sui, ad nihil ualet ultra, neque in terra, neq; in sterquilinio. Non est utile terræ, quia suo iniectu prohibet eam germinare, nõ sterquilinio, id est fimo: quia sibi immixtũ, non sinit ipsum fœcundare. q.d. nihil ualet, quia nec in se fructificat, aut fructum boni operis fert ut terra, nec in alijs fœcunditatem, seu fœcundandi uirtutem dat, aut eos extollere valet vt simus, sed mittatur foras ab officio, & humilietur inter homines, quia sibi nocet, & alijs non prodest, unde talis debet repelli à prælatione, ne officium prælatorum in conspectu hominum reddatur uile. Aut ergo à dignitate ecclesiastica deponetur, aut ab unitate Ecclesiæ numero uel merito secernetur, aut à sanctorum gloria excludetur, & talis conculcabitur ab hominibus in

Matth. 5. Christus Apostolos comparat sali, luci, ciuitati, & lucernæ.

Sal discretio dicitur.

Salis deprauatio.

Eccl. 12. Luca 4.

mundo

Apostoli & prælati sunt lux mundi.

Lux triplex.

Glossa in Matt.

Lucernam abscondi.

mundo per derisionem, ab Angelis in iudicio per separationem, à dæmonibus in inferno per afflictionem. Dicuntur etiam Apostoli & prælati lux mundi, id est hominum qui sunt in mundo, propter uerbum doctrinæ, qua debent ignorantes de credendis & faciendis illuminare. Sicut enim sol & luna, illuminant oculos corporis: sic Apostoli & doctores illuminant oculos mentis. Prius autẽ est bene uiuere, quàm bene docere: Et ideo postquam Apostolus dixerat, Sal terræ, sapienter uiuendo: dicit eos lucem mundi, tenebrosos illuminando. Debet ergo prælatus esse sal, bene uiuendo: lux, bene docendo: sal, in exemplis: lux in doctrinis. Rectus ordo iste, primò bene uiuere, dein de bene docere, secũdũ gl. Deus est lux nõ illuminata, sed illuminnas, Apostoli & Apostolici uiri, lux illuminata, & illuminãs: simplices iusti, lux nõ illuminãs sed illuminata. Prima est sicut lux solis: secunda sicut lux lunæ: tertia sicut lux stellæ. Deinde post condimentum salis & radiũ lucis, sequitur ciuitatis protectio, & lucernæ illuminatio, quia Apostoli & prælati non debent se abscondere, neque lucernam diuini ponere sub modio & occultatione humani timoris, neq; sub lecto & quietæ mundanæ prosperitatis: sed debet esse ciuitas in monte posita, ut sint refugium iniustè oppressis, & lucerna supra candelabrum posita, ut per sanctæ uitæ exempla luceant tenebrosis. Vnde ad similitudinem ciuitatis supra montem, & lucernæ supra candelabrum positæ, sic monet Apostolos & prælatos, simili lumine coram hominibus lucere & fulgere, ut uisis operibus eorum bonis, odore & admiratione talium homines attrahuntur & informentur, ac inde Deus pater glorificetur, & non ipsis, sed ei à quo omne bonum est, laus impartiatur. Debent ergo lucere & opere & sermone. Non enim ait: Vt audientes uestrũ sermonẽ bonum: sed *ut uidentes uestra bona opera, glorificent patrẽ uestrũ qui in cœlis est.* Magis. n. operando quis proficit, quàm loquendò & plus mouent exempla, quàm verba, quia maior est splẽdor operis, quàm sermonis. Iste enim tantum ore prædicat, & una hora in septimana, ille verò totus prædicat, & omni totius temporis hora. Vnde alibi: *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent.* Quòd secundum Gregorium, est uita secularium, qui foris quasi ad alta proficiunt, sed intus à soliditate inanescunt. Econtra uerò docere uoce & non opere, quædam vanitas est, & parum prodest. Quia secundum Bernard. lingua magniloqua, & magnus ociosa, doctrina lucida, & uita tenebrosa, monstruosa res est. Ad hoc autem lucere debent, ut finem boni operis in laudibus Dei, non hominum constituant: quia non debent de hoc suam, sed Dei quærere gloriam, & proximi ædificationem, ut uidentes opera eorum bona, Deum per quem in eis fiunt, non facientes glorificent, per imitationem eorum, per laudem quoq; eorum, omnia ei ascribentes ut authori bonorum. Non est ergo huic contrarium, quòd infrà dicitur: *Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus*: quia in opere bono, quærenda est gloria diuina, & sic loquitur hic, sed fugienda gloria propria & humana, & sic loquitur infrà. Deinde incipit eos iã informare, q. doceãt præueniẽdo primò falsam opinionẽ, quàm habere poterant. Tanquã si quærerent, dicentes: Ecce uolumus doctrinã tuam non abscondere, sed quid est hoc ipsum quod uetas abscondi? Numquid alio docturus es, cõtra ea quæ in lege & Prophetis scripta sunt? Nõ, inquit, *Nolite putare*, ne scilicet in errorem incidatis, *quoniam ueni soluere legem aut Prophetas*, prohibendo

Operando proficimus plus quàm docendo.

Sapientia. 3. Gregorius lib. 33. moraliũ. c. 4. Bernard. serm. de custodia linguæ.

Lucere debemus ad laudem Dei.

Matt. 6.

A scilicet ne spiritualiter fiant. Vt enim dicit Augustin. omnia quæ in ueteri testamento conscripta sunt, noui testamenti typum & imaginem prætulerunt. *Non ueni soluere* & destruere *legem*: sed potius adimplere eam. In hac autem Domini sententia, secundum Augustin. duplex est sensus. Nam adimplere legem, est aut addendo aliquid quod minus habet, aut faciendo quod habet. Dominus ergo addit quod minus habet, non utique soluit quod inuenit, sed magis perficiendo confirmat. Omnia etiam quæ lex & Prophetæ de eo promiserant, iã pro parte in ipso cõpleta sunt, & antequam *cælum & terra transeant*, & elementa mutentur ab hac mutabili forma, in immutabilem, scilicet antequam iste mundus, quò ad figurã, B non quò ad materiam, finiatur, omnia quæ de eo scripta sunt, spiritualiter implebuntur, nec *unum iota, aut unus apex* id est minimum etiam legis præceptũ, potest cadere ab effectu impletionis, ut remaneat irritũ & inane. Iota, minima litera est inter alias, & vno ductu fit. Apex autem est particula litteræ, quæ ponitur in summitate, ad distinctionẽ: & notat minima præcepta, quia minimum præceptum, vel minima præcepti particula, *non præteribit à lege*, id est non remanebit, quin impleatur suo tempore, vel in capite, vel in corpore. Deinde postmodũ implendi & docendi ipsi Christo, proprium ostẽdit modum implendi à parte doctorum, & qualiter debet ei confirmari doctrina prælatorum. Et ponit quondam diuisionem bimembrem doctorũ. Quidam enim sunt, qui malè uiuunt, & bene docent, sicut Scribæ & Pharisæi faciebant. Et de istis dicitur: *Qui ergo soluerit*, malè scilicet uiuendo & transgrediendo, *unum de mandatis istis minimis*, id est de mandatis decalogi, quæ dicũtur minima, quia inchoant hominem, & ad uitam pertinent incipientium, *& docuerit sic homines*, malis exemplis corrumpendo, *minimus uocabitur in regno cœlorum*, id est in Ecclesia militante. Quia secundum Gregorium, cuius uita despicitur, restat ut eius prædicatio contemnatur. O quot sunt hodie in Ecclesia tales minimi, qui tamen sibi uidentur ualde magni. Vbi Augustin. Consequens est ut qui minimus est in regno cęlorũ, qualis nunc est Ecclesia: non intret in regnum cœlorum, qualis tunc erit Ecclesia, quoniam docendo quod soluit, ad eorum sȝcietatem qui faciũt quod docent nõ pertinebit. Vnde & Chrysostomus. Docere & non facere, non solum nihil lucri, sed & damni plurimum cõfert. Grandis enim damnatio est componenti quidẽ sermonem suum, uitam uerò suam atque opera negligenti. Alij autem sunt qui bene uiuunt, & bene docẽt, & tales debent esse prælati Ecclesiæ: & de istis subditur. *Qui autem fecerit, & docuerit, hic m.uor uocabitur in regno cœlorum.* Quia secundum Chrysostom. per uerba philosophari facile est, quæ uerò per opera demonstratio generosi cuiusdam & magni est, magni quoque erunt, & si non adeo magni, qui faciunt & non docent: factores enim legis iustificabũtur apud Deum. Omnia autem mandata deputantur facta, quando quicquid non fit, ignoscitur. Ideoque dicere debemus: *Dimitte nobis debita nostra.* Dein de confirmat quod dixit, quia in tantum non soluit legem, sed superabunde vult eam impleri, quòd nisi sui eam superabunderanter impleuerint, & iustitia eorum super Scribarum & Pharisæorum, qui dicunt & non faciunt, superabundauerit, & non solum doceant, sed etiam faciant, quia ad salutem non sufficit bona doctrina, nisi adsit bona uita. Vel secundum Augustin. nisi non solum illa legis minima præ-

Vetus testamentum, figura noui.

Adimplere legem quid est. Augustin. lib. 1. de ser mo. do. c. 14

Iota.

Apex.

Gregorius homo. 3. in Ezechielẽ. Regnum cęlorum pro Ecclesia. Minimi. Augustin. lib. 1. de ser monte do. in monte ca. 16.

Chrysosto. hom. 16. in Matthæũ. Docere & non facere, periculosum. Chrysosto. hom. 79. in Ioannem. Matt. 6.

Augustin. li. 1. de ser domini in mõte c. 17

cepta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iustitia acceptio.

Hieronym. in c.56. in Isayam. Augustin. Iustitia duæ partes.

cepta impleuerint, sed etiam ista quæ ab eo adduntur, negat eis introitum regni cœlorum, per iustitiam enim legis, nullus intrare potuit in regnum cœlorum, licet iustitia propriè sumatur pro uirtute cardinali, qua redditur unicuique quod suum est, largè tamen sumitur hîc: quia ut dicit Hieronym. omnes uirtutum species, uno iustitiæ nomine continentur. Et secundum hoc dicit Augustin. duas esse partes iustitiæ, scilicet declinare à malo, & facere bonũ, quia sic iustitia distinguitur contra peccatum. Vbi sciendum quòd sicut sunt uaria dona gratiarum Dei: ita sunt uarij status & conditiones hominum. Propter quod his qui sunt in statu maiori, respectu minorum, aptè dici potest, *nisi abundauerit iustitia uestra plusquam*, talium, scilicet minorũ, *non intrabitis in regnum cœlorum*. Hic aduertendum est quod saluator, præcepta decalogi replicat, & ad obseruationem eorum, homines inducit, uerum intellectum eorũ declarando, & errores Iudæorum circa hæc excludendo. Nam doctores Iudæorum dicebant, per præcepta decalogi negatiua, tantum actum exteriorem non motum animi esse prohibitum: & quòd uoluntas mala non est peccatum, nisi exeat in effectum. Vnde dicebant de hoc præcepto: Non occides, q̃ per hoc prohibetur occidendi factum, & non occidẽdi propositum. Et hoc est q̃ dicit: *Audistis quia dictum est antiquis, non occides*, scilicet hominem, hoc est, sic interpretabuntur præceptum hoc. Sed hunc errorem excludit saluator, prohibens irasci sine causa. Vnde non occidere hominem iniustè manu & actu, pertinet ad iustitiam legis. Qui autem sic occiderit, reus erit, secundum legem, iudicio mortis, seu accusatione & damnatione in mortem, quia lex punit secundum talionem. Sed perfectus superaddit, prohibens ne quis sine causa iusta irascatur fratri in corde, uel signum commoti animi ostendat in uoce, dicens: Racha, quæ uox indignantis est absque certa expressione utuperij uel blasphemiæ, aut certam iniuriam, sub expressione uerbi irroget, dicens Fatue, quod est magis iniuriari, quàm dicere racha. Prohibetur ergo primò motus iræ in animo. Secundò indignationis in signo. Tertiò uituperationis in uerbo. Tribus autem generibus & gradibus culpæ, assignat tres gradus pœnæ. Prima culpa est, ira uel odium, in corde latens. Secunda est, ira in generalem contumeliam prorumpens. Tertia est, ira in specialem contumeliam procedens. His tribus culpis, debetur pœna differens, eis correspondens. Nam qui irascitur motu interiori, uel odio, fratri suo, non uitio, ut sit ira per uitium, non per zelum, qui delibrat odium conceptum implere opere, si oportunitas adesset: reus erit iudicio, id est dignus accusatione apud Deum, & in foro summi iudicis, licet non hominis, cùm de uoluntate non possit accusari coram homine. Qui autem dixerit fratri suo Racha, ex indignatione & contemptu, reus erit consilio, id est cõsensu iudicij, de danda in eum sententia, & determinanda pœna, quia iam uenit in notitiam culpa. Qui autem dixerit fatue, ad contemptum personæ, non ad correctionem culpæ, reus erit gehennæ ignis, & pœnæ determinatæ, quia secundum Glo. non modicus furor est, quem Deus sale sapientiæ condiuit, infatuatum dicere, & salienti derogare. Moyses ergo & lex, securim posuit ad ramum arboris, prohibens homicidium: Christus uerò tanquam sapiens agricola, & Euangelium securim posuit ad radicem, prohibens iram, vt omnem radicẽ peccati de cordibus nostris auferret, quia per iracundiam etiam usq; ad homicidium peruenire potest. Et bene incipit ab ira, quia secundum glossam ianua omnium uitiorum, est iracundia: qua clausa, uirtutibus intrinsecus dabitur requies, aperta ea ad omne facinus armabitur animus. Secundum Hier. ira est omnis malus motus ad nocendum, aut ergo surgit subitò, & sic est ueniale, aut ex deliberatione & consensu, & sic est mortale. Considerandum tamen q̃ licet ira sit peccatum, non tamen omnis ira. Ira.n. est appetitus uindictæ. Vindicta autem, si sit iusta, non est peccatum eam appetere. Est autem iniusta quadrupliciter, uel quoniam appetitur pœna eius qui non meruit, uel plus quàm meruit, si appetatur ordine debito prætermisso, uel quia appetitur propter indebitum finem: ut quando appetitur solum propter uindictam, non propter iustitiam. Christus itaque radices inimicitiarum, ipsosque fontes per quos charitas necari solet intercipies, studeat nos mutuis nobis charitatis nexibus colligare, quod tamen heu parum curamus aduertere. Vnde Chrysostom. Et nos quidem maiores nostros & potentiores, etiam si iniurijs & contumelijs contra nos agant, ferimus uerentes, ne quid ab eis grauius patiamur, erga æquales uerò uel inferiores, interdum nec læsi irascimur, in tantum humanus metus timore Dei præponitur: noli, inquit, irasci fratri tuo sine causa. Num multò hoc leuius est, quàm si tu alium feras irascentem tibi sine causa? Cùm ergo quod mãius est propter timorem hominum feras propter timorem Dei ne minimum quidem pateris? Hæc Chrysostomus. Et si prohibetur ira recens, multò magis inueterata, ut dicit Augustinus. Si irasci non est fas fratri, aut dicere racha, aut fatue: multo magis in animo tenere aliquid, ut in odium indignatio conuertatur. Ideo ex præmissis concludit, quòd uolens offerre Deo in altari fidei & cordis sui quod cumq; *munus*, s. cordis, oris, operis, siue hostiam, siue elemosynam, siue doctrinam, siue orationem, siue hymnum, siue psalmũ, siue aliud spiritualium uel corporalium donorum, *prius* debet *reconciliari fratri*, læso seu offenso per eum uerbo uel facto, dãno corporali uel spirituali, quia munus non accipitur, nisi antè discordia ab animo repellatur. Deus quippe non munus repellit, sed charitatẽ proximi quærit, & ideo charitatem prius proximo exoluat, qui munus suum Deo placere exoptat. Munus enim Deo oblatum non proficit ipsi offerẽti, nisi sit in charitate. Charitatem autem non habet, nisi proximo per eum læso uelit satisfacere. Vbi sciendum q̃ si commodè possit haberi ipsius fratris offensi præsentia, tunc pergẽdum est ad eum pedibus corporis, & reuocandus est in gratiam, satisfaciendo, uel ueniam postulando. Si autem eius præsentia non possit commodè haberi, tũc sufficit ad eum ire pedibus mentis, prosternendo & subdendo sc illi pijs uotis & affectu humili, habendo propositum satisfaciẽdi, loco & tempore competenti. Et hoc modo utitur Ecclesia Romana quæ reum confitẽtem absoluit, & sibi satisfactionem læso faciendam imponit. Sciẽdum est etiam, quòd si offensa nota est fratri, postulanda est reconciliatio: si uerò abscondita, non teneor sibi manifestare, ne concitetur ad iram, sed postulanda est à Deo, & manifestanda sacerdoti. Et secundum Chrysostom. si cogitatu offendisti, reconciliare cogitatu: si uerbis offendisti, reconciliare uerbis: si operibus offendisti, reconciliare operibus. Omne enim peccatum, quomodo committitur, eodem modo

Præceptorum decem à Iudæis interpretatio.

Homicidij actus exterior non tãtum damnatur, sed etiam interior.

Racha.

Culpæ & pœnæ gradus tres in peccato iræ.

Gloſſa in Matthæũ.

Iræ prohibitio.

Iracundia malum. Gloſſa in eũ locum.

Hieronym. in Matt. Ira qui sit & quòd nũ omnis peccatum sit. Vindicta quadruplex iniusta.

Meritum potentum.

Ira inueterata. Augustin. lib. 1. de ſermone dom. cap. 20.

Offensa occulta nõ tñ manifestanda.

Chrysoſto. ho. 11. operis imperf.

Reconciliatio per talionem.

Charitatis præstantia. Chrysoſt. hom. 16. in Matthæũ.

do de ipso pœnitentia agitur. Et si offendit quis uerbo detrahendo, debet reconciliare famam restituendo. Attende bene ista, quia relucet hic circa nos magna Dei misericordia, quando hominum utilitates plus aspicit, quàm suos honores, & plus diligit fidelium concordiam, quàm munera sibi oblata. Vnde Chrysost. O admirabilem benignitatem, atq; ineffabilem erga homines amorem Dei, honorem suũ despicit, dum in proximo charitatẽ requirit. Nihil enim ita studet Deus, ut nos mutuis nobis charitatis nexibus colligare, propter hoc. n. facta sunt omnia, idcirco & Deus homo factus est: atque omnia illa gesit, ut nos in unum congregaret: Hæc Chrysost. Relucet & hîc nihilominus seueritas Dei magna, quando discordantium uota recusat & munera. Vnde Grego. Ecce à discordantibus accipere non vult sacrificium, holocaustum susc ipere recusat. Hinc ergo perpendite quantum sit malum discordiæ, propter quod & illud abijcitur, per quod culpa relaxatur. De hoc malo discordiæ, sic dicit Cypria. Discordans & disidens, & pacem cum fratribus non habens, nec si pro nomine Christi occisus fuerit, crimine dissensionis fraternæ poterit euadere. Quale delictum est quod nec baptismo sanguinis potest abluiꝰ quale crimẽ est, quod martyrio non potest expiari? Et ideo, ut ait Chrysostom. munera Abel susc epta sunt à Deo, Cain reprobata: quia Abel pura ac simplici mente Domino munera offerebat: Cain uerò iram aduersus fratrem tenebat, & ideo ille placuit in munere, qui placebat in corde. Sed heu hodie multi huic Cain sunt similes, cum discordijs & dolis ad altare accedentes. Vnde Chrysost. Cùm Deus tantum curæ reconciliationis nostræ habeat, ut patiatur interrumpi ministeria sua, donec tu eas & resoluas inimicitiam cũ fratre tuo, nec nos hoc ipsum erubescimus, sed multos dies patimur manere inimicitias, & trahimus sicut funem longum discordias, ignorantes q̃ tanto longior erit nobis pœna, quãto & discordias. Et quia dictum est de concordia cũ fratre offenso habenda inducit generaliter, ut cõsentiamus aduersario nostro, & cõcordemus cum eo citò dum simus in uia & in hac præsenti uita, ubi est locus & tempus pœnitendi & mœrendi, & quod possumus hodie, non differamus in crastinum: quia mora trahit ad periculum, & nemo scit uitę suæ terminũ. Vnde Chrysostom. Nihil quippe est quod ita uitam nostram ualeat euertere, ut operum actionem bonorum dissimulare semper, semperq; differre. Sæpe enim istud ex omnibus nos bonis fecit excidere. Citò inquam concordemus cum aduersario, *ne ipse aduersarius tradat nos*, id est causa sit ut tradamur *iudici* in ultimo examine: *& iudex tradat nos, ministro*, & exactori, id est maligno spiritui ad ultionem *qui mittet in carcerem*, id est in infernum, & pœnam exigit pro culpa quam suggesit. Vnde *non exibit homo, donec reddat nouissimum quadrantem*, & minutum, id est, luat etiam minima & leuiora peccata, quia nihil erit impunitũ. Donec enim ponitur hîc pro numquam, ut sit abnegatiuum omnium temporum, sicut quandoque omnium affirmatiuum. Vnde secundum Augustinum, non significat finem pœnæ, sed continuationem miseriæ. Pœnam ergo gehennæ, tunc homo etiam pro peccatis minimis, ratione mortalis annexi, sẽper reddet patiendo, & nunquam persoluet ueniam consequendo, quia semper punietur & eluet, neq; unquam ueniæ locus ibi erit, unde numquam ad nouissimum quadrantem uenitur, qui semper soluitur: & ideo nũ quam homo exibit, quia in inferno, ubi locus ueniæ non est, numquam erit redditio possibilis. Non loquitur hîc de diabolo aduersario nostro, quia illi non est consentiendum, sed potius resistendum, sed hoc loco aduersarius noster, est proximus offensus, seu læsus, cui debemus per satisfactionem debitam, & ipsius placationem consentire, & cum eo concordare, uel quicumque alius nobis aduersatus, cui beneuoli & benigni esse debemus. Vel aduersarius noster est synderesis, & conscientia, quæ malæ nostræ uoluntati, & contra malum remurmurat, & nos accusat testimonium nobis perhibente cõscientia, cui debemus ad bonum consentire. Mysticè etiam aduersarius noster est Deus, quando peccamus, quia nobis resistit, cùm ab eo peccando recedimus, cui consentire debemus pœnitendo, & eius uoluntatem faciendo. Vel sermo diuinus, qui peccare uolentibus contradicit, & nos peccantes arguit & accusat: cui debemus obedire, à peccatis abstinendo & auertendo, ac præceptis eius humiliter nos subdendo. Deinde subiungit quædam alia, ad confirmandum q̃ dixit suprà, scilicet q̃ non uenit soluere legem sed adimplere, & dat intellectum alterius præcepti in lege: Iudæi enim, per istud præceptum, Non concupisces uxorem proximi tui, intelligebant signa exteriora tãtum prohibita, ut sunt tactus impudici, oscula, & huiusmodi, & sic exponebant: Non concupisces, id est, signa concupiscentis non facies. Similiter per istud præceptũ: *Non mechaberis*, intelligebant actum mechiæ exteriorem tãtum esse prohibitum, & sic concupiscentia & uoluntas interior latens, omnimodè in corde non expressa signo uel facto, nullum esset peccatum. Sed hoc est irrationabile, quia actus exteriores uel signa, non habent rationem peccati, nisi inquantũ sunt uoluntarij. Et ideo saluator, hunc errorem excludens, dicit: *Omnis qui uidet mulierem ad concupiscendum eam*, id est ea intentione & animo, & hoc fine attendens ut concupiscat eam, quod non est iam titillari, sed plenè consentire libidini, *iam mechatus est eam in corde suo*. Vnde Chrysostomus: Et si concupiero, nec etiam plus fecero, cũ adulteris ero. Per legem ergo luxuria perpetrata: per authorem uerò munditiæ, luxuria cogitata damnatur. Lex adulterum damnat: Euangelium uerò etiam concupiscentiam, quæ radix est Euangelij, adulterij punit. Vnde Ioannes in lumbis, sed Christus in pectore cinctus fuit. Et sciendum q̃ quædam est concupiscentia ex subito motu, sine deliberatione boni operis uel mali, & sine consensu, & dicitur propassio, & hoc est peccatum ueniale. Alia est cum deliberatione animi, & cũ cõsensu in delectationem, uel in opus, & dicitur passio, & hoc est peccatum mortale. Dominus uerò loquitur hîc de concupiscentia deliberata, quæ implicat in se consensum in delectatione uel in opus. Concupiscentia ergo cum consensu in animo, est mortale peccatum, etiam autequã eximitur facto uel signo: & quia usus est concupiscentiæ prouocatiuus. Ideo secundum consilium Ambros. auertamus oculos à uanitatibus: ne qđ oculus uiderit, animus concupiscat. Vnde Gregorius: Prouidendum ergo nobis est, quia intueri non decet, quod nõ licet concupisci. Vt enim munda mens in cogitatione seruetur, à lasciuia uoluptatis suæ deprimendi sunt oculi, quasi quidam raptores ad culpam. Vbi & Chrysostom. Qui studet elegantes facies inspicere, ipse fornacem sibi passionis accendit & captiuam faciens animam, ad opus quoque celeriter adducit. Quid iam hîc quoque respondent, qui ausi sunt temerè cohabitare uirginibus? Huius enim sanctione legis,

Periculum in mora. Chrysoſto. hom. 16. in Matt.

Donec pro numquam. Augustin. lib. 1. de ſermo. do. c. 21

Veniæ locus non est in inferno.

Aduersarius reconciliandus est.

Synderesis.

Deus est aduersarius noster.

Falsa Iudæorum interpretatio.

Chrysoſto. hom. 11. operis imperfe.

Christus in pectore cinctus Ioannes in lumbis.

Cõcupiscentia detestatio.

Ambros. in ps. 118. in illud auerte oculos meos, &c.

Gregorius lib. 21. moralium c. 2. Chrysoſto. hom. 16. in Matthæũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

legis, mille sunt adulteriorum rei, quotidie illas ad concupiscendum uidentes. Audiant hæc qui sæpius ad theatra festinant seque ibi pene quotidie adulterij obscœnitate commaculant, & adulteros seipsos per unumquemq; die faciunt, & decem mille construūt perditionis occasiones: Hæc Chrysostom. Sed contra hæc audi efficax consiliū Gregorij: Caro, inquit, cùm concupiscitur, pensetur quid sit exanimis, & intelligitur quid amatur. Nihil quippe sic ad edomandum desideriorum carnalium appetitū ualet, quàm ut unusquisque hoc quod uiuit, diligit: quale sit mortuum penset. Hæc Gregor. Et quia Dominus dixerat, ex uisione mulieris, mechari uidentem: ideò consequenter docet abijcere occasionem, quæ facit hominem ruere in talem cōsensum: ut, *si oculus tuus dexter, uel manus tua dextera scandalizat te*, id est faciat te ruere in prædictū consensum, *erue eum*, uel abscinde eā, non membrū, sed membri abusum, cohibendo ipsum membrū ab exercitio & affectu illicito, *& proijce abs te*, ex toto annihilādo. *Expedit enim tibi, ut pereat unū membrorum tuorum*, predicto modo, factū illicitum, quamuis delectabile, deserēdo, *quàm totū corpus tuū*, cum anima, *mittatur in gehennam*. Vnde Gregor. Intueri non decet, quod non licet concupisci. Et Ber. Qui manū mulieris tenet, sciat se esse in uinculis diaboli. Attēdant ergo multi quàm malum sit pulchras facies mulierum, seu quorumcumque iuuenum intueri: aut horum manus uel facies, seu quaslibet corporis partes contrectare, uel libenter cum eis fabulari: quia secundum plures doctores Ecclesiæ, & religiosæ uitæ patres, talia designant interioris hominis corruptionem, ac quādam eius molliciem & deiectionem. Hic secundum Augustinum, non præcipitur aliquod membrum, ad literam, erui, sed occasio peccandi. Potest enim esse occasio ex aspectu, & tūc oculus scandalizat: & cùm bona sit intentione, tunc scandalizat oculus dexter. Vel potest esse occasio ex contactu, & cum bona intentione, & tunc scandalizat manus dextra: huiusmodi ergo si scādalizant, abijcienda sunt: quia fugiendæ sunt occasiones peccandi. Et potest accipi exemplum de uisitatione bona, uel opere bono, de genere. Verbi gratia: Si aliquis uadit ad collegium mulierū causa prædicationis, uel consilij dandi, uel si dat eleemosynam alicui mulieri, & ex hoc percipiat occasionem ruinæ sibi imminentis, per ortum alicuius familiaritatis malæ, uel tentationis periculosæ, debet illud bonum de genere dimittere, ne tota congeries bonorum operum subiaceat ruinæ. Et ideò dicit Alanus,

Si uitare uelis Venerem, loca, tempora uita,
Et locus & tempus, pabula donat ei.

Et idem remedium est in omnibus. Vnde Seneca: Qui deponere uult desideria rerum omnium, quarū cupiditate flagrauit: & oculos & aures, ab his quę reliquit, auertat. Et hoc patet ex eo quod dicit idem: Auarior redeo, ambitiosior, luxuriosior: imò uerò crudelior, quia inter homines fui: Hæc Seneca. Vel accipe hic oculum & manum interiorem, s. cordis: quòd membrum dextrum hic dicitur comparatione sinistri & exterioris scilicet corporis fragilioris. Si ergo dextera scandalizat sinistram, quid faciet? Vnde Hieron. Cauendum est ne quod in nobis est optimum, labatur in uitiū. Si enim dexter oculus, & dextera manus scandalizant: quanto magis ea, quæ in nobis sinistra sunt? Si anima labitur, quanto magis corpus, quod est ad peccata procliuius? Vnde & Chrysosto. Oculum hic uel manum, non corporis humani significat, sed oculum, uel manū cordis, id est sensum malæ concupiscentiæ, & carnalis desiderij cogitationem, quam per fidem cœlestem erui, & abscidi à cordibus præcipit, unde omnia mala procedunt. Vnde hic magis membra uitiorum malæ mentis, & prauę cogitationis excidere nos Dominus præcipit, propter regnum cœlorum: ne dominantibus uitiis, & corpus & anima, id est totus homo reus efficiatur ignis æterni. Deinde postquam docuit alienam uxorem non esse concupiscendam: consequenter docet suam non esse dimittēdam: & dat intellectum cuiusdam permissi in lege, scilicet de uxoris dimissione, & libelli repudij datione. Credebant enim Iudæi, q̄ hoc esset simpliciter licitum, sed est falsum: quia ideò hoc permittebatur, non quia licitum, sed ad euitandum maius malum, scilicet uxoricidium. Minus enim malum erat uxores dimittere, quàm eas interficere: & ideò non erat licitum, nisi propter fornicationem, uxorem dimittere. *In lege*, ergo, *Moyses iussit dari libellum repudij propter duritiam cordis*, maritorū, odio uxores suas habentium: non diuidium concedens, sed homicidium auferēs: & minus malum permittēs, ut maius absc̄deret: ne mariti propter odiū, sanguinem funderent. Christus autem iubet uxorem non dimitti debere, *excepta fornicationis causa*, quia tunc ipsa uxor esse primò noluit, quæ fidem cōiugalem marito non seruauit. Tunc enim licitum est eam dimittere, quantum ad cohabitationē, & debiti redditionem: manet tamē uinculum matrimonij, per totam eorum uitam: & ideò si dimissa nubit alteri, committit adulterium: & similiter qui ducit eam. Quisquis tamen causa fornicationis uult uxorem abijcere: prius debet à fornicatione purgatus esse. Quia secundum Hieronymum, quicquid uitiis iubetur, hoc consequenter redundat in fœminas: neque enim adultera uxor dimittenda est, & uir mœchus tenendus. Deinde postquam docuit Dominus non esse iniuriam proximo inferendam, prohibendo iram & concupiscentiam: consequenter docet ab iniuria Dei abstinendum, prohibendo periurium & iuramentum: & dat intellectum cuiusdam præcepti, quo prohibetur periurium in lege ueteri. Circa quod errabant Iudæi, credentes q̄ solum iuramētum mendax, esset prohibitum: & q̄ iuramentum illicitum esset seruandum: & similiter quòd iuramentum incautum, quod sine necessitate fit, esset licitum. Propter quod salutator dicit non esse iurandum omnino, id est ex quacunque causa, ubi non excluditur iuratio necessaria, sed incauta. Iustitia ergo Pharisæorum est, non periurare. Hanc confirmat Dominus, uetans iurare, quod pertinet ad iustitiam eorum qui intraturi sunt regnum cœlorum. Sicut enim falsum loqui non potest, qui non loquitur: sic periurare non potest, qui non iurat. Et sicut in multiloquio non deerit peccatum, sic nec in multiiurio, periurium. Sicut autem Deus præcepit sibi uictimas legales offerri, non quia ei placerent, sed ne eas prout consueuerant, idolis immolarent: sic infirmis concessit iurare per Deum, non quòd Deo placet hoc fieri, sed quòd minus malū est hoc Deo, quàm creaturis exhiberi. Vnde secundum Hieronymum. In lege præceptum est non iurare, nisi per Deum: non quòd bonum sit, sed ne Iudæi pessima consuetudine iurantes per creaturas, crederent eas uenerandas. Euangelium autē non recipit iuramentum, cùm omnis sermo fidelis pro iureiurando sit. Vnde Chrysost. Vnde iurare nos prorsus nō conuenit. Quid. n. unicuiq; nostrum

Gregorius lib. 16. moralium. c. 31. Contra concupiscentiam. Amputanda peccati occasio.

Repudium non faciendum.

Vxorię propter adulterium dimissio. Maritus adulter dimitti potest.

Periurij prohibitio.

Gregor. lib. 21. moral. cap. 2. Visus & contactus illicitus vitandus.

Augustin. lib. 2. de serm. Domi. cap. 20.

Membrorū abscissio & erutio.

Dexter oculus & manus dextra.

Hieron. in Matthæū.

Chryso. ho. 12. operis imperfecti & hom. 16 in Matt.

Hieronym. in epitaphio Fabiolæ.

Prouer. 17. Iurandum non est.

Hieronym. in Matt. ca. 5.

Chrysosto. in Matt. ex opere imperf.

nostrum iurare necesse est, cùm nobis mentiri omnino non liceat. Quorum uerba ita uera semper, ita debent esse fidelissima, ut pro iuramento habeantur. Et idcirco Dominus, non solum periurare, sed etiam iurare, nos prohibet: ne tunc tantum uideamur uerum dicere cùm iuramus: & ne quos ueraces in omni sermone esse constituit, putaremus sine iuramento licitum esse mentiri. Iuramenti enim hæc causa est, quia omnis qui iurat, ut quod uerum est, eloquatur. Et Dominus inter iuramentum & loquelam nostram, nullam uult esse distantiam. Quia sicut in iuramento, nullam conuenit esse persidiam: ita quoque in uerbis nostris, nullum debet esse mēdacium. Quod utrunque & periurium & mendacium diuini iudicij pœna damnatur. Quisquis ergo nostrum loquitur, iurat, quia scriptum est: *Testis fidelis non mentietur*. Vnde non immeritò non iurare sæpe scriptura diuina commemorat: quia Deo qui uerax est, & nosci quicquid dicitur, pro iuramento habetur: quia uerum est omne quod loquitur. Hæc Chrysost. Vnde & Seneca: Nihil interfit an affirmes, an iures. De religione & fide scias agi, ubicunque de ueritate tractatur. Secundum Augustinum quoniam ille iurat qui adhibet testem Deum, ridiculum est putare, ut non iurauerit quis, quia non dixit per Deum, sed dixit, testis est mihi Deus, uel ecce coram Deo quia non mentior, uel Deus scit quia non mentior. Præcepit ergo Dominus non iurare omnino, id est iurare non omnimodo, & in omni casu: quia hoc est incauta iuratio. Per hoc tamen non excluditur iuratio in necessitate: quia negatio ibi præponitur signo uniuersali affirmatiuo, quod æquipollet suo contradictorio: sed postposita æquipollet suo contrario. Hic enim non dicitur omnino non iurare: quia esset sensus, quòd in nullo casu esset iurandum, quod est falsum: quia in aliquo casu est iurandum, & in aliquò non: sed dicitur hic, *non iurare omnino*, id est iurare non omnino, id est non omnimodo: & ideò non est sensus, quòd in nullo casu sit iurandum, sed quandocunque deest necessitas, & non est necessarium: & sic excluditur omne iuramentum incautum. Vnde secundum Augustinum, Dominus non præcepit non iurare tamquam omnino illicitum: sed ne quisquam iurare appetat, tanquam per se bonum: & ut nullus iuret de facili absque necessitate, & dilabatur in periurium, ex iurandi consuetudine. Ad hoc autem quòd rectum sit iuramentum, tria requiruntur. Vnum ex parte rei de qua iuratur, scilicet ueritas: aliter enim non esset confirmandi idoneitas. Alterum, ex parte causæ pro qua iuratur, iustitia: aliter enim non esset debita iurandi necessitas. Tertium, ex parte iurantis, scilicet iudicium, siue discretio: aliter enim non esset debita periculi cautela. Vnde in Hieremia: *Iurabis, dicit Dominus, in ueritate, & iustitia, & iudicio*. Et non solum incautè iurare per Deum, est illicitum: sed etiam per creaturas, inquantum in eis relucet uirtus diuina. Ideò sequitur, *neque per cœlum: quia thronus Dei est*, id est principaliter ibi relucet gloria Dei, *neque per terram: quia scabellum pedum eius est*, id est infima creatura, sicut scabellum est inferior pars sedis, *neque per Hierosolymam: quia ciuitas est magni regis*, id est Dei qui est rex regum, & ad eius deputata cultum, quia scilicet est opus diuinum, non tuum: quod probat, dicens, *quia non potes facere unum capillum album, aut nigrum*. Vnde vult dicere, sicut nec per Deum non est iurandum, ita nec per creaturas: quia cùm quælibet creatura sit opus diuinū, qui iurat per creaturā, iurat per Deū. Ideò etiam prohibemur iurare per creaturas, ne creaturā in honore diuinę ueneretionis habeamus, uel ne putemus non esse periuriū, iurare falsum per creaturas: & dū per creaturas iuramus, nihil iurare, & iuramentū non obligare credamus. Fiūt tamen interdū per cruces & Euangelia i. per eū cui hæc sunt dedicata. Et similiter fiūt per sanctorū reliquias, quia in his potius Deū quàm sanctos ueneramur, à quo authore, omne bonū quod habent, eos habere recognoscimus. Qui autem iurare prohibuit, quomodo loqui oportet, docuit, subdens: *Sit autem sermo uester, est est, non non*, simpliciter affirmando ueritatem, & negando falsitatem. Vnde duplicat utrunque: ut quod est intus in corde, hoc dicatur foris in ore. Tūc est enim sermo noster, est est, non non, cùm gemina ueritate iordis, & oris, affirmamus, uel negamus. Igitur sicut est in conscientia, ita sit & in lingua: & sicut est in re, ita & in ore: & sicut est in ore, ita & in opere: ut quod ore affirmamus, operibus probemus: & quod uerbis negamus, factis non confirmemus. *Quod autem his abundantius, & amplius est*, scilicet iurare, *à malo est*, id est ab infirmitate & suspicione illius qui sine iuramento non credit. Non dixit, malum est, tu enim non facis malum, qui bene uteris iuratione, quæ & si non bona, tamen necessaria est, ut alteri persuadeas quod utiliter suades: sed à malo & infirmitate illius est, cuius infirmitate cogeris iurare, cùm uides pigrum ad credendum, quod ei utile est credere, nisi firmetur iuratione. Semper tamē est malum ibi ex aliqua parte: uel ex parte iurātis, quando iurat sine necessitate, uel si requisitus iurat, est ibi à parte requirentis. Et hoc uel malum culpæ, quando scilicet requirit iuramentum sine necessitate, uel malum pœnæ, quia ex infirmitate humana, quæ est quædam pœna generi humano inflicta, procedit, quòd homines non credunt sibi mutuo simplici uerbo, absque iuramento. Verum igitur loquamur, neque id iurationibus crebris, sed morum probitate commendemus. Et in loquendo ore tantum utamur, quia quod ore amplius est, scilicet etiam cæteris artibus uti, à malo est. Vt enim in Prouerbiis dicitur, *homo apostata uir inutilis digito loquitur*. Stultus ergo est, qui talem imitatur, & similiter digito loquitur: sed magis stultus est si etiam manu in qua plures digiti sunt, loquatur: & per consequens, stultissimus est, si etiam brachiis & humeris, in loquendo utatur. Si autem ad motum membrorum istorum accedit & motio capitis, iam uidetur quasi insano similis. Expedit ergo omnia membra, præter os, in loquendo continere: ne inde scandalum ad alios possit quomodolibet deriuare.

Iurationis modi. Iuramenta Apostoli. Augu. lib. 1. de sermo. Dom. cap. 30. Iurandum esse in necessitate.

Prou. 14.

Augu. lib. 1. de sermo. Dom. cap. 30. Iuramento recto tria necessaria.

Hiere. 4. Non iurā. diū per creaturas.

Bonus iuramenti usus non prohibetur.

Loquendi christianæ forma.

Prouerb. 6. Digito loquitur apostata.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, *qui antiquis temporibus alia nobis uerò æterna promisisti, ut nostra superabundet iustitia: da mihi coram te & proximis sermone & opere lucere, ac legem tuam non soluere, sed superabundanter implere. Custodi me ab ira & offensione proximi, ut munus cordis, oris uel boni operis, quod tibi obtulero, acceptum sit in conspectu tuo. Concede mihi clementissime Deus, à concupiscentijs & aspectibus malis cauere, omne iuramentum declinare: ut sicut à proximi, sic & à tua iniuria ualeam abstinere, & tibi in omnibus semper placere. Amen.*

De

Universidad de Deusto Biblioteca

De patientia & largitate circa proximos exhibenda. Caput XXXV.



Matth. 5. & Luc. 6.

POstquam ergo Dominus docuit non esse inferendam iniuriam proximo, nec irreuerentiam Deo: consequenter docet qualiter Christianus se habere debet ad eos qui sibi iniuriam inferunt: ponens pauca uerba, quæ omnibus hominibus ad perfectionem sufficiunt: in quibus omnis patientiæ & largitatis uirtus, apertè commendatur & suadetur. Et primò ponit intellectum cuiusdam præcepti iudicialis, ubi errabant Iudæi, credentes quòd uindicta esset propter se appetenda, sed hoc est falsum: quia uelle pœnam alicuius, absolutè non potest habere rationem boni, sed solum inquantum appetitur propter aliud, scilicet propter ordinem iustitiæ seruandum, uel propter illius qui deliquit correctionem, uel propter aliorum terrorem: ut uidentes talem puniri, coerceantur à malis, uel propter aliquod huiusmodi. Vbi ergo nullum bonum tale ex pœna alicuius æstimatur euenire, sed magis timetur de scandalo, uel de maiori malo suscitando, tunc tenetur homo desistere à uindicta quærenda, & hoc est necessitatis: si autem citra talem casum desistat, est supererogationis. Igitur, *non resistere malo*, in aliquo casu est præceptum, & in aliquo consilium: & aliquando non resistere esset malum, quando scilicet per hoc daretur audacia malis hominibus, simplices opprimendi: & potest eorum malitiæ sine periculo occurri. Malo enim culpæ, semper est resistendum: sed malo iniuriæ, nunquam libidine uindictæ, sed per iudicem amore iustitiæ: causa scilicet utilitatis Ecclesiæ, & correctionis proximi, ne malis discat assuescere. Vnde in lege præceptum iudiciale de pœna talionis erat circa mortem, percussionem, mutilationem: ut percutiens in eo pateretur & puniretur in quo læserat, & redderet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente. Quia enim Iudæi proni ad inferendas iniurias proximo, etiam sine causa & sæui in uindicando proprias iniurias erant: modumque & mensuram pœnæ excedebant, lex tam pro temeritate lædentium quàm læsorum, instituit modum & terminum ultionis, quem nullus excederet in iniuriis uindicandis, scilicet pœnam talionis. Prouida enim quadam cautela, modum posuit: tam propter proteruitatem lædentium, ut reprimerentur timore: quàm læsorum, ne ultionem sumerent ultra modum

Vindicta an sit expetenda.

Malo quatenus resistendũ sit.

Talionis lex.

A proprium. Christi autem cuius misericordia superexaltat iudicium, & ipsius Euangelij iustitia est non resistere malo, scilicet per malum, sed in bono patientiæ, uincere malum iniuriæ. Nec etiam respondendum est iniuriis, quod maius est: ut iniuriis lacessiti, parati & prompti simus, ad illas patienter sustinendas. In lege, est retributio: quia iubet læsum æquali iudicio iudicari. In Euangelio gratia: quia docet patientiæ uirtutem, etiam per membrorum damna seruari, secundum Chrysost. Si alterius oculum eruis, non tuum recuperasti, sed cum membro etiam patientiam perdidisti. Diabolus uulnera procurat corporum, propter uulnera animarum. Si tu non percusseris, ab homine quidem uictus uideris: B sed diabolum uicisti. Vnde si non reddideris malum pro malo, & si membrorum corporis perdidisti, lucrum patientiæ acquisisti. Si autem reddideris, & corporis damnum passus es & salutis, nec tantum læderis quando ab iniquis noceris, quantum cùm à constantia bonitatis recesseris: Hæc Chrysost. Sunt autem quatuor gradus ad pacem. Primus est, non plus reddere. Secundus est, minus reddere: & hoc additum est per traditionem Pharisæorum, qui dabant quadraginta disciplinas, una minus. Tertius est, malum non reddere. Quartus est paratum esse amplius tollerare. Primi duo, fuerũt in lege. In tertio incipit Euangeliũ, cùm dicit *non resistere malo*. In quar- C to est Euangelij consumatio, quod consequenter exponit declarando. Vnde quia non dixit, resistendum malo, ne aliquis intelligeret de malo culpæ, non iniuriæ, subiungit dicens: *Sed si quis te percußerit in dexterã maxillam, præbe illi alteram*, scilicet dexterã mentis interiorẽ, ne exterioris hominis cæde uel tacitus intra se moueatur, interior, id est, sis paratus in animo ad aliã percussionẽ, & maiora, & ampliora sustinendũ, antequam per impatientiã malo resistas, & scandalũ, uel aliquod malũ aliud cõtra charitatem suscites. Vnde August. Non tantum non repercutias, sed si vult alteram ferire, patienter sustineas. Vbi Chrysost. Qui repercutit, legis implet mandatum, non Christi. Sed D dicis, dignus est ille repercuti. Etiam, sed tu non es dignus repercutere: quia discipulus illius es, qui cùm malediceretur nõ remaledicebat: Hæc Chrysost. Ad omne ergo nos exemplum patientiæ & humilitatis, Dominus per Euangelica præcepta confirmat. Non solũ enĩ prohibet repercutere percutientẽ, sed & iubet nos paratos esse iterum percuti, & non resistere malo iniuriæ, quo minus adhuc possit nobis inferri. Vnde Beda: Quid tam magnũ, quàm percutienti præbere maxillam? Nonne indignationis impetus frangitur, ira sedatur, & per patiẽtiam ille mutatur, uel inuitatur ad pœnitentiam. Per huius ergo mandati impletionem, homo Christo conformatur, diabolus ab homine uincitur, plena pax inter homines obtine- E tur. Vnde Chrysost. Huiusmodi meditatio tolerãtiæ, ducit ad pasionem martyrij. Facilè enim persecutionis tẽpore, pœnas corporis poterit sustinere, si in pace antè exercitatus huiusmodi iniurias æquanimiter ac libenter suscipiat. Hic secundũ August. non prohibetur ea uindicta, quæ ad correctionẽ ualet: sed huic uindictæ inferendæ non est idoneus, nisi qui odiũ dilectione superat: non enim odit pater filiũ castigãdo. Vnde non debet quis odio & libidine uindictã expetere, sed amore, & ad correctionẽ: & ut iniurians ab eo cui rerũ ordine potestas data est, tanquã filius àpatre corrigatur, paratus, si opus sit, æquo animo plura

Lex. Euãgeliũ: Chryso.ho. 12. operis imperfecti.

Repercutiẽtis damnũ.

Gradus ad pacem quatuor.

Maxilla altera præbẽda.

Augu. lib. 1 de sermo. Dom. cap. 34.

Repercutiẽdũ non esse. Chryso ho. 42. operis imper.

1. Petri. 2.

Beda in ca. 6. Luca.

Chrysost. ibidem.

Augu. lib. 1. de sermo. Dom. cap. 37.

Vindicta ad correctionẽ expetenda est.

tollerare, ab eo quẽ uult esse correctum. Talis enim uindicta ad correctionem, propter amorem, pertinet ad misericordiam. Beatus ergo, qui ipso corde est ad omnia paratus in omnibus quæ patitur pro Deo, ueraciter possit dicere, & canere illud propheticum: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Non solum autem maxillam prębendam percutienti Dominus præcepit: sed damna subiri, quia secũdum Chrysostom. post corporalis iniuriæ tolerantiam, uult nos etiam Dominus secularium habere cõtemptum, & non tantummodo in plagis, uerumetiam in pecunijs: rebusque diuersis nos uult præstare patientiam. Vnde addit *Et ab eo qui aufert tibi uestimentum, noli prohibere* scilicet repugnando, uel cum eo contendendo: exemplo Domini, qui uestimenta sua permisit à se auferri, & à militibus diuidi. Dum enim uis vindicare uestem corporis, preciosissimum animæ uestimentum perdis. *Et qui uult tecum in iudicio contendere* id est contentiosè agere *& tunicam tuam tollere*, id est uestem interiorem & magis necessariã, per quam & cætera necessaria intellige. hoc est si te ad iudicium propter tunicam trahat, ac negocium tibi, molestiamq; commoueat, *dimitte ei & pallium*, id est exterius uestimentum, & cætera quibus non adeò indiges, nunquam contentiosè cum & iracundia agas, quasi diceret: Si quis contendendo uelit tibi auferre unum de necessarijs, antequam contendas in iudicio, sustine potius ut auferatur tibi & reliquum de eis. Hoc quoque secundum Augustinum, ad præparationem cordis, non ad ostensionem operis intelligendum. Ex hoc etiam potes trahere, ut si quis uult tunicam tuam tollere, id est animam, uel interiora bona dimittas pallium id est exteriora negocia. Vbi Chrysostomus: Si litem tibi uideris imminentem, etiam illa quæ non poteris indulge: melius est enim iurgio liberari, quàm retinere materiã iurgiorum. Difficile est rem dimittere: sed difficilius de iudicio sine peccato exire. Et iterum: Non solum, inquit, iniuriam patiens, nihil iracundiæ moueas ad uersus eum, qui iniuriam facit, & non solum pro his quæ abstulit non indigneris, sed & si quid tibi fortè subrelictum est, id sponte largire ei qui totum abstulit. Cùm enim ille talem te inuenerit, resipiscet continuò, & facti pigebit eum. Vbi & Beda: Quod de uestimento & tunica dictum est, non in eis solis, sed in omnibus faciendum est, quæ aliquo iure temporaliter nostra esse dicimus. Si enim de necessariis hoc imperatum est, quanto magis superflua contemnere oportet? Lex igitur est, ut alterius non tollas, & si tuum non das: gratia autem ut & alterius non tollas & tuum des, secundum Augustinum. Qui sponte uel conuictus pecuniam debitam reddere noluerit, intantum ut uelit litigare, dimittenda illi est: seruum enim Dei non oportet litigare, manente illa regula, ut in animo paratus sit amittere quod sibi debetur. Nam si modestè ac leuiter omnino egerit ut sibi restituatur, non tam intẽdens fructum pecuniæ, quàm vt hominem corrigat, cui sine dubio perniciosum est habere unde reddat, & non reddere: non solum non peccabit, sed proderit etiam plurimum: ne ille, dum in aliena pecunia lucrum facere uult, damnum fidei patiatur. Quod tanto est grauius, ut nulla sit comparatio. Et nota quòd repetere sua, contingit dupliciter. Aut coram iudice infideli, & sic Christiano non licet, & maximè ubi Ecclesia libertatem habent. Aut coram fideli, & hoc dupliciter: aut contentiosè & cũ fraude, & sic nulli licet: aut modestè & cum iustitia,

Psal. 56.

Chryso ho. 28. i Mat. Contendẽdum non esse.

Palliũ dandum.

Aug. lib. 1. de serm. Domini in monte cap. 36.

Chryso.ho. 12. operis imper. & hom. 21. in Matt.

Beda in ca. 6. Luca.

Contentio licita.

Repetere sua dupliciter.

A & sic infirmis & imperfectis licet: simpliciter uerò repetere sine contẽtione & fraude, nõ corã iudice, omnibus licet. De religiosis uerò sua non habentibus, est sciendum quòd repetere aliqua contigit dupliciter. Aut ut aliqua propter utilitatem propriam: sic perfectis non licet. Aut ut congregationis propter utilitatem communem, sic licet etiam perfectis: qui etsi nõ habent sua in proprio, tamen habent in communi, & ita nomine communitatis licet repetere. Vel si non habẽt dominium, nec in communi, nec in proprio, habent tamen res ad usum deputatas. Tamen magis expediret iudici secreto significare, quàm in iudicio repetere. Deinde subiungit: *Et qui te angariauerit mille passus, uade cum eo & alia duo milia*, id est patienter feras, B si amplius te ire oporteat. Angaria dicitur in debiti seruitii exigentia in propria persona: uel quæcunque coactio iniusta. Vnde angariare, est iniquè seu iniustè aliquo modo trahere, uel personalia obsequia & opera impendere, opprimendo in persona, & grauando. Est ergo sensus: Quicunque te in seruitio indebito sine peccato tamen coegerit seruire: ad hoc etiam ita debes paratus esse: ut amplius pati uelis, quàm ille optat inferre. Nã mille passus est iter sabbati, & ideò hoc non est contra sabbatum legis, sic sustine iniurias in his quæ non sunt contra sabbatum pectoris. Vel in millenario, perfectio spiritualis significatur, quæ impletione huius præcepti ostenditur. Et cùm millenarius sit numerus perfectionis, in tribus mille- C nariis notatur quòd in tribus consistit perfectio patientiæ: scilicet in corpore, & ratione, & uoluntate: quod significatur per alia duo milia. Vbi Chrysostomus: Vides superabundantiam philosophiæ, & cumulum sapiẽtiæ. Postquam nimirum dederis maxillam, & tunicam, & uestimẽtum, etiam si nudo inquit corpori tuo uti uoluerit inimicus ad iniurias & labores: nec sic quidẽ illũ oportet prohibere. Vult enim omnia nos possidere communiter, & pecunias uidelicet & corpora, non cum indigentibus solum, uerumetiã cum iniuriam facientibus. Vnum enim misericordiæ est, alterum patientiæ. Et iterum: Ad omne deuotionis opus impigros nos esse præcipit Dominus, ac paratos. Bonũ enim nostrum uult non tam necessitatis D esse, quàm propriæ uoluntatis: ut dum amplius ex nobis facibus, quàm ab aliis postulamur maioris mercedis gratiam consequamur. Integræ enim charitatis, ac perfectæ deuotionis officium est plus sponte præstare, quàm poteris: Hæc Chrysostomus. Vbi secundum Augustinum monet, non tam ut pedibus agas, quàm ut animo sis paratus. Non solum ergo tua ut deuites altercationem, sed & te ipsum præbe angariãti: non tam opere & pedibus, quàm animo & compassionis affectu paratus multo plus seruire, quàm præcepit. Totum enim quod dictũ est, intelligendum secundum præparationẽ animi in casu consimili, nõ autẽ in casu in quo ex tali permissione nutriretur percu- E tiens, aut rapiens, uel angarians, seu aliàs offendẽs in sua malitia & iniquitate. Imò in tali casu sustinere nõ esset bonũ, nisi propter scandalũ, uel aliquod maius malũ euitandũ. Nam testante Aug. cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter uincitur. quoniã nihil est infœlicius infœlicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala uoluntas, uelut hostis interior roboratur. Vt autem dicit idem Augustinus, in his triũ exemplorum, nullius genus iniuriæ est prætermissum. Nam omnia in quibus improbitatem aliquam patimur, in duo genera diuiduntur, quorum alternm est quod restitui non potest: in quo uindictæ

Religiosi an repetãt ablata.

Angaria quid dicitur.

Mille passus iter sabbati.

Chryso.ho. 18. in Mat.

Patientia animi sine nutrimẽto alienæ iniquitatis habenda.

Augu. epistola. 5. Augu. lib. 1. de serm. Dom. in monte cap. 37. 38. 39.

Iniuria genus nullum prætermissum in Euangelio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

solatium, tumidus animus quærere solet qui talia fo
menta desiderat, sed sanus & firmus misericorditer perferendam alterius infirmitatem iudicat, neq; hic iudicta ad correctionem prohibetur, ut etiam sup: à dicitur. Alterum iniuriarum genus est, quod in integrum restitui potest: cuius sunt duæ species. Vna ad pecuniam, altera ad operam pertinet. Exemplum primi, de percussa maxilla: secundi, de tunica & uestimento: tertij, de angaria passuum. Quia quod in corpore læsum est, non restituitur integrum: & reddi uestimentum potest, & adiuuari opera potest, si opus fuerit. In his ergo omnibus generibus iniuriarum Dominus docet patientissimum & misericordissimum, & ad plura perferenda paratissimum animum Christianorũ esse oportere, propter spem retributionis æternæ. Sed quoniam parum est non nocere, nisi etiam præstet beneficium quantum poterit, consequenter adiungit Dominus, & dicit: *Omni petenti te tribue* quasi diceret: Ita debes esse patiens in aduersis proprijs, sed & compatiens alienis. Non dicit quid tribuendum, quia non semper res est danda: semper tamen dandum est, saltem bonum responsum. Qui ergo in necessitate sua petit à te rem corporalem uel spiritualem, da ei donum uel uerbum. Si enim rationabiliter petit, tribuendum est donum quod petit, uel de præcepto cùm in extrema necessitate positus omnino idiget, dareque possis, uel de consilio, cùm petens aliter transire potest, & hæc est eleemosyna corporalis. Et si deest tibi facultas, da affectum & bonam uoluntatem, bonum responsum & orationem. Si autem irrationabiliter petit, dandum est uerbum, docendo eum de irrationabilitate suæ petitionis, & de causa iustæ negationis, vt non eum inanem dimittas: & hæc doctrina est pars & opus iustitiæ, & eleemosyna spiritualis. Et si iste non accipit id quod petit, melius tamen, scilicet correctionem, accipit. Ita, *omni petenti te dabis*, quamuis non semper id quod petit, dabis. Vnde, *omni petenti*, inquit, non omnia petenti: ut des quod dare honestè & iustè potes. Vbi Ambrosius: Non minus est criminis habenti tollere, quàm cùm possis & abundans sis indigentibus denegare. Et esurientis panis est, quem tu detines: uiduarum indumentum, quod tu recludis, miserorum redemptio & absolutio, est pecunia quam tu in terra fodis. Tot ergo bona scias te inuadere, quot bona posses præstare. Quia ut dicit Chrysostomus, diuitię nostræ nõ sunt, sed Dei: Omnes enim dispensatores diuitiarum suarum nos uoluit esse, nõ dominos. Da ergo & tribue, non uende. Vendit, qui multas preces expectat: uendit, qui beneficium procrastinat: uendit, qui pauperi improperat: uendit qui tristi uultu donat: uendit, qui uicissitudinem expectat. Pauper tamen & nihil habens, non tenetur ad donum muneris à manu: sed ad donum compassionis à corde, consolationis in ore, subuentionis in opere tenetur pro loco & tẽpore. Vnde glossa: Si deest facultas, da obsequium, uel affectum, uel uerbum. Hæc sunt illa quatuor, quę obtulit Magdalena Christo, scilachrymas compassionis, capillos subuentionis, osculum obsecutionis, vnguentũ consolationis. Et eodẽ modo intelligendum est quod subditur: Et uolenti mutuari, id est mutuũ accipere à te, ne auertaris ab eo, scilicet non mutuando, uel mutuum differendo, uel diminuendo. Mutua sibi, si petit rationabiliter, uel rationem redde, si petit irrationabiliter. Da mutuum hilariter, *Hilarem enim datorem diligit Deus*, & ex charitate pura, nihil ide spe

Largitas petenti exhibenda.

Res essentialis aut de firma est danda.

Ambro. in cap. 6. Luc. Indigenti denegare.

Chryso. ho. 12. operis imperfecti. Diuitiæ Dei sunt. Vendit qui preces quærit.

Glossa in Matt. Quatuor danda.

Mutuandũ est gratis. 2. Corin. 9.

A rans, uel recipiẽs ultra sortẽ, nec seruitium, nec quod cunq; commodũ: ita quòd propter istam spem, non debet mutuum fieri, licet à Deo possit inde merces sperari. A misericordia te nõ auertas: nec in homine spem mercedis figas: sed in Deo, qui cum multo fœnore tibi reddet, quod illo iubente facis. Vnde Augusti. Nec propterea uoluntatẽ alienes ab eo qui petit, quasi nihil recepturus à Deo, cùm rem quæ datur mutuo, ille qui accepit exoluat, quia cùm id ex præcepto Dei facis, apud illum qui hæc iubet, infructuosũ esse non potest: Hæc Augustinus. Dicens ergo, *Omni petenti, trib ue, & uolent mutuum, ne auertaris*, duo genera beneficij cõplectitur: uel cùm beneuolè damus, uel cùm reddituro cõmodamus, & ad utraq; parati esse debemus. In utroq; enim genere eleemosynæ data scilicet & mutuo, tenemur omni petenti egẽti sub uenire, etiam inimicos, si perfecti sumus, si imperfecti, non nisi in summa necessitate esse uiderimus. Vnde Chrysosto. Si misericordiã postulamur, quod possumus largiamur: ut ipsi id quod à Deo petimus, præcedente merito, facilius impetrare possimus. Verùm si eos qui nos petũt despiciamus, qua fiducia Deum nobis, quod petimus, præstare credimus? Iubemur enim per omnia, religionem pietatis ac fidei custodire: ut necessitatem tribulationis alterius, quasi propriam computemus: nec pluris facultatem, quàm fratrem faciamus, expectãtes mercedem retributionis æternæ: Hæc Chrysostomus. Et nõ solum de eleemosynis hoc intelligendum est, sed & de pecunia, quæ nunquam deficit, id est de sapientia & doctrina, quæ non est petenti deneganda, quoniam auarum dedignatur possessorẽ, & in alios translata crescit, & magis ditat authorem. Ergo petenti eam, pro Deo distribuas, & uolenti eam mutuari à te: ut alios doceat, ne auertaris, quia quod alios præter te docebit, tibi reddetur à Deo cum fœnore multo. Vtraque ergo pecunia, scilicet corporalis, & spiritualis, est commodanda, sed materialis sine usura, spiritualis cum usura. Deinde sequitur. *Et qui aufert tibi quæ tua sunt*, siue pecuniam, siue rem aliam, *ne repetas*, scilicet in iudicio, ac cum lite & contentione. Non enim licet alicui rẽ in iudicio repetere, turbato animo, & ex ira & commotione, ac perinordinatum affectũ in dictæ potius, quàm ad emendam delinquentis, uel ex auaritia qua magis uult cum iactura proximi bene se habere. Et quia docuit Dominus iniuriam inferẽtibus nõ esse resistendum, sed plura perferenda esse paratum, consequenter docet iniuriam inferentibus, impẽdendum esse charitatis affectum simul & effectum.

B

C

D

E

Augu. lib. 1. de serm. Do in mon te cap. 40. Mutuantis merces à Deo est. Luc. 6. Eleemosyne genus duplex.

Chryso ho. 20. in Mat. Sapientia dando crescit.

Quia enim opera iustitiæ infructuosa sunt sine charitate: ideò addit de charitatis perfectione, & dat intellectum præcepti de dilectione proximi, in quo errabant Iudæi. Ex hoc enim quod præceptum est in lege. *Diliges proximum tuum sicut teipsum*. Et iterum ibidem dicitur: *Diliges amicum tuum*: arguebant à cõtrario sensu, quòd debebant o dire inimicum: sed hoc est falsum, quia omnis homo ex charitate diligendus est, inquantum ad imaginem Dei est, & capax ipsius per cognitionem & amorem. Dicit ergo, *Audistis quia dictum est in lege: Diliges proximum tuum*, & affectu sic ligat omnes, & effectu sic ligat perfectos pro loco & tempore: & oderis inimicum tuum: sed hoc vltimum non est scriptum in lege, sed est traditio scribarum qui hoc addebant, & ex alijs scriptis ibidem, ut dictum est, colligebant. Vel si alicubi scriptum dicatur, tunc secundum Augustinum, non uox iubentis iusto accipienda

Matth. 22. & Marc. 12. & Gal. 5. Leuit. 19.

Augu. lib. 1. de serm. Dom. cap. 41.

pienda est, se permittentis infirmo, ego autem dico uobis. *Diligite*, scilicet affectu, *inimicos uestros*, homines scilicet, non uitia: naturam, non culpam. Quia secundum Augustinum, sic diligendi sunt homines, ut eorum non diligantur errores. Diligere debemus inimicos, bona gratiæ & gloriæ eis optando, quibus homo non potest uti malè, alia uerò bona, scilicet naturæ, uel fortunæ, non sunt eis optanda, nisi quadam generalitate, in quantum ualent ad salutem eorum, quod soli Deo est notum: quia talibus bonis potest homo bene uti uel malè, & ideò circa hæc nõ est aliquid petendum determinatè. Et nota quòd diligere amicum, est magis debitum, & non excludit Dominus à dilectione amicorum mercedẽ, sed innuit minorem: quia cæteris paribus, dilectio inimicorum est magis meritoria, quàm amicorum, quia difficilior & cum maiori conatu bonæ uoluntatis, quia purior: & ex motu gratiæ, non naturæ inclinantis, quia liberalior, non ex debito meriti precedentis. Et quia non sufficit diligere corde, nisi dilectio probetur operis exhibitione, ad minus loco & tempore subdit. *Benefacite*, scilicet effectu, *his qui oderunt uos*, in his quæ spectant ad eorum salutem, eam modo debito & possibili procurando. quia benefacere, est dilectionis effectus, & exhibitio. Et ideò, sicut tenemur diligere inimicos, quantum ad bona gratię & gloriæ: ita tenemur in effectu salutem eorum procurare. Inimicus ergo, quò ad naturam, qua est proximus, de necessitate præcepti, est generali dilectione diligendus, qua dicitur: *Diliges proximum tuum*: sed dilectione speciali, ut specialiter quis moueatur ad diligendum inimicum, non est præcepti, sed perfectionis. Non enim est præceptum ad omnes specialiter affici, quia nec hoc est possibile, & ideò nec est præceptum specialiter affici ad inimicum, sed generaliter inquantum est homo proximus. Et quia exteriora beneficia proportionantur interiori dilectioni, signa generalis dilectionis, ut aliquod bonum facere toti communitati, uel orare pro toto populo in communi, ista exhibere inimicis, cùm ab his quæ sunt generaliter exhibenda non debeãt excludi, est de necessitate præcepti, quia si ab his intenderet homo eos excludere, iam generaliter dilectio non ferretur, imò magis odium ostenderetur. Et quia ex tempore extremę necessitatis, obligatur homo, omni homini in tali necessitate existenti: ideò etiam inimico, nisi ex hoc deterior fieret, & fidem impugnaret, debet in tali necessitate beneficiũ exhiberi. Beneficia uerò quæ sunt signa dilectionis specialis, non tenetur inimico exhibere, extra casum necessitatis, sed hoc est perfectionis. Dilectio ergo, alia interior, alia exterior. Dilectione interiori, & perfectione sufficientiæ, quilibet etiam imperfectus tenetur quemlibet etiam inimicum diligere: dilectione autem exteriori, id est beneficij exhibitione & perfectione supererogationis, tenetur tantũ perfectus hoc facere. Imperfectus autem inimico rancorẽ odij dimittere, & bonũ optare: siue petierit ueniam, siue non, & si petierit ueniã, tenetur ei collo qui, & dicere, Aue: sed nõ tenetur beneficia temporalia ministrare. Perfectus autẽ tenetur etiam præsidia temporalia conferre, & necessaria ministrare, siue ab eo ueniã petierit, siue non. Quia si inimicũ à communione nostra separemus, eo ipso ei benefacimus, dum illud hoc fine faciamus, ut eũ ab errore reuocemus. Vnde glossa: Benefacite ministrãdo cibum mentis, id est, instructionem uel correctionẽ corporis, omnia enim in Ecclesia, etiã excommunicatio, eo spectant, ut fratres & amici fiant. Et quia est quoddã beneficium, ad salutẽ pertinẽs, quod à quolibet quantũcunq; pauperepotest exhiberi, scilicet orare pro animarũ salute, ideò subiungit: *Benedicite*, scilicet bona gratiæ & gloriæ imprecando, *maledicentibus uobis*, retro detrahendo, uel apertè blasphemando, *& orate*, dicta bona optãdo, & Deũ deprecando, *pro persequentibus & calumniantibus uos* falsum crimẽ uobis imponendo. Huius exemplũ dedit Dominus, in cruce suspensus, & Stephanus lapidatus & Dauid, à Semei maledictus. Vbi nota quòd triplex est iniuria, scilicet cordis quæ rancor uel odiũ dicitur. oris, quę detractio uel maledictio: operis, s. læsio manualis. His igitur generibus, tria Dominus apponit remedia. Cõtra primum, *diligite inimicos uestros*. Contra secũdum, *benedicite maledicentibus uobis: & orate pro persequentibus & calumniantibus uos*. Contra tertium, *benefacite his qui oderunt uos*. Vnde glossa: Cõtra Ecclesiam tribus modis pugnatur, odio, uerbis, & cruciatu corporis, econtra Ecclesia diligit, orat, & benefacit. Si ergo uolumus esse perfecti, debemus iniuriantibus nobis beneficium dare cordis, ipsos diligendo, beneficium oris, pro eis orãdo, & beneficiũ operis, ipsis benefaciendo. Et quia magnum dedit præceptum, præclarum subdit præmium. Ita, inquit, diligite, benefacite, orate pro inimicis uestris, *ut sitis filij patris uestri*, altissimi, *qui in cœlis est*. Filij inquã, per bonitatis imitationem, per gratiæ adoptionem, per educationem, per hæreditatis adoptionem. Vt sicut estis filij Dei per naturam & creationem, sic etiã sitis filij eius per gratiã & imitationem, in eo quod est ei propriũ: nam proprium est ei misereri, & esse beneficum. Vnde Beda: Nulla maior potest esse merces, quàm filios hominum terrigenas, effici filios altissimi, qui in cœlis est. Nos enĩ potestate accepta efficimur filij Dei, inquantum ea quę ab eo præcipiuntur, implemus. Et subiungit: *Qui solem suum facit oriri super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos*, ac gratos & ingratos. Et non solũ amicis, sed etiam inimicis benefacit. Sic enim inimicos nutrit ut amicos, ac hos & illos sui solis splendore illuminat, & suarum pluuiarum inundatione fœcundat, & beneficia communia non subtrahit, etiam malis hominibus, qui tamen ei inquantũ in eis est inimicantur, sed pro sua misericordia indiscretè omnibus uitæ præsentis beneficia largitur. Vbi Hiero. Noli negare quod Deus nulli negat, quãuis sit blasphemus & impius. Sine distinctione omnibus tribuamus, non quærentes cui, sed quare demus. Vt autẽ dictum est suprà, orare generaliter pro inimicis, & eis benedicere, pro quanto in generalitate populi includuntur, est præceptũ: sicut quòd in generali dilectione diligantur: sed in speciali ista facere, non est præceptũ, sed perfectionis. Et sciẽdum quòd Chrysostomus ponit nouem gradus, secundum accessum ad perfectionem mãdati huius. Vnde ait: Vidisti nempe quantis ad perfectionem gradibus ascẽdit, & quemadmodum nos in ipsum ueritatis cacumen statuit, & paulatim in ipsum cœlum reducit. Primus gradus est, nequaquam ad lædendum priorem uenire. Secundus, ut nõ amplius referat, quàm quòd à lædente sustinuit. Tertius, ne læsus faciat illa quæ passus est, sed quiescat. Quartus, ut etiam præbeat seipsum ad iniuriam sustinendam. Quintus, ut etiam ad maiora se præbeat, quàm uult esse qui fecit. Sextus, non odisse eum à quo ista perpetitur. Septimus, etiam diligere lædentem. Octauus, beneficijs eum libenter afficere. Nonus, etiam Deum pro aduersario

A

B

C

D

E

Signa dilectionis generalis.

Matth. 6.

Dilectio duplex.

In dilectione inimicorum plus exigitur à perfectis, quam imperfectis.

Glossa in Matt. Excommunicationis iniuria.

Iniuria triplex.

Glossa in Matt.

Beneficium triplex perfectorum.

Beda in ca. 5. Luce.

Hieronym. in Matth. cap. 5. Orare pro inimicis quãdo præceptum est.

Chrys. ho. 18. in Mat. Gradus nouem ad perfectionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersario deprecari. Perspexisti celsitudinem Philosophiæ, & idcirco tam claro digna est præmio, quia tam magno est subiecta præcepto. Nam & præmiũ illi, tale proponit, quale priorum omnino nulli: ut scilicet fierent similes Dei, prout tamen hominibus id esse possibile est. Igitur bene faciendum est omnibus, quia ut dicit Seneca, nemo non cùm alteri prodest, sibi profuit. Quia verò perfectio dilectionis, ultra dilectionem inimicorum, non potest procedere, ideò postquam præcepit inimicos diligere, consequenter subiungit: *Estote ergo uos perfecti, sicut & pater cælestis perfectus est:* quæ est lex amoris conseruando, ut quæratis etiam inimicis prodesse: quod Deũ facere manifestum est, qui beneficia largitur etiam malis hominibus, sic quòd propter eorum malitiam, non deserit beneficentiam circa ipsos, ita nec uos circa inimicos. Nam secundum Chrysostomum, sicut filij carnales similantur patribus, in aliquo corporis signo, ita filij spirituales, Deo in sanctitate, & nihil nos Deo ita assimilat, sicut iniusta facientibus ignoscere, & pro eis orare. Et arguit hoc exemplo publicanorum & infidelium, qui suos amicos diligunt, & eis bene faciunt. Si ergo supra ipsos mercedem beatitudinis uolumus habere, debemus plus propter Deum facere, dilectionem etiam ad inimicos extendendo. *Sienim diligitis*, inquit, *tantum eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis?* hac scilicet de causa à Deo in æterna vita? quasi diceret nullam. De his enim dici potest, *Recepistis mercedem uestram*. Talis nanque dilectio, est naturalis, & non procedit de charitate, quæ se extendit ad omnes homines, & ideò non est meritoria. Sed tamen hæc oportet facere, & illa non omittere. Diligere enim diligentes, est naturæ: diligere non diligentes, est gratiæ: non diligere diligentes, est peruersitatis maximæ: non diligere non diligentes, est imperfectionis humanæ. *Et si salutaueritis fratres uestros tantum*: qui aliqua affinitate iuncti sunt uobis, id est salutem eis optaueritis, ac charitatis & dilectionis affectum eis ostenderitis, *qui d amplius*, scilicet quantum ad perfectionem *facietis? Et si bene feceritis tantum, his qui uobis bene faciunt*, quod est debiti naturalis, ex accepto beneficio: *quæ uobis est gratia*, id est quod meritum gratiæ apud Deum? quasi diceret nullum. *Nam Publicani & Ethnici*, id est peccatores & gentiles, *hoc faciunt*. Publicani, qui publica uectigalia exigunt: à Publio rege Romanorum nomen traxisse dicuntur. Ethnici verò, ab ethnos Græcè, quod gens Latinè est uocantur, qui tales sunt ut fuerunt geniti, scilicet sub peccato. *Et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere: quæ gratia uobis*, scilicet apud Deum? quasi diceret, nulla. Nam, ut dicit glosa, ex hoc solo quod speratis recipere, non pro Deo datis, Vnde de talibus dici potest, *Receperunt mercedem suam*: quia spe retributionis humanæ mutuant. *Nam & peccatores*, qui gratiam Dei nõ habent, peccatoribus fœnerantur, id est mutuum dant, ut æqualia, non ultra sortem, recipiant. Ex quo patet, quòd plus quàm peccatores sunt qui mutuãt, ut cum usura recipiant. Quasi diceret, secundum Bedam: Si tales inter se naturã duce norunt esse beneficij, quanto uobis gradus professionis eximior necesse est, ut cura uirtutis sit vberior, quatenus etiam non amantes charitatis sinu amplectamini. Vnde Chrysostomus: Quonam igitur digni supplicio sumus, qui cùm ad similitudinem Dei, uitam nostram informare iubemur, forsitan ne gentilibus quidem inuenimur æquales. Et iterum: Sed si nos in his nec Publicanis, nec Gentilibus, meliores efficimur: nonne lugendi & plangendi sumus. Quinimò in tantum longè sumus à diligendis inimicis: ut nec amicis quidem charitatis uicem reddamus: sed econtrario odio habeamus etiam diligentes, in quo non solum Gentilibus & publicanis naquaquam differimus, sed multo etiam inferiores existimus. Christus etiam non solum uult nos ignoscere delinquẽtibus: sed ut etiam amemus eos, & oremus pro ipsis. Nam si tantummodo non lædas eum qui te læsit, auertis te tamen ab eo, nec libenter eum videas: manet sine dubio uulnus in pectore, & dolor augescit in corde. Nunquid tu ita uis tibi propitium fieri Deum: ut nõ te quidem lædat, auertat se tamen abs te, & peccatorum tuorum memoriam teneat, & uidere te nolit? Igitur qualem uis erga te esse Deum cùm delictorũ ueniam poscis: talem te exhibere debes his qui deliquerunt in te: Hæc Chrysost. Intellige quòd quando ista fiunt ex naturali affectione, quæ potest procedere ex causa utili aut delectabili, & ex causa honesti, & per habitum moralis amicitiæ, sic non sunt meritoria uitæ æternæ. Sed quando ista procedunt ex habitu charitatis, tunc sunt meritoria, ac principium & ratio merendi ad Deum, quæ sola diuidit inter filios regni & perditionis. Diligere enim propter amorem reciprocum, naturæ est debitũ. Diligere propter beneficium acceptum, uel speratum, est mercenarium. Diligere propter mutuæ familiaritatis oblectamentum, est malum. Diligere propter peccati cõsensum, est malignum. Diligere propter opus bonum, est gratuitum. Qui enim diligit proximum, aut quia bonus est, aut ut bonus sit, aut quia eiusdem corporis membra, & eiusdem patris filij sumus, uerè diligere dicitur. Talis enim amor, spiritualis est, & ideò indeficiens. Carnalis enim amor citò dilabitur, sicut & ipsa caro, quali uidelicet amore Publicani & Ethnici se inuicem diligunt, in quibus est natura sine gratia, & tantũ diligentes se diligunt, statim enim ut se ab alijs non diligi intelligunt, ipsi quoque alios nõ diligunt. Nos ergo omnes diligere, omnium salutem quærere, omnibus bene facere, & charitatis affectum ostendere debemus, non quærentes cui, sed quare ista faciamus. Sic enim augetur amor, & concordia crescit. Ista itaque debent fieri, non in spe retributionis humanæ sed diuinæ. Sicut enim Deus est omnis boni principium, sic vult esse & finis. Ego sum, inquit, alpha & omega, principium & finis. Vnde Aug. Qui amicum propter commodũ quodlibet amat, non amicũ conuincitur amare, sed cõmodum. Et ideò Deus, quo nihil est maius aut melius, propter quod diligatur, propter se ipsum perfectè diligitur. Si uerò saltẽ propter illa quæ præstat amatur, nõ utiq; gratis amatur, quia iam illud propter quod diligitur ei, quod dilectu quoq; nefas est, antefertur. Et iterũ: Gratis Deus ametur, ut operis quo illi ministratur, preciũ sit esse cũ illo. Nihil enim debemus pro amore Iesu quærere nisi eius suauẽ præsentiam. Hæc Aug. Vnde Bernard. Nõ sine præmio diligitur Deus, etsi absq; præmij intuitu sit diligendus. Verus amator præmiũ non quærit, sed meretur: Hæc Bernard. Amemus ergo aduersarios nostros, & nihilominus eis beneficia præstemus: ut simus perfecti, pro modulo nostro, pfectione gratię, sicut & pater noster cœlestis perfectus est, perfectione naturæ: quoniam perfectus Dominus, bonos & pfectos uult habere fideles. Simus interim perfecti, saltẽ perfectione sufficiẽtię, quæ est in Dei & proximi charitate, & nitamur ad cumulum perfectionis

Prodesse omnibus.

Filios & similes Dei fieri summum præmium est.

Chryso. ho. 13. operis imperf.

Diligere diligentes natura est, diligere non diligentes, gratiæ.

Publicani.

Ethnici.

Beda in ca. 6. Lucæ.

Chryso. ho. 18. in Mat.

Publicani & Ethnicis præstare debemus.

Auerti prohibemur.

Dilectio quæ ad ũtam æternã prodest.

Dilectio multiplex.

Præmium qui nõ quærit amãdo, meretur.

Augu. lib. 50. homil. 38. Apoca. 21. & 22.

Deus amãdus propter se & gratis.

ctionis supererogationis quæ est diligere inimicos, & orare pro eis, sicut fecit Christus. Vnde Chrysost. Non tantum lædimur ab iniquis, quando nocemur ab ipsis, quantum per malitiam eorum, cõstantia bonitatis, à suo proposito uicta recesserit. Ne igitur odio habeas facientem tibi mala, & ne maledicas vexanti, sed magis ama, quasi multorum tibi conciliatorem bonorum, teque ad amplissimum honorem lædendo ducentem. Alioquin & laborem sustinuisti, fructu autem priuatus es, & iacturam quidem feres, mercedem autem perdes. Quod certè extremæ omnino dementiæ est, ut aliqui cum maiora perpessi sunt, nequaquam minora sustineant. Et quemadmodum inquies fieri ista possibile est. Vidisti Deum hominem factum, & cousque pro tua descẽdentem salute, tantaque propter te esse perpessum: & adhuc inquiris aut dubitas, quemadmodum possibile sit in iurias donare conseruis? Sed tu plurimum læsus es. Verùm quid tale perpessus es, quale tuus, imò omnium Dominus? Sinautem omnino nimis læsus es, id circo maximè beneficium refer nocenti: ut & tibi ipsi clariorem facias coronam, & fratrem à periculo grauissimi languoris absoluas: Hæc Chrysostomus.

Chryso. ho. 28. in Mat.

Possibilitatis amandi inimici, exemplum est Christus.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, mitissime & totius humilitatis & patientiæ magister: da mihi seruorum ultimo & simplici, ut me humilem & altis inferiorem constituens ab omnibus contemni cupiam, & conculcari, iniuriamque in corpore uel rebus patienter sustinens: animum paratum ad plura sustinenda habeam, ac omni petẽti in corporalibus & spiritualibus pro posse subueniam. Concede etiam, & ut non solum amicos, sed & inimicos me corde, ore, uel opere, persequentes econtra ualeam diligere, eisque bene facere & bene dicere, ac pro eis orare; ut inter filios & electos tuos, merear tua gratia numerari. Amen.

De laude humana in bonis operibus non quærenda. Cap. XXXVI.



POST hæc magnæ perfectionis uerba docet, ne de bonis operibus inaniter glorientur: quia ualde difficile est, ut in eis uana gloria totaliter euitetur. Vnde ait: *Attendite*, id est diligenter considerate, & attenti ac cauti estote, scilicet contra insidias superbiæ: quia etiam bonis operibus insidiatur, ut faciat ea perire, *ne iustitiam uestram*, id est opera iustitiæ, scilicet opera bona de genere, quæcunque fuerint illa, quia omnia continentur sub iustitia generaliter dicta: *faciatis coram hominibus*, eo scilicet fine, *ut uideamini ab eis*, id est propter laudem humanam & fauorem mundi, non propter gloriam Dei, nec propter ædificationem proximi, alioquin mercedem non habebitis apud Deum, cuius amore non fecistis. Ille enim debet mercedem dare, cuius mandato mouetur operarius uel amore. Nisi ergo Deus singulariter sit in causa, non operis mercedem, sed fallaciæ supplicium apud Deum habebunt, quia hic ab humano ore, mercedem, scilicet leuem auram fauoris recipere uoluerunt. Ab his tamen duntaxat acceperunt, à quibus eam concupierunt. Ex quo enim intentio fertur ad homines tantum, non est aliquid à Deo iustè expectandum, quia nõ uirtus sed causa uirtutis, mercedem habet apud Deum. Hoc igitur deputatur eis pro mercede, cuius amore fecerunt, scilicet laus humana, quam quæsierunt. Et non solum uera mercede, ob prauam intentionem euacuantur, sed & nihilominus pro inani gloria, quæ siue præcedat opus, siue sequatur, semper mortale peccatum est, pœnam æternam merentur. Minuitur etiam probitas cõscientiæ, ex famæ mercede. Vnde Boetius: Minuit se probitatis conscientiæ secretum: quoties ostendendo quis fructum recipit famæ precium. Et ideò, ut idem Boetius dicit, sapiens bonum suum, non populari rumore, sed conscientię ueritate metitur. Et cõsidera quod ut ait Chrysost. non solum non ostendi iubet, sed & studere latere. Neque enim est æquale non studere apparere, & studere latere. Per hoc tamen non prohibentur opera bona fieri coram hominibus, ad Dei gloriam, & proximi ædificationem, quia hoc est bonum & meritorium apud Deum. Sed ut dicit Gregorius, ualde perfectorum est, sic ostenso opere gloriã autoris quærere, ut de illata laude nesciat priuata exultatione gaudere: quoniam infirmi, quia perfectè contemnendo non superant, restat necesse est, ut bonum quod operantur, abscondant. Deinde postquam generaliter iustitiam nominauit, nunc consequẽter per partes exequitur: & specialiter prohibet in eleemosyna, & oratione, ac ieiunio, uanam gloriam quæri: qui hæc tria præcipuè consueuit inanis gloria comitari. Hæc sunt tria satisfactionis opera, scilicet eleemosyna contra peccatum in proximũ, oratio contra peccatum in Deum, ieiunium cõtra peccatum in semetipsum. Hæc etiam tria ualent contra tres radices peccatorum, scilicet cõtra tria mala quę in mundo sunt. Eleemosyna enim, est iustitia, contra concupiscentiã oculorum. Oratio, contra superbiam uitæ. Ieiunium contra cõcupiscentiam carnis. Ait ergo, *cùm facis eleemosynam*, corporalem scilicet uel spiritualem, *noli ante te tuba canere, sicut faciunt hypocritæ*, id est noli eam facere in manifestatione, & uelle innotescere, ut glorieris in laude tua: sicut ille apertum dat signum, qui canit tuba. Non est ingrata Deo eleemosyna quæ uidetur, sed quæ ideò fit ut uideatur. Et quia tales principaliter intendunt honorem uanum & transitorium: ideò amittunt uerum & æternum. Vnde sequitur: *Amen dico uobis, receperunt mercedem suam*, scilicet gloriam humanam, quam quærebant pro dono eleemosynæ: sed pœna expectatur, pro mala intentione. Ita ergo faciũt hypocritæ. *Te autem faciente eleemosynam*, quod est opus de genere bonorũ, *nesciat sinistra tua*, & intẽtio puersa, *quod faciat dextera tua*, & itẽtio sãcta. Sinistra est appetitio et delecta

Matth. 6.

Mercedem unde petas.

Gloria inanis malum

Chryso. ho. 19. in Matt. bona opera palam fiat ad laudem Dei.

Gregor. lib. 8. moraliũ cap. 30.

Eleemosyna, ieiunium & oratio.

Sinistra, dextera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio laudis humanæ, uel commodi terreni: dextera autem, intẽtio implẽdi præcepta diuina, seu amor Dei, & cœlestis præmij. Est ergo sensus, non se immiscеat intentio alicuius prauitatis, dũ præcepta Dei implere satagis. Et exponit quod dixit, *nesciat*: illud enim nescitur, quod in absc̃dito est: & ideò dicit, *ut sit eleemosyna tua in absc̃ondito*, sit scilicet secundũ rationẽ intentionis, etsi non secundum rationem operationis. Sit in absc̃ondito & secreto mentis, id est in ipsa bona conscientia, quæ humanis demonstrari nõ potest oculis. Sufficit tibi ad promerendum præmium, qui solus conscientiæ inspector est. Et hoc est quod subditur: *Et pater tuus* ſ. Deus, qui est pater omnium per creationem, & iustorum per gratiæ adoptionem, *qui uidet in absc̃ondito*, quia ipse solus uidet intentionẽ cordium, *reddet tibi*, quia retribuet bonis, secundũ intentionem cordis hominibus absc̃onditam & occultã: & si non in præsenti, tamen in futuro. Non ergo si hæc sciant homines, formidandum est, sed si hoc animo fiant, ut fructus placendi hominibus in eis expectetur, & laus humana admiscеatur. In omni enim opere nostro, nescit sinistra quid facit dextera, si nõ amore laudis humanæ, sed Dei amore & iustitiæ id agamus. Et ideò siue in synagogis, siue in uicis & plateis eleemosynam, uel aliud opus bonum quis faciat, in absc̃ondito tamen facit, quicunque hoc faciens, non ab hominibus sed à Deo uideri desiderat. Econtra verò, qui in absc̃ondito facit, & uideri cupiens laudem ex hoc: & gloriam quærit, nõ in absc̃ondito quidem facit, quoniam absc̃onditum nõ uult esse quod facit, tantùmq; ei ualet, ac si in publico fieret. Vnde Chrysost. Potest enim aliquis coram hominibus eleemosynam facere, nec tamen ad hoc facere, ut eam hominum oculis ostentet: & aliquis nõ coram hominibus faciens: eo tamen animo facere, ut se id facientem optet uideri. Propter quod non factum ipsum, sed uolũtatem, aut coronat, aut punit: nec fini operi, sed uoluntati operãtis, mercedem damnum ve decernit. Non igitur tatummodo dedisse eleemosynam, sed quemadmodũ oportet dedisse, uirtutis est: Hęc Chryso. Similiter in oratione, docet nos fugere uanã gloriam, ut non ores in publico, ad manifestationem, ut uideariſ ab hominibus, sicut faciunt hypocritæ: qui, ut dicit Chryſ. non intendunt exaudiri, sed uideri. Et ꝙa intentionẽ habent peruersam, ideò dãnosam subdit sequelam, *quia receperunt mercedem suam*, scilicet laudem transitoriam, sed tandem recipient pœnam æternam. Argumentum habes ex hoc, quòd cùm uana gloria sit mortale peccatũ: ideò omne opus ex uana gloria factum, est mortale reputandum, quia pro eo pœna infligitur æterna: Ita ergo faciunt hypocritæ. *Tu autem cùm orueris, intra in cubiculum tuum*, id est in locum secretum, *& clauso ostio*, ne ueniat multitudo, impediens eleuationem mentis, & auertens te à proposito, *ora patrem tuum* cœlestem, *in absc̃ondito*. Et est sensus secundum Remig. Sufficiat tibi ut ille solus nouerit tuam orationem, qui omnium corda nouit occulta, quia ipse qui est ispector, erit exauditor. *Et pater tuus*, cuius honorem debes intendere, *qui uidet in absc̃ondito, reddet tibi*, fructum orationis in aperto. Secundum Chrysosto. Qui sic orat secretò, ut ab hominibus absc̃onsè orare uideatur, non Deum aspicit, sed homines. Et ideò quantũ ad propositum suũ in Synagogis orat, ac etiam sic dupliciter laudatur, & quia orat, & quia absc̃onse orat. Cuius autem orãtis mens solum aspicit Deum, quamuis in Synagoga oret, tamen apud se, in secreto uidetur orare. Orans ergo nihil nouum faciat, quod aspiciant homines, uel clamando, uel pectus percutiendo, uel manus expandendo: Hęc Chrysostom. Vbi sciendum quòd duplex est oratio. Quædam publica, quæ fit à ministris Ecclesiæ, & ista non debet fieri in occulto, sed magis in publico, & in Ecclesia coram populo, quia pro tota offertur communitate, & populus in hoc conformare se debet ministris Ecclesiæ, ipsum Deum deprecando, secundum modum congruum & sibi possibilem. Alia est oratio priuata, & talis magis debet fieri in secreto, duplici de causa. Vna est, quia oratio est eleuatio mentis in Deum, mens autem citius & melius eleuatur in Deum, quando homo est in secreto loco, & à tumultu separatus. Alia est, ad euitationem uanæ gloriæ, quæ de facili insurgit in publico. Orare itaque uolentibus, salubre dat Christus consilium, ut intrent in cubiculum, scilicet cordis secretum, & claudant ostium, scilicet carnales sensus, per quos exteriora improbè se ingerunt, & turbæ phantasmatum orantibus obstrepunt: ut sic etiam clauso ostio mentis, & collectis animæ uiribus, oratio spiritualis fiat in intimis cordis, & inde dirigatur ad Deum feruentius, ubi oratur pater in absc̃ondito: quia absc̃onditum & cubiculum, est secreta cordis intentio. Quantum enim homo contemnit quod est extra se, tantum potest se recolligere intra se, & quantum se recolligit intra se, tantum potest supra se ad orationem & Dei contemplationem ascendere. Deinde circa orationem, excludit gentilium errorem, dicens: *Orantes autem, nolite multum loqui: sicut faciunt Ethnici, qui putant in multiloquio*, & altiloquio, ac suauiloquio, *suo exaudiri*: & quòd ipsi ita uerbis flectere queant Deum, sicut orator iudicem. *Scit enim pater uester cœlestis, quid opus sit uobis antequam petatis eum*, quia audit præparationem cordis singulorum. Hoc addit ad excludendum istorum gẽtilium falsum intellectum, secundum quem aliquid Deo notificatur de nouo, quia omnia scit ab ęterno. Non prohibet Dominus in oratione multiplicationem uerborum, simpliciter & absolutè, quia & ipse pernoctauit in oratione, & factus in agonia prolixius orabat: sed prohibet ne multiloquio utamur in oratione, eo fine & ea intentione, quibus utebantur Gentiles idololatræ, qui triplici de causa utebantur uocali oratione in multiloquio facta. Prima, quia orabant dæmones, qui nescirent quid illi peterent, nisi uerbis & signo exteriori instructi essent, secreta enim cordis humani, penetrare non ualent. Secunda, quia putabant dæmonibus, quasi hominibus uerbis persuasibilibus & multis persuadendum esse, & sic eos ad miserandum prouocari. Tertia, quia dæmones, quos orabant, quandoq; absentes esse putabant & quòd per talem orationem reuocari possent. Ista sunt mala, & ideo ab oratione fidelium remouẽda. Similiter autem triplex est causa, quare nos utamur uocali oratione. Prima, ut obsequium oris, sicut & cordis & operis Deo impendamus: triplex enim sacrificium Deo debemus, scilicet sacrificium cordis, oris, & operis. Secunda, ut ad memoriam reuocemus quod petere debemus, & ut ipsa uocalis oratio pigritiam nostram excitet, quia si homo semper in silentio oraret, de facili obdormiret, oblitus quid peteret. Tertia, ut uocali oratione proximus instruatur, & ad consimile opus inuitetur. Vult autem Deus ut oremus, ne quod ab eo nobis datur uile habeamus, sed eo ipso amplius eum adoremus, desideremus, & ita amplius mereamur. Nec ad eum orãtes

In absc̃ondito facere quid est.

Chryso ho. 13. operis imperfecti.

Oratio hypocritarũ. Chryso. ho. 19. in Mat.

Oratio sanctorum.

Chryso. ho. 13. operis imper.

Orandi modus.

Oratio duplex, publica, & secreta.

Noui nihil indicatur Deo.

Oratio gentilium, cur longa & uocalis erat.

Oratio nostra cur uocalis sit.

Orationem cur petat dominus.

fruſtra

fruſtra scienti loquimur, quia secundum Hieronymum. Non narratores, sed rogatores sumus, aliud est enim narrare ignoranti, aliud petere scienti. Vnde & Chrysostomus dicit, quòd oportet orare, ut scilicet Deum non doceas, sed inflectas, ut familiaris efficiaris interpellationis frequentia, ut humilieris orando, utque peccatorum tuorum recorderis. Et notandum, quòd possunt multiplicari uerba in oratione, ut per significationem uerborum deuoto rum animus melius eleuetur in Deum, & non solum mente, sed etiam corporali uoce homo eleuetur in eum, secundum illud: *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum uiuum*, non tamen potest ibi dari regula certa, sed debet homo talibus uti in oratione, quantum percipit quòd faciunt ad deuotionis exercitationem. Si autem econtrariò percipiat, quòd multiplicatio uerborum distrahat mentem eius, quia aliquando multiloquium oris, impedit deuotionem mentis, tunc debet cessare à uerbis, & orare Deum mentis affectibus: unde secundum August. Quando rogamus Deũ, pietate opus est, non uerbositate, aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus. Nam plerumq; hoc negocium plus gemitibus agitur, quam sermonibus, plus fletibus, quàm affatu. Hæc tamen intelligenda sunt de orationibus priuatis & uoluntarijs: quia orationes debitè & publicè debent esse in uerbis, ut possint percipi ab alijs. Deinde docet fugere hypocrisim in ieiunio, dicens, *cùm ieiunatis, quod expedit pro tempore, Nolite fieri tristes, sicut hypocritæ*. Non solum prohibet fieri, sed uelle, cùm dicit, nolite, in uoluntate est enim prima radix merendi uel demerendi. Item fieri prohibet, non esse, quia secundum Chrysost. Sciens Dominus quòd nõ potest esse hilaris qui ieiunat, non dixit, nolite esse tristes, sed nolite fieri. Aliud est enim esse, aliud fieri. Assiduum quidem ieiunium naturaliter facit esse tristem, qui autem per hypocrisim pallentes apparent, tristes non sunt, sed fiunt sicut hypocritæ tristes in apparentia, ut ipsa uultus tristitia sit ostentatio ieiunij, falsa & uana. *Exterminant enim*, & quasi extra proprios terminos ponunt & adducunt, *facies suas*, ac deformãt corpora sua habitu sordido & squalido deturpant, *ut appareant hominibus ieiunantes*, ac semper uideantur tristes, & quasi de peccatis & aliorum lugentes, ostendunt enim quãdam facie tristitiam, & extra solitum aliorum modum in uultu & ueste squalorem demonstrant: ut pœnitentiæ rigorem simulent, & religiosi præ cæteris appareant, & inde laudes ab hominibus recipiant. O insania uanitatis, nolunt esse quod tamen uolunt apparere. Et propter hoc cum assertione comminatur eis pœnam non modicam dicens: *Amen*, id est uerè dico uobis, *quia receperunt mercedem suam*, scilicet laudem hominum quam quærebant, & in futuro recipient pro simulatione damnationem, quam non timebant. Et signanter dicit receperunt, non recipiunt, quia talis laus adeo breuis est, quòd quasi nihil de præsenti habet. Vnde in Iob: *Laus impiorum breuis, & gaudium hypocritæ instar puncti*. Non ergo prohibet Dominus tristitiam pœnitentiæ pro peccatis, sed tristitiam fictam pro laudibus consequendis, nec prohibet uideri ieiunantes: sed hoc non appetere propter hominum fauores, quia non uirtus uetatur, sed mẽs ficta reprobatur. Vnde Chrysostomus. Si ergo qui ieiunat, & tristem se facit hypocrita est quãto magis iniquior est qui non ieiunat, sed argumentis quibusdam in facie sua pingit uenalem pallorem, quasi ieiu-

nijs signum. Deinde subdit modum ieiunandi debitum. *Tu autem cùm ieiunas*, non scilicet imiteris hypocritas: sed *unge caput tuum, & faciem tuam laua*. Quia rediculum esset caput oleo, ad literam, ungere, ideo secundum Hieronymum, Accipitur metaphoricè à Palæstinis, qui in festis solebant hoc facere: ut quando ieiunamus lætos nos & festiuos esse mõstremus, *unge ergo caput tuum*, id est, hilarem te exhibe; *& faciem tuam laua*, ad literam ne sordidus appareas. Duo dicit contra duo, unge oleo lætitiæ, contra tristitiam hypocritarum. Laua aqua munditiæ, contra extermi nationem facierum. Vel secundum duas partes iustiſ tiæ laua faciem internam, id est, conscientiam à malo per confessionem tergendo, ut munda sit ante Deum, sicut enim in conspectu hominum gratiosa est facies pulchra, sic in oculis Dei præciosa est conscientia munda, & unge caput, id est, mentem seu rationem quæ in anima præeminet, ac cogitationes & cætera hominis regit in bono per deuotionem gaudendo, ut in iciunio hilarem animum exhibeas Deo, spiritualis enim hilaritas in iciunio, sicut in eleemosyna est necessaria, quia sicut Deus diligit hilarem datorem, sic & hilarem iciunantem. Vbi August. Intelligendum est, hoc præceptum ad interiorem hominem pertinere. Vngere ergo caput, ad lætitiã pertinet: lauare autem faciem, ad munditiam. Et ideo caput ungunt, qui lætantur interius mente, atque ratione. Et hoc faciat qui non foris quærit lætitiam, vt de laudibus hominum gaudeat. Ita enim & faciem lauabit, id est, cor mundabit quo uisurus est Deum, non pro interposito uelamine propter infirmitatem contractam de sordibus: uel secundum Chrysostomum, Vnge caput, id est, Christum, oleo misericordiæ, scilicet pauperes recipiendo: laua faciem, id est, intentionem, propter Deum hoc faciendo. Et subdit, remouens intentionem prauam, *ne uideariſ hominibus*, id est, ob laudem & gloriam hominum quæ rendam ieiunare, sed patri tuo cœlesti, cuius gloriã tantum debes in operibus tuis quærere, qui est in absc̃ondito cordium, quia scrutatur renes & corda hominum, uel in absc̃ondito remunerationum, quas absc̃ondit timentibus eum: uel quia Deus in uita præsenti non potest à nobis uideri, licet præsens sit ubique. *Et pater tuus*, qui nõ obliuiscitur prolẽ suam, *qui uidet in absc̃ondito*, id est, approbat rectam, & secretam intentionem, *reddet tibi*, talis iciunij mercedem, quia *reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum*. Vbi Remigius: Sufficit enim tibi, ut qui est inspector conscientiæ, sit etiam remunerator. De utilitate autem & fructu iciunij, sic dicit Augustin. Iciunium purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subijcit, cor facit contritum & humiliatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinem extinguit, charitatis † lumen accendit. Hic secũdum Aug. animaduertendum est, non solum esse iactantiam in corporum & rerum corporearum nitore atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus & squalore: & hoc eo periculosius est, quo sub nomine seruitutis Dei decipit, quæ tamen ex cæteris operibus cognosci potest. Et ideo medium est tenendum, quia nec nitor, nec squalor nimius decet Christianum. Ex prę missis etiam perpende, quòd uirtutes propter se & Deum, non propter homines sunt appetendæ. Vnde Chryso. Non paruus autem fructus est, humanam gloriam contemnere, per hoc enim aliquis à graui seruitute liberatur, & proprius uirtutis operator effi citur, eam amans non propter alios, sed propter se-

Hieronym. in uũ locũ.

Chrysosto. hom. 15. in Matth.

Verba orationis multiplicari possunt.

Psal. 83.

Augustin. lib. 2. de ser mone domini cap. 7.

Ieiunij hypocritarũ.

Chrysosto. ho. 15. operis imperf. Fieri & esse tristem differunt.

Laus hypocritarum. Iob. 20.

Chryso. hom. 11. operis imperfe. Ieiuniũ bonorum.

Vngere caput. Hieronym. in Matth. cap. 6.

Lauare faciem.

Hilaritas in ieiunio necessaria. Augustin. lib. 2. de ser mo. do. c. 20

Chrysosto. hom. 15. operis imperfe.

Psal. 7.

Sapien. 10.

Augustin. sermo. 230. de tempore.

Ieiunij fructus.

† castitatis. † lætitia in sordidis.

Augustin. lib. 2. de ser mone do. in monte c. 19

Virtus propter Deũ.

Chrysosto. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſam. Notanter uerò orationi eleemoſynam & ieiunium adjungit, quia oratio eſt quędam auicula quæ penetrat cœlum, & habet duas alas, ſcilicet eleemoſynam & ieunium: & ideo primò agit de eleemoſyna, & ultimo de ieiunio, & medio loco de oratione, quia ipſa oratio his quaſi duabus pennis à dextris, & à ſiniſtris ſubleuata penetrat cœlum, & ipſa quaſi uolando peruenit ad Deum. Vnde in Tobia: *Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna*. In omnibus ergo noſtris operibus humanam laudem fugere debemus, quia ut dicit Boetius: Sapiens bonum ſuum non popular rumore, ſed conſcientiæ ueritate metitur. Nō ſolum autem in operibus, ſed etiam in ocio laus humana eſt fugienda. Vnde Seneca: Abſconde te in ocio, ſed & ipſum ocium abſconde. Non inſcribas tibi philoſophiam, aliud propoſito tuo nomen impone, ualetudinem imbecillitatem uocato & deſidiam. Gloriari in ocio, ambitio eſt. Animalia quædam inueniri poſſunt, quæ ueſtigia circa ipſum confundūt cubile, idem tibi faciendum eſt, alioquin non deerunt qui perſequantur. Optimum eſt, non iactare ocium ſuum. Ille ſe abſcondit, ille clauſus eſt, ille multis annis non tranſit domus ſuæ limen. Conuocat turbam, quiſquis ocio ſuo aliquam fabulam impoſuit. Cùm ſeceſſeris non eſt hoc agendum, ut de te homines loquantur, ſed ut ipſe tecum locaris. Quid in ocio facis. Vlcus meum curo. Si oſtenderem tibi pedem turgidum, liuidam manum, ac contracti cruris aridos neruos, permitteres me uno loco iacere & fouere morbum, maius malum eſt hoc quod non poſſum tibi oſtendere. Nolo me laudes, nolo dicas: O magnum uirum, contempſit omnia, & damnatis humanæ uitæ furoribus fugit. Nihil dānaui niſi me, nō eſt quod proficiendi cauſa uenire ad me uelis. Erras qui hinc auxilij aliquid ſperas. Non medicus, ſed æger hīc habitat. Malo illa cùm diſceſſeris dicas: Ego iſtum beatum hominem putabam & eruditum. Erexeram aures, deſtitutus ſum. Nihil uidi, nihil audiui quod concupiſcerem, ad quod reuerterer. Si hæc ſentis, ſi hæc loqueris aliquid per profectum eſt. Mala ignoſcas ocio meo quàm inuideas: hæc Seneca.

Oratio eſt auicula alis freta.

Tobiæ.12.

Laus humana uitanda eſt in omnibus.

Ocium ambitioſum uitandum.

Seneca epiſtola.69.

ORATIO.

De oratione Dominica. Cap. XXXVII.



IN TER cætera autem quæ de oratione dicuntur, oratio dominica interſcritur, quæ multis ex cauſis orationibus cæteris antecellit, ſcilicet authoritate doctoris, quia ipſius ſaluatoris ore prolata fuit, breuitate ſermonis, quia facilè dicitur, & citò profertur, ſufficientia petitionum, quia utriuſque uitæ continet neceſſaria, & fœcunditate myſteriorum, quia immenſa continet ſacramenta. Vnde Chryſoſtomus: Dominus ſub compendio uerborum formam orandi tradens diſcipulis, & ſummam & ſufficiētiam omnium petendorum, tum beatitudinum, tum donorū omnium, uidelicet ad uitam præſentem & futuram pertinentium complectitur. In hac orationis formula breuis paucitate uerborum, ſed ſufficiens continētia omnium petendorum, omni oratione ſpiritualioris & ſanctioris, quia ex ore altiſſimi proceſſit, quia petuntur & includuntur quę in omnibus alijs oratio nibus continentur. O quàm fidelis hæc & beata nobis oratio eſt, cuius ordinem nobis doctor uitæ, ac magiſter cœleſtis inſtituit: quàm beati etiam nos eſſe poſſumus, ſi huius orationis dominicæ uerba non tantum officio oris, ſed etiam fideliſſimæ conuerſationis actu ſeruemus. Hanc itaque formam Dominus diſcipulis ſuis ad ſpem ſalutis humanæ orandi conſtituit, uniuerſa igitur quæ fidei ac ſaluti noſtræ ſunt neceſſaria in hac breuitate orationis dominicæ continentur: Hæc Chryſoſtom. De ſufficientia quoque iſtius orationis benedictæ ſic dicit Auguſtin. Quæcumq; alia uerba dicamus, quę affectus orantis format, nil aliud dicimus, quàm quod in iſta oratione dominica poſitum eſt, ſi rectè & congruenter oramus. Et ſi per omnia præcationum ſanctarum uerba diſcurras, nihil inuenies quod in iſta oratione dominica non contineatur: quiſquis autem id dicit quod ad iſtam Euangelicam precem pertinere non poſsit, carnaliter orat, quod neſcio quomodo non dicatur illi citè, quando renatos Dominus non niſi ſpiritualiter docet orare: Hæc Augu. Cyprian. etiam de oratione dominica dicit, q̄ Chriſtus in iſta oratione magiſterio ſuo omnem precem noſtrā ſalutari ſermone breuiauit. Quare autem hæc oratio tam breuis eſt, & tā pauca uerba complectitur, poſſunt aſignari ſeptem rationes. Prima, ut citius addiſcatur. Secunda, ut melius retineatur. Tertia, ut nullus de eius ignorantia excuſetur. Quarta, ut frequentius dicatur. Quinta, ut tędium in dicendo remoueatur. Sexta, ut fiducia citò impetrandi tribuatur. Septima, ut in deuotione mentis non

Matth.6. Oratio dominica excellit.

Oratio dominicā omnium petendorum ſummam continet.

Auguſtinus. epiſtola 121.c.12.

Cyprianus tractatu de oratione dominica.

Orationis dominicæ breuitatis cauſa.

Septem petitiones orationis dominicæ.

tis non in multiplicatione uerborum uirtus orationis eſſe oſtēdatur. Omnes uerò petitiones ſub ſeptenario numero comprehenduntur, quia ſeptenarius eſt numerus uniuerſitatis, & uniuerſitas omnium rectè deſiderabilium in his comprehenditur petitionibus: ideo rationabiliter omnes petitiones ſub ſeptenario eſt complexus. Habet ergo hæc oratio dominica, octo partes. Prima eſt, captatio beneuolentiæ, quam ſequuntur ſeptem petitiones. Captatur autem beneuolentia tripliciter, ex parte rogati, quia pater, cuius filij ſumus per fidem, ex parte rogantium, quia noſter, nobis datus per charitatem, ex parte aſſeſſorum rogati, quia *in cœlis*, eſt, id eſt, in ſanctis, quorum auxilio erigimur per ſpem. Dicamus ergo: *Pater*, in quem credimus, *noſter*, quem diligimus, *qui es in cœlis*, de quibus ſperamus, hæc enim tria faciunt orationem dignam: ſcilicet motus fidei charitatis, & ſpei. Ipſe quidem Dominus dicitur pater noſter tripliciter, ſecundum triplex eſſe quod ab eo accepimus, ſcilicet naturæ, gratiæ & gloriæ. Eſſe naturæ dedit nobis in creatione, eſſe gratiæ, in recreatione, ſeu redēptione, & eſſe gloriæ, in regni comitatione. Dicitur ergo pater omnium generaliter ratione creationis, ſed fidelium ſpecialiter, ratione adoptionis, nomine autē patris intelligitur hīc tota trinitas, ſcilicet pater, filius, & ſpiritus ſanctus. O quanta fiducia & fiducialis audacia, quòd factura factorem, creatura creatorem, homo Deum patrem audeat nuncupare? Quis unquam auſus eſt in ueteri lege talia præſumere? Nemo utique. Quia ſecundum gloſſ. Deus antiquis ut ſeruis dicebatur Dominus, nunc dicitur pater, cui non timore, ſed amore ſeruimus. Vnde & Auguſt. Nunquam inueniētur præceptum populo Iſrael, ut dicet pater noſter, ſed eſt eis inſinuatus tanquam dominus ſeruis. Nos uerò per ſanguinem Domini Ieſu filij adoptionis effecti, confidenter clamamus, Abba pater. Et iterum: Quo nomine & charitas excitatur. Quid enim charius filijs eſſe debet quàm pater? & ſupplex affectus, cùm homines dicunt, pater noſter. Et quædam præſumptio impetrandi, qua petituri ſumus. Quid enim non det iam filijs petentibus, cùm hoc ipſe antè dederit, ut filij eſſent? Poſtremò quanta cura animum tangit, ut qui dicit, pater noſter, tanto patre non ſit indignus. Admonentur hīc etiam diuites, uel genere nobiles, ſecundum ſeculum, cùm Chriſtiani facti fuerint, non ſuperbire aduerſus pauperes & ignobiles, quoniam ſimul dicunt pater noſter, quod non poſſunt uerè ac piè dicere, niſi ſe fratres eſſe cognoſcant. Hęc Aug. Vnde & Chryſ. Quanta Domini circa nos dilectio, quanta miſericordia eius & pietas, quæ nobis tantæ gratiæ munus indulſit, ut licenter Dominum ac Deum noſtrum ſerui patrem dicere audeamus, quo uocabulo non iam tantum ſeruos, ſed etiam filios Dei eſſe demonſtrat, quia ergo tanti muneris gratiam conſecuti ſumus, quaſi filij Dei agere & conuerſari debemus, ut id nos eſſe quod dicimur ſpirituali actu probemus, ne aliter agentes quàm Dei filios conuenit, rei ſub uſurpatione tanti nominis teneamur. Docet autem & generalem pro fratribus facere orationem, non enim dicit, pater meus, ſed pater noſter, ut pro communi ſcilicet corpore præcem fundas, & ubique non tanta propria commoda, quàm proximorum requiras. Ab hoc autem & inimicitias interimit, & ſuperbiam reprimit, & inuidiam repellit, & matrem bonorum omnium charitatem introducit, & humanarū rerum inæquaA litatem prorſus excludit, & mutuam regis cum paupere æqualitatem honoris oſtendit, ſi tamen in maximis & ad æternam gloriam neceſſarijs communione ſociemur. Cunctis enim unam atque eandem nobilitatem donauit Deus, cùm dignatus eſt pater omnium uocari. Hæc Chryſoſtom. Admonemur hīc ad fraternam unionem & dilectionem: ſicut geniti ab uno patre cœleſti per gratiam, ab uno etiam terreno per naturam plaſmato & creato à ſummo patre cœleſti, omnes etiam de eodem luto formati, ne ſimus elati, quaſi alij alijs clarioribus ſint ortinatalibus. Per cœlos autem intelliguntur ſancti & iuſti, q templum Dei ſunt, quia in eis tanquam in templo ſuo Deus habitat. Nam licet Deus ſit in omnibus per diuinitatis præſentiam, eſt tamen ſpeciali modo in iuſtis per inhabitantem gratiam, & ſpecialiſſimè excellentia eius relucet in beatis per gloriam. Vnde Auguſt. Rectè intelligitur quod dictum eſt, *Pater noſter qui es in cœlis*, in cordibus iuſtorum eſſe dictum tanquam in templo ſancto ſuo. Simul etiam ut qui orat, in ſe quoque ipſo uelit habitare quē inuocat. Et cùm hoc affectat, teneat iuſtitiam, quo munere inuitatur ad inhabitandum animum Deus. Hæc Auguſt. Vel *qui es in cœlis*, id eſt, in ſecreto tuæ maieſtatis, quæ adhuc celatur nobis, ſecundum illud Eſaiæ: *Verè tu es Deus abſconditus*. In quo admonemur & ſanctos imitari in cōuerſatione, ac ſecreta & abſcondita petere. Vel *in cœlis*, id eſtin illa cęleſti regione æternæ beatitudinis, ut commorationem uitæ præſentis uelut peregrinam, & à patre noſtro nos ſeparantem, horrentes, ad regionem in qua patrem noſtrum commorari fatemur, ſummo deſiderio properemus, & ad illam tanquam ad patriam totam noſtram intentionem ſigamus. Admonemur etiam ut nihil admittamus eiuſmodi, quod hæreditate paterna nos priuet. Et per hoc quòd dicitur eſſe in cœlis, non excluditur quin ſit ubique, & in omnibus locis, quamuis enim ubique ſit totus eſſentialiter, præſentialiter, & potentialiter: tamen dicit de eo, *qui es in cœlis*, ut innuat quòd cœleſtis pater cœleſtes vult habere filios, & ideò, ut ait Chryſoſtom. erubeſcant ſe terrenis rebus ſubſternere, qui patrem habent in cœlis. Item ut orantes cœleſtia petamus, & ut in cœlis hæreditatem filiorū Dei cogitemus. Item, quia in cœlis magis relucet ſuæ diuinæ operationis poteſtas & uirtus, præcipuè & potius dicitur eſſe ibi quàm alibi, ſicut anima ubiq; eſt in corpore, intenſius tamen dicitur eſſe in corde. Vel ſecundum alios etiam dicitur eſſe in capite, quia ibi nobiles ſuæ operationes magis uidentur apparere. Iam nunc quæ ſunt appetenda, uideamus. Primū autem omnium quæ petuntur, hoc eſt, *Sanctificetur nomen tuum*, id eſt, nomen tuum quod in ſe & ſemper uenerabile eſt & ſanctum, glorificetur ac ſanctum & celebreſit, & oſtendatur in nobis, & in corde credendo & amādo, & in ore laudando & prædicando, & in opere bene uiuendo, ut ſ. in noſtra uita & conuerſatione ſpirituali ſanctus appareas. Ita ergo dicitur ſanctificari, ſicut clarificari, & magnificari, non in ſe, ſed in nobis, non enim petimus q̄ aliqua ſanctitas ei de nouo accreſcat, quia hoc eſt impoſsibile, ſed quòd ſanctitas quæ æternaliter ineſt, reluceat amplius in creaturis, ac primò & principaliter quæratur in operibus humanis: ut ſecundum Apoſtolum: *Omnia in gloriam Dei faciamus*. Vnde Chryſo. Digna prorſus eius qui Deum patrem appellauit oratio, nihil omnino prius quàm pro illius gloria

Partes octo. Captatio beneuolentiæ.

Pater noſter Deus eſt. Eſſe triplex

Pater pro trinitate.

Pater noſter iam dicitur Eius Deus. Roma. 8. Auguſtin. li. 2. de ſer. domini in monte c. 8.

Chryſoſto. ſimile quid habet. ho. 9. ex uarijs in Matt.

Orandū eſt pro omnibus.

Nobilitas & generoſitas omnibus una data. Cœli pro ſanctis.

Auguſtin. li. 2. de ſermone domini in monte c. 9.

Eſa. 45.

Deus ubiq; eſt.

Chryſoſto. ho. 14. operis imperf.

Anima ſedes.

Petitio prima. Sanctificatio nominis Dei.

1. Cor. 10. Chryſoſto. hom. 20. in Matthæū. Nomē Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

gloria supplicare. Dignare, inquit, in tam munda nos conuersatione seruare, ut per nos cuncti te omnino glorificent. Sicut enim cùm quis cœli pulchritudinẽ aspicit, dicit gloria tibi Deus, sic etiã cùm aspicit alicuius uirtutem, quia hominis uirtus multo magis q̃ cœlum glorificat Deũ: Hæc Chrys. Vel *nomen tuum*, scilicet paternitatis quo diceris pater, *sanctificetur*, id est, confirmetur in nobis per perseuerantiam & stabilitatem, ne à sanctificatione nominis in aliquo discrepemus, sed patris nomen in nobis tanquam in filijs uita & moribus ostendamus, ut numquam per peccatum à filiationis gratia separemur, uel à nobis gratia separetur filiationis, sed filij tui per gratiam semper maneamus, ut uerè simus filij tui, quorum tu pater esse dignaris. Vel *nomen tuum* id est, notícia tua, *sanctificetur*, id est, confirmetur nobis per uerã fidẽ, ut tu Deus qui in te sanctus es, sanctus habearis ab hominibus, & ita omnibus innotescaris, ut non existiment aliquid sanctius quod magis timeant offendere, & quod diligentius studeant honorare. Deinde sequitur secunda petitio. *Adueniat regnum tuum*: scilicet Ecclesiæ, id est, manifestetur hominibus, ut tu qui nunc regnas semperque regnasti in terris, ab hominibus ignorantibus regnare percipiaris & cognoscaris, quibus regnum Dei quamuis numquam discedat de terris, tamen absens est, sicut lux præsens ab est cæcis, & oculos claudentibus. Vel *adueniat regnum tuum*, scilicet gratię, quo quotidie regnas in sanctis, quòd fit cùm diaboli imperio per extinctionem uitiorum de cordibus nostris pulso, tu in nobis per uirtutum flagrantiam incipias dominari, ut non regnet diabolus, aut mundus, uel carnalis affectus, seu ullum peccatum in nobis, sed tu solus sine illis. Vel *adueniat regnum tuum*: scilicet gloriæ, quod præstituto tempore omnibus est perfectis, ac Dei filijs generaliter repromissum. Vbi desiderium nostrum ad futurum regnum excitamus, ut nobis & ad nos ueniat & in eo regnare mereamur. Nam uelimus nolimus uti que aduenier, & utinã paratos inueniat. Vnde Chrysost. Hoc quoque gratissimi omnino serui est, neque inhærere præsentibus, neq; magnum aliquid ea quę uidentur putare, sed ad partem semper urgeri, semperque in futura gestire. Quod certè de optima oritur conscientia, & mente terrenis omnibus exuta. Qui enim isto amore succenditur, & hoc habet desiderium, neque huius opibus & benignis inflari poterit, neque aduersis & tristibus humiliari, sed tanquã in ipso cœlo habitans & cõuersans, ab utraq; eru tus est inæqualitate. Et iterum: Sed magnæ fiduciæ & sinceræ conscientiæ est hoc Domini regnum, ut aduenias confidenter optare. Et idcirco quia ut regnum Dei ueniat semper oramus, tales nos in fide Domini & mandatis eius exhibere debemus, ut futuro regno digni esse possimus: Hæc Chrysostomus. Et sic regnum Dei est triplex, scilicet in Ecclesia, & in anima, atque in uita æterna, nec possumus ad Deum uenire per gloriam, nisi ipse primò ueniat ad nos per gratiam. Post hæc sequitur petitio tertia: *Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra*, id est, sicut in Angelis & electis, qui sunt in cœlo perfecta est uoluntas tua, ut uoluntati tuæ cõformati præceptis tuis obediant, & tibi omnino adhæreant, & inculpatè seruiant, teq; perfruãtur: ita fiat in hominibus qui de terra sunt, & in terra conuersantur. Vel *fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra*, id est, sicut in iustis, ita & in peccatoribus, ut ad te, scilicet unum Deum & uerum conuertãtur, & uniuersi non suam, sed tuam faciant uoluntatem, ad te credant omnia quæ uidentur uel aspera uel prospera pro nostris utilitatibus dispensare. Tantum enim spiritualiter interesse uidetur inter iustos & peccatores, quantum corporaliter inter cœlum & terram, & hoc accidit ex diuersitate affectuum. Nam affectus iusti est circa cœlestia, peccatorum autem affectus uersatur circa terrena. Vel *fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra*, id est, sicut in spiritu, ita & in carne, ut caro non concupiscat aduersus spiritum, sed quemadmodum bonus spiritus non resistat tibi, ita & corpus non resistat spiritui, & per consequens nec tibi, & utroque omnia quæ odis, odiamus: & quæ diligis, diligamus: & quæ præcipis impleamus. De uoluntate Dei, sic dicit Cyprianus super orationem Dominicam: Voluntas Dei est, quam Christus fecit & docuit, humilitas in conuersatione, stabilitas in fide, modestia in uerbis, in factis iustitia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, iniuriam facere nõ nosse, & factã posse tolerare, cum fratribus pacem tenere, Dominum toto corde diligere, amare in illo quòd pater est timere quod Deus est: Christo nil præponere, quia nec nobis quicquam præposuit, charitati eius inseparabiliter adhærere, cruci eius fortiter ac fidenter assistere, quando de eius nomine & honore certamẽ est exhibere in sermone constantiam qua confitemur, in quæstione fiduciam qua congredimur, in morte patientiam qua coronamur. Hoc est cohæredem Christi uelle esse, hoc est præceptum Christi facere, hoc est uoluntatem patris implere: Hæc Cyprianus. Deinde sequitur quarta petitio. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, id est, uictum quotidianum corpori necessarium, nomine panis designatum. Et in hoc intelliguntur peti omnia uitæ necessaria. Vnde Augustinus: Sic ergo hic sufficientiam petimus à parte quæ excellit, id est, nomine panis totam significantes. Panem ergo dicit, non carnes, non pisces, id est, non aliquod superfluum, sed tantum quod est naturæ necessarium, quod bene significatur per panem, quia secundum Ecclesiasticum: *Initium uitæ hominis aqua & panis*. Et addit nostrum, ut nemo sibi temporalia appropriet, quia secundum Chrysostom. Omnia quæ nobis dat Deus, siue orantibus, siue militantibus, nõ solum nobis dat: sed etiam alijs per nos, ut de eo quod accepimus à Deo, partem impotentibus faciamus. Qui ergo de laboribus suis indigentibus non præstat, non tantum panem suum, sed etiam alienum manducat. Et qui de iustitia panem acquisitum manducat, suum panem manducat, qui autem cum peccato, alienum. Nam illi Deus dat panem, qui cum iustitia præparat, diabolus autem ei qui præparat cum peccato: secundum Grego. Nostrum hunc panem dicimus, & tamen ut detur oramus, Dei enim est ex munere, quia ab illo datur & nõster fit ex perceptione, cùm accipitur. Dicit autem quotidianum, non annuum, uel ad plures annos prouisum, & in horreis reseruatum, quem Matthæus dicit super substantialem, id est superadditum substantiæ ad sustentationem. Et secundum Cyrillum: Ex eo etiam quòd quotidianum alimentum iusit quærere, uidetur quòd nihil concedat eos habere, sed magis honestam colere paupertatem. Non enim est habentium panem petere, sed oppressorum penuria. Et subiungit, *da nobis hodie*, quia nec minimum habere possumus, nisi det ille qui dat escam omni carni. Vnde homo deuotus tali mente

Petitio secũda orationis dominicæ.

De aduentu regni Dei.

Chrysost. hom. 20. in Matth. Aduentus regni Dei optandus bonis.

Regnũ Dei triplex.

Petitio tertia. Voluntatem Dei fieri in cœlo & in terra.

Cyprianus tractatu de oratione dominica. Voluntas Dei quę sit.

Petitio quarta. Panis quotidianus.

Augustin. epist. 121. c. 11.

Eccles. 29. Omnia cõmunia. Chrysost. ho. 14. operis imperf. Panis noster. Gregorius lib. 24. moraliũ. c. 5.

te debet sumere cibum, ac si sibi de manu Domini præsentialiter ministretur. Et addit *hodie*, id est, in præsenti: uel *hodie*, id est illum qui nobis hodie tantummodo sufficit, ut de crastino non cogitemus, quia nescimus si in crastinum proueniamus. O sapientia uera, & diuina prouidentia, quæ docuit & panem solum petere, & hodie nominare: hoc enim dicto & auiditas & auaritia tollitur, & humanæ uitæ incertum infinuatur. Vel *panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, id est, panem spiritualem, scilicet præcepta diuina, quæ quotidie oportet meditari & operari. Nam de ipsis Dominus dicit: *Operamini cibum, qui non perit*. Quotidianus dicitur iste panis, quamdiu durat hæc uita temporalis. Dictum est autem, *da nobis hodie*, quod intelligitur pro toto tempore huius uitæ humanæ. In futura enim eis qui hîc meruerunt non auferetur, quia cibo spirituali in æternum saturabuntur. Vel *panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, id est panem sacramentalem, & uiuũ qui de cœlo descendit, qui est supersubstantialis, id est, super omnes substantias, & uniuersam superat creaturam, qui panis noster est in altari, & quotidie offertur pro salute fidelium, qui reficit animam naturam corporis transcendentem, quo quotidie ad roborandum nos indigemus, quia quotidie labimur, & ad lapsum proni sumus. Qui ẽt uocatur quotidianus, quia quotidie ipsum sumimus per ministros Ecclesiæ, qui hoc sacramentum percipiunt pro se, & pro tota communitate. Vnde Chryso. Non immeritò semper orare debemus ut hunc panem cœlestem quotidie mereamur accipere, ne aliquo interueniente peccato, à corpore Domini separemur. Potest etiam adhuc de alio triplici pane exponi, scilicet doctrinali seu intelligentiæ, luctuali seu mœstitiæ, & cœlesti seu gloriæ. De primo dicitur, *Cibauit illum pane uitæ & intellectus*: de secundo, *Cibabis nos pane lachrymarum*: de tertio, *Qui mauducat panem in regno Dei*. Et bene illa beata fruitio dicitur panis, q̃a sicut panis corporalis satiat appetitũ edẽtis, sic fruitio illa satiat desiderium contemplantis, secundum illud: *Satiabor cùm apparuerit gloria tua*. Post hoc sequitur petitio quinta: *Et dimitte nobis debita nostra*, id est peccata quæ nos debitores pœnæ constituunt, & quibus obligamur ad pœnam, aut satisfactoriã, aut purgatoriam, aut æternam. Debita inquam & peccata quæcumque contra te commisimus, uel contra proximos, uel contra nosmetipsos. Item contra te patrem & contra te filium, uel contra spiritum sanctum. Item corde, uel ore, uel opere, ubi Cyprianus: Et ne quis sibi quasi innocens placeat, & se extollendo plus pereat, instruitur se peccare quotidie, dum pro peccatis quotidie iubetur orare. *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. Ecce regula nobis proposita, quòd si uolumus nobis dimitti peccatum nostrum, debemus dimittere proximo peccatum in nos commissum. Vt secundum Gregor. Bonum quod à Deo compuncti petimus, hoc ipsum primo proximo conuersi faciamus. Vnde Cyprianus: Qui ergo pro peccatis orare nos docuit: paternam misericordiam promisit, sed planè addidit legem, certa conditione nos constringens ut sic nobis debitũ dimitti postulemus, secũdũ quod & nosipsi debitoribus nostris dimittimus. Vnde & Chrysostom. Non autem dixit ut prius nobis Deus dimittat, & postea nos debitoribus nostris. Scit enim Deus homines esse mendaces, quoniam & si acceperint remissionem peccatis sui, ipsi suis debitoribus non dimittunt, ideo sic dicit ut prius dimittamus: & postea petamus dimissionem. Et iterum: Hæcigitur animaduertentes grates agendę sunt debitoribus nostris, fiunt enim nobis, si sapimus causa indulgentiæ maximæ, & pauca exhibentes plurima recipiemus. Nam & nos multa debemus & magna debita Domino, quorum si minimam partem à nobis uellet exigere, iam perissemus. Hæc Chrysost. Sed quid de illo qui non satisfacere vult cùm potest, nec ueniã postulare cũ nõ potest? sanè distinguẽdũ est. Is enim qui uiam perfectionis arripuit, debet etiam non petenti ueniam omnimodis indulgere, non solum rancorem animi dimittendo, sed sine satisfactione iniuriarum, sine restitutione rerum: sine interuentu præcum omnia dimittere, & ex puro corde diligere, & ad hoc tenentur perfecti, quia sic consilium est. Qui uerò nondum perfectionis uotum assumpsit, tenetur quidem rancorem animi dimittere, ut nec malũ inimici uelit augeri, nec bonũ eius minui, sed quod in eum deliquit, aliqualiter satisfieri, & ad hoc tenetur omnes, quia sic præceptum est. Remissio ergo offensæ est de necessitate, quia homo tenetur esse in charitate & omnes diligere, sed remissio iniuriæ nõ est necessitatis, sed supererogationis. Sicut enim pecuniam ablatam non tenetur quis auferenti dimittere, sed potest eam repetere, sic pro iniuria sibi illata potest recompensationem per emendam petere, secundum ordinem iustitiæ. Nam secundum August. Non loquitur de debito pecuniæ siue iustitiæ exigẽdæ, sed rancoris & inimicitiæ non reinferendæ. Quia uerò sunt culpę, in q̃bus culpa est uindictã relaxare, & si peccatũ in nos teneamur dimittere, peccatũ tñ in Deũ & peccatum in proximum debemus punire. Vnde Hiero. Si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos læserit, dimittendi habemus potestatem, imo necessitatem. Si autem in Deum quis peccauerit, non est nostri arbitrij. Nos ecõtrario in Dei iniuria benigni sumus, in nostris contumelijs exercemus odia. Hæc Hiero. Qui ergo laborat odio uel inuidia grauatur magis hac oratione quàm iuuetur ea. Tale enim est ac si dicat: Noli mihi dimittere peccata mea, q̃a nec ego uolo alijs dimittere sua. Ecce quantum detestetur dominus fraternum odium, cùm ita conditionaliter & non aliter dimittat peccatum, si s. fratri dimiserimus. Nam ut ait Anselmus: Indulgentiam non habebis, nisi dederis. Vt dicit Seneca: Alteri semper ignosce, tibi ipsi numquam.

Deinde sequitur sexta petitio: *Et ne nos inducas in tentationem*: s. carnis, ut nos non absorbeat per uoluptatem, uel mundi, ut nos non comburat per cupiditatem, uel diaboli ut nos non perdat per iniquitatẽ. Est autem tentatio duplex: Vna scilicet probationis, & hac Deus sanctos bene tentat, non ut ipse per hoc de eis notitiam capiat, cui ante omnes tentationes quisque notissimus est, sed ut ipsi seipsos probẽt & sibipsis innotescant qui se nesciebant. Alia est tentatio deceptionis, & hac Deus neminem tentat, sed fit à carne quæ suggerit mollia, & à mũdo qui offert uana, & ab hoste qui ingerit amara, sed Deus bene permittit in hanc induci ex causa. Vnde est sensus *ne nos inducas* i. ne permittas nos induci in tẽtationem, & tentari supra id quod possumus ferre, sed fac cum tentatione etiam exitum, ut possimus sustinere, ne irretiti teneamur & superemur eius fortitudine. q.d. Et si nos permittas duci per sensum ut exercitemur, non tñ permittas induci per consensum ut succũbamus. Causaliter quidem efficiẽdo Deus per seipsum non

Ioan. 6.

Eucharistia.

Chrysosto. ibidem.

Panis triplex.

Eccles. 15. Psal. 80. Psal. 16.

Petitio quinta. Debita nostra.

Cyprianus tractatu de oratione domi.

Dimittere debemus priusquam dimittetur nobis.

Gregorius lib. 10. moraliũ. c. 11.

Cyprianus tractatu de oratione de.

Chrysost. ho. 14. operis imperf.

Dimittendum etiam non petenti huc.

Remissio offensæ.

Remissio iniuriæ.

Augustin. lib. 2. de sermone dom.

Culpa puniendæ.

Hieronym. in Matth.

Anselmus in Matt. Seneca in Prouerb.

Petitio sexta.

Tentatio duplex.

Induci in tentationẽ. 1. Cor. 10.

Permissa à Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exod. 10. Amos 30.

Cyprianus de oratione dominica.

Duci & induci in tentatione.

non inducit, sed permisiuè & deserendo patitur induci eum quem suo auxilio deserit, sicut cor Pharaonis indurauit, id est indurari permisit, & sicut dicitur quòd non est malum in ciuitate quod Dominus nõ facit, id est, quod fieri nõ permittat. Vbi Cyprianus: Qua in parte ostenditur contra nos nihil aduersari ũ posse, nisi Deus antè permiserit, ut omnis timor noster & deuotio conuertatur in Deum. Aliud est in tẽtationem duci, & aliud induci. In tentationem enim ducitur qui à tentatione pulsatur, sed non deiicitur. In tentationem inducitur qui tentationi succumbit, & ab ea separatur. Induci enim est intus duci, & succũbere. Ostendit ergo non id à nobis orandũ esse ut

Tentari nõ est malum.

non tẽtemur, quia tẽtari nõ est malũ, sed magis utile & ad uirtutis exercitiũ quando uiriliter resistitur. Nã sine tentatione nemo potest probatus esse, siue sibiipsi, siue alij, sed ne deserti eius adiutorio per blanda vel aspera in tẽtationem per consensum inducamur, ne alicui tentationi uel consentiamus decepti, uel cedamus afflicti, & sic ab ea deuincamur à Deo deserti. Sed qui blandis non decipitur, etiam asperis nõ deijcitur: quia ut dicit Augustinus, Nemo frangitur rerum aduersarum molestia, qui prosperarum delectatione non capitur. Et iterum: Primò itaque vitandæ sunt delectationes, postea dolores. Quomodo enim superare potest mundum sæuientem, qui non potest blandientem? Sic ergo Dominus uoluit nos ad se in tentationibus recurrere, & non de nobis præsumere. Vnde Augustinus: Voluit ergo Deus à se posci, ne inferamur in tentationem, quod poterat nobis etiam non orantibus dare, quia uoluit nos ad moneri à quo hæc beneficia accipiamus. In quo ut dicit Cyprianus: Admonemur infirmitatis & imbecillitatis nostræ, ne quis se insolenter extollat, ut dũ præcedit humilis & submissa confessio, & datur totum Deo quicquid suppliciter petitur, ipsius pietate præstetur. Post hoc sequitur petitio septima & vltima: *Sed libera nos à malo*, scilicet omni, uel innato quod cõtrahimus, scilicet originali, uel adiecta quod committimus, scilicet actuali, uel inflicto quod sustinemus, scilicet pœnali, id est pœna consequenti. Vel à malo omni, uisibili & inuisibili, id est, culpæ & pœnæ: uel à malo omni, scilicet præterito, præsenti, & futuro.

Blanda facilius decipiunt. Augustin. in psal. 83.

Augustin. li. 2. de ser. domini in mõt. c. 14.

Cyprianus tractatu de oratione domi.

Petitio septima. Malũ multiplex. Malum à quo liberari petimus.

Et notandum quòd hæc petitio non intelligitur de malo culpæ iam perpetratæ, quia tunc coincideret cum quinta petitione: sed culpæ instantis perpetrari possibilis, à quo malo liberari nos petimus, ne uidelicet peccemus. Item non intelligitur de malo pœnæ futuræ, quia tunc coincideret hæc petitio cũ secunda, sed pœnæ præsentis inquantum est nobis causa & occasio ruinæ. Potest etiam accipi de malo pœnæ futuræ, ita quòd petamus sic nos liberari à malo præsenti, ut non incurramus malum pœnæ futuræ. Et ab omnibus prædictis petimus liberari, orãtes, & loquentes in persona Ecclesiæ. Sed qui vult à malis liberari studeat malis proximis compati, quia qui vult impetrare misericordiam à Deo, necesse est ut exhibeat eam proximo. Deinde sequitur conclusio totius orationis præmissæ, cùm dicitur: *Amen*, id est, fiant omnia prædicta. Quo uerbo desideriũ orãtis exprimitur, quia est uerbum optatiuum respectu bonorum præcedentium, & optatio impletionis omnium petitorum. Hoc uerbum Amen additum à Ioã ne, quia Angelicum est, sicut & alleluia nulla lingua præsumpsit transferre. Hoc autem uerbum est Hebræum, & nec Græcus interpres ausus est interpreta-

Amen.

Amen & alleluiatur interpretata nõ sunt.

A ri, nec Latinus, propter reuerẽtiam Saluatoris qui ad confirmandum ueritatem sæpe eo est usus. Sic mansit & non est interpretatum ut honorem haberet uelamento secreti, non ut esset negatum, sed ne uilesceret nudatum. Ponitur autem quandoque nominaliter ut in Apocalypsi, ubi dicitur: Hæc dicit Amen, i. ueritas: quandoq; uerbaliter, ut ubicumq; in Psalmista dicitur: fiat fiat, idem est quod amen amen, & sic ponitur in fine orationum ut hîc: quandoq; autem aduerbialiter, ut in Euangelio ubicumque dicitur, amen dico uobis, i. verè & fideliter. Habet autem hęc dictio amen posita in fine, triplicem efficaciã & uirtutem. Nam concludit orationem: quia secundum

Amen triplicem efficaciam habet.

B Hieron. est orationis signaculum, ut sicut per sigillum clauditur scriptura, sic per amen clauditur oratio. Recolligit etiam intentionem, nã quando dicitur amẽ, intentio summatim fertur super omnia præcedentia, & si aliquid ex fragilitate humana per distractionem mentis in oratione absque actuali intentione pertrã situm fuerit ad id intẽtio redit dicendo Amen. Impetrat nihilominus exauditionem, est enim amen exauditionis nota & signum. Vnde Rabanus: Per hoc ꝙ Dominus dixerat amen, signat indubitãter illis à Domino conferri omnia quæ ritè postulant: qui conditionis additæ seruare pactũ non negligunt, quæ qui dem conditio est dimittere debitoribus nostris, de qua dictum est: Hæc Rabanus. O Domine parũ est ꝙ dixerim amen uel fiat optando: nisi tu dicas amen

Hieronym. in eũ locũ Matthæi.

Rabanus in eum locum

C imperando, id est, fiat. O magnificũ & efficacissimũ uerbũ fiat, hoc enim uerbo tu pater summe in principio, i. in uerbo tuo coæterna omnia creasti, dixisti & facta sunt, hoc etiam uerbo nos perditos reparasti, dicente illa sanctissima reparatrice nostra ad Angelum, *fiat mihi secundum uerbum tuum*. O salutiferũ uerbum fiat, ò amen, ò fiat, ò uerbum omnipotentiæ, uerbum miræ efficaciæ. Eia mi Domine Iesu bone, uerbum patris, comple tu orationem meam, perfice tu uerba mea per te dictata, & in os meum commendata, perfice ea & dic amẽ, dic fiat, dic mihi sicut

Fiat.

Luca. 1.

Matt. 15.

D dixisti illi mulieri Syrophenissæ, *fiat tibi sicut uis*. O dulcis amor Iesu, ò dulcis ueritas, ò dulce amen, ò dulce uerbum fiat, fiat mihi secundum uerbum tuũ, fiat amen. Et sciendum quòd Lucas omittit duas petitiones orationis dominicæ, s. tertiam & septimam, quia tertia continetur in duabus præcedentibus, & septima in sexta. In sanctificatione enim animæ quæ petitur in prima & in resurrectione carnis quæ petitur in secunda, impletur diuina uolũtas quæ petitur in tertia. Vel si gloriã Dei principãliter quæramus, & participationẽ regni eius, quæ continetur in duabus primis petitionibus bene uoluntatem eius facimus, & eius uoluntas impletur in nobis, quod continetur in tertia, quia ad hoc præcipuè uoluntas Dei tendit ut eius sanctitatem cognoscamus, & cum ipso regnemus. Similiter septima continetur in sexta, ut sciat unusquisque se liberari à malo, cùm non inducitur in tentationem. Si enim in tentationem non inducimur ei succumbendo, sed magis præualemus resistendo, bene liberamur à malo. Et sic quod Matthæus dicit explicitè, Lucas complectitur implicitè. Vt autem dicit Augustinus: Non negligenter prætereundum est, quòd ex omnibus his sententijs quibus nos Dominus orare præcepit, eam potissimum commendandam esse iudicauit quæ pertinet ad remissionem peccatorum, in qua nos misericordes esse uoluit, quod unum est consilium miserias euadẽdi. in nulla enim sententia sic oramus, ut quasi pacifcamur

Petitiones à Luca omissæ.

Augustin. lib. 2. de ser mo. do. c. 5. & Ignoscendi necessitatẽ ostendit.

Pacifcimur cum Deo.

fcamur cum eo. Dicimus enim dimitte nobis, sicut & nos dimittimus. In qua pactione si mentimur, totius orationis nullus est fructus: Hæc Augustinus. Vnde post orationem subiungitur: *Et cùm stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, ut & pater uester qui in cœlis est, dimittat uobis peccata uestra*. Vnde ait Chrysostomus: Ideo cœlorum & patris meminit, ut ex hoc prouocet auditorem. Nihil enim ita Deo assimilat, sicut iniuriam facientibus ignoscere. Inconueniens est autem si talis patris filius existens feralis efficitur, & ad cœlum uocatus terrenum quendam & uitæ huius proprium habet sensum: Hæc Chrysostomus.

Chrysosto. hom. 20. in Matth. Similari Deo.

Si enim dimiseritis, non retinendo rancorem, non

B appetendo uindictam, *hominibus peccata eorum*, scilicet in uos commissa, *dimittet uobis pater uester cœlestis delicta uestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra*. Bene dicit uestra, quia hæc est sola operatio hominis & possessio, scilicet peccatum: in malum enim potest per se, non in bonum. Ecce lex o homo tibi à Domino posita est. Si enim dimiseris, dimittetur tibi: si non dimiseris, non dimittetur tibi. Vnde Cyprianus: excusatio enim tibi nulla est in die iudicij: cùm secundum tuam sententiam iudiceris, & quod feceris hoc ipse patieris. Vbi & Chrysostomus: Post impletam orationis formulam nullius prorsus mandati meminit, nisi istius certè quo ad dandum nos ueniam concitauit. Ait quippe: *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater cœlestis peccata uestra*. Itaque à nobis tota hæc res sumit exordiũ, futurumque de nobis in nostra est potestate iudicium. Ne enim uel irrationalis quispiam, aut in magno aliquo, aut in exiguo delicto de iudicio Dei conqueri posset, ipsum reum Dominum illius fecit esse sententiæ. Quemadmodum, inquit, tuipse iudicaueris, ita tibi etiam iudicabo. Si enim dimiseris conseruo tuo, à me quoque eandem gratiam consequeris. Et certè nequaquam istud æquale est. Tu enim remittis, cùm ipse quoque remissione indigeas, Deus uerò cùm nullius unquam indigeat, ignoscit. Tu conseruo remittis, Deus seruo. Et tu quidem mille peccatorũ reus, Deus uerò ab omni peccato extraneus. Et tamen sic quoque abundantiam propriæ miserationis ostendit, quo non igitur digni supplicio sumus, cum tali enim à Deo potestate donata, ipsi salutis nostræ efficimur proditores. Quemadmodum uerò in alijs causis ut audiamur rogamus, qui nobis ea ipsa quorum domini sumus non impendimus. Nihil est quod sic Dei simileis faciat, ut malignis atque lædentibus esse placabilem. Propterea & per singula quæque uerba nos communes fieri orationes docet: dicendo, *pater noster*, &c. Plurali ubique numero nos uti docens, ut proximis per cuncta placati, ne uestigium quidem in nobis iracundiæ relinquamus. Quod si vnius diei saltem uellemus nostra peccata dinumerare, tunc optimè discereмus quantorum rei essemus malorum. Quis igitur uestrum in oratione non habet desidiam? Quis non superbiæ est inflatus tumore? Quis nõ inanis gloria aurula uentilatus? Quis nõ de fratre detraxit? Quis non concupiscentiam admisit maligna, uel impudicis oculis aspexit? Quis non inimici cũ passione animi recordatus est? Quis nõ æmuli sui aut cruciatus est prosperis, aut delectatus aduersis? Veruntamen tot ac talium peccatorũ compendiosam nobis ac facilem Deus uiam liberationis

Peccata sunt hominũ opria.

Cyprianus tractatu de oratione dom. Chrysosto. hom. 20. in Matth.

Cur plurali ter fiant præces.

E

A dedit, totiusq; laboris alienam. Quis enim labor est fratri indulgere mœrenti? Labor quidem in remittẽdo nullus, in retinendo uerò inimicitias maximus. Si quidẽ iracundia liberari magnam mẽti reddit quietem, & ualde hoc est facile uolenti. Sufficit uelle tantummodo, & omnia continuò peccata deleta sunt: Hæc Chryso Igitur ut ait Augustinus: Amplectenda est homini tam benigna conditio, ut dimittendo delicta aliena, diluat sua. Nam secundum eundem multa sunt eleemosynarum genera, quas cùm facimus adiuuamur ut dimittantur nobis peccata: sed ea nihil maius ẽ quàm cùm ex corde dimittimus quòd in nobis quisque peccauit, nec simus pigri ad dimittendum alijs, qui enim, ut ait Chryso. remisit proximo, se prius quàm illum de reatibus liberauit. Vnde & Grego. Si cogitauerimus quoniam non ei qui cõtristauit nos, sed nobisipsis largimur, citò dimittere-

Augustin. lib. 2. de ser mone do.

Dimittẽdi, & ignoscẽdi meritũ.

B mus uenenum iræ. Ad dimittendum autem alijs necesse est frenare iram, quæ frequenter nos stimulat ad uindictam. Vnde Augustinus. Fratres mei exercete uos quantum potestis ad exhibendam mansuetudinem, etiam erga inimicos uestros. Frenate iram quæ uos stimulat ad uindictam. Si uindicare te uis de inimico tuo, ad ipsam iram te conuerte, quia ipsa est inimica tua, quæ occidit animam tuam. Oraturus es Deum, uentura est hora ut dicas, *pater noster qui es in cœlis*: uenturus es ad illum uersum, *dimitte nobis debita nostra*. Quid sequiturè *sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, ibi illa inimica stat contra te. Sepit uiã

Chrysosto. ibidem. Ira frenanda est.

C orationis tuæ. Murum erigit, & non est qua transeas. Non sæuias contra inimicum tuum, in istam sæuias. Melior est qui uincit iram, quàm qui capit ciuitatem. Non potes illam interimere, potes istam reprimere. Si fortis es iram uince, & ciuitati parce: Hæc Augustinus.

Augustin. in psal. 92.

ORATIO.

Exposito breuis orationis dominicæ per terminas particulas.

D PAter *noster, excelsus in creatione, suauis in amore, dines in hæreditate. Qui es in cœlis: speculum æternitatis, corona iocunditatis, thesaurus fœlicitatis. Sanctificetur nomen tuum, ut nobis sit mel in ore, cithara in aure, deuotio in corde. Adueniat regnum tuum, iocundum sine permixtione, tranquillum sine perturbatione, securum sine amissione. Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra, ut omnia quæ odis, odiamus: quæ diligis, diligamus: quæ tibi placent, impleamus. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, scilicet doctrinalem, pœnitentialem, uirtualem. Et dimitte nobis debita nostra, quæcumque contra te commisimus, aut contra proximos, uel contra nosmetipsos. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: qui nos offenderunt uerbis, uel in personis, aut in rebus. Et ne nos inducas in tentationem: mundi, carnis, dæmonis. Sed libera nos à malo: præsenti, præterito, & futuro. Amen.*



De

Universidad de Deusto Biblioteca

De non thesauriZando in terra, sed in cælo. Cap. XXXVIII.



Matt.6. Luca 12. Thesaurizandũ non esse i terris.

DEINDE docens perfectum contemptum terrenorum propter Deum, ponit prohibitionem de collocando thesaurum in periculo, ne scilicet thesaurizemus *in terra, ubi erugo*, id est, æris rubigo consumit, & in hoc tangitur corruptio diuitiarum artificialium, ut auri & argenti, ac cæterorum metallorum, *& tinea*, id est uermis *demolitur*, & in hoc tangitur corruptio diuitiarum naturalium: ut bladi, uini, uestimentorum & consimilium, *ubi fures effodiunt & furantur*, hoc dicit propter lapides preciosos, qui licet non posint rubiginari, nec à uermibus corrodi, tamen possunt à latronibus tolli. Sed uæ nobis, quia totum contrarium facimus. Vnde Chrysostom. Quid dicam de illo mandato quo iubemur non thesaurizare super terram? quod fortè quidem faciunt pauci. Cæteri uerò quasi econtrariò audierunt præceptum, & quasi dictum sit ad eos, thesaurizate omnimodis super terras, ita relinquentes cœlum, adhærent terræ, & insaniunt erga pecuniam congregandam: Hæc Chrysostom. Deinde subdit admonitionem de thesauro reponendo in tuto, ut scilicet thesaurizemus in cœlo, ubi nec erugo demolitur, quia ibi nulla uetustas, nec tinea, quia ibi nulla passibilitas, & ubi fures non effodiunt nec furantur, quia ibi nulla uiolentia uel fraus. Excellentissimus modus thesaurizandi est, quando bona temporalia, & transitoria in pios usus consumuntur: & sic in bona spiritualia & æterna, & per cõsequens incorruptibilia commutantur. Non ergo thesaurizemus in terra emolumenta terrenorum, ubi recondita deficiunt & perduntur, & unde sumus exituri, sed in cęlo pręmia meritorum, ubi recondita proficiunt & seruantur, & ubi semper sumus mansuri. Vnde Hieronym. Stultitia est illic thesaurum reponere unde exiturus es, & illuc non præmittere ubi semper uicturus es. Illuc ergo substantiam tuam colloca, ubi patriam habes: unde & Gregor. Iusti hîc ædificare & thesaurizare negligunt, ubi peregrinos & hospites se esse cognoscunt: nam qui in proprijs gaudere desiderant, in alieno fœlices esse recusant. Vnde Chrysostomus: Qui enim collocat thesauros in terra, non habet quod speret in cœlo, ut quid ergo aspiciet in cœlum, ubi nihil repositum habet? Hæc Chrysostom. quia uerò unusquisque illuc peruenire desiderat, ubi suas diuitias recõditas esse cognoscit, beatus est qui

Chrysosto. lib.1. de cõpunctione cordis to.5.

Thesaurizandi modus excellẽtissimus.

Hieronym. in Matth. Greg. libro 12. moral.

Chrysostc. ho.15. operis imperf.

A diuitias suas in cœlo reposuit, ut semper ibi mẽtem habeat, semperque illuc omnibus uiribus & desiderio tendat, quia ut subditur: *Vbi est thesaurus tuus*, id est, res à te amata & desiderata, ibi est cor tuũ & affectus tuus. Necesse est enim ut quo præcesit dilectionis thesaurus, illuc & cogitationis sequatur affectus. Nam secundum Augustinum, Amor est animæ pondus, portans eam quocunque ipse fertur, & anima uerius est ubi amat quàm ubi animat. Vnde Fulgentius: Vt ergo in cœlis thesaurizemus, cœlestia diligamus. Vis nosse ubi thesaurizas, attende quod amas: uis nosse quod amas, attende quod cogitas. Ita fiet ut thesaurum tuum ex tuo amore cognoscas, & amorem tuum iudicio tuæ cogitationis B intelligas: & ideo ut dicit Gregorius: In tot partes cor diuiditur, quot sunt ea quæ diliguntur. Vnde & Chrysostom. Ne thesaurizaueris thesauros in terra: tineæ enim & uermibus & furibus ea congregas. Si autem & hæc effugeris nocumenta, & nihil horum erit, in seruitutem redactum esse cor tuum & affixũ esse inferioribus omnino non effugies, in seruitutẽ redactum esse intellectum ęgritudine hac multo difficilius est quàm habitare carcerem. Non paruam sustinebis iacturam inferioribus affixus, & seruus pro libero factus, & à cœlestibus bonis cadens, & nil excelsorum cogitare potens, propter hoc & gentiles non credunt his quæ à nobis dicuntur: de acti- C bus enim non de sermonibus nostris futurorum uolunt habere documentum. Nunc uerò cùm uideant ædificari à nobis splendidas domos, agros emi, balnea atque hortorum amœnitates parari, nolunt credere quòd ad alterius nos urbis profectionem paremus. Si enim, inquiunt, uerum esset istud, uendentes prorsus cuncta quæ posident, illuc profectò pręmitterent. Hæc igitur considerantes uincula tanti abrũpamus erroris. Qui enim pecuniæ seruit, & præsentibus compedibus stringitur, & futuris paratur. Qui uerò istius cupiditatis immunis est, utraque libertate potietur. Quam ut consequamur grauissimum auaritiæ conterentes iugum ad cœli fastigia subleuemur: Hæc Chrysosto. Vnde & Anselmus: Vilescat D tibi mundus: omnis amor carnalis sordeat. Nescias te esse in hoc mundo, quoniam ad illos qui in cœlo sunt, & Deo uiuunt, tuum transtulisti propositum: ubi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum: noli cum argenteis simulachris uili marsupio tuo tuum includere animum, qui numquam cum nummorum pondere poterit transuolare ad cœlum: hoc autem secũdum Hieronym. non tantum intelligendum est de thesauro pecuniæ, sed uniuersaliter de cunctis uoluptatibus ac possessionibus, &c. Gulosi Deus uenter est, luxuriosi thesaurus epulæ sunt, lasciui ludicra, amatoris libido, auari pecunia, & sic intelligendum est in alijs, huic enim seruit uitio unusquisque quo E vincitur, & ibi habet cor, ubi thesaurum, & ad hanc conuersionem cordis ad amorem pasionum & rerum huiusmodi, sequitur auersio à Deo. Si ergo in cœlo est, mundum est, quia munda sunt cœlestia. Si autem in terra uolutatur, id est, si quid agat ut terrena consequatur, quomodo mundum est? Vnde Augustinus, Sordescit aliquid, cùm inferiori naturæ miscetur, quamuis in suo genere non sordidetur, quia ẽt de puro argento sordidatur aurum, si misceatur: ita & animus noster terrenorum cupiditate sordescit, quamuis terrena in suo genere munda sint. Igitur ut ait Richardus: Quęcumq; in mundo concupiscis, quæcumque in mundo metuis, impende liben

ter

Mali frustra respiciunt cœlũ.

Fulgentius sermone de confessorib.

Chrysost. hom. 12 in Matthæũ.

Hieronym. cap. 6. in Matthæ.

Sordescit uiliori cõmixtum. Augustin. lib. 2. de sermo. dom. in monte. c. 2.

Augustin. ibidem.

ter pro libertate cordis: quia ut dicit August. totum mundum debet contemnere qui sibi thesaurizat in cœlo. Et ne timor subrepat diffidentiæ habendi uitæ necessaria, consequenter excludit diffidentiam quæ nasci posset ex conditione propria, dicens. *Nolite timere pusillus grex*, id est, congregatio humilium, *quia complacuit patre uestro*, cœlesti *dare uobis regnum*, non quidem ob merita uestra, sed ex mera liberalitate & bonitate sua diuina. Quasi diceret: Ex quo regnum cœlorum paratum est uobis, parum debetis curare de terrenis. Non enim de uitæ necessarijs debet diffidere, cui regnum uitæ promittitur, in quo omnis sufficientia habetur. Dicitur autem grex, propter fidei obedientiam: pusillus, propter uoluntariæ paupertatis & humilitatis deuotionem, qua peruenitur ad cœlestis regni possesionem. Vel pusillus dicitur grex electorum, respectu maioris numeri reproborum, quia pauci erant fideles respectu infidelium, & pauci sunt electi respectu reproborum. Vtinã & ego merear de illis paucis uel minimus esse, & cum eis regnum percipere. Peruenitur etiam ad regni opulentiam per consiliorum supererogationẽ, quibus itur ad perfectionẽ, & ideo subiungit: dicens: *Vendite quæ posidetis*, etiam necessaria, & date eleemosynam, quæ ad idem regnum uia est: facite uobis sacculos, id est, repositoria bonorum, & loca ad reponendum mercedem eleemosynarum uestrarum, quæ non ueterascunt, & deficiunt, scilicet reponendo eleemosynam in manus pauperum, qui uobis per hostes, & fures transeuntibus pecuniam uestram usque ad locum tutum portent, ne eam amittatis, thesaurum non deficientem in cœlis, & æternis, quia merces eleemosynæ in ęternum manet in cœlis. Nam fructus eleemosynæ auget merita, quæ sunt thesaurus indeficiens in patria. Et si per eleemosynam habemus in cœlo thesaurum meritorum, ibi cor nostrum suspiret & expectet thesaurum præmiorum. Deinde docet eos de oculo simplici habendo, quod attendere debemus in omni opere nostro. Vnde ait: *Lucerna corporis tui, est oculus tuus*. Hic est locutio metaphorica, quia corpus morale hîc accipitur pro congerie operationum, sicut corpus materiale est quædam aggregatio membrorum diuersorum, & ideo sicut oculus materialis regit totum corpus materiale, & dirigit membra ad operandum, sic oculus moralis, scilicet intentio, regit totum corpus morale, & dirigit uarias operationes in finem. Ideo subditur: *Si oculus tuus fuerit simplex*, id est, intentio tua recta sine plica simulationis & erroris, *totum corpus tuum lucidum erit*, id est, congeries operationum tuarum erit bona & meritoria, etiam si non ita hominibus uideatur, dum tamen operationes sint bonæ de genere, uel saltem indifferentes & licitæ, aliter non caderent sub recta intentione. Vnde Seneca: Nihil interest quo animo facias quod uitiosum est fecisse, quia facta cernuntur, animus non uidetur. *Si autem oculus tuus nequam fuerit*, id est, intentio peruersa, *totum corpus tenebrosum erit*, id est, congeries operationum obscura per peccatum, & mala etiam si operationes sint bonæ de genere, & hominibus uideantur rectæ, quia opus bonum de genere, efficitur malum ex peruersa intentione.

Vide ergo ne intentio tua sit peruersa, quia per hoc corrumperentur omnia bona. *Si enim lumen quod in te est, tenebræ sunt*, id est, si actio bona de genere quæ est quasi quoddam lumen efficitur ma-

Pusillus grex.

Eleemosyna ad cęlos uia est.

Corpus morale.

Seneca in prouerbijs Vitiosum, quocunque animo fiat turpe est.

A la propter defectum intentionis bonæ, *ipsæ tenebrę quantæ erunt*? quasi diceret, multomagis, qui actio mala de genere, quæ est quasi quædam tenebra, si cum hoc superueniat intentio mala, est multo deterior quàm prima. Quando enim quæ per se mala sunt, ẽt cum mala intentione fiunt, tunc duplex obtenebratio est: & prauæ intẽtionis, & prauę operationis. Non ergo quid quisq;, sed quo animo faciat considerandum, & primò circa puritatẽ intentionis laborandũ est, quia sine ipsa opus sequẽs nihil ualet. Itaq; si bonum bona intentione feceris, non habens in tua conscientia aliquam partem tenebrosæ cogitationis, illuminatur etiam factum tuum, qualemcumque exitum habuerit, & illuminabit te, id est, B splendidum & fulgidum reddet, & hîc per splendorem gratiæ, & in futuro splendore gloriæ. Et si bene alicui proueniat quòd tu non recta & munda intentione facis, quomodo tu feceris tibi imputatur, nõ qũo illi prouenerit. Igitur caue ne ipsa cordis intentio, quæ lumen est animæ, uitiorum caligine fuscetur, ut oculus simplex totum corpus faciat lucidũ, quatenus quicquid feceris, facias propter Deũ, & ad locum unde exeunt gratiæ redeant, & iterum fluant. Et quia aliquis cupiens assequi terrena & cęlestia posset dicere, quò recta & simplex potest esse intentio, ut quis agat & propter temporalia, & propter Deum bona quæ agit, hoc remouet exemplo C duorum contrariorum dominorum, quia *nemo potest seruire duobus dominis*, scilicet contrarijs, & disparatis, & nõ superalternatim positis. Nam, ut ait Beda: non ualet simul transitoria & æterna diligere. Et ut ait Augustinus: Vnus oculus non potest uidere in cœlo & in terra. Vnde & Cyprianus: Mundi amor, & Dei, pariter in uno habitare non possunt, quemadmodum oculi cœlum & terram nequaquã conspiciunt. Sic autem dicit philosophus in libro de animalibus: Aues claudunt oculos cum palpebra inferiori, animalia uerò grossa cum palpebra superiori. Per aues intelligũtur uiri spirituales, qui ad inferiora & terrena oculos claudũt, per animalia verò grossa intelliguntur uiri mundani, qui habent oculos D clausos ad cęlestia, & apertos ad terrena & secularia: secũdum Chrysostomum: Duos Dominos dicit qui contraria iniungunt, plures autem idem iniungentes, non sunt plures, sed unum. Nam concordia multos facit unum. Isti domini quibus non potest simul seruiri, sunt uitia & uirtutes, cœlestia & terrestria, Deus & diabolus, caro & spiritus, nam ad contraria trahunt, & contraria iniungunt, & ideo consequens est ut unum deserat, & alteri obtemperet. Vnde quasi declarando subiungit: Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Mammona mammonæ, Syriacè, dicitur diuitiæ Latinè: & Mammon Mammonis nomen est dæmonis, qui præest diuitijs, & tentat de uitio E cupiditatis, non quòd in eius ditione sint diuitiæ, ut dare eas posit, uel auferre, nisi quando Deus permittit: sed ꝙ his utatur ad decipiendũ & irretiendum homines laqueis, quos in diuitijs prætendit. Et licet homo non posit seruire Deo & diuitijs, potest tamen seruire cum diuitijs. Diuitijs enim qui seruit, illi utique seruit qui de cupiditate diuitiarum tentat & decipit. Ille autẽ diuitijs seruit qui eas propter se, & vt finem ultimum diligit, aut qui eas cupidè acquirit, uel auarè retinet, & ut seruus custodit. Ille aũt qui in operibus pijs diuitias expendit, nõ seruit diuitijs, sed magis diuitiæ seruiũt ei, quia eas distribuit vt Dominus, & eis utitur ad opera uirtutum sicut instru-

men-

Intẽtio cõsiderãda est

Dominis duobus seruire nemo potest. Beda lib.4. in Lucam. Oculos claudendi modus.

Chrysosto. hom. 22. in Matt. Duo domini.

Mammona Mammon nomen est dæmonis.

Seruire Deo cũ diuitijs potest Seruire diuitijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ambros. li. 8. in Luca. mentis. Nam secundum Ambro. Sicut diuitiæ sunt impedimenta improbis: ita probis sunt adiumẽta virtutis. Vnde Chrysost. Duo ergo sunt nobis Domini propositi, Deus & Mammona, i. diabolus qui mammonæ est author. Ille nos ad misericordiam prouocat, hic ad auaritiam. Ille ad uitam, hic ad mortem. Ille ad salutem, hic ad perditionem. Cui de duobus obtemperare debemus? Ei utique qui nos ad uitam inuitat, non ei qui nos trahit ad mortẽ. Quid enim terribilius est, quàm si propter pecunias à Christi seruitio dicamur excidere: uel desiderabilius, quàm si despectu pecuniarum tota illi possumus mente & dilectione coniungi. Hæc Chryso. Et cùm nullo modo possit quis duobus dominis seruire, multi tamen fatui conãtur cõtra hanc impossibilitatẽ, similes illis de

4. Reg. 17. quibus in libro Regum dicitur, quòd fuerunt gẽtes Deum timentes, & nihilominus idolis seruientes. Et sciendum q̃ diligere diuitias propter se, & Deum propter se, & utrunque ut finem ultimum, ut in hoc seruus utriusque dicatur, est impossibile: licet possit unum in ordine ad aliud appetere, puta diuitias propter Deum. Actio ergo corporalis potest referri ad finem temporalem, dummodo postea illud temporale referatur ad Deum. Si autem in actionibus finis proximus ponatur Deus, & finis ultimus temporale

Fines duos constituere licet. peruersissimum est. Quæcunque enim res propter aliud aliquid quæritur, inferior est quàm id propter quod quæritur. Vnde bene licet constituere duos fines, scilicet temporalem, & æternum, & finẽ sub fine ponere: ut illud quod est æternum finis ultimus sit: quia una intentio multos actus informat. Diuersi verò fines, quorũ vnus sit ad aliũ referibilis, non sunt faciendi. Post hoc concludendo inducit, ut de victu & uestitu quæ necessaria sunt non sollicitemur, loquẽs ad discipulos suos, quos specialiter ad mundi contẽptum inuitat: hæc enim specialiter dicuntur Apostolis, eorumq̃ successoribus, & cæteris omnibus qui ad summum perfectionis culmen attingere cupiũt, nam talibus nulla terrenorum bonorum sollicitudo est, quia habentes uictum & uestitum his contenti sunt. Hæc omnia dicuntur hic ad tollendum à prædicatoribus Euangelij sollicitudinem superfluã & necessarijs, quantum ad præsentem uitam. Vnde ne dicerent, qualiter poterimus uiuere si omnia abiecerimus? idcirco inferendo intentum suum ex præmissis, subiungit: *Ideo dico uobis ne solliciti sitis*, sollicitudine superflua & inordinata, *animæ uestræ*, id est, uitæ animali, quæ cibo sustentatur, *quid manducetis*, uel bibatis, *neque corpori uestro quid induamini*. Quasi diceret: Si vultis Deo seruire, oportet renunciare mammonæ in nimia temporalium sollicitudine, non ait: ne laboretis ne curetis, ne quæratis de cibo, aut potu, aut uestimento: sed, ne solliciti sitis, ut uitiosam sollicitudinem prohibeat, quæ mentem perturbat, & ab

Beda in ca. 12. Luca. æternis retrahit, seu reuocat, & ut necessarium concedat. Vnde Beda: Præcipitur nobis ne solliciti simus quid comedamus, & quia in sudore vultus præparamus nobis panem, labor exercendus est, sollicitudo

Chryso. ho. 16. ope. imperfe. præcauenda. Vnde & Chrys. Non. n. sollicitudinibus spiritualibus, sed laboribus corporalibus acquirẽdus est panis, qui laborãtibus pro præmio diligẽtiæ Deo præstante abundat, & negligentibus pro pœna, Deo

Vt manducetis, sed non quid, solliciteris. faciente, subducitur. Item nõ ait: Vt manducetis uel bibatis, aut induamini: sed quid manducetis, uel bibatis, aut induamini. Manducare nanque ac bibere, & indui necessarium est ad sustentationem naturæ, sollicitari uerò circa sumptuositatem, uel delectatio

A nem, ad uitium pertinet gulæ, aut uanæ gloriæ, uel etiam auaritiæ. Vbi secundum Bedam, uidetur argui qui spreto uictu & uestitu cõmuni, lautiora sibi, uel austeriora, præ his cum quibus uitam ducunt, alimẽta uel indumenta requirunt. Spiritualiter ergo in mã ducatione, possumus intelligere gulosos. In induitione, uanè glorioſos. In utroq; auaros. Vnde alibi: *Erat quidam dives* in quo cupiditas: *qui induebatur purpura & byſſo*, in quo uanitas: *& epulabatur quotidie ſplendidè*, in quo gulositas. Noli ergo quicunque es qui mũ

Beda in ca. 12. Luca. di gloriam spreuisti, ac Deo seruire elegisti, noli inquam sollicitus esse uitæ tuæ de victu & uestitu quia uanum est pro his esse sollicitum. Vnde confirmat

Luca. 16. spem nostram Dominus, primò de maiori ad minus

B descendens, & probat à maiori neminem esse sollicitum circa huiusmodi. Si enim maius donabile datur ex amore, & minus dabitur saltẽm in necessitate: sed Deus dedit nobis maiora beneficia, sanimam & corpus, ergo dabit & minora, scilicet uictum & uestitũ. Non enim anima propter escam creata est, nec corpus propter uestimentum, sed magis econtra est factum: ideo nõ sit sollicitus animus ne percipiat quod propter se creatum est. Vnde Chryso. Nisi Deus uellet conseruare quod est, ipsum non creasset, quia uerò ipse constituit ut anima cibo, & corpus indumento conseruetur: ideò ipse utrũq; tribuit. Hęc Chryso.

Chryso. ho. 16. operis imperfecti. Qui ergo dedit sine sollicitudine nostra uitam, dabit

C sine sollicitudine nostra superflua, etiam illud unde regatur uita, fatuus est ergo qui propter minus, scilicet escam, aut uestimentum perdit maius scilicet animam uel corpus. Deinde probat singulariter de utroque scilicet cibo & uestimento. Et primò de cibo de quo confirmat spem nostram à minori ad maius ascendens, & ex minori maius persuadens. Et ponit exemplum de irrationabilibus creaturis, scilicet uolatilibus cœli, id est, aeris in quo uolitant, quia *non ſerunt, neque metunt*, scilicet ad cibum acquirendum, *neque congregant in horrea*: scilicet ad cõseruandum, *& pater cœleſtis paſcit illa*, propter homines sine sollicitudine eorum magna, ergo multomagis pascit homines qui sunt chariores sine sollicitudine eorũ superflua. Rationale enim animal, sicut & homo, maioris est ponderis & precij coram Deo quàm irrationabilia, sicut sunt aues, quia animalia facta sunt propter hominem, finis autem est nobilior his quæ sunt ad finem. Sicut ergo Deus pascit aues cum sollicitudine conuenienti suæ naturę, sic pascit homines cũ sollicitudine conuenienti eorum naturæ, quæ est secundum regulam rationis rectæ, si tamen ea quæ præcipit studeant implere. Quia sicut natura auium est prædicto modo uiuere, sic natura hominis est uiuere secundũ dictamẽ rationis rectæ, ad qđ sequitur ipsum debere sollicitari sollicitudine moderata ad quærendum ea quæ non dedit sibi natura: ut

Sollicitudo uictus. cibum & uestimentum necessarium. Vnde non dicit de auibus non uolant ad grana & ad pascua, quia nõ prohibet laborem & prouidentiam, sed sollicitudinẽ & auaritiam. Vbi Chrys. Omnia uolatilia fecit Deus propter hominem, hominem autẽ propter seipsum. Si ergo animalibus ministrat propter hominẽ, quomodo non homini ministrat propter seipsum? Deinde probat de uestimẽto, & ponit duplex exemplũ. Primum est de eo quod est intra hominem magnitudine corporis, quã dat Deus sine sollicitudine ipsius: quod ex hoc patet, quia quantumcunque aliquis sollicitetur de augmentatione suã, nõ potest addere ad staturam suam cubitum vnũ. Cùm igitur uestimẽtũ

Chryso. ho. 16. operis imperfecti. Sollicitudo staturæ & amictus.

competat

competat maius uel minus secundum quantitatem corporalem, & quantitas datur ei sine sollicitudine sua, per consequens uestimentum conueniens dabitur ei sine sollicitudine sua superflua. Secundum exẽplum sumitur ex eo quod est extra hominem scilicet ex terræ nascentibus, ut lilijs & herbis, quia sine sua sollicitudine crescunt, & secundum suam quantitatem à Deo uestiuntur, propter quod dicit, *non laborant*, ad ornandum se coloribus, *neque nent*, id est, filant ad faciendum sibi uestimentum, & tamen optimè uestiuntur Dei prouidentia, tam preciosis coloribus induta. Ipsa enim color operimentũ est florum qui omnes excellit colores uestium, & regale excellit ornamentum. Quod probat, quia Salomon licet fuerit rex potentissimus, tamen non fuit ita bene uestitus, quia licet ars imitetur naturam, tamen operaa artis non assequuntur perfectionem operum naturæ. Vnde Hiero. Et reuera, quod sericum, quæ regum purpura, quæ pictura textricum potest floribus cõparari? Quid ita rubet ut rosa? Quid ita candet ut lilium? Violæ uerò purpuram nullo modo superarimurice, oculorum magis quàm sermonum iudicium est. Vnde & Chrysostomus: Cur uerò tanto etiam herbas decore uestiuit, ut suam scilicet sapientiã demonstret, & superabundantiam uirtutis, ut undique eius gloriam discamus. Non enim soli cœli enarrant gloriam Dei: sed & terra. Hæc Chrysosto. Et ex hoc concludit quòd Deus sufficienter uestit hominem absque sollicitudine superflua, dicens: *Si autem fœnum*, id est herbam, *agri, quod hodie eſt*, id est in præsenti, *& cras in clibanum mittitur*, id est, in furno mittitur seu ponitur, quia in quibusdã terris loco lignorum utuntur stipulis & talibus ad calefaciendum furnum, Deus sic pulchrè & uarijs coloribus & formis uestit & uenustate adornat, *quantomagis uos minimæ fidei*: si sine sollicitudine superflua uestiet? Quasi dicret: Si de floribus qui nati sunt tãtummodo ut uideãtur & pereant tantam Deus curam gerit, quantomagis de hominibus, qui ad imaginem Dei sunt facti, & ad æterna uocati. Vocat autẽ eos qui nimis sollicitantur modicæ fidei, quia ex defectu fidei procedit talis sollicitudo superflua, non aũt sollicitudo rationalis & moderata. Secũdũ gloss. sancti nõ immeritò auibus cõparantur, qui nihil in mũdo habẽtes, nec laborãtes, sola contemplatione terrena despiciunt, cœlestia petunt, iam Angelis similes. Ecce quòd commẽdantur in sanctis tria, scilicet paupertas uoluntaria, quia nihil habentes, contemplationis quies siue ocio sitas sancta, quia non laborantes, mentis eleuatio ad superna, quia æterna petunt. Per uolatilia ergo cœli intelligi possunt viri contemplatiui qui non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, se negocijs secularibus implicando, & Dominus pro eis sollicitatur necessaria ministrando. Per lilia uerò agri intelligi possunt uerè casti, quia propter candorẽ munditiæ, & propter ódorem uirtutis in quibus crescũt, non tam suo labore quàm Dei dono qui considerandi sunt ad laudandum & imitandum, & incremento bonæ actionis, & inquiete sanctæ contemplationis, & in decore honestæ conuersationis. Ex his ergo instructi non diffidamus de necessarijs, quia tempore opportuno Deus prouidebit nobis de illis, si tamen ea quæ præcipit faciamus. Si enim de temporalibus diffidimus, quomodo æterna sperabimus? Fides famem non timet. Modica fides quæ nec de minimo certa est, nedum æterna non speret, qui intelligit quid est homo, non desperat de Deo: qui au-

Natura uincit artem.

Hieron. in ca. 6. Mat.

Chryso. ho. 23. i Mat.

Pſal. 18.

Sollicitudinis origo.

Gloſſa in Matth.

Animal rationale.

A tem desperat de Deo, nescit quid est homo, quia Deus in homine, & homo in Deo. De creatore desperat, qui in creaturis spem ponit. Igitur, ut ait Anselm. Non te futuri temporis sterilitas terreat, non futuræ famis timor mentem tuam deiiciat, sed ex ipso tota fiducia tua pendeat, qui aues pascit & lilia uestit. Ipse sit horreum tuum, ipse apotecha, ipse marsupium tuum, ipse diuitiæ tuæ, ipse delitiæ tuæ, solus sit tibi omnia in omnibus. Et ponit hic Dominus tria bona quæ Deus homini dedit: s. animam, corpus, & res. Anima debet subijci superiori, scilicet Deo, sibi obediendo, & corpus suo superiori, id est, animæ sibi obtemperando, & res suis superioribus scilicet

B Deo vt pauperibus distribuantur, & animę ut discretè diligantur, & corpori ut sibi necessaria ministrentur. Sed istum ordinem peruertunt diuites, qui non subiiciuntur Deo, quia pauperibus nihil tribuunt: nec animæ, quia res iniquè diligunt: nec corpori, quia illud fatuè afficiunt. Deinde ad inculcandum arctius quod suprà dictum est, repetens subiungit: *Nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?* secundum Chrysostomum: Quòd dicitur, nolite solliciti esse, non idẽ est quod nolite operari: sed nolite rebus mundanis mente affligi, contigit enim aliquem operantem nihil sollicitum esse. Et secundum eundem: Si pro necessarijs non oportet esse sollicitos, qua pœna digni

C erunt qui pro superfluis non dormiunt, & aliena rapiunt. Nolite inquam, de his solliciti esse. *Hæc enim omnia*, scilicet ad victum & uestitum pertinentia, *gentes*, id est gentiles, *inquirunt*, cum sollicitudine nimia & vitiosa, quæ diuinam prouidentiã circa actus humanos negantes, circa talia immoderatè sollicitãtur, quorum videlicet erga præsentem vitam studium omne consumitur, quibus nulla prorsus cura est futurorum, nec confidentia de promissione æternorum. Vel, *hæc omnia gentes*, i. homines mundani cũ sollicitudine immoderata & nimia, *inquirũt*: quia magis bona præsentia quàm futura quærũt: & ideò talis sollicitudo facit eos infidelibus similes. Quid enim amplius habet fidelis à gentili, cuius infidelitas animum sollicitat, & curis huius uitæ fatigat? Sed heu multi ex nobis ea quæ mundi sunt, magis quàm gentes inquirũt. Vos ergo hæc quærere nõ est necesse quærere inquã cũ sollicitudine. *Scit enim pater uester*, qui uiscera non claudit bonis filijs: *quia his omnibus indigetis*: si in via necessarijs: sine his. n. neq; uiuere, neq; Deo seruire potestis, q̃ utiq; ipse dat, nisi infidelitas uestra auertat. Quia nõ est pater pius qui nõ tribuit necessaria filijs, indigentiam sibi notã patientibus. Et quia pater est, vult, & quia cœlestis, potest: si autẽ potest, & vult, sine dubio donabit quod nobis expediat ad salutẽ. Vnde

Rabanus in eum locũ. Rabanus: Quis rex militibus deuotis debitam non procurat alimoniam? Quis Dominus famulis suis

E non ministrat cibaria? Quis pater non dat filiis alimẽtum? Vnde & Chrysosto. Non dixit, nouit Deus: sed, nouit pater uester: vt eos in maiorem spem ducat. Si enim pater est, & pater talis non poterit despicere filios in ultimis malis, cùm utique neque homines patres existentes hæc sustineant. Est enim omnino clarum quòd Deus naturam ipsam nouit, & eius creator existit, quique illam talem formãdo creauit, indigentiam quoq; eius magis prospiciat quàm tuipse qui eiusmodi necessitatibus coartaris: nam ipsi utique sic placuit, vt hanc indigentiam natura pateretur. Nequaquam erit ergo contrarius in his quibus ei opus esse decreuit, necessariarũ eam re-

Chryso. ho. 23. in Mat. Operari licet ſine ſollicitudine Gentiũ ſollicitudo.

Chryso. ho. 23. i Matt.

M rum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum perceptione fraudabit: Hæc Chrysost. vnde etiam Augustu. Scit cœlestis medicus quid nobis daturus est ad consolationem, quidve subtracturus sit ad exercitationem: non enim homo iumento suo cibaria subtrahit sine causa. Si ergo scit ut dictũ est: & uult, quia pater: & potest, quia omnipotens, ergo nec est timendum quin prouideat nobis: Hæc August. Notandum autem quòd ex pluribus causis aliquando patimur penuriam in uitæ necessarijs. Prima est, ex merito peccatorum nostrorum. Secunda est, causa exercendæ uirtutis. Tertia est, ex importunitate nostræ auaritiæ, nimia nanque sollicitudo, ne deficiant necessaria, facit ut aliquando deficiant. Quarta est, humana superfluitas, dignum est enim ut qui superflua quærimus, aliquando necessarijs careamus. Quinta est, abusus temporalium, qui enim creatura Dei abutitur, dignum est ut aliquando ad necessitatem ei tollatur. Sexta est, ingratitudo, dignum enim est quòd beneficijs Dei priuetur qui ingratus extitit. Septima causa est, ut credamus Deũ nobis præbere temporalia, & non esse à nobis, uel ex debito nobis tribui à Deo, ea enim subtrahendo ostendit quòd ipse sit Dominus. Prohibet ergo Dominus sollicitudinem diffidentiæ & timorem, sed permittit sollicitudinem prouidentiæ & laborem. Prohibet sollicitudinem deordinatam & superfluam per quam impediuntur & postponuntur bona spiritualia: sed permittit sollicitudinem moderatam & necessariam, secũdum regulam rationis rectæ, cùm sit pars prudentiæ, aliter sequeretur quòd homo tentaret Deũ, si expectaretab eo omnia necessaria, omittendo quod debet fieri circa hæc uia humana. Igitur cum duplex possit esse amor rerum tẽporalium, scilicet respectu superflui, uel respectu necessarij, contra primum prohibet Dominus thesaurizationem, contra secundum prohibet prefocantem sollicitudinem. Vbi notandum, quòd triplex est sollicitudo. Prima est naturæ, quæ uerius labor & cura dicitur: prouidentiæ, quæ homini ne Deum tentet conceditur, ut tamen omnibus Deus præferatur. Vnde & Adæ dictum est: *In labore & sudore vultus tui uescêris pane tuo:* & Dominum loculos habuisse patet ex Euangelio. Secunda est, culpæ quæ consistit in quãtitate rerum, cùm supra necessitatem acquiruntur, & hanc sollicitudinem parit & comitatur auaritia: in qualitate etiam & lauticia rerum quam comitatur luxuria, in nimis quoque anxia necessariorum prouisione, ex qua sequitur spiritualium negligentia, & hæc sollicitudo omnino prohibetur, quia uitiosa iudicatur. Tertia est, gratiæ quæ consistit in operibus iustitiæ, & proximi compassione. Vnde Apostolus: *Instantia mea quotidiana, & sollicitudo omnium Ecclesiarum*, hæc sollicitudo præcipitur, quia ad charitatem pertinere dignoscitur. Prima est tollerabilis. Secũda, uituperabilis. Tertia commendabilis. Tandem concludit de quo debet homo esse sollicitus, quia de æternis, non de terrenis. Et implicat hic triplex bonum, scilicet cœleste spirituale, & temporale. Primum est, donum gloriæ. Secundum, gratiæ. Tertium fortunæ. Primum est maximum. Secundum, minus. Tertium, minimum. Ideò primum debet esse in intentione sicut præmium. Secundum, in operatione, tanquam meritum. Terium, in adiectione, tanquam sustentamentum. Ita inquit, nolite esse solliciti circa temporalia quærenda: sed primùm intentione & affectione, ac præcipuè præ omnibus alijs, & principaliter tanquam beatitudinem omniũ actionum, & ultimum finem qui est per se appetibile, *quærite regnum Dei*, ide st uitam æternam, & cœlestia bona, & ne sit error in quærendo, secundò tanquam rectam uiam, & id per quod meretur obtineri regnum Dei, quærite, *iustitiam*, Dei, sequendo eius præcepta, etiam iustitiæ opera, & tertiò ad uitæ necessaria uobis, *hæc omnia*, scilicet temporalia, quorum uniuersitatem in tribus posuit, scilicet in cibo, potu, & uestimento, *adijcientur*, s. *uobis*, cooperantibus & collaborantibus, ac sollicitudinem modo habentibus, quia sicut propter mala opera fructus terræ subducitur, sic propter bona opera adijcitur. Veruntamen si præsentia subtrahuntur ad exercitationem est & probationem, ac etiam penitus subtracta martyrij promerentur coronam, si uerò dantur, ad consolationem est, & gratiarum actionem. Quia, *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*: scit enim medicus cœlestis quid magis expediat nobis. Igitur quia primum relatiuè dicitur ad secundum, patet q̃ nõ excludit sollicitudinem omnino circa necessaria uitæ: sed ostẽdit quòd principaliter debemus sollicitari de spiritualibus, & secundariò de temporalibus, quia temporalia adijcientur nobis, id est, consequentur sine ullo nostro impedimento, ne cùm ista quærimus, illinc auertamur, aut ne duos fines constituamus. Nam secundum Aug. Cùm dixit, primùm quærite regnum Dei, significauit tẽporale posterius quærendum, non tempore, sed dignitate. Illud tanquam bonum, hoc tanquam necessarium propter illud bonum. Hoc est primùm quærere regnum Dei, & posterius temporale, i. hoc priore loco ponere, & illud posteriore, s. ut ideò quæramus temporale, ut habeamus regnum Dei, & non econuerso. Apertè n. ostendit non temporalia sic esse appetenda ut propter ipsa benefacere debeamus, licet sint necessaria: sed quæcunque facimus, propter regnum Dei facere instruimur. Ergo cùm aliquid boni operamur, non temporalia, sed æterna cogitemus, & primùm intentione & affectione regnum Dei quæramus. Sancti primitiui quæsierunt primò regnum Dei, & ideò Deus adiecit eis regnum mundi, s. tempore Constantini: sed hodie à multis primò, & præcipuè quæritur regnum mundi magis quàm Dei, & magis solliciti sunt pro terrenis & diuitijs, quã pro animabus & Ecclesijs, & ideò timendum est eis, ne cum regno mundi amittant regnum Dei. Deinde uetat cogitare de crastino & futuro, dicẽs: *Nolite ergo solliciti esse in crastinum*, i. in futurum, sollicitudinẽ s. futuro tempori debitam inordinatè præoccupãdo, & curã, quę incumbit diei crastino, in diem hodiernum anticipando. De præsentibus ergo, ut ait Hiero. cõcesit debere esse sollicitos, qui futura, phibet cogitare. Sufficit enim nobis præsentis temporis cogitatio, futura quæ incerta sunt relinquamus Deo. Vbi Petrus Cantor, suprà prohibuit sollicitudinem uitiosam de præsentibus, quæ scilicet sunt unius anni: semel enim in anno serimus, metimus, & colligimus. Vnde & præsentia quasi dicuntur, hic autem prohibet sollicitudinem de futuris, ut de his quæ post annum ueniunt. De his enim quæ procurat diuina ordinatio, non conuenit sollicitari. Si ergo prouidentia tua ultra annum extendi tur, iam in uitiosam sollicitudinem uertitur, ut abbatis, qui usque in tertium annum reseruauit annonã. Cuiusmodi homines modo reputamus sapientes, cùm tamen ueniant contra Domini prohibitum, qui concedit tantum curam præsentium. Tales etiam de Deo diffidunt, & ob hoc miserrimi sunt:

Hæc Pe-

Augu. sermo. 16. ad fratres.

Penuria causa.

Sollicitudo prohibita & permissa.

Amor rerũ temporaliũ duplex.

Sollicitudo triplex.

Gene. 3.

2. Cor. 11.

Bonum triplex.

Augu. lib. 2. de serm. Do. in mõte cap. 24.

Regnum Dei.

Regnum tẽporale.

Craſſini cura prohibetur.

Hierony. in ca. 6. Mat.

Petrus Cantor in Mat. Chryſo. ut ſupra.

Hæc Petrus. Vnde & Chryso. Quòd autem dictum est nolite cogitare de crastino, scio ego nec audire aliquem, nec omnino seruare. Cùm enim neque orare pro his iubeamur, nos omne studium erga hæc expendimus, & de his singulis cogitando consumimur. Sed quantam in his quæ ad corpus sunt curam ostendimus, tantam in spiritualibus habemus incuriam, imò longè etiam maiorem: Hæc Chrysostom. Non vult autem Dominus de futuro nos esse sollicitos, tanquam certi de futura uita simus, quia neq; de præsenti certi & securi sumus. Vnde Anselmus: Puta te quotidie moriturum, & de crastino non cogitabis. Vnde & Seneca: Omnis dies sicut ultima est ordinãda. Sufficit ergo nobis præsentis cogitatio temporis, futurorum curam, quæ incerta est, relinquamus. *Cras ſtinus enim dies ſollicitus erit ſibiipſi*, i. ipse affert sollicitudinem suam secum, quia tempus futurum habebit sollicitudinem suam, sibi congruam & debitã, sicut pater quòd ex uariatione temporis occurrunt uaria fienda, de quibus sufficit tunc sollicitari cùm uenrit eorum hora, ac si dicat. Cùm futurus dies aduenerit, de ipso curabitis, & non antè, sicut enim hodiere nã sollicitudinem non interdico, ita nec crastinam postquam crastinus dies aduenerit. Et secũdum hoc, in prædictis, hoc nomen sollicitus dicit anxietatem auaritiæ, quæ semper est fugienda: hîc discretionem prouidentiæ, quæ de præsentibus non de futuris est habenda. Sit ergo hodiernus dies de se sollicitus tantummodo, & non de alio. *Sufficit enim diei malitia ſua*, id est, cuilibet tẽpori labor & fatigatio, calamitas & contritio: dolor & tristitia, afflictio & angustia, sollicitudo & cura. Vnde malitia hîc dicitur, non malum culpæ quod agimus: sed malũ pœnæ quod patimur. In statu enim innocẽtię nõ indiguisset homo tali sollicitudine, ac si dicat, non oportet q̃ laboret cogitatus ad habendũ uitæ necessaria diem præueniat, quia ad hoc sufficit dies quo necessaria sumere oporteat, cùm enim pro se suam habeat sollicitudinẽ, nõ oportet addere aliam. Cur ergo malitiam malitiæ, laborem labori, curam curæ superaddere uelis? Non itaque pro malignitate ponitur hic malitia, sed pro labore & miseria. Sic enim dicere solemus, multa mala ho die passi sumus, quãdo aliquo magno labore uel miseria fatigamur. Vnde Chrys. Malitiam uerò hîc non malignitatẽ uocat, sed miseriam & laborem. Sicut. n. cùm alibi dicit: *Si eſt malitia in ciuitate quam Dominus non fecit*, non auaritiam significat, aut rapinas, nec taliũ quicquã aliud omnino, sed eas profectò plagas, quæ diuinitus inferuntur, de quibus rursus loquitur per prophetam: *Qui facio pacem, & creo malum.* Neq; enim hic malitiam uoluit intelligi: sed pestilẽtias profectò & fames, cæteraque huiusmodi, quæ mala esse putantur à plurimis, ita hîc quoque malitiam pro afflictione posuit dicens: *ſufficit diei malitia ſua.* Nihil. n. ita dolorẽ, infert animæ, ut sollicitudo & cura: Hæc Chryso. Itaque non labor & prouidentia damnatur, sed mentem præfocans cura. Et ideò secundum August. Hoc loco uehementer cauendum est, ne cùm uiderimus aliquem seruum Dei prouidere, ne ista necessaria sibi desint, uel sibi cõmissis, iudicemus cũ contra præcepta Domini facere, & de crastino sollicitum esse. Nam & ipse Dominus cui ministrabant Angeli, propter exemplum, & ad informandam Ecclesiam, loculos habere dignatus est, ne quis in hoc scandalum pateretur. Et iterum satis apparet Dominum nostrum non hoc improbare, si quis humano more ista procuret: sed si quis propter ista Deo mili-

Seneca de breuitate uitæ & in prouerbijs. Craſtinum diei.

Malitia.

Chryſo. ho. 23. in Mat.

Amor. 3.

Eſaiæ. 45.

Augu. lib. 2. de serm. Domini in mõte c. 26.

Loculos habuit Dominus.

tet, vt in operibus suis non regnum Dei, sed istorum acquisitionem intueatur. Ad hanc ergo regulã hoc totum præceptum redigit, ut etiam in istorum prouisione regnum Dei cogitemus, in militia uerò regni Dei ista non cogitemus, & simplici corde tantũmodo propter regnum Dei debemus operari bonũ ad omnes: non autem in hac operatione, uel solam, uel cum regno Dei mercedem temporalium cogitare. Ita enim etiam si aliquando defuerint (quod plerunque propter exercitationem nostram Deus finit) non solum non debilitant propositum nostrũ: sed etiam examinatum propositum confirmant: Hæc Augustinus.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, fac me non thesaurizare in terra elementa † terrenorum: sed in cœlo præmia meritorum, & quia nemo potest duobus dominis seruire per contrarietatem obsequiorum, libera me à domino & seruitute mundi, carnis, et diaboli: ut respiciam contemplationes cœlestes, non terrenas: adijce ad staturam naturæ meæ cubitum gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro: ut considerem lilia agri, deuotos Ecclesiæ, coopertos uirtutum candore, potius quam fœnum diuites seculi mittendos in clibanum gehennæ. Quæram præcipuè regnum Dei & iustitiam eius, ut cum uiatico temporaliũ per uiam uirtutum perueniam ad regnum cœlorũ. Amen.

† emolumẽta.

De miſericordia facienda, & non iudicando: ac fiducia orationis. Cap. XXXIX.



POST hæc hortatur nos Dominus ad misericordiam circa proximum faciendã dicens: *Eſtote miſericordes ſicut & pater veſter miſericors eſt.* Deus enim reuelat miserias nostras, non expectãdo aliquid à nobis, sed propter suã bonitatem, sic nos debemus moueri ad releuandum miseriam proximi, non propter nostrum commodum & emolumentum, sed propter illius salutem, & diuinæ bonitatis amorem, qui enim propter suum commodum uel emolumentum proximo consulit uel benefacit, non utique per charitatem hoc facit, quia non illius quẽ debet tãquã seipsum diligere: sed suam utilitatem quærit, vult nos Dominus patrẽ imitari in misericordia qua nos miseri multum indigemus, non in potentia, quã superbè appetens diabolus, in infernum est detractus, nõ in sapientia, quam appetens homo paradisum perdi

Luca. 6. & Matt. 11. Miſericordiæ commendatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eternæ humani societatem & pietatem debet. Pietas opera.

dit, immortalitatis spoliatus gloria. Magnum ergo præconiũ pietatis animalibus nostris imprimit, quæ nos Deo conformes reddit. Naturale est omnibus animabus ejusdem speciei adinuicem misericordiã seruare, multo magis homo ad imaginem Dei conditus debet alter alteri tanquam coimagini suæ compati, & unus alterius miseriam cordis assumere uelut suam, & in hoc consistit ratio misericordiæ. De pietatis operibus sic dicit Hieronym.

Hieronym. epist. ad Nepotianum. Misericordiæ species tres.

Hieronym. Non memini me legisse mala morte mortuum, qui libenter opera pietatis exercuit, habet enim multos intercessores, & impossibile est multorum præces non exaudiri. Deinde ponit tres species misericordiæ, quarum prima consistit in non iudicando. De multis enim incertum est quo animo fiant, cùm possint simplici corde fieri aut duplici, & ideò bene subiungitur: *Nolite iudicare*, scilicet iniustè & temerariè de proximo, *& non iudicabimini*, id est, non incurretis peccatum per quod sitis digni à Deo iudicari, & si fortè ex humana fragilitate contingat uos suspiciosè iudicare, *nolite*, tamen, *condemnare*, id est, aliquem dignum condemnatione dicere, *& non condemnabimini*, scilicet à Deo pro hoc peccato, quia aliquis est hodie pessimus, qui fortè cras erit bonus. Circa istud sciendum est, quòd iudicium uno modo est actus iustitiæ pertinens ad iudicem secularem, uel Ecclesiasticum, & de hoc non loquitur hîc. Alio modo accipitur iudicium, prout aliquibus signis aliquis iudicat de proximo malè, & hoc prohibet hic dicens. *Nolite iudicare.* Potest autem aliquis malum iudicare, de proximo multipliciter. Vno modo ex euidentia facti: vt cùm aliquis iudicat aliquẽ homicidam, quia vidit eum interficere hominem, & hoc nullum est peccatum. Alio modo ex signis euidentibus: ut si aliquis iudicet aliquem fornicatorem, quia uidit eum nudũ cum nuda, solum cum sola, & hoc similiter nullum est peccatum. Tertiò modo ex signis leuibus. Et in hoc iudicio est triplex gradus. Primus est, quando ex leuibus signis incipit aliquis dubitare de fratris bonitate: & hoc peccatum ueniale est, quia procedit ex humana infirmitate, & hoc non uocatur propriè iudicium, sed suspitio. Secundus gradus est, quando talibus signis firmiter tenet in animo quòd frater sit malus: & hoc propriè dicitur iudicium, quia iudicium importat firmam sententiam, & hoc est peccatum mortale, si malum quod iudicat de fratre ex leuibus signis sit de genere peccati mortalis, quia est contra charitatem. Tertius gradus est, quando ex leuibus signis non solum prædicto modo iudicat: sed etiam procedit ad punitionem fratris, sicut de facto, & hoc est grauius, quia non solũ est contra charitatẽ sed ẽt contra iustitiæ æquitatem, & de talibus intelligitur uerbũ prædictum, *nolite iudicare, &c.* Prohibet Dñs ne temerè iudicemus uel condẽnemus. Mali. n. homines sæpe in malam partem iudicant, quæ uidẽt uel audiunt. Boni autem in bonam partem interpretantur, & non dubitant quin rectè omnia fiant, Deo cuncta uel rectè operante, uel iustè permittente, & ideò de omnibus lucrum faciunt. Vnde enim ait Augustin. In tribus consistit ordinatio bonorum, in æstimando bonum de quolibet, in exhibendo bonum cuilibet, in sustinendo malum pro quolibet. Vnde & Bernardus: Caue alienæ conuersationis estimare aut curiosus explorator, aut temerarius iudex etiam si perperam actum quid deprehendas, necsi iudices proximum, magis autem excusa. Excusa intentionem, si opus non potes, puta ignorantiam:

Iudicium capitur diuersimodè.

Iudicare dolo, multipliciter fit.

Bonorũ ordinatio.

Ber. sermone. 4. in cantica.

Excusatio factorum alienorum.

A puta surreptionem, puta casum. Quòd si omnem omnino dissimulationem rei certitudo recusat, suade nihilominus ipse tibi, & dicito apud teipsum. Vehemens fuit nimis tẽtatio. Quid de me illa feciſſet, si accepisset in me similiter potestatem: Hæc Bernar. De dubijs ergo iudicare, est suspectos quasi reos condemnare, penitus repellit à nobis Dominus. Et ideò semper dubia sunt in melius interpretanda, & in dubijs benigniora sunt præferenda. Vnde Augustin. Hoc loco nihil aliud nobis præcipi existimo, nisi ut ea facta quæ dubium est quo animo fiãt, in meliorem partem interpretemur, sunt enim quædam facta media quæ ignoramus quo animo fiant, B quia & bono & malo fieri possunt, de quibus temerarium est iudicare, maximè ut condemnemus. Duo autem sunt in quibus temerarium iudicium cauere debemus, cùm incertum est quo animo quid factum sit, uel incertum est qualis futurus sit qui nunc malus uel bonus apparet. Non ergo reprehendamus ea quæ nescimus quo animo fiant, neque ita reprehendamus quę manifesta sunt, vt delperemus sanitatẽ, & uitabimus iudiciũ de quo nunc dicitur: Nolite iudicare ne iudicetur de uobis: Hæc Augustin. Vnde & Chrysostomus: Non oportet exprobrare delictum, neque illum qui peccato aliquo sit præuentus, insolenter obruere: C sed clementer monere, neque persequi iurgio, sed iuuare consilio. Non enim illum, sed temetipsum profectò condemnas, & facis tibi terribilius esse iudicum, cogisque aduersus te diligentissimam fieri, etiam de minimis, ultionem, ut enim diligentius peccata examinentur tua, legem primus ipse posuisti seuerius de his quæ proximus peccauerit iudicando. Sunt autem hæ diabolicæ tentationis insidiæ. Nam qui seuerè discutit aliena, nunquam propriorum reatuum merebitur ueniam. Et iterum: si nullum nobis aliud peccatum fuisset admissum, pro hoc solo gehennæ nos tradi satis abundeque sufficeret. Quippe qui in aliorum delictis seueri & amarissimi iudices resideremus, nostras autem trabes oculis infixas proprijs non uidemus, D qui aliena etiam minima, tam sollicitè perscrutamur, & ad condemnandos cæteros, omne uitæ nostræ tempus absumimus, à quo uitio, neque seculi hominem, neque monachorum ullum facilè inuenias liberum: Hæc Chrysostomus. *In quo enim iudicio*, id est, pro quali, scilicet iusto uel iniusto, misericordi uel duro, *iudicaueritis*, alios; *iudicabimini*, à Deo: *& in qua mensura mensi fueritis*, alijs modo, *remetietur uobis*, scilicet in iudicio, id est iuxta qualitatem temeritatis in iudicando, erit qualitas pœnæ, & secundum mensuram prauæ uoluntatis, erit mensura retributionis in futuro. Comminatur ergo duo scilicet iudicium & mensuram, iudicium refertur ad E culpæ & pœnæ qualitatem, mensura ad earum quantitatem. Et secundum Augustinum: Non est intelligendum si temerè nos iudicauerimus, quòd temerè de nobis Deus iudicabit: aut si mensura iniqua mensi fuerimus, quòd apud Deum iniqua mensura nobis remetietur: sed quoniam temeritas qua punis alium, eadem ipsa te puniet. Vnde non accipitur hîc æqualitas iniquitatis ad iniquitatem, sed culpæ ad pœnam: ut qui per culpam malè iudicat, per pœnam iusti diuini iudicij mala sustineat, & iuxta mensuram culpæ, sit mensura pœnæ. Ad hunc sensum etiam retorquetur illud: Qui gladio, scilicet iniquæ sententiæ iudex quemque percusserit,

Dubia in meliorẽ partem interpretanda. Augu. lib. 2. de serm. Domi. in monte cap. 28.

Iudiciũ temerarium.

Chryso. ho. 24. in Mat. Iudicat se, qui alios iudicat.

Augu. lib. 23. de ciuitate ca. 1. Temerè iudicantes, nõ iudicabuntur à Deo temerè sed seuerè.

Secũda misericordiæ species.

cusserit, gladio diuinæ sentẽtiæ iustè ferietur, & æterna morte morietur. Deinde ponit secundã speciẽ misericordiæ, quæ consistit in dimittendo, cùm subiungit: *Dimittite*, scilicet iniurias uobis illatas à proximo, & debita uobis à pauperibus, *& dimittetur uobis*, scilicet peccatum uestrum à Deo, cui frequenter iniuria ti estis, & debitum quod Deo debetis. Et ponit tertiã speciem, quæ consistit in dando, cùm addit: *Date*, s. indigentibus beneficia temporalia, *& dabitur uobis*, scilicet vita æterna. Indiuisibiles enim socii sunt dimittere & dimitti, ac similiter dare & dari. Vnde Augustinus: Duo sunt opera misericordiæ quæ nos liberant: Dimittite, & dimittetur uobis: date & dabitur uobis. Dimittite & dimittetur uobis ad ignoscẽdum pertinet: date & dabitur vobis, ad beneficium B præstandum. Ignosci uobis vultis, ignoscite, remittite, & remittetur vobis. Accipere vultis, *date & dabitur uobis*. Et secundum eundem hæ sunt duæ alæ orationis, quibus uolat ad Deum, si illud quod committitur, ignosci delinquenti, & donat egenti. Vnde & Beda: Dimittere nos iniurias, dare beneficia iubet: ut & nobis peccata dimittantur, & uita detur æterna. Qua sententia breui, sed eximia, cuncta quæ latissimè de cõuersando cum inimicis mandauerat, comprehendendo concludit. Et quia ut ait Iacobus, *iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam*, multum nobis insistendum est circa misericordiam in proximorum necessitatibus, ut & nos eam in nostris necessitatibus reperiamus. Vt enim ait Augustinus: Vnusquisque talem indulgentiam accepturus est à Deo, qualem & ipse dedit proximo suo. Et iterum hoc unum remedium est de malis euadendi, ut infirmitatem aliorum ferat, & eis quãtum potest opituletur qui suæ diuinitus desiderat subueniri, & dimittat sicut sibi uult dimitti. *Beati enim misericordes, quoniam ipsorum miserebitur Deus.* Vbi nota ex uitis patrum, quòd cùm fratres cuiusdam monasterii multum abundarent, & ad pauperes multum liberales essent, tandem eleemosynas dimiserunt, & ipsi egere cœperunt. Quod cùm uiro sancto referrẽt, ait: Duo socii inisto monasterio consueuerunt habitare, scilicet, Date, & dabitur uobis, uos expulistis primum, & noluit secundus remanere. Deinde ex ubertate præmii liberales nos facit Dominus ad benefaciendum & misericordiam impendendum, quia illi quibus fit dabunt, id est, erunt causa quare Deus dabit nobis præmium. Nam per ipsorum intercessionem & merita, quibus uel calicem aquę frigidæ dederimus, dabit nobis in ęterua beatitudine mercedem, & *mensuram bonam*, id est, iustam, quia secũdum meritorum exigentiam, *& confertam*, id est, plenã, quia supra condignum, *& coagitatam*, quia supra desideratum, *& super effluentem*, quia supra coagitatum. Vel præmium quo remuneramur misericordes describendo, dicit, *mensuram*, quia vnicuique distribuitur præmium iuxta mensuram meritorũ, &, *bonam*, quia bonum est illud beatitudinis præmium, imò bonum omnis boni, complectens in se quæcunque sunt bona, *& confertam*, id est, plenam, plena nanque erit anima cœlesti beatitudine, ita ut nihil eius sit uacuum à gloria, *& coagitatam*, id est, firmam, quæ enim firma esse uolumus, coagitamus, id est, quassamus: sic præmium beatorum erit stabilitum & securũ, *& superesſluentem*, id est, abundantem: quia excedit merita nostra, dedimus temporalia pro æternis, mundana pro diuinis. Et dicit, *in sinum*, quia secundum Greg. Nihil securius & amabilius eo quod in sinu colloca-

Tertia species.

Aug. sermon. 15. de uerbis Domi. 10.

Augu. sermone de quadragesima. Orationis ala. Beda in cc. 6. Luca.

Iacobi. 2.

Augu. ser. 103. de tempore.

Matt. 5.

Date, & dabitur, sunt duo socij.

mus. Deinde ponitur æquitas retributionis, cùm subditur. *Eadem quippe mensura qua mensi fueritis*, in merito, *remetietur uobis*, in præmio. Non dixit in tanta, sed in eadem, id est consimili, qui enim bene facit, bene fiet ei, quod est remetiri eadẽ mensura, sed superefluentem dicit, quia millies bene faciet ei & ultrà: Deus enim abundantius præmiat quàm mereamur, sicut & minus punit quàm demereamur. Generaliter autem de omnibus quæ mente lingua manu gerimus, accipi potest: quia reddet Deus singulis secũdum opera eorũ, & secũdũ ꝙ opera pietatis sunt maiora similiter erit retributio diuina. Ista tñ maioritas non est attendenda semper secundum magnitudinẽ operis exterioris: sed secundũ magnitudinẽ affectus interioris. Vnde & uidua quæ misit duo minuta in gazophilacium, secundũ testimonium saluatoris dicitur plus misisse quàm multi diuites, qui magna dona miserunt in ipsum. *Dicebat aũt illis similitudinem. Nunquid potest cæcus cæcum ducere?* id est stultus stultum docere, & dirigere in regulam iustitiæ. *Nonne in foueam*, & perditionem, *ambo cadunt*, scilicet primò culpæ, & deinde gehennæ. Nam, ut ait Gregorius: Cùm pastor per abrupta graditur, cõsequẽs est ut grex ad præcipitium sequatur: quasi diceret Dominus. Prædicta facere debetis ut illuminantes uerbo & exemplo alios gubernare possitis, ne sitis de cæcis speculatoribus synagogæ, non Ecclesiæ, ridiculosa res est, imò magis periculosa, speculator cæcus, doctor inscius, præcursor claudus, prælatus negligens, præco mutus. Ergo ratione uitandi periculi non debet ignorans præsidere. Ergo tu alium iudicas, & ipse in eisdem peccas: iam cæco cæcum ducenti assimilaris. Quomodo enim ille à te ducetur ad bonum, cùm & tu pecces qui te doctorem putas & magistrum? Deinde inducit & aliã similitudinem de eodẽ dicens: *Quid autem*, id est, qua re & quomodo, *uides*, & consideras, *festucam*, id est, paruum & leue peccatum: quod tamen oculum non excæcat, & de facili sicut festuca consumitur ardore charitatis, *in oculo*, i. in intentione & conscientia, *fratris tui: trabem autem*, id est magnum & graue peccatum, *in oculo tuo*, id est, in intentione & conscientia tua, *non consideras?* Quasi diceret: Cur habes oculum apertum ad iudicandum minima & aliena, clausum uerò ad iudicandum tua magna, & consideratione tui relicta consideras aliorum errata. Conuenit aũtem hoc omnibus, & maximè doctoribus, qui cùm subditorum minima peccata puniant, propria impunita relinquunt. *At quomodo*, id est, qua conscientia, aut qua fronte dicis, *fratri tuo*, minus peccanti uel innocenti, *frater*, loquendo simulatoriè, *sine*, id est patienter sustine & permitte, *eiciam festucam*, id est, culpam licet modicam, *de oculo tuo*, id est, de conscientia & intentione tua te corripiendo: *& ipse trabem in oculo tuo non uides?* Quasi diceret, non potes dicere ordinatè. Vt enim dicit Chrysost. videre festucam & eiicere non est omnium: sed doctorum & sanctorum. Et quia secundum eundẽ Chrysost. Omnis sacerdos qui vult docere populum debet prius docere seipsum, ideò bene sequitur. Igitur tu, *hypocrita*, id est simulator & repræsentator per sonæ alienæ, quia sæpe malus bonũ arguit, ut iustus uideatur, & alium accusat, ut se extollat, *eiice primùm*, per collyrium pœnitentiæ, *trabem*, maioris peccati, *de oculo tuo*, & conscientia, quia magis tui quàm alterius es cognitor, quia magis uides maiora quàm minora, quia magis te diligis quàm alium,

Mensura eadem.

Luce. 21.

Gregor. pastorali.

Speculatores cæcus.

Chrysosto. hom. 17. operis imperfe. Chrysosto. ibidem. Festucã uidere & eiicere.

Universidad de Deusto Biblioteca

quia in maiori peccato, maius est periculum, *& tunc*, s. cùm mundatus fuerit oculus tuus, videbis &, *prospicie: ut eijcias festucam*, minoris peccati, *de oculo*, & conscientia *fratris tui* ipsum arguendo, quia oculus conscientiæ purgatus uidere potest, sed nube & caligine peccati cæcatus non potest. Sic facias ut exemplo potius quàm dictis fratrem emendes ne tibi dicatur: *medice, cura teipsum*, & illud Apostoli, *qui alium doces, teipsum non doces*. Sic est ordo charitatis quòd à seipso incipiat, & prius se ac postea alios corrigat & emendet. Circa correctionem enim proximi attédi debet ordo correctionis, scilicet ut homo prius se corrigat, deinde proximum: modus mansuetudinis, causa mouens, s. zelus charitatis, circunstátia loci & temporis, æstimatio euentus sequentis. Propemodú & ferè naturale est ut quilibet peccata sua leuiget, & aliena aggrauet. Vnde dicit Hilarius, quòd vix inuenitur aliquis ab hoc uitio alienus, quia unusquisq; Iustitijs suis fauens aliena facilè reprehédit. Et ideò ut ait August. piè cauteq; vigilandum est, ut cùm aliquem reprehendere uel obiurgare necessitas coegerit, primùm cogitemus vtrum tale sit uitium quod nunquã habuimus. Et si nunquam habuimus, cogitemus & nos homines esse, & habere potuisse. Si uerò habuimus, & non habemus: tangat memoriam communis infirmitas, ut illam reprehensionem aut obiurgationem non odium, sed misericordia præcedat. Si autem cogitantes nosmet inuenerimus in eo uitio in quo est ille quem reprhendere parabamus, non reprehendamus, neque obiurgemus: sed tantum congemiscamus, & non illum ad obtemperandum nobis: sed ad pariter conandum inuitemus. Rarò ergo & magna necessitate obiurgationes adhibēdæ sunt, ita tamen, ut etiam in his non nobis, sed Deo ut seruiatur instemus: Hæc Aug. In omnibus istis, ut dicit Basilius, considerandú est quãtæ sit difficultatis alios iudicare, quia oportet ut primò seipsos iudicēt & cóspiciãt, quod uř grauissimum omniú, quia cùm oculus cuncta uideat exteriora, tamen super se uisu non utitur: ita intellectus cùm alienum corrigit peccatum, difficile est proprios defectus percipere. Aduertendum tamen, quòd crimina arguentis aut sunt publica, aut occulta: publica, peccat dupliciter arguendo, scilicet peccato præsumptionis, & peccato scandali, si autem sunt occulta, tunc peccat primo modo tantú, si tñ iste qui arguit primò pœniteat, & postea humiliter arguat, non peccat. Sed quia aliqui Dei præceptis obtemperare cupientes, quandoque aperiendo ea quæ hi quibus aperiuntur capere & sustinere non possunt, amplius nocent quàm si occultarent, rectè subiungit: *Nolite sanctum*, id est, sacræ scripturæ mysteria & fidei secreta, uel etiá Ecclesiastica sacramenta, *dare*, uel id est, publicare & reuelare: prædicando mysteria, dispensando sacramenta, *canibus*, id est, oblatrantibus detractoribus & ueritatis oppugnatoribus, *neque miseritis margaritas*, idest, quod sanctum, *ante porcos* .i. contemptores & derisores, *ne fortè conculcent eas*, s. porci contemnendo & fastidiēdo, *pedibus suis*, scilicet intellectu & affectu, *& conuersi*, s. canes ab eo quod audierunt à uobis, *dirumpãt uos*, reprehendendo & blasphemando, ac fidei simplicitatem & ueritatem impugnando. Vt enim ait Augustinus, duæ res faciunt magna non recipi scilicet contemptus & odium, primum ad porcos, secundum ad canes refertur. Cauendum est ergo, ne quid aperiatur ei qui non capit, melius enim quærit quod clausum est, quàm id quod apertum est, aut infe-

Luca. 4. Rom. 2. Correctionis fraternæ ordo, modus, causa, locus, tempus, & euentus. Hilarius canone. 5. in Matth. Cautè corrigas. Aug. lib. 2. de serm. Domini. c. 30. Basilius in regulis breuiorib. Iudicandi alios cautio. Arguentis incautè peccata. Augu. lib. 2. de serm. Domi. cap. 31. & 32. Cótemptus & odium.

A stet per odium ut canis: aut negligat per contemptum ut porcus. Et ne possit aliquis ignorantiæ suæ conscius dicere, quod sanctum me dare canibus prohibes, & quas margaritas mittere ante porcos, cùm adhuc me habere non uideam, oportunè subieci, dicens. *Petite*, in fide, & orando, *& dabitur uobis: quærite*, scilicet in spe, & rectè uiuendo, *& inuenietis: pulsate*, scilicet in charitate, & perseuerando, *& aperietur uobis*. Vbi Chrysostom. Quoniam maiora erant mandata superius posita, quàm uirtus humana, transmittit eos ad Deum, cuius gratiæ nihil est impossibile dicens: *Petite, & dabitur uobis*: ut quod ex hominibus consummari non potest, per gratiam Dei adimpleatur. B Cùm enim alia animalia Deus muniuerit, ueloci pedum cursu, aut uelocibus pennis, aut unguibus, aut dentibus, aut cornibus: hominum solum sic disposuit, ut virtus illius sit ipse: ut infirmitatis suæ necessitate coactus, semper necessarium habeat Dominum suum. Vbi & Hieronymus. Si petenti datur, & quærens inuenit, & pulsanti aperietur: ergo cui non datur, & qui non inuenit, & cui non aperitur, apparet quòd non bene petierit, quæsierit, pulsauerit. E Chrysosto. Petentis negligentia reprehenditur, ubi de dantis misericordia non dubitatur. Vnde etiam Augustinus. Dominus Iesus Christus, inter nos petitor, cum patre dator: non utiq; nos tantum hortaretur ut peteremus, C nisi dare uellet. Erubescat humana pigritia, plus vult ille dare, quàm nos accipere: plus uult ille misereri, quàm nos à miseria liberari. Nam ille quod nos hortatur, propter nos hortatur. Euigilemus, & hortati credamus promittenti: obsecremus, ut & dãtem gaudeamus: Hæc Augu. Sciendum uerò quòd oratio est exaudibilis, tribus concurrentibus. Primum est, quòd sit pia & iusta, id est de pertinētibus ad salutem, quia exaudiri in alijs, quandoque non expedit. Secundum est, quòd sit perseuerans, id est non interrupta per aliquid orationi cótrarium, quia non cessat orare, qui non cessat benefacere. Tertium est, quòd oret pro se, quia licet aliquis piè & perseueranter pro alio oret, oratio tamen posset impediri D propter demeritum illius pro quo oratur: sed tribus prædictis concurrentibus, semper exauditur. Et hoc est quod notatur in tribus uerbis hic positis, s. *petite*, piè, *quærite*, perseueranter, *pulsate & aperietur uobis*. Ex quo patet quòd loquitur de oratione facta pro se, cùm dicit, *& aperietur uobis*. Et quia istis concurrentibus, semper exauditur oratio: ideò ne homines desperent in sua oratione exaudiri, subdit omnibus, spem conferens impetrandi: Omnis inquit, qui credendo petit sicut debet, accipit: & qui sperando quærit sicut debet, inuenit, & operando pulsanti aperietur. Ergo perseuerantia opus est ut accipiamus quod petimus, ïueniamus quod quærimus, & quod E pulsamus aperiatur. Hac enim tanta cóculcatione verborum, manifestè Dominus ostendit, quàm sollicitos, molestos, & importunos, uiolentos, & improbos, ad petendum nos esse uelit. Vnde & quidam ait. Labor improbus omnia uincit. Illud enim quod ad salutē petitur, non semper statim datur: sed differtur, ut congruo tempore detur, & ut ex dilatione charius habeatur, quia diu desiderata dulcius obtinentur: citò autem data uilescunt. Expedit etiá ut ab ociosa locutione abstineat, qui in oratione exaudiri desiderat. Quia secundum Gregor. os nostrum ab omnipotente Domino, tanto minus exauditur in prece, quanto amplius inquinatur stulta locutione.

Chryso. ho. 18. operis imperfecti. Hieron. in cap. 7. in Matth. Petenti dabitur, &c. Chrysosto. ibidem. Aug. serm. 29. de uerbis Domin. Oratio est exaudibilis per tria. Orationis fiducia. Virgilius in Georg.

ne. Conetur etiam orans, vt seipsum intelligat, si vult ꝙ Deus eum exaudiat. Nam secundú Ambr. illá orationē Deus non audit, ad quam iste qui orat non intendit. Vult Deus fideliter peti à se, quo disposuit petētibus erogare. Vnde Ber. Vult aũt se requiri Deus, ēt quod pollicetur. Et ideò fortè multa quæ dare disposuit, prius pollicetur: ut ex ꝓmissione, deuotio excitetur, sicq; quod gratis daturus erat, deuota oratio promereatur. Non aũt dicit Dńs, quid accipit petēs, uel quærens, aut pulsans, quia quãdoq; exauditur ad votú, ut cùm datur id quod petitur, quandoq; ad meritú, ut cú aliquid ęquiualēs, uel melius datur. Aliqñ enim sancti, non recipiēdo quod petũt, magis exaudiuntur, quàm si illud reciperent. Vnde August. Noli te pro magno habere ad uoluntatē à Deo exaudiri. Aliquando Deus quasi iratus, dat quod petis, & propitius, negat quod petis. Quid prosit & quid nó, medicus nouit, quia Deus si uoluntati nostræ non dat, saluti dat. Quid enim si hoc petieris quod tibi obest, & medicus nouit quia obest tibi: fratres discite rogare Deum, ut medico committatis. Quod ipse nouit, faciat. Tu morbum confitearis, ille medicamentum adhibeat. Non te exaudit ad uoluntatē, sed exaudit ad salutem. Non fit quod uis, sed fit quod tibi expedit: Hæc Aug. Vnde & Bern. Nemo uestrum paruipendat orationem suam, quoniam ipse ad quē oramus, non paruipendit eã: sed aut dabit quod petimus, aut quod nouit utilius. Frequénter Dominus discipulos ad orandum monuit sæpe opere comprobauit, & exempla plura ad hoc eis proposuit, ut nobis uirtutem orationis commēdaret. Est quippe virtus eius inæstimabilis & efficax ad omnia bona, & proficua impetrãda, ac mala & nociua repellenda. Si ergo uis patienter aduersa tolerare, ora. Si uis prauas affectiones cóculcare, ora. Si uis astutias Satanæ cognoscere, & fallacias eius euitare, ora. Si uis lętãter in opere Dei uiuere, ac laboribus & afflictionibus non cedere, ora. Si uis in spirituali uita te exercere, & carnis curam in desiderijs non agere, ora. Si uis uanarum cogitationum muscas effugare, ora. Si uis animam tuam sanctis & bonis cogitationibus ac desiderijs, feruoribus, & deuotionibus impinguare, ora. Si uis cor tuum virili spiritu & constanti proposito, in Dei beneplacito stabilire, ora. Si uis uitia extirpare, & uirtutibus imbui, ora. Si uis ad contemplationem ascendere, & sponsi amplexibus frui, ora. Si uis cœlestium dulcedinem, & alia Dei magnalia degustare, ora. Et breuiter, in quacunq; necessitate oratio ualet, quæ spiritus malos à nobis fugat, & bonos ad nos uocat. Vnde Beda: Sicut fur audito clamore fugit, & uicini excitantur, & ueniunt ad succurrēdum, ita clamor orationis diabolum fugat, & angelos ac sanctos omnes ad succurrēdum excitat. Vnde & Bernard. Inter Babylonem & Hierusalem, est nuncius fidelissimus, regi bene notus & curiæ oratio scilicet, quæ in secreto noctis silentio, per ignotas semitas, arcana cœli penetrare, & cubiculum regis adire, & opportuna importunitate impij regis animum, ad auxilium mittendum inflectere nouit: Hæc Bernar. Vides quàm magnæ potentiæ & uirtutis, sit oratio. Ad quorum omnium probationem, omissis scripturarum probationibus, hoc tibi sit pro efficaci probatione, quod audiuimus & uidemus quotidie per experientiam, illiteratas & simplices personas, prædicta & plura alia, etiam maiora per orationem impetrare. Magnum quippe signum est gratiæ Dei, uacare frequenter orationi. Vnde August. Cùm uide-

Ambro. in cap. 11. Lucæ. Bernar. ho. 4. super Euang. missus est. Exauditio multiplex. Augu. ser. 53. de uerbis Domin. Bernar. sermone. 5. in quadragesima. Orationis uirtus inæstimabilis. Ber. in sententijs. Oratio núcius fidelis.

A ris non à te amotam deprecationem tuam, securus esto, quia non est amota à te misericordia ipsius. Et ut breuiter utilitatem orationis dicam, multum est necessaria ad salutē promerendã. Vnde Aug. Nullum credimus ad salutem, nisi Deo inuitãte venire, nullú inuitatú, nisi Deo adiuuante bona operari: nullú, nisi orãtem Dei auxiliú promereri. Vaca igitur orationi, nihilque aliud, necessarijs curis tantum exceptis, te delectet, nisi oratio quia nihil tantum te delectare debet, quantum morari cum Deo, quod fit per orationem. Vnde Chrys. Considera quanta est tibi concessa fœlicitas, quanta gloria attributa orationibus fabulari cum Deo, cum Christo miscere colloquia, optare quod velis, quod desideras postulare. Deinde B auget orantibus obtinendi fiduciam, à minoribus consurgens ad maiora, confirmans superius promissum per exempla. Et ponit primò similitudinem de amico, qui propter importunitatem, & constantiam amici, media nocte uenientis, & petentis, surgit, & panes necessarios commodat. Si enim homo perseueranter petenti, dat ex tedio, multò magis Deus, perseuerãnter petenti, dat ex amicitia. Vnde Beda: Comparatio est à minore. Si enim amicus homo surgit delecto, & dat, nó amicitia, sed tedio compulsus, quanto magis dat Deus, qui sine tedio largissimè donat quod petitur: sed ad hoc se peti vult, vt capaces donorum eius fiant qui petunt. Vnde & Aug. Non C propter amicitiam, quamuis amicus sit, sed propter improbitatem, quia pulsare non desistit, quia & cùm esset negatum, non se auertit, ille qui non nolebat dare quod petebatur fecit, quia in petendo non defecit. Quanto magis dabit bonus pater, qui nos hortatur vt petamus cui displicet si non petamus. Vbi ēt Ambros. Media nocte perrexit, ut omnibus momentis, non solum diebus, sed etiam noctibus, oratio deferatur. Et ideò scriptorum memores, noctibus ac diebus orationi instantes peccatis nostris ueniam postulemus. Nam si ille tam sanctus, & qui regni erat necessitatis occupatus, *septies in die laudem Domino*, dicebat: matutinis & vespertinis sacrificijs intentus, quid nos facere oportet, qui eo amplius rogare de- D bemus, quò frequentius carnis ac mentis fragilitate delinquimus: ut de uia lassis, & istius seculi cursu, ac vitæ huius anfractu grauiter fatigatis, panis refectionis deesse non possit, qui hominis cor confirmet. Nec solum media nocte, Dominus, sed omnibus propè docet vigilandum esse momentis. Vigilandum est semper, multæ enim insidiæ sunt nobis, & grauis corporis somnus, quia si dormire mens cœperit, uigorem suæ uirtutis amittet. Excita igitur somnum tuum, vt pulses ostium Christi: Hæc Ambros. Secundò ponit similitudinem de patre carnali, qui dat filijs suis bona data, & necessaria quę petunt. Et ponit exemplum de tribus, per quę intelliguntur, E quæ à Deo postulare debemus. Primú est panis, & significat charitatem, quia sicut sine pane, omnis mēsa inops dicitur: sic sine charitate, omnis virtus uana & inanis est, & omne opus bonú perdit: Huic opponitur duritia cordis, quæ per lapidē intelligitur. Et pro vtroq; istorum debet orari: vt. s. charitas detur, & duritia cordis auferatur. Secúdò ponit exemplum de pisce, per quē intelligitur fides, quia sicut piscis in aqua nascitur, & in fluctibus aquæ nó moritur, sed potius purgatur & melioratur: sic in baptismo fides nascitur, & inter tribulationes & fluctus angustiarum huius mundi extinguitur, sed potius purgatur. Huic contrarius est serpens, propter uenenum infideli-

Oratio ad salutem necessaria est. Chryso. li. 2. de orando Deum. Instanter orandum. Dans ex tedio. Beda in ca. 11. Lucæ. Augu. sermo. 5. de uerbis Domini. Ambro. in ca. 11. Luc. Psal. 118. Vigilandú est. Tria à Deo petenda. Panis. Piscis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatis. Istam fidem debemus petere à Deo,& non dabit serpentem,i.infidelitatem,nobis aut doctrinam, uel peruersitatem hæreticorum quæ per serpentem intelligitur. Tertiò ponit exemplum de ouo,& significat spem:quia sicut in ouo nōdum est fœtus perfectus,sed sola spes fetus:sic spes nō est de habitis, sed habendis. Vnde sicut ab ouo expectatur pullus, si ouum à matre fuerit calefactum: sic æterna beatitudo à spe expectatur,si spes à matre conscientiæ in calore charitatis conseruatur. Huic contrariatur scorpio,cuius uenenata est cauda. Hanc spem debemus petere à Christo,& nō dabit nobis scorpionem qui pūgit cauda,&occidit,& mortē inferni inducit. Tres uirtutes prædictas petere debemus, quia sine eis nō est salus. Si ergo homo qui malus est,ad comparationem diuinæ bonitatis & clemētiæ,respectu cuius nemo est bonus,qui etiam ideò malus dicitur, quia ad malum est pronus:dat bona data sibi à Deo,s.temporalia,filio petenti,multò magis pater noster cęlestis, qui ex natura sua bonus & pius est,per essentiam, *dabit spiritum bonum*, i. bona spiritualia, scilicet gratiā & gloriam,*petentibus se*, non renuentibus. Vocat autem omne bonum spirituale, spiritum bonum: quia secundum Augustinum, Spiritus sanctus est primū donum,in quo omnia donantur. Vbi Augustinus: Non denegabit se petentibus, qui sponte obtulit se non petentibus. Et præter hæc omnia,qui proprio filio suo non pepercit,sed pro omnibus tradidit illū, & dedit ad occidendū, quomodo nobis non cuncta quę petimus donabit? Dabit autem ea quę petimus, si tamen ea quæ præcepit,fecerimus. Et iterum: Qui vult audiri à Deo,prius audiat Deū. Qua fronte postulas quod promisit Deus, si non facis quod iussit Deus? Prius audi monitione, & sic exige promissiones. Qui à præceptis Dei auertitur, quod in oratione postulat non meretur: Hæc Augustin. Deinde ostendit per quid oratio à parte orantis exaudibilis sit: & ad meritum exauditionis concludendo, subiungit: *Omnia ergo quæcunque uultis*, scilicet rationabiliter & dictante charitate,*ut faciant uobis homines* scilicet vtiliter & ordinatè, *eadem & uos facite eis*, scilicet loco & tempore. Qua enim fronte petis Dominum tuū, qui non agnoscis parem tuum? quasi dicat: Si vultis petita accipere, quæsita inuenire, pulsantes intrare, ergo uos facite alijs,quæ uobis fieri uultis ab illis. Sic nec ab alijs expectetis, quod illis non feceritis. Vbi Chrysosto. Ac si diceret: Si ergo cupitis audiri præter illa quæ dixi, etiā ista perficite. Vidisti certè,quia cum oratione opus sit etiam disciplina uirtutum. Quæ uis tibi fieri à conseruo, ea tu erga proximum, inquit, ostende. Quid unquam hoc præcepto, aut læuius inuenitur, aut iustius? Hæc Chrysost. Et quia iusti faciunt hæc omnia, ideò, *multum ualet oratio iusti assidua*. Iustus quippe, fortis turris & murus est in aduersis,& se & alios defendit ab eis. Vnde figura in Numeris est, ubi dicitur quòd Aaron stans inter mortuos & uiuos,deprecatus est, & plaga cessauit, & ab incendio eos liberauit. Vnde & super illo uerbo Gen. *Non delebo propter decem*, dicit Ambr. Hinc discamus quantus murus sit patriæ,homo iustus. Illorum fides uos seruat, iustitia ab odio diuino nos defendit. Vnde Greg. Melius pugnat vir iustus orando,quàm innumeri præliatores pugnando. Oratio enim uiri iusti cœlos penetrat, quomodo ergo in terris hostes non vincat? Et nota quòd cùm dictum sit omnia, hoc mandatum non implet, qui aliquid talium omittit,pręcipuè quando illud facere potest,

Serpens. Ouum. Scorpio. Augus.ser. 61.in Ioã. Spiritus sanctus. Exaudiri uolenti necessaria. Chryso.ho. 24.in Mat. Iusti oratio. Iacob.5. Nume.16. Genes.18. Amb.li 2. de Abraa ca.6. Greg. in li. 1. Reg.

A nisi maius bonum illud excuset. Quid ergo dicetur de illis,qui non tantum omittendo, sed alios multipliciter affligendo,quod sibi nolunt fieri,alijs facientes,huius mandati transgressores efficiūtur? Dici potest ꝙ perfecti tenentur ad utrunque, scilicet nihil talium omittere, & nihil molestum, quod sibi nollent alijs inferre. Imperfecti autem,tenentur ad ultimū, sed nō ad primū, nisi in casu necessitatis,quia primū in tali casu,est præcepti:sed in alijs,est supererogationis. Cū ergo sit duplex præceptū legis naturalis. Vnū negatiuū, de quo in Tobia dr̄: *Quod ab alio tibi oderis fieri,uide ne aliquando alij facias*. Aliud affirmatiuū, de quo hic habetur. In hoc affirmatiuo,negatiuum illud intelligitur. Vnde Chrys. Cum.n.sunt duæ uiæ, B quæ ducunt ad virtutē,s.abstinētia mali, & operatio boni,hanc ponit per istam & illam significans: Hæc Chrys. Et istud affirmatiuū ad maiorē perfectionem obligat,q̄ negatiuū. & ideo rationabile fuit, ut affirmatiuū poneretur in noua lege,quę maioris est perfectionis. Ibi malū facere interdicimur,hîc autem ēt malis,bona facere iubemur. Quia enim charitas patiens & benigna est,nō tantum iniurias proximi fortiter sustinet,sed eius quoq; gratiam benignè præuenit,ut beneficijs ad amorem trahat. Perpende quantę perfectionis sit hoc mandatum,cuius est affectus, non amantem beneficijs cogi ad amorem? Vnde nō ait,prout faciunt,facite:sed,prout vultis ut faciant vobis,facite illis. C Qui hanc regulam obseruaret,nullum offenderet, sicut à nullo uellet offendi,& alijs bona impenderet, sicut ab alijs vellet sibi impendi. Qui enim cogitat, ut ea alteri faciat, quæ sibi ab altero fieri expectat, pensat nimirum ut malis bona, & bonis meliora exhibeat. Et declarans istius præcepti præconium, consequenter adiungit, *Hoc est enim lex & prophetæ*, id est impletio legis naturalis, quia hæc lex naturalis, scripta est in corde hominis, & insita nobis, per quam quid sit virtus, & uitium, dignoscimus, ac impletio legis Mosaicæ, & propheticæ prædicationis, quia nihil dictum uidetur, quàm diliges proximum tuum tanquam te ipsum, quod tamen ex Dei dilectione, est faciendum, D quasi diceret: In hoc uno implentur, & ad hoc tendunt,& propter hoc sunt, & hoc docent lex & Prophetæ, & omnes sacræ scripturæ. Omnia enim præcepta ordinantia hominem ad proximum, non sunt nisi quædam conclusiones, ex isto principio deriuatæ. Vnde Apostolus: *Qui diligit proximum, legem impleuit*. Vbi & Chrysost. Breui sermone,omnia quæ saluti,ac fidei nostræ erant necessaria, Dominus comprehendit,ut ea quę nobis ab alijs fieri volumus,ipsi quoq; alijs similiter faciamus. In quo mandato,uniuersa præcepta legis,ac prophetarum consistere,Dn̄s apertè monstrauit,dicēdo: *Hoc est enim lex & prophetæ*. Nā quæcumq; lex & Prophetæ sparsim E in omnibus præceperunt scripturis,in hoc compendioso cōtinentur mādato, quasi innumerabiles arborū rami in una radice. Qui ergo ab alijs nobis,non nisi bona & utilia fieri uolumus ipsi quoq; uicē gratiæ amorisq; rependere debemus, ut præcepta legis, ac Prophetarum implentes,retributionem fidei à Dn̄o consequamur: Hæc Chryso. Iugū ergo Domini suaue est,& onus eius leue,ut in tā breui regula eius lex & præcepta, ad proximum compleantur. Nam alio loco,de duobus præceptis,scilicet de dilectione Dei & proximi loquens, non tantum ait: Lex pendet in his & Prophetæ, sed addidit: Tota lex, & omnes Prophetæ. Quòd cùm hîc non addidit seruauit
locum

Præceptū duplex. Tobia.4. Via ad uirtutem. Chrysosto. homelia in psal. 5. 1.Cor.13. Charitatis perfectio. Roma.13. Chrysosto. ho.18.operis imperf. Matt.11.

locum alteri præcepto, quod ad dilectionem Dei pertinet. Quidam tamen uolunt,quòd comprehendatur etiam dilectio Dei, sine qua nō impletur charitas proximi, quia nec proximus sine Deo, nec Deus sine proximo, diligitur. Considera nunc præmissa Domini præcepta,& uide quàm rarus sit, qui obseruet ea. Præcepti quidem affirmatiui hîc in Euāgelio positi,scilicet: Omnia quæcumque uultis ut faciant uobis homines,& uos facite eis: nescio si obseruator aliquis possit hodie reperiri. Præcepti uerò negatiui, in Tobia positi, scilicet, *Quod ab alio tibi oderis fieri,ne facias alij*: & si sint operarij, sunt tamen ualde pauci, quia ut dicit Chrysostomus, nos econtrariò omnia faciamus hominibus,quæ ipsi pati nolumus. Hoc quippe non solum in secularibus, sed & in quibusdā patet religiosis, qui sæpe in personis & rebus, siue utiles alijs subtrahendo, siue de inutilibus se expediendo, fratribus suis iniuriam faciunt. Sicque in his & cæteris modis uarijs, contra prædictum Domini mandatum, id faciunt, quod ipsi pati nollent, nec mirum si in futuro patientur quod nollent.

Matt.22. Tobia.4. Chrysosto. ibidem.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui docuisti nos facere omnibus misericordiam,& nō iudicare quemquam, da mihi quod doces perficere, ut tibi per te ualeam complacere, hortaris nos ut oremus, & utique conferre uis, qui semper commones ut rogeris. Peto ergo, quia iubes: quæro, quia præcipis; pulso, quia iniungis: Qui me fecisti petere, fac accipere: qui dedisti quærere, da inuenire: qui docuisti pulsare, aperi pulsanti, ut possit intrare. A te habeo desiderare, à te habeam impetrare. Dona quod offeram, custodi quod exigas, ut uelis coronare quod præstas. Amen.*

De arcta uia &c. & conclusione sermonis Domini in monte. Cap. XL.



ET quia multa & admiranda Dominus præceperat, cunctisq; passionibus suos esse liberos iusserat, ne aliquis diceret, quia importabilia sūt ista prorsus, ac dura: arcta uia est ista, ualde difficilis obseruationis sūt ista mandata,subdit monitionem,dicens, *Contendite*, ergo & sollicitè satagite,*intrare per angustam portam*, non per latam: quasi diceret: Quamuis prædicta sunt difficilia & angusta tamen meritoria sunt, & introitus ad cœlestia. Et notanter dicit, *contendite*: *quia regnum cœlorum uim patitur,& uiolenti rapiunt illud*. Non

Luca.13. & Matt. 7. Matt.11. Contentio bona.

A enim potest fieri sine conatu magno, quod homo terrenus, fiat ciuis in cœlo. Et hæc contentio, est bona & sancta qualis fuit in legione Thebęorum, inter quos erat de gloriosæ mortis acceleratione, contentio. Sed hodie est contentio de alijs,quia de maioritate & excellentia, de acquirenda pecunia, de iniuria remordēda,& huiusmodi similia. Deinde reddit monitionis dictæ rationem, dicens: Ita ergo intrate per angustam portam,non per latam,quia lata est porta, & spatiosa uia, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Angusta uerò est porta, & arcta uia,quæ ducit ad uitam,& pauci sunt qui inueniunt eam. Porta, ingressus est quò ad incipientes: B uia,progressus est,quò ad proficientes, uel deficientes. Et bene dixit uiam ad uitam angustam & arctā, aliam uerò latam & spatiosam. Nam ieiunare,uigilare,à carnis desiderijs & uoluptatibus abstinere, propriam uoluntatem non facere, cui non uidetur angustum & arctum? At uerò delitiosè manducare & bibere, cæterisque carnis desiderijs & uoluptatibus obedire, ac uoluntati suæ in nullo contradicere, cui non uidetur latum & spatiosum? Sed heu, per latam uiam quasi omnes incedimus, & de angusta, pauci curamus. Vnde Chrysostomus. Qui iussi sumus per angustam portam incedere, per latam semper incedimus. Et quidem, si homines seculi latam uiam, spaciosamque gradiantur, non ualde mirum est. C Eos autem qui uidentur sustulisse crucem suam, & sequi Christum, non per hanc latam & spaciosam uelle incedere, non tibi prodigium uideatur. Denique monachi, cùm de monasteriis requirunt, & de locis habitationum percunctantur, ante omnia inquirunt, si requies sit in loco, si abundent omnia, si aquarum copia confluant. Sed & si de eremo requirant, etiam ibi ante omnia de requie tractant, & de opportunitate ministerii corporalis. Iam uerò si ad aliquam dispensationem uocaueris, aut aliquid ministerii diuini iniungere uolueris: prima statim sollicitudo eius, & prima uerba eius, ista sunt: Si est ibi requies, quo eundum est, si inueniantur ea, quæ necessaria sunt abundanter, D si nihil desit eorum, quæ lata uia & spaciosa deposcit. Quid agis ò homo, quid loqueris? Arctam uiam & angustam, iussus es ambulare, ut quid de requie, ut quid de abundantia percunctaris? Per angustam ianuam, transire iussus es, ut quid amplos requiris ingressus? Est aliquid ista permutatione nequius est aliquid ista peruersitate deterius? Et quidē, qui principibus seculi ministrant, horum nihil requirunt, sed tantum si lucri habeat aliquid temporalis, militiæ eius locus. Quid si solum esse cognouerint, iam nullus refugitur labor, nullum periculum uitatur, nulla indignitas excusatur, seruilia etiam, si ab ingenuo deposcantur, officia non negabit. Peregrinationes quoque longissimas, periculosasque non re- E spuet, contumelias, cruciatus, permutationes temporum feret, omnia spe lucri. Nec timet ne fortè ab ipsa miserabili spe decipiatur ac decidat, nec immaturam peregrinis locis mortem & subitā pertimescit, separationem suorum, coniugis etiam ac liberorum absentiam tollerabiliter patitur, non patriæ, non charorum mollitur affectu, sed desiderio & cupiditate pecuniæ uelut amens agitur, & amore eius incensus, nihil laboris sentit, nihil doloris intelligit. Nos econtrariò, qui non pecuniam quærimus, sed sapientiam: nec terram, sed cœlum petimus, & ad cœli diuitias festinamus, quas *neque oculus vidit, neq; auris audiuit*, quæ nec in cor hominis ascenderunt. Hæc inquam
quæ-

Porta angusta. Via ad uitam est angusta. De uia lata. Monachos non ire per arctum uiā, deflet. Secularium pro lucro labor. 1.Corin.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quærentes,& pro his cœlo ipsi uim parantes,inferre
de requie corporis percunctamur. Vide illis quanto
Omnia dura pro cœlo toleranda.
miseriores sumus,& molliores.Quid dicis ô homo,
quid agis? Cœlum paras ascendere, & regnum cœli
inuadere, & interrogas ne qua tibi difficultas occur-
rat in itinere:ne quid in uia tibi asperum accidat, aut
laboriosum,& non erubescis, nō pudore oppressus,
sub terrā temetipsū defodis. Si .n.omnia tibi mala oc
currerent, si uniuersa tibi pericula imminerent, si cō-
uitia, si iniuriæ, si ignominiæ, si calumniæ, si gladius,
si ferrum, si ignis, si bestiæ, si præcipitia, si fames, si
ægritudo, si cuncta quæ dici uel cogitari possunt ma
la super te irruerent, dignum aliquod erat, ut non ti-
bi hæc omnia pro tantis & talibus causis ridēda pror
sus & penitus spernenda uiderentur. Anilis animæ
metus hic, & effœminatæ. Erit ergo aliquis ita abie-
ctus, & ita infœlix, & ita degeneris animi, ut cœlum
cupiens ascendere, de terrena requie cogitet: quam
non solum requirere, sed etiam paratam recipere,
Iudæorum est. Non uideo charissime, quòd aliquis
nostrùm, uera & perfecta cupidine cœlestium tenea
tur. Alioquin, omnia quæ uidentur esse grauia, um-
De uia arcta. Grego. lib. 37. moral. cap. 24.
bras putaret & risum: Hæc de uia lata Chrysosto. De
uia uerò arcta, sic dicit Greg. Arcta quippe bene ui-
uendi censura, non est ampla uia, sed semita, in qua
quisque studiosè constringitur, qui sub præcepto-
rum custodia, solicitè coangustatur. An non quasi
quædam angustia itineris est, in hoc quidem mundo
uiuere, sed de mundi huius concupiscentia nil habe-
re, aliena non appetere, propria non tenere, laudes
mundi despicere, & pro Deo opprobria amare, glo
riam fugere, & despectum sequi adulatores despice
re, despicientes honorare mala nocentium ex corde
dimittere, & erga eos dilectionis gratiam immobi-
lem in corde retinere. Quæ quidem omnia semitæ
sunt, sed magnæ, quia quantum in hac uita pro ipsa
uiuendi custodia, angustę sunt, tanto amplius in ęter
na retributione dilatantur. Perfecta quippe scientia
est, & cuncta hæc agere, & de suis uiribus scire se ni-
Ioannes Abbas.
hil posse. Vnde & Ioannes Abbas montis Sinai: At-
tendamus nobisipsis, ne quando arctam & angustā
uiam ambulare dicamur, amplam & spaciosam tenē-
tes curramus. Arctam uiam indicabit tibi, & lucida-
bit tribulatio uentris, statio ad uigilandum in oratio
nibus per totam noctem, mensura aquæ, & panis pe
nuria, subsannationes, derisiones, illusiones, decisio
propriarum uoluntatum, ignominiarum poculum,
pasionum & impulsionum patientia, sub despectio
ne esse sine murmuratione, uiolentia iniuriarum, læ-
sus sustinere fortiter, detractione non indignari, con
temptus & uilipensus non irasci, iudicatus humiliari.
Beati post dictam uiam ingredientes, quoniam ipso
rum est regnum cœlorum: Hęc Ioannes. Non autem
...tt. 11.
te moueat, quia hic dicitur: *Angusta est porta, & arcta*
uia, quæ ducit ad uitam, & dicitur: *Iugum enim meum sua*
ue: & onus meum leue. Quia sicut onus dicitur leue in
comparatione ad mercedem, licet in se sit graue, sic
præsentia incommoda, respectu gloriæ futuræ. Itaq;
Roma. 8.
lata dici potest hæc uia, quia in amore cælestium, cor
dilatat cogitantium. *Quoniam non sunt condignæ passio-*
nes huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur
in nobis. Et angusta, quia amorem terrenorum angu-
stat, & à terrenis hominem alienat. Vnde secundum
Chrysosto. ho. 24. in Matth. Arctæ uiæ facilitas.
Chrysost. arcta est uia & angusta, & nihilominus le-
uis ac facilis, quia cuncta aspera uitæ huius pertran-
seunt, & quia ad bonum finem, scilicet ad uitam per-
ueniunt. Temporale, sudorum, & perpetuum coro-

A natorum. Et quia prius sunt laboriosa quæ trāseunt,
& postea gloriosa quæ permanent, maximum potest
laborum esse solatiū. Igitur etsi in se difficile sit quod
iubemur, tamen faciendum est ut ad gloriam perue-
nire mereamur. Qui enim non compatitur, non con
2. Timo. 2.
regnabit: nec coronabitur, nisi q legitimè certauerit.
Ibidem.
Et iterum: Si quis uiam laboriosam existimat, suam
desidiam accusat. Si enim nautis pelagi fluctus, si tē-
pestates, atque hyems agricolis, si uulnera cædesque
militibus, si grauissimi ictus, plagæque pugilibus, le-
ues uidentur, & tolerabiles sunt, propter spem tem-
poralium, ac pereuntium commodorum, tanto ma-
gis cùm cœlum præparatur im præmio, nihil ex præ-
sentibus asperitatibus debet sentiri. Nec aspicias
B quòd uia est aspera, sed quòd ducit: nec alia, quia lata
Pręceptorū domini facilitas.
est, sed ubi desinit: Hęc Chrysost. Quomodo autem
Domini præcepta nobis nō difficilia & onerosa, sed
magis facilia & leuia esse uideantur, docet adhuc idē
Chrysost. dicens: His ergo quæ dicta sunt, ne ultra
inobedientiā contentione foueamus, maximè cùm
præmia, & uoluptatem habeant in se, & utilitatem ip
sa præcepta. Quæ si molesta & onerosa plerisque, &
ingentis cuiusdam uidētur laboris, intellige propter
Christum te illa suscepisse facienda, & quod uidetur
esse triste, iucundissimum iudicabis. Si enim cogita-
tionem hanc semper habuerimus, nihil experimur
onerosum, sed ex diuerso plurimam undique capie-
C mus uoluptatem. Siquidem labor, ipse non amplius
labor apparebit, sed quanto magis intenditur, tanto
dulcior & uoluptuosior fiet. Quando igitur te cupi-
ditas pecuniarum, aliorumque obsederit consuetu-
do uitiorum, ipse ad animam tuā loquere. Tristaris,
quia te corporis uoluptate defraudo, sed lætare po-
tius, quia cœlorum tibi regna prouideo. Non enim
propter hominem, sed propter Deum ista operaris.
Paululum igitur expecta, & uidebis quàm sit cōmo-
dum grande paratum. Disce præsentis uitæ pondera
magnanimiter sustinere, & ineffabili apud Deum fi-
ducia, ac liberalitate gaudebis. Si enim ista semper no
stræ inculcemus animæ, celeriter ab omnibus illam
D uitijs subtrahemus. Vnum illud à te, ac solum requi-
rit Deus, ut aduersus hostē feras inimicitias pro ho-
nore regis & tua salute suscipias. Itaque si ei istud ob
tuleris, omne bellum ipse cōficiet. Ita etiam illa quæ
importabilia nunc putamus, facilia prorsus, ac leuia,
Virtus uitiosis ardua.
amabiliaque ducemus. Quandiu enim in uitijs per-
manemus, asperam atque difficilem, & omnino ar-
duam opinamur esse uirtutem, ipsa uerò uitia, deside
rabilia prorsus ac dulcia. Sin autem uel breui illa tem
pore deseramus, tunc & hæc horribilia, & turpia: &
uirtus delectabilis apparebit ac facilis. Hæc autem ex
illis abundè ualemus addiscere, qui uitam suam facta
in melius conuersione mutauerunt: Hæc Chryso. Vn
de dicit & Seneca: Quædam non quia difficilia sunt,
E non audemus, sed quia non audemus, difficilia sunt.
Et quia dixit paucos esse qui inueniunt angustā por-
tam, & arctā uiam, ne hæretici & peruersi homines,
falsitatem apparen tia uirtutum palliantes, & se plerū
que paucitate commendantes, se nomine paucitatis
supponant, & simplices in uia Dei ambulantes deci-
piant, statim subiecit, dicens: *Attendite*, id est attentè
Hilarius canone. 6. in Matth.
& diligenter cauete *à falsis Prophetis*.. Vnde Hilarius:
Quia paucorū est inuenire arctam uiam, fraudulen-
tiam eorum qui se eam inuenire mentiuntur, expo-
nit, ne ab illa nos impediant. *Attendite, inquit, à falsis*
Prophetis, id est à deceptoribus hæreticis, simulatis
hypocritis, falsis fratribus, religionis speciem pręten
dentibus,

Prophetæ falsi sunt tres.
dentibus, & huiusmodi. Moraliter tres falsi Prophe-
tæ sunt, caro, mundus, diabolus. Ille enim dicitur fal-
sus propheta, qui unū prædicit & pręmittit, & aliud
eueniens soluit, sicque homines decipit & fallit. Pri-
mus ergo est concupiscentia carnalis, promittens de
lectationem & soluens æternam afflictionem. Secū-
dus est, cupiditas mundialis, promittēs sufficiētiam,
& soluens finalem inopiam. Tertius est diabolus, si-
ue superbia secularis, promittēs exaltationem, & sol-
Luca. 14.
uēs futuram abiectionem: quia *qui se exaltat, humilia-*
bitur. Potest etiam hoc exponi de omnibus dæmoni
bus, se in Angelos lucis, ut iustos decipiant, transfe-
1. Ioan. 4. Vestimēta ouium.
rentes. Vnde dicit Ioannes. *Nolite credere omni spiri-*
tui, sed probate spiritus, an ex Deo sint. Qui ueniunt ad uos,
scilicet decipiēdos, *in uestimentis ouium*, id est sub spe
cie religionis in conspectu hominum, similes iustitię
ministris, in habitu humili & oratione prolixa, in ie-
iunio arcto, in eleemosynæ largitione, in uerbis blan
dis, cæterisq; religionis signis, qā prętendunt simplici
tatē, simulāt mansuetudinem, ostentant humilitatē,
fingunt suam ad populum humilitatē, *habentes*, secū-
2. Tim. 3.
dum Apostolum, *speciem pietatis, uirtutem autem eius*
abnegantes. Vnde subiungitur, *intrinsecus autem*, scili-
cet in corde & uoluntate decipiendi *sunt lupi rapaces*:
quia cùm specie uirtutis sint induti, uitæ tamen pra-
uitate sunt corrupti, & ideo magis cauendum ne ra-
piendo dilanient uos blanditijs & simulationibus.
Chryso. Ho hom. 19. operis imperfe. Simulatio. Simulatores sunt hęretici. Hierony. in ca 7. Matthæi.
Vnde enim ait Chrysost. Nulla res sic exterminat bo
num, sicut simulatio, nam malum sub specie boni ce
latum, dum non cognoscitur, non cauetur. Vbi Hie
rony. Et de omnibus quidē intelligi potest, qui aliud
habitu ac sermone promittunt, aliud opere demon-
strant. Sed specialiter de hæreticis intelligendum est,
qui uidentur cōtinentia, castitate, ieiunio quasi qua
dam pietatis ueste se circundare, intrinsecus uerò ha
bentes animum uenenatum, simpliciorum fratrum
corda decipiunt: Hæc Hierony. Et quia ista falsi pro-
phetæ non possunt cognosci ex apparentia exterio-
ri: ideo ostendit unde debeant cognosci, scilicet à fru
ctibus & operibus. Cùm enim alteri sint exterius in
conuersatione alteri interius in affectione, & ita dif
ficile cognoscantur: tamē *à fructibus eorum*, id est ope
ribus, *cognoscetis eos*, scilicet finaliter, non tamen om
nibus licet bona & laudabilia opera uideantur alijs,
sed quibusdam & maximè per impatientiam eorum,
tempora persecutionis & aduersitatis, quia de facili
in tempore tentationis recedunt, & pro simulata iu-
stitia pressuras non sustinent. Sed ut dicit August. ve
stimenta religiosa sine bonis operibus, non solum re
Simulatio n's maliū. Seneca in prouerbijs.
medium habere non poterunt, sed etiam iustum Dei
iudicium sustinebunt. Vt enim dicit Seneca, malus,
ubi bonum se simulat, tunc pessimns est. Igitur, ut
idem Seneca dicit, quis sis interest, non quid habea-
ris. Deinde probat quod proposuit exemplo particu
lari, quia spinæ, & tribuli, ac uitis, & ficulnea cogno-
scuntur distinctè ex fructibus diuersis, ergo & homi
Chryso. ho. 24. in Matthæū.
nes. Non enim *colligunt de spinis uuas, aut de tribulis*
ficus. Vbi Chryso. Quod uerò dicit huiusmodi est.
Nihil habent mansuetum, nihil mite, nihil dulce,
usque ad pellem sunt oues, ideoque facilis est co-
Spina.
gnitio, ut neque de contingenti dubites: Hęc Chry-
so. Nomine spinæ, potest intelligi carnalis concupi-
Tribuli. Vua. Ficus.
scentia, quæ semper ardet, & numquam consumitur.
Nomine tribuli, spiritualis malitia, quę plena est pun
ctionibus peccatorum. Nomine uuæ, feruor uitæ a-
ctiuæ. Nomine ficus, dulcendo uitæ contemplatiuę.
Ex concupiscentia ergo carnis, non colligitur bona

A actio, quæ requirit corpus spiritui obediens, & subie
ctum: nec de malitia cordis contemplatio, quæ requi
rit cor deuotum & pacificum, quia *in maleuolam ani-*
Sapiētiæ. 1.
mam non introibit sapientia, quò ad contemplatiuam:
nec habitabit in corpore subdito peccatis, quò ad
actiuam, quæ ministerio corporis exercetur. Dein-
de confirmat hoc idem exemplo generali, quia sicut
unaquæq; arbor, ex fructu suo cognoscitur, ita unus
quisque homo, ex fructibus & operibus suis, cogno
sci potest. Ideoque non dixit à folijs eorum, id est uer
bis, sed *à fructibus*, id est operibus *cognoscetis eos*. Si .n.
uerba attendimus, non facilè boni discernuntur à ma
lis, sed qui in uerbis non discernūtur, in operibus cō-
prehēdūtur, si fideles sunt, si mites, si patiētes, si humi
B les si casti si auaritiam oderint, & similia quæ enume
rare longū esset. Cognoscentur ergo falsi prophetæ, à
fructibus suis, quoniam & si aliquando bonum ali-
quod facere uideantur, scilicet eleemosynam, oratio-
nem & ieiunium, & huiusmodi, tamē quia uel pro lu
cro, uel pro laude faciunt, eorū simulatio diu non po
test celari. Quāuis enim inscrutabile sit cor hominis,
potest tamen humano iudicio, maximè longo tem-
pore, cognosci ex actibus & operibus, quę vocat fru
ctus, quia qualis vnusquisque est, talia dicit, & opera
tur. Vnde licet mali & uitiosi, malitiam suam operiāt
aliquo tempore & operentur bonum ex genere, ta-
men non est bene possibile quin operentur quando
Persona ficta diu nō fertur. Seneca in lib. 1. de clement. cap. 1.
que secundum inclinationem suæ malitiæ. Vnde Se-
C neca: Nemo potest diu ferre personam fictam, citò in
naturam suam recidunt, quibus ueritas non subest,
qui autem ex solido nascuntur, tempore ipso in me-
lius proficiunt. Detegitur etiam error, quandoque
temporalis commodi tentatione, persecutionis tem
pore, etsi fingant humilitatem & bona opera, tempo
re prosperitatis cùm honorantur, detegetur tamen
eorum superbia, cùm aduersis tanguntur & honor
subtrahitur. Possunt etiam cognosci, quando conse-
cuti sunt ea propter quæ operando laborauerunt, vt
dignitates & huiusmodi, quia sæpe postmodum ces-
Augustin. in psal. 36. Tentatio duplex.
sant operari. Vnde August. Quæcunque in factis vel
dictis apparere non potuerunt, tētationibus aperiun
tur. Tentatio autem duplex est, aut in spe adipiscendi
D aliquod commodum temporale, aut in timore amit-
tendi. Cùm enim aliquibus tentationibus cœperint
ea ipsa illis subtrahi vel negari, quæ isto velamine, vel
consecuti sunt, vel consequi cupiunt: tunc necesse est
ut appareat, utrum lupus in ouina pelle sit an agnus
in sua: Hæc Augustin. Insuper & in hoc cognoscun-
tur, quia simplices opprimūt, maioribus detrahunt,
minima redarguunt, correctionem impugnant non
faciunt quod dicunt, in dignitatibus se iactant, in bo
nis inceptis fastidiunt, in aduersitatibus murmurant,
& maximè per impatientiam, in aduersitatibus, vt su
prà dictum est, cognoscuntur. Vbi nota quòd homo
non loquitur ita expresè nec ita propriè, sicut in lin-
Auis uocē simulans.
E gua propria. Sunt autem aliqui, qui faciunt sicut auis
in capola, quę mutat linguam propriam, & fingit vo
cem hominum, uel aliarum auium, & licet quando
bene fit sibi hoc faciat, tamē si aliquis eam in pede læ
serit, vel alibi dolorem senserit, vel quicquam contra
uoluntatem receperit, statim ad vocem propriam re
uertitur. Sic multi quādo sūt in prosperitate, vel quā
do bene fit eis, mutant vocē propriam, Deū laudant,
adulationibus seruiunt: sed si sint in aliqua aduersita-
te, vel aliquo modo lædantur, statim ad linguam pro
priam, scilicet ingratitudinem, impatientiā, & huius-
modi, reuertuntur. Et bene dicit, quòd ex fructibus
cogno-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognoscuntur, nam *omnis arbor bona*, id est homo bonus, habens uoluntatem bonam, *fructus bonos*, id est opera bona, & uitæ æternæ meritoria *facit: mala autem arbor*, id est homo habens volũtatem prauam, *fructus malos*, id est opera mala, & demeritoria *facit*. Nam actus interior voluntatis, causa est immediata actus exterioris. Et ideo vt dicit Ambrosius. Effectus tuus, operi tuo nomen imponit. Vnde secundum Chrysostо. Voluntas est, aut quæ remuneratur pro bono, aut condemnatur pro malo: opera autem, testimonia sunt uoluntatis. Et verè ita est, quia *non potest arbor bona*, inquantum huiusmodi *fructus malos facere: neque arbor mala*, inquantum huiusmodi *fructus bonos facere*. Istud enim compositè intelligendum est, quia *arbor bona*, manens bona, *non potest fructus malos*, & demeritorios *facere*, *& arbor mala*, manens mala, *non potest fructus bonos facere*, id est meritorios vitæ æternæ. Et ideo si homo bonus facit fructus malos, iam bonus non est, & si malus uult bona operari, bonus primò fiat. Et verè bona arbor, bonos fructus facit, & mala, malos: quia *bonus homo, de bono thesauro cordis sui*, id est de bona intentione & voluntate, quæ sicut thesaurus absconditus latet interius in mente *profert bona* uerba, scilicet & facta, *& malus homo, de malo thesauro*, id est mala voluntate & intentione *profert mala*, scilicet verba & facta, quia contrariæ causæ, habent contrarios effectus. Nam secundum Bedam, idem est thesaurus cordis, quod radix est arboris, & quod de corde profertur, idem est quod arboris fructus. Vnde & Remigius: Thesaurus cordis intentio est, ex qua Deus iudicat opera, ut aliquando minora maior, aliquãdo maiora minor merces sequatur. Magnum donum Dei est, bona voluntas: & præstantius super omnes res terrenas. Vnde Augustinus. Bona voluntas est, qua appetimus rectè honestèque uiuere, & ad summam sapientiam peruenire. Voluntatem quisque cùm habet bonam, idcirco habet, quòd terrenis omnibus regnis, voluptatibusque omnibus corporis, longè anteponendum sit. Quisquis autem non habet, caret profectò illa re, quam præstantiorem omnibus bonis, in potestate nõ constitutis, sola illi uoluntas per se ipsam daret. Et iterum: Si desit facultas, non quæritur nisi voluntas: Hæc Augustinus. Arboris ergo bonæ radix, est voluntas gratia diuina informata: foliũ, cogitatio: flos, sermo: fructus, opus. Arboris verò malæ radix, est voluntas gratia Dei destituta, cuius cadũt folia, marcent flores, putrescunt fructus, quæ ex bona arbore non possunt procedere. Et meritò, quod de bono uel malo corde procedit, bonus vel malus debet iudicari fructus. Ex abundantia enim bonitatis, vel malitiæ cordis, quæ intus latet, os exterius loquitur uerbum dictionis & operis. Ex interiori enim homine, procedit exterior effectus, tam in uerbis quàm in factis: ac uerbum & factum exterius, testimonium cordis est, & significatiuum conceptus interioris. Per oris enim locutionem, vniuersa quæ dicto, uel facto, vel cogitatu, de corde proferuntur, Dominus uoluit significare, nam moris scripturarũ est, uerba pro factis & rebus ponere. Vnde de Ezechia. *Non fuit uerbum quod non ostenderit Ezechias in domo sua.* Qui utique rerum & non uerborum, Chaldæis reuelauerat arcana. De ore autem, hîc specialiter exemplificat, quia per os, cor maximè manifestatur, eo quòd uerba, in signis primatum tenent, secũdum Aug. Deus autem, secundum os, omnia cordis iudicat, quia ex qua intentione uerba procedunt,

Voluntas. Chrysо. ho. 46. operis imperfe.

Beda in c. 6. Lucæ. Thesaurus cordis. Remigius in eum locum. Bona uolũtatis laus. Augustin. lib. 1. de libero arbit.

Arboris bonæ partes.

Verba pro factis ponere. Esaiæ. 39.

Augustin. lib. 2. de doctrina Christi. cap. 2. Oris locutio.

A non ignorat. Et notãter dicit *ex abundantia cordis, os loquitur*: quia plus intus est quàm effunditur. Sicut fumus ab igne surgit, sic olla ebulliens redundat. Vnde Chrysо. Naturalis enim consequentia est, ut cùm intus abũdat nequitia, effluant oretenus verba nequã. Quare cùm audieris hominem perniciosa & inhonesta loquentem, non tantam puta in eo latere nequitiam, quãta uerbis eius exprimitur, sed multò amplio rem cõiice esse fontem. Quod enim exterius dicitur, superfluum est eius quod intus est. Lingua quidé cõfusa, multotiens nõ repente effundit nequitiam: cor autem nullum hominum habens testem, sine timore quæcumque vult parit mala, Dei enim non multa cura est ei. Hæc sententia & similitudo de arbore, B hic ponitur contra hypocrisim, specialiter Scribarum & Pharisæorum, sed infra etiam ponitur, contra eorum malitiam & blasphemiam, qua dicebant Christũ in Beelzebub eiicere dæmonia. Et ne tepidi putent se esse immunes à pœna quia à malo abstinẽt, aliena nõ rapiunt, sine querela viuunt, tamen bona non agunt, proximis non conpatiuntur, sua egentibus non tribuunt, ideo additur, *omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur*, id est sententia iudicis, à consortio omnium bonorum, & numero fideliũ separabitur, & sentẽtiæ executione, ab Angelis messoribus *in ignẽ* æternum gehennæ *mittetur*, ubi minatur Dominus, infructuosis, pœnam damni, quia excidentur à terra C viuentium & pœnam sensus, quia mittẽtur in ignem æternum. Nec exprobrabit Dominus, quòd mala fecerint, sed quòd bona non egerunt dicens: *Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c.* Et sciẽdum quòd fructus cordis sunt, contritio, diuinæ legis meditatio, beneficiorum Dei recordatio, mortis memoratio, proxmi compassio. Fructus oris, oratio, prædicatio, gratiarum actio, cõsilium, fratris errantis correctio, ignorantis instructio. Fructus operis sunt, pœnitentia, eleemosyna, obedientia, obsequiorum diligentia, difficilium tolerãtia. Sed ne putemus ad fructus iam pertinere, si quis dicat: *Domine, domine*, & ex eo nobis arbor bona videatur esse subiungit: *Quid autem uocatis me Domine, & non facitis quæ dico?* Quasi vellet dicere hypocritis, & specialiter Scribis & Pharisæis: Vos D estis arbores, habentes folia sine fructu, & verba sine opere, & ideo maledicti tales sunt, sicut salices habentes folia similia oliuis, sed fructu carẽtes. Tantũ enim est inter dicere & facere, quantum inter folia & fructus. Deinde ostendit, quò ad salutem, non sufficiũt verba confessionis, sed quòd exigitur executio diuinæ voluntatis, dicens: *Non omnis qui* verbotenus no mine tantum, *dicit mihi Domine Domine*, cõfitendo fidem catholicam *intrabit in regnum cælorum*. Cõfessio enim fidei, sine operibus, nõ sufficit ad salutem, quia talis fides mortua est, sicut illorum, qui Deũ ore con E fitentur, factis autẽ negant. Sic modo plurimi in oratione positi, verbotenus & nomine tantum dicunt: Domine, Domine, cor autẽ eorum lõgè est à Deo. Hypocritæ etiam dicunt hoc facto, sanctitatem exterius simulantes coram populo. Sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnũ cœlorum. Hi enim sunt fructus boni & bonæ arboris, s. facere voluntatem patris, cuius faciendæ scipsũ præbere exemplũ dignatus est. Quid enim meriti est Domino dicere, *Domine, domine*. Nũquid Dominus non erit, nisi fuerit dictus à nobis? Verè dicere, domine, domine, vel dominus Iesus, est corde credere, ore confiteri, operibus attestari, nam unum sine alio negare est. Vt enim ait Augustinus. Credere in Deum, est

Chrysostо. ho. 43 in Matth.

Contra tepidos.

Confessio fidei sine operibus ad salutẽ nõ sufficit.

Augustin. serm. 182. de tẽpore. Credere in Deum. Voluntatem Dei facere.

est credendo amare & diligere, credendo in eum A ire, & eius membris incorporari. Et notandum quòd hæc videntur immediatius facere uoluntatem Dei, scilicet super omnibus agendis, sustinendis & habendis ei se conformare, & inde quies mentis, faciem Domini omnia intuentem, semper ut præsentem intueri, & inde reuerentia, pudor, & disciplina intus & extra, bonitatem gratuitè liberalitatis Dei libenter considerare, sæpius actualiter aduertendo, inde amor gratuitus & confidentia de futuro, semper attendere ad ædificationem proximi, omne verbum & opus præmeditari, sæpius super se reflecti. Et ne decipiamur, non solùm nomine Christi, per eos qui nomen & non facta habent, sed etiam quibusdam factis & miraculis adiungit, & dicit: *Multi dicent mihi in illa die*, notabili & famosa, terribili impijs, & blanda piis, scilicet die extremi iudicij, quando secundum Chrysostо. Loquentur corda, & tacebunt ora, quãdo non persona interrogatur, sed conscientia discutitur: ubi non erunt testes adulatores, sed Angeli ueraces. *Domine, domine, nonne in nomine tuo*, id est in virtute & inuocatione nominis tui, *prophetauimus*, id est propheticum sermonem protulimus, & occulta denunciauimus, *& in nomine tuo dæmonia eiecimus*, ab obsessis, *& in nomine tuo uirtutes multas*, id est miracula *fecimus*, his similes sunt bene docentes, & malè viuentes. Vbi Chrysostо. Illi quippe, quia contrarium expectationis suæ finem videbunt, quia hîc fuerunt mirabilia faciendo conspicui, ibi autem se intelligent puniendos, quasi stupentes dicent, atque mirantes: *Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus?* quemadmodum nobis adB C uersaris † modo? Quid sibi vult nouus iste finis, nec à nobis aliquando præuisus?

Deinde subiicitur sententia iudicis, tales reprobantis & abiicientis. *Et tunc*, inquit, *confitebor*, & dicã illis *numquam*, in prædestinatione *noui uos*, scilicet notitia approbationis, sed reprobationis. Illos enim dicitur scire, quos approbat, illos verò nescire, quos in sua dilectione non approbat: Vnde Augustinus. Scit reprobos, quos cognoscendo iudicat, non autem approbat voluntatem, quæ ab ipso discordat. Vnde & Beda: Non scientia scripturarum Deo notum facit, quem operum iniquitas obtutus eius ostẽdit indignum. Et tandem eos propter opera iniquitatis abiiciendo, subiungit: *Discedite à me*, bonos glorificantes, *qui operamini iniquitatem. Discedite*, id est diuisi per iniquitatem, cædite in æternam damnationem, non ergo cognoscit nisi eum qui operatur æquitatem, à Deo, qui vbique est, iubentur recedere, quia licet sit vbique per præsentiam deitatis, non tamen ut obiectum beatitudinis. Dicit autem in præsenti, qui operamini, quia affectus malus, adhuc remanet in eis. Vnde Hiero. Non dixit, qui operati estis iniquitatem, ne uideretur tollere pœnitentiam, sed qui operamini, hoc est, qui vsque in præsentem horam, cùm iudicij tempus aduenerit, licet non habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habetis affectum: Vnde & Chrysostо. Non dicit, qui operati estis, sed qui operamini: quia iniqui post mortem nõ desinunt esse iniqui, quia etsi peccare nõ possunt, peccandi tamen voluntatem non amittunt. Nam mors animam quidem à carne separat: animæ autem propositum, non immutat. Igitur, ut ait Chrysostomus, voluit Dominus hoc loco asserere, qꝫ fides absq; operum sanctitate nil valeat, & non modo fides, sed ne ipsa quidẽ cuipiã mirabilia, pfutura sunt, si ea operatus fuerit absque possessione virtutum: quia neque fides, neque mirabilia quicquam valent, si non assistat uita: & iterum, nusquã in opere signorum & mirabilium beatitudo ponitur, sed in expletione mãdatorum & perfectione. Qui signorum & mirabilium indiciis probari uult, non potest probus uideri. Vita enim & actus probi, etiam sine signis & mirabilibus, merentur coronam: iniqua autem cõuersatio, etiam si signa & prodigia fecerit, supplicia non euadet: Hæc Chrysost. Notandum quòd hîc miraculorũ operatio, quandoque prouenit ex merito inuocantis nomen Domini, quandoq; ex merito illius super quem inuocatur, quandoque nec ex merito huius, nec ex merito illius, sed ob utilitatem assistentium, B ut videntes hoc, Deum honorent, & in Christũ credant, quandoque ad damnationem inuocãtis & præsentiũ, ut uidentes nõ uideant, & uidentes cæci fiant: quandoq; etiam in elationem & uanam gloriam extollit, vel aliquo alio modo facienti, nocet. Non mireris ergo, si quandoq; iniqui prophetant, aut miracula faciunt: quia istæ sunt gratiæ Dei gratis datæ, quæ dantur principaliter ad communem utilitatem Ecclesiæ, & rarò ad utilitatem singularis personæ: & ideo aliquando per malos homines, à Deo nobis dãtur, ad inuocationem nominis Christi, non propter merita inuocantium, sed ad declarationem virtutis Christi, & confirmationem fidei, licet ipsi inuocantes sint mali. Sicut bona eleemosyna, aliquãdo datur G à bono domino, mediante malo seruo. Bonum ergo sectemur, malum omne uitemus totoq; affectu præceptis cœlestibus obtemperemus, ac talibus officijs cogniti Dei simus, agẽtesq; potius quod vult, quàm quod potest, gloriemur. Et quia Dominus repellit ipsum confitentes, ore & opere legem suam nõ implẽtes, concludit inutilitatem auditus, ubi non sequitur opus, & admonet nos ut Christi doctrinam opere impleamus, ne cum operariis iniquitatis ab eo discedamus, quia inutilis est legis auditio, nisi sequatur operis impletio. Vnde concludit totum sermonem, cuius conclusio quàm terribiliter inferatur, ualde attendendum est. *Omnis ergo*, inquit, nullo excluso *qui audit*, aure interiori intelligendo, *uerba mea hæc*, quæ D locutus sum in aperto, *& facit ea*, affectu charitatis, opere adimplendo, *assimilabitur uiro sapienti*, sibi in futurũ prouidenti, *qui ædificauit domum suam*, id est bonorum operum constructionem, *supra petram*, id est Christum, omnia opera sua faciens propter ipsum, talis enim facit opera bona de genere & recta intentione, quæ duo requiruntur ad impletionem legis Euangelicæ. Non enim quisque firmat quæ audit uel percipit, nisi faciendo, & opere implendo. Et quia petra est Christus, ille in Christo ædificat, qui quod ab illo audit, facit. *Descendit pluuia*, id est tentatio carnalis lasciuiæ & concupiscentiæ, *uenerunt flumina*, mundanę cupiditatis & auaritiæ, *flauerunt uenti*, diabolicæ uanitatis & superbiæ, *& irruerunt*, per impetuositatem & E importunitatem tentationum, *in domum illam*, id est ædificium uirtutum in Christo constructum, sed nõ diruerunt eã, *nec cecidit*, à stabilitate uirtutis succumbendo tentationibus istis, *fundata enim erat*, finaliter, radicaliter, & perseueranter per fidem, spem, & charitatem, *supra firmam petram* & solidam, scilicet Christũ, non in terrenis. Tangitur ergo hîc triplex tentationũ differentia, in qua significantur & consistunt omnia tentationum genera. Potest etiam dici, qꝫ quę dã sunt tentationes uoluptatis & concupiscentiæ carnalis, quæ designantur in pluuia, quæ guttatim cadit & emollit.

Chrysostо. ho. 29. operis imperfe. Corda loquentur in die iudicij.

Chrysо. ho. 25. in Matthæũ.

Fructus cordis, oris & operis.

† nos aduersaris.

Scire & nescire Deũ.

Discedere à Deo.

Operantur adhuc uanitate damnati.

Chrysо. ho. 19. operis imperf.

Chrysostо. hom. 25. in Matth.

Tentationum trium genera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lit. Aliæ sunt aduersitatis & tribulationis, quæ significãtur p flumina, quę cũ impetu ueniũt. Alię sũt per suasionis, siue per minas, siue p blanditias humanas, siue psuggestiones diabolicas, quę designãtur per uẽtos, horum autem omnium, qui prosperitatibus inducitur, aduersitatibus frangitur. Quorum nihil metuit, qui fundatam habet domum supra petram, scilicet Christum, cui innitur in obseruatione pręceptorum, id est qui non solum audit præcepta Domini, sed etiam facit, & his omnibus periculosè subiacet, qui audit & non facit, non enim quisque stabile fundamentum habet nec firmat in se quæ Dominus pręcipit, uel ipse audit, nisi ea fecerit. Vnde consequenter ait, & per oppositum: *Omnis qui aut uerba mea hęc, supradicta, & non facit ea*, sed contemnit *similis erit*, in culpa, *uiro stulto*, & malo, *qui ædificauit domum suam*, id est ædificium operum suorum *supra arenam*, id est amorem terrenorum mobile, & in stabile fundamẽtum, quod facit omnis, qui contemptis cœlestibus, non cessat inhiare terrenis, & qui intentionem suam super aliud, quàm super ipsum Deũ ponit: quia omnis creatura mutabilis est. Arena, cupiditati terrenorũ cõparatur, quia sterilis, sic qui amat diuitias, frui non potest, quia fluida sic transeunt omnia uelut umbra: quia fluctibus concussa, sic in mundo est pressura. Item per Arenam, congregationem malorum significat: quia innumerabilis, per multiplicitatẽ: quia discohærens, per dissensionem: quia sterilis, ad bonorum multiplicationem, & ideo sequitur casus in peccatum, *quia ueuerunt*, supradicta mala tentationum, *& irruerunt*, subito impetu, & simul, *in domum illam*, malè fundatam, *& cecidit*, per culpam, *& facta est ruina eius magna*, quia ruit usque in gehennam. Primò ruit in foueam culpæ, & postea in foueam gehennæ, quæ est ruina magna (quia omnino irreparabilis) omnis conscientia, quæ spe fixa in Deo non permanet, in tentationibus subsistere non ualet, & tanto amplius agitatur, quanto plus in his quæ mũdi sunt, à superioribus disiungitur. Vbi Beda: Manifestum est, quia ingruente qualibet tentatione, mox & uerè mali & ficti boni peiores fiunt, donec ad extremum perpetuam labantur in pœnam. Vbi & Chrysostomus: Et facta est, inquit, ruina eius magna. Neque enim exiguarum, leuiumque rerum periculum est, sed de animæ discrimine, de immortalibus supplicijs, deque cœlestis regni amissione res agitur: Hæc Chrysostomus. Nec tamen semper audiens uerbum Dei & non faciens, cadit in illam periculosam ruinã, sed duplici distinctione opus est. Vna, ex parte audientis, quia is qui audit uerbum Dei, aut omittit facere & ex contemptu, & tunc locum habet similitudo proposita, aut ex fragilitate, & tunc non. Alia est ex parte uerbi Dei, quia ea uerba quæ quis audit, aut sunt uerba necessitatis ad salutem, sicut præcepta Euangelica, & tunc similitudo habet locum, aut sunt uerba consilij & supererogationis, & tunc non nisi quantũ ad perfectos. Moraliter, domus iusti (cuius ædificatio est bona conscientia) pertinet ad bonorũ operum perfectionem: fossio, ad contemptum terrenorum, siue paupertatem: fundatio, ad meditationem cœlestium & amorem: impulsio ad tẽtationum impugnationem: immobilitas, ad finalem perseuerantiam. Domus impij, est mala conscientia, de qua in Michea: *Adhuc ignis in domo impii*: cuius terrena ædificatio pertinet, ad terrenorum amorem, fundamenti priuatio, ad mentis instabilitatem: fluminis inundatio, ad carnalium deliciarum fluxibilita-

Ruina malorum.

Beda in c. 6. Luca.

Chrysost. hom. 25. in Matth.

Domus iusti.

Micheæ. 6.

tem: casus celeritas, ad peccandi pronitatem: ruinæ magnitudo, ad æternam damnationem: domus etiã concutitur in tentatione, inclinatur in delectatione, cadit in consensu. Et est casus magnus in consensu, quia sic cadit à gratia: maior in opere, quia sic cadit à uita: maximus in obstinatione, quia sic cadit à misericordia. Sapiens ergo qui audita opere complet & perficit, structuram firmam erigit quia per cumulũ bonorum operum Deus gratiam dat, quæ nostra merita absque ruina casus consolidat & confirmat. Per gratiam enim bene operando, meremur perseuerantiam in bono, ut spirituale nostrum ædificium in petra fidei fundatum, per spem erectum, per charitatem solidatum, nec plũuia, nec flumminibus, nec uentis poterit euerti, Christo gratiam suam donante. Stultus uerò qui audit & non operatur, sed audita dissimulans, obliuiosus auditor factus, tanquam super arenam, opus ædificationis impendit, & quia aure perceptum opus non firmat, statim tentationibus su peruenientibus ruit & euanescit. *Non enim auditores legis, iusti sunt apud Deum, sed factores.* Sunt autem tria genera hominum ædificantium. Sũt enim qui amant solum Deum, & hi ædificant aurum, argentum, & lapides preciosos: in amore uirtutis, aurum: in cognitione ueritatis, argentum: in cooperatione boni operis, lapides preciosos. Sunt alij qui amant quædam præter Dẽum, tamen nil contra Deum, nec aliquid plus quàm Deum, & in his fundamentum quidem manet, quia amor Dei non destruitur, tamen quia ex affectu eorum quæ pariter amantur quædam corruptio contrahitur, lignum, & fœnum, & stipula superædificatur. In ligno, peccatum illiciti operis: in fœno sine opere, peccatum prauæ delectationis: in stipula, peccatum illicitæ cogitationis. Sunt alij qui amant quædam contra Deum, & in his omnino destruitur fundamentum, quia amor Dei esse non potest, ubi uel solus, uel summus non est. Igitur ad primos pertinet laudari & saluari: ad secundos, corripi & liberari: ad tertios, argui & damnari. Item super fundamentum fidei, quidam ædificant aurum contemplationis, quidam argentum prædicationis, quidam lapides preciosos bonorum operum. Isti quidẽ saluantur, & merito fundamenti, & bonorum operum. Alij verò ædificant ligna, scilicet amorem ardentiorem temporalium. Alii fœnum, scilicet fimum delectationum carnalium. Alij stipulam, scilicet ocio forum verborum & operum infirmorum. Isti etiam saluantur merito fundamenti, & tamen quasi per ignem quo exuritur ædificium tanto fundamento non idoneum. Deinde ad conclusionem omnium præcedentium subiungitur: *Et factum est cùm consummasset Iesus uerba hæc*, scilicet sermones istos in monte habitos, qui bene dicuntur consummati, quia nihil imperfectionis habent, & omnia saluti necessaria continent, *ad mirabantur turbæ super doctrina eius*, & de excellentia sapientiæ eius, quia nunquam sic homo est locutus, & bene admirabantur, quia, ut ait Chrysostomus: Quicquid dignè laudare non possumus, admiramur. Vbi ostenditur eminentia doctrinæ Christi, quia admirabantur turbæ, eo quòd eminentissimas uirtutes docebat, & imperfectionem legis supplebat, & non solum terrena bona, sed cœlestia bona promittebat, ac doctrinam suam mirabiliter confirmabat. Vnde causam admirationis subdit, dicens: *Erat enim docens eos, sicut potestatem habens*, scilicet per seipsum in sermone, præferendo consilia præceptis, & quæ minus uidebantur in lege

Casus in consensu, opere, & obstinatione.

Ædificantium tria genera.

Aurum.

Argentũ.

Lapides preciosi.

Ligna. Fœnum.

Stipula.

Chrysost. hom. 20. operis imperfecti.

Admiratio. Potestas domini.

addendo

addendo obscuritates legis, explanando, in iure condendo, & ad libitum suum sicut author, & conditor iuris sui mutando, vel illud sicut nemini subiectus cùm vellet reuocando, vel *sicut potestatem habens*, infirmos sanandi & miracula faciendi: vel *sicut potestatem habens*, imprimendi, & corda audientium ad se conuertendi, *non sicut Scribæ & Pharisæi eorum*, qui ea quæ per legem didicerant, præcepta populis dabant, nec eis aliquid de his mutare licebat. Sicut nec etiam Moyses aliud quàm Dominus iusserat potuit loqui, & nihil de præceptis eius mutare, vel subticere. Vbi Chrysostomus: Admirabantur verò eius inter multa alia præcipuè potestatem, non enim quasi ex alterius persona præcepta ponebat, sicut Moyses fecerat, & Prophetæ, sed ferè vbique se indicabat esse qui imperandi authoritatem teneret. Denique cùm præcepta ipsa sanciret, sæpe dicebat. *Ego autem dico uobis*, & terribilis illius iudicij faciens mentionem, se monstrabat esse iudicem, de præmijs atque supplicijs: Hæc Chrysostomus. Conspice nunc & considera dominum Iesum in sermone isto, quomodo affectuosè, benignè, & efficaciter loquitur auditoribus, & eos ad actus virtutum inducit. Conspice etiam discipulos, quomodo reuerenter, humiliter, & cum tota mentis intentione eum aspiciunt, & verba illa mirifica auscultant, & ea memoriæ commendat, & cum iocunditate magna, tam in uerbis, quàm in aspectu fruuntur. Erat enim *speciosus forma præ filiis hominum, & diffusa est gratia in labiis suis*. In hac enim consideratione iocunderis & tu aspiciendo & osculando, ac si eum videres, & loquentem audires, & approximando eis, si fortè vocatus fueris, & immorando ibidem, ut Dominus tibi dabit. Deinde cõspice eum, vnà cum discipulis de monte descendentem, & cum eis familiariter etiam per uiam eundo loquentem, & quomodo ille simplicium cœtus gregatim sequitur eum, non curiosè ordinati, sed sicut pulli post gallinam, & quilibet vt melius audiat, magis eidem nititur appropinquare, sequere & tu preciosum illum thesaurum, vel à longè, si fortè micas vel reliquias aliquas inde cadentes post tergum tam pij magistri ualeas colligere.

Chryso. hom. 25. in Matt.

Psal. 44.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe clementissime, fac me per arctam uiam iustitiæ, & angustam portam pœnitentiæ, intrare ad aulam salutis, & uitam gloriæ. Doce me uitare deceptorum fallaciam, & da mihi imitari spiritualis ouis simplicitatem & innocentiam: fac me radicem cordis cœlo non terræ affigere, nec in foliis uerborum tantum, sed potius in fructibus bonorum operum fidelis merear inueniri. Fac ut uoluntatem patris cœlestis faciam, & uerba tua audiens, opere adimpleam, ut in te firmatus, nullis à te separer tentationibus. Amen.*

De curatione leprosi. Cap. XLI.



LEGE ergo Euangelica in monte data, cõsequenter ponitur eius confirmatio per miracula, quia boni magistri est doctrinã suam comprobare per facta. *Cùm itaque completo sermone, Dominus descendisset de monte secutæ sunt eum turbæ multæ*, propter quarum ædificationem, & rogantis populi deuotionem, mouebatur ad faciendum miraculum. Vnde Hieronymus: Post prædicationem, atque doctrinam signorum, offertur occasio, ut per uirtutum miracula, præteritus apud audientes sermo firmetur. Et Chrysostomus: Post sermonem, immediatè procedit ad miracula: ut verbis præcedentibus authoritatem præstaret, vt mirabilis in uerbis, mirabilis appareret in opere. Et Theophilus: Doctrinę autem operationem immiscuit, nisi enim ostenderet miracula, eius sermoni nõ crederetur. Sic & tu post doctrinam operare, & non sit in te vacuus tuus sermo. Mysticè *cùm descendisset Iesus de monte*, scilicet diuinæ excellentiæ, in vallem humilitatis † manendo quod erat, assumendo quod nõ erat, tunc enim de monte descendit, quando se exinaniuit, formam serui accipiens, tunc post descensum, *secutæ sunt eum turbæ multæ*, quia nisi Deus descendisset, homo ad sequelam suam nõ ascendisset, quia magna gloria & dignitas est homini, sequi hunc Dominum. Et secundum Augustinũ, primò leprosum mũdauit, vt ex hoc appareret nouum testamentum in monte datum, & gratiam Euangelij, supra legem esse, quæ leprosum excludebat, non sanabat. Videtur autem hîc contrarietas, in eo quod Matthæus dicit, cùm descendisset de monte. Lucas verò dicit, cùm esset in vna ciuitatum. Ad hoc dicendum secundum Gloss. Quòd post descensum de monte, fuit aliquod interualli antequam intraret ciuitatem, & in illo interuallo fuit sanatus leprosus: quod Matthæus suo loco ponit. Lucas verò dicit, cùm esset in vna ciuitatũ, scilicet Capharnaum, quia erat ibi propè, ad leucam & dimidiam, contra Orientem. *Leprosus* ergo *ueniens* non tam passibus corporis, quàm fide cordis, *genu flexo procidens in faciem suam, adorabat eum*, cum humilitate corporis, *& rogauit eum*, cum oratione oris. Vbi tria ista concurrunt, scilicet fides, humilitas, oratio, nihil negatur à Deo, *procidit in faciem*, sicut humilis maculas suas non tegens, sed humiliter confitens & publicans, ideo exaudiri meruit & mundari: sic & tu humilieris, ut exaudiri & mundari mereatis. Vnde Ambrosius: Quia in faciẽ procidit, humilitatis est

Matt. 8. Mar. 1. & Luc. 5. Miracula post doctrinam.

Hieronym. in cap. 8. Matthæi.

Chrysost. ho. 21. operis imperfe.

Theophilus in Matth.

† humanitatis.

Glossa in Matth.

Ambrosius in c. 5. Luc.

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& pudoris, vt vnuſquiſque de uitæ ſuæ maculis erubeſcat, ſed confeſsionem verecundia non repreſsit, vulnus oſtendit, remedium poſtulauit. *Adorabat ergo eum dicens: Domine* per quem omnia facta ſunt, *ſi uis potes me mundare*, voluntas tua opus eſt, & opera tuæ uoluntati obediunt: non dixit munda me, ſed in voluntate ei ſicut Deo poteſtatem & authoritatem curandi tribuit, & ei totum concedit, quaſi diceret, quicquid vis potes ſicut omnipotẽs. Vbi Titus: Addiſcamus ex verbis leproſi corporalium infirmitatum medelam non quærere, ſed diuino beneplacito totum committere, qui nouit opportuna, & omnia iudicio diſponit. Leproſus ergo confitendo in Chriſto diuinam potentiam, & poteſtatis authoritatem, ac ſuam oſtendendo fidem, & deuotionem, meruit curationem. *Ieſus enim miſertus eius*, per compaſsionem & affectum: & *extendens manum ſuam*, quod fuit liberalitatis contra auaros, *tetigit eum*, quod fuit humilitatis contra ſuperbos, *dicens uolo*, quod fuit pietatis contra inuidos, *mundare*, quod fuit poteſtatis cõtra incredulos. Vbi notandum quòd lepram corporalem quinque modis curatam legimus. Primò, per ablutionem, ſicut patet in Naamam, & ſignificat lachrymarum effuſionem. Secundò, per oſtenſionem, ſicut patet in decem leproſis qui eundo ad oſtendendum ſe ſacerdotibus, mundati ſunt, & ſignificat confeſsionem. Tertiò, per ſeparationem, ſicut patet in Maria ſorore Moyſi, & ſignificat excommunicationem, quæ inſtar cauterij debet eſſe medicinalis. Quartò, per incluſionem, ſicut patet in manu Moyſi, quæ de ſinu extracta, leproſa apparuit, ſed in ſinum reposita, curata fuit. Sic multi qui in ſeculo ſpiritualiter erant leproſi, mundantur clauſtrum ingreſſi. Quintò, per tactum, ſicut patet hîc, ubi manus Chriſti, carnem leproſi tetigit & mundauit. Vbi notandũ quòd triplex eſt Dei tactus valde uirtuoſus, ſcilicet tactus purè corporalis, & tactus purè ſpiritualis, & tactus partim corporalis, & partim ſpiritualis. Tactus purè corporalis eſt, in quo & quod tangit, & quod tangitur, eſt purè corporale, & iſte fuit in Chriſto ualde virtuoſus, quia omnem infirmitatem ſanabat vniuerſaliter, ſicut de multis patet in Euangelio. Tactus partim ſpiritualis, & partim corporalis eſt, in quo quod tangit eſt ſpiritus, ſed quod tangitur eſt corporale vel ſpirituale, hic eſt tactus tribulationis, & iſte tactus eſt ſimiliter ualde virtuoſus. Valet namque ad conſtringendum peccatorum duritiam, & ad reprimendum carnis concupiſcentiam & ad probandum iuſtorum patientiam. Tactus purè ſpiritualis eſt, in quo & quod tangit, & quod tangitur eſt ſpiritus, & hic eſt tactus internæ inſpirationis, & iſte ſimiliter eſt ualde uirtuoſus. Virtus autem eius ad ſeptem effectus eſt, ſecundum ſeptem dona ſpiritus ſancti. Primus effectus eſt boni propoſiti inſpiratio, ſiue conceptio, & hic pertinet ad donum timoris, à quo concipitur ſpiritus ſalutis. Secundus eſt, per gratiam peccatorum remiſsio: & hic poterit referri ad donum pietatis, ſecundũ illud Danielis: *Peccata tua, eleemoſynis redime*. Tertius eſt utilium ſiue neceſsariorũ ad ſalutem inſtructio: & hoc refertur ad donum ſcientiæ, quæ docet rectè conuerſari. Quartus eſt, ad bene operandum, & ardua aggrediendum roboratio: & hoc quantum ad donum conſilii quod reſpicit maximè opera ſupererogationis. Quintus effectus eſt, in tribulatione conſolatio, per quam anima fortificatur ad tolerandum aduerſa, & hoc quantum ad donum fortitudinis, quæ præcipue attenditur in

Lepra curatio quintuplex. 4.Reg.5.

Luce.14.

Nume.12.

Exodi.4.

Tactus Dei triplex.

Virtus tactus Dei ad ſeptem uales.

Danie.4.

A tollerantia aduerſorum. Sextus eſt charitatis & dilectionis Dei inflammatio, & hoc quãtum ad donum intellectus, qui docet intelligere, id eſt intus legere Dei beneficia, per quæ anima in eius amorem accenditur & inflammatur. Septimus eſt, à terrenis eleuatio, & cœleſtium contemplatio, & hoc quantum ad donum ſapientiæ, quæ eſt de æternis, ſcilicet donis quæ ſurſum ſunt ſapere, nõ quæ ſuper terram. *Et confeſtim mundata eſt lepra eius*: ad domini imperium & voluntatem ſtatim eſt opus ſecutum, ſecundum Cyrillum: Iſta dictio, confeſtim, tardius profertur, cùm opus ſanationis fuerit factum, cùm autem hîc magna appareat domini poteſtas, non minor eius declaratur humilitas. Leproſum enim quem lex extra caſtra eiiciebat, quem Scribæ & Phariſæi vix reſpicere

Humilitas Chriſti. Numeri.5.

B dignabantur, ipſe tangere non recuſauit, non ſolum propter occultum rei myſterium, ſed ut nobis formam humilitatis præberet, & compaſsionis exemplum, ne quis hominem pro quacumque corporis maculatione, vel infirmitate, ſperneret vel abhorreret. Item tetigit eum, vt ſe non eſſe ſub lege, ſed ſupra legem, quæ leproſum tangere prohibuerat, nec ſeruum ſed Dominum legis oſtenderet, qui cùm ſecundum legem ambulaſſet, etiam ſupra legem ſanaret eos quos remedia legis non ſanauerant. Item ut lepra, quæ contaminare tangentem ſolebat, econtra tactu domini fugaretur, & recederet, neq; enim manus à lepra facta eſt immunda, ſed corpus leproſum

C à manu tactum, eſt mundatum. Lex nanque quæ facere non potuit, vt lepra tangentem non ſordidaret, ideo lepram tangi prohibuit non vt leproſi non ſanarentur, ſed ut tangentes non iniquinarentur: nõ autẽ inquinari à lepra potuit, qui † eam mundauit, & ideo quamuis literam legis ſoluerit, tamen prohibitioni legis nõ obuiauit. Nec propoſitum eius ſoluit. Quia non erat prohibitum tangere leproſum ei, qui ex tactu ſuo poterat curare eum, ſicut Helias & Heliſæus non fecerunt contra legem, tangendo mortuum ad reſuſcitandum. Licet etiã Dominus poſſet ſolo verbo curare leproſum, tamen apposuit manum: quia humanitas Chriſti, erat quaſi inſtrumentum ipſius diuinitatis, & ideo, ſicut artifex mediante inſtrumento operatur, ſic virtus diuina in Chriſto, per applicationem humanitatis aliqua faciebat, vt eãm coniunctam diuinitati declararet. Et præcepit ei Dominus,

D quòd miraculum factum nemini diceret ne iactãter ſe ſenatum eſſe prædicaret, vt daretur nobis exẽplũ, & nos doceret non diligere oſtentationem & honorẽ, & bona quæ facimus, non eſſe diuulgãda, ſed ſubticenda, vt nõ ſolũ abſtineamus à mercede pecuniæ, ſed etiam gratiæ, ac laudis humanæ, & vanæ gloriæ, & iſta non quæramus in operibus noſtris, ne vnquã aliqua ſiniſtra manus ſe admiſceat dextræ in eis. Vnde ait Chryſo. Et nulli hoc eũ iuſsit fateri, docẽs quã

E eſſet alienus ab aura gloriæ, & pompa iactãtię. Et certè nouerat ille, quia nõ eſſet taciturus, ſed paſsim tã grande beneficium prædicaturus, & tamen quãtum in ipſo eſt, fugit oſtentare quod fecerat. Et alibi publicari talia ipſe præcepit, non contra ſe veniens, ſed curatos à ſe gratos eſſe præcipiens. Non enim ſemetipſũ prędicari iuſsit, ſed dari gloriã Deo, vt & per leproſum nos non eſſe inanẽ glorioſos, & glorię ac iactantiæ renunciandum doceret, & per illum quem à legione mundauerat, non eſſe ingratos, ſed gratias nos Deo referre commoneret, eiusq; beneficia confiteri, atq; vt oſtenderet ſemper ex mirabilibus ſuis, laudem non niſi Deo referendam. Quia enim homines

quandiu

† *qua*

Cur tactu curauerit leproſum.

Cur præceperit nemini dicere.

Chryſo. ho.26. in Matthæũ.

quandiu ægritudine detinentur, Dei ſemper meminerunt, à morbo autem liberati, grauius obſidentur languore deſidiæ, idcirco præcipiens ut & ægroti & ſani Deum iugiter recordemur, ait, da gloriam Deo. Hæc Chryſoſtomus. Vbi notandum quòd triplex eſt præceptum, ſcilicet cautelę, probationis, & obedientiæ. In primo, non interdicitur actus, qui optimus eſt, ſed gloria, quę immiſcet ſe bonis actibus & honeſtis, tale præceptum fuit hîc. In ſecundo, non vult Deus actum, ſed oſtenſionem uirtutis, quæ latet in eo cui datur præceptum: & eſt utilis ſibi, & alijs oſtenſio uirtutis eius, ſicut in præcepto facto Abrahæ, de immolatione filij, cui dicitur: Nũc cognoui, id eſt te & alios cognoſcere feci, quia timeas Dominum. In tertio autem vult Deus actum, ut patet Exo.xx. per totum. Vel iuſsit ut nemini dicere t, propter credentium ſponte maiorem utilitatem, quia meliores ſunt qui ſpontaneè, quàm qui ſperatis beneficijs credunt. Vel ut nemini diceret, ſcilicet antequam ea quæ in lege ſunt, compleret, quia prius expectandum erat iudicium ſacerdotum, ad quos ſecũdum legem pertinebat iudicare de lepra. Vnde Chryſoſtomus: Vel non ſimpliciter prohibet, ut non aliquando dicat, ſed ut antequam oſtenderet ſe ſacerdoti nemini diceret: ne fortè ſi antè alicui nunciaret, au

C pter odium & inimicitias Chriſti, expellerent eum de populo, quaſi leproſum, nõ recipientes mandatum: Hæc Chryſoſtomus. Et humiliter miſit eum ad ſacerdotes quorum erat lepram diſcernere, præcepitque ſecundum legem, munus eis offerre. Hoc autem primò ideo fecit, quia licet eſſet mundatus, non tamen reputabatur mundus, nec debebat ſecundum legem reſtitui ad communem habitationem hominum, ni ſi prius per ſacerdotum iudicium mundatus eſſe demonſtraretur, & munus Domino pro eius mundatione offerretur. Vnde ſicut ad eorum arbitrium ſeparabatur, ita non ſine eorum arbitrio, ad conſortiũ aliorum admittebatur. Secundò, propter humilitatem, ue ſacerdotibus deferens, non uidetur eorum gloriam rapere, uel honorem: & ut oſtenderet exhibendam ſacerdotibus reuerentiam. Tertiò, ut quod

D in eo ſæpe criminabantur, oſtenderet ſe non legis tranſgreſſorem, nec legem ſoluere, ſed implere, ſecũdum legem gradiens, & ſupra legem curans. Quartò ut intelligerent eum: non legis ordine & conſtitutione, ſed Dei gratia & operatione, ſupra legem curatũ eſſe, & ſe maioris uirtutis eſſe, quàm legem, uel ſacerdotes, quia lepram cognoſcebat, quam mundare nõ poterant. Item ut ſacerdotum animos ad credulitatẽ prouocaret, & non credentibus, omnem excuſationem auferret, offerri munus uoluit, in teſtimonium illis, id eſt contra illos, ſi uiſo miraculo non crederẽt, ſed pro illis, in teſtimonium ſalutis, ſi crederent, ut

E ſcilicet uidentes leproſum mundatum, ſi crederent mundatori, ſalui fierent, & ſic credentibus eſſet teſtimonium, & cauſa ſalutis eorum, ſi non crederent, inexcuſabiles eſſent, eo quòd uiderint & non crediderint, & ſic non credentibus, fieret accuſatio, & teſtimoniũ damnationes eorum. Per hoc etiam quod eũ ad ſacerdotes miſit, figurare & docere uoluit, quòd peccator, qui per leproſum ſignatur, licet ſit mundatus à lepra peccati per contritionẽ, tamẽ adhuc tenetur ſe ſacerdoti oſtẽdere per cõfeſsionẽ, & ad eius cõſilium ſubire ſatisfactionem. Vnde Dominus iſtum leproſum tangendo mundauit, & poſtea ut ſacerdoti ſe repræſentaret, & ſacrificium offerret, præcepit.

Præceptum triplex.

Chryſoſto. ho.21. operis imperfe. Cur ad ſacerdotes miſſus leproſus.

A Tunc enim leproſus à Deo tangitur, quando peccator compungitur. Tunc ſacerdoti ſe repræſentat, quãdo peccatum confitendo manifeſtat. Tunc ſacrificiũ offert, quando ſatisfactionem complet. Piger quippe expectat, donec ſacerdos eum quærat: ſed tu prętẽ ni ſacerdotem, & lepram animæ oſtende per oris cõfeſsionẽ, quę cõfeſsio quatuor cõditiones debet habere. Prima eſt, quia debet eſſe uolũtaria. Vnde dicit, *uade*, nõ ductus, nec tractus, nec coactus, ſicut q; tormẽtis afflictus, uel timore mortis in ultimis cõfitetur peccata. Secunda eſt, quia confeſsio debet eſſe nuda & aperta. Vnde dicit, *oſtende*, quid ſcilicet egiſti, quid cogitaſti, quid locutus es, non dicit abſconde, ſcilicet

B excuſationibus, aut uerborum palliationibus: uel mẽtiendo, aut etiam muſitando, uel non plenè omnia peccata cum debitis circunſtantiis recitando. Tertia eſt, quia confeſsio debet eſſe pura. Vnde dicit, *te*, ſcilicet oſtende, & non alios. Contra quod aliqui dupliciter faciunt: uel aliorum facta recitando, uel eos cũ quibus peccauerunt reuelando. Quarta eſt, quia cõfeſsio debet eſſe ordinaria. Vnde dicit, *ſacerdoti*, quia non cuique facienda eſt: ſed ſacerdotibus, qui habent clauem ſcientiæ & authoritatis. Typicè leproſus ſignificat genus humanum lepra originali infectũ, & per hoc ad uaria peccata pronum. Per lepram enim, quæ morbus contagioſus eſt, originalis culpa ſignificatur, quę per carnalem generationem ad poſteros deriuatur, qui manu Chriſti tactus ſanatur, quia uirtute eius per baptiſmum emundatur. Per oblationem autem muneris, & diuulgationem operis, ſignificatur quòd baptizatus tenetur Deo fideliter ſeruire, &

C eum iugiter collaudare. Vnde Beda: Typicè autem leproſus, humanum genus, languidum peccatis, ſignificat plenum lepra, quoniam, *omnes peccauerunt, & egent gratia Dei*, illa ſcilicet ut extrema † manu, id eſt incarnato Dei uerbo, humanamque contingente naturam, à priſci erroris uarietate mundentur, & offerant pro ſua emũdatione, corpora ſua hoſtiam Deo uiuam. Hæc Beda. Hocidem Dominus miraculum, per gratiam ſuam facere, quotidie non dedignatur. Quotienſcumque enim aliquem impium iuſtificat,

D rectè leproſum mundat, moraliter quippe per leproſum ſignificatur peccator, pluribus de cauſis. Primò, quia lepra eſt morbus cõtagioſus, & periculoſum eſt commorari leproſis: ſic peccatores contagioſi ſunt, & inficiunt alios ad peccãdum, & ideò periculoſum eſt cõuerſari cum eis. Secũdò, quia lepra eſt morbus periculoſus, inficit enim totum corpus non tantum partem eius, ſed peccatum eſt periculoſius, quia corpus & animam inficit & corrumpit, & ideo ualde timendum & fugiẽdum eſt. Tertiò, quia lepra eſt morbus fetidus & abominabilis, ſic peccatores ferentes

E ſunt & abominabiles Deo & Angelis. Quartò, quia leproſi ſeparantur ab alijs hominibus, & locantur extra alios: ſic peccatores poſiti ſunt extra gratiã Dei, & extra communionem fidei & Eccleſiæ, & ſeparantur à bonis, hîc quantum ad meritum, ſed in futuro quantum ad conſortium, & quantum ad locum, & quantum ad præmium. Quintò, quia ſicut lepra uarium exprimit colorem in cute: ſic peccatum uarias habet ſpecies in mente. Illa enĩ anima leproſa eſt, quę ſuperbia, ira, auaritia, accidia, gula, inuidia uel luxuria ſordeſcit. Nam ſignificatur in carnis tumore, ſuperbia: in exuſtione, iracundia: in ſiti auaritia, in ponderoſitate accidia: in prurigine gula, in putredine inuidia: in fetore anhelitus, luxuria. Talis leproſus cõfidẽter currat ad Ieſum, feſtinet ad medicũ, nõ

N deſperet,

Confeſſionis cõditiones quatuor.

Beda ĩ ca. 5. Luca.

Roma.2. † extenta,

Leproſus ſignificat peccatorem.

Curatio peccatoris.

Leproſus typicè acceptus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

desperet, uerè pœniteat, & mundari desideret. Cum fideli leproso ex humilitate & pudore in faciem procidat, ut de suæ uitæ maculis erubescat. Sed confessionem uerecundia non reprimat, vulnus ostendat, ac cum lachrymis & gemitibus se peccatorem recognoscat, detecto vulnere remedium quærat, & Domini misericordiam compuncto animo & corde imploret, & remedium postulet. Deo se humiliet deprecetur eum, ut sua gratia se tangat & sanet. Confiteatur sese immundum, & Christum potentem ad se mundandum, & apud ipsum cum leproso clamet & dicat: *Domine, si uis, potes me mundare*. Si enim hoc egerit, certus sit de misericordia, non desperet de uenia, quia benignus est Dominus, qui neminem ad se uenientem repellit, sed omnibus sinum suæ misericordiæ aperit, & expandit. Non eget spatio annorũ, uel longitudine temporis in pœnitentia: sed cor contritum & humiliatum requirit, & dignè pœnitentibus peccata per misericordiam relaxat. Tali enim manus diuinæ misericordiæ protenditur, cuius tactu & imperio, cuncta eius crimina relaxantur. Extendit enim Dominus manum, quando diuinæ miserationis impendit auxilium, & statim consequitur remissionem delictorum: nec debet Ecclesiæ reconciliari talis, nisi iudicio sacerdotis. A peccatis autem mundatus, debet Deo offerre munus, id est sacrificium laudis, & cum ubique laudare, quia debet Deo uale gratus esse, ei semper gratias referendo, & proximis bona quæ potest faciẽdo, seruãs erga Deũ & erga proximos charitatẽ. Nihil. n. nobis p uanã gloriã debemus attribuere: sed omnia Deo offerre. De omnibus enim operibus nostris, Deus vult ut habeamus totum meritum, & proximus habeat bonum exemplum: sed Deus vult habere laudem & gloriam. Tria enĩ sibi Deus specialiter reseruauit, & nulli creaturæ unquam communicare uoluit, scilicet gloriam, uindictam, & iudicij potestatem. Gloriam autem auferunt uanè gloriosi, uindictam superbi & iracundi, qui de iniurijs sibi illatis uindicare se cupiunt, iudicium temerarij & præsumptuosi, qui de occultis alio rum iudicare uolunt. Et quia, ut dicit hũc Titus, oportet beneficiatum gratum esse, gratias reddere, etiam si beneficians non indigeat. Ideò licet præcepisset Dominus leproso mundato, ut de sua curatione taceret, tamen *egressus*, & recedens, *sermonem*, id est opera & uerba Domini, *diffamabat*, & sermo sanitatis & doctrinæ, de illo magis perambulabat, quia hoc ipso quòd homo fugit famam & gloriam, acquirit eam. Nam ut ait. Bernard. hoc solum habet mundi gloria gloriosum, quòd insequentes se fugit, & fugiẽtes insequitur. Et ideò comparatur umbræ, quam si secutus fueris, non apprehendes, & si præcurreris, non effugies. Ille itaque functus officio Euangelistæ, *cœpit prædicare*, & se interius exteriusque sanatum docere: ita quòd unius saluatio, multos ad Deum cogeret uenire, & Iesus iam non posset manifestè propter turbam, & pressuram hominum, ad quærendum sanitates, & uidendum miracula, concurrentium in ciuitatem, ad orandum introire: unde secedebat in desertũ, ut secretius oraret. Sanat ut Deus: sed orat ut homo. *& conueniebant ad eum undique*, turbæ, ut eius doctrinam audirent, & sanitates perciperent. Strepitum igitur & tumultum Dominus fugit, & secretum locum quærit, ut ostendat se magis quietam, & seculi curis remotam diligere uitam, quia tumultum & carnales mentes declinat, secretas uerò à mundanis curis uisitat. In quo etiam ostendit, quòd prædicatores uerbi diuini, debent fugere applausum populi, & aliquando se retrahere à multitudine, ut uacent orationi. Vbi Hieronymus. Quòd autem non poterat Iesus manifestè in ciuitatem introire, sed foris in desertis locis esse, significatur quòd non omnibus manifestatur Iesus, qui latis atque plataneis seruiunt laudibus, & proprijs uoluntatibus: sed his qui cum Petro foras exeunt, & in desertis locis sunt, quæ elegit Dominus ad orandum, & reficiendum populum, qui deserunt delectationes mundi, & omnia quæ possident, ut dicant, Portio mea Dominus. Gloria uerò Domini, manifestatur his qui vndique conueniunt, id est qui per plana & ardua ad eum ueniunt, quos nihil potest separare à charitate Christi. Vbi Beda: Quia in urbe miracula facit, in deserto uerò, uel monte orando pernoctat, utriusque nobis uitæ, & actiuæ scilicet & contemplatiuæ documenta præmonstrat: ut nec contemplationis studio quis proximorum curam negligat, nec cura proximorũ immoderatius obligatus contemplationis studia derelinquat, quatenus nec amorẽ Dei præpediat amor proximi, nec amori proximi obuiet amor Dei. In monte quippe orare est, relictis infirmarum cogitationum curis, tota mente quemlibet ad æterna superna cõtemplationis gaudia festinare. In desertum secedere & orare, est exurgentem intrinsecus strepitũ terrenorum desideriorum premere, & quoddam sibi cum Domino intra se secretum quærere: ubi cum illo, exteriori cessante tumultu, per interna desideria silenter loquatur. Vnde etiam Gregor. Redemptor noster, per diem miracula in urbibus exhibet, & ad orationis studium in monte pernoctat: ut perfectis uidelicet prædicatoribus innuat, quatenus nec actiuam amore speculationis funditus deserant, nec contemplationis gaudia operationis nimietate contemnant: sed quieti contẽplantes sorbeant, quod occupati erga proximos loquentes profundant: Hæc Gregorius. Quòd autem hìc, secundum Marcum & Lucam dicitur, quia Iesus non posset manifestè in ciuitatem introire, sed secedebat in desertum, non intelligitur de illa die qua curauerat le prosum, quia illo curato, intrauit ipsa die Capharnaum ciuitatem, secundo miliario ibi proximam, an tequam sermo seu fama ad multos peruenire. Vnde & Matthæus, hoc miraculum de leproso, cum sequenti de Centurionis seruo simul continuat.

Psal. 50. — *Reseruata Deo tria.* — *Gloria fugientem sequitur.* — *Tumultũ fugit Dominus.* — *Hieron. in ca. 8. Mat.* — *Beda in ca. 5. Luca. Vita utraque à Christo commendatur.* — *Gregor. lib. 6. moralium. cap. 17.*

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui de monte paterni solij & uirginalis uteri descendisti, ut sanares lepram generis humani: ecce ego leprosus uarijs peccatorum maculis aspersus, Adoro te Domine, si uis potes me mundare. Extende manum gratiæ & pietatis: tange interiora & exteriora leprosi te inuocantis: miserere mihi pœnitenti, & impera morbo peccati. Deus meus & misericordia mea: qui non uis mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Perfice hæc in me peccatore, ut in anima non moriar, sed conuertar & uiuam tecum in æternum. Amen.*

De seruo Centurionis paralytico Cap. XLII.



DEINDE cœpit Iesus appropinquare ciuitati Capharnaum: quæ, ut dictum est ibi, prope erat, & tunc *Centurio*, seu tribunus, id est princeps centum militũ, positus ibi à Romanis, pro collectione tributi & custodia Galileæ, ne forte uellent cõtra Romanos, quibus tota illa terra subiecta erat, rebellare, propter quod manebat in Capharnaum, quæ erat metropolis illius terræ, tunc ciuitas gloriosa, sed nunc ualde abiecta. *Accesit ad eum*, fide, desiderio, & deuotione, potius quàm gressu corporalis præsentiæ. Vnde Origen. Accesit alienigena generatione, sed domesticus corde: alienus natione, sed proximus fide & princeps militum & socius Angelorum. Iste non erat Iudæus, sed Gentilis, & ideò per seipsum, non est ausus ad Iesum corporaliter accedere, reputans se indignum præsentia Christi esse: sed primò per seniores Iudæorum, quasi per familiares & dilectos Iesu, accesit, quos misit ad eum, rogans per eos, & dicens: *Domine* in cuius potestate est morbus & sanitas, mors & vita, *puer meus*, id est seruus & subditus, quem curialiter loquens, uocat puerum, ab ætate uel familiaritate, potius quàm conditione. Contra superbos, qui dedignantur famulos, *iacet paralyticus in domo*, contra inhumanos dominos, qui de domo sua expellũt infirmos, & ad hospitale mittũt eos: *& malè torquetur*, propter multa incommoda, quæ patitur. Tria uerba hæc, scilicet iacet, paralyticus, & torquetur, dicit ut & animæ suæ angustias indicet, & dominum ad misericordiam flectat. Vnde Chrysost. Infirmitatem tantũmodo exposuit, sed remedium sanitatis, in potestate misericordiæ eius dimisit. Diuina autem prouidentia, Iudæi sunt missi, ut inexcusabiles fierent, si uiso miraculo, & credente Gentili, nõ crederent. Iste quidem Centurio, auditis Christi miraculis, firmiter credidit quòd poterat sanare seruum eius, qui erat sibi charus & moriturus, nisi per Christum fuisset sanatus, & ideò de eius sanatione era sollicitus. In hoc ergo facto Centurionis, tantam curam & sollicitudinẽ Pro seruo habentis, discere debemus commissereri seruis nostris & subditis, ac sollicitudinem & curam habere de eis. Non erat ipse sicut multi sunt hodie, qui uidentes subditos suos infirmari, eos negligunt: & plus de seipsis sanis, quàm de subditis infirmis sollicit sunt, plusque sibi ipsis in uoluptatibus, quàm subditis in necessitatibus condescendunt. Rogauit in quam, affectans ut ueniret ad domum suam, minus plenè præ angustia serui & desiderio curæ, cogitans Christi maiestatem & reuerentiam. Iesus autem sciẽs deuotionem eius, respondit per ipsos internuncios: *Ego ueniam*, ecce humilitas: *& curabo eum*, ecce pietas. Venit autem potentia sanandi, non præsentia corporali. *Et ibat cum illis*. Alteriusmodi erat iste medicus, quàm sunt illi qui non pauperes, sed diuites uisitare sunt parati. *Et cum iam esset prope domum Centurio*, plenius cogitans, & per actum fidei se conuertens, ad Christi eminentiam & maiestatem, accesit ante reditum aliorum, per amicos sibi magis domesticos, quos, *misit ad eum*, rogans ut non ueniret, *dicens: domine noli uexari: non enim sum dignus ut intres sub tectum meum*. Non dicit palatium, non domum, licet princeps esset: sed tectum præ humilitate sui, & consideratione magnitudinis Christi. Propter Gentilis uitæ conscientiam, timebat offendere Christum, quem credebat Deum, si corporali præsentia intraret ad eum. Sed secundum August. dicendo se indignum, præstitit se dignum: non intra cuius parietes, sed in cuius cor Christus intraret. Vnde & Chrysost. Quia indignum se fecit suscipiendi Christum in domo, dignus factus est regno. Et ad maiorem sui humiliationem adiecit, dicens: *propter quod & meipsum arbitratus non sum dignum ut uenirem ad te*, & internuncios submisi pro me. *Sed tantum*, sine præsentia corporali *dic uerbo*, per quod omnia creantur, reguntur & sanantur, *& sanabitur puer*, & seruus meus, ipse enim dixit, & facta sunt: ut dicit hic Beda: Magna est fides, quæ dicere, credit esse facere. Vbi Petrus Cantor Parisiensis: Hinc argue melius esse abstinere ab ordine, à confectione, uel sumptione Eucharistiæ, nisi plurimum ad hoc uel illud accedentem confortet bona conscientia, quàm ordinari, uel conficere uel sumere cum conscientia, non dico læsa, quia hoc esset mortale, sed dubia, de qua dubito an sana sit, cùm sic accedens potius grauer quàm iuuer. Et quia irregularitas excludit aliquem à ministerio huius sacramenti, ideò non debet ignorare ex quo incurritur irregularitas, ex quo ponit se ad talem actum, sed scire debet suum statum. In opere huius Centurionis, tres mirabiles nobis ostenduntur uirtutes, scilicet humilitas, fides, & prudentia. Magnam enim humilitatem habuit, qui cùm Dominus ad eum uenire paratus esset, indignum se ut sub tectum suum intraret, iudicauit. Perfectam quo que habuit fidem, qui cum esset Gentilis, solo uerbo Deum credidit po[illegible]ero reddere sanitatem. Non paruam etiam prudentiam habuit, quia ultra carnem diuinitatem latentem cognouit, & eum quem corporaliter ambulantem uidit, ubique per diuinitatem esse præsentem intellexit. Nec charitas in eo defuit, quia cùm multi pro sua suorumque filiorum, ac charorum salute ad Dominum rogaturi accederent, ille pro serui tantum sanitate rogauit. Vnde adhuc in fidei constantia perseuerans, ostendit quòd uerbo potest sanare, dicens: *Nam & ego homo sum sub potestate*, altiori, scilicet præside & imperatore, *constitutus habens sub me milites*, & seruos, *& dico huic*, militi, *uade*, *& uadit*, quantum ad negocium implendum in absentia, *& alio*, quod antiqua est grammatica, id est alij, *dico ueni*, *& uenit*, quantum ad officium implendum in præsentia, *& seruo meo*, dico, *fac hoc*, *& facit*, sine resistentia. Ex his concludit, quòd si dicto eius, unus uadit, & alius uenit, & alius facit quod iubet, multo plus, si Christus Deus & Dominus dicat infirmitati, uade

Matth. 8. Luca. 7. — *Origenes hom. 5. in diuersos. De laude Centurionis.* — *Chrys. ho. 22. operis imperfecti.* — *Seruorũ misereri oportet.* — *Aug. ser. 6. de uerbis Domini Chrysost. ho. 27. in Mat.* — *Beda in ca. 6. Luca.* — *Dubitare, à sacris, abstinere præstat. Petrus Cãtor in Mat.* — *Virtutes Centurionis.* — *Humilitas.* — *Fides.* — *Prudẽtia.* — *Charitas.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

& uadet, & ſanitati ueni & ueniet, & paralytico fac hoc & facie: uel ſeruientibus ſibi angelis, ut hæc miracula faciant, & facient. Et eſt ratio à minori talis: Potius debet fieri uerbum Dei, quàm hominis ſubiecti: ſed verbum meũ fit, qui ſum homo & non Deus, ſubiectus & non Dominus ſummus, ergo & tuum, qui es Deus & ſummus Dominus. Si ergo, qui ſum homo modicæ potentiæ, & maiori ſubiectus, ſolo uerbo operor per miniſtros meos: & poſſum imperare inferioribus, qui ad uerbum meum mihi obediunt, multo magis, tu qui Deus es ubique præſens, & potens ſuper omnes poteſtates & omnium Dominus, cui omnes poteſtates ſeruiunt, cui angeli & omnia obediunt, poteris ſolo uerbo & ſine preſentia corporali ſeruum meum curare: & ideò non eſt neceſſe, corporaliter eundo te fatigare. *Audiens autem Ieſus*, uerba Centurionis, expreſsiua tantæ fidei, ſcilicet quòd ſub uelamento carnis agno uit excellentiam maieſtatis: *miratus eſt*, id eſt ad modum mirantis ſe habuit, & uultum mirantis oſtendit. Admirabatur Dominus fidem Centurionis, quam cordi eius mirabiliter miniſtrabat, & magnalia Dei ĩ eo laudauit, nõ quòd ei aliquid mirandum eſſet, qui cuncta mirabiliter operatur: ſed ut nos in beneficijs Dei, mirari & laudare doceret. Vnde Auguſtin. Quia miratur Dominus, nobis mirandum eſſe ſignat, quibus adhuc opus eſt ſic moneri, omnes enim tales motus, cùm de Deo dicuntur, non perturbati animi ſigna ſunt, ſed docentis magiſtri. Centurionis ergo Dominus fidem admirans, pariter & collaudans, ſequentibus ſe dixit, fidem eius approbando, & in exemplum proponendo. *Non inuenit tantam fidem*, id eſt tantæ fidei ſignum, uel fidei facilitatem, ſcilicet in credendo, *in Iſrael*, id eſt in populo Iſaelitico, ſcilicet huius temporis præſentis. Inuenit enim in antiquis maiorem: ut in Abraham, Iſaac, & Iacob, & aliis pluribus Patriarchis & Prophetis, qui fuerunt fidei noſtræ principium. Excipitur autem ſemper beata Virgo, cùm de meritis uel peccatis ſit mentio. Nec tamen hoc uerbum Chriſti, de omnibus præſentibus eſt intelligendum, qnia excluduntur illi quibus loquebatur, ſcilicet Apoſtoli ſequentes eum. Hoc autem apparet, ſecundum communẽ uſum loquendi: ut ſi quis intrat domum aliquam cum ſocietate, ſi nullum ibi inuenerit, dicit: Non inueni aliquem in domo iſta. In tali enĩ modo loquendi non connumerat ſecum uenientes, & redditur locutio uera, pro pluribus abſentibus. Vel ſecundum Chryſoſto. Si uolumus fidem huius præferre fidei Apoſtolorum, ſic intelligendum eſt, ſecũdum quod unumquodque bonum hominis, ſecundum qualitatem illius laudatur. Ruſticum enim dicere aliquid ſapienter magnum eſt, quod de Philoſopho non eſt mirum, ſic & hîc. Non enim erat æquale Iudæum credere & Gentilem. Vel ſecundum eundẽ, Chryſoſt. intelligendum eſt quantum ad originem credendi, quia alij pluribus ſignis uiſis crediderunt, iſte uerò nullo miraculo uiſo, ſed tantum auditu credidit. Vbi Hiero. De præſentibus dicit, non inueni tãtam fidem in Iſrael, non de Patriarchis & Prophetis, niſi fortè in Centurione, fides Gẽtium præponatur Iſraeli. Et Beda: Præſentibus ideò fides Centurionis antefertur, quia illi legis Prophetarumque monitis edocti erat: hic autem nemine docente ſponte credidit: Hæc Beda: Mirabatur ergo Ieſus de fide Centurionis, Gentilis hominis, & eam laudauit: ut ex iſtius laude erubeſcant & confundantur Iſraelitæ, & ideò unc fidem gentium mirabatur, quam ultra fidem Iudæorum creſcere uidebat. Nec ſolum fides Gentium eſt in Centurione collaudata, ſed etiam præfigurata. Vnde occaſione accepta ex fide huius Gentilis, concludit & prædicit Dominus conuerſionem & uocationem Gentilium, & ex oppoſito, ſcilicet infidelitate, reprobationem Iudæorum, dicens: *Amen*, id eſt fideliter, *dico*, & prædico, *uobis quòd*, ad exemplum iſtius, in quo fides Gentium præfiguratur, *multi*, ſed non omnes, quia non omnes obediunt Euangelio, *ab Oriente & Occidente*, ac etiam ab Auſtro & Aquilone, id eſt ex omni parte mundi, & ex omni genere gẽtium, *uenient*, ad fidem & unitatem Eccleſiæ. Vnde ſecundum Auguſt. Iſtis duabus patribus, ſcilicet Oriẽte & Occidente, totus orbis deſignatur. Vnde ſub typo Eccleſiæ, dictũ fuit Iacob: Dilataberis ad Orientem & Occidẽtem, ad Septentrionem & Meridiem. Moraliter ab Oriente ueniunt, qui ex conſideratione propriæ naturæ uel natiuitatis humiliantur, uel qui pœnitentiam agunt in ſua iuuentute: ab Occidente, qui ex memoria mortis conuertuntur, uel qui pœnitentiã agunt in ſenectute ab Auſtro, qui fauẽte, ſpe ritate vacãt operibus pietatis, & inter ꝓſpera ſeruãt tẽperantiam: ab Aquilone, qui neceſsitate urgẽte cõpunguntur, & inter aduerſa ſeruant patientiam. De his enim omnibus, aliqui ſaluabuntur. *Et recumbent*, id eſt fœliciter requieſcent, non carnaliter, iacentes, ſed ſpiritualiter pauſantes, *cum Abraham, Iſaac, & Iacob*, quorum fidem imitati ſunt, & cum aliis fidelibus & amicis meis, *in regno cælorum*, & iuſtorum, ubi lux, & gloria, & longæuitas uitæ æternæ, & omne bonum, Abraham, Iſaac, & Iacob ſpecialiter nominantur, quia iſtis principaliter facta eſt promiſsio de terra promiſsionis, per quam patria beatorum ſignificatur. *Filij autem regni*, id eſt Iudæi, in quibus regnabat Deus: uel filij regni uocatione, nõ electione: promiſsione, non conſecutione: ſua reputatione, non re: qui pro regno habendo facti fuerant, ſed ſe indignos reddiderunt, *eiicientur*, à facie & viſione Dei, in tenebras exteriores, quia in ſe hab ent interiores. Tenebræ primæ ſunt culpæ: aliæ autem ſunt gehenne. Nam ſecundum Gregor. interiores tenebræ, ſunt cæcitas mentis: exteriores, æterna nox damnationis. Ideo autem dicuntur ibi eſſe tenebræ exteriores, quia licet ibi ſit ignis, tamen non lucet, ad oſtendendum damnatis aliquid ad eorum conſolationem, ſed ad eorum deſolationem. Vnde Iſidor. Ignis gehennæ lucebit miſeris ad miſeriæ augmentũ: ut uideant unde doleant, nõ ad cõſolationẽ, ut uideant unde gaudeãt. Ibi erit fletus oculorum, ex fumo & calore ignis, eo quòd mors intrauit per feneſtras: quia non licet intueri, quod non licet concupiſci, & ſtridor dentium ex frigore, quia hîc gaudebant de edacitate. Vel fletus ex anguſtia animi, ſtridor ex indignantis affectu: eo quòd ſerò pœnituerunt de peccato: & in hoc oſtenditur tormentorum magnitudo. *Et dixit Ieſus Centurioni*, ſcilicet per internuncios ſupradictos: *Vade*, id eſt ſecurus reuertaris, & *ſicut*, perfectè, *credidiſti*, ſic, *fiat tibi*, in ſanatione ſerui tui: ut ſicut per nuncios acceſsiſſe, ſic & per nũcios reuerſus fuiſſe, intelligatur. Vbi Rabanus: Fidei merito oſtendit impetraſſe ſalutẽ ſeruo, ut fidei robur, magis in eo accreſceret, quo proſpiceret quæcunque uellet per illam impetraſſe poſſe. Et ſanatus eſt puer uerbo Chriſti abſentis, ex illa hora, quia Chriſtus protulit hoc uerbũ, *fiat*: quo etiã uerbo omnia creata ſũt: ut fides Cẽturionis ueri ficarẽtur, & potẽtia Chriſti, quã Cẽturio cõfeſſus fuerat, ex opere ſubſecuto pateret. Dixerat enim Centurio,

Admiratio Chriſti.

Auguſ. lib. 1. contra Maximinum cap. 8.

Fidei Centurionis ex cellentia.

Maria præ excellentia.

Chryſo. ho. 22. operis. im perf.

Chryſo. ho. 27. in Mat

Hierony. in cap. 8. Matthæi.

Beda in ca. 6. Lucę.

Auguſ. ſermone. 6. de uerbis Do. Ab Oriẽte & Occidẽte uenient.

Gregor. lib. 9. moraliũ

Tenebræ exteriores.

Ignis gehennæ.

Rabanus in ca. 8. Matt.

Chryſo. ho. 27. in Mat. & Chriſtus dixit, & opere cõpleuit. Vnde Chryſoſt. Vbi uelocitatem admirare, neque enim ſolum curare, ſeu inopinatè, & in momento temporis hoc facere, uirtutem Chriſti oſtẽdebat. In itinere autem, uerbo ſanauit eum, ne putaretur ire corporaliter ob impotentiam & non humilitatem. Hic conſiderandum eſt quantum unicuique fides ualeat propria, quando tantum ualuit aliena. Nam propter fidem Centurionis, ſanitas puero eſt reddita. Conſidera etiam hic humilitatem Domini, quia ad ſeruum Centurionis, etiam non rogatus, ire paratus fuit: ad filium autem reguli, de quo infrà dicetur, quaſi pompam refugiens, etiam rogatus ire noluit. Exceſsus enim, *Dominus, humilia*, de prope *reſpicit: & alta*, id eſt ſuperba, à *longè cognoſcit*, id eſt contemnit. In quo ſecundum Gregor. ſuperbia noſtra retunditur, & increpatur, qui perſonas acceptando in hominibus, non naturam, qua ad imaginem Dei facti ſunt, ſed honores & diuitias uenerantur. Ecce de cœlo uenit, qui ſeruo occurrere in terram non deſpicit, & tamen humiliari in terra contemnimus, qui de terra ſumus. Quid uerò apud Deum uilius, quid eſſe deſpectius poteſt, quàm ſeruare honorem apud homines, & interni teſtis oculos non timere? Et ſecundum Ambr. ad regulũ filium noluit pergere, ne in reguli filio uideretur magis diuitijs detuliſſe: hîc ipſe perexit, ne uideretur in Centurionis famulo, conditionem deſpexiſſe ſeruilem, omnes enim, ſeruus & liber, in Chriſto unũ ſumus: Hæc Ambroſ. In Centurione fides Gentium præfiguratur, & per eum primitiæ, & electi de Gentibus deſignãtur, qui quaſi centenario milite ſtipati, uirtutum perfectione ſunt ſublimes, credentes in Chriſtum, & laborantes ad conuerſionem aliorum. Vnde Remigius: Per Centurionem deſignantur, qui primi ex Gentibus crediderunt, & perfecti in uirtutibus fuerunt. Centurio enim dicitur qui centum militibus præeſt. Centenarius autem numerus perfectus eſt. Rectè ergo Centurio pro puero ſuo rogat, quia primitiæ Gentium, pro ſalute totius Gentilitatis Deo ſupplicauerunt. Et ſi opponitur de Magis, qui primò Domino crediderunt: reſpõdendum ꝙ Centurio dicitur primitiæ Gentiũ, quia primus credidit à nullo edoctus, niſi à Spiritu ſancto. Magi uerò & ſi primi crediderunt, edocti tamẽ per libros Balaam, & per nouæ ſtellæ indicium. Ipſis autem Gentibus, corporalis Chriſti præſentia non eſt exhibita, ſed uerbum fidei per Apoſtolos eis miſit, & ab infidelitate ſanauit. Moraliter, per iſtum puerum Centurionis, ſignificatur peccator, propter quatuor mala quæ peccator incurrit, quæ deſignantur in quatuor cõditionibus, quæ de iſto puero hîc ſcribuntur. Primum malum peccatoris eſt, ſeruitus peccati, id eſt pronitas peccandi. Vnde dicitur de puero iſto, quòd erat ſeruus. Vnde Ioannes: *Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* & Petrus: *A quo quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt.* & Auguſt. Peccator eſt ſeruus tot dominorum, quot uitiorum. Peccatum autem, cùm homini dominatur, facit eum pronum ad peccandum: ut ex uno peccato, ad aliud tendat. Peccatum etiam ulterius deducit ad aliam ſeruitutem, ſcilicet diaboli, quia ſuperbus eſt ſeruus Luciferi, auarus eſt ſeruus Mammonis, luxurioſus eſt ſeruus Aſmodei. Secundum malum eſt, impotentia ad bene operandum, quod ſignificatur per iacentem. Vnde dicitur iſte puer iacere in domo. Iacentes enim nihil operantur, uel operari poſſunt. Iacet autem peccator aliquando in igne iracundiæ, aliquando in luto luxuriæ, aliquando in ſpinis auaritiæ. Et bene dicitur iacere, quia nullum bonum meritorium poteſt operari. Tertium malum eſt, timor & tremor, quia ſemper eſt peccator in timore, quod per paralyſim deſignatur, ex qua fit diſſolutio & tremor membrorum. Si enim dicatur peccatori ut det eleemoſynam, aut malè acquiſita uel ablata reſtituat, timet ne ſibi deficiat. Si dicitur ꝙ ieiunet, timet ne eſuriat. Si dicitur ꝙ confiteatur peccata ſua, timet de uerecundia. Si dicitur quòd faciet pœnitentiã & ſatisfactionem de peccatis, timet de afflictione & incommodo corporis. Ecce quomodo iſte paralyticus tremit, & ad ſonitum folij pauẽſcit. Quartum malum eſt afflictio ſpiritus, quod ſignatur per hoc quod de puero iſto dicitur, quia malè torquetur. Et reuera, omnis peccator malè torquetur in ſeipſo, propter uermem conſcientiæ, qui ſemper pungit & rodit. Vnde Auguſti. Iuſsiſti Domine & ita eſt, ut pœna ſibi ipſi ſit omnis inordinatus animus. Vnde & Sapien. *Semper præſumit ſæua & perturbata conſcientia.* Ex alio etiam torquetur peccator, dum anxius eſt quomodo acquirat honores, diuitias mundi, oblectamenta corporis. Torquetur inter proſpera, per curam ſuperfluã, & inter aduerſa, per impatientiam. Item malè torquetur, quã do conſiderat turpitudinem uitiorum in quibus iacet, & pœnas infernales, quibus æternaliter ſubiacebit: nec tamen miſer, per pœnitentiam reſilit. Sed tamen, talem quandoque curat Dominus, ueniendo ad eum, ſuffragantibus meritis ſanctorum. Tu ergo ſi habes animam paralyticam, & talia mala in te ſentis: roga & mitte ſanctos, ut ad Dominum intercedant pro te, ſicut ſeniores pro Centurione, & clama ad Dominum, dicens deuotè cum eodem: *Domine, puer meus iacet paralyticus in domo, & malè torquetur, & non ſum dignus*, propter fragilitatem naturæ, propter fœditatem culpæ, & multiplicitatem miſeriæ, *ut intres ſub tectum meum* tam anguſtum, tam immundum, tam ruinoſum, *ſed tantum dic uerbo, & ſanabitur*, ad tuum imperium. Et quia iſtud uerbum Centurionis tantæ efficaciæ fuit, quòd, ut ſuprà dictum eſt, dignum præſtitit, ut in corde eius Chriſtus habitaret, & ad recipiendum corpus Chriſti in ſacramento Euchariſtiæ nullus eſt dignus: ideò quando ad mẽſam Chriſti accedimus: & fragilitatem noſtram cõſideramus, uerbis Centurionis edocti, dicamus ſinguli: *Domine, non ſum dignus ut intres ſub tectum meum*, non ſum dignus ut corpus & ſanguinem tuum ſuſciam in os meum: ut uidelicet uirtute uerborum iſtorum digni effici mereamur. Vnde Origen. Nunc etiam quando ſancti & acceptabiles Eccleſiarum antiſtites ſub tectum tuum intrant, ibidem Dominus per eos ingreditur, & tu ſic ęſtimes, quaſi Dominum ſuſcipiens, & quando corpus & ſanguinem Domini manducas & bibis, tunc Dominus ſub tectum tuum intrat, & tu ergo humilians teipſum, dicas: Domine, non ſum dignus ut intres ſub tectum meũ. Vbi enim indignè ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur accipienti: Hæc Orig. Per iſtum etiam Centurionem ſignificatur ratio, uel intellectus, cuius ſeruus eſt appetitus ſenſitiuus, qui debet obedire rationi, ſed ex corruptione naturę eſt infirmus ad obediẽdũ ei, propter quod homo per rationẽ cognoſcens hãc infirmitatẽ, in ſuo appetitu ſenſitiuo, per ſe & per alios debet rogare Deum, ut ſanet ſeruũ ſuũ, & ſic puer eius ſanatur ꝑ Dominũ. Itẽ ſicut ille Cẽturio dicebat, *nã & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic, uade, & uadit: & alij, uen i, & ueni: & ſer-*

Remigius in cap. 8. Matth. Centurio primitiarius.

Humilitatis exẽplũ.

Pſal. 137.

Greg. om. 28. in Euãgel.

Ambr. in ca. 6. Luca.

Fides gentium.

Remigius in cap. 8. Matth. Centurio primitiarius.

Puer Centurionis.

Mala peccatoris.

Ioan. 8. 2. Petri. 2.

Seruitutes peccatorũ.

Lacte quid moraliter.

Timor peccatorum.

Auguſt. in confeſſionibus. Pœna ſibi eſt animus inordinatus. Cap. 17.

Verbi Centurionis efficacia.

Orig. hom. 5. in diuerſos.

Ratio comparatiua: Cẽturioni.

Caſſianus collatione ſeptima ca. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cassianus collatione septima ca. cap. 5.

no meo, fac hoc, & facit, sicut dicit Cassia. perfecta mens, quæ per Centurione intelligitur, sub Dei potestate constituta, omnibus uiribus suis dominatur, & habet potestatem cogitationes noxias depellendi, & in bonis cogitationibus immorandi. Tunc malis cogitationibus dicere possumus, abite, & abscedent: bonis uerò dicere, uenite, & uenient: seruo quoque nostro, id est corpori, quod debet seruire spiritui, ea quæ castitatis & continentiæ sunt, similiter iniungemus, & sine ulla contradictione obtemperabit, omnemque subiectionis spiritui exhibens famulatum.

ORATIO.

DOMINE *Iesu christe, non sum dignus ut intres sub tectum carnis meæ, quia puer sensualitatis iacet paralyticus dissolutus morbo peccati in domo corporis mei, & malè torquetur concupiscentiarum motibus: sed ueni per gratiæ infusionem, & dic uerbo ueritatis, ut sanetur puer meus, & resurgat à peccatis. Præsta misericors Deus mihi misero sub potestate tuæ gratiæ constituto, & habenti de tua gratia sub me uires & uirtutes naturales: ut habeam potestatem cogitationes, & motus noxios repellendi, & in bonis immorandi, ac corpori ut spiritui seruiat imperandi. Amen.*

De curatione dæmoniaci, & socru Petri. Caput XLIII.



Matt. 1. & 9. Luc. 4. & Mat. 8.

INTRAT *ingrediebatur Domus Iesus in ciuitatem Capharnaum*, quod interpretatur ager, seu uilla pulchritudinis, & pinguedinis, & consolationis: & significat animam religiosi deuoti, quæ debet esse impinguata pinguedine triplici, scilicet charitatis, deuotionis, & cõtemplationis. Ad istam uillam descendit libẽter Christus, & ob hoc efficitur uilla pulchritudinis & consolationis. De pulchritudine, & consolatione huius uillæ dicit Petrus Rauennas: Iuxta sententiam cordis mei, si paradisus in hac uita præsenti est, uel in claustro, uel in scholis est, quicquid enim est extra hæc duo, plenum est anxietate, inquietudine, amaritudine, formidine, sollicitudine, & dolore. Hoc tamen quod dicit de scholis, intellige de diuinis scripturis, non de aliis uanis scientijs. Vnde Hugo: Nihil in hac uita dulcius sentitur, nihil auidius sumitur, nihil ita mentem ab amore mundi separat, nihil sic animum contra tentationes roborat, nihil ita hominem exci-

Studiũ sacræ scripturæ commẽdatur.

A tat & adiuuat ad omne opus bonum, & ad omnem laborem, sicut studiũ sacræ scripturæ. Et statim sabbato quando plures cõcurrebant, & ab operibus seruilibus quiescendo spiritualibus uacabant, *ingressus synagogam*: ubi legis peritis ad docendum, & cõmunis populus ad audiendũ legis doctrinã conueniebant, *docebat eos*, maximè tali tẽpore & loco docebat Christus: quia erant congruentia doctrinæ eius, tunc enĩ plurium ad synagogam fiebat conuentus. Sic modo quilibet Christianus tenetur diebus dominicis uenire ad Ecclesiã, & audire ibi missam totam & integrã. Et nota quòd missa est aliquo modo de lege naturæ, diuina & euangelica: lex naturæ uult quòd quilibet aliquo temporis spatio uacet ad orandum Deum, B lex scripturæ præcipit sabbato uacandum ad orationem, sed canones ordinauerunt ad istam orationem tempus missæ, ubi Deus & homo realiter cõtinetur. Ideò, ut dicit glossa, peccant mortaliter qui missam non audiunt, quia præceptum est, nisi cogat necessitas, aliis uerò diebus non est præceptum, sed consilium. *Et stupebant* id est, admirabantur, *super doctrina eius*, tum quia legem & prophetas non didicerat, & tamen clarissimè docebat, tum quia doctrinam suã diuinis operibus confirmabat: unde subditur: *Erat enim docens eos, quasi potestatem habens*, quia in ostensione signorum & uirtutis docebat, & quia pro timore ueritatem non celabat, *& non sicut scribæ*, qui solum uerbis docebant, & ueritatem dicere timebant, uel C quia non custodiebant, ideò discere erubescebant. Vnde Beda: Sermo doctoris in potestate sit, cùm ea quę docet operatur. Nam qui factis ipse sua destruit, contemnitur: uel ideò in potestate *erat docens eos, & non sicut scribæ*: quoniam scribæ quæ per legem didicerant, præcepta populis dabant: ipse uerò quasi author impletorque legis, uel mutãdo uel augẽdo quæ minus uidebãtur liberè substituit: Hæc Beda: Quia ergo Christus doctrinã suam confirmabat per opera miraculosa, cæteri prędicatores & doctores, qui hoc nõ possunt, debent doctrinã suam cõfirmare per opera uirtuosa: & non sicut scribæ qui dicunt, & non faciunt, ac doctrinam suam uerborum iactantia affirmant & ostentant, unde statim potestas Domini D ostenditur per factum, cùm subditur: *Et erat in synagoga eorum*, fortè adductus ad locum sanctum, ut ibi liberaretur, *homo* quidam *habens spiritum immundum*, id est, obsessus à dæmone, *exclamauit* uoce magna, *dicens: Quid nobis & tibi Nazarene? Venisti ante tempus perdere nos*, id est, diminuere & auferre nostram potestatem nocendi hominibus, & torquere nos. Quia enim diabolus inuidia motus, de salute hominum torquetur, ideò de Christi doctrina, quæ erat animarum salus & medicina, dolebat, & sic clamabat. Vnde Theophilus: Exire enim ab homine perditionem suam, dicebat dæmonium. Immisericordes enim existunt in homines, malum aliquod pati se æstimantes, cùm homines non molestant. *Scio*, te *quis sis*, id est, uehementer opinor, scilicet sanctus Dei, id est Christus, ad salutem hominum missus. Per prophetias enim de Christo dictas, quæ determinauerant tempus & modum & locum ueniendi ipsius Christi, & per alias circunstãtias, sciebant ipsum esse Christum in lege promissum, ueruntamen nesciebant ipsum esse Deum: nec per tentationẽ Christi in deserto diabolus potuit scire de Christo, utrũ Dei filius per naturam esset: licet ad hunc finem tripliciter eũ tentauerit. Si enĩ cognouissent dęmones ipsum esse Deũ, nũquã induxissent Iudæos ad ipsum crucifigẽdũ. Vnde Apostolus;

Missa est de lege triplici.

Beda in ca. 4. Luca. Docere in potestate.

Theophilus in eum locum. Dæmoniorum in nos malitia.

1. Cor. 2. Confessio dæmonum.

Apostolus: *Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Ecce quãtę peruersitatis sunt multi homines, qui in aduersitate suã Deum blasphemãt: cùm tamen dæmones ipsum prædicent. Vbi Beda: Non uoluntatis ista confessio est, quàm præmium nõ sequitur confitendi, sed necessitatis extorsio, quæ cogit inuitos. Et uelut si serui fugitiui post multum temporis Dominum uideant, nihil aliud nisi de uerberibus suspicantur: sic & dæmones cernentes Dominum in terris repentè uersari, ad iudicandos se uenisse credebant, præsentia saluatoris tormenta sunt dæmonum: Hæc Beda. Dicitur autem dæmon spiritus immundus, ab affectu, quia facit immundum quem possidet: sicut dicitur spiritus surdus, uel mutus, quia hominem surdum uel mutum facit. Vel secundum Chryso. Immundus dicitur propter impietatem, B ac elongationem à Deo, & quia omnibus immundis & prauis operationibus se immiscet. Ipsum quoque immundum spiritum Dominus licet uera de eo testificantem iussit obmutescere, ne ueris falsa misceret, & ne uideretur ab ipso testimonium quærere, maximè quia Pharisæi dicebant ipsum in Beelzebub dæmonia eiicere, & ne uideretur utilitas crucis & passionis suæ. In quo datur nobis dogma salutiferũ, ut dæmonibus qui mẽdaces sunt, & in ueritate non steterunt, non credamus, quantũcunq; denuncient ueritatem, quia si aliquos sibi credentes inuenerint, ueritati mendaciũ miscent, & ueritatẽ in mendaciũ conuertunt: ac uera dicendo nituntur credentes in errorem idololatriæ & peccata inducere. Per hoc autem quòd Christus increpauit dæmonẽ, qui suam confitebatur potestatẽ, & sanctitatem, imponens ei silentiũ docuit nos laudes turpiũ fugere. Vnde secundum C Senecã: Tam triste, & tam turpe nobis debet esse laudari à turpibus, quàm si laudemur ob turpia. Et spiritus immundus iussus exire ab homine, proiecit illũ in medium, & *discerpens eum*, quantum ad afflictionem, *exiuit inde, & nihil ei nocuit*, quantũ ad mutilationem. Vbi Hieron. Spiritus discerpens hominẽ, exiit ab eo. Appropinquãte salute, appropinquat tẽtatio. Pharao dimissus ab Israel, persequitur Israel. Diabolus contẽptus surgit in scandala: Hęc Hieron. Sic etiã accidit spiritualiter, quia diabolus sępe in mediũ proficit peccatũ alicuius, ad eius infamationem, & cùm peccator uidet se cõfusum, dimittit peccatum, cogitatũq; diabolus ab eo exire. Vnde in Psal. *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.* Verecundia enim, quã habet peccator de peccato, est ualde utilis ad dimittendũ peccatũ. Propter quod dicit Seneca, quòd non dimittendus est pudor, quia quãdiu in animo durauerit alicuius, erit bonę spei locus. Per hoc autẽ quòd discerpens eum exijt ab ipso, intelligitur quòd nullus liberatur à diabolo, nisi discerpatur per compunctionẽ, & contritionẽ salutarem. Et specialiter hoc de carnis uitio intelligitur, quia uitiũ E carnale non nisi carnis afflictione curatur: ut, *per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.* Et factus est sicut mortuus. ita ut multi dicerent, quia mortuus est. Vnde Gregorius: Velut mortuus quippe ostẽditur, qui à maligni spiritus potestate liberatur, quia quisquis iam terrena desideria subiicit, uitam in se carnalis conuersationis extinguit, & mundo mortuus apparet, quia possessore prauo, qui per immunda desideria se agitabat, caret. Quem multi mortuum dicũt, quia spiritualiter uiuere nesciũt, cùm qui carnalia bona non sequitur, extinctũ funditus arbitrantur. Hæc Gregorius. Si ergo à maligno liberatus est mortuus,

Spiritus immundus. Chryso. in ca. 1. Mar.

Cur tacere iussit.

Hieron. in ca. 1. Mar.

Psal. 62. Verecundia. utilitas.

Sapien. 11.

Ambr. in ca. 4. Luca. Populus Iudæorum.

Theophilus in eum locum.

De socru Petri.

Chryso. hom. 28. in Mat.

Domũ præclarã non intrauit Christus.

Domus Petri quę & ubi.

Socrus Petri curatio.

Natura non operatur in instans.

sequitur quod qui non est mundo mortuus, non est à maligno liberatus, quod est uerbum terribile mundum diligentibus. *Iesus autem tenens manum eius leuauit eum, & surrexit* ipse enim prostratis manum auxilij porrigit, ipse elisos erigit: ubi Ambrosius. Mystice autem qui in synagoga habebant spiritum immundum, populus est Iudæorum, qui innodatus diaboli laqueis simulatam corporis mundiciam interioris mentis sordibus inquinabat. Et bene spiritum immũdum habebat, quia spiritum sanctum amiserat. Introierat enim diabolus, unde Christus exierat: ubi & Theophilus. Sciendum est etiam quòd multinũc dæmonia habent, omnes scilicet qui dæmoniorum desideria implent, ut furiosi habent dæmonium iræ, & sic de cæteris. Sed Dominus in synagogã uenit cùm mens hominis fuerit congregata, & tunc dicit dæmoni inhabitanti, obmutesce, & statim egreditur ab eo. Et protinus egrediens Dominus de synagoga, scilicet post prædicationem, & eius confirmationẽ, post dæmonis expulsionem introiuit in domum Petri, ut ibi refectionem acciperet post laborem. Saluator enim noster cùm corpus passibile ad nostram accepisset salutem, aliquando declinabat ad loca familiarium sibi & deuotorum, ad quietem habendam post laborem & fatigationem: & isto modo uenit ad Petri domum, seu hospitium: unde Cyrillus, Aspice autem quomodo manet penes uirum inopem Christus, qui spontaneam paupertatem pro nobis passus est, ut discamus cum pauperibus conuersari, nec spernere depressos & pauperes: Vnde Chryso. Et nimirũ excogita quales erant domus piscatorum horum, sed tamen non dedignatus est sub uilia tuguria piscatorum intrare, erudiens per omnia humanum conculcare tumorem. Et iterum: Propter hoc numquam intrauit in domum præclaram Christus, sed in domum publicani, & principis publicanorum, & piscatoris, palatia dimittens, & eos qui mollia induunt uestimenta. Si itaque eum uis & tu uocare, orna domũ tuam eleemosynis, orationibus, supplicationibus, uigilijs. Nullus itaque uerecundetur domum uilem habens, si hæc habuerit opertoria. Nullus diues magnum sapiat, domum habẽs preciosam, sed uerecundetur magis, & hanc zeletur, illam dimittẽs: ut & hic Christum suscipiat, & illic æternis potiatur tabernaculis. Hæc Chrysostomus: Hìc quidam dicunt, quòd licet Petrus fuerit de Bethsaida, tamen ratione uxoris habebat domum in Capharnaum. Sed contra hoc uidetur quod Marcus dicit: Venit in domum Simonis, & Andreæ. Ideo dicendum, secundũ Stephanum, q̃ domus Petri non dicitur possessiuè: sed ad quã declinare consueuit causa uendendi pisces, & hac etiam familiaritate uxorem duxit de domo illa: quæ etiam dicitur domus Andreæ, propter inseparabilitatem illorum in piscium negociatione. Et mox discipulis petentibus pro socru Petri, id est, matre uxoris eius febricitante, stans Dominus super illam imperauit febri, ut cessaret uel recederet: & apprehensa manu leuauit eam, quę statim & subito liberata est, ita ut cõtinuò surgens ministrauerit ei & discipulis suis. Vires quas accepit, quasi gratias agendo, in obsequium sui exercens saluatoris. Non remanente ut solet molestia ægritudinis, quod non nisi diuina uirtute potuit fieri. Natura enim non operatur, in instanti. Et ideò hoc proprium est medici cœlestis, sed secus est in aliis, licet enim uirtute naturæ posit homo à febribus curari, non tamen in instanti, ac ita subito & perfectè quòd posit statim opera consueta face-

Universidad de Deusto Biblioteca

cere:sicut hic dicitur factum esse, ex quo ostenditur ista curatio miraculosa, ad discipulorum confirmationem in fide. Vnde Beda: Naturale est febricitantibus, incipiente sanitate lacescere, & ægrotationis sentire molestiam: uerùm sanitas quæ Domini infertur imperio, simul tota redit. Non solum ipsa redit, sed & tanto robore comitante: ut eis continuo qui se adiuuarant ministrare sufficiat. Et iuxta leges tropologię, membra quæ seruierant immunditiæ ad iniquitatem, ut fructificarent morti, seruiant iustitiæ in uitam æternam. Vnde & Cyrillus: Et nos suscipiamus Iesum, cùm enim uisitauerit nos, & portauerimus eum in mente & corde, tunc enormium uoluptatû æstum extinguet, & incolumes faciet vt ministremus ei: hoc est, eius beneplacita peragamus. Moraliter autem per hoc datur intelligi quòd ante curationem à peccato, non est gratum seruitiû impensum Deo: sed pœnitens quàm citò curatus est à febre peccati, tam citò debet se occupare, & totaliter mancipari seruitio Dei. Secundum illud Apostoli: *Sicut exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* Si ergo anima tua febre uitiorum est capta, sanctos in adiutorium tuum inuoca: ut eorum rogatu gratia Dei curet te, quòd possis ei & sanctis suis gratam seruitutê exhibere. In hoc etiã quòd discipuli rogauerunt pro illa, datur nobis exêplum orãdi pro infirmis, & necessitate aliena. Secundum Bedam: Mysticè domus Petri Ecclesia, de circuncisione eius Apostolatui commissa. Socrus est synagoga, quæ quodammodo mater est Ecclesiæ Petro commissæ in cura & custodia. Hæc syna goga febricitat, quia inuidiæ æstibus laborat, persequens Ecclesiam: cuius manum Dominus tangit, quando carnalia eius opera in spiritualem intellectum & usum conuertit, & sic erecta ministrat in spiritu Moraliter autem socrus Petri febricitans est caro concupiscens: cùm enim homo calore concupiscentiæ laborat, quasi febribus æstuat, quod potest esse tripliciter, iuxta illud Ioannis: *Omne quod est in mundo: aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ.* & sic triplicem habemus febrem. Quædam enim est corruptione in spiritibus. Alia ex corruptione in humoribus. Tertia ex corruptione in membris, & in omnibus est calor inordinatus supergrediens naturæ cursus. Primam facit superbia. Secundam, luxuria. Tertiam, auaritia. Ad hãc ueniens Iesus uidet per gratiam illuminantem, imperat per gratiam iustificantem, tangit manum per gratiam adiuuantem: & sic dimittit febris in cõtritione, surgit sana in confessione, ministrat in satisfactione. Moraliter autem dicitur stans super illam, quia nullum spiritualiter sanat, nisi eum qui sub eo est, scilicet per timorem se salubriter hnmiliantem. Vbi Beda: Si uirum à dæmonio liberatum, moraliter animum ab immunda cogitatione purgatû dixerimus, consequêter fœmina febribus tenta sed ad imperiû Domini curata, carnem ostendit à concupiscentiæ suæ feruore per cõtinentiæ præcepta frenatam: omnis enim amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia, spiritus furor est immundi, fornicationem uerò, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus, febrem illecebrosi carnis intellige. Hæc Beda. Potest enim per socrum Petri, quæ mulier erat sensualitas, quæ ab Augustino, mulier uocatur, significari: per Christum autem qui est imago patris, ratio: secundum quam

Beda in ca. 4. Luca. Febricitãtium natura. — *Roma. 6.* — *Beda in ca. 4. Luca.* — *1. Ioan. 2.* — *Febris triplex.* — *Submissos sanat Dominus. Beda in ca. 4. Luca.* — *Colos. 2.* — *Sensualitas & ratio.*

A homo factus est ad imaginem Dei. Igitur moraliter socrus Petri sanatur, cùm sensualitas quæ calore concupiscemtiæ febricitans iacet, per rationem ad debitum ordinem moralis uirtutis reuocatur. Ideò subditur: *& ministrabat eis* quia sensualitas reformata uirtute morali ministrat, & seruit rationi. Et tunc homo peccatum, quod antè cû in eo esset non nouerat, incipit agnoscere post quã ab eo exiuerit. Vnde Chrysostomus: Si uis discere peccati fœtorem, excogita id postquã factum est cùm à desideriò ereptus fueris, cùm non adhuc molestat ignis, & tunc uidebis quid est peccatum. Nota etiam de quatuor infirmitatibus præmissis, quòd spiritualiter per lepram potest intelligi culpa originalis: per paralysim, culpa actualis in B omittendo: per febrem, actualis in committendo: per uexationem dæmoniacam, culpa erroris. Deinde ponuntur ad confirmationem legis euangelicæ multa miracula in generali: quia, *audito hoc miraculo & uespere facto*, cùm Sol occidisset, id est, ad occasum uenisset, *omnes qui in illa ciuitate habebant infirmos uariis languoribus detentos, & à dæmoniis uexatos, ducebant illos ad Iesum: & obtulerunt ei ut curaret eos*, quia tunc ad hoc poterant uacare. Vnde dicit Theophilus, quòd ita tardè aduxerunt eos ad Christum, quia illa dies, erat dies sabbati, & credebant curationes non esse licitas durante die sabbati, quæ finiebatur in uespere illius diei, & ideò expectabãt occasum: C ut curandos ad Iesum adducerent. At ipse singulis manus imponens curabat omnes: nullius enim morbum horrebat, quod est contra medicos superbos, & indignantis naturæ, qui pauperes & miseros dedignantur uisitare & tangere. *Et eiiciebat spiritus immundos uerbo*, in signum quòd uerbum Christi deuotè auditum, fugat dæmonem de corde peccatorum. Licet autem posset etiam omnes curare solo uerbo, tamen quandoque apposuit manus: quia humanitas Christi erat quasi organum, seu instrumentum diuinitatis ipsius, in miraculis faciendis. Et ideò sicut artifex mediante instrumento operatur: sic uirtus diuina in Christo per applicationem humanitatis aliqua faciebat: ut eam coniunctam deitati declararet. Miracula quidem Christi ad duo ordinabantur, scilicet D ad manifestationem diuinitatis suæ: & ad confirmationem suæ doctrinæ, per quam homines ad fidem inducebantur. Vnde & ad tactum manus eius sanabantur infirmi, curabantur leprosi, illuminabantur cæci: & ad uocem eius suscitabantur mortui, & eiiciebantur spiritus immundi. Per hoc autem quod uespere facto obtulerunt sibi infirmos & dæmoniacos, significatur quod hora mundi uespertina Christus uenit dæmones eiicere, & infirmitates hominû curare: & per occasum Solis significatur, quod passio sua, in qua Sol iustitiæ occidit futura erat medicina omnis spiritualis infirmitatis. Vnde secundum Bedã: E Mysticè, Solis occubitus, passionem mortemque illius significat qui dicit, quandiu sum in mundo, lux sum mundi: & sole occidente plærique dæmoniaci & ægroti sanantur, quia qui temporaliter in carne uiuens, paucos Iudæorum docuit, omnibus per orbem gentibus fidei salutisque dona transmittit. Moraliter uerò occasus Solis potest dici casus mundanæ prosperitatis post quam multi sanantur, qui lucente Sole prosperitatis grauiter infirmantur. Considera, quòd paucis uerbis multa hîc miracula comprehendûtur, quę expresse fortasis incredibilia uiderêtur. Vnde Chrysosto. Tu autem intende quantam multitudinem curatam transcurrunt Euangelistæ, non

unum-

Gene. 1. — *Peccati fœtor à deserente percipitur. Peccatorũ quatuor genera.* — *Theophilus in eum locum. Cur uespere adduxerunt.* — *Contra medicos.* — *Miracula Christi ad duo ordinata.* — *Beda in ca. 4 Luca. De Solis occasu. Ioan. 9.* — *Cur paucis multa.* — *Chryso. ho. 28. in Mat.*

unumquenque curatum dicentes nobis & enarrantes: sed uno uerbo pelagus ineffabile miraculorum superuenientes, ut non rursus magnitudo miraculi incredulitatem immittat, si tantam plebem & uarias ægritudines in uno temporis momento soluit, & emendauit. Hæc Chrysostomus. *Exibant autem dæmonia à multis clamantia: & dicentia quia tu es filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui*: quia sciebant per uehementem coniecturam ipsum esse Christum, non tamen per scientiæ certitudinem. Vnde Beda: Dæmonia filium Dei confitebantur, & sciebant ipsum esse Christum, quia cùm ieiunio fatigatum eum diabolus uideret, uerum hominem intellexit: sed quia tentando non præualuit, utrum filius Dei esset, dubitabat. Nunc autem per signorum potentiam, uel intellexit, uel potius suspicatus est esse filium Dei: sed se morte illius non præuidit esse damnandum. Verè enim de hoc mysterio à seculis abscondito, dicit Apostolus, quòd nemo principum huius seculi cognouit: *si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent*: Hæc Beda. Ideo autem non sinebat ea loqui, ne homines audientes dæmonem prædicare mundo ueritatem, deinceps acquiescerent sibi prædicanti falsitatem. Vnde glossa: Ideò prohibet loqui, ne dum aliquis audit dæmonem uera prædicantem, postea sequatur errantem. Improbus enim magister uera fallis permiscet: ut sub specie ueritatis, falsitatis testimonium obtegat. De hoc habes, & alias causas proximè suprà de spiritu immundo dictas. *Facta autem die*, & ualde dil. culò, *egressus Iesus de Capharnaum ibat in desertum locum*, ut applausum populi fugeret, & ibi secretius oraret. In hoc dans exemplum quòd prædicator & mirabilium diuinorum operator debet uanam gloriam & ostentationem fugere, & ad solitudinem contemplationis, ac secretum orationis, post laborem prædicationis redire: ut Deo gratias agat de ꝑfectu præterito, & se disponat ꝓ futuro: ut sibi hauriat ꝙ postea populis effundat. Et secûdû Theophilû: Ostendit nobis quòd Deo debet atribui si aliquid boni facimus, & ei debemus dicere, quoniam omne optimum desuper est, descendens à te. In deserto ergo Christus orat, non quòd ipse oratione indigeat: sed ut nobis bonæ exemplificationis, operationis, exemplum & forma fieret, & ut nos tumultum fugere, & curam mundi uitare, ac secretum mentis quærere doceret, cùm eum orare, uel ei silenter loqui, affectamus. Et turbæ requirebant eum, scilicet per fidem, & uenerunt usque ad ipsum, per spê, & detinebant illum per charitatem, ne discederet ab eis: ut profectum consequerentur maiorem. Vbi Chrysost. Gaudens autem eos suscipiebat, sed & uoluit eos dimittere: ut & reliqui doctrinæ eius participes essent, & ideò sequitur, quibus ait: *quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei*, id est, qualiter peruenitur ad regnum Dei, quia per pœnitentiam quæ est uia ad hoc perueniendi. Vbi Theophilus: Transit enim ad alios magis indigentes doctrina, quia non conuenit in uno loco doctrinam concludere: sed ubique radios eius extendere. Vbi & Chrysosto. Simul etiam considera, quòd poterat in eodem loco manendo omnes attrahere ad se, non tamen illud fecit, præbens nobis exemplum ut perambulemus & requiramus pereuntes, sicut pastor perditam, & medicus accedit ad infirmum. Vna enim anima recuperata, poterit aliquis mille delicta abolere: Hæc Chrysostomus.

Scietia dæmonum de Christo. Beda in ca. 4. Luca. Matth. 4. — *1. Cor. 9. Dæmonia cur prædicare prohibentur.* — *Glossa idid.* — *Applausus uitandus.* — *Theophi. in eum locum.* — *Iacobi. 1.* — *Teophilus in eũ locũ.*

A ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, remoue & eiice spiritum immundum à me: ne aliquo modo me ualeat maculare, uel in maculis detinere: ut sim & appaream mundo mortuus, cum à possessore prauo, qui per immunda desideria nos agitat, fuero liberatus. Peto etiam Domine te medicum animarum: ut me curare digneris à febre uitiorum. quatenus surgens ab eis ualeam tibi ministrare, & gratam seruitutem exhibere. Tu etiam Domine cura me, & omnes uariis animæ detentos languoribus: ut à peccatis sani & incolumes facti tibi ministremus, & beneplacita tua peragamus. Amen.*

B *De suscitatione filij uiduæ. Cap. XLIIII.*



ET deinceps, *ibat Iesus cum discipulis, & turba copiosa quæ eum sequebatur*, nouitate operum, suauitate doctriuę, & ex sanctitatis eius deuotione, *in ciuitatem Galilææ quæ uocatur Naym*, secundo miliario à monte Tabor est ciuitas Naym, & supra Naym mons Endor, ad cuius radicem fluit torrens Cyson. Ante huD ius ciuitatis portam, ubi erat maior concursus populi, obuiauit Dominus multitudini hominum efferentium, id est, extra portantium, defunctum filium unicum uiduæ ad sepeliendum, quia antiquitus loca sepulturæ erant extra ciuitates, & hominum habitationes, ne cadaueribus inficerentur loca & homines. Hoc autem sic factum est, ut euidentius esset miraculum coram multis factum, & multi essent testes tanti miraculi. Et quia uacabant ad pietatis opus prosequendo funus, & consolando uiduam & orbatam matrem, meruerunt ipsum uidere miraculum. Vbi Gregorius Nicenus, ærumnę molem, breuibus uerbis explicuit: Mater uidua erat quæ non sperabat ulterius filios procreare: non habebat in quem dirigeE ret aspectum uice defuncti, quia unicus erat, hunc solum lactauerat. Hic solus aderat alacritatis causa in domo, quicquid matri dulce ac pretiosum, hic solus extiterat. Vnde & Cyrillus: Miseranda passio, & ad fletum & ad lachrymas potens prouocare. Quam cùm uidisset Dominus sic tristem & afflictam, misericordia & pietate motus secûdum quòd homo super ea: tum quia uidua erat, tum quia non habebat alium filium à quo in senectute sustentari posset quàm ab ipsos, dixit illi uerbo consolatorio & dulci: *Noli flere*, quasi diceret: cito consolata eris, desiste quasi mortuum flere, quem mox uiuum resurgere uidebis.

Mœren-

Luca. 7. — *Naym.* — *Sepultura antiquorũ.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Beda in ca. 7. Luc. Miſericos Dominus. Mors plangenda incredulis tãtum. Loculi tactus.

Mœrentium conſolator Deus, illorum maximè lachrymas intuetur, qui aliorum miſerias & peccata deflent. Secundum Bedam: Dominus miſericordia motus eſt, ut nobis exemplũ imitandæ pietatis oſtenderet. Vnde & Chryſoſt. Iubẽs ergo ceſſare à lachrymis qui conſolatur mœſtos, monet nos de præſentibus defunctis conſolationem recipere, reſurrectionem ſperantes. Pagani & Gentiles, cauſam habent plangendi defunctos, quia reſurrectionem neſciunt: ſed Chriſtiani eam credunt, & ideò cauſam plangendi non habent. *Et acceſsit & tetigit locum*, id eſt, feretrum: ut effectus ſalutis tactu corporis ſui deueniret, & oſtenderet quòd corpus ſuum deitati unitum, erat inſtrumentum deitatis, in miraculis faciendis.

Loculus ſepulturę.

Loculus diminutiuè, eſt mortui locus in quo iacet: cui enĩ uiuenti magna palatia, & amplæ domus non ſufficiebant pro loco, ei morienti paruum ſpatium ſufficit pro loculo. Vnde mortuo Alexandro dixit quidam Philoſophus, quem totus mundus non capiebat, hodie parua continet arca. *Hi autem qui portabant, ſteterunt*, nec ultra progredi auſi ſunt. Et ait: *Adoleſcens ſurge*. & ſic eum ſecundum quod Deus ſuſcitauit. *Et recedit qui erat mortuus*: quia ſurgens ſedit in loculo in quo iacuerat prius, *& cœpit loqui*. Vt manifeſtè appareret quòd erat uerè & non apparenter ſuſcitatus, & fortè uerba ipſius fuerunt gratia rum actiones, *& dedit illum matri ſuæ*: quia non ſuo merito ſed matris reſurrexerat: ut quæ de ipſo triſtis fuerat, in ipſo conſolaretur. *Omnes autem inuaſit timor ex ſtupore tanti miraculi*, qui timor non fuit alicuius mali, ſed reuerentiæ de potentia & bonitate: *& magnificabant*, id eſt, laudabant, *Deum*, & magnum prædicabant, quia quãto grauior eſt caſus, tanto pietas erigentis eſt gratior, & ſpes ſalutis pœnitentibus eſt certior. *Et dicebant: quia Propheta magnus* ſcilicet in lege, & Prophetis promiſſus, *ſurrexit in nobis*, imò pluſquam Propheta: *& quia Dominus uiſitauit plebem ſuam*, mittendo eis ſaluatorem, ut eos redimeret, ſicut medicus uiſitat infirmum, ut eum ſanet.

Defunctus myſticè. Eccleſia mater peccatorum.

Myſticè iſte defunctus, eſt homo per peccatum mortale mortuus. Eius mater eſt Eccleſia, quæ eſt uniuerſitas credentium, & cuius filij ſunt credentes ſinguli. Peccator autem dicitur filius unicus matti ſuæ, ſcilicet Eccleſiæ, quia quemlibet ita deflet quando in peccatum cadit, ſicut mater unicum filium quando decedit.

Vidua.

Eccleſia quoque dicitur uidua, quia ſponſi ſui morte redempta: uel quia nunc quandiu peregrinatur à Domino, eſt ab amplexibus ſponſi ſui priuata, de qua uidua dicitur in Pſal. *Viduam eius benedicens benedicam*.

Pſal. 131. Portitores quatuor moraliter. Bern. in ſententijs.

Effertur defunctus, cũ ſenſus interior exiit in opus. Quatuor portitores huius defuncti, ſunt quatuor affectiones cordis noſtri ſcilicet gaudium & triſtitia, ſpes & timor. Iſta enim quatuor portant mortuum per abuſũm. De quibus dicit Bernardus: Amant quod non decet, timent quod non oportet, dolent uanè, & gaudent uanius. Vel iſti quatuor portitores ſunt amor peccati, timor pœnitentiæ, ſpes emendæ, & præſumptio de Dei miſericordia.

Quatuor in peccato perſeuerare facientia.

Vel quatuor portitores, ſunt quatuor quæ animam in peccato perſeuerare faciunt, ſcilicet fiducia longioris uitæ, quæ tamen hominem ſæpe decipit, conſideratio culpæ alienæ, qua homo correctionem propriam deuitat: ſtulta ſpes pœnitendi in futuro, & fiducia de uenia quam homo concipit ex magna Dei miſericordia, impunitas peccatoris, qua redditur ad peccata magis procliuus. Poſsũt etiam intelligi iſti portitores, carnalia deſideria, uel adulatorum & benedicentium blandimenta, uel præ-

A

latorum mercenariorum uerba ungentia, non pungentia, & quicunque uerbo uel facto fouentes hominem in peccato.

Porta qua effertur peccator.

Porta per quam effertur ſeu egreditur mortuus, eſt aliquis de quinque corporis ſenſibus peccati manifeſtatiuus. Nam qui uidet, uel audit uel loquitur quod non licet, mortuus extrahitur per portam uiſus, uel auditus, uel oris, & ſic ſuo modo de aliis, & ideo cuſtodiæ ad iſtas portas ſunt adhibendæ.

Beda in c. 7. Luc. Matth. 8.

Vnde Beda: Portam ciuitatis qua defunctus efferebatur, puto aliquem de ſenſibus eſſe corporis. Qui enim ſeminat inter fratres diſcordias, qui iniquitatem in excelſum loquitur, per oris portam extrahitur mortuus. Qui uiderit mulierẽ ad concupi-

B

ſcendum eam, per oculorum portam, ſuæ mortis indicia profert. Qui fabulis ocioſis, obſcœniſue carminibus uel detractionibus aurẽ libenter aperit, hanc animę ſuę portã mortis efficit, cęteroſque qui nõ ſeruat ſenſus, mortis ſibi ipſe reddit aditũ: Hęc Beda.

Loculus defuncti, eſt conſcientia.

Loculus eſt cõſciẽtia peccatoris, in quo tanquã in lecto malę cõſciẽtiæ requieſcit. Talis autẽ mortuus per peccatum mortale ſuſcitatur à Deo per præces Eccleſię. Sed quomodo reſuſcitatur in figura, hîc docetur.

Signa mortis tria.

Sicut enim tria ſunt ſigna mortis ſpiritualis, ſic tria ſunt ſigna reſuſcitationis ſpiritualis. Signum mortis ſpiritualis accipitur, ſecundum ſignum mortis corporalis. Signum autem mortis corporalis triplex eſt. Primum eſt, carentia operationis, ſic carentia ad

C

bene operandum, eſt ſignum mortis ſpiritualis: unde in Exodo: *Fiant immobiles quaſi lapides*. *Exod. 15.* Secundum eſt, carentia ſenſus, quando percutitur & non ſentit, ſic quando homo non ſentit percuſsiones & admonitiones ſpirituales, ſignum eſt quòd ipſe ſpiritualiter eſt mortuus: unde in Prouerbiis: *Verberauerunt me ſed non dolui: traxerunt me, & non ſenſi*. *Prouer. 23.* Tertiũ eſt rigor, ſic homo quando habet cor ita rigidum, quòd flecti non poteſt per compaſsionem ad proximum, nec per obedientiam ad Deum, ſignum eſt mortis ſpiritualis: unde in libro Regum dicitur quòd manus Hieroboam, quam extẽdit de altare, exaruit. *3. Reg. 13.* Sic ergo tria ſunt ſigna mortis ſpiritualis. Bene quip-

D

pe operari tollit ſuperbia, ſenſum aufert luxuria, & rigorem facit auaritia.

Signa reſuſcitationis tria.

Et econtrà ſunt tria ſigna reſuſcitationis ſpiritualis, quæ tanguntur in hoc quòd reſedit, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ. Per hoc quod dicit reſedit, intelligitur contritio, in contritione enim homo reſidet & reſilit à peccato. Per hoc quod dicit cœpit loqui, intelligitur confeſsio, in qua homo loquitur ſe accuſando. Per hoc qùod dicitur dedit eum matri ſuæ: intelligitur ſatisfactio. Per hoc enim quòd homo ſoluitur & iniungitur ei ſatisfactio, reſtituitur matri ſuæ, id eſt, Eccleſiæ, & communioni fidelium per ſpiritualem incorporationẽ, quæ quidem ſatisfactio fit per tria, ſcilicet per orationem, ieiunium, & eleemoſynã.

Modus reſuſcitandi.

Sed modus iſte re-

E

ſuſcitationis tangitur cùm dicitur: acceſsit & tetigit loculum. Ad mortuũ ſpiritualiter ſaluator accedit & appropinquat, cùm aliquam gratiam præuenientem vel deſiderium propriæ ſalutis ei donat. Loculum tãgit, quando conſcientiam & cor durum peccatoris ad pœnitentiam emollit, & peccatorem ad ſui cognitionem reducit, & tunc mortuus à peccato reſurgit.

Peccatum mors eſt. Peccatum ut mors fugiendum.

Et ſciendum quòd ſpiritusſanctus peccatũ per mortem uoluit deſignari, ad oſtendendum quantum peccatum ſit fugiendum, & quantum de eo ſit dolendũ quando eſt commiſſum. Peccatum fugiendum eſt ut mors, & de eo dolendum eſt tanquam de morte, ſic dolere debet qui amicũ ſuum in peccato mortali uidet

uidet

ac ſic eum mortuum uideret: imo etiam eum plus dolere debet. Et quia ſicut mortuus iſte figurat peccatorem, ſic eius ſuſcitatio figurat peccatoris conuerſionem, ideo ſicut multum timendum eſt peccatum, & multum dolendum de eo commiſſo, ſic multum deſideranda eſt peccatoris conuerſio, & multũ gaudendum de ipſa iam facta. Obſecra ergo ò peccator dominum ut reſuſcitet te à morte peccati, & reſtituat te ſanctæ Eccleſiæ ſuæ in laudem & gloriam nominis ſui.

Ambroſius in ca. 7. Lucæ. De matre Eccleſia.

Et ut ait Ambroſius: Si graue peccatum eſt quod pœnitentiæ tuæ lachrymis ipſe lauare non poſſis: flet pro te mater Eccleſia, quæ pro ſingulis tanquam pro unicis filiis uidua mater interuenit, compatitur quodammodo ſpirituali dolore naturæ, cùm ſuos liberos lætalibus uitijs ad mortem cernit urgeri. Viſcera enim ſumus de uiſceribus eius:

Auguſtin. ſermo. 44. de uerbis domi.

Vnde & Auguſtinus. De iuuene illo reſuſcitato gauiſa eſt mater uidua, de hominibus in ſpiritu quotidie ſuſcitatis gaudet mater Eccleſia. Ille quidẽ mortuus erat corpore, illi autem mente.

Mortuos tres ſuſcitauit dominus.

Moraliter tres mortuos Chriſtus ſuſcitauit, puellam in domo clauſam, id eſt, mortuum per conſenſum delectationis prauæ, in cogitatione ſeu uoluntate adhuc tectum. Iuuenem in porta, id eſt, mortuum per actum peccati in uerbo, nutu, uel opere. Lazarum in ſepulchro, id eſt, mortuum: lapide, id eſt, mole conſuetudinis peccandi preſſum, malè olentem, & alios fama corrumpentem. Omnes iſtos ſuſcitat & ſanat Dominus, cùm ad ipſum redeunt ueraciter pœnitendo, & tanto leuius reſuſcitatur quiſque per gratiam, quanto minus mortificatus eſt per culpam.

Matth. 9. Ioan. 11.

Vnde Dominus puellam coram paucis de facili ſuſcitat, puellæ dicens, ſurge. Iuuenem coram pluribus, & quaſi difficilius, tangens feretrum, & dicens: *Adoleſcens tibi dico, ſurge*. Lazarũ difficillime, quia cùm lachrymis, cum fremitu, cum ſui perturbatione, cum magna uoce dicens, *Lazare ueni foras*: & quaſi cum auxilio & teſtimonio præſentium, dicens: ſoluite & ſinite abire,

Facilitas Chriſti in ſuſcitando à morte. Auguſtin. ſermo. 44. de uerbis domi.

non quòd domino tam facilis non fuerit reſuſcitatio Lazari ſicut puellæ, cùm ut ait Auguſtinus, nemo tam facilè excitat in lecto, quàm Chriſtus in ſepulchro: ſed Domini facta aliarum rerum ſunt exempla.

Conſuetudo peccãdi [illegible]. Ambroſ. in pſal. 1. Mors triplex.

Longa enim conſuetudine preſſus, uix & quaſi cum labore ſuſcitatur. Qui ut ſuſcitetur Dominum cogit lachrymari, & eiulare, & ideo licet omne peccatum, maximè tamen peccandi conſuetudinem fugere debemus: quia hęc ſanatur difficilius. Vnde Ambroſius: Omne peccatum conſuetudine uileſcit, & fit homini quaſi nullum ſit, ſic & econuerſo, omnis uirtus bona conſuetudine fit gratia & facilis, quia nihil differt aſſueſci ſic, uel ſic. Triplex eſt ergo mors culpæ deſignata in prædictorum trium morte, ſcilicet peccatum cordis, peccatum operis, & peccatũ conſuetudinis. In ſuſcitatione uerò horum triũ mortuorũ oſtenſum eſt, ꝙ ſaluator poteſtatẽ habet ſuper triplicem mortẽ, ſ. naturæ, culpæ & gehennæ. Super triplicem uitam, ſcilicet naturæ, gratiæ, & gloriæ.

Quartus mortuus nõ excitatus.

Quartum mortuum inſinuante diſcipulo audiuit, ſed ad eum ire noluit, id eſt ad mortuum in obſtinatione, uel deſperatione, ſeu praua peccati excuſatione. De quo dixit, dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Hæc igitur audientes, qui ſtant, non præſumãt, ſed cauti ſint ne cadant: & qui ceciderunt, non deſperent, ſed ſolliciti ſint ut reſurgant.

Auguſtin. ſer. 44. de uerbis do.

Vnde Auguſtinus: Hæc ergo chariſsimi audiuimus, ut qui uiuunt uiuant, qui mortui ſunt reuiuiſcant. Siue adhuc peccatum in corde conceptũ, non proceſsit in factum, pęniteat, corrigatur cogita-

A

tio, reſurgat mortuus intra domum conſcientię, ſiue iam quod excogitauit admiſit, nec ſic deſperetur. Nõ ſurrexit mortuus intus, ſurgat elatus: pœniteat facti, de proximo reuiuiſcat: non eat in profunda ſepulturæ, non accipiat deſuper conſuetudinis molem. Sed fortè iam illi loquor, qui iam duro ſui molis lapide premitur, qui iam urgetur conſuetudinis pondere, qui iam quatriduanus putet: nec ipſe deſperet, profundus mortuus eſt, ſed altius eſt Chriſtus, agũt etiam tales pœnitentiam. Neque enim Lazaro reſuſcitato poſt quatriduum ullus putor in uiuente remanſerat: ergo qui uiuunt, uiuant: qui autem mortui ſunt, in quacumque harum trium morte ſe inuenerint, pœnitentiam agant, accelerent, iam reſurgant.

B

Chryſoſto. hom. 27. in Matth. 1. Cor. 10. Hiere. 8. & pſal. 40

Vnde & Chryſoſtomus: Ne audiamus qui ſtamus, ſed dicamus nobiſipſis, qui æſtimat ſe ſtare, uideat ne cadat: ne deſperemus ſi cecidimus, ſed dicamus nobis, *nunquid, qui cadit non reſurget?* Etenim multi in ipſum cœli uerticem aſcendentes, & omnem patientiã demoſtrantes, parum lapſi ſunt, & ad ipſum uenerũt malitiæ baratrum. Alij autem rurſus ad cœlum inde aſcenderũt, & à ſcena & ſcurrilitate ad Angelicã ſunt tranſlati urbanitatem, & tantam oſtenderunt uirtutem, ut dæmones abegerint, & multa ſigna alia operati fuerint, & horum quidem plenæ ſunt ſcripturæ, & plena uita exemplis nobis. Quemadmodum enim medici difficiliores ægritudines libris inſcribunt, &

C

huius emendationis methodum, id eſt, doctrinam docent, ut in maioribus exercitati facilè minora ſuperant: ita vtique & Deus magna peccata in medium adduxit, ut qui parua deliquerunt, per illa facilem horum emendationem inueniant. Si enim maiora habuerunt ſanationem, multomagis minora. Igitur armemus noſmetipſos bonis operationibus, & ſi ad uenerit aliquod delictum, abluamur, ut digni efficiamur in gloriam Dei uiuentes præſentem uitam, futura frui uita: Hæc Chryſoſtomus. Conſidera hîc uiduam de morte filij flẽtem: & ita tu omnibus poſtpoſitis de morte animæ tuæ luge & lachrymare, ut merearis ab ipſa morte animæ per tactum diuinæ miſerationis reſuſcitari. Abſtine à riſu & cachinno, cogi-

D

tans quia de cunctis actibus tuis redditurus es rationem in iudicio:

Chriſoſto. ſermone de pœnitentia. Lachrymãdũ eſt nobis.

Vnde Chryſoſto. nihil quippe ita conglutinat Deo, ut lachrymæ illæ quas & peccati dolor & amor uirtutis effundit, ſiue propria peccata quis ſiue etiam lamentetur aliena. Cuius enim rei gratia in cachinnũ laxaris ac diffluis, qui tantorum ſponte factus es cauſa mærorum, ante terribile illud Chriſti ſtaturus tribunal, & ſumma cum examinatione rationem pro cunctis actibus redditurus: Hæc Chryſoſtomus.

Periculum ſtatus peccati.

Valde autem periculoſum eſt, quòd peccator in ſordibus peccatorum, & in morte animę iacet, non curans ſe per pœnitentiam purgare & reſurgere, ſi enim linguis hominum loquereris & an-

E

gelorum, & ſi tot per tuam doctrinam conuerteres homines quot fuerunt homines ab initio mundi, uel quot ſunt ſtellæ cœli, & te ipſum per pœnitentiã non mundaueris: *factus es velut æs ſonans, aut cymbalũ tinniens*: *1. Cor. 13.* campana enim ad utilitatẽ hominũ ſeruiens, pulſando ſeipſam conſumit, & ſi habueris omnem ſcientiam, & ſi per tuam ſcientiam, & tuis diſcretis conſilijs omnes reges mundi uel principes, imo totus mundus pacificè dirigerentur, & te ipſum per pænitentiam non correxeris, nihil proficies: & ſi habueris omnem fidem, ita quòd trahas ad fidem omnes Iudæos, hæreticos & paganos, & ſi in peccato mortali es, nihil tibi proderit ad uitæ æternæ ſalutem.

Item

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item si mille clausura faceres, & mille hospitalia manu propria ædificares, & in illis omnes mundi pauperes bonis tuis pasceres, quandiu in peccato mortali persistis, in statu saluandorum nō es. Item si corpus tuum ad cremandum dares ut Laurentius, ad excoriandum ut Bartholomæus, si crucifigereris ut Christus, & sic cum unico peccato mortali morereris, nunquam saluareris. Item si mille millia missarū prote dicerentur, si omnes sancti in cœlo cum omnibus Angelis prostrati ante Deum sanguineas funderent lachrymas, usque in diem nouissimum orantes pro te: non flecterent misericordiam Dei ad misserendū tui, si decederes in peccato mortali, & ideo peccatori in morte animæ iacente plus ualeret una confessio bona, quàm omnia beneficia prædicta per eum facta, uel tibi impensa.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, ueni in Naym, animam meam fluctuantem tentationibus, appropinqua portæ cohibendo, ne per sensus ueniant ad effectus, accede per gratiam, tange per correctionem, sient portitores occasiones peccandi & opportunitates, die animæ iacenti in peccatis, ut residat per bonam uoluntatem: incipiat loqui per confessionem, surgat per bonam operationem: redde matri suæ, gratiæ nutrici, ut stet per stabilitatem, & sic plebem tuam, uires animæ affectiones, & cogitationes uisitet tua ueritas per cognitionē, uirtus per operationem, & bonitas per conseruationem. Amen.*

De Scriba doloso, & duobus alijs Christum sequi uolentibus. Caput XLV.



Matth. 8. Luca. 9.

VIDENS autem Iesus turbas multas circum se, & se sequentes: iussit discipulos ire trans fretum, id est, ultra mare Galilææ in locum secretum, *& iuit ut cum eis transfretaret, & eos à turbis sequestraret.* Docēs etiā prædicatorem Euangelij & omnes applausum populi declinare, & nihil ad ostentationem facere. Per hoc etiam innuit, quòd curæ mundi sunt fugiendæ, quia turbæ multæ, sunt multæ curæ, quæ turbant animā ex omni parte, & ideo dicit, circum se. Nam impediunt à posteriori, ne posteriora recolat: ab anteriori, ne se ad meliora extendat à dextris, ne desideret æterna: à sinistris, ne timeat supplicia: uel à posteriori, ne desiderentur defectus uitæ præteritæ: ab anteriori, ne considerentur pericula in statu prosperitatis: à sinistris, ne considerentur pericula in statu aduersitatis. Sicut enim faber quando uult sanguinem minuere equo, cooperit sibi oculos, & tunc percutit: ubi uult: sic diabolus uolens hominem percutere, operit sibi oculos per curas & sollicitudines, & tunc uulnerat per peccatum, & extrahit sanguinem uirtutum, & ideo ab hac turba esset declinandum. Hæc est turba quæ impediebat Zachæum, in uidendo Iesum. Et in uia ascēdens corporaliter, nō spiritualiter unus scriba, id est, legisperitus, seu literatus ait illi: *Magister*, nō dicit Domine, quia causā discendi, non seruiē di, uenit, nec quærens magistrum, sed ex magistro lucrum, *sequar te quocunque ieris.* Iste duplici de causa uolebat sequi Christum: scilicet causa cupiditatis, & lucri temporalis, ac iactantiæ, & uanę gloriæ, multitudine enim & magnitudine signorum uiforum motus, uolebat sequi Dominum, ut disceret signa facere propter lucrum acquirendum, uel propter uanam gloriam consequendam. Hoc idem considerans non sequi à Domino quod Simon Magus uolebat emere à Petro. *Iesus autem uidens eius animum, non respondit ad eius uerbum*, tantum, sed ad eius animū dicens: *Vulpes foueas habent*, ad quiescendū, & latitandum *et uolucres cœli nidos*, habēt ad quos ascendūt & cōfugiunt, *filius autē hominis*, id est, uirginis: (ecce à parte inferiori denominat genus suum, contra gloriantes de genere suo, & allegantes quod est in eo prę cipuum,) non habet domicilium proprium, *ubi caput suum reclinet*, ad pausandum. q.d. Bruta habent sua latibula, & loca ubi possunt latere & quiescere: ego autem sum ita pauper quòd non habeo hospitiolū proprium ubi percipiendo quietem caput reclinem, & ideo frustra uenis ad me propter lucrum temporale. Vnde Chrysost. Aspice qualiter paupertatem, quam Dominus docuerat, per opera demonstrat, non erat ei mensa, non candelabrum, nec domus, nec quicquam talium, Hæc Chrisost. Hospitiolum quidem habuit uirginis uterum, reclinatorium habuit præsepium non proprium, & crucis patibulum, sepulchrū habuit sed alienum. Hic ergo remouetur cupiditas terrenorum, à uolentibus sequi Christum. Audita autem Christi paupertate non institit amplius ut sequeretur. Vnde Chrysost. Non autem respondet, sequar te pauperem, hoc enim Dominus forsitan concessisset: uel per uulpes, dolositas, & simulatio: per uolucres, inanis iactantia & elatio signatur, q.d. Dominus: Dolositas, & elatio latent in corde tuo, quia scilicet causa cupiditatis & uanæ gloriæ uis me sequi, & ideo te in societatem meam non recipio, quia filius hominis simplex contra dolositatem, humilis contra superbiam, non habet in te ubi caput reclinet. Ca put enim Christi Deus est, Deus autem habitat in humili & simplici, & tremente sermones eius, & ipsa reclinatio capitis, non erectio humilitatis magistra est, quæ in illo locū non habent. In tribus ergo iste reprehenditur à Domino, scilicet in dolositate: quia ficto animo & non simplici sequi uolebat, & in cupiditate, quia eum pro quæstu sequi intendebat, & in elatione, quia propter inanem gloriam ei adhærere cupiebat, sicut uulpes est animal fallax, insidijs intentum, & rapinis plenum: auis uerò alta petens & ascendens sursum, hic ergo sequi uolebat magistrū, nō ut uirtutes disceret, non ut paupertatem & humilitatē magistri imitaretur, sed ut fictus discipulus deciperet, & sub magistro humilitatis, & paupertatis, honorum dignitates ambiret, & diuitias cōgregaret.

Cura uitanda.

Magister.

Scriba intentio.

Paupertas domini.

Chrysost. hom. 28. in Matth.

Reprehditur Scriba.

Et

Ambitiosi & simoniaci Scribæ similes. Rhilip. 2.

Et hunc ambitiosi & simoniaci in Ecclesia imitantur, qui cupiunt ad alta subuehi, quærentes quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, non ut ministrent, sed ut ministrentur. & ideo uulpi dolosæ, & uolanti aui meritò comparantur. Per hunc etiam significantur quæ rentes intrare religionem, uel monasterium diuitias habentium, non ex deuotione, sed ut ex pauperibus diuites, & ex contemptilibus honorati fiant. Ideo talibus dicitur: *Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos*, id est, dæmones dolosi & superbi habent in uobis habitaculum, sed non Christus. Potest insuper dici, quòd *uulpes foueas habent*, id est, dolosi habent cautelas, ad quas refugium, ne in suis capiantur malitijs, *& uolucres cœli nidos*, id est, superbi quærunt eleuari in altis, *filius autē hominis non habet ubi caput suū reclinet*, in talibus, id est, ille qui secundum dictamen rationis

Chrysostō. ibidem.

uiuit, talia non querit: ut ergo dicit Chrysostomus, Scriba hic non animo credēdi, sed simulata mente accessit ad Dominum, unde inspector cordium & secretorum cognitor Deus tentantem se potius, quam uerè ac fideliter sequi uolentem non immeritò refutauit: Nam ut ait Augustinus, Videbat eum dolosa

Scriba dolosus.

simulatione tenebrosum, & uentosa elatione iactatum, non habere locum humilitatis, ubi doctorem se inclinantē exciperet, quia in discipulatu Christi nō illius gratiam, sed suā gloriā requirebat. *Dixit autem*

Futurus di scipulus. August. ho. 7. de uerbis Do.

Dominus alteri, cuius patrem iam mortuum sciebat, *sequere me*, qui rīndit, *Domine*, quod est reuerētiæ, *per*

Rabanus in eum locum. 3. Reg. 19.

mitte me, qp̄ē obedientiæ: qa de discipulis suis s. futuris dicitur, & si nōdū erat, *primū ire & sepelire patrē meū*, qđ ꝯ opus misericordiæ: ubi Rabanus, nō discipulatū respuit, sed expleta primùm paterni funeris pietate, liberior hunc sequi desiderat, sicut Helisæus uocante se Helia. *Osculer*, inquit, *oro te, patrem meum & matrem meam, & sic sequar te. Iesus autem ait illi*, animo corripiendi, *sequere me*, non obstante patris tui funere, q.d. non est de charitatis ordine minus bonū maiori præponere, *& dimitte mortuos*: scilicet morte culpæ, *sepelire mortuos*, morte naturæ, *suos*, scilicet sibi astrictos uinculo propinquitatis uel naturæ, dicens autem suos, monstrabat quoniam hic nō eius mortuus, sed aliquis infidelium erat, cuius & sepultores per infidelitatem impietatis in anima mortuos intel

Infideles sunt mortui Abacuh. 2.

ligi uolebat. Infideles dicuntur mortui, quia fide carent, quę uita animę est, secundum illud. *Iustus ex fide uiuit*, hic ergo remouetur carnalitas propinquorū: per hoc enim quòd dixit ei, *sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos*, ostendit quòd carnalis affectus à sequentibus Christum, est totaliter dimittendus. Et est hoc argumentum contra excusante se

Religionis ingressus non differē dus. Chrysost. hom. 28. in Matthęum.

de ingressu religionis, p̄p curam parentū. Itē contra procrastinantes, si. n. noluit ret ardari pro sepultura, multominus pro expeditione diuturna: Vnde Chrys. Alius intentione ficta dixit, sequar te, hic ēt sanctā rē petens non sinitur recedere, quia alij erant qui sepeli rent, & hunc à magis necessariis recedere non opor tebat: hæc Chrysostomus. Et uide quomodo primū dolosum & superbum, qui fictè & simulata mente ac cesserat, respuit: secundum simplicem & deuotū, qui uerè & simplici mēte & puro corde quærebat, ad sui sequelam traxit, & absque dilatione se sequi iubens nec patrem sepelire permisit, quem fortè à sepultura prohibuisset, si alij qui sepelirent non fuisset, ac si ei diceret: Venisti ad uitam, uis redire ad mortem? ego sum uita, ego sum pater, & creator tuus: me sequere *& dimitte mortuos sepelire mortuos suos*, tu autem uade, & annuncia regnum Dei, non fabulas, non curiositates, uel aliquid huiusmodi. Non nego sepulturam esse de operibus misericordiæ, nec dico opera eius proximo non esse impendenda, sed pro maioribus esse postponenda. Annuncia regnum Dei, suscita mortuos in anima. Instruimur ergo hic ut pro maiori bono minus bonū deseramus, nā si meritoriū sit parētē sepelire, dignius est tamēuerba uitæ docere, piū quippe erat quod uolebat facere, sed docuit magister quid deberet præponere; maius enim est animas mortuorum prædicando ad uitam resuscitare, quàm corpus mortui in terra abscondere: maius est prædicando unum saltem uiuificare, quàm omnes mortuos sepelire. Vnde Ambrosius: Cùm religiosum humani corporis sepeliendi acceperimus officium, quomodo hic paterni quoque funeris sepultura prohibetur? nisi ut intelligas humana posthabenda diuinis, bonum studium, sed maius impedimentū, nam qui partitur studium, deriuat affectum: qui diuidit curam, differt profectum, ergo prius sunt habenda quæ maxima. Quomodo ergo mortui sepelire mortuos possunt, nisi geminam hic intelligas mortem: unam naturæ, alteram culpæ. Est etiam mors tertia in qua peccato morimur, Deo uiuimus, non ergo paterni funeris sepultura prohibetur, sed necessitudini generis diuinæ religionis pietas antefertur. Illud consortibus relinquitur, hoc mandatur electis. Vnde & Chrysosto. Inconueniens enim erat, ut qui semel filio Dei credens uiuum, & cœlestem Deum patrem habere iam cęperat, de patre mortuo cogitaret, & ideo Dominus ostendit præferendam esse fidem & cognitionē Christi, huiusmodi pietatis officijs, propter quem uiuentes parentes iubemur relinquere. Iesus ergo prohibuit eum non iubens contemnere honorem, qui est ad eos qui progenuerūt, sed monstrans quoniam nihil cęlestibus negociis magis nobis necessarium esse oportet: & quoniam cum fastidio uniuersorum his iungi oportet, & neque parum tardare, & si ualde ineuitabilia & incitantia fuerint quæ attrahunt. Etenim multomelius est regnum diuulgare, & alios euellere à morte, quàm mortuum qui in nullo indeutilitatem habet sepelire, & maximè cū fuerint qui hæc uniuersa complent. Nihil igitur aliud hic discimus, quàm quoniam neque contingens tempus perdere oportet, & si decem milia quę prouocant fuerint, omnibus, & maximè necessariis, ipsis spiritualia præponere: Hæc Chrysost. Moraliter mortui sepeliunt mortuos, quando peccatores in peccatis suis mutuò foueundo cęlant, & operiunt semetipsos: Vnde secundū Gregorium, Per mortuos intelligi possunt adulatores, qui peccatores fouēt in peccatis, eosque amplius sepeliunt premendo terram, & terrenam adulationē super caput ipsorum, ut exerceantur in uitiis, institis ligantes pedes eorum, ne in uiis Dei ambulent. *Et ait alter*, ad Iesum, *sequar te Domine: sed primùm permitte me renunciare his qui domi sunt*, uolebat renunciare eis, ne fortè quomodo fieri solet quærerent eum, licentiando se ab eis, & dicturus ualete, ac dispositurus familiæ. Sic Helisæus requisitus Heliam sequi dixit: *Oro te ut osculer primùm patrem meum, & matrem meam, & sic sequar te*: sic hodie multi faciunt qui inutiliter ingressum religionis, uel executionem melioris uitę differunt & dicūt, disponam prius de amicis, uel de rebus meis, & postea religionem intrabo, seu uitam emēdabo: quod Hiero. dissuasit cuidam, eumque ab hac periculosa dilatione reuocauit dicens: Naui culæ hęrentis in salo funem potius præscinde, quā solue. Vnde & Chrysost. Ne dicam dissoluam negocia

Minus bonū pro maiori omittēdum.

Ambrosius in c. 9. Lucę

Mortuos sepelire mortuos suos.

Chrysosto. hom. 28. in Matth.

Gregorius lib. 4. moralium c. 25.

3. Reg. 19.

Religio non est differenda.

Chrysosto. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cia mea primùm, principium desidiæ hæc tardatio est. Quoniam uehemẽter instat diabolus ingressum quem Deus uolens accipere, & si paruam uocationẽ & tardationem apprehenderit, magnam operatur pigritationem: propter hoc admonet quidam, ne tarda ueris de die in diem, & hoc etiam remouetur conuenienti exemplo, cùm subditur: *Ait*, enim illi *Iesus*. *Nemo mittens manum suam ad aratrum*: scilicet pœnitentiæ qua cor euertitur, ut uirtutibus seminetur, mittens inquam pœnitendo, & Christum sequi proponendo, *& respiciens retrò*, facto uel proposito, ad statum pristinum redeundo, *aptus est regno Dei*, consequendo uel prædicando. Vnde Paulus regnum Dei habiturus, & ipsum alijs prædicaturus ait, quæ retrò sunt obliuiscens, quasi Dominus dicat ei: Vocat te Oriens, & tu attendis ad Occidentem. Hìc ergo remouetur inutilis dilatio, quia cùm propositum mutandi uitam parentibus reuelatur, quandoque ab eis reuocatur. Arator quippe retrò aspiciens facit sulcũ tortuosum & ineptum: sic accipiens melioris uitæ statum, & habens affectum redeundi ad statum pristinum, ineptus est ad regnum Dei adipiscendum. Talis est religiosus qui mundum reliquit, sed ad mundũ mẽte recurrit: nũc hos nũc illos, seu prius habita uel facta in corde reuoluẽdo, & amorẽ seu delectationẽ ad huiusmodi flectendo. Vnde Maximus episcopus: Omnis enim arans si retro aspicit, aut tortuosum & inutilem facit sulcum, aut aratrum boum suorum uestigia uulnerabit: Ita & qui directo tramite ac spirituali uomere uitia mundana persulcans incedit ad regnum Dei: si aspectum suum ad impia & uana conuerterit, & iuges suos hoc est corpus atque animam uulnerabit, & optimi itineris periculosum nimis incurrit errorem. Vnde Augustinus: Apponit manum aratro, qui affectuosus est ad sequendum: retrò tamen respicit, qui dilationem petit occasionem redeundi ad domum cum amicis conferendi. Vnde & Bernardus: Si autem secuturus Dominum discipulus, qui uel domui renunciare uelit arguitur: quid fiet illis qui nulla utilitatis, nulla fidei ædificandæ gratia sæpius suorum quos in mundo reliquere domos reuisere non timent? hoc facit contra monachos in domibus parentum & secularium conuiuentes. Vnde etiam Chryso. Ostendit quòd qui sequi Dominũ desiderat, qui manum in aratro ponit, id est, qui in spe crucis Christi Euangelica side fundatus seculo renunciat, respicere retrò non debeat, id est, rursus ad ea quæ seculi sunt redire, ne per huiusmodi inanem seculi curam & uanã cupiditatem regno Dei efficiatur indignus: unde non immeritò & Apostolus admonet ne ad infirma & egena mundi reuertamur. Vnde & Bern. Et hoc omnino timẽdum est, ne quis aut corde solo, aut etiam corpore fiat apostata. Legimus enim de filijs Israel, quia corde redierunt in Aegyptum. Nam corpore reuerti clausum post eorum talos rubrum mare uctabat: hoc est quod ego uereor fratres, ne fortè sint aliqui quibus si pudor negat apostasiam corporis, tepor faciat apostasiam cordis: ut uidelicet in habitu religionis cor seculare gerant, & quicquid secularis consolationis inuenire potuerint, læti suscipiant: Hæc Bernar. Qui ergo seculo renũciauit, nullatenus retrò respiciat: quia, ut ait Gregorius: Nil angelis charius, nil Deo acceptius, nil homini fructuosius, quàm in susceptа religione persistere, iuraq́ue obedientiæ obseruare & complere: &, ut ait Isidorus, atrociter in discussione diuini iudicij arguendi sunt, qui quod professione spoponderunt,

Philip. 3.

Arator retrospiciens. Arãtis & religiosi collatio.

Bernardus epist. ad fratres. Monachi sint in claustro.

Chryso. ho. 28. in Mat.

Religio obseruanda. Gregorius in regesto.

A opere implere contempserunt, & ideò cauti esse debemus ne mundo undique retrahente, & post dorsum ut retrò respiciamus strepente seducamur: & retrò cum uxore Loth, quæ in statuam salis uersa est, respiciamus. Vnde nota, quòd statua habet figuram humanam, sed non sentit nec mouetur, sic personæ quæ exierunt mundum, habentes cor adhuc ad negocia mundi, nõ habent sensum uel motum alicuius boni operis. Item terra ubi sal seminatur efficitur sterilis: sic tales reddunt societatem, in qua sunt, sterilẽ. Item sal præbet saporem alijs, tamẽ per consumptionem sui: sic tales consumuntur in religione sine propria utilitate, & dant alijs exemplum conseruationis: secundum Bedam, etiam manum ad aratrum, mittit, B qui quasi quodam instrumento compunctionis, scilicet ligno & ferro dominicæ passionis, duritiam cordis sui emollit & euertit ad pœnitentiam: sicque ad bonos fructus ferendos terram cordis uomere pœnitentiæ aperit, recolens Dominicam passionẽ. Qui sic ad relicta uitia desiderio rapitur, à regno Dei cum uxore Loth excluditur. Sancti enim posteriorũ obliti semper in anteriora se extendunt: iuges suos, id est, corpus & animam quasi boues iugo Dei coniunctos, à iugo eius nõ relaxantes, sed semper colla subdentes, ut fructum plus afferant. Et sciendum quòd quanuis sepelire patrem, & renunciare bonis uel amicis, per se non impediant hominem à perfectione & regno Dei, per accidens tamen & propter aliqua superuenientia imminet periculum retrocedendi à uia Dei: quia dum differt implere propositum, potest faciliter immutari ab eo quod proposuit propter intuitum eorum quæ dimisit: uel reuocari à proposito propter suasum parentum, seu aliorum quos reliquit, ut autem dicit Augustinus, in hoc capitulo, & hoc dicimus: quia quos uoluit Dominus hos elegit, obtulit se unus ut cum sequeretur & reprobatus est, alius non audebat, citatus est: tertius differebat, culpatus est: non sis ergo dolosus & superbus, ne cum primo reproberis, sed magis sis simplex & deuotus, ut cum duobus aliis eligi merearis.

Genes. 9. Statua salis.

Beda in c. 9. Luc.

Sepelire patrem impedit.

De electione dominj.

D

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, magister bone, inspector cordium, & cognitor secretorum, exclude & remoue à me omnem dolositatem & simulationem, & fac me uerum & fidelem tuum discipulum, & sine fictione sequi te ueracem magistrum. Da etiam mihi ut propter carnalem quorumcunque affectum te sequi non differam, & minus bonum maiori non præferam. Præsta mihi Domine Deus meus, ne ad aratrum pœnitentiæ manum mittens, & te sequi per melioris uitæ statum proponens, respiciam retrò, facto uel proposito, ad statum pristinum redeundo, ut non efficiar ineptus regno Dei consequendo. Amen.*

E

De eo quòd Dominus excitatus, imperauit uentis & mari. Cap. XLVI.



Matth. 8. Marc. 4.

POST hæc Dominus Iesus, dimittens turbas, ascendit serò in nauiculam, ad transeundum lacum Genezareth, ut in

Refugia ministria.

locum remotum, propter causas suprà in principio præcedentis capituli dictas, cum discipulis iret. Vt enim dicit Remigius: Tria legitur Dominus habuisse refugia, scilicet nauis, montis, & deserti: & quotiens à turbis comprimebatur, ad aliquod istorum refugiebat. Vbi Origenes: Cùm multa magna & miranda Dominus ostendisset in terra, trãsiit ad mare, ut ibi excellentia opera demonstraret: quatenus terræ marisq; Dominum se ostenderet, & *secuti sunt eum discipuli eius*: transfretantes scilicet cum eo, non tantum gressus sequentes, sed magis sanctitatem concomitantes. *Secuti* quidem *sunt eum*: quia trahebantur suauitate sermonis eius, & admiratione operis, & benigna cõuersatione ipsius, ita ut esset eis difficile ipsum reliquere. *Et ecce motus magnus*, ut maius appareret miraculum, *factus est in mari*, non naturaliter & ex se, sed Christi imperio & uirtute, *ita ut nauicula operiretur*, scilicet ferè *fluctibus*, innundantibus. Et bene dicit operiretur, non submergeretur, quia nauicula Petri concuti potest, sed submergi non potest: cuius figura in arca Noè fuit, *ipse uerò dormiebat in puppi*, idest, in posteriori parte nauis, iuxta tabernaculum, super ceruical ligneum, ostendens secũdum Chrysostomũ, suam humilitatem. Nec mirum si dormiebat, ipse enim multum de nocte in orationibus uigilabat, multumq́; de die in prædicationibus laborabat. Dormiebat quidem corpore, sed uigilabat deitate. Vnde ipse in canticis dicit: *Ego dormio & cor meum uigilat*. Vbi Chrysostomus: Ascendit paruam nauiculam, ut nauigaret ille qui totum mundum diuina uirtute gubernat. Dormit in somnũ, qui populum suum uigilia æterna custodit. Voluit autẽ Dominus dormire multiplici de causa. Prima, ut ueritatem humanæ naturæ in se demonstraret, in miraculis enim Christi semper aliquid ponitur ad ostendendam ueritatem humanitatis, & aliquid ad ostendendum ueritatem diuinitatis. Secunda, ut discipulorum fidem probaret, non quòd ipse corda eorum ignoraret, sed ut ipsi seipsos agnoscerẽt. Tertia ut discipuli magis timerẽt, & sic eos ad orationem prouocaret. Si enim, ut ait Chrysostomus, eo uigilante tempestas facta esset, uel non timuissent, uel non rogassent. Quarta, ut ueritatem diuinæ naturæ, & suam potentiam demõstraret, quæ magis claruit in eo, quòd mox excitatus imperauit uentis qui ei parebant. Timẽtes ergo discipuli, & in periculo positi, accesserunt recurrentes ad ipsum, & suscitauerunt eum dicentes: *Domine salua nos*, tu enim potes, & nos indigemus: *quia perimus*, & in periculo constituti sumus. Vbi Origenes: O ueraces discipuli, saluatorem uobiscum habetis, & periculum timetis: uita uobiscum est & de morte solliciti estis. Et ideò quòd dixerunt salua nos, fuit fiduciæ: quia perimus, fuit pusillanimitatis: quod suscitauerunt, infidelitatis: propter quod increpando dixit eis: *Quid timidi estis modicæ fidei?* q.d. si haberetis fidem, nõ timeretis: sed faceretis quod uelletis, & uentos & mare placaretis. Vbi Cyrillus: In quo ostendit quòd timorem non facit tentationum inductio, sed imbecillitas mentis. Sicut enim aurum probatur in igne, sic in tentationibus fides. Redarguit ergo in eis duo, scilicet mentis pusillanimitatem, quia non debebant timere eo præsente quem uiderunt tot miracula facere, & cui qui adhæret perire non potest: ac fidei modicitatem, quia non credebant eum tantum posse in dormiendo, quantum in uigilando: uel tantum in mari, quantum in terra. Argumentum hinc habemus, quia modicæ fidei est, qui in aduersitate famis, pressuræ, & huiusmodi, constitutus murmurat, timet, & impatienter fert. Vnde fides maximè necessaria est in periculis: hæc est enim uictoria quæ uincit mundum, id est, mundi pericula fides nostra. Vt autem dicit Ambrosius. Oeconomia seruatur in Apostolis, ut aduersas sine tentatione neminem posse ex hoc uitæ curriculo demigrare, quia exercitium fidei tentatio est. Subiecti ergo sumus nequitiæ spiritualis procellis, sed quasi peruigiles nautæ gubernatorem excitemus. *Tunc surgens Iesus imperauit uentis & mari sæuientibus*, sicut Dominus creaturæ dixit: tace & obmutesce, *& cessauit tempestas, & facta est tranquillitas magna*, ita quòd nec semita nec uestigium alicuius turbationis remaneret, sic itaque utriusque suæ naturæ, scilicet diuinæ & humanæ ueritatem Dominus Iesus Christus dignatus est hîc commendare: quasi enĩ homo nauem ascendit, sed quasi Deus mare continebat: quasi homo in naui dormit, sed quasi Deus uentis & mari imperat, & eorum furorem uerbo coercet. Nam sentiunt Dominum mandantem, quorum tamẽ insensibilis natura uidetur: unde dicuntur Deo obedire in animata, quia solo uerbo de his facit quod uult, secundum quem modum loquendi solet dici materia obediens, uel inobediens medicinæ. *Porrò homines*, secundum Hierony. non discipuli, sed nautæ & cæteri qui erant in naui, *mirati sunt*:: ex effectu uirtutem deitatis eius cognoscentes, ac etiam confitentes, & admirando dicentes: *Qualis est hic*, & quantus, id est, quàm magnus, quàm potens, & quantæ dignitatis & potestatis. q.d. non est homo purus, sed uerus Deus. Vbi Chrysostomus: Somnus hominem, tranquillitas Deum ostendebat, ideò dicunt, qualis est hic: quia sicut homo dormit, sicut Deus miracula facit. Tria ergo admirantur, & hominem dormientem, & Deum imperantem, & creaturam obedientem. Vnde addunt: *quia uenti & mare*, quæ insensibilia sunt: *obediunt ei*, ad nutum obsequendo, sicut creatura creatori suo. In quo redarguntur creaturæ rationales, quæ non obediunt creatori, cùm creaturæ insensibiles obediant ei. Qui ergo prius miracula in terra fecit, etiam in mari facere uoluit: ut Dominus terræ & maris appareat, & in signum quòd tota

Origenes hom. 6. in diuersos.

Nauicula Petri mergi nõ potest

Chrysost. hom. 29. in Matth. Canti. 5.

Dormitio Domini & eius causa.

Chrysost. ibidem.

Origenes hom. 6. in diuersos.

Timere quid facis.

Modica fides quis dicendus.

1. Ioan. 5.

Ambrosius in c. 8. Luc.

Hieronym. in cap. 8. Matthei.

Chrysost. hom. 29. in Matth. Somni & tranquillitatis significatio.

ci

Universidad de Deusto
Biblioteca

Orari vult Deus.

Oratio melior lectione est. Chrysost. hom. 29. in Matthæum.

Ecclesia est nauicula.

Origenes homi. 6. in diuersos.

Psal. 43.

Chrysost. hom. 29. in Matth.

Mare pro seculo.

Ecclesia nõ facit naufragium.

ei seruit orbis machina, & cuncta ad nutum suum
sunt creata. Per hoc autem quòd à discipulis excita-
tus & rogatus eos liberauit, ostenditur quòd semper
vult rogari à nobis: sæpe enim exponit nos pressu-
ris, quia vult ut eum oremus & sic liberemur ab illis.
Vnde patet quòd multo melior est oratio, quàm
lectio: secundum Chrysostomum, Christus fecit in
mari magnam turbationem, ut magna turbatio ma-
gnum discipulis incuteret timorem, & magnus ti-
mor induceret eos ad clamosam orationem, & cla-
mosa oratio induceret Christum ad magnam mira-
raculi operationem, & magnum miraculum induce-
ret homines ad fidem & admirationem. Vnde Augu
stinus: Ideò premuntur iusti ut pressi clament, cla-
mantes exaudiantur, exauditi glorificent Deum. Iste
autem clamor non tantum debet fieri uoce & corde,
sed etiam opere, ut insistant iciunijs & eleemosynis,
& macerationi corporis. Mysticè istud potest expo-
ni diuersimodè. Primò allegoricè pro ut pertinet ad
totum corpus Ecclesiæ, ut nauicula intelligatur Ec-
clesia fidelium, quæ ad modum nauis in principio
fuit arcta, quia paucos habuit credentes: in fine etiã,
scilicet tempore Antichristi, erit angusta, quia tunc
pauci erunt fideles: in medio autem est lata, quia mo
do fides est multum dilatata. In hac naui continentur
fideles qui cum Christo per mare seculi ad regnum
cœlorum perueniunt. Hanc itaque nauem ascendit
Christus per regimen & gubernationem, quia ipse
est rector Ecclesiæ & gubernator, in qua discipuli
continentur. Hanc autem ascendit in baptismo quia
baptismus est ianua sacramentorum. In Ecclesia ergo
tanquam in naue sumus, & Dominus nobiscum pro
pter sua sacramenta. Sed contra Ecclesiam stant uen-
ti uarij & ualidi malorum, & eleuantur fluctus con-
tra eam, ut sic nauicula quasi operiatur fluctibus, sub
mergi tamen non potest, & inter hæc omnia Chri-
stus dormire uidetur, & non attendere, quia secun-
dum Origenem: Patientiam bonorum, & pœniten-
tiam impiorum expectat: Christi enim dormitio, est
diuina in tribulationibus permissio, qui excitatur,
quando bonorum præcibus pulsatur, accedamus er
go ad eum dicentes: *Exurge, quare obdormis Domine,
exurge, & ne repellas in finem.* Ipse autem exurget, &
imperabit uentis, id est, dæmonibus qui concitant
fluctus, id est, malos huius mundi ad immittendum
persecutiones sanctis, facietque tranquillitatem ma-
gnam, pacem Ecclesiæ, & serenitatem mundo per
cessationem tribulationis conferendo, uel patientiã
tribulatis dando. De ista naui sic dicit Chrysosto-
mus: Non dubium est nauem istam Ecclesiam figu-
rasse, quæ nauigantibus Apostolis, gubernante Do-
mino, flante Spiritu sancto, prædicationis verbo vbi-
que discurrit: portans secum magnum inæstimabile
precium, quo totum mundum sanguine Christi mer
cata est. Mare uerò seculũ intelligitur, quod à diuer-
sis peccatis & uarijs tentationibus uelut quibusdam
fluctibus æstuat: uenti autem, nequitiæ spirituales &
immundi spiritus intelliguntur, qui ad naufragium
Ecclesiæ per diuersas seculi tentationes uelut per flu
ctus maris desæuiunt. Dormire verò Dominus in
hac naui intelligitur, cùm ad probationem fidei Ec-
clesiam suam pressuris & persecutionibus mundi
istius tentari permittit. Excitatio uerò discipulorum
excitantium Dominum & auxilium implorantium,
ut liberentur, præces sanctorum omnium ostendun
tur. Et quanuis infestatione inimici Ecclesia uel se-
culi tempestate laboret, quanuis tentationum fluctı

A bus pulsetur, naufragium tamen facere non potest,
quia Dei filium habet gubernatorem. Inter ipsos
enim turbines mundi, inter ipsas seculi persecutio-
nes, plus gloriæ acquirit, dum in fide firma
& indissolubili permanet. Nauigat enim instructa
fidei gubernaculo fœlici cursu per huius seculi mare,
habens Deum gubernatorem: angelos remiges por
tans choros omnium sanctorum, erecta in medio
ipsa salutari arbore crucis, in qua Euangelicæ fidei
uela suspendens, flante Spiritu sancto ad portum pa-
radisi, & securitatem quietis æternæ deducitur: Hæc
Chrysostomus. Alio modo hoc idem potest expo-
ni allegoricè, prout pertinet ad caput ecclesiæ, quod
B est Christus, ut nauicula quam Christus ascendit in-
telligatur arbor crucis, cum qua mare huius mundi
pertransitur sine periculis cuiusque beneficio & au-
xilio fideles adiuti transfretatis & emersis mundi
fluctibus, perueniunt ad littus & portum patriæ cœ-
lestis. Hanc nauiculam Christus in die parasceues
cum discipulis suis ascendit, per quam mare præsen-
tis seculi transiuit, non quidem quod ipsi tunc passi
fuerint, sed quia tunc eis exemplum patiendi reli-
quit. Vnde ascendente eo in hanc nauiculam, sunt
eum consecuti, quia omnes ad tormenta & usque ad
mortem fuerunt eum imitati. Cùm ergo Christus in
cruce positus fuisset, magnus motus in mari factus
C est, quia mentes discipulorum motæ sunt, quia à sta-
bilitate fidei corruerunt, terræmotus magnus factus
est, petræ scissæ sunt: & cætera signa quæ tunc facta
sunt, ita quòd nauicula operta est fluctibus, quia
tota uis persecutionis circa crucem Christi fuit, &
mentes omnium contra ipsam fluctuabant, & facta
est crux Christi Iudæis scandalum, gentibus autem
stultitia. Sed inter has commotiones ipse dormiebat
in cruce moriendo, quia suum dormire hoc loco
mori est. Excitant autem discipuli Dominum, dum
turbati mente maximis desideriorum clamoribus re
surrectionem efflagitant, dicentes: *Saluanos*, resur-
gendo à mortuis: quia *perimus*, perturbatione tuæ
mortis. Ipse uerò resurgens, & per resurrectionem
excitatus, primò increpat discipulorum modicam fi-
D dem: quia exprobrauit incredulitatem eorum & du-
ritiam cordis. *Imperauit autem uentis*: quia diaboli
superbiam strauit, imperauit *& mari*: quia uesa-
niam Iudæorum compescuit, *& facta est tranquilli-
tas magna*, & consolatio: quia uisa resurrectione se
dataæ sunt mentes discipulorum & gauisæ, nos uerò
homines uidentes hæc omnia, & cognoscentes dici-
mus, *qualis est hic*, & quantus: discipuli ergo, id
est, homines fideles debent eum sequi iuxta illud:
*Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tol-
lat crucem suam & sequatur me*. Et quia per pœni-
tentiam maximè crux tollitur, ideò etiam tro-
pologicè seu moraliter per nauiculam pœnitentia
designatur, quia per ipsam homo ad portum sa-
lutis deducitur, & quicunque extra istam nauicu-
E lam inuentus fuerit, ad portum salutis non perue-
niet, sed ipsum unda infernalis inuoluet, ideò signi-
ficata est per arcam Noè: quia illi qui in eam ascen-
derunt fuerunt saluati, qui uerò non ascenderunt,
fuerunt submersi. Tunc autem Iesus nauiculam
hanc ascendit, quando quis salutis suæ auidus pœni-
tentiam assumit, & sæpe contingit quòd quando
quis pœnitentiam inchoat grauis tentatio eum
pulsat, nec Deus ipsum liberat, sed auxilium subtra-
hit: ideò recurrere debet ad eum per feruentem ora-
tionem, & tam perseueranter instare donec impetret

Nauicula est arbor crucis.

Luc. 9. Pœnitentia per nauiculam.

1. Cor. 1.

Mar. vlt.

Dei

Beda in ca. 8. Lucæ.

Titum. 2. ad Titũ. 2. & Galat. 5. & 6.

Anima fidelis per nauiculam intelligitur.

2. Cor. 12. Ibidem.

Prouerb. 8.

Augustin. sermone in dominica 3. post octa uas Epiphaniæ & tract. 42. in Ioan.

Dei miserationem. Tanta autem gratia sæpe eum cõ
sequitur, quòd ipse etiam in admirationem excita-
tur. Vnde secundum Bedam: Cùm signo Dominicæ
crucis imbuti seculum relinquere disponimus, na-
uem cum Iesu conscendimus, mare transire conա-
mur. Qui enim abnegans impietatem & secularia de
sideria crucifigit membra sua cum vitijs & concupi-
scentijs, & cui crucifixus est mundus & ipse mundo:
quasi cum Domino nauem ascendens, mare huius se
culi trãsire desiderat, sed nobis nauigãtibus quasi in-
ter æquoris fremitus obdormit Dominus, quando
crebrescente vel immundorum spirituum, vel homi-
num prauorum, vel nostrarum cogitationum impe-
tu fidei splendor obtenebrescit, spei cellitudo con-
tabescit, amoris flamma refrigescit, sed tunc ad Do-
minum recurramus, quatenus tempestatem com-
pescat, tranquillitatem refundat, & portum salutis in-
dulgeat. Potest etiam aliter tropologicè seu morali-
ter exponi, vt per nauiculam intelligatur quælibet fi-
delis anima: hęc nauicula mari exponitur, quia corpo
ri sociatur, verè enim corpus nostrum mare est. quia
omnia opera eius amaritudinem habent annexam.
In hanc nauiculam Christus ascendit, cùm eam per
gratiam inhabitat. Sequuntur autem eum discipuli,
id est, virtutes tres theologicæ, & quatuor cardina-
les, & septem dona Spiritussancti. Ecce quàm pul-
chra Christi comitiua, quæ eum semper comitaba-
tur, & quotidie cùm in animam fidelem ascenderit
comitatur. Sed & hanc nauiculam commouent ven-
ti tentationum, id est, exteriores dæmonum impul-
siones, & vndæ seu procellæ passionum, id est, inte-
riores vexationes carnales, quæ frequenter insurgũt
piè in Christo viuentibus, & nonnunquam est tãtus
tentationum impetus, quòd quasi anima operiatur
fluctibus, ex quibus timendum est virtutes & dona
periclitari in ea: sed Christus in ea dormit cùm talia
permittit, eo quòd somno nostro consopiatur in no
bis, ita quòd uidetur nos dereliquisse: sed non est ita,
Psal. 90. imò ipse promisit dicens: *cum ipso sum in tribulatione,*
&c. Et ideò redeunte anima ad se, virtutes & dona ex
citant Dominum, exclamantes voce grandi, & dicen
D tes: *Domine salua nos perimus*, tunc Christus omnem
turbulentiam sedat: exteriores ventos dæmonum cõ
pescit, fluctus carnis contra animam se erigentis mi-
tigat, & sic fit magna tranquillitas exterius, cùm tri-
bulatio & tentatio cessat: vel interius cùm patientiam
bonam præstat, & hæc trãquillitas virtutis melior est
quàm tranquillitas corporalis, sicut dictum fuit Pau
lo: *Sufficit tibi gratia mea*, propter quod subiunxit: *Li-
benter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabi-
tet in me uirtus Christi.* Tam magna autem fit tranquil
litas, ita vt ipse totus homo miretur, & dicat: *Qualis
est hic*, miseri cordissimus, potentissimus, & sapientis-
simus Dominus: *quia mare & uenti*, tentationũ & pas
sionum, *obediunt ei*, ad nutum. Quid igitur tam beni-
E gnissimum, quam quòd Deus in hanc nauiculam de
cœlo veniens pro delitijs habet esse cum filijs homi-
nũ? Quid iterum tam admirãtissimæ utilitatis esse po
terit, quàm quòd Deus cõiunctus animæ ipsam pro
mouet ad salutem: qui descendens in animam dormi
re tunc dicitur, cùm subtracta gratia spirituali motus
tentationis insurgunt. Vigilare verò & excitari tunc
dicitur, cùm spiritualis gratia iam præsens sẽtitur, ad
cuius presentiam omnia tentationum genera cõquie
scunt. Circa istud Aug. quasi de vno exẽplum induc-
cens, sic ait: Intrant venti in cor tuum, vtiq; vbi naui-
gas: vbi hanc vitam tanquã procellosum & periculo-

A sum pelagus transis, intrant uenti, mouent fluctus,
turbant nauem. Qui sunt venti? Audisti conuitium,
irasceris: conuitium ventus est, iracũdia fluctus est,
percitaris: disponis respondere, disponis maledictum
maledicto reddere, iã nauis proprinquat naufragio,
excita Christum dormientem: ideò enim fluctus, &
mala pro malis reddere præparas, quia Christus dor
mit in naui. In corde enim tuo somnus Christi, obli-
uio fidei, nam si excites Christum, id est, recolas fidẽ:
quid tibi dicit tãquã vigilans Christus in corde tuo,
ego audiui dæmonium habes, & pro eis oraui audit
Dominus & patitur, audit seruus & indignatur, sed
vindictã uis: quid enim? ego iam sum uindicatus cùm
B tibi hæc loquitur fides tua, quasi imperat uẽtis & flu
ctibus, & fit tranquillitas: Hæc Augu. Et similiter de
alijs quæ nos tentat uel tribulãt, intelligas suo modo,
ut ex omni parte excludatur mala conditio: quia sicut
modicum foramen existens in naui ponit eam in pe
riculo nisi obstruatur: sic anima est in periculo dam-
nationis propter unam malam conditionem, nisi ex-
cludatur, & ideò dicitur in Prouerbijs: *Omni custodia* *Prouer. 4.*
serua cor tuum, & in Ecclesiastico: *Sæpi aures tuas spi-* *Eccles. 28.*
nis, & ori facito ostia, & seras auribus. Igitur quando
tribulamur & tentamur debemus esse constantes in
fide, & nihil hæsitare, quia licet circa nos, & facta no
stra Dominus uideatur dormire, ipse tamen diligen-
tissimus est super custodia nostra quotidie, qui & si
C iam sui corporis somno non dormiat, caueamus ta-
mẽ ne nostri corporis somno nobis dormiat & quie
scat. Dormit enim quando ab orationibus, & bonis *Dormit cor*
operibus cessamus, & suscitandus tunc est in nobis *pus nostrũ.*
crebris & deuotis precibus, & ipse facit tũc tranquil *1. Cor. 10.*
litatem, quia facit in tentatione prouentũ, sed fatui ip
sum magis obdormire faciunt: in hoc s. quòd magis
ad humanum consilium, quàm ad diuinũ cõfugiunt.
Vnde August. Nihil tam maximè suggeritur huma-
no cordi ab inuisibiliter expugnantibus inimicis, nisi
quòd Deus non est adiutor, ut requirentes alia adiu-
toria inueniamur inualidi, & ab inimicis ipsis capia-
mur: Hæc Augu. Volens ergo ad seruitutem Dei ac- *Suggestio*
cedere: secundum consilium sapientis, præparet se ad *pessima.*
tentationes imminentes, cùm n. quis à vitijs & pec-
catis se subtrahere uoluerit, ut soli Deo uacare, id est
intendere posit: cõmotio magna fit in mari seu mun
do, id est, pscutio multiplex, cuius causa est triplex,
simpulsus uentorum, hoc est tentatio à diabolo. Tur *Eccles. 2.*
batio maris, hoc est tentatio à mundo. Commotio *Persecutio-*
tempestatis, hoc est tentatio à carne, quas tentatio- *nis causa-*
nes contra se sentit insurgere. Procella enim tentatio *tres.*
nis ex inuidia diaboli conatus uiri iusti à bono pro-
posito commouere optat, aliquando prauorum per
secutionibus exterius, aliquando impulsu malarũ co
gitationum interius, nonnunquam etiam ex propria
fragilitate carnis stimulus: quia quantomagis quis
Deo appropinquare uoluerit, & in Deũ profecerit,
tãto amplius iuenit quod durius portet. In exemplo
uidelicet Israelitarum, qui tunc durius à Pharaone
sunt afflicti, quando per Moysen & Aaron ad terram
promissionis sunt uocati: quod Dominus etiam suo
exemplo ostẽdit, quando post baptismum & iciuniũ
tentationes diaboli pertulit, sæpe enim post conuer-
sionem nos diabolus acrius tentat, quos à sua serui-
tute recedere considerat: sed ille qui non dormitat ne *Matth. 4.*
que dormiet custodiens Israel, quasi dormit in naui, *Psal. 120.*
cùm mentem uiri iusti inter procellas tentationum
durius permittit fatigari. Cumque sentit tentationes
sua uirtute superare nõ posse, accedit ad omnipoten

O tiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam Dei recurrens, & ſuſcitat Dominum cum mentis deuotione illi appropinquans, & ſuam fragilitatẽ humiliter recognoſcit, ac diuinam potentiam, & Dei miſericordiã deuotiſsimè totis viribus mẽtis implorare nõ ceſſat, quouſq; in ſui adiutorium diuinum excitet auxilium, tunc enim ſurgens imperat uentis & mari: quia tentamenta diaboli inſurgentia contra mentem viri iuſti conquieſcere facit, & eum ſibi liberè ſeruire permittit. Fit autem tunc magna tranquillitas: quia expulſis malarum tentationum radicibus, virtutes animæ, & ea quæ prius non ſine formidine obſeruabat, poſtmodum velut naturaliter per bonam conſuetudinem cuſtodire incipit gaudens cum propheta & cantans: *Declinate à me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei*: ſicque tranſnauigato mari, & huius ſeculi fluctibus calcatis, ad portum feliciter peruenit paradiſi.

Pſal.118.

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, impera ſuggeſtionum & tentationum flatibus & motibus: veni & gradere ſuper cordis fluctus, vt ſerena & tranquilla fiant omnia mea. Requieſcat in te Deus meus cor meum: cor mare magnum tumens fluctibus dormiat ab omnibus quæ ſub cælo ſunt, vigilans in te, quatenus amplectar te vnum bonum meum, & contempler te lumen oculorum meorum, & lætabundus cãtem & dicam, ego dormio & cor meum vigilat: & illud, In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Amen.*

Canti.5. Pſal.4.

De duobus dæmoniacis, à legione obſeſsis. Cap. XLVII.



Matt.8. Mar.5. Lucæ.8. Geraſa ciuitas eſt Arabia.

C*VM autem Ieſus & diſcipuli eius transfretaſſent, & mare Galilææ tranſiuiſſent, uenerunt in regionem Geraſenorum contra Galilæam.* Geraſa quippe eſt inſignis ciuitas Arabiæ trans Iordanem, iuxta monte Galaad: in quo Laban comprehendit Iacob, in tribu Manaſſe, non longè à ſtagno Tyberiadis, ex oppoſito Galilææ ſtagno interiacente, à qua ciuitate denominatur regio Geraſenorum, & cùm de naui eſſent ad terram egreſsi, *occurrerunt ei duo* homines dæmoniaci, *ſæui nimis*: quia in ſe & in alios ſæuiebant, non quia dæmoniaci aliquid poſsint, niſi quantum Deus eis permittit, *ita ut nemo poſſet per uiam illam tranſire*, hoc enim intendunt ſæuiẽtes in nos dæmones: ſcilicet obſtruere nobis viam vitæ, *exeuntes de monumentis*, in quibus habitabant, *& domicilium habebant*. Ideò in monumen-

A tis gentilium, ubi corpora eorum ſepulta erant, dæmones habitabant, tanquam habituri ſuper corpora eorum poteſtatem iam habebant. In monumentis etiam aliquando dæmoniaci habitant: vt per hoc dæmones terrorem hominibus de animabus defunctorum ingerant, & etiam quia in mortuis operibus, id eſt, in peccatis delectantur & gaudent: qui etiam vinciebantur catenis, & compedibus, & ruptis uinculis agebantur in deſerto à dęmonibus. His ſimiles ſunt mali religioſi, quos uincula obedientiæ, & conſtitutionum non poſſunt tenere, quin exeant de monumẽtis, id eſt, de clauſtris in quibus mũdo mortui debent eſſe, & hoc ad negocia ſecularia, vel inutilia, ſeu etiã mala, excercenda. *Et uirtutem Dei ſentientes*, atque ex

Cur in monumentis habitent dæmones.

B magno timore, non ex humilitate *ante Ieſum prociden tes, eum adorauerunt*, & clamantes ſcilicet coacti voce magna: ut enim dicit Hilarius: Non eſt voluntatis cõfeſsio, ſed neceſsitatis extorſio, quia timent eius præſentiam dixerunt: *Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei?* quaſi dicat, nihil eſt commune tibi & nobis: tu Deus, nos diaboli: tu humilis, nos ſuperbi: tu ueniſti ſaluare, nos perdere. Vnde Apoſtolus, *quæ conuentio Chriſti ad Belial?* id eſt ad diabolum: certè nulla, quia Chriſtus omnia facit bene, diabolus omne malè, ſupra dubitans dixit: *ſi filius Dei es*: hîc eruditus tormẽtis aſſerit, Ieſu fili Dei: pęna enim oculos aperit, quos culpa claudit: non cognouerunt ex certa ſcientia Ieſum eſſe filium Dei, ſed ex coniecturis quibuſdam opinabãtur, non

Hilarius canone.8.in Matt. Confeſsio coacta.

2.Cor.6.

Matt.4.

C tamen de hoc certi. Vnde Auguſtinus, quòd dæmones clamant, quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? magis ex ſuſpitione quàm ex cognitione dixiſſe credẽdi ſunt: *ſi enim cognouiſſent: nunquam Dominum gloriæ crucifigi permiſiſſent.* Iſtis dæmoniacis, ex timore domini adorantibus & confitentibus, ſimiles ſunt qui timore gehennæ potius quàm amore iuſtitiæ Deo ſeruiunt: qui magis habent oculum ſiniſtrum ad gehennam, vel ad commodum tranſitorium, quàm oculum dexterum ad cœlum, & incommutabile bonum non gratis colentes Deum. *Veniſti ante tempus debitum torquere nos.* Sciebant enim in die iudicij ſibi futuram damnationem, & ſe mittendos in abyſſum, & torquẽdos, ſed iam torqueri ſe dicebant: quia ſecundum Hiero-

Auguſti. de quaſtio. noui & veteris teſtamenti.

Tormentũ dęmonum.

D nymum, Præſentia ſaluatoris, tormentum eſt dæmonum. Vnde Chryſoſtomus, Etenim flagellabãtur inuiſibiliter pũcti & infixi, & intollerabilia patientes ex præſentia ſola. Vel ideò torquebantur, quia ſuſpicabãtur quòd exire & à læſione ceſſare cogerẽtur: nam ſecundum Hieron. Magnum tormentum eſt dæmonibus à læſione hominum ceſſare, propter odium quod erga nos habent, & tanto grauius dimittunt, quanto diutius poſſederunt. Caueat ergo læſus à diabolo, vt citò eius iugum diſrumpat: quia tãto facilius quanto citius eius dominium euitatur. Et interrogabat Ieſus de nomine, non quia ignoraret, ſed vt multitudo dæmonum ex confeſsione eorũ appareret, &

Hierony. in c.8.Matt. Chryſoſto. hom.29.in Matt.

Hierony. in c.8.Matt.

E magis credibile eſſet ꝙ tot dæmones in duobus hominibus fuiſſent, & ut cõfeſſa peſte virtus curãtis gratior emicaret. Vnde dixerũt, *legio mihi nomen eſt*, quia multi ſumus: legio autem propriè dicitur numerus determinatus armatorũ in exercitu, & cõtinet ſex millia ſexcẽtos ſexaginta ſex, & ĩde dicitur legio in dæmonibus, quia militant contra eos, & quia & ſi non poſſunt hominibus nocere in perſona, ſaltem appetunt eis nocere in ſubſtantia: ideò rogabant Ieſum ſi eos eijceret ne ſe expelleret extra regionẽ, id eſt, habitationẽ hominũ, vel in abyſſum & infernũ: locus .n. inferni debetur dęmonibus, permittũtur tamẽ inter ho

Legio.

mines

mines habitare uſq; ad iudicium, vt glorioſior ſit victoria electorum in ſuperatione dæmonum tentantium, *ſed mitteret eos in porcos*, vt ſaltem ſic in aliquo affligerent homines: quia ubiq; homines in mœſtitiam mittere ſtudent, & de perditione eorum gaudent. Ecce dæmonum infirmitas, quia nil poſſunt niſi permiſſi: ſi ergo porcis nocere non poterant, niſi permiſsi, multominus hominibus factis ad imaginẽ Dei: oportet igitur Deum ſolũ timere, illos autẽ contemnere, in quo etiam apparet eorum uilitas, quia ingredi uolunt in porcos. *Et permiſit*, Dominus concedendo eis petitionẽ ipſorum, quod patet per ſequentẽ effectũ: nam porcorũ gregem, qui iuxta paſcebantur inuaſerunt, & duo milia in ſtagno Genezareth, ſeu Tyberiadis ſubmerſerunt: & ſic dæmoniaci liberati ſunt & curati, permiſit autem hoc Dominus non propter eorum perſuaſionẽ, uel ut impiã eorum impleret uoluntatem, ſed propter multiplicẽ cauſam & utilitatẽ. Quarũ prima eſt, quia fortè homines illius terræ peccatis ſuis illud damnum ſibi fieri demeruerant. Secũda, ut ex euentu & iacturæ magnitudine appareat hominibus quàm ſint crudeles, & nocẽtes ſibi ſubditis & obtemperãtibus, & quòd homines quos magis odiunt plus affligerent, ſi Deus permitteret & eis liceret. Vnde Chryſo. & conceſsit eis, uolens furiam quam contra homines habent dęmones omnibus demonſtrare, & quòd multo peiora uellẽt hominibus infligere, ſi poſſent uirtute non impediti diuina, & quia in hominibus hanc demonſtrationem fieri eius pietas nõ ferebat, ipſos in porcos intrare permiſit: ut in illis uirtus & furor dæmonum uideatur. Tertia, ſecundum Chryſo. ut diſcant omnes quoniã neq; aduerſus porcos audent uel poſſunt, niſi Deus conceſſerit uel permiſerit. Quarta, propter ſalutẽ hominum, ut inde hominibus ſalutis occaſio pręberetur, & ut homines regionis illius diſcerent Dei uirtutem, & in eius uenirent cognitionẽ: huius enim occaſione paſtores fugerunt, & hæc omnia hominibus in ciuitate Geraſa nunciauerunt. Quinta, propter dignitatẽ homini oſtendendam. ſ. quanto dignior ſit homo beſtijs, cùm propter ſalutem duorum hominum perire permiſit Deus duo milia porcorum: multum ergo peccãt, qui hominem perdere, uel mutilare non formidant. Sexta, ad contumeliam dæmonũ, quia porcus animal eſt immundum. Elegerunt enim intrare in porcos, quia hoc magis ſibi permitti putabant, & hoc magis congruebat: porci enim propter immunditiam, & ſerpentes propter aſtutiam, magis eis competunt. Vnde Remigius: Ideò autem non petierunt mitti in homines, quia illum cuius uirtute torquebãtur humanam ſpeciẽ geſtare uidebant: nec petierunt ut in pecora mitterentur, quia uelut munda animalia in templo Dei offerebantur. Petierunt autem ut in porcos mitterentur, quia nullum animal immundius eſt porco, & dęmones ſemper in ſpurcitijs delectantur. Septima, propter myſterium, nam porci qui non habent ad cœlũ faciem ſed ad terram, & in luto iacere delectantur ſignificant illos qui Deum præ oculis non habent, ſed uitijs ſordidantur, & hi in poteſtatem dæmonum traduntur, & in infernum cum eis finaliter demerguntur, & nunc ſuffocati in aquis & uoluptatibus huius mundi, tunc ſuffocabuntur in abyſsis & puteo inferni. Vnde glo. Niſi quis more porci uixerit, diabolus poteſtatem in eo non habebit, niſi fortè ad probandum, non ad perdendum. Vnde Aug. Certi myſterij gratia, & certa diſpenſatione dimiſit dęmones in porcos: ut oſtenderet diabolum in eis dominari qui uitã

Dæmonum locus.

Cur Deus permiſerit dæmonibus ingreſſus in porcos.

Chryſoſto. hom.29.in Matth.

Chryſoſto. ibidem.

Hominis præſtantia.

Porci & ſerpentes dęmonibus apti. Remigius in eum locum.

Porci terrenos ſignãt.

Gloſſa in Matt.c.8. Auguſtin. tractatu 6. in epiſt.Io.

A porcorũ gerunt. Vbi ſecundũ Ambr. Clementiã Domini debemus aduertere quòd nullum prius ipſe cõdemnat: ſed unuſquiſq; ipſe ſibi author eſt pœnæ. Timeant ergo libidinoſi, gaſtrimargi, qui immundi in ſordibus luxuriæ & uoluptatum uiuũt: ne in poteſtatem diaboli etiam uiuentes Domino iubente vel permittente tradantur & poſtea cum eo in infernum demergantur. Dicitur etiam quòd dæmones nobiliores peccata deteſtantur uilia, quantomagis homo debet deteſtari ea? Patet autem ex hoc quàm deteſtabilis ſit libido, gaſtrimargia, ſicut & ſuperbia: nõ enim legitur diabolum in aliquod animalis organũ intraſſe præterquam porci, ſerpẽtis & hominis. Vbi Chry

Ambroſ. in c.6.Luc.

Dæmones turpia peccata abominantur.

B ſo. Cùm porcini homines ſunt, facilè capi poſſunt ab actionibus. Porcini ſunt homines auidè comedentes per gulam, pingues ad luxuriam, in luto iacentes per accidiam, in terra fodientes per auaritiã, ſpumantes per iracundiam. Per porcos etiam ſignificãtur detractores, & referendarij, qui paſcuntur de fecibus & immunditijs aliorum tanquam porci, referentes quę uident uel audiunt, rodũt uitam eorum, quos etiam dæmones intrant & demergunt in infernum. Erubeſce miſer, de hoc deteſtabili officio pacis turbamento & diſcordiæ ſeminario, & inſuper time de animæ periculo: quia diabolus in te poteſtatem accepit, quãdo te ad hoc officium perduxit, & qui nunc te ſuffocauit in hoc uitio, poſtea te ſuffocabit in inferno. Ti

Chryſoſto. hom.29.in Matthæũ.

Detractores ſunt porcis ſimiles.

C meat etiam & caueat auditor ne talibus conſentiendo, & aures prębendo eis ſimilis fiat, quia ſicut ſuper linguam detractoris, ſic ſuper aures auditoris diabolus ſedet: & ſi non eſſet auditor, non eſſet detractor. Vnde glo. ſuper illud: *Ventus Aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahentem*. Sic dicit: Si hilari uultu detractorem audieris, tu illi das fomitem detrahendi: ſi uerò triſti, dicit non libenter dicere quod dixerit non libenter audiri. Aufer Domine opprobrium talium hominum peſtiferorũ, à religione ſeruorum, tuorum Myſticè per dæmoniacum ſignificatur diabolus, qui in monumẽtis & montibus, id eſt, fœdis & ſuperbis habitat hominibus. Nomen eius le

Auditor detractorũ vituperatur.

Gloſſa in Matt.

Quid per dæmoniacũ myſtice ſignificetur.

D gio dicitur, quia multis in malum aſſociatur, eius autem eiectio per Chriſtum, ſignificauit dęmonũ multitudinem deuincendam per ipſum: legio quoque ad hominibus pulſa porcos ingreditur, quia dæmones ab illis qui ad uitam æternam prædeſtinati ſunt, per gratiã eiecti, malè uiuentibus, & terrenis intendentibus dominantur, quod tamen non faciunt niſi Ieſus concedat, quia nec malos tẽtare poſſunt, niſi potẽtia diuina permittat. Grex uerò porcorũ à legione ĩ mare proiicitur, dũ per dæmones malorũ uniuerſitas ad infernalẽ amaritudinẽ perducitur. Nõ repugnat autẽ ꝙ Matthæus de duobus dæmoniacis, Marcus uerò & Lucas de uno loquũtur: ſed ſecundũ Augu. intelligas unũ eorum fuiſſe perſonæ alicuius clarioris & fa

Auguſtin. lib.2.de conſenſu euãg. c.24. Chryſoſto. hom.29.in Matt.

E moſioris. Vel ſecundum Chryſoſto. Sæuioris & inſaniæ maioris, pro quo illa regio maximè dolebat, quod uolentes ſignificare duo Euangeliſtæ ſolũ unũ commemorandum iudicauerunt, de quo facti huius fama latius præclariusq; flagrauerat. Illi autẽ homines de ciuitate exeuntes, *uenerunt ad Ieſum*. Vbi Titus: Illos autem ad ſaluatorem duxit damni neceſſitas, frequenter enim Deus homines damnat in rebus poſſeſsis, & confert beneficium animabus. Et homines Ieſum, ac facta uidentes conſcij fragilitatis ſuæ uelut adhuc infirmi, & præſentia Domini indigni rogabant eum ex humilitate, ut à finibus eorum diſcederet, quia timore magno admiratio-

Damni tẽporalis vtilitas.

 nis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis & reuerentiæ tenebantur. Reputabat enim se indignos tanto doctore & eius conuersatione, sicut Centurio reputabat se indignum tãto hospite: & sicut Petrus fragilitatis suæ memorauit, *exi à me Domine, quia homo peccator sum*. Vel fortè isti Gerasæni ex peccatis suis territi timebant offendere præsentiam Christi, & per consequens incurere pœnam maiorẽ præcedenti, & per eum amplius quàm in amissione porcorum damnificari: sicut Oza tangens arcã Dei. *Ipse autem ascendit nauem*, vt infirmos desereret, quibus oneri suam præsentiam esse uidebat. Vbi Chrysost. Attende autem Christi humilitatem, postquam enim collatis à se talibus beneficiis emittebant eum, non obstat, sed discedit, & eos qui seipsos indignos sua doctrina promulgauerant, dereliquit: dans eis doctores liberatos à dæmonibus, & porcorum pastores. *Cumque Iesus nauem ascenderet: rogabat illum ex deuotione sanatus, ut cum eo esset*, quia gratus de beneficio sibi collocato eum sequi volebat. *Iesus autem non admisit* id est, non recepit eum ad discipulatum, propter præcedentis passionis horrorem: & ne ascribere tur dæmoni, quod iste faceret si discipulus Christi esset. Ex hoc loco accipitur, & consuetum est in Ecclesia, quòd dæmoniaci & furiosi post curationem non promouentur ad Ecclesiastica officia: sed Dominus eum quem curauerat secum ducere noluit, ut iactantiæ causam vitare doceret: & propter fructum prædicationis ipsum ad suos remisit, vt per eum aliis procuraretur salus, & infidelibus esset exemplo ipse sanatus: vnde eum à sua sequela simpliciter non repellit, sed ipsum prædicatorem magnalium diuini constituit dicens: *Vade in domum tuam*, ad tuos quibus ex officio charitatis plus teneris, *& annuncia illis quãta tibi Dominus fecit*: & tui misertus sit, sanans te in anima & in corpore. Vnde Theophil. Vide saluatoris humilitatem: non dixit denuncia omnia quæ feci tibi, sed, omnia quæ fecit tibi Dominus: sic tu cùm bonum aliquod operaris, non tibi, sed Deo attribuas. Vnde & Chrysostomus. Licet autem alijs sanatis præcepit nemini dicere, conuenienter tamen huic præcepit quòd annunciet, quoniam omnis regio dæmonibus detenta sine Deo manebat. Vnde etiam Augu. Quòd antem ille sanatus cupit iam esse cum Christo, & dicitur ei redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus: fic intelligitur, ut si quisque intelligat post remissionem peccatorum redeundum sibi esse in conscientiam bonam, sicut in domum, & seruiendum Euangelio propter aliorum salutem, vt deinde cum Christo requiescat. Nedum præpropere vult iam esse cum Christo, negligat prædicationis mysterium, fraterne redemptioni accommodatum. Et Gregor. Cùm enim quantumlibet parum de diuina cogitatione perceperimus, redire iam ad humana nolumus quietem contemplationis querentes: sed Dominus præcepit vt mens prius exsudet in opere, & postmodum refici debeat per contemplationem. *Et abiit*, non mente, sed corpore separatus à Domino, *& prædicauit in Decapoli*, id est, in regione decem ciuitatum, quanta sibi fecisset Iesus magnalia: & omnes mirabãtur, & per eum ad fidem ædificabantur. Ecce mutatio dexteræ excesi, quia ex infideli & dæmoniaco factus est prædicator fidelis & deuotus, operante Domino, & verè fidelis, quia ad gloriam Dei, & ad vtilitatem proximi effectus est talis. Quòd verò hìc dicitur de vno, intelligendum est etiam de alio qui erat cum eo, qui ambo volentes Christum sequi ad suos missi sunt, & ambo salutem sibi factam & magnalia

Luc. 5.

Chrysosto. hom. 29. in Matt.

Damoniaci non admittuntur ad ecclesiastica officia.

Deo attribuit Christus opus suum.

Chrysosto. ibidem.

Augustin. lib. 2. qua. euangelicarum q. 13

A Dei prædicauerunt, hoc quoque exemplo docetur quenquam suo proximo salutem sibi factam prædicare, & à diabolo se liberatum esse verbis, & operibus bonis demonstrare, & alios ad eandem salutem percipiendam uocare. Studeamus ergo & nos si nondum liberati sumus à diabolo liberari, & si iam nos liberatos esse cognoscimus, salutẽ alijs prædicemus, quam nos obtinuisse gaudemus, memores quod scriptum est, qui audit dicat veni. Sed multi hoc exemplum minimè sequuntur, & de his quæ ad corpora pertinent circa amicos suos solliciti sunt & inquirũt: sed de his quæ ad salutem animarum pertinent sollicitudinem nullam gerunt.

B

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, amator hominum benignissime, supplico lachrymabiliter bonitati tuæ, libera me ab omnibus peccatorum sordibus, & dæmonum infestationibus, meque ab eis liberatum usque in finem misericorditer custodi illæsum: ut ad tuam gloriam & proximorum utilitatem ualeam uerbis narrare, & operibus demonstrare, quanta magnalia feceris animæ meæ per tuam gratiam liberatæ, quatenus cognoscentes cæteri, quia hæc mutatio dexteræ excelsi, omnes meo exemplo prouocentur, & te miserante ad meliora conuertantur. Amen.* *Psal. 76.*

C *De curatione paralytici, per tectum dimissi. Cap. XLVIII.*



D

ET *cùm Dominus Iesus ascendisset in nauicu lam*, vt de terra Gerasenorum rediret in Galilæam: vnde illuc iuerat, secundum Chrysostomũ: Nauigio transierat qui poterat pede pertransire, nõ semper enim voluit potentiam ostẽdere in mirabilibus, ne incarnationis noceret mysterio. At contrà homines huius mundi si vllam habent potentiam, semper volunt ea uti magis quàm veritate iustitiæ: ideò etiam vehiculo nauis trãsire voluit, nos doceret naui & suffragio pœnitentiæ uti in mari seculi huius: vt in ciuitatem cœlestem perueniamus. Hæc enim nauis pœnitentiæ in ciuitatem cœlestem deducit, ideò sequitur: *Et uenit in ciuitatem suam*, scilicet Capharnaum, in qua frequentius conuersari solebat & miracula operari. Secundum Chrysostomum: Ciuitatem suam hìc dicit Capharnaum, quam, non nascendo, sed miraculis illustrando suam ipse fecerat. Alia quidem eum extulit, id est, extra in lucem duxit, ut Bethlehem. Alia autem nutritur, vt Nazareth. Alia autem diu inha-

E

Matt. 9. Mar. 2. & Luc. 5. Chrysosto. hom. 30. in Matt. Christus quare post tam non semper ostendit

Chrysosto. hom. 30. in Matt.

Capharnaum ciuitas Domini dicitur. Augustin. lib. 2. de consensu Euangelistarũ c. 25.

inhabitantem habuit, vt Capharnaum. Hanc enim ciuitatem magis frequentauit conuersatione, & in miraculorum operatione, quia secundum Augustinum, erat quasi metropolis & insignior ciuitas Galilææ, vbi plurimorum concursu fides & doctrina eius clarius pateret, & miraculis confirmata ad multos salubritet perueniret: vel quia, vt suprà dictum est, Capharnaum interpretatur villa pulchritudinis, & pinguedinis, & consolationis, quæ sunt occasio peccandi multis, ideò ad sui conuersionem pluribus indigebat miraculis: vel sicut metropolim regionis alicuius ciuitatem nostram dicimus, existentes tamẽ de ciuitate subiecta illi: ita & Capharnaum metropolis Nazareth Galilææ, sita inter Nazareth & stagnum, dicitur ciuitas Domini, in Nazareth concepti & nutriti. *Et cùm in domo doceret turbas, uiri quatuor portantes in lecto paralyticum*, inuenientes que multitudine ianuam obturatam, & non valentes introire per eam, & illum inferre præturba, *ascenderunt supra tectum*, & nudantes illud per tegulas, *submiserunt illum cum lecto in medium ante Iesum*, & hoc fuit signum magnum fidei ipsorum. Vnde post fidem eorum ostendit Dominus diuinæ potestatis actum, & super animam, & super corpus ipsum. Et hoc tripliciter: Primò, in remissione criminis. Secundò, in cognitione cogitationis, & hæc duo pertinent ad animam. Tertiò, in subita curatione ægritudinis corporalis: nam videns Iesus fidem illorum, scilicet offerentium, & etiam paralytici oblati: non enim se portari, & per tectũ submitti sustinuisset, nisi curationis fidẽ habuisset, dimisit ei peccata, dicens: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*, & non dicit remitto: sed remittuntur, causa humilitatis & pietatis insinuandæ. Ex hoc patet, quòd fides Paralytici aderat: quia licet sanitas corporalis, vel aliquid huiusmodi detur alicui propter fidem alienam, remissio tamen peccatorum non datur alicui adulto sine fide propria, & ideò bene filium vocat, quia iam credebat. Vbi Hieron. O mira humilitas, despectum & debilem, totisque membrorum compagibus dissolutum filium vocat, quem sacerdotes non dignabantur attingere. Aut certè ideò filium: quia dimittuntur ei peccata sua. *Et quidam de Scribis*, id est, legisperitis, *dixerunt intra se*, id est cogitabant, quia extrà dicere propter populum non audebant, uerbũ. n. intrinsecũ, est cogitatio mentis. *Hic blasphemat*, id est, quod Dei est sibi vsurpat. Est. n. blasphemare, Deo iniuriã irrogare, quod fit tripliciter. Vel cùm Deo attribuitur quod ei nõ cõuenit. Vel ab eo remouetur quod ei conuenit. Vel cùm homo sibi quod propriũ est Dei, tribuit: & hoc modo tertio iudicabant eũ blasphemare, quia ipsum putabant hominem tantum & non Deum esse, dimittere autem peccata soli Deo conuenit. Sed Christus conuenienter eos redarguit, ostendens se esse Deum dupliciter. Primò, quia respondet eorum cogitationibus, quas cognoscere per cerutudinem soli Deo proprium est, dicens: *Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris?* imponendo mihi falsò blasphemiam, scilicet me non posse peccata dimittere, & quod Dei est vsurpare. q. d. quia potestate cogitationes uestras uideo, etiam peccata dimittere possum, quia cogitationes sunt fons boni, & origo mali: ideò saluator noster cùm uidisset malas Scribarum cogitationes, ne ulterius prodirent in peius, statim redarguit eos dicens: *ut quid cogitatis mala in cordibus uestris*, dans nobis doctrinam: ut quàm citò perpenderimus nos mala cogitatione pulsari, statim debeamus nosmetipsos re-

Paralytici oblatio.

Remissio peccatorũ exigit fidẽ in adulto.

Hieronym. in 6. 9. Ma.

Blasphemia tripliciter fit.

A prehẽdere: ut. q. d. tibi ipsi hæc Christi uerba, ut quid cogitas mala in corde tuo? Deinde hoc etiam ostendit sanando paralyticum, per imperium tanquã propria uirtute: quod est eiusdem potestatis, sicut & peccata dimittere, licet enim paralysis uirtute naturæ aliquando possit curari, non tamen subitò, nec ita perfectè ut statim homo possit lectum in quo iacet portare, ut hìc dicitur factum esse: unde subiungit, *quid est facilius* inter duo ista, scilicet, *dicere dimittuntur tibi peccata tua, aut dicere surge & ambula*? hoc est solo uerbo efficere ut dimittantur peccata, an uerbo, efficere ut Paralyticus surgat sanus, & ambulet? q. d. Si vobis hoc manifestius & maius uidetur, scilicet subita curatio corporũ quàm animarum, & possum horum primum, ergo & reliquum, quia æqualis potestatis est utrunque, & utrunque est uirtutis infinitæ. Vnde ex hoc concludit uirtutem diuinitatis suæ, per factum dicens: *Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait Paralytico*, quod uerbum interponitur ab Euangelista: *Surge*, scilicet sanus à lecto, *tolle lectum tuum*, in quo diu decubueras infirmando: ut quod fuit testimonium infirmitatis, sit probatio sanitatis, *& uade in domum tuam*, per te: non indigens ut prius portitore. Et fecit sic, *magnificans Deum*, qui sanauit eum. Magna uirtus, ubi sine mora salus imperium comitatur, ut nemo iam dubitaret eum Paralytico dimisisse peccata, qui eundem sublato grabato ambulare præcepit.

B

C Vnde merito qui aderant stupentes & mirantes, relictis basphemiis ad laudem conuertuntur tantę maiestatis, propter quod sequitur: *Videntes autem turbæ*, scilicet miraculum factum in paralytico, *timuerunt*, reuerendo & admirando, *& glorificauerunt*, laudando *Deum, qui dedit potestatem talem*, scilicet dimittẽdi peccata, & curandi solo uerbo infirmos, *hominibus*, ad eorum scilicet salutem. Vel secũdum glossam, hominem tam potenter inter homines operantem. Et hãc potestatem dedit Deus pater Christo causatiuè, hominibus autem receptiuè. Christus quippe tribus de causis, miracula faciebat. Primò, propter illorum circa quos hæc faciebat utilitatem, quia eos in corpore & in anima curabat. Secundo, propter aliorum conuersationem, quia multi uidentes ea conuertebãtur. Tertiò, propter Dei gloriam & honorem: & ista triplex causa hìc tangitur. Ex hoc tamẽ quòd timuerũt, uidetur q̃ nec de Christo plenam cognitionẽ habebant, quia purum hominem esse & posse & hãc potestatẽ à Deo credebant. Vnde glo. Spectant surgentẽ incredeuli, imitantur abeuntem, & diuini operis miracula malunt timere quàm credere. Nã si crederẽt, nõ timerent, sed diligerẽt. *Perfecta enim charitas foras mittit timorem.* Considera hìc quòd Dominus curãdo Paralyticũ, ĩcepit à morbo spirituali qui erat causa & radix morbi corporalis, q̃a primò remisit peccata eius quæ fuerunt causa morbi, ad modũ boni medici qui primò remouet causam morbi: & tũc postmodũ intẽdit curationẽ. Infirmitas autẽ hæc fuerat inflicta paralytico propter peccata sua, ut purgarentur: & ideò Dominus primò remouit causã, quia cessante causa, cessat & effectus, introductus ob illã causã. Nulla. n. nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Vnde secundum glo. quinque modis infirmitates contingunt. Vel ut iustis merita, per patientiã, augeãtur: ut Iob. Vel ad custodiam uirtutum, ne superbia tentet: ut Paulo. Vel ad corrigendum peccata: ut Mariæ lepra, & sicut huic Paralytico. Vel ad gloriã Dei: ut cæco nato, ut Lazaro. Vel ad initiũ pœnæ: ut Herodi,

D

E

In curanda paralysi quomodo fuit miraculum.

Glossa in Matthæũ.

Miraculorum causæ in Christo tres.

1. Ioan. 4.

Peccata cur prius remisit quàm sanauit.

Glos. ex Beda in c. 2. Marci. Infirmitates contingunt quinq; tuplicitor.

Universidad de Deusto Biblioteca

quatenus hîc uideatur quid in inferno ſequatur. Hîc ergo ſecundum Hieron. datur intelligi pleraſque corporum debilitates euenire propter peccata. Et ideò prius peccata dimittūtur, vt cauſis debilitatis ablatis, ſanitas reſtituatur, & ſit viſibilile ſignum, vt inuiſibi le probetur.

Hierony. in c. 9. Matt.

Beda in c. 5. Luca.

Vnde & Beda: Curaturus autem hominem à paralyſi Dominus, primò peccatorum vincula diſſoluit: vt oſtenderet eum ob nexus culparū, artuum diſſolutione fuiſſe damnatum: nec niſi his relaxatis, membrorum poſſe recuperatione ſanari. Sed heu, nos econuerſo magis ſatagimus de curatione corporis, quàm animæ: ideo ſæpe deſtituimur vtrobique. Vnde Chryſoſtom. Nos autem ſi corporaliter patiamur, ſatagimus nociuum abiicere. Cùm verò malè ſit animæ, differimus, atque ideò nec à corporis nociuis curamur. Abſcīdamus ergo fontē malorum, & ceſſabunt ægritudinum fluxus: Hæc Chryſoſto.

Confeſſio à medico ſuadenda eſt.

Ergo quia conſtat quòd propter peccata quandoque homo ægrotat, medicus ægrum viſitans, primò eum ad pœnitentiam & confeſsionem monere debet: ne peccato tanquam ferro manente in vulnere, fruſtra ſit emplaſtrum apponere. Vnde peccant medici, qui curā materialem adhibent corpori, prius quàm cura ſpiritualis ſit adhibita animæ, ignorantes cauſam morbi, videlicet quòd pro peccato animæ, inflictus ſit corpori. Vbi Chryſoſto. Sed quia hæc ipſa Domini geſta ſpiritalium in ſe rerum continent rationem: cuius typum Paralyticus iſte gerat, debemus aduertere.

Paralyticus ſignificat populū Gentilem.

Figuram namque in eo populi Gentilium præoſtenſam eſſe cognoſcimus, qui peccatis grauibus animo diſſolutus, quaſi quadam inſanabili infirmitate plagatus, in quatuor angulis mundi iſtius, velut in lecto iacebat. Vnde & in eo Paralytico, cui remiſſa ſunt peccata, id oſtenſum eſt, quia populus Gētium, qui graui valetudine peccatorum laborabat, data ſibi remiſsione, per medicinam cęleſtem, integram & perfectam ſanitatem, ſecundum corpus & animā æternæ ſalutis acceperit. Cui non immeritò, poſt remiſsionem peccatorum, reddita ſalute, iam dicitur, redi in domum tuam, id eſt in domum Paradiſi: de qua Adam iam dudum expulſus fuerat: qui huius infirmitatis author extiterat, & meritò ſequitur: Hoc viſo, turbæ timuerunt, & magnificauerunt Deum, qui tantam poteſtatem dedit hominibus. Magnificatur enim Deus, qui vel Apoſtolis ſuis poteſtatem dimittendi peccata donauit: vel hominibus tantam gratiam cōceſsit, ut poſt remiſsionem peccatorum, per meritum fidei atque iuſtitiæ, poteſtatem accipiant ad Paradiſum redeundi.

Hilarius canone. 8. in Matt.

Vbi & Hilar. Videntes autē turbæ timuerunt. Magni enim timoris res eſt non dimiſſis peccatis à Chriſto in mortem reſolui, quia nullus eſt in domum æternam reditus, ſi cui indulta non fuerit venia delictorum, ceſſante autem timore, honor Deo redditur, quia poteſtas hominibus, hac vita data, ſit per verbū eius & remiſsionis peccatorum, & corporū reſurrectionis & reuerſionis in cœlū: Hæc Hilar.

Paralytic. ſignificat peccatorem.

Moraliter per Paralyticum, qui priuatus eſt vſu membrorū corporaliū, ſignificatur homo peccator, operibus meritoriis priuatus, & turpi marcens ocio. Talis enim priuatur greſſu meritoriæ affectionis, & tactu bonæ operationis, & guſtu ſuauitatis cœleſtis, & viſu diuinæ contēplationis, & auditu diuini ſermonis, & odoratu diuinæ conſolationis. Et tunc iacet in lecto, quando ſuperueniens, tenet eum praua conſuetudo: hęc enim lectus dici poteſt hoc loco.

Peccatum paralyſi cōparatur.

Ipſū quoque peccatum, more paralyſis, facit tremulū, per mali dilectionem: reddit inſenſibilem, per obſtinatio-

A nem: impedit loquelam, per deſperationem. Vbi ſciēdum quòd ſicut Dominus legitur reſuſcitaſſe tres mortuos (ſed multò plus ſunt) ſic legitur curaſſe tres Paralyticos, licet etiam plures ſint, ſcilicet Paralyticum in domo, Paralyticum iuxta probaticam piſcinam, Paralyticum in lecto, vt in propoſito.

Paralyticos tres curauit Dominus Ieſus.

Peccatorū tria genera.

Et quia Paralyticus, vt dictum eſt, peccatorem ſignat: ideò notandum quòd tria genera peccatorum, ſcilicet peccator occultus, publicus, & conſuetudinarius. Paralyticus in domo, eſt peccator occultus, Paralyticus iuxta piſcinam, eſt peccator manifeſtus, Paralyticus in lecto, eſt peccator conſuetudinarius, & hoc peccatum in cōſuetudine ductum, difficulter relinquitur:

B & Paralyticus hic in lecto iacere dicitur, id eſt, peccatum continuare dicitur.

Exportātes paralyticum, id eſt, peccatorē.

Prædictos peccatores quatuor exportant extra domum propriæ conſcientiæ, & etiā extra Eccleſiā tā militantē, quàm triumphātē. Primū eſt, tepiditas boni, quando .n. homo incipit ex deſidia tepeſcere in bono inchoato, talis dimittit Deum, & per conſequens dimittitur à Deo. Secundum eſt, delectatio mali, quod coniungitur quaſi ſocius eius: cùm enim Deus derelinquitur, ſtatim anima in malo delectatur, & hi duo ſocij præcedunt. Tertium eſt, mali operatio, cùm delectatio ad opus ducitur. Quartum eſt, mali operis conſuetudo, cùm ipſum malum frequentatur. Et hi duo ſequuntur portantes peccatorem extra ſuffragia Eccleſiæ, quibus ip

C ſe priuatur.

Reportātes eundem.

Sunt autem quatuor, quæ ipſum reportant & reconciliant. Primum eſt, vitæ breuitas: ut homo conſideret quàm breuis ſit vita præſens, & incerta. Secundum eſt, timor pœnæ gehennalis: ut homo conſideret eius acerbitatem, diuerſitatem, & æternitatem. Tertium eſt, conſideratio culpæ: vt homo cōſideret quid grauedinis, quid immūditię, quid malitiæ ſit in peccatis. Quartum eſt, ſpes veniæ: ut quamuis in multis offenderimus, nihilominus tamē veniam ſperemus. Qui hæc quatuor habuerit, ante Deum portabitur, & miſericordiam conſequetur.

Salutis procuratores quatuor.

Vel portitores eius, vt ſanetur à Chriſto, ſunt quatuor ſuæ ſalutis procuratores, ſcilicet, monens ſecre-

D tè, prædicans publicè, orans pro eo, & inuitans exemplo; & ſic iſti offerunt eum Chriſto, ſollicitantes pro ipſo, & ipſe offertur, quando eis conformatur conſentiendo, & meritis eorum obicem non ponendo. Chriſtus autem fidem illorum inſpicit, cum preces eorum exaudit. & Paralyticus curatur, quando peccatum ſibi dimittitur, & donatur ſibi gratia, per quā ad actus meritorios reſtituitur. Et tunc ſuum malæ conſuetudinis lectum tollit, quando ab ea per exercitium boni operis recedit, & ſic procedens de virtute in virtutem, vadit in domum ſuam, quando bonis actibus, ad cœleſtem feſtinat patriam, & populus eū glorificat de mutatione tali, quoniā hæc eſt dexteræ excelſi. Illi verò qui inde murmurant, ſignant dæmo-

Pſal. 76.

Pœnitenti quatuor imperata à Chriſto.

E nes, qui inde valde dolent. Chriſtus verò curans, quatuor imperat pœnitēti. Primò, ante omnia ut confidat & ſpem de venia cōſequenda habeat, quē etiā iam filiū per adoptionē vocat. Deinde volēs eum ſanare, iubet eū ſurgere, & lectū tollere, & in domū ſuā abire. Surgere inquā à peccato, & mentis deiectione, in peccato enim malè delectando, peccator quaſi in lecto quieſcit: & ex peccato ita mens deiicitur, ut nunquam poſsit eſſe læta, quia ſemper præſumit ſæua perturbata conſcientia, tunc autem ſurgit, quando iſta deſerit. Tollere verò lectum, & portare, eſt ut peccatum quod erat ſibi quieti & delectationi, incipiat ſibi eſſe oneri & dolori. Abire quoque in domum ſuā,

vt in cœlum meditatione pergat, vel conſcientiam ſuam, quæ domus animæ eſt, diſcutiat, & ſi quid ibi immundum inuenerit, per os quaſi per oſtium, confitēdo proiiciat: à qua homo per multitudinem peccatorum ita alienatur, quòd quaſi ipſam perdat, & ſeipſum non cognoſcat. Homo ergo Paralitycus, hoc eſt molllicie, & illecebris carnis, vel uoluptate ſeculi reſolutus, & torpens, ac præ turba cogitationum & cauſarum ſeculi, videre Deum non valens, poſtquam ſupra tectum carnis aſcenderit, vt ſpiritus dominetur carni, videt Deum, & ad cognitionem Dei verè redit, & tunc Deus eum ſanat per gratiam, ab omni quod deliquit, & vocat filium per adoptionem, & iubet ſurgere de corpore negligentiæ, & ſe erigere à carnalibus deſiderijs per pœnitentiam: & corpus in cuius deſiderijs iacuit ad voluptatem ſpiritus attollere, ac carni dominari per continentiam: & ire ac tēdere per bonam operationem, & honeſtam conuerſationem, in domū ſuam, ſcilicet paradiſum: quæ prima fuit hominis domus, hoc eſt in habitationem æternam, vel in bonam conſcientiam ſegregatus à terrenis, & cuſtodiens illam, vel ne iterum peccet ad internam ſui cuſtodiam.

Beda in ca. 5. Luca. De lecto ſurgere.

Vbi Beda: Spiritualiter de lecto ſurgere, eſt animam ſe à carnalibus deſiderijs, ubi ægra quieſcebat, abſtrahere: Lectum verò tollere, eſt ipſam quoque carnem per continentię frena correptam ſpe cœleſtium prēmiorum, delicijs priuare terrenis.

Pſal. 6.

Ipſe eſt enim lectus, qui per ſingulas noctes lauatur à Dauid, id eſt, pro vniuſcuiuſque noxę maculis digno pœnitentiæ flumine caſtigatur. Sublato autem lecto domum ire, ad paradiſum redire eſt. Ipſa eſt enim vera domus, quæ hominem prima ſuſcepit, non iure amiſſa, ſed fraude, tandemque reſtituta per eum, qui fraudulēto hoſti nihil debuit.

De eo quod paralyticus non petitā ueniam obtinuit.

Vbi & Anſelmus, ſed & domum illam non prēteribis, vbi per tegulas paralyticus, ante pedes eius ſubmittitur, ubi pietas & poteſtas obuiauerunt ſibi. *Fili, inquit, remittuntur tibi peccata tua.* ò mira clementia: ò indicibilis miſericordia. Accepit fœlix remiſsionem peccatorum ſuorum, quam non petebat, quam non præceſſerat confeſsio, non meruerat ſatisfactio, non exigebat contritio. Corporis ſalutem petebat, non animę: & ſalutem corporis & animæ recepit.

Matt. 20.

Verè Domine uita in uoluntate tua, ſi decreueris ſaluare nos, nemo poterit prohibere: ſi aliud decreueris, non eſt qui audeat dicere, cur ita facis? Phariſæe, quid murmuras? an oculus tuus nequam eſt, quia ipſe bonus eſt:

Roma. 9.

certè miſeretur cui ipſe uoluerit, ploremus & oremus ut uelit, bonus etiā operibus pingueſcat oratio, augeatur deuotio, excitetur dilectio, leuentur puræ manus in oratione, quas non ſanguis immunditiæ maculauit, tactus illicitus non fœdauit, auaritia non exaſperauit, leuetur & cor ſine ira & diſceptatione, quod tranquillitas ſedauit, pax compoſuit, puritas conſcientiæ lauit: ſed nihil horum Paralyticus ille legitur præmiſiſſe, qui tamen legitur remiſsionem omnium peccatorum meruiſſe. Hæc eſt autem ineffabilis miſericordiæ eius uirtus, cui ſicut blaſphemum eſt derogare, ita & hoc ſibi præſumere ſtultiſsimum. Poteſt cuicunque uult & hoc ipſum efficaciter dicere quod dixit Paralytico: Dimittuntur tibi peccata tua: ſed quicunque ſine ſuo labore, uel contritione, uel confeſsione, uel etiam oratione, ſibi hoc dicendo expectat, numquam ei remittuntur peccata. Hæc Anſelmus.

A.

ORATIO.

DOMINE Ieſu Chriſte, qui in paſſione tua nauiculam crucis aſcendiſti, in reſurrectione transfretaſti, & in aſcenſione in ciuitatem tuam ueniſti: ecce timor de peccatis, de ira Dei, de periculo ſuperuenientis infirmitatis, & de incertitudine mortis offerunt tibi animam peccati morbo diſſolutam. Dic iacenti in peccatis, ut confidat de gratia remiſſionis, reſurgat per contritionem & confeſſionem, tollat lectum ſuum per ſatisfactionem, ambulet per profectum uirtutum in domum ſuā æternam beatitudinem: ut turbæ fidelium uideant, timeāt, & glorificent Deum, qui talem poteſtatem dedit, ad hominum utilitatem. Amen.

B

De Emorrhoyſſa & Archiſynagogi filia. Cap. XLIX.

C



POST hæc, *quidem princeps Synagogæ, nomine Iairus, acceſſit ad Ieſum,* tā fidei, quàm corporis greſsibus: & *adorabat eum,* faciendo ſibi reuerētiam debitam, & procidendo ad pedes eius quibus circumportauit omnibus ſalutem, *rogans* pro unica filia, annorū duodecī, dicens, *Domine, filia mea modò defuncta eſt,* & mor-

Matth. 9. Mar. 5. & Luc. 8.

D tua. Hoc dixit ſecundum reputationem, quia enim deſperabat filiam poſſe inuenire uiuam, de ea loquebatur ut iam defuncta, deſiderans à Domino uel morientem ſanari, uel mortuām ſuſcitari. Sed Marcus dicit, quòd erat in extremis: tamen erat morti ita propinqua, quòd reputabatur mortua. Vnde ſecundum communem modum loquendi de illo qui ſic eſt morti propinquus, dicitur quòd eſt mortuus, quia quod modicum diſtare uidetur, quaſi nihil reputatur, *ſed ueni,* & per miſericordiam appropinqua, *& impone manum tuam,* adiutricem ſuper eam, *& uiuet,* ſanitate ſibi reſtituta. Duo petit propter tertium, ſcilicet ut ueniat, & manum imponat, & ſic filia reuiuiſcat, ignorans ſcilicet quòd & abſces liberare pote-

E rat. Sic moraliter, cùm quilibet non habeat niſi unicam animam, magis debet curare de eius ſanatione, quia ſi eam amittit, totum amittit. Spiritualiter autē uenit Deus, per gratiā præuenientē: manum imponit per gratiā concomitantē: & tunc anima uiuit per gratiā cooperantē. *Et ſurgens Ieſus, ſequebatur eum, & diſcipuli eius, & turba multa cum eo.* In hoc datur ſubditis forma obediendi, ac paribus mutuo obſequēdi, & p̄latis animas mortuas ſuſcitādi.

Humilitas Domini.

Remigius in Matth.

Vnde Remigius: Mira autem pariter atque imitanda Domini humilitas & manſuetudo. Nam mox ut rogatus eſt, ro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gantem cœpit ſequi. Hinc ſubditos & prælatos, pari
ter inſtruxit: ſubditis, exemplũ obedientiæ reliquit:
prælatis verò, inſtantiam & ſollicitudinem docendi
demonſtrauit, vt quotiens audierint aliquem mor-
tuum in anima, ſtatim adeſſe ſtudeãt. Vnde & Chryſ.

Chryſoſto. ho. 32. in Matth.

Cùm rogatus eſſet Dominus à Iairo, ut ad ſuſcitan-
dam filiam ipſius veniret, non moratur: ſed ſtatim
ſurgens, ſecutus eſt eum. Quo exemplo docuit nos,
impigros in omni opere Dei eſſe debere. Et dum Ie-
ſus pergeret, *ecce mulier emorrhoyßa*, à morbo quẽ pa

Emorrhoyſſa.

tiebatur ſic dicta, *ab annis duodecim ſanguinis fluxum
paſſa, quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtantiã ſuam,
acceſſit retrò*, & à tergo: tum quia verecundabatur de
infirmitate fœtida, tum quia ſecundum legem repu-
tabatur immunda tum quia ante faciem non potuiſ-
ſet accedere præ turba, tum propter myſterium cõ
fuſionis, quam debet homo habere pro culpa ſua,
& tetigit fimbriam ueſtimenti eius, nõ ſolum tactu cor
porali, ſed & deuotione fidei, in quo laudãda eſt hu-
militas eius, quia indignam ſe reputabat tangere pe-
des Domini, vel plenitudinem veſtimenti. Habebat
enim Chriſtus fimbrias iuxta conſuetudinẽ Iudæorũ
ſecundũ legis præceptum. Ecce quia nõ habebat Do
minus ianitores, vel ſtipatores, ſeu maſſerios, nec ali
quem qui comprimentes eum verberaret. & ideo li-
berè mulier accedit, & turbæ comprimunt. Vbi Re-

Remigius in Matth. Fides emorrhoyſſa.

migius: In quo fides eius admiranda eſt, quia deſpe-
rans de ſalute medicorum, in quos ſua erogauerat,
intellexit cœleſtem adeſſe medicum, & in eo totam
ſuam intentionem collocauit, & ideo ſaluari prome-

Rabanus in Matth.

ruit. Vnde Rabanus: Docet mulier quantum ſit cor
pus Chriſti, quod in fimbria tantam demonſtrauit eſ
ſe uirtutem. Quid ergo nos ſperare debemus, qui nõ
ſolum corpus dominicum contingimus, ſed confici
mus & ſumimus? Illa quidem medicinam accepit ex
vulnere, væ illis quibus ipſa medicina, in vulnus con
uertitur: *dicebat enim intra ſe*, firmiter ſcilicet creden-
do: *ſi tetigero tantum ueſtimentum eius, ſalua* ab infirmi
tate mea, *ero*: non quia veſtimenta aliquam virtutem
ſanandi habebant, ſed quia per hoc declaratur uirtus
illorum quorum ueſtimenta ſunt. Tangens autem,
confeſtim eſt ſanata à plaga ſua. Et eſt notabile quòd ac-
ceſſit, accedens dixit, dicens tetigit, tangens cura-
tionem accepit: quia his tribus, ſcilicet uerbo, fide,

Quæſtionis Chriſti cauſa.

& opere, omnis ſalus acquiritur. *Et cognoſcens Ieſus ex
ſe exiiſſe uirtutem, dixit: Quis me tetigit?* Non quærit ex
ignorantia ut doceatur: ſed ut mulier ſanata confitea
tur, & per cõfeſſionem appareat fides eius, & à Chri
ſto commendetur: tum propter mulieris meritum,
per humilem confeſſionem, tum propter aſtantium
ædificationem, tum propter Dei laudem & glorifica
tionem tum propter ſpem archiſynagogi augendã,
& eius de ſanatione filiæ ſuæ aſſecurationem. Et di-
centibus diſcipulis quòd turbæ eum comprimerent,
dixit: *Tetigit me aliquis, nam & ego noui uirtutem de me
exiiſſe*, id eſt effectum uirtutis in curatione infirmita
tis. Nam licet turbæ, quæ in ipſum præ deuotione
audiendi irruebant, eum comprimerẽt, & in tali preſ
ſura corporaliter tangerent: non tamen tangebant
eum cum tali deuotione & fide, ſicut iſta mulier te-
tigerat, & de tali tactu, ſingulariter Dominus quære
bat. *Videns autem mulier quia non latuit*, timens corde,
& tremens, corpore ad maieſtatem diuinitatis, cuius
uirtutẽ in ſe experta fuit, *uenit, & ante pedes illius pro
cidit*, ac cauſam tactus & ſanationem corã hominibus
indicauit, confitendo ueritatem de quantitate & pro
lixitate infirmitatis, & de perceptione ĩtegræ ſanitatis:

A

hoc enim Dominus ſciri uoluit, ad laudẽ Dei, & alio
rum utilitatem. Sed quærit Chryſoſto. quare ipſam

Chryſoſt. hom. 32. in Matth. Manifeſtã de occulti tangentis cauſa.

manifeſtat Deus, cùm ipſa latenter acceſſerit? Et re-
ſpondens, ponit ad hoc ſex rationes. Prima eſt, ut
mulier ſanguinaria, Chriſtum tangens, non habe-
ret inde conſcientiæ remorſum. Secunda, ut mu-
lierem emendet, quoniam æſtimabat hoc latere
Chriſtum. Tertia, ut fidem eius oſtendat omni-
bus, ad exemplar celeriter credendi. Quarta, ut
monſtraret ſe cognitorem omnium. Quinta, ut
oſtendat quòd ut Deus ſiſtit ſanguinis fluxum. Sex-
ta, ut in fidem dirigat Archiſynagogum. *At Ieſus*

Fides argumentum.

cõuerſus & uidens eam, id eſt approbans ipſius fidem,
dixit illi: *Confide filia, fides tua te ſaluam fecit*, id eſt hanc

B

tibi ſalutem meruit. Cùm enim operatio miraculo-
ſa ſit ſupra naturam, fidei attribuit eam, eo quòd fi-
des eſt de his quæ ſunt ſupra naturam. Vbi Hiero-

Hiero. in c. 9. Matt.

nym. Non autem dixit, quia fides tua te ſaluam factu
ra eſt, ſed ſaluam fecit quaſi dicat: In eo quod credi-
diſti, iam ſalua facta es. Vbi & Chryſoſtomus. Quia

Chryſoſto. hom. 32. in Matt. Fidei efficacia.

formidoloſa erat hæc mulier, propter hoc ait, con-
fide, & filiam eam fecerat. Filiam uerò uocat ſanatam
fidei ratione. Fides enim Chriſti, Dei filiationem præ
ſtat. Notãdum etiam quòd Dominus non dixit, ego
ſanaui te, ſed fides tua: ut uitandam oſtentationem
doceat, & meritum fidei extollat. Vnde ſecundum
Chryſoſtom. Dominus ait, quòd fides ſua ipſam ſa-

C

nauerat, nolens ſuæ uirtuti, ſed fidei eius ſanitatis be
neficium arrogare, docens per hoc in uirtuoſis acti-
bus noſtris, non noſtram, ſed Dei laudem quærere
debere, & prædicare. Et addidit Dominus: *Vade in
pace*, quæ ſcilicet prius eras in perturbatione, propter
longam infirmitatem tuam corporalem. Vbi Chry-
ſoſtom. Dicit autem ei, uade in pace, mittens in fi-
nem bonorũ. In pace enim Deus habitat, ut cogno-
ſcat, quod non ſolum corpore curata eſt, ſed etiam à
cauſis corporalis paſsionis, id eſt, peccatis mutata. *Et
ſalua facta eſt mulier, ex illa hora*. Vbi gloſſ. Intelligen-
dum eſt ex illa hora, ex qua tetigit fimbriam, non ex
illa hora, ex qua Ieſus conuerſus eſt ad eã, iam enim

D

ſalua facta erat, ut ex uerbis Domini perpẽdi poteſt.
Ex uerbis Ambroſ. quibuſdã uidetur quòd hæc mu-
lier, Martha fuerit, qui in quodam ſermone, inter be-
neficia Chriſti, quæ enumerat, ſic dicit: Dum largum
ſanguinis fluxum ſiccauit in Martha, dum dæmones
expulit de Maria, dum corpus rediuiui ſpiritus, calo-
re conſtrinxit in Lazaro. Sed ex iſtis uerbis Am-

Ambr. in c. 8. Luc. Martham emorrhoyſſam dubitant quidam.

broſ. bene habetur, quòd Martha fuerit à Chriſto cu
rata à fluxu ſanguinis. Quòd autẽ Martha fuerit hæc
mulier de qua hîc agitur, non habetur ex uerbis illis.
Et quòd hæc mulier non fuerit Martha, ex hoc uide-
tur, quia de hac muliere dicitur quòd omnẽ ſubſtan-
tiam ſuam in medicos erogauerat. Martha autẽ diues

E

erat. Hoc etiam patet per Euſebium, quid dicit hanc

Euſebius lib. 7. hiſtoriæ eccleſia. cap. 14. Statua ab emorrhoyſſa erecta Chriſto.

mulierẽ fuiſſe quandam Cæſareæ Philippi ciuẽ. Nam
ſecundum eum, mulier emorrhoyſſa poſtquã ſanata
eſt, fecit in Cæſarea Philippi, unde oriunda eſt, ſta-
tuam æneam, in curia ſua fieri, ad imaginem Chri-
ſti, cum fimbrijs ueſtimenti, ipſamque imaginem,
in magna reuerẽtia habebat, & deuotè adorabat. Fe-
cit & ex oppoſito imaginem ſuam, flexis genibus, &
manibus iunctis ac cãcellatis, quaſi præcaretur & ſup
plicaret, uerſus quam imaginem Chriſti, manum ex-
tendebat. Cõtigit autem quòd ſubtus imaginẽ Chri-
ſti, creuit herba quædam, nullius efficaciæ & uirtutis,
quæ cũ fimbriã attingebat, tantæ uirtutis erat, quòd
omnes infirmitates ſanabat. Iterum dicit Hieronym.
quòd

Iuliani apoſtatæ ſtatua deiecta fulmine. Humilitatis cuſtodiæ doctrina. Bernardus ſermone de quatuor modis orandi.

quòd Iulianus apoſtata, cùm cognouiſſet quòd in
Cæſarea Philippi eſſet ſimulacrum, quod ſcilicet ſan
guinis liberata profluuio fœmina fecerat, eo depo-
ſito, ſuam imaginem ibi collocauit, quæ fulminis
ictu fracta eſt. Hic habes quoddam ualde notabi-
le, ad humilitatis cuſtodiam, ſicut Bernard. hoc mo-
do introducit, dicens Quilibet Domino perfectè ſer
uiens, poteſt appellari fimbria, quaſi ultima pars ve-
ſtimenti Domini, propter ſuam humilem reputa-
tionem. Qui ergo ad tantum ſtatum peruenerit, ꝙ
ſciat ſe à Domino exaudiri, in liberandis infirmis,
uel alijs miraculis, non extollatur propterea: quia
non ipſe ſed Dominus facit. Quamuis enim hæc mu
lier tangeret fimbriam, ad cuius tactum ſe liberari
confidebat, & ſic contigit, non tamen à fimbria, ſed
à Domino uirtus liberationis exiuit. Et propterea
ipſe dixit, *ſenſi de me uirtutem exiſſe*. Nota igitur hoc
bene, & nihil boni tibi in perpetuum attribuas, quia
totum eſt à Domino. Allegoricè mulier ſanguine

Eccleſia Gentium.

fluens, ſed à Domino curata, eſt Eccleſia de genti-
bus congregata, quæ fœdata fuit ſanguinis martyrũ
effuſione, & idololatriæ pollutione, & his quæ car-
nis & ſanguinis geruntur delectatione. Quæ & fim-
briam ueſtimenti Chriſti tetigit, quando fidem in-
carnationis Chriſti credidit: humanitas enim ueſti-
mentum diuinitatis eſt Chriſto. De quo dicitur ꝙ
in ſimilitudine hominum factus eſt, & habitu inuen
tus ut homo. Et tunc à fluxu ſanguinis ſanata fuit: qa
fundere ſanguinem catholicum deſtitit, & ab Idolo-
lolatriæ, ac carnis delectatione, & ſanguinis effuſio-
ne ſanata fuit, ac ab eius pollutione ceſſauit. Pergen

Cur pergente Domino ad filiã archiſynagogi ſanata eſt.

te autem Domino ad filiam Archiſynagogi, mulier
morboſa ſanata eſt, quia ſic diſpenſata eſt ſalus hu-
mani generis, ut primò aliqui ex Iſrael, deinde pleni-
tudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fie-
ret. Emorrhoyſſa autem ſanata, Archiſynagogi fi-
lia nunciatur mortua, quia dum gentilitas ad Deum
cõuertitur, ſynagoga perfidiæ & inuidiæ, rectè mor
tua nunciatur. Hoc etiam ſignificatum fuit in para-
bola de duobus filijs, quorum ſenior, de conuerſio-

Ambroſius in c. 8. Luce

ne triſtabatur iunioris. Vnde Ambroſius: Quem au-
tem putamus ſynagogæ principem eſſe, niſi legem,
cuius contemplatione Dominus ſynagogam non
penitus dereliquit? Ad hanc autem principis filiam,
dum properat Dei uerbum, ut ſaluos faceret filios Iſ
rael, ſancta Eccleſia eſt gentibus congregata, quæ in
feriorum lapſu criminum deperiebat, paratam alijs
fide præripuit ſanitatem. Quid autem ſibi vult, quòd
hæc principis filia, annorum duodecim morieba-
tur & mulier iſta fluxu ſanguinis ab annis duodecim
laborabat, niſi ut intelligatur quia quandiu ſynago-

Hierony. in ca. 9. Matt.

ga uiguit, laborauit Eccleſia. Vnde & Hierony-
mus. Nota ergo quòd eo tempore hæc mulier, id
eſt Gentiũ populus, cœperat ægrotare: quo genus
credidit Iudæorum, niſi enim ex comparatione cri-
minum, uitium non oſtenditur. Moraliter etiam,
per mulierem ſanguinis fluxum patientem, perſona
peccatrix, à longo tempore, & de peccato in pecca-
tum cadens, poteſt intelligi, quæ tamen remedium

Pſal. 50.

quærit à Domino, dicens ei: *Libera me de ſanguinibus
Deus Deus ſalutis meæ*. Dominus ergo quotidie mu
lierem ſanguine fluentem ſanat, dum animam diuer-
ſis uitijs corruptã, per gratiam curat. Deinde, cùm
nuncij ad Archiſynagogum ueniſſent, dicentes eius
filiam iam eſſe mortuam: dixit Ieſus Archiſynagogo,
eum ad fidem confortando. *Noli timere*, in fide du-
bitando, *tantummodo crede & ſalua erit*, à morte. *Et*

A

ueniens Dominus Ieſus ad domum principis, inuenit fi-
liam eius iam defunctam, & tibicines conductitios
carmen lugubre canentes. Diuerſæ enim melodiæ,

Cantuum muſicorum excitationes.

diuerſas paſsiones excitant in homine. Aliquæ enim
excitant audaciam, ut patet in tubis bellicis. Aliquæ
deuotionem, ut patet in canticis Eccleſiaſticis. Ali-
quæ lætitiam, ut patet in diuerſis inſtrumentis muſi-
cis. Aliquæ excitant fletum & deuotam lamentatio
nem, & talibus utebantur antiquitus in exequijs ma
gnarum perſonarum, ut prouocaretur multitudo
ad fletum & luctum. Chriſtianis tamen non conue
nit tales habere, quia non debet inconſolabiliter fle-
re, *& inuenit*, etiam turbam tumultuantem, in fletu,
planctu, & vlulatu multo, quod uocatur tumultus,

B

quia inde cauſatur ſonus confuſus, ac etiam in præ-
paratione funeralium. Et dicebat *nolite flere: non eſt*

Mortua dormit Chriſto

mortua puella, id eſt in morte manſura, *ſed dormit*, ſci
licet mihi: quia ita de facili poſſum eam ſuſcitare, ut
de ſomno excitare. Vnde Beda: Hominibus mortua

Beda in ca. 8. Luca.

erat, quia ſuſcitare nequiuerant: Deo dormiebat, in
cuius diſpoſitione & anima recepta uiuebat, & caro
reſuſcitãda quieſcebat. Vnde mos apud Chriſtianos
obtinuit, quòd mortui qui reſurrecturi eſſe non du
bitantur, dormientes uocẽtur. *Et deridebant eum*, pu-
tantes quòd de dormitione ſomni diceret, & eam eſ
ſe mortuam neſciret. Ecce deridetur in curijs princi
pum, nec iraſcitur, nec arguit eos, quia quanto ma-
ior fuit deriſio, tanto poſtea maior uirtutis oſtẽſio.

C

Vbi Hierym. Non autem erant digni, ut uiderent

Hiero. in c. 9 Matthæi Deriſio non auertat te à bono.

myſterium reſurgentis, qui reſuſcitantem indignis
contumelijs irridebant. Quamuis autem Dominus
deridebatur ab eis, non tamen deſtitit ab incœpto.
In quo inſtruuntur boni, quòd cùm deridentur à
malis, non ideo debent deſiſtere à bono inchoato.
Et cùm eieciſſet turbam, ſcilicet lamentantium, &
tumultuantium, & deridentium, qui propter incre-
dulitatem & deriſionem non erant digni uidere mi-
raculum, *intrauit cum patre & matre puellæ*, quos in fi
de confortare tanto miraculo diſponebat, *ac Petro,
Iacobo, & Ioanne*, quos ſpecialiter inſtrui uolebat.
Hos enim quinque uoluit habere teſtes miraculi, ut

D

in ore duorum parentum, uel trium Apoſtolorum,
ſtaret omne uerbum. In hoc etiam facto oſtendit
nobis Dominus, quia blaſphemis & irriſoribus non
ſunt reuelanda myſteria, ſed fidelibus qui honorant
ea. Et ſecundum Chryſoſtomum: in hoc quòd tur-

Chryſoſto. home. 7. in Marcum.

ba eijcitur, & diſcipuli ſolum in domum intrant, &
neq; hi omnes, erudit nos gloriã quæ eſt à multis, cui
tare. Vnde & Theoph. Mortuam ſuſcitans eiecit om
nes, quaſi nos docens abſque inani gloria eſſe & ni-
hil ad demoſtrationẽ facere, non enim humilis Chri
ſtus, ad oſtentationem uolebat aliquid operari. Præ

Diſcipuli à Domino admiſſi.

dictos autem tres diſcipulos, tantum permiſit Do-
minus intereſſe ſuæ transfigurationi. Item agonis
ſui orationi. Item huic ſuſcitationi. Primò, propter

E

eorum dignitatem. Secundò, propter ſignandam
trinitatis fidem. Tertiò, propter teſtium numerum
ſufficientem. Quartò, propter omnium ſtatuum
Eccleſiæ ſignificationẽ, & commendationem. Per
Petrum enim qui uxorem habuit, ſignificantur con-
iugati: per Ioannem qui uirgo fuit, virgines: per Ia-
cobum, qui neſcitur virgo fuiſſe, uel uxorem habuiſ
ſe, uidualis ſtatus. Patrem autem & matrem permi-
ſit intrare, propter eorum credulitatem, & propter
eorum teſtificationem. *Et tenens manum puellæ ait
illi: Tibi dico ſurge*. Per tactum & uocem eam cura-
bat, vt oſtenderet quòd humanitas eſſet inſtrumen-
tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum diuinitatis, miracula facientis. Vnde secundum Chrysostomum, manus Iesu viuificatiua existens, mortuum corpus viuificat: uox autem, iacētem excitat. *Et confestim surrexit puella, & ambulabat*: quia nulla mora inter uerbum eius, & factum erat. Vbi Chrysosto. In ambulatione eius, non solum susciatata, sed & perfectè sanata ostenditur. *Et iussit illi dare, manducare*, ad demonstrandum quòd eam uerè suscitauit, & non ut uideatur phantasma esse, quod factum est. Mysticè, puella in domo mortua, est anima mortua per peccatum in cogitatione. Dicit autem Dominus, quòd puella dormit: quia qui peccant in præsenti, adhuc per pœnitentiam resuscitari possunt. Tibicines sunt dæmones suggerentes, uel homines adulatores, qui fouent mortuam, & tenent hîc corpus in carnis lasciuia & solatijs, quæ faciliter terminantur, ad luctum inferni & desolationis. Sed nos ad patriam tendentes, mortiferos sirenarum cantus, surda aure prætereamus. Vnde Vlysses fecit se ligari in malo nauis, & aures suas obturauit, ne deceptus sirenarum cantibus in mare saltaret. Turbæ tumultuantes, sunt affectiones, uel amici carnales, derisores, sunt seculares, uel detractores. Turba ergo foris eijcitur, ut puella suscitetur, quia anima intus iacens mortua, non resurgit, nisi prius affectiones carnales, & curæ seculares de corde expellantur: hæc enim impediunt, ne quis ad considerationem suæ salutis se colligat. Tibicines eijci debent, qui tanquam magistri in errorem animam demulcent. Derisores quoque eijciendi sunt, quia contemnendi, & minimè curandi. Et tunc puella suscitatur, quando Christus domum cordis ingreditur, ducens secum Ioannem gratiam, Petrum cognitionem, & Iacobum supplantationem uitiorum. Qui uerò à spiritali morte, scilicet à uitijs, resuscitatus fuerit, non solum à sordibus scelerum exurgere, sed etiam in bonis ambulare & proficere debet, & mox cœlesti pane, scilicet uerbi Dei, & sacramento altaris, satiari necesse habet. Possunt autem hic notari tria, scilicet peccatoris periculū in filia, id est anima moriente: pœnitentis remedium in principe, id est in Ecclesia Deum rogante, creatoris beneficium, in Christo propitiante. Periculum sic procedit: nam morti appropinquat, cùm delectabile illicitum concipit, in extremis laborat, cùm ad cōsensum accedit, sed moritur, cùm consentit, & tunc opera sunt mortificata. Remedium quæritur, cùm princeps ad Christum accedit credendo, adorat diligendo, dominum appellat metuendo. Beneficium datur, cùm Christus surgit, preces exaudiendo, turbā eijcit, peccata expellendo, uel impedientia remouendo, domum intrat, gratiam infundendo: prius. n. eijcitur culpa, & sic ingreditur gratia. Et insinuandum humilitatem, docens Dominus Iesus fugere ostentationem, & inanem gloriam, præcepit parentibus, ne alicui dicerent quod factum erat. Ostendens, ut dicit Grego. quòd largitor bonorum est, non autem cupidus gloriæ: datq; totum, nihil recipiens. Et tamen exiuit fama hæc, in uniuersam terram illam, scilicet prouinciæ Galilææ, ad manifestandam miraculi magnitudinem, & ueritatem ubique. Prohibuit quidem Dominus iactantiam, non miraculi manifestationem, quia res ipsa se indicabat, & manifestam faciebat, ac si diceret: Nolite gloriari in bonis operibus uestris, sicut nec ego in eis. Vbi sciendum quòd Christus publicari prohibuit opera miraculorum propter mundi honorem, & laudes hominum, seu uanam gloriam, sed non ad glorificandum Deum, & ad fidem probandam, propter quæ Dominus miracula faciebat: nō prohibuit enarrare. Vnde & parentes puellæ, præceptum Domini seruauerunt, propter humanum applausum, ipsum miraculum non publicando, nec contra prohibitionem Dei fecerunt, hoc ad Dei gloriam prædicando. Et similiter fecerunt duo à cæcitate curati, de quibus mox subiungitur, & plures alij de quibus alibi simile reperitur.

Chrysosto. hom. 32. in Matt.

Tibicines.

Vlyssis prudentia.

Notanda tria in puellę suscitatione.

Gregor. lib. 19. moraliū. ca. 18.

Miracula publicari uetat Christus.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, adoro pedes misericordiæ & ueritatis tuæ: deprecor te pissime, sana tactu gratiæ tuæ animam meā sanguinolentam, & peccatis uarijs maculatam. Ac resuscita eam à morte uoluntatis, propositique pessimi & occulti: ac restitue me Deo & patri tuo, cui filium inter cohæredes tuos adoptasti. Ne memineris bone Domine iustitiæ tuæ, aduersus peccatorem tuum: neque ire aduersus reum tuum: sed memor esto benignitatis tuæ, erga creaturam tuam: & miserationis tuæ, erga miserum tuum Domine Deus meus. Amen.*

De duobus cæcis. & uno muto. Cap. L.



ET transeunte inde Iesu, scilicet de domo principis, *secuti sunt eum duo cæci*, misericordiam eum clamore in uia petentes: & deuota oratione dicentes: *Miserere nostri fili Dauid*. Vulgata enim erat fama apud Iudæos, quia Christus nasciturus erat de semine Dauid, secundum carnem. Et ideo quia credebant ipsum esse Christum, ipsi Dauid promissum, vocant sic eum Dauid filium. Clamabant autem, quia ad literam non uidebant, quoniam propè est Dominus. Vbi Chrysostomus. Vide autem eorum desiderium, & à clamore, & ab ipsa interpellatione. Neque enim simpliciter accesserunt, sed magnè clamantes, & nihil aliud quàm misericordiam postulantes. Filium autem Dauid uocabant, quia nomen honoris esse uidebatur. *Cum autem uenisset domum*, id est ad hospitiū suum, in illa regione interrogauit eos, si crederent eum hoc posse facere. q.d. Confessi estis humanitatem me dicendo filiū Dauid, si creditis quòd possum hoc facere ut Deus, opus enim est diuinitatis. Non interrogat quasi ignorans eorum fidem, quia omnia sciebat per certitu-

Matth. 9.

Chrysost. hom. 33. in Matthæū.

titudinem, sed ut confessio exterior adderetur fidei interiori, & sic essent digniores illuminari, & mercede ampliori: quia secūdum Apostolum, *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*. Vnde Rabanus: Non quasi nescius interrogabat, sed ut fidem confessio promat, confessionem uirtus, salusque comitetur uirtutem. *Dicunt ei*, fidem confitēdo: *Vtique Domine*. Vbi Chrysost. Non ultra filium Dauid uocant, sed altius extenduntur, & Dominū cōfitentur, quod est nomen potestatis. *Tunc*, post cōfessionem fidei, *tetigit oculos eorum*. Vbi Raban. Confessio oris tactum meruit diuinæ pietatis. Fœlix tactus, ad quem tanta sequitur uirtus. Et dixit, *secundum fidē uestrā fiat uobis*, i. sicut fides mētem illuminat, ita oculis lucem restituat. *Et* statim, *illuminati sunt, & aperti oculi eorū*. Ecce quanta est fides simpliciter credentiū quæ meretur tot donorum collationem, & augmentum à Deo, ut omnia possibilia sint credenti. Nō eos in uia curat, uanlaudes hominum, & iactantiæ gloriā uitare docet. Vnde Chrysostomus: Rursus autem hoc erudit nos gloriā multitudinis expellere: quia. n. propè erat domus, ducit eos illuc singulariter curaturus. Vnde & propter humilitatem etiam *comminatur eis, ne cui dicant*: ut ad fugiendam iactantiā, & inanem gloriam, nos instruat. Vt enim dicit Chryso. Iucæci illuminati *exeuntes*, scilicet de domo, *diffamauerunt eum*, id est famam eius per miraculum factū diuulgauerunt, *in tota terra illa*, & publicè nunciauerūt: & propter memoriam gratiæ non potuerunt beneficium tacere, sed non ingrati gratiæ Dei, facti sunt eius præcones & Euangelistæ. Vnde Hieronymus: Dominus quidem propter humilitatem, fugiens iactantiæ gloriam, hoc præceperat, & illi propter memoriam gratiæ non possunt tacere beneficium. Vnde & Chrysostom. Quod autem alteri dicit: Vade, & enarra gloriam Dei, non est contrarium illi hoc, sed & ualde conueniens. Erudit enim nosipsos quidē, de nobisipsis nihil dicere, sed & eos quiuolunt nos, propter nos laudare prohibere. Si autem ad Dei gloriam refertur, non solū non prohibere, sed & iniungere hoc facere. Vt enim suprà dictum est, solū prohibet Dominus publicari beneficia ad laudē humanam, sed non prohibet hæc enarrari ad Dei gloriam. Vbi sciendū ꝙ præceptum datur, uel ad exequēdum, uel ad probandum, uel ad instruendum. Primū obligat ad faciendum rem præcepti. Secundum, ad sequendum uoluntatem, seu intentionem præcipientis. Tertium, ad discendum aliquid ex præcepto. Et hoc tertio modo *comminatus est eis ne alicui dicerēt*. Vnde non fuit simplex inhibitio dicendi, sed potius moralis instructio: ut exemplo sui, bona quæ faciunt homines uelint latere, sed tamen ut prosint alijs prodant inuiti: & ideo isti non sunt transgressi, quia non fecerunt contra intentionē præcipiētis. Vnde Deus iussit taceri, non simpliciter, sed propter gloriam, sed taceri non potuit, uerum est utiliter, propter aliorū salutem. Nam nō posse utiliter fieri, dicitur secundū ius non posse fieri. De hoc ēt habes suprà de curatione leprosi. Allegoricè, uterq; populus cæcus & sine lumine ueritatis erat, Domino per hoc seculū transeunte: & nisi uterq; in domum, id est in sanctam Ecclesiam ueniat, & uerbo Dei credat lumen non meretur recipere. In ipsa enim Ecclesia, in quam uenit Christus per carnem, illuminantur cæci per fidē Christi incarnati. Vnde Remigius: Allegoricè autem per hos duos cæcos, duo populi designantur, id est, Iu-

Rema. 10.

Rabanus in Matt. c. 9.

Idem ibidē.

Fidei uirtus.

Chrysosto. hom. 33. in Matt.

Gloria uitanda.

Chrysosto. ho. 27. operis imperfe.

Hieron. in Matt. c. 9.

Chrysosto. hom. 33. in Matthæū.

Gloria Dei nō hominū quærenda.

Præcepti dandi triplex ratio.

Remigius in Matt.

A daicus & Gētilis. De utroque autem populo, in se credentes Christus illuminauit in domo, per quā intelligitur Ecclesia, quia absque unitate Ecclesię nullus saluari meretur. Illi autem qui crediderunt aduentum Domini, per uniuersum orbem diffamauerunt: Hæc Remi. Spiritualiter ēt duo cęci sunt intellectus & affectus: duo aūt sunt oculi intellectus: dexter fides diuinitatis: sinister, fides humanitatis. Duo similiter sunt oculi affectus: dexter, amor bonitatis, siue gloriæ diuinæ: sinister, timor iustitiæ uel gehēnæ. Et sic ē quadruplex cæcitas in quatuor oculis. Prima ē, error circa diuinitatē. Secūda est, error circa humanitatē. Tertia est malignitas, contēnens bonitatē, siue gloriā diuinā. Quarta est præsumptuositas, nō uidens gehēnā, & non timens iustitiā. *Egressus autem*, de domo, *illis*, scilicet duobus cæcis iā illuminatis, *obtulerunt ei*, homines illius terrę, *hominem mutum*, & quod peius est, *habentem dæmonium*. Hic secundum Chryso. non erat mutus à natura, sed à dæmone insidiante, & linguam tenente: & ideo, *eiecto*, & expulso per Dominum, *dæmonio, locutus est*: quia amoto impedimento, habuit loquendi officium, sicut prius. In quo, secundum Hilarium, rerum ordo seruatus est, nā dæmoniū prius eijcitur, & tunc reliqua corporis officia succedunt. *Et miratæ sunt turbæ*, s. ex signorū nouitate, *dicentes*: *Nunquam apparuit sic in Israel*, id est talia miracula nō sunt uisa inter Iudæos. Vbi Chrysosto. Præponebant quidem cæteris eum, non quia curabat solū, sed quoniam facilè, & uelociter, & infinitas ægritudines & insanabiles sanabat. Pharisæi autem dicebant: In principe dæmoniorum eijcit dæmonia, quasi dicerent: Nō est hæc potestas à se, uel à Deo, sed à diabolo. Vbi Hiero. Quia uirtutem negare non possunt, opus calumniātur. Et Remigius: Scribæ namque & Pharisæi facta Domini negabant, quæ poterant: & quæ non poterant negare, in sinistram partem interpretabantur. Turbæ namque, id est deuoti & simplices, opera Dei confitebantur, & cum Dei reuerentia & laude admirabantur: sed Pharisæi inuidi & insidiantes, expulsionem dæmonis, principi dæmoniorum ascribebant, & opera Dei calumniabantur. Odium enim & inuidia, faciunt interpretari facta in deteriorē partem, & peruerti iudicia. Pharisæi autē odiebant Christum, quia acriter arguebat uitia eorum: & ideo miracula à Christo facta uirtute diuina, dicebant esse facta arte magica. Et eodem modo, eiectionem dæmonum factam per Christum, dicebant fieri uirtute cuiusdam dæmonis superioris, sibi familiaris & priuati, quem uocabant Beelzebub, cui inferiores dæmones obediebant ad nutum, de corporibus exeundo. Sed istud inferius de alio dæmoniaco, rationabiliter reprobatur à Christo. Mysticè autem, in turbis confessio nationum: in Pharisæis, infidelitas signatur Iudæorum. Et sicut in duobus cæcis signatus est uterq; populus, Iudæorum & Gentium ita in homine muto & dæmoniaco, generaliter signatum est omne genus humanum. Vnde prædicatores obtulerunt Domino hominem mutum, id est genus humanum, mutum à confessione fidei, dæmonium habentē, & idololatriæ deditum. Sed *eiecto dæmonio*, & idololatria relicta, *locutus est mutus*, & Christum cōfessus. Per istū etiam mutū, signatur quilibet homo possessus à dæmone per peccatum mortale. Et dicitur mutus, quia lōqui non potest meritoriè. Sed Deo curandus offertur, quando iusti pro eo deprecantur, & tunc dæmon eijcitur, quando peccatū ipsius à Deo per infusionem gratię relaxatur, tunc ꝙ; soluitur eius lingua,

Oculi intellectus.

Cæcitas quadruplex.

Muti dæmoniaci curatio.

Chrysosto. hom. 33. in Matthęū.

Hilarius can. 9. in Matthęū.

Chryso. ho. 33. in Mat.

Hieron. in ca. 8. Matt.

Scribarum malitia.

Remigius in Matt.

Odiū Pharisæorum.

Peccator est futur dæmoniacus.

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Dei præconia persoluenda. Quando enim dæmone per peccatum possidetur quis, si conertatur & ad pœnitentiam redeat, mox uidebis mutum loquentem, Deum laudantem, seipsum accusantem, & ueritatem prædicantem. Pharisæi autem hoc dæmoniorum principi attribuentes, sunt homines maligni, bona aliorum deprauare & peruertere studentes. Dominus autem non desistebat à prædicatione, propter illorum deprauationem, docens nos accusatoribus nostris retribuere, non accusationes, sed beneficia: Vnde Chrys. Voluit Dominus ipso facto accusationem redarguere Pharisæorum, dicentium *in principe dæmoniorum eijcit dæmonia*: dæmon enim conuitium passus, non benefacit, sed nocet eis qui eum inhonorant: Dominus autem contrarium facit, qui post conuitia & contumelias, non solũ nõ punit, sed etiam nec increpauit, quinimò beneficia præstitit. Vnde sequitur: *Et circumibat Iesus*, hoc est contra negligentes, *omnes ciuitates & castella*, id est omnia loca maiora, & minora: hoc est contra locorũ, uel personarum acceptores. Vnde Theophilus: Non solum in ciuitatibus Dominus prædicabat, sed etiam in castellis: ut discamus parua loca non spernere, neq; magnas semper quærere ciuitates, sed uerbum Dei in uicis abiectis & uilibus seminare. *Circuibat, inquam, docens in synagogis eorum*, i. in locis communibus & debitis, ubi erat conuentus hominum, non in latibulis sicut mos est hæreticis, *Et prædicans Euangelium regni*, id est legem nouam, quæ immediatè ducit ad regnũ, quod non faciebat lex uetus, non fabulosa, inutilia, uel curiosa, *& curans omnem languorem*, prolixum: qui licet non sit multum uehemens, grauat tamen ex diuturnitate, *& omnem infirmitatem*, i. uehementem, quæ grauat ex passionis acerbitate, ut non sermone tantum, sed & opere persuaderet. Ex quo patẽt multa miracula hic in quodam generali conclusa, ad confirmationem legis Euangelicæ à Christo facta. Hic enim ponuntur miracula in generali, quia Euangelistæ non poterant omnia facta Christi scribere in particulari. Nam, ut dicit Ioannes, *multa alia signa fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc*. Sicut enim in Ecclesia legitur, & dicitur in martyrologio & aliorum plurimorum sanctorum martyrum, & confessorum, atque virginum, hac. s. de causa: quia Carolus Magnus fecit inquiri diligenter obitus & actus martyrum, & aliorum sanctorum, & inuentum est quòd diebus singulis, occurrebant plus quàm trecenta festa, propter quod statutum est, ut in fine martyrologij, addatur clausula prædicta, ut saltem in generali, fiat memoria sanctorum, in die transitus eorum. Ita similiter Euangelistæ, quia non poterant omnia miracula Christi in particulari scribere, ideo frequẽter multa concludunt in quadã generalitate, sicut patet hic & alibi in diuersis locis Euãgelij. *Circuibat ergo Iesus*, non ad deuorandum & perdendum, sed ad maxima beneficia eis afferendum. Vnum quidem regni Euãgelium, aliud autem omnium ægritudinum curationem, in quorum primo salus animarum, in secundo salus corporũ exprimitur, & illos quos corpore sanabat extrinsecus, ẽt mente sanabat intrinsecus. Omnium quidem salutem affectabat, & bonum commune, magis quàm priuatum procurabat. Sed proh dolor, hodie bonum priuatum, magis quàm commune quæritur: & per hoc in magna parte mundus destruitur. Hoc autem procedit ex defectu charitatis, quæ non quærit quæ sua sunt, sed quæ aliorũ: Vnde Chrysost. Hæc est perfecta gratia charitatis, quando quis

Chrysosto. hom. 33. in Matt.

Prauæ loca non spernenda.

Languor.

Infirmitas.

Ioan. 20.

Sanctorum numerus. Carolus Magnus martyrologiũ conficiũ iussit.

Mundi perditiõ causa

1. Cor. 10. Luce. 10. Ioan. 10. Luce. 5.

A alijs festinat amplius utilis & lucrosus esse quàm sibi. Igitur ad tam pium Samaritanum, ad tam salutarem pastorem & medicum, in omni necessitate semper est recurrendum, & non solum animarũ, sed corporũ salus, ab ipso solo est quærenda, & in eo tota spes nostra est ponenda, ipse enim melius nouit & considerat quid cuilibet expediat. Vnde August. Bonum est ut de salute corporis non satagas, nisi ut à Deo illa petas. Si scit tibi prodesse, dabit illam. Si non tibi dederit, non tibi proderat habere illam. Nouit Deus quid nobis expediat, id agamus, ut sanum sit cor nostrum à peccatis. Et quãdo fortè flagellamur in corpore, ipsum deprecemur. Hæc fratres ideo dixi, ne quis quærat aliquid, præter auxilium Dei: Hæc Aug.

Matt. 6. August. in

B Permittit quidem Deus tribulationes & tentationes aduenire, & scit quandiu debeant durare: ipse enim qui earum nouit principium & introitum, nouit etiã finem & exitum. Et ideo omnia patienter feramus, & ad ipsum solum recurrentes, omnia sibi committamus. Vnde Chrysost. Orationibus cum diligentia intendamus, & si non acceperimus, immoremur ut accipiamus. Ideo enim aliquandiu, & annuere præcantibus differt, & tribulationes irruere permittit, vt continuè ad ipsum refugiamus, nec ab eo aliquando discedamus. Quia si quales in tribulatione sumus, tales essemus etiam in requie, nequaquam egeremus afflictionibus erudiri. Et quid dico de uobis. Etenim omnes quicumque vmquã clariores induti sunt

psal. 93.

Tribulatio coronas.

C coronas, à tribulationibus & tentationibus induti sunt, & famosi effecti. Quæ omnia cognoscentes, ne festinemus in tempore inductionis mali, sed unum solum eruditamur, ut uiriliter cuncta toleremus, nec de his quæ nobis accidunt, quæstionem curiositatis moueamus. Scire enim quando oportet solui tribulationes permittentis est eas aduenire: illatas autẽ, ferre cum omni gratiarum actione, nostræ est bonæ mentis opus. Quod si fiet, omnia bona sequentur. Vt igitur hæc consequamur, & probabiliores hic, & clariores illic fiamus, omne quodcumque superuenerit, æquo animo susciamus, gratias agentes ei qui super omnes scit magis id quod nobis expediat: & his qui genuerunt uehementius nos diligenti, & ad singula quæque discrimina, has utrasque excogitationes in nobisipsis cantantes, iustitiam comprimamus. Glorificemus autem in omnibus Deũ, pro nobis cuncta facientem, nobisque omnia prouidentem. Sic enim facilè & eas qui uirtuti opponuntur expellemus insidias, & immarcesibiles consequemur coronas: Hæc Chrysostomus.

D

ORATIO.

E DOMINE *Iesu Christe, lumen claritatis æternæ, illumina oculos meos interiores, ne unquam obdormiam in morte animæ, ut per tuã gratiam illuminatus, omnia quæ agenda sunt uideam, & per eandem adiutus ad implendum quæ uidero conualescam: ac inde tua beneficia enarrem, ad tui gloriam & aliorum utilitatem. Aperi etiam Domine os meum mutum, peccata mea per infusionem gratiæ relaxando, & linguam meam ad tua præconia soluendo, ut loquendi gratia percepta me ipsum accusem, te Deum laudem, proximum ædificem, & prædicem ueritatem. Amen.*

De

De missione Apostolorum ad prædicandum cum potestate curationum.
Cap. LI.



Mat. 9. & 10. Mar. 4. & Luce 9.

POSITA Euangelica legislatione, per Christi prædicationem, & descripta eiusdem legis confirmatione, per miraculorum operationem: nunc consequenter ponitur prædictæ legis promulgatio, per discipulorum missionem. Vbi Chrysostomus. Attende autem opportunitatem missionis. Post quam eum uiderunt mortuos suscitantem, mare increpantem, & cætera huiusmodi, & sufficienter uirtutis eius demonstrationem susceperant per uerba & opera, tunc eos emittit. Vnde & glo. Non ab initio misit illos, sed postquam uiderunt paralyticos curatos, & mortuos suscitatos. Quia ergo multi Iesum sequebantur, tum propter prædicationem audiendam, tum propter infirmitatum curationem habendam, Iesus enim ita pauper erat, quòd nec domicilium, ubi caput reclinaret, habebat: & ideo turbæ sequentes eum, fessi & uexati sub diuo, super terram iacebant. Propter quod *uidens*, intuitu clementiæ, *turbas*, ad se congregatas, uiscera misericordiæ expandens circa ipsas, *misertus*, & compassus *est eis: qui erant uexati*, labore corporali, & etiã spirituali, scilicet corporum & peccatorum, & abiectè iacentes, sicut oues pastorem, qui eos dirigeret, non habentes. In quo pontifices Iudæorum redarguit, qui magis lupi, quàm pastores erant. Vnde Hieronym. Vexatio gregis & ouium atque turbarum, pastorum culpa, & uitium magistrorum est. Sacerdotes enim & doctores illius temporis, intenti auaritiæ, non uacabant debito modo eorum doctrinæ, sed erant sicut lupi rapaces, spoliantes populum bonis temporalibus, per malum exemplum reuocantes à spiritualibus. Iesus uerò tãquam pastor bonus, pascebat eos continuè, uerbo doctrinæ suæ spiritualiter, & aliquando etiam temporali subsidio corporaliter. Sicut autem tunc, sic & hodie proh dolor, multi qui pastores dicuntur, attamen ea quę luporum sunt facere non uerentur. Non solum enim non emendant subditos, sed per negligentiam & mala exempla, nocent eorum profectibus. Mittunt collectores decimarum, & confiscatores rerum temporalium, non inquisitores hæreseon, & emendatores uitiorum, & ideo tot & tantæ hæreses, & sentes uitiorum in horto Ecclesiæ iam pullulant & crescunt, quòd uix eradicari & exterminari

Chryso. ho. 33. in Mat. Missio discipulorũ opportuna.

Hiero. in c. 9. Matthæi Pastorum culpa.

A possunt. Vexatio ergo ouium, & negligentia pastorum, fuit occasio mittendi Apostolos ad prædicandum populo, & sanandum infirmos, ut non esset necesse quòd turbæ currerent post Iesum tanto labore. Et quamuis primò Apostolis, & postmodum septuaginta duobus discipulis, cùm eos mitteret, præcepta quædam Dominus dederit, tamẽ quia ferè omnia, & his, & illis, & non solum ipsis, sed & eorum successoribus & imitatoribus conuenire uidentur: ideo in sequentibus, simul ordine congruenti ponuntur. Considerans itaque Iesus uexationem ouium, & negligentiam pastorum, poterat dicere discipulis suis: *Messis quidem multa*, id est, multitudo præparata, ad hoc quod per fidem colligatur, &

B in horreum reponatur. Vnde & alibi dicitur. *Leuate oculos uestros, & uidete regiones, quia albæ sunt ad messem, operarij autem pauci*, id est doctores & prædicatores ueri, respectu tantæ multitudinis conuertẽdæ, quia adhuc nondum prædicauerant Christi discipuli. Messis, est turba credentium, in qua nunc sunt grana cum paleis, id est boni cum malis, sed in futura messione separabuntur. Dicitur enim uno modo messis, collectio hominum ad fidẽ: alio modo, collectio fidelium ad retributionem. Operarij

C sunt in Ecclesia, qui quærunt opus, non otium: onus, non honorem: animas, non decimas: prodesse, non præsse. Pauci autem sunt operarij, sed multi conducticij: pauci operarij, sed multi mercenarij: pauci operarij salutem animarum quærentes sed multi quæstuarij, lucrum temporalium sectãtes. Et ideo rogandus est Dominus, ut operarios multiplicet & mittat eos, quia etsi sunt qui bona audiant, desunt tamen qui dicant. *Rogate ergo Dominum messis*, scilicet me, qui secundum quod Deus, sum Dominus messis, *ut mittat operarios in messem suam*, id est prædicatores ad erudiendum populum. quia nullus sit aptus ad prædicationem uerbi diuini, nisi per gratiam Dei, & ab eo missus immediatè uel mediatè. Ecce optima & necessaria oratio, quã quotidie debemus Deo facere, ut mittat inquit, nõ ut ipsi se ingerant, sicut fures & latrones faciunt, in messem suã, id est in salutem animarum. Ad hoc enim mittuntur, sed multi conuertunt falcem suam in messem alienam, scilicet in temporalia, ad quæ non diriguntur. Dominus

D mittere proponit, & tamen rogari vult, & hoc propter rogantium excitandam charitatem, & augendũ meritum, quatenus fideles sui, non solum de operatione, uerumetiam de affectu & uolantate remunerentur. Ex quo patet, quòd licet Deus uelit aliquid facere, vult tamen quandoque pro hoc, à iustis exorari. *Et conuocatis duodecim Apostolis, dedit eis potestatem*, eijciendi spiritus immundos ab obsessis *& curandi omnem languorem*, corporum, *& infirmitatem*, animarum: quæ quidem Dominus facit potestatiuè, sed discipuli fecerunt in eius nomine, id est inuocatione & uirtute. Vnde Beda. Benignus & clemẽs Dominus, non inuidet seruis atque discipulis uirtutes suas. Et sicut ipse curauerat omnem languorem, &

E omnem infirmitatem, Apostolis quoque suis, dedit potestatem, ut cure nt omnem languorẽ, & omnem infirmitatem. Sed multa distantia est inter habere, & tribuere, donare & accipere. Iste quodcunq; agit, potestate agit: illi si quid faciunt, imbecillitatẽ suam & uirtutem Domini confitentur, dicentes: In nomine Iesu, surge & ambula: Hæc Beda. Per istum numerum Apostolorum duodenarium, qui componitur ex denario & binario, significatur ꝙ Apostoli

&

Messis alle goricè.

Operarij.

Mitti debent prædicatores.

Orari unde Deus.

Ioan. 4.

Beda in c. 9. Luce. Miracula discipulorũ

Duodenarius Apostolorum numerus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mat. 6. & Luc. 10.

& eorum successores, debent præ cæteris implere decalogum legis, & duo præcepta charitatis. *Et misit illos binos*, in signum charitatis, quæ requritur in prædicatoribus, & ut haberent mutuò solatium societatis, quia adhuc erant infirmi. Quando autem erant perfecti, s. post perceptionem spiritus sancti, misit eos simpliciter, siue binos, siue solos quia tũc erant spiritu sancto solidati. *Misit* inquã, *illos prædicare regnum Dei*, i. Euangelium quod promittit regnũ Dei, & docet qualiter ad hoc itur & puenitur: quia per pœnitentiã. Vel, *prædicare*, id est in sua prædicatione pœnitentibus promittere regnum Dei, *& sanare infirmos* corporaliter & spiritualiter. Hoc etiam quotidie facit prædicatoribus Euangelij, si faciant quod in se est, quia dat eis potestatem ejciendi dæmones spiritualiter de cordibus hominũ, & sanandi languores

Missorum qualitates.

uitiorum. Instruxit ẽt Dñs Apostolos quò pergerẽt, & quid facerent, quo uterẽtur, & à quo abstinerẽt & à quibus cauerent, & à quibus non timerẽt. Sicut itaque ex præcedentibus & sequentibus potest intelligi, non nisi uirtuosi sunt missi, pauperes & expediti, stabiles, impigri, & benigni, non malis communicãtes, nec cupidi debent prædicare regnum Dei. *Misit*, ergo, *duodecim, præcipiens eis, & dicens: In uiam gentium*, scilicet quæ ad gentes ducit, *ne abieritis*, ubi prohibuit eis, ne irent ad prædicandum gentibus extra terram promissionis: *& in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis*: qui Samaritani, licet essent in terra promissionis, tñ erãt partim Gẽtiles, & partim Iudæi: qa receperũt libros Moysi, & cum hoc seruierũt idolis.

Samaritani.

Ideo aũt Apostoli fuerunt prohibiti prædicare prædictis gentibus, quia usq; ad passionẽ Christi non erat magnum tempus, & conueniens erat ut eius aduentus primò denunciaretur Iudæis, quibus principaliter erat missus, & ideo tempus quod erat usque ad passionem Christi futurum, erat necessarium ad manifestandum Iudæis per Apostolos, Christi aduentum. Et hoc est quod subditur, *ed potius ite ad oues domus Israel, quæ perierunt*, propter idololatriæ peccatum, & legis præuaricationem. Non ergo negat

Quando gẽtibus prædicare congruit.

quin aliquando ituri sint ad Gẽtes: sed potius & primò ad Iudæos, ne Iudæi haberent excusationem, & causam non recipiendi Dominum & Euangelium, quia ad Gentes missi Apostolos dicentes se qui proprij erant, esse reiectos. Vnde post resurrectionem

Marci ult.

ascensurus in cœlum, dixit eis: *Euntes in mundum uniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uero non crediderit, condemnabitur*. Vbi Hieronymus, Non est

Hierony. in c. 10. Matt.

contrarius locus iste, ei præcepto quo postea dicitur: Euntes docere omnes: quia hoc ante resurrectionẽ, illud post resurrectionem præceptum est. Et oportebat prius aduentum Christi nunciare Iudæis, ne iustam haberent excusationem, dicentes ideo se Dominum reiecisse: quia ad Gẽtes & Samaritanos apostolos miserit. Vnde & Gregorius: Redemptor noster, prius soli Iudææ uoluit, & postmodum cunctis

Greg. hom. 4. in Euangel.

Gentibus prædicari, ut dum illa uocata, conuerti renueret, prædicatores sancti ad uocationem Gentiũ, per ordinem uenirent: quatenus redemptoris nostri prædicatione, à propriis repulsa, gentiles populos quasi extraneos quærerent: Hæc Gregorius. Mysticè in uiam Gentium non est abeundum, id est modus uiuendi eorum non est tenendus: & in ciuitates Samaritanorum, per quas significantur conuenticula hæreticorum, non est intrandum per consensum. Sicut enim Samaritani, i. Gentiles, partim tenebãt ve-

A tus testamentũ, & partim negabant, sic hæretici, partim confitentur fidem Christi, & partim negant. Deinde ostenditur forma docendi, cùm dicitur, *Euntes autem prædicate, dicentes quia appropinquabit regnum cœlorum*, quasi diceret: Prædicate quia propè est, ut aperiatur ianua regni cœlestis, s. mea passione quod regnum ante Christi aduẽtum erat longè, quia nullus poterat illuc peruenire. Hoc regnũ, diuersimodè nominatur. Aliquando regnum Dei, à regnante: aliquãdo autem regnũ cœlorum, à subditis Angelis, & sanctis, qui cœli dicuntur. Itẽ ẽt quia propè est, vt rex cœlorũ regnet in hoĩbus sibi subditis in fide, & hoĩbus obedientibus. Vel *appropinquabit regnum cœlorum*, id ẽ Christus, qui est dator regni cœlorũ. A prædicatio

Regni cælorum nomina.

B ne igit̃ regni cœlorũ, incipit Ioannes & Christus, & discipuli eius. Et quia doctrina nõ est efficax, nisi assit probatio sequitur modus conueniens ad probandum ueritatem huius doctrinæ, s. opera facta uirtute diuina, cùm dicitur: *Infirmos*, corpore uel mente *curate: mortuos*, in corpore uel ĩ anima, *suscitate leprosos*, respersos maculis in corpore uel aĩa, *mũdate*: *dæmones*, ab obsessis, & crimina à peccatoribus, *ejcite*. Hic ponuntur quatuor genera miraculorum, ad prędicationis confirmationem. Procedit autem ordo secundũ mysterium: quia infirmi sunt, qui tentationibus consentiunt. Mortui sunt, qui operantur, & digna mortis opera faciunt. Leprosi sint, qui cõsuetudine se & alios inficiunt. Dæmoniaci sunt, qui contẽnunt. Hæc

Miraculorum quatuor genera Apostolis cessa.

C autem ideo Dominus concessit, ut ipsa miraculorũ operatio, fidem sermoni eorũ faceret. Vnde Hieron. Ne hominibus rusticanis, & absque eloquij uenusta te indoctis & illiteratis, pollicentibus regna cœlorũ, nemo crederet: dat potestatẽ miracula faciendi, ut magnitudinem promissorum, probet magnitudo signorum. Vnde & Greg. Adiuncta sunt autem prædicatoribus sanctis miracula, ut fidem uerbis daret uirtus ostensa, noua facerent, qui noua prædicarent. Et iterũ: Hæc aũt signa in exordio Ecclesię necessaria fuerunt, ut. n. fides crescret credentium, miraculis erat nutrienda. Et Chrys. Postea autem stetẽrunt, reuerentia fidei ubiq; plantata. Si aũt & postea

Causa miraculorum concessorũ. Hieron. in c. 10. Matt. Gregorius hom. 4. in Euangelia.

Chrysost. in ps. 145.

D facta sunt, pauca & rara fuerunt. Deinde excludẽs ab eis cupiditatem, subiungit: *Gratis*, & sine precio, *accepistis*, potestatẽ miracula faciendi, gratiam prædicãdi, & ministerium, sacramenta dispensandi, & dona alia à Deo uobis collata, *Gratis*, & sine pretio, *date*, ãlijs eodem modo quo accepistis, ne desinat esse gratia, sed merces uideatur, ne uilescat inæstimabile, dũ preciabile reputatur. Quasi dicat secundum Hiero. Ego magister & Dominus absq; precio hæc tribui, ergo & uos sine precio date. Vnde & Chryso. Ne uideatur eorum beneficiũ, superbiam eorum comprimit, dicens: Gratis accepistis, & ab amore pecuniarũ eos mundos preparat dicens, Gratis date. Et iterum,

Gratis date.

Hieron. in c. 10. Matt. Chrys. ho. 33. in Matt.

Quasi dicat: Nihil uos de uestro largimini suscipiẽti

E bus, neq; enim mercede hoc accepistis, neque laborantes in ea est gratia, gratis enim accepistis, ita igitur alijs date, neque enim est condignum preciũ eorum inuenire. Hæc Chryso. Hæc audiant Simoniaci, hoc audiãt illi qui spiritalia uẽdere uel emere nõ formidãt. Pro spiritalibus. n. actibus, ut pro administratione sacramentorum & prædicatione, uel miraculorum operatione & consimilibus, non debet aliquid quasi precium accipi, quia non est precium eorum dignum inuenire. Deinde ab omni eos liberat sollicitudine, ut uacationem omnem tribuat uerbo Dei, & tota sollicitudo eorum congregata, conuertatur

Contra Simoniacos.

ad

ad prædicationem Euangelij, dicens: *Nihil tuleritis in uia*, euntes ad prædicandũ, *neque aurum, neque argentum, neque pecuniam aliquam in zonis*, & bursis *uestris*, ad prouidendum, scilicet uobis, in uia de necessarijs, *neque sacculum, neque peram*, i. repositoriũ ciborũ, ad portandum in via, *neque ponem*, qui magis uidetur ne

Cõtra pomposos monachos.

cessarius inter alia, & multò minus cibaria delicata. *Neq; duas tunicas*, i. uestes superfluas, *habeatis*: quot quot enim sunt necessariæ, pro una reputantur, *neq; calciamenta*, scilicet integra, quia Apostoli sandalijs utebantur, *neque uirgam*, quæ scilicet itinerarijs præbet auxilium. Qui enim Domini habet auxilium, cur baculi, uel alterius rei quærat præsidium? Sed si prohibet uirgam & quædam alia, quę uidentur necessaria,

Iuuenal. Satyra 10.

quid de equis & equorum phaleris, uel cæteris superfluis. Vbi omnis cupiditas, & auaritiæ occasio, & sollicitudo temporaliũ tollitur, omne superfluum amputatur, & sola necessaria conceduntur. Denique expeditur uia, & fugit timor, crescit securitas. Vnde nõ immeritò poeta Iuuenalis ait: *Caniabit uacuus coram latrone uiator*. Hoc ergo totum dicit, ad excludendũ

Tẽporaliũ sollicitudo præscribitur à prædicatoribus.

à prædicatione uerbi diuini sollicitudinem temporalium. Temporalia enim, in sui acquisitione molestãt animum, & adhuc plus in sui possessione turbant eũ, quia iã sunt quasi mẽbra, ipsi habenti incorporata, & ideo magis trahunt animum hominis ad inordinatã dilectionem sui. Et quia hoc suffocat uerbum Dei,

Gregorius hom. 17. in Euang.

ideo non debet esse in prædicatoribus Euangelij. Igitur, ut dicit Gregorius, tãta prædicatori debet in Deo esse fiducia, ut præsentis uitæ sumptus, quãuis non prouideat, tamen sibi hos non defecturos certis

Gregorius Nazianzenus, oratione de Pasch. Chryso. ho. 33. in Mat.

simè sciat, ne dum mens eius occupatur ad temporalia, minus alijs prouideat æterna. Et secundum Greg. Nazianzenum, horũ summa est, ut adeo uirtuosi existant, q̃ non minus propter uitæ modum, quàm propter eorum uerbum, Euangeliũ proficiat. Vnde & secundum Chryso hoc etiam eis Dominus præcepit, ut per habitum ostenderent quantum à diuitiarũ desiderio distabant. Et secundũ Theophilum, ut uidẽtes eos prædicare paupertatem, acquiescant, cùm Apostoli nihil habent. Ita autem expresè prohibuit pos-

Rationes paupertatis prædicatorũ, an alij seruare teneantur.

D sessionem temporalium, quia sic oportebat in primitiua Ecclesia, ut ostenderent omnia gubernari dispẽsatione diuina, & ostenderetur uirtus fidei, cõtra errores hominum, qui cursu siderum, uel fortuna, credebant agi omnia, & hoc adhuc competit Apostolicis uiris, Apostolorum successoribus. Quidam tamen sunt qui potestati, non paupertati succedere uolunt: cùm tamen nõ potestati, sed paupertati regnum cœlorũ sit promissum. Tres ergo sunt rationes, quare ho præcepit. Prima, ne sint quasi cupidi & ambitiosi. Secunda, ne sint solliciti quasi pusillanimes. Tertia, ut mittentis uirtutem ostenderet, quando nihil

E eis deest. Si quæritur an alij ad hoc obligantur: dicendum quòd consilium est, non præceptum. Sed certè non auderet aliquis utile & sanum consilium repellere in facie eius, quãto magis illud, quod dedit magni consilij Angelus: & quicumq; huic consilio fiduciali ter adhæreret, non dubiũ quin Deus sufficienter sibi prouideret. Quando enim missi fuerunt Apostoli ad prædicandum, sine sacculo & prouisione aliqua necessariorum, fuit diuinitus eis lautè prouisum: quia nihil eis defuit, quando uerò relaxatum fuit illis prouidere sibi de necessarijs in uia, passi sunt penuries multas postea. Hoc autem fecit Deus ad dandum fiduciam pauperibus prædicatoribus, ad exequendũ constanter prædicandi officium.

A Vbi nota pulchrũ de duobus religiosis, ultra mare ad terram sanctam profectis, exemplum. Cùm. n. ultra mare, & redeũdo circa mare, adhuc inter ignotos essent, semper in Deo solo spem habebant, & nihil de necessarijs eis deficiebat. Cùm autem peruenissent ad dulce natale solum, dixit unus inter eos ad alterum: Modo pericula euasimus, quia iã in terra nostra, & inter notos sumus. Et cùm sic ponerent spem in homine, inceperunt in necessarijs deficere, & maiorem passi sunt penuriam, quàm antè. Et quia quodammodo nudos & expeditos, ad prædicandum discipulos Dominus misetat, seueritatem præcepti in

Religiosi peregrini.

Victus prædicatoribus accipiendus.

sequenti sentẽtia temperauit, dicens: *Dignus est enim operarius*, id est prædicator, q̃ operatur opus Dei ad

B utilitatem proximi, *cibo suo*, id est necessarijs ad uitã, quia in cibo intelligitur etiam uestimentum & domicilium, sine quibus decenter non uiuit genus humanum: quasi diceret: Tantum accipite, quantum in uictu & uestitu, uobis necessarium est. Vnde & Apostolus replicat: *Ordinauit Deus his qui Euangelium annunciãt, de Euangelio uiuere*. Et iterum: *Habentes uictũ & uestitum, his contenti simus*. Hinc est quòd diaconus procedit à presbytero, quasi missus à Domino, ad prædicandum Euangelium, cui subdiaconus fert

1. Cor. 9. 1. Tim. 6.

puluinar quo liber sustentatur: quia alij debent prædicatorẽ sustentare. Dignus est enim operarius mercede sua, non solum æterna, quæ debetur in patria ad

C remunerationem, sed ẽt temporali, quæ debetur in uia ad sustentationem scilicet conuenienti uictu, ac uestitu, & domicilio. Hic est duplex honor, quo digni sunt qui bene præsunt. Nam secundum Gregorium, merces prędicationis hîc inchoatur, & in cœlo perficitur: quia uni nostro operi, dũæ mercedes debentur, una in uia, quæ nos in labore sustentat: alia in patria, quæ nos in resurrectione remunerat. Ergo q̃ non operatur nec laborat, non manducet, nec mercedẽ exigat. Ecce quare præcepit eis nihil ferre, q̃ a omnia debẽtur eis pro labore. De iure enim naturali est, & diuino, ac etiam humano, ut illis qui seruiunt communitati in spiritualibus, s. in diuino cultu & doctrina, prouideatur à communitate in temporalibus necessaria. Non ergo prohibuit eis ferre necessaria, ad

Gregorius hom. 17. in Euangelia. Prædicatorum merces.

sustentationem huius uitæ, sed ut demonstraret hæc eis deberi ab illis quibus prædicarent. Nec omnino & simpliciter præcepit eis illa: sed magis ad reuocandum eorum affectum ab inordinato amore temporalium, ut non quærerent superflua, sed eis sufficerẽt necessaria, quæ in eis non defectura Dominus ordinauit, dando eis potestatem sumẽdi ea ab his quibus

Augustin. lib. 2. de cõ sol. c. 30. Viuere de suo licet prædicantibus. Potestate non uti licet.

euangelizabant: & sic carnalia meterent, qui spiritualia seminabant. Nec tamen inobedientes sunt, qui de suo iure cedunt. Vnde Augustinus: Apparet autem hæc non ita præcepisse Dominus, tanquam Euangelistæ uiuere aliunde non debeant, quàm eis præbentibus quibus annunciant Euangelium. Aliquin contra hoc præceptum fecisset Apostolus, qui uictum de manuum suarum laboribus trãsigebat, ne

Chrysosto. hom. 33. in Matthæũ.

cuiquam grauis esset, sed potestatem dedisse Apostolis, in qua scirent sibi ista deberi. Cùm enim à Domino aliquid imperatur, nisi fiat, inobedientiæ culpa est. Cùm autem potestas datur, licet cuique non uti, & tanquam de suo iure cedere: Hæc Augustinus. Et nota secundum Chrysost. quòd Matthæus & Lucas non calciamenta, neque baculum portare permittit, quod ostendit perfectissimum esse. Marcus uerò iubet baculum assumere, & sandalijs calciari, quod dictum est permissiuè. Vnde & illud de

dua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tunicę dur. Hieronym. in cap. 10. Matthæi.

duabus tunicis non portandis, exponit Hierony. nõ ad literam, sed quòd una tunica dicatur uestimentũ necessarium, secunda superfluum, ne alio uestiti aliud nobis futurorum timore seruemus. Sed si non propter timorem, multò minus propter ostentationem. In quo comprehenduntur, qui particas uestiunt, & arcas implent, & qui equos mutatorijs uestimentorum onerant. Vnde & Augu. Hoc de duabus tunicis intelligendum est, ne quisquam eorum præter eam quam esset indutus, aliam portãdam, putaret sollicitus, ne opus esset, cũ ex illa potestate posset accipere. In Matthæo etiam & in Marco, virga accipitur equi uocè. In Matthæo enim accipitur metaphoricè, ut sit sensus: Neque uirgam, id est nec minimas res. Vel non innitamini subsidio temporali, sicut corpus innititur baculo sustentanti, & similibus. In Marco autem, ubi dicitur: Nisi uirgam, tãtum accipitur ad literam: per quam tamen intelligitur potestas accipiendi sumptus, qua uti potuerunt, uel non uti, secundum quod uoluerint. Vnde doctores Hebræorum, in signum doctrinæ, virgam in manu portabant: quia apud Iudæos consuetum erat prouideri eis de uictu à populo quem docebãt. Ideo Christus uoluit, ꝙ hoc eis pro alia prouisione sufficeret. Per hoc enim ostendebatur, ꝙ populus cui prædicabãt prouidere eis debebat. Igitur nõ prohibet Dominus necessitatem, sed superfluitatem: & prohibet Euãgelium annunciantibus, nimiam curam & sollicitudinem de temporalibus, ne uelint portare ultra necessaria aliud, timentes, quòd sibi deficiat. Item ut sub quanta festinatione ad prædicandum pergere debeãt ostẽdatur adiunxit: *Et neminem per uiam salutaueritis:* Non simpliciter salutationem prohibuit, sed cũ mora & confabulatione, hanc fieri noluit, ne occasione salutationis impedirentur à cursu prędicationis: quo minus scitò salutẽ prædicarent auditoribus. Vel prohibuit ne salutarent, s. ex curiositate. Sicut quidã faciunt, qui non ex studio salutẽ optandi salutare consueuerunt. sed non prohibuit hoc fieri ex charitate, & ad consulendum, ac studio optandi salutem. Vbi ostenditur quanta diligentia & festinatione, prædicator uerbi diuini debet officium sibi iniunctũ exercere, quia non debet ab officio huiusmodi, propter familiaritatem cum aliquo retardari. Et ideo prædicator multum debet plangere tempus, quo prætermittit fructum prædicationis: & similiter alii debent plãgere tẽpus quo prætermittũt spiritualia exercitia, ad eorum statum pertinentia. Item omnium eis aperiens domos de necessario cibo, fecit eos confidere, dicens: *In quamcumque autem ciuitatem aut castellum*, i. in quæcũq; loca maiora uel minora, *intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit*, i. fidelis & bonę famę, & non suspectu ipse uel locus eius, ne infamia suscipiẽtis, fama & dignitas prædicatorum maculetur, & eorum prædicatio & doctrina deturpetur, ac tanquam suspecta impediatur. Vbi Hieronym. Testimonio uicinorum & per famam, eligẽdus est hospes, ne eius infamia, prædicatio lædatur. Ergo multò magis socius eligẽdus ẽ dignus. Itẽ hoc dicit, ut sciat hospes, se magis gratiam accipere, ꝙ dare. *Et in quacumq; domum intraueritis*, causa hospitandi, *in eadem manete*, nõ sine honesta causa inde exeũdo: nec curiosè & inutiliter discurrendo, *donec exeatis*, trãsituri. s. aliò ad prædicandum. Non est tamen intelligendum, quod per hoc uelit excludere causas honestas exeundi, ut ad docendum, uel aliquid huiusmodi faciendũ, cùm propter hoc intrauerint ciuitatem uel castellũ, sed per hoc uult discursus uagos excludere, qui non debent esse in prædicatore: sed magis cessante necessitate exeundi, debet uacare contẽplationi, ut ibi auriat qđ populo postea effundat. Itẽ hortatur eos ad temperantiam, dicens: *edentes & bibentes, quæ apud illos sunt*, id est non quærentes, nec quæri facientes extra domum, delicata & superflua, quæ apud illos non sunt: sed manducate quæ uobis sponte apponũtur & offeruntur ab illis, quamuis modica sint & uilia, non quærentes lautiora uel plura etiam si apud illos sunt talia. Et certè quanto paucioribus & uilioribus utuntur, tanto amplius implent quòd hîc dicitur: Dignum est, ut ibi maneant, & ab eis consequantur terrena, quibus offerunt cœlestia, *dignus est enim operarius mercede sua*, non solum æterna in patria ad remunerationem, sed etiam temporali, in uia, ad sustentationem. Item iubet ne de domo ad domũ quadam uaga facilitate demigrent, & hospitem propter lautiora habenda non mutent, quem etiam ex hoc infamare possent. Vnde iubet hoc ideo secundũ Chrysostomum, ne leues & vagabundi discursores uideantur & gulosi, quibus non sufficit vnius hospitis uictus necessarius, & ne contemnere & iniuriari, seu contristari uiderentur susciptentem, ut ingrati. Duo ergo hîc mandantur, unum de electione hospitij: aliud de impermutatione electi. Nec dicitur hic quin liceat prædicatori aliquando mutare hospitiũ, uel cum alijs comedere, maximè ut nõ grauet hospitem suum, dũ tamen ad dignos diuertat & honestos, sed prohibuit Dominum mutatione hospitij, ratione triplici. Vna est uitatio leuitatis, quæ nullo modo debet apparere in prædicatore. Alia, suspitio gulositatis: quia consuerunt nouos hospites lautius procurare. Tertia, declinatio infamiæ hospitis: quia si dimitteretur, uideretur indignus. Item iubet ut cum benedictione intrent domum dicens: *Intrantes autem in domum, salutate eam*, scilicet familiam, scilicet homines habitantes in ea, ut sit lata relatio scilicet antecedens pro continente, & relatiuum pro contentis, *dicentes: Pax huic domui*, id est familiæ, ut qui cibum & necessaria recipiunt, salutem pacis bene ficium largiantur. Quia prædicator debet habitantibus in domo quam intrat pacem offerre & optare, & non solum optare, sed etiam Euangelium Christi, quod est Euangelium ueræ pacis, prædicare, & eos ad pacem internam & fraternam inducere: ac salutem habitantiũ, bonis uerbis & exemplis procurare, ut appareat eos legatione fungi pro Christo Iesu, qui est uera pax, & saluos omnium. Ob hoc solis uicarijs Apostolorũ scilicet Episcopis præcipuis Ecclesiæ spõsis, licet in principio missæ salutare populum, & dicere: Pax uobis, pax peccatorum, pax temporis, tandem pax æternitatis. Fit ergo introitus, cum optatione salutis: salus, cum optatione pacis. Et hæc duo sunt optanda hospitibus: salus, in amotione malorum: pax, in adoptione bonorum: salus, contra periculum damnationis: pax, quantum ad bonum reconciliationis. Hunc autem modum intrandi & salutandi, Dominus dedit: ut ex hoc ostenderet ad quid ueniret, pacem scilicet facere, bella sedare, prædicatores non de nugis, sed de salute animarum loqui debere, *& si fuerit domus illa digna*, recipiendi pacem oblatã, i. si fuerit eius familia ad uitam æternam prædestinata, *& ibi fuerit filius pacis*, i. amator uel obseruator, uel hæres pacis, ad pacem æternam ordinatus, *ueniet*, & requiescet, *super illam pax uestra*, à uobis nunciata, & eis optata, quia oratio uestra

Augustin. lib. 2. de cõ sol. ca. 30. Virga non portanda.

Salutare in uia quatenus prohibitum.

Discursus uagi prohibentur.

Sobrietatẽ & temperantiam præcipit.

Hospes non mutandus.

Chrysost. hom. 33. in Matthæũ.

Hospitij nõ mutandi rationes.

Pax nostra ab episcopis in principio missæ dicitur. Pax & salus.

stra & prædicatio habebit ibi effectum: recipientque pacificè uestram doctrinam, & sequentur eam, quæ prouocat ad pacem æternam. *Si autem non fuerit digna*, id est ad uitam æternam non ordinata, & nullus doctrinam uestram receperit & secutus fuerit, uos tamen nõ eritis sine fructu, nec priuati merito uestro, quia, *pax uestra*, id est meritum & merces optatæ pacis, ad uos reuertetur: nam uobis à Deo recompensabitur. Et quamuis non habeat quantum ad ipsos effectum: uos tamen habebitis mercedem inde apud Deum, à quo pro labore uestri operis reddetur uobis præmium. *Et quicunque non receperint uos*, hospitio, necessaria uobis ministrando, *neque audierint sermones uestros*, uestris monitis obtemperando, *exeuntes de domo*, uel ciuitate illa, *excutite puluerem pedum uestrorum in testimonium illis*, siue signum scilicet triplex, quia Iudæi signa quærunt, & mos fuit Iudæorum typicis & figuratiuis uti operibus. Primum, ut dicit Hieronymus, in testimonium laboris sui, scilicet ꝙ ingressi sunt ciuitatẽ, & prædicatio ad illos peruenit. *Excutite ergo puluerem*, id est minima itineris & laboris, quæ pro illis sustinuistis exponite: & erit eis occasio maioris damnationis. Secundum signum est, quia puluis in pedibus, signum est laboris: excussio puluueris, inutilitatem significat laboris: inutilia enim excuti solent & abijci. Excutiendo ergo puluerem, ostendunt quia inaniter laborauerunt, & ideò inexcusabiles erunt: nec iniustè damnabũtur qui salutem sibi oblatam recipere noluerunt. Tertium signum est, ut ostenderent se ab eis nihil terrenum quærere, nec etiam minimum de terrenis opibus accipere: ut nec etiam puluerem de terra sua sibi paterentur adhærere, cùm incorrecti fuerint, & Euangelium spreuerint. Ergo nihil unquam nec etiam necessaria accipiantur ab incorrectis, & à contemptoribus Euangelij & indignis. Vel *excutite puluerem pedum*, id est leuia peccata, quæ solent ex talibus accidere, etiam in hominibus perfectis. Moraliter pedes iubentur excuti in signum excusionis terreni appetitus, uel humanæ laudis. Prohibentur ergo in prædicatoribus & prælatis, farcinarũ multiplicitas, uictus curiositas, temporalium cupiditas, uestium superfluitas, instabilitas, & malorum communicabilitas. Et ne leuis culpa uideatur Apostolos non recipere, subdit: *Amen dico uobis: tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati*, id est habitatoribus illius ciuitatis, quæ spreuit uos & sermones uestros. Huius ratio est secundum Hieronymum, quia illis non fuit prædicatum: huic autem cùm prædicatum sit, non recipit Euangelium. Et secundum Rabanum, quia illi solum legem naturæ transgressi sunt, sed isti etiam legem scriptam, & dicta Prophetarum & Apostolorum. Non fit comparatio horum, quantum ad peccatum carnale, quo Sodomitæ grauius peccabant: sed quantum ad peccatum inhospitalitatis, quo isti magis peccabant, quia de illis dicitur quòd egeno manum non porrigebant: sed isti tantos post auditam ueritatem repellebant, & non est dubium quòd grauius peccatum est negare uictum seminantibus spiritualia, quibus tenentur homines de iure naturali, diuino, & humano, quàm manum non porrigere egeno simplici spiritualia non seminanti. Cui enim multum datum est, multum quæretur ab eo. Vnde Beda: Sodomitæ, etsi in hospitales fuerint, inter cætera carnis animæque flagitia, nulli tamen apud eos tales hospites, quales Apostoli reperti sunt. Et Loth quidem aspectu & auditu iustus erat: non tamen ibi aliquid docuisse, aut signa fecisse, perhibetur. Vnde & Remigius: Specialiter tamen Sodomorum & Gomorrhæorum mentionem facit: ut per hoc demonstret, quia illa peccata sunt Deo magis odibilia, quæ fiunt contra naturam, pro quibus deletus est mundus aquis diluuij, & quatuor ciuitates submersæ, & mundus quotidie diuersis malis affligitur. Vnde secundum Hieronymum, uidens Dominus hoc peccatum in carne, penè desiit incarnari, quia naturam, quam assumpturus erat, corruperant. Summa enim munditia, talem summam immunditiam maximè abominatur, & sustinere non potest. Vnde etiam dicit Augustinus: Qui autem faciendo quod malum est, etiam mala consuetudine se implicant: ut ipsa consuetudo mali non eos sinat uidere quia malum est: fiunt defensores malorum factorum suorum: irascuntur cùm reprehenduntur, intantum ut Sodomitæ quondam dicerent Loth reprehendenti nequissimam uoluntatem, habitare uenisti, non leges dare. Tanta enim ibi nefandæ turpitudinis consuetudo erat, ut iam nequitia esset iustitia, & prohibitor potius reprehẽderetur, quã factor: Hæc Augustinus. Quàm grauiter autem hoc peccatum Deus punierit, testatur mare mortuum, siue diaboli: & uerè mortuum, quia nil uiuum recipit, & diaboli, quia instinctu eius quatuor ciuitates, igne sulphureo concrematæ, in illud submersæ sunt. Vnde mare maledictum etiam appellatur, semper fumans, & tenebrosum de uaporibus, quasi sit inferni caminus. Est ultra Hiericho, non longè positum: diuiditque Iudæam & Arabiam, & habet in latitudine septem leucas. Et licet quinque ciuitates fuerint destructæ propter hoc peccatum, tamen duæ nominantur tantum, quia maiores & famosiores erant in multitudine populi, & turpitudine peccati.

Signum triplex.

Hieronym. ibidem.

Rabanus & Matthæũ.

Pulueris excussio.

Gravitas peccati prædicatorem repudiantis. Exech. 16.

Beda in c. 9. Luce.

Sodomiticũ crimnis detestatio.

Sodomę abominatio.

Augustin. ser. 44. in uerbis do.

Gene. 19.

Sodomia punitio.

Mare maledictum.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, *qui discipulos tuos ad prædicandum mittens, dedisti eis potestatem curandi ac præcepta uiuendi & conuersandi: dirige pedes meos in uiam pacis: & da mihi salutem mentis & corporis: & ut habeam in operibus iustitiam, in moribus disciplinam: & in omnibus tuum timorem & amorem: mortifica in me omnia uitia: meque tuis donis interius & exterius reſtaura: ut ea quæ discipulis tuis præcepisti, pro modulo meo merear imitari: & cum ipsis æterna gloria, de tua misericordia munerari. Amen.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De patientia in aduersis habenda. Cap. LII.



Matth. 10.

ET quia omnem sollicitudinem discipulorum abiecit, & signorum ostensione armauit, ac ferreos quosdam operatus est & fecit, ab omnibus huius uitæ negocijs eos eruens, & ab omni temporanea sollicitudine liberans: nunc post prospera, dicit etiam illa quæ debent eis contingere mala, ad præliandum contra mundum & diabolum: eos præparans, & ad patientiam contra aduersa toleranda instruens. Quia, ut dicit Seneca, cuius dolori est remedium, patientia. Et hæc præcipuè discipulis erat necessaria. Qui enim, ut dicit Gregorius, locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare: ut ex ipsa sua mansuetudine, iram sæuientium mitiget, & peccatorum uulnera in alijs, ipse afflictionibus uulneratus sanet. Dicit ergo: *ite*, scilicet ad prædicationis officium, *ecce ego*, Dominus & magister uester, qui uos elegi, uos docui: ego Dominus omnipotens, qui uos armaui: ego cui nemo resistere ualet: ego inquam qui Dominus sum messis *mitto uos*, homines electos, doctores instructos, milites armatos, medicos peritos, *sicut oues*, id est simplices & innocentes, per arma nos defendentes: ut lacte doctrinæ alios nutriatis, exemplo mansuetæ cõuersationis attrahatis, pro eis etiam corpora exponatis, *in medio luporum*, id est Scribarum & Pharisæorum, & aliorum crudelium persecutorum & detractorum: qui dicũtur lupi propter rapacitatem, & crudelitatem, & dissimilitudinem, quasi dicat: Sicut mansueti inter crudeles, ad patiendum itis, patientiam & innocentiam custodite. Non uos defendatis, quia oues estis, sæuiant illi qui lupi sunt. Mirabilis uenator est Dominus, qui per agnos, siue oues, capit & deuincit lupos: per patientiam, uincit potentiam. Et bene dicit, *in medio luporum*, ut patientia sit quasi centrum ad omnẽ iniuriam circundantem. Item *in medio*, per communem omnium conuersionem, ac propter ouium unitatem in fide, & luporum pluralitatem in erroribus. Et hæc unitas maximè facit uincere. Quia ut dicit Ambrosius, omnis pugna unanimiter aggressa, parit uictoriam. Dicit autem: *Ecce ego mitto uos*, ut dum mittentis potestas consideratur, periculi magnitudo non teneatur. Vnde Chrysostomus: Quæ igitur horum erat consolatio Mittentis uirtus. Ideoque hoc ante omnia posuit, dicens: *Ecce ego mitto uos*. Sufficit hoc ad consitendum, & nullum formidandum superuenientium: uides authoritatem, uides potestatem, uides uirtutem inexpugnabilem: Hæc Chrysostomus. Mittit Dominus discipulos, sicut oues inter lupos, sed heu hodie multi prælati sunt inter suos, sicut lupi inter oues. *Estote ergo prudentes sicut serpentes*, cõtra scribarum astutiam & fallaciam, scilicet ad intelligendas & cauẽdas fraudes & insidias, *& simplices sicut columbæ*, contra tyrannorum crudelitatem & malitiam, ſad sustinendas, & ignoscendas læsiones & iniurias. Prudentia est necessaria, in præcauendis malis: simplicitas, in faciendis bonis, quasi dicat: Sicut serpentes residuũ corporis, pro capitis periculo exponunt, & caput in quo uita est, toto corpore occultando custodiunt, & lethale uulnus excludunt: ita & uos totius corporis periculo, caput uestrum, id est me, ac fidẽ & animam integrè & incorruptè seruate, & custodite. Et sicut columbæ sine felle & amaritudine malitiæ sunt, & nulli malum faciunt: ita & uos innocentiam custodiendo, malum inferre uel referre alijs nolite, ut per prudentiam, malum deuitetis: & per simplicitatem, nulli malum faciatis. Potest etiam prudentia serpentis considerari in tribus. Veterem enim pellem ad arctum foramen deponit: corpus, ꝙ capitis salute exponit: & cũ sit frigidæ naturæ, solem diligit. Pellis depositio pertinet ad insipientes, qui debent deponere, secundum pristinam conuersationem ueterem hominem, cum actibus suis. Corporis expositio pro capite, ad proficientes pertinet, qui pro mente defendenda, quæ est caput hominis, totum hominem morti tradunt. Solis dilectio pertinet ad perfectos qui insistunt diuinæ cõtemplationi, quia & illuminantur & inflantur. Sic. n. serpens propter duo diligit solem. ſpropter caloré, quo natura vigoratur: & propter lucem, quia illuminatur: quia cũ senescit amittit uisum: ſed ad radios solis, directè oculos opponens recipit eũ. In his tribus nos dominus uoluit assimilari prudentiæ serpentis: sed non in uenenata complexione, non in anfractuosa deambulatione. Simplicitas similiter columbina debet esse in tribus scilicet cognitionis in iudicando: habet enim blandos oculos, & dulcem aspectũ. Affectionis in diligendo: figitur enim in amore ad genus suũ, unde & frequentat osculum. Intentionis operando: residet enim super fluenta aquarũ, ut accipitris insidias caueat per umbrã. Et secundum Remig. bene adiungit prudentiæ simplicitatẽ: quia simplicitas absq; prudentia, facile decipi potest: & prudentia periculosa est ad decipiendum, nisi simplicitate tẽperetur. Vnde patet ꝙ astutia vulpina vituperabilis est: & similiter ruditas bouina: sed mediũ est tenendũ, & medio modo est incedendũ. unde &ꝛ Gre. Vtraque necessario in admonitione coniungit: ut simplicitatẽ columbæ, astutia serpentis instrueret: & rursus serpentis astutiã columbæ simplicitas tẽperaret. Vnde & Chry. Estote ergo prudentes sicut serpẽtes, ad intelligendas fraudes: estote simplices sicut colũbæ adignoscẽdas iniurias. Nolo uos esse semper quasi columbas ne propter simplicitatem nimiam per seductionem in laqueũ incurratis. Nolo vos esse semper sicut serpentes, ne ex corde contra aliquem uenena fundatis, sed secundum tempus & personas mutetis & mores. Et ut breuiter dicam, estote prudentes sicut serpentes ut omne malum intelligatis & caueatis: estote simplices ut columbæ, ut non faciatis ullum malum: quia intelligere malum laudabile

Prudentia & simplicitas necessaria sunt.

Prudentia serpentis in tribus.

Serpentis assimilari debemus. Simplicitas columbina in tribus.

Prudentia simplicitati adiũcta.

Patientia prædicanti necessaria.

Venatormirabilis dominus.

Mittentis uirtus.

bile est facere autem uituperabile. Nec qui intelligit malum, ille facit malum, sed qui facit malum: Hæc Chrysosto. Et subiungit aperiendo quos lupos dixerit: *Cauete autem ab hominibus*, scilicet lupis deteriorib us, id est, ab hominum persuasionibus, qui quærunt fraudulenter uos decipere, & uiolenter peruertere. Vbi se exponendo Dominus declarat, qui lupos non bruta, sed homines dixerit. Vnde Chrysost. ita dixit: Attendite uobis ab hominibus, quasi à quibusdam pessimis malis, & super omnia mala malis: ostẽdere volens, quia præ omnibus malis, homo est pessimum malum. Nam si bestiæ eum cõparare uolueris, peiorem inuenies eum. Bestia enim quamuis sit crudelis, tamen quia irrationalis est, declinabitur ab homine crudelitas eius. Homo autem crudelis, cum sit rationalis, non facilè euadetur crudelitas eius. Si comparaueris hominem serpenti peiorem inuenies eum: quoniam serpens, etsi malitiam habet, tamen & hominis habet timorẽ. Ideo si quidem potuerit, mordet: si autem nõ potuerit, fugit. Homo autem malitiam habet serpentis, & timorem nõ habet sicut serpens. Ideo quandiu non habet tempus, latet sicut serpens: si autẽ tempus inuenerit, irruit sicut bestia. Adhuc autem omnis bestia, si quidẽ irritata non fuerit: in silentio transit. Homo autem non irritatus, insanit à quibus nõ fuerit irritatus. Et ut breuiter dicam, unaquæque bestia, unum & proprium malũ habet, homo autem omnia mala habet in se. Denique homo malus, peior est quàm ipse diabolus: diabolus enim si uiderit hominem iustum, nõ est ausus ad eũ accedere: homo autem malus, quamuis hominẽ sanctum uiderit, non solum illum non timet, sed adhuc magis contemnit: non enim diabolus præstat homini uirtutẽ sed homo diabolo. Arma ergo diaboli homo est malus. Sicut enim homo sine armis nõ potest aliquid facere contra hostem: sic & diabolus sine homine non ualet contra sanctos. Et iterum: Virtus diaboli, homines mali sunt: nec enim potest aliquod malum seminare in mundo, nisi per suos ministros: qa in sanctis non inuenit locum. Hæc Chry. Vnde Aug. Si Christianus es, ipse mundus inimicus est, absq; priuatis inimicitijs. Non enim est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem: sed aduersus principes & potestates & spiritualia nequitiæ, id est aduersus diabolum & angelos eius: quia & quando patimur homines importunos ille instigat, ille inflãmat, ille tanquam vasa sua mouet. Attẽdamus ergo duos hostes: quem videmus, & quem non videmus: hominem uidemus, diabolum non uidemus: hominem diligamus, diabolum caueamus: pro homine oremus, contra diabolum oremus. hæc Augu. Vnde etiam legitur in uita sancti Columbani, quòd cum ipse per opaca solus inter deuia ambularet, & librum humeris ferens, de scripturis sacris secũ disputaret, subitò cogitatio in mentem ruit, quid eligeret, melius in hominum iniurias incidere, an ferarum fœuitiã sustinere. Cumque urgeret cogitationẽ illata sæueritas, crebrò fontem signo crucis armans, atq; orans, inter se ait: Melius esse ferocitatẽ bestiarum absq, alieno peccato, quàm hominum rabiem sustinere cum damno animarũ. Vnde interrogatus quidam à philosophis, quare horribilis homo grauior esset ei, quàm quodlibet pondus; taliter eis respondisse fertur. Homo, inquit, horribilis pondus est solius animæ: alia verò pondera, animæ & corporis sunt. Vnde Sen. Quid est homini inimicius? Alter homo. *Cauete igitur ab hominibus*, uos malitiosè & insidiosè ad peccatum trahere nitentibus, ne uos decipiant, ne uos seducãt, ne uos blanditijs, & persuasionibus, ne uos minis & flagellis a ueritate deuiare faciant. *Tradent enim uos primum, in concilijs*, id est in locis priuatis, ubi cõueniẽtes consiliantur, quasi rationabiliter operentur, uos ibidem conueniendo, uel prohibendo, ne prædicetis in nomine meo, & deinde incorrectos *flagellabũt uos in synagogis suis*, i. in publicis conuentibus, & congregationibus ubi cõueniunt sub specie cuiusdam iustitiæ & sanctitatis: & tandem, *ad magistratus*, id est principes synagogæ, scilicet pontifices, *& ad reges*, id est ad maiores principes, *& præsides*, id est principes maiores, scilicet Romanorum, *ducemini*, scilicet uiolenter, non mansuetè: ut scilicet condemnemini ad mortem, quod non licebat Iudæis, quia erant subditi Romanis, *propter me*, id est confessionem nominis mei: ecce optimus titulus & honestissima causa patiendi: quia, ut dicit Beda, felix iniuria, cui Deus est causa. Vnde & Chrysost. Non enim parua consolatio est, propter Christum pati: quoniam non ut pernicioſi & nociui hoc patiebantur. Et hoc *in testimonium illis*, scilicet Iudeis de eorum peruersitate, *& gentibus*, de earum correctione: illis ad accusationẽ, & gentibus ad compunctionem & correctionem, *in testimonium*, quippe saluationis electorum: & *in testimonium*, damnationis reproborum: quia contra illos, & pro istis, ferretis testimonium. Vnde Chrysosto. Ante reges & præsides stantes, in testimoniũ & illis gẽtibus, & dum apostoli accusantur, dum respondent in quibusque prætorijs, Christi ueritas prædicetur, Iudæorum perfidia demonstretur, & gentibus ad salutem credentibus mysterium reueletur. Et iterum: Mors quippè iustorũ, bonis in adiutorium est: malis in testimonium: ut inde peruersi sine excusatione pereant, unde electi exẽplum capiunt ut uiuãt: Hæc Chrys. Futuris ergo aduersis, ut præuisa minus lædant, a domino prædictis quia tot terroribus auditis discipuli turbari poterãt: coniungit contra terrores consolationem, dicens: *Cũ autẽ*, inducent & *tradent uos*, ad iudices: adducẽdo oppositiones contra vos, machinando, ut me negetis, *nolite cogitare*, & solliciti esse, uos præ sollicitudine anxiando: qualiter aut, *quomodo*, id est de modo proferendi, quoad formam, *aut quid*, id est de modo inueniendi, quoad materiam, *respondeatis*, interrogantibus, uel *loquamini*, discere uolentibus, *dabitur enim uobis*, scilicet a patre luminum, *in illa hora*, scilicet ad respondendum opportuna, *quid loquamini*, id est sapientiam in mente, & eloquentiam in ore. Non confidatis de scientia uestra & eloquentia, sed de diuina prouidentia, quia spiritus sanctus docebit uos: tunc sine præmeditatione uestra, quid loqui oporteat. *Non enim uos estis qui loquimini*, id est non ex solo ingenio uestro procedunt uerba uestra, sed ex spiritus sanctus gratia: *spiritus enim patris uestri est, qui loquitur in uobis*, ut in organis: quia sicut organa emittunt modulationem ad motum temperantis, sic bonum quod prædicatur loquitur ad uoluntatem patris inspirantis. Per hoc autem, ut dicit Chrysostom. ad prophetarum eos dignitatem reduxit, qui scilicet Dei spiritu sunt locuti. Vnde Gregorius: Ac si membris suis infirmantibus dicat: Nolite pertimescere, uos ad certamen acceditis, sed ego præliabor, uos uerba æditis, sed ego sum qui loquor. Hinc Paulus ait: *An experimentum quæris, eius qui in me loquitur Christus?* Securi ergo ibant, quocunque ducebantur. Securus enim

Homo malus, pessimũ malũ & bestia peior.

Homo omnia habet mala, bestia unum.

Homa malus arma diaboli.

Hostes duo.

Horribilis grauissimum pondus.

Iniuria felix.

Mors iustorum.

Prophetarum dignitas apostolis collata

1. Cor. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim ad prælium uadit, qui talibus armis, & sub tali principe pugnat: securus ad concilium pergit, qui tali prolocutore causam suam defendit. Vnde Chrysostomus: Cùm autem tradent uos, nolite solliciti esse quomodo aut quid loquamini, mea est enim causa. Ideò uos mihi tantùmodo personas præstate, & ego uobis sensum. Nam sollicitum esse ante iudicium, non est præparatio rei, sed desperatio de Deo. Sinite ergo, ut in causa sua Deus loquatur pro uobis, q cõscié tiã interrogantis agnoscit. Nõ.n.est possibile, ut rex qui milites suos mittit ad bellũ, nõ præstet illis arma aduersus hostem. Qui ergo sollicitus est quid loquatur, in sua sapientia sperat, quæ est prima causa ruinę. Nam in persecutionibus uirtus Dei non requiritur, nisi præcesserit fides. Vnde & Hieronymus: Cùm ergo propter Christum ducimur ad iudices, uoluntatem tantum nostram pro Christo debemus offerre. Cæterùm ipse Christus, qui in nobis habitat, loquitur pro se: & Spiritus sancti in respondendo, gratia ministrabitur: Hæc Hieronymus. Per hoc tamen nõ intendit excludere meditationem respondẽdi, & viã prouidendi de responsione, si tempus & scientiæ facultas adsit, sed promittitur securitas si ista deficiãt. Quod frequenter contingebat in primitiua Ecclesia, quia tunc sæpe fideles illiterati & simplices: subitò trahebantur ad iudices, & Deus prouidit illis. Vnde nõ debent propter hoc conturbari, si ista deficiãt, quia hominibus de Deo confidentibus, Spiritus sanctus non deficit in necessitate, cùm non possunt aliter occurere. Et item, quia in tali casu sufficit ad salutem cõfiteri constanter in generali, fidem, quod potest facere quilibet Christianus quantumcunque simplex. Et patet ex prædictis quòd non loquitur hic de uerbis prædicatoris. Debet enim prædicator uerbi diuini præcogitare qualiter debeat uerbum Dei proponere: aliter tentaret Deum, si negligeret de hoc cogitare, dum tamẽ de hoc tempus opportunum possit habere. Hanc prohibet Dominus prouisionem, in dicendis ornatum, & nimiam sollicitudinẽ, per multum temporis. Facile est enim ueritatem dicere, quę sine ornatu persuadet ut recipiatur ubique. Et ne in auxilio amicorum confidant, subiungit grauiorem persecutionem, quæ est ab amicis. Quia secundum Gregorium, plus in nobis ea tormenta sæuiunt, quæ ab illis patimur, de quibus præsumebamus, quia cum damno corporis, mala nos cruciant amissæ charitatis. Vnde ait: *Tradet autem frater fratrem, pater filium, & filius parentes in mortem*, scilicet infidelis fidelem. Quia, ut ait Hieronymus, nõ est inter eos ullus fidus affectus, quorum diuersa fides est. Vnde Chrysostomus: Nemo speret in patronis, nemo in amicis, aut parentibus: cùm etiam frater fratrẽ tradat in mortem, pater filium, & filius patrem. Vide quale tuncin cendium persecutionis ardebit, ut nec sibiipsi parcat natura. Quomodo autem tunc patronorum, aut amicorum fidem integram quæras: cùm uideris amicitiam fraternitatis & paternitatis esse extinctam? Si enim amicitia in ipsa natura deficiet, quomodo inuenietur extra naturam? Hæc Chrysost. *Et eritis odio omnibus hominibus*, humana sapientibus, scilicet amatoribus mundi, qui inimici sunt Dei. Homo enim hîc magis dicit uitium, quàm naturam, quia multum repugnat amor Dei, & mundi: distant enim plus, quàm cœlum & terra: quasi dicat: Eritis odio non solum inimicis, sed etiam amicis, non solum extraneis, sed etiam propinquis, & parentibus & fratribus. Sequentes enim Christum frequenter sunt odiosi alijs, etiam carnalibus fratribus. Et subditur, *propter nomen meum*, quod additur propter consolationem eorum, quia delectabile est propter amorem nominis Domini, esse odiosum. Quòd enim habetur odio propter nomen Christi, causa est sufficiens patienter persecutiones sustinendi: & ad hoc magnũ sequitur præmium, quia non martyrem facit pœna, sed causa. Et ne in tribulationibus deficiant, cõsolatur eos subiungens: *Qui autem perseuerauerit usque in finem*, s. in gratia permanendo, non finaliter succumbendo. Vel secundum Remigium, qui præcepta fidei non deseruerit, & in persecutionibus non defecerit, *hic saluus erit*, quia finis non pugna, coronat: non.n.cepisse, sed perfecisse, uirtutis est. In quo non modicã dat consolationem inter persecutiones & in tolerantia tribulationũ, quia non inchoantibus, sed perseuerantibus, confertur præmiũ. Non.n.coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Hoc significatur in signo Tau, quæ est ultima litera, quo omnes saluandi signãtur. Dicit enim hîc, in signũ discretionis, singularitatis, & paucitatis. Vnde Chrys. Quia incipere multorũ est, finire paucorũ: semper in principio delectatio est, in fine probatio. Cura bonæ fidei, est exitus bonus, quia nõ incipere aliquod bonũ gloriosum ẽ, sed finire. Quod propter Deũ fit, æternum est, sicut Deus æternus est. Cùm ergo conuersus fueris ad Deũ, & cœperis Deo seruire, & opera iustitię facere, nec aliquãdo acta tua præterita recorderis, sed finem tuũ cogita, quia præteritorũ operum bonorum consideratio, negligentiã uel iactantiam operatur, cõsideratio autẽ finis timorem. Vnde & Ber. Perseuerantia est uigor uirtũ, consummatio uirtutũ nutrix ad meritũ, mediatrix ad præmium, soror patientiæ, constantiæ filia, amica pacis, amicitiarũ nodus, unanimitatis uinculũ, sanctitatis propugnaculũ. Tolle perseuerãtiam, ne obsequiũ habebit mercedem, nec beneficium gratiam, nec fortitudo laudem. Denique non qui inceperit, sed qui perseuerauerit, saluus erit: Hæc Bernard. Et nota quòd duplex est perseuerantia. Vna est, continuatio in bonis operibus: hæc non est in præcepto. Alia, perseuerantia uoluntatis in proposito bene agendi, & hæc est in præcepto. Et quia Apostoli adhuc erãt infirmi, nondum uirtute ex alto induti docet eos tãquam teneros fugere, ut pluribus possint prodesse, dicens: *Cùm autem persequebantur uos in una ciuitate, fugite in aliam*, ut amplius diuulgetur nomen uestrũ, & uestra prædicatio audiatur, & ut uestræ infirmitati prouideatur, & hostibus parcatur. Vnde Chrysosto. Sciens in tentationibur infirmitatem humanæ naturæ: *si quis uos*, inquit, *persecutus fuerit in ciuitate ista, fugite in alteram*. Non enim contemno timidos, nec elogo tantũ fortes, quia non uirtutem hominum Deus considerat, sed uoluntatem. Nã ille qui fugit, etsi uirtute quidem dissimilis est, uoluntate tamen æqualis est. Nam sicut iste ideò passus est, ne se magis uideatur amare, quàm Deũ: ita & ille ideò fugit, ne uictus in doloribus, thesaurũ Christianitatis amittat: Hoc autem mandat, non ut qui steterit peccet: sed ut qui fugerit, non peccet. Infirmitati humanæ consulit non fidei promptioris uirtutem excludit. Dicimus autẽ ad cõsolationem fugientium Christianorum, quoniam si aliquidem fortis fidei est: magnæ autem humilitatis fugere: Hæc Chrysost. Vnde & Remig. Sicut præceptum perseuerandi in persecutionibus, specialiter ad Apostolos pertinet, & ad eorũ successores uiros fortes: sic licentia fugiendi satis cõuenit infirmis in fide. Cuilibet condescendit pius magister,

Chrysosto. ibidem. Sollicitudo ante iudicium.

Hieron. in c. 10. Matt.

Spiritus sanctus loquitur in bonis sed cum bonis.

Simplex bene respondere potest.

Prædicator præcogitet dicenda.

Gregorius hom. 35. in Euangelia. Amico ũ persecutio cur grauior Hieron. c. 10. Matth. Persecutio fratrum. Chrysosto. ho 24. operis imperf.

Remigius in eum locũ.

2. Tim. 2.

Chrysosto. ho. 24. operis imperf.

Bernardus epist. 129. Perseuerantia laus.

Perseuerantia duplex.

Remigius in eum locũ. Fugere possunt infirmi.

ster, ne si se ultro ad martyrium obtulisset, forta sis positi in tormentis negarent, leuius enim erat fugere, quàm negare. Sed quamuis fugiendo perfectæ fidei constantiam in se non ostenderent, tamen magis meriti erant: quoniam omnia pro Christo parati erãt deserere fugiendo. Nisi autem illis licentiam fugiendi dedisset, dicerent eos aliqui a lienos esse à gloria regni cœlestis: Hæc Remigius. Vbi sciendum quòd persecutio aliquando est personalis, ut quando quis quæritur ad mortem: non quia fidelis principaliter, sed propter odium personæ determinatæ, & tunc est semper fugiẽdum: sicut Paulus quærebatur ad mortem in Damasco. Quod patet ex hoc, quia alij fideles permittebantur ibi pacificè habitare: sed quærebant solum Paulum interficere. Ideò dimissus à fratribus per murum, fugit persecutionem personalem non timendo persecutionem, sed potius declinando, ut multis prodesset. Itaque non est imperfectionis fugere, secundum dictamen rectæ rationis ad tẽpus salubrius: ut saluetur fugiẽs ad maiores fructus. Aliquando autem non solum est persecutio personę, sed etiam fidei & iustitiæ: & tunc si homo percipiat probabiliter quòd ex fuga sua sequatur derisio fidei, & depressio iustitiæ: fuga est mala, & peccatũ mortale. Si autem non apparet hoc probabiliter, sed magis contrarium: utpote, quia ex fuga tali potest alibi fieri utilitas Ecclesiæ, ex mansione autem non habetur nisi occisio ministrorum Ecclesiæ, & conculcatio articulorum fidei ab obstinatis infidelibus, tunc est fugiendum, & alibi proficiendum, qui enim non potest in uno loco proficere, debet ad alium transire. Vnde Augustinus: Faciant ergo serui Christi, quod præcepit uel permisit, sicut ipse fugit in Aegyptum. Fugiant omnino de ciuitate in ciuitatem, quando eorum quisquam specialiter à persecutoribus quæritur: ut ab alijs qui non ita quæruntur, non deseratur Ecclesia, sed præbeant cibaria conseruis, quos aliter uiuere non posse nouerint. Cùm autem omnium, id est Episcoporum, clericorum, & laicorum est cõmune periculum, hi qui alijs indigent, non deserantur ab alijs quibus indigent. Aut igitur ad loca munita omnes transeant: aut qui habent necessitatem remanendi, non relinquantur ab eis, per quos illorum Ecclesiastica supplenda est necessitas: ut uel pariter uiuant, uel pariter sufferant quod eos paterfamiliàs uolet pati: Hæc Augu. Sed ne dicerent, Iusisti ne ad Gentes iremus, quid ergo faciemus si omnes ciuitates Iudææ circumiemus, & nos abiecerint? Hoc præuenit, hunc timorem remouendo, dicens: *Amen dico uobis, non consummabitis ciuitates Israel*, prædicando scilicet ibi aductum, uel fidem Christi, *donec ueniat filius hominis*, resurgendo scilicet à mortuis, quia denunciato aduentu Christi ab Apostolis per ciuitates Iudææ, immediatè passus est Christus, & à mortuis resurgens, apparuit discipulis. Vnde Rabanus: Prædicit quòd non ante prædicationibus suis, ad fidem perducerent ciuitates Israel, quòd resurrectio Domini fuerit perpetrata, & toto orbe terrarum, prædicãdi Euangelium potestas concessa. Vel si intelligatur de aduentu Christi ad iudicium, tunc intelligenda est consumatio prædicationis Apostolorum per totum orbem: quantũ ad conuersionis effectũ, quia ubiq; dispersi sunt filij Israel, secundum prædestinationem. Licet enim prædicatio Apostolorum, discurrerit per totum orbem tempore ipsorum: *quia in omnem terram exiuit sonus eorum*, tamen effectus cõuersionis fidelium, quantum ad eos qui generaliter con

Persecutio personalis.

1. Cor. 11.

Rabanus in Matthæ.

Psal. 18.

A uertendi sunt ad fidem, habebit plenariè effectũ circa mũdi finem dicit: *Amen dico uobis, non consummabitis*, id est, complebitis *ciuitates Israel*, fugiendo, uel fidem prædicando, & ad fidem conuertẽdo: *donec ueniat filius hominis*, scilicet ad resurrectionem generalem, in gloria patris. Non enim conuertentur communiter filij Israel, donec prope finem mundi. Vnde Chrysostomus: Et quasi dicentibus eis, quandiu possumus fugere. Grauior est enim fuga lõga, quàm uelox mors consolans eos. Propterea Dominus ait: *Nõ consummabitis ciuitates Israel, donec ueniat filius hominis*. Si de Apostolis hoc tantum intelligitur dictũ, non procedit intellectus, cùm multò antè defuncti sint Apostoli, quàm Christus aduenìat. Sed omnia quæ ad Apostolos loquitur, etiam ad illos loqui videtur, qui postmodum per illos fuerant crediturí, usq; ad exitum mundi. Ipsi enim duodecim erant capita totius Christianitatis futuræ. Et quemadmodũ, quod in os miseris, per tota corporis membra dispargitur, sic & Apostolis quod dicebatur, ad totam plenitudinem Christiani corporis pertinebat. Sciebat enim Dominus quia notitia eius tot occupata fuerat ciuitates, ita ut penè omnes totius orbis terræ ciuitates Israeliticæ dicerentur: Hæc Chrysostomus. Deinde post ostensam magnitudinem tribulationis imminentis, hortatur discipulos ad eius tolerantiam, & consolatur eos suo exemplo, & procedit à minori sic: Si in magistro, in Domino, in patre familias blasphemias iniecerunt, & iniurias multas sine causa fecerunt, & ipse patienter & intrepidè sustinuit: multo plus fiet in ipsis qui sunt ut discipuli, serui, & famuli, & ipsi similiter debent patienter sustinere. Vnde dicit: *Non est discipulus super magistrum, neque seruus supra Dominum suum*, intelligendum est donec & quandiu fuerit discipulus, & seruus non est, inquam, super magistrum & dominum, secundum honoris naturam: vel *non est discipulus*, id est, non debet esse, *supra magistrum, nec seruus* debet uelle *supra dominum suum*: contraria, & quasi potentiora magistro, & dño suo operãdo: quasi dicat: Non dedigne mini tolerare uos serui & discipuli quod ego tolero, uel tolerabo, Dñs & magister; quia dñs sum faciens quod volo, & magister docens quod utile scio. Mea exẽpla vos doceant, ad me respicite quid in me fieri uidetis, hoc in uobis ne formidetis. Qui me offendere & persequi non timent, uos quoque offendere & persequi non timebunt. Vnde Chrysost. Nunc incipit eos consolari in passionibus corũ futuris suo exẽplo. Naturalis est res si pro Deo iniuriã patimur, ab aliquibus indignis irascimur & dolemus. Si uerò audierimus aliquam præclaram personam quæ similiter passa est, refrigeramur, & inflatio indignationis nostræ laxatur. Dicimus enim si uir ille qui clarior est quàm ego, passus est talia, planè ego iniuriæ meæ non debeo sentire dolorem. Quanto magis consolabuntur discipuli in passionibus suis cùm discipuli essent, & serui, recordante Christum Dominum & magistrum talia aut maiora perpessum: Hæc Chrysostomus. Et ideò debent Dominum non solum patienter, sed etiam gaudenter sequi: quia ut dicit Seneca, Malus miles est, qui imperatorem gemens sequitur. Et subiungit: *Sufficit discipulo*, id est, sufficere debet, *ut sit sicut magister eius, & seruo, ut sit sicut dominus eius*: iniurias suscipiens, & uindictam non quærens: mala recipiens, & beneficia conferens, uel sufficere debet eis si non plus conculcetur & contemnantur. Perse-

Tribulatio tolerandia.

Exemplum Christi.

Seneca epistola. 108

Universidad de Deusto Biblioteca

ctus autem erit si sit sicut magister & dominus eius ipsum in suis imitando operibus, quia perfectio & assimilatio magistri. Vnde Beda: Si magister non suas vult uindicare iniurias qui Deus est, sed ipsos mauult insectatores patiendo reddere mitiores, eandem necesse est discipuli qui puri homines sunt, ut regulam perfectionis sequantur: Hæc Beda. Hoc autem dictum Domini in proposito est uerum, vbi de se loquitur, qui est magister & Dñs: imò pater omnium, se enim dicit magistrum & Dominũ: Apostolos autem & eorum imitatores usque ad finem seculi dicit discipulum & seruum. Huius magistri, & Domini imitatio, est humana perfectio. Vnde Augustinus: Summa Christianæ religionis, est imitari quem colis. Non autem dicit hoc Dominus de alio: si enim magister indoctus fuerit, non sufficit discipulo ignorantia magistri: & si Dominus miser fuerit, non sufficit seruo miseria Domini. Vel secundũ Chrysostomum: Non secundum ea quæ rarò contingunt, sed ab amplioribus & ab his quæ sunt in pluribus suscipit hunc sermonem. Et addit: *Si patrem familias*, id est, me qui paternam gero sollicitudinẽ, patris habens authoritatem. *Beelzebub uocauerunt*, i. me operari in Beelzebub dixerunt, *quanto magis domesticos eius*: scilicet uos in hoc etiam diffamabunt? Quòd enim Apostoli facerent miracula uirtute dæmonis, sępe dixerunt Iudæi & Gentiles, ut patet multipliciter ex Apostolorum legendis. Non ergo boni contristari debent, si fortè ab aliquibus prauis hominibus sine culpa detrahatur eis: quia ad consolationem nostram sua Dominus opprobria adducere dignatus est, dicens: *Si patrẽfamilias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticos eius?* Sunt enim plurimi qui uitam bonorũ fortasse amplius laudant quàm debent, & ideò ne eis elatio de laude surreptat, permittit omnipotẽs Deus malos in obtrectatione prorumpere: ut si qua culpa ab ore laudantium in corde bonorum nascitur, per obtrectationẽ malorum ad pœnitentiam reuocentur. Sed inter uerba laudantium & uituperantium, ad mẽtem semper recurrere debemus: & si in ea non inuenitur bonũ quod de nobis dicitur, magna tristitia in nobis generari debet: & si in ea non inuenitur malũ quod de nobis dr̃, in magnam lætitiam resilire debemus. Vnde Gregorius: In omne quod de nobis dicitur, semper taciti ad mẽtem recurrere debemus interiorem testem, & iudicẽ quærere. Quid enim prodest si omnes laudẽt, cùm conscientia nos accuset? Aut quid poterit obesse si omnes nobis derogent, & sola nos conscientia defendat? Vnde Cato:

Cùm te quis laudat, iudex tuus esse memento.
Plus alijs de te, quàm tu tibi credere noli.

Sed vt dicit Gregorius: Qui non amat gloriã, non sentit contumeliam. Et de uirtutibus alijs & uitijs similiter iudicabis. Valde autem periculosum est hominẽ in præsentia sua laudari, quia oporteret eũ ualde fortem in Deo esse, quòd non eleuaretur intus in corde: ut etiam consulit Horatius:

Quales commendes aspice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

Igitur loco gloriæ id amplectimur, si Domino nostro in passionum conditionibus adæquamur. Quia enim in igne tribulationis peccata purgantur, ideò sicut tunc caput Ecclesiæ Christum fluctibus passionum Deus exposuit: sic & corpus eius, scilicet Ecclesiam suam usque in finem seculi, ad probationem & purgationem tribulari permittit. Aspera enim & dumis ac sentibus plena & horrida est uirtutis uia. Sic Patriarchæ, sic Prophetæ, sic Apostoli, sic Martyres sic Cõfessores & Virgines, & quotquot placuerunt Deo, per multas tribulationes transiere fideles, sic etiam omnia Christi mẽbra usq; ad diem iudicij pertransibunt. Vnde Augustinus: Nullus seruus Christi sine tribulatione est. Si putas non habere persecutiones, nondum cœpisti esse Christianus. Et subiungit Dominus concludendo, *ne ergo* domestici & imitatores mei, *timueritis eos*: scilicet persecutores, homines fragiles & peccatores, nec eorum blasphemias, uel sæuitias, omittendo ueritatẽ fidei propter persecutionis timorem: sed ferte patienter iniurias, propter Dei amorem. Ad tolerandum igitur patienter aduersa, multum iuuat, si quis Christum pro se passum cogitat. Vnde Augustinus: Noli esse pusillanimis, si enim pleno corde intuitus fueris quid pro te Christus passus fuerit, nec tu pusillanimitate deficies: sed magnanimiter & tu quicquid aduersi acciderit tolerabilis, insuper & gaudebis, quia inuentus es in aliqua similitudine passionum regis tui. Et iterum si ille qui uerissimè dixerat: *Ecce uenit princeps mundi huius, & in me nihil inueniet*: dictus est peccator iniquus, Beelzebub insanus, tu dedignaris serue audire pro meritis tuis quod Dominus audiuit nullis meritis suis: Ille uenit ut præberet tibi exemplum, quasi gratis hoc fecerit si tu non proficis. Quare enim ille audiuit, nisi cùm audire tu non deficeres? Ecce tu audis, & deficis. Frustra ergo ille audiuit, non enim propter se, sed propter te audiuit. Ideò enim prior ille sustinuit, ut nos sustinere disceremus, & si ille qui non habebat quod sibi obijciebatur: quanto magis nos qui & si non habemus peccatum quod nobis obiicit inimicus, habemus tamen alterum quod dignè in nobis flagellatur. Nescio quis furem te dicit, & non es fur: audis opprobriũ, non tamen sic nõ es fur, ut non sis aliquid quod Deo displiceat. Et iterum: Vnusquisque considerans conscientiam suam, si mundi amator est, mutetur: fiat amator Christi, ne sit Antichristus. Si quis ei dixerit quòd Antichristus sit, irascitur, iniuriam sibi factam putat. Dicit ei Christus, Patiens esto. Si falsum audisti, gaude mecum, quia & ego ab Antichristis falsa audio. Si autem uerum audisti, conueni cõscientiam tuam, & si audire times esse, plus time: Hęc August. Vnde & Grego. Tunc illata conuitia bene toleramus, cùm in secreto mentis ad mala perpetrata recurimus. Leue quippe uidebitur quòd iniuria percutimur, dum in actione nostra conspicimus, quòd peius est quod meremur: Hæc Gregorius. Deinde Dominus hortatur discipulos ad tolerantiam, ex consideratione diuini iudicij, in quo omnia manifestabuntur: quia bona & mala omnium erunt omnibus manifesta, tale enim erit iudicium quod omnibus uidebitur iustum: quod non posset esse nisi merita, & demerita uiderentur ab omnibus manifestè. Vnde dicit: *Nihil enim est opertum*, in præsenti tempore quantum ad operata, quæ occultantur ex industria, *quod non reueletur*, in iudicio futuro, *& nihil est occultum*, nunc quantum ad cogitata quæ occultantur ex propria natura, *quod tunc nõ sciatur*: quia non solum opera, sed etiam cordis secreta quæ soli Deo sunt nota, tunc erunt nobis manifesta. q. d. secundum Hieronymum: Nolite timere persequentium sæuitiam, & blasphemantium rabiem, neque æmulemini simulatores, quia ueniet dies iudicij, in quo & uestra uirtus, & eorum nequitia omnibus

Augustin. lib. 8. de ciuitate c. 18. — Imitatio Christi, hominis est perfectio. — Chryso. ho. 35. ĩ Mat. — Detractio quibusdam expedit. — Te nõ quæsieris extra. — Gregorius epist. 45. lib. 8. — Laudari in præsentia periculosum est. — Tribulatur Ecclesia militans. — August. in psal. 55. — Passionis Christi memoria. Augustin. in psal. 68. Ioan. 14. — Cõtumeliã & opprobria audire docemur. — Antichristi qui sint. — Grego. lib. 30. moraliũ ca. 17. Cõuitiorũ tolerandorum facilitas. — Hierony. in c. 10. Mat.

nibus demonstrabitur, & cuilibet secundum opera sua tam interiora quàm exteriora reddetur, quia tunc patientia martyrum præmiabitur, & nequitia persecutorum punietur. Nolite ergo Euangelium erubescere, sed tota intentione uerbo operam date, fixa mente retinentes illum extremæ retributionis diem, quo illuminabit Deus abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordium: tunc enim erit uobis à Deo laus, & aduersarijs ueritatis pœna manet æterna. Consideratio huius manifestationis debet dare magnam audaciam in ueritatis prædicatione, & prædicatores monere ad prædicandum ueritatem securè. Propter quod subditur: *Quod dico uobis*, scilicet modo existentibus, *in tenebris*: scilicet timoris, id est, dum adhuc in timore carnali estis, *dicite*, id est, prædicate *in lumine*, id est, in fiducia securitatis: quod & fecerunt accepto Spiritusancto, *& quod in aure auditis*, id est, solo auditu percipitis, *prædicate*, opere complendo, existentes, *super tecta*, id est, corpora uestra, quæ sunt animarum domicilia. Vel *quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine*, id est, quod auditis in mysterio, & ænigmate, prædicate apertius & manifestè, *& quod in aure auditis, prædicate super tecta*, id est, quod uos erudiui in paruulo Iudææ loco, audacter dicite in toto mundo: uel *quod dico uobis in tenebris*, id est, in locis priuatis, *dicite in lumine*, id est, in locis publicis & communibus: quia Apostoli postea in palàm populo prædicauerunt ea quæ seorsum à Christo didicerunt, *& quod in aure auditis*, id est, in secreto soli: *prædicate super tecta*, id est, publicè coram omnibus nulli abscondentes uerbum, quasi quis stet super tectum, & clamet in publicum. Et loquitur secundum modum in Palæstina, ubi domus non habent tecta cacuminata, sed plana, & ibi solebant sermones fieri ad populum inferius in terra positum. Considera hîc, quia discipuli Domini exponuntur persecutionibus, nos autem in pace pigritamus, propter quod uenia digni non sumus. Vnde Chrysostomus: Quo utique erimus digni, in pace molliti & pigritantes? Nullo denique bellante occidimur, nullo persequente dissoluimur. In pace saluari iussi, & neque hoc possumus, quæ igitur nobis uenia? Non flagella, non carceres, non principes, non synagogæ, non aliud aliquid talium imminet, sed & contrarium uniuersum. Nos regnamus, etenim reges pij sunt, & honores multi sunt Christianis, & neque ita superamus. Si igitur fieret prælium ecclesiarum, & persecutio, excogita quantà esset derisio, quanta opprobria. Et ualde decenter: Cùm enim in palæstra nullus exercitatur, qualiter in agone erit clarus? Sta igitur aduersus passiones, fer utiliter dolores qui sunt mentis, ut & eos qui sunt corporis sustineas. Etenim beatus Iob, nisi bene esset exercitatus ante agones, non utique ita clarus in agonibus effulsisset: nisi meditatus fuisset extra omnem tristitiam esse, dixisset utique aliquid pertinax, nunc autem ad omnia stetit certamina. Hanc igitur fortitudinem, hanc mansuetudinem, & nos zelemus illius qui ante legem & gratiam fuit: ut æternis cum eo possimus communicare tabernaculis: Hæc Chrysostomus.

Super tecta prędicare. — Tecta Palæstinorum. — Pigritia nostra reprehenditur. Chrysosto. homelia in Matth.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, clementissime, qui discipulos tuos ad præliandum contra mundum & diabolum sicut oues inter lupos misisti, & eis consolationem intolerantia tribulationum præstitisti, confirma fragilitatem meam, & mihi contra mundi pericula, & insidias diaboli, præbe firmitatem: custodi me ab hostibus meis uisibilibus & inuisibilibus, & da mihi patientiam in aduersis & tribulationibus, ut te meum creatorem semper sentiam meum defensorem, & in præsenti uita semper à te defensus, post hanc ad te perueniam à peccatis omnibus absolutus. Amen.

De morte non timenda, & Christo confitendo. Cap. LIII.



POSTQVAM Dominus excussit discipulis timorem persecutionũ, & infamiæ, seu maledictionis, consequenter aufert eis timorem mortis corporalis, quæ est ultimum omnium terribilium in hoc mũdo & finis. Et ut ait Chrysostomus: Non promittit eis ereptionem à morte, sed permittit mori, maiora largiens quàm si non fecisset hoc pati: suadere enim contemnere mortem, maius est quàm eruere à morte. Euacuat autem Dominus timorem mortis sex rationibus, quæ in serie literæ ponuntur. Prima est ex consideratione humanæ impotentiæ, quia homines non possunt lædere nisi in minimis, scilicet in corpore, & sic læsus proficit in magnis: scilicet in anima. Vnde ait: Dico autem specialiter uobis amicis meis, qui nihil terrenum cupitis: qui debetis alijs esse exemplum fortitudinis. *Nolite timere eos qui occidunt corpus*, id est, hominem in corpore tantum, & ad tempus, *animam autem non poßunt occidere*, quin Deus eam corpori reddat, & ipsum corpus resuscitet. Vbi Chrysostomus: Nolite timere eos qui occidunt corpus, ne fortè propter timorem mortis, non liberè dicatis in lumine, qđ audistis in tenebris: nec fiducialiter prædicetis omnibus, quod ĩ aure soli audistis. Sicut ergo ex his uerbis ostẽditur, non solũ ille est proditor ueritatis, qui trãsgrediens ueritatẽ palàm pro veritate mẽdacium loquitur: sed etiã ille qui non liberè pronunciat ueritatem, quam liberè nnnciare oportet, aut non liberè ueritatem defendit, quam liberè defendere conuenit, proditor est ueritatis. Non solum ille transgressor est ueritatis, qui palàm denegat ueritatem:

Matt. 10. — Chryso. ho. 35. in Mat. Timor mortis expellitur sex rationibus. — Chrysosto. ho. 25. operis imperf. Vera taceri nolunt. Proditor ueritatis.

Universidad de Deusto Biblioteca

tem: sed etiam ille qui propter timorem eorum qui possunt occidere corpus, tacet ueritatem. Et quid dico, quia propter timorem mortis tacent homines ueritatem, propter miserum ventrem, & propter spē vani honoris tacent homines ueritatem. Sed fortè dicis: Si taceo veritatem ante aduersarios, nunquid consentio mendacio eorum? Dic mihi: Si princeps aliquis Romani imperatoris, uidens ciuitatem Romanam ab hostibus expugnari: cùm posit liberare, defendere neglexerit: num ipse videbitur tradidisse, quam potuisset liberare si voluisset? sic & tu uidens ueritatem Dei ab impiis expugnari, cùm posis eam defendere si loquivoluisses, tacēs expugnasti per hoc ipsum quòd eam passus es expugnari. Et si propter timorem eorum, qui occidunt corpus tacere ueritatē impietas est: quomodo non sit impietas maior tacere veritatem, propter miserum ventrem, & spem vani honoris, melioremque facere gratiam panis & honoris, quàm gratiā veritatis Dei. *Et nolite timere eos qui occidunt corpus*, quoniam corpus & si ab impijs occisum non fuerit propter Deum, à seipso post modicum morietur propter naturam: ergo occisi secundū corpus ab impijs, nihil perdunt nisi mortis dilationē, magis autem nec ipsam dilationem. Si enim verum est, quòd nec folium cadit de arbore sine præcepto Dei, & qa numerati sunt nobis dies ad uitā, credere debemus quòd nec moriuntur ante diem, nec transire possumus diem.

Ante diem mori.

Tamen ponamus quoniam & ante diem moritur, qui moritur propter Deum. Si ergo & gratis post modicum morituri sumus, nulla Dei causa proposita, quare nō ante modicum in causa Dei cum gloria morimur ut fiat sacrificium uolūtarium proposita causa Dei: vt offeramus Deo pro munere quod aliquando reddituri sumus pro debito.

Mutuo accepit anima corpus.

Ecce si mutuo acceperis, ut puta bouem, aut equum, aut asinum, nonne asiduè opus tuum operaris in eū? Dicis enim apud te, hodie aut cras tollēdus est à me, quia non est meus. Et in corpore corruptibili natus, quare non ad utilitatem animæ tuæ uteris corporali corpore tuo, sciens quia post modicum tollendum est à te, quia non est tuum. Quæ est ista insipientia nostra odire quod nostrū est, & amare quod nostrum non est? Studere quod seruare non possumus, & negligere quod in æternum habebimus?

Timor mortis quid sit.

Nolite timere eos qui occidunt corpus. Quid est timor mortis? Non dolor exeundi de corpore, sed desperatio uitæ post mortem, id est, timet mortem, qui non putat se uiuere post mortem. Vis scire: Ecce frequenter homines grauem dolorem patiuntur in infirmitate, & non moriuntur, & tñ magis contenti sunt grauē dolorē pati, & nō mori. Vides ergo quia nō dolor mortis, sed mors ipsa timetur. Et iterum: Qui malæ conscientiæ est, semper pusillanimis ac timidus est: Hæc Chrys. Vnde ait Seneca: Timidum non facit animū, nisi reprehensibilis uitæ conscientia mala. Hæc Seneca: Sit ergo tibi singularis & superexcesiua fiducia in Christo, & eius promisis & uerbis in omni periculo & dubio, & in omni inopia cor ineffabiliter assecurans, ita quòd si omnia castra dæmonum, & tota synagoga peccantium, ac tota caterua mundanorum sapientium & principum te obsideāt, habeas omnes pro fumo uolatili, & pro stuppa, & pro spuma gracili & inani, & si in principio tentationis fortis fueris: postea minus uinci poteris.

Chrysosto. ho. 25. operis imperfe.

Vnde Chrysostomus: Omnis operatio inimici talis est. In primis grauis, & ferrè intolerabilis est impetus eius. Quia si quis forti animo sust inuerit eum, secun

Impetus aduersarij nostri.

A dò inueniet eum infirmiorē. Et quāto plus repercussus fuerit, tanto magis frigescit. Vnde puto in persecutionibus Christianis si in primis quando comprehenduntur non denegauerint territi, nullis poterunt postea uinci doloribus: quia diabolus non tantū habet in se uirtutis, quantum terroris: Hæc Chrysostomus. Secunda ratio est, ex consideratione diuinæ potentiæ, quia Deus potest potestate ordinaria, non ab alio delegata uel permissa, & animā & corpus perdere, quod plus est quàm corpus occidere. Vnde dicit: *Sed potius eum timete, qui potest corpus & animam perdere in gehennam*, quæ est mors animæ æterna. Manum enim omnipotentis nullus potest effugere, neque viuus, neque defunctus. Vnde in Ecclesiaste:

Eccle. 12.

B *Deum time, & mandata eius obserua, hoc*, id est, ad hoc, *est omnis homo*. Nullum siquidem summè pius perdit, sed perdere dicitur quando nō saluat: sicut indurauit cor Pharaonis, i. non emolliuit, sed indurari permisit.

Securitas magna. Prouer. 19.

Vt autem dicit Gregorius: Magna securitas est nihil timere præter Deum, & stultus timor est, quo plus timetur humana indignatio quàm diuina. Nā, ut dicit Sapiens: *Qui timet hominem, citò corruet, qui sperat in Domino, sublevabitur*. Sed proh dolor, hodie à multis plus timetur offensa hominis, quā Dei, & magis damnum corporis, quàm animæ. Iustū enim est ut timeamus non timenda, qui timere nolumus timēda.

Chrysosto. ho. 25. operis imperf.

Vnde Chrysost. Quia enim quæ oportet nō timemus, C propter hoc quæ non oportet formidamus. Timore igitur mundi expulso, seruite Domino timore gehennæ, donec illū charitas foras mittat permanente casto timore, i. reuerentia sine fine Deo exhibēda.

Chrysosto. ibidem. Timor naturalis. Timor multiplex.

Vt enim dicit Chrys. In natura creauit Deus timere carnalia mala, ut per timorem carnalium magis timeamus spiritualia. Et sciendum quòd multiplex est timor: scilicet humanus, mūdanus, naturalis, seruilis, initialis, filialis, siue castus. Duo primi sunt uitia, duo ultimi sunt uirtutes, duo medij nec uitia, nec uirtutes.

Humanus timor quid est.

Humanus timor ille est quo quis à bono declinat ad malum, ut uitet corporale periculum. Sicut Petrus qui ne mortem incurreret, uitam negauit: D immemor eius quod audierat à magistro, nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem nō possunt occidere.

Mundanus & naturalis timor quis est.

Mundanus timor est ille quo quis à bono declinat ad malum, ut uitet temporale incommodum siue damnum. Sicut Herodes qui ne regnum perderet innocentes occidit, illic trepidans timore ubi non erat timor. Naturalis timor est ille quo quilibet homo naturaliter horret pœnam, & timet nocumentum naturæ.

Psalm. 52. Mar. 14. Seruilis timor quis s. 1. Ioan. 4.

Sicut & ipse Christus, de quo legitur quòd Iesus cœpit pauere & tedere, contristari & mœstus esse. Seruilis timor est ille quo quis timet peccare propter gehennam, & non amore iustitiæ, sed formidine pœnæ cohibet manum, sed non E animum à peccato. Et de tali timore legitur: Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Initialis timor est ille quo quis timet gehennam, & cum hoc Dei offensam, ac declinat à malo partim amore iustitiæ, & partim formidine pœnę.

Eccle. 1.

De hoc timore legitur: *Initium sapientiæ timor Domini: Intellectus bonus omnibus facientibus eum*. Omnis isti timores sunt imperfecti, qa perfecta charitas foras mittit timorem.

Filialis timor.

Sed filialis siue castus timor est ille, quo quis amore boni & uirtutum succensus purè timet offendere Deum, & ab eo separari, ac declinat à malo tantum amore iustitiæ. Iste timor est perfectus, & nō expellitur per charitatem, imò augetur secundum augmentum charitatis. Et de isto timore legitur:

Psal. 18.

legitur: *Timor Domini sanctus permanens in seculum seculi*. Prohibet ergo Dominus ne timore humano vel mundano, & propter corporale periculum, vel temporale commodum de uirtute ad vitium declinemus.

Augustin. tractatu 43. in Ioā. Timor seruilis & castus.

De timore seruili & filiali seu casto, specialiter sic dicit Augustinus: Est timor seruilis, & est timor castus. Est timor ne patiaris pœnam. Est alius timor ne amittas iustitiam. Timor ille ne patiaris pœnam, serui est. Non est magnum timere pœnam, sed magnum est amare iustitiam. Eam Deus innocentiam probat, qua homo non metu pœnæ fit innocens, sed amore iustitiæ. Nam qui timore non peccat, quamuis non noceat cui vult nocere: sibi tamen plurimum nocet & abstinens ab iniquo opere, sola tamen reus est voluntate. Et iterum: Inaniter putat victorem se esse peccati, qui timore pœnæ non peccat, quia etsi non impletur foris negocium malæ cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas intus est hostis. Nam quātum in ipso est, mallet & non esse iustitiam punientem peccata. Inimicus iustitiæ est qui pœnæ timore non peccat, amicus autem erit si ex amore iustitiæ non peccauerit. Mandatum Dei si timore potius fit pœnæ quàm amore iustitiæ, seruiliter fit & non liberaliter, & ideò nec fit.

Bonum nemo inuitus facit.

Non enim bonus fructus est qui non de charitate procedit. Nemo inuitus facit bonū, etiam si bonum est quod facit, quia nihil prodest spiritus timoris, vbi non est spiritus charitatis: Hæc Augustinus.

Chryso. ho 1. de uerbis Isayæ. Horatius in epistolis.

Vnde & Chrysostomus: Qui in timore seruit Deo, pœnam quidem euadit, mercedem autē iustitiæ non habet: quia inuitus fecit bonum propter timorem. Vnde etiam dicit Horatius.

Oderunt peccare boni uirtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Vnde dicit Seneca: Non putes virtutem hoc effecturam, quod efficit nimia formido. Tertia ratio est, ex consideratione diuinæ prouidentiæ: quia prouidētia Dei ordinatur vita & mors sanctorū, quia & irrationabilium animaliū, ergo non est eis timendum, siue viuant, siue moriantur. Vnde dicit: *Nonne duo passeres asse ueneunt*, id est, venduntur: (quia veneo, venis, habet sensum pasiui sub voce actiua) *& tamen unus ex illis*, quantuncumq; sint parui precij & valoris, *non cadet super terram*, & in laqueum, id est, non morietur *sine patre vestro*, id est, sine Dei patris prouidentia in qua sunt omnia, quasi dicat: Nolite timere mortem, quia mori nō potestis sine nutu & voluntate Dei patris quod liquet in minoribus.

Passer non cadit sine Deo.

Si enim passeres qui parui & uiles sunt in auibus, & minimi precij sine Dei voluntate vel permisione non possunt mori, quantomagis vos qui pluris estis hoc est apud Deum maioris dignitatis & precij: quia rationales ac empti precio magno, & redempti sanguine Christi, non moriemini sine ordinatione Dei. Non est enim proportio valoris infinitorum passerum ad unū spiritum. Et ita patet ratio secūdum appreciabilitatem.

Hierony. in c. 10. Mat.

Item potest probari secundum æternitatē, & est sensus secundum Hieronymum: Si peritura sine Dei prouidentia non pereunt, vos qui ęterni estis timere non debetis quòd absque Dei prouidentia viuatis.

Chrysosto. home. 25. operis imperfe.

Vbi Chrysostomus: Si ergo passeres in voluntate Dei positi sunt, non in potestate hominis, quos Deus ad usum hominnm fecit: quantomagis vos nō estis in potestate hominum, sed in uoluntate Dei, quos Deus ad suam gloriam fecit. Si passer euentu nec moritur, nec cadit, propter hoc ipsum quia opus Dei est, quā tomagis iustus homo non est in euentu positus, quia imago Dei est, sed aut à Deo traditus, aut à Deo li-

A beratus euadit. Si in passeribus nihil sine ratione agitur, quorum duorum precium unus est asis: quantomagis in uobis sine Deo nihil agitur, quorum precium est sanguis meus. Si sic habentur passeres, quomodo habendi sunt filij? Ideoque non debetis timere homines, quia non est in uobis illorum potestas, sed Dei. Non enim quando volūt impij tunc possunt nocere sanctis: sed quando illis nocendi tempus concesserit, ut prouideat sanctis suis coronam. Quæ est ergo sapientia illum non timere qui dat potestatem, sed illum timere quia accipit? Si ergo non es traditus, sine causa times: & si traditus es, pariter sine causa times. Deo .n. liberante homo tibi nocere non potest, B Deo autem tradente, homo tibi parcere non potest, & si uult. Nescitis quomodo Pilatus uolebat dimittere Christum: sed non potuit, quia Deus eum tradebat: Hæc Chrysostomus. Vnde dicit & Seneca: Vir bonus quicquid illi accidit, æquo animo sustinebit: scit enim id accidisse lege diuina, qua uniuersa procedunt.

Hilarius canone. 10. in Matth.

Mysticè secundum Hilarium: Duo passeres scilicet corpus & anima minimo precio uēdūtur, cùm pro minima delectatione diabolo traduntur. Quarta ratio est ex consideratione resurrectionis futuræ, quæ solum pertinet ad hominem: quia Deus habet prouidentiā de minoribus, scilicet de capillis qui sunt extrema pars, & de superfluo hominis, ut corpore indebito numero redeant: ergo non est timendum C de alijs maioribus si propter Deum morti tradātur. Vnde dicit: *Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt* apud Deum, & in Dei præsentia: & redibūt, quātum sufficit ad ornatum corporis, in resurrectione futura, & longè magis corpus & partes corporis, etiam si à bestijs comesta fuerint, quantum sufficit ad debitam substantiam, in resurrectione redibunt. Quasi diceret: Mori ne timueritis, quia in plenitudine resurgetis.

Glossa in Matth. Resurrectionis meditatio.

Vnde glo. Vt de tota taceā massa corporis, etiam minimæ particulæ futuræ resurrectioni seruantur. Meditatio huius resurrectionis multum facit ad tolerantiam martyrij: quia per resurrectionē redibunt in electis, non solum illa quæ sunt de necessitate humanæ naturæ, sed etiam ea quæ faciūt ad D decorem, cuiusmodi sunt capilli. Non ergo nostrorum corporum casum pertimescamus, sed omnem curam in eum apud quem nec capillus perit, proijciamus: secundum Hiermonymum.

Hierony. in c. 10. Mat. Capilli numerati.

Non dixit saluator quòd capilli omnes saluandi sunt, sed numerati, ubi scientia numeri demonstratur, non eiusdem numeri conseruatio: quod immensam Dei erga homines ostendit prouidentiam, & ineffabilem affectum significat, quia nihil nostrorum Deum lateat. Non ergo actu computationis, sed facilitate cognitionis sunt à Deo omnia numerata: quia cùm cognita sunt omnia, numerata sunt omnia. Bene etiam numerata dicuntur quæ seruat quia illa quę uolumus seruare nu E meramus, unde capilli numerati sunt, ut seruētur ad resurrectionem gloriosam sicut numeratur pecunia ut seruetur.

Remig. in c. 10. Mat.

Mysticè, secundum Remigium Christus caput est, inde prodeunt capilli: scilicet omnes iusti, qui pulchrè numerati dicuntur, quia nomina sanctorum scripta sunt in cœlis. Et secundum Cyrillum: Caput hominis est intellectus, capilli verò minutisimæ cogitationes, quæ patent Deo, & discutientur in iudicio. Et bene per capillos intelligūtur cogitationes: sicut enim capilli capiti, sic cogitationes cordi adhærent, & omnes istæ numeratæ sunt, ut bonæ remunerentur, & malæ puniantur. Omnia etiam opera nostra, siue bona, siue mala, Deo numerabilia sunt & nota,

Universidad de Deusto Biblioteca

nota, ut ista remunerentur, illa puniantur. Deinde concludendo subiungit: Nolite ergo timere, scilicet mortem, quia multis passeribus meliores uos estis: scilicet quò ad statum naturæ, quia rationales & perpetui, quò ad statum gratiæ, quia per adoptionem filij: quò ad statum futurum, quia in gloria beatificandi, & pluris ac maioris reputationis estis apud Deũ, quia ad imaginem eius facti, quod non cõpetit creaturæ irrationabili. Quinta ratio est, ex consideratione beatæ retributionis, quia omnis qui confitebitur me, & fidem meam: coram hominibus scilicet malis, non timendo eos apud quos confessio Christi est odibilis: sed non est magnum confiteri coram bonis, confitebor & ego eum gloria & uita æterna dignum, coram patre meo rege summo, qui est in cœlis æternæ beatitudinis: ut approbet, ut recipiat, ut remuneret. Qui ergo Christum hîc confitebitur, id est, simul corde, & opere fatebitur, non recusans mori pro eo, & confessione nominis Christi, ac mandatis eius usque ad mortem fideliter firmiterque persistens: confitebitur & Christus eum de diuino iudicio coram patre suo pro eo attestans, ac ipso affectu remunerationem testimonij adiecit, dicens. Venite benedicti patris mei percipite regnũ. Non solum enim martyres, sed & confessores Christum confitentur. Vnde Anselmus: quem olim uenerandi confessores, & doctrinis sacris, & operibus iustis confessi sunt coram hominibus: nunc confitetur eos coram patre suo, & sanctis angelis eius. Quanto autem melior est Deus homine, tanto melior est confessio eius confessione hominis. Sexta ratio est, ex consideratione futuræ damnationis: quia *qui coram hominibus*, ubi debet prodesse confessio nominis mei, *negauerit me*, non audens me confiteri, & ueritatem Euangelij, *negabo & ego eum coram patre meo*, tanquam indignum consequi gloriam in cœlo. Qui ergo hîc Christum negauerit corde non credendo in eum, uel ore, quia non solum corde credere est necessarium ad salutem: sed etiam confiteri ore pro loco & tempore casu recurrente, uel opere: quia qui præceptis non obedit, & si ore confiteatur, factis tamen negat: hunc Christus negabit in tempore, scilicet extremæ necessitatis, quando dicet: *Nescio uos, & ite maledicti in ignem æternum.* Vbi Chrysostomus. Omnem rem possibilem quantum ad naturam carnalem mandauerat, nunc & pœnam proponit & præmium: ut modo timore pœnæ, modo desiderio præmij, uirtus animæ adiuuetur. Sed prius dicit præmium, postea pœnam: quia misericors Deus paratior est ad remunerandum quàm ad puniendum. Igitur, ut ait Augustinus. Ama quæ pollicetur omnipotens Deus, time quæ minatur omnipotens, & sic uilescit omnis mundus, siue promittens, siue terrens: qui mundus secundum Augustinum periculosior est blanditijs quàm molestijs, & magis cauendus cùm allicit se diligi, quàm cùm admonet, cogitque contemni.

Matt. 25. Cõfessores.

Oris confessio interdum est necessaria.

Matt. 25. Chrysosto. ho. 25. operis imperf.

Augusti. epist. 144.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, da mihi ut sic omnes cupiditates terrenas, & delectationes uitiosas despiciam, quòd nihil pro tuo nomine in terris pati timeam, sed tuum nomen & tua passio sic cordi meo semper inscribantur, ut palmam uictricem contra omnia aduersa & prospera anima mea habere mereatur, & sic te confitear corde, ore, & opere coram hominibus in terris: quòd tu secundum promissum tuum confitearis me coram patre tuo in cœlis, vbi de tua pietate & misericordia cum sanctis & electis tuis percipere merear gaudia, per te bone Iesu sic confitentibus repromissa. Amen.*

De quibusdam impedimentis perfectionis, & sequelæ Christi. Cap. LIIII.



ET quia Dominus Iesus ualde nos dilexit, & ita etiam diligi uult à nobis. ideò uehementiã amoris quem expetit ostẽdẽs cõsequẽter subiungit, dicẽs: *Ignem*, scilicet diuinum id est, feruorem Spiritussancti, ac charitatem Dei & proximi, *ueni.* per incarnationem, *mittere in terram*, id est, in homines ad consumptionem peccatorum, & innouationem animarum, *& quid uolo*, nisi ut mediante sufflatorio diuinæ inspirationis, uel humanæ prædicationis, uel secretæ meditationis: accẽdatur, id est, ardeat & augmẽtetur, quia charitas meretur augeri, ut aucta mereatur perfici. Vnde Gregorius: Ignis quippe in terrã mittitur, cùm per ardorem Spiritussancti afflata terrena mens à carnalibus desideriis suis concrematur. Succensa autem à spirituali amore malum quod fecit plangit, & sic ardet terra, quando accusante se conscientia, cor peccatoris in dolore pœnitentiæ concrematur. Vnde Beda: Ignem quippe dicit Spiritussancti feruorem, qui secreta cordis illuminans continuis motibus ad superna prouocat, uitia concupiscentiæ carnalis quasi spinas tribulosque comburit: aurea dominicæ domus uasa probando meliorat, & lignum, fœnum, stipulamque consumit, & qui ob hoc solum de sinu patris exiui, & ueni in mundum, ut homines à terrenis cupiditatibus ad cęlestia desideria succedã: quid uolo aliud quàm ut huius incendii iubar cunctas mundi plagas illustret: huius flamma deuotionis, usque in finem seculi fidelium semper augescat in corde, neque ullo infidelium, uel fluctuum, extinguatur incursu uel flatu: Hæc Beda. Vnde etiam Hugo de sancto Victore: Homines gratiæ sunt hi qui per aspirationẽ Spiritussancti sunt illuminati: ut bonum quod faciendum est agnoscãt, & inflammati ut diligant: Hæc Hugo. Si ergo te à uitiis purgaueris, accendes in te ignẽ diuini amoris, si dulcedinem diuini amoris in te perfectè gustaueris, de dulcedine temporali non curabis. Et subdit tempus missionis istius ignis, quia non pficietur eius missio donec ipse passus fuerit. Vnde dicit: *Baptismo autem habeo prius baptizari*, id est, secũdum Bedam, sanguinis proprii tinctione prius habeo perfundi, & sic corda credentium spiritus igne

inflam-

Luc. 12. & 14. & Matt. 10.

Gregorius hom. 2. in Ezechiel. Ignis in terram missus.

Beda in c. 12. Luca.

Homines gratiæ qui sunt.

Beda ibidem.

inflammare, quod est dicere, antequam mitto spiritum: dabo me crucifigendum. Vnde dicitur, non erat spiritus datus: quia Iesus nondum fuerat per resurrectionem, & passionis victoriam glorificatus. Quia enim passio Christi, quam ex magna charitate pro nobis sustinuit, est maximum charitatis incentiũ: ideò dicit se prius baptismo baptizandum, baptismum hîc appellans effusionem & tincturã sui sanguinis in sua passione benedicta, ex quo baptismus & alia sacramẽta Ecclesiæ habent efficaciam. q.d. vt ignis iste accendatur, quo à meis omnia terrena despiciantur, respersione proprij sanguinis perfundi habeo: vt baptizatus in sanguine meo alios baptizem in eo, vt eos magis in meum accendam amorem. Nihil enim est quod ita excitet, & accendat nos ad diligendum Deum: sicut quòd passus est pro nobis, & in sanguine suo lauit nos à peccatis nostris. Vt autem dicit Ambrosius: Tanta est Domini dignatio, & infundendæ nobis deuotiones, & consummandæ perfectionis in nobis, & maturandæ pro nobis passionis studium sibi inesse testetur. Vnde sequitur: *Et quomodo coartor*, uel angor, & contristor *usque dum perficiatur*, per passionẽ meus baptismus & hominum salus, id est, quanto desiderio affecto orationem meam & passionem pro salute generis humani consummari. Quasi diceret, multum: Per hoc ergo intelligitur magnum desiderium eius perficiendi nostram salutem per suam passionẽ. Vnde alibi: *Desiderio desideraui hoc pasca manducare uobiscum*, ut mihi uniremini per dilectionem. Vnde Ambrosius: Cùm enim in se nihil habuit quod doleret, nostris tamen angebatur ærumnis, & tempore mortis mœstitiam prætendebat, quam non ex metu mortis suæ, sed ex mora nostræ redẽptionis assumpserat. Vt autem dicit Beda: Quomodo post baptisma suæ passionis, post ignis spiritualis aduentum terra sit arsura, declarat subdens: *Nolite arbitrari*, id est, falso iudicio rationis opinari: *quia ueni mittere*, id est, procurare, uel confirmare, *pacem in terra*, id est, concordiam prauæ colligationis suæ carnalis afflictionis. *Non ueni pacem*, scilicet talem, *mittere*, quia guerram constituit & hominem inimicum Dei facit: *sed gladium*, id est, separationem & præcisionem eius quę pacem inducit, & hominem Deo coniungit. *Veni separare filium aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam*, id est, secundum glosam. Veni priuatos carnis affectus extinguere, quibus ita inuicem diligunt, vt Deo minus seruiant, uel penitus à Dei seruitio se auertant. Vnde loquitur hîc de separatione spirituali, scilicet ab amore amicorum inordinato, non de corporali quando est sine contumelia creatoris & offensa, & inimici hominis, qui scilicet sic operatus est ab aliis: vel fide, vel religione, & moribus sunt domestici eius, qui etiam ante separationem & si carnaliter diligunt tamen spiritualiter odiunt dum cursum vitæ spiritualis impediunt. Deinde ostendit modum quo venit separare hominem ab amicis, & ponit primum impedimentũ perfectionis & sequelæ Christi, quod est inordinatus amor propinquorum, dicens: Qui amat patrem, aut matrem, vel filium, aut filiam plusquam me: quod fit multipliciter, cum propter eos ad fidem non uenit vel acceptam dimittit, vel mortale committit, uel status sui periculo se exponit, non est me dignus: me scilicet in mundo habere hospitem, in iudicio testẽ, in regno remuneratorem. Secundum enim Augustinum. Peccator etiam non est dignus pane quo vescitur. Quasi diceret Dominus: Sic veni separare hominem à patre vel amicis, non quin patrem diligat, & in parentes pietatem seruet: sed ne paternam pietatem suæ saluti diuinæ religioni, ac pietatis cultui anteponat, & ubi patri vel matri non potest seruari honor aut pietas sine offensa Dei, & iactura propriç salutis: tunc odium in suos pietas est in Deum, & salubriter relinquitur pater & mater, quia præferendus est creaturæ creator. Charitas enim est sic ordinata quòd homo debet Deum diligere super omnia, etiã super seipsum, & ideò pro nullius quantumcunque amicitia debet retardari, quin prosequatur ea quæ pertinent ad honorem Dei. Sub Deo, & propter Deum quicquid amatur est amandum. Vnde Hieronymum. Hic ordo in omni affectu necessarius est. Ama post Deum, patrem: ama matrem: ama filios, si autem necessitas uenit vt amor parentum ac filiorum amori Dei comparetur, & non possit uterque seruari, etiam odium in suos, pietas in Deum est. Circa hoc primum impedimentum sequendi Christum, nota hîc vtile exemplum. Cùm enim quidam amore propinquorum detentus, per hoc à sequela Domini esset impeditus: quadam vice volens apponere remedium, conuocauit eos ad conuiuium, & inter epulas rogauit vnum ex illis quem magis sibi fidelem esse credebat præ cæteris: vt si eum diligeret, digitum suum minimum pro eo in ignem mitteret: sed ille pœnam timens hoc facere renuit, nec fidem quam simulauerat ei exhibuit, & deinde cæteris omnibus per ordinem similiter requisitis, idem quod in primo, etiam repperit in eis. Tunc propositum suum aperiens omnibus dixit, quòd ob solum amorem eorum hactenus à sequela Domini retardatus esset: sed quia fidem in eis non inuenit, amplius retardari nollet, & quia ipsi minimũ membrum corporis noluerunt pro eo ad horam exponere igni transitorio, nec ipse totum corpus & animam pro eis exponere uellet igni perpetuo, & vale dicens omnibus illis, recessit ab eis. Deinde subiũgit, de non diligendo corpore proprio plusq̃ Christum, & ponit secundum impedimentum, qđ est amor carnalis voluptatis, dicens: *Et qui non accipit crucem suam*, quotidie, *& sequitur me, non est me dignus*: quia nec meo cõsortio ꝑ gratiã, nec meo solatio per familiarem præsentiam, nec meo conuiuio per gloriã. Vt. n. dicit Bernardus. Declinata est diuina consolatio, & non datur admittentibus alienam, crucem autem accipimus, cùm propter fidem Christi martyrium sustinemus, passionẽ Domini per sanguinis effusionem imitando, aut cũ pœnitentiæ onus assumimus, concupiscentias carnis per eius afflictionem reprimẽdo, aut cùm proximis compatimur, necessitatem illius nostram compassionem putando. In cruce enim omnia tormentorum genera designantur. Vnde crux à cruciatu dicitur, & cruciari dicitur qui quolibet modo affligitur, & quotidie ac semper crucem portare debemus, ut amorẽ Christi ostendamus, & semper nos Christum amare doceamus. Non sunt aduersa timenda, non prospera & carnalia desideria sectanda, ut crux ipsi feratur quæ necessario in hac uita est ferenda. Vnde Augustinus. Crux Domini non tantum illa dicitur, quæ tẽpore passionis ligni affixione construitur: sed & illa quæ totius vitæ curriculo cunctarum disciplinarum virtutibus coaptatur: tota enim vita Christiani hominis, si secundum Euangelium viuat, crux atque martyrium est. Vbi Chrysostomus: Crucem suam tollit, qui paratus est ad omne periculum propter Deum: si necesse fuerit usque ad mortem, magis quam re-

linquere

Ioan. 7.

Passio Christi.

Baptismus eius.

Passio Domini inflãmat nos.

Ambrosius in cap. 12. Luca. Desideriũ Domini.

Luc. 22.

Ambrosius ibidem.

Beda in c. 12. Luca.

Gladium mittit Dominus.

Impedimentum à sequela Domini.

Peccator indignus pane.

Charitas ordinata.

Hiero. in c. 10. Matth.

Exemplum de parentũ exigua fidelitate.

Corpus proprium minus Deo diligendum.

Bernardus sermo. 3. de natiuitate.

Crux assumenda.

Augustin. lib. de uita Christiana

Chrysosto. ho. 26. operis imperfe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

linquere Christum. Ille talis & si misericordia Dei euadat, tamen quantum ad propositum suum quotidie cruciatur: ideò & si nihil tale passus fuerit, tamen mercedem accipiet: voluntas enim apud Deum remuneratur, non opus: quia voluntas ex arbitrio nostro procedit, opus autem Dei per gratiam consummatur: Hæc Chrysostomus. Et quia crucis acceptio posset fieri sinistra intentione, ideò additum est, *& sequitur me*: non mundum, per viam cupiditatis: non carnem, per viam voluptatis: non homines, per fauorem & gloriam vanitatis. Dominum enim sequitur, licet crucem ferre videatur, qui non propter Dei laudem & æternam intentionem: sed propter inanem gloriam, & temporale lucrum, aut commodum, imitatur Domini passionem, seu affligit carnem, seu proximo carnaliter cõpatitur, ut culpæ eius faueat: vel etiam qui in angaria vt rota fœnũ crucem portat. Quia verò, vt dicit Chrysostomus, præcepta hæc quæ iniungit, onerosa videbantur: posnit & vtilitatem eorum maximam dicens: *Qui inuenit animam suam*, scilicet hanc præsentem vitam quæ caret ab anima existẽte in corpore, & quærit eam saluam facere, scilicet potius Christum & nomen eius negando, vel amore eius cadendo: vel quodcunque opus iustitiæ deferendo, vel etiam carnis desideria sectando, vel alias uerbo, aut opere postponendo, quàm vitam præsentem temporaliter amittẽdo, *perdet eam*, æternaliter, quia perdet uitam æternam. Vnde Remigius: Qui hanc præsentem vitam & lucem, ac eius delectationes & voluptates ad hoc desiderat: vt semper inuenire possit istam quam seruare cupit perdet, & animam suam æternæ damnationi præparat: *& qui perdiderit*, temporaliter, *animam suam*, id est, vitam hanc animalem, & paratus est perdere eam ad mortem temporalem, eam pro Christo exponendo, & omnia Christi amore postponendo: & ideò sequitur, *propter me*, scilicet diligẽdum in corde, confitendum in ore, imitandum in opere, non propter se ut latrones: vel propter fauorem humanum, vt superbi vane gloriantes, non propter temporalem mercedem, vt cupidi terrena sectantes, *inueniet eam* in futuro saluam: quia inueniet & accipiet pro transitoria æternam. Vnde Augustinus: Quisquis propter Deum hanc vitam, quæ nunc corporis viuificatione ex anima temporaliter mortalis, constat, libenter despexerit in futuro eandem corporis, non solum animæ, vitam æternam & immortalem recipiet: Hæc Augustinus. Animam ergo in hoc loco pro vita præsenti posuit, quia omnis vita nostra in anima est. Anima quippe dicitur, inquantum corpus animat, siue viuificat: Spiritus, dum spirat: mens, inquantum recordatur seu meminit: animus, dum vult: ratio, dum rectũ iudicat: sensus, dum sentit: memoria, dũ recordatur: voluntas, dum consentit. Hæc nomina diuersa sunt animæ, nec propter animæ pluralitatẽ sed propter effectuũ multitudinem. Vnde Aug. Anima ex eo dicta est, quòd animet corpus ad viuendum, hoc est viuificet: spiritus est ipsa anima, pro spirituali natura, vel pro eo quòd spiret in corpore: spiritus ad substantiã dicitur, anima ad viuificationem. Eadem est substantia, sed proprietas diuersa. Nã vnus & idem spiritus, ad seipsum dicitur spiritus, ad corpus anima: Hæc Augustinus. Spiritus ergo qui est substantia nostræ animæ, si desiderat ea quæ sunt corporis, in his perditur totum bonum eius: quia totum bonum spiritus nostræ animæ est in auertendo se à carne, & abstrahendo se à desiderijs concupiscentiæ: sic enim uincit passiones, & uirtute perficitur, & contemplationi coniungitur superiorum, & deputatur & mũdatur, ut sit honestati subiectum, & diuinæ sapientiæ speculum. *Qui* ergo *animam*, id est, uitam presentem in anima designatam *inuenit*, & amat inordinatè, in ea carnaliter uiuere cupiendo: unde & dicitur animalis homo, *perdet eam*, in futuro. Res enim perditur quæ finem debitum non consequitur: sicut medicina perditur, cùm per eam sanitas non acquiritur, & eodem modo uita præsens, quæ finaliter ad consecutionem uitæ æternæ ordinatur, rectè perditur, quando per ipsam ad æternam uitam nõ peruenitur, quòd illi contingit qui inordinatè ipsam diligit. Et econtrario, *qui perdiderit*, uitam præsentem propter Christum negligendo: talis enim dicitur perdere non secundum ueritatem, sed tantum secundum hominum opinionem: *inuenit eam*, accipiendo pro transitoria æternam. Non debet ergo homo trahi à bono, propter dulcedinem præsentis uitæ, quæ est breuis & transitoria, & ad merendum æternam uitam ordinata: finis enim melior est his quæ sunt ad finem, imò ea quæ sunt ad finem, non sunt nisi propter finis assecutionem: ideò de ipsis non curatur, nisi quòd finis habeatur, propter quod non est curandum de uita præsenti, sed assecutione uitæ æternæ. Vnde Chrysostomus: Melius est pro tempore mori, & in perpetuum uiuere, quàm pro tempore uiuere, & in perpetuum mori. Si ille pro nobis mortuus est, qui mori non poterat, nisi uoluisset: quantomagis nos pro eo mori debemus, qui & si nolumus, mortales sumus. Si Dominus pro seruo mortuus est & hoc sine prẽmio, iustius est ut seruus pro Domino moriatur, & hoc cũ prẽmio. Vnde & Augustinus: Non habebat ille quare moreretur, & mortuus est tu habes & quare mori dedignaris? Dignare æquo animo pati per meritũ tuum, quod ille pati dignatus est, ut te à sempiterna morte liberaret. Circa prædictum secundum impedimentum, nota hîc pro ædificatione exemplum. Nam cùm quidam monachus deuotione motus, uitam austeram duceret, & parentes sui hoc cognito ad eum uenientes, ipsum super hoc arguerunt: tale eis dedit responsum, corde & memoriæ commendandum: Tanta & talia audiui, & legi de uita æterna, quòd non curo quantum mihi constet, & quid expendam pro ea. Quia autem dicit Matthæus de non amare patrẽ, & huiusmodi, plus quàm Christum, hoc refert Lucas de odire, dicens: *Si quis uenit ad me*, id est, uult uenire per fidem credendo, uel statum perfectionis assumendo, *& non odit patrem suum & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores: adhuc autem & animam suam*, id est, animalitatẽ, & uitam animalem seu corporalem, eam contemnendo propter Deum, paratus si opus fuerit pro fide exponere, & eligens occidi potius quàm in Deum peccare: eiusque acquiescendo desideriis carnalibus, *non potest meus esse discipulus*, quod ualde damnosum est: quia ipsa est ueritas, & uera docet. Non quòd propinquorum naturã odiamus, sed ea quibus nobis in itinere Dei obsistũt, & nos impediunt: ne ad Christum, fide, & charitate accedamus. Nullus enim odio est habendus, etiam si sit malus. Vnde Boetius: Apud sapientes nullus prorsus odio locus relinquitur, nam bonos quis nisi stultissimus oderit, malos verò odisse, ratione caret: nam si uti corporum langor, ita uitiositas quidem est quasi morbus animorum, cùm ægros corpore minimè dignos odio, sed potius miseratione iudicemus: multomagis non iasequẽdi, sed miserendi sunt, quorum mentes

Chrysosto. hom. 36. in Matt. Vita præsens non amanda.

Augustin. de uita Christiana.

Anima acceptiones.

Augustin. li. de dogmatibus ecclesiasticis ca. 20.

Spiritus non stri bonum.

Res quæ perditur.

Exemplum contemnendi mundum.

Luca. 14.

Odium malum sit in natura, sed in uitijs.

Amor parentum exclusus.

Ambros. in c. 6. Luc. Matt. 12.

Natura nõ seruiẽdum. est. Gregorius hom. 37. in Euangelia.

Chrysosto. ubi supra.

Turris magna ædificatio.

Gregorius hom. 37. in Euangelia.

mentes omni languore atrocior urget improbitas: Hæc Boetius. Vnde excluditur hic affectio carnalis, scilicet amor inordinatus parentum & coniunctorũ, & hoc est vnum impedimentum suprà secũdum Matthæum etiam dictum, quod obest sequelæ Christi, & uolentibus uenire ad ipsum. Vbi Ambrosius. Etenim si propter te Dominus suæ renunciauit matri, dicens: Quæ est mater mea aut qui fratres mei, cur tu Domino tuo cupias anteferri? sed neque ignorare naturam, neque seruire naturæ Dominus iubet: sed ita indulgere naturæ, vt uenerari authorem, nec à Deo parentum amore desistas. Vnde Gregorius: Quisquis iam æterna concupiscit, in ea quam aggreditur causa Dei extra patrem, extra vxorem, extra filios, extra cognatos, extra semetipsum fieri debet: ut eò uerius cognoscat Deum quò in eius causa neminem recognoscit. Amandi ergo sunt proximi, impendenda charitas omnibus & propinquis, & extraneis: nec tamen pro eadem charitate à Dei amore flectendum. Fideles quique compatiantur proximis per charitatem, & tamẽ de uia Dei nõ exorbitent per compassionem. Secundum impedimentum, etiam secundum Matthæum suprà positum, est amor carnalis uoluptatis, & hoc tangitur secundum Lucam, cùm subditur: *Et qui non baiulat crucem suam & uenit post me, non potest meus esse discipulus.* Nã ut ait Chrysostomus, pfectus Christi discipulus est, qui omnia mala patitur, aut pati paratus est propter Christum. De his duobus impedimentis iam suprà dictum est latius, simile etiam habes infrà ante Domini transfigurationem, sed non est idem. Tertium impedimentum, est inconsiderata leuitas mentis, qua quis impeditur à perseuerantia uitæ assumptæ: dũ inconsideratẽ aggreditur uiam quam non potest perficere. Vnde huic qui aggreditur uiam perfectionis, necessaria est discretio, ut cõsideret si habeat illud quod ad hoc requiritur: quod est fortitudo animi ad relinquendum omnia, & sustinendum aduersa pro Deo: ne propter indiscretionem resileat ab incepto, & hoc ostendit per similitudinem de uolente ædificare turrim, id est, aggredi perfectionem Euangelicam & uitæ sublimitatem, per quam Christi sumus discipuli, qui ergo Christi discipulus esse & dici desiderat, sedeat prius & computet, id est, deliberans considereret si habeat sumptus requisitos ad perficiendum: si discipulorum uitam tenere, patientiam habere, laborem sustinere, & simul cum eis turrim uirtutum ædificare, contra hostes pugnare, & cætera quæ sequuntur agere ualeat. Magnam etenim turrim ædificare incipit, qui mundi honores, diuitias, & dignitates, cõtemnẽs, omnia relinquit. & Apostolorum uitam, ac monachorum conuersationem promittit: sed iste prius computare debet quàm arctam & laboriosam uiam aggrediatur, & quàm magnũ & difficile opus agere incipiat: Quia secundum Gregorium: Omne quod agimus, præuenire per studium considerationis debemus. *Sedens* igitur, id est, à uita ueteri & à tumultibus mundi & passionum quietatus & quiescẽs: *computet* & diligenter discernat erogandam esse substantiam temporalem, & cor à cupiditatibus auertendum, & animam contra seculi aduersa præparandam. Debet etiam cogitare si habeat sumptus spirituales uirtutum & bonorum operum: sumptus enim temporales potius spargendi sunt, antequam congregandi: *si habeat*, inquam, *ad perficiendum*, opus intentum, id est, humilitatem, patientiam, obedientiam, & perseuerantiam quæ consumat, tenere & custodire

A ualeat, sine quibus hoc ædificium perfici nõ potest. Sumptus quidem sunt ea quæ debes Deo, tibi, proximo. Aedificans ergo spiritualiter considera si piè, sobriè, & iustè uixeris: *ne posteaquam posueris fundamentum*, quod consistit in obseruantia mandatorum, *& non potueris perficere*, à bono proposito declinando, & in ædificio bonæ operationis deficiendo, irrisionem patiatur ab inimicis: scilicet malignis spiritibus, nostris bonis operibus semper insidiantibus, & ex nostris defectibus gratulantibus: *& omnes qui uiderint* eum deficere, *incipiant illudere ei*, aut homines in uita, aut dæmones in morte: aut Dominus in iudicio, & etiam sancti qui super eum ridebunt, dicentes, *quia hic homo cœpit ædificare*, iter perfectionis assumẽ
B do, *& non potuit consummare*, in incepto perseurando. Sed quid ei cœpisse prodest, si saluus non erit? Non enim qui cœperit sed qui perseuerauerit, hic saluus erit. Quartum impedimentum, est confidentia stultæ securitatis, dum quis confidit in securitate suarum uirium uel meritorum: quibus uiolenter credit cœleste regnum obtinere & ex meritis saluari iustè, sed quia non potest cùm nullus meritis suis ad gloriam pertingere possit, nisi seueri iudicis sententia temperetur per misericordiam: necesse est ut præmittens legationem lachrymarum & operum bonorũ, *roget ea quæ pacis sunt*, & ad pacem animæ pertinent: in conspectu enim eius omnis homo imperfectus est, & nullus iustus. Et hoc ostendit per similitudinẽ
C de rege uolente committere bellum aduersus alium regem, qui cùm non possit cum decem milibus occurrere, uenienti cum uiginti milibus quærit pacem. Si rex à rege pacẽ quærit, multomagis nos infirmos cum Deo pacem habere congruit. Hic quippe accipitur rex, quicunque uult aggredi statum perfectionis, quia debet bene regere operationes & cogitationes suas omnes quæ sensus suos interiores & exteriores, & habet committere bellum ad rapiendum sibi cœleste regnum: quia regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Ecclesiam quasi committere bellum cum Deo, est aliquem confidere se ex meritis debere ab eo saluari. Sed quasi cum decem milibus Deo occurrit, qui offert opera & obseruantiam
D decem mandatorum quæ exterius gessit. Deus verò cæleſtis duplicem obseruantiam exigit ab eo, scilicet mandatorum & consiliorum: quia prima non sufficit ad perfectionis statum acquirendum. Vel secundum Gregorium: Deus rex quasi cum duplo exercitu contra simplum uenit, quia nos uix in solo opere præparatos, simul de opere & cogitatione discutit: uel quia multo plura se pro nobis sustinuisse allegabit. Mittamus ergo ad eum nobis placandum legationem, assentiendo ei in obseruantia consiliorum: uel offerendo munera lachrymarum, orationum & bonorum operum. Sicut ergo præmeditatio est necessaria ad cauendum inimicorum irrisionem, ita est
E necessaria ad impetrandam iudicis misericordiam. Vnde hæc similitudo eadem est quæ & superior, nihil enim aliud his uerbis admonemur: nisi ut ultra uires nostras nos non extendamus. Quintum impedimentum, est amor substantiæ temporalis, qui multum impedit perfectionem & sequelam Christi. Vnde subiungit inferens ex similitudinibus præmissis, sic ergo *omnis ex uobis qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus*: quia non potest quisq; Deo seruire simul & mundo, propterea, ut ait Prosper, voluit Deus cultores suos omnibus renunciare: ut exclusa mundi cupiditate, diuina in eis charitas pos-

Sumptus ædificij spiritalis.

Matt. 10.

Rex hoc loco quomodo capitur.

Gregorius hom. 37. in Euangelia. Deus rex placandus nobis.

Diuitiæ nõ amandæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augustin. in psal. 31.

tas posit augeri & perfici. Vnde Aug. Disce non diligere mundum, vt discas diligere Deū, funde ut implearis, auerte vt conuertaris: dilectio ergo temporalium, non possessio hîc reprehenditur: quia, vt dicit Augu. non damnat Deus diuitias, vnde meremur cælum: sed cor appositum quod eas non expendit, sed recondit. Vnde Abrahā legitur multas possessiones habuisse, & tamen fuit perfectus. Non dixit ei Dominus, relinque omnia, sed ambula coram me, scilicet perfectè me amādo, & sic esto perfectus. Sed quia difficile est diuitias habere in arca per possessionem, & non in animo per amorem: ideò consulit Dominus

Matt. 19.

iuueni diuiti, dicens: *Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me.* Hac igitur conclusione secundum glo. ostenditur quòd ædificare turrim, facere cum fortiori pacē, nihil aliud est quàm esse discipulum Christi: præparare uerò sūptus, mittere legationem, nihil aliud est quàm renunciare omnibus, & ideò infert ex prædictis similitudinibus, quòd sicut non potest ædificare qui non cōputat sumptus: nec securè occurrere qui non præmittit legationem: sic *omnis ex uobis qui non renunciat omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus.* Hæc omnia sunt non solum temporalia, sed & amor proximorum, & ipsa anima quibus omnibus Deum præponere debemus, ut renunciemus temporalibus, & carnalibus propinquorū affectibus, & animalitati nostræ, vt etiam ipsam animam, vitam scilicet præsentem, pro Deo & proximo si opus fuerit, ponamus. Vnde dicit, *omnibus*: ut innuat quòd integra debet esse renunciatio, scilicet quò ad suā, quò ad suos, & quò ad se: secundum quod dictum est Abrahæ: *Egredere de terra tua, &c.* Vnde quidam ait:

Gene. 12.

Christe tuos, tua, te gratis accepimus à te.
Ergo meos, mea, me, meritò nunc exigis à me.

Istud quod dictum est Abrahæ, potest exponi de religioso, cui loquitur Deus, dicens: Egredere de terra: per votum paupertatis, quia sicut lutum & puluis adhærēs fatigat & impedit ambulantes sic terrena cupiditas post Dominum ire volentes. Et de cognatione tua, quantū ad uotum castitatis: in cognatione .n. tangitur carnalitas, quę multum impedit castitatem. Et de domo patris tui, quantum ad uotum obedientiæ: quia monachus debet esse in religione sine patre, sine matre, sine genealogia. Ista tria significata fuerūt per munera Magorum: per aurum, uotū paupertatis: per myrrham, castitatis: per thus deuotæ obedientię, humilitatis. Et veni in terram quam mōstrauero tibi, spiritualiter non dedero, quia adhuc quandiu sumus in hac vita non datur terra Paradisi, sed ostenditur.

Monachus Melchisedech. Heb. 7.

Beda in ca. 14. Luca. Renunciare omnibus. Relinquere omnia.

Et nota quòd secundum Bedam, distat inter renunciare omnibus, & relinquere omnia: paucorū enim, scilicet perfectorū, est relinquere omnia: hoc est omnia temporalia, & curas mundi postponere, & solis æternis inhiare: cunctorum autem fidelium est, renūciare omnibus: hoc est, sic gerere terrena, & tenere quæ mundi sunt, vt tamen per ea non teneantur à mūdo, sed tota mente tendant ad cœlestia. Vnde renunciare conuenit omnibus, eis qui licitè mundanis utuntur, relinquere uerò omnia, perfectorum est: ut Apostolorum & suorum sequacium. Omnibus ergo renunciat, qui quamuis aliqua possideat, omnia tamen si necesse sit pro Christi nomine amittere nō timeat. Nam ipsi quoque Apostoli & uestimenta & calciamenta qualiacunque habebant, quibus tamen iam renunciauerant: quoniam, si necesse esset, ea simul cum ipsa uita perdere non timebant. *Habentes igitur uictum*

1. Tim. 5.

& quibus tegamur, his contenti simus, hoc enim, ut ait Bernardus, est perfectio Euangelica. Et secundum cōsidera, quòd duplex est discipulatus Christi. Vnus est necessitatis, & sic in primitiua Ecclesia omnes dicebantur discipuli, qui nunc dicuntur Christiani. Alius est supererogationis, quo quis Christum sequitur in consilijs Euangelicis. Primo discipulatui necessarium est renunciare omnibus, quātum ad affectū, ne quis ita afficiatur ad bona temporalia, vt postponat æterna, & amore temporalium superatus ordine peruerso diligat creaturam super creatorem. Secundo discipulatui necessarium est omnia relinquere, nō solum quantum ad affectum, sed etiam quantum ad rem in effectu, sicut Apostoli omnia reliquerunt per uoluntariam paupertatem: non ergo omnes tenentur omnia relinquere, quantum ad effectum, nisi perfecti, qui uoto paupertatis sunt astricti: omnes uerò tenentur renūciare omnibus quantum ad affectum, ne plus afficiantur ad ista quàm ad Deum. Similiter relinquendi sunt parentes & propinqui secūdum carnem, & amici secundum seculum, quia aliter non potest quis esse Christi discipulus. Quod quantū ad primum discipulatum intelligendum est, sic quòd homo huiusmodi propinquos & amicos non amet nisi in ordine ad honorem Dei: & ideò si instigent ad aliquid quod sit contra diuinum honorem, tunc sunt odiendi & relinquendi. Sed quantum ad secundum discipulatum, relinquendi sunt realiter, quantum ad omnem contictum mundanum, etiam in licitis, nisi quantum cedit ad honorem Dei. Tertiò, relinquendum est corpus propriū, & uita corporalis: quòd significat Dominus per animam, secundum unum sensum, cùm ait: adhuc autem & animam suam. Vbi, ut supra dictum est, anima accipitur pro uita animali, pro ut anima uiuificat corpus & delectatur in eo. Et sic secundum Aug. Anima est dupliciter odienda. Vno modo, ut homo mortem pro Christo non timeat: ut cum Christo in perpetuum uiuat. Alio modo, ut huius uitæ delectationē respuat: ut uoluptatē fœliciter in regno Dei inueniat. Et utrunque horum est necessarium, si uelimus esse discipuli Christi, quātum ad discipulatum utrunque. Nam primo discipulatui necessarium est, ut quis in causa fidei interrogatus & exactus, mori pro Christo non timeat, secundum præparationem animi, quantum ad primum, & in delectationibus corporalibus ad peccandum nullatenus acquiescat quantum ad secundum. Secundo autem discipulatui necessarium est, ut quis etiam nō exactus, cùm de fidei agitur ad mortem se offerat, & hoc quantum ad primum. Rursus quantum ad secundum huic discipulatui conuenit: ut quis non solum non frangatur delectatione carnali, sed etiam ut corpus non nutriatur propter uoluptatem, sed propter solam naturæ necessitatē: nec hoc propter se, sed propter honorem diuinū: ut ex hoc Deo expeditius seruiatur, ita quòd homo imaginetur quasi Deus sedeat in mente: expetendo corporis necessaria tanquā sui mancipij, & sic quicquid homo de cibo uel potu sumit, per hoc intendat non solum sua necessitati subuenire: etiam Deo principaliter ministrare, & propinquare pro sui mancipij sustētatione. Similiter est intelligendum de quolibet commodo corporali. Quarto, relinquenda est anima propria accipiēdo pro nobiliori ui animæ, qualis est uoluntas: & secundū hoc in proposito relinquere animā, nihil est aliud quàm uoluntatem propriam relinquere, & eam diuinæ uoluntati conformare. Quod contingit dupliciter secūdum

Discipulatus Christi duplex. Bernardus epist. 2.

Augustin. lib. 14. de ciuit. 37. Anima odienda dupliciter.

Voluntas Deo subdita.

dum duplicem discipulatum. Vno modo quantum ad diuina præcepta, quibus homo non uelit aliqualiter contraire: & hoc est necessarium primo discipulatui. Alio modo, quantum ad quæuis diuina beneplacita, quibus homo uoluntatem suam in quātum scit, & potest, per omnia conformat. Ita quod animus quasi sui, & omnium exteriorum oblitus: se totum in diuinam voluntatem transformet, iuxta illud verbum Domini: *Qui nolit uenire post me, abneget semetipsum.* Vbi dicit Basilius, quòd abnegatio sui ipsius est totalis sui obliuio, & recessus à proprijs voluntatibus: & isto modo relinquere animam propriam cōuenit secundo discipulatui. Et nota quòd hæc omnia prædicta propter Christum relinquenda, comprehenduntur in professione religiosorum: etiam hoc modo & aliter quàm suprà nam relictio rerum exteriorum ac etiam propinquorum, & amicorum, comprehenduntur in uoto uoluntariæ paupertatis: relictio uitæ carnalis, & delectationis corporalis, intelligitur in uoto castitatis: relictio proprię voluntatis, intelligitur in uoto obedientiæ.

Luc. 9. Basilius in regulis fusius disputatis, interrogat. 6. Professio religiosorum continet relinquenda.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, splendor paternæ gloriæ, mitte in me ignē & feruorē Spiritus sancti, vt accendatur & augeatur, ac perficiatur in me charitas Dei & proximi. Da mihi affectionem carnalis propinquitatis, & amorem corporalis delectationis omnino relinquere: teque super omnia diligere, ac per considerationem & discretionem in omnibus agendis habere, & nunquam in securitate virium vel meritorum meorum confidere: sed legationem labrcymarum & bonorum operum semper ad te mittere, pacemque à te petere & reportare. Da etiam mihi vt omnibus renunciem ex affectu & omnia relinquam in effectu, vt sic tuus verus sim discipulus. Amen.*

De consolatione discipulorum, inter onera præceptorum. Cap. LVI.



VIA vero Dominus separat discipulos ab amicis & temporalibus bonis, dat eis pro consolatione alios qui eos charitatiuè suscipient, & ipsis domos suas aperient, ac necessaria ministrabunt uitæ, propter spem retributionis æternæ, dicens: *Qui recipit uos*, corporaliter, *me recipit*, spiritualiter: *& qui me recipit, recipit eum qui me misit.* Simile alibi habetur: ubi dicitur, *qui accipit si quem misero, me accipit. Qui autem me accipit, accipit eum qui me misit.* Quia inquit, uos mēbra mea estis, & ego in vobis sum: *qui recipit uos me recipit.* Similiter autem quia ego & pater unum sumus, & ego sum in patre, & pater in me est: *qui me recipit*, in membris meis, *recipit eum qui me misit*, scilicet patrem. Et per consequens etiam recipit Spiritum sanctum, qui cum patre & filio per gratiam inhabitat recipientis mentem. Vnde manifestum est, quia & patrem & filium totamque trinitatem recipit, qui Dei nuncium ueneratur & recipit. Qui uerò Dei ministro iniuriam facit, Deo omnipotenti & trinitati inseparabili iniuriam facit. Et certè hoc magnum est præmium, quòd tu recipiendo hominem efficiaris totius trinitatis habitaculum. Et per hoc hortatur eos qui discipulos suos & nuncios recipiūt, ostendens magnitudinem præmij quam habebunt. Vnde Chrysostomus: Seipsum posuit in eis, ut ad susceptionem eorum omnem Christianum populū prouocaret: sibi imputans acceptum quod eis foret datum: Hæc Chrysostomus. Sed studeant prædicatores & discipuli Domini, vt se tales exhibeāt, quòd cæteri bonorum operum eorum exemplo prouocati, beneficia charitatilibentius eis impendant. Vnde dum quidam in prædicando exclamationem nō modicam faceret, de hoc quòd charitas & affectus hominum multorum ad Deum & ad sanctos eius defecisset: & quòd Christus suam Martham in mundo iam non inueniret, quæ tot ut olim obsequia sibi faceret: post completum sermonem quædam matrona deuota ipsum adiit, eique quasi subsūmachando dixit: O frater si Martha nūc ut olim inueniret suum Christum: vtinque Christus nūc quoque sicut olim inueniret suam Martham, intendens quòd si quidam de prædicatoribus essent sicut deberent: adhuc essent qui eis cum omni deuotione subuenirent. Et ut in susciendis discipulis vnusquisque credentium Christum se susceipere arbitraretur adiungit: *Qui recipit prophetam*, non simpliciter: sed *in nomine iusti*, id est, non ex affectu carnis, seu propter consanguinitatem uel affinitatem, aut quia amicus est, seu compatriota vel huiusmodi: nec propter lucrum vel commodum tēporale, quia sic non recipit eum purè in Dei vel Prophetæ seu iusti nomine: sed quia Dei minister est, ac Christi fidem prophetat & nunciat, vel iustitiæ opera facit, *mercedem Prophetæ, vel iusti, à Deo*, cuius propheta ille est, & qui hunc iustificat, *recipit.* Recipitur enim quis dupliciter: vel intuitu doctrinæ suæ, sic dicit Prophetam: vel intuitu bonæ uitæ, sic dicit iustū. Merito Prophetiæ & iustitiæ mercedem accipiet, qui intantum Prophetiam & iustitiam diligit: ut omnibus hominibus ex affectu seruiat, in quibus Prophetiam vel iustitiam esse cognoscit. Nam quasi operarios in Prophetia & in operibus iustitiæ sibi constituit, dum sua largitate eos sustentat, ne propter inopiam deficiant, qui enim spiritualia dona habentibus temporalia subsidia tribuit, in ipsis spiritualibus donis eis collaborat & cooperator existit: idcirco cum illis apud Deum præmia habebit, & princeps meriti eorum erit. Similiter qui sacerdotes pro Christi nomine, & quia sacerdotes sūt, veneratur & recipit, mercedem sacerdotij habebit. Eandem itaq; mercedem habebit recipiens de receptione, quam Propheta de Prophetia, & iustus de iustitia, & sacerdos de sacerdotio, & potest esse æqualitas quantum ad mercedē substantialē si æquali operentur charitate. Vbi Chryso. Prophetæ doctores intelliguntur, iusti autem omnes

Matth. 10. Ioan. 13.

Trinitatē recipit qui Christum recipit. Christum recipere.

Chrysosto. ho. 26. operis imperf. Contra prædicatores.

Recipitur quis dupliciter.

Recipientiū merces.

Chrysosto. ho. 26. operis imperf.

Universidad de Deusto Biblioteca

nes Christiani. Prophetæ ergo nomine voluit ostendere omnes prædicatores Christi, iusti autem nomine omnem hominem Christianum. In nomine Prophetæ, id est quasi Prophetam Christi. In nomine iusti, id est, quasi iustum Christi seruum. Qualē autem mercedem habet ille, qui propter Deum peregrinatur, talem mercedē habet & iste qui suscipit propter Deum peregrinantem, & fiunt ambo æquales, & ille qui propter Deū laborat, & iste qui propter Deum laborantem refrigerat: vt pote suscepisti sacerdotem, sacerdotis habes mercedem: suscepisti laicum iustū, laici iusti habes mercedem: Hęc Chryso. Si ergo omnibus sufficis, omni petenti & indigenti sine personarum electione tribue, des naturæ, vel gratiæ, nunquam culpæ: si non omnibus sufficis, des tantum gratiæ: iuxta illud: Desudet eleemosyna in manu tua, donec iustum inuenias: tamen si opus fuerit, pasce fame morientem, alioquin si non paueris, occidisti. Et secundum Hieron. Ne quis posset se per paupertatem excusare ac causari & dicere, paupertas me retinet quòd hospitalis esse non possum, hanc excusationem leuissimo præcepto deleuit dicens: *Et quicunque potum dederit*, non dico aliud: *uni*, non pluribus: *ex minimis meis*, non solum maioribus: *calicem*, non lagenam: *aquæ*, non uini: *frigidæ*, non calidæ: *in nomine discipuli*, id est, intuitu isto, quia est discipulus meus & fidelis denuncians fidem Christianam: *amen dico uobis*, id est, fideliter & certitudinaliter promitto, *non perdet mercedem*, quam ex bono affectu potius meruit quàm ex actu, quia & actu meruit, & affectu: non enim inquit, de maiori obsequio, sed de minimo quoque mercedem suscipiet, quicunque in nomine discipuli uobis seruierit. Hoc autem de aqua frigida dicit, vt nemo excusetur excusando se per inopiam: non enim ait aquæ calidæ, ne in calida & paupertatis penuria de lignorum occasione quereretur: & ideò qui non habet vnde aquam calefaciat, saltem frigidam det pro Deo petenti. Quilibet ergo quantumcunque pauper potest aliqua pietatis opera facere, quia potest aquæ frigidæ potum dare. In his enim quæ datur propter Christum, non tantum pensatur quantitas doni quod datur, quantum pensatur quantitas bonæ voluntatis ex qua datur: non quātum des, sed ex quanto, attendit Deus. Vtrunque quidem attendit, sed potius hoc quàm illud. Vnde Chrysostomus: Verè iustus iudex, qui enim & pro verbo ocioso constituit pœnam, iustum erat vt pro aqua frigida daret mercedem. Frigidam aquam ideò dixit, ut nec calefaciendi impendat laborem, non quia aliquid est quod dat, ideò habet mercedem, sed quia magnus est propter quem dat. Quid enim si aliquid amplius voluit dare & non potuit: nunquid iustum est vt secundum modicum opus angustetur larga voluntas? Melius est ergo vt opus extendatur secundum voluntatem, quàm larga voluntas angustetur secundum opus, quomodo ergo omnes pauperes volentes benefacere confortat, ita nolentes benefacere inexcusabiles reddit, qui enim aquæ frigidæ mercedem constituit: puto quòd sine opere nudæ volūtati reddet mercedem: Hæc Chrysostomus. Et nota, quòd triplicem recipiendorum differentiam ponit, prophetam, & iustum, & minimum discipulum. In Propheta, prærogatiua doctrinæ. In iusto, prærogatiua vitæ. In minimo discipulo, prærogatiua supererogationis: secundum glosam enim minimi sunt, qui nil penitus ex hoc mundo habent, & ideò iudices cum Christo erunt. Vltimo autē loquitur de receptione discipulorum, quia

Tribuendū omnibus. Eccle. 19.
Hieronym. in ca. 10. Matthæi.
Aqua frigida.
Chrysosto. ho. 26. operis imperfe. Iudex iustus Deus.
Recipiendorum triplex differentia.

A hoc principaliter intendebant, quasi ex præmissis, cōcludere sic: maior est imitatio discipuli ad magistrū, quàm prophetæ vel iusti: sed illorum receptio remunerabitur à Christo, ergo multo plus discipulorum Christi receptio. Magno ergo affectu recipiendi sunt discipuli propter Christum, qui tam minima beneficia non euacuat à mercede. Ea enim quæ fiunt Christi fidelibus, reputat sibi fieri Christus: & hoc tam in factis malis sicut ibi: *Saule, Saule quid me persequeris*, id est, fideles meos, quàm etiā ī bonis, sicut patet hîc ex præmissis, qa dicit se esse receptū in discipulis suis. Vnde Benedictus in regula: Omnes superuenientes hospites tanquam Christus suscipiantur, quia ipse dicturus est, *hospes fui & suscepistis me*. Omnibus veniētibus siue discedentibus hospitibus inclinato capite B Christus in eis adoretur, qui & suscipitur. Pauperum & peregrinorum maximè susceptio omni cura sollicitè exhibeatur, quia in ipsis magis Christus suscipitur. Infirmorum cura ante omnia & super omnia adhibēda est, vt sicut reuera Christo, ita eis seruiatur, quia ipse dixit: Infirmus fui & visitastis me. Et quòd fecistis uni de his minimis meis, mihi fecistis: Hæc Benedictus. Igitur, vt dicit Chrysostomus, caueamus ne si nos duri in hospitum receptione fuerimus: post hanc vitam nobis hospitia sanctorum denegentur. Deinde ad commendandum obedientiam subiungit: *Qui uos audit audit me: & qui uos spernit, me spernit: qui autē me spernit*, in uobis, *spernit eum qui me misit*, scilicet pa- C trem, quia ego & pater vnum sumus. Hoc addit saluator, ad ostendendum quòd doctrina discipulorum eius est deuotè & reuerenter audienda, saltē propter reuerentiam ipsius Dei, cuius principaliter est hęc doctrina: quia enim Christus in discipulis, pater uerò in filio, & filius in patre est, nō potest vnus honorari sine alio, vel cōtemni. Igitur in audiēdo Euangelij prædicatores, sciat se quisque non uiles personas quaslibet audire vel spernere: sed ipsum Dominum saluatorem & suum patrem. In discipulo enim magister auditur, & in filio pater honoratur. Quicūq; ergo es qui sacerdotes audire contemnis, & eorum uerbis & exhortationibus acquiescere despicis, saltem Deum ipsum non paruipendas, & eum audire non fastidias. D Si despicis audire sacerdotem, audi vel Dominum in eo loquentem: per eum te admonentem, & ad uitam reducentem. In sacerdotibus enim & discipulis Christus loquitur: & in eis honoratur vel contemnitur. Vnde Apostolus: *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus*? Noli itaq; spernere discipulos & nuncios Christi, ne ad illum perueniat quod illis feceris: imò noli Deum spernere in discipulis & nūcijs suis. Hîc ergo Christus nos instruit, vt præceptis Ecclesiæ & prælatorū obediamus: ne ad Deum perueniat iniuria quā illis fecerimus, & ideò quilibet sic missum & propositum accipiat: vt in eo mittētem & proponente attendat, vt in Petro Christū, scilicet in ser- E uo Dominum, in Christo patrem, scilicet in vnigenito genitorem, & Deo ac prælato non in his quæ expresè docent vel dicūt: sed in his quæ nouerit eorum præcisè esse voluntatis, vel consilij, obediat. Vnde Augustinus: Magna est vtilitas hominis iubenti Deo, etiam incognita iussionis ratione, seruire: iubendo enim Deus vtile facit, quicquid iubere voluerit: de quo metuendum non est, ne non profutura recipiat: nec fieri potest vt uoluntas propria non grādi ruinæ pondere super hominem cadat, si eam uoluntati superioris extollendo præponat. Et iterum: Suam uoluntatem homines faciunt, non Dei quan-

do

Act. 9.
Matth. 25.
Ibidem Chrysost. hom. 43. in Genesin. Hospitalitatem commendat. Obedientiā commēdat.
Luca. 10. Prædicat in suis [illegible]
2. Cor. 13.
Augustin. sermone de obedientia. Iubēti Deo seruire non cognita ratione.

do faciunt quod uolunt, non quod iubet Deus, ut diuinæ seruiant uoluntati: quando autem ita faciunt quod uolunt, quanuis uolentes agant quod agunt, illius tamen uoluntas est à quo præparatur & iubetur quod uolūt. Volēs fac quod iuberis: atque ita & hoc facies quod uis, & non uoluntatem tuam facies, sed iubentis. Vnde Bernard. Spiritum discretionis nihil ita extinguit sicut propria uoluntas: uoluntatem dico propriam, quæ non est communis cum Deo & hominibus: sed nostra tantum, id est, quando quod uolumus non ad honorem Dei, non ad utilitatem proximi, sed propter nosmetipsos facimus, non intendentes placere Deo, & prodesse proximis: sed satisfacere nobisipsis. Huic contraria charitas est, quæ est Deus, quid enim odit, aut quid punit Deus, præter uoluntatem propriam? Cesset uoluntas propria, & infernus non erit: ut autem ait Hieronymus: Tantum uirtuti adijciens, quantum uoluntati subtraxeris, & ergo non confidas in orationibus & operibus priuatis, contempto mandato superioris. Quia, ut dicit Augustinus, citius exauditur una oratio obedientis, quàm decem millia contemptoris. Et ideò, ut dicit Bernardus, grande malum est propria uoluntas, qua fit ut bona tua tibi bona non sint. Quando uerò magis, & quando minus meritoria sit obedientia, ostendit Gregor. Obedientia aliquando si de suo aliquid habeat, nulla est, aliquando autem si de suo aliquid non habeat, minima. Nam cùm huius mundi successus præcipitur, cùm locus superior imperatur: is qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ sibi uirtutem euacuat, si ad hæc etiam ex proprio desiderio anhelat. Neque enim se sub obedientia dirigit, qui ad percipienda huius mundi prospera libidini propriæ ambitionis seruit. Rursum cùm mundi despectus præcipitur: cùm probra adipisci & contumeliæ iubentur, nisi hæc ex semetipso animus appetat: obedientiæ sibi meritum minuit, qui ad ea quæ in hac uita despecta sunt, inuitus nolensq; descendit. Debet ergo obediētia & in aduersis ex suo aliquid habere, & rursum in prosperis ex suo aliquid omnino non habere: quatenus in aduersis tanto sit gloriosior, quanto diuino ordini etiam ex desiderio iungitur, & in prosperis tāto sit uerior, quanto à præsenti ipsa, quam diuinitus percipit gloria, funditus ex mente separatur. hæc Greg. ut autem dicit Ber. Tria uincula debet habere uera obedientia, uidelicet celeritatem in iussione, iocunditatem in labore, perseuerantiam in operis executione. Quantum verò bonum sit obedientia: & per oppositum quantum malum inobedientia, ostendit Augustinus dicens: Perfectè Deus euidenterq; monstrauit quantum sit bonum obedientia, cùm hominem in paradiso positum ab ea re prohibuit, quæ nō erat mala. Sola ibi obedientia potuit tenere palmam, sola inobedientia incidit pęnam. Vnde & Bernardus: Inobedientia deum offendit: angelos alienat: eijcit à communione sanctorum, uitam æternam amittit, gaudium facit dæmonibus, æternum meretur supplicium. Et iterum: Non dabit inobedienti copiam sui tantus amator obedientiæ, qui maluit mori quàm nō obedire: & ne perderet obedientiam, perdidit uitam. Hæc Bernardus: *Cùm ergo consummasset Iesus*, sermones prædictos, *præcipiens duodecim discipulis suis*, modum scilicet prędicandi & uiuendi prædictum, transit inde ut doceret & prædicaret in ciuitatibus eorū: scilicet discipulorum, quarum domini non erant: sed in quibus nati uel enutriti, seu morati fuerant: hoc est ut prædicaret Iudæis quibus missus erat. Pręd icās

Bernardus sermo. 3. de resurrectione Domini. Voluntas propria & eius mala.
Hierony. ī epist. Obedientię merita.
Bernardus Ingum. serm. 17. in cantica.
Gregorius lib. 35. moraliū c. 13.
Obediētia in aduersis & prosperis.
Bernardus de pręcepto & dispēsatione.
Augustin. de arbore scientię boni & mali to. 9. Inobedientia mala. Bernardus sermo. 46. in cantica.

A itaque ibidem Iudęis non Samaritanis, nō gentibus, fecit quod docuerat & mandauerat discipulis, ut secundum promissa prius offerretur Iudæis occasio salutis. Hic ergo dat maioribus prælatis exemplum: ut ipsi prædicare non desinant, quanuis alios destinent ad prædicandum, ne alijs laborantibus ociosi fiant: & bonorum gloriosum fructum perdant. Sed heu, hodie multi prælati uicarios, non auditores, quærunt: & quiescere, non collaborare uolunt: opinātes quòd sic suæ & subditorum animæ requiescant in pace. Immo, quod peius est, prædicationibus omissis, quidā uacant guerris & pugnis: & qui prædicando deberēt animas uiuificare, guerras faciendo non timent & corpora & animas perimere: & sic lotis extrinsecus B manibus, sed pollutis intrinsecus cordibus ad altare accedere. Vbi Chrysostomus: Cùm consummasset Iesus pręcipiens discipulis suis exijt ad pręedicandum, ne laborantibus discipulis ociosus esset magister. Non enim uicarios operis sui illos ordinauerat, sed adiutores: & ideo festinantibus mercenarijs, necesse erat ut amplius ipse pater familias festinaret: nam in secularibus qui fuerit maior aut clarior, & habuerit secus se minores aut subditos, à deo omnia quæcunque necessaria fuerint ipsi adimplent: ille autem in suo honore constitutus tantummodo iussionibus præest, ab omni labore secutus est. In spiritualibus autem uiris non est ita: sed qui maior est, maiorem C habet laborem: ideò prædicantibus Apostolis amplius laborabat Christus: miserat enim illos quasi Sol radios suos: quasi rosa suauitatis odores, quasi ignis scintillas suas dispersit: ut sicut Sol in radijs suis apparet: sicut rosa ī odoribus suis sentitur: sicut ignis in scintillis suis aspicitur, sic in illorū uirtutibus Christi potentia cognoscatur. Quis enim uidens discipulos suos bene instructos, non scientiam magistri collaudet? Aut opera eorum magna considerans, non potentiam admiretur authoris? faciebat enim Christus miracula, faciebāt & discipuli eius: & inter mirabilium operationes maior uirtutum fama crescebat. Hæc Chrysostomus: Exeuntes autem xij. discipuli circumibant per castella euangelizanres, non solum D procurationem recipientes & curantes in anima & corpore, non malo exemplo occidentes, & hoc ubique sine personarum acceptione. Exierunt ab arce contemplationis ad actionem prædicationis & curationis: inducendo homines uerbo & exemplo, ut pęnitentiam agerent de peccatis: sed heu multi hodie exeunt à latebris peruersæ cogitationis, ad actionem iniquitatis, corrumpendo homines uerbis & exemplis malis.

Prædicent prælati.
Contra pręlatos.
Magister non cesset.
Exitus discipulorū.

ORATIO.

E DOMINE *Iesu Christe magister bone, da mihi Prophetas: scilicet qui doctrina te prædicant: & iustos, qui bona uita te demonstrant: ac discipulos, ac nuncios tuos, qui te quoquo modo denunciant: sic pro nomine tuo uenerari & recipere, ac eis charitatis obsequia, & beneficia impendere: ut mercedem cum eis merear, te donante, meritis eorum obtinere. Da mihi etiā Domine Deus meus prælatos prædicatores & sacerdos reuerenter audire, & eorum admonitionibus obediendo acquiescere: ut cum ueris obedientibus ualeam apud te gratiam inuenire. Amen.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De quæstione Ioannis Baptistæ, & eius commendatione. Caput LVI.



IOANNES autem Baptistain uinculis & in carcere constitutus, cùm per discipulos suos magis inuidia, quàm simplici corde stimulatos, audisset opera & miracula quæ faciebat Christus: plus de discipulorum salute quàm de suo periculo sollicitus, mittens duos de discipulis suis dubitantibus, ut ipsis reuersis crederetur ab alijs: quia in ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum, *ait illi*, scilicet Christo, per discipulos suos missos. q.d. si mihi nõ creditis qui testimonium de Christo perhibui, uos ipsi dicite ei: *Tues qui uenturus es Christus*, & Messias in lege promissus, qui debes saluare Israel, *an alium expectamus*, ad saluã dũ? Ioannes interpretatur gratia, Ioãnes ergo in uinculis est: cùm gratia in aliquo uinculis mundi, uel carnis, uel peccati ligata tenetur ne ꝓficiat. Heu in multis hodie Ioãnes tenetur uinculis: corpus enim carcer est impediens hominem à cõtemplatione ueritatis: non autem ipse Ioannes dubitauit, nec dubitando quęsiuit qui de Christi ꝓsentia in utero matris exultauit, qui ei etiam ad baptismum uenienti dixerat: ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me, & in baptismo eum per columbam descendentem. ac per patris uocem & testimonium agnouit, & postea digito demonstrauit, qui etiam pro Christo ac fide eius, & iustitia positus est in carcere, & paratus mortem sustinere: sed morem dubitantis gerens quæsiuit, ut discipulorum dubitationi consulendo eos per Christum cõfirmaret, & Christi discipulos faceret: quos de Christo adhuc dubitantes nouerat, ut uidentes signa & correcti dictis crederent: scandalum enim patiebãtur, quia Iesum præponi & præferri suo magistro audierant. Vnde Augustinus. Ite dicite illi, non quia ego dubito: sed ut uos instruam, quod ego soleo dicere, ab ipso audite: audistis præconem, confirmamini à iudice. Vnde & Hilarius: Ioannes igitur non suæ, sed discipulorum ignorantiæ consuluit: ut enim scirent non alium à se prædicatum, ad opera eius intuenda discipulos suos misit, ut authoritatem dictis illius opera conferrent. nec Christus alius exꝑctaretur quàm cui testimonium opera præstitissent. Vnde etiam Chrysostomus: Ioannes in carcere sciens se esse iam in exitu constitutum, uolebat discipulos suos Christo adiungere, tanquam si prouidus pater moriens filios suos consignet fideli tutori, desiderabat enim uiuens plenam fidem uidere discipulorum suorum, & sine dubitatione aliqua credentes Christo. Sicut pater moriens si uiderit filios suos bonis moribus ornatos, & omni sapientia perfectos, quasi securus moritur, nihil de cætero timens de illis: sic & Ioannes uolebat discipulos suos perfectos uidere in Christo, ut iocundius moreretur. Magis autem non sicut pater filios suos cõmendauit Christo quasi tutori: sed quasi pedagogus alienos filios quos ad tempus accepit ut erudiret, eruditos uolebat Christo reddere, quasi proprio patri ipsorum: ideò interrogabat per discipulos suos, non ut ipse accipiens responsum à Christo audiret & diceret: sed ut missi discipuli oculis suis uiderent opera eius & crederent. Misit Ioannes discipulos ad Christum ut miracula eius uiderent, qui tot fecit ut paucorum animas lucraretur, quia melior est apud Deum unus iustus, quàm totus mundus peccatoribus plenus.

Iusti præcium. Gregorius hom. 6. in Euang.

Hæc Chrysostomus. Sed secundum Gregoriũ: Quærit Ioannes per discipulos: tu qui uenisti in mundum nascendo, es tu uenturus ad inferos moriendo? & potest dici quòd non simpliciter dubitauit de descensu ad inferos: sed de descensu in anima & corpore ad eos. Iesus autem amouit dubitationem discipulorũ, & ostendit eis primò factis, & postmodum uerbis, quia ipse esset Christus, secundum illud: *cœpit Iesus facere & docere*. In quo prędicatores & doctores instruxit: ut non solum uerbis, sed etiam factis doceant. In eorum enim ꝓsentia, & multorum qui ibi aderant, cęcos, surdos, claudos, & leprosos curauit, & alia miracula fecit: populo prædicauit, cuius euangelium primò pauperes receperunt: quia pauperes & humiles magis credunt euangelio, quàm diuites. Et per hoc respondit quæstioni Ioannis, uel magis discipulorum eius, ostendens per miracula soli diuinæ uirtuti posibilia quòd ipse esset uerè Christus. Hæc enim plenum perhibebant ei testimonium quòd esset Dei filius. Nam etsi ante euangelium aliqui similia egerunt, rari tamen fuerunt: & sua authoritate & iussione, sed ministerio & oratione hæc fecerunt. Vnde dicitur, *& respondens Iesus*: scilicet uerbis & factis, *ait illis: Ite & renunciate Ioanni quæ audistis*, ab alijs antequam ueniretis, *& uidistis*, ꝓsentialiter ad præceptũ meum fieri postquam uenistis, & uos de me certificemini per eum potiusquam ipse: uel *quæ audistis*, in prædicatione: *& uidistis*, in miraculorum operatione. q.d. Videtis me, agnoscite me: uidetis facta, agnoscite factorem. Cæcos illumino, mortuos suscito: pauperes ad fidem conuerto, & cætera facio quæ me facturum prophetæ nunciauerunt. Ipsa opera quæ ego facio testimonium perhibent de me. Vnde si mihi non creditis, uel operibus credite. Conferte opera quæ in me uidistis, cum prophetarum oraculis quæ legistis, ut & me illum de quo dixerunt esse cognoscatis. *Cæci uident*, ut impleatur illud propheticum, tunc aperientur oculi cæcorum, *claudi ambulant*, ut impleatur illud: tunc saliet sicut ceruus, claudus. *Leprosi mundantur*, ut impleatur illud: Languores nostros ipse tulit, cuius liuore sanati sumus. *Surdi audiũt*, ut impleatur illud: & aures surdorum patebunt. *Mortui resurgunt*, ut impleatur illud: Viuent mortui, interfecti mei resurgẽt. *Pauperes euangelizantur*, id est per euangelium instruuntur & illuminãtur, & ad fidem conuertuntur: ut impleatur illud, Euangelizare, uel ad annunciandum pauperibus misit me. Fit autem potius mentio de pauperibus, quàm de diuitibus: quia pauperes conuertuntur facilius. Vbi Hieronymus: Pauperes autem euangelizantes intel-

Matt. 11. & Luca 7.

Deut. 19.

Quæstio Ioannis.

Ioannes in uinculis. Corpus carcere est. Lucæ 1. Matth 4. & Ibidem. & Ioan. 1.

Ioãnes quę sunt ut suos doceret.

Augustin. in quæstionibus ex nouo testã. quæst. 14. Hilarius canone 11. in Matt.

Chrysostho. ho. 27. operis imperf.

Esaiæ. 28. Esaiæ 35. Ibidem.

Esaiæ 29.

Pauperum cur mẽtio fiat.

Hieronym. in 4. 11. Matt.

intellige, uel pauperes spiritu: uel certè opibus pauperes, ut nullam inter nobiles & ignobiles, inter diuites & egenos, in prædicatione distantia sit. Narrate ergo Ioanni, quæ quidem audistis in prophetis per Messiam fienda, uidistis modo per me impleta: ea enim tunc agebat Christus, quę prophetæ loquentes de tempore Messiæ prædixerant eum facturum.

Ratio respõsionis Christi.

Subtiliter ergo respondit, innuens talem rationem: Qui operatur opera omnem naturæ facultatem excedentia, & quæ prophetæ prædixerant de Christo, ille profectò Christus est: sed ego talia operor, ergo ego sum. Vtiliter ergo ad Ioannis discipulos respondit Dominus, potius per opera, quàm si dixisset ego sum: ut ipsa opera eius manifestarent eis quòd ipse esset Messias, potiusquam uerba: quia testimonium quod est de rebus & operibus: credibilius & ualidius est testimonio quod est à uerbis, & ualidior est uox operis, quàm sermonis. Noluit etiam apertis uerbis dicere, ego sum, propter arrogantiæ uitandæ exemplum: sed tamen euidentissimè ostendit se esse illum de quo quærebãt eum. Moraliter per sex opera Christi mirabilia hîc posita, quibus liberauit homines à corporalibus defectibus: possunt accipi sex mala à quibus quotidie spiritualiter liberat animas. Cæcitas, est ignorantia, & error rationis eligentis. Claudicatio, est infirmitas & curuitas affectionis mouentis. Lepra, est concupiscentia & immundicia concupiscentiæ carnalis. Surditas, est malitia & duritia obstinata mentis. Mors, est separatio animæ à Deo, per mortale peccatum. Paupertas, est defectus gratiæ & uirtutum. Hæc sex mala pro magna parte, nobis ex peccato primi hominis inflicta tollit fides & prædicatio Christi deuotè accepta. Nam ratio illuminatur, affectus certificatur, concupiscentiæ ardor extingui tur, obstinatio frangitur, peccatum fugatur, & gratia confertur. Quidam enim sunt cæci per ignorantiam: quos liberat Christus, illustrando mentem ad diuinorum cognitionem. Quidam sunt claudi, in affectu prauæ uoluntatis, qui bene uident quid agendum sit, & quomodo derelicto mundo Christus sequendus esset: sed nolunt, uel partim uolunt sequi mundum, partim Christum, claudicantes in duas partes, id est, uersus Deum & mundum: quos liberat Christus disponendo mentem ad diuinæ uoluntatis expletionem. Quidam sunt leprosi lepra luxuriæ, quæ corpus & animam maculat, uel alterius peccati contagione: quos liberat Christus depurãdo mentẽ omnimodo à culpabilibus defectibus quibuscunque. Quidã sunt surdi per cordis duritiã & immisericordiam, siue ad prædicationis uocem, siue ad pauperum clamorem: quos liberat Christus incli nando mentem ad uerbi Dei & pauperum obaudi tionem. Quidam sunt mortui per peccati mortalis obstinationem, quos liberat Christus uiuificando & renouando mentem, & hominem interiorem. Quidam sunt pauperes à cœlestibus gratijs & uirtutibus nudi & miseri, quos Christus liberat ditando mentẽ gratijs & uestiendo uirtutibus. Ista autẽ miracula spiritualia sunt maiora quàm corporalia: magis enĩ est, secundum August. iustificare impiũ, quàm creare cę lum & terram: plus est iustificare animã in æternum uicturam, quàm suscitare carnem iterum moriturã: plus est in anima reformare imaginem Dei, quàm in corpore reformare materiã nostri limi. Deinde Dominus subiungit: *Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me*, scilicet in infirmitate & humanitate mea, dubitando de deitate & diuina potentia, credens me purum hominẽ esse: quia me uidet in passibili carne, beatus qui me pati uiderit, & non me negabit, cuius fidei nihil tentamenti affert, crux, mors, & sepultura. Vnde & latro fuit beatus, quia nõ fuit scandalizatus. q.d. Licet operer ut Deus mirabilia, quia tamen ut homo sum crucifigendus, cauendũ est ualde hominibus, ne in me mortem desꝑiciant, qui signa uenerãtur. Et bene dixit in me, non à me: quia Christus nũquam fuit causa scandali actiuè, sed potuit esse quodammodo materia scandali & occasio. Vnde & dicitur petra scandali, petra enim nullũ scandalizat: quia naturæ suæ debitum facit, sed de petra cæcus, uel incautus scandalizatur qui læditur. In hoc ergo Dominus internuncios Ioannis qui eum Christũ non credebant percutit, & à perfidiæ scandalo castigat. Hoc enim induxit ut Ioannis discipulos ad se traheret qui de eo offendebantur: quia Ioannes in operibus maior clarebat, quasi eis diceret: Videte ne scandalizemini in me, & ne in aliquo de me minus sentiatis. Sicut autem præcursor intendebat amouere à discipulis dubitationem de Christo, sic saluator uiceuersa à turbis de præcursore: commendans eum multiplici ter turbis, quę nesciebant mysterium secretũ, seu causam interrogationis: ne turbæ suspicarentur Ioannẽ malè motũ fuisse, & ideò discipulos misisse, ac per hoc minus crederent præteritis testimonijs Ioãnis. Audientes enim quæstionẽ à discipulis Ioannis Christo propositã, putare poterant Ioannẽ leuem in fide, & mollẽ in uita: quia uidebatur prius dũ erat liber de Christo affirmasse, quę modo in carcere quasi aduersitate fractus uidetur quærere. Leuitas, ad hæsitationem rationis: mollicies ad concupiscentiã uoluptatis pertinet. & utraque Dominus à Ioanne cõcludit: & eum de cõtrarijs, & quibusdã alijs cõmendat. Magis autem uoluit cõmendare Ioannẽ in absentia discipulorũ eius, quàm in præsentia, ut eius cõmendatio nõ ex fauore humano, uel ex adulatione: sed amore ueritatis procedere uideretur. Et per hoc docuit nos fugere notam adulationis in cõmendatione aliorũ, & maximè magnorũ in præsentia eorũ. Vnde Chrysostomus, quàm bene recedentibus discipulis cępit laudare Ioannẽ. Non sicut quidã homines blanditores, qui libenter homines in facie laudant: aut quando uident amicos eius fideles, aut domesticos eius quos credunt nunciaturos illi quicquid audierint. Nã qui insipiens est, gaudet laudatus in facie: uir autẽ sapiẽs quãdo laudatur in facie, flagellatur in corde. Propter duas ergo causas homo in facie laudari non debet. Primùm, si sapientẽ illum putas, grauiter susceturus est. Et quare illi laudibus tuis molestiam facis? Si insipientẽ illũ existimas, extollendus est: quare insipiẽtiam eius laudibus tuis nutris? Hæc Chrysostomus. Deinde consequẽter cõmendat Ioannẽ à multis, & primò à constantia fidei & mentis. Dicit ergo: *Illis autem*, scilicet discipulis Ioannis, *abeuntibus*, scilicet à Christo, & reuertentibus ad Ioannẽ, *dixit Iesus ad turbas. Quid*, id est, qualem, *existis in desertum uidere*, non modo: sed olim cùm adhuc Ioannes esset in deserto, nunc enim erat in carcere. Quasi diceret: Qualis creditis quòd sit ille quem iamdudum ante uincula frequenter, *existis uidere*? Vnde Chrysostomus. Ac si diceret, propter quid ciuitates dimittẽtes: cõueni stis in desertũ? nõ plebs tanta cũ tãto desiderio in eremũ uenisset: nisi magnũ quẽdã & mirabilẽ, & petra solidiorẽ se uidere ęstimãs. *Exists inquã uidere arundinẽ uẽto agitatam*? q.d. Nõ fuit mobilis sicut arundo, ut leuitate mẽtis & fidei de Domino ambigeret quem antea

Latro beatus. Scandalizari in Christo, quid sit.

Commẽdatio Ioannis in absentia à cõtrarijs.

Adulatio uitanda. Chrysosto. ho. 27. operis imperf.

Laudari in facie.

Chrysostho. ibidem.

Universidad de Deusto Biblioteca

prædicauerat: ſed ita conſtans quòd nec timore, nec fauore à ueritate declinabat. Non fuit arundo Ioannes, ſed columna: non mouebatur uento: nec proſperis erigi, nec aduerſis inclinari nouerat, ſed inter aduerſa & proſpera immobilis permanebat, ſeruans in proſperis humilitatem, & in aduerſis patientiam: non quatiebatur timore, nec flectebatur adulatione: nec eum blandum gratia, nec aſperum ira cuiuſlibet faciebat: uno eodemque uultu reſpiciebat illos qui eum laudabant, & illos qui eum uituperabant. Sic inimicos, & amicos diligebat: ſic potentes & impotentes arguebat: arundo igitur uento agitata Ioannes non erat, quem à ſtatu ſuæ rectitudinis nulla rerum uarietas inflectebat. Vnde Chryſoſtomus. Calamus eſt uacuus, & nullam habens uirtutem: & ideò qualis uis uentus leuis flauerit ſuper eum: huc & illuc flectit eum: ſic & homo carnalis & ſecularis in quo fidei nulla eſt medulla, & uirtus ueritatis non inuenitur in eo, qualiſcunque tentatio uenerit ſuper eum: curuat eum. Vnde & Grego. Diſcamus ergo fratres chariſſimi arundo uento agitata non eſſe: ſolidemus animum inter auras linguarum poſitum: ſtet inflexibilis ſtatus noſtræ mentis, nulla nos detractio ad iram prouocet, atque ad remiſsionem inutilis gratiæ nullus fauor inclinet: non nos proſpera eleuent, non aduerſa perturbent, ut qui ſoliditate fidei figimur: nequaquam rerum tranſeuntium mutabilitate moueamur. Hæc Gregorius. Myſticè hîc Ioannem laudat: ut ſic ipſe nec mortis timore, nec carnalis uitæ amore formam iuſtitiæ deſeruit, ſic nec nos utilia relinquamus pro uanis, uel æterna pro tranſitorijs, & crucem potiuſquam phaleras mundi eligamus.

Chryſoſto. ibidem. Calamus.

Gregorius hom. 6. in Euangelia. Arundo ne ſimus.

Secundò commendat eum ab auſteritate uitæ & pœnitentiæ: quia non fuit mollibus ueſtitus, nec delitijs uſus. Vnde dicit: *Sed quid exiſtis uidere hominem mollibus ueſtitum?* ſcilicet per carnis curam delitioſum? non dicat, non: quia, ut dictum eſt ſuprà, Ioannes habebat ueſtimentum de pilis camelorum, & eſca eius erat locuſta & mel ſilueſtre: ut ipſo conuerſationis ſuæ teſtimonio contemneret mundum cum bonis & delitijs ſuis. Ad hoc etiam manebat in deſerto: ut auſteram uitam duceret, non ſolum uictu & ueſtitu, ſed etiam ex loco: propter quod ſubditur: *Ecce qui mollibus ueſtiuntur*, & delitijs utuntur, non in deſerto: ſed *in domibus regum ſunt*: quia ibi uita delitioſa agitur. Ad hoc enim multi magnatibus adulantur, ut cum ipſis commorantes delitijs utantur: ſed homines ueritatis talia aſpernantur. Vnde narrat Valerius Maximus, quòd quidam dixit Diogeni olera lauanti. Si tu Dionyſio adulari uelles, iſta non ederes. Cui reſpondit: Si tu iſta edere uelles, Dionyſio adulari nolles. & ſequitur: hic ueredicus ueritatis annunciator, malens oleribus ſuſtentari, quàm magnatibus adulari: ſed heu hodie multi etiam religioſi contrarium faciunt, & pro modico maioribus & etiam alijs adulari non erubeſcunt. Et bene dicit, *in domibus regum*, non pontificum. Debent enim pontifices & omnes prælati Eccleſię & etiam eorum familia indui ueſte ſimplici & religioſa: non molli & precioſa. Vnde legitur de beato Auguſt. quòd ueſtimenta eius erant nec nitida plurimum, nec abiecta nimis. Vnde & Hieronymus: Ornatus & ſordes pari modo fugiendi ſunt: quia alterum delitias, alterum gloriam redolet. Quomodo ergo clerici & religioſi ęquè mollibus & delitijs utuntur, ſicut & hi qui in domibus regum ſunt: ſed timeant & caueant ſibi, quia non cęleſti ſed terreno regi militant qui pro Deo perpeti aſpera fugiūt: ſed ſolis exterioribus deditis, præſentis uitæ molliciem & delectationem quærunt. Si ergo uilibus ueſtimentis indui uirtus non eſſet, nequaquam Dominus Ioannem de ueſtimenti ſui aſperitate laudaſſet. Et ſi precioſis indui ueſtimentis peccatum non eſſet, nequaquam de pœna diuitis locuturus præmiſiſſet, quia induebatur purpura & byſſo. Quàm uerò periculoſum ſit uti mollibus ueſtibus, patet per Chryſoſtomum, qui dicit: Mollis ueſtis diſſoluit rigidam animam: & ſi rigidum corpus aſſumat & aſperum, facilè per huiuſmodi molliciem delicatum reddit & fragile. Facto autem corpore molliori, neceſſe eſt & animam participare læſionem, nam ut plurimum operationes ipſius conſonant diſpoſitionibus corporis. Hæc Chryſoſtomus.

Commēdatur à ueſtitu.

Veſtitus Ioannis.

Domus diuitum uitandę.

Horatius lib. 1. epiſt. ad Senecā.

Veſtis eccleſiaſticorū.

Hiero. lib. 1 contra Pelagianos tomo 2.

Chryſo. ho. 29. in epiſt. ad Hebræos. Veſtitus mollis. Veſtiti molliter.

Myſticè per ueſtitos mollibus, poſſunt intelligi adulatores: quod bene ſignificatur per indumentum: ſicut enim indumentum adaptat ſe ille cuius eſt, ſic adulatores adaptant ſe malis, ut qui timore perſecutionis, uel amore laudis, peccantium uitia non redarguunt: & ut temporalia lucra uel commoda conſequi poſsint, illis ſe conformare non metuunt. Sed ſecundum Gregorium: Ioannes ſic mollibus ueſtitus non erat: quia peccantium uitia non blandiendo fouere, ſed increpando caſtigare nouerat. Moraliter ſecundum Hieronymum, & Rabanum: Docemur hîc quòd prędicatores ueritatis declinare debent mollium palatia, quæ mollibus induti adulatores frequētant, qui uitā peccantiū palpant, ungunt, & non pungunt. Itē notatur hîc, quòd prædicatio ueritatis conuenit cū duritia cibi & ueſtis: qui autē falſa prędicant, adulatores ſunt, lucra ſectātur, diuitias quærūt, delitijs affluunt. Et tales ſic mollibus ueſtiti, *in domibus regum ſunt*, id eſt, ſecundum Gregoriū, extorres regni cœleſtis ſub iure diaboli ſunt, qui ſunt reges tenebrarum. Per deſertum quoque poteſt intelligi religio: quia ſicut deſertum fuit medium, & quædam uia inter Aegyptum & terram ſanctam promiſsionis, ſic religio eſt quoddam mediū inter cęlū & mundum, & quaſi quædā uia directa qua itur ad cœlum. Per Ioannem exiſtentē in deſerto, intelligitur religioſus qui nō debet eſſe arundo, i. hypocrita exterius: ſicut arundo uirens & interius uacuus: ſed exterius debet uirere per honeſtam conuerſationem, & interrius debet eſſe plenus per fidem & feruentē deuotionem. Itē non debet eſſe fragilis ſicut arundo, & omni uento cedere: ſed debet eſſe firmus, & omni tentationi reſiſtere: & nec benedictione, nec maledictione debet moueri. Item non debet eſſe mollibus ueſtitus, id eſt adulator: ſed ſerioſus ad uitia: & nullius in hoc perſonæ acceptor.

Gregorius home. 6. in Euangelia.

Hierony. in c. 11. Matt. Prædicatores uitent palatia.

Gregorius hom. 6. in Euangelia. Deſertum moraliter religio.

Tertiò commendat ſaluator Ioannem ab excellentia perſonæ & claritate notitiæ: quia pluſquam propheta fuit. Propheta quidem fuit: quia Chriſtum præuidit & prædixit, quod & alij prophetæ fecerunt. Vnde ſuprà dictum eſt: Tu puer Propheta altisſimi uocaberis. Item pluſquam Propheta fuit. Primò, quia à Deo per Angelum prophetatus fuit. Secundò, quia in utero matris prophetare cœpit. Tertiò, quia filius † prophetarum fuit. Quartò, quia Chriſtum à ſe & ab alijs præuiſum & prædictum digito demonſtrauit, quod alij non fecerunt. Nam ſecundum Gregor. Prophetæ officium eſt uentura prædicere: ſed non etiam demonſtrare. Quintò, ſecundum Auguſt. & Ambroſ. eſt maior prophetis: quia prophetæ Dominum uenturum prænunciauerunt, quem uidere deſiderauerunt,

Ioannis cōmendatio à perſona.

Luc 1. Ioānes pluſquam propheta. † finis.

Gregorius. hom. 6. in Euangelia. Auguſtin. lib. 2. cōtra literas petiliani. c. 37. Ambroſ. in c. 7. Lucæ.

runt, & non uiderunt: huic autem præſtitū eſt quod illi quæſierunt. Sextò, ſecundum Hieron. quia ad priuilegium prophetale etiam Baptiſtę acceſsit præmiū, ut ſuum & prophetarum baptizaret Dominum. Septimò, quia angelus, & ſi non natura, tamen officio dictus eſt. Octauò, quia proximior Chriſto fuit, & penè cum ipſo uenit: vnde Chryſo. Omnes quidem prophetæ ante faciem Chriſti tranſmiſsi ſunt: ſolus autē Ioannes ſic miſſus eſt ante faciem Chriſti vt penè cū Chriſto ueniret. Quantum præ cæteris prophetis Ioannes in tempore iuxta Chriſtū: tantum iuſtitia præ illis proximior erat Chriſto. Multæ quidem ſtellæ ante lucem præcedunt, nunciantes locis aduentum: nulla earū Luciferi nomen habere meruit, niſi una: quia cum ipſa luce procedit. Sic omnes prophetæ ante faciem Chriſti præcedunt nunciantes aduentum eius: ſolus tamen Ioannes præcurſor eſt appellatus: quia non ſolum aduentum eius annunciat, ſed etiam illū digito oſtendit dicens. *Ecce agnus Dei.* Hæc Chryſoſt.

Hierony. in c. 11. Mat.

Angelus Ioannes. Chryſoſto. hom. 27. operis imperfe. Ioan. 1.

Quartò commendat eum ab authoritate doctrinæ, & officij dignitate, cùm dicitur: *Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt*, in Malachia, & ſunt uerba patris ad filiū Ioannem commendantis & dicentis. *Ecce ego mitto angelum meum*, id eſt nuncium ſcilicet Ioannem baptiſtam: qui etiam uitam duxit angelicam, *ante faciem tuam*, id eſt ante præſentiam tuam temporalem: & ante eiuſdem potentiæ † manifeſtationem & cognitionem, *qui præparabit uiam tuam*, prædicando pœnitentiam: baptizando ad aſſuefactionem, te annunciando ac manifeſtando, ac corda audiorum ad recipiendū te & tuam prædicationem peruia reddendo, *ante te*, id eſt ante oſtenſionem tuam ad mundum: ſic officium prædicatorum eſt præparare corda auditorū, ante aduentū Domini ad iudiciū, uel in mētē. Dictus eſt autē Ioānes angelus, ꝓpter duo. Primò, ꝓpter officij dignitatem: quia nuncius. Officiū enim angelorum, eſt arcana reuelare: ſic officium Ioannis, arcana prædicere. Nam ſicut angelus Gabriel natiuitatē ſaluatoris paucis annunciauit perſonis, ſcilicet uirgini, Ioſeph, paſtoribus, & Magis: ita Ioannes palam illū toti mundo nunciauit. Vnde Beda: Angelus uocatur Ioannes, non naturæ ſocietate, ſed officij dignitate. Quo nomine, rectè appellari potuit homo ille, qui fuit miſſus à Deo, ut teſtimonium perhiberet de lumine, & uenientem in carne Dominum, mundo nūciaret. Et ſacerdos angeli nuncupantur, Vnde Apoſtolus prohibet, ne mulieres, detecto capite orent, propter angelos Dei, id eſt ſacerdotes. Et ſecundum Gregor. Vnuſquiſque fidelis, ſi à prauitate proximū reuocat, & ad bonum exhortatur, ſi æternum regnū uel ſupplicium erranti denunciat, profectò angelus, id eſt nuncius Domini eſt. Secundò dictus eſt angelus, propter uitæ angelicæ puritatem, quam duxit in ſolitudine, id eſt uirginitate, in contemplatione. Vnde Chryſoſt. Beatus Ioannes, qui talem meruit habere laudatorem. Audi nnnc & intellige dignitatē: puto ſi non eſſet audacię dicere quòd glorioſior eſt Ioānes, quia homo fuit, & propter meritum uirtutis angelus eſt uocatus, quàm ſi nomine angelus & natura fuiſſet. Angelus enim hoc ipſum quòd angelus eſt, non tantum eſt uirtutis præmium, quantum naturæ proprietas. Iſte autem mirabilis eſt, qui in natura humana Euangelicā tranſgreſſus eſt ſanctitatem. Et hoc obtinuit per gratiam Dei, quod non habuit natura. Hæc Chryſ. Et ut ſummā uirtutum commendationis eius Dominus breuiter comprehendat, ſubdit: *Amē dico uobis, inter natos mulierum, non ſurrexit maior Ioanne baptiſta.*

Commendatur Ioānes ab authoritate doctrinę, &c.

† præſentię.

Ioānes Angelus propter duo.

Beda in c. 7. Lucę.

Ioan. 1.

1. Cor. 11.

Gregorius, hom. 6. in Euangelia

Chryſoſto. hom. 27. operis imperfe.

Signanter dicit, *natos*, non natas, ne uirgini matri Chriſti præferri, uel æquari quò ad ſanctitatē intelligatur, quæ prælata eſt omnibus ſanctis, & poſt Chriſtū ſanctior fuit uniuerſis. Dicit autē, *mulierū*, non uirginis, ne Chriſto comparari uideatur: quia mulier ibi non ſolū ſexum, ſed etiā corruptionem ſignificat: ſecundum quē modum, beata uirgo mulier non fuit. Et ſi mulier aliquando in Euangelio nuncupatur, ibi mulier pro fœmina & ſexu ponitur: nec cæteris prophetis, & patriarchis, cunctiſq; hominibus præfertur hîc Ioannes: ſed æquatur, uel nullus ei anteponitur. Non enim ſtatim ſequitur, ſi alii eo meliores nō ſunt, ille maior alijs ſit. Vnde non negat quin æqualis ſi ui aliquando ſurrexit: utrū uerò poſtea ſanctior eo aliquis fuerit, uel adhuc futurus ſit, indiſcuſſum relinquitur. Vnde Chryſo. Scriptura quidem nō dicit Ioannē maiorem eſſe cæteris ſanctis, ſed cæteros ſanctos nō eſſe maiores Ioāne. Coæquauit enim cæteris, nō præpoſuit. Et iterū: Quod autē dicit tale eſt. Non peperit mulier iſto maiorē. Et ſufficit quidē hæc annūciatio Chriſti. Si autem uis à rebus ipſis diſcere: hîc excogita eius immenſam conuerſationē, & mentis altitudinē. Velut enim qui cęlitus deſcēdiſſet degebat in terra ferè nullā gerens curam de corpore, intellectualiter erectus in cœlū, & ſoli Deo coniunctus, de nullo mundanorū ſollicitus: ſicut enim in cęlo ita cōuerſabatur, & naturæ neceſsitatibus ſuperior effectus, extraneā quandā ambulabat uiam, in hymnis & orationibus omne pertranſiens tēpus, hominū quidē nulli, Deo autē continuè ſoli colloquēs. Neque enim uidit aliquē conſeruorū, neque uiſus eſt alicui horū: non lacte uſus eſt, nō lectulo, nō tecto, nō foro, non aliquo quoque potitus eſt humanorū: ſermo ſeuerus & leuis. Nam cū populo Iudæorū uiriliter & feruenter, cū rege audacter, cū diſcipulis leniter cōferebat: nihil fruſtra uel leuiter, ſed omnia conuenīēter agebat: propter hoc dixit: Non ſurrexit in natis mulierū, maior Ioāne Baptiſta: Hæc Chryſoſt.

Mulier.

Chryſoſto. ho. 27. operis imperfe. Ioannis uita & cōuerſatio.

Et quia multa eſt Ioannis cū filio Dei collatio: ideò ſecundū Chryſo. ut copia laudū Ioannis, Iudæis occaſionē non daret pręferendi Ioannē Chriſto, ſubdit diſtinguendo excellentiā Chriſti, ab excelientia Ioānis dicens: *Qui autem minor eſt*, ſcilicet ætate & multo cum opinione *in regno cœlorum*, id eſt in eccleſia ſanctorum militante, *maior* eſt illo ſcilicet dignitate & maieſtate. Quod de Chriſto rectè accipitur, qui tunc in eccleſia militante, quæ à primo iuſto incipiens, uſque ad ultimum electum perdurat, minor à multis reputatur. Sed ſecundum Chryſoſtomum. Non putes quòd comparatiuè ſe dixerit maiorem Ioanne. Vt enim etiam dicit Ambro. alia eſt iſta natura, nec cum humanis generationibus comparanda, non enim poteſt homini cum Deo ulla eſſe collatio: uel nouiſsimus Angelorum, qui in regno cœlorum, id eſt in eccleſia triumphante miniſtrat: ſeu minimus ſanctorum, qui iam ibi cum Deo regnat, maior eſt eo, propter ſtatum fruitionis: quia quilibet beatus, & comprehenſor quantumcunque minimus, maior eſt actu, quàm quilibet uiator purus: licet aliquis uiator ſit maior in potentia, aliquo iam beato. Vnde Hiero. Nos autem ſimpliciter intelligamus, quòd omnis ſanctus qui iam cum Deo eſt, maior ſit illo qui adhuc conſiſtit in prælio. Aliud eſt enim coronā uictoriæ poſſidere, aliud adhuc in acie dimicare: intellige tamen quantum ad præmij ſecuritatem, non quantum ad meriti magnitudinem. Deinde quaſi declarando quòd erat pluſquam Propheta, commen-

Chriſti cū Ioanne cōparatio.

Chryſoſto. hom. 28 in Mattheū. Ambroſius in c. 7. Lucæ.

Hierony. in c. 11. Mat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Commẽdatur Ioãnes à temporis cõmoditate. Regnum cælorum uim patitur.

dat cum à temporis commoditate, in quo venit: quia in tempore gratiæ commodo, & utili humano generi. *A diebus enim Ioannis*, id est post quem cœpit Ioã nes prædicare consecutionem regni cœlestis per pẽ nitentiam, *usque nunc*, inclusiuè: quia tempus gratiæ, à tempore prædicationis Ioannis inchoatum, semper erit, quandiu nunc dici potest, & usque ad finem mundi durabit. *regnum cælorum uim patitur*, à pœnitentibus, *& uiolenti*, illi scilicet qui non uidentur habere ius, sicut publicani & peccatores *rapiunt illud* exclusis scilicet filiis regni. A simili dictum est, sicut si aliquod regnum datum esset extraneis, quasi uiolentia uideretur inferri ipsi regno. Vnde Hilarius: Regnum cœlorum uim patitur, quia gloria Dei Israel patribus debita, à Prophetis prænuntiata, à Christo oblata, fide gentium occupatur, dum per pœnitentiam quam Ioannes prædicauit, fideles ad cœlestem patriam, quasi in locum alienum penetrantes. Vnde Chry. Vides ergo quia magnus est Ioannes, in cuius tempore, tanta gratia effusa est super terrã, & quod in diebus omnium Prophetarum factum non est, in illius tempore factum est, & ipse factus est gratię huius minister: Hæc Chry. *A diebus ergo Ioannis regnum cælorum* patuit pœnitentibus, à quibus, *uim patitur*, & uiolenter rapitur: quia primus pœnitentiam prædicauit, qua uelut quadam uiolentia nos affligendo, & pro peccatis satisfaciendo, regnum cœlorum, quasi uiolenti, non pigri rapimus & intramus. A quo enĩ per peccatum, alieni facti sumus, ui & uirtute pœnitentiæ acquirimus, & id quod nobis de iure non debetur, labore & uiolentia rapimus. Quasi rapere qui dem est, ubi nullum ius habemus, & quod Angelorum est possessio acquirere. Non potest enim homo natus in terra, rapere cœlum, nisi sibi faciat uiolentiam, coercendo à delectationibus proprium appetitum, & subiugando spiritui carnem suam. Vnde Hiero. Grandis est uiolentia, nos in terra genitos esse, & cœlorum sedem quærere: possidere per uirtutem, quod non tenemus per naturam. Vnde & Ambro. Et ideò faciamus uim regno cœlorum. Omnis enim qui uim facit, uehementi studio properat, non torpendi lentescit affectu, & ideò uim facimus naturæ, ut non ad terrena dimergat, sed ad superna se subrigat. Vnde Grego. Cùm peccatores ad pœnitentiã redeunt, quasi in locum alienum intrant, & uiolẽter regnum cœlorum rapiunt. Et iterum: Recogitemus ergo fratres charissimi mala quæ fecimus, & nosmetipsos assiduis lamentis atteramus: hæreditatem iustorum quam non tenuimus per uitam, rapiamus per pœnitentiam, vult à nobis omnipotens Deus talem uiolentiam perpeti. Nam regnum cœlorum rapi vult nostris fletibus, quod nostris meritis non debetur. Vnde & Eusebius: Non sine uiolentia fieri potest, ut unusquisque iracundiam patientia, superbiã humilitate commutet: amore paupertatis & indigentiæ, affluentiam superet: uinolentiam sobrietate, luxuriam castitate commutet, & homo subitò in uirũ alterum transmutetur, & sic à talibus, per uiolentiam regnum cœlorũ diripitur. Vnde etiam in collatione abbatis Abraham, sic dicitur: Regnum etenim cœlorum non desides, non remissi, non delicati, non tenẽri, sed uiolenti diripiunt: qui non alijs, sed animę suæ præclaram inferunt uiolentiam, omni eam præsentium rerũ uoluptate fraudantes. Isto profecto sunt laudabiles uiolenti, qui uim faciunt perditioni suæ. Homo enim, ut scriptum est, in doloribus laborat sibi, & uim facit perditioni suæ. Perditio nostra, est oblectatio præsentis uitæ, & executio desideriorum uoluptatumque nostrarũ: quas si quis ab anima sua subtraxerit, ac mortificauerit, gloriosam profectò, & utilem perditioni suæ uim facit: abnegans dum taxat ei iocundissimas uoluntates: Hæc Abraham. Secundum Bernardum, Quidam regnum Dei mercantur, ut qui exercent opera misericordiæ, eleemosynam, & huiusmodi. Quidam furantur, ut qui faciũt occultas pœnitentias. Quidam compelluntur intrare, ut pauperes necessarij, non uoluntarij. Quidã rapiũt, ut pauperes uoluntarij, qui pauperes Spiritu sunt. Si autem adhuc dubitas regnũ consequi, fortè propter defectum meriti, uel auxilij, audi Augustinum dicentem tibi: Si quæris quomodo istud potest fieri, quibus meritis, quibus ue auxilijs, audi: Res ista est posita in potestate facientis, quoniam regnum cœlorũ uim patitur. Regnum cœlorum ò homo, aliud non quærit precium, nisi teipsum: tantum ualet, quantũes: te da, & habebis illud: quid turbaris de precio? Christus semetipsum tradidit, ut te acquireret regnũ Deo patri: ita temetipsum da, ut sis regnum eius: ut non regnet peccatum in tuo mortali corpore, sed Christus in acquisitionem uitæ. Et iterũ: Vænale habeo, quid Domine? Regnum, quo emitur? Paupertate regnum, dolore gaudium, labore requies, ignominia gloria, morte uita. Vnde & Chrysostomus. Qui seipsum donauit hominibus, quomodo regni sui societatem nõ dabit? Hæc Chrysostomus. Igitur non cures quid uel quantum modo constet, & quid uel quantum de cõmodis seu lucris temporalibus perdas, aut quid uel quantum de incommodis seu damnis temporalibus sustineas: ut regnum illud, de quo tam gloriosa dicta sunt, rapias & possideas. Deinde subditur, *omnes enĩ Prophetiæ & lex*, quæ erant de Christo uenturo, durauerunt, *usque ad Ioannem*, id est usque ad tempus Ioannis, & etiam Christi: quia Christus & Ioannes fuerunt quasi contemporanei, extunc enim cessauerunt legalia & prophetica. Vbi Christi tempus ostẽditur, ut quem illi uenturum esse dixerunt, Ioannes uenisse ostenderet, non quòd tunc lex & Prophetia fuerit annihilata, imò impleta, & imperfectio eius amota: quia extunc prædicari cœpit perfectio Euangelica. Ita Ioannes initium est Euangelij, & terminus legis & Prophetarum. Lex enim & Prophetia ibi finit, ubi id quod præfiguarat, & Prophetauerat, adimpletur. Nam usque ad Ioannem, lex & Prophetę figurãt & promittunt: sed extunc in antea figurata & promissa succedunt: quia in lege & in Prophetis, ueritas de Christo erat sub figuris & ænigmatibus: sed à Ioanne est manifestè ostensa, quem enim lex & Prophetę uẽturum prædixerant, Ioãnes uenisse ostendit, dicens: Ecce agnus Dei. Et quamuis post Ioannem fuerunt Prophetæ, ut Agabus, & quatuor filiæ Philippi, non tamen de Christo in carne uenturo sunt uaticinati, ut præcedentes, de quibus tentum est hic sermo. Vnde Beda: Lex & Prophetæ, usque ad Ioannem, quia non potuit ultra uenturũ Prophetari, quòd Ioannes præconio iam uenisse clarebat. Vnde & Aug. Inter omnes diuinas authoritates, Euangelium meritò excellit. Quod enim lex & Prophetæ futurum prænunciauerunt: hoc redditum atque completũ in Euangelio demonstratur. Non obseruamus sacramenta, quę in lege & Prophetis præcepta sunt: quia mutata sunt, quia intelligamus quæ ibi prædicta sunt, & tenemus quæ ibi promissa sunt. Vnde etiã Chryso. Ergo finis promissionis, Ioannes est. Si autem finis promissionis Ioannes est, & initium beatitudinis ipse est. Quę-

Hilarius canone 11. in Matthæũ.

Rapere.

Hiero. in c. 11. Matth.

Ambro. in pa 7. Luca.

Gregorius hom. 6. in Euangel.

Cassianus collatione 24. c. 26.

Vim facere perditioni.

Bernardus in sentẽtijs

Augustin. in psal. 93.

Ioannis & Christi tempus.

Lex usque ad Ioannẽ.

Beda in c. 7. Luca.

Augustin. lib. 1. de cõsensu euãg.

Chrysost. hom. 56. in Matthæum. Ioan. Ian.

cunq; enim promissa sunt seculo isti, usque ad Ioannem promissa sunt. Ex illo autem iam non promittuntur futura, sed ea quæ promissa fuerant, adimplẽtur. Vsque adeum fuit spes, ex illo autem cœpit esse res. De commendatione etiam Ioãnis, sic dicit Bern. Ioannes ubique maior, in omnibus singularis, mirabilis super omnes. Quis sic gloriosè annũciatus est? Quis sic specialiter in matris utero, spiritu sancto legitur fuisse repletus? Quem legisti intra matris uterum exultasse? cuius natiuitatem uidisti ecclesiam celebrare? Quis sic puer eremum concupiuit? Quis ita sublimiter legitur conuersatus? Quis pœnitentiã & regnum cœlorum primus ostendit? Quis regem gloriæ baptizauit? cui se primùm trinitas sic apertè reuelauit? cui tale testimonium perhibuit Dominus Iesus Christus? Quem sic honorauit ecclesia? Ioannes patriarcha, imò patriarcharum finis & caput. Ioannes propheta, imò plus quàm propheta, quia quem uenientem nunciat, digito demonstrat. Ioannes angelus sed & inter Angelos electus, saluatore attestante, cùm dicit: Ecce mitto Angelum meum &c. Ioannes Apostolus, sed & Apostolorum primus & princeps: quia fuit homo missus à Deo. Ioannes Euangelista, sed & Euangelij primus inceptor, prædicãs Euãgelium regni. Ioannes uirgo, imò uirginitatis norma, pudicitiæ titulus, castitatis exemplum. Ioannes martyr, sed & martyrij lumen, inter natiuitatem siquidem mortemque Christi constantissima forma martyrij. Ipse uox in deserto clamantis, præcursor iudicis, præco uerbi. Ipse est Helias, usque ad quem lex & Prophetæ, lucerna ardens & lucens, amicus sponsi, sponsæ præparator. Silentio transeo cætera, sic nouem ordinibus Angelorum insertus est, ut etiam ad Seraphim apicem transferatur: Hæc Bern. Deinde Dominus subdit: *Et si uultis recipere*, & intelligere, *ipse est Helias*, non in persona, sed in Spiritu: quia fuit similis Heliæ, & hoc in tribus. Primò, in austeritate pœnitentiæ, quia de Helia scribitur quòd erat uir pilosus: quia habebat uestem hirsutam & asperam, & zona pellicea accinctus renibus. Similiter de Ioanne dicitur quòd habebat uestimentum de pilis camelorũ, & zonam pelliceam circa lumbos. Secundò, in solidi tate constantiæ: de Helia enim scribitur, quòd ipse constanter arguebat regem Achab, & regem Ochoziam, & similiter Ioannes constanter arguebat Herodem. Tertiò, in authoritate doctrinæ, quia sicut Helias uenturus est, per prædicationem suam denuncians Christi aduentum secundum: ita Ioannes, ut suprà dictum est, præuenit primum. Et secundum Hieronymum. hoc dictũ ipse est Helias, mysticum esse, & egere intelligentia, sequens Domini sermo demonstrat, dicens: *Qui habet aures*, cordis, *audiendi*, id est intelligẽdi, *audiat*, id est, intelligat: scilicet quia non dixit Ioannem esse Heliam in persona, sed in spiritu. Vel, *qui habet aures*, ad officium audiendi exterius, *audiat*, interius adhibendo diligentiam, circa ea quæ dico & dixi superius. Vtitur autem Christus talibus uerbis, proponendo aliquod arduum uel mysticum, & hoc uel ut moueat intellectum ad intelligendum, uel affectum ad acquiescendum & exequendum.

Bernardus sermone de natiuitate sancti Ioãnis Bapti.

Ioãnes omnis sanctus

Mat. 11. & Mar. 1. Ioan. 1.

Helias similis Ioãnes. 4. Regũ 1.

3. Reg. 21. & 4. Regũ 1. Mar. & Luca 3.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, *quoniam tu es qui uenturus es ad saluandum nos, & alium non expectamus: da nobis ut uincti tuo amore & timore exeamus de arundineto uanitatis, & de molli uestitu uoluptatis, in desertum pœnitentiæ. Renuncia nobis per effectum misericordiæ tuæ, quia tu es ueritas, qua mente cæ-*

ci uident: charitas, qua affectu claudi ambulant: humilitas qua superba leprosi mundantur: uerbum, quo surdi audiunt: uita, qua mortui resurgunt, & uirtus, qua pauperes, euangelizantur: ut omnes ad te conuertantur. Amen.

De increpatione & condemnatione infidelium Iudæorum. Cap. LVII.



PRAEMISSA igitur commendatione Ioannis, increpat & condemnat Dominus superbiam Iudæorum, qui prædicatione Ioannis moti non sunt: sed & ipsius Christi prædicationem desp exerunt, & comparat eorum generationem peruersam & obstinatam: per quam tam prædicantes, quàm audientes comprehendit, *pueris in foro clamantibus, & eorum coæquãlibus*, id est in partes æquales, diuisis, ac sibi inuicem improperantibus, & dicentibus: *Cecinimus uobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis.* Vbi sciendum quòd pueri Hebræorum, ad exercendum se in ludis honestis, inducentibus ad uirtutes, & retrahentibus à uitijs, talem ludum habere consueuerũt. Diuidebantur in medio ciuitatis, in duas partes æquales, & illi qui erant ex una parte, canebant carmen lætitiæ, & alij ex opposita parte, carmen lugubre, deridentes transmutationem repentinam præsentis uitæ, & postea sibi mutuò exprobrabant, & exultantes dicebant alijs, quare sibi non congaudebant & econtrario alii, quare sibi compatiendo non condolebant. Et hoc fiebat ad comprimendam uanam lætitiam hominum, & defectum compassionis & amicitiæ, adinuicem in hoc mundo: sicut videmus frequenter fieri in eadem ciuitate, imò & in eodem uico, uel etiam eadem domo, quòd aliqui lætantur, & aliqui ex opposito tristantur, & quandoque modi cum sibi inuicem compatiantur. Huic negotio, simile est negotium circa Iudæos, & postea Christi tempore factum. Multi enim Prophetarum, sedentes propter docendi & iudicandi authoritatem in foro, id est in ecclesia, ubi lex & iura promuntur, & canentes per gaudiorum æternorum promissionem, monuerunt Iudæos exultare pro spe futurorum, & exultare noluerunt. Multi etiam lamentantes, per tormẽtorum comminationem, monuerunt eos dolere pro peccatis & noluerũt. Propter hoc igitur poterant eos arguere Prophetæ, dicentes: *Cecinimus uobis, & nõ saltastis*, ad laudes Dei assurgendo, *lamentauimus, & nõ planxistis*, pœnitentiã agendo. Id est inuitauimus uos ad exultandum pro spiritualibus bonis, & nõ exultastis nisi in terrenis: monuimus ad pœnitentiã, & non

Matt. 11. & Lucæ 7.

Ludus Iudæorum. Carilena Iudæorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœnituistis, nec doluistis. Eo modo etiam factum est tempore Christi. Ioannes enim ieiunans & abstinēs, inuitabat eos ad dolendum pro peccatis, & dolere noluerunt: Dominus autem comedens & bibens cū eis, inuitabat eos ad exultandum pro gratijs: quia mos comedentium est exultare, & noluerunt hoc facere. Sub similitudine ergo, eos increpat: quia nec habuerunt planctum compunctionis, ex pœnitentia prædicata à Ioanne: nec saltum exultationis, ex misericordia exhibita à saluatore. Ioannes enim prædicabat lamenta pœnitētiæ: Christus exultationem misericordiæ, sed generatio Iudaica non plorat cum Ioanne plorante, nec gaudet cum Christo gaudente. Per clamantes ergo, intelliguntur prędicantes, scilicet Ioannes & Christus, & per coæquales, ipsi quibus prædicant, scilicet auditores. Nam quòd ait: *Lamentauimus, & non planxistis*: ad Ioannem pertinet, cuius abstinentia à cibo & potu, luctum pœnitentiæ significabat, quòd autem ait, *cecinimus, & non saltastis*: ad ipsum Dominum pertinet: qui utendo cum cæteris cibo & potu, lætitiam futuri seculi & regni figurabat. Ioannes enim præcesit in typo præsentis uitæ, quæ debet esse in lamento: sed Christus secutus est in typo futuræ, quæ erit in gaudio. Vnde Psal. *Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.* Sed peruersi Iudæi, uidentes austeritatem Ioannis, per hoc moti non sunt ad pœnitentiam, & postea dulcedinem Christi, & tamen per hoc moti non sunt ad pietatem. Vnde Hiero. Dicunt ergo, cecinimus uobis, & prouocauimus uos, ut ad nostrum canticum bona opera faceretis, & noluistis: lamentauimus, & uos ad pœnitentiam prouocauimus: nec hoc quidem facere noluistis, spernentes utranque prædicationem tam exhortationis ad uirtutes, quàm pœnitentiæ post peccata: Hæc Hiero. Doctor uel prædicator cantat, quandocunq; scilicet de uirtutibus & æternis gaudijs docet, uel prædicat, & tunc auditores extra uitia, ut mundum, saltare debent: quandoq; lamentatur, quandocunq; scilicet uitia & inferni dolores detestatur, & tunc auditores plangere debent, & pœnitere. Spiritualiter, pueri sunt prædicatores & doctores: pueri, per conuersationis humilitatem, per columbinā simplicitatem, & per uitæ puritatem, sedentes in foro: quia venditores cœlestium, iudices animarū, & præcones regularium † præceptorum, clamantes prædicando coæqualibus, secundum capacitatem auditorum doctrinam contemperando: canentes misericordiam peccatorum, gratiam iustorum, gloriam beatorum exprimendo. Triplex ergo canunt carmen, scilicet Nuptiale, pro unione Dei & animæ. Familiare, pro inhabitatione diuinæ præsentiæ. Triumphale, pro consummatione uictoriæ. Et non saltant mali saltu cōuersionis, quò ad primum: saltu deuotionis quò ad secundum: saltu contemplationis, quò ad tertium. Lamentant ostendentes culpam multiplicem; miseriam præsentem, pœnam æternam: sed mali non plangunt planctu compunctionis, pro culpa: planctu compassionis, pro miseria: planctu orationis, pro pœna. Deinde applicando similitudinem ad propositum, subdit increpationis duplicem rationem: quia non crediderant Ioanni, ad pœnitentiam exhortanti: nec saluatori, ad misericordiam aduocanti. Nam nec prædicatio & pœnitentia Ioannis, eos ad luctum & pœnitentiam inflexit: nec prædicatio & conuictus Christi, eis placuit: sed remanserunt obstinati in peccatis, utriusq; prædicationem contemnendo, & utriusq; uitam in malum interpretando. *Venit enim Ioannes, non manducans, neque bibens*, id est in abstinentia maxima uiuens. Ille enim qui parum comedit, dicitur non comedere, secundum communem modum loquendi. Vel *non manducans neque bibens*, delicata: scilicet, uel *non manducans*, scilicet panem: *neque bibens*, scilicet uinum & siceram. Secundum Augustinum, Ioannes dictus est non manducans neque bibens: quia illo uictu quo Iudæi utebantur, non utebatur: hoc ergo Dominus, nisi uteretur, non in eius cōparatione manducans & bibens diceretur. Ecce vnus puerorum lamentātium, id est Prophetarum, ad pœnitentiam uerbo & exemplo prouocantium, & tamen non credunt ei Iudæi, sed dicunt *dæmonium habet*: q.d. more dæmonum, non comedit neque bibit: uel dæmoniacus & insanus est, austeritatem eius, dæmoni attribuendo. Dæmoniaci enim possunt multa agere & pati, quæ non possunt alij. Vel non est hic homo à Deo, ita rigidus sibi & alijs, cùm Dominus sit suauis & mitis. *Venit filius hominis* scilicet uirginis: nō hominum, scilicet uiri & mulieris, *manducans & bibens*, scilicet in mundo & in publico, cum alijs hominibus, id est cōmunem uitam inter homines ducens: hoc enim facere debebat, quia mediator Dei & hominum erat, & ideò talem uitam debuit communiter ducere, ut communiter uiuentes peccatores, accessum familiarem ad ipsum possent habere. Ecce unus puerorum gaudentium, id est prophetarum lætitiam promittentium, *& tamen dicunt* pueri generationis & Pharisæi malè interpretando. *Ecce homo*, nil habens di uinum *uorax* per auiditatem, *potator uini* per consuetudinē, *publicanorum* id est peccantium publicè, *& peccatorum*, id est peccantium occultè, *amicus* scilicet per malam societatem, cum illis manducans & bibens: quod tamen non faciebat ut eorum uitia amaret, sed magis ut sanaret, & eos alliciendo attraheret, & ad pœnitentiam conuerteret. Ipse enim homines attrahebat & uictus conformitate, & similiaritatis ostensione. Vbi Hiero. Si ergo ieiunium placet uobis: cur Ioannes displicuit? Si saturitas uobis placet: cur non placet filius hominis? Quorum alterum dæmonium habentem, alterum uoratorem nuncupastis & ebriū: Hæc Hiero. Ecce pessima lingua, quæ & manducantes iudicat, & non manducantes, & ex utraque parte scindit, quia maledicit Deum & homines: nec est enī qui se abscondat à furore eius. Abstinentia quidem Ioannis, fuit alijs exemplum austeritatis & pœnitentiæ. Manducatio uerò Christi, fuit alijs exemplum condescensionis & misericordiæ. Per illos igitur qui utrumque in malum interpretantur, significantur detractores, bonos actus aliorum nequiter deprauantes. Sunt namque quidam peruersi, istis similes, de omnibus malè iudicantes. Dicunt enim, si quis studet & uacat humilitati, quòd hypocrita est: si patientiæ & mansuetudini, timidus est: si iustitiæ, impatiēs est: si simplicitati, fatuus est: si prudentiæ, malitiosus est: si maturitati, flegmaticus est: si iocūditati dissolutus est: est: si religioni, singularis est: si societati, secularis est: si silentio & paci, melancholicus uel dissimulator est: si aliorum correctioni, turbator pacis & præsumptuosus est: si dissimulat, negligēs est: si instat uigiliis & orationibus, indiscretus est: si communi dormitioni, somnolentus est: si prędicationi & aliorū saluti, appetitor laudis est: si desistit, remissus est: si habet gratiam hominum, adulator est: si adulari renuit, superbus est, & similiter ī multis aliis, temerè iudicant, & quæ bene fieri possunt, in malum interpretantur. Qui cum talibus habitat, potest dicere illud Iob

Increpantur Iudæi.

Psal. 125.

Hieronym. in cap. 11. Matthæi.

Cantus docentium. Lamentū eorum.

† *regaliū.*

Non manducās bibēs.

Augustin. lib. 16. cōtra Faustū cap. 31.

Hieronym. in c. 11. Matt.

Lingua pessima.

Iudicet uiq; & detractores.

Iob. 30. Esaiæ 5. Venator dominus.

Iob: *Frater fui draconum, & socius struthionum.* Dominus ergo, & per se, & per Ioannem, conatus est Iudeos, in regnum introducere, ac si cum propheta diceret: *Quid debui facere uineæ meæ, & non feci?* Et secundū Chrysostomum, fecit sicut faciunt uenatores: qui per duas uias contrarias, alicui insidiantur animali, ut in alteram incidat & capiatur. Misit enim Ioannem, cū uita austera, uenit ipse, cum communi uita: sed ipsi renuerunt, & utranque uiam salutis respuerunt, quia nec cum Ioanne lugere, nec cum Christo gaudere noluerunt. Istis Iudæis similes sunt multi, qui nec flagellis, nec beneficijs, à malo reuocari, uel ad bonum prouocari possunt & ideò cum superbis & peruersis Iudeis, in fasciculis simul colligati, pœnas meritò sustinebunt. Et licet Christus, qui est sapientia Dei patris, si prædictò modo reprobatus à Pharisæis & legisperitis, qui Dei consilium & uitæ documentum spreuerunt: tamen iustificatus est, id est cognitus, & comprobatus iustus *à filijs suis*, id est discipulis, & ab eis qui regnum cœlorum fidei iustificatione diripiunt: qui sunt filij Christi per adoptionem, confitentes iustum sapientiæ opus, ac Dei dispositionem & doctrinam. Deinde post communem Iudæorum increpationem, quasi nominatim increpat tres ciuitates Galileæ, sitas in littore laci Genezareth: quibus specialiter prædicauerat, & miracula fecerat, nec tamen conuerti uolebāt. *Tunc* enim, scilicet postquam increpauit Iudæos in communi, & uidit eos obstinatos, *cœpit*, in speciali, *exprobrare*, id est ad modum exprobrantis, mala futura prædicere *ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ uirtutes eius*: ut saltem operum magnitudini & multitudini crederent, *quia pœnitentiā non egissēt*. q.d. & doctrinam audierunt, & miracula, uiderunt, & tamen credere noluerunt, sed peiores gentibus remanserunt. Exprobrat eis Dominus ad correctionem, & comminatur eis, uæ, id est æternam damnationem, prædicendo uentura, non optando mala, sicut & cùm dicitur: Maledicam illis, qui maledicent tibi, id est, qui malè facient, infligam eis pœnam. Maledictio enim in scriptura, nunquam est imprecatiua, sed prophetica. Vbi Chryso. Deplorat autem Dominus, ad nostrum exemplum: eo quòd effusio lachrymarum, & gemitus amarus super patientes, insensibilitatem doloris, non modicum antidotum est, & ad correctionem patientium, & ad remedium ingemiscentium super eos: Hæc Chrysostomus. Dicit ergo *uæ* scilicet damnationis æternæ imminet tibi *Corozaim* prope quam ciuitatem, Iordanis ingreditur mare Galilææ: & in qua nutrietur Antichristus: *uæ tibi Bethsaida*, de qua ciuitate fuerunt Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes: & distat à Corozaim, quarto miliario, *quia si in Tyro nę & Sidone*, quæ fuerunt urbes Gentilium, idololatriæ & uitijs deditę: quæ tantum legem naturalem habebant, *factæ essent uirtutes*, id est diuina prodigia & miracula, quæ factæ sunt in uobis frequenter, & prædicatum eis fuisset sicut uobis: olim pœnitentiam quam uos non fecistis, ipsi egissent dolentes de peccatis in cinere, ex consideratione mortis, & cilicio, ex consideratione peccati pungentis: sedentes, id est in conscientijs se humiliantes. Vel in cinere humiliatio interiorum cilicio, exterior designatur: hæc addit: quia antiquitus erat mos sic agere pœnitentiam. *Veruntamen dico uobis* Iudæis, *quod Tyro & Sidoni*, licet non sunt conuersi, *remissius erit in die iudicij, quam uobis*: quia minus punietur quàm uos Iudæi obstinati: nam minus peccauerunt illi. Gentiles enim, neque legem scriptam recepe-

1. Cor. 1.

Ciuitatū exprobratio.

Exprobrandi modus & interlio Domini.

Gentilium uocatio.

runt, neque prædicatores habuerunt, neque miracula uiderūt: sed tantum legem naturæ transgressi sunt. Iudæi uerò doctrinam audierunt, & miracula uiderunt, & post transgressionem legis naturalis & scriptæ, etiam legem gratiæ, & signa paruipenderunt: & ideò propter ingratitudinem punietur, isti seuerius, & illi remissius: quia grauius est fidem auditam repellere, quàm mori in gentilitate. Et est argumentum, quòd cæteris paribus, maior erit pœna Christianorum, quàm infidelium, clericorum, quàm laicorum: sapientum, quàm simplicium: prælatorum, quàm subditorum: nam *cui multum donatum est, multum ab eo quæretur, & potentes, potenter tormenta patientur: & seruus sciens uoluntatem Domini, & non faciens, plagis uapulabit multis*. Deinde separatim exprobrat ciuitati Capharnaum: quia districtius alijs iudicādæ eo quòd bona à Domino acceperat crebriora. Itē quia duas alias arguerat, de omissione pœnitendi & negligentia: hanc uerò de contemptu & superbia. Vnde & alias comminatus est pœnā in genere, cùm ait, *uæ*: huic autem in specie, quid apparet plus esse. Dicit ergo: *Et tu Capharnaum*, ponendo, ut suprà, continens pro contento. *nunquid* secundum opinionem tuam *usque in cœlum exaltaberis*? q.d. non. Imò propter peccatum superbiæ & ingratitudinis *usque in infernum descendes*. Nam qui se exaltat, humiliabitur. *Quia si in Sodomis*, qui tamen fuerunt homines pessimi, *factæ fuissent uirtutes* quæ frequenter factæ sunt in te, fortè permansissent usque in hanc diem: quia fecissent pœnitentiā, ut Niniuitæ fecerunt, ad Ionæ prædicationē. Dicit autem fortè, non ad denotandum dubitationem ex parte sua, sed ad denotandum mutabilitatem liberi arbitrij ex parte hominis. *Veruntamen dico uobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quam tibi*: id est minorem pœnam sustinebunt, ratione incredulitatis: sed maiorem, ratione enormitatis peccati & criminis. Per istas ciuitates, quibus Christus frequenter prædicauerat, & miracula fecerat: significantur illi qui frequenter audiunt uerbum Dei, & uident exempla uirtutum, & tamen in peccatis suis obdurantur: propter quod, cæteris paribus, grauius alijs punientur. Specialiter autem per has tres ciuitates, assignantur tria in hominibus, quæ maximè aggrauant ingratitudinem in eis. Primum est, litteratura & sapientia, quod per Corozaim, quę interpretatur secretum mihi, uel misterium meum. Secundum est ordo uel prælatio, quod per Bethsaidam, quæ interpretatur domus pecudū, & domus uenatorū, seu domus frugū. Sunt enim domus Domini peculiares, & refugiū pecudum, i. subditorū & cæterorum. Tertiū est religio, quod per Capharnaum, quæ interpretatur uilla pulchritudinis seu consolationis, uel ager pinguedinis, & utinam interius sicut exterius. Et isti si inuenti fuerint negligentes seu peccatores, & Christo inobedientes, durius quàm cæteri redarguentur, & acrius punientur. Vel per Corozaim, significantur huius seculi sapientes, per Bethsaidam, diuites: per Capharnaum carnales, qui specialiter Christum repellunt, sicut illæ ciuitates fecerunt. Vbi Chryso. Considerate Christiani: quia quædam miracula facta sunt in Corozaim, quædam autem in Bethsaida, alia in Capharnaum: apud nos autē Christianos, omnia facta sunt. Quæ enim facta sunt in Corozaim, forsitan Bethsaida non cognouerat: & quæ facta sunt in Bethsaida, forsitan Capharnaum nesciebat. Nos autem Christiani, quicquid ubique operatus est Christus, omnia Euangelio referente didicimus. Si ergo sic Christus

Luc. 12. Sapien. 6. Luc. 12.

Capharnaum.

Luc. 14. & 18.

Fortè, dictum à Domino.

Ingratitudinem grauātia tria.

Miracula nobis omnia sunt facta, quia scripta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stus luget super illas ciuitates, quia pœnitentiam non egerunt, quæ non omnia mirabilia uiderunt: putas quomodo quotidie luget super nos Christianos, qui quotidie uirtutes eius in ecclesia legimus & audimus, & tamen pœnitentiam peccatorum nostrorũ non agimus? Si tempore Sodomitarum Christus uenisset, & talia demonstrasset, forsitan conuersi fuissent. Illi, quia Loth hominem iustum non audiuerunt, sulphure & igne combusti sunt. Nos quæ & qualia expectant tormenta, qui ipsum contemnimus Christum? Et uide quia non dixit, Tunc improperauit ciuitatibus: sed tunc cœpit improperare. Si ergo tunc cœpit, & usque nunc quotidie improperat talibus. Et quotiens legitur in ecclesia, improperans, improperat his qui tales sunt in ecclesia. Væ ergo uobis Christianis, quibus quotidie omnes scripturæ uociferantur, & uos tanquam aspides surdæ, obturantes aures uestras non auditis uoces earum. Quidam enĩ dicunt: Peccata nostra erubescimus confiteri. Dic homo, quid est peius facere malum, an dicere? Si ergo ante Dei conspectum, facere malum non erubuisti: quomodo ante cõspectum hominis, erubescis dicere? Ad iracundiam Deũ excitare nõ timuisti, & ad misericordiam eum flectere dubitas: Hæc Chrysosto. Oportet igitur lectioni scripturarum uacare, & intẽdere: ita enim peccator ad meliùs poterit proficere. Vnde idem Chryso. Debemus scripturas scrutari cũ diligentia, & non simpliciter: poterimus salute nostra potiri, si semper eis immorabimur. Et si uehementer durus quis fuerit, & si nihil lucratus fuerit in alijs temporibus: tempus saltem lucrabitur hoc, & suscipiet aliquam utilitatem. Quid igitur ais? quoniam audiens non facio, non paruum lucrum misericordiæ uocare seipsum, non inutilis hic timor. Si ingemueris solum quoniam audiens non facis: omnino ad faciendum uenies quandoque. Non enim est Deo loquentem & audientem Deum, loquentem non luctari. Et iterum: Quicquid quæritur ad salutem: totum iam adimpletum est in scripturis. Qui ignarus est: inuenit ibi quod discat. Qui contumax est & peccator: inuenit ibi futuri iudicij flagella quę timeat. Qui laborat: inuenit ibi glorias promissionis perpetuæ uitæ: quas manducando, amplius excitetur ad opus. Qui pusillanimis est & infirmus: inuenit ibi medio cres iustitię cibos: qui etsi pinguem animam non faciunt, tamen mori non permittunt. Qui magnanimus est & fidelis: inuenit ibi spiritaliores escas, continentioris uitę, quæ perducent eum propè ad Angelorum naturam. Qui percussus à Diabolo uulneratus est in peccatis, inuenit ibi medicinales cibos, qui eum pro pœnitentiam reparent ad salutem: Hæc Chrysostomus, secundum Bedam: Quare non olim, his qui credere potuerunt, uerùm Iudęis qui credere nolucrunt, sit euangelizatum ipsius est scire cuius uniuersæ sunt uiæ misericordia & ueritas. Quia secundum Anſel. alio modo, iustè damnat malos: alio modo, iustè parcit malis. Nam cùm damnat malos, iustum est, quia illorum meritis conuenit, cũ uerò parcit malis, iustũ est: non quia illorũ meritis, sed quia bonitati suæ condecens est. Parcendo ergo malis, iustus est secundũ se, & misericors, secundũ nos, nõ secundũ se. Non enim ideò est misericors, quia miserum cor habeat: sed quia circa miseros, cor pietatis impendit. Qui etiam secundum Augustinum cuius vult misereatur, non in iustitia sed gratia, quem vult obdurat. non iniquitate, sed ueritate uindictę. Sic tamen misericordia & ueritas obuiant sibi, ut nec misericordia impediat veritatem,

Cepit improperare, signãter dictum.

Sacra scriptura intendũ est. Chrysostho. hom. 32. in Ioannem.

Scripturarum laus & utilitas.

Bed. in c. 10 Luce. Iudicia Dei occulta. Psal. 118. Anſelmus in prosologio c. 9. Rom. 9.

Augustin. in enchiridio c. 99.

qua plectitur dignus: nec ueritas miseri cordiam, quæ liberatur indignus. Deus quidem, ab æterno sciens conuersationem hominum malam futuram, & quia nec sola seueritate posset saluari, nec sola misericordia peruenire ad profectum meritorum: decreuit quòd in unoquoque tempore prædicandum esset, unumquemque permittens suo iudicio, id est naturalilegi, quæ dicit in corde, quod tibi fieri non uis, aliis ne feceris. Sed quia naturalis lex obtorpuit consuetudine peccandi, prædicata est, quæ refrenaret peccãtes. Et quia iterum homo, non sẽper legis seueritatem cohibet, imò per interdictum reus tenebatur, prædicata est misericordia, quæ saluaret confugientes ad eam, ut excæcaret refutantes, mittens ad promissionem Iudæorum, ut ipsi Iudæi, saltem ęmulatione gentium conuerterentur. Et hæc est altitudo consilij Dei, quo mira prouidentia, Iudæos & Gentes reduxit ad uitam quam perdiderant in Adam.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui nos uerbo & exemplo prouocasti ad dolendum pro peccatis, & ad exultandum pro spiritualibus bonis: da mihi gratiam lachrymarum, & terram cordis mei aridam, irriguo cœlesti secunda, ut plangam me quotidie in omni uita meæ: ita ut efficiantur mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, & mens mea oblita uanitatis & miseriæ, ardeat in tuo amore: ita ut saltando ad bona opera, & laudes Dei assurgendo, nunc exultem in spe, & tandem semper te laudando, tecum gaudeam sine fine. Amen.*

De reuersione Apostolorum, ac missione, & reuersione septuagintaduo discipulorum.
Caput. LVIII.



REVERTENTES *autem Apostoli* de prædicatione *ad Iesum, nunciauerunt ei quę docuerant* prædicando, & fecerant miracula, operando: ostendentes quòd mandatum eius, fideliter executi fuerunt: & gratias referentes super his, quæ acceperunt. Veniunt Apostoli ad Iesum, riui ad fontem, ad locum unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant. Ibant animalia de quiete contemplationis ad laborem actionis, & reuertebantur iterum ad quietem contemplationis. Et compatiendo eis de laboribus suis, duxit eos, *seorsum in desertum locum*, ut post laborem quiescerent, *pusillum*, segregati à tumultu populorum: & ut

Marci 6. Luce 9. & 10. Matth. 11

Eccle. 1. Beda 3. ca. 6. Marci.

ut se colligerent in oratione, sicut dispersi fuerant in prædicatione: *nec enim spatium edendi habebant*, præturbis quæ ueniebant & redibant. Vnde Beda: Vbi magna temporis illius fœlicitas, de labore docentiũ simul & discentium, studio demonstratur, quæ utinã in nostro æuo rediret: ut tanta ministris uerbi frequẽtia, fidelium insistat auditorum: quæ nec liberum eis curandi corporis spatium concedat. Nam quibus necessaria curandi corporis hora negatur: quanto minus illecebris animæ suæ, carnis studendi facultas adest: quin potius à quibus uerbũ fidei, & salutare mysterium opportunè, importunè exigitur, horum animus consequenter, ad agenda semper, & cogitanda cœlestia succenditur: ne ea quæ uerbis docent, factis impugnent: Hæc Beda. Mysticè autem secundũ Hiero. seorsum ducit Dominus quos elegit: ut inter malos uiuentes, mala non intendant. Et bene dicitur, ut quiescerent pusillum: quia pusilla requies est hîc, sanctis & labor magnus: sed postea dicetur eis: ut requiescant à laboribus suis: opera enim illorum, sequũtur illos. Vnde dicit Gre. quòd tanto tunc maior requies erit, quanto modo ob amorẽ conditoris sui, requies nulla fuerit. Et econtra intellige ò piger, quòd tanto tunc minor requies erit, quanto nunc ob amorẽ carnis, requies maior fuerit. Et ideò ut tunc gaudere possis dulcedine quietis, non abhorreas nunc gustare amaritudinem laboris, attendens uerba Boëtij dicentis: Dulcior est apium melle labor, si malus ora prius sapor edat. Quiescere ergo facit Christus discipulos suos, ut discant omnes, & maximè qui præsunt, quòd qui laborant in opere & sermone, requiem promerentur. Per hoc etiam ostenditur, quòd prædicatores, post prædicationis discursum, redire debent ad contemplationis secretum: & opera sua coram Deo discutere, & diligenter examinare: ut de bonis gratias agant & de defectibus ueniam petant. Admonemur itaque hîc in Domini factis, ut aliquando ab actione quiescamus, & ad secretum contemplationis transeamus: quia in actione exteriori, spatium contemplandi non habemus. Quę contemplatio, rectè desertum dicitur: quia à multis deseritur, & à paucis inhabitatur: in qua requiescimus pusillũ, quia pro nostra fragilitate, nõ diu diuinæ uisioni ualemus inhærere: nec pro necessitate proximi, illius curam diu prætermittere. Taceas ergo ad tempus, à proximorum ædificatione: ut tacendo discas, qualiter suo tempore utiliter eloqui ualeas. Rogando tamen Deum quòd per scipsum suppleat cordibus proximorum, interius ea inspirando, à quibus interim te abstineas, linguam per silẽtium edomando. Vnde Grego. Nemo debet propter contemplationem Dei, omnino postponere necessitatem proximi: nec propter necessitatem proximorum, contemnere contemplationem Dei. Quid enim prodest, si amantes nosmetipsos, relinquamus proximos? Vel quid rursus prodest, si amantes uel zelantes proximos, relinquamus nosmetipsos? Et *post hæc Dominus Iesus designauit*, id est signanter elegit, & ab alijs distinxit, ac instituit, *septuaginta alios*, discipulos, *alios*, præter duodecim prædictos: in signũ quòd post Christi resurrectionem & ascensionem in cœlum, fides Christi prædicanda erat gentibus, septuagintaduarũ linguarũ: sicut antè duodecim tribubus, secundum numerum duodecim Apostolorum. Prima ergo lingua, inter omnes erat Hebraica: quæ postea in septuagintaduas fuit diuisa. Et sicut apostoli, formam demonstrabant episcoporum, id est primi ordinis & maiorum sacerdotum: sic & isti figurã gerebant presbyterorum, id est secundi ordinis, & minorum sacerdotum, scilicet curatorum. In primis tamen ecclesię temporibus, utrique presbyteri, utrique uocabantur episcopi. Qui ergo episcopi sunt, sunt successores Apostolorum, ideò si gaudent de Apostolico honore, debent eis similes esse in labore. Septuaginta quoque consurgunt ex ductu denarij per septenarium, ideo significant impletionẽ decalogi, cum septem donis spiritus sancti. Per binarium uerò superadditũ, significatur maximè gemina charitas, s. Dei, & proximi, quæ omnia debent esse in prædicatoribus Euangelij. *Et misit illos binos*, sic etiã secundũ Origẽ. & duodecim bini & bini numerati fuerunt: ut in eorum catalogo Matthæus ostendit. Misit autem binos. Primò, propter duos populos conuertendos, Iudæorum scilicet & Gentium. Secundò propter salutem duplicem operandam, corporis scilicet & animæ. Tertiò, propter duplex mãdatum charitatis: scilicet Dei & proximi, quæ debet esse in prædicatore Euangelij. Quartò, propter geminã perfectionem, scilicet uitæ & scientiæ prædicatori necessariã. Quintò, propter mutuã conseruationem, & securitatẽ custodię: ut unus esset custos castitatis alterius, & bonorum cæterorũ. Sextò, propter mutuã consolationẽ, & societatis emolimentũ. Septimò, propter confirmationem ueritatis prædicandæ ab ipsis, & eius testimonium: ut in ore duorum testium, staret uerbum, *ante faciem suam*, scilicet ante præsentiam, ut aduentus Christi non lateret, & ut ci uiam & hospitium in cordibus hominũ præpararent, *in omnem ciuitatem & locum*, qui indifferenter Christus & discipuli eius prędicabant in ciuitatibus & locis, paruis & magnis, *quò erat ipse uenturus*, scilicet in Iudæam. Post resurrectionem tamen & ascensionẽ Domini, ad prædicandum etiã Gentibus missi sunt, secundũ Greg. Prædicatio præuenit, & sic ad habitaculum mentis Dominus uenit: quia uerba exhortationis percurrunt, per quã ueritas in mente suscipitur. *Et dicebat illis: Messis quidẽ multa: operarij autem pauci.* Ista & plura alia quæ sequuntur, modũ prædicandi & uiuendi discipulorũ continentia, dicta sunt suprà de missione Apostolorum: & ideo hîc repetere, non est necessarium. Expleto autẽ ministerio legationis suæ, reuersi sunt lxxij. discipuli, *cum gaudio*, tum de fructu prædicationis suæ, per quam populũ ædificauerant: tum de miraculorũ operatione, quia dęmones eiecerant, gloriantes, *dicẽtes*, sibi, *in nomine*, & in uocatione nominis Christi, nõ solũ languores & infirmitates, non solũ homines iniquos, sed, *etiam dæmonia*, subiici: quæ tamen sunt tantæ potestatis, ut non sit potestas super terrã, quæ cõparetur eis. Vbi Beda Bene quidẽ professi sunt, deferentes honorẽ nomini Christi: sed infirma adhuc fide, gaudebant in uirtutibus. Et quia discipulos, de signorum operatione Dominus uidit elatos: qui ex hoc nimis gloriabantur, tanquã infirmi & imperfecti: ideo hæc gloria eorũ reprimitur, cũ subditur. *Et ait illis: Vidi Satanam, sicut fulgur de cœlo cadentem*: quia præsens erat qñ corruit imò cũ præcipitauit. Fulgur enim cadit celeriter, & manifestè, & cũ fetore & inflãmatione: sic dęmones de cœlo empyreo ceciderũt in instanti. & uidẽtibus sanctis Angelis, & cũ fetore propriį peccati ad inflãmandũ homines per tẽtationẽ parati. Et causa huius ruinæ fuit elatio, siue superbia de sua excellẽtia. q. d. saluator discipulis suis: Cauete diligenter debetis, ne ex elatione & potestate cessa super dæmones, nimis eleuemini, & sic corruatis. Satanæ ergo exẽplo deterrẽtur, & ad humilitatẽ reuo-

Septuaginta.

Binis cur mitti dicãtur.

Beda 1ca. 10. Luca.

Vidit casum Luciferi Dominus. Fulguris casus.

Gregorius hom. 17. in Euangelia. Reuersio discipulorum.

Casus cur mẽtio facta.

Quiescẽdũ interdũ est.

Gregori. in pastor ali c. 5. prima partis. Contemplandum inter dum.

Prima lingua. Apostolorũ & discipulorum significatio.

Universidad de Deusto Biblioteca

cātur:ut qui hunc ob ſuperbiā de cęlo recordarētur eiectū,multo magis ſe de terra ęditos, ſi ſuperbierīt, humiliādos : ut caſum propriū hoc exēplo caueant :

1.Cor. 10.

& qui ſtat,uideat ne cadat. Et ſi ille ꝓpter ſuperbiā de cœlo cecidit, multo minus ſuperbus illuc aſcendet: quia,ut alibi dicitur, turpius eiicitur, q̃ non admittitur hoſpes.

Grego. lib. 23.moralium cap.4

Vnde Greg.Mirè autē Dominus,ut in diſcipulorū cordibus elationē premeret, iudiciū ruinæ retulit,quod ipſe magiſter elationis accepit:ut in authore ſuperbiæ diſcerēt, quid de elationis uitio formidarent. Vnde Iſid. Quiſquis iā ex deteriori,melior eſſe cœpit:caueat de acceptis extolli uirtutibus: ne grauius per uanā gloriā corruat, quā prius per lapſum uitiorū iacebat.Itaq; non cōfidas in naturę dignitate,non ſuperbias de ſapiētia,nō de honore, non de

B

ſtatu,nō de poteſtate: quia in omnibus natura Angeli te excedit,& tamē ex ſuperbia cecidit, & ex cęlo eſt eiectus,& tuis pedibus ſubiectus. Vt enī dicit Aug.

Auguſtin. in pſal.93. Humilitatis excellentia.

Melior eſt in malis factis humilis cōfeſsio,quā in bonis ſuperba gloriatio. Et plus placet Deo humilitas in factis malis,quā ſuperbia in bonis.Humilitas tamē non illa tantū laudatur,quæ de cōſcientia peccatorū uenit:ſed illa quæ ex uirtute deſcēdit, Deo cara eſt. Igitur nō debet homo gloriari in gratia gratis data, quæ malis & iniuſtis quādoq; confertur:ſed in gratia gratū faciente, per quā in libro uitæ aſcribitur, & cū humilitate,in omnibus gratias agere. Vnde ait, *Ecce dedi uobis poteſtatem calcandi,* ſcilicet pede ſpiritua-

C

li, *ſuper ſerpentes & ſcorpiones,& ſupra omnem uirtutē,* & multiplicia ſpiritualia nocumēta inimici, & omne genus immundorū ſpirituū, de obſeſsis corporibus eiiciēdi,& nihil uobis nocebit, ſecundū Bedā, Quia

Bed. in ca. 10. Luca. Serpentes. Scorpiones.

ſerpentes dente,& ſcorpiones cauda nocēt. Serpentes enim morſu oris,& ſcorpiones punctione caudę, uenenū fundūt.Ideo ſerpētes apertè ſęuientes, ſcorpiones clāculo inſidiātes, uel homines uel dæmones ſignificāt.Vel ſerpētes ſunt qui inchoādis uirtutibus uenena prauæ perſuaſionis obiiciūt:ſcorpiones, qui conſummatas uirtutes, ad finē uitiare intendūt ſecūdum Theophilū: ſerpētes ſunt, qui uiſibiliter nocēt: uelut fornicationis, & homicidij dæmon: qui uerò inuiſibiliter nocent, ſcorpiones uocātur, ſicut in ui-

D

tiis ſpiritualib. Inſuper etiā calcare ſerpentē, eſt ſubiicere rationi ſenſualitatē: quæ ſecundū Auguſt. ſigni

Auguſtin. in pſal.41.

ficatur per ſerpentē:& calcare ſcorpionē, eſt deteſtari detractorē:& calcare omnē uirtutē inimici, eſt obiicere omnē occaſionē mortalis peccati. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus uobis infirmis

Mali poſſunt malos ſpiritus arcere.

ſubiiciuntur:nā malos ſpiritus arcere,& alia ſigna facere,aliquando cōceſſum eſt,etiā malis hominibus: non ꝓpter ſeipſos, ſed ad cōfirmationē fidei Chriſti prædicate per eos:& aliquādo nō eſt meriti eorū qui operātur,ſed potius per inuocationē nominis Chriſti cōceditur : uel ad maiorē condēnationē eorū qui inuocāt:uel ad utilitatē eorū qui uidēt & audiunt : in

E

quo ſemper honoratur Deus: per cuius nomē miracula fiūt,licet deſpiciātur qui faciunt. Vnde Chryſo.

Chryſoſto. hom 23.in Matthaū. Eiicere dæmones.

Eiicere dæmones,cōmune opus eſt, inter miniſtros Dei,& miniſtros diaboli. Veritatē cōfiteri, & iuſtitiā facere,priuatū eſt opus tantū ſanctorū.Ideo quē uideris dæmonia eiicientē,ſi nō eſt confeſsio ueritatis in ore eius,nec iuſtitia in manibus eius:nō eſt homo Dei. Si autē uideris ueritatē cōfitentē, & iuſtitiā facientē:& ſi dæmonia non eiicit,homo Dei eſt. Et iterū:Nō ſigna pete:ſed animæ ſanitatē.Si autē ſigna vis

Peccatum dæmon eſt.

facere,eruaris à delictis,& omnia expleſti.Etenī magnus dæmō eſt peccatū:& ſi aufers,maiora decę mil

A

le dæmones abigētibus operatus es:ſigna enim multotiens aliis profuerunt, facienti autem obfuerunt, in elationem extollentia, & uanam gloriam, uel in alio aliquo modo. In operibus uerò nihil tale ſuſpica

Miracula omnibus conceſſa.

ri eſt,ſed & participātibus eis & aliis multis, proſunt. Hæc itaque cum magna diligentia operemur. Si enī ab inhumanitate, ad eleemoſinam tranſmutatus fueris:ſiccam manum exiſtentem extendiſti. Si à ſpectaculis deſiſtens,ad eccleſiam ieris:claudicantem pedē correxiſti.Si autem deſtiteris oculos tuos à meretrice,& pulchritudine aliena:cęcos exiſtentes aperuiſti. Si pro ſatanicis uiis,didiceris pſalmos ſpirituales:mutus exiſtens,locutus es.Hæc itaque miracula ſunt maxima:hec ſigna ſunt inopinabilia.Si hæc ſigna feceri-

B

mus, & ipſi magni quidem & mirabiles per hæc erimus, & pernicioſos uniuerſos ad uirtutem attrahemus,& futura fruemur uita.hęc Chryſo. De hoc etiā habes ſuprà,circa finem ſermonis Domini in mōte. Si ergo non eſt gaudendum in ſubiectione ſpirituū: multo minus eſt gaudendum in ſubiectione hominum:& adhuc minus in ſubiectione rerum temporalium:de quibus tamen gaudent multi, etiam qui uidentur ſpirituales & deuoti.Et ſubiungit: *Gaudete autem,quia nomina ueſtra ſcripta,* & ſine obliuione memoriæ tradita, *ſunt in cœlis,* id eſt in libro uitæ, licet deleantur tanquam malum & eiiciantur in terris, & hominum reputatione. Econtra nomina malorum

C

ſcribuntur,& magnificantur in terris: & ideo non in cœlis.In libro uitæ,aliquorum nomina dicuntur ſcri

Nomina ſcribi in libro uitæ.

pta dupliciter. Vno modo,ſecundum præſentem iuſtitiam,quæ ſcriptura eſt delebilis. Alio modo,ſecundum æternam prædeſtinationem, quæ ſcriptura eſt indelebilis: & utroque modo nomina eorum erant ſcripta in cœlis, quia erant prædeſtinati : & cum hoc habebant gratiam Dei:quia iſta gloriatio quam habuerunt de eiectione dæmonū,non fuit mortale peccatum.Si autem & tuum nomē uis ſcribi in cœlis,ſtude ut bonum,& non malum operis: quia qualia opera facis,talibus nomen tuum inſcribitur literis. Et ex his literis, elicietur iudicium : quia in Apocaly. dici-

Apoc. 20.

tur:Iudicati ſunt mortui, ex his quæ ſcripta erant in

D

libris,ſecundum opera ipſorum. Vnde Beda:Salubri

Bed.in ca. 10. Luca.

ter autem intelligendum eſt, quòd ſiue cœleſtia,ſiue terreſtria quis opera geſſerit:per hæc quaſi literis annotatus,apud Dei memoriam ſit æternaliter affixus. Quædam autem ſunt quæ ſcribuntur, quidem non in uita, ſed ſecundum Hieronym. in terra : ut ſecundum hoc intelligatur duplex quædam conſcriptio : horum quidem ad uitam, illorum ad perditionem. Quòd autem dicitur, de libro uiuentium, intelligitur de his qui digni putabantur in libro Dei conſcribi.Et ſecundum hoc fieri dicitur ſcripturæ mutatio, quando à uirtute dilabimur in peccatum, uel econtra.hæc Beda.Gaudeant ergo diſcipuli Chriſti, non

Gaudēdū unde ſit,& unde non.

E

de humiliatione dæmonum, qui per ſuperbiam, cœli ſedem amiſerunt:ſed de ſua ſublimatione:quia in locum illorum electi ſunt:ut unde illi ceciderunt ſublimati, illuc iſti aſcendant humiliati. Illud enim gaudium, uanum & temporale eſt : hoc autem, utile & æternū. Illud, ad uanam reſpicit gloriā:hoc ad gloriā ſpectat æternā.Et illud quidem ſimul habere poſſunt & mali,& boni:hoc autem,non niſi boni.Et quia regreſſi diſcipuli de duobus gaudebant : primò, quia prædicationem eorum receperant illi ad quos miſſi fuerant : ſecundò, quia dæmonia ſubiiciebantur eis: ideo repreſſa ſuperbia in diſclpulis,& audita fide eorum & illorum quibus prædicauerant uerbum ſalu-

tis,

Gratias cur egit Dominus.

tis, *exultauit,* Dominus Ieſus in donis ſpiritus ſancti: & gratias egit pro ſalute hominum Deo patri. vnde Theophil. Sicut benignus pater videns filios ſuos dirigi, gaudet:ſic Chriſtus exultat quòd diſcipuli tantis bonis facti ſunt digni. Vnde & Cyrillus: Inſpexit quidem per ſpiritus operationem, quam Apoſtolis tradidit, plurium acquiſitionem. Vnde & in ſpiritu ſancto lętatus dicitur,id eſt in effectibus qui per ſpiritum ſanctum proueniunt. Quaſi enim amator hominum, gaudij reputabat materiam conuerſionem errantium : de quo gratias egit. hæc Cyrillus. Gratias ergo egit dicens: *Confiteor tibi,* id eſt, gratias ago: & laudo te pater per æternam generationem, *Domine cęli & terræ,* inuiſibilium & viſibilium: per temporalem creationem, *quia abſcondiſti,* per iuſtitiam, *hæc,* ſcilicet myſteria fidei & arcana ſapientiæ

Sapientia mundi.

tuæ:quæ in aduentu filij ſunt impleta, *à ſapientibus & prudentibus,* ſecundum ſuam reputationem: & in

1.Cor.1.

oculis ſuis, ſcilicet Scribis & Phariſæis,& alijs ſuperbis ſapientibus quidem in diuinis : vt in lege & Prophetis: & prudentibus in mundanis, ſeu humanis vel, *ſapientibus,* ſecundum philoſophiam humanam: de qua Apoſtolus: *Stultam fecit Deus ſapientiam huius mundi.* Hæc autem eſt triplex : ſcilicet terrena, propter affectum terrenæ cupiditatis:animalis, propter affectum carnalis voluptatis: diabolica, propter affectum mundialis ſublimitatis. Terrena, eſt in cupidis & auaris. Animalis, in voluptuoſis & luxurioſis. Diabolica,in ſuperbis & ambitioſis, *& reuelaſti ea paruulis,* id eſt humilibus, & intellectum in obſequium fidei captiuantibus, ſcilicet piſcatoribus: & aliis ſimplicibus ſe exaltare neſcientibus: vt humiles ad te veniant:& ſuperbi à te recedant. Chriſtus in eo quòd Deus,eſt ęqualis patri:in eo quòd homo, confitetur:id eſt gratias agit Deo patri, imo indiuiduæ trinitati. Pulchrè autem ſapientibus & prudenti-

Gregorius. in ca. 9.1. 1.Regum. Sapientia reuelata paruulis. Chryſoſto. home.39.ī Matthęū. Beda. Humilitatis laus. Chryſoſto. hom. 28. operis imperfe.

bus, non inſipientes & hebetes : ſed paruulos, id eſt humiles oppoſuit:vt ſecundum Grego. probaret ſe damnare tumorem & ſuperbiam:non acumen ingenij & ſapientiam. Et ſecundum Chryſoſt. vt erudiret per omnia nos ab elatione erui, & humilitatem zelare. Magnus honor ex hoc eſt humilibus ueris: quia ſunt de ſecreto conſilio ſummi regis : vocati & admiſsi ad notitiam veritatis : vt enim dicit Beda, Humilitas eſt clauis conſcientiæ, qua ad notitiam veritatis Chriſti poterit peruenire. vbi Chryſoſto. Gratias agit, quia illuminati ſunt ruſtici & ſimplices homines qui totum quicquid fecerint boni, imputant authori:non ſapientes Iudæorum, qui prius ſapientes videbantur in eloquiis Dei, cùm non eſſent ſapientes:ſapientia enim eſt, non eloquia Dei ſcire, ſed ſecundum eloquia Dei viuere. Tu autem ad quaſcunque volueris perſonas potes dilatare tractatum: quoniam & omnibus ſapiētibus, qui ſecundum ſenſum carnis ſunt ſapientes:& non ſecundum ſpiritum cordis: abſcondit Deus ſemper myſterium veritatis: & reuelat illud paruulis. Sic ergo quòd Iudęis quotidie meditantes, legem Dei inuenire non potuerunt: piſcatores & ruſtici inuenerunt, quotidie tractantes retia manibus ſuis. hæc Chryſoſto. Non lætatur Do-

Lętitię Chriſti ratio. Chryſo. hom.39.in Matth.

minus,quia eſt ſapientibus occultatum:ſed quia humilibus eſt reuelatum : quia hoc dignum eſt lætitia : illud autem męſtitia. Vnde Chryſoſto. Quid igitur in perditione lætatur : & quia non didicerunt hoc illi? Nequaquam. Reuelatum enim eſſe his dignum eſt lætitia:occultari autem ab illis non lætitia, ſed lachrymis eſt dignum. Hoc deniq; & fecit lugens ciui-

A

tatē. Non ergo propter hoc lætatur,& gratias agit ꝙ Dei myſteria latebant Scribas & Phariſæos: nō enim erat materia alacritatis,ſed gemitus:ſed quia quod ſapientes non nouerant, humiles nouerunt. hęc Chryſ. Accipitur ergo hic confeſsio, pro gratiarū actione & laude: quia (vt dicit Hiero.) confeſsio non ſemper pęnitentiam, ſed & gratiarum actionem ſignificat. Vnde & Aug. Non ſolius eſt confeſsio peccatoris,

Confeſsio Domini. Auguſtin. in pſal.94.

ſed aliquando etiam laudatoris. Confitemur ergo ſiue laudantes Deum, ſiue accuſantes noſmetipſos. hæc Augu. Et ſic patet ꝙ cauſa ex parte credentium fuit eorum humilitas : quæ ad ſapientiam diſpoſuit: quia vt dicitur in Prouerbijs: *Vbi humilitas, ibi ſapien*

Prouer.11

B

tia. Et vt dicit Ptolo. philoſophus, qui inter ſapientes eſt humilior, inter ſapientes eſt ſapientior. Ex parte autem non credentium, fuit eorum ſuperbia: quæ eſt intellectus excæcatiua:ſed ex parte Dei cauſa fuit ſimplex voluntas diuina. & hoc eſt quod ſubdit: *Ita pater factum eſt: quoniam ſic placitum eſt ante te* id eſt tibi in conſpectu tuo : ante quem ſcilicet nihil iniuſtum poteſt placere. Nullam verò aliam rationem reddere voluit filius:quia pater illos reprobauerit & hos elegerit:niſi ſolum beneplacitum ipſius patris : in exemplum, ne ſecreta Dei diſcutiamus: &

Secreta nō inquirēda.

in confuſionem illorum qui de ſecretis Dei volunt quærere rationem. Vnde Grego. His Domini ver-

Gregorius lib. 11. moralium.

bis exempla humilitatis accipimus:ne temerè diſcu-

C

tere ſuperna conſilia de aliorum vocatione, aliorum ve repulſione præſumamus. Cùm enim præmiſiſſet vtrunque: non mox rationem reddidit: ſed ſic Deo placitum dixit: hoc videlicet intendens ꝙ iniuſtum eſſe non poteſt quod placuit iuſto. In cunctis ergo quæ exterius à Deo diſponuntur, aperta cauſa rationis eſt, occulta iudicia voluntatis. Vnde & Chryſo.

Chryſoſto. hom. 28. operis imperfe.

Non dicit,qua ratione ſic ei placuit: ſed tantum gratias ait patri:quia ſic ei placuit. Sic & tu nunquam diſcutias conſilia Dei in operibus eius, quid fecit, aut qua ratione fecit: ſed quocumque modo rem ſuam voluit ordinare, gratias ei agas : ſufficit tibi ad teſtimonium ipſa Dei natura : quia Deus ſine ratione &

D

ſine iuſtitia nihil facit. Non enim ad diſcuſsionem ſuam,ſed ad honorem ſuum creauit te : nec iudicem

Indicem nec Dei, nec operū eius eſſe licere.

te voluit eſſe actuum ſuorum,ſed ſeruum præceptorum. Boni enim Domini, eſt omnia prouidere quæ ad vtilitatem pertinent ſerui:boni autem ſerui eſt, fideliter operari, & non diſcutere Domini ſui actus. hæc Chryſo. Vnde & Auguſt. Quare illum trahit, &

Auguſtin. tractatu 26. in Io. Deus neminem cogit.

illum non trahit:noli velle diiudicare, ſi non vis errare. Vt autem dicit Proſper: Deus reſiſtentem non trahit:inuitumque non compellit:ſed ex inuito : volentem facit: & infidelitatem reſiſtentis inclinat, vt cor audientis obediendi in ſe delectatione genita ibi ſurgat vbi premebatur: inde velit, vbi nolebat. Hæc Proſper. Et licet in ſpeciali non poſsit aſsignari ratio

E

quare illum eligat, & illū dimittat : niſi eius ſimplex voluntas. Quòd tamen aliqui ſint electi, & aliqui reprobati, bene poteſt aſsignari cauſa in generali : etiā ex parte Dei, vt in electis appareat Dei miſericordia: in alijs autem, eius iuſtitia : quia ſicut ad gloriam regis & decorem ſui regni non ſolum pertinet aula in qua ſtrenui milites honorantur: ſed etiam patibulum in quo malefactores puniuntur : ſic ad gloriam Dei non ſolum pertinet præmiatio bonorum, ſed ēt punitio reproborum. Et quia dictum eſt de uocatione humiliū : conſequenter ponitur huius vocationis

Mediū vocationis humilium.

medium. Chriſtus enim mediator Dei eſt & hominum:debitus aūt proceſſus eſt, vt ab extremo in extre

mum

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum procedatur per medium: ideo omnis processus gratiæ deriuatur ad nos per Christum: & hoc est quod dicit, *omnia mihi tradita sunt à patre*, quia secundum naturã diuinam, Christus habet esse à patre: & per cõsequens posse: licet habeat idem esse numero, & posse cum ipso: & sic omnia tradita sunt sibi à patre ab æterno. Secundum autem naturam humanam, omnia tradita sunt in potestate Christi & Domino, à Deo patre. Vno modo, quãtum ad authoritatem: & sic sibi sunt tradita ab instanti conceptionis: quia eoipso quòd natura humana uerbo est unita: omnia creata sibi sunt tradita: alio modo, quantum ad effectum: & sic in iudicio omnia erunt subdita pedibus eius: quia tunc eius uoluntas perfectè implebitur in omnibus. Et quia secundum diuinam naturã est idẽ cum patre: ideo subdit: *Et nemo nouit filium, nisi pater: neque patrẽ quis nouit, nisi filius*, nec tamẽ per hoc excludit spiritus sanctus: quia sit exceptio essentialis, nõ personalis: sed spiritus sanctus non est alterius essentiæ, quàm pater. Et quia Christus est mediator Dei & hominum: ideo notitia diuinorum ad nos deriuatur per Christum: propter quod subditur: *Et cui filius uoluerit reuelare*, nõ quòd isti quibus reuelatio fit mediante filio, habeãt notitiam comprehensionis sicut filius: quia hoc est impossibile creaturæ: illud enim quod comprehenditur, totaliter & perfectè cognoscitur. Et quia (ut dictum est) Christus est mediator Dei & hominum: ideo consequenter ostendit quòd familiariter & securè ad ipsum est accedendum. Vnde nos ad hoc inuitãs ait: *Venite*, credendo & obediẽdo, non pedibus sed moribus: non corpore, sed fide. Iste nãque spiritualis est accessus, quo quisque Deo appropinquat uerius ad me orandum per fidem, ad me comitandum per imitationem, ad me fruendum per glorificationem: ergo, *uenite*, uos clausi, *ad me*, ostium ueritatis, *uenite*, uos ægri ad me medicum salutis, *uenite*, uos naufragi ad me portum quietis. Fœlix terminus ad quẽ: sed infœlix terminus à quo. ideo ait: *Omnes qui laboratis*, siue secũdum naturam in qua nascimur: siue secũdum culpam, qua transgredimur: siue secundum pœnam, in qua morimur: specialiter tamen loquitur hîc de dolore insidelium in cultura idolorum. O tamen quantum laborat luxuriosus in uoluptatibus, auarus in cupiditatibus, ambitiosus in dignitatibus. *& onerati estis*, triplici onere: scilicet ueteris legis, pharisaicæ traditionis, diabolicæ seruitutis. O Dei nostri dignatio admirabilis, ô charitas ineffabilis, ô uerba dulcia, uerba deifica. Ecce inuitat inimicos, hortatur reos, allicit ingratos: ubi Chrysosto. Non autem dixit, uenite ille & ille: sed, omnes qui in solicitudinibus, qui in tristitijs, qui in peccatis estis: non ut expectam noxas: sed ut soluam peccata: uenite, non quoniam indigeo uestra gloria: sed quia volo uestram salutem. Vnde dicit: *& ego*, non solum exonerabo: sed etiam, *reficiam uos*, triplici cibo: scilicet doctrinæ, eucharistiæ, & gloriæ. Vel reficiam uos, id est interna refectione: & iocunditate saturabo & recreabo: & in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam. Vbi Chrysost. Non dixit, saluabo solum, sed quod multò amplius est, reficiam uos, id est in omni quiete constituam. Ad ipsum quippe est ueniendum: qui est quies laborantibus: est subleuator oneratis: est refectio famelicis & deficientibus: & non uenit uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam: Vnde Bernard. Mundus clamat, ego deficiam: caro clamat, ego interficiam: Christus clamat, ego reficiam, ad quem ibis? Iugum ergo

Tradita omnia Christo.

Diuinorũ notitia est nobis à Christo.

Onus triplex.

Chrysost. hom. 39 in Matthæũ. Saturatio Domini.

Chrysosto. ibidem.

Bernardus de duodecĩ gradibus humilitatis. Iugum Domini.

A legis ac peccati & solitudinis temporalium quæ uobis laboriosa sunt & onerosa, abijcite, & ita, *tollite*, id est uoluntariè accipite, *iugum*, à iugendo dictum, iugum inquam Euangelicæ lectionis & eruditionis, eo quòd Gentes & Iudæos in unam fidem iungat: iugũ amoris & dilectionis, eo quòd homines Deo iungat: iugum crucis siue mortificationis, eo quòd carnem spiritui subijciat: *meum*, dicit: quia prius pro nobis illud tulit: primum docendo, secundum diligẽdo, tertium sustinendo, *super uos*, ut impleatis & in honore habeatis: ne fortè subtus ponentes & contẽnentes, pedibus uitiorum conculcetis. Vbi Chryso. O gratissimum pondus quod magis confortat portantes. Nam pondus terrestrium Dominorum atterit paulatim ministrantium uires: pondus autẽ Christi magis adiuuat baiulantem, quia non nos portamus gratiam, sed gratia nos, nec nos ad auxilium gratiæ dati sumus, sed gratia magis ad nostrum. Hæc Chryso. *Et discite à me*, magistro, docente uerbo & exẽplo. *quia mitis sum*, extertus, in moribus, interius, in affectibus, corde, & non fictus pro humanis laudibus: *mitis sum*, quia nullum lædo, *humilis*, quia nullum despicio: sed, *corde*, quia nullũ decipio. Ecce tria imitanda: mititas, in conuersatione: humilitas, in cogitatione: ueritas, in intentione: quibus maximè generatur ac nutritur & conuersatur dilectio. q. d. *Discite à me*, quòd sitis mites moribus, ut neminem lædatis. C Humiles mentibus, ut neminem contemnatis. Corde: ut quod extrà est in opere, sit & intus in corde: ne lateat serpens in specie columbæ. Meritò ergo iugum est tollendum, quia mitis est & humilis: libentius est enim quis sub iugo Domini mansueti & humilis, quàm rigidi & superbi. Considera hîc, quia Dominus inter cæteras suas uirtutes specialiter ad humilitatem nos remittit: ut hanc ab eo discamus: quia omnium uirtutum radix & fundamentum est: unde Ambro. Non dixit, discite à me quia potens sum. Nõ dixit: discite quia gloriosus sum sed, discite quia humilis sum: quod potestis imitari. Vnde Aug. Fratres mei, tota medicina nostra est ista: discite à me quia mitis sum & humilis corde. Discite, inquit, à me non mundum fabricare, non cuncta uisibilia creare, non in ipso mundo miracula facere, & mortuos suscitare, sed quia mitis sum & humilis corde: Vnde etiam Bernard. Quid deinde author & dator uirtutũ Christus: in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt absconditi: in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter, nonne tamen ipse de humilitate tanquam summa suæ doctrinæ, suarumque uirtutũ gloriatus est? Discite, ait, à me, non quòd sobrius, aut castus, aut prudens, aut aliquid huiusmodi: sed quia mitis sum & humilis corde: à me, inquit, discite: non ad doctrinas patriarcharum, non ad prophetarum libros uos mitto: sed meipsum uobis exemplum, me E formam humilitatis exhibeo. Nescio quo pacto familiarius semper humilitati propinquare solet diuinitas. Denique illa se induit, ut appareret hominibus: substantiam, formam, habitum gestauit humilem: ipsius nobis commendans uirtutis excellentiam: quã speciali sui uoluit honorare præsentia. Vnde & Gregorius. Adhoc namque unigenitus Dei filius formã infirmitatis nostræ suscepit: adhoc inuisibilis, non solum uisibilis: sed etiam despectus apparuit: ad hoc cõtumeliarum ludibria, & irrisionum probra, passionũ tormenta tolerauit: ut superbum non esse hominem doceret Deus. Quanta ergo humilitatis uirtus est, propter quàm solam ueraciter edocendã, is qui sine

Iugum.

Chrysosto. hom. 28. operis imperfe. Põdus gratum.

Discẽda à Christo, mitius & humilius.

Ambros. in psal. 118 Augustin. ser. 10. de uerbis Do.

Bernardus ibidem. Coloss. 2. Ibidem.

Superbiam uitandam docet.

Gregor. lib. 34. moral. c. 22. & 23 Humilitatis excellẽtia.

æstima-

æstimatione magnus est, usque ad passionem factus est paruus. Ecce quippe nouimus eum de suæ celsitudinis culmine: ut humano generi gloriam daret ad ima descendisse. Quia enim originem perditionis nostræ se præbuit superbia diaboli, instrumentum redẽptionis nostræ inuenta est humilitas Dei: quia igitur redemptor noster corda regit humilium: & Leuiathan rex dicitur superborum: apertè cognoscimus quia euidentissimum reproborum signum superbia est: ac contrà electorum, humilitas. Cùm ergo quã quisque habeat cognoscitur, sub quo rege militet inuenitur: unusquisque enim quasi quendam titulum portat operis, quo facile ostendat sub cuius seruiat potestate rectoris: Hæc Grego. Et breuiter dicit Cassiodo. Tanta fuit in sancta incarnatione humilitas, quãta est in diuinitate incomprehensibilis maiestas. Elige ergo magis sub rege cœli, quàm principe mundi militare: & magis sub Dei, quàm hominis potestate seruire. Et ad hoc faciendum nota hîc utile exemplum. Cùm enim quidam miles Domino suo, scilicet cuidam Marchioni militando, diu ad uoluntatẽ deseruisset, tandem ad infirmitatem de qua & mortuus est peruenit. Quem & ipse Marchio in infirmitate eadem uisitans, exhibuit se paratũ ad omnia quæ pro eo facere posset, dicens, quòd nec auro nec argẽto pro ipsius necessitate parceret. Cui miles gratias agẽs, dixit quòd eũ iuuare nõ posset, quia ipse secũdũ medicorum iudicium moriturus esset. Deinde idem miles aduocans simul in unum, nobiles, & alios qui circa Marchionem erant: admonuit eos, dicens: Charissimi, quia uidetis quòd Dominus meus Marchio cui diu ad nutum seruiui, iam me in necessitate posi tum iuuare non potest: quamuis etiam uellet: & sic corpus & tempus, ac seruitium meum perdidi uanè, quod me pœnitet, rogo uos & admoneo, ut tali Domino studeatis seruire, qui uobis in necessitatibus omnibus poterit subuenire. Deinde subiungit præmium, dicens: Et si iugum acceperitis & didiceritis obediendo, *inuenietis requiẽ animabus uestris*, scilicet in præsenti & futuro: quæ requies hîc inchoatur, sed in patria perficietur. Vnde Chrysost. Non dixit, & inuenietis requiem, & tacuit, sed addidit, animabus: quoniam mandata Christi in hoc seculo animarum requies sunt, non corporum. Quoniam etsi laborant & tristantur in corpore, requiescunt & gaudent in spiritu & in spe. Ideo alibi dicit: Hæc autem locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis, in hoc mundo autem tribulationes. Et ne ex iugo legis Euangelicæ tanquam graui & oneroso aliqui terreantur & timeant: & quare sub iugo Domini requiem animabus suis inueniant, subiungit dicens: *Iugum enim meum suaue est*, sed graue erat iugum legis propter multiplicitatem ceremonialium, propter austeritatem iudicialium, propter defectum sacramentorum iustificantium, sed non sic erat Euangelii iugum. Vnde & sequitur, *& onus meum leue*, quia sufficit Charitas pro huius oneris releuatione: Vnde Hierony. Nil amantibus durum, nullus labor difficilis. Amemus Christum, & facile nobis uidebitur omne difficile. Vnde etiam Quintilianus dicit, quòd nulla pœna est, nisi inuito, nullum habemus nisi de impatientia dolorẽ, & ut crudele aliquid sit metus facit. Quæritur autẽ qualiter iugum Euangelij suauius sit, quàm legis? cùm in lege adulterium, in Euangelio concupiscentia, in lege homicidium, in Euangelio ira puniatur. Et respondetur secundum Hieronymum, quia in lege, opera requirebantur: in Euangelio, sola bona uo-

Præmium seruientiũ Deo.

Chrysosto. hom. 28. operis imperfe.

Onus Domini leue. Hiero. in c. 11. Matth.

Iugũ amoris.

A luntas præmium non amittit. Item cur dicit, onus leue, cùm superius dixerit angustam portam, & arctã uiam, quę ducit ad uitam. Et respondetur secundum Augustinum & Hilarium, quòd arcta uel angusta uia dicitur: quia àngustat in initio, graue est enim cõsuetudinem dimittere, sed in processu temporis, inefabili dilectionis dulcedine dilatatur: sicut stupentibus dentibus grauat in principio comedere, sed postea delectat. Suauis ergo & leuis est impletio Euangelij amanti, atque charitatem habenti, uel in progressu consuescenti, uel in respectu operum legis, uel respectu expectatæ mercedis.

Quomodo leue.

Augustin. ser. 9. de uerbis Do. Hilarius canone. 11. in Matth.

ORATIO.

B DOMINE Iesu Christe, *da mihi per sanctam discipulorum tuorum prędicationem sic gratia tua edoceri, quòd non in unitatibus uel quibuscunque eleuationem & extollentiam mihi ingerentibus, sed in tua cruce & singulis humilitatem in me excitantibus mihi libeat gloriari. Ipsa sancta doctrina Euãgelica in profunda humilitate, & in omnibus uirtutibus cor meum confirmet semper & corroboret: ut à uitijs purgatus & uirtutibus ornatus merear in præsenti uita & in futura requiem animæ inuenire: quia inquietum est cor meum, donec requiescat in te Iesu bone. Amen.*

C *De homine sauciato et uulnerato à latronibus.*
Caput LIX.



IT quia dixerat Dominus Iesus mysteria fidei & arcana sapientiæ absconsa superbis, & reuelata humilibus, consequenter omissa Iudæorum exceptione ostẽdit discipulorum illuminationem, ut ostendat eos esse paruulos, quibus pater aduentus sui mysteria reuelauit. Vnde dicit eos beatos: quia in eis fuit completum quod antiquis patribus fuerat promissum. *Beati*, inquit, *oculi qui uident quæ uos uidetis*. Et per hoc beatos dicit: quia Dominum Iesum & corporaliter oculis exterioribus, & mentaliter oculis interioribus uidere meruerunt. Videntes enim Christum per fidem charitate formatam, beati sunt in spe, & si perseuerent, beati erunt in re. *Dico enim uobis quòd multi prophetæ* pollentes in cogitatione, reges, seu iusti pollentes in sanctitate: quos enim Lucas reges dicit, Matthæus iustos appellat, quia magni reges sunt, qui tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo præesse nouerunt:

Luc. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt: *uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt*, desiderauerũt enim uidere & audire eo modo, quo discipuli uiderunt & audierunt, sed non uiderunt, neque audierũt eo modo: quia non corporaliter, licet spiritualiter, sed discipuli utroque modo. Nam exterius uiderunt præsentiam corporalem, & miracula conspiciendo: interius uiderunt diuinitatem latentem, intelligendo: & exterius audierunt uocem, doctrinam percipiendo: & interius audierunt, per fidem assentiendo. Prophetæ siquidem & reges à longè aspicientes per figuras uel uisionum species, quasi per speculum & in ænigmate Christum uiderunt & audierunt per fidem, sed discipuli præsentem Dominum habentes, & ab ipso quæ uolebant interrogantes, docebantur per ipsum apertè, non per Angelos, aut uarias uisionũ species in ænigmate. Non beatificat eos, qui enim corporaliter & nõ mentaliter per fidẽ eũ uiderũt, ut Iudæi, qui increduli remãserunt, & quẽ corporaliter uiderũt, mẽtis oculis nõ uiderunt, & ideo eorũ oculi nõ beati, sed maledicti: sed eos beatificat, qui eum per fidẽ uidebant, non solũ exteriora conspiciendo, sed etiam virtutem diuinitatis latentem intelligendo, quorum interiores oculi beati, per quos etiam præsentem cernere meruerunt. Viderunt enim Apostoli gratiosam præsentiam, in assumpta humanitate, uiderunt sanctitatem uitæ, in eius conuersatione, uiderunt eius potestatem, in miraculorum operatione, uiderunt eius gloriam in transfiguratione. Beati & illi qui licet corporaliter non uiderunt per fidem, tamẽ & mẽtis oculis uiderũt, & crediderũt, quòd per speciẽ & facie ad faciem quandoq; uiderũt. Vtrique beati per fidẽ, & hoc in spe: sed illi qui nõ uiderũt propter difficiliorem assensum, in quo maior strenuitas: isti qui uiderunt propter præsentialiorem aspectum, in quo maior delectabilitas. Vbi secundum Chrysostomum, utriusque testamẽti liquet ueritas, ut quod patres ueteris testamenti futurum præuiderunt, & uidere cupierunt, hoc in nouo est completum, & ab eodem spiritu & eadem fide antiqui uiderunt futurum Christum, quem Apostoli præsentem uiderunt, & nos credimus aduenisse, ut eadem fides probetur in nobis & in patribus, & idem author non authores contrarij fuerunt utriusque testamenti. Et notandũ quòd quadrupliciter uidetur Christus, scilicet oculo corporali, quo modo uisus est in carne. Ista autem uisio non beatificat, quia sic etiam eum uiderunt Iudæi & infideles. Secundò, ex uisione corporali oritur in mente admirabilis uisio, qua ipse creditur filius Dei. Vnde est illud: *Quia uidisti me Thoma*, scilicet oculo corporis, *credidisti*, uidendo me oculo fidei. Hæc uisio beata nõ est, sed huius beatitudinis mercatio, qua meremur beatitudinem. Tertiò, ex uisione fidei, oritur uisio qua Christus ipse uidetur oculo intellectiuæ contemplationis: & hæc uisio iam est aliqua beatitudinis participatio, inde uidetur & gustatur quoniã suauis est Dominus. Quarta uisio qua ipse uidetur sicuti est in lumine gloriæ. Hæc uisio beatificat intellectum: quemadmodum perfecta charitas beatificat uoluntatem nostram. *Et ecce tunc quidem legisperitus*, peritia literali, non intelligentia spirituali: uerba legis tenens, uim autem legis ignorans: *surrexit*, ut melius audiretur, uel ut bonus uideretur, *tentans eum* non ut addisceret, sed ut reprehenderet, *& dicens: Magister quid faciendo uitam æternam possideboẽ?* Magistrum uocat, non Dominum: quia uult scire, non seruire: audire, non obedire. Magistrum uocat, cuius non uult esse

Videre spiritualiter Christum.

Beati, non qui corporaliter sed mentis oculo Deũ uiderunt.

Videtur Christus quadrupliciter.

Ioan. 20.

Psal. 33.

A discipulus, & significat laudatores sanctorum, non imitatores. Et bene dicit, *quid faciendo*, quia non audi tores legis, sed factores iustificabuntur, & non in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Et Dominus dixit ad eum. *In lege*, scilicet diuina, *quid scriptum est? Quomodo legis?* scilicet de habendo uitam æternam: hæc lex diuina, est lex legum: de qua fiet interrogatio in examine districti iudicij, secundum illud Apostoli: *Qui in lege peccauerunt, per legem iudicabũtur.* In hac ergo studere debemus, ut de ea respõdere possimus, sicut uir iustus, de quo in Psalmo dicitur: *Et in lege eius meditabitur die ac nocte.* Sed ut ait Hieronymus, tanquam maiora sint imperatorum scita, quàm leges Christi, ea amamus, euangelia contemnimus: secundum Bedam. Iste tentando quæsiuit de uita æterna: si fortè diceret aliquid contra Moysen: & ideo Christus per uerba Moysi respondendo, confundit eum: per hoc ostendens quod derisores fidei catholicæ sunt confutandi, per illud quod tenent indiscussè, scilicet Iudæi per scripturas Hebræorum, & Sarraceni per legẽ Machometi. *Ille*, uerò, *respondens, dixit*, quod legerat, sed nondum impleuerat. *Diliges Dominum*, quia per suam potentiam te creauit, *Deum*, quia per suam sapientiam te docuit, *tuum*, quia per suam bonitatem se tuũ fecit, & sic te redemit: *ex toto corde tuo*, id est ex tota uoluntate tua: quia sicut ex corde oritur motus ad alias partes corporis: ita uoluntas mouet animæ potentias, *& ex tota anima tua*, id est ex appetitu sensitiuo, qui mouetur per uoluntatem. Vnde pars sensitiua potest hic intelligi per animam, secundum quod scribitur in Gene. *Factus est homo in animam uiuentem*, id est, ut dicit glo. uitam animalem, id est sensibilem corpori dantem, *& ex tota mente tua*, id est ex toto intellectu, qui etiam mouetur per uoluntatem ad assentiendum his quæ sunt fidei: & ad meditandum de Deo dilecto, *& ex omnibus uiribus tuis*, uel ex tota fortitudine, seu uirtute tua, quod idẽ est: per quod notantur potentiæ motiuæ & executiuæ: quæ etiam mouentur per uoluntatem ad operandum ex dilectione uiriliter: & non remissè. Vbi Maximus: Cùm hac igitur intentione trinam ad Deum dilectionem lex pertractat: ut cuellat nos à trina mũdi habitudine, qua respicitur ad possessiones, ad gloriam, & ad uoluptates: in qua etiam tentatus est Christus. Sequitur, *& proximum tuum*, id est, omnem hominem, *sicut teipsum*, id est eo affectu quo teipsum: uel ad quod teipsum: scilicet ad gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Vbi Basilius: Est igitur primum & præcipuum mandatum diuinæ dilectionis. Secundum autem primi cõpletiuum, & ab eo completum quo cõmonemur diligere proximum: Vbi & Chrys. Tu autem attende qualiter ferè cum eodem excessũ postulat utrunque præceptum. De Deo enim ait, toto corde tuo: de proximo, sicut teipsum. Quod si diligenter obseruaretur, nec seruus esset, nec liber: nec uictor, nec uictus, nec diues, nec pauper, nec notus unquam esset diabolus. Potius enim paleæ ignis sustinerent immissionem, quàm feruorem charitatis diabolus, adeò cuncta superat dilectionis constantia. Vnde etiam Grego. Cùm autem dicatur: diliges proximum tuum sicut teipsum: quomodo alteri miserendo pius est, qui adhuc iniustè uiuendo sit impius sibimetipsi? De hac materia habes latius infrà, s. feria tertia post palmas *Dixit illi*, Dominus, *Rectè respondisti. Hoc fac.* s. Deũ & proximũ diligẽdo. Et dicit, fac: quia nõ sufficit diligere, nisi dilectio demõstretur in opere: quia probatio dilectionis, exhibitio est operis.

Roma. 1.

Psal. 1.

Hieronym. epist. ad Eustochium de uita clericorum. Beda in c. 10. Luc.

Basilius in moralibus. Dilectionis mãdatum.

Anima.

Gen. 1.

Gregorius lib. 19. moral. c. 12.

Gala. 2. Gen. 1. & 2.

ris. *& uiues*: scilicet uita perpetua. Hæc est enim excellentior uia eundi ad uitam æternam. q.d. Hæc dicis, sed non facis: & ideo ad uitam non uadis. *Ille autẽ uolens iustificare seipsum*, id est iustum ostendere secũdum apparentiam, putans se esse ante hominem, qui tantum videt exterius: & non ante Deum, qui videt interius, dixit ad Iesum: *Et quis est meus proximus?* In quo à dilectione proximi, uacuum se ostendit, quia proximum non nouit. Forsitan putabat quòd Christus diceret, Iudæus est proximus tuus: & tunc responderet, Deum & Iudæum diligo: & sic appareret iustus. *Suspiciens autem Iesus*, id est sursum aspiciens Iesus, proposuit ei parabolam de homine, qui descendens ab Hierusalem in Hiericho incidit in latrones. Ideo sursum aspexit, quia de rebus magnis locuturus erat. Vnde scilicet humanum genus descẽderat, dum per peccatum cecidit. Secundum aliquos est hîc parabola, secũdum alios est res gesta: quia inter Hierusalem & Hiericho, erat quædam solitudo, ubi frequenter homines transeuntes spoliabantur, & occidebantur, à latronibus desertum illud inhabitantibus. Allegoricè. *Homo*, iste designat genus humanum: qui in primis parentibus *descendebat ab Hierusalem*, quæ uisio pacis dicitur, id est, à paradiso & supernæ ac cœlestis beatitudinis pace & uisione, *in Hiericho*, quæ luna interpretatur, & mutabilitatem significat: id est, in defectum & miseriam huius uitæ mutabilis & erronæ: quia à contemplatione supernа & uita pacifica, quam in paradiso habuisset, ad mutabilitatem huius exilij, & terrenæ miseriæ per culpã corruit: *& incidit in latrones*, id est in potestates dæmonum, seu in diabolicas, uel etiam humanas tentationes, in quos non incidisset, nisi prius intus tumuisset. Vera est enim sententia, dicens: *Ante ruinam exaltatur cor: qui eum despoliauerunt*, uestem innocentiæ, & immutabilitatis, seu immortalitatis, per fraudulentiam auferendo. Veste innocentiæ, seu stola prima amissa, cognouit se esse nudũ: gloriaque immortalitatis perdita pellicem, hoc est, mortale sumpsit indumentum. Vnde in signum mortalitatis, induit Deus primos parẽtes tunicas pelliceas, quæ de mortuis fiunt animalibus: *& plagis*, peccatorum, *impositis*, & illatis, id est naturalibus per peccatum uulnera tis & debilitatis, *abierunt*, nõ ab insidiis cessando, sed eas occultando. Primò enim sensibiliter, in specie serpentis, diabolus decepit: sed pòst occultè & inuisibiliter tentauit: *semiuiuo relicto*, quia & si immortalitatis potest auferri, oculus tamẽ rationis remanet hominum, quo Deus potest cognosci. Vnde Beda: Semiuiuum reliquerunt, quia beatitudinem uitæ immortalis exuere, sed non sensum rationis abolere ualuerunt. Ex qua. n. parte sapere & cognoscere Deum potest, uiuus est homo: ex qua uerò peccatis contabescit, & miseria deficit, mortuus idem, letiferoque est uulnere sedatus. Vnde & Theophilus: Ac semiuiuus dicitur homo, post peccatũ, quia anima immortalis est, corpus verò mortale: ita ut medietas hominis succumbat. Vnde Augustin. Semiuiuus enim habet uitalem motum, id est liberum arbitrium uulneratum, quo ad æternam, quam perdiderat, redire nõ sufficiebat. Et ideo iacebat, quia uires ei propriæ ad surgendum non sufficiebant, ut ad se sanandum medicum, id est Deum requireret. Vel semiuiuum reliquerunt, remanente uita naturæ, non uita gratiæ, iuxta illud Apostoli: Viuo autem, scilicet uita naturæ, iã non ego, s. uita culpæ: uiuit verò in me Christus, scilicet uita gratiæ. Fecerat enim Deus hominem ad imaginem suam, secundum rationem: ad similitudinem, secundum dilectionem: ut per utrumq; Deo adhæreret, & inhærendo beatus esset. Sed diabolus humanæ beatitudini inuidens, cõtra duo bona prædicta, duo homini in originali, intulit principalia mala. In eo namque quòd factus erat ad imaginem, seu secundum rationem, uulnerauit eum per ignorantiam boni, in eo verò quòd factus est ad similitudinem Dei, secundum dilectionem, uulnerauit eum per concupiscentiam mali. Homo ergo uulneratus, semiuiuus relictus est: quia & si in humana natura posit diuina similitudo, quæ in dilectione est, penitus corrumpi: diuina tamen imago, quæ in ratione est, non potest penitus deleri. Quamuis enim tanta malitia possit affici, ut nil diligat boni: non tamen ignorãtia tanta excæcari potest, ut nil cognoscat veri. *Sacerdos*, autem, *& leuita*, descendentes, *eadem uia: uiso*, spoliato & uulnerato, *præterierunt*, & uitæ præsentis statũ tunc sanctè uiuendo pertransierunt: sed humanum genus per culpam uulneratum, sanauerunt minimè: quia sacerdotium legis & eius ministerium, peccata non curauerunt, sed solum ostenderunt. Impossibile enim erat sanguine uitulorum, & agnorum, & hircorum, auferri peccata hominum. Vel sacerdos & leuita, intelliguntur lex & Propheta, quæ hominem non sanauerunt: sed peccata ostenderunt, & reprehenderunt. *Samaritanus uerò iter faciens*, id est Christus, qui animas custodit per humanitatẽ, momenta uitæ huius currens: pro nobis enim factus est homo in mundo, *uenit secus eum*, id est uulneratum, quia in similitudine hominum factus, & habitu inuẽtus est ut homo: *& uidens eum*, oculo clementiæ, *misericordia motus*, est, ex compassione. *Et appropinquans*, homini uulnerato miserationis exhibitione, *alligauit uulnera eius*, quia redarguens peccata cohibuit, *& uinculis*, gratię, *ligauit, infundens oleum*, mitigatiuum, spem ueniæ pœnitentibus promittendo: *& uinum* pungitiuum, terrorem pœnæ peccantibus incutiendo. Alligat ergo uulnera, dum præcipit, Pœnitentiam agite: infundit oleum, dum addit, appropinquabit enim regnum cẽlorum: infundit uinum, cùm dicit, omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignẽ mittetur. Qua in re docuit nos Dominus, qualiter insistamus, & ad pœnitentiam uenientibus, medici debeamus. Vulnera enim ligamus, quando per peccatorẽ, à peccato cessare iubemus. Oleum autem infundimus, quando misericorditer & blandè consolando, indulgẽtiam peccatori promittimus. Insuper & uinũ infundimus, quando asperè & austerè increpando iejunare, & carnem macerare iubemus. Non sit igitur oleum sine uino: neque uinum sine oleo. Vnde Gregorius: Miscenda ergo est lenitas cum seueritate: faciendũ est quoddã ex utroq; temperamentũ: ut neq; multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Vnde & Bernardus: Semper punire, ferocitatis est: semper parcere, pusillanimitatis: nec hoc necillud æquitatis habere, plus amaritudinis, quàm suauitatis, damnabile est: econuerso commendabile, utrumque tolerabile. *Et* leuans, *illum, in iumentum suum imposuit, ac ducens in stabulum, curam eius egit*. Iumentum dicitur hîc caro Christi: in qua ad nos uenire dignatus est. Huic iumento sauciatum imposuit, fidem incarnationis inspirando: & peccata nostra, in corpore suo, super lignum portando: & iuxta aliam parabolam inuentam quæ errauerat ouem, humeris suis impositam, ad gregem reportando. *Et duxit in stabulũ*, id est intra sanctã præsentẽ ecclẽ-

Sursum aspicere.

Hiericho luna interpretatur.

Semiuiuus derelictus. Beda in c. 10. Luc.

Augustin. li. 2. quæst. Euãg. c. 19

Sacerdos & leuita.

Vulnerum curatio.

Matth. & Luc. 3.

Matt. 3.

Olei infusio.

Vini infusio.

Gregorius in c. 3. 1. Regum.

Luc. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesiam collocauit: vbi deposito onere peccatorũ, viator lassus reficitur: & refectus, salubri pascua repa ratur. Non domum, sed stabulum vocat: quo nomine, fetores & miserias huius præsentis vitæ significat: ne homo in hoc exilio, tanquã in patria gaudeat. Et vt bonus medicus & necessarius, *curam eius egit*, quandiu in hac vita cum eo fuit: quia circa ægrotum sollicitus fuit. *Et altera die*, post peractum ministerium redemptionis, scilicet post domini resurrectionem, quæ magis splendet, quàm tempus præcedens. Prima enim dies, fuit dies mortalitatis & passibilitatis: Altera dies, fuit immortalitatis & impassibilitatis: quando splendor lucis æternæ magis effulsit, *protulit duos denarios*, scilicet duo testamenta: in quibus & nomen & imago regis æterni continentur: & quorum precio, vulnera nostra curantur, & *dedit stabulario*, quia distribuit vtriusque testamenti scientiam, & prædicandi gratiam Apostolis: quibus sensum aperuit, vt scripturas intelligerent, ac prælatis & omnibus qui Ecclesiam gubernare debent: vt curam ægroti agerent & haberent. Qui etiam debet in hac cura aliquid supererogare: vt non solũ ea quę in duobus testamentis continentur studeant prædicare: sed & alia multa secundum ea quæ scripta sunt, laborent aliis prædicatione manifestare. Supererogat etiam, qui sine sumptibus, exemplo Apostoli, prædicat: & ab eis quibus prædicat, sumptus non accipit. Item supererogat, qui non solum præcepta, sed etiam consilia implet vel prædicat. In die autem iudicij cùm Dominus redierit, totum quod promiserat, tãquam debitor reddet, cùm fideli seruo dicet: quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Quilibet ergo peccator, qui peccando mortaliter, à Deo, qui est pax nostra, tanquam ab Hierusalem se auertit & ad Hiericho, id est ad culpabilem defectum se conuertit: & sic à bono incommutabili, ad bonum commutabile descendit. Homine autem sic lapso in latrones, & spoliato, ac vulnerato, & relicto, quid aliud restat nisi flagitare? Vt samaritanus ille, id est custos animarum, Iesus Christus iter miserationis suæ, per nos faciat, latrones fugiter, spoliatos gratia restituat, & vulnera nostra liget, semiuiuos in integrum habilitet: & sic demum in cœlestem Hierusalem nos perducat. Moraliter per Hierusalẽ, status uirtutis designatur. Et ideò per hominẽ descendentem ab Hierusalem in Hiericho, designatur peccator, descendẽs à statu iustitię, in peccatum mortale: qui incidens in latrones, id est dęmones, spoliatur per eos gratuitis, & vulneratur in naturalibus, ac relinquitur semiuiuus: quia tollitur ab eo uita gratiæ, remanente uita naturæ. Sacerdos & leuita transeuntes, sunt mali ministri ecclesiæ: Samaritanus est confessor, & prædicator, motus ex charitate, alligans uulnera sauciati, per sanum consilium: infundens oleum misericordiæ, & uinum iustitiæ, & imponit illum in iumentum: quia non solũ mente præbet auxilium, sed etiã, prout potest corpore, quod est animæ iumentum: & ducit in stabulum & domum Ecclesiæ, ubi datur pabulum uerbi Dei, & sacramẽti eucharistię: & altera die, post quam duxit in stabulum, protulit duos denarios, per quos designatur gratia in præsenti, & gloria in futuro: & dedit stabulario, id est dandos denunciauit bono curato, facienti debitum suum erga peccatorem sibi subditum: & ei curam peccatoris commendauit dicens, *curam illius habe*, debitum tuum exercendo: *& quodcũq; supererogaueris*, faciendo circa debitũ ali

Supererogatio.

Peccator uulneratus.

A quod bonum, ad quod non teneris, *reddam tibi*: id est reddendũ denuncio, promittens ei uitam ęternã pro salario. Et interrogatus legisperitus à Domino, quis prædictorũ proximus fuisset ei qui incidit in latrones, respondit: *Qui fecit misericordiam in illum.* Vbi Cyrillus: Neq; n. sacerdos, neq; leuita factus fuit proximus patiẽtis: sed ille qui est eius misertus. Inutilis est n. sacerdotij dignitas, & legis scientia, nisi per bona opera confirmetur. Vnde Beda: Iuxta literã manifesta est Domini sententia: nullũ nobis amplius, quàm qui miseratur esse proximum. Sic ciui Hierosolymitæ, non sacerdos, non leuita ex eadẽ gente: imò in eadem urbe nati & nutriti, sed externæ gentis accola, quia magis misertus est, factus est proximus. Deinde Dominus ex legisperiti responsione & confessione, ostendens omnẽ hominẽ misericordiam facientẽ esse proximum, & specialiter ipsum Dei filium, concluſit dicens; *Vade*, scilicet de uirtute in uirtutẽ, *& tu fac similiter*, proximo, sicut Samaritanus fecit Iudæo: quòd s. omnem hominẽ, etiam inimicũ, proximũ reputes: & ei misericordiã affectu, affatu, & effectu impendendo necessitates eius, subleues: ut te proximũ diligere sicut teipsum manifestes. Vnde Chrys. quasi dicat: Si quem uides oppressum, non dicas, utiq; nequam est, sed siue sit Gentilis, siue Iudæus, & ope indiget, non cauilleris: ius habet auxilium, quicumque mala fuerit passus. hæc Chrys. Ex responsione quoq; legisperti, Dominus concludit quòd propinquitas generis non facit proximum, sed opus misericordiæ impensum. Ac si dicat ei: Tu ergo me dilige, & in me utrumque mandatum legis implere stude: quia sum Deus, & sum ille tuus proximus: & quicquid uales in proximi necessitate subleuãda, uel corporali, uel spirituali deuotus operare, ut manifesteris proximus esse. Vnde Bernardus. Vtramq; teneo dilectionẽ Dei & proximi, cùm te amo Domine Iesu, qui meus proximus es, quoniam homo es, & fecisti mecũ misericordiam. hæc Ber. Ex utraq; ergo Domini cõclusione legisperitus conuicitur: quia Christum Deum & hominem proximum non dilexit: qui suscipiens carnem nostrã per humanitatem factus est nobis proximus, & tot misericordiæ opera impendit: unde meritò diligi debet. Ad Dei .n. dilectionem in nobis excitandam, nutriendam, & augendã, nihil ita ualet sicut beneficiorum eius frequens & diligens consideratio. Magna ẽ igitur misericordia, quæ ignotis & extraneis nos proximos facit: magna est misericordia, per quã uita possidetur æterna. Ille quippe est proximus tibi, cui miserendo appropinquas: qui uerò nulli miseretur, nullum proximũ habet. In illo ergo mãdato, Diliges proximum tuum sicut teipsum, Dominus proximũ intelligit omnem hominẽ: hîc autem, eum qui implet legẽ naturalem: ut qui facit alij, quæ sibi fieri uult. Vbi Ambro. ergo quoniã nemo magis proximus, quàm qui uulnera nostra curauit: diligamus eum quasi Dominum: diligamus & eum quasi proximum. Nihil enim tam proximum, quàm caput membris. Diligamus etiam eum, qui imitator est Christi. Diligamus eum, qui inopiæ alterius corporis unitate compatitur. Neque enim cognatio facit proximum, sed misericordia: quia misericordia secũdum naturam est. Nihil .n. tã secũdũ naturam, quàm iuuare consortem naturæ. hęc Ambro. ad hoc quoq; faciendũ, hortatur nos Aug. dicẽs: Nunc cùm in hac uita, id est in hac uia sumus, inuicẽ onera nostra portemus: ut ad eam uitã quę caret omni onere, peruenire possimus. Dilectionis officium est inuicẽ onera nostra

Proximus noster.

Beda in c. 10. Luc.

Misericordia bona.

Ambrosius in cap. vi. Luca.

Augustin. de uerbis apostoli c. 23. Dilectionis officium.

Dilectio utraque in Christo, qui Deus & proximus implet da est. Bernardus serm. 20. in cantica.

nostra portare. Nihil enim sic probat amicum, quẽadmodum oneris amici portatio. Neque vlla res officiosum istum laborem, ad portãdum onera alio rum, facit libenter impendi: nisi cogitemus quanta pro nobis pertulit Dominus. Hinc admonens, ait Apostolus: *Hoc sentire in uobis, quod & in Christo Iesu.* Huic cogitationi, accedit etiam illa: quia homines sumus: & quòd ægritudinem, siue animi, siue corporis, quàm in homine alio videmus, etiam nos habere potuimus, aut possumus. Hoc ergo exhibeamus ei, cuius infirmitatem portare volumus: quod ab illo uellemus nobis exhiberi, si fortè nos in eo essemus, & ipse non esset. Ad hoc pertinet quod Apostolus ait: *Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrificarem*: cogitando scilicet in eo uitio se esse potuisse, vnde cupiebat alium liberare. Deinde etiam illud cogitandum, nullum esse hominem, qui non possit habere aliquod bonum quod tu non habes, etiã si lateat: in quo sine dubio possit te esse superior. Vnde Apostolus: *Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam*: sed in humilitate mentis, alter alterum existimantes superiorẽ sibi. istæ cogitationes deprimẽtes mentis superbiam, & acuentes charitatem, faciunt onera fraterna inuicẽ non solũ æquo animo, sed etiã libentissimè sustineri. Hæc Aug. Vnde & Grego. Si quisq; sua incommoda, quæ ab aliis portantur, considerat: ea quę ab aliis sustinet, leuius portat. Et iterũ: Quia illa interna pacis visio, ex sanctorum ciuiũ congregatione constituitur: Hierusalem cœlestis vt ciuitas ædificatur. Quę tamen in hac peregrinationis terra, dum flagellis percutitur, tribulationibus tũditur, eius lapides quotidie quadrantur. Quæ videlicet ciuitas habet hîc in sanctorum motibus, magnũ iam ædificiũ suum. In ædificio quippe, lapis lapidem portat: & qui portat alterum, portatur ab altero. Sic nũc in sancta Ecclesia, vnusquisque & portat alterum, & portatur ab altero. Nam vicissim se proximi tolerãt: vt per eos ædificium charitatis surgat. Omne autem pondus, fabricæ fundamentũ portat: quia redẽptor noster: de quo Paulus Apostolus ait: *Fundamentum aliud nemo ponere potest, præter id quod est positum, quod est Christus Iesus.* Omnia nostra tolerat: sed ĩ ipso malum non fuit quod tolerari debuisset. hæc Greg. Ex his uerbis Greg. colligitur, quòd quanto plura quis pro Deo portauerit, tanto erit ipsi fundamento, scilicet Iesu, propinquior: & quãto pauciora portauerit, tanto erit ab ipso fundamento remotior. Hæc igitur omnia bene considera & proximorum infirmitates, ac defectus & onera, non solũ patienter, sed etiam libenter pro deo porta & tolera. Vnde Anselmus: Qui bonis alterius arridet, sanctis consentit: qui uerò inuidet, diabolis. Siquidem magis puto, saluationẽ eius sperandam, qui parum boni facit, & factis aliorũ fauet: quàm qui multa, & inuidet. Et iterum: Charitas quæ colligit & uiuificat omnia mẽbra ecclesiæ, cùm nos uiderit de alterius ruina gaudere, statim nos præcidit de corpore. Forte igitur non dolemus de ruina proximorum nostrorũ: quia præcisi sumus à corpore. Si enim ibi essemus, sine dubio doleremus: quia tãdiu dolet membrũ, quandiu in corpore continetur. Si autem abscisum fuerit, non dolere poterit, nec sentire. Ex his ergo homo potest perpendere, si est mẽbrum Christi. Et sicut dictum est de compassione, & congratulatione: ita intellige de communicatione: quia in corpore humano, unum membrum communicat alteri, indigenti suum officium & cibũ quẽ recipit: ita in corpore Christi, quod est ecclesia, quili bet debet alteri cõmunicare gratiã sibi diuinitus datam, ac cibum & etiam temporalia omnia à Deo recepta. Similiter intellige de consideratione: ut sicut membra inter se adunantur tanta amoris cõcordia, vt nulla ratione inter se ualeant dissentire occasione aliqua: ita etiã sit inter uos. Similiter intellige de sup portatione: vt sicut unum membrorum supportat alterum, & sustinet læsionem pro curatione, siue protectione alterius: & si læditur ab alio, sine ultione sustinet læsionem, sic debet esse in nobis, hæc Anselmus.

Philip. 2.

Gregorius hom. 13 in Ezechiel.

2. Cor. 3.

Anselmus lib. de simili tudinibus c. 45.

Charitas.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, custodi nos descendentes de contemplatione ad actionem, ne incidamus in latrones sensuum appetitus, nec spoliemur gratuitis, nec uulneremur in naturalibus, sacerdos & leuita superior, & inferior portio rationis non descendant eadem uia consentiendo in peccatum, sed potius ascendant sursum. Samaritanus uero gratia prædestinationis, secus nos appropiet, nobis uulnera peccatorum liget, infundens oleum spem veniæ, & uinum timorem iustitiæ imponat in iumentum, ordinando rationem supra sensualitatem: ducat in stabulum in consideratione peccatorum: altera die resurrectionis det duos denarios: scilicet animæ & corporis. Amen.*

De pœnitentia Mariæ Magdalenæ. Cap. LX.



POST hæc ascendit Iesus de Galilæa in Iudæam: ubi *quidam de Pharisæis*, scilicet Simon leprosus, uolens se iustificare, & de iustitia iactare, *rogauit Dominum Iesum, ut cum illo manducaret*. Cuius tamen simulatam iustitiam, benignus medicus non uitauit: sed magis curare voluit. *& ingressus domum Pharisæi discubuit.* Legitur autem Christum manducasse cum publicanis & peccatoribus, vt eos ad pœnitentiam prouocaret: sicut quando in domo Matthæi, cum publicanis comedit. Item cùm iustis eum diligentibus: vt eorum amorẽ & deuotionẽ nutriret & augeret: sicut dicitur de Martha & Maria. Item cũ cognatis & pauperibus: ut eorum inopiam suppleret: sicut habetur de nuptijs, vbi aquam in vinum vertit. Itẽ cum Pharisæis superbientibus: vt eorum superbiam reprimeret, & eorum vitia argueret: sicut in hoc loco facit. Aliquãdo etiã humiliter, & cũ gratiarũ actione, cùm inuitabatur, recipiebat, p loco & tẽpore, ex pau

Luca 7.

Manducandi cum peccatoribus ratio.

Marc. 2. & Luca. 5. Luca. 10. & Ioã. 12. Ioan. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pertatis amore: quia pauper erat, & de huius mundi
substantia, parum habebat. Non immeritò talis & tã
tus hospes est in uitandus: & cùm se inuitat, libentius
suscipiendus: veniunt enim omnia bona pariter cum
illo. Audiens autem hoc Magdalena, quæ iam fortè
ipsum prædicantem audierat, tacta dolore cordis
intrinsecus pro peccatis suis, & de eis plenè & per-
fectè contrita, amorisque eius igne accensa, cum ala
bastro, id est tali vase unguenti, perrexit ad locum
conuiuij. Vt enim dicit Beda, alabastrum est genus
marmoris candidi, varijs coloribus intertincti, quod
ad vasa vnguentaria cauare solent: eo quòd optimè
seruare incorrupta dicatur. Iste Pharisæus, quan-
doque in euangelio Simon leprosus dicitur: cuius
lepra non sine causa memoratur. Vnde Chrys. Non
simpliciter autem lepræ Simonis meminit Euangeli
sta: sed ut ostendat vnde cõfidẽs accesserit hæc mulier:
quia .n. lepra uidebatur valde immũda esse passio &
abominabilis, vidit autem quòd Iesus curauerat il-
lum hominem: confidit quoniam & animæ eius im-
munditiam facilè expurgabit. Hæc Chrysost. Et cùm
mulier ad locum peruenisset, facie inclinata, & ocu-
lis in terram demissis, ante conuiuas transiens, non
quieuit donec ad Iesum perueniret: & tunc illico re-
trò ad pedes eius prostrata: quia se antè ponere non
audebat, præ peccatorum suorum verecundia: & pro
cumbens vultu super pedes ipsos, cum quadam con
fidentia: quia iam intensè, & super omnia eum dili-
gebat, & in eius amore ardebat: cœpit fortiter fleti-
bus & singultibus abundare: ac lachrymis largiter
decurrentibus, pedes Domini balneare & lauare.
Vnde patet magnitudo contritionis, ex qua lachry-
mas pœnitentiæ, sanguinem cordis fundens, tãtum
fleuit, quòd pedes vnius hominis lauare potuerunt:
tandem à fletu cessans, capillis suis pedes Iesu lotos
extersit, & amore crescente, osculabatur eos sæpe dul
citer & amanter: nec de hoc satiari potuit. Et quia pro
pter itinera squalidi & lassi erant, eos etiam unguen-
to precioso ungebat, ad refrigerium caloris, & miti-
gationem doloris, ex labore itineris. Et hæc quidem
quæ dicta sunt, agebantur exterius: quæ uerò reuo-
luebat eius intentio, multò feruentiora erant quæ so
lus Deus inspiciebat. Vnde Grego. Nicenus: Indi-
gnitatem autẽ suam ostendens, stabat post tergum,
deiectis luminibus, & effusa coma pedes amplectẽs,
lachrymisq; eos perfundens, rebus tristẽ animũ ostẽ
debat, veniam implorans. hæc Greg. In eo ergo quòd
mulier retrò stat, deuotio & humilitas agnoscitur: in
eo verò quòd lachrymis pedes rigat, vera pœnitentia
& cordis compunctio demonstratur. Et quoniã eas
dem lachrymas capillis tergendo abscondit & delet,
sese de illis non esse ostendit qui opera sua faciunt: vt
ab hominibus uideantur: in osculo, pacem, amorem,
& dilectionẽ monstrabat: in vnguento verò, cordis
intima blandimẽta, & deuoti obsequij affectionẽ si-
gnificabat. Per alabastrum, pectus & cordis secreta-
rium plenũ fide & charitate possumus intelligere: ta-
le .n. alabastrum, huiusmodi vnguentum consueuit
seruare. Vbi Grego. Cogitanti mihi de pœnitẽtia Ma
riæ: flere magis libet, quàm aliquid dicere. Cuius .n.
vel saxeum pectus, illæ huius peccatricis mulieris la-
chrymæ, ad exemplũ pœnitendi non emolliant? Cõ-
siderauit namque quid fecit, & noluit moderari quid
faceret. Super conuiuantes ingressa est: non iussa ue-
nit: inter epulas, lachrymas obtulit. Discite quo dolo
re ardet: quæ flere & inter epulas non erubescit. Sed
quia turpitudinis suæ lachrymas aspexit: lauanda

Beda in ca. 7. Luca. Alabastriũ quid est.

Chrysosto. hom. 81. in Matth.

Contritio Magdaleng

Gregorius hom. 33. in Euangelia. Pœnitentia Magdalenæ.

A ad fontem misericordiæ cucurrit: conuiuantes non
erubuit. Nã quia semetipsam grauiter erubescebat in
tus: nihil esse credidit, quod uerecũdaretur foris: Hęc
Greg. Mysticè, pedes dominici corporis sunt pauperes: quia sunt inferior pars corporis mystici, per dei
ectionẽ: & cruci affixi, per afflictionẽ. Diues ergo &
peccator, volens obtinere ueniã in præsenti: & regni,
quod pauperũ est, gloriam in futuro: debet secus pe-
des istos stare per familiaritatis exhibitionem, & ami
citiæ acquisitionẽ: lachrymis rigare, per cõpassionẽ:
capillis extergere, p squaloreẽ paupertatis: & refouere
per temporalium, quæ per capillos designãtur com
municationem, & miseriæ reuelationem: osculum da
re, per affabilitatem, & blandam allocutionẽ, frater-
nitatisq; amorẽ: vnguento ungere, per miserendi hi
laritatem, & cordis benigni dulcedinẽ, acconsolatio
nis suauitatem. Aliter. n. secundum August. non pos
sunt diuites dicere competenter, Pater noster, nisi se
fratres pauperum cognoscant. Sed heu, multi faciũt
his contraria: & ergo cũ Pharisæo, nec gratiã meren
tur, nec gloriam. Vnde Greg. Nos ergo, nos illa mu-
lier expresit, si toto corde ad Dominum post pecca
ta redeamus, si eius pœnitentiæ luctus imitemur.
Quid autẽ unguento, nisi bonus odor opinionis ex-
primitur? Si igitur recta opera agimus, quibus opi-
nionis bonæ odore ecclesiã respergimus, quid aliud
in Domini corpore, nisi vnguentũ fundimus? Cõtra
pedes Domini stetimus, cùm in peccatis positi, eius
itineribus renitebamur. Sed si ad ueram pœnitentiã
post peccatũ conuertimur, iam retrò secus pedes sta
mus: quia eius vestigia sequimur, quem impugnaba-
mus: lachrymis mulier pedes rigat: quod nos quoq;
agimus, si quibuslibet ultimis membris Domini, per
compassionis affectũ inclinamur. Capillis pedes Do
mini tergimus, quando sanctis eius quib us ex chari
tate compatimur, etiã ex his quę nobis superfluunt,
miseremur. Osculatur mulier pedes quos tergit:
quod nos quoq; agimus, si studiosè diligimus quos
ex charitate continemus: Hæc Greg. Per hanc ergo
mulierem peccatricẽ ad Domini pedes accedentem,
significatur quælibet persona uerè de peccatis pœni-
tens, & contra: ad quod requiritur quòd sicut Deum
offendit per culpam, ita ei seruiat per pœnitentiã: se
cundũ illud Apostoli: *Sicut exhibuistis membra uestra
seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita exhi
bete nũc seruire iustitiæ in sãctificationem*: & sic fecit mu
lier hæc pœnitens. Vnde Grego. Liquet fratres quòd
illicitis actibus prius intenta unguentum sibi pro o-
dore suæ carnis adhibuit. Quod ergo sibi turpiter ex
hibuerat, hoc iam Deo laudabiliter offerebat. Ocu-
lis terrena concupierat: sed hos iam per pœnitentiã
conterens, flebat. Capillos ad compositionem ult-
tus exhibuerat: sed iam capillis lachrymas tergebat.
Ore superba dixerat: sed pedes Domini osculãs, hoc
in redẽptoris sui uestigia figebat. Quot ergo in se ha-
buit oblectamenta, tot in se inuenit holocausta. Con
uertit ad numerum uirtutum numerum criminu m,
ut totum seruiret Deo in pœnitentia, quicquid ex
se Deum contempserat in culpa. Hæc Grego. Con-
simile inducit Hieronymus, de beata Paula, dicens:
Cumque à nobis crebrius moneretur ut parceret o-
culis: ut eos euangelicæ seruaret lectioni: aiebat, Tur
banda est facies, quam, contra Dei præceptum pur-
puriſſo, & cerussa & stibio depinxit. Affligendum est
corpus, quod multis uacauit delitijs: longus risus
perpetuo compensandus est fletu. Mollia lintheа-
mina, & serica preciosissima, asperitate cilicij sũt cõ-
mutan-

Pedes Domini.

Augustin. ho. 42. lib. 50. homil. Fratres pauperum qui filij dñi. Gregorius hom. 33. in Euangelia. Vnguẽtum fudere &c.

Pœnitẽtia uaria facit.

Rom. 6.

Gregorius hom. 33. in Euangelia.

Holocausta Magdalenæ.

Hieronym. in epitaphio Paulæ ad Eustachiũ. Paulæ pœnitentia.

Pœnitentia agenda forma.

mutanda. Quæ viro & seculo placui, nunc Christo
placere desidero: Hæc Hieron. Hinc ergo habemus
quomodo facienda sit pœnitentia. In quo enim quis
peccat, in eodem per contrarium pœnitentiam agat.
Verbi gratia: Peccasti nimis potando, pœnitentiam
age à potu abstinendo. Qui nimis comedisti vel pre
ciosiora, ieiuna & comede uiliora. Et sic de alijs
suo modo. Conspice igitur bene hanc mulierem, &
eius deuotionem, & super his morosè meditare:
quia factum hoc solenne fuit valde. Conspice etiam
Dominum Iesum quàm benignè eam suscipit, &
quàm patiẽter sustinet quicquid facit. Cessat & quie
scit à comedendo, donec negocium compleatur:
cessant & conuiuæ, & omnes super hac nouitate mi
rantur. Sed *Pharisæus qui eum uocauerat*, non tamen
inuocauerat, quod melius fuisset: fallaciter iustus, ac
de falsa & putatiua iustitia veraciter superbus: nul-
laque compassione naturæ motus, & suæ fragilita-
tis oblitus, de hoc murmurans, *ait intra se*, contra
suum hospitem murmurando dicens: *Hic si esset pro-
pheta*, verus, sciens occulta, *sciret utique quæ*, in per-
sona, *& qualis*, in uita, *est mulier quæ tangit eum*: & per
consequens non permitteret se tangi ab ea, *quia pec-
catrix est*: & ideò unguentum eius vitare deberet.

Reprehensio iniqua Pharisæi.

Aegram reprehendit de ægritudine, quæ potius erat
commendanda: quia languoris sui remedium quæ-
rebat apud tantum medicum: quem etiam reprehen
dit de subuentione, de qua gratiarum actiones erãt
referẽdæ: qui ipse quoq; de elationis vulnere ægrota
bat, & ideò nec medicum pro subuentione require-
bat. Nescis, Pharisæe stulte, nescis, nuper te munda-
uit à lepra, quem modo non credis esse prophetam.
Et propheta quidem est, & optimè scit quia pecca-
trix est mulier quæ eum tangit. Ad hoc enim ipse ve
nit, ad hoc ipse de cœlis descendit. *Non enim uenit uo
care iustos, sed peccatores ad pœnitentiam*: hoc ipse te-
statur, cius verba sunt hæc. Non horret ergo pecca-
tores, qui pro peccatoribus factus est homo. Igitur
secundum Gregorium: Necesse semper est, ut cùm
peccatores quosque conspicimus, nosmetipsos prius
in illorum calamitate desleamus: quia fuisse in simili
bus aut lapsi sumus, aut labi possumus, si lapsi non
sumus. Per istum Pharisæum qui Christum notauit
de ignorantia, & mulierem de immunditia, significa
tur hypocrita de falsa iustitia præsumens & alios cõ-
temnens: quia secundum Gregorium, uera iustitia
compassionem habet, falsa verò indignationem: pro
pter quod iste Pharisæus arguitur de pietatis omis-
sione immodicis respectiuè, & mulier commenda-
tur de maioribus ualde. Vnde Dominus Iesus non
verba Pharisæi audiens, sed cogitationes inspiciens,
respondit cogitationi eius ad confutationem illius:
per hoc enim quòd ad eius respondit cogitationem,
quæ soli Deo est nota, ostendit se plus quàm prophe
tam, & Dominum prophetarum, & proposuit ei pa-
rabolam de duobus debitoribus, vt conuenientius
concludat contra eum ex responsione ipsius. Cùm
enim de sua sententia Pharisæus conuincitur: quasi
phreneticus funem portat cum quo ligetur. Isti duo
debitores erant Maria Deo debitrix quingentorum
denariorum, & Pharisæus qui quinquaginta debe-
bat: quia minus se peccasse credebat, & ideò Maria
plus diligere debebat: quia maiorem remissionem ac
ceperat: & plus diligebat, ideò maiora obsequia Chri
sto præbebat. Exemplo igitur debitorum & fenera-
toris conuincit Pharisæum, quòd hæc mulier esset
gratia diuini amoris iustificanda, & dignior amari, &

Matth. 4.

Gregorius hom. 33. in Euange. Peccatores uisc. flendũ nobis.

Greg. hom. 33. in Euãgel.

A peccata sibi remitti, quæ plura grata Deo obtulit in
hoc facto, quàm superbus Pharisæus in conuiuãdo:
quia amor ĩ humanis plerunq; causatur ex donis præ
cedẽtibus, & p cõsequẽs maior amor ex donis maio
ribus. Vnde Dominus enumerans bona peccatricis,
& mala falsi iusti, redarguit Pharisæũ ex defectu tri-
plici. s. pietatis, quia non dedit aquã pedibus suis: qui
tamen erãt fessi & dolẽtes ex labore itineris, ac luto-
si, seu puluerizati: eo q; incedebat sine calciamentis.
Vnde Titus, quasi dicat, Facilis est vsus aquarũ, nõ est
facilis lachrymarũ effusio: tu prõptis non es usus, hęc
effudit non prõpta: lauans lachrymis pedes meos, la-
uit lachrymas proprias. Secũdò redarguit ex defectu
charitatis: quia nõ dedit ei osculũ, quod est signum
amicitiæ & dilectionis. Tertiò ex defectu hilaritatis,
quæ designatur in nomine olei, quo nõ unxit caput
eius: tria .n. prædicta faciebant olim suis hospitibus,
quia primò dabant osculũ in signũ securitatis: deinde
lauabant pedes, propter laborẽ itineris: postea vnge-
bant caput unguentis refrigeratiuis, contra æstũ ca-
loris. Et prædicta tria. s. charitas, pietas, & hilaritas,
requiruntur in hospitalitate uera & gratiosa: ex qua
ad obsequiũ magis tenebatur Pharisæus, quàm mu-
lier superueniens ab extrà. Vnde considera, q̃ præfer
tur hic deuotũ obsequium largitioni cibi & potus,
quos credibile est Pharisæũ in domo sua Domino
præbuisse. Hinc potest elici argumentũ, q̃ cùm susci
pitur quis hospitio: magis meritorum est ei benignè
ministrare, quàm ipsum cibũ & potum exhibere. Et
econuersò laudat Dominus mulierẽ, de triplici per-
fectione, defectibus Pharisæi opposita, pro vt clarè
patet in litera. Ex factis ergo mulieris apparet, q̃ Do
minum multũ dilexit, & ideò ueniam reportans iusti
ficata fuit: propter quod & ex peccatis multis sibi di
missis magis in amore eius exarsit. Vnde volens Do
minus monstrare, q̃ omnia in dilectione cõsumman
tur, dixit Simoni: *Propter quod dico tibi, remittuntur ei
peccata multa, quoniam dilexit multum: charitas enim
operit multitudinem peccatorum.* Et tu plurimũ dilige,
vt tibi plurimum remittatur. Vnde Chryso. Nam qui
vehementer se ingesserunt malis, rursus & bonis ve-
hementer insistent, conscij ad quot debita se obliga-
uerunt. *Cui autem minus dimittitur, minus diligit*: vt stu
Pharisęe. Sed non superbias si in paucioribus teneris,
quia tu quoq; uenia eges: nullus .n. potest per seme-
ipsum, à debito peccati liberari: nisi diuina gratia ue
niã consequatur. Igitur, ut ait Chryso. Opus est no-
bis feruenti anima: quia nihil impedit hominem fieri
magnũ. Nullus ergo cõstitutorũ in peccatis, despe-
ret: neq; uirtuosus dormiret. Nec hic confidat, sæpe
.n. meretrix præcedet eum: nec ille diffidat, possibile
nanq; est eum etiam primos superare: Hęc Chrysost.
unde & Greg. Quid fratres mei, esse dilectionẽ credi
mus, nisi ignẽ? Et quid culpam, nisi rubiginem? Vnde
nunc dicitur, *remittuntur ei peccata multa: quia dilexit
multum*. Incendit planè peccati rubiginẽ: quia ardet
ualde per amoris ignem. Et si durum est ualde quod
quĩtur, abundat tamen amoris ignis quo etiam
dura consumantur. Tanto nanque amplius pecca-
ti rubigo consumitur, quanto peccatoris cor ma-
gno charitatis igne concrematur. Vbi Augustinus:
Hic multa commisit, & multorũ debitor factus est:
ille, gubernante Deo, pauca commisit. Cui deputat
ille quod dimisit huic, & iste deputet quod non com
misit. Nullum est enim peccatum quod facit homo,
quod non posset facere & alter homo, si desit rector
à quo factus est homo. Vnde & Bernardus: Quis nõ

Amoris mundani causa.

Pharisæi defectus tres.

Lachrymarum difficultas.

Perfectio triplex Magdalenæ.

Iacobi. 5.

Chryso. de. 6. in Matt.

Chrysost. hom. 68. in Matthæũ. Matth. 21.

Gregorius hom. 33. in Euangel.

Augustin. lib. 50. homiliarum hom. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

videat quòd sicut in multa peccata cecidi, sic & ī multa alia cecidissem, nisi omnipotens pietas seruasset? Fateor & fatebor, *nisi quia Dominus adiuuit me paulominus habitasset in inferno anima mea.* videlicet cecidisset in omne peccatum anima mea. Mysticè fœnerator iste Deum significat, qui pro culpa pœnam: & pro donis gratiarum, meritum bonorum exigit. Debitores dici possunt Maria, & Pharisæus, quātum ad propositum: vel populus gentium, & Iudaicus: vel peccator notorius & occultus. Vel clericus, & laicus: & sic duo debitores sunt duo populi, uel duo status peccatorum: primi debent quingētos denarios, quia plus peccant: secundi quinquaginta, quia minus. Sed non habent vnde reddant, quia nullus prædictorum potest absolui proprijs viribus absque gratia, & ideò donat utrisque, id est, donum gratuitū dat, per quod eis debitum dimittit: non enim sine dono Dei gratuito fit culpæ remissio. *Dixit autem Dominus ad mulierem, remittuntur tibi peccata:* scilicet non solum quātum ad reatum & culpam, sed etiam quantum ad reatus pœnam: & hoc fit ex vehementi amore Dei, & horrore peccati præteriti. O felix Maria, cui tot dantur munera. Nam primò datur ei peccatorum remissio: vt hic dicitur: Secundò fit spiritualiter familiaris Domino, vt in sequenti capitulo subditur. Tertiò fit ei dominicæ resurrectionis prima apparitio: pro ut infrà de resurrectione Domini narratur. Et accumbentes simul cum Domino, *dicebant intrà se*, in corde suo: *Quis est hic qui etiam peccata dimittit?* Hoc dicebant, quia humanitatem exterius apparentem, quæ non potest peccata dimittere, tantum videbant. Sed Dominus cogitationes eorum paruipendens, dixit ad mulierem, *Fides tua*, id est, à Deo tibi infusa, *te saluam fecit*: quia ista fides charitate formata fuit: & ideò habentem dignum vita æterna fecit: secundum Gregorium, Fides eam saluam fecit: quia hoc quod petijt, posse accipere non dubitauit. Spem enim iam ab illo acceperat, à quo salutem quærebat. *Vade in pace*, id est, in quiete & cessatione à vitijs, non discordando à gratia tui amoris. In pace ire præcipitur, ut in veritatis itinere perseueret, & ab eo in vita scandali ulterius non declinet. Vnde Theophilus: Postquam autem ei peccata dimisit, non sistit in remissione peccati, sed adiicit operationem boni. Vnde subditur: *Vade in pace*: id est, in iustitia. Nam iustitia est pax hominis ad Deum sicut peccatum est inimicitia inter Deū & hominem. Quasi diceret: Operare omnia, quæ ad pacem Dei te ducunt: Hæc Theophilus. In hoc ergo quòd dicitur, *uade in pace*: notatur quòd ipsa iuit sollicite per bona opera, & quòd ipsa habuit pacem in conscientia. O uerbum delectabile & suaue: quàm libenter id Magdalena audiuit, & quàm iocundè recessit, & perfectè ad Deum conuersa, deinceps honestè & sanctè uixit, ac Domino Iesu & matri eius perseueráter adhæsit. Et bene ait, in pace, post remissionem peccatorū: quia iustificatis est pax, cùm conscientia non remordet: sed non est pax impiis & existentibus in peccatis. Hic habes apertè quòd charitas reformat pacem inter Deum & peccatorem. Vnde & beatus Petrus dicit, quòd *charitas operit multitudinem peccatorum.* Sine quo profecto impossibile est placere Deo, cum qua sine dubio placet quicunque, & ideò hanc præcipuè debemus Deo referre. Vnde Ambrosius: Quoniam nihil est quod dignè referre Deo possumus, quid enim referamus pro susceptæ carnis iniuria? Quid pro uerberibus? Quid pro cruce, obitu, sepultura? Væ mihi si non dilexero. Audeo dicere, non reddidit Petrus: & ideò plus dilexit. Non reddidit Paulus: Reddidit quidem mortem pro morte, sed alia non reddidit: quia multum debebat. Reddamus licet crucem pro cruce: funus pro funere, nunquid reddimus: quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso habemus omnia? Reddamus ergo amorem pro debito, charitatem pro munere: gratiam pro sanguinis precio. Plus enim diligit, cui donatur amplius. Hæc Ambrosius. Nemo ergo desperet, nemo de Dei misericordia diffidat. Clemens est Dominus, qui ex corde conuersis tam facilè miseretur. Vnde si quid confessio & lachrymæ possunt videre vis: vide quid fides & dilectio operatur. Paruo temporis spacio iustificata est mulier, & ab omni peccato mundata, quæ uniuersis uitijs plena, & tam peccatrix fuerat vt eam Pharisæus videre dedigneretur. Hanc igitur imitans peccator, peccata nunc desleat, vt eius lachrymas quandoque Deus absterget. Nam ut ait Bernardus: Fœlices lachrymæ quas benigna manus conditoris absterget, & beati oculi qui in talibus liquefieri fletibus potius elegerunt, quàm eleuari in superbia, quàm omne sublime videre, quàm auaritiæ petulantia famulari. Vnde & Chrysostomus: Sicut autem vbi uehemens hymber prorumpit, sit serenitas: sic lachrymis effusis apparet tranquillitas, & perit caligo reatuum. Et sicut per aquam & spiritum purgamus, sic per lachrymas & confessionem denuò mundamur. Vbi Anselmus. Iam nūc ingredere domum Pharisæi, recumbentem ibi Dominum tuum attende: accede cum benignissima peccatrice ad pedes eius, laua lachrymis, terge capillis, demulce osculis, foue unguentis. Nonne iam sacro liquoris illius odore perfunderis? Si tibi adhuc suos negat pedes, insta, ora, & grauidos lachrymis oculos attolle: tuisque suspirijs inenarrabilibusque gemitibus extorque quod petis, luctare cum eo: sicut Iacob vt ipse se gaudeat superari. Videbitur tibi aliquando quòd auertat oculos, quòd aures claudat, quòd desideratos pedes abscondat. Tu nihilominus insta oportune, importuneque clama: *usquequo clamabo & nō exaudies.* Redde mihi Iesu bone lætitiam salutaris tui, quia tibi dixit cor meum: quæsiui faciem tuam, faciem tuā requiram. Hæc Anselmus: Nullus ergo peccator debet de clementia Dei desperare: quia præsto est cunctis relaxare, & pœnitentes ad regnum cœlorum reuocare. Istud Deus per Manassem regem Israel olim præfigurauit, quem propter pœnitentiam ad gratiā reuocauit. Manasses infinitis Deum offenderat. Esaiā qui eum de peccatis suis redarguit, serra lignea per medium desecari fecit, & tot Prophetas ipsum arguentes trucidauit, quòd plateas Hierusalem sanguine prophetarum purpurauit. Tādem ab hostibus est captus, & in exilium deductus, carceri deputatus, vbi cœpit pœnitere, & ex corde scelera sua deflere. Et cum lachrymis orauit Dominum, dicens: Peccaui Domine super numerum arenæ maris, & iam non sum dignus videre cœli altitudinem, propter iniquitatum mearum multitudinem. Misertus Dominus pœnitentiam eius acceptauit. Nam de captiuitate eum liberauit, & in regnum suum in Hierusalem reuocauit. Per hunc peccator designatur: qui prophetas Domini ipsum arguentes cruciat, quando prædicatores & doctores audire recusat. Et quamdiu talis perseuerat in peccato mortali, tandiu est in captiuitate Diaboli: si autem ex corde egerit pœnitentiam, Deus paratus est eum suscipere ad gratiam.

Psal. 93. Peccator non est saluando.

Munera in Magdalenam collata.

Fides Magdalena.

Gregorius hom. 33. in Euangelia.

Theophilus in eum locum.

Iustitia est pax, &c.

1. Pet. 4.

Charitas pacifica est Deo præcipuè offerēda.

Ambrosius in c. 7. Luc.

Desperandum non est.

Bernardus in sermo. de uerbis euan. ecce reliquimus omnia.

Lachryma rū uirtus. Chrysost. ho. 6. in Matth.

Anselmus in mdit. Gene. 32.

Abacuc. 3.

Manasses pœnitens. 4. Reg. 21.

In oratione eius in fine secundi paralip.

1. Reg. 17. 2. Reg. 12. gratiam. Hoc idem præfiguratum fuit in rege Dauid, qui adulterium & homicidiū perpetrauit. Cūq; redargutus à Natham peccaui diceret: statim Nathā respondit, Dominus transtulit peccatum, id est, dimisit. O quàm magna est pietas Domini, & quàm ineffabilis qui nullum pœnitentem despicit cuiuscū que conditionis. Non ergo propter immanitatem peccatorum nostrorum desperemus: quia diuersos testes diuinæ misericordiæ habemus. Neque ultrà peccatis seruiamus: quia magnam dignitatem amittunt miseri homines seruiendo peccatis, quidam carnis voluptates & concupiscentias, quidam aspirando ad honores, & excellentias: quidam pertinaci studio quærentes mundi facultates & diuitias. Et quia pauci sunt hodie qui istum trinarium nephandum non sequantur, certè miseri meritò dicuntur: quia illis rebus quæ eis deberent seruire & obsequi, seruiūt & obsequuntur. Tales proculdubio se uiles ostendunt non nobiles, non dominos: sed potius garsiones & seruos. Exemplum de Diogene, de quo legitur ꝙ cùm quadā vice ratione suæ eminentes scientię & sapientię imperator eū visitaret, philosophus ei assurgere noluit: quod videns imperator iracūdia motus retrocessit, veneruntq; serui eius & dixerunt ad eum. Domine quare sic agere voluisti? non modicū te imperator honorabat, quia te pauperē talis ac tantus visitabat, tu verò econuersò ipsum inhonorasti: quia ei assurgere noluisti. Quibus respondit: Non decet dignitatem meam, vt seruo serui mei reuerentiā faciam. Seruit iste seruo meo, scilicet mundo, qui mihi seruit, eo factus est ut mihi seruiat. Igitur non decuit me signum alicuius reuerentiæ sibi exhibere. Bene dominabatur iste mundo & imperabat, bene naturæ suæ dignitatem & præsidentiam obseruabat.

Diogenes in dolio iacens, & Alexāder Magnus.

Mundus nobis seruire debet.

ORATIO.

IESV *bone spes pœnitentium, qui Mariæ peccatrici ad tuos pedes flenti, & eos lachrymis riganti, capillis tergenti, labiis osculanti, pietatis signum aperiens peccatorum veniam tribuisti: ne despicias Iesu misericors me peccatorem ad clementiæ tuæ uestigia prouolutum, rigantem lachrymis intimæ compunctionis, osculantem labiis deuotæ orationis: & fac me audire uocem tuam pietate & clementia, suauitate, & misericordia plenam, quam audire meruit & ipsa: vt dimittantur mihi peccata mea multa per tuam gratiam & ipsius merita. Amen.*



A *De ministerio Marthæ, & ocio Mariæ Magdalenæ. Cap. LXI.*

Luca. 10.

IT post hæc quadam uice, *intrauit Iesus in quoddam castellum*: scilicet Bethaniā, quæ interpretatur domus obedientiæ, per quod signatum est quòd libenter intrat Dominus domum conscientiæ, vbi ei obeditur deuotè. Et venit ad domum Marthæ & Mariæ, ad illam enim domum frequenter diuertebat: & securè propter specialem ibi habitantium amicitiam & deuotionem. Sed Marthę domus hīc appellatur cùm dicitur, *& mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam*: quia maior natu erat, & curam domus habebat. At illæ sorores toto affectu Iesum diligentes reuerenter, & alacriter eum susceperunt, de tanti hospitis aduentu gaudentes. Et Martha quidem se incō tinenti ad refectionem Domino, & discipulis suis procurandam parauit, & in ministerio laborauit, ut eis conuenienter prouideret: Maria verò ad pedes Domini se posuit: vt diligentiam, assiduitatem, solertiam erga auditionem ostenderet, & multam reuerentiam quam ad Dominum habebat. Illa stabat & satagebat vt pasceret Dominum, cibo utique corporali: hæc sedebat & audiebat, vt pasceretur à Domino suo cibo spirituali. Sanè quanto melior est anima corpore, tanto dulcior est cibus spiritualis in mente quàm carnalis in uentre. Vt autem dicit Augustinus: Quanto humilius sedebat, tanto amplius capiebat: confluit enim aqua ad humilitatem conuallis, denatat de tumoribus collis. Et cum Dominus more suo, nolens stare otiosus, verba vitæ loqueretur æternæ: per hoc dans exemplum discipulis, & cùm recipiuntur in domibus, susceipientes repleant sacris doctrinis, Maria oculis & auribus in eum intenta speciosissimam faciem eius contemplabatur, & in eius suaui sermone reficiebatur, & vltrà quam dici possit in aspectu & verbis eius iocundabatur, nec quicquā aliud cogitabat: sed tantum dulcedini verbi diuini & operibus vitæ contemplatiuæ intenta erat, & de illa mensa Domini opulenta micas de uerbo Domini colligebat. Martha verò in operibus uitæ actiuę occupata stetit, & substitit quasi fatigata & fessa labore ministerij cessans aliquantulū, & molestè ferēs quòd ipsa sola in necessitatibus domus laboraret, soror verò eius ocio & quieti vacaret, & Domino hoc pmitenti conquerēs postulauit ab eo, ut ad laborandū secū in ministerio & iuuandū illam compelleret: sed cō trariam sententiā reportauit. Maria autem Martham adiuuat consilijs, opera eius dirigendo, & suffragijs pro ipsa orando. Ecce ꝙ sorores istę nec seruum nec ancillam habebant, qui eis seruirent: nec Dominus coquum vel hostiariū qui eius cōmodo prouideret: ex quo habes argumētum contra superbiam præsertim prælatorum. Martha de sorore conquerens ex illorum persona loquitur, qui adhuc diuinæ contemplationis ignari solū quod didicerunt fraternæ dilectionis opus Deo placitū ducunt: ideoq; cūctos qui Christo per contemplationē deuoti esse volunt, huic mancipandos autumāt. Hanc ignarorum obiectionē soluit Hieron. in epistola, in qua inuitat nobilē & diuitē matronā ad eremum dicens: Quando finem habebit ista seruitus imperfecta? Nunquid non habebit Dominus, vnde alet pauperes nisi per tē? Inuenitur autem Maria accusata tripliciter: scilicet à Pharisæo, de præsūptione & temeritate, eo ꝙ peccatrix Christū recumbentē tetigit. A Iuda, de prodigalitate:

Martha & Magdalenę status.

Contra scios & ignaros.

Hieronym. epistol. ad Paulam & Eustachiū. Accusatio Magdalenę triplex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo quòd precioſum unguentum effudit, ac caput & pedes Domini unxit. A ſorore de ociositate: ſicut patet hic, & ubique Maria tanquã patiens tacuit, & Chriſtus ſemper pro ipſa reſpondit & eam excuſauit, oſtẽdens Phariſæo quòd factum Mariæ non erat præſumptionis, ſed deuotionis: oſtendens quoque Iudæ, & alijs diſcipulis, quòd illa effuſio unguẽti non erat prodigalitatis, ſed pietatis: oſtendens etiam ſorori, quòd feſtio Marię non erat ociosa: ſed melioribus actibus occupata. Maria autẽ quæ in uerbis Domini quieſcebat, & mira ſuauitate tenebatur, ad clamorem ſororis quaſi ſomno cuigilans, de quiete ſua timuit, & facie inclinata in terra ſiluit: ac cauſam ſuam tanquam ociosa iudici commiſit, non parans reſpondendi ſermonem, ne remitteret uel interrumperet audiendi intentionem. Et Dominus excuſando Mariam, dixit ad Martham. *Martha Martha*, repetitio nominis ſignum eſt dilectionis, uel mouendæ intentionis: ut ſcilicet audiret intentius, *ſolicita es, & turbaris erga plurima*, ac circa multa es occupata: opera enim uitæ actiuæ ſollicitudinẽ & diſtractionem mẽtis inducunt, & frequenter perturbationem ingerunt. Si ergo uis cum lętitia uiuere, noli multa agere: quia in multis actionibus minor eris. *Porrò unum eſt neceſſarium*: ſcilicet Deo iugiter inhærere. ſecundum illud: Vnam petij à Domino, hanc requirã, &c. Vel *unum* ſcilicet ipſe Deus, qui unus eſt præ omnibus quærendus: uel *unum*. id eſt, unitas mentis ad Deum: quia per uitam contemplatiuam mẽs adhæret Deo, qui eſt ſimpliciter unus, ſicut econtrà per uitam actiuam intendendo creaturis, quæ multæ ſunt, anima diuiditur, & per multa diſtrahitur. Et tamen multa ſunt neceſſaria tendentibus ad unũ, quod omnibus eſt præferendum. *Maria optimam partem elegit*, ſecuram magis & digniorem quaſi dicat. Non tu malam, ſed illa meliorem. Ne ergo conqueraris de ocio ſororis: quia maior eſt qui recũbit, quàm qui miniſtrat. Sed quomodo dicitur optima, cùm eum tantum ſit conſecutura in patria? Sed & illam optimitatem dulcedinis, & iocunditatis patriæ iã hîc præguſtauit, non ſicut in futuro apprehendit. Nõ tamen reprehenditur pars Marthæ, quia & ipſa eſt bona: ſed laudatur pars Mariæ, quia optima, cuius cauſam ſubiungit: quia *non auferetur ab ea*: hoc enim elegit quod ſemper manebit. In hac uita incipit & augetur, in alia uita plenius perficietur: quia quod non uidet per ſpeculum in ænigmate, tunc uidebit facie ad faciem. Et amoris ignis qui hîc ardere inchoat, cùm ipſum quem amat uiderit, in amorem amplius inardeſcet. Charitas nunquam excidit: quia una & eadem charitas hîc, & in patria remanet. Ignis eſt in Sion, & caminus in Hieruſalem: ita & contemplatiua eadem eſt hîc & in patria: ſed hîc iucunditas mentis eſt ſemiplena, & ibi erit perfecta. Non ergo cõtemplatiua auferetur quæ ſubtracta præſentis ſeculi lucta perficietur: actiua uerò ſicut & fides euacuabitur quandoq; & auferetur: quia in æterna patria non erunt operæ pietatis neceſſaria, in quibus ipſa exercetur. Maria ergo per Domini excuſationem excuſata, deinde ſecurius ſedit, & iocũdus quieuit. Vnde Auguſtinus: Dominus pro Maria reſpondit Marthæ, & ipſe eius factus eſt aduocatus qui iudex fuerat iterpellatus. Quę ſententia interpellanti reſpondit, & ſuſceptam defendit. Intenta erat Martha quomodo paſceret Dominum, intenta Maria quomodo paſceretur à Domino. A Martha conuiuium Domino parabatur, in cuius conuiuio iam Maria iocundabatur. Mira enim ſuauitate tenebatur, quæ profectò eſt maior mentis, quàm uentris. Excuſata eſt, ſedit ſecurior. Nonergo Dominus opus reprehendit, ſed munus diſtinxit: una eſt theorica, id eſt, contemplatio Dei, cui meritò uniuerſa uirtutum ſtudia poſtponuntur. Vnde & Ambroſius: Agat te ſicut Mariam deſiderium ſapientiæ: hoc enim maius, hoc perfectius opus. Nec miniſterij cura à cognitione uerbi cœleſtis te auertat. Nec arguas eos & ociosos iudices quos uideas ſtudere ſapientiæ. Nec Martha tamẽ in bono miniſterio reprehenditur, ſed Maria, quòd meliorem partem ſibi elegerit, antefertur. Ieſus enim multis abundat & multa largitur, & ideò ſapientior quod principale aduertit, elegit. Deniq; Apoſtoli optimum non putauerunt relinquere Dei uerbum, & miniſtrare menſis. Hæc Ambroſius: itaque Mariæ pars, id eſt, contemplationis ocium Marthæ miniſterio prælata eſt, quia dignior: ſcilicet Angelorum conuerſationi uicinior, & quia ſecurior, & quia quietior, & quia iocundior, & quia diuturnior: quia *non auferetur*. Illa uerò periculoſior, propter lutum & puluerem pedibus actiuorum adhærentem, & laborioſior, propter ſolicitudinem & occupationem, proximis tamen utilior, propter ſubuẽtionem & ædificationẽ. Actiua autem, quædam eſt prælationis & prædicationis: quædam miniſterij & uitæ communis. Sicubi ergo legitur actiuam præferri contemplatiuæ intelligendum eſt de actiua prælationis & prædicationis: in aliquo enim excedit actiua contemplatiuam, & in aliquo exceditur per illam. Vbi ſciendum, quòd diſtinguitur duplex actio à doctoribus, Vna quæ cõſiſtit in exercitio uirtutum moralium, & iſta diſponit ad contemplationem. Vnde Gregor. Qui contemplationis arcem tenere deſiderant, neceſſe eſt ut prius in campo actionis ſe probent. Sedatis enim paſſionum tumultibus per exercitium uirtutum moralium, diſponitur anima ut libere poſsit eleuari in contemplationem uirtutis, ex quo patet quòd talis actio ordinatur ad contemplationem ſicut ad finem: finis autem melior eſt, his quæ ſunt ad finem. Et ideò de tali actione concedunt omnes quod contemplatio eſt melior. Alia autem actio eſt, quę ſequitur contemplationem procedens ex plenitudine contemplationis: ſicut eſt docere, & in regimine animarum laborare: & huiuſmodi opera facere: & de tali actione dicunt aliqui quòd eſt melior ipſa contemplatione: & de iſta actione nõ loquitur hîc Chriſtus, ut patet intuentibus. Alij uerò dicunt, quòd etiam in iſta actione contemplatio melior eſt, quia id quod ſimpliciter prælegitur, uidetur eſſe melius abſolutè, quàm id quod præeligitur in caſu: ſed cõtemplatio eſt per ſe eligenda: cura autem animarum in caſu neceſſitatis fraternę eſt ſuſcipienda. Vnde Auguſtinus: Ocium ſanctum quęrit charitas, negocium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis: quam ſarcinam ſi nullus imponit intuendę ueritati uacandum eſt. ſi autem imponitur ſuſcipienda eſt, propter charitatis neceſsitatem. Hęc Auguſtin. Hæ duæ ſorores Domino dilectæ, ſcilicet Martha & Maria, duas uitas demonſtrant ſpirituales, quibus præſens exercetur Eccleſia. Martha actiuam, qua proximo in charitate aſſociamur. Maria contemplatiuam, qua in Dei amore ſuſpiramus. Vnde non Maria, ſed Martha Chriſtum ſuſcepiſſe dicitur in domo ſua. Maria enim non habet domum, quia uita contẽplatiua omnem huius ſeculi ſpernit habere poſſeſsionem. Sufficit ei ad pedes Domini ſedere, & uerbum Dei ſemper audire, ac mentem potius quàm uentrem nutrire. Sufficit ei remotis omnibus curis & ſollicitudinibus lectioni & orationi aſsiduè inſiſtere: & in Dei contemplatione uacare: crebra quoque lachrymarũ compunctione, pro peccatorum remiſsione, & æternæ uitæ ſuſceptione, dulciſsimè ſuſpirare. Tales enim Prophetæ fuerunt. Tales & Apoſtoli. Tales & multi alij, omnia relinquentes, mundum fugientes, Domino adhærentes: tanquam nihil habentes, & omnia poſsidentes. Actiua verò uita dicitur, quia ſemper in actu ſemper in fatigatione & labore eſt: & uix aliquando in quiete poteſt eſſe. Vnde hîc de Martha dicitur, quia, *ſatagebat circa frequens miniſterium*. Videmus enim multos Eccleſiarũ præpoſitos & miniſtros, ac multos alios ſollicitè diſcurrere, laborare, æſtuare, & multis modis fratrũ & proximorũ neceſsitatibus, & miſericordiæ operibus inſudare: ut eos quoque non immeritò circa frequens miniſterium ſatagere dicamus. Et ideò Maria ſedet, quia contemplatiua, pacatis uitiorum tumultibus, optata iam in Chriſto quiete mentis perfruitur. Martha uerò ſtat, quia actiua laborioſa deſudat in certamine. Vnde Auguſt. Reman ſerunt ergo in illa domo, quæ ſuſceperat Dominum, in duabus fœminis duæ uitæ, ambæ innocentes, ambæ laudabiles. Vna laborioſa, altera ociosa: nulla facinoroſa, quam cauere debet laborioſa: nulla deſidioſa, quam cauere debet ociosa. Erant ergo in domo illa duæ uitæ & ipſe fons uitæ. Hæc Auguſt. Hæ autem mulieres prudentiſsimæ totius Eccleſiaſtici exercitus duces & præuiæ ſunt. Has cætera turba ſequitur. alij poſt Martham, alij poſt Mariam vadunt. Nulli enim cęleſtem illam patriam ingrediuntur, niſi qui hanc uel illam ſequuntur. Sed in his neceſſe eſt, ut unuſquiſq; uires ſuas cõſideret: & ad qđ opus aptior ſit. Si enim ad contemplationem ſit habilior, & ad orandum deuotior, tutè ſe transferat ad eremum, pro ſe & alijs oraturus: nec ſic abſcondit talentum in terra, ſed in Domino, licet non prædicet: quia talentum orationis & deuotionis in quo amplius ualet, & meliorem ſe ſentit, omnibus erogat. nec piger dici debet, qui totus in ſancta deuotione & oratione, ieiunijs, & uigilijs, & lachrymis eſt. Et de actiua ſimiliter ſuo modo accipe & intellige. Non tamen fit diuiſio inter has ſpecies uitæ, quaſi per oppoſita, ſed per officia: conueniunt enim etiam eiſdem, ſed officia habent diſtincta. Actiuus enim ſæpe eſt contemplatiuus & econuerſo, qui tamẽ denominatur ab altera, cuius ſcilicet plura, & frequentius gerit officia. Sunt autem officia actiuæ legere, in publico prædicare, corripere, errantes reuocare, neſcientes docere, pauperes ſuſtentare & alere, petentibus conſilium & auxilium dare, in opem de manu fortis eripere, infirmantis curam gerere, commiſſis nobis qualiter ſubſiſtere ualeant prouidere, quæ ſingulis quibuſque expediant diſpenſare, opera pietatis omnia exercere. Officia contemplatiuę ſunt, ſibi & in ſecreto legere, in lege Dei meditari, ſecretò orare, ſuauitatem & dulcedinem patriæ cum angelis præguſtare & præſentire, ſoli deſiderio conditoris inhærere, exutam mentem à cũctis habere terrenis, eamque quãtum humana imbecillitas ſinit unire cũ Chriſto, ut nil iam agere libeat: ſed calcatis curis omnibus ad uidendam faciem ſui creatoris animus inardeſcat: adeò ut conuerſatio contemplatiui, iam quaſi in cœlis ſit, & nihil de terrenis ſapiat. Cõtemplatiuus enim & uerè ſpiritalis homo tam fidelis debet eſſe in tota uita ſua, & in omni opere ſuo, ac ſi ſingulis horis iudicari debeat corã Deo: & tam ardenti deſiderio uiuere & ardere, quaſi ſingulis horis debeat iniungi Angelorum cœtibus ad fruẽdum Deo eternaliter, & qui habet cor in ſupernis eleuatum quando ſedet, quando ambulat, quando requieſcit, quando aliquid facit, cor à Deo non recedit: omnes ad Dei amorem exhortatur, deridet huius mundi gloriam & fœlicitatem: miratur hominum cæcitatem, & quàm ſtultum ſit in tranſitorijs fiduciam habere oſtendit. Contemplatiuus tamen pro oportunitate temporis & neceſsitate inſtante, alter alterius ſumat officia, ſitque de contemplatiuo actiuus, & econuersò. cum expedire uiſum fuerit eccleſiæ. Vnde Cenomanenſis ſcribens cuidã aſſumpto in prælatũ, cõ querẽti ademptã ſibi eſſe cõtẽplationis requiẽ, & actiuę ſollicitudinis ſarcinã ſe inuitũ ſuſtinere ait: Ad pedes Domini cum Maria ſedebas: nunc cum Martha Domino miniſtras. Species Rachelis te allexit, ſed nec faſtidias Lyam lippam: quia gignit ſibi ſoboles. Maria à Domino fercula ſumit: Martha Domino præparat, & apponit: hæc Deum reficit, illa à Deo reficitur: hæc miniſtrat panem hominum, illi miniſtratur panis Angelorum. In menſa eius nil faſtiditur: in menſa Marthæ multa. Ibi audiebas canticum Angelorum: uidebas lilia virginum, roſas martyrũ, uiolas confeſſorum: hîc filium Dei de cœlis deſcendentem & dicentem: *gaudium maius eſt Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agentem &c.* Videtur tibi contemplatiuam actiuæ debere præponi: tamen ſi ſollicitè conſideres, actiua materia eſt ad gloriam, ſicut contemplatiua non deſcenſus ad ruinam: quarum utranque in eodem & in diuerſis inuenies. Chriſtus enim docens in campeſtribus, in mõte orauit. Moyſes in monte & in tabernaculo loquebatur cum Domino deſcendens de monte, & egreſſus de tabernaculo, loquebatur cum populo. Petrus cui dictum eſt in cœnaculo, macta, & manduca: prædicauit populo. Apoſtolus raptus in paradiſum, factus eſt doctor gentium. Maria legitur tantum ſedisſe & audiſſe: nec aliquando ſorori diſcurrenti ſubuenisſe: licet eius auxilium quadam mentis amaritudine anxia ſoror poſtularet. Martha nequa quã legitur partem Mariæ ſuo miſcuiſſe obſequio, & ideò ſicut Dominus teſtatur: *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*. Per Mariam ergo ſignantur quorum converſatio in cœlis eſt, ut qui dicunt: *Ecce elongaui fugiens &c.* Per Martham, negocioſi ſacerdotes reprehenduntur, in quibus turba negociorum cõtemplationis excludit ſacrarium, & contriti cordis extinguit ſacrificium. Neque enim fieri poteſt ut aliquando loquatur cum Domino: qui etiam ſilens cũ toto fabulatur mundo. Talibus occurant inimica negocia, quorum recordatio illos ſequitur uſque ad ſacra altaria, qui illis furantur orationum ſuffragia, & defraudant ſuis temporibus eccleſiaſtica officia. Martha miniſtrauit, ſed Chriſto diſcurrit, ſed pro Chriſto. Si nobis diſcurrimus, quærentes quæ noſtra ſunt aucupantes temporalia, nec Martha ſumus, ſed negociatores. Vnde ſic diſcurris, iuſta eſt tibi fides & conquerendi ratio. Cæterùm ſi Martham ſimpliciter agis, bene agis. Si inter Lyam diſcurris & Rachelem: melius agis. Si cum Maria ſederis, & audieris: optimè. Bonum eſt ſeminare quod illa fecit, melius eſt metere quod iſta. Hæc iccirco dixerim ut magnum reputes bonum ſic alternare ſtudia iſtarum, ut nunc quieti uaces, nunc proximorũ utilitati. Vna quippe & eadem eſt ſcala qua Iacob aſcendentes & deſcendentes uidit Angelos. Rachelem diligas pro ſpecie:

Defenſio eius.

Luc. 22.

1. Cor. 13.

Ibidem. Contemplatiua uita manet.

Eccleſ. 12. & 38. Pſal. 26.

Sapientia ſtudentes non ſunt ociosi.

Act. 6.

Actiua uita.

Actio duplex.

Gregor. in c. 14. lib. 1. Regum.

Contra ſollicitudinẽ eccleſiaſticorum.

Auguſtin. ſermo. 27. de uerbis Domini. Vita duplex innocentia.

Delectus uitæ habendus.

Officia uitæ actiuæ.

Cõtemplatiua uita officia.

Cõtemplatiui fidelitas.

Luc. 15. Vtraq; uita in eiſdem.

Actuũ 10.

Pſal. 54. Contra ſacerdotes ſeculariatractantes.

Vita actiua. Vita mixta Vita contemplatiua.

Gene. 28.

Universidad de Deusto
Biblioteca

specie: Lyã pro prole. Neutra ergo prælato est posponenda, sed utraque amplectenda. Vtram uerò alteri præponas, ignoro. Verùm hoc scio, quòd *duo sunt in lecto, unus assumetur, & alter relinquetur, &c.* Hæc Cenomanensis. Hęc autem historia quæ hîc tangitur, licet ad beatam Mariam non pertineat: tamen hoc Euangelium in die assumptionis eius legitur, quia ipsa est castellum in quod Dominus intrauit, uel quia uitas & officia istarum sororum habuit. Castellum quippe fuit corpus intemeratæ virginis Mariæ, quod intrauit Dominus Iesus in cõceptione. Quod bene dicitur castellum, propter septem, quæ constituunt nobile castrum. Primum est situs altus, ut uidelicet castrum sit in alto situm: per quod spiritualiter altitudo uitæ spiritualis accipitur, ut homo spiritualis sit eleuatus ab inquietudine & affectione eorum qui in mundo sunt, & in altitudine cœlestium desideriorum, & contemplatione diuinorum. Talis fuit beata virgo Maria, quæ altitudinem uitæ spiritualis excellentissimè in se habuit, quo ad omnia prædicta. Secundum est, murus clausus & firmus: per quem intelligitur firma clausura, & vigil custodia virginalis integritatis, quæ excellentissimè fuit in beata virgine, quam ita murus virginalis integritatis undique uallauit, ut nullus unquam libidinis accessus ad eam esset: nec sensus eius sola etiam cogitatione ab aliqua tangeretur libidine: unde in ea uerificatum est illud Canticorum: *Hortus conclusus es, fons signatus.* Tertium est turris, per quam intelligitur humilitas, quæ homine m proheuit in altum usque ad cœlum. iuxta illud: *Qui se humiliat, exaltabitur*: & sicut turris est ad protectionẽ omnium qui sunt in castro: sic humilitas protegit & conseruat omnes uirtutes in homine. Et hoc munimentum turris humilitatis, ualde conueniens est ad murum virginitatis, quæ duo inuicem se defendunt, & excellentissimè in beata virgine fuerunt. Quartum est fossatum, per quod intelligitur paupertas, quæ omnem terrencitatẽ euacuat ab anima: & hæc fuit in virgine Maria: de qua dicitur quòd nõ erat ei locus in diuersorio, quo suum pareret filium. Quintum est armatura ad protectionem castri, & confugientibus ad id necessaria: per quam intelligitur abundantia pietatis, quæ est in virgine beata, qua protegit peccatores, & ab hoste compressos fugientes ad eam. Sextum est alimenta, sine quibus castrum conseruari nõ põt: per quæ intelligitur copia alimenti spiritualis, quam sufficientissimè in se beata virgo habuit: ipsa enim intra se continebat panem uiuũ & uerum qui de cœlo descendit. Septimum est fluuius confluens, per quem intelligitur plenitudo gratiæ, quæ confluxit in beata virgine. Vnde Hieronym. Cæteris per partes: Mariæ autẽ se totam infudit plenitudo gratiæ. *Intrauit ergo Iesus in quoddam castellũ*, scilicet in beatam virginem: in quam uenit ipse Deus ad expugnandum diabolum: *& mulier quædam Martha nomine*, id est beata virgo, *excepit illum in domum suam*, id est in uterum suum: *& huic erat soror nomine Maria*. Beata virgo Martha fuit & Maria, Martha propter studium bonæ actionis: Maria, propter ociũ contemplationis. Martha enim & actiua in Christo filio suo fuit, quando omnia opera misericordiæ & pietatis circa illum exercuit, & curam eius obnixè sicut mater egit. In membris eius etiam quando Elizabeth cognatæ suæ præcursorem Domini parienti ministrauit, & ipsum præcursorẽ in cunabulo fouit, & in balneo lauit: aliaque obsequia utrique humiliter exhibuit. Fuit etiam Maria & contemplatiua audiendo angelum & Dominum: & cum eis loquendo, ac seruans & conferens ea quæ uidebat & audiebat in corde suo: quæ non nisi tẽpore suo aperuit: cùm scilicet Euangelium scribi cœpit, & tũc docuit Apostolos ea quæ didicerat in quo actiua erat. Ideò dicitur hic, *& huic erat soror nomine Maria.* Quę stetit constans in fide, *& ait: Domine non est tibi curæ &c.* Ista Martha quæ conqueritur de sorore sua, est ratio inferior: attendens & uidens filium suũ ad mortem comprehendi inter hæc sollicita naturali cõpassione, quasi satagebat eum liberare: sed Maria est ratio superior, contemplans diuinam uoluntatem, & attendens totum factum esse ex Dei ordinatione quasi, *sedens secus pedes eius, audiebat*, ea quæ filius suus prædixerat de sua passione, & conformans se diuinæ uoluntati consentiebat quòd sic fieret: ita ꝙ quasi ratio inferior beatæ virginis conquerebatur de superiori. Sed quid respondit Dominus, audiamus: *Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima*, quia beata uirgo sollicita fuit, quando Herode persequente in Aegyptum fugit: quando Iudæos filium suum persequentes cognouit: *sed unum est necessarium*, ut scilicet unus moriatur pro populo, & non tota gens pereat: & *Maria*, scilicet ratio superior, *optimam partem elegit*, scilicet in omnibus consentire diuinæ uoluntati: & ideò, *non auferetur ab ea*, quia sic oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriã suã. Vnde Anselmus: Hoc castellum quod intrauit Iesus singulariter intemeratam virginem, eiusdem Iesu genitricem Mariam, per similitudinem accipimus. Castellum enim dicitur quælibet turris, & murus in circuitu eius: quę duo sese inuicem defendunt, ita ut hostes per murum ab arce, & à muro per arcem arceantur. Huiusmodi castello non incongruè virgo Maria assimilatur, quam virginitas mentis & corporis, ita quasi muros undique uallauit, ut nulli unquam libidini esset ad eam accessus, nec sensus eius aliqua corriperetur illecebra. Et quia virginitatem cùm libido uincere non posit, solet impugnare superbia: est in eadem uirginitate turris humilitatis, omnem repellens superbiam. Itaque hæc duo, murus uidelicet virginitatis, & turris humilitatis ab alterutro muniuntur, ut nunquam in humili virgine fuerit nec superba virginitas, nec inquinata humilitas: sed semper in eadem permanserit & humilis virginitas, & virginalis humilitas. Duæ istæ sorores (sicut sancti patres plenissimè exposuerunt) duas in sancta Ecclesia vitas designant: Martha, scilicet actiuam: Maria uerò contemplatiuam. Ista laborat ad exhibenda indigenti omnia humanitatis officia: illa uacat, & uidet quoniam suauis est Dominus. Ista circa exteriora occupatur: illa interiora contemplatur. Sicut autem Maria singularis est mater Domini: ita & effectus istarum uitarum, quarum istæ duæ sorores typum tenent, in ea extitit singularis. Nunquam in aliqua persona, immò in omnibus, Martha sic est operata: nunquam sic alias Maria contemplationi vacauit: nũquam sic alias hæc uel illa quod suum est exhibuit. Alteram Martham & Mariam dico, eorum significantium intelligo. Sed iam uideamus actionem huius Marthæ: deinde conijciamus contemplationem huius Mariæ: & vt plenius id faciamus, quid alij per Martham operantur: & quid ista operata est conferamus. Alij hospitem quemlibet in domo sua suscipiunt: ista non quemlibet, sed proprium filium Dei, qui non habet ubi caput suum reclinet, non in domo

Matth. 24. *Assumptionis Mariæ cur hoc Euangelium. Maria castellum. Castelli nobilitas.* *Cant. 4.* *Luca. 14.* *Luæ 1.* *Ioan. 6.* *Hiero. ser. de assump. Plenitudo gratię Marię.* *Maria Martha fuit & Magdalena.* *Luca 2.* *Anselm. in Euangelium Luę. intrauit le sus quod dam castellũ tomo 3.*

domo, sed in utero susceptit. Alij nudum quemlibet veste mutabili atque corruptibili undelibet cõposita operiunt, ista uerbum Dei, quod in eadem virgine carnem in unitate personæ assumpsit, quæ sine fine incorruptibilis atque incommutabilis permanebit. Alij quemlibet esurientem, uel sitientem, cibo uel potu exteriori reficiunt: ista hominem Deũ humanitus indigentem: non solum exterioribus cibis uel potibus pauit, uerumetiã interiori suo lacte aluit. Et ut breuiter ex illa opera misericordiæ percurra mus, quæ si uni ex his minimis fiunt, Deus sibi facta cõfitetur: ista non quẽlibet ex minimis sed summũ Dei filium hospitem suscepit: nudũ carne, uel etiã pannis, operuit: esurientem pauit: sitientem lacte potauit: infirmum per infantiam & iacentem non solum uisitauit, sed & balneando, liniendo, fouendo, gestando frequentauit: ut meritò de illa dicatur. *Martha autem satagebat circa frequens ministeriũ.* Comprehenso & crucifixo, quasi in carcere posito, affuit: sicut scriptũ est: Stabat aũt iuxta crucem Iesu mater eius. Inter hæc sollicita erat: & turbabatur cùm fugeret in Aegyptũ à facie Herodis: turbabatur cùm Iudæos insidiantes, & mortem ei inferre uolentes, cognosceret. Ad ultimum turbata est uadę, cùm uidit filium suum talem comprehendi, ligari, flagellari, conspui, spinis coronari, derideri, colaphizari, crucifigi, mori, sepeliri. Vnde ei congruit quod dicitur: *Martha Martha sollicita es*, & turbaris erga plurima. Nemo uerò dubitat quin beata Maria filium uellet de omni tribulatione eripi, & seipsam in perturbatione adiuuari à diuinitate, quam eidem filio sciebat inesse per theoricam, quæ est pars Mariæ. Hoc est quod Martha conqueritur: quòd eam soror reliquit solam ministrare, & eius auxilium in ministerio flagitat. Hæc de parte Marthæ. Porrò de patre Mariæ, quæ optima prædicatur: quanta uel qualis fuerit in beata Maria quis dignè loquatur? Si talis est ut diximus: imò melior est, quàm diximus in beata Maria pars Marthæ, quæ tamen à Domino nõ laudatur: sed tamen nõ uituperatur, qualis est pars quam optimam Maria elegit, quæ sic laudatur: ut ab ea non auferri dicatur? O quã magna multitudo dulcedinis Dei fuit in beata virgine Maria, quando Spiritussanctus in eam superuenit: & uirtus altissimi ei obumbrauit, & de eodem Spiritusancto concepit: quid de eo nõ sapiebat, in qua sapientia Dei latebat, & in cuius utero corpus sibi aptabat. Hæc autem non solum, *ad pedes*, sed ad caput, *Domini sedens: audiebat uerbum ex ore eius.* Hæc conseruabat omnia uerba angelorum, pastorum, magorũ: nec non ipsius filij, sui conferens in corde suo. Nemo unquam sicut ista gustauit quàm suauis est Dominus: inebriabatur ab ubertate Domus Dei, & torrẽte uoluptatis eius potabatur. Nec mirum, quoniam apud eam, imò intra eam, erat fons uitę de quo manabat tanta perfectio utriusque uitæ. Circa pluri ma, ut Martha, occupabatur: circa vnum, vt Maria delectabatur. *Porrò unum est necessarium*: quia plurima auferuntur, unum manet. Singulariter igitur partem Marthæ peregit, singulariter optimam Mariæ partem elegit. Sed pars Marthæ ei aufertur: iam enim non erit sollicita ut ministret ei sicut puero cui omnes angelorum ordines ministrans sicut Domino. Iam non tristabitur fugiens in Aegyptum à facie Herodis: quia ipsa ascendit in cœlum, & Herodes descendit ad infernum à facie eius. Iam non turbabitur erga plurima, quæ fecerunt filio suo Iudæi: quia omnia subdita sunt ei. Iam filius Mariæ à Iudæis uel militibus non flagellabitur nec occidetur: quia Christus resurgens à mortuis, iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Pars ergo Marthæ aufertur: sed bono suo: quia pars Mariæ ei præficitur, quę nõ auferetur ab ea. Exaltata enim est super choros angelorum: repletum est in bonis desiderium suum. Videt Deum facie ad faciem sicuti est: gaudet cum filio suo in æternum. Hæc est pars optima, quę non auferetur ab ea. Cuius & nos participes simus, meritis & precibus eius, per Iesum Christum Dominũ nostrũ. Amen. Hæc Ansel. Ipsa ẽt virgo Maria elegit optimã partem, & in gratia, & gloria. In gratia quidem in uita ista per omnimodam uirtutum superabundantiam, quia (vt dicit Hierony.) Sicut in comparatione Dei nullus homo bonus: sic in comparatione matris Domini, nulla inuenitur perfecta, quãtumcunque uirtutibus eximia comprobetur. Ideò bene de ea canit ecclesia.

Nec primam similem uisa est, nec habere sequentem.

In gloria etiam elegit optimam partem: illam videlicet partem: quia in cœlo citra thronũ Dei maiestatis sublimior: quia exaltata est super omnes choros angelorum, & hæc pars optima nunquam auferetur ab ea in æternum. De hac parte optima Augustin. loquens ad eam dicit: Ad hanc usque gloriam tu virgo gloriosa prouecta es, ut superno regi nil superius habeas in supremis, quæ etiam angelicam trãscẽdens dignitatem ad superni regis es sublimata cõsessum. Vbi enim rex filius tuus posuit quod ex te sumptum est, ibi posuit & te matrẽ ex qua sumptus est. Neq; enim fas est credere te esse alibi, quàm vbi id est quod ex te sumptum est. Hæc Augustinus. Moraliter exponitur istud de religiosis ut castellum sit ipsa religio: muri istius castelli est abbas & prælati ęteri: fossata sunt paupertas, quæ fossata diabolus, ut castellũ posit capere conatur abundantia diuitiarũ implere: aqua circundans hoc castellum, est fons lachrymarum: alimenta, sunt vigiliæ: ieiunium, disciplinæ quibus caro attenuatur, sed anima impinguatur: turris est contemplatiatio. In hoc castello ẽ Martha, scilicet officiales qui sunt solliciti, & turbãtur erga plurima: & Maria, scilicet claustrales in claustro circa pedes Domini residentes. Ad istud castellum uenit Iesus, quando aliquis causa hospitalitatis ad ipsam religionẽ declinat: Iesus enim recipitur, quãdo aliquis noũe eius recipitur. Igitur Iesus in mẽbris suis *intrat in quoddam castellum*, id est religionis locum, *& mulier quædam Martha*, scilicet cõpassio, & significat quòd officiales debent esse mites, benigni, & seduli circa hospitum receptionem, *& huic erat soror nomine Maria*, non domina, non ancilla: quia officiales in claustro non debent esse Domini claustralium, nec ecõuersò, sed omnes fratres: quia magister unus est Christus, & unus est pater Christus: una mater regula. *Quæ sedens secus pedes Domini*, vbi describitur officium claustraliũ, s. sedere, tacere, meditari, audire Dominum loquentem in scriptura, & in cordibus eorũ. Sed Martha conqueritur: dicens. *Domine non est tibi curæ, &c.* quia officiales qui sunt circa temporalia occupati, debẽt de claustralibus qui uacãt contẽplatioꝰni conqueri pacẽ contẽplationis appetẽdo, & tumultum negociorum mundanorum fugiendo. Vnde Bernardus: Fœlix domus & beata congregatio, ubi Martha conqueritur de Maria: nam Maria Martham æmulari indignum est prorsus: nam Maria optimam partem elegit, s. claustrales qui uacant contemplationi,

Opera misericordia. *Matt. 25.* *Iohan. 19. Maria turbatio.* *Pars Mariæ matris Domini.* *Martha pars abiecta Mariæ matris domini* *Magdalenæ pars permanens.* *Maria optimam partẽ elegit. Hiero. ser. de assump. In officio matutino.* *Augustin. sermone de assumpt.* *Moraliter de religiosis.* *Bernardus serm. 3. de assumptio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni, quæ non auferetur ab ea: quia nullus hodie appellat contra clauſtralem, qui vult in clauſtro reſidere: ſed bene appellatur contra eum qui vult abbas fieri, uel quæ non auferetur ab ea: quia uita actiua cum uita præſenti deficit: uita uerò contemplatiua, poſt hanc uitam proficit.

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, qui pro nobis uenisti in carnem per diuinæ naturæ & humanæ unionem: moueantur uiſcera miſericordiæ tuæ ſuper me indignum ſeruum tuum peccatorem & reum, & illius Marthæ quæ te in uirginali utero ſuſcepit hoſpitio, & illius Mariæ, quæ uerba tua conſeruauit conferens in corde ſuo, ſcilicet illius clementiſſimæ genitricis tuæ fide meritis & precibus: ueni & in mentem meam pergratia infuſionem, ut nil præter te diligam, nil quæram, nil etiam cogitare concupiſcam: ſed tu ſolus mihi ſis ſpes & omne opus. Oro, ut & hic prælibare aliquatenus ualeam conſolationis tuæ dulcedinem. Amen.*

De muliere Samaritana. Cap. LXII.



ET abijt iterum Ieſus in Galilæam, de qua uenerat in Iudæam. Antequam veniret autem in Galilæam *oportebat eum tranſire per Samariam* regionẽ, non ex intentione declinandi ad Samaritanos ne doctrinæ ſuæ uideretur cõtrarius, qui dixit diſcipulis ſuis: *In uiam gentium ne abieritis*, quia Samaritani partim erant Gentiles, ſed ex uiæ diſpoſitione & neceſſitate: quia Samaria media eſt inter Iudæam & Galilæam. *Venit ergo iuxta Sychem* ciuitatem regionis Samariæ: quæ corruptè Sychar dicebatur: nunc uerò Neapolis dicitur: quarto militario à ciuitate quæ Samaria dicebatur: nunc uerò Sebaſte dicitur: à qua tamen adhuc regio Samaria denominatur. Diſtat uerò Sichem de Hieruſalem xiij leucis ad Aquilonem. Vt autem in Geneſi dicitur: Iacob ueniens de Meſopotamia emit agrum ab Emor principe ciuitatis Sychem, & ibi ad tempus habitauit iuxta urbẽ: ſed propter raptum Dynæ filiæ ſuæ occiſi ſunt habitatores illius à filijs Iacob: & ſic ceſsit in poſſeſsionem eius: quem locum dedit Iacob moriens filio ſuo Ioſeph: ſed tempore procedẽte uenit ad Samaritanos & Gẽtiles: *Erat autem ibi fons Iacob*, id eſt puteus non longè à porta Sychem auſtrali: quem ipſe foderat quando ibi habitabat: qui hactenus ſic uocatus fuerat, ſed ex euentu qui ſequitur: poſtea puteus Samaritanę eſt denominatus: ſuper quem eccleſia fuit conſtructa in modũ crucis: in cuius medio ipſe puteus ẽ ſitus: ad cuius ſiniſtram oſtenditur manſio Iacob, & prędium quod dedit filio ſuo. Iſte puteus eſt fons dictus, quia omnis puteus fons eſt: ſed nõ omnis fons puteus. Fõs. n. dicitur vbicunq; manat aqua de terra: ſed ſi in ſuperficie ſcaturit, fons tantum, & propriè dicitur: ſi in profundo ſcaturit: ita puteus appellatur, ut nomen fontis nõ amittat: hic autem fons puteo ponitur. *Ieſus ergo fatigatus ex itinere* in quo apparebat ueritas humanæ naturæ, ex infirmitate: *ſedebat ſupra*, id eſt iuxta *fontem*, ſeu puteum, propter loci aptitudinem, ad quieſcendum & docendum, ut ſcilicet requieſcere faceret corpus: quia ſeſsio propter laborẽ facta eſt: ut dicit Chryſoſtomus. Et iuxta fontem erat locus aptus Chriſti doctrinæ, apud quem eſt fons aquæ ſapientiæ, gratiæ, & uitæ: unde etiam propter authoritatem docendi ſedebat: quia ſummus doctor erat. Hora autem erat quaſi ſexta. Hoc dicitur ad oſtendendum cauſam fatigationis: quia per magnum tempus etiam prędicando labora uerat, nõ enim iumentũ habebat. Iſta fatigatio Chriſti hora ſexta fuit ſignum paſsionis eius futuræ tali hora. Fatigatur Dominus ſecundum carnem, cuius fortitudine conditi ſumus: fatigatur, per quem fatigati recreantur: fatigatur, quo deſerente fatigamur quo præſente firmamur. Suſcepit enim omnia, quæ noſtræ infirmitatis ſunt ſine peccato: ut nos à peccato liberaret, & nos quaſi infirmus infirmos nutriret: Fortitudo namque eius nos creauit: infirmitas nos recreauit. Aſſumpſit non ſolum naturam humanam: ſed etiã defectus circa naturã: quos uidelicet ipſum decuit aſſumere. Vnde cùm pœnæ ſint exercitatiuæ uirtutis perfectæ, & teſtificatiuæ humanæ naturæ: non ſimulatiuè aſſumpſit pœnalitates tam corporales, quàm ſpirituales: quæ reſpiciunt noſtram naturam in communi, ſicut famem & ſitim in abſentia alimenti: triſtitiam & timorem, in præſentia nocumenti: & cætera huiuſmodi: ut eſt calor & frigus, laſsitudo, & ſimilia: Nec tamen omnes defectus aſſumpſit corporales, ſicut ſunt defectus ęgritudinum multiformium: nec omnes ſpirituales ſicut ſunt peccatum ignorantia, rebellio carnis ad ſpiritum. Chriſtus quippe uolens oſtendere ueritatẽ humanæ naturæ, permittebat eam agere: & pati quæ ſunt propria hominis, volens etiam in ſe oſtendere voluntatem diuinæ naturæ, faciebat & operabatur opera Dei. Vnde quando retrahebat influxum diuinæ naturæ uirtutis à corpore, eſuriebat & fatigabatur: quando uerò ipſam uirtutem diuinam corpori exhibebat, ſine cibo non eſuriebat, & in laboribus non fatigabatur. Iuerunt autem diſcipuli in ciuitatẽ Sychem, ut cibos emerent. Hinc ſecundum Chryſoſtomũ, Euangeliſta oſtendit Chriſti humilitatem, in eo quòd ſolus relinquebatur: etenim ita diſcipulos aſſuefecit omnem ſuperbiam cõculcare. Vbi ẽt nota Chriſti parſimoniã: nam ita parum de cibis curabat, quòd nihil comeſtibile ſecum ferebat. *Et uenit mulier de Samaria*, regione, ſcilicet de ipſa ciuitate Sychem, tũc Samaritanorum metropoli, *haurire aquã*, literaliter propter defectum corporalem: ſed in myſterio, propter defectum ſpiritualis doctrinæ & gratiæ prædicto peiorem: inter quam & Chriſtum dialogus fuit: quia plures locutiones mutuo habuerũt. Domino ergo potum petente, quaſi fidem eius ſitiẽte: quia & ſitiebat aquã propter itineris fatigationẽ: & ſalutem hominis propter eius amorem: mulier nolens eũ & cognoſcens ex fimbrijs pallij ipſum eſſe Iudæum: dixit Iudæos non couti Samaritanis: quia Iudæi abſtinent à rebus eorum. Ex habitu ergo quem portabat cognouit mulier quod Iudæus eſſet: quia ſicut erant diſtincti ab alijs in cultu Dei, & in corporali circunciſione: ita etiam in ueſte. Iudæi enim habebãt fimbrias in ueſtibus: per quas diſcernebãtur à Gẽtibus. Ergo & tu ex habitu cognoſcaris eſſe Chriſtianus: ex habitu & ſobrietate ciborum & ædificiorum & huiuſmodi clericus, uel religioſus. Sed heu hodie uix cognoſcũtur, & abinuicem diſcernuntur clerici à laicis, & Chriſtiani ab infidelibus. Et ſciendum hic, quòd ſublatis decem tribubus in captiuitatem: rex Aſſyriorum miſit proprios homines in odium Iudæorum ad incolendum regnum decem tribuum, ſcilicet terram Samariæ, & miſit Dominus leones eos deuorantes: & ideò rex Aſſyriorũ habito ſuper hoc conſilio, miſit unum de ſacerdotibus captiuis, ut doceret eos colere Deum: qui cõſilio perſuaſi receperunt ob metum ferarum à Deo immiſſa rum libros Moyſi & Ioſue diſcipuli eius, & legitima terræ: non autem prophetias: & inde illis circunciſio inerat: non tamen ab idololatria ceſſabant: quia cũ lege etiam idola colebant: & ſic partim erant Gentiles, & partim Iudæi: qui primo Cynæi à fluuio uocati: tunc dicebantur Samaritani: quaſi inter Gentiles & Iudæos medij. Hos igitur Iudæi execrantur abſtinendo ſe à cibis & uaſis eorum: ſupplantatoresq; uocant: quia hæreditatem patriarchæ Iacob ſibi uendicant: à quo etiam Samaritani Iacobitæ ſunt dicti. Licet enim eſſet Iudæis præceptum ne iungerent fœdus & amicitias cum nationibus: tamen ſpecialiter abominabantur Samaritanos: & eos habebant, tanquam excommunicatos. Tum quia terram eorum pro parte occupauerant. Tum quia eis multas molestias in reædificatione templi & ciuitatis fecerant: tum quia idola colebant: tum quia in monte & non in templo Dei orabant. Cumque colloquẽdo cum Ieſu mulier accepiſſet ab eo, quòd quinque uiros, ſci licet legitimos habuerat: & ſexti concubina erat: qa non erat ſuus legitimus uir: licet hoc ab hominibus loci illius crederetur, ait: *Video*, ſcilicet per effectũ: hoc eſt per ſecreti reuelationem, *quia Propheta es tu*, quaſi dicat, ſecundum Chryſoſtomum. In hoc quòd mihi occulta, dicis oſtenderis Propheta eſſe. Et ideo conuertit ſe ad interrogandum eum de quodam dubio: quòd inter Iudæos & Samaritanos uertebatur, ſcilicet de loco debito orationis, qui apud eos alius & alius habebatur. Dicebãt. n. Iudæi propriũ locum adorandi eſſe Hieruſalem, & templum à Salomone in monte Moria ædificatum: pro quo templo Iudæi ſe Samaritanis præferebant. Econtrà uerò Samaritani montem Garizim iuxta Sychem ſitum, iuxta fontem prædictũ ad dexteram: in quo patres eorũ adorauerunt: quia ante tẽpli ædificationẽ Iudæi in montibus adorare & ſacrificare conſueuerunt: & ideo probabile eſt, quòd Iacob & filij eius, qui prope locum illum manſerunt: in monte Garizim orationes, & ſacrificia fecerunt. Vbi eſt adhuc phanũ Iouis hoſpitale: de quo dicitur ſecundo libro Machabeorum: ut patet intuenti. Pro hoc ergo monte Samaritani, aduerſus Iudæos ſe iactabant: qui adhuc celebris locus erat. Et uocabant Samaritani patres ueteris teſtamẽti patres ſuos: quia receperant libros Moyſi: & in parte erant Iudæi. Sciendum tamẽ,

quòd locus conuenientior erat in Hieruſalem: quia erat à Deo electus, ut eſſet orationis, & ſacrificij locus. *Ieſus autem*, reſpondens, *dixit*, tempus uenisſe, ſcilicet publicationis Euangelij: *quando neque in Hieruſalem adorabunt homines, quia ceremoniæ ceſſauerunt Iudæorum*, neque, *in monte* illo: quia ſimiliter cultus ceſſauit Gentilium: ſed *ueri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & ueritate*. Dicit autem patrem: quia adoratio legis non erat patri, ſed Domino: nos enim adoramus, ut filij per amorem: illi uerò adorabant, ut ſerui per timorem. Dicit etiam, *in ſpiritu*, per quod excluduntur figurales, & carnales ceremoniæ legis & Iudæorum. Et ſubdit, *& ueritate*, per quod excluditur falſitas & error idololatriæ, qui erat in cultu Gentilium: quia utrunque eſt amotum per Chriſtum. A tempore enim prædicationis Chriſti incepit prædicatio Euangelij: per quam introductus eſt uerus cultus diuinus: & ex Iudæis & Gentibus factus eſt unus populus Chriſtianus. Cùm ergo umbra ablata, lux ueritatis fidei radiauit: apparebat non eſſe Deum in locis materialibus: ſed potius in puris mentibus. Quaſi diceret: non præfero locum loco in adorando: ubique adoretur Deus, tantum, *in ſpiritu & ueritate*, id eſt in feruore ſpiritus, & ex dilectione, ſeu charitate, quæ eſt à ſpiritu: pro his quæ uerè ſunt, id eſt pro æternis: uel *in ſpiritu & ueritate*, id eſt, in intimo cordis ſpeciali adoratione, ac ueritate fidei, & eius cognitione. Nec puteis orationem eſſe meliorẽ ratione corporalis loci: ſed magis ratione feruoris & deſiderij. Cùm enim Deus ſit ſpiritus, & non corpus: ſpiritualem locum, ſcilicet cor mundum & deuotum: ac puram mentem, & non fictam quærit: non corporalem locum & montem, uel templum in quo orandum ſit: quia locus non eſt de ſubſtantia orationis, ſed eius templum eſt ſpiritus purus: in quo oretur de ueris bonis, ſcilicet æternis: non de uanis & tranſitorijs. Qui ſicutubique eſt: ita ubique adorari vult & poteſt. vnde Dauid ait:

In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino. Vnde Theophilus: Samaritanorum erat opinio, quòd Deus loco concluderetur: & quòd in hoc loco Deum adorare oporteat: contra quos dicit: quòd, *ueri adoratores*, non localiter, ſed ſpiritualiter adorant. Iudæis uerò omnia ſub figura erant: & ideo dicit quòd ueri adoratores non in figura adorabunt, ſed in ueritate. Quia enim Deus ſpiritus eſt: ſpirituales adoratores quærit: quia ueritas, veros. Vnde & Auguſtinus. O ſi inuenirem, dicebas, montem aliquem altum & ſolitarium: credo enim quia in alto eſt Deus: magnus me exaudiet ex alto. Quia in monte es, propinquum te Deo putas, & cito te exaudiri, quaſi de proximo clamantem. In excelſis habitat, ſed humilia reſpicit, prope eſt Dominus: quibus? fortè altis his qui obtriuerunt cor. Mira res eſt, & in altis habitat, & in humilibus propinquat. Humilia reſpicit: excelſa autem à longè cognoſcit. Superbos longè uidet, eò illis minus propinquat, quò ſibi uidentur altiores. Quærebas ergò montẽ? deſcende ut attingas. Sed ſi aſcendere uis, aſcende: noli montem quærere. Aſcenſus inquit, in corde eius. Hoc Pſalmus dicit, in conualle plorationis, cõuallis humilitatem habet: ergò intus age totum. Et ſi forte quæris aliquem locum altum, aliquem locũ ſanctum, intus exhibe te templum Deo. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. In templo uis orare: in te ora, ſed prius eſto templum Dei. Et ſic

patet

Fons, & puteus.

Chryſoſto. hom. 33. in Ioannem.

Hora ſexta fatigatio Chriſti.

Suſcepit Chriſtus infirmitatẽ noſtrã.

Chryſoſto. ibidem. Chriſtus humiliatus.

Nõ omnes defectus aſſumpſit.

Samaritanorum religio, ob leones introducta.

Cynæi.

Iacobita Samaritani odio habiti.

Chryſoſto. hom. 31. in Ioannem. Grandi locus.

Adoratio patris.

Deus ubique adorari uult.

Pſal. 102. Loconõ circumſcribitur Deus.

Auguſtin. tract. 15. in Ioannem.

Ioan. 14.

Matth. 10.

Samaria.

Sychem.

Neapolis. Sebaſte.

Geneſ. 34.

Puteus Iacob nũc Samaritanæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

patet quòd Christus instruxit mulierẽ de vero cultu
diuino in proximo futuro: quia idololatriæ gentiũ,
& cerimoniæ Iudæorum conuertendæ erant in spiri
tualem nouæ legis cultum diuinum, *Et uenientes di-*
scipuli de ciuitate, cum cibis emptis, *mirabantur quia*
cum muliere loquebatur, non propter aliquã suspitio-
nem: sed quòd talis & tantus doctor, ac Domi-
nus orbis terræ dignatus est alloqui unam solam
mulierem pauperculam & gentilem. Non mira-
bantur, quòd cum muliere loquebatur: quia mu-
lieribus, quandoque loqui consueuerat: & quando-
que in comitatu eas habebat, sed mirabantur clemẽ-
tiam qua gentilem, & alienigenam erroneam doce-
bat: ignorantes mysterium quòd mulier ista typum
gereret Ecclesiæ de gentibus futuræ: quam quære-
bat qui uenit quærere, & saluum facere, quod perie-
rat. Vnde Chrysostomus: Mirabantur quidem su-
perabundantem Christi mansuetudinem & humili-
tatem: quoniam ita perspicuus existens sustinuit lo-
qui cum tanta humilitate inopi, & Samaritanæ. *Ne-*
mo tamen illorum dixit ei: quid quæris, aut quid loqueris
cum ea? scientes quòd eius locutio cum muliere, nõ
erat inutilis & uana, quãuis hoc non uiderent, quod
bene ex sequenti effectu patet. Nam, *mulier*, edocta
à Christo ex feruore denunciandi quod audierat, *re-*
liquit hydriam suam, & abijt in ciuitatem, annunciare
de Christo magnalia: monens ciues egredi ad uiden
dum hominem: qui dixit ei quæcunque fecerat, etiã
occulta. Ex quo patet eius deuotio quam concepe
rat de Christo: quia oblita aquæ necessariæ ad uitam
corporalem cucurrit ad denunciandum aquæ sapiẽ-
tiæ necessariam ad uitam spiritualẽ: nõ curans de cor
porali commodo propter salutem. In quo etiam se-
quitur exemplum Apostolorum: qui relictis omni-
bus secuti sunt Dominum. Ex hoc discant Euange-
lizaturi: prius deponere curam, & onus seculi. unde
Chrysostomus: Sicut Apostoli uocati dimiserunt re
tia: ita hæc dimittit hydriam, & Euãgelistarum opus
facit: & non unum tantum uocat, sed ciuitatem inte
gram. Vnde & Augustinus: Oportebat autem ut
Christo credẽs seculo renunciaret: & relicta hydria
cupiditatem secularem se reliquisse demonstraret.
Proiecit ergo cupiditatem, & properauit annuncia-
re ueritatẽ. Discant qui uolunt euãgelizare, ut prius
hydriam ad puteum proiiciant. Hæc Augustinus:
Item ex eo patet mulieris deuotio: quia non uereturr
fateri suam turpitudinem, ut eos adducat ad Christi
prædicationem. Vnde Chrysostomus. Non uere-
cundata autem est hoc dicere: anima enim cùm igni
ta fuerit igne diuino, ad nihil eorum quæ sunt in ter
ra de reliquo inspicit: neque ad gloriam, neque ad
uerecũdiam, sed ad illam solã quæ detinet eam flam-
mam. Et dicebat: *nunquid ipse est Christus?* quasi di-
cat sic uidetur per effectum. Videtur enim magis
Deus quàm homo: quia solus Deus nouit cogita-
tiones & secreta hominum.

Nota hic quòd Christus hanc mulierem, & nos
in ea ad tria induxit. Primò ad contemnendum amo
rem mundi cùm dixit: *Omnis qui biberit ex aqua hac:*
scilicet materiali, *sitiet iterum*, licet ad tempus sitim
auferat: amor enim mundanorum, scilicet diuitia-
rum, deliciarum, & honorum, sitim non extinguit,
sed auget: de quibus dicitur in Prouerbio. *Sanguisu-*
gæ duæ sunt filiæ, quæ semper dicunt affer, affer. Sangui
suga est mater superbiæ quæ est causa & initium om
nium malorum: habet autem duas filias: scilicet cu-
piditatem, & uoluptatem: quia superbus non tan-

Loqui cum muliere cõ fuerit Dominus.

Chrysosto. hom. 32. in Ioannem.

Chrysosto. ho. 33. in Ioannem. Hydriæ di missio. Augustin. tib. 83. qua stione 64. Samaritanę deuotio. Chrysosto. hom. 33. in Ioannem.

Prouer. 30. Sãguisuga quid est.

A tum honores ambit, sed etiam bona aliorũ rapit, vo-
luptuosè uiuit. Ista autem quàm sint uacua & uana,
in morte ostenditur Alexandri, qui cùm esset totius
mundi Dominus, diuitijs plenus, & libidinosus: &
eius ossa in uase aureo reposita fuissent, philosophi
ibidem conuenerunt. Vnus ergo uolens suum Do
minum ostendere uanum fuisse ait: Heri isti non suf
ficiebat totus mundus: hodie parua sepultura est cõ-
tentus. Alius volens ostendere uanum esse au-
rum & argentum congregare, ait: Heri iste fa cie-
bat thesaurum de auro: hodie aurum thesaurum fa-
ciet de ipso. Alius uolens ostendere uanum es-
se corpus delicijs nutrire, dixit: Heri iste nutriebat
corpus suum diuersis delicijs: hodie uerò comedi-
tur à uermibus. Secundò Christus inducebat istam
B mulierem, & nos in ista ad desiderandum amorem
Dei, cùm ait: *Qui autem biberit ex aqua quam ego da-*
bo ei, scilicet de gratia spiritus sancti, *non sitiet in æter-*
num, quia amor spiritus sancti extinguit amorem
mundanarum deliciarum, & honorum. Vnde Au-
gustinus: Qui biberit de fluuio paradisi, cuius una
gutta maior est Oceano: restat ut in eo omnis sitis
mundi huius penitus extincta sit. Hæc Augustinus:
Huius fluuij paradisi unam guttam perceperat Pau
lus: & statim extinxit in eo omnem superbiam: ita
quòd ferocem lupum mutauit in agnum mansue-
tum. Perceperat Matthæus: & statim extinxit in eo
omnem auaritiam: ita quòd rapacem conuertit in
C contemplatorem: nam qui prius rapiebat aliena, post
modum contempsit propria. Perceperat Maria Mag-
dalena, & mox extinxit in ipsa omnẽ luxuriam: ita
quòd corniculam nigram conuertit in columbã can
didam. Tertiò inducebat eam, & nos in sui cogni-
tionem. Gradatim autem mulier surrexit ad co-
gnitionem Christi: nam primò dixit eum esse unius
Dei cultorem: in hoc quòd dixit eum esse Iudæum:
& hoc fuit magnũ. deinde dixit eũ esse Prophetã, &
hoc fuit maius: tandem dixit & credidit eũ esse Chri-
stũ, & hoc fuit maximum. Per hoc datur intelligi, q̃
debemus à minimis & paulatim ascendere ad maio-
ra. Iste gradus significatur in Marco, ubi dicitur: Vl-
trò terra fructificat: primò herbam, deinde spicam,
deinde plenum fructum in spica. hoc est secundum
glossam: timorem, pœnitentiam, & charitatem. Pri-
mum pertinet ad incipientes: secundum, ad proficiẽ
tes: tertium, ad perfectos. De hoc habebis latius in-
frà post sequens capitulum in secunda parabola, quę
est de zizania. *Et exierunt*, homines de ciuitate ue-
nientes ad Iesum, ut præsentialiter audirent eum. In
quo datur intelligi, quòd si ad Christũ uolumus ire,
oportet nos ciuitatem exire, id est amorem carnalis
cupiditatis deponere. *Interea*, scilicet dum mulier
abesset, ac ciuibus prædicaret: & antequam Samari-
tani ad eum uenissent: *rogabãt eum*, quem fatigatum
E uidebant, *discipuli*, qui cibos attulerant ut manduca-
ret, quia hora comedẽdi, & locus ad hoc aptus erat,
& similiter tempus aptum ad prandium in absentia
aliorum. Habita autem occasione ex cibo corpora-
li, incipit loqui de cibo spirituali, scilicet de conuer-
sione Samaritanorum: qui per eius prædicationem
sunt ei incorporati. unde subdit: *Ego cibum habeo*,
ex patris ordinatione, *manducare*, id est mihi incor-
porare: *quem uos nescitis*, quasi dicat: alius cibus, sci-
licet conuersio gentium plus me delectat, quàm ci-
bus per uos apportatus. Vbi Theophilus: Hominũ
salutem hîc cibum uocauit: ostendens quantum de-
siderium habet nostræ salutis. Sicut enim nobis con

Alexandri Magni sepultura.

Fons aquæ uiuæ.

Gutta sitis uini.

Grauis in cognoscendo.

Mar. 4.

Messis, quid dicitur.

Cibus Christi.

cupisci-

cupiscibile est comedere: ita ei saluare nos. Hæc
Theophilus: Dicant ergo hoc prælati ecclesiæ exẽ-
plo Domini, cùm eis offeruntur exenia ciborum &
huiusmodi: ego cibum habeo manducare quem vos
nescitis, & contemnãt oblata eis, quia excæcant ocu
los cordis. Et adiũgit: *Meus cibus est*, id est in hoc est
mea refectio: & delectatio, ac firmitas sustentatio: vt
non curans de corporali commodo propter salutẽ:
in quo etiam sequitur exemplum Apostolorum, qui
relictis omnibus secuti sunt Dominum, *ut faciam uo*
luntatem eius, qui misit me, ut perficiam & compleam
opus eius, quod scio eum uelle in hominum conuer
sione & redemptione, qui vult omnes homines sal-
uos fieri: & ad agnitionẽ eius uenire. Voluntas quip-
pe patris est, ut in filium eius credamus: opus uerò
patris est, prouisio nostræ redemptionis. Cibus er-
go & potus, id est delectabilis refectio Christi, no-
stra est fides, & nostra est salus quã ipse cum magno
quærebat desiderio: cuius delitiæ sunt esse cum filijs
hominum. Tunc ergo Deo cibum spiritualem offe-
rimus, quando per præuenientem gratiam ab eo sa-
lutem nostram poscimus: cùm scilicet petimus, fiat
uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Secundum Ori
ginem: Omnis homo qui bene operatur, ad duo de-
bet dirigere suam intentionem scilicet ad honorem
Dei, & utilitatem proximi: quia *finis præcepti est cha-*
ritas, quæ continet amorẽ Dei & proximi: & sic quã
do aliquid facimus propter Deum, finis præcepti
est Deus: quando uerò propter utilitatem proximi,
finis præcepti est proximus. Facit ergo uoluntatem
patris, docendo credere in se: facit opus eius, ma-
nifestando mysterium incarnationis, quousque per
passionem & cætera perficiat illud & compleat. Et
quòd instet tempus hoc faciendi, ostendit, dicens:
Nonne uos dicitis quia adhuc quatuor menses sunt, &
messis uenit: unde perponditur (sicut in scholastica
historia dicitur,) quòd hyemis tẽpore hoc factum
est. & uidetur quòd factum sit in mense Ianuarij:
quia in illa calida regione sunt messes tempestiuæ.
unde in festo Pentecostes offerebantur frugum pri-
mitiæ, quasi dicat Christus licet tempus messis cor
poralis adhuc distet: tempus tamen messis spiritua-
lis iã instat. Dicitur. n. messis materialis & corporalis
collectio frugum, & ad huius similitudinem mes-
sis intelligibilis & spiritualis dicitur uocatio & colle-
ctio hominum ad fidem per quam congregamur
in Domini horreum. Vnde sequitur: *Ecce dico uo-*
bis: leuate oculos uestros, scilicet spirituales: *& uide-*
te regiones, ad fructum fidei dispositas, *quia iam albæ*
sunt, scilicet candore deuotionis uestitæ & maturæ,
ad messem, & metendum. Hoc dicebat propter Sa-
maritanos ad ipsum uenientes, quos uocauit sege-
tes albas & paratas ad messem, id est paratos & dis-
positos ad credendum. Ex ciuitate autem illa quæ di
cebatur Sychem: multi Samaritanorum credide-
runt in eum, propter uerbum mulieris testimo-
nium perhibentis, quia dixit ei quæcunque fece-
rat, quæ et occulta erant. *Cùm ergo Samaritani*, au-
dita fama Christi, *ad eum uenissent: rogauerunt ut ibi*
maneret, ut ab eo instruerentur melius: & firmi in
fide fierent. Ecce deuotio auditorum: quia acce-
pta fide desiderabant per eius doctrinam amplius
informari ad suam confirmationem. In quibus om-
nibus econtrario arguitur duritia Iudæorum, qui in
omnibus fecerunt contrarium. unde Chrysosto-
mus: Sic ergo solo mulieris testimonio credentes: &
nullum signum uidentes, exierunt deprecantes

Intentio debita.

Origenes tomo 15. in Ioannem.

Samaritanorum deuotio.

Chrysosto. hom. 33. in Ioannem.

A Christum, ut apud eos maneret. Iudæi uerò mira-
cula uidõtes, omnia egerunt ut à regione eorũ eum
abijcerent. Et Iudæi quidem etiam uisis signis in-
correcti manserunt: hi autem & sine signis multã
circa eum fidem demonstrauerunt. Et acquiescens
Dominus petitioni eorum, quæ erat honesta & de-
uota, mansit ibi: quia semper satisfaciat deuotis in
oratione sua: per duos dies: propter duo præcepta
charitatis, quibus instruit credentes. Tertius au-
tem dies, est dies gloriæ, & in hoc non mansit ibi-
dem: quia Samaritani nondum erant capaces glo-
riæ. Sic & hodie quotidie mulier, id est ecclesia, his
qui foris sunt Christum annunciat: ueniunt ad Chri
stum per famam, & credunt: & Christus manet per
B charitatem biduo apud illos: hoc est, dat eis duo pre
cepta charitatis, scilicet dilectionis Dei & proximi,
in quibus pendet lex & Prophetæ. Rogemus eum
& nos, ut & nobiscum duos dies maneat: quatenus
duo præcepta charitatis: duorumque testamento-
rum fidẽ & amare, & tenere nos doceat. *Et multoplu-*
res, quàm in principio crediderunt, propter sermonem
eius quem sicut uerba uitæ præferebant uerbis mu-
lieris, quia nunquam sic homo est locutus. *Et mulie-*
ri dicebant, quia iam propter loquelam tuam non credi-
mus, quæ nihil est in comparatione eius, quod uide-
mus. Licet enim ex doctrina alicuius inducatur
quis ad credendum: fides tamen secundum se innitit
ur diuinæ ueritati, seu uirtuti ad id quod credit fir-
C mandum. *ipsi enim*, exterius & interius audiuimus sa
pientiæ uerba, ab ipso qui est Deus & homo, *& sci-*
mus, firmiter credendo, quia in fide est maior certi-
tudo adhærentiæ quàm in scientia, & quia non suf-
ficit corde credere, sed oportet fidem confiteri ore:
ideo fidem suam confitentur dicendo, *quia hic*, per
eminentiam singularem, *est saluator*, per efficaciam
salutarem: *mundi*, per influentiam generalem. Con-
spice nunc Dominum Iesum, quia itinerando non
utitur subiugalibus aut uecturis: sed pedibus incede
bat, ne grauis esset his ad quos declinabat, & quomo
do fatigatos planè & morosè incedit, ac tandem ad
quiescendum super puteum se ponit. In hoc ergo q̃
D fatigatus est ex itinere, datur nobis exemplum nõ re
fugiendi laborem pro aliorum salute: simulq́ue datur
& paupertatis exemplum, quia prædicabat & fede-
bat sic prout contigit iuxta puteum, super nudum lo
cum, quasi dicat secundum Chrysostomum. Non in
throno, aut puluinari, sed simpliciter iuxta puteum:
& ut cõtingebat super terram. Sepe fatigatus est Do
minus Iesus, & tota uita sua in paupertate & labore
fuit: Vnde Psalmista in persona ipsius. *Pauper sum*
ego, & in laboribus à iuuentute mea. Vnde Chrysosto
mus: Christus igitur in Samariam accedens facilem
& delitiosam uitam abijciens, laboriosam uerò &
strictã sequẽs nõ subiugalibus uitur: sed ita ualidè &
difficulter incedit ut ex itinere fatigetur. Ex hoc ubi-
què erudit se operatorem esse, & non superflua pete
re, & non multis indigere. Ita enim vult à superfluis
alienos nos esse, ut & ipsorum necessariorum multa
abscindamus à nobis. Propterea dicebat: *Vulpes fo-*
ueas habent: & uolucres cęli habitationes, filius autem
hominis non habet ubi caput reclinet. Propterea & in
montibus quamplurimum conuersatur, non solum
in die sed & in nocte, & in desertis. Hæc Chrysosto-
mus. Considera etiam quia discipuli non deferebãt
victualia: sed hora comedẽdi instante ibant ad com-
parandum ea. Vnde Chrysostomus: discimus autem
Domini non solum circa itinera ualidum robur: sed

Meditatio historia.

Fatigatio Christi.

Chrysosto. hom. 30. in Ioannem.

Psal. 87. Chrysosto. ibidem.

Matth. 8. et Luca. 9.

etiam

Universidad de Deusto Biblioteca

et circa cibaria negligentiã.Non.n. discipuli eius deferebant victualia,sed uiaticula:& ostendit hoc alius Euãgelista dicẽs:Cùm de fermẽto Pharisæorũ eis loqueretur, quoniam illi æstimauerunt:quia panes nõ portauerunt,& cùm esurientes inducit, & incidẽtes spicas & comedentes, & cùm dicit eum ad fiscum propter esuriẽ uenisse:nihil aliud per omnia nos erudit,quàm hoc,s.contemnere uentrem: & nõ studiosam eius æstimare esse ministrationẽ.Intuere equidẽ eos & hîc:neq; deferẽtes utique quid,neq; quia non portabant statim ab initio diei huius sollicitos,sed secũdũ tps secundũ quod oẽs pulmẽtũ accipiunt, escas cõparãtes: sed nõ ut nos qui mox è lectulo surgẽtes præ alijs hæc intendimus: coquos & mẽsæ positores uocantes,& cũ multo hoc scrutantes studio, & post illa ita alia tangentes,secularia ante spiritualia facientes,& quæ superuacua habere oportebat ut necessaria honorãtes,propter hoc omnia sursum & inferius sunt. Contrarium enim oporteret omnium spiritualium multam facientes rationem. Postquam compleuerimus,illa tunc tangere hæc.Hæc Chryso.Ambulauit ergo Christus sine equis, usque ad lassitudinem:sine expensis,usque ad esuriem:ac sine seruitoribus & pompis,usque ad ministrationem.

Meditatio operũ Christi.

Cõspice etiam quomodo nõ dedignatur cum neglecta & alienigena muliere loqui:monstrans q̃ mitis, quamque humilis sit. Non despicit personas uiles & humiles,tales enim interdum capiunt archana salutis plus quam diuites & nobiles.Item cõspice quomodo intentus erat studio spirituali,quia cum esset tẽpus comedendi:uoluit tamen differre ut intenderet prædicationi:& distulit refectionem corporis accipere,nolẽs comedere antequam illis de ciuitate prædicaret: quamuis iam esset hora sexta,& ipse etiam ex itinere fatigatus esset:uolens prius intendere cõuersioni Samaritanorum, & operari ea quæ erãt spiritus,quàm ea quæ erant corporis,quantumcunque tunc indigeret.In quo dans exemplũ alijs similiter faciendi:ostẽdit uerbo & facto quantum prædicator Euãgelij debet esse sollicitus de salute hominum, & postponere omne aliud negocium, & ꝙ homo debet esse magis sollicitus de sui proximi salute spirituali, quàm de propria necessitate corporali.Item conspice quomodo fatigatus & famelicus sedet in terra nuda,nõ supposito puluinari, & reficitur cum discipulis sicut aliquis pauper de populo communi,nec ad magna hospitia in ciuitate declinat,sicut nos miseri.Non enim legitur, quòd ciuitatem tunc intrauerit: ne sibi contrarius esset qui discipulis dixit, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis.

Mat.10.a.

Nec credas, quòd sola hac uice in terra comedit Dominus humilis & amator paupertatis,sed sæpe cùm ibat per mundum comedebat extra ciuitatem & uillam,ad aliquem riuum uel fontem: quantumcunque fatigatus foret & afflictus. Non habebat cara & exquisita cibaria, non uasa diuersa uel curiosa, non preciosa & delicata uina: sed habebat aquam puram de ipso fonte vel riuo,quæ uineas fecundat, & panem tanquam pauper sedens in terra humiliter comedebat, qui escam omni carni ministrat. Compatere sibi,quia uides eũ fatigatum,& sic humiliatum: ac sustentatione potus & cibi corporalis indigentem,& sicut cæteros de populo his utentem.

Augustin. li.83.quæstio.

vnde Augustinus: esuriuit qui omnes pascit,sitiuit qui est fons sitientium,fatigatus est ex itinere,qui uiam nobis fecit in cœlum.

A

ORATIO.

Domine Iesu Christe diues omnium bonorum & largitor opulentissime: da mihi fatigato in huius uitæ itinere cibum & potum, ut reficiar a te:fons uitæ & omnium gratiarum uberrime,cor meum ab ubertate voluptatis tuæ inebria: ut obliuiscatur omnia ista transitoria. panis uiuus quo numquam deficis: da mihi hunc cibum spiritualem, ut tuam in omnibus faciam uoluntatem .mane apud me duos dies: quatenus duo præcepta charitatis,duorumque testamentorum fidem me amare facias & obseruare, ac tertia die, scilicet gloriæ, apud te semper manere. Amen.

B

De filio reguli sanato. Cap. LXIII.



C

Ioan.4.

Deinde post duos dies quibus Dominus Iesus mansit apud Samaritanos, *exijt inde*.s. de Samaria confirmatis Samaritanis ĩ fide,*& abijt in Galilæam*,vbi fuerat nutritus: per quod significatur, quòd in fine seculi confirmatis gentibus in fide & ueritate,reuertetur ad Iudæos cõuertẽdos :*uenitq; iterum in Chana*

D

Galilææ,ubi,in nuptiis,*fecit aquã uinum*,corã discipulis suis. *Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum,hic cùm audisset Iesum*, ad partes sibi uicinas aduenisse, *abijt ad eum*, in Chana, ubi eum nouerat esse , *& rogabat eum ut descenderet*, s. in Capharnaũ,quæ erat in basso respectu loci ĩ quo Iesus erat,*& sanaret* præsentialiter,*filiũ eius*, quem diligebat: quasi non posset sanare nisi præsens esset. Secũdũ Theoph. Iste regulus interfuit miraculo facto in nuptijs,quando Christus aquã in uinũ mutauit:quia tunc credidit,sed tñ Christi diuinitatẽ perfectè non cognouit.

Regulus multipliciter dicitur.

Dicitur autem regulus multipliciter:Vno modo paruus rex q paruo præest regno:& hoc mo-

E

do non accipitur hîc: quia tunc tẽporis non erat rex in Iudæa .Romani enim uolentes frangere Iudæorũ superbiam,abstulerunt ab eis regiam dignitatẽ:regnum Iudææ in quatuor tetrarchias diuidentes, ad præcauendum eorũ rebellionem.Alio modo, secundũ Chrys.dicitur regulus, aliquis de stirpe regia: seu generis existẽs regalis:nec hoc modo accipitur hîc. Tertiò modo dicitur aliquis regulus,regum officialis:& isto modo accipitur hîc:quia erat officialis imperatoris,deputatus ad custodiam Galilææ, propter quod manebat in Capharnaum, quæ erat metropolis illius terræ: uel fortè aliquis de familia Herodis Tetrarchæ, pollens aliqua principatus dignitate.

Regulus

Regulus iste auditis miraculis Christi,sperauit ab eo impetrare sanitatem filij sui: & credidit ipsum posse sanare filium suum à quo salutem quæsiuit: sed in fide dubitauit in hoc, quòd præsentiam eius requirẽs, non nisi præsentia corporali, & tactu eum posse sanare putauit. non enim ubique præsentem eum esse credidit,sicut Centurio, qui ait: *Domine non sum dignus ui intres sub tectum meum,sed tantũ dic uerbo,et sanabitur puer meus*.

Matth.8.

Agnoscens itaque Dominus cor diffidentis:arguit hominem in fide tepidum,dicens.

Prodigia.

Nisi signa, scilicet communia: *& prodigia*, scilicet signa maiora quæ sunt sine exemplo , eo quòd similia eis non sunt uisa uel audita : & ideo procul à digito, id est à similium demonstratione dicta, *uideritis*, sicut increduli,*non creditis*,nam signa dantur infidelibus ad confirmationem doctrinæ,non fidelibus,qui assentiuntur scripturæ.Non reprehendit eum de petitione salutis filij sui,sed de defectu fidei. Veruntamen quia ex deuotione repetit petitionẽ dicens: *Domine descende priusquam moriatur filius meus*,ideo exauditur à Domino. Iesus tamen ibidẽ remanens: & propter semiplenam fidem eius se nõ deesse,sed ubique sicut Deum præsentialiter esse indicans,solo iussu & uerbo filium absens sanat,ut pater amplius credat dicens:*Vade*, non enim uoluit Iesus ire corporaliter: ut amoueret ab eo falsam æstimationem , qua putabat ipsum posse sanare tãtum per præsentiã corporalem, *filius tuus uiuit* , id est restitutus est perfectæ sanitati, de ianua mortis,cui appropinquauit:qa mori incipiebat . *credidit homo sermoni Iesu*, quia fides requiritur ad obtinendum Dei beneficium : & ibat sine corporali præsentia Christi: credens , quia ubique esset uirtus eius ad curandũ. Iam incipit credere , quia sermone sanat: & ita eum Deum esse & præsentem ubiq; existere, quod nõ suprà credebat.

Doctrina, quibus cedamus.

Ad informationem ergo nostram cessit Dominus superbo regulo, ne iret cum eo ad filium suum:concessit humili centurioni,ut iret ad eius seruum.unde

Gregorius hom.18.in Euãgelia.

Gregorius : Quid est ꝙ regulus rogat,ut ad eius filiũ ueniat : & tamen corporaliter ire recusat:ad seruum uerò Centurionis non inuitatur: & tamen se corporaliter ire pollicetur.Reguli filio per corporalẽ præsentiam non dignatur adesse : Centurionis seruo nõ dedignatur occurrere.Quid est hoc,nisi quòd superbia nostra retunditur:qui in hominibus non naturã, qua ad imaginem Dei facti sunt,sed honores & diuitias ueneramur? Cũq; pensamus quæ circa eos sunt, profectò interiora minimè prouidemus. Dũ ea cõsideramus,q̃ in corporibus despecta sunt:negligimus pẽsare qđ sunt. Redẽptor uerò noster,ut ostẽderet: qa q̃ alta sunt hoĩ , sanctis despicienda sunt: & q̃ despecta sunt homini,despicienda non sunt:ad filiũ reguli ire noluit:ad seruũ Centurionis ire paratus fuit. Increpata est ergo superbia nostra, quæ nescit pensare homines,propter homines. Hæc Grego.Non ergo consideremus aut pensemus, quæ circa homines sunt, sed quid sunt. Multi enim negligentes quod sunt, sollicitè gloriam aliunde sibi quærunt. Vnde

Ne te quæsiueris extra. Chrysosto. ho.23. ad popu. Antiochenum.

Chrysostomus: Nabuchodonosor itaque plurimi nunc inueniuntur imitari.Vt enim ille tunc de imagine:sic modo alij de ueste preciosa:de equis,uel curribus:de amplitudine domorum : de pulchritudine columnarum: & picturis parietum opinãtur esse meliores. Quia enim quod errant homines perdiderunt:sollicitè huc illucque circumeunt, aliunde sibi gloriam colligentes omni sanè irrisione plenissimã. Hæc Chrysostomus:*Credidit ergo regulus sermoni Ie-*

A

su,non tamen integrè,neq; sanè:quod ostenditur ex hoc quòd sequitur. Nam eo descendente de Chana Galilææ in Capharnaum,quę magis est in ualle:cum serui sibi occurrerent: & congaudendo filium suum sanatum nunciarent : *interrogabat horam ab eis in qua melius habuerat*. Quod fecit ad certificationem miraculi respectu sui, uolebat enim scire utrum casu hoc factum esset,uel ex præcepto Christi. *Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris*.

Chrysosto. ho. 34. in Ioannem.

Vbi Chrysost.Vide qualiter miraculum manifestum est : non enim simpliciter:neque vt contigit à periculo erutus est , sed repentè & simul: ut appareat non esse ex naturæ consequentia quod fiebat , sed actione Christi. Vnde sequit: *Cognouit ergo pater quia illa hora erat in*

B

qua dixit ei Iesus,author salutis:*filius tuus uiuit*.& ꝙ in hora uerbi dominici sanatus esset , *& credidit ipse & domus* , id est , *familia eius tota* . & hæc est conclusio intenta.Ad hoc enim factum est illud miraculum, vt regulus cum familia sua crederet in Christum: & ex tunc perfectus in fide fuit,quia perfectè credidit.

Miraculi finis.

Vnde secundum Aug. & Bedam datur intelligi & in fide gradus esse sicut & in alijs uirtutibus , scilicet initium,incrementum,& perfectionem.

August in. tractatu 16.in Ioã. Gradus in fide.

Huius ergo reguli fides initium habuit, quando Dominum rogauit:ut descenderet & filium suum sanaret:tunc enim & credidit,& dubitauit. Credidit quidem quòd filiũ suum sanare posset:sed non credidit quòd eum sana-

C

re posset,nisi & corpore præsens esset. Deinde fides eius accepit incrementum: quando scilicet credidit sermoni Domini dicentis: *Vade, filius tuus uiuit*: Sed perfectionem obtinuit: qñ.s. serui sanitatem filij nunciauerunt: quia tũc perfectè credidit,& domus eius tota.secundũ illud Lucę:*Hodie huic domui salus à Deo perfecta est*.

Luca 19.

Iam ergo hic regulus Euangelista efficitur:dum ad fidem susceptã alios inducebat. Et ideo signanter qui prius regulus in Euangelio est uocatus:postea crescente fide homo est dictus: & consequenter propter perfectam fidem pater est appellatus.Item notandũ ꝙ tribus uicibus in hoc Euangelio de uita filij istius reguli habetur ostensio.

Regulus. Homo. Pater.

Primò per Dominum, qui dixit,*filius tuus uiuit*.Secũdò,per

D

seruos:qui nunciauerunt dicentes,ꝙ filius eius uiueret.Tertiò pater hoc cognouit, *quia illa hora*,i. septima sanatus esset: & hoc ad denotãdum ꝙ triplex est uita triplici morti opposita .

Mors,et uita triplex.

Prima naturæ, quæ habet oppositam mortem naturæ. Secunda gratiæ,cui opponitur mors culpæ. Tertia gloriæ, cui opponitur mors gehennæ.

Mysticè.

Mysticè iste filius reguli, significat humanum genus : filium reguli propagatum de Adam:qui de rege factus est regulus,quando perdita charitate factus est malus.Hic filius reguli febre laborabat: quando per diuersa uitia genus humanum æstuabat: cuius salus inter Chana & Capharnaum completur: ad dandum intelligere, quòd de zelo misericordiæ diuinæ : quia Chana zelus interpretatur:

E

processit salus in nomine qui erat in Capharnaum: hoc est, comessationibus & ebrietatibus deditus : quia Capharnaum interpretata , pinguedo dicitur.

Illustrationes solis iustitiæ.

Horæ autem septem: sunt septem illustrationes solis iustitiæ, qui est Christus, scilicet sanctificationis naturæ, in incarnatione: uisitationis hominum, in natiuitatis humilitate: & condemnationis concupiscentiæ,in circuncisione: regenerationis nostrę,in baptismo : sanctificationis pro nobis , in ieiunio: eruditionis nostræ, in prædicatione & miraculis : & redemptionis nostræ,in passione: quando hora septima sol declinauit: & infirmitas sanata fuit . & hoc

Universidad de Deusto Biblioteca

ſignificabatur in libro Regum, ubi dicitur: Vade lauare ſepties in Iordane, &c. *4 Reg. 5.* Iordanis enim, humilis decurſus interpretatur: & ſignificat per ſeptem horas deſcendentem ad nos Dominum: in cuius gratia lauamur ad ſanitatem. Vel horæ ſeptem, ſunt ſeptem recordationes ſolis iuſtitiæ: quia in nocte in matutinis recolimus Domini captiuitatem: in prima illuſionem: in tertia, productionem ad iudicium: in ſexta, ſententiam: in nona, mortem: in ueſpera ſepulturam: in completorio, poſitionum cuſtodum circa ſepulchrum. his enim horis perducimur ad vitã & ſalutẽ. *Pſal. 118.* unde in Pſalmo: *Septies in die laudem dixit tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.* Myſticè ẽt iſte cuius filius infirmabatur non rex, ſed regulus appellatur, *Pro. 20. b.* nam ſicut in Prouerbijs dicitur: *rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo*: Qui ergo ſeipſum bene diſponit regere, ſedeat in ſolio iudicij diſcutiens omnia opera ſua: ut ſi quid intermiſceat, diſcretionis intuitu illud diſsipet: quoniam qui regnum ſuũ bene adminiſtrat, meritò rex dicitur. Vnde Seneca: Vis habere magnum honorem: dabo tibi *Imperare ſibi.* imperium, impera tibi. Qui uerò malè regnum adminiſtrat: non rex ſed regulus dici debet. Quilibet ita peccator poteſt dici regulus diminutiuè: quia deficit in ſuiipſius regimine: & tunc eius filius infirmatur, quando rationi ſenſibilis appetitus contrariatur: qui debet obedire rationi, ſicut filius ſuo patri: ſed cùm homo per rationem Chriſtum fideliter deprecatur: tunc iſte filius per uirtutem Chriſti ſanatur, per quem ſenſibilis appetitus ſub ordine rationis collocatur. Ipſa ergo ratio rex eſt in regno: quæ bene rex dicitur, quia totum corpus hominis per eam regitur: & affectus hominis ab ea dirigitur & informatur: nec non & filiæ, ſcilicet uires aĩæ, eam ſequũtur. Sed quandoque dicitur regulus, quando ſcilicet diminuitur in cognitione: & obſcura ſequitur inordinatas paſsiones, & non reſiſtit eis: & ideo filius eius, id eſt affectus infirmatur, id eſt deuiat à bono & declinat ad malum. Si enim ratio fuiſſet rex, i. fortis: filius eius infirmaretur: ſed quia regulus eſt, ideo filius eius infirmatur. Serui rationis, ſunt opera hominis: quia homo eſt Dominus actuũ ſuorum, & affectus partis ſenſitiuæ, quia obediunt rationi imperanti & dirigenti. Iſti autem ſerui annunciant quòd filius reguli, ſcilicet rationis, uiuit: quãdo relucet in opere quòd uires inferiores obediunt rationi. Per horam autem ſeptimam in qua puer à febre dimittitur, ſignãtur ſeptem dona ſpiritus ſancti: in quo omne peccatum dimittitur, & uita ſpiritualis in anima creatur: ac tota & perfecta ſalus men- *Horæ ſeptẽ.* tis & corporis conſiſtit. Horæ etiam ſeptem quibus anima de peccato per pœnitentiã reſurgit, poſſunt dici iſtæ: Vna eſt in contritione, tres in confeſſione quæ eſt uera, ſimplex, & integra: & tres in ſatisfactione, ſcilicet ieiũnium, oratio, & eleemoſyna. *4 Reg. 4.* Iſtæ ſeptem horæ ſignificantur in lib. Regum, ubi dicitur quòd puer ab Helizæo reſuſcitatus oſcitauit ſepties, & redijt ad uitam: quia iſtis ſeptem reſurgi- *Regulus quilibet.* tur à portis mortis ad uitam. Vbi Theophi. Regulus eſt omnis homo non ſolum quia regi uniuerſorum propinquus ſecundum animam exiſtit, ſed quia ipſe ſuper omnia principatum ſumpſit: cuius filius, id eſt mens febricitat uoluptatibus prauis & deſiderijs. Accedit autem ad Ieſum & deprecatur ut deſcendat, id eſt ut condeſcenſu miſericordiæ utatur: & peccatis parcat priuſquam à uoluptatum infirmitate mortificetur. Sed Dominus dicit, ualde: id eſt,

profectum continuũ circa bonum oſtendas: & tunc filius tuus uiuet. Si autem ambulare ceſſaueris, mortificabitur tibi intellectus circa boni operationem. Hæc Theophilus: Quotidie etiam regulus pro filio infirmo ſanando intercedit: dum prælatus quiſque pro ſuo ſubdito uarijs tentationibus deprauato, ut à Domino ſanetur preces effundit. Infirmus uerò ſanatur, dum per culpam deprauatus, per gratiam ad iuſtitiam reuocatur. Debemus ergo rogare Deum, ut à peccatis ſanemur: quia nullus per ſe poteſt ad ſtatum redire iuſtitiæ: niſi à Deo ſanetur. In hoc autem quòd infirmabatur Capharnaum: notantur tria quæ ſunt cauſa ſpiritualis infirmitatis. *Capharnaum quid interpretetur.* Capharnaum enim interpretatur ager pinguedinis, uel uilla conſolationis: erat etiam ciuitas magni honoris. Ex quibus habetur quòd ſæpe cauſa ſpiritualis infirmitatis eſt abundantia rei temporalis: & nimia conſolatio mundana: & nimia exaltatio terrena: *proſperitas nocet.* quia proſpera plus nocent homini, quàm aduerſa. Vnde Boetius: Plus hominibus reor aduerſam, quàm proſperam prodeſſe fortunam. *Seneca lib. de diuina prouidentia.* Vnde & Seneca: Tunc conſilia ſalutaria aduoca, cùm tibi alludit uitæ proſperitas. Tunc te uelut in lubrico ſuſtinebis ac ſiſtere: nec dabis tibi impetus liberos, ſed circũſpicies quò eũdum ſit, uel quouſque: Hæc Seneca. In hoc etiam quòd erat filius reguli, datur intelligi, quòd nobilitas generis ſæpe eſt cauſa infirmitatis ſpiritualis: quia nobiles ſæpe efferuntur in ſuperbiam: ſæpe exercent rapinã: ſępe ẽt immergũt ſe in lutum luxuriæ, & laſciuiã. Cauendum ergo in proſperitate huius mũdi, ne ſpiritualiter infirmemur, quia tunc facilius & frequẽtius per peccatum arrripimur. *Chryſoſt. hom. 46. ad pop. Antiochenum.* Vnde Chryſo. Quãdo proſperitate perfruimur, cùm in malignitate uiuamus: tunc magis nobis eſt, ac magis dolẽdũ. Nam ſemper quidem nos oportet metuere peccantes: maximè autẽ cùm nihil triſte perpetimur. Qñ.n. per partes ab vnoquoq; noſtrum pęnas exigit: leuiorẽ nobis ipſam animaduerſionem facit. Quando verò patientius noſtra videtur diſsimulare delicta, ad maximam nos in talibus permanentes pœnã reſeruat. Sanatur autẽ filius hora ſeptima in uirtute uerbi Dei: hora enim ſeptima declinat ſol à meridie & uergit ad occaſum. Cùm ergo uitæ noſtræ uidemus trãſiſſe meridiem, & nos in declinatione poſitos: tempus eſt in uirtute diuinæ prædicationis relinquat nos febris, & *Febris* ad Dominum conuertamur. Et notandum quòd bene per febrem ſignificatur peccator: & febricitãs poteſt intelligi peccator. Sicut enim febricitans nunc habet calorem, nũc frigus & tremorem, ſic peccator habet modo cupiditatem, & inordinatum amorem boni tranſitorij, & hic eſt calor animæ: modo habet timorem, qui eſt frigus eiuſdem animæ. *Auguſtin. Pſal. 79. Peccatorũ origo.* Vnde dicit Auguſtinus: quòd omnia peccata duæ res faciunt in homine, ſcilicet timor & cupiditas. Timor facit fugere omnia quæ ſunt carni moleſta: cupiditas appetere omnia quæ ſunt carni ſuauia. Et ſecundum hæc duo duplicem pœnam habebit peccator in inferno: *Iob. 24.* ſecundum illud Iob: *Ad nimium calorem tranſibit, ab aquis niuium*. Inter cætera etiam incommoda quæ patitur febricitans, eſt iſtud, ꝙ habet palatum inordinatum: propter quod dulcia uidentur ſibi amara & inſipida, & econuerſò eodẽ modo peccator ſic habet inordinatum palatum, quòd omnia ſpiritualia ſibi uidentur inſipida: dicitur autẽ febris à feruore: & ideò omnis inordinata paſsio, feruens igne maligno, febris eſt animæ. *Febrium ſpecies.* Sicut autem ſunt diuerſæ ſpecies febrium: ſic ẽt ſunt diuerſa

genera

genera peccatorum. Prima eſt ephemera, quæ dicitur ab ephemero piſce marino: qui eodem die quo naſcitur, moritur: & ſignificat motum inordinatæ paſsionis: & ſpecialiter ſubitum irę motũ, q; debet finiri ante ſolis occaſum, *Ephe. 4.* ſecũdum illud Apoſtoli: *Sol non occidat ſuper uerecundiam ueſtram.* Secunda febris eſt tertiana, quæ uno die interrumpitur, qua laborant illi qui cùm peccauerint dolent de peccato: & ſic habent unum diem pœnitentiæ, quæ eſt cõtritio: ſed ad ſecundum diem confeſsionis non perueniunt, & ideo ſtatim in idem redeunt. Tertia febris eſt quartana: ubi duo dies abſq; acceſsione ſunt. Quidã enim poſt acceſsionem peccati, duos dies pœnitentiæ, ſ. contritionem & confeſsionẽ aſſumunt: ſed quia iuxta ſacerdotis arbitrium ad diem tertium, ſcilicet ſatiſfactionis non perueniunt: ideo rurſus in peccati paſſionem incidunt. Quarta febris eſt quotidiana: eorum uidelicet quæ abſque contritione aliqua frequẽtant mala: qui ad literam omni die gulæ ſeruiunt: aut mendacijs & litibus, ſeu iurgijs uocant. Sed hanc ſequitur febris quinta. ſ. continua, quia frequentationem ſequitur continuitas. & hac febre maximè laborant luxurioſi & inuidi & auari, qui propter cõſuetudinem difficulter poſſunt curari. Sexta febris eſt iam generatæ conſuetudinis: *Ethica febris.* quæ per ethicam intelligitur. Ethica enim dicitur, quæ in morem eſt deducta: ἔθος nanque mos appellatur. Hæc autem febris radicatur in membris: & naturalem humiditatem aſſumit & conſumit: & ſpecialiter ſignificat ſeculi triſtitiam quæ oſſa exiccat: & mortem operatur. Vnde in *Pro. 17.* Prouerbijs: *Spiritus triſtis exiccat oſſa*: i. robur uirtutum. Septima febris eſt acuta, quæ eſt defenſio conſuetæ iam nequitiæ: cùm quis iam non erubeſcit, nec timet, nec paueſcit facere, quæ conſueuit. De ſalute talis ualde timendum eſt: quia in tali febre ſolent medici deſperare. *Hoc iterum ſecundum ſignum fecit Ieſus*, in Chana Galilææ, ubi primò mutauit aquã in vinum: & nunc ſecundò ſanauit reguli filium. Quãuis enim filius reguli, cùm ſanaretur, Capharnaum fuerit: Ieſus tamen in Chana hoc ſignum fecit: quia ibi *Myſticè.* corporaliter exiſtens, uerbo eum abſens ſanauit. Myſticè autem per duplicem Domini aduentum in Chana, ſignificatur duplex effectus uerbi Dei in mente. Primò enim lætificat: & ſignificatur in miraculo ui- *Pſal. 103. b* ni: quod lætificat cor hominis. Secũdò ſanat: & hoc ſignificatur in cura infirmi. Item per hoc ſignificatur duplex aduentus filij Dei: ſ. primus, qui fuit manſuetudinis ad lætificãdum: quia in natiuitate eius Angelus nunciauit paſtoribus, & omni populo magnum gaudium: & hoc ſignificatur per uinum. Secundus aduentus eius in mundum, erit maieſtatis: quando ueniet tollere infirmitates: & pœnalitates noſtras: & cõfigurare nos corpori claritatis ſuæ, & hoc ſignificatur in cura infirmi.

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, qui de Iudæa Angelicæ confeſsionis & laudis: in Galilæam rotam huius mundi aduenisti: quoniam infirmus ſum temporalium rerum pulchritudine tentatus: & ideo incipio mori tentatione fatigatus. Miſerere mei priuſquam moriar morte culpæ, uel corporis, aut gehennæ: ut uirtute uerbi, humilitate confeſsionis, ieiunio, oratione, pietate, & exemplo per gratiam tuam liberer a febre fomitis, & ægritudine peccati, & nulli ſuccumbam inordinatæ paſsioni. Amen.*

De quatuor parabolis Domini ad turbas, & tribus ad diſcipulos habitis. Cap. LXIIII.



POST hæc Dominus Ieſus iuit ad mare piſcaturus homines in terra exiſtentes: & præ turba ad eum congregata aſcendens cum diſcipulis in nauiculam: & ſedens in ea docebat turbas ſimplices & deuotas in littore ſtantes. *Matt. 13. Luca. 8. Marci. 4.* unde Chryſoſt. aſcendit in nauẽ ut poſt ſe neminem dimitteret: ſed omnes auditores ante faciẽ haberet, & ut audiret eum populus, & uideret, & uiſus delectaret auditum, & auditus uiſum. vbi & Beda: *Chryſoſto. hom. 45. in Matthæũ. Bed. in c. 6. Ioannis. Nauis eccleſiam ſignificat.* Præfigurabat hæc nauis Eccleſiam in medio nationũ ædificandum: in qua Dñs dilectam ſibi conſecrat manſionem. Et propoſuit Dñs turbis quatuor parabolas diuerſas, diuerſis conditionibus hominũ cõgruentes: ut pro uarietate morborũ, uaria eſſet medicina: alij.n. amaris, alij dulcibus, alij auſterioribus, *Hieronym. in cap. 13. Matthæi. Turba uarietas.* alij lenibus delectantur cibis. Vt.n. ait Hier. Turba nõ vnius ſententiæ eſt: ſed diuerſarum in ſingulis uoluntatũ, & ideo loquiẽt ad eã in multis parabolis, ut iuxta uarias uoluntates, diuerſas reciperent diſciplinas, & quaſi diues paterfamilias inuitatos diuerſis reficiens cibis: ut unuſquiſque ſecundum naturam ſtomachi ſui alimenta uaria ſuſciperet. *Hieronym. ibidem. Parabolicè quædã dũtaxat.* Et ſciendum ſecundum eundem Hieronym. quòd non omnia locutus ſit eis in parabolis, ſed multa. Si enim dixiſſet cuncta in parabolis, abſque emolumento populi receſsiſſent: perſpicua miſcet obſcuris: ut per ea quæ intelligunt, prouocentur ad eorum notitiam quæ non intelligunt. In his autem quatuor parabolis, alijs tribus conſequenter ſibi ſuccedentibus, ponitur decurſus eccleſiæ à prædicatione Chriſti uſque ad finem mundi. *Parabola prima.* In prima parabola, quæ eſt de ſemine proiectio in terram, cuius quarta pars tantum fecit fructum: denotatur prædicatio Chriſti, & Apoſtolorum qui prædicauerunt Iudæis indifferenter bonis & malis, pauci comparatiuè crediderunt: pro maiori autem parte in infidelitate remanſerunt. Prima ergo eſt de ſemine, & verbo Dei quod ipſe exiens à patre, quando de inuiſibilitate patris mundo uiſibilis apparuit ſeminauit in mundo, & in quatuor locis cecidit, ſcilicet in terram tripliciter malam nec ferentem fructum: & in terram bonam, facientem fructũ triplicem. *Seminum plura genera.* Seminauit autem plura genera ſeminum. Primò ſeminauit legem naturalem in mente cuiuſlibet hominis, ſicut eſt: quod tibi fieri non uis, alijs ne feceris: & quod tibi fieri uis, alijs feceris. Itẽ ſeminauit per Angelos reuelationes: per Moyſem legẽ

 ſcriptam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

scriptũ, ſ. præcepta &, phibitiones: per Prophetas promiſsiones & comminationes: ſed nunc exijt ſeminare per ſeipſum legem Euangelicam omnibus fidelibus. Non ceſſat etiam ſemper in noſtris animabus ſeminare: non ſolũ cùm docet, ſed etiam cùm creat in eis ſemina bona uirtutum, ſcilicet donorum. *Exijt* ergo Dei filius de ſinu patris, non ſecundum diuinitatem: quia ſic eſt ubique, ſed ſecundum humanitatem & carnis aſſumptionem. Vnde Chryſo. Exijt autem qui ubique eſt, non localiter, ſed incarnatione: & per amictum carnis propinquior nobis factus.

Chryſoſto. hom. 45. in Matthæũ.

Exijt inquam *qui ſeminat*, id eſt qui habet officium, ſcientiam, & gratiam ſeminandi: *ſeminare ſemen ſuum*, id eſt doctrinæ uerbũ. Seminator ergo propriè Chriſtus eſt: prædicator enim potius eſt cophinus ſeminatoris, quàm ſeminator. *Et dum ſeminat*, id eſt doctrinam indifferenter ſpargit, *aliud cecidit ſecus uiam*, id eſt ſuper cor deuium, per errores: uagum, per laſciuias: attritum, per carnales affectiones: ac ſuggeſtionibus dæmonum, & varijs tentationibus uitiorum ad modum uiæ expoſitum, per carnis concupiſcentias: & horum omnium ſedulo tranſitu & frequenti meatu ſemen uerbi conculcatur, ne germinare poſsit, *& uolucres cæli*, ſcilicet aerei, i. dæmones qui uolucres cœli dicuntur: ſiue propter aeris inhabitationem, quia per aera diſcurrunt: ſiue propter naturam cœleſtem, quia cœleſtis ſiue ſpiritualis naturæ ſunt, ſiue propter uelocitatem ad malum: quia ad hoc ſemper intendunt, *comederunt illud*, id eſt ſua ſuggeſtione rapuerunt: & fructum impediuerunt, & ſic tollunt uerbum & memoriam uerbi de corde: ut nec memoria, nec mens teneat quod opere exercere neglexit: ut impedito uerbo, impediatur fides, ne credẽtes ſalui fiant, quia fides ex auditu eſt. Hi ſunt qui audiunt: ſed in uerbi uirtute non afficiuntur. Vnde neque naſcitur, quia diabolus de corde eorum tollit. Verba ergo Dei mente retinenda ſunt, & ſicut ſemen ſub terra, ita uerbum Dei in memoria debet occultari ut fructificet. quia ſecundum Gregorium, ſicut de eius uita deſperatur qui languente ſtomacho alimenta non retinet: ſic æternæ mortis periculum formidare debet qui uerba uitæ, id eſt alimenta iuſtitiæ in memoria non tenet. *Aliud cecidit ſupra petram*, id eſt ſupra cor petroſum & durum ac rebelle, & protinus per ſuperbiam, *& natum* ſtatim ſole & feruore tentationis orto, *aruit*, & uigorem † fidei perdidit, *quia non habebat profunditatem terræ*, id eſt ſtabilitatem patientiæ *& humorem*, deuotionis & gratiæ. Hi ſunt qui audiunt, & aliquo modo afficiuntur: ſed nõ proponunt facere quod dicitur, unde non radicatur in eis uerbum per bonum propoſitum. In cordibus enim duris quandoque citò ad horam naſcitur germen compunctionis, cùm uerbum comminationis audiunt, & ſtatim feruore perſecutionis uel cuiuſlibet tribulationis & tentationis areſcit: cùm per impatientiam deſolantur & deficiunt: quia uerbũ prædicationis ſine humore gratiæ & amore uirtutis nõ profi cit. Et hi radices non habent, ſcilicet profundæ firmitatis & firmi deſiderij, & ideò ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt: quia uerbũ prius receptum renuunt. Et ſicut arbor quæ ſæpe tranſplãtatur, radices fixas non habet: ſic hi frequẽter de bono in malum mutantur: & ideò in bono non radicãtur. Tentatione nempe probatur ſi uerbum Dei radices fixerit: ſicut impetu uentorum apparet ſi arbor bene radicata ſit: tales inſtabiles ſunt de familia regis Saul, qui inter Prophetas erat Propheta, & inter ſtultos ſtultus. *Aliud cecidit inter ſpinas*, id eſt in corda diuitiarum ambitione ſollicita: & ſollicitudinibus earum lacerata: ac curis tẽporalibus nimis dedita per auaritiam, *& ſimul exortæ ſpinæ*, i. multiplicatæ diuitiæ, *ſuffocauerunt illud*, id eſt impedierunt fructum prædicationis, occupando mentem, ut in ea proficere non poſſet fructus ſpiritualis. Hi ſunt qui audiunt & afficiuntur, & proponunt bonum facere, ſed nõ perficiunt: quia ſuffocatur in eis bonũ propoſitũ, prævalẽtibus in eis curis & diuitijs & uoluptatibus. Euntes enim à loco prædicationis ad mundana, ſuffocantur: à ſollicitudinibus, quæ important auarã acquiſitionem: & diuitijs quæ notant auaram conſeruationem: & uoluptatibus uitæ, quæ importãt laſciuam fruitionem: & fructum non referunt: quia hæc tria ſemen ſpirituale fructificare non ſinunt: ſicut ſpinæ ex condenſatione ſemen immiſſum ſuffocant, & oriri non permittunt. Diuitiæ quippe & honores ſpinæ ſunt: quia ſicut ſpinæ ſuis punctionibus corpus laniant & cruentãt, ac turpe fœdum in oculis hominum reddunt: ſic amor & ambitio diuitiarũ & honorum, cogitationum ſuarum punctionibus, ac curis & ſollicitudinibus: quæ ſunt ſpes acquirendi, ac timor perdendi, & ſollicitudo conſeruandi animam lacerant: & cùm uſque ad peccatum pertrahunt, qua ſi inflicto uulnere cruentat: ac miſeram & infœlicem coram oculis Dei faciunt. Et tamẽ ſub his ſentibus, eſſe delitias multi reputant, & quando de ſpiritualibus cogitare incipiunt, ſtatim ſe temporalibus immiſcent: ac ſuffocati & emolliti rigorẽ uirtutum amittunt. Sicut ouis cõuerſans inter ſpinas, ſemper ibi de lana dimittit: ſic uacans curis temporalibus & mundo, multa bona ſpiritualia amittit. Vnde Chryſoſto. Quemadmodum ſpina undecunq; detineatur, pungit eum qui detinet: ita & ſecularia undecunque detineantur, contriſtant eum qui conſtringit ea & fouet. Sed nõ quæ ſpiritualia talia, ſed margaritæ alicui aſſimilantur, undecunque circumuolueris delectant oculos. hæc Chryſ. Vel diuitiæ dicuntur ſpinæ, quia pungũt animam in mundo, in iudicio, & in inferno. In mundo triplex eſt punctura: ſ. laboris, in acquiſitione: timoris, in poſſeſsione: & doloris, in amiſsione. In iudicio ẽt pungunt mentem: qñ Dñs dicet auaris: *Eſurijui, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & nõ dediſtis mihi bibere &c.* Iſtæ punctuæ erunt ita pœnæ, quòd ipſi auari quaſi cupiant non eſſe: quia *dicent montibus, cadite ſuper nos: & collibus, cooperite nos.* In inferno ẽt iſtæ ſpinæ pungent animam perpetuo cruciat u: quia ex eis paratur ignis, quo peccatrix anima comburitur. Et nota ordinẽ iſtorũ prædictorũ triũ ſeminum non fructificantium. Primum non germinat: ſed conculcatur, & ab auibus comeditur. Secundũ germinat, ſed non multũ erigitur: quia humorem non habet. Tertium uerò iã in ſtipitẽ eleuatur, ſed nõ fructificat: quia à ſpinis ſuffocatur. *Aliud*, ſ. quartum, *cecidit in terrã bonam*: quæ eſt nigra per deſpectũ, pinguis p affectum, culta per uirtuoſum exercitium: & ſic fecunda per fructum, i. inter fidele & deuotum, *& fert fructum*, bonorum operum. Vbi Beda: Terra autem bona, eſt electorum conſcientia: quæ omnibus prædictis tribus terris contraria facit: quia & commendatum ſibi ſemen uerbi libenter excipit: & exceptum inter aduerſa & proſpera conſtanter ad fructus uſque conſeruat. hæc Beda. *Aliud autem fecit fructum centeſimum: aliud ſexageſimum: & aliud triceſimum.* Iſta uerò triplex differentia fructuum primò poteſt conſiderari quantũ ad tres ſtatus fidelium: qui ſunt incipientes, proficientes, & perfecti. Incipientes ſunt tanquam terra quæ profert fructum triceſimum: quia ſufficit ut habeant fidem trinitatis, cum impletione decalogi. proficientes ſunt tanquam terra quæ profert fructum ſexageſimum: quia non tantum habent fidem trinitatis, & ſeruant decem præcepta: ſed etiam exhibent ſex opera miſericordiæ. Perfecti ſunt tanquam terra optima, quæ profert fructum centeſimum: quia habẽt duplicem perfectionem, ſeruantes ueteris legis præcepta, & Euangelij conſilia. Iſte triplex gradus: ſcilicet incipientium, proficientium, & perfectorum, tangitur infrà in ſecũda parabola, ubi dicitur: Vltrò enim terra fructificat: primò herbam, deinde ſpicam, & deinde plenum fructum in ſpica. Secundò poteſt conſiderari quantum ad tres ſtatus ſaluandorum: ſcilicet virgines, uiduas, & coniugatos. Aliud ergo fecit fructum centeſimum: ſcilicet in virginibus. Virgines enim nolunt multiplicari per opus carnale in alijs: ſed per opus ſpirituale in ſeipſis: & ideo ſignificantur per centenarium, qui ſit ex ductu denarij in ſeipſum. Aliud autem fecit ſexageſimum: ſcilicet in viduis & continentibus: ſexageſimus enim cõſtat ex denario ducto per ſenarium: in quo ſignificatur decalogus cum ſenario operum miſericordiæ. Aliud uerò facit triceſimum: ſcilicet coniugatis, propter fidem trinitatis, cum obſeruantia decalogi. Vbi tanguntur tres gradus caſtitatis. Primus eſt, caſtitas coniugalis: per quem gradum uitatur illicitus concubitus, licito tamen concubitu retento in matrimoniali actu. Secũdus gradus eſt, caſtitas uidualis: per quem euitatur de cætero omnis concubitus: ut animus poſsit de cætero liberius Deo ſeruire: licet poſsit licitè matrimonium contrahere. Tertius gradus eſt uirginalis, quę eſt ſuperioriſtis: per quẽ omnis concubitus ſimpliciter euitatur: ut mẽs ipſa tanquã ſponſo ſuo ſoli Deo per amorem copuletur. Vnde Theoph. Qui in centũ fructificant, ſunt qui perfectam habent uitam: ut uirgines & eremitæ. Qui autem in ſexaginta, qui medio criter ſe habent: ut cõtinẽtes, & qui in cœnobijs ſunt. Qui autem in triginta, qui parui quidem ſunt ſecundum propriam uirtutem fructum ferentes: ut laici, & qui in coniugio ſunt. Vnde & Augu. Centeſimus fructus eſt martyrum, propter ſanctitatem uitæ, uel contemptum mortis: ſexagenarius, virginum, propter ocium interius: quia nõ pugnat contra conſuetudinem carnis. Triceſimus uerò, coniugatorũ: quia hæc eſt ætas præliantium: ipſi enim acriorem habẽt conflictum, ne libidinibus ſuperentur. Hæc Auguſt. Vel triceſimum fructum affert, qui detrimentum in exterioribus bonis conſtanter ſuſtinet: ſexageſimũ, quando ſuſtinet detrimentum etiam proprij corporis, per flagellationem & incarcerationem & cætera huiuſmodi: centeſimum, quando contemnit etiam totam uitam per martyrium. Vnde Chryſo. terra bona ſunt, qui abſtinent ſe à malis, & ſecundum uires ſuas faciunt bona: & eſt iſte fructus eorum triceſimus. Si autem & omnia bona ſua contemnant, & accedant ad ſeruiendum Deo, habent ſexageſimum Si autem & præceptum imperialis ſententiæ de morte eorum proceſſerit, habent centeſimum: aut ſi bona eorũ perciſſa fuerint & filij, habent ſexageſimum: ſi autem infirmitas aliqua corporis eis contigerit, & fideliter ſuſtinuerint, habent centeſimum. Nam Iob ante tẽtationem triceſimum habuit in facultatibus ſuis iuſtè viuendo: poſt damna ſubſtantiæ & filiorum, ſexageſimum: poſt plagam autem corporis, centeſimum

fecit. Qui centeſimum habet in ſe, & ſexageſimũ habet, & triceſimum. Ecõtra qui triceſimum habet, ſexageſimum nõ habet: & qui ſexageſimũ habet, nõ ẽt centeſimũ habet. Semper enim maius, quod minus eſt in ſe habet incluſum: illud autem quod minus eſt, maius in ſe non habet. Hæc Chryſ. Item, ut dicit Remigius, ſemen uerbi Dei, triceſimum fructum facit, quando bonam cogitationem gignit: ſexageſimum, quando bonam locutionem: centeſimum, quãdo ad fructum boni operis perducit. Hi ergo per terrã bonam deſignati, in corde bono quod intendit uerbum Dei audire: & optimo quod intedit ſecundum hæc operari: audientes uerbum Dei deuotè, retinẽt fideliter in memoria, & fructum afferunt in patientia: ſ. uſque ad finem, expectando præmia: qui ſecundum Grego. dum æquanimiter proximorũ mala tolerãt, & humiliter flagella ſuſcipiunt: poſtmodum ad requiem ſublimiter ſuſcipiuntur. Et aduerte q bona terra habet cõditiones penitus oppoſitas alijs in quibus ſemen cecidit: Quia enim hi audientes uerbũ retinent: eſt contra eos qui ſunt ſecus uiã: & uenit diabolus, & tollit uerbum de corde eorum, q autem fructum afferunt, ſanctarum ſ operationum, eſt contra eos qui ſunt ſpinæ ſuffocantes Dei uerbum, quòd uerò hoc faciunt in patiẽtia eſt contra eos qui ſupra petrã: qui ad tẽpus credunt, & in tempore tẽtationis recedunt. Terra ergo mala in loca ſecus uiã petroſa & ſpinoſa diſtinguitur: ſed terra bona nõ ſubdiuiditur: quia una eſt eccleſia: una ẽ colũba mea: licet fructus & uirtutes eius ſubdiuidantur in centeſimũ, ſexageſimũ, & triceſimũ: ita ẽt & præmia diuerſa ſunt: q a differt ſtella à ſtella in præmio, ſicut & in merito. De ſemine itaq; tres partes, pro dolor, pereunt: ac una tantum ſaluatur & proficit: & neq; hoc æqualiter, ſed cũ multa differentia. Quamuis. n. ſemen diuini uerbi de ſe ſit fœcundum: ſit tñ (ut uiſum eſt) tripliciter infructuoſum. Vnde Theop. uide quomodo mali ſunt plurimi, & pauci ſaluantur: quarta .n. pars ſeminis ſaluata inuenitur. Ex quo patet q per exemplo Chriſti, prædicatõr uerbi diuini non debet ceſſare à prædicatione: licet uideat inde paucos proficere: quia faciens quod in ſe eſt, meritum ſuum non perdit. Vnde nota ſecundum Theoph. quòd nõ dixit, quòd ſeminans aliud proiecit ſecus uiam, & cætera: ſed quòd ſemen cecidit. Qui enim ſeminat, docet rectum ſermonem, ſed ſermo diuerſimodè cadit in audientes. quia ſemen quodlibet recipitur ſecundum modũ & diſpoſitionem terræ in qua ſeritur: quæ ſi ſit fertilis & culta, profert bonum fructum: ſi autem ſit ſterilis & inculta, germinat ſpinas & tribulos, uel etiam nullum fructum: ita quòd ſecundum uariam diſpoſitionem terræ, ſemen diuerſimodè proficit ad fructum: ſic in nobis ſecundum uariam diſpoſitionem cordis noſtri diuerſimodè recipitur ſemen, quod Chriſtus uerus agricola de cœlo nobis adduxit. Primùm ergo debemus uerbum Dei cum deuotione audire: ac cum gaudio & deſiderio ſuſcipere. Deinde intellige re: ac inter proſpera & aduerſa utiliter conſeruare: & deniq; fructus facere, uel centeſimum, uel ſexageſimum, uel triceſimum. In ſecunda parabola, quę eſt de zizania, deſcribitur ſtatus Eccleſiæ ſequẽs immediatè poſt mortem Chriſti & Apoſtolorũ: quia diabolus fidei in cordibus fidelium ſeminatæ inuidit: & ideò poſt Chriſti & Apoſtolorum dormitionem, per mortem aliquos inter fideles ad perfidiam hæreſis commouit, quaſi ſeminans zizaniam in medio tritici ad ipſius deſtructionem. Poteſt au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Zizania.

Augustin. trac. 18 in Ioannem. Ager Christi triplex.

Semen boni duplex.

Eccl. 1.

Seminis ex zinthio.

tem omnis immunditia in segete zizania dici: ut lolium, sterilesque auenæ, & huiusmodi. Sicut ergo zizania boni semini: sic hæreses bonis scripturis superseminantur, & eis se admiscent. Vnde Augustinus. Neque enim natæ sunt hæreses & quædã dogmata peruersitatis illaqueantis animas & in profundum præcipitantis, nisi dum scripturæ intelliguntur non bene: & quod in eis non bene intelligitur etiam temerè & audacter asseritur. Et notandum quòd Christus habet triplicem agrum suum proprium: in quo seminat triplex semen bonum. Primus ager est mundus, in quo Christus seminauit semen uerbi Dei, siue doctrinam ueritatis. Secundus ager est ecclesia catholica: in qua Christus seminauit fideles homines qui sunt filij regni, id est sancti & electi uiri, qui inter filios regni computantur. Tertius ager est anima: in qua Christus seminat duplex semen bonũ. Primum semen est bona uoluntas: & hoc semen debet proferre fructum bonæ operationis. Secundum semen est cognitio sui, mundi, & Dei. Ex cognitione sui, quasi ex quodam semine oritur dolor, secundum illud Ecclesiastes: Qui addit scientiam: addit dolorem. Ex cognitione mundi oritur timor: quia i medio laqueorum homo ingreditur. Ex cognitione Dei oritur amor: quia ipse est creator, redemptor, & glorificator. Primum ergo semen seminat Deus in agro affectus: secundum, in agro intellectus: sed inimicus diabolus superseminat zizaniam, scilicet errores in intellectu, & cogitationes malas in affectu. Hoc semen tripliciter extinguitur. Primò, igne contritionis. Secundò, per præcisionem confessionis. Tertiò, per eradicationem satisfactionis. Studeat ergo anima fidelis, ut semen Dei in ea germinet sanctis desiderijs, & operibus uirtuosis. Hic autem ager, scilicet anima, sepitur fide, aratur prædicatione, compluitur pluuia gratiæ, & rore misericordiæ. Secunda itaque parabola est de zizanijs & lolijs, bono semini superseminatis, quæ describit cœtũ hæreticorum. *Simile est enim regnum cælorum*, id est Ecclesia militans, seu status eius, *homini*, scilicet Christo, qui dat regnare in cœlestibus: & cui seruire regnare est, *qui*, per se & Apostolos, *seminauit in agro suo*. id est in mundo, seu in Ecclesia labore & sanguine Christi excultã, *bonum semen*, i. sanctam doctrinã & fidem catholicam: ac eos quos filios regni uocat.

Cõparatio factorum.

Et nota hîc quòd in istis parabolis non fit comparatio personæ ad personam: sed negocij ad negociũ, seu facti ad factũ. ac si diceret: factũ quod agitur circa regnum cœlorũ & circa Ecclesiam, simile est tali facto uel negocio. *Cùm autem dormirent homines*, id est custodes, interius, qui ad tutelam & custodiam sunt deputati: per quos figificãtur prælati, quorum somno. i. negligentia interueniente diabolus superseminat zizaniam, seu lolium. Dormiũt enim prælati tripliciter: uel cùm torpent inertia, uel cùm resoluuntur lasciuia, uel cùm præmuntur ignorantia siue culpa. Hæc autem dormitio non solum significat superiorem negligẽtiam, circa custodiam gregis, sed et negligentiã cuiuslibet circa custodiam suæ propriæ personæ & salutis. Vtramque enim negligentiã explorat diabolus: & sic per suggestiones malas seminat zizaniam in cordibus humanis. *Cùm ergo dormirent, uenit inimicus*, id est diabolus, *& superseminauit zizaniam*, id est errores & sequẽtes iniquitates, ac eos quos filios maligni Dominus interpretatur, *in medio tritici*, id est electorum: hoc est, hæreticos permiscuit electis. Zizania alio nomine dicitur loliũ: &

Zizania.

A est fœminini generis in singulari: sed neutri uel fœminini in plurali. Vnde est uersus:

Est zizania, sunt zizania plura, niæque.

Et dicunt aliqui quòd zizania in singulari penultimam producit: sed in plurali corripit. Vigilent ergo præpositi Ecclesiæ & subditi: ne per eorum negligentiam diabolus ualeat zizaniam seminare. *Cùm autem creuisset herba*, per profectum fidei: *& fructum feciſſet*, per effectum operis boni: quia fides sine operibus mortua est: *tunc apparuerunt zizania* per manifestationem errorum & sordium peccati, & persecutionem fidelium Christi. Et cùm serui hoc Domino dicerent, *ait illis: Inimicus homo fecit hoc.* Diabolus dicitur inimicus homo: quia sub similitudine rationis humanæ hominem decipit. uel ex eo quòd homini à principio inimicatus sit. uel ab euentu: quia hominem uicit. sicut ab Africa, dicitur Scipio Africanus: quia Africam deuicit. Serui isti sunt patres antiqui, qui fuerunt in primitiua Ecclesia: qui admirãtes perfidiam hæresis insurgentem in ea, accesserunt ad Deum per orationem, inquirentes unde oriretur talis perfidia: quibus fuit diuinitus reuelatum, quòd hoc erat ex diaboli opere, Deo permittente factũ: & hoc ut stabilitas probaretur fidelium. Diabolus quidem in mundo seminauerat tria semina pestifera: scilicet ignorãtiam obtenebrantem, culpam infrigidãtem, & miseriam ignominiosam. Ideo de cælo uenit cœlestis agricola, portans tria semina illis contraria: scilicet sapientiam illuminantem, gratiam inflãmantem, & gloriam exaltantem. Seminauit quoque Christus sanctam doctrinam & fidem catholicam: & superseminauit diabolus errores & iniqtates multiplices. Seminauit Deus in mundo pacem & fraternam charitatem: superseminauit diabolus inuidiam & malam uoluntatem. Seminat etiam Deus quotidie in agro interiori, id est mente, bona proposita: diabolus superseminat desideriacarnalia. Seminat Deus in agro exteriori, i. in corpore munditiã & puritatem: superseminat diabolus immunditiã & carnalitatem. *Serui autem dixerunt*, id est sancti patres per orationem diuinum consiliũ quæsierunt. *Vis imus et colligimus ea?* separando malos à communitate Ecclesiæ, per excommunicationem: & tandem dimittendo iustitiæ seculari, exterminandos per mortem. *Et ait: non, ne forte colligentes zizania, eradicetis simul*, cum eis, *& triticum*, id est, illud quod est triticũ quò ad se: sicut si aliquis fidelis dãnaretur sola suspitione, uel quod est triticum quò ad alios: sicut si eradicatur non primò uictus: tunc alij fideles scandalizantur: quia nõ seruatur ordo iuris: & sic eradicatur triticũ, i. alij fideles per scandalum: uel quod est futurum triticum: quia modo est aliquis malus, qui eras erit bonus. Vbi prohibetur eradicatio festinata, damnosa, & suspiciosa. Festinata est, quam non præcedit admonitio. Damnosa est, quando multitudo est in causa uel princeps: nisi fuerit causa manifesta redundans in iniuriam Ecclesiæ. Vnde Augustinus. dicit quòd aliquando tolerãdi sunt mali pro pace Ecclesiæ: quando timetur de Schismate. Suspicio sa est, quando non habetur certitudo de alicuius hæresi uel uitio. Tales ergo non sunt excludendi: quia in his tribus modis prohibetur hîc eradicatio fieri. *Sinite utraque*, scilicet zizaniam & triticum, malos & bonos, *crescere usque ad messem*, id est usque ad consummationem seculi & diem iudicij. & hoc est intelligendum de illis qui non sunt notorij neque pertinaces: neq; per eos imminet uniuersale dãnum

Lucæ. 2. d.

Sustinetur malis tribus de causis.

Uni mitus homo dicitur diabolus.

Eradicatio triplex.

Augustin. l. 3. cõtra. Parmenianum to. 7.

Ecclesiæ.

Ecclesiæ. Hic datur pœnitentiæ locus, & discretionis exemplum. In hoc enim monemur ne occultorum iudicium nobis usurpemus: sed Deo illud reseruemus, qui tribuit unicuique iuxta opera sua.

1. Cor. 6.

Nec istud est contrarium Apostolo: qui ait: *Auferte malum ex uobisipsis*: quia hoc dictum Domini intelligitur de ambiguis: illud autem Apostoli, de manifestis. Hic etiam innuitur diuina benignitas, & patientia dilationis: sustinet enim patienter diuina clementia zizanias cum tritico, hoc est malos cum bonis. Sustinet autem eos tribus de causis. Prima, ut si uelint conuertantur, & per bonos adiuuentur. Secunda, ut iusti plurimũ Deo regratientur, quòd electi sunt per gratiam de numero pereuntium: & eorum comparatione, plus nitantur ad bonum. Tertia, ut bonis proficiant, & eis merita sua augeãt. Prosunt enim mali bonis purgando: ut si qua est in eis peccati rubigo, eliminetur. Exercitando: ut virtus in bonis latens manifestetur. Ac stimulando ut electi in uia huius exilij segnes nõ efficiantur, sed ad patriam suam festinent. Et coronando: quia dum tribulationes iustis ingerunt, lapides preciosos in corona cœlestis gloriæ apponunt. Seruiunt ergo mali bonis, prædictis modis: & ideo permittuntur uiuere cum eis. Deinde Dominus subiungit: *Et in tempore messis*, id est iudicij & finalis consummationis, *dicam messoribus*, scilicet Angelis: *Colligite primum zizania*, id est malos, à consortio bonorũ eos excludendo: & hoc quò ad pœnam damni: & sequitur pœna sensus: *& alligate ea in fasciculos ad comburendum*: quia ministerio Angelorum separabuntur tunc mali de medio iustorum: & mittentur in infernum, qui creditur esse in centro terræ: & terra vallatus undique. Et bene dicit, *in fasciculos*, non in uno fasce: quia unusquisque punietur pro modo peruersitatis suæ: & simul erunt immundi cum immundis, gulosi cum gulosis, auari cũ auaris, superbi cum superbis, & sic alij impij cũ suis similibus: ut qui socij fuerunt in culpa, simul torqueantur in pœna. Quò ad pœnam sensus, erunt plures fasciculi: sed unus erit quò ad pœnam damni. Et subditur: *Ibi erit fletus*, id est dolor uehemens ex damno: scilicet pro carentia uisionis diuinæ: & exponitur pro tristitia & dolore: quia fortè non erunt ibi corporales lachrimæ: *& stridor dentium*, id est passio urgens ex pœna sensus: & tormento, scilicet pro pœnarum acerbitate. In quo signatur duplex pœna inferni. Vna ex parte mentis: scilicet tristitia uehemens: quæ significatur per fletũ. Et alia ex parte corporis: quæ significatur per stridorem dentium. Vel fletus, ex calore dissoluente: & stridor dentium, ex frigore constringẽte. unde Iob: *Ab aquis niuium, transibit ad calorem nimium*. Deinde sequitur: *triticum autem*, id est fideles & electos, qui in area mundi sunt triturati flagellis & afflictionibus, & tentationibus uarijs: ita ut in eis uulla sit palea uel macula, *congregate in horreum meum*, scilicet cœlestium mansionum. Et tunc iusti fulgebunt sicut sol: & hoc per dotem claritatis, ex gloria animæ ad corpus redundante. Vbi Chrysostomus. Non quia ita solum sicut sol: sed quia hoc sydere aliud magis luculentum non noscimus, cognitis nobis ytitur exemplis. hæc Chrysostomus. Comparatur autem gloria iustorũ soli, maximè quò ad corpus: quia anima glorificata, multo pulchrior erit sole. In sole autem quatuor dotes corporis glorificati notantur: scilicet Claritas: quia in creaturis inferioribus nihil sole est clarius. Agilitas: quia exiens

Fasciculi malorum.

Pœna inferni duplex.

Iob 24. c.

Chrysost. hom. 18. in Matth.

Soli comparatur gloria iustorũ. Dotes solis quatuor.

A ab Oriente, statim apparet in Occidente. Subtilitas: quia transit per uitrum illæsum. Impassibilitas: quia radius eius non læditur, nec maculatur. Et subditur, in regno patris eorum: ergo tanquam filij regis accipient regnum decoris. O quàm gloriosum est regnum. in quo sancta societas: quia iusti. in quo perfecta claritas: quia fulgebunt. in quo perfecta delectabilitas: quia sicut sol: dulce enim lumen est & delectabile. in quo sublimis dignitas: quia in regno. in quo paterna charitas: quia patris eorũ. Hanc parabolam secundam tangit Marcus, faciens tantum mentionem de bono semine, quod ad solos electos pertinet: qui tanquam triticum & frumentum, in horreum æternæ beatitudinis colligentur, quando zizania & lolium in caminum ignis mittentur. Vnde comparat regnum cœlorum, id est Ecclesiam quæ à Deo regitur, & homines regit: homini iacienti semen in terram &c. Per semen intelligitur uerbum uitæ: quod homo scilicet Christus seminauit in corda humana: & dormiuit per mortem. *Exurgit*, autem semen, *nocte & die: ac germinat & crescit*, quia post somnum Christi, numerus credentium per aduersa & prospera germinauit in fide & creuit *in opere*, *diè nescit ille*, hoc est nescire nos facit, quem scilicet fructum usque in finem afferat: & *terra ultrò fructificat*, quia uoluntate adducitur, ut fructum faciat, *primò herbam, deinde spicam, & tandem plenum fructum*. Ex semine enim isto recepto in aliquo homine, primò concipitur timor diuinorum iudiciorum, & significatur per herbam, quæ est quid imperfectũ: & quia ex timore cessat homo à malis, & incipit se exercere in bonis: ideo secundò concipitur spes diuinorum beneficiorum, quæ significatur per spicam, in qua est iam spes grani futuri. Tertiò ex hoc datur charitatiuus amor, qui habet opus perfectum: & ideò significatur per plenum granum: quia, ut dicit Apostolus, *Plenitudo legis, est dilectio*. Vel, *terra fructificat primò herbam: deinde spicam: deinde plenum fructum*: hoc est timorem, pœnitentiam, & charitatem. Illi qui generat herbam, id est timorem, sunt incipientes, qui debent incipere à timore. Sicut enim herba est principium spicæ: sic timor Domini est principium uitæ, & initium sapientiæ. Illi qui generant spicam, id est pœnitentiam duram, sunt proficientes: qui sicut delectati sunt in peccatis, sic debent se affligere in pœnitentia & lamentis. Illi qui producunt plenum fructum, id est charitatem, & bonorum operum plenitudinem, sunt perfecti, qui habent charitatem Dei & proximi: quia plenitudo legis est charitas: & tunc est homo dispositus, ut de statu gratiæ transeat ad gloriam. Et ideo Dominus tunc, *mittit falcem*, id est mortem, abscindendo iustos de præsenti uita, ut transferat ad gloriam: *quoniam adest messis*, id est collectio iustorum in patria. Secundum Gregorium. Semen homo iacit in terram: cùm cordi suo bonam intentionem inserit. Et postquam semen iactauerit, dormit: quia iam in spe boni operis quiescit. Nocte uerò exurgit ac die: quia inter diuersa & prospera proficit. Et semen germinat, & crescit dum ille nescit: quia & cùm adhuc metiri incrementa sua non ualet: semel concepta uirtus ad profectum ducitur. Et ultrò terra fructificat: quia præueniente se gratia, mẽs hominis spontanea ad fructum boni operis assurgit. Cùm ergo desideria bona concipimus: semen in terra mittimus. Cùm uerò operari recta incipimus, herba sumus: cùm autem ad profectum opus trahi-

Spes.

Roma. 13.

Gregorius hom. 15 in Euãgelia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus, ad ſpicam peruenimus: cumque in eiuſdem operis perfectione ſolidamur, iam plenum frumentum in ſpica proferimus. Omnipotens autem Deus in productum fructum falcem mittit, & meſſem ſuam deſecat: quia cũ unũquemq; ad opera perfecta perduxerit, eius tẽporalem uitam per immiſſam ſententiam incidit: vt granum ſuum ad cœleſtia horrea perducat. Vide ergo ne ſis tantum in herba uel ſpica, & maturitatem expectes in purgatorij pœna: non enim fructum immaturum congregat Deus in horreum ſuum. Nullus tamen qui ad bonũ propoſitum adhuc in mentis teneritudine eſſe conſpicitur, deſpiciatur: qui ia frumentum Dei ab herba incipit ut granũ fiat. In tertia parabola, quæ eſt de grano ſinapis, deſcribitur Eccleſiæ ſtatus ſequens immediatè poſt ſurrectionem hæreſum, quia contra hæreſes inſurgẽtes, ſuſcitauit Dñs in Eccleſia doctores ſanctos literatos: ut per rationem & ſcripturam confutarent hæreticos: & licet primò fuerint humiles & abiecti: tamen diuina diſpoſitione fuerunt poſtea exaltati. Tertia ergo parabola eſt de exaltatione Eccleſiæ: ac prædicationis fidei & Euangelij: in qua comparatur regum cœlorum grano ſinapis. *Simile eſt enim regnum cœlorum*, id eſt prædicatio Euangelij, quæ dicitur regnũ: quia docet regere manũ, cuius ciues ſunt operare: regere os, cuius ciues ſunt uerba: regere cor, cuius ciues ſunt cogitationes & deſideria: *grano ſinapis*, qui calefacit in amore: uenenum expellit, id eſt errorem: caput purgat, id eſt mentem: quod accipiens homo, ſcilicet Chriſtus à patre, *ſeminauit*: & per ſe & per diſcipulos ſuos, *in agro ſuo*, id eſt in mundo, *quod minimum eſt omnibus ſeminibus*, id eſt omnibus diſciplinis: uel quia uix ei in principio creditur: uel quia docet quæ in mundo minima & uilia reputantur: quia ampulloſitati uerborum non innititur, *cùm autem creuerit*, per diuulgationem, *maius eſt omnibus oleribus*, id eſt ſcientijs, phyſicis, naturalibus, & poeticis, quæ dicuntur olera: quia citò decidunt: nec fructum æternum, ſed temporalem habent, *& fit arbor alta*, per eius ſublimationem: fructifera, per eius vtilitatem: *ita ut uolucres cœli*, id eſt animæ credentiũ cœlos affectantium, *ueniant*, per fidem, *& habitent*, per amorem, *in ramis eius*, id eſt in dogmatibus: vel *uolucres*, id eſt prædicatores qui ut nubes uolant, *ueniant*, ſtudendo, *& habitent*, meditando & operando, *in ramis eius*, id eſt diuerſis expoſitionibus & ſententijs. quatuor enim rami ſunt: hiſtoria, tropologia, allegoria, anagoge. Vnde, *regnum cœlorum*, poteſt hic intelligi primitiua Eccleſia: quæ ratione humilitatis, paupertatis, & paruæ multitudinis, quæ uidebatur etiam abiecta: ſed uirtute eſt magna: uel pro feruore fidei, quæ modica uidebatur propter ſcandalum crucis: ſed feruida eſt propter calorem dilectionis, paruo, *grano ſinapis*, comparatur, *quòd cum ſit minimum*, quantitate: tamen eſt magnum in uirtute & calore, quæ creuit in arborem magnam: quia ubique orbis eſt expanſa, habens ſtipitem per ſpem: & ramos exaltatos, per dilectionem Dei: dilatatos, per charitatem proximi. Alta eſt, quia ad cœleſtia ſuſtulit: ampla, quia totum mundum occupauit. Quam arborem aſcendit Zachæus ut Chriſtum uideret: quia niſi in Eccleſiæ & fidei arbore Chriſtus non uidetur. *& uolucres cæli*, id eſt principes huius mundi, alta petentes, uel alti intellectu, ſcilicet huius mundi ſapientes, *habitant in ramis eius*, & ei ſubiecti reguntur eius conſilio. Vel *uolucres*, id eſt ſancti, qui pennis uirtutum in alta aſcendunt, & ad præ-

Tertia parabola ad turbas.

Parabola tertia.

Luca 13.

A mia cœleſtium bonorum uolare contendunt, *habitant in ramis eius*, id eſt in diuerſis eius ſententiis ſpiritualibus. Rami Euangelicæ arboris, ſunt dogmatum diuerſitates: ut pro uarietate morborum, uaria ſit medicina, in quibus unaquęque uolucrum, id eſt animarum iuſtarum requieſcit. Volucres enim cœli ſunt animæ fideles, quæ cor à terrenis leuantes ad cœleſtia per deſiderium uolant: & neglectis temporalium rerum cupiditatibus, ſurſum cor habent in cœleſtibus: atq; in ſanctorum dictis & conſolationibus reſpirant: & requieſcunt ab huius uitæ fatigationibus. unde Pſal. *Quis dabit pennas ſicut columbæ: & uolabo & requieſcam?* Aſſumamus ergo & nos pœnas columbæ: ut ad altiora uolantes poſſimus in ramis huius arboris habitare: & nidulos doctrinarũ nobis facere, terrenaq; fugientes, ad cœleſtia feſtinare. Magnum quoq; & feruens ſit nobis deſiderium exaltãdi fidem noſtrã: ut Dominus Ieſus Chriſtus ab omnibus timeatur, cognoſcatur, & ametur. In quarta parabola quæ eſt de fermento, deſcribitur ſtatus Eccleſiæ ſequens exaltationem prædictorum ſanctorum: quia per diligentiam eorum ad prædicandum, iam fides ubique eſt diuulgata. In hac ergo parabola comparat regnum cęlorum fermento, *quod mulier abſcondit in tribus ſatinæ ſatis*. Eſt autem ſatũ mẽſura in Paleſtina capiens unum modium & dimidiũ. Regnum cœlorum eſt Eccleſia militans: in qua Deus per fidẽ regnat: uel doctrina fidei, quæ regnum cœlorũ prædicat: mulier autem Dei ſapientia, uel diligentia ſanctorum ad prædicandum vſquequaque fidem catholicam. Tria uerò ſata farinæ ſunt tres partes mundi: ſ. Aſia, Africa, & Europa, uel tres linguæ, ſ. Hebræa, Græca, & Latina. Fermentum autẽ licet in ſcriptura frequentius accipiatur in malo, eo quòd eſt corrupti uum: tamen quia aliud eſt fermentum zizaniæ, & aliud fermẽtum tritici, hic accipitur in bono tantũ: & propter uirtutẽ alterandi ſignificat uerbũ Euangelicum, quod ad fidẽ tranſmutauit magnã partẽ mũdi, & adhuc amplius tranſmutabit ipſum. Vnde in figura in pentecoſtem, quæ celebratur à Iudæis propter beneficiũ legis datæ quinquageſima die ab exitu de Aegypto, quæ fuit euãgelij figura, offerebantur duo panes de ſimila fermentata. Mulier ergo, i. Dei ſapiẽtia, uel ſanctorum diligentia, accepit fermẽtũ: quod propter calorem intrinſecum & incluſum, legem Euangelicam, quæ eſt lex amoris, & feruorem fidei ſignificat: & abſcondit ſeu poſuit in tribus farinæ ſatis, donec fermentaretur totum. Hoc enim fermentũ poſitum fuit in tribus mundi partibus à tempore Apoſtolorũ: & amplius ponetur donec fermentetur totũ: & multiplicetur fides trinitatis per totum mundum: quia inde totum penè mundum iam fermentatum & uiuificatum in Eccleſiæ corpus ereuiſſe uidemus: ſicut modicum fermenti magnam farinæ maſſam tranſmutat in ſuiipſius uirtutẽ, ac uiuificat & creſcere facit. Secundum Bedam: Mulier, id eſt anima ſancta, abſcondit per rectam intentionem à mundi laudibus occultando fermentum, id eſt dilectionem, in tribus ſatis farinæ, id eſt in tribus modis diligendi: ſcilicet ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente. uel in tribus animæ uiribus ſcilicet rationali, concupiſcibili, iraſcibili: in quibus charitas ſiue doctrina abſconditur, donec totam mentem in ſui perfectionem commutet: quod quidem hic inchoatur: ſed in futuro perficitur. Secundum Hilarium, farina eſt plebs ex diuerſis collecta: tria ſata, triplex ſtatus fidelium; ſcilicet Noe, Daniel,

Arboris euãgelicę rami.

Pſal. 54.

Pentecoſte.

Beda in c. 8. Luce.

Modi diligendi tres.

Farina. Hilarius in can. 13. in Matth.

niel, Iob. vel quia de tribus filijs Noè proceſſit totum genus humanũ: cui Dei ſapientia fidem & Charitatem, & ſanam doctrinam commendat in præſenti, donec totum fermentetur, id eſt donec in fine mũdi completo numero electorum fideles ad reſurrectionis gloriam perueniant: & tunc perfecta calefient charitate: modo enim eſt ignis paruus: ſed tunc erit caminus, *hæc omnia*. ſ. prædicta & talia multa, *locutus eſt Ieſus ad turbas in parabolis*, & licèt alia multa ſine parabolis dixerit turbis: tunc tamen nihil ſine parabolis dixit eis: vt ſcilicet mouerentur ad interrogandum de auditis. Quia enim hominibus rudibus loquebatur de regno Dei: opus erat induci eos talibus parabolis: & rerum ſenſibilium eis cognitarum ſimilitudinibus ad diuinorum arcana: ut ex his quæ animus nouit, ſurgat ad incognita: & exemplo viſibilium, rapiatur ad inuiſibilia: ac per ea quæ uiſu didicit, diſcat amare quæ non nouit: ut qui cœleſtia capere non poterant, per ſimilitudinem terrenam audita perciperent. Parabola enim Græcè, ſimilitudo dicitur Latinè: per quam ueritas demonſtratur: & in qua aliud dicitur, & aliud rationabiliter intelligitur. Vnde ſubdit admonitionem, *hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi audiat*. Hanc admonitionem addit Dominus in locis pluribus. Nam ſecundum Hieronym. ubicunque ponitur hoc uerbum, deſignatur myſticus intellectus: quia ſub verbis parabolicis, alius ſenſus eſt per intellectum requirendus. Et ſecũdum Bedam, aures audiendi ſunt aures cordis & ſenſus interiores: ſcilicet aures intelligendi, obediendi, & faciendi quæ iuſta ſunt. Innuit ergo triplicem auditũ: ſcilicet ſentiendi, intelligendi, obediendi. Primus eſt exterior in corpore: de quo dicit, *qui habet aures*. Secundus interior in mente: de quo ſubdit, *audiendi*. Tertius vtrunque complectens: de quo addit, *audiat*. Primus auditus eſt ſenſitiuè. Secundus, intellectiuè. Tertius, affectiuè. De his dicitur in Pſal. per ordinẽ. *Audi filia*, quò ad primum, *& uide*, quò ad ſecundum: *& inclina aurem tuam*, quò ad tertium. Et in Iob: *Auditu auris audiui te*. In hoc autem quòd Ieſus hæc dicens clamabat, tangitur magnitudo affectus eius in prædicando. Clamor enim iſte, ſignum erat magni affectus in ipſo. De hoc clamore Chriſti, dicit Augu. Intonuit Dominus Ieſus Chriſtus clamãs, dictis, factis, uoce, uita, deſcenſu, aſcenſu, ut redeamus ad eum: clamat ſurdis, vt audiant: clamat dormientibus, ut euigilent: clamat tranſeuntibus, ut attendant: clamat ignorantibus, ut intelligant: clamat errantibus, ut redeant: clamat peccatoribus, ut pœniteant. Clamauit quippe prædicando, clamauit orãdo, clamauit Lazarũ reſuſcitando: clamauit tãdẽ moriẽdo: quotidie in cęlis exiſtens clamat ad nos, dicẽs: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos*. Et nos miſeri adhuc tantos clamores contemnimus. hæc Auguſtinus. *Tunc dimiſit turbis*, quæ eum non interrogauerunt: & ſecedens à tumultibus, *uenit in domum*, ut diſcipuli tanquam digniores haberent opportunitatem quærendi & interrogandi eum. *Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius*, tanquam familiares: non tam corpore, quàm diſcendi voluntate, quærentes, *quare in parabolis*, loqueretur turbis, cùm ipſi non caperent: & petentes ut eis parabolas exponeret. Quia enim percipiebant Chriſtũ myſticè loqui, quæſierunt intellectum, & ſibi exponi. Qui reſpondens ait: *Vobis*, credentibus, uobis humilibus, vobis obedientibus, uobis mihi adhærentibus & dilectis, uobis mundo abiectis & odioſis.

Parabola.

Aures audiendi.

Hieronym. in c. 13. Mat.

Beda in c. 8. Luce.

Auditus triplex.

Pſal. 44.

ob. 42.

Clamor Domini.

Matth. 11.

A Vobis uolentibus, & ſimpliciter dignis, ac ueſtris ſequacibus ad me accedentibus, *datum eſt*, diuinitus, & ex gratia Dei, non ex merito ueſtro, *noſſe apertè* ſine parabolarum inuolutione *myſteria regni Dei*, id eſt ſecreta & intelligentiã ſacræ ſcripturæ quæ cõtinet ſtatuta atque decreta illius regni ſeu abdita: & profunditatem ueritatis Euangelicæ: quæ ducit ad regnum cœleſte. Vel *myſterium regni cœlorum*, id eſt eccleſiæ militantis, ſiue triumphantis. Apoſtoli enim erant quaſi fundatores eccleſiæ poſt Chriſtũ: & ideò ad ipſos pertinebat ſcire ſecreta eccleſiæ: de quibus erat proceſſus eccleſiæ uſque ad finem mundi: quia iſta erant futura in diuina diſpoſitione præordinata: & iſtud poteſt hìc uocari *myſterium regni cœlorum* id eſt ſecretum eccleſiæ. *Cæteris autem*, qui foris ſunt: qui clauſis ſenſibus non curant intrare & cognoſcere ueritatem, ſcilicet vulgaribus turbis, ſeu etiam Scribis & Phariſæis incredulis: non eſt datum neq; conceſſum iſta intelligere: & propter hoc loquebatur eis talia parabolicè, *ut uidentes*, id eſt uidere ſe reputantes, non uideant ſecundum ueritatem, *& audientes*, id eſt intelligere ſe putãtes, *non intelligant*, ſententiam interiorem: nam hæc eſt una cauſarum quare Dominus loquebatur in parabolis: ut ſcilicet ueritas occultaretur malis, & boni ad inquirendum exercerentur in eis. Vnde ſequitur: *Qui habet*, ſcilicet amorem uerbi, *dabitur ei*, ſcilicet intelligentia uerbi amati, *& abundabit*, ſcilicet ſenſu intelligendi: quia habẽtibus deuotionem & fidem, datus eſt uerus ſacræ ſcripturæ intellectus. Dicitur enim in Luca, quòd aperuit eis ſenſum ut intelligerent ſcripturas: & ex abundanti reuelatus eſt eis eccleſiæ proceſſus. Item *qui habet* opus, *dabitur* ei intellectus, *et abundabit* augmento profectus. Item *qui habet* gratiam, *dabitur ei* perſeuerantia, *& abundabit* gloria: quia gratiam & gloriam dabit Dominus. *Qui autem non habet* ſcilicet amorem uerbi *id quod uidetur habere* ſcilicet naturali ingenio, uel literarum ſtudio, *auferetur ab eo*: quia nulla ueræ ſapientiæ gaudebit dulcedine. Vnde non habentibus fidem & deuotionem ad Chriſti doctrinam, intellectus ſcripturæ ueteris teſtamenti ablatus eſt propter eorum incredulitatem: & datus eſt Gentibus propter eorum fidem. Item qui non habet opus: id quod uidetur habere, ſcilicet intelligentiæ, auferetur ab eo: quia fides ſine operibus mortua eſt. Item ſicut auarus multas habet opes & nullas: & ſic qui non diuinam ſapientiam habet, nullam habet: quia ſecundum Hierony. literas neſcit, qui ſacras ignorat. Secundum Ambro. intelligitur, quod habet, id eſt quod ſe putat habere. Seorſum autem, ſcilicet in domo, diſcipulis ſuis diſſerebat omnia. Vnde patet quòd non ſolum parabolas, de quibus eum interrogabant: ſed etiam alia ibidem eis expoſuit: licet de aliarum expoſitione mentio hìc non fiat. Et tunc etiam in parabolis locutus eſt diſcipulis: propoſuitque eis tres parabolas alias à prædictis. In qua rum prima quæ eſt de theſauro abſcondito in agro: deſignatur ſtatus eccleſiæ ſequens poſt prædictum: quia diuulgata fide in orbe terrarum per prædicationem ſanctorum: multi ualentes & literati uiri, ut Auguſtin. & alij, ad fidem catholicam conuerſi, inceperunt ſe exercere, & ſcientiam ſuam ad utilitatem animarum conuertere. Aſſimilat ergo regnũ cœlorũ, id eſt cœleſtem patriam theſauro abſcondito in agro: qui ager omnibus uenditis emitur, ut theſaurus ibidem inuentus habeatur. Ager iſte, labor eſt in exercitio uitæ actiuę, & operibus omnibus miſericordię

Apoſtoli fundatores eccleſię.

Auferri à nõ habẽte.

Ambroſius ſermo. 80.

Parabola prima diſcipulis dicta.

Theſaurus abſconditus

in

in regimine ecclesię. Thesaurus autem absconditus, est præmium cœleste: cuius diuitiæ nondum omnibus apparent manifestè, secundum illud Psal. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus te.* Inuenitur tamen ipse thesauros, & si non ad plenum: quoniam sanctorum doctrina & prędicatio qualis quantauè sit, ex magna parte declaratur: hunc autem thesaurum inuentum abscondit, qui cognito qualis sit corde retinet, & mente diligit: eiusque nullo modo obliuiscitur. *Et præ gaudio illius uadit* pedibus mentis ipsum affectando, *& vendit vniuersa quæ habet* temporalia ac voluptates carnis, & desideria terrena contemnendo. *Et emit agrum illum*, omnibus alijs dimissis in agro Dominico propter cœleste præmium laborando: & totaliter cœlestibus inhiando. Contemnere ergo secularia debet, vt totum possideat: & vt sit ei potestas vtendi thesauro cum agro: quia cœlestes diuitiæ non nisi damno seculi possidentur ab aliquo. Ad laudem virginum exprimitur ista parabola: & sic thesaurus in agro, est virginitas in carne. Circa istum thesaurũ consideranda sunt tria. Primum est, quòd inueniatur. Secundum, quòd inuentus abscondatur. Tertium, quòd absconditus cæteris præponatur. Non autem inuenitur in luxuriosis: non absconditur in uaniglorioſis: non præponitur in auaris: sic ergo habemus triplicem uirtutem: scilicet virginitatis, humilitatis, & paupertatis. Virginitas nouit thesaurum inuenire, vt habeatur: humilitas nouit thesaurum abscondere, ne amittatur: paupertas nouit thesaurũ omnibus præponere, ne vilipendatur. In secunda parabola quæ est de Margarita, declaratur status ecclesiæ immediatè sequens præcedentem: quia post statum prædictum inceperunt aliqui contemptis mundi diuitijs & honoribus, intendere vitę contemplatiuæ: sicut beatus Benedictus & alij sequentes eũ in diuersis statibus & gradibus religionũ. Et iste status figuratur per Margaritá quæ inuenitur in conchilijs maris: quia religio fundatur & nutritur in humore deuotionis. Ista autē margarita dicitur una & preciosa. Vna: quia hominem unit: Actiua autem vita magis diuidit: & propter hoc dicitur quòd Martha erat circa multa occupata: Maria verò circa unum intenta. Dicitur etiã perciosa: quia vita contemplatiua simpliciter & absolutè melior est quàm actiua: licet in casu actiua sit magis fructifera: propter quòd dicitur: Maria optimam partem elegit. Assimilat ergo, *regnum cælorum*, id est præsentem ecclesiam, *homini negociatori*: quia sicut homo ille vnius margaritæ desiderio omnia uendit & emit eam: sic & ista, *inuenta una preciosa margarita*, scilicet dulcedine vitæ contemplatiuæ, *uadit*, ad forum spiritualium mercationum, *& uendit omnia quæ habet*, per contemptum terrenorum, *& emit eam*, per conatum & desiderium ęternorum. Moraliter in hac parabola, proponuntur nobis tria imitanda: scilicet officium sanctorum, studium morum, desiderium ęternorũ. Officium notatur, in negociando: studium, in quærendo: desiderium, in operando. Fœlix qui nouit negociari spiritualiter: siue quantum ad statum actionis, operibus misericordiæ intendendo: siue quãtum ad statum perfectionis, pro Christo omnia relinquẽdo: siue quantum ad statum supererogationis, per prædicationem animas Deo lucrificando. Item fœlix negociator, qui nouit quærere non nociua, sicut ambitiosi: non inutilia sicut curiosi: sed salubria, sicut sancti. Item fœlix qui inuentis bonis mercibus bene nouit lucrari: qui. s. abijt à se, per carnis mortificationẽ:

Psal. 30. — *Virginum laus.* — *Secũda parabola ad discipulos. Margarita.* — *Luca. 10. g.* — *Moraliter imitanda tria.*

vendidit terram pro cœlo, per omnium abrenunciationem: comparauit eam, per propriæ voluntatis subiectionem. Et quia iste status duraturus est vsque ad finem mundi: ideo non ponitur alia parabola post istam nisi illa quæ finem mundi significat: quæ est de sagena in mare missa. Igitur quia sub parabola thesauri & margaritæ, induxit nos ad æternæ beatitudinis amorem: consequenter sub parabola sagenæ, inducit nos in timorem: ut mala caueamus & bona sectemur. Assimilat ergo, *regnum cælorum*, quod hîc notat pręsentem Ecclesiã, *sagenæ*, quia piscatoribus est commissa: & per eam quisque ad ęternum regnum de præsentis seculi fluctibus trahitur, ne ęternæ mortis profundo mergatur, *missæ in mare*, id est in mundum, qui dicitur mare propter magnitudinem, & propter amaritudinem, *& ex omni genere piscium*, id est hominum, *congreganti*, scilicet bonorum & malorum: quia missa in huius seculi fluctibus, nullum respuit: sed malos cum bonos capit: & omnis generis homines ad veniam vocat. *Quam cùm impleta esset*, quod erit in fine seculi, quando humani generis summa concluditur, & numeris electorum impletur, *educentes*, scilicet de mari & de fluctibus vitæ huius, & trahentes ad littus vitæ alterius: quia secundum Gloss. sicut mare seculum: ita littus maris est finis seculi: *& secus littus sedentes*, per immortalitatem, *elegerunt bonos in uasa sua: malos autem foras miserunt.* Nunc enim malos bonosque communiter quasi permixtos pisces sagena fidei continet: sed littus indicat quos sagena Ecclesiæ trahebat. Nam sicut non distinguuntur boni pisces & malis, quandiu sagena est intra aquas: sic in Ecclesia militante permixti sunt mali cum bonis. Sed in fine mundi trahetur ad littus per apertum iudicium: quia tunc erunt manifesta abscondita cordium. Vnde subditur: *Sic erit in consummatione seculi*, id est in fine mundi. Et dicitur consummatio tripliciter: vel quia tunc completus erit numerus electorum: vel quia terminabitur status meritorum: vel quia cessabit succesio rerum mutabilium. *Exibunt Angeli*, de cœlo empyreo ad conuocandum populũ iudicandum, *& separabunt malos de medio iustorum.* O quàm dura separatio quippe malis: quia irremediabilis, quia irreuocabilis. *Et mittent eos*, scilicet malos, *in caminum ignis*, inferni, torrendos & exsiccandos: & sic Ecclesia purgata offeretur Deo patri sine macula & ruga: tunc enim boni mittentur in vasa cœlestium mansionum: malis separatis & detrusis in infernum. Sic introductis prudentibus uirginibus, & exclusis fatuis, claudetur ianua regni cœlestis. Et subditur de pęnis malorum: cùm dicitur: *Ibi erit fletus*, præ ardore, *& stridor dentium*, præ frigore. Tunc serò mali pœnitebunt & ingemiscent: serò sibiipsis irascentur & indignabuntur quòd tam pertinaci improbitate deliquerint. Apertè in multis locis sacræ scripturæ dicitur de tormentis malorũ, ne quis se excuset per ignorantiam: & totiens commemorantur supplicia gehennalia: vt sitiamus & anhelemus ad gaudia cœlestia. Deinde ponitur cõclusio principalis: ad hoc. n. in pręDictis parabolis pscriptus est processus Ecclesiæ militantis: ut Apostoli qui erant ipsius fundatores post Christum intelligerent huiusmodi processum. Vnde subiungitur: *Intellexistis hæc omnia?* scilicet parabolas prædictas. q. d. ad uos pertinet intelligere eas. unde Gloss. Ad Apostolos fit sermo: quos non tantũ uult audire ut populos: sed etiam intelligere: Et est argumentum quòd non sufficit maioribus tantum audire ad faciẽdum: sed oportet etiã intelligere ad docendũ. Dicunt

Parabola tertia. Sagena. — *Mat. 25. a. Tormenta malorum.* — *Facere & docere decet.*

Dicunt ei etiam, scilicet, intelligimus. Deinde utitur exhortatione ad alios docendum: cùm subditur: *Ait illis: ideo omnis Scriba*, id est doctor: ut enim dicit August. Apostoli sunt Scribæ & notarij Christi, verbũ eius signantes in tabulis cordis: doctus & inspiratus in his quæ necessaria sunt sibi & alijs: *in regnum cælorum*, id est in Ecclesia militante. Vbi tria dicit: quòd sit doctus, per habitum scientiæ: scriba, per officium doctrinæ: in regno cœlorum, per meritum vitæ, *similis est homini patrifamilias*, id est mihi. Et intelligitur de similitudine imitationis, non æquiparationis, *qui profert de thesauro suo*, id est de scientia sua in corde abscondita, *noua & uetera*, id est authoritates noui & veteris testamenti: ex quibus testamentis contexta est Ecclesiæ sagena. Vel secũdum Greg. *noua*, de suauitate regni: *& uetera*, de terrore supplicij: vt scilicet pœnæ terreant, quos præmia non inuitant. Vel, *noua* per admonitionem uirtutum: *& uetera*, per detestationem vitiorum. Ex quo patet quòd episcopi, qui sunt successores Apostolorum, debent habere notitiam vtriusque testamenti: in cuius signum portant mitram in capite cum cornu duplici. Et bene comparat eum patrifamilias: quia sicut paterfamilias habet pascere filios pane corporali: sic iste paruulos fideles pane spirituali. Hortatur ergo Dominus discipulos quòd parabolas intelligant: ut alios docere sciant: quia ideo similes ei erunt, si alios docebunt.

August. in. in quæst. in Matthęũ.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe fac me de ueteri uita exire: ne semen uerbi tui, quod in meo intellectu: boni propositi, quod in meo affectu: boni operis, quod in meo actu seminasti, comedatur à uolucribus inanis gloriæ: non conculcetur in uia assiduitatis: ne areat in petra duræ obstinationis: & ne suffocetur in spinis sollicitudinis: sed potius in terra bona & optima cordis humilis compatientis & hilaris, centesimum fructum afferat in patientia. Fac etiam me hæc omnia in parabolis dicta intelligere & facere: ac verbo, vel saltem exemplo alios docere. Amen.*

De aduentu Domini in Nazareth: quando legit in synagoga eorum: & ipsi volebant præcipitare eum. Cap. LXV.



ET factum est cùm consummasset Iesus parabolas istas, transiit inde cum discipulis suis, & abijt per patriam illam, scilicet Galilæam, *& docebat in synagogis eorum*, tum propter plurium ibi conuenientium utilitatem: tum propter maiorem authoritatem: *& magnificabatur*, propter doctrinæ & miraculorum excellentiã, *ab omnibus*, id est pluribus, & de omni statu: non tamen ab omnibus uniuersaliter, cùm multi eum contemnerent, & sibi contradicerent. *Et uenit in Nazareth, ubi erat nutritus*, licet in Bethlehem fuisset natus. *Et*, die sabbati quando plures conueniebãt, *intrauit secũdum consuetudinem suam in synagogam*, quæ erat locus orationis & doctrinæ legis, quibus Iudæi secundum præceptum legis, uacare debebant in sabbatis. *Et surrexit legere*, ut non prędicaret seipsum verbo suo tantum: sed etiam testimonio sacræ scripturæ. Ergo non est legendum in Ecclesia nisi stando: psallere tamen possumus sedendo. *& traditus est ei*, à ministris, quorum officium hoc erat, *liber Esaiæ Prophetæ*, clausus: qui de Christo loquitur apertius. & secundum Hieronymum, non tam Propheta quàm Euangelista est dicendus. Mysticè autem secundum Gloss. ideo traditus est ei liber Propheticus, vt ostenderetur esse qui locutus est in Prophetis: & quòd omnes prophetiæ ad ipsum pertinent, & in ipso implentur, & per ipsum aperiuntur. Item ut in hoc ostenderetur quòd omnes prophetæ libros suos ei tradiderunt, id est illi ascripserunt quicquid dixerunt. *Et ut reuoluit*, id est aperuit librum: in quo intelligere dedit se illum esse qui aperiret scripturas, *inuenit*, non à casu, sed ex proposito: quia sciebat passus scripturæ loquentes de se, *locum ubi*, secundum translationẽ lxx. interpretum, *erat scriptum: Spiritus Domini super me*, &c. prout patebit infrà. Circa quod sciendum quòd Iudæi expectant illa quæ eis promittuntur in hac prophetia impleri per Messiam quem expectant futurũ, & toti mundo temporaliter dominaturum: & educturum Iudæos de captiuitate: & positurum eos in maxima gloria & honore super omnes gentes. Sed quia tempus aduentus Christi transiit: ideo Christus hunc locum conuenienter de seipso exposuit, dicẽs: *Spiritus Domini*, scilicet patris, *super me*, scilicet requiescit tanquam ductor & præceptor: cuius exhortationibus semper obedio: *propter quod unxit me*, idem spiritus ab instanti conceptionis plenitudine gratiæ in regem, in pontificem, in prophetam, & in deitatis tabernaculum, *Euangelizare*, id est bona nunciare, *pauperibus*, id est humilibus quibus doctrina proficit: non superbis, *misit me*, quod & ipse perfecit, dicens: *Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum*, & per hoc, *sanare*, non tantum corporaliter: sed & spiritualiter, *contritos corde*, uulneratos à peccatis: & *prædicare captiuis*, à diabolo peccatorum cùm carcere & uinculis, *remissionem*, scilicet ad pœnitentiam eos uocando, *& uisum*, id est ueram Dei cognitionem, *cæcis*, id est Gentilibus excæcatis per errorem, *dimittere confractos*, & depressos importabili pondere legis, *in remissionem*, scilicet per gratiam nouæ legis alleuiando, *prædicare annum Domini acceptum*, annũ scilicet benignitatis: quia nunc tempus acceptabile, nunc dies salutis. Iste annus est totum tempus Ecclesiæ, & specialiter annus passionis Christi, in quo Dominus placatus est humano generi, soluta emẽda primi peccati: *& diem retributionis*, extremi iudicij sententiam comminando secundum merita: ubi retribuetur unicuique secundum opera sua. Tanguntur autem hîc sex conditiones, quas debet habere prædicator uel prælatus. Prima est, miserorum consolatio: ibi, *Euangelizare pauperibus*. Secunda est, pœnitentium confortatio: ibi, *sanare contritos*. Tertia

est,

Matth. 13. Marci. 6. Luca. 4. — *Hierony. in proœmio in Esaiam. Liber traditus Christo.* — *Expectatio Iudæorum* — *Matth. 5.* — *2. Cor. 6. Annus.* — *Prædicatoris & prælati conditiones sex.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, captiuorum visitatio: ibi *prædicare captiuis remissionem*. Quarta est imperitorum instructio: ibi, *cæcis visum*. Quinta est oppressorum reuelatio: ibi, *dimittere confractos*. Sexta est pigrorum excitatio: ibi, *prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis*. Reuolutum ergo librum legit: quia palam locutus est, & omnem veritatem docuit. Et deinde plicuit librum in quo legerat: in quo intelligere dedit, quòd non omnia omnibus sunt prædicanda. Hoc etiam fecit, ad ostendendum quòd libri sacræ scripturæ reuerenter tractandi sunt. Vnde & Iudæi hanc reuerentiam faciunt libris ueteris testamenti: quòd nullo modo iuxta illos sederēt tam altè, quàm libri sunt positi: multo magis debemus nos reuerentiam libris Euangelij exhibere, quòd tantæ est reuerentiæ ut secundum Chrysostomum, si Euangelium suscipere oporteret non lotis manibus: non vtique eligeres hoc facere. Ex quo patet quòd Christiani sunt multum reprehendendi: qui non solum libros veteris testamenti, sed etiam noui, & sacra Euangelia ita irreuerenter tractant, & quādoque irreuerentius, quàm libros Gentilium damnatorum: seu uestes: & multa alia rerum transeuntium. Et bene dicit reuoluit & plicuit: nec dicit, aperuit & clausit: quia libri Iudæorum in rotulis sunt: *dedit quæ ministro*, librum plicatum: quia alijs tradidit Euangelizandi officium: & pro captu audientium, commisit dispensandum verbum. *Et sedit*: vt sedendo exponere mature, quod stādo legerat reuerenter & deuote. Stans ergo legit: quia dum nobis scripturas aperuit, in carne operatus est: sed postea sedit: quia se supernè quieti restituit. Et instruimur hīc: quia primò nobis est sedendum & fiendum per humilitatem pœnitentiæ. deinde surgendum à uitijs per serenitatem conscientiæ. Tertiò legendum, id est bene operandum, & prælato etiam prædicandum, & postea residendum, præmia quietis expectando: vt ea demum accipiamus, in quibus in æternum quiescamus. *Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum*, propter efficaciam verborum, & aspectum humilem & decorum: quia in facie eius, quidam fulgor diuinæ gratiæ relucebat: qui animos intuentium attrahebat. Fuit enim pulcherrimus: vt pote virgo de virgine: non ex voluntate viri, sed ex Deo natus. Fuit & eloquentissimus. Et de utroque sic ei dictum fuerat per Prophetam: *Speciosus forma præ filiis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis*. Et prophetiam quam legerat in seipso impletam ostendens, dixit ad illos: Attendite & intelligite, *quia hodie impleta est scriptura hæc in auribus uestris*, scilicet in me ipso. Impletam dicit esse scripturam: quia sicut illa prædixerat: sic ipse faciebat. quasi diceret: In me impletam & uidere potestis oculis: quia cæci vident, claudi ambulant, pauperes Euangelizantur: & audire etiam & intelligere auribus mentis: cùm vobis eam exposuerim ad me esse referendam. Conspice bene Dominum quomodo humiliter suscipiens lectoris officium, benigno & placito vultu legit inter eos. Vt enim ait Ambrosius, ita ad omnia se curauit obsequia: vt nec lectoris quidem aspernaretur officium. Conspice etiam quomodo humiliter se manifestans dicit: *Hodie impleta est scriptura hæc in auribus uestris*. quasi diceret: Ego sum ille de quo loquitur. Igitur exemplo suo approbat officium lectoris in hoc loco. Officium ostiarij quando ciecit vendentes & ementes de templo. Officium exorcistæ, dæmones de obsessis corporibus expellendo. Officiū acoliti, siue ceroferarij, se lumen mundi

Iudæorum reuerentia erga libros sacros.

Libri Iudæorum in rotulis.

Pulchritudo & præeminentia Christi.

Psal. 44.

Lector Dominus.

Ambros. libro. 4. in Lucam.

Lectoris officium approbatum.

ostendendo & dicendo. Sic ergo patet Dominū quatuor officia minorum ordinum in quatuor suis operibus exercuisse & approbasse: propter quod nullus, quantumcunq; magnus, debet dedignari minores ordines suscipere, vel eorum officia exequi & exercere. Cùm enim Christus ea exercuerit, nobis utique reliquit exemplum vt sequamur uestigia eius. Siquidem omnis Christi actio, nostra est instructio. Subdiaconatum verò exercuit, quando lintheo se præcinxit, & pedes discipulorum lauit. Diaconatum exercuit, quando in cœna corpus & sanguinem suum ministrauit. Presbyteratum exercuit, quando in cœna panem & vinum in corpus & sanguinem suum mutauit. Deinde vt pontifex in ara crucis se obtulit. *Et omnes*, id est multi de omni populo, *testimonium illi dabant*, scilicet quò illa scriptura esset impleta: & quòd ipse esset ille de quo Esaias & alij Prophetæ scripserunt. & hoc erat signum veritatis: quia vt dicit Seneca, veritatis argumentum est, omnibus aliquid videri. *Et mirabantur in verbis gratiæ*, id est gratiosis, *quæ de ore eius procedebant*. Bonus n. homo de bono thesauro cordis sui profert bona: ergo de thesauro gratię uerba gratiosa. In ipso autē erat thesaurus gratię: qa plenus gratiæ & ueritatis: de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Deinde post attestationē simpliciū de Christo, subditur: Scribarum & Pharisæorum detractio & æmulatio: cùm dicitur: *Et dicebant*, scilicet Scribæ & Pharisæi ei inuidentes: dicebant inquam despectiuè & eum deridentes. *Vnde huic sapientia hæc?* in doctrina & in uerbis, *& virtutes*, in operibus miraculosis: hoc dicebant, quia non viderant eum literas discentem, nec in lege studētem. quasi dicerent: Non habet hęc à Deo, vel exercitij studio: sed magis habet à diabolo: quod arguunt ex infirmitate & paupertate parentum, dicentes: *Nonne hic est fabri filius?* id est Ioseph, qui erat faber lignarius: cuius ipse putabatur filius: quia eum Maria Ioseph desponsata genuerat. Putabatur quidem: sed non erat. *Nonne mater eius dicitur Mariæ & fratres eius*, id est consanguinei, *& sorores eius*, id est cognatæ, *nonne omnes apud nos sunt?* Secundum enim consuetudinem scripturarū, consanguinei & propinqui Domini more Hebraico fratres & sorores eius solēt appellari. *Vnde ergo huic omnia ista?* quasi dicerent: Si non habet ex exercitio, vel ex genere, ergo habet ex dæmone: & ideò sequitur: *Et scandalizabantur in eo*, id est conturbabantur & indignabantur: considerantes generis paupertatem & humilitatem: ac si sapiens & virtuosus non posset de pauperibus & humilibus procreari: cùm potius oporteret propter hoc maximè obstupescere, & ipsum honorare: quia maius miraculū & amplior stupor erat quòd de talibus existēs, talia loquebatur & faciebat: quia manifestè apparebat, quòd non ex humana diligētia sed à diuina gratia erat. Humilia n. Dominus respicit: & alta à longè cognoscit. Irrationabiliter ergo mouebātur, despicientes eum propter paupertatē & humilitatē generis: & attribuentes virtuti dæmonis, quod debebat attribui virtuti diuinitatis. Quia Dauid qui fuit radix regū, & eximius Prophetarum, fuit pastor ouiū, & cuiusdam agricolæ. f. Iesse filius. Sed & Moyses legislator valde à se deficientem habuit patrem: & in pluribus alijs simile poteris reperire: à quibus ergo oportebat admirari Dominū, ab his qui contemnunt eum. Vnde & hoc quod ueritatis est, & honoris, pro uituperio inducunt: dicentes eū fabri filium, seu fabrum. Sicut enim pater per filiū in principio omnia fabricauit: sic ipse filius per quem omnia facta sunt,

Officia quatuor minorum ordinū exercita Christus.

Diaconus. Dominus. Presbyter.

Matt. 12. & Luc. 6. Ioan. 1.

Pharisæorum detractio.

Psal. 137.

Dauid.

Fratres Domini.

sunt, omniū fabricator existit: vt uerè & fabri filius, & faber dici posset. In illorum ergo errore veritas latet: nam utique fabri filius erat: sed non illius cuius ipsi putabant: sed fabricatoris omnium: qui fabricatus est auroram & solem, id est Ecclesiam primitiuam & sequentem. Magna cæcitas eorum erat: quia eum in verbis & factis illius Christum cognoscere poterāt: & tamen propter generis notitiam eum contemnebant: & ex paruitate generis, & infirmitate carnis, uolebant ab eo excludere potentiam maiestatis. Et quia auditis famosis miraculis, ab eo frequenter in Capharnaum factis, illi de Nazareth indignati sunt contra eum: nec credebant miracula eius esse vera: ipse intuens eorum corda, obiectionem eorum tacitam sibi ipsi obiecit: vt ad eam congruenter responderet. Vnde subditur: *Et ait illis Iesus*: scilicet Scribis & Pharisæis. *Vtique dicetis mihi*, qui multos in Capharnaum curaui, *hanc similitudinem*, id est obiectionem à similitudine medici corporalis ad spiritualem sumptam, *medice, cura te ipsum*, id est tuos compatriotas: quibus magis teneris impendere beneficium charitatis. Sicut enim medicus verus citius & libentius curat seipsum & alios ad se pertinentes quàm extraneos: ita dicebant & ei, Si tu faceres vera miracula: citius faceres ea in ciuitate tua: & potius inter propinquos tuos, quàm inter extraneos. Vnde subiungitur: *Quanta*, miracula, *audiuimus facta ate in Capharnaum? fac & hic in patria tua*, id est in tua ciuitate, vbi conceptus es & nutritus: tot & tanta vt credamus: quia quæ facis apud alienigenas, magis debes facere apud tuos compatriotas: magis enim teneris beneficia impendere tuis compatriotis, quàm alienis. quasi dicant: Multa audiuimus à te facta miracula: sed non credimus quod incerta vulgauit fama, cùm apud nos nihil tale feceris: quibus conuenientius talia impēdenda erant beneficia quàm cæteris. Sed Dominus consequenter respondens, ostendit quòd non dimittebat inter eos facere miracula propter odium patriæ, vel defectum potentiæ: sed propter eorum incredulitatem & malitiam. Quòd enim ibi miracula non faciebat, non erat propter hoc quòd patriam suam despiceret: quam sua conceptione & educatione honorauerat: uel propter hoc q̄ ipse impotens esset: sed quia ipsi indigni erant. Et ad hoc inducit sacrę scripturæ exempla. Vnde sequitur: *Ait autem Iesus: Amen*, id est verè, *dico uobis: quia nemo Propheta acceptus est in patria sua*, in qua natus est: *& in domo sua*: ex qua secundum carnem processit: & hoc ut in pluribus ac cum debito honore & reuerentia. Minus enim Helias & cæteri Prophetæ in suis ciuitatibus fuerunt honorati, quàm in alijs. Esaias sectus, Hieremias carceratus, & cæteri vituperati. Mos enim & penè naturale est, ciues ciuibus inuidere: & non præsentia uiri opera, nec uirtutes considerare: sed infantiæ fragilitatem recordari: quasi non & ipsi per eosdem ætatis gradus ad maturam ætatem peruenerint: dum enim ciuis & contribulis ad alicuius virtutis vel probitatis eminentiam ascendit, eiusque fama crescit: cōciues & contribuli qui nō sic laudantur, inde grauius fauciantur, & æstimant se contemni si eis in laude & fama probitatis, præsertim minor genere, præferatur. Hinc habemus in Ioseph exemplum respectu fratrum suorum. Vnde contingit quòd facilius promouentur homines in terra aliena, quàm in patria propria. Idcirco igitur non curo patriam meam: quia ei acceptus non sum: & quia fidem in ea non inuenio: & mihi sicut ceteri non creditit tantoq; minus me cognouit, quanto plus præ cæteris me notum habuit, & quia non erat acceptus eis: nec ei credebant: ideò, *uirtutes multas*, id est signa & miracula, *ibi facere non potuit*. nō de impotentia, sed de inconuenientia: non enim conueniens fuit, quia digni non erant: & causa statim subditur: scilicet, *propter incredulitatem eorum*, propter quam etiam Dominus, *mirabatur*: quia ipsum etiam præsentem habentes Christum, agnitionem sui verbis & signis eis ingerentem nihilominus increduli perdurabant. In hoc patet quòd fides maximè cooperatur in miraculis faciendis: quia propter incredulitatem subtracta sunt illis, aliquas tamen virtutes ibi fecit, scilicet paucos infirmos fideles & deuotos manibus deificis impositis curando: quod patet ex hoc quod suprà dixerunt: vnde huic sapientia hæc, & uirtutes? Pro tanto ergo non posse dicitur: quia noluit: ne decuit propter incredulitatem eorū: ut negetur potentia non absoluta, sed ordinata ac cōgruitatis & decentiæ, qua se dispōfuerat non facturū: quia non erat decens & congruum quòd ibi miracula faceret & multa: fides enim credentium est meritoria, de congruo, quòd eis fiant miracula. Ideò autem aliquas uirtutes ibi fecit ut fideles cōfirmaret: & infideles excusationem de peccato suo non haberent: dum opera diuinitatis in eo uiderent: nec fecit multas, ne infideles amplius damnarentur, id est plus punirentur: dum scilicet contemnerent. Vnde Chrisost. Pauca fecit signa: ne dicerent, hostis est nobis, & pro prios despicit: si facta essent signa, & nos utique credidissemus. Propter hoc ergo fecit, ut quod suum est impleat: sed continuit, ut non illos amplius condemnet. Ad sui autem excusationem quare ipse Dominus in patria sua ubi acceptus non erat, multas uirtutes non fecit: ostendit exēplo Heliæ & Helisæi, quòd similiter Prophetæ ueteres in maiori honore habebantur apud extraneos, quàm apud domesticos: & quòd plura miracula faciebant apud alienos, quàm apud suos. Helias enim à Iudæis expellebatur & contemnebatur: à Gentibus autem & alienis recipiebatur & honorabatur: & ibi miracula operabatur. *Missus* enim, *ad uiduam in Sarepta*, urbe Sydoniæ prouinciæ, receptus est honorificè: ibiq; duo miracula fecit: quia farina & oleum non defecit: & filium uiduę mortuū, scilicet Ionam Prophetā suscitauit: non ergo in Israel ubi multę uiduæ erant, sed in Sydonia operabatur miracula: quia uiduæ Israel non erant ita deuotæ, sicut illa mulier Sareptana: & quia Helias persecutionē patiebatur in terra Israel: quæ debuisset sibi esse grata & gratiosa. Sarepta urbs Sydoniæ est, in littore maris: ante cuius portam ostenditur locus ubi Helias uenit ad uiduam eiusdem urbis. Deinde est quædam capella, ubi erat cenaculum in quo quieuit, & ubi filium uiduæ suscitauit. Quare autem oratione Helię clausum est cœlum, & facta fames, ostēdit Basilius dicens: Vt enim aspexit ex faturitate non modicū generari Dei opprobrium: per famē illis ieiunium attulit, quo cupam illorum quæ in immensum crescebat, cohibuit. Non ergo nunc mirentur homines si propter eorum lasciuiam fiat fames. Helisæus etiam à Iudæis derisus & contemptus: à Naaman Syro deuotè est quæsitus: quem à lepra sua curauit, quia deuotionem eius agnouit, qui ante curationem bonus fuit: quia per illum Deus salutem Syriæ dedit, & post curationem adhuc melior ac ualde gratus Deo & Helisæo fuit. Curauit ergo alienum & Gentilem: sed non conciues & cōsortes, propter eorū ingratitudinem: quia regnum Israel declinauerat ad idolo-

Cæcitas Pharisæorum.

Medici excusatio.

Prophetæ in patria non accipiuntur.

Fidei augmentatio.

Chrysostomus hom. 49. in Matth.

Sarepta Vrbs est.

Basil. orat. secunda de ieiunio.

Heliæ oratione clausum est cœlum.

Helisæi derisio. 4. Reg. 2. & 4. Regum. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

idololatriam, colendo uitulos aureos quos fecerat Hieroboam. Si ergo isti famosissimi Prophetæ non fuerunt accepti compatriotis suis: non propter suam sed propter compatriotarum malitiam & inuidiam: multo fortius nec minores Prophetæ fuerunt accepti in patria sua. Ex quo patet uerum esse quod dixerat: *quia nemo Propheta acceptus est in patria sua.* Moraliter autem vidua (de qua dictum est) significat animam peccatricem: quæ priuata est amplexibus sponsi sui Christi: modò multæ viduæ tales sunt in mundo: tamē ad nullam mittitur Helias, nisi ad illam quæ est in Sarepta Sydoniæ. Sarepta interpretatur incendium, vel angustia panis: Sydonia, venatio inutilis: & significat animam peccatricem: quæ propter hoc quòd considerat quòd quicquid quæritur in mundo, est uenatio inutilis, siue diuitiæ, siue delitiæ angustiantur: quia perdidit illum panem verum quo reficiebatur: Christum scilicet qui dicit: *Ego sum panis uiuus: qui de cœlo descendi.* & inceditur per contemptum terrenorum, & desiderium supernorum. Ad talem animam venit verus Helias Christus: ut eam pascat & reficiat cum filiis suis, id est cogitationibus & affectionibus suis. Similiter Naaman Syrus significat peccatorem: eo quòd peccatum sicut lepra inficiat hominem. Modo multi tales sunt in mundo: tamen ad nullum venit Helisæus nisi ad Naaman Syrum. Naaman interpretatur decorus, vel commouens me: Syrus sublimis, & significat peccatorem: qui commouet seipsum per contritionem: currit ad Iordanem, qui interpretatur riuus iudicij, id est ad confessionem: & ibi induit gratiæ decorem, & per hoc efficitur sublimis: quia per hoc eleuatur ad Deū. Ad talem venit verus Helisæus, id est Christus. *Et omnes in synagoga hæc audientes:* scilicet quòd eos indignos reputaret inter quos miracula faceret, indigna ti sunt: *& repleti ira:* qui ex Christi doctrina quiescere debebant à malitia. Per istos significantur illi qui persequuntur prædicatores & defensores ueritatis: eo quòd dicunt displicentia illis. Hoc autem facto probatur verbū Christi quod dictum est supra, *quia non est acceptus Propheta in patria sua.* Nam cùm audirent Nazareni quòd Prophetis Prophetam se comparabat: & quia eos de incredulitate notabat: & deuotionem Gentium, quas vt canes abominabantur, de uotioni eorum præferebat: creuit zelus: creuit ira: creuit inuidia. Et quod Dominus de eis dixerat & testabatur verbo: hoc ipsi ostēdunt & testantur facto, mala pro bonis retribuendo. Vnde, *surrexerunt*, & eum tanquam dignum morte, extra ciuitatem suam Nazareth eiecerunt, ut illum interficerent. Vnde dicit Ambrosius: Non mirum si perdiderunt salutem, qui de finibus suis eiecerunt saluatorem. Dominus autem qui docuerat exemplo sui omnibus omnia fieri, nec uolentes repudiat: nec inuitos alligat: nec eijcientibus reluctatur: nec rogantibus deest. *Et duxerunt illum usque ad supercilium montis:* super quem ædificata erat ciuitas eorum: *ut præcipitarent eum.* Nazareth quidem ædificata erat super montem, sed non in cacumine: unde extra ciuitatem, ad cacumen duxerunt eum ad præcipitandum. In quo (secundum Bedam) Iudæi discipuli peiores diabolo magistro suo ostendūtur: quia ille uerbo tentans ait: mitte te deorsum. isti facto, de supercilio montis eum mittere & præcipitare conabantur. Iesus autem virtute diuinitatis, qua poterat se seruare illesum quando uolebat, *transiens, per medium illorum ibat:* & descendit de mōte non uisus ab eis quos deserebat, mente furentium

Moraliter.
Sarepta. Sydonia.
Ioan. 6.
Naaman.
Iordanis.
Ambrosius lib. 4. in Lucam ca. de indignatione Iudæorum.
Bed. in c. 4. Luca.
Potentia Christi.

A subitò per Deum mutata vel obstupefacta. Etenim quando vult capitur: quādo vult labitur: quando vult suspenditur: quando uult non tenetur. Quòd capitur & tenetur à paucis, uoluntatis est: quòd à populo non tenetur, sed transit, maiestatis est: non ergo resistit, nec se uindicat: docent nos in hoc ut non quæramus uindictam de iniurijs nobis factis: sed per medium inimicorum transiens, canes hincinde latrantes contemnit, maléns eos sanare quàm perdere: ut cassatam uidentes suam nequitiam, deinde desisterent ab eius morte. Tunc enim euadere uolut: quia pœnitentiæ locum adhuc illis reseruabat: & quia nōdum hora passionis eius uenerat: nec tunc in loco passionis erat: & quia hoc genus mortis (qui crucifigendus præconizabatur) non elegerat. Adhuc ibi
B ostenditur locus, qui dicitur præcipitium & saltus Domini: scilicet per miliare à Nazareth, contra Meridiem uersus Hierusalem. Vbi, secundum Bedam: Cùm Dominus de manibus illorum elapsus per medium illorum de rupe descenderet: atque in ipsa rupe latere uellet: subitò ad tactum dominicæ uestis, saxum illud subterfugit: & instar ceræ resolutū quendam sinum quò dominicum corpus reciperetur effecit: tantæ utique capacitatis quantæ ipsum dominicum corpus extitit quantitatis: in quo uestigia pedum & uniuersa liniamenta & rugæ uestis quæ à tergo Domini fuerant: ueluti de manu sculptoris impressa seruantur. Saxea duricies sub descendente recedit: & quasi nolens lædere ei cedit, & sub pede pressa emollescit. Mira res. Lapis emollescit: & ipse homo emolliri nescit, sed lapidescit: agnoscit Dominum lapis emollitus: & ipse homo, à quo erat cognoscendus, erat fortius. Et notandum quòd quatuor modis est Domino mors intentata: quidā enim tentauerunt eum perimere gladio, sicut Herodes: quidam præcipitio, sicut hic Nazareni: quidam lapidatione, sicut in templo Iudæi: quidam crucifixione, sicutin passione etiam Iudæi. Adhuc etiam Christus spiritualiter crucifigitur in nostra recidiuatione: lapidatur, in nostra obduratione: præcipitatur, in nostra desperatione: gladio perimitur, in blasphematione.

Præcipitiū Domini & saltus. Beda in ca. 4. Luca.
Quatuor modis mors intenta Christo.

ORATIO.

D OMINE Iesu Christe, *qui sic ad omnia te humiliasti obsequia, vt nec officium lectoris suscipere dedignareris: ac tandem post doctrinæ beneficium Nazarenis humiliter impensum, mala pro bonis patienter recepisti: cùm te ab ipsis præcipitare te uolentibus duci sine resistentia permisisti: da mihi bone Iesu hāc gratiam, vt te imitando ad omnia humilitatis obsequia me curuare appetam, & paratum gaudenter exhibeam: da etiam mihi iniurias patienter tolerare: & de ipsis uindictam non quærere: omnesque meos aduersarios ex corde diligere, & eis beneficia exhibere. Amen.*

D

E

De decollatione Ioannis Baptistæ.
Cap. LXVI.



Matt. 14. et Marc. 6.

POST hæc autem imminente paschali festiuitate, passio & mors Ioannis baptistæ est subsecuta: & ponitur motiuū cōtinens multiplicem culpam. Herodias enim timens ne prædicatione Ioannis Herodes pœniteret: & ipsum fratri redderet: cum quo nō sine periculo remaneret: ideò cogitauit modum quo interficeretur Ioannes absque seditione populi: & Herodes consciius fuit eiusdem doli. *Cùm igitur Herodes*, tetrarcha (qui aliquando rex dicitur, non à regia dignitate, sed à regendi officio) diem natalis sui celebraret coram principibus & primis Galilææ, *saltauit filia Herodiadæ*, id est tripudiauit in medio, ut videretur ab omnibus: & hoc fuit ex dispositione matris & Herodis: *& placuit Herodi*: quod tamen deberet erubescere: quia signum fuit impudicæ filiæ & dissolutæ: *& cum iuramento promisit ei dare quicquid ab eo peteret.*

Iuratio Herodis. Hieron. in cap. 14. Matth.

Secūdum Hieronymum: Ad hoc fortè iurauit, ut occasionem apparentem ad occidēdum Ioannem, & reprimendum populi seditionem haberet: ut uideretur facere inuitus, quod faciebat spontaneus. Et præmonita à matre, petijt pro munere dari in disco, id est scutella, caput Ioannis baptistæ. Est enim in hoc loco discus, uas rotundum, desuper extensum. Quandoq; etiam mensa inferior discus dicitur: & aliquādo mappa seu mensale discus appellatur. Vnde & animalia dicuntur Porro apparuisse in disco: qui in actibus Apostolorum lintheum uocatur. Vnde Chrysostomus: Hæc est mulier antiqua malitia, quæ Adam eiecit de Paradisi delitijs: hæc cœlestes homines facit terrenos: hæc humanum genus mersit in infernum: hæc vitam abstulit mundo propter vnius arboris pomum: hæc malum fecit quod homines inducit ad mortem: hæc inuenit verum laborem & pressuram, quæ nunc occidit Baptistam, deiicit pueritiam, perdit iuuētutem, allicit & inquietat mortuam senectutem. *Et contristatus est rex*, simulatoriè, non verè: vt postea videretur implere coactus, quod dispōsuerat facere voluntarius. Dicitur ergo contristatus, id est tristari visus: quia secundum Bedam: Dissimulator mentis suæ, tristitiam præferebat in facie: cùm tamen lętitiam haberet in mente. scelus excusabat iuramento: ut sub occasione pietatis magis impius fieret. Et ideò per ipsum Herodem significantur illi qui sub specie religionis fitatis, machinantur opus facere malignitatis. Per Herodiadem uerò significatur luxuria: per saltatricem, dissolutio libidinosa: per quas Ioannis, id est hominis gratiosi frequenter procuratur mors spiritualis, & aliquando corporalis. Rex verò noluit eam contristare, *propter iusiurandum*: quod tamen non erat obseruandum: quia secundum Isidorum: Non est iuramentum obseruandum, vbi malum incautè promittitur: & in malis promissis, rescindenda est fides. Quasi diceret rex: Nō est ex malitia quod ego facio: sed, *propter iusiurandum*, quod transgredi non licet. Fuit enim dolosus in promittendo: & sacrilegus id soluendo: *& propter simul recumbentes*, coram quibus publicè iurauerat: vt omnes fierent sceleris sui consortes, non correptores, non resistentes. Ecce quàm de facili peccatum transit de uno in omnes. Similiter etiam qui ludum & spectaculum illud inspicie bant: consortes sceleris cum facientibus fiebant.

Spectātiū sceltus.

Nam secundum Chrysostomum: Sicut si non essent inspectores, non vtique essent qui talia exercerent; ita quia sunt, & ipsi eorum quæ fiunt ignem vel scandalum sentiunt. O quàm multi sub diti hodie periclitantur in conscientia, & anima, propter præfidētium facta minus iusta. *Misitque spiculatorem*, qui ex officio portabat spiculum quo amputabantur capita damnatorū: *& decollauit Ioannem in carcere*, occultè prouitanda populi seditione: *& attulit caput eius in disco*: cruentas epulas in luxuriosum conuiuium, & tam digno ferculo indignum: *& dedit illud puellæ*, in præmiū saltationis suæ: *& puella dedit*, in ludibrium matri suę: vt illi mortuo illuderet, qui suum incestum reprehenderat: & vt in sua potestate linguam haberet, quæ illicitas nuptias arguebat. Ecce quatuor crudelia: magna enim crudelitas quòd sanctum caput est decollatum: maior quòd allatum & homicidium ostentatum, & adhuc maior, quòd saltatrici datum: sed maxima, quòd in potestatem adulteræ assignatum. Conuiuāte itaque Herode, paulo ante horam diei nonam, sanctus Ioannes baptista est decollatus in custodia, clamando voce magna: Domine Deus meus, tibi cō mēdo spiritum meum: & nudus sub aere admodum despectiuè iacuit, expositus spectaculis, donec tolleretur à discipulis. Per hoc quòd in conuiuio iussus est Ioannes decollari, ad saltatricis & suæ matris adulteræ petitionem: ostenditur quòd multa mala fiunt propter crapulam, & mulierum malitiam. Vnde in Ecclesiastico: *Vinum & mulieres, apostatare faciunt sapientes.* Secundum Remig in Herode minus peccatum factum est causa maioris peccati. Nam quia libidinosam voluntatem non extinxit: ideo usq; ad luxuriam peruenit. & quia luxuriam non coercuit, ad reatum homicidij descendit. Sed cōtra Herodis impietatem, qui Ioannem propter ueritatem decollauerat, & insepultum reliquerat: commendatur discipulorum religiosa & officiosa pietas: quia hoc audito, uenerunt, & tulerunt corpus eius de carcere: quod rex ipsis reddi iussit. & sepelierunt illud reuerenter vt decuit: & uenientes nūciauerunt Iesu, scilicet passionem Ioannis, ac etiam opera & doctrinam. In omnibus uerò ostendunt discipuli deuotionem suam ad magistrum: & quòd uenerunt uelociter: & tulerunt reuerenter: *& sepelierunt*, humaniter: & quòd, *nunciauerunt*, compatienter. Isti erant discipuli Ioannis: qui ad Christi discipulatum transierunt, huius enim pietatis officio transire in Christi societatem meruerunt. Vnde Chrysosto. Tu autem mihi intende qualiter discipuli Ioannis iam magis familiares facti sunt Iesu. Ip si enim sunt qui nunciauerunt quod factum est de Ioanne: & uniuersos dimittentes ad ipsum confugiunt.

Eccl. 19.
Remigius in Matt.
Crudelia quatuor in decollatione Bapt.
Discipulorū Ioannis deuotio.
Chrysho. 50. in Mat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De loco nec. Ioannis Hieron. in cap. 14. Matthæi.

Caput Ioannis.

Decollationis Ioannis dies.

Augu. ser mone de de collatione Ioannis. Ioan. 3. Grego. ho. 6 in Euag.

Hieron. in cap. 14. Matthæi.

Meditatio.

Ioannis laus. Chrysosto. hom. 16. ex uarijs in Matthæ.

fugiunt. Secundum Hieronymũ & Iosephum: Ioannes occisus est Sebaste vrbe Palæstinæ: quæ olim dicta est Samaria: ubi Herodes fecerat domum regiam: sed sepultus est in Matheronta oppido Arabię trans Iordanem: in sorte duarum tribuum & dimidiæ. Sed hoc videtur contrarium Ecclesiasticæ historiæ: in qua dicitur quòd in Matheronta sit occisus: sed in Sebaste sepultus. Caput verò fecit Herodias in Hierusalem deferri: & ibidem iuxta Herodis habitaculum cautè sepeliri: timens ne Propheta resurgeret si cum corpore caput sepultum esset: quod postea reuelatione beati Ioannis, duo monachi inuenerunt, saccis cilicinis inuolutum: vestibus (vt æstimatur) quibus in deserto fuerat indutus: & in Hierusalem inter Heliseum & Abdiam Prophetas fuit sepultus. Decollatus est autem Ioannes, non eo die quo decollationis eius festiuitas celebratur, sed circa dies azymorũ paschæ Iudæorũ: in anno passionẽ Christi præcedente: cùm iam uno anno stetisset in carcere. Oportuit autem vt propter dominica sacramenta passionis & resurrectionis Christi, minor scilicet Ioannes, cedere maiori, scilicet Christo: & ob hoc decollationis festiuitas fuit alio tempore fieri instituta: scilicet eo die quo caput eius inuentum est, siue eleuatum. Vnde ait Augustinus. Factũ est Ioãni quod ipse predixerat: de Domino enim Iesu Christo dixerat: *Illum oportet crescere: me autem minui*. Iste minutus est in capite: ille creuit in cruce. Secundum Gregorium, decollatio Ioannis minorationem famæ illius qua Christus à populo credebatur insinuat: sicut exaltatio saluatoris in cruce, profectum designabat fidei: quia & ipse qui prius à turbis Propheta esse credebatur: Dominus Prophetarum & Dei filius à cũctis fidelibus est agnitus. Vnde Ioãnes quem oportebat minui: cùm diurnum lumẽ decrescere incepit natus est: Dominus autem eo tempore, quo dies crescere incepit. Vbi Hieron. Hoc iuxta literam factum sit: nos autem usq; hodie cerni mus in capite Ioannis Prophetæ, Iudæos Christum, qui caput est Prophetarum perdidisse. Et iterum caput legis quod est Christus de corpore absciditur proprio, id est Iudaico populo: & datur Gentili puellæ, id est Romanæ Ecclesiæ: & puella dat matri suæ adulterę, id est synagogæ creditutæ in fine. Corpus Ioannis sepelitur: caput in disco collocatur: litera humata tegitur: spiritus in altari honoratur ac sumitur, Hæc Hieron. Ioannem etiam incarcerat, quãdo quis dona gratiæ quæ habet, ad terrena deflectit: auferet ei caput, quando bona quæ habet, de se non à Deo habere præsumit. Conspice nunc Ioannem reuerẽter, qualiter ad iussum uilis speculatoris collum parat: humiliter genua flectit: & gratias Deo agens ceruicem extẽdit: & patienter ictus sustinet quousq; caput totaliter abscindatur. Sãctus ergo Domini præcursor qui ante faciem eius baptismum in aqua præparauerat, baptizando & baptismum in lachrymis compunctionis prædicando: modo præparat baptismum in sanguine passionis moriendo. Ecce quomodo uadit Ioãnes amicus intimus Domini Iesu: & consanguineus ac Dei maximus secretarius: & qualiter talis & tãtus vir ĩperãte nequitia ac si esset vilissimus malefactor, occubuit. O impietas: ò crudelitas: iustus decollatur: sit caput eius precium saltationis: in disco affertur: conuiuantibus apponitur: magnum quidem ferculũ, sed horribile ad videndũ. Vnde Chrys. Hodie nobis Ioannis virtus: Herodis feritas cùm refertur, concussa sunt viscera: corda tremuerunt: caligauit visus: ha-

A buit intellectus: aufugit auditus: aut quid constat in sensibus humanis quando virtutum magnitudinem operit criminum magnitudo. Ioannes stola virtutum, magisterium vitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ, virginitatis speculum, pudicitiæ titulus, castitatis exemplum, pœnitentiæ via, peccatorum venia, fidei disciplina. Ioannes maior homine, par angelis, legis summa, Euangelij sanctio, Apostolorum vox, silentium Prophetarum, lucerna mundi, præcursor iudicis, Christi mediator, testis Domini, totius medius trinitatis. Et hic tantus datur incestui, traditur adulteræ, addicitur saltatrici. Meritò ergo concussa sunt viscera: corda tremuerũt. Et iterum: Deus autem sustinuit, & iustum amplius coronans: & his qui postea iniustè patiuntur, multam derelinquens mitigationem. Audiamus igitur quicunque in virtute viuentes, mala patimur à perniciosis hominibus. Etenim Deus tunc sustinuit eum qui in eremo, eum qui in zona pellicea, eum qui in cilicino vestimento, eũ qui Propheta Prophetarum minor erat, eum qui nullum maiorem habebat, occidit à puella incontinente & corrupta meretrice: & hoc leges defendentem diuinas. Hęc itaque cogitantes feramus vniuersa uiriliter quæcunque patimur. Quis enim non utique horresceret, sacrum illud caput sanguine stillans, videns in cœna præpositum? Si enim nos audientes hæc horre scimus: quid dignum erat visum illum tunc operari: quid pati eos, qui simul recumbebant nouiter occisi capitis sanguinem stillantem videntes in medio conuiuij? Sed non iniquus Herodes, neq; abominabilior eo mulier, neque sanguinis voratrix illa, passa est aliquid ob spectaculum istud. Hęc Chrysostom. Vnde & Gregorius: Non sine admiratione grauissima perpendo quòd ille Prophetiæ spiritu intra matris uterum repletus: quo inter natos mulierum nemo maior surrexit: ab iniquis in carcerem mittitur: & propuellæ saltu capite truncatur: & vir tantæ sanctitatis pro risu turpium moritur. Nunquid nam credimus aliquid fuisse in eius vita, quod illa sic despecta mors tergeret? Sed quando ille uel in cibo peccauit, qui locustas solummodo & mel siluestre edit: quando conuersatione sua offendere potuit, qui de eremo nõ recessit? Quid est quod omnipotens Deus sic uehemẽter in hoc seculo despicit, quos sic sublimiter ante secula elegit, nisi quod pietati fidelium patet, quoniã idcirco sic eos premit in infimis, quia videt quomodo remuneret in summis: & foras usq; ad despectũ deiicit, quia intus ad incomprehensibilia perducit. Hinc ergo unusquisq; colligat quid illic passuri sint quos reprobat, si sic cruciat hic quos amat. Hæc Gregor. Mortuus est igitur Ioãnes pro Christo: quia pro ueritate. Vnde Greg. Neq; enim Baptista Ioannes de confessione Christi, sed de iustitiæ ueritate requisitus occubuit. Sed quia Christus est ueritas: idcirco usque ad mortem pro Christo, quia .s. pro ueritate, peruenit. Ex quo patet quòd nõ solum pro fide, sed etiã pro ueritate iustitiæ martyr quis efficitur. Vnde dicit Aug. q̃ cùm mors pro ueritate iustitiæ suscipitur, martyres facit. Vnde & in Ecclesiastico dicitur: *Certa usque ad mortẽ pro iustitia*. Martyrẽ enim non facit pœna sed causa: id est mors propter Christum suscepta. Vbi nota q̃ multis de causis potest quis martyr fieri: scilicet pro iustitia, ut Abel. pro lege: ut Machabæi. pro assertione ueritatis: ut Esaias & Hieremias. pro arguitione peccati, uel etiam assertione ueritatis: ut Ioannes Baptista. pro salute populi: ut Christus. pro fide Christi: ut Stephanus. pro Christo: ut

Ioannis innocentia.

Gregorius lib. 3. moralium. ca. 5.

Martyr Ioannes. Gregor. lib. 29. moral. cap. 4.

Augustin. lib. 13. de ciuitate cap. 8. Eccl. 4. Martyr fit multiplex.

Inno-

Gregorius hom. 35. i Euãgelia. Patientia uera. Idem homilia 17. in Ezechielẽ. Bernardus epistol. 7. Martyrium perfectum. Chrysost. in psal. 93.

Tentationũ pulsatio.

Rich. 12.

2. Cor. 12. Ibidem.

Murmurãdum non esse.

Martyres maximè cõmendantur. 2. Machabeorum. 6.

Meritoras causa.

2. Corin. 9.

Leuit. 27.

Opera bona.

Præmium duplex.

Innocentes. pro libertate Ecclesiæ: ut Thomas Cantuariensis. Et non solum mors pro ueritate & alijs prædictis causis suscepta, sed etiam uera in aduersis patiẽtia, martyrem facit. Vnde Gregorius. Duo quippe sunt martyrij genera: unum in mente: aliud in mẽte simul & actione. Itaque sine ferro martyres esse possumus: si patientiam ueraciter in animo custodimus. Patientia autem uera secundum eundem Gregor. est iniurias fortiter sustinere: & postea uindictã non quærere: sed ex corde ei qui mala irrogat ignoscere, & contra eum nullo dolore morderi. Ille enim ueraciter patiens est, qui & ipsum amat quem portat: nam tolerare & odisse non est uirtus mansuetudinis: sed uelamentum furoris: ut etiam dicit Bernar. Vera patientia est pati uel agere contra quod libeat: sed non præter quod liceat. Insuper secundum Chrysostomum, Martyrium non sola sanguinis effusione, sed & abstinentia peccatorum & exercitatione præceptorum Dei perficitur. Vnde & Bernard. Semper Christiani persecutionem patiuntur. Omnia quæ in mundo sunt persequuntur Christianum. Si comedero paululum, & corpusculum meum fuerit robustũ: sanitas corporis mei persequitur animam meam. Quocunque me uertero, persecutio mihi est. Si uidero mulierem, oculus meus persequitur me: cupit enĩ interficere animam meam. Si uidero diuitias, si aurũ, si possessiones, si delitias corporales, si pulchra uestimenta: quodcunque uidero persequitur animã meã. Adolescentulum libido persequitur. Non putemus tantum in effusione sanguinis esse martyrium Christianis ac religiosis. Si ergo sunt martyria in pacis tẽpore, sunt & negationes. Ego hodie qui uideor monachus, si rupero propositum meum, Christum negaui. Et si in pace Christum nego: in persecutione quid facerem? Hoc ergo dico: quia omni tempore sunt martyria: sunt & persecutiones. Hæc Bern. Sicut ergo patienter sufferre debemus iniurias ab alijs in nos delatas: ita & tribulationes infirmitatum, & pœnas quę nobis eueniunt, patienter sufferre necesse est. Multis enim calamitatum tentationibus mentes bonorum pulsantur: & multis modis à diabolo tentantur. Sed non amplius tentat eos, quàm Dei uoluntas permittit: & si nolens, tamen utilitati eorum seruit, quando eos tentationibus suis non decipit, sed potius erudit. Tentat autem eos aliquando per stimulos paupertatis non potest eos mouere, diuitias adhibet ad seducendum: & dum per contumelias & opprobria non prævalet: laudes & gloriam adhibet. Si per salutem corporis non potest, ægritudines mittit: & dum per delectationes seducere eos non potest, per molestias quæ contra uotum eueniunt, eos conatur subuertere. Infirmitates uerò etiam quasdam aduersus eos qui tentandi sunt adhibet: ut per eas pusillanimes faciens, conturbet charitatem eorum quam habent ad Deum. Sed quãuis concitatur corpus, & febribus ualidissimis inflammetur: insuper etiam si intollerabili contritione affligatur: quisquis es qui hæc sustines, recordare futuri seculi pœnas, & æternum ignem, & perpetua tormenta: & hæc cogitans, non deficies ad ea quæ in præsenti contingunt. Insuper etiam gaude: quia uisitauit te Deus. *Quem enim diligit Deus, corripit: & flagellat omnem filium quem recipit.* Exulta uidens cui similis factus es. Nam Paulo Apostolo simile donum accipere meruisti: qui dixit: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis: ut inhabitet in me uirtus Christi.* Et rursum: *Quando enim infirmor: tunc fortior sum & potens.* Si frigore, si febribus castigaris:

A memor esto quod scriptura dicit: *Transiuimus per ignem & aquam*: quia residuum est ut inducaris in refrigerium. Clama etiam cum Propheta: *In tribulatione dilatasti me*. Perfectus enim eris per huiusmodi tribulationes. Si fortè amittis oculos, non feras grauiter: extollentiæ enim instrumentum amisisti, sed interioribus oculis gloriam Dei speculari studę. Surdus factus es, non contristeris: quia auditum uanum amisisti. Manus tuæ ex aliqua passione debilitatæ sunt: sed interiores paratas habeas aduersus inimici tentationes. Infirmitas totum corpus tuum tenet: sed interiori homini sanitas crescit. Nihil enim aliud est ægritudo corporis, quàm sanitas mentis. Si infirmitas talis tibi fuerit, ut non possis stare ad orandum & psallendum, non contristeris inde: quia ipsa infirmitas orat pro te. Si iciunas, non tibi inuenias occasionem, dicendo quia grauatus in ægritudinem incurristi: quoniã & qui non iciunant, similes ægritudines incurrunt. Inchoasti aliquid bonis, non reuoceris per impedimenta inimici: quonĩam iciunia & labores nobis cõstituti sunt propter turpes delectationes. Hæc omnia nobis proficiunt ad destruenda corporis desideria. Quapropter discat non murmurare qui patitur, si ignorat cur patitur: & per hoc iustè se pati arbitretur, quòd ab illo iudicatur, cuius nur quam iudicia iniusta sunt. Qui ergo in flagellis murmurat: iustitiã iudicantis accusat. Qui uerò iustè recognoscit à iusto iudice pati quod sustinet (etiã si causam pro qua patitur ignoret (per hoc iam iustificatur, per quod seipsum accusat, & Dei iustitiam laudat. Igitur pro Christo, pro fide, pro ueritate, pro iustitia uiriliter usque ad mortem certemus: & ad sufferendum pro patienter aduersa, nos quotidie præparemus. Et ideò martyres maximè commendantur: quia plura sustinuerunt propter amorem Dei: tentationes cõtra humanam uoluntatem. Vnde Eleazar dum plagis perimetur, ingemuit & dixit: Domine qui habes scientiã sanctam: manifestè scis tu quia cùm à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores: secundum animã uerò propter amorẽ tuũ libenter hæc patior. In martyrio enim non debetur præmiũ secundũ hoc quod ab exteriori infligitur: sed secundũ hoc quod pro Christo uoluntariè sustinetur: quia nõ meremur nisi per ea quæ sunt in nobis: & non per ea quæ sunt extra nos: sicut nec demeremur, nisi per ea quæ sunt intra nos. Quanto autẽ illud quod quis sustinet uolũtariè: difficilius est uolũtati sustinere: tanto uoluntas quæ propter Christũ illud sustinet, ostẽditur firmius in Christo fixa esse: & ideò excellentius ei præmiũ debetur. Ad efficaciã quippe merendi, tria ualẽt. Primũ est, difficultas operis: quod patet in martyrio: quia ut ait Gregorius, maioris meriti est aduersa patienter tolerare, quàm bonis operibus insudare. Secundum est, prõptitudo uolũtatis: quia secundũ Apostolũ, *Hilarẽ datorẽ diligit Deus*. Et secundũ Augustinum. Nemo inuitus benefacit: etiã si bonũ sit quod facit. Tertiũ est magnitudo charitatis: quia ipsa charitas põdus est sanctũarij: secundũ quod omnia quæ in tẽplo erant ponderabantur. Et ideò opus tantũ in conspectu iudicis ponderat, quantũ amor unde procedit. Opera autẽ bona meritoria sunt triũ. s. uitæ æternæ, augmenti gratiæ, remissionis pœnæ. Primum, scilicet substantiale præmium, uitæ æternæ. respondet radici operis: scilicet charitati. Præmium uerò accidentale, scilicet augmentum gratiæ, respondet generi operis: quia operibus excellentibus, & operibus supererogationis meremur magis augmentum gratię, quàm operibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

alijs. Remissio autem pœnæ, respondet pœnalitati operis. Nam opera quæ magis sunt pœnalia, magis sunt meritoria remissionis pœnæ. Est enim regula in theologia, quòd pœna pœnæ est resolutoria. Sanctorum igitur pugnam & patientiam ante oculos ponamus: ut singula nobis aduersa & contraria faciamus pro Deo libentius, aut patiamur. Vnde Gregorius: Labores præcedentium sanctorum recolamus: & nõ erunt grauia quæ toleremus. Vnde & Chrysostom. Sanctorum luctamina in corde nostro sicut in tabula describamus: & assiduè meditemur contra omnẽ spiritualium inimicorum armaturam: & eorum patiẽtiam nobis proponamus ad exemplum inuictæ uirtutis: ut isti æmulantes fortitudinem illorum, similiter illic eorum coronam possimus adipisci. Quãtam illi patientiam in periculis corporalibus ostenderũt: tantam nos in passionibus irrationabilibus continẽtiam demonstremus, id est contra iram, uel auaritiã, uel inanis gloriæ concupiscentiam, & huiusmodi diuino timore munitis sensibus repugnantes: & consimilia figmenta diabolo destruentes in nobis. Si enim cupiditatum & uitiorũ huiusmodi ignes uicerimus, sicut illi tyrannidis ignem uicerunt: poterimus iuxta ipsos pari gloria constituti similes haberi. Et iterum: Speculum est & spirituale bonorum uirorum memoria: & beatæ uitæ ipsorum historia: & scripturarum lectio: & quæ à Deo datæ sunt leges. Et si uolueris semel solum inspicere ad sanctorum illorũ imagines: & turpitudinẽ uidebis mentis tuę, & videns nullo indigebis alio in liberationem sordis huius. Etenim in hoc utile est nobis speculum, & facilem facit transpositionem. Neque enim monstrat deformitatem solum: sed trãsponit eam ad pulchritudinem ineffabilem si uoluerimus. Hæc Chrysost. Vnde etiam Aug. Christum animo attende: attende Apostolos: attende animo tot martyrum milia. Ibi uidebis non solũ uiros, sed etiam fœminas: postremò pueros & puellas nec imprudentia decipi, nec iniquitate peruerti, nec periculorum timore frangi, nec seculi amore corrumpi. Ita te non inuenientem quid excuses: non solum præceptorum ineuitabilis rectitudo, sed etiam exemplorum innumerabilis multitudo circundabit. Hæc Aug. Sed ue nobis miseris: qui nec flectimur præceptis, nec monemur exemplis. Vt enim ait Gregorius. Nos plerunq; à bono opere uerba reuocant: sanctos uiros à sancta intentione frangere nec tormenta potuerunt: nos ad præcepta dominica largiri, nostra saltem superflua, nolumus: sancti nõ solum Deo suam substantiam contulerunt, sed pro illo etiam propriam carnem dederunt. Hæc Gregorius. Et magna quidem alacritate hoc multi fecerunt: & illam horam tanquam ad nuptias inuitati expectauerunt. Vnde Isaac abbas Syriæ dicit de multis martyribus, quòd in hac die qua præstolabantur coronam percipere martyrij: si præscibant, hoc est ex reuelatione, uel ab aliquo amico suo, in illa nocte aliquid non gustabant: sed à sero usque ad manè stabant uigilantes in oratione, glorificantes Deum in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus: & in lætitia & exultatione sperabãt horam illam: sicut illi qui sunt ad nuptias præparati, præstolãtes occurrere gladio in ciuinio suo. Nos quoque qui ad inuisibile martyrium uocati sumus: ad recipiendas sanctificationis coronas, uigilemus: nec in aliqua parte negationis signum nostris inimicis exhibeamus. Hæc Isaac. Vides ergo quia secundum doctorum consilium, debemus labores & agones sanctorum nobis ante oculos ponere in exemplum. Væ ergo illis qui gesta sanctorum tanquam apocrypha exsufflantes, non solum legere nolunt, sed quantum in ipsis est, nec inter alios legi permittunt. Et ideò tanquam illegitimi à sanctis patribus in religione Christiana degenerantes, sortem hæreditatis inter filios Dei non merentur: nec merita sanctorũ qui pro Deo passi sunt, eis suffragantur. Contra quos pulchrè & congruè in quodam prologo passionis beatæ Anastasiæ, sic dicitur: Omnia quæ à sanctis gesta sunt, uel geruntur, si quis uoluerit studiosè perquirere, & sibi & plurimis ædificationis exhibet fructum: & quasi arbor fructifera non sine causa probatur terram occupare dum uiuit: cùm ipse suis pomis ornatur: & omnis qui ex eo fructus percipit, saginatur. Scribimus, ut in gestis inuenimus, quid egerint: quid locuti: quid passi sint sancti. Ostenditis uos esse catholicos, qui Christi uictorias libenter legitis, libenter auditis. Interrogo uos, qui ista inter apocryphas literas exsufflandas censetis, per quos stat canon scripturarum omnium diuinarum: nunquid nõ per eos qui pro ipso canone occidi magis optauere, quàm uici? Quid enim tenuerunt martyres? Fidem certam, quæ sacris uoluminibus certo librorum numero, continentur. Agunt illis gratias apices sacratissimi: quia per eorũ persuerantiam perseuerant. Et ideò uolunt eorum gesta cõscribi, ut in conspectu Dei & hominum semper sancti laudentur: qui in conspectu incredulorũ, pro eorum defensione, tormenta immania pertulerunt. Nihil ergo præter scripturas canonicas recipientes, eorum gesta studiosè conscribimus: ostendentes dogma catholicum, per catholicos martyres custoditum, exemplum posteris damus: ædificationem credentibus tradimus: artem belli Christi militibus demonstramus. Constat eos quidem nolle pugnare, si necesse sit, qui noluntlegere pugnatores. Imperent silentium infideles: spectent pugiles diabolicos, qui athletas Domini spectare contemnunt: nos diuinas uirtutes loquimur, scribimus, prædicamus. Prohibeant æmuli, imperent silentium timidi, verberent contemnentes, legentes increpent, libenter hæc audientes accusent: gloriosos faciunt milites uulnera pro imperatoris laude susceptа, pro cuius amore etiam animas ponere libenter optamus. Triumphum Christi, ac uictoriã laboriosi exercitus, de occultis foras proferimus. Scimus enim quæ illi inuisibiliter passi sunt: inuisibiliter nobis excitari quotidie: & negligenter pugnãtes acrius uulnerari. Ergo ut arma pertractes: attende hillantes. Da mentem studijs: ut hostis incipiat te timere: hæc ubi suprà. Vides ergo impudens sanctorum detractor & Christianæ religionis impugnator, quia secundum hæc dicta, tanquam arbor infructuosa, terram occupas dum uiuis: & non te catholicum, sed infidelem esse ostendis: ideoque timere habens ne meritò excidaris, & in ignem mittaris, ac partem cum infidelibus, conscquaris. Da ergo miser gloriam sanctis: ut cum eis partem habere merearis.

Memoria sanctorũ. Gregorius lib. 14. moral.

Speculum spirituale.

Indurata nostra.

Præsentia martyrum, Isaac abbas apud Cassianum collat. 9.

Sanctorum imitatio necessaria.

Gloria militum.

ORATIO.

BEATE *præcursor & alme Baptista, & magnæ amice Christi Ioannes: lucerna lucens & ardens: ora pro me misero ad Deum patrem misericordiarum: ut cor meum tenebrosum & frigidum illuminet & accendat, & ita ut te imitando pro Christo, pro fide, pro ueritate, pro iustitia patienter aduersa sustineam: & uiriliter etiam usque ad mortem certare non timeam: ut post hanc fragilem uitam, tuis meritis & precibus*

bus intercedentibus, fœliciter peruenire ualeam ad regales nuptias immaculati agni, quem tu almo tuo digito populo ostendisti. Amen.

De refectione quinque milium hominum. Caput LXVII.



Matt. 14. Ioan. 6. & Luce 9.

CVM autem audisset Iesus necem Ioannis, propter doctrinam ueritatis, *assumptis discipulis ascẽdit in nauiculam: & abijt trans mare Galilææ, in montem, & desertum locum seorsum*, deuotioni & doctrinæ aptum: iuxta Tyberiadem ciuitatem Galilææ: & ibi sedebat cum discipulis suis, & docebat eos: vt dicit Chrysostomus. Ascendit in montem, erudiens nos à tumultibus & ab ea quę est in mundo turbatione quiescere. *Secessit*, autem Dominus, & declinauit Herodis tyrannidem: non timens mortem: sed quia nondum uenerat hora suæ passionis: & ut parceret inimicis, ne homicidium Domini iungerent homicidio Ioannis: & ut ostenderet quòd aliquando ad tempus est cedendũ humanæ malitiæ: quodque licitum est Christi fidelibus fugere in persecutione, ut se seruent pro multorum salute: & ut præberet nobis exemplum uitandæ temeritatis ultrò tradentium seipsos: quia nos omnes eadem constantia perseuerant in tormentis, qua se offerunt torquendos. Secesit etiam ut probaret fidem credentium: si scilicet sequerentur eum. Vnde sequitur: *Cùm, auent, cognouissent*, hoc, *turbæ*, simplices scilicet & humiles ac pauperes: non sapientes huius mundi, non potentes, non diuites, *secuti sunt eum*: non in iumentis & uehiculis: sed proprio labore pedum, & *pedestres*, ut ardorem mentis & desiderium suæ salutis ostenderent. Erubescebant etiam Dominum pedestrem, in equis sequi & quadrigis. Minores sequebantur: sed maiores persequebantur. Adhuc temporibns istis pauperes & populares magis currunt ad sermones, quàm diuites & potentes. Circa eos autem benignitas Christi multipliciter apparuit: qui uiscera misericordię in eis expãdit. *Cùm enim subleuasset oculos: & uidisset eos*, uenientes ad se, descendens de monte, & obuiam eis exiens, curialiter illos excepit: *& misertus*, in corpore & anima, *curauit*, ut plena fides statim præmium haberet. Nam quoscunque in corpore saluabat: eos pariter & in anima reformabat. Secũdum Bedam: Per hoc quod dicitur subleuasse oculos Iesus, datur intelligi quòd oculos non erigebat huc atque illuc: sed pudicè sedebat attentus cum discipulis suis. Et secundum Chrysostomum, Non simpliciter & ociosè sedebat: sed diligenter loquens eis aliquid, & eos ad seipsum conuertens. Quatuor autem beneficia fecit Dominus se sequentibus: excepit enim fatigatos, docuit insçios, sanauit infirmos, refecit famelicos: per hoc quantum deuotione credentium lætetur insinuans. Hæc sunt quatuor beneficia, quæ Dominus spiritualiter exhibet sequentibus eum. Primò suscipit ad pœnitentiam, operibus peccatorum fatigatos. Secundò illustrat per gratiã, tenebris peccatorum excæcatos. Tertiò sanat per iustificationem, iaculis peccatorum uulneratos. Quartò reficit per internam consolationem, pondere peccatorum debilitatos & desolatos. Sic etiam debet bonus prælatus facere subditis: scilicet suscipere dulciter, docere sapienter, sanare efficaciter, reficere spiritualiter. Qui ergo inter deserta Christum quærunt, & non fastidiunt, à Christo suscipiuntur: ac corporaliter & spiritualiter si indigent curantur. Sed nemo cibum Christi accipit, nisi antea sanatus fuerit: quia post remissionem peccatorum, tribuitur alimonia cęlestis. *Erat autem proximum pascha, dies festus Iudæorũ.* Istud erat secundum festum paschale: & in eo nõ fuit Dominus in Hierusalem. Sicut enim seruando legẽ ostendebat se esse uerum hominem de filijs Israel secundum carnem: sic aliquando prætermittendo obseruationem eius, ostendebat se esse Deum supra legem. Vbi nota, quòd istud Euangelium bis in anno in Ecclesia recitatur, scilicet in quarta dominica quadragesimæ: & hoc propter principium Euangelij, vbi dicitur, *erat proximum Pascha, dies festus Iudæorum.* & in ultima dominica ante aduentum: & hoc propter finem Euangelij: ubi dicitur, hic est Propheta, qui uenturus est in mundum. *Vespere autem facto, iam hora*, redeundi ad propria & comedendi: *præteriit*, & ideo refectio necessaria fuit. In quo ostenditur desiderium saluatoris quod de salute animarum habebat: quia usque ad uesperam sermonem protrahebat: & turbarũ deuotio, quæ dulcedine sermonis dominici tenebãtur: nec propter noctem imminentem ab eo recedebant: quamuis alimenta non haberent. Tantum enim desiderabant audire Christum, quòd omiserant apportare secum alimentum, propter quod necessariũ erat fieri miraculum. Vbi Chrysostomus. Turbarum fidem ostendit, quòd Dominum etiam famem patiẽtes, expectabant usque ad uesperam. *Cùm ergo subleuasset Iesus oculos*, misericordiæ suæ: *& uidisset* miserationis intuitu, quia multitudo maxima uenit ad eũ: totius mundi significabat multitudinem concurrentem ad Christum: incepit conferre cum Philippo de tantæ multitudinis refectione, qui secundum Chrysostomum magis rudis fuit. & magis indigens instructione: & cognouit referẽte Andrea, quòd unus puer inter eos, quinque panes hordeaceos, & duos pisces tantum haberet: quos eo iubente in medium attulerunt, propter spiritualem refectionem, quam cõtinuè à Domino habebant, non multum de corporali refectione sibi curabant prouidere. In quo arguuntur successores eorum, qui de delicijs sibi prouidere non cessant. Vbi Chrysostomus: Addiscimus autem in hoc discipulorum philosophiam, qualiter contemserunt escam. Duodecim enim existentes, quinque panes habebant, & duos pisces: contemptibilia enim eis erant corporalia, & à spiritualibus possidebantur. Oportebat autem erudiri, discipulorũ exemplo quoniam & si pauca habuerimus, oportet tribuere indigentibus. Iussi nanque discipuli afferre quinque panes: non dicunt, unde mitigabimus famem nostram? sed obediunt confestim. Et fecit turbas discũbere, id

Euangelium bis recitatum.

Chrysost. hom. 50. in Matthæi.

Chrysost. hom. 45. in Ioannem.

Chrysost. hom. 50 in Matthæi.

Christi benignitas multiplex.

Chrysosto. hom. 41. in Ioannem. Beneficia sunt dominici quatuor sequentibus se.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est ordinatè ad comedendum sedere, super fenum, id est super herbam agri uiridem: in quo ostenditur, quòd locus erat aptus ad sedendum. Vbi innuitur probatio fidei turbarum: quia aliter non sedissent ad comedendum, nisi credidissent miraculum. *Fides turbę.*

Discubuerunt ergo quinque milia uirorum, perfectorum, absque paruulis & mulieribus. secundum modum enim Hebraicum soli uiri à uiginti annis, & suprà numerãtur: sed paruuli & mulieres tacentur. Hoc autem dicit Euangelista, ut appareat maius miraculum. *Accepit ergo Iesus panes*, & pisces in manibus gloriosis & uenerabilibus: quæ uim multiplicãdi habebant: ut sacratissimarum manuum tactu multiplicarentur, ac magna munera daturus prius in cœlum aspexit: ut omne datum optimum & donum perfectum desursum esse insinuaret: ut patrem suum honoraret, & non uirtute elementari, sed cœlesti hoc factum esse ostenderet. Deinde orauit, patri *gratias agens*, ut ostenderet quantum de nostris profectibus gratuletur, & secundum Chrysostomum, ut informaret nos ad agendas semper Deo gratias, cùm uel in carne reficimur, uel in anima: & non prius tangere mensam, donec gratias egerimus ei, qui cibum hunc nobis præbuit: & dat nobis escam in tempore oportuno. Similiter etiã, *benedixit*, ut sua benedictione multiplicarentur: sic enim in principio creationis rerum omnibus creaturis benedicens, contulit illis naturalem uirtutem: ut ex seinui cem naturaliter multiplicarentur: cuius benedictio ne semel accepta, usque hodie fructificare non cessant: in quo dat exemplum, quòd in principio mẽsæ debemus panem Deo offerre, & benedictionẽ supernam super ipsum elicere: & quòd non debemus ad mensam accedere, uel cibum sumere: nisi præmissa benedictio ne. Et istam benedictionem (ut creditur) Christus al iquibus uerbis expresit: quibus creaturã & sanctificauit, & multiplicauit: sed quę illa uerba fuerint, Euangelistæ non ponunt: quia forte secretè ea protulit. *Et fregit*, in grossas partes, non scidit per minutias: ut nos doceret panem nostrum frangere debere, & dare pauperibus: & sic multiplicata est illa materia inter manus Christi frangentis: quia hoc fiebat uirtute deitatis: cuius organum & instrumentum est humanitas eius. Secundnm Chrysostomum, Multiplicat panes & pisces, ad significandum, quòd tam mari, quàm aridæ domina tur. Fregit ergo, & frangẽdo multiplicauit. *Dedit quæ discipulis suis*, s. panes & pisces multiplicatos, ut ponerũt ante turbas, in signũ quòd data sunt temporalia prælatis, propter pauperes pascendos & sic per discipulos distribuit: id est distribui fecit discumbentibus: officium enim prælati est ministrare, & non ministrari. Ipsos autem panes & pisces Dominus ita multiplicauit: ut omnes pro libitu suo comederent: & multa fragmenta superarẽt. unde sequitur: *Vt autem impleti sunt*, quia omnes mã ducauerunt, & saturati sunt, quod significat cęlestem refectionem, in qua sancti plenè satiantur: *dixit Iesus discipulis*, ut fragmenta residua colligerent, unde postea cibum egentibus pręberent: non sic dues epulo fecit, cuius reliquias canes nõ pauperes comedebãt: cui hodie multi sunt similes, idem uel peius facientes. In hoc quippe, quòd turbam pauit, dedit nobis exemplum, ut operibus misericordiæ insistamus: & licet hoc sit laboriosum: tamen est multum fructuosum. *Collegerunt ego & impleuerunt*, de reliquijs, *duodecim cophinos*, hoc est magnas sportas, quæ circulis per quos brachia inseruntur dorso portantur: unusquisque enim Apostolorum implet cophinum suum: ut

Iacobi 1.

Christus gratias egit Chrysost. hom. 50. in Matth.

Psal. 144. Gene. 18. & 9.

Christi benedictio.

Chrysost. ibidem.

Luę 16.

quolibet unum super humerum apportante, ineffabile uideretur miraculum, Hic Domini miraculum augmentatum est. Magnum enim miraculum esset, si de quinque panibus & duobus piscibus quinque milibus hominum satiatis, nil superesset. Sed signũ creuit iuxta admirationem: quia non solum quinque milia hominum satiati sunt: sed etiam tot fragmenta remanserunt, unde duodecim cophini replerẽtur. Hoc ergo etiam ad euidentiam miraculi facit, quòd plus remansit, quàm à principio fuit. Et secundum Cyrillum: Hoc factum est, ut hinc esset manifesta certificatio, quòd opus charitatis in proximos, uberem uendicet retributionem à Deo. & secundum Theophil. ut addisceremus quantum hospitalitas potest, & quãtum augentur nostra: cùm indigẽtibus subuenimus. *Illi ergo homines*, aliquid de ratione habentes, *cùm uidissent*, potentiam diuinam per effectum probatam, *quòd faceret signum*, alias non auditum: in quo probauit se esse Deum: quia illa multiplicatio per Heliseum facta, multum deficiebat ab ista: *dicebant*, magnificantes Deum, *quia hic est uerè Propheta*: imo secundum Augustinum: Ipse Dominus Prophetarum, de quo dixit Moyses: Prophetam suscitabit uobis Dominus de fratribus uestris: tanquam me audietis eum, secundum legis dictum uenturus est in mundum ad ipsum saluandum: sic autem non uenerunt alij Prophetæ: sed solum ad denunciandum istius aduentum.

Theophilactus in Lucam c. 9.

Augustin. tracta. 24. in Ioan. Deut. 18. 6.

Christus promissus ut propheta.

Vbi sciendum quòd Christus promissus erat in lege, tanquam Propheta cæteris excellentior: & ideo uiso miraculo prædicto, populus confessus est illum esse, de quo loquitur prædicta scriptura & sic confitebatur esse uerum Christum. Conspice igitur Dominũ Iesum, qualiter indigentibus misericorditer condescendit & subuenit, ac omnia ordinatè facit: & qualiter illos comedentes aspicit, & in eorum iocunditate lætatur: & quomodo illi super isto miraculo admirantur: & unus ad alterum inde loquitur, dicentes, *quia hic est uerè Propheta*, & plura alia ad laudem eius pertinentia. Lætantur, & cum gratiarum actione manducant: non solum corporaliter cibum sumentes, sed etiam mentaliter, saltem aliqui ex eis, refectionẽ percipientes. Sta & tu à longè famem desiderij, & miseriam lachrymis prode: manum tanquam mendicus extende, si fortè de Dei donis & beneficijs saltẽ modicum quid merearis accipere. ubi considerandа est parsimonia uictus discipulorum Christi, in duobus: Primò, in qualitate: quia pane hordeaceo utebantur, qui est cibus iumentorum. Secundò, in quantitate: quia duodecim uiri, & Christus cum eis: & fortè non nulli de alijs discipulis eos comitati, nõ nisi quinque panes hordeaceos habebant: in quo notatur mira inopia Christi & discipulorum, quòd paucos panes habebant, & uiles: unde & frequenter cum Domino pasi sunt famem. In quo etiam apparet, quantum est cam carnalem contemptum, solis spiritualibus intendentes. Vnde Chrysostomus: Discamus autem hinc, qui uoluptati attendimus, quæ comedebãt mirabiles uiri illi & magni, & quantitatem eorum quæ inferebantur, & uilitatem mensæ eorum. Et iterum: Ioannes autem panes hordeaceos esse dicit, non iniuriam hoc enarrans: sed tumorem preciositatis erudiens nos conculcare: talis enim prophetarum mensa erat. Et iussit eos super fenum iacere, philosophari turbas erudiens. Non enim nutrire corpora solum uolebat: sed & animam erudire. Et à loco igitur, & à nihil amplius panibus dando & piscibus, & ab apponendo omnibus eadem, & à faciendo communia,

Christi inopia.

Chrysostom. hom. 46. in Ioannem. Hordeaceus panis.

nia, & à nihil alteri plus præbendo: & humilitatem, & parsimoniam, & charitatem quæ omnia æstimarẽt communia, eos erudiuit: & quod uidebatur in eremo Iudæis esse mirabile, dicebant quippe: nunquid & panem potest dare, uel parare mensam in deserto? hoc per opera ostendit, propter hoc & in desertum eos ducit: ut sine omni suspicione sit hoc miraculũ: & nullus æstimet ex castello aliquo propè existenti, inferri aliquid ad mensam. hæc Chrysostomus: voluit etiam in deserto hoc miraculum facere: ut significaret se esse illum, qui quadraginta annis pauit populũ in deserto: qui patribus erat promissus. Item in signũ futuri, quia in regione & statu multorum: ubi nec seminatur, nec metitur pascit Deus seruos suos. Vnde secundum Theophilum: Addiscimus ex miraculo perpetrato non fieri pusillanimes in coartationibus paupertatis. Et bene panibus pauit hordeaceis: quia panis delicatus non hic, sed in futuro est gustandus. Quotiens autem Dominum legimus ex paucis panibus multas hominum turbas pauisse: non tantum est mirandum, quantum uenerandum. Non est mirum quia pauit: sed potius uenerandũ, quia facere uoluit. Qui enim ex nihilo cuncta creauit: non est mirum, si ex paucis panibus multas turbas pauit. Mystícè per quinque panes, quinque libri Moysi: per duos pisces, Prophetæ & Psalmi intelliguntur. In his enim tribus, scilicet lege, Prophetis & Psalmis, totum uetus testamentum comprehenditur. per quinque autem milia uirorum, Dominum sequentium, designantur actui omnes quinque sensibus interioribus & exterioribus, quæ possident bene utentes: per mulieres uerò & paruulos, significantur infirmi nondum pugnæ idonei, qui numero sunt indigni. Hi ergo prædicti rectè quinque panibus aluntur: quia tales necesse est legalibus adhuc præceptis institui: nam qui mundo ad integrum renunciant, quatuor sunt milia: & septẽ panibus refecti, hoc est Euangelica perfectione sublimes, & spirituali sunt gratia docti. Cùm ergo in hoc conuiuio Domini tantummodo uiri fuisse dicuntur, mystícè monemur: ut si quàm suauis sit Dominus, gustare desideramus: uiri, id est fortes contra tentationes simus: uir enim à uiribus dicitur: & uirorum nomine illos scriptura sancta designare consueuit, qui uiriliter tentamenta uicerunt. Qui ergo cœnam Domini manducant, uirtute mentis & sensu uiri esse debent: non in concupiscentijs emolliti sicut fœminæ: nec puerilem sensum habentes, sicut pueri. Per discubitum autem, & sessionem corporis, intelligitur quies mentis: qui enim à Deo spiritualiter pasci desiderat: oportet quod sedeat, id est à curis superfluis, & turbationibus conquiescat. Secũdum Bedam quoque super fœnum discumbentes dominicis pascuntur alimentis, qui per continentiam calcatis concupiscentijs, audiendis implendisque Dei uerbis operam impendunt. Fœnum enim carnem significat, secundum illud: Omnes caro fœnum, nec ad mensam Dei dignè sedere poterit, qui carnem per seruitutem spiritui non subijcit. Qui ergo uult refici pane gratiæ spiritualis, congruum est ut sedeat super fœnum, id est ut dominetur corpori suo, & mortificet carnem suam. Saluator autem non noua creauit cibaria, sed præsentibus benedixit: quia ueniens in carne, nõ alia quàm quæ lex & Prophetæ prædixerant prædicauit: & ea mysterijs gratia grauida demonstrauit. Respexit in cœlum: ut illuc dirigendam mentis aciem, ibi lucem scientiæ doceat esse quærendam. Sed tripliciter impeditur quis ne oculos subleuet ad Deũ. Primò,

In Exodi libro, & Numeris.

Vir.

Beda in c. 9. Luce. Fœnum.

Culparum subleuandæ triplex impedimentum.

quando nimis occupatur circa sensibilia, id est terrenas diuitias: quia tunc oculus fœdatur puluere auaritiæ. Secundò, quando occupatur circa delectabilia, id est circa carnales delitias: quia tunc oculus excæcatur igne concupiscentiæ. Tertiò, quando occupatur circa sublimia, id est circa ambitiones mundanas: quia tunc oculus obscuratur fumo superbiæ. Fregit quoque, & ante turbas ponenda discipulis distribuit: quia clausa sacramenta legis & Prophetiæ sanctis doctoribus, qui hæc totò orbe prædicent patefecit.

Quod autem turbis supererat, à discipulis colligi uoluit: quia secretiora intelligentiæ, & sacratiora mysteria, quæ à rudibus capi nequeunt: non sunt negligenter omittenda: sed à discipulis Domini, & eorum successoribus diligenter inquirenda: & illis qui idonei sunt alios docere, committenda. Nam per cophinos duodecim, Apostoli, & sequentes uiri Apostolici, & doctores figurantur: foris quidem hominibus despecti: sed intus saluatoris cibi reliquijs cumulati. Cophinus enim seruilia & rusticana aguntur opera & officia: & Deus infirma mundi elegit, ut confundat fortia. Est autem Cophinus, secundum Isidorum: uas ex uirgultis factum: & de iuncis uel uiminibus, aut folijs palmarum contextum: aptum ad portandum purgamenta, & ad seruilia opera. Vnde in Psalm. de Ioseph dicitur: *manus eius in cophino seruierunt*. Sicut autem pauci panes & pisces fracti, in multas reliquias excreuerunt: sic cibus uerbi Dei, quanto magis distribuitur, tantomagis multiplicatur. Nec à casu, sed ex diuina dispositione impleti sunt duodecim cophini, secundum numerum duodecim Apostolorum: nec data sunt turbæ fragmenta portanda: sed discipulis, ut per hoc designaretur quòd fragmenta, & reliquiæ uerborum Christi, per Apostolos erant per mundũ portanda: & per eos corda iciuna pascenda, quia bene duodecim esse dicuntur: quia fides sanctæ trinitatis, in quatuor mundi partibus, per eos erat prædicanda. unde Ambrosius: His uerò panis quem frangit Iesus, mystícè quidem Dei uerbum est, & sermo de Christo, qui dum diuiditur augetur: de paucis enim sermonibus, omnibus populis redundantem alimoniã ministrauit. Dedit sermones nobis, uelut panes: qui nostro dũ libantur ore, germinãtur. Hæc Ambrosius. Moraliter per Apostolos, intelliguntur prælati: per quinque panes hordeaceos quinque bona spiritualia, quibus anima à Deo reficitur in præsenti. Sicut enim in domo patrisfamilias solet esse multiplex panis, scilicet pauperum, famulorum, filiorum, dominorum, & amicorum: sic in Domo Dei, quæ est Ecclesia sunt diuersa genera panum spiritualium. Primus est panis naturæ, & abstinentiæ corporalis: hic est panis pauperum, id est peccatorum: hunc enim panem largitur Dominus, etiam peccatoribus, qui uerè pauperes sunt. de quo in Genesi dicitur: *In sudore uultus tui, uescęris pane tuo*. & in Esaia: *Dabit tibi Dominus panem arctum, & aquam breuem*. Istum panem debemus pauperibus cõmunicare, si uolumus quòd facta nostra Deo sint grata: alias enim bona nostra opera Deo nõ placent, nisi eleemosynis ornata sunt. Secundus est panis pœnitentiæ luctualis: hic est panis famulorum: de quo in Psalmo dicitur: *Fuerunt mihi lachrymæ meæ, panes die ac nocte*. Et iterum: *Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis in lachrymis in mensura*, scilicet proportionis, id est pro modo culparum: quia quantum homo delectatus in peccatis, tantum debet se affligere, in pœnitentiæ lamentis. Hunc panem dat Dominus,

Ambr. lib. 6. in Luca.

Moraliter.

Panis multiplex.

Gene. 3. Esaia. 50.

Psal. 41. Psal. 79.

Universidad de Deusto Biblioteca

per prælatos pœnitentibus: inducendo eos ad contritionem, & iniungendo pœnitentiam. Tertius est panis intellectualis & doctrinalis: hic est panis filiorũ: de quo in Euangelio dicitur: *Non est bonum sumere panem filiorum.* Et in Ecclesiastico: *Cibauit illum pane uitæ & intellectus.*

Matth. 15.
Eccles. 15.

Hunc panem ministrat Dominus fidelibus per prælatos & curatores, uerbum Dei seminando: unumquenque pro modulo suo pascendo. Quartus est panis eucharistiæ sacramentalis: hic est panis dominorum, de quo in Euangelio dicitur: *Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi.* Et Apostolus: *Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat.*

Ioan. 6.
1. Cor. 11.

Hunc panem dat Dominus per prælatos mundis & peccato dominantibus: quia immundis & malis non est dandus. Quintus est panis deuotionis internalis: hic est panis amicorum: licet enim paterfamiliàs habeat in domo sua panem bonum, tamen amicis superuenientibus quærit meliorem. de quo in Esaia: *Erit panis terræ nostræ uberrimus & pinguis.*

Esa. 30.
Pisces duo.

Duo autem pisces dulcorãtes hos panes, sunt spes ueniæ, & amor Dei: uel intellectus & operatio: quia sine eis nullus istorum panum est sapidus. Istis uerò quinque panibus & duobus piscibus, reficit Dominus animam in præsenti effectiuè, & prælatus ministerio. O quàm fœlix anima est illa, apud quam inuenti fuerint isti panes & pisces, ut de ea dicatur: *est puer unus hic, qui habet quinque panes & duos pisces.* Per puerum enim intelligitur fidelis anima à puritate innocentiæ puer dicta, quæ in quolibet fideli, etiam obnoxio peccatis, debet per pœnitentiam reparari: ad quod assequendum requiruntur quinque panes: & qui habet illos, est uerè puer Euangelicus. Est & panis cœlestis, quem sancti manducabunt in mensa Christi, de quo in Luca dicitur: *Beatus qui manducat panem in regno Dei.*

Luca 9.

Et de ista mãducatione dicitur in eodẽ: Et ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnũ: ut edatis & bibatis super mẽsam meã in regno meo. Moraliter etiã simul & allegoricè & anagogicè faciamus quinque panes pęnitẽtiæ, doctrinę, & refectionis æternæ.

Moraliter.

Moraliter pœnitentiæ, quinque sunt panes, s. panis compunctionis ex consideratione peccati: panis afflictionis ex consideratione passionis Christi: quem ille comedit, qui considerando Christi passionem corde & corpore, se mortificando subijcit: panis compassionis, ex consideratione defectuum, & miseriarum proximi: panis timoris & tremoris, ex consideratione futuri supplicij: & panis suspirij, & deuotionis ex cõsideratione dilationis cœlestis gaudij & præmij. Omnes isti panes sunt hordeacei: ideoque sunt cum amaritudine sumendi. Pisces autem duo, sunt spes ueniæ, & dulcedo uitæ æternę.

Allegoricè.

Allegoricè autem panes doctrinæ sunt quinque libri Moysi: hordeacei, propter literæ duriciem: reficientes tamen, propter spiritualem intellectum reficiẽtem. Duo autem pisces, sunt dulcedo prophetię, & dulcedo Psalmorum.

Anagogicè.

Anagogicè uerò, refectionis æternæ sunt panes quinque ad quos suspiramus: & ex quibus reficimur in æternis: quorum unus est præsentia Dei. Secundus est, pulchritudo uisionis faciei Dei. Tertius est, societas Angelorum: inter quorum sortes, est sors nostrę beatitudinis. Quartus est, consortium sanctorum, qui cum Christo regnant in cœlis. Quintus est, dulcedo internę beatitudinis, quam hîc parumper experimur. In omnibus his hordeum est, dilatio suspirantis ad ista. Dulcedo autem duorum piscium cõsolantium, certitudo conscientiæ, & certitudo fidelitatis diuinę. Item primus panis hordeaceus, qualis conuenit peccatori, uerè pœnitenti, est contritio in corde. Secundus est, pudor in confessione. Tertius est, ieiunium in carne. Quartus, oratio in mente. Quintus, pietas in opere. Duo uerò pisces condientes hordeaceos panes, sunt timor, qui capitur in salsissimo mari, id est pœnis inferni: & spes quæ capitur in dulcissimo fluuio paradisi: cogitas quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Insuper moraliter quinque panes significant quinque quæ Dominus dat nobis ad spiritualem quinque sensuum refectionem.

Moraliter Quinque dona Dei sensuum.

Primò dat præsentia, quo pane reficitur uisus, dum uidet omnia transitoria esse, & caduca. Secundus panis quem dat, sunt præterita, quo pane reficitur auditus, quando audit, quòd omnia transeunt uelut umbra, & ideo spernis ea. Tertiò dat futura: quo pane reficitur odoratus, quando cogitat mortem futuram, & inferni pericula: & ideo se comprimit operibus uirtuosis. Quartò dat spiritualia æterna, scilicet bona cœlestia: quo pane satiatur gustus, quando propter amorem eorum omnia contemnuntur. Quintò dat flagella: quo pane satiatur tactus, quando per flagella mouetur ad dilectionem Dei, & contemptum mundi. Et pisces secundum istum modum significant cognitionem quæ illuminat intellectum, & dilectionem, quæ inflammat affectum.

Cognitio dat saporẽ.

Cognitio enim tribus primis dat saporem: quia cognitio præsentia intelligit: futura præuidet, & præterita recordatur. Dilectio similiter duabus ultimis dat saporem: quia diligens Deũ præ amore, & degustatione cœlestium: & in flagellis Domini delectatur. Hoc autem facto miraculo, *statim compulit Dominus discipulos ascendere in nauiculã & præcedere trans fretum ad Bethsaidam,* ciuitatem Andreæ & Petri & Philippi Apostolorum: ut ab illo loco recederent, donec turbas dimitteret, sub forma alicuius benedictionis & ualedictionis: uolebat enim separare se à turbis: quia sciuit quòd uenturi erant, ut facerent eum regem: & ideo se à discipulis, inter quos à turbis quęrebatur, separauit.

Coactio turba.

Coegit eos, quia non libenter recedebant absque magistro suo, eius societate & doctrina delectati. Vnde Chrysostomus:

Chrysosto. hom. 50. in Matthæ.

Cùm autem dicat, coegit, multam discipulorum instantiam ostendit: quia non de facili ab eo poterant separari: & hoc quidem tum propter nimium affectum, quem ad eum habebant: tum quia sollicitabantur, qualiter ad eos ueniret. Et Hierony.

Hierony. in c. 14. Mat. Bed. in c. 9. Luca.

Quo sermone ostenditur inuitos eos à Domino recessisse, dum amore præceptoris, nec puncto quidem temporis ab eo uolunt separari. Rectè autem quasi inuiti, & retractantes Apostoli à Domino recesserant: ne illo abeunte naufragia sustinerent. Et quia Christus erat promissus rex futurus ideo postquam confessi sunt eum Christum: uoluerunt consequenter ipsum facere regem: considerabant enim quòd ipse qui eos satiauit, posset eorum necessitatibus subuenire: & sub tali rege uidebatur eis non posse egere. Putauerunt forsitã illum sic uenisse, ut iam regnaret: & uolebant præuenire tempus eius, quod ipse apud se usque in finem seculi occultabat. Vbi Beda: Turbæ uiso tanto miraculo intellexerunt pium atque potentem: & idcirco uoluerunt eum facere regem: & homines nanque uolunt habere regem pium ad regendum, & potentem ad tuendum. Vnde & Chrysostomus: Nouit enĩ eos, quia tam faciliter multos procurauit: & ideo sub ipso ociosam & resolutan. & gastrimarginosam putabant ducere uitã: qui omnibus abundarẽt, & nihil laborũ, uel impensarũ impenderent: & ideo corruptã

corum

corum nouit esse intentionem, & non consentiens resolutæ ociositati, & gulositati, fugit ab eis: quia quamuis bonum uellent, non tamen bene uoluerunt.

Fuga Christi.

Vnde etiam Augustinus: Fugit Christus cùm eum uoluerunt facere regem. Omnia enim bona terrena contempsit homo Christus, ut contemnenda monstraret: omnia mala sustinuit, ut nec illis quæreretur fœlicitas, nec in istis timeretur aduersitas. *Iesus ergo,* scrutator cordium: cognoscens uoluntatem eorum: post quam præcepit discipulis suis transfretare, *fugit ipse solus,* à turbis, *in montem orare,* & gratias patri pro beneficijs agere, & nobis in hoc formam dare: ita quòd illi non perpenderunt: nec eum inuenire tunc potuerunt. Sequere autem tu eum à longè, si fortè dignabitur te uocare: uel saltẽ aliquid de reliquiis refectionis & gratiæ tibi impartiri. *Fugit ergo Dominus in montem,* id est celeriter ascendit: noluit enim temporaliter honorari, exemplo suo nos docens, ut uanam gloriam fugiamus: & in bonis, quæ agimus humani fauoris retributionem uitemus. unde Chrysosto.

Chrysosto. hom. 50. in Matth.

Considerandum autẽ, quòd cum Dominus magna operatur, dimittit turbas: docens nos nũquam gloriam, quæ à multis est persequi: neque attrahere multitudinem. Et vt dicit Augustinus:

Augustin. tracta. 25. in Ioan.

noluit rex ab hominibus fieri: quia humilitatis uiam ostendit miseris. Dedit itaque nobis exemplum humilitatis, & fugiendi honores, & acceptandi labores: quia quæsitus ad regnum & honores fugit: quæsitus ad passionem & mortem, ultro se obtulit: ut scilicet exemplo eius parati simus ad aduersa toleranda: cauti ad blandimenta declinanda: & ne nos aduersa fatigando deijciant, uel prospera emollien do decipiant: crebris precibus à Domino imploremus: & eius auxilium inuocemus,

Laus humana fugienda.

Omnem ergo laudem humanam fugias, cum honore, tã quam uenenum mortiferum, & omnem cogitatum suggerentem tibi appetitum cuiuscunque altitudinis, sub quocunque prætextu charitatis, in ipso principio & ortu suo, uelut caput draconis infernalis, tam citò mortifices cum baculo crucis. Præpara quoque teipsum ad quęcunque opprobria, quæcunque aspera, quæcunque aduersa, pro Christi nomine sufferenda: & in despectu tuo gaudeas: teipsum talem uerè & ex corde reputans, qui merito ab omnibus despici debeas: semper tibi Christi humilitatem & durissimam passionem reuocando ad memoriam: qui regnum fugiens, crucem uoluntariè est amplexus, omni confusione contempta. *Ascendit,* itaque Dominus, *in montem,* uelut in locum cęlo proximiorem: innuens ut ad sublimia uitæ uirtutum cliuum ascendamus, & cœlo proximi esse cupiamus: & orare, ut si bene orare uelimus, mentem sursum à terrenis leuemus: & solus, ut non in strepitu, sed in loco quieto oremus: & nos totos & uires nostras ad Deum colligamus. Et bene coniungit ista duo, scilicet solus, & orare: quia

Orare competit solis.

solitudo amica, & utilis est orationi, secundum illud: Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum: & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito: habemus hîc exemplum triplex, scilicet à terrenis recedendi, orandi, & nobisipsis uacandi. Et est notandus ordo: quia orationem præcedit dimissio turbarum: dimissa enim turba, scilicet tumultu hominum, affectionum cogitationum: ascendit in montem ad orandũ, & comitatur solitudo: quia solus ascendit cum intentione orandi: & sequitur nobisipsis uacatio: quia, *uespere facto solus erat ibi.* In quo dat exemplum, quòd homo post sermonem, uel aliud opus bonum debet à turbis recedere & tumultibus, & redire ad loçum solitarium, vt proprios defectus qui contrahuntur ex conuersatione cum hominibus, recolligat & abstergat: profectus uerò, si quos inuenit, Dei gloriæ ascribat: & debet ascendere in montem ad orandum, ut Deum orando quærat: non enim debet orans in terrenis desiderijs iacere. nam secundum Bedam: Qui de diuitijs & honore seculi obsecrat: & in infimis iacet, uiles ad Deum preces mittit. debet etiam sibi uacare ut hauriat, quod postea docendo effundat: uel operando exerceat. Hic datur intelligi, quia cùm Dominus sederet in monte cum discipulis suis, & uideret turbas ad se uenientes, descendit de monte: & circa inferiora loca turbas pauit, & deinde fugiendo honorem regium, iterum im montem solus ascendit.

Chrysosto. hom. 50. in Matth.
Meditatio.

Vnde Chrysostomus: Faciebat autẽ hoc, rursus erudiens nos neque turbis commisceri continuè, neque fugere multitudinem semper: sed alterutrum utiliter facere. Conspice nunc Dominum Iesum, quomodo fugit honorem, & ascendit in montem orare: uidelicet docens mundi prospera fugere, & contra ea Deũ inuocare, & quomodo quęrit loca solitaria, & uadit ad ea: affligit se, & uigilias longas impendit, pernoctans in orationibus, & se humilians corã patre intercedit pastor fidelis pro ouibus suis. Orat enim nõ pro se: sed pro nobis, tanquam aduocatus noster, &

Oratio Domini pro nobis.

mediator apud patrem. Orat etiam ut det nobis orãdi exemplum. Frequenter inde discipulos monuit, & hîc opere comprobauit. Non orat inquãtum Deus, quia sic ei orare non competit: sed inquantum homo, & sic ei competit: quia aduocatus noster factus est, & ideo pro peccatis nostris interpellat.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe fac me oculos mentis à carnalibus delicijs, à terrenis diuitijs, & à mundanis ambitionibus ad te subleuare: & super fœnum carnalis uoluptatis, temporalis possessionis, & mundialis gloriæ discumbere: ut merear satiari quinque spiritualium panum refectione: scilicet timore diuini iudicij, horrore peccati, dolore contritionis, pudore confessionis, & labore satisfactionis: ac duobus piscibus, stabilitate scilicet propositi, & desiderio in melius commutandi & proficiendi: quos puer unus, scilicet humilitas habet, quæ gratiam & gloriam mereri solet. Amen.*

De ambitione, & quibusdam alijs clericorum & religiosorum defectibus. Cap. LXVIII.



Universidad de Deusto
Biblioteca

IRCA præmissa meditare & considera, quo modo Dominus uerè, & non fictè honorem regium fugit & declinauit: non sicut illi, qui ne apud homines uilescant, recusant orare quod corde desiderant. Sunt enim multi, & potissimè religiosi, qui dignitates se non appetere simulant: sed cùm offeruntur, manibus & pedibus promptissimi occurrunt, & læti suscipiũt: imò & quandoque uoluntariè se offerunt. Sunt etiã ex his aliqui, qui in dignitatibus positi fingunt se uelle eas non habere: sed nihilominus per se, & mediatores procurant, & occasiones quærunt sollicitè, quòd possint in ipsis officijs remanere. Non fuit huiusmodi simulatio & fictio in Domino, prout patet ex eius facto. Misit enim discipulos per mare: nec cum eis naue intrauit, ne turbæ eum inter discipulos quærerent: & deinde ipsis non aduertentibus solus in montem ascendit, & sic manus eorum euasit. Vide cum quanto studio & cautela fugit, & declinauit honorẽ. Exemplũ dedit nobis, vt & nos ita faciamus. Non enĩ pro se, sed pro nobis fugit. Cognoscebat nãque quantæ sit temeritatis, si ad honores aspiceremus. Honor enim de maioribus est laqueis, & grauioribus ponderibus ad subuersionem animarum, siue sit honor prælationis, siue potentiæ, siue scientiæ, & similium. Vix enim fieri potest, quòd qui in honore delectatur in periculo uel præcipitio non sit: uel quod est peius, iam præcipitio collisus. Ambitio enim est uitium pessimum, ac causa & radix multorum aliorum uitiorũ. Multos quippe hæc passio sic excæcat, ut etiã ea quæ multis alijs manifesta sunt ipsi non uideant: sicque in foueam primæ culpæ, & deinde gehennæ cadant. Et quid prodest eis si mundum lucrentur uniuersum: se ipsos autem perdant, & detrimentum sui faciant? Si fortè blandiuntur sibi aliqui ambitiosi sub specie lucri animarum, quasi sic melius possent intendere saluti aliorum. Quibus Bernardus respondet dicens: Vtinam quisquis sic intrat, si fieri posset tam fideliter ministraret, quàm fiducialiter se ingessit. Ac difficile fortasis & impossibile est: ut ex amara radice ambitionis, suauis fructus prodeat charitatis. Sed heu cõmuniter hodie honor & non onus, gloria & non pœna attenditur: & honoris nomen uirtutis tenetur. unde Bernardus: Curritur à clero passim ab omni ætate & ordine: à doctis pariter & indoctis, ad ecclesiasticas curas, tanquam sine curis iam quisque uicturus sit: cùm ad curas peruenerit. Multi non tanta fiducia, & alacritate currerent ad honores: si esse sentirẽt & onera. Grauari profectò metuerent: nec cum tanto labore, & periculo, quarum libet affectarent insulas dignitatum. Nunc uerò quia sola attenditur gloria, & non pœna: purum esse clericum erubescitur in Ecclesia: seqũe uiles æstimant & inglorios, qui quocunque eminentiori loco non fuerint sublimati. Idẽ etiam Bernardus, quasi subsannando alloquitur ambitiosum, sic dicens: Age ergo quoniam durissimum iudicium his qui præsunt fiet: & potentes potenter tormenta patientur: ascendit superbia tua semper: sequere regem tuum, omne sublime uideant oculi tui: festina multiplicare præbendas, in archidiaconatum uola: deinde spira ad episcopatum: nec ibi quidem requiem habiturus, quoniam sic itur ad astra. Quo progrederis miser? An ut ab altiori gradu sit casus grauior? neque enim sic paulatim decides: sed tanquam fulgur impetu uehementi, quasi alter Sathanas subitò deijcieris. hæc Bernardus, unde Hieronym. Lætamur ad ascensum: timeamus lapsum: non est tãti gau-

Ambitiosi clerici damnantur.

Ioan. 13.

Honorum pericula.

Ambitionis malũ. Marci 8.

Bernardus epist. 42.

Bernardus epist. 42. ad Hericũ Senonẽsem episcopum. Onera honorum. In ambitiosos.

Idẽ ille Euangelij Ecce nos reliquimus omnia.

Hieronym. in cõment. in cap. 44. Ezechielis.

A dij excelsa tenuisse, quanti terroris de excelsis cecidisse. hæc Hieronymus. Timeat ergo ambitiosus, & se corrigat: ne apud homines exaltatus, & ad tempus falsis florens bonis, apud Deũ humilietur: & in æternum ueris pereat tormentis. Quanto enim maiori honore sublimatus quis fuerit: tanto maioris uirtutis debitor erit, aut maiori supplicio subiacebit. Honores enim sunt, quasi quædam ligna ad augmentãdum ignem in futura pœna. unde Chrysost. Honoris siquidem magnitudo his, qui non digne uiuunt in honore, cumulus incipit esse pœnarum. hæc Chrysostomus. Et tunc ambitiosus nullam requiem habebit, sicut nec in præsenti habere uoluit. Cor enim ambitiosi nunquã quiescit: sed uel honorem, quem non
B habet appetit: uel eũ quẽ habet amittere metuit: & sic diabolus cor eius semper mouet & rotat, tanquam molendinũ quod nunquã pausat. Et nota circa hanc materiã, quòd præter simoniã & alia mala, quę frequẽter non sine graui scandalo cõmittuntur, sunt adhuc quædã mala: quibus hodie multi, quasi nõ mala sed licita essent, implicantur. Primũ malũ est, quia plerique antequam uocentur, promoueri ad dignitates & curas Ecclesiasticas, per se, & per alios sollicitè quærunt: nec uocationem humiliter expectant, sed ambitiosè præueniunt. Hi malè accedunt testante Apostolo, qui sic ait: *Nec quisquam sumit sibi honorem sed qui uocatur à Domino tanquam Aaron.* Quantumcunque enim sufficiens, quis fuerit & uirtuosus: pro
C fectò non erit dignus si non assumatur inuitus. Nã cùm quis honoris primatum ambit: ex hoc solo efficitur indignus: quia indebitè præsumit. unde Augustinus: Status superior, sine quo respublica non regitur, & si bene administretur, indecenter tamen appetitur. unde & Gregorius: Virtutibus pollens coactus ad regimen ueniat: uirtutibns uerò uacuus, nec coactus accedat. De his qui sese in patrimonium Christi ingerunt: sic dicit Bernardus: Audi querelas Domini, quid super hac temeritate loquatur. *Ipsi inquit regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & ego non uocaui eos.* Quid istud temeritatis: imo quid insaniæ? ubi timor Dei? ubi mortis memoria? ubi gehennæ metus, & terribilis expectatio iudicij? hæc Bernardus. Vnde si aliquis ad primum locum in Ecclesia eligitur: tolerabile est licet periculosum: quia secũdum Bernardum, non omnes qui uocantur ad ministeriũ, eliguntur & ad regnum: sicut patet de Saule in regno, & de Iuda in sacerdotio electis à Deo: sed si se ingerit procurando se eligi, damnabile est & pernicio-
D sum omnino: nemo enim debet eligi, uel promoueri, seu præfici, nisi de quo spiritus sanctus inspirauerit: alioquin ipsi spiritui sancto iniuria fit. Vbi nota quòd cum sanctus Ludouicus rex Franciæ, à quodã deuoto quæreret, cur episcopi modo, sicut olim sancti nõ essent: ille (ut creditur) nutu diuino respondit: quia tunc episcopi per inuocationem & inspiratione spiritus sancti, ab electoribus canonicè eligebantur: nunc uerò per supplicationes & procurationes aliàs de eis prouidetur: & ob hoc modo sancti non sunt, sicut olim communiter fuerunt. Quo audito rex dixit, quòd de cætero nullatenus pro aliquo supplicaret. Non solum autem qui ad curas & dignitates se ingeruit, in periculo sunt: sed etiam qui ad eas cũ delectatione accedunt, uel in eis cum delectatione perseuerant. Vnde Gregorius: Vnusquisque superbus rector totiens ad culpã apostasiæ dilabitur, quotiens præesse hominibus delectatur, ac honoris sui singularitate lætatur. Vnde autem hæc uitiorum radix

Honores tendũt materia. Chrysost. ho. 23. ad populũ Antiochenũ.

Beneficia petentes.

Heb. 5.

Augustin. lib. 19. de ciuitate ca. 19.

Idem ibidem.

Ludouicus rex Franciæ quæstio.

Gregorius epist. 38. & in pastorali. Lucifer imitatores.

dix pullulat in corde regentium, nisi ex imitatione illius qui despectis Angelorũ societatibus dixit: *Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo.* Vnde magnopere curandum est: ut qui regendis hominibus præfertur: apud se pensẽt, quia ad satisfaciẽdum districto iudici de sua tantummodo anima uix sufficit: & quòt regendis subditis præsto est reddendæ apud eum rationis tempore, ut ita dicam, tot solus animas habet. Nam cui esse nunc iudicem libet, huic uidere tunc iudicem non libet. Numerari enim culpæ nequeunt, quæ habendæ potestatis amore perpetrantur. Hæc Grgorius. non dicit qui iudex est: sed cui iudicem esse libet: animum uidelicet, non gradũ redarguens: & ad uoluntatem, non ad factum uituperationem referens. Cui autem uidere tunc iudicẽ non libet: de numero reproborum se esse non dubitet. Sicut enim electi tunc de uisione iudicis gaudebunt, quia appropinquat eorum redemptio. sic & reprobi de uisione iudicis dolebũt: quia appropinquat eorum perditio. Vnde & alio loco Euangelij, Dominus dicit: *Væ*, id est æterna damnatio, *uobis*, scilicet imminet, *qui diligitis primas cathedras*: non dicit, qui habetis: sed, qui diligitis: non arguens eos qui his utũtur ex officij ordine: sed eos qui hæc dum habent amant, uel dum non habent affectant, quod procedit ex ambitione. Væ quippe in scriptura sacra, notat æternam damnationem, & gehennæ supplicium: sed heu huius seculi peregrinationem, & præsens exiliũ. unde & Chrysostomus: Hæc dictio uæ semper in scripturis dicitur de his qui non possunt euadere à futuro supplicio. Solent autem ambitiosi se excusando quandoque allegare illud apostoli, & dicere: *Qui episcopatum desiderat: bonum opus desiderat.* Quibus respõderi potest, quòd opus est bonum: sed desiderare est malum. Sic & dici potest: qui aurum furatur, bonam rem furatur: quia aurum bona res est, sed furari malum est. unde apostolus ipsum opus, tanquam bonũ & fructuosum, commendat: Christus uerò ipsum desiderare, tanquam malum & uanum, condemnat. Sic ergo patet ex Christi uerbis & cæteris scripturis, quòd ambitiosus non est in statu gratiæ & salutis. Patet hoc etiam ex quibusdam rationibus et causis: quia in tot humanis defectibus, nullus relinquitur ambitioso, locus excusationis, & per hoc graue ei imminet periculum perditionis. Multi enim per infirmitatem uel ignorantiam: aut in toto aut in parte de peccatis excusantur: sed ambitiosus cui præsse libet, per nullum horum defenditur. Non quidem per infirmitatem: quia ducatum gregis libens suscepit & tenuit: & ideo tanquam aries in grege fortis præ cæteris esse debuit, nec per ignorantiam, quia magisterium aliorum assumere & tenere sibi placuit: & ideo ignorare non debuit qui magister esse uoluit. Talem ergo scilicet ambitiosum, & cęcitatem eius ualde plangere debemus: quia hominem ad Dei imaginem factum ipsum Luciferum (ut suprà per Gregorium dicitur) imitari uidemus. Et quia ambitiosus in tanto uersatur periculo, ideo qui scienter talem eligunt uel promouent, aut in statu suo fouent & defendunt: grauiter Deum offendunt: & se participes cum eo in culpa faciunt. Vnde timendum est consentientibus ambitioso, ne cadant cum eo: sicut consentientes Lucifero ceciderunt cum illo. Ista maledicta pestis ambitionis, totam inficit religionem Christianitatis: & scandalum toti mundo parturit, non solum in clericis, sed & in religiosis. Væ ergo miseris ad quos Pharisæorum, quibus Dominus uæ imprecabatur uitia trã-

Esaiæ. 14.

Diligere honorem.

Luc. 11.

Vanquid nocet. Heu quid.

1. Tim. 3.

Desiderare.

A sierunt: qui per breue & incertum huius uitæ suæ curriculum, quo peccata plangere debeuerunt, ad dignitatem, & honorem aspirare: uel pro his laborare, seu etiam certare Dei timore postposito non metuunt. Secundum malum est: quia sæpe carnales amici in beneficiorum collatione alijs melioribus, & dignioribus prę feruntur: quorũ promotoribus uę damnationis Propheta comminatur dicens: *Væ qui ædificat Siõ in sanguinibus.* Multi enim qui pro amicorum carnalium promotione, & corpus & animam æternis exponunt incendijs: qui eo nuerso pro eorum liberatione extremum digiti uix ad horam ponerent in tormentis. Multis quidam prælatis, procurat diabolus amicorum carnalium multitudinem: ut eorum in carnali affectione & promotione, obscuret dignitatem & sanctitatem. Sæpe nanque nepotes prælatorum, & alij carnales amici, qui ante ipsorum prælatorum promotionem non apparebant, post promotionem eorum apparere incipiunt: quasi una die, scilicet promo-
B tionis nati uideantur. Sed super hoc potest Ecclesia dicere illud Esaiæ: Quis genuit mihi istos? Ego sterilis & nõ pariens, transmigrata & captiua, & istos quis enutriuit? Ego destituta & sola & isti ubi erant, scilicet ante prælati promotionem? Vnde ait quidam.

Cùm factor rerum priuaret semine clerum:
Ad Sathanæ uotum successit turba nepotum.

Hi tales qui in promotionibus amicos carnales
C præferunt factis & operibus suis, illud Psalmistæ dicunt: *Hereditate possideamus sanctuarium Dei.* Et ideo timere habent maledictionem, quæ ibidem sequitur, quam non solum Ecclesia & alij: sed etiam ipsimet sibijpsis imprecantur sæpius, cùm orant dicentes: *Deus meus pone illos ut rotam: & sicut stipulam ante faciem uenti. Sicut ignis qui comburit syluam: & sicut flamma comburens montes. Ita persequeris illos in tempestate tua: & in ira tua turbabis eos. Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine. Erubescant & conturbentur in seculum seculi: & confundantur & pereant.* Vbi nota uisionem de quodam pontifice nimis ad carnales amicos affecto quæ statim post mortẽ eius ostensa est cuidam legato Ecclesiæ in uia iam posito. Quodam enim mane, cùm idem legatus excitatus à
D somno uellent orare, ut consueuerat: submissus est quidam lectus, in superficie aureis tapetijs circunseptus in camera ubi quiescebat: in quo residere uidebatur ipse defunctus, ad modum Pontificis ornatus, & in gyro eius multi de genere suo per eum promoti, & ditati chorcam ducebant: & cantilenas lugubres cantantes in hunc modum proclamabant: Maledicta promotio, & exaltatio tua: tu enim es perditionis nostræ causa. Ille uerò circunquaque respiciens: maledictionem similiter eis imprecabatur dicens: Maledicti uos à Deo, quia propter uos traditus sum igni perpetuo. Et hæc dicens, coopertorium aureum eleuauit,
E & flamma de lecto cum fumo fœtidissimo ascendit: & sic uisio disparuit. Hæc autem uisio prædicto legato, Angelo sibi referente ideo ostensa fuit, ut ipse à similibus abstineret: quia defuncti successor futurus esset. Post hæc quodam tempore, quidam pontifex alius promotioni carnalium amicorum nimis intentus, cùm ex infirmitate in qua per medicos neglectus fuerat, morti esset propinquus: quasi de salute corporis & animæ desperans, dixit pluribus circunstantibus & audientibus: Medici abstulerunt mihi corpus, & amici animam. Ecce qualem retributionẽ de amicis habuit, quos sic carnaliter dilexit & promouit. Sic & hodie multi religiosi carnalitatem ni-

Secundum malum, affectio carnalis. Abacuc 2.

Esa. 49.

Psal. 82.

Visio pontificis.

Amici animã auferunt.

mis

Universidad de Deusto Biblioteca

mis sequentes: non ea quæ spiritus & Dei sunt: sed quæ carnis & diaboli sunt, in electionibus suis sapiunt & magis corpori quàm animæ prouidere solliciti sunt. Multi enim potius eligunt bonũ cocum, qui carnalibus uoluptatibus eorum satisfaciat, quàm uirum deuotum qui utilitatibus animarum proficiat: ut sic simul cum illo ducant in bonis dies suos, & quasi de alia uita desperati, recipiant bona in uita sua, ac si sic iretur ad astra. Hi tales similes illis sunt: de quibus Seneca sic dicit: Quidam uoluptatibus se immergunt, quibus in consuetudinem adductis carere non possunt: & ob hoc miserrimi sunt, quòd eo peruenerunt, ut illis quæ fuerunt superuacua, facta sint necessaria. His etiam talibus applicari potest, quod de quodam patre factum est. Qui cùm quadam uice melius solito se refecisset: nocte sequenti diabolus sibi assistens, uentrem eius suauiter quasi manibus contrectando deliniuit: & quasi eum subsannãdo dixit: Modo bene, modo bene. Ille autem diaboli illusionem intelligens, pœnitentiam de hoc excessu egit, & ad abstinentiam consuetam redijt. Istud etiam uerbum, scilicet modo bene, modo bene, potest dici cuilibet in hac uita prosperatè uel delicatè uiuenti. Et similiter istud Euangelij, *et quidem in hac die tua quę ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt, ab oculis tuis*, scilicet mala futuri temporis. Tertium malum est, quia plerunque causa mala mouente & alliciente: indigni, & quãdoque etiam mali & hostes Christi ad Ecclesiastica beneficia promouentur: & magis personis, quàm Ecclesijs: magisque utilitati priuatæ, quàm communi prouidetur: nec fiunt clerici uel prælati Deo, sed mundo. Vnde magna cura est multis, ut in domo sua officiales utiles præficiant: sed parua cura est eis, ut in domo Dei ministros idoneos instituãt: quia heu quasi nulla ministrorum Christi est electio: cùm tamẽ ministri hominum sæpe cum magno eligantur consilio. Proh dolor sæpe magis insufficientes assumuntur ad statũ clericorum, & ad ecclesiastica beneficia etiã curata: quàm ad statum mæchanicorum, uel ad aliqua huiusmodi officia. Qui enim męchanicus esse voluerit, necesse est ut ad suum officium spectãtia sciat, uel addiscat: sed plerunque in clericis hoc fallit. Quo modo ergo tales per ignorantiam poterũt excusari: maximè si ad dignitates & beneficia curata fuerint promoti? Vnde Bernardus: Quæ ignorantia excusare possit hominem, qui se magistrum infantium, doctorem insipiẽtium profitetur? Talium quippe dum quis promouetur, rectè à diabolo supra templi pinnaculum eleuatur: cui diabolus quasi subsannando tunc loquitur: *Si filius Dei es, mitte te deorsum*. Iam inter filios Dei computatus es: iam ab his qui te non cognoscunt, uideris esse quod non es. Fac igitur aliquid unde lauderis: unde gloriosus habearis, & unde magnus ab hominibus uidearis. *Mitte te deorsum*: Quid enim tam proprium diabolo, quàm suadere, ut unusquisque indignus Ecclesiæ se sibi submittat? Et reuera hi tales semper deorsum se mittunt: quia solas diuitias, dignitates & gloriam quęrentes, quotidie deteriores fiunt. Promotores etiam talium in quacunque dignitate, quasi supra templi pinnaculum constituti, se ad persuasionem & consilium diaboli deorsum mittunt, quando per carnalem affectionem, uel aliam causam malam eos excæcantem, talibus condescendendo: eos promouent uel eorum promotionibus acquiescunt. Simia quippe ponitur in tecto: & latro in scalis coram populo, non ad sui honorem, sed ad derisionem: sic etiam est de indigno in Ecclesia

Cocus prælatus sapienti. — *Gula consuetudo. Seneca lib. de beata uita.* — *Modo bene.* — *Luca 19.* — *Tertiũ malũ, promotio malorũ.* — *Ignorantia nõ excusans* — *Bernardus ĩ psal. Qui habitat. Matt. 4.*

A exaltato. unde Seneca: Loco ignominiæ est apud indignum dignitas. Vt autem dicit Gregor. Necesse est ut is qui præest, quæ exempla subditis præbeat solerter attendat, & tantis se sciat uiuere quantis præesse. Et ideo ut idem dicit: Non debet hominum ducatũ suscipere: qui nescit homines bene uiuendo præire: neque ad hoc eligatur, ut aliorum culpas corrigat, qui quod resecare debuit ipse committit. Et iterum: Durum quippe est ut qui nescit tenere moderamina uitæ suæ: iudex fiat uitæ alienæ. Hæc Gregorius: Sic & hodie apud multos etiam religiosos in electionibus & prouisionibus timore Dei postposito, Iesus, id est uir bonus & dignus, ac Dei amicus, qui se & B alios saluare studet, reprobatur, & Barrabas latro insignis, id est malus & indignus, ac Christi hostis, qui se & alios in anima perimit, eligitur. Vnde qui in talibus promotionibus, faciendo uel consentiendo culpabiles sunt: ipso suo facto, uel consensu, cum Iudęis dicunt: *Non hunc, sed Barrabam*. Et ideo timeant tales, ne alienati à Iesu saluatore, partem sortiantur cum Barraba latrone. Tales quippe sic electi sunt subditis magis in ruinam & scandalum, quàm in resurrectionem & boni exemplum: & hoc fermentum prælatorum corrumpit totam massam subditorum: quia dũ caput ægrotat: cætera membra dolent. Aegrotãt quidem, sed non sanantur, quia morbum noli me tangere habere uidentur: & intacti remanentes, per eos C quorum interest debitè non corriguntur. Et ideo heu, iam apud plures de capite facta est cauda: de priore posterior, & de magistro discipulus: & utinam Christi, non diaboli. Sed timere habent homines in his culpabiles, ne iustitia per eos neglecta ad supernũ iudicem quærelam suam dirigat: & ille uoces quærimoniæ eius suscipiens, iusto iudicio suo uindictam suam super præuaricatores rectitudinis inducat. Et istud in multis talibus factum nouimus & adhuc frequenter fieri uidemus, sed quidam miseri sic sunt excæcati, quòd nec cognoscere defectus suos uolunt, unde talia flagella procedunt: & ideo sæpe grauiora eis superueniunt. Quartum malum est, quia unus be D neficio uno non est contentus, in aliorum clericorũ præiudicium & damnum: plura occupat, & alijs esurientibus ipse se pompis & uanitatibus inebriat. Pauperum enim necessitatibus subtrahitur, quicquid diuitum uanitatibus accedit: & multitudo seruorum, multitudinem pauperum facit. Vnde est quod communiter dicitur.

Quicquid delirant reges plectuntur Achiui.

Et quod peius est, interdum unus ad unum etiam beneficium minus idoneus, plura occupat: & qui unicum quamuis modicum uix officium implere sufficeret, plurimorum stipendia sibi uendicat. Plura quidem beneficia habentibus, paratur uagandi & delin E quendi materia: diuinus cultus & hospitalitas in ipsis beneficijs minuitur: Ecclesiarum commodis & honori detrahitur, quæ per hoc in spiritualibus & tẽporalibus multipliciter collabuntur. Sed esto quòd tales habeant dispensationem, super pluralitate beneficiorum: nunquid dispensationem habere poterunt, super perpetrationẽ prædictorum malorum? Quę quidẽ mala tãta sunt, ꝙ sola ad damnationem sufficiunt: & reũ in infernũ detrudere possunt: ubi unus ut plures in beneficijs, erit unus ut plures in tormentis. Istos secundum Bernardum supra montem excelsum ualde diabolus ducit: quibus etiam omnia regna mundi, & eorum gloriam ostendit: & ostensa si prodentes eum adorent dare promittit, & reuera post quam

Gregorius lib. 24. moraliũ c. 30. — *Ioan. 18.* — *Caput fit cauda.* — *Quartum malum, beneficiorum pluralitas.* — *Horatius in principio epistolarũ.* — *Dispẽsatio.* — *Bernardus in psal. Qui habitat. Matt. 4.*

quam auaritiæ suæ consulendo, multa beneficia ade A pti sunt, eum adorant, eum colunt & uenerantur, eũ quasi Deũ sequuntur: & post eũ in tenebris demerguntur. Vbi nota quædam exempla de hac materia. Guilhelmus Parisiensis episcopus, in theologia regens, conuocationem fecerat magistrorum. Et proposita quæstione de pluralitate beneficiorum: solerti & longa disputatione probatum est, duo beneficia, dummodo unum quindecim libras Parisienses valeret, ab uno teneri cum salute non posse. Hoc determinauit prædictus episcopus, hoc omnes alij magistri theologiæ determinauerunt: exceptis duobus, scilicet magistro Philippo Parisiensi Cancellario: & magistro Arnoldo postmodum Ambianensi episcopo. Quid autem prædicto Philippo contigerit audia B mus. Agonizantem in morte Dominus Guilhelmus episcopus, tanquam bonus pastor uisitauit: rogans eum ut singulari opinioni de pluralitate beneficiorũ cederet, & omnia beneficia sua uno excepto in manus Ecclesiæ resignaret. Sed renuit, dicens se uelle experiri utrum esset damnabile plura beneficia ab uno teneri. Mortuus est ergo sic: & post paucos dies dicto Parisiensi episcopo in terra & miserabili forma apparuit, dicens inter cætera, propter pluralitatem beneficiorum se esse damnatum. Similiter alius quidam clericus magnæ literaturæ, apparens cuidam post mortem suam, dixit se damnatum ob hanc solam causam, quia duas tenuit præbendas. Super hac eadem C quæstione Robertus Romanæ ecclesię cardinalis, & magister in theologia, interrogatus morti uicinus respondit: Dico iam migraturus à uita, quòd mortale & damnabile est, plura tenere beneficia.

Hoc idem sanctæ memoriæ Petrus Cantor Parisiensis, & dixit, & scripsit. Hoc idem magister Guilhardus Cameracensis episcopus, uerbo huiusmodi confirmauit: Nollem, inquit, pro toto auro Arabiæ una nocte duo beneficia detinere, & hoc propter discrimen incertæ uitæ. Super hoc etiam narrante Bernardo, quondam domini Papæ pœnitentiario. cùm beatæ memorię Gregorius Papa nonus interrogaretur, si posset de plenitudine potestatis cum plurium bene D ficiorum detentoribus dispensare: respondit: Non possum, inquit, nisi tantum super uexatione detinentium dispensare. Quod fortè ideo dixit: quia ut uisum est, plura mala ac peccata grauia & ineuitabilia inde subsequuntur, super quibus faciendis dispensatio cadere non uidetur: quia peccatum in nullo casu conceditur. Quis ergo erit sapiens qui se fallat, & tanto discrimini committatur. Esto quòd multi dicãt hoc, & multi alij in contrarium opinentur, hoc solum tamẽ mortale ab Augustino doctorum maximo iudicatur, cùm quis incertitudinis periculo, aut mortalis peccati discrimini se committit. Sic & hodie multi religiosi non solum grangias, sed & Ecclesias non sine E animarum periculo sibi incorporando multiplicare solliciti sunt, exponentes se periculo reddendæ rationis de animabus Ecclesiarum, quarum decimas & fructus percipiunt. Quintum malum est, quia plerique in beneficijs non resident, & fructus eorum percipientes debitum pro his laborem uel seruitium Ecclesijs non impendunt. Gaudent & se iactant, quia habent tot florenos sibi apportatos, sed timeant ne sint floreni eos ad infernum portantes. Frustra enim se iactant habere beneficium, uel mercedem cuius non exhibent operationem. Sed esto quòd tales habeant dispensationem, super absentia seu non residentia: nunquid dispensationem habere potuerũt super pec

Guil. Parisiensis quæstio. — *Philippi Cancellarij damnatio.* — *Dispensatio Papæ.* — *Quintum malum.*

A catis, & malis committendis quæ ineuitabiliter sequuntur ex eorum absentia & negligentia? Et ideo bene eis esset, si haberent uicarium in tormentis, sicut excusãdo se dicunt habere in beneficijs. Qui enim residere nolunt in beneficijs, timere habent ne residentiam perpetuam faciant in tormentis. Et hoc magis delinquunt prælati, & curam habentes animarum: quia ex illorum absentia maius sequitur periculum. Pauci quidem ex eis pastores, sed multi mercenarij sunt: quia non lucrum animarum, sed mercedẽ temporalis commodi, aut lucri, uel honoris quærũt. Istis bene congruit illud Bernar. ubi ait: Væ tibi clerice mors in olla, mors in huiusmodi delitijs. Peccata B enim populi comedis, ac si propria minus sufficere uiderentur. Sumptus ecclesiasticos gratis habere te reputas: sed bonum erat magis fodere & mendicare. Et iterum: Indignus lacte & lana conuincitur, si non pascit oues: si non uigilat in custodia gregis, Iudiciũ sibi manducat & uescitur. Quid tibi insipiens delitiæ sapiunt: quid diuitiæ illæ cæcos delectãt oculos, quibus mereris tam graue iudicium, tam duræ temetipsum obligas rationi. Vniuersa siquidẽ vsque ad quadrantem nouissimum exigeris. Hæc Bernardus: Et iterum super illo uerbo Prophetæ. *Peccata populi mei comedent*. Quasi dicat, peccatorum precia exigunt: & peccantibus debitam sollicitudinem non impendũt. Quem dabis mihi de numero præpositorum, qui non C plus inuigilet subditorum euacuandis marsupijs, quàm uitijs extirpandis? Vbi qui orando flectat irã: qui prædicet annum placabilem Domino? Leuiora loquimur, grauiora grauius manet iudicium. Ministri Christi sunt, & seruiunt antichristo. Honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem nõ fecerunt. Hæc Bernardus: Sunt autem quidam qui Ecclesijs & ouibus suis proprijs derelictis, alijs deseruiunt Ecclesijs uel prædicant populis: sed per hoc de negligentia Ecclesiarum, & ouium suarum non excusantur apud Deum: quia reddent rationem de omnibus usque ad quadrantem nouissimum. Allegant etiam quandoque non residentes, quòd in Ecclesijs D eorum sunt rebelles & tyranni, uel infideles & huiusmodi. In quo ipsos magis redarguunt: quia uident lupum & fugiunt cùm tamen pro illorum & Ecclesiæ utilitate deberent tunc potius residere. Sic & hodie multi in religione curam animarum habentes claustrum quasi carcerem fugiunt, & cum Satham circũeundo terram, & perambulando eam quasi uagi discurrunt: parum timentes, quòd ligatis uagit eorum pedibus proijciantur in tenebras exteriores. Primi quidem religionis patres urbes & palatia relinquentes, solitudinem petebant: dicentes cum Hieron. Opidum mihi carcer est, & solitudo paradisus: sed isti uagi solitudinem deserentes, urbes & palatia quærunt, E quasi intra se dicẽtes: solitudo mihi carcer est, & opidum paradisus. Vnde talibus bene competit: & de eis scribi posset, quod de quodam huiuscemodi post mortem eius, quasi pro epitaphio, quidam uersificator sic scripsit.

Dum fuit in mundo, per mundum uexit eundo.
Hæc postrema dies, hæc sibi prima quies.

Sextum malum est, quia multi fructibus beneficiorum & bonis Ecclesiasticis abuti non metuunt, ac patrimonium Christi, & res pauperum in usus superfluos & illicitos conuertunt. Quantumcunque enim utiliter in beneficio quis laboret, ultra tamen uictum & uestitum sibi uendicare non debet. Quicquid amplius est, pauperum est. Vnde Bernard. Sed esto,

Bernardus in illud Euang. Ecce nos relinquimus omnia. — *4. Reg. 4.* — *Osea. 4.* — *Matth. 5.* — *Claustri fuga.* — *Epitaphiũ uagi.* — *Sextũ malum.* — *Bernardus ser. in illud Euangelij Ecce nos reliquimus omnia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

esto, studiosè quis & fructuosè laboret, uiuat de altario ut alimenta & quibus tegatur habens, his contentus sit. Nō superbiat, non luxurietur, denique nō ditetur, nec ex clericatu ditior fiat: non sibi de bonis Ecclesiæ ampla palatia fabricet, nec loculos inde congreget, nec in uanitate aut superfluitate dispergat, nō extollat de facultatibus Ecclesię consanguineos suos aut nepotes, ne filias dixerim nuptui tradat. Res pauperum non pauperibus dare, par sacrilegij crimē esse dignoscitur. Nec.n. ordinauit Deus his q̄ Euāgelio seruiūt de Euāgelio quęrere, aut hęre delitias, aut ornatū: sed uiuere ait Apostolus de eo, ut uidelicet sint contenti alimenta corporis, nō gulę irritamenta, aut incentiua libidinis: & quibus tegantur, non quibus ornentur, accipere. Et iterum: Pauci admodum sunt qui non quæ sua sunt quærant. Diligunt munera, nō possunt pariter diligere Christum: quia manus dederunt mammonæ. Intuere quomodo incedunt nitidi & ornati circumamicti uarietatibus, tanquam sponsa procedens de thalamo suo: nonne quempiam talium repētē minus procedentem aspexeris, sponsam potius putabis, quam sponsæ custodem. Vnde uerò hanc illis exuberare existimas rerum affluentiam, uestium splendorem, mensarum luxuriam, congeriem uasorum argenteorum & aureorum, nisi de bonis sponsæ? Inde est, quòd illa pauper & inops, & nuda relinquitur, facie miseranda inculta, hispida, exanguis. Propter hoc non est hoc tempore ornare sponsam, sed spoliare: non est custodire, sed perdere: non est defendere, sed exponere: nōn est instruere, sed prostituere: non est pascere gregem, sed mactare & deuorare: dicēte de illis Domino, *qui deuorant plebem meā ut cibum panis: & quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt.* Hæc Bernardus: Sic & hodie multi religiosi bonis monasterij abuti non uerentur: & diuitem purpura & byssō indutum imitando, quęrunt ad induendum non quod utilius, sed quod subtilius inuenitur: non quod frigus expellat, sed quod superbire compellat, & cum eodem diuite epulari quotidie splendidè uolunt: & pro carnibus, à quibus abstinetur, studium suum in piscibus & delicijs uarijs ponunt. Et secundum quod de quibusdam dicitur, plus in Salmone, quàm in Salomone student: quod, secundum Prosperum, non est delicias resecare, sed unam in aliam commutare. Vnde & Augustinus: Qui sic à carnibus se temperant, ut alias escas, & difficiliores præparationis & precij maioris inquirant: multum errant. Non enim est hoc susципere abstinentiam, sed inuitare luxuriam. Isti non intelligunt quòd in his hamum accipiunt: quia pœnam pro singulis exoluent, & quantum se glorificauerunt & in delicijs fuerunt: tātum de tormento & luctu habebunt. Vtinam multi mercenarij, & pseudopastores hæc attenderēt: qui plus de seipsis etiam sanis, quàm suis subditis etiā infirmis, solliciti sunt: plusquam sibi in uoluptatibus, quàm subditis in necessitatibus condescendunt. Et ideo sæpe huiusmodi mercenarij diris à Deo castigantur flagellis: sed intelligere nolūt unde hęc flagella procedunt, conquerētes quandoque de percussione, sed tacentes de causa mouente: secundum illud quod cōmuniter dicitur: puer & quęritur, sed causa tacetur. Quandoque etiam iusto Dei iudicio tales in necessitate deseruntur ab alijs, ut sicut fecerunt, fiat & ipsis: & utinam hæc saperent, & intelligerent, & se emendarent. Septimum malum, quod præcedenti sæpe malo est annexum, est maledictum curiositatis uitium, à quo tam in faciendo, quàm utendo tanquam

Prælatorū pompa.

Psal. 13. Psal. 78. Luce 16.

Augu. ser. de ciuitate.

Hamus in cibis & uestibus superfluis.

Septimum malū, Curiositatis clericorū.

A à uenenoso serpente est omnibus Dei seruis abstinēdum. Curiosa enim qui faciūt, & qui eis, uti uolunt, mundo uiuunt & seruiunt: Talia nanque sunt ornamenta mundi, & blasphemia Dei. Qui uerò in purita te conscientiæ intendit uiuere: mirum quomodo in faciendo uel utendo se audet hac fece fędare. Est enī periculosum, & est ualde magnum uitium. Primò, quia tempus ad laudandum Deum concessum perdi tur, & contra ipsum in uanis expenditur. Multo enim plus de tempore occupat curiosum opus, quàm expediat: & hoc ualde malum esse nullus sapiens ignorat. Secundò, quia facienti est causa uanæ glorię & iactantiæ. O quotiens cogitat & recogitat, ac mente reuoluit, etiam quando non operatur, ac etiam quando diuinis intendere debet: ut pulchrum opus faciat. O quotiens illud aspicit, & inde se reputat, & apud alios reputari vult & se iactat. Tertiò, quia etiam ei cui facit, est causa & occasio superbiæ. Tali enim oleo ignis superbiæ nutritur, & magis accenditur. Nam sicut rudia & grossa sunt humilitatis fomentum, sic curiosa & pulchra sunt superbiæ nutrimentum. Quartò, quia est materia & occasio retrahendi animum à Deo. Nam secundum Gregorium: Tanto quis à superno amore disiungitur, quanto inferius delectatur. Quintò, quia est concupiscentia & uoluptas oculorum. Ad nihil enim talia curiosa ualere uidentur. ni si ut inde oculi pascantur, & per consequens etiam animus ex eis distrahitur. Sextò, quia multorū aliorū est laqueus & ruina. Nātalia respicientes multis modis offendere possunt, uel delectabiliter aspiciēdo, & similia cōcupiscēdo, uel detrahēdo & maledicēdo: seu alijs scādalū & malū exemplū inde trahēdo. Cogita ergo quotiens Deus offendi poterit antequam illa curiositas deleta sit. De omnibus autem illis offensis ipse qui tale opus fecit, uel fieri procurauit, est in causa, & per consequens in culpa. Ecce quot mala ex tali curiositate proueniunt. Adhuc est & aliud magnum malum ualde: quia curiositas directè obuiat paupertati. Et ultra omnia prædicta est hoc malum, quòd leuis ac uani & inconstantis animi est indicium, & superbiæ in corde latentis signum. Hoc autem malum curiositatis non solum reperitur in clericis: sed etiam plerisque religiosis. Quidam enim eorum relicta, & quasi contempta antiquorum patrum simplicitate & humilitate, nouitates seculares ī multis ad usum pertinentibus adinueniunt, & diabolum adulterantem cum suis satellitibus in religionem introducunt: unde non uidentur filij religionis ueri & legitimi, sed potius adulteri: quia à sanctis patribus degenerantes, adulterinas nouitates & curiositates adinueniunt, & quales sunt, talia opera faciunt. Vnde de eis illud uulgare dici potest.

Curiositatis pericula & mala.

B

C

D

Curiositas religiosorum.

Qualis erat mulier, tale coquebat olus.

E

Ministri ergo diaboli sunt: quia opus eius faciendo sibi seruiunt. Et ideo propter nullum de mundo tale opus quis facere debet, nec uelle pro se fieri etiā si gratis fieret: quia nulla de causa peccato est consentiendum, & ab offensa Dei est omnibus modis abstinendum. Nam ut dicit Anselmus: Omne peccatum per præuaricationem Deum exhonorat. Si ergo peccare, est Deū exhonorare: hoc homo facere non deberet, etiam si necesse esset perire omne quod Deus non est. Mirum ergo ualde quomodo homuncio, cinis & puluis, tam audacter Deum & tantam maiestatem præsumit offendere. Vnde Bernardus: Tangit montes & fumigant, & tam tremendam maiestatem audet irritare puluisculus uno leui flatu dispergēdus, &

Anselmus de excepto uirginali. Psal. 103.

& minimè recolligendus. Et si propter nullum alium curiosa facere deberes: quanto magis offendis si proprio motu ad solam complacentiam talia facis: uolēs magis complacere creaturæ, quàm creatori. Ex præmissis igitur apparet aliquantulum in quali & quanto periculo sit hodie status clericorum: & quanta per eos ueniunt scandala: quantamque persecutionem suscitant in Ecclesia. Illi enim uerè Ecclesiam persequūtur, qui uitijs & malis exemplis persequūtur. Illi acerbius sanguinem fundunt, qui Christum quantum in ipsis est in homine occidunt. Vnde Betnard. Si Dominus proprium sanguinem dedit in precium redemptionis animarum: nonne tibi uidetur grauiorem suscitare persecutionem, qui suggestione mala, exemplo pernicioso, scandali occasione, auertit ab eo animas quas redemit, ab illo qui sanguinem suum fudit? Et iterum: Quis obsecro laicorum auidius clericis ac quirit temporalia: & ineptius utitur acquisitis. Cùm tantum fastum uideant laici in supellectile clericorum: nonne per eos potius inuitantur ad mundum diligendum, quàm negligendum? *Medice cura te ipsum.* Si mundum prædicas contemnendum, contemnetur prius: & ad ipsum alios efficacius inuitabis. Da uoci tuæ uocē uirtutis: consonet uita uerbis, & statī erit in ore tuo uiuax, & efficax sermo Dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Non sic profectò est: sed sicut populus, sic sacerdos: sicut laicus, sic & clericus: uterque cupit, uterque diligit mūdum, & ea quæ in mundo sunt. Laicus tamē cum labore, sed clericus sine labore uolunt possidere totum mundum. Communicare uolunt cupiditati & superfluitati hominū, sed non labori. Peccare uolunt, sed non flagellari cū hominibus. Vnde timendum est quòd flagellentur cum dæmonibus. Quomodo seculares non expenderent substantiam suam uiuendo luxuriosè etiam in præsentia sacerdotum: quomodo non intenderent uanitatibus & lenocinijs huius seculi? quomodo nō essent insolentes & elati, cùm tantum fastum, tantam insolentiam uideant clericorum? Nonne in præsentia eorum irreuerēter abutimini eleemosynis pauperū? De patrmonio crucis Christi non facitis codices in Ecclesijs: sed pascitis pellices, impīguatis canes, adornatis equos. Et uerè in capitibus omnibus omnium platearum dispersi sunt lapides sanctuarij. Plateæ latę sunt: & lata est uia, quæ ducit ad mortem. Lapides ergo sanctuarij, id est sacerdotes sunt in capitibus: id est in introitu latarum uiarum: docent enim populos per praua exempla ingredi uias latas quæ ducunt ad mortem: & demergunt in profundum inferni. Dolor capitis in membra redundat. Et meritò clamat sancta Ecclesia hodie. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* Multa est hodie & longè & grauior, quàm credi possit persecutio sanctæ Ecclesiæ: & talis incumbit qualis non fuit à principio. Multis modis persecutus est eam diabolus, sed nūquam grauius, quàm hodie: quia nunquam fuit maior perditio Christianorum, nec liberior aut securior transgressio diuinorū præceptorum: Ecclesiam incipientem persecutus est per tyrannos: proficientem persecutus est per hæreticos: iam lætam & florentem persequitur per motus illicitos. Hæc Bernard. Adhuc autem unum de clericis in fine subiungo exemplum: Clericus quidam in synodo episcoporum prædicare compulsus angustiabatur nō modicū, quidnam dignè posset coram tot Ecclesiæ prælatis prædicare. At ubi accessurus in oratione iaceret, uenit ad eum diabolus, & dixit: Quid angustiaris istis clericis prædicare? Dic eis istud, &

Periculum clericorū.

Scandalizantium malum. Bernardus sermo. 2. de conuersione Pauli.

Luce 4.

Heb. 4.

Thren. 4. Lapides sanctuarij.

Psal. 38.

Exemplū de clerico.

A non aliud: Princeps inferni salutat principes Ecclesiæ. Læti omnes nos eisdem referimus gratias, quia per eorum negligentiam ad nos ferè totus mundus deuoluitur: quia cū ipsis prælatis nobis eorū subditi pariter offeruntur. Inuitus quidem tibi dico, sed altissimi iussione coactus. Quàm uera ista sint, status proculdubio Ecclesiæ monstrat: qui nullam trium malorum quæ in mundo sunt, scilicet superbię, auaritiæ, luxuriæ, comparationem recipit in clericis & prælatis. Vide moderatores orbis, & reges magnos: uide duces, comites & barones, nihil uidebis in eorum cultu & apparatu tam singulariter exquisitum, tam pōposum. Eorum auaritiam si attendas, nullam mercatorum, nullam ciuium talem reperies. Qui tamen hęre des legitimos si haberēt, tolerabilior insania uideretur. De luxuria uerò eorum nihil diffinire præsumo: nisi quòd illam solus nouerit omnipotens, qui renū & cordiū scrutator est Deus. A qua quidem luxuria ualde terrere deberent eos, quorundam clericorum exempla, de quibus noui quosdam subitò & improuisè in latrina & fœtore uitam suam fœtidam terminasse: & quendam in ipso actu simul cum fine operis expirasse. Et si quæris de gula, quæ fomentum est luxuriæ: inuenies populum semel in anno carnispriuium facere, sed clerum quotidie. In sabbato quoque delitijs affluere mos erat Iudæis ueri sabbati ignaris: quos clerici in hoc satis imitātur, in festis diebus delicatius conuiuantes, nec aliter Diem festum, nisi plus solitò se ingurgitent reputantes. Vnde Hieronymus: cùm superbia propria sit dæmonibus, siue mulieribus: luxuria, pecudibus: auaritia, mercatoribus: ex his factum est monstrum, quod est malus clericus. Similiter in religiosis inuenire poteris unum monstrum ex huiusmodi malis compositum. Quandoque enim præsidens est superbus & ambitiosus, diligens præesse, & quærens modis omnibus in officio remanere. Est etiam quandoque cum hoc concupiscentiæ carnis deditus: quærens frequenter occasiones uacandi delitijs & uoluptatibus. Est insuper quādoque concupiscentia oculorum, & auaritia cæcatus pro quæstu faciendo: discurrens & qualitercunque temporalia acquirens, uel acquisita recipiens. Et quia in se habet hæc tria ex quibus oriuntur omnia huius seculi mala: nam testante Ioanne. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum aut superbia uitæ: ideo expectare habet pro retributione condigna omnia seculi alterius incommoda. Si quis propter prædicta mihi ea scribenti irascitur, talis de seipso quòd huiusmodi sit confitetur. Multi enim cùm eis ueritas proponitur indignè ferunt: & cum aliter euadere nō possunt, respondent quòd de talibus sibi conscientiam non faciunt: & hæc est mala conscientia: quia ueritati & rationi contraria. Vnde notandum quòd quadruplex est conscientia: scilicet duæ bonæ, & duæ malæ. Prima est bona & tranquilla: & hæc est illius qui peccata præterita punit, & committenda diligenter refugit. De qua in Psalmo: *Beatus uir cui non imputauit Dominus peccatum.* Omne autem quod ipse non imputare decreuit, sic est quasi non fuerit. Secunda est bona, sed turbata: quæ se leuat, non tamen in dulcedine, sed in amaritudine repugnante sensualitate: ita ut dura uideatur ei uia recta, parca uita, longa uigilia, oratio prolixa, rudis uestis, cibus agrestis: & tamen retinet se freno timoris. Sed audiet iste à Christo cum Apostolis: *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis:* & illud Psalmi: *Cum ipse sum in tribulatione.* Tertia est

Luxuria clericorū. Psal. 72.

Mōstrū ex uitijs malus clericus est.

Tria capitalia mala. 1. Ioan. 2.

Conscientia quadruplex.

Psal. 31.

Lucæ 22 Psal. 90.

Universidad de Deusto Biblioteca

eſt mala & turbata, quæ non tantum timet peccatũ, quantum deprehendi in peccato:& minus timet Dei offenſam,quàm peccati infamiã. De qua in Pſalmo: *In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.* Et iterum: *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.* Quarta eſt mala & tranquilla, ac per hoc ſummè periculoſa. Iſta nec timet Deum offendere, nec hominẽ ueretur ſcandalizare: quæ cùm uenerit in profundum peccatorum, contemnit: & ideo in peccato quietè manet. Sed nihil eſt quo tantum prouocetur uindicta iudicis, ſicut cũ ſecuritate peccare,& non deſiſtere à peccatis. Talis eſt conſciẽtia quorundam, qui cùm errant & malefaciunt, ita quòd etiam ſcriptura uel ratione conuinci poſſunt: poſtpoſito Dei timore, dicunt quòd non faciunt ſibi conſcientiam: putantes quòd Deus in iudicando eorum ſequatur opinionem phantaſticam, & relinquat iuſtitiam.

Pſal. 9. Pſal. 82. Prouer. 18 Peccare cũ ſecuritate.

ORATIO.

Iacobi 4.

DOMINE *Ieſu Chriſte, qui ſuperbis reſiſtis, & humilibus das gratiam: da cunctis ſtatum dignitatis & regiminis pro bono obedientiæ humiliter & ſine ambitione ſuſcipientibus, & ſic in eo perſeuerantibus, gratiam in præſenti, & gloriam in futuro: & reſiſtere ambitioſis, ſepiendo uias eorum ſpinis, ne proſperentur in eis: ita ut neque præeſſe hominibus delectentur, neque honoris ſui ſingularitate lętentur, ſicque tandem illuminati,& ad cor reuerſi, à peſtifero uitio ambitionis deſiſtant, & tales eſſe deſinant, ut te miſerante in æternum non pereant. Amen.*

De eo quòd Dominus ſupra mare ambulauit: & Petrum ne mergeretur erexit. *Caput LXIX.*



Matt. 14, Ioan. 6. Marci 6.

INTERIM autem quòd Dominus orauit in monte ſolus, *nauicula*, in qua erãt diſcipuli, *in medio maris iactabatur fluctibus*, & laborabant in remigando, *quia uentus erat eis contrarius*. Ex quo aduerte quàm formidanda ſit Chriſti abſentia, quia illi qui Chriſti ſocietate carent tentationibus exponuntur. Conſpice igitur eos,& ipſis compatere, quia in magna ſunt anguſtia & tribulatione. Tempeſtas enim eos inuaſit, & tempus nocturnum eſt,& abſque Domino ſuo ſunt. Cùm autem à ſero & deinceps, quaſi per totam no-

A ctem laboraſſent: *uidens eos Dominus, oculis miſericordię in mari laborantes*, quarta uigilia noctis, de monte deſcendit: *& ambulans ſupra mare*, eis appropinquauit. Diuiditur autem nox in quatuor partes, ſecundũ quatuor excubias, ſeu uigilias quas faciunt in caſtris excubantes,& per uices quatuor ſibi ſuccedentes.

Noctis quatuor partes.

Prima dicitur conticinium: quia tunc omnes dormiendo conticent & tacent. Secunda, intempeſtum: quia nondum eſt tempus ad ſurgendum uel operandum. Tertia, gallicinium: quia tunc excitatur gallus ad cantandum. Quarta, antelucanum: quia antelucẽ. Vnde quælibet uigilia tres horas habet, quia (ut ait Hieronymus. Stationes & uigiliæ militares in trina horarum ſpacia diuiduntur. B Patet ergo quòd quaſi per totam noctem periclitati fuerunt, quia penè iam nocte finita Dominus ad eos uenit:& non mox, ſed demum tamen eis ſuccurit: quia & ſi ad horam differre uidetur auxiliũ tribulatis, tandẽ tamẽ eos cõſolari & corroborare non deſinit. Vnde Teophilus: Permiſit autem Dominus, periclitari diſcipulos, ut fierent patientes: unde non ſtatim eis aſtitit, ſed per totam noctem periclitari permiſit: ut doceret eos patienter expectare, ut non à principio in tribulationibus ſperarent ſubſidium. Et iterum: Vide quomodo non in principio periculi Dominus aſtitit, ſed in fine: permittit nanque nos eſſe in medio periculorum, ut certantes in tribulationibus probabiliores fiamus: & ut ad C ipſum ſolum recurramus, qui potens eſt ex inſperatis nos liberare. Cùm enim intellectus humanus ſibi prouidere non poterit: tunc ſalus diuina aduenit.

Cõticiniũ. Intẽpeſtũ. Antelucanum. Vigilię tres. Hierony. in c. 14. Mat. Theophil. ĩ eum locũ.

Cõſidera nunc Dominum quomodo fatigatus ex uigilia longa & oratione prolixa, ſolus deſcendit noctis tempore pedibus nudis de monte laborioſo & fortè petroſo: & uehementer ei compatere, & quomodo uadit ſupra mare firmo ueſtigio,& non infuſis pedibus ſicut ſupra terram: non quidem aſſumpta agilitate, ſed corporis grauitate, & aquarũ liquiditate manente: cognouit enim creatura ſuum creatorem: cuius etiam poteſtate ſubiectæ ſunt omnes tribulationes mundi. unde miraculosè hoc fecit: ſicut quando D uirgo manens, uirgo peperit:& quando manente corporis ſoliditate, per clauſa oſtia Dominus intrauit. Cùm autem appropinquauit naui, diſcipuli uidentes eum turbati ſunt,& præ timore, *clamauerunt putantes eſſe phantaſma*,& apparitionem rei non exiſtentis, uel alicuius ſpiritus nocere uolentis: & tamen iam uiderant eum tanta miracula feciſſe, quòd credere deberent ipſum ſuper aquas poſſe ambulare. Et quia (ut ex hoc apparet) paruæ fidei erant: ideo, *eos præterire uolebat*, id eſt ad modum uolentis ſe habebat, eo modo ſicut poſt reſurrectionem ſuam ambulans cum duobus diſcipulis, finxit ſe longius ire, quia non cognoſcebatur: tales enim apparitiones fiunt communiter ſecundum diſpoſitionem interiorem ipſorum E quibus oſtenduntur. Ideo etiam ad horam præterire uolebat, ut dilata gratia magis grata foret,& liberatio dulcior eſſet: ſic & finxit ſe longius ire, ut deſiderium accenderet. At benignus Dominus amplius eos uexari nolens, ne abſorberentur à timore: quia propè eſt omnibus inuocantibus eum in ueritate: ſtatim aſſecurauit eos dicens: *Habete fiduciam*, ſcilicet liberationis, contra deſperationem tribulationis: *Ego ſum*, liberator, non phantaſma, *nolite timere*, quia poſſum uos de periculo aquæ eripere. Secundum Hieronymum non dixit quis eſſet: quia ex uoce ſibi nota poterant magiſtrum agnoſcere, uel ut intelligerent ipſum eſſe qui Moyſi dixerat, *qui eſt miſit me ad uos*. Vbi

Meditatio uigiliæ dominicæ. Ioan. 20. Lucæ 14. Pſal. 144. Hierony. in cap. 14. Matthæi. Exodi 3.

Chryſo-

Chryſoſto. hom. 51. in Matthæũ.

Chryſoſtomus: Non cognoſcebant perſonam eius propter tenebras: ſtatim autem in uoce cognouerũt eum,& timor ſolutus eſt. Vbi & Theophilus: cùm autem homines uel dæmones nos per timorem nituntur mouere: audiamus Chriſtum dicentem: *Ego ſum, nolite timere*: id eſt, ego ſemper aſſiſto: & ſicut Deus permaneo,& nunquam pertranſeo. Non perdatis in me fidem, pro falſis terroribus. Tunc Petrus amore uehementi ſuccenſus, & ſtimulatus: cupienſque ad Dominum uenire,& illi propinquior eſſe dixit: *Domine ſi tu es*, ſcilicet liberator & ſaluator: *iube me uenire ad te ſuper aquas*, quaſi diceret ſecundum Hieronymũ: Tu præcipe, & illicò ſolidabuntur undæ: leue fiet corpus, quod per ſe eſt graue. Et innuit illi Dominus, uoce & manu, ut ueniret. Et confiſus de Domini potentia, inſilijt in mare: cœpitque & ipſe ſupra mare ambulare: ut ad Ieſum poſſet uenire. Fœlix motus: quia ſuper aquas mundanæ proſperitatis per contemptũ: ſed fœlicior terminus, quia ut ueniret ad Ieſum ſaluatorem animarum. Intantum enim deſiderabat Chriſti ſocietatem, quòd nolebat expectare aduentũ eius uſque ad nauem: ſed uolebat occurrere ſuper aquã, oblitus præ amore Chriſti aquæ periculum. Vbique Petrus frequentiſſimæ & ardentiſſimæ fidei fuiſſe monſtratur. Neque enim profundiſſimo pelago ſeſe crederet: niſi fidem certiſſimam de Domino haberet. Sciebat enim ſaluatorem noſtrum omnia poſſe: & nihil minus de poteſtate in mari, quàm in terra eũ credebat habere. Et in hoc miraculum maius apparuit: quia non ſolum Chriſtus uirtute diuinitatis ſuper aquas ambulauit, ſed etiam Petrus eadem uirtute ad ipſum uenit. Sed poſtea Petrus uidens uentum ualidum & uehemẽtem, timuit ex infirmitate hominis, & titubauit:& quia parum dubitauit, parum ſubmerſus fuit. Fides ardebat: ſed humana infirmitas in profundum trahebat. Supra mare Dominus eum ambulare facit, ut diuinitatis ſuæ potentiam oſtendat, mergi facit, ut propriam infirmitatem cognoſcat: ne putet ſe æqualem Deo, & ſuperbiat. Relinquitur ergo paululum tentationi: ut ita per orationem augeatur fides eius, credentis ſe Domini imperio poſſe liberari. *Et cùm cœpiſſet mergi*, ſtatim Dominum inuocauit: & dextera Domini eum ne mergeretur erexit, ac naui reſtituẽs dixit ei: *Modicæ fidei quare dubitaſti?* In hoc enim paruitas fidei in Petro apparuit: quia ex quo ad præceptum Dei ſuper aquas liquidas ambulauerat: de uento contrario timere non debebat. Vnde Chryſoſtomus: ut igitur monſtraret quoniam non uenti immiſſio, ſed illius modica credulitas periculum operabatur: ſubditur, *modicæ fidei quare dubitaſti*. In quo manifeſtat, quia neque uentus nocere potuiſſet, ſi fides firma fuiſſet. Modicæ fidei erat Petrus, reſpectu eius quæ expediebat ei: magnæ tamen & ardentiſſimæ, reſpectu noſtræ fidei, unde Hieronymus: Si Apoſtolo Petro qui confidenter ſaluatorem rogauerat, dicens: Domine, ſi tu es, iube me uenire ad te ſuper aquas: quia paululum timuit: dicitur: modicæ fidei quare dubitaſti? quid nobis dicendum eſt, qui huius modicæ fidei nec minimam quidem habemus particulam. Intrauit autem Dominus nauem, *ceſſauitque uentus*,& tẽpeſtas,& omnia ſunt pacata. In hoc Chriſtus ſe oſtendit Dominum aeris: ſicut in deambulatione ſuper aquas oſtenderat ſe Dominum maris. Vnde datur intelligi, quòd Dominus patitur nos ad tẽpus tribulari, ut uirtus noſtra probetur: finaliter tamen & in neceſſitate non deſerit, ſed nobis proximus fit. *Et ſtatim*, uirtute diuina, *fuit nauis ad terram*, ad quam

Hierony. in eum locum Matt. 14. Ambulatio Petri ſuper mare. Petri feruor. Petri heſitatio. Chryſoſto. hom. 51. in Matth. Hierony. in c. 14. Mat.

A ibant, ſcilicet Bethſaidam ciuitatem, *in terra Genezareth*. Quòd autem Ioannes dicit diſcipulos ueniſſe trans mare in Capharnaum: nõ eſt contrarium, quia Capharnaum & Bethſaida in eodem littore ſunt & uicinæ:& fortè diſcipuli uenerũt in confinio utriuſque: medium autem ab utroque extremo poſſumus denominare. Vel uento compellente uenerunt primò Capharnaum: & poſtea inde Bethſaidam. Et ſic à deſerto Bethſaidæ, id eſt quod pertinet ad terminos ciuitatis Bethſaidæ: in quo deſerto Dominus turbas pauit, migrauerunt uſque ad ciuitatem Bethſaidæ: quia inter ciuitatem & deſertum, pertinens ad ciuitatem, eſt mare, ſeu ſtagnum medium. Pluries legimus diſcipulorum nauiculam fluctibus & uentis exa- B gitatam, ſed nunquam ſubmerſam. Semper enim Deus adeſt ſuis in tribulatione: quia promiſit cum eis tunc eſſe. Vnde Bernardus: Quantumcunque ſæuiat tribulatio, non memineris te derelictum: ſed memineris eſſe ſcriptum cum ipſo ſum in tribulatione. Et ego aliud interim in tribulatione, quid requiram? Bonum mihi Domine tribulari dummodo ipſe ſis mecum, quàm regnare ſine te: epulari ſine te, gloriari ſine te. Myſticè nauicula iſta eſt Eccleſia, uel quælibet fidelis anima: quæ fluctibus perſecutionũ & tentationũ ſeculi, modo in hęreticis, modo in tyrãnis, modo in falſis fratribus tũditur & turbatur: cùm ad patriã cęleſtẽ tendere conatur. Vẽtus contrarius, C eſt malignorum ſpirituum flatus: labor diſcipulorum in remigando, labores deſignat fidelium ad quietem patriæ cœleſtis peruenire conantium, ſed Dominus uidens laborantes pietatis intuitu corroborat, & aliquando manifeſto adiutorio liberat. Non enim aufert auxilium, etſi differat: non derelinquit, etſi quandoque preſſuras exponat. Diluculo autem appropinquante, Dominus ſupra mare ambulans & preſſuras ſeculi cõprimens, uenit ad eos: quia cùm homo mentẽ ad ſuperni lumen præſidij erexerit, aderit Dominus: qui ſicut Lucifer matutinus omnes tenebras pellit,& pericula tentationũ ceſſare facit: Deo enim præſente pacificatur anima,& fit tranquilla. Quia uerò D hæc nauicula non torpentes uehit, ſed fortiter remigantes ſignificatur quòd in Eccleſia non deſidioſi & molles, ſed fortes & in bonis operibus perſeuerantes, perueniunt ad portum æternæ ſalutis. Moraliter mare mundus eſt: nauicula, eſt pęnitentia uel crux Chriſti: motus autem maris, motus eſt tentationum ex flatu dæmonum: diſcipuli ſunt in naui: quia pœnitentia, quæ eſt participatio crucis & paſſionis Chriſti, non continet niſi diſcipulos Domini. Ieſus non eſt in naui: quia pœnitentia non indiget eo quod aquas concupiſcentiæ calcauit. Hæc eſt ſecunda tabula poſt naufragium, ut dicit Hieronymus, ſine qua nullus uenit ad littus ſolidæ æternitatis. Ieſus author ſalutis inducit tranquillitatem, quia ſedat tentatio- E nem: turbæ admirantur, quia nihil talis tranquillitatis in ſe experiuntur, quia non eſt pax impijs. Petrus ambulans ſuper aquam nil mali paſſus eſt ab aqua, ſed à uento, qui eum ferè ſubmerſit: ſic homines ambulando ſuper aquam mũdi, per contemptum diuitiarum, nil ab eis mali patiuntur: tamen debent timere periculum uenti ſuperbiæ & elationis, propter contemptum huiuſmodi exurgentis. Hoc debent timere illi qui in anguſta pœnitentia uel religione ſunt, & terrena dimiſerunt: & pedibus, id eſt affectionibus & deſiderijs quibus anima graditur, ſuper aquas ambulant: ne uento ſuperbiæ agitentur, & ſubmergantur. Vnde primo homini dictum eſt: Dominamini uni-

Bernardus in pſal. Qui habitat. Tribulatis bonis adeſt Deus. Pſal. 90. Nauis Eccleſia. Moraliter. Tabula ſecunda eſt pœnitentia. Hieronym. epiſt. ad Demetriadem. Eſaię 45. Gen. 1.

uerſis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nauis moraliter.

uersis quæ mouentur super terram. Item moraliter nauis est corpus humanum: in quo anima est sicut nauta in naui, quæ fluctibus passionum iræ & concupiscentiæ, quæ in organis corporalibus sunt, frequenter impellitur, & aliquando periclitaturinam motus passionis aliquando subuertit iudicium rationis. Sed quarta uigilia, quæ terminatur in luce matutina, Christus uenit: quia dum mens ad superni luminis claritatem oculos erigit, passionum impetus conquiescit. Et tunc fit applicatio ad terram Genezareth, id est generantis auram: per quam significatur spiritus auræ lenis, ubi est Dominus, & sanantur infirmi à languore peccati. Sic ergo triplex hîc concurrit miraculũ: scilicet ambulatio super mare, subita tempestatis sedatio, & nauis multum à terra distantis ad portum deductio: ut discamus quòd fideles, in quibus est Christus, tumorem mundi premunt: fluctus tribulationum calcant: & ueluciter ad terram uiuentium trãseunt. Vbi Augustinus: Attendite seculum quasi mare. Ventus ualidus & magna tempestas, unicuique sua cupiditas. Amas Deum, ambulas super mare: sub pedibus tuis est seculi tumor. Amas seculum: absorbet te. Amatores suos uorare nouit, non portare. Sed cùm fluctuat cupiditate cor tuum, ut uincas tuam cupiditatem: inuoca Christi diuinitatem: Discе calcare seculum: memento fidem in Christo. Et si motus est pes tuus, si titubas, si aquam non superas, si mergi incipis: Dic pereo, libera me. Dic pereo, ne pereas. Solus enim à morte carnis liberat te qui mortuus est in carne pro te. hæc Augustinus. Vbi & Beda: Nec mirã dum si ascendente in nauiculam Domino uentus cessauit: in quocunque enim corde Deus per gratiam sui adest amoris: mox uniuersa uitiorum & aduersantis mundi, siue spirituum malignorum, bella cõpressa quiescũt. Et ut ait Theophilus: Si uoluerimus Christum in nauiculam nostram suscipere, id est in cordibus nostris habitare: statim inueniemur in terra, ad quam ire uolumus, id est cœlum. *Cùm autem*, Dominus Iesus & discipuli eius, *trãsfretassent, uenerunt in terram Genezareth*, sic dictã à loci uicinitate: & gentes regionis illius cognouerũt Iesum: alij rumore & fama, alij facie & præsentia. Et perquirẽtes infirmos uniuersæ regionis illius, adduxerunt eos ad Iesum, *ut uel fimbriam ueſtimenti eius* mererẽtur tangere: scientes q̃ poterat eos curare: & consequebantur beneficia curationum, tam mente quàm corpore: quia illos quos Christus sanabat corpore, sanabat & mẽte. Vbi Chrysostomus: Nos autem non solum fimbriam aut uestimentum Christi habemus, sed etiam corpus eius ut comedamus. Si ergo qui fimbriam uestimenti eius tetigerunt, tantam acceperunt uirtutem: multo magis qui totum ipsum sument: Hæc Chrysostomus. Mira fides Gerasenorum, ut non tantum præsentium salute contenti sint: sed mittant ad alios per circuitũ, ut currant omnes ad medicum. Curre & tu pro quacunque infirmitate ad Iesum authorem salutis, ut beneficium curationis consequi mereari. Hoc autem facto Domini Iesu significatur, quòd prædicator euangelij debet curare languidos spiritualiter, medicina prædicationis, & sanctæ operationis. Mysticè transfretatio hæc significat tranſitum Christi ad Gẽtiles per Apostolos. Innuit ergo primò transitum Apostolorum ad gentilium conuersionem. Genezar enim interpretatur uitium natiuitatis, & significat gẽtilitatem: secundò, sequẽtem fidei cognitionem, quia cognouerũt eum: tertiò, fidelium multiplicationem, quia ad congregandum infirmos miserunt in uniuersam regionem. *Et audiuit Herodes tetrarcha famam de Iesu*, id est de doctrina & miraculis eius, ita ut & ipse, & quidam alij mirarentur in eo Ioánem resurrexisse à mortuis. Et uerè de mortuis surrexit, qui de morte huius miseriæ corporalis, secundum spiritum, in vitam immortalem trãsiuit. Opinio enim omnium loquentium de resurrectione & immortalitate animæ, fuit: quòd post resurrectionem sit homo maioris & excellentioris potentiæ & uirtutis, quàm antè, dum adhuc grauaretur infirmitate carnis: & ideo licet Ioánes Baptista non feciſſet miracula in uita sua: Herodes tamen credens eum surrexisse à mortuis, asserebat eum facere miracula. Vnde Theophilus: Sciens Herodes quòd Ioannem iustum existentem sine causa occiderat: credebat eum à mortuis surrexisse, & quòd ex resurrectione suscepisset miraculorum operationem: Hæc Theophilus. Per hoc autem moraliter designatur, quòd resurgentes de morte culpæ, maiora uirtutum opera debent facere, quàm antè, ut sic ostendant se gratos de sua resurrectione. Moraliter quoque Ioannem decollat, qui bonum propositum ab aliquo aufert, uel in se necat. Herodes uerò inter dubium timidumque uacillãs: optabat sæpius & quærebat uidere Iesum: magis ductus curiositate uidendi miracula, quàm deuotione: & ut si fortè sic Ioannem posſit agnoscere: imò uolebat eum occidere. Per hũc significatur curiosi, qui facta miracula uidere quærunt & audire, sed non imitari. Tremebat quidem & formidabat Herodes Ioannem adhuc uiuum, pauperem prorsus & nudum: timebat etiam & formidabat eum iam occisum & mortuum. Vnde Chrysostomus. Sed nec abscissum eius caput securè poterat ac libenter aspicere: quia post mortem quoque Ioannis in illo terror uigebat. Tanta est uis quippe uirtutis, ut post mortem quoque sit uiuentibus fortior: adeo est imbecillis nequitia, etiã si honore regis iuuetur: etiam si præsidio multitudinis, atque uniuersa huius mundi potentia fulciatur: omnes tamen quorum pectoribus inest, cunctis omnino rebus fragiliores facit. Et iterum: Peccatores enim, scientes & nescientes, quenque strepitum pertimescunt: peccatum enim, nemine arguente, hominem prodit: nemine accusante condemnat: & timidum, & pigrum reddit delinquentem: Hæc Chrysostomus.

Miraculũ triplex.

Augu. ser. 13. de uerbis dñi. Amor seculi.

Beda in c. 6. Marci. Tẽtationũ cessatio.

Theophil i Matthæũ.

Chrysost. hom. 51. in Matthæũ. Fimbria ueſtimenti Christi.

Gerasenorum fides.

Mysticè. Trãsfretatio.

Genezar.

Matt. 14.

Resurrectio defunctos maiores reddit.

Theophil. Mat. c. 14.

Decollatur Ioannem quis dicatur.

Ioannes erat timori etiam defunctus. Chrysost. hom. 49. in Matth.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, clementissime, dignare in nauiculam pectoris mei ascẽdere: & superbiæ uentositatem, ac uitiorum insurgentium procellas sedare: ne me in aliquo tentationum uentus subuertat, uel unda submergat. Da mihi in perturbatione consilium, in persecutione auxilium, in tribulatione solatium, in aduersitate fortitudinem, in omni tentatione uirtutem. Libera me à tempestatibus huius procellosi maris: & perduc me ad tranquillitatem quieti littoris: dans mihi nunc pacem temporis & pectoris post hoc æternitatis. Amen.

De uerbis Domini propter quæ quidam retrò abierunt. Cap. LXX.



Ioan. 6.

POSTQVAM ergo Dominus Iesus transfretasset cum discipulis à deserto usque ad Genezareth, *altera Die*, turbæ quas pauperat, non inuenientes eum in loco ubi hoc fecerat intrauerunt naues superuenientes à ciuitate Tyberiade: quæ est iuxta idem desertum, & transfretantes, *uenerunt Capharnaum*. Et inuenientes Iesum, mirabantur quomodo illuc uenisset: cùm solam nauiculam uidissent: quam cum discipulis non intrauerat, & dixerunt ei. *Rabi quando huc uenisti?* qui scilicet nec discipulorum, nec aliam nauem intrasti. *Respondit eis Iesus*, non ad quæstionem eorum, sed ad intentionem. *Amen dico uobis*, licet uos quasi deuotos ostendatis, tamen, *quæritis*, & sequimini, *me*, scilicet aliqui ex vobis, etsi non omnes, *non propter signa quæ uidistis*, quibus me cognoscere potuistis: non propter sermonem quem audistis: non ut mihi uel signis meis, quæ facio credere uelitis: sed quia manducastis ex panibus & saturati estis. hoc est, non propter me, sed propter refectionem: ne pro victu oporteat uos laborare & habere sollicitudinem: quasi diceret, propter carnem me quæritis, non propter spiritum, quia scilicet ut saturemini iterum: sed deberetis esse magis solliciti de cibo spirituali, quo anima sustentatur: quia tanto melior est cibo corporali, quo corpus reficitur, quanto anima melior esse corpore dignoscitur. Considera modo quantæ suauitatis fuerunt panes illi quanuis hordeacei: quorum dulcedine illæ turbæ captæ adhuc dominum sequebantur, tam solliciti. Nec mirum: quia suauis & dulcis erat prouisor & dispensator panum illorum. Similiter quotidie multi quærunt Iesum, non propter Iesum: sed ut bene sit eis in hoc tempore & præsenti uita, ut assequantur commoda, & uitent damna. Multi etiam conficiunt Iesum, non propter Iesum, sed propter nummum. Hic lætus obuiat intrantibus religionem, & assumentibus clericatum ex ignauia, ut sic ociosè, & sine labore panem manducent. Quibus ait Dominus: *Quæritis me*, ab ambitione plurium redditum ecclesiarum: celebratione plurium missarum: & propter alia huiusmodi, *non quia uidistis signa*, id est opera in quibus uelitis me imitari: de quibus ò Domine fac mecum signum in bonum, *sed quia manducastis*, ex redditibus & oblationibus, *nec tamen saturati estis*, quia secundum dictum commune, quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. Ita etiam est de cupiditatis pane. Vnde Gregorius: de panibus enim fuerant saturati: & per eorum personam Dominus illos intra sanctam ecclesiam detestatur, qui per sacros ordines ad Dominum propinquantes, non in eisdem ordinibus uirtutum merita: sed subsidia uitæ præsentis exquirunt: nec cogitant quid uiuendo imitari debeant, sed quæ compendia percipiendo sentiant. Satiatos quippe de panibus Dominum sequi, est de sancta ecclesia temporalia alimenta sumpsisse: & non pro signis Dominum, sed pro panibus quærere: est ad religionis officium non pro agendis uirtutibus, sed pro requirendis subsidijs temporalibus inhiare. Vnde & Chrysostomus: Discamus assistere Iesu, sed non propter dationem sensibilium, ut non exprobremur, secundum Iudæos. Etenim quæritis me ait: nõ quoniam uidistis signa: sed quoniam comedistis ex panibus & saturati estis. Propter hoc neque continuè facit hoc signum: sed secundò solũ, vt erudiat cos non ventri seruire, sed spiritualibus adhærere continuè. His itaque adhæreamus & nos: & quæramus panem cœlestem, & accipientes omnem proiiciamus uitæ huius sollicitudinem. Vnde etiam Augustinus. Quàm multi non quærunt Iesum, nisi vt illis faciat bene secundum tempus. Alius negociationem habens: quærit interceſsionem clericorum. Alius premitura potentiore: fugit ad ecclesiam. Alius vult pro se interueniri apud eum, apud quem parum valet. Ille sic: ille sic. Impletur quotidie talibus ecclesia. Vix quæritur Iesus propter Iesum. Vnde & Beda: Illi etiam qui in oratione quærunt nõ æterna, sed temporalia: quærunt Iesum non propter Iesum, sed propter aliquid aliud. Et quia turbæ in hoc operabantur, scilicet sequendo Christum propter cibum corporalem: inducit eos ad opera meritoria, vt ad reficiendum quærant cibum spiritualem. Vnde satagens eorum satiare mentes, quorum satiauerat uentres, altiorem eis panem ostendit, & ait: *Operamini*, id est operando quærite: seu operibus mercamini, *non cibum qui perit*, scilicet corporalem, *sed qui permanet in uitam æternam*, scilicet spiritualem qui æternam tribuit vitam. Cibum qui perit operatur omnis ille qui intentionem spiritualem ad temporale refert lucrum: sicut illi qui Dominum sequebantur ad hoc quòd corporaliter pascerentur: qui autem laborem corporalem per intentionem refert ad spiritualia: hic *operatur cibum qui non perit, sed qui permanet in uitam æternam*, hic autem cibus est uerbi Dei & gratiæ, pro cuius deuotione sequi debuerant præcipuè. Opus ergo nostrum, id est principale studium & intentionem nostram, dirigamus ad quærendum cibum qui ducit ad uitam æternam, scilicet bona spiritualia. Ad temporalia autem nõ debemus principaliter accedere, sed accessoriè solum ea procurare, ratione corporis corruptibilis, quod in hac uita oportet sustentari. Vbi Chrysosto. Quasi diceret, uos exquiritis escam temporalem: ego autem corpora uestra nutriui: vt per hoc exquireretis illam escam quæ non temporalem, sed æternam tribuit uitam. Et iterum: Sed quia quidam eorum qui uolunt pigrè nutriri, abuntur hoc verbo: necessariũ est indu cere id quod est Pauli: *Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret manibus suis unde tribuat necessitatem patienti.* Sed & ipse Corinthũ ueniens morabatur apud Aquilã & Priscillã, & operabãtur. Dicẽ doergo,

Gregorius. lib. 23. c. 2. moralium. Panis cupiditas. Panum sectatores.

Chrysosto. hom. 43. in Ioannem. Iesus propter se quærendus.

Augustin. tract. 25. in Ioan. Christi quæ sectores.

Cibum qui perit operari.

Chrysosto. hom. 43. in Ioannem.

Ephes. 4. Act. 18.

Panes hordeacei suauissimi.

Psal. 83.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne operemini cibũ qui perit:nõ insinuat quòd oportet pigritari, sed ꝙ oporteat operari & dare: hoc enim est cibus qui non perit. Operari autem cibum qui perit, est affici secularibus rebus. Hoc igitur dixit, quia illi nullam fidei curam habebant: sed solum volebant ventrem implere nihil laborantes: & hoc decenter cibum qui perit vocauit: Hæc Chrysostomus: Quem cibum permanentem filius hominis dabit vobis,id est paratus est dare,quia ad hoc uenit in mundum missus à patre. Hunc enim filium hominis Deus pater signauit, id est ad hoc ipsum specialiter assignauit & instituit, mittendo in mundum, ut daret vitam æternam mundo. Vnde infrà dicit: *Ego ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati*: & hoc est dare cibum spiritualem. Operam ergo date, ut positis cibum spiritualem habere. Quæritis me propter aliud:quærite me propter me, non propter aliud, qui sum cibus permanens in uitam æternam. Seipsum enim hunc cibum insinuat, ut statim patebit. Operamur ergo opus Dei, id est,quod ipse acceptat,& per quod consequi possumus hunc cibũ qui non perit: dum per fidem veram, & bona opera nos Christo incorporamus, & efficimus eum nostrum mentis cibum:quem ipse per gratiam seipsum nobis dat, ut maneat nobiscũ in æternum. Ipse enim est cibus quo viuunt angeli: qui permanet in uitam æternam. Sed Iudæi quasi ingrati de cibo, quem eis Dominus dederat:manna quod patres in deserto comederant præferebãt dicentes: *Patres nostri manducauerunt manna in deserto*: sicut scriptum est: *Panem de cælo dedit eis manducare*. Quasi diceret: Tu adhuc non fecisti similia Moysi: Moyses enim dedit manna, & annis quadraginta: Tu autem panem hordeaceum, & paucissimos nos semel tantum. Vnde Augustinus: Attendebant itaque qualia fecisset Moyses: & adhuc aliqua maiora volebant fieri. Quasi dicant: Tu promittis cibum qui non perit & non talia operaris qualia Moyses, panes enim hordeaceos ille non dedit sed manna de cœlo. Et *dixit eis Iesus. Moyses panem*, scilicet significatiuum de aere, quia descendebat ut ros uel pruina, & non uerum *panem de cælo*, descẽdentem vobis tunc, *dedit*: *sed* modo *pater meus dat uobis panem de cælo uerum*: ipsum scilicet Dominum Iesum, quem ille panis figurabat: nam ille panis figura erat istius panis qui ueritas est. Vnde non diuiditur, sed distinguitur hîc uerũ contra falsum, quia panis ille uerus, non fuit: sed contra figurale, & sic panis illo propriè non fuit panis uerus quia fuit figura panis substantialis dati in sacramento, & ideo iste panis est uerus, qui fuit per illũ figuratus. *Panis enim Dei uerus*, nõ figuralis, *est qui descendit de cælo, & dat uitam mundo*: effectus nanq; panis est, uitam conferuare. & ideo ille est verus panis spiritualis, qui dat & conseruat uitam spiritualem: hoc autẽ cõpetit uerbo incarnato: cuius egressio à summo cœlo, id est à patre: unde uenit, *ut uitam daret mundo*. Panis corporalis non dat uitã: sed tantũ præexistentẽ conseruat ad tẽpus: panis uerò spiritualis ita uiuificat, ꝙ ipse dat uitam: nam anima incipit uiuere per hoc, ꝙ adhæret uerbo Dei: & ideo ipsum uerbũ Dei principaliter dicitur panis uitæ: propter quod Christus dicit: *Ego sum panis uitæ*, id est dás uitã per diuinitatẽ: *qui de cælo descendi*, per assumptã humanitatem: *ex quo siquis*, dignè, *manducauerit*, ac ei fide & dilectione coniunxerit se, *non morietur*, morte animæ, *sed uiuet*, non tantum in præsenti: & tunc uita gratiæ, sed etiam in futuro & in æternum uita gloriæ. Non sicut, *patres*, eorũ qui similes istis erãt: *manducauerunt manna, & mortui sunt*, morte animæ: quia quod uidebant, intelligebant: quod non uidebant, nó intelligebant. Iusti autem qui similes istis non erant, non secundum animam mortui sunt: quia uisibilem cibum spiritualiter intellexerunt. Vnde erga deuotos habebat omne delectamentum suauitatis: malis autẽ erat insipidus: quorum anima nauseam habebat, super cibo illo quando edebant. Sic eucharistia dignè sumentibus, est vitæ spiritualis solatium: & indignè sumentibus iudicium. Ille ergo est uerè panis uitæ, seu uiuus & de cœlo descendens: qui potest præseruare à morte secundum animam: & dare uitam æternam: talis uerò panis est uerbum incarnatum: non autem datus à Moyse in deserto, quia multi qui ex illo mãducauerunt, mortui sunt in anima, & morte æterna. Et tunc inter cætera dixit eis Iesus uerba spiritualia de corpore & sanguine suo. *Panis*, inquit, id est signatum per panem. *quem ego* summus sacerdos, *dabo*, sacramentaliter & spiritualiter, uel saltem spiritualiter manducanti, *caro mea est*, latens sub specie panis: pro mũdi totius uita sufficienter: & si in quibusdam non efficit, culpa eorum est. Et iterum: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis*, uiuificam ad uitam gratiæ & gloriæ, *& biberitis eius sanguinem*, intima aspergentem & emendãtema *non habebitis uitam in uobis*, id est pignus uitæ, gratiæ, & gloriæ. Et iterum: *Qui mãducat carnem meam*, quæ pignus est uitæ, quia in carne est deitas quæ uiuificat. *& bibit meum sanguinem potu spirituali*, qui inquam mãducat & bibit ut debet, scilicet non solum sacramentaliter, sed etiam spiritualiter, *habet uitam æternam*, quia habet principium uiuificans in æternum. Et iterum, *Caro mea uerè est cibus*, inquantum est coniuncta uerbo Dei quod est cibus quo uiuunt angeli: *& sanguis meus uerè est potus*, quia totus purus, nihil habens de contrario admixtum: & cætera huiusmodi dixit tunc eis. Qualiter autem eius uerba intelligere debeamus, ipse Dominus exponit dicens: *Qui manducat carnem meam*, ut spiritualem cibum, *& bibit sanguinem meum*, ut spiritualem potum, *in me manet*, per uitæ conformationem, *& ego in illo*, per gratiæ inhabitationem. Profectò fides in corde tuo, est Christus in corde tuo: crede ergo in eum, & manducasti. Hæc fides ꝑ dilectionẽ operans est opus Dei, ut initiũ & finis omnis boni: ꝙ per fidem uerã homo incorporatur Deo. Vnde Aug. Credere in eũ, est credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire, & eius mẽbris incorporari. Ipsa est fides quã de nobis exigit Deus, quæ per dilectionẽ operatur. Credere ergo in eum, est manducare cibum qui manet in uitam æternam. Vt quid paras dentes & uentrem? Crede & manducasti: Hæc Augustinus. Caro enim Christi duplex est: spiritualis, scilicet ecclesia: materialis, quam assumpsit de uirgine Maria. Comestio ergo fit duobus modis: scilicet spiritualiter, quando quis ecclesiæ unitur: & sacramentaliter quãdo corpus & sanguis in altari sumitur. Vnde panis in altari, est sacramentum corporis Christi: quod est in ecclesia: & quod sumpsit de Maria. Et, *cùm hæc dixisset in synagoga*, ubi locus communis & publicus erat docendi, docens in Capharnaum: quæ erat metropolis Galilææ. Per quod ostenditur quòd Christus palam docebat: sicut habens doctrinam sanam, & non suspectam: & hæc dicendo charitatem suam nobis commendasset in dando corpus & sanguinem suum, *multi ex discipulis eius*, id est ex his qui eum sequebantur: ea tanquam carnales propter cæcitatem cordis non intelligentes: sed carnaliter accipientes, & abhorrentes, murmurabant: & dixerunt (scilicet secretè) apud discipulos, *Durus est hic sermo*: atq; difficilis, *quis potest eum audire*? id est intelligere & obedire. Durum enim putabant, ad intelligendum: inaudibilem, ad faciendum. Hoc autem, secundum Augustinum, Dominus dispensatiuè permisit, vt bene docentibus causam patientiæ & consolationis, cõtra malignantes eorum dicta. præberet: cum discipuli etiã uerbis Christi detrahere præsumãt. *Sciens autẽ Iesus*, qui scrutatur corda, *quia de hoc*, occultè *murmurarẽt*, soluit qđ illos mouebat, & aperit vnde fuerunt scandalizati, si tamen intelligerent. Illi enim putabant eum erogaturum corpus & sanguinem suũ: ipse autem dixit se ascensurum in cœlum utique integrum: ergo de spirituali manducatione hoc intellexit, non de carnali. *Cùm uideritis*, inquit, oculis cordis *filium hominis ascendentem*, vbi erat prius quàm assumeret carnem, certè uel tunc intelligetis, quia gratia eius non consumitur morsibus: & quia non eo modo quo putatis erogat corpus suum. Ipsi enim intellexerunt carnem, quomodo in cadauere laceratur, aut in macello venditur: non quomodo spiritu vegetatur. Vbi Augustinus. Filius hominis Christus ex virgine Maria hîc esse cœpit in terra: vbi carnem assumpsit ex terra. Quid ergo sibi vult quod ait: cùm uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius nisi ut intelligamus vnam personam esse Christum Deum & hominem, non duas: ne fides nostra non sit trinitas, sed quaternitas. sic ergo erat filius hominis in cœlo, quemadmodum filius Dei erat in terra in susceptа carne, filius hominis in cœlo in unitate personæ. Vnde & Theophilus: Non ergo propter hos putes quòd de cœlo corpus Christi descenderit: sed quia unus & idem erat filius Dei & hominis. Deinde dicit: *Spiritus est quà uiuificat*, id est, uerba secundum spiritualem sensum intellecta viuificant & uitam dant: *caro autem non prodest quicquam*, sine spiritu, id est secundum carnalem sensum intellecta nihil proderunt, imò nocent. Sicut scientia sine charitate inflat: sed per charitatem ædificat. *Verba quæ ego sum locutus uobis*, ad utilitatem vestram, de corpore meo manducando, & sanguine bibendo, *spiritus & uita sunt*, id est spiritualem habent intellectum: & spiritualiter & non ad literam intelligenda sunt, & viuificant. *Litera enim occidit: spiritus autem uiuificat*. Nam sicut palea frumentum: sic & litera tegit spiritum. Hinc enim noluit intelligere manducatores & potatores carnis & sanguinis sui: vt in illo maneant: & ipsi illis. *Ex hoc autem multi discipulorum eius*, in doctrina eius non perfectorum: qui ad audiendum eius doctrinam ipsum sequentes videbantur: sed non erant uerè discipuli, *abierũt retrorsum*, & retrocesserunt, *& iam non cum illo ambulabant*, credentes, uel per pœnitentiam redeuntes. *Dixit ergo Iesus ad duodecim*: *Nunquid & uos*, quos specialiter elegi, *ultis abire*? Non petit quasi ignorans: sed ut ostendat se eis non indigere: quia ponit in eorum optione cum alijs recedere. *Et Petrus*, qui erat principalior, & obediens, ac firmus sicut petra, & in omnibus maximè ad interrogãdum Dominum, eiq; respondendum promptus: ex feruore charitatis pro se & alijs, *respondit*: Domine in cuius ditione cuncta sunt posita, *ad quem ibimus*, quia non est dux ueritatis nisi tu. ꝙ d. Similem tui inuenire non possumus: tu solus sufficis nobis, propter quem omnia reliquimus. Et cùm non sit similis tibi: non est à te, sed ad te eundũ, unde Aug. Si nos repellis à te: da nobis alterũ te, quẽ sequamur. In Petri responsione,

exprimitur maxima dilectio ad Christũ. unde Chrysostomus. Petrus fratrum amator, amicitiæ cõseruator, pro toto respondet collegio: *Domine ad quem ibimus*? Hoc autem uerbum multæ amicitiæ est ostensiuum: iam enim Christus eis honorabilior erat, quàm patres & matres. *Verba vitæ æternæ habes*, id est uerba uitę æternæ promissiua, & ad eam inductiua: quibus qui non crediderit, in æternum peribit. Qui in ministratione corporis & sanguinis tui promittis uitam: etiam in uerbis prędicationis tuæ promittis eam: uirtus enim Dei est in Euãgelio. Moyses habuit uerba Dei, similiter & Prophętæ: sed rarò uerba uitæ æternæ: tu uerò promittis uitã æternam. Quid ergo aliud maius quærimus? Exprimitur enim in Petri responsione uera confessio fidei: cùm subditur: *Et nos credimus corde*, & cognouimus signorum uirtute: uel *credimus & cognouimus*: quia de credere procedit & intelligere: *quia tu es Christus*, quantum ad humanitatem: in qua unctus es unctione deitatis, ut rex & sacerdos: *filius Dei*, patris naturalis quantum ad diuinitatem: & per consequens æqualis ei in natura & potentia, id est (secundum Augu.) quia ipsa uita æterna tu es: & non das in carne & sanguine nisi quod es, scilicet uitam æternam. Panem ac carnem & sanguinem suum uocat hic Dominus fidelium societatem in corpore suo, quod est ecclesia. Panem: quia ecclesia quotidie reficit quos recipit: & in ea quousque ad plenam sanctitatem perueniatur, alter alterum uerbo & exemplo pascit. Vnde Dominus ad Petrũ: *Pasce oues meas*. Caro autem & sanguis Christi ecclesia dicitur: quia incarnatione uerbi, fide & sacramẽtis unita, uiuit de spiritu Christi. Sicut enim corpus uniuscuiusque hominis uiuit de spiritu suo, id est de anima sua: ita fideles animæ uiuunt de spiritu sancto. Vnus ergo panis, & unum corpus, siue una caro & sanguis Christi, multi sumus. Conformitas etiam Christi & ecclesię, pariter & caro & sanguis Christi appellatur: eo quòd sit proprius effectus incarnationis uerbi, & finalis causa dominicæ passionis. Vnde Augu. Hunc itaque cibum & potum, societatẽ uult intelligi corporis & mẽbrorũ suorũ, quod est ecclesia. Huius rei sacramẽtũ, id est unitatis corporis & sanguinis Christi, in dominica mensa præparatur, & de mensa Domini sumitur. Qui accipit mysterium unitatis, & non tenet uinculum pacis: non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se. Hoc est ergo manducare illam escam, & illum potum bibere, in Christo manere: & illum manẽtẽ in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus: proculdubio non manducat spiritualiter eius carnem: nec bibit eius sanguinem: licet carnaliter & uisibiliter premat dentibus sacramenta corporis & sanguinis Christi: & tantæ rei sacramentũ, ad iudiciũ sibi manducat & bibit. Signũ ergo quia mãducauit & bibit hoc est, si manet & manetur: si habitat & inhabitat: si hæret & non deseratur. Manemus autẽ in illo, cùm sumus mẽbra eius: manet autẽ ipse in nobis, cùm sumus tẽplum eius. Hæc dicuntur ut amemus unitatẽ: & timeamus separationẽ. Hoc totum ꝙ Dominus de carne & sanguine suo locutus ẽ, ad hoc nobis ualeat, ut carnẽ & sanguinẽ Christi nõ edamus & bibamus tantũ in sacramẽto, quod & multi faciũt mali: sed usq; ad spiritus participationem manducemus & bibamus: ut in Domini corpore tanquam membra maneamus, ut eius spiritu uegetemur: Hæc Augu. Et secundũ eundem, ille sacramẽtaliter manducat & bibit, qui ipsum sacramẽtũ tantũ sumit: spiritualiter uerò, ꝙ pertingit

A ad rem ſacramenti . quæ eſt res duplex : vna ſignata & contenta : quæ eſt Chriſtus integer : qui continetur ſub ſpecie panis & vini. Alia res eſt ſignata & non contenta: & hoc eſt corpus Chriſti myſticum: quod eſt in prædeſtinatis vocatis, & iuſtificatis . Et ſciendum quòd nõnulli doctores aliqua de prædictis incidentaliter ad altaris ſacramentum referunt : ſed in continua expoſitione nullus : quia de ſacramento altaris propriè habetur infrà in cœna domini, quando hoc ſacramentum inſtituit.

ORATIO.

B DOMINE *Ieſu Chriſte, ſufficiens ſalus animæ meæ : da mihi te ſolum deſiderare : deſiderando te propter te , non propter aliud, quærere : quærendo inuenire : inueniendo tenere : tenendo amare : amando peccata redimere : redempta non iterare . Illuſtra quæſo Domine cor meum lumine tuæ gratiæ diuinæ: vt te ductorem in omnibus uiis meis habeam: & ſemper te , qui es ſuper omnia , præ omnibus timeam & diligam: tuamque in omnibus ſaciam uoluntatem: nec unquam à te recedam : ſed ſemper tibi adhæream: quia tu ſolus ſufficis , & uitam æternam promittis : ad quam miſericorditer perducere me digneris . Amen.*

De tranſitu Domini & diſcipulorum per ſata. Cap. LXXI.

C



Lucæ. 6. Matth. 12.

D DEINDE cùm Dominus quadam die ſabbati *tranſiret per ſata*, ſeu blada, id eſt per campos vbi erant ſegetes, *diſcipuli eius*, vt homines eſurientes *uellebant ſpicas*, propter ciborum defectum & penuriã: *& manibus ſuis confricantes edebant grana*, conſolando famis inopiam.

Fames apoſtolorum.

E Ecce fercula Apoſtolorum, ſcilicet grana ſpicarum: erant enim columbę: quarum eſt grana comedere. Eſuriebãt tum ex paupertate, tum ex turbarum importunitate : in quo ſignatur quòd prædicatores & prælati debent poſtponere cibũ corporum propter ſalutem animarum.

Beda in c. 6. Lucæ.

Vnde Beda: nõ habentes enim diſcipuli ſpatium manducandi propter importunitatem turbarum, eſuriebant ut homines, ſed uellentes ſpicas inediam conſolabãtur: quod eſt indicium auſterioris vitæ non præparatas eſcas ſed ſimplices quærere cibos . Vnde & Chryſoſto. Putas quantam occupationem doctrinæ habebant Apoſtoli: ut nec manducandi licentiam inuenirent. O beati Apoſtoli, in quibus tunc corpus quod ſuum

A eſt ſuggerebat: quando animus quid ageret non habebat. Carnales autem homines: nec tunc ſpiritualia curant : cùm nihil habuerint carnale quod agant. *Phariſæi autem uidentes*, reprehenderunt Dominum de hoc: quaſi contra legẽ agerent diſcipuli ex doctrina magiſtri, & dicũt: *Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet eis facere ſabbatis.*

Deut. 23.

Non arguebant eos agere contra legem, quaſi raperent alienum: quia ſecundum legem licitum erat famelico intrare ſegetem vel vineã proximi & comedere: non tamen falcem mittere ſeu foras eijcere vel portare: ſed ſuper eo quòd ſpicas vellendo & fricando die ſabbati cibum præparabãt ſibi: quia præceptum erat in lege quòd cibaria præpararentur die præcedenti, & nõ in die ſabbati. **B** ubi Chryſoſtomus : Iudæi ſcientes quia diſcipuli quaſi ſpeculum ſunt magiſtri : quia in diſcipulis magiſter videtur : propter hoc errorem diſcipulorum volentes in opprobrium Chriſti vertere, ita dicebant: Non propter iniuriam legis dolentes, ſed detractionis occaſionem inuenire cupientes, iſta dicebant. Nec enim poterant alijs contra legem agentibus contriſtari: cùm ipſi quotidie in legem peccarent . Nam qui alio peccãte dolet: ipſe circa iuſtitiam multum eſt perfectus. Nec enim poteſt aliquis alteri amplius miſericors eſſe quàm ſibi. Hæc Chryſoſto. Dominus autem confutat Phariſæos, diſcipulos rationabiliter excuſando: & quòd contra legem non faciebant oſtendendo.

Diſcipuli ſpeculum ſunt magiſtri.

Dolere de peccato alieno.

C Et primò per exemplum: in quo duplex tangitur ratio. Prima eſt à ſimili, ex parte ſumẽtium: quia ſimilis neceſsitas fuit in diſcipulis, quæ fuit in Dauid, quando comedit conſecratos, *panes propoſitionis, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant* . Si ergo Dauid excuſatur, quia comedit in neceſsitate, quod alias non licebat: per conſequens & diſcipuli excuſantur, quia neceſsitas eis imminebat. Secunda eſt à minori, ex parte ſumptorũ: quia Dauid in neceſsitate comedit ſanctos panes licitè, quod licebat ſolis ſacerdotibus : ergo multo magis diſcipuli ſpicas communes omnibus. q.d. ſi neceſsitas ibi legem non habuit: nec hîc habere debet. Neceſsitas enim facit aliquid licitũ, **D** quod alias eſſet illicitum. Et ideò diſcipulis eſurientibus , quod licitum non erat in lege: factum eſt licitũ famis neceſsitate. Sic hodie, ſi quis æger ieiuniũ fregerit: reus non habetur. Cùm ergo Phariſęi illa legũt, laudant miſericordiam factam in Dauid & ſuis : & quando iſta vident, reprehendunt tranſgreſsionem in diſcipulis: ex quo apparet quòd non legis iniuriam defendunt: ſed ſuam malitiam oſtendunt. Alia ratio eſt à maiori: quia ſacerdotes quorum intereſt maximè cerimonias legis obſeruare, uiolãdo ſabbatũ quãdoq; ſine crimine ſunt: vt dum in templo opera manualia circa ſacrificia faciunt, animalia occidendo, excoriando, hoſtias lauando, carnes coquendo, & conſimilia faciẽdo: vel etiã dum pueros circuncidũt. **E** Ergo multo plus diſcipuli, qui nullius in hoc legis ſunt, vel ordinis, uellentes ſpicas in die ſabbati, & comedentes ſine crimine ſunt. Deinde poſt authoritates alienas, conuicit eos authoritate propria. Et primò per aſſertionem veritatis : & eſt ratio talis : quia potentius eſt templum ſpirituale quàm figurale : ſed figurale potuit defendere ſacerdotes ſibi ſeruientes: ergo multo plus ſpirituale, quod eſt Chriſtus: diſcipulos ſibi credentes : de quo templo dicit : Soluite templum hoc: *quia maior templo eſt hic*, ſcilicet Chriſtus : quia eſt templi Dominus . Secunda ratio eſt, in qua conuicit eos per affectũ pietatis : & eſt talis: Magis uult Dominus affectũ miſericordiæ & pietatis,

1. Reg. 21.

Neceſsitas legem non habet.

Ioan. 2.

A tis, quàm cerimonias veteris legis. Sed paſcere eſurientes, eſt opus miſericordiæ: & obſeruare ſabbatum, vel victimas offerre, eſt cerimoniale : ergo &c. Vnde magis vult Deus miſericordiam, qua quis ſubuenit alteri, vel ſibi indigenti, quàm ſacrficium : & opera miſericordiæ ſunt magis accepta Deo, quàm victimæ: hoſtia enim Deo placabilis, eſt ſalus hominum. Tertia ratio eſt, in qua conuicit eos per ſuæ poteſtatis oſtenſionem, & eſt talis: Dominus poteſt diſponere in his rebus quibus totaliter pręeſt: ſed Chriſtus præeſt totaliter & diſcipulis, & ſabbato: ergo poteſt diſpenſare cum diſcipulis de opere in ſabbato.

Sabbati Dominus.

Ipſe enim fecit ſabbatum propter hominem: vt in eo quieſcat, & Deo vacet: & non hominem propter ſabbatum : & ita, *Dominus eſt etiam ſabbati*. Et ideo ſecundum Ambroſium, ſicut poſuit ſabbatum: ita poteſt etiam deſtruere. **B** Quia ergo ſabbatũ propter hominem fecit : & Dominus ſabbati eſt : magis curam adhiberi voluit ſaluti hominum, quàm cuſtodiæ ſabbati: permittendo diſcipulos ſpicas vellere, & famem repellere. Chriſtus itaque non ſubeſt obſeruationi legis : ſed præeſt, & eam mutare poteſt : & ideo non peccat qui ſecundum ordinationem eius obſeruat . Quòd autem dicitur , factus ſub lege, ſubiectio illa erat voluntatis, non neceſsitatis: ideò quandoque ſe ſubiecit, propter humilitatem : quandoque ſe præfuiſſe oſtendit, propter authoritatem . Vbi Chryſoſto. Sabbatum non propter ocium factum eſt: vt omnino in die ſabbati vacent: ſed vt ociantes meditentur Deum, ſuum eſſe factorem: & per vacãtiam, Dei opera recordentur: vt dum vacãtiæ illius ratio quæritur, Deus rerum opifex demonſtretur . Ipſe enim legem dans ſabbati: nihil facietis, ait, præter ea quæ faciet anima: hoc eſt enim feſtum, ſi intendantur ſpiritualia, & ſecedant terreſtria, & vacemus vacatione ſpirituali: hæc Chryſoſtomus.

Ambroſius lib. 5. in Lucam. c. 6.

Gala. 4.

Chryſoſto. concione. 1. de Lazaro. Sabbati inſtitutio.

Homines per ſpicas denotãtur.

Myſticè, per Apoſtolos intelligi poſſunt prædicatores & prælati: per eſuriem, fames ſalutis humanæ: per ſata, mundus in quo ſunt diuerſa hominum genera ſeminata : per diuerſas ſegetes, diuerſæ nationes: per ſpicas, homines: per paleas corpora: per grana, animæ: quia ſicuti in ſpica duo ſunt, ſcilicet granum & palea: ſic in homine corpus & anima . **D** Diſcipuli ergo , id eſt prædicatores & prælati, eſurientes hominum ſalutem, debent tranſire per ſata, id eſt per mũdum prædicando: & euellere ſpicas homines à terrenis, quibus corde inhęſerãt, ſeparando: confricare manibus exemplo ſuæ operationis ad bonum prouocando : in qua ſeparatur vitium à virtute, ſcilicet palea à grano: & ſic manducare, Eccleſiæ incorporando: & ſabbato debent hoc agere, ſcilicet ſpe quietis æternæ, ad quam alios volũt inuitare. Et de hoc conqueruntur Phariſæi, id eſt dæmones, & infideles Phariſæorum conſortes. Vbi Beda: Vellere itaque ſpicas, eſt homines à terrena intentione, qua ſolum mentis quaſi radice fixerant, eruere. **E** Fricare autem manibus, exemplis virtutum ab ipſa carnis concupiſcentia quaſi folliculis atque integumentis ariſtarum puritatem mentis exuere . Grana verò manducari, eſt emundatum quemque ab omni inquinamento carnis & ſpiritus per ora prædicantiũ Eccleſiæ membris incorporari. hæc Beda. Item per ſata, intelligitur ſacra ſcriptura: quæ diuinarum ſententiarum ſeminibus eſt ſeminata. Per diuerſas ſegetes, diuerſi libri: per ſpicas, ſententiæ . Item per ſata prædicatores cum Domino ambulant, cùm ſacras Scripturas deuotè ſtudendo & meditando inueſtigant. Eſuriunt, dum in eis panẽ vitæ pro ſe & alijs inueni-

Vellere ſpicas. Beda in c. 6. Lucæ.

A re deſiderant: ſpicas euellunt, dum ea quæ ſibi vtiliora videntur in eis, colligunt: collectas confricant, dũ tandiu diſcutiuut, donec ſub paleis literæ, grana ſpiritualis intelligentiæ inueniant. grana verò ipſa manducant: cùm ſibi & alijs miniſtrãdo per impletionẽ operũ incorporant, & virtutes roborant: & hoc ſabbato faciunt, dũ à terrenis neceſsitatibus , & etiã turbidis cogitationibus quieſcentibus, Deo vacant: ſecũdum illud Eccleſ. *Sapientiã ſcribe in tempore vacationis.* Hoc Dominus ſabbati, ſcilicet Chriſtus, probat: ſed Iudęi vel adulatores, mentis refectionem & requiem animarum neſcientes reprobant: dicentes quia quieſcendum eſt ſaltem in ſabbato , non intelligentes quòd tunc magis debemus videre, quoniam ſuauis eſt Dominus, & requiem cœleſtem quærere operando. **B** Cõſidera nunc & intuere diſcipulos, & in tanta neceſsitate cõſtitutis compatere: quãuis ipſi gaudenter hoc faciant paupertatis amore . Quid enim eſt cogitare principes mundi præſente omnium conditore, ad tã tenuem paupertatem redactos , ut tali pabulo more animalium oporteat ſuſtentari ? Vnde Chryſoſtomus : Tu autem admirare diſcipulos , qui ita erant oppreſsi , & nullam temporalium habebant curam : ſed contemnebant carnalem menſam , & fame oppugnabantur continua : & neque ita deſiſtebant à Chriſto . Niſi enim eos coegiſſet uehementer eſuries : nequaquam hoc feciſſent . Hæc Chryſoſtomus . O quàm dulcis erat ille cibus eſurientibus, **C** ſicut & illa aqua inſtar mellis ſitientibus obtinere uidebatur : de qua dicitur : De petra melle ſaturauit eos . Aſpiciebat eos Dominus , & eis compatiebatur : quia tenerrimè eos diligebat . Sed nihilominus gaudebat , tam propter eos quos in hoc multum mereri ſciebat, quàm propter nos quibus exemplum relinquebat . In hoc enim exemplo ad multas uirtutes proficere poſſumus . Nam hîc mirabiliter paupertas relucet: pompa mundi contemnenda oſtenditur : ſumptuoſa & ſaporoſa ciborum præparatio deſtruitur : & gulæ uoracitas cum turpi unctuoſitate, & inſatiabili appetitu totaliter eneruatur : inſuper & beſtialitas multorum hominum hîc cõfunditur: quia ut dicit Auguſtinus , appetere uo- **D** luptates corporis , & uitare moleſtias , ferinæ uitæ actio eſt . Igitur, ut ait Bernardus , Ridiculum eſt ſanctos honorare conuiuijs, qui Deo abſtinentijs placuerunt . Hîc etiam renouata uidetur primæ ætatis beata ſimplicitas : in qua homines fructibus arborum , ac herbis & aqua contenti uiuebant . Vnde Boetius .

Eccleſ. 38.

Pſal. 33. 85. 99. & 144.

Cryſoſto. hom. 40. in Matth.

Pſal. 80.

Paupertas Voluptas.

Auguſtin. ſer. 49. ad fratres in eremo.

Bernardus in uigilia S. Andreæ.

Felix nimium prior ætas .
Contenta fidelibus aruis :
Nec inerti perdita luxu .
Facili quæ ſera ſolebat
Ieiunia ſoluere glande ,
Somnos dabat herba ſalubres :
Potum quoque lubricus amnis :
E *Vmbras altiſſima pinus .*
Vtinam modo noſtra redirent .
In mores tempora priſcos :
Sed ſæuior ignibus Ethnæ .
Feruens amor ardet habendi .

Boetius lib. 2. de conſol. metro. 5.

Hæc Boetius . Vnde & Hieronymus : Videns Deus quòd diligenter appoſitum eſſet ad malitiam cor hominis ab adoleſcẽtia: & ſpiritus eius in his permanere non poſſet: quia erant caro: opera carnis diluuio condemnauit : & auidiſsimam hominum gulam probans , dedit eis licentiam comedendarum

Gen. 8. Hieronym. lib. 1. cõtra Iouinianũ tomo. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Carnium esus.

carnium. Esum enim carnium vsque ad diluuiũ ignoratum fuisse scias: post diluuium autem quasi in eremo murmuranti populo conturnices ita dentibus nostris neruos & virulentas carnes ingestas. Vinum enim cũ carnibus post diluuium dedicatum est. Vnde etiam Petrus Damianus: Post mundi nascentis exordium, per mille ferè atque sexcentos annos humanum genus sine uini poculo & esu carnium vixit nec tamen qui spiam eorum quos scriptura commemorat languore contabuit. Hæc Petrus. Tunc ergo simplex erat cibus, & morbus rarissimus? nunc autẽ contrarium videmus. Vnde Seneca: Immunes erant ab istis malis, qui nondum se delitijs soluerant. Multos morbos multa fercula fecerunt: variusque ex discordi cibo morbus est. Innumerabiles esse morbos non miraberis, coquos numera. Ex istis non singulares morbi nascũtur: sed inexplicabiles, diuersi, multiformes, Vnde & Chrysostomus: Voluptas: & ingluuies sanitatis nostræ stabilitatem omnem subtrahit facilè. Et si iueris ad medicinalem locum: & accedẽs interrogaueris, omnes ferè ægretudinẽ causas illinc inuenies existentes. Nam vilis quidem & parua mensa, sanitatis mater est. Propterea & medici ita eam vocarunt, non saturari demum sanitatem uocantes: insatietas enim cibi, sanitas est: indigenter cibari, matrẽ sanitatis dicentes. Si verò indigentia est mater sanitatis: manifestũ est quoniam plenitudo mater est morbi & ægritudinis: & generat passiones, & ipsorum superexcedens medicorũ artem. Etenim pedum dolores & capitis grauedinem, & caligines, & manum dolores, & tremores, & dissolutiones membrorum, & ictericias, febres longæ & flammæ, & his multò ampliora, non parsimonia & philosophica diæta: sed ex abundanti comestione & plenitudine generari apta nata sunt. Si verò vis & animæ ægritudines videre quæ hinc nascuntur: aspicias quoniam auaritiæ, luxuriæ, melancholiæ, desidiæ, incontinentiæ, insciti, omnes hinc habent principium. Quæ omnia excogitantes, fugiamus & ebrietatem & uoluptatem: non eã tantum quæ in mensis est: sed & aliam omnem quæ est in rebus mundanis: & pro ea permutemus cam quę à spiritualibus est uoluptatem: & secundum Prophetã uoluptemur in Domino, in his quæ hic sunt, & futuris potiamur bonis. Hæc Chrysosto. Voluptates ergo corporis spernendæ sunt: quia dolores ingerendo nocent. Vnde Hora.

Morbi origo ex cibo Vario.

Chrysosto. hom. 55. ad populũ Antiochenum.

Gulę mala.

Voluptas spernenda. Horatius in epistolis.

Sperne uoluptates: nocet empta dolore uoluptas.

Nec solum corpori nocent: sed & animam occidunt. Vnde Gregorius: Dum os delectatur in condimentis: anima necatur comedentis. Et ideo qui sapiens est, uoluptatem corporis in uoluptatem animi cõmutet. Vnde Rabanus: Si dulcedinem diuini amoris perfectè gustaueris: de temporali dulcedine non curabis. Vnde & Seneca: Animi uoluptates quis quis sequitur, & bene intelligit: omnium sensuum blandimenta contemnit. Si ergo sic hodie fieret, prout tunc discipuli, & in prima ætate communiter homines faciebant: non indigeremus apparatu rerum, nec supellectili uaria & pomposa: in quibus genus humanum est inextricabiliter intricatum. Vnde Chrysosto. Vbi enim coquorum ars utilis est, nobis nusquam sed & ualde inutilis & nociua, corpori & animæ nocens, & mater est uniuersarum ægritudinum & passionum: & lasciuiam, cum multa munificentia inducit. Vnde & Seneca: Si audire humanum genus uoluerit: tam superuacuum sciet sibi coquum esse quàm militem: Non desiderabis artifices,

Gregor. in pastoral. 3. parte c. 20.

Chrysosto. hom. de his qui delitijs vacant.

Seneca lib. de paupertate.

si quęris naturam. Simplici cura constant necessaria: in delitijs laboratur. Vnde etiam Boetius: Si de eo quod naturæ satis est replere indigentiam uelis: nihil est propter quod fortunę affluẽtiam appetas: paucis enim minimisque natura contenta est. Cuius satietatem si superfluis urgere uelis: aut iniucundum quod infuderis, aut noxium erit. Quàm modicis autem natura contenta sit, ostendit Seneca, qui dicit, Panem & aquam natura desiderat: nemo ad hęc pauper est. Et Lucanus:

Boetius lib. 2. de cõso. prosa. 5.

Discite quàm paruo liceat producere uitam:
Et quantum natura petat fluuium Cereremque.

Condimentum facile famenti. Bernardus epistola 1.

Si verò istis famem pro condimento, & salsa addideris: miro modo sapida reperies, quæ sine hac insipida uidentur. Vnde Ber. Prudenter sobrieq; conuersanti, satis est ad omne condimentum sal cum fame. Qua sola non expectata, necesse est alias atque alias de nescio quibus succis extraneas confici permixtiones: quæ uidelicet & palatum reparent, gulam prouocent, excitent appetitum. Hæc Bernardus. Igitur (ut dicit Seneca) uoluptatibus resistamus: quia facilius non recipiuntur, quàm exeunt. Et iterum: Proiice quæcunque cor tuum laniant: uoluptates præcipuè extirpa, & inimicissimas habe more latronum, qui in hoc nos amplectuntur ut strangulent. Et (ut idem dicit) ad rabiem cogunt uenire delitiæ: ut quicquid non ex uoluntate respondet, iram euocet. Ad debellandum autem uoluptates, multum ualet fugere earum occasiones. Vnde Seneca: Debellandæ sunt in primis uoluptates: & nihil delicatè, ni hil molliter faciendum: his cogitationibus intẽtum loca seria sanctaque eligere oportet. Effœminat animos amœnitas nimia: nec dubiè aliquid ad corrumpendum uigorem regio potest. Sed quidam excusantes se, dicunt quia debiles sunt: & quia affluetis carere non possunt. Quibus idem Seneca respondet, dicens: Occurres hoc loco mihi illa uoce: Nimis dura præcipis: nos homunciones sumus: omnia nobis negare non possumus. Scis quare non possumus ista? quia nos posse non credimus. Nolle in causa est: non posse prætenditur. Et iterum: Molestum est, inquis, carere assuetis uoluptatibus: abstinere cibo, sitire, esurire. Hæc prima abstinentia grauia sunt: deinde cupiditas relanguescit: inde morosus est stomachus: inde quibus fuit auidus, tibi odium est: desideria ipsa moriuntur. Non est acerbum carere eo quod cupere desieris. Quemadmodum pernicioſior est hostis fugientibus: sic omne incommodum magis instat cedenti & auerso. Hæc Seneca. Expedit autem ut non solum in delicatis, sed etiã in uilibus escis concupiscentia inordinata uitetur: ad cauendum murmur, quo Deus multum offenditur. Vnde Augustin. De nulla re magis Deum offendisse ille populus dictus est, quàm contra Deum murmurando. Sed ut sciremus non Dei creaturam esse culpabilem, sed inordinatam cupiditatem: non propter porcum, sed propter pomum mortem primus homo inuenit: & Esau primatus suos, non propter gallinam, sed propter lenticulam perdidit. Et iterum: Daniel ideò uir desideriorum appellatus est, quia panem desiderij non comedit: & potum concupiscentiæ non bibit: quia magis Christum quàm epulas desiderabat. Hæc Augustin. Et non solum corporis: sed & animi uoluptates sunt debellãdæ: quia (ut dicit Greg.) Incassum caro atteritur, si à prauis suis uoluptatibus animus nõ refrenatur. Tu ergo hoc exemplo discipulorum animatus,

Seneca epi. stola. 52.

Seneca epistola. 52.

Prima abstinentia dum tanti dura. Cupiditas in nullius nocet.

Augustin. ser. de tempore. Idem ser. 3. dominica prima quadragesima. Animi uoluptates refrenanda. Gregorius in psal. 3. pœnitentiæ lem.

paupertatem totis amplectere viribus: quæ sic emicuit in præfatis mundi principibus, & similiter in Domino Iesu & sua matre, & in omnibus qui uoluerunt eos perfectè imitari. Spiritu autem eam complectere, & corde dilige: quia alias meritoria non esset. Laudabile quidem non est pauperem esse: sed in paupertate paupertatem amare, & paupertatis inopias propter Christum gaudenter & hilariter sustinere. Proh dolor, quia multi de paupertate solo nomine gloriantur: sed quo pacto vt eis penitus nihil desit. Dicunt se amicos Dominæ paupertatis: sed paupertatis sodales & amicos fugiunt toto posse: scilicet famem, sitim, frigus, contemptum, despectum, & huiusmodi. Et vt dicit Bernardus, uolunt esse pauperes sine defectu, humiles sine despectu, patientes sine contumelijs. Tu verò nunquam pro aliqua re ipsam paupertatem lædere velis: & nihil omnino vltra necessitatem habeas, vel habere desideres. Et si quæris, quæ sit illa necessitas? Respondeo tibi, quòd quanto intimius paupertatem dilexeris, tanto subtilius de necessitate iudicabis. Illa nanque necessaria sunt nobis, sine quibus esse non possumus. Vide ergo ea sine quibus commodè potes esse: & illa nec habere, nec appetere, nec procurare, nec à sponte dantibus recipere. Vnde Seneca: Circuncide superflua, & in arctum desideria tua constringe. Considera tecum quantum natura poscat, non quantum cupiditas expetat. Impone concupiscentiæ frenum: omnia quæ sunt blandimenta reiice. Hæc Senec. Sed multi in iudicando de necessarijs & superfluis decipiuntur & superfluis tanquam necessarijs vtuntur. Vnde Augustinus: Multa nos in facultatibus nostris superflua habere probamur, si necessaria sola retineamus: nam uana quærentibus nihil sufficit: & aliorum quodammodo retentor est, qui profutura pauperibus inutiliter habet. Vnde & Seneca: Quàm multa superuacua essent non intelleximus, nisi deesse ceperint. Tota mihi vita mentitur: necessaria indicat quorum magna pars superuacua est: quæ si quandoque necesitas abstulit, non sentimus ablata. Hæc Seneca. Non solum autem superuacua, sed & necessaria sunt quandoque contemnenda. Vnde iterum Seneca: Non te laudes si contempseris aureos lectos, & gemmeam supellectilem: quæ est enim virtus superuacua contemnere? Tunc te admirare cùm cõtempseris necessaria. Non magnam rem facis, si viuere sine apparatu potes: tunc te mirabor, si contempseris etiam sordidum panem: si tibi persuaseris herbam, ubi necesse est non pecori tantum, sed homini nasci. Et notandũ quòd abstractio à rebus mundanis (secundum Bernardum) fit tribus modis. Primus modus est, quòd quis solum in necessarijs contetur: & tanquam aduenam & peregrinum se reputans, victu & vestitu contentus, graue existimet alijs onerari: quia (secundum Gregorium) hoc ipsum grauiter tolerant, quòd festinantes ad patriam in itinere multa portãt. Secundus modus est, quòd quis nec in necessarijs delectetur: & in nullo ad temporalia sit affectus: sed tanquam mundo & mundialibus mortuus abundantiam & defectum, laudem & opprobrium æqualiter accipiat. Mortuo enim si quid defuerit, non sentit: sic anima in suis affectibus mortificata, commodum & incommodum non discernit. Tertius modus, est quòd quis in vsu necessariorum non solum non delectetur: sed potius afligatur & crucietur: vt dicere possit cum Apostolo: *Mihi mundus cru-*

Paupertatis sodales.

Bernardus sermone. 4. de aduẽtu.

Necessaria nobis.

Seneca epistola. 11.

Necessaria cõtemnenda. Seneca lib. de consolatione.

Abstinẽtia tribus modis fit. Bernardus serm. 7. in quadragesima.

Gala. 6. Philip. 3.

Paupertatis dominicæ excellentia.

Chrysosto. hom. 67. in Matth.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORATIO.

DOMINE *Deus omnipotens: qui omnia quæ cæli ambitu continentur, sub pedibus hominis subiecisti: ut solus homo tibi subiectus esset totus: exteriora nempe pro hominis corpore cuncta creasti, ipsum verò corpus pro anima, animam verò pro te, ut tibi soli uacaret, & te solum amaret: qui etiam* Psal. 146. *das iumentis escam ipsorum, ac uolucribus cæli, & piscibus maris pastum: da mihi huius uitæ necessaria ad salutem meam, & ad laudem tuam: ut sic per te prouisus, melius tibi uacare ualeam: da quoque mihi in omni defectu & penuria patientiam, ne pusillanimitate fractus deficiam. Amen.*

De manco manum aridam habente. Cap. LXXII.



ACTVM est autem post hæc in alio sabbato, *ut intraret Iesus in synagogam eorum & doceret*. Nam secundum Hilariũ; præmissa in campo dicta sunt & gesta: & post hoc synagogam ingreditur. Sabbato intrauit synagogam ad docendum, propter maiorem populi frequẽtiam & conuentum. Vnde Beda: Sabbatis præcipuè Dominus in synagoga docet, operaturq́ue virtutes, non solum propter insinuandum spiritale sabbatum: sed etiam propter celebriorem eo die populo conuentum: cui tunc moris erat, quia uacare à labore per legem iubebatur legendis audiendisq́; scripturis operam dare. Nam sicut hi quibus venãdi ars est, ubi feras, ubi pisces & volucres plus abundare dicerint: ibi maximè sua rhetia tendũt: ita Dominus semper docuit in synagoga & in templo, quo omnes Iudæi conueniebant: uolens omnes homines saluos fieri: & ad cognitionem veritatis venire.

Matth. 12. Luc. 6. Marci 3. Hilarius canone 12. in Matth.

Beda in ca. 6. Luca.

Hæc Beda. Ecce in Christo tria: scilicet Mentis stabilitas: quia licet Pharisæi insidiarentur ei: non tamen metuebat venire vbi erant: & hoc est contra pusillanimes. Doctrinæ veritas: quia in publico docebat: & hoc est contra hæreticos. Zeli immensitas: quia totum hoc propter salutem animarum faciebat: & hoc est contra eos qui inde quærunt uanam gloriam, vel temporale lucrum seu commodum. *Et erat*, in synagoga, *homo habens manum aridam*, & contractam: *& obseruabant*, id est dolose seruabant eum Pharisæi si sabbato curaret: ut illum arguerent vel accusarent. Vnde interrogabant eum maliciosè, si licet sabbatis curare? ut si diceret non, arguerent eum de immisericordia uel impotentia: si diceret sic, accusarent eum de sabbati transgressione. Vbi Beda: Quia solutionem sabbati quam in discipulis arguebant excusauerat, ipsum calumniari uolentes obseruabant: ut si in sabbato curet, trãsgressionis eum accusent: si non curet, crudelitatis aut imbecillitatis arguant. Vt enim ait Bernardus: In factis obseruatores, in uerbis exprobratores, in tormentis sustinuit illusores. Et uidens Dominus cogitationes eorum: iussit hominem infirmum surgere & stare in medio: ut miraculum esset magis manifestum: & euidentius argueretur cæcitas malignantium: & quasi repetendo quæstionem ab eis motam, sub alijs verbis hoc idem quæsiuit ab ipsis. Illis autem sic tacentibus, proposuit similitudinem de animali: & soluit quæstionem prius uerbo, ostendens per rationem quòd licitum est sanare hominem die sabbati. & est ratio talis: Magis subuenien-

Christi pro conia tria. Beda in c. 3. Luca.

dum est homini quàm animali: sed animal si ceciderit in puteum uel foueam, extrahitur & liberatur die sabbati: ergo multo plus homo qui est nobilior & melior: cùm sit factus ad imaginem Dei, si in infirmitatem ceciderit, curatur die sabbati. Si enim hoc fit propter cupiditatem temporalium: multo magis debet istud fieri ubi salus quæritur animarum. Et sic ipsi uitæ communis & propriæ consuetudinis uincuntur exemplo. Vnde Chrysostomus: Vobis ouẽ licet in sabbato saluare: & mihi hominem non licet? Vobis manibus licet extrahere: mihi nec uerbo licet curare? Ecce nec medicinam conficio: nec manum meam super illum extendo. Dico uerbo, & sanatur infirmus: & legem sabbati uestri non transgredior: & sine opere opus uirtutis consumo. Hæc Chrysostomus: Sed auari Pharisæi plus diligunt ouẽ quàm hominem proximum: & laudant impendere subsidium in ouẽ: & accusant beneficium charitatis in homine. Vnde Hieronymus: Sic soluit quæstionẽ propositam, ut interrogantes auaritiæ condemnaret. Si uos, inquit, in sabbato ouem & quodlibet aliud animal in foueam incidens eripere festinatis: non animali, sed uestræ auaritiæ consulentes: quanto magis ego hominem, qui multo melior est oue, debeo liberare? Vnde & Rabanus: Competenti ergo exemplo soluit quæstionem eorum: ut eos ostendat sabbatum uiolare in opere cupiditatis, qui eum uiolare arguunt in opere charitatis, legem malè interpretantes, qui dicunt in sabbato à bono feriandum, in quo à malis tantum feriandum est. Vnde opus seruile nõ facietis in eo, id est peccatum: quia qui facit peccatum, seruus est peccati. Sic in æterna requie à malis tantum feriabitur, non à bonis. Hæc Rabanus. Secundo soluit quæstionem facto, hominem habentem manum aridam sanando. Tunc enim ait illi, extende manum tuam: & cùm extenderet, statim restituta est sanitati. In quo patet perfectio sanitatis. Vbi Chrysostomus: Vt propositum legis, quam Iudæi non intelligunt, sanitas manifestat. Si enim Deus offenditur in opere sabbati, sine dubio infirmitas non fugatur: quia non potest iniuriã Dei beneuolentia sequi. Iste mancus, secundũ Hiero. in Euãgelio quo utũtur Nazaræi, cemẽtarius scribitur, istiusmodi uocibus auxiliũ precans: Homo cementarius erã, manibus uictũ quæritans: precor te Iesu ut mihi restituas sanitatẽ: ne turpiter mẽdicem cibos. Dominus Iesus maximè in sabbatis docebat, & operabatur uirtutes. Primò, ut ostẽderet q́p Euangelicũ & spirituale sabbatũ, melius & fructuosius ueteri sabbato succedebat. Secundò, ut sabbato pluribus occurrentibus, proficeret pluribus: & saluator mũdi ex miraculorũ uirtute manifestus fieret. Tertiò, ut Dominus legis & sabbati probaretur. Quartò, ut malum intellectum Iudæorum de obseruantia sabbati auferret, dum bene operando sabbatum se non uiolare probaret, qui in sabbato curabat, & in hoc coram pluribus legisperitos confutabat. Circa quod sciendum, quòd aliqui sunt actus boni in genere entis, qui tamen ex se non habẽt bonitatem in genere moris: sicut ædificare domum, uel huiusmodi: & talia non erant licita in die sabbati. Alij autem sunt actus boni in genere moris, secundum se: sicut sunt opera uirtutum: & talia licita sunt in die sabbati: de quibus erat sanatio manus aridæ: quia erat opus pietatis: & cum hoc erat ad gloriam Dei manifestandam, inquantum fiebat miraculose & supra naturam: & ideo talia possunt fieri in die sabbati, non solum licitè sed & laudabiliter. Mysticè, secundum Bedam & Rabanum, homo qui habebat manum aridam, humanũ genus in bono opere arefactum, pro manu in primo parente ad pomũ uetitum extensa: sed in miseratione Domini, saluti & bonorum operum fructibus, per innocentes Christi manus in cruce extensas, est restituta. Et bene manus in synagoga erat arida: quia ubi maius donũ scientiæ, ibi transgressor maiori subiacet culpę: & gra uius est periculum inexcusabilis noxæ. Sananda manus arida iubetur extendi: quia infructuosa debilitas animæ nullo melius ordine quàm eleemosynarum largitate curatur. Habebat autem homo dexteram manum languidam: quia ab eleemosynis torpebat: sinistram sanam: quia suæ utilitati intendebat. Sed ueniente Domino, dextera sanatur ut sinistra: quia quod congregauerat auide: modo distribuit charitatiuè. Mysticè etiam in hoc infirmo docuit quatuor necessaria pœnitenti: scilicet quòd surgat à culpa, per pœnitentiam: quòd stet in gratia, per perseuerantiam: quòd in medio, per boni exempli euidentiam: quòd extendat manum per bonam operationem. Extende ergo manum primò ad pauperes, in eleemosynarum largitione: secundò ad Deum, in feruenti oratione: quia secundum Gregorium: Frustra pro peccatis rogaturus ad Deum manus expandit, qui eas pro posse ad pauperes non extendit. Moraliter homo habens manũ aridam, est peccator: habent enim quidam cor aridum, quia sine bona affectione, sine compassione: quidam linguam aridam, quia sine bona locutione, sine Dei laude: quidam manum aridam, quia sine bona operatione. Hæc autem triplex ariditas sumitur ex similitudine arboris aridæ: quia tunc est uerè arida: quando est sine succo, sine foliis, sine fructu. Cor habent aridum, inuidi: linguam, mali loqui: manum, auari. Iste ex obedientia diuina manum debet extendere ad proximum, per eleemosynarum largitionem. Ille lingua loqui ad Deum, per deuotam orationem. Alius cor eleuare ad cœlũ, per sanctam meditationem: & sic sanatur peccator. Itẽ secundũ Theoph. Aridam dexteram habet manũ quisquis non operatur quæ sunt dexteræ partis: quia talis est impotens ad bona, sed potens ad mala. Ex quo enim manus constituitur in operibus prohibitis, extunc arescit in operibus bonis. Iterum uerò restaurabitur: quando in uirtute stans operabitur. Per manum enim, quæ est organum organorum, conuenienter intelligitur opus meritorium: & ideo manus est arida, quæ est ad hoc opus inualida: sed cùm ad uerbum Christi surgit per gratiam, tunc manum extendit per sanctam operationem. Potest

Hieronym. in c. 12. Mat.

Pœnitenti quatuorne essaria.

Gregorius epist. 17.

Exo. 20. & Lmit. 23. Ioan. 8.

Hieronym. in c. 12. Mat.

Theophil. in Matth.

etiam per hominem, manum aridam habentem, signaripiger & ociosus: quia ad operandum est inualidus: sed cùm ad uerbum Christi stat in medio uirtutis: manus eius sanatur, & in bonis operibus exercetur. Specialiter tamen & præcipuè per hunc hominem auarus signatur: cuius manus ad opera pietatis & largitatis inualida reperitur. Huius manus sunt quinque digiti. Primus, inordinatum desiderium habendi. Secundus, labor acquirendi. Tertius, sollicitudo conseruandi. Quartus, studium multiplicandi. Quintus, infidelitas dispensandi. Sed ut sanetur, ei per gratiam dicitur: extende manum tuam: quia cùm ex Dei dono ad opera pietatis extenditur, tunc sanatur. Vnde Ambrosius: Audisti Domini uerba dicentis: extende manum tuam. Communis ista generalisq́ue medicina est. Et tu qui putas manum habere te sanam: caue ne auaritia, caue ne sacrilegio contrahatur. Extende sæpius eam. Extende illam ad pauperem, qui te obsecrat. Extende, ut proximum iuues: ut uiduæ præsidium feras: eripias iniuriæ quem uides iniustè calumniæ subiacere. Extende ad Deum pro peccatis tuis. Sic manus extenditur, sic sanatur. Hæc Ambrosius. Igitur ò auare, qui manum aridam & contractam habens non vis dare, uis accipere: non uis largiri, uis prædari: extende manus tuas ut tribuas indigentibus: quia in hoc tibiipsi prouidebis, & thesaurizabis in cœlis. Vnde Chrysostom. Eleemosynam faciamus, & ne despiciamns à fame correptos. Etenim tibiipsi benefacies magis illis benefaciens. Nam his quidem præsentia porriges: tibiipsi verò futuram gloriam prædæ ponis. Hæc Chrysostom. Inter omnia ergo opera misericordiæ prærogatiuam habet eleemosyna, quam totiens & tam attentè nobis inculcat diuina scriptura. *Pharisæi autem*, repleti insipientia, id est irrationabili iracundia, cùm magis deberent esse grati de diuino beneficio, *exeuntes*, de Sinagoga, & de conspectu Christi: & à lumine recedentes, *statim cum Herodianis*, principis secularis satellitibus, *consilium faciebant aduersus Iesum, quomodo eum perderent*, secundum Ambrosium: quomodo uitam perderent: non quomodo uitam inuenirent. Iam ergo de morte ipsius tractabant: & hic primò loquitur de procuratione mortis Christi, pro qua tunc primò consilium faciebant. Magna insipientia de nece eius tractare, cuius beneficijs plurimum indigebant, quos etiam ad hoc non eius culpa, sed liuor mouebat. Magna etiam eorum fuit obstinatio, quia nec uerbis Christi, nec factis, resilierunt à malo suo: sed amplius inuidia permoti, remanserunt in malo obstinati. Vnde Chrysostom. Pharisæi autem consilium acceperunt, scilicet à diabolo, ut perderent eum. Inuidentes enim Christo, nolebant eum facere signa ne gloriam acquireret, & discipulos congregaret: sed turpitudinem inuidiæ suæ, sabbati defensione tegebant: ut in prima quidem facie uiderentur sabbati iustitiam defendere: reuera autem suam exequerentur inuidiam. *Iesus autem*, sciens machinationes eorum, quia nihil eum latebat, recessit inde, *cum discipulis suis & ad mare secessit*. Recessit autem inde propter multa. Primò, ut eis parceret & occasionem impietatis auferret: maioriq́ue utilitati Ecclesiæ se seruaret. Secundò, quòd nondum uenerat tempus passionis suæ præfinitum à patre: necdum impletæ erant Prophetarum scripturæ. Tertiò, quia non aderat locus, scilicet Hierusalem

Digitiquinque auari.

Ambrosius lib. 5. in Lucam.

Pharisæorum mala & cæcitas.

Universidad de Deusto Biblioteca

rusalem, extra quam non fuit locus passionis eius. Quartò propter dandum suis in persecutione fugiendi exemplum: ne fuga eorum imputaretur in peccatum. Quintò, propter humilitatis & patientiæ indicium, & cùm possit aduersarios suos nutu deijcere in abyssum. Sextò, ad ostendendum ueræ humanitatis signum: cùm licet ipse mortem non timeret, tamen tanquam homo fugit à consilio malignantium. In quo etiam nos docuit, ut ab illis recedamus quos bonis monitis semp deteriores fieri videmus: homines enim in malis obstinati, uix possunt per rationem compesci. Vnde Chrys. Sciens autem Dñs consilium eorum, non diu contendit, sed una reddita ratione recessit: ne magis insaniam eorũ excitaret: quia nõ potest fieri, ut malitia ratione placetur. Ignorantia quidem ratione placatur: malitia autem amplius excitatur. Sciens ergo paratos illos esse ad maleficiendum secessit: nõ quasi timidus subtrahens se ab eis: sed quasi misericors parcẽs eis: ne eos ad opus impium amplius irritaret: quamuis enim qui paratus est malum facere, apud Deum iam fecit: tamen qui intelligit paratum esse aliquem opus malum facere, & irritat eum, dans ei occasionem ut compleat malum, ipse particeps est peccati eius. Vt quid enim res mala per te exitum suum inuenit. Et qui sine te fuerat periturus, aut quantum ad uoluntatem suam iam perditus erat: ut quid per te impleta est perditio eius? Hæc Chrysostomus. *Et multi*, infirmi, *secuti sunt eum*, ex eo quòd uiderant prædictum hominem curatum, *curauit eos omnes*, remunerans fidem ipsorum. forsitan quia omnes digni fuerant curatione. Docti ergo uisis signis, persequuntur: indocti, opinione eius ducti, amando sequuntur: & ideo curari merentur. Vnde Remig. Quem Pharisæi unanimi consilio perdere quærunt: turba indocta unanimi dilectione sequitur: unde mox sui desiderij cõsequitur effectum: si uis & tu curari, si uis sanari, si uis à mortis periculo liberari: sequere & imitare Iesum, ipse enim neminem repellit: omnes qui eum sequuntur sanat. Per Phariseos qui diuisi interpretantur, discoli qui dissensiones faciunt signantur: per Herodianos verò superbi, q gloriosi in pellibus interpretantur. Isti uerò consilium faciunt contra Iesum: qui cùm humilibus & charitatem habentibus commorantur: & ideo recedit ab illis se elongando, & humilibus eum sequentibus benefacit, beneficia salutis impendendo. *Et præcepit eis*, qui curati erant, *ne*, eum diuulgarent &, *manifestum facerent*, ut inanẽ gloriã & gloriãdi de se iactantiam declinaret, & ut nobis exẽplũ uitandi eam daret. Non prohibuit Dominus miraculorum prędicationes ad vtilitatem audientium, sed in beneficijs uanæ gloriæ appetitum. Vnde Ambrosius: Hic mysticè instruit nos, ne cùm magnum aliquid facimus, laudẽ foris quæramus. Vnde Chrysostomus: Vbi quidem propter alios alij curantur, nõ præcepit eis ut nemini dicerẽt: quale est ubi oculos cæci nati aperuit: & Paralyticum triginta & octo annis iacentẽ erexit. Vbi autẽ non propter alios, sed pp meritum ipsius curat hominẽ, præcipit ei ut nemini dicat, sicut & leproso mandauit. Ideo & istis præcepit ne vulgarent eum: quia propter ipsos solos curauerat eos: quia non æstimationem hominum miraculis uenabatur, sed credentium desiderabat salutem: Hæc Chrysostomus. *Et uenerunt in domum*, quandam ad hospitandum *& conuenit iterum turba*, ad audiendum Dei uerbum: & tunc ita feruenter intendebant prædicationi, quòd ipsi discipuli eius non habebant tempus panem manducandi. Hoc est contra illos qui dimittunt opus prædicationis, propter curam & saturitatem commestionis. Vbi Beda: O quàm fœlix occupatio saluatoris: quàm beata frequentia turbæ confluentis: cui tantum studij ad audiendum uerbum Dei, tantum fuit curæ ad obtinendam salutem ut authori salutis cum his qui secum erant ne uescendi quidem hora, à solatio uitæ miseris impendendo, libera maneret. Vtinam Domine Iesu & in nostri temporibus æui, tantum gratiæ tuis fidelibus largiaris, qui doctores suos assiduitate discendi non solum ab appetitu carnalium uoluptatum, uerumetiã nõnũquã ab ipsa quoq; panis quotidiani perceptione prępediãt. Hæc Beda. *Et cùm sui*, s. Iudæi qui ex parte matris de cognatione sua erãt, uiderent insolitum feruorem in eo, & audirent altitudinem diuinæ sapiẽtiæ, quam capere non ualebant: æstimabant eum mente alienatum, & in furorem uersum sensu perdito loqui: & *exierunt tenere eum*, & ligare, ne sibi uel alijs posset nocere. Vbi Beda: Verè sicut ipse dicit alibi: Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. Quem enim exteri quasi authorem uitæ, & sapientiam Dei adire & audire desirant: hunc propinqui quasi mentis impotem esse ligandum decernunt. Allegoricè autem in eo quòd turba ad illum conueniente frequenti, ut furiosus à suis contemnitur: salus credentium de Gentibus approbatur: & inuidia Iudæorum & perfidia notatur: de quibus ait Ioannes: *In propria uenit, & sui eum nõ receperunt*. Hæc Beda. Similiter & hodie qui ad sequendum Christum sunt feruidi, à mundanis hominibus insani reputantur: & per eos quãtum possunt à bono retinentur. O quantum una non dico mensura, sed gutta huius uini ualeret, quæ hanc insaniam induceret. Fœlices qui hac laborant insania, ut de illis dici possit illud Sapientiæ: *Nos insensati uitam illorũ æstimabamus insaniam*: utinam & ego miser unus de illis merear fieri: ac cum eis inter filios Dei computari: & inter sanctos sortem habere.

Recedendũ ab obstinatis in malo

Ignorantia ratione placatur. malitia excitatur.

Remigius in Matth. c. 12.

Pharisæi.

Laudis humanę uitatio.

Beda in c. 3. Marci.

Beda ibid.

Ioan. 1.

Sapien. 5.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, rogo te per uiscera misericordiæ tuæ, ut me mancum, ad faciendum opera bona inualidum, digneris misericorditer sanare: & ad omne opus bonum, fortem & aptum facere. Fac me stare in medio uirtutum: ut te iubente & faciente, extendam ad iustitiam, non ad iniquitatem, manus meas: meque in bonis exercendo, tuum beneplacitum in omnibus faciam: & in malis arescendo, ab offensa tua omnino abstineam. Da mihi bone Iesu: ut præ omnibus diuitijs & delicijs seculi, intendam uerbo Dei, ac meæ & aliorum saluti. Amen.*

De

De dæmoniaco, cæco, & muto. Cap. LXXIII.



POST prædicta, oblatus est ei homo dæmonium habens, cæcus, & mutus: sed Lucas mutum tantum, non cæcum dicit, tacens quòd Matthæus expressit. Nec talia sunt in dæmone formaliter, sed solum effectiuè: quia effecerat hominem cæcum & mutum: & ideo ipso eiecto, uidit, & loquebatur homo. Vnde sequitur: *Et curauit eum*, in quo notatur à dæmonio liberatio: *ita ut uideret*, in quo cæcitatis illuminatio: *& loqueretur*: in quo loquelæ restitutio. Vbi Hieronym. Tria signa simul in homine perpetrata sunt: cæcus videt: mutus loquitur: possessus, à dæmone liberatur. Quod tunc quidem carnaliter factum est: sed quotidie completur in conuersione fidelium: ut expulso dæmone primùm lumẽ fidei accipiant: deinde in laudes Dei tacentia prius hora relaxentur, Vnde & August. Dæmonium enim habens, cæcus & mutus est, qui nõ credit Deo: & subditus est diabolo: q nõ intelligit, & non confitetur ipsam fidem: uel qui non dat laudem Deo. Vnde etiam Chrysostom. Ne aliquis putet qa sufficit homini fideli cognoscere Deũ, est & necessarium confiteri Deum: & ideo cæcum & mutum curauit: oculos ad cognoscendum: os ad cõfitendum Deum. Qui cognoscit, & non confitetur: ille etsi oculos mentis habeat curatos, tamen adhuc mutus est. Qui ergo uidens non facit præcepta Dei: & qui loquens non loquitur laudem Dei & gratiam: ille etsi loquitur & uidet quantum ad Deum: tamen & mutus & cæcus est. Non enim ille uidet Deum, qui scit Deum: sed qui timet & diligit Deum. Et qui orat & psallit, & non facit quæ laudat: ille corpore loquitur, animo autem tacet. Hæc Chrysostom. Spiritualiter dæmonium ille habet, qui in peccato mortali perseuerat. Quandiu enim peccatum in homine regnat, tandiu uictus & captiuus à diabolo possidetur & captiuatur. Vexat autem dæmoniũ triplex: superbia, in mente: concupiscentia, in carne: cupiditas, in rebus: quia omne quod est in mundo, cõcupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ. Hoc autem triplex dæmonium facit mutum: nam cùm loquela data sit homini ad laudandum Deum, & gratias agendum: ad loquendum ueritatem: & ædificandum proximum: ad confitendũ peccatum; & ueniam de eo petendum. Primam loquelã aufert superbia: quæ quod Dei est, scilicet laudem, usurpat sibi. Secundam aufert auaritia: quæ soli sibi intendit, non proximo. Tertiam aufert luxuria, & maximè contra naturam. Vnde Sodoma interpretatur silentium, siue muta. Item facit cæcum: ut ad salutem suam pertinentia & sibi proficua non uideat: & eam lucem, quæ ait, Ego sum lux mundi, nõ sequatur: sed in tenebris ambulet. Hic dæmoniacus, cæcus, & mutus si Domino offeratur, si ad pœnitentiam conuertatur, mox Iesus curabit eum: ita ut eiecto dæmonio, uideat & loquatur. Abundat dęmonis malitia: superabundat diuina clementia. In isto dæmoniaco, malitia dæmonis multum abundauit: quia cum tenebat obsessum, ipsum fecerat cæcum & mutum: ac secundum Chrysosto. etiam surdum: sed Dei misericordia in ipso abundauit: quia dæmonium ab obsesso eiecit: loquelam sibi restituit: lumen reparauit: & auditum reserauit. Per hunc igitur hominem sic curatum, intelligere possumus peccatorem iustificatum: cui Deus spiritualiter quatuor beneficia supradicta concedit. Primum est, quòd diabolum ab eo expellit. Peccator enim diabolum in domum animæ suæ inducit: sed Christus eum expellit ut eam inhabitet. Domus autem animæ, tria habet solaria: unum superius, scilicet spiritum: aliud inferius, scilicet corpus: tertium medium, s. animam, Deus in superiori solario, s. spiritu habitat: quando ipse spiritus contemplationi uacat habitat in solario, medio, i. in anima, quãdo ipsa intendit internæ meditationi: habitat in solario inferiori, id est in corpore, quando ipsum corpus exercitatur & intendit mortificationi. Secundum beneficium est: quia Deus peccatori linguam aperit. Deus dedit homini linguam ad tria: scilicet ut Deum laudet, ut proximum ædificet, ut in confessione coram Deo se reprehendat & accuset. Peccator autem quia lingua sua ad ista tria non utitur: ideo rectè mutus dicitur. Cùm ergo Deum incipit laudare proximum ædificare, & se accusare tunc loquitur, & lingua ad debita officia utitur. Tertium beneficium est, quando Deus peccatori lumen restituit. Signum autem quòd ipse sic illuminatus est, quando uidet antè retrò, à dextris & à sinistris. Ille habet oculos retrò: qui considerat & cogitat peccata quæ fecit, quàm turpia, quàm multa, quàm grauia, & inde habet dolorem. Ille habet oculos ante se, qui videt & cogitat de iudicio Dei futuro, & inde habett imorẽ. Ille habet oculos à dextris: q uidet & cogitat mundi prospera, quàm sint caduca & uana: & ad ea non allicitur per amorem: sed resilit per aspernationem. Ille habet oculos à sinistris, qui uidet mundi aduersa, quàm sint breuia & uilia: & ideo in eis non frangitur per impatientiam. Quartum beneficium est, quãdo Deus peccatori auditum restituit. Est enim peccator surdus: quia non audit Deũ admonentem, nec Deum benefacientem, nec Deum inspirantem, nec Deum comminantem: tunc autem surdus auditũ recipit, quando Deum in huiusmodi audit. *Et stupebant turbæ*, scilicet simplices, diuinam uirtutem in Christo admirantes. *Et dicebant: Numquid iste est filius Dauid?* quasi dicat sic, quia hic est Christus nobis promissus de semine Dauid. Moraliter eijcitur dæmonium, in contritione: loquitur qui prius erat mutus, in confessione: admirantur turbæ, in satisfactione: scilicet quando uident bene operari eos qui non solebant nisi mala facere. Scribæ autem & Pharisæi, scilicet literati & maiores inuidiæ nequitia pleni, audientes turbas, scilicet ipsum confitentes esse Christum, propter euidentiam facti: *dixerunt*, in corde & cogitatione. *In Beelzebub principe dæmoniorum,*

Matt. 12.

Luc. 11.

Hieronym. in c. 12. Matthæi.

Augustin. libro 1. de quæstionib. euang.

Moraliter.

Dæmoniũ uexãs mẽtem, triplex peccatũ est faciens mutũ & cæcum.

Ioan. 8. b.

Chrysosto. hom. 4. in Matthæũ.

Iustificato conferũtur quatuor beneficia.

Lingua cur data.

Oculos habet ante et retrò.

Moraliter.

Universidad de Deusto Biblioteca

niorum, eijcit dæmonia:& sic in spiritũ (cuius opus est dæmones eijcere, & sanitates perficere) contumeliam inferebant. Quia enim factum mirabile negare non poterant:ideo modum faciendi calumniabãtur: & sic factum infamare conabantur:dicentes Iesum Christum per aliquem dæmonem superiorem sibi, etiam familiarem & priuatum, eijcere demones inferiores de corporibus obsessorum. Nam ut ait Chrysostomus. Inuidia non quærit quid dicat: sed solum ut dicat. Sic & hodie, multi cùm non possunt aliorum uerba uel facta directè reprehendere: conantur intentionem & modum eorum infamare. Vbi Beda: Turpis autem, quæ minus eruditæ uidebantur, Domini facta mirantibus, Scribæ & Pharisæi, uel negare, uel sinistra interpretatione peruerterelaborabant: quasi non diuinitatis, sed immundi spiritus opera fuissent. Secundum eundem Bedam, nomina idolorum, à Belo habuerunt originem. Ninus .n. rex conditor, uel potius reparator Niniuę, Belo patri suo (qui fuit primus rexũ Assyriorũ) statuã post mortem eius consecrauit: ad quam confugientes qui forfecerant, ueniam merebantur. Vnde ipsam statuam cœperunt uenerari: & tandem instigante diabolo, diuini honores sunt ipsi statuæ attributi: & incepit cultus idololatriæ. Cuius simulacri consuetudinem Chaldæi suscipientes, uocauerunt Beel, Palæstini Baal, Moabitæ Beelphegor, secundum diuersitatem linguarum. Iudæi autem unius Dei cultores, in derisionem Gentium Beelzebub appellabant: quod sonat uir, seu princeps muscarum: propter multitudinem muscarum, quæ in templo eius erant, propter sordes immolati sanguinis: quem muscæ sequi solebant. In hoc simulachro dicebant Iudæi principem dæmoniorum habitare: tum quia in eo fuit principium idololatriæ: tum quia nullum idolum inueniebatur illo efficacius: tum quia cultus eius erat generalior apud omnes gentes. Licet enim quælibet natio habeat alios Deos speciales: hunc tamen tanquam uniuersalem Deum uenerabãtur omnes. Itaque in uirtute principis dæmoniorũ, qui in hoc idolo habitabat, Pharisæi Dominum facere miracula dicebant. Vnde Remigius: Beelzebub autem ipse est Beel, & Baal, & Beelphegor. Beel fuit pater Nini regis Assyriorum. Baal dictus est: quia in excelso colebatur. Beelphegor à loco, id est à monte Phegai. Zebub, seruus fuit Abimelech filij Gedeonis: qui occisis. lxx. fratribus, ædificauit templum Baal: & constituit eum sacerdotem in ipso, ad abigendas muscas, quæ ibi congregabantur, propter nimium cruorem uictimarum. Zebub nanque musca dicitur: Beelzebub ergo uir muscarum interpretatur. Vnde propter spurcissimum ritum colendi, dicebant eum esse principem dæmoniorum. Nihil ergo sordidius inuenientes, quod Domino obijcerent: dicebant eum in Beelzebub eijcere dæmonia. Hæc Remigius. Hoc autem totum ex inuidia faciebant: de qua hìc dicit Chrysosto. Tale quid est æmulatio: qua non utique erit malitia alia deterior. Sicut enim porcus gurgite, & dæmones iactura nostra: ita & æmulator proximi lætatur malis: & quemadmodum scarabæi nutriuntur stercore: ita & hic aliorum infortunijs. Hæc Chryso. Vbi notandum quòd dæmones habent sua officia ualde ordinata in malũ. Est enim unus dæmon, qui præest superbiæ, & uocatur Lucifer: & iste multos habet satellites qui sibi astant: & multos subiectos quibus principatur: scilicet superbos. Vnde Iob: *Iste est rex super omnes filios superbiæ*. Et hic expellitur per ueram humilitatem cordis. Alius qui præest luxuriæ: & iste uocatur Asmodeus: de quo dicitur in Tobia, quòd interfecit septem uiros Saræ. Iste enim odit legitimũ matrimonium: & ideo per hunc modum uolebat trahere hanc puellam ad fornicationis uitium. Et iste dæmon multos habet satellites, qui sibi assistunt: & multos habet subiectos, scilicet omnes luxuriosos. Et hic expellitur per ieiunium & mortificationem corporis. Tertius est qui præest auaritiæ: & uocatur Mammona. Vnde dicitur in Matthæo: Nõ potestis seruire Deo & Mammonæ. Et iste multos habet satellites qui eum iuuant: & multos subditos super quos regnat: scilicet super omnes auaros. Et hic expellitur per temporalium abiectionem: quæ fit aut totaliter, sicut faciunt perfecti, qui omnia dimittunt: aut particulariter, sicut faciunt qui de sua abundantia pauperibus largiuntur. Quartus est qui præest immundis cogitationibus, & rancoribus, & inuidijs, & malis affectionibus: & uocatur Beelzebub, id est muscarum: immittit enim muscas, id est cogitationes immundas, odia, & uoluntates malas, quæ dicuntur muscæ: quia ad animam citò uolant, & ipsam commaculant. Iste autem dæmon multos habet satellites qui eum adiuuant: & multos subditos, quibus præest. Et expellitur per confessionem & sacerdotalem absolutionem. Iesus autem, *uidens cogitationes eorum*, probat pluribus rationibus quòd non in Beelzebub: sed in digito & spiritu Dei eijcit dæmonia: & quòd miracula quæ faciebat, non poterant attribui spiritui maligno: sed oportebat ea attribui spiritui diuino. Comparatur autem Spiritus sanctus digito, propter tria. Primò, propter processionem: quia sicut manus & brachium procedũt de substantia corporis, & digitus de manu & brachio, & etiam à corpore: ita filius à patre, & Spiritus sanctus à patre & filio. Secundò, propter partitionem: quia sicut in digito sunt plures articuli distincti: ita diuersa & distincta sunt dona Spiritus sancti. Tertiò, propter operationem: quia sicut manus & brachium operatur per digitos: sic filius per Spiritum sanctum: filius autem, manus & brachium patris dictus est: quia cuncta per eum operatur. Ad cogitationes uerò eorum respondit, & in hoc deitatem suam ostẽdit: quia solus Deus cogitationes scit: ut uel sic compellerẽtur credere in eum, qui cordis occulta uidebat. Nam secundum Chrysostomum, Cùm eorum suspicio irrationalis esset: metu multitudinis non audebant eum diuulgare. Probat ergo primò ratione tali: quia si per dæmonem aliquẽ eijciebat alios: sequitur quod diuisio esset inter eos: & sic non posset diu stare potestas diaboli: & ex hoc sequitur aduentus Christi, per quem potestas dæmonis debebat auferri. Vnde dicit: *Omne regnum in se & contra se diuisum*: ut pote per discordias principum, contra se alternatim pugnantium, *desolabitur*, & dissipabitur: & omnis ciuitas uel domus diuisa contra se per contrarias uoluntates & operationes, non stabit: sed dissoluetur. Nam secundum Salustium, concordia paruæ res crescunt: discordia maximæ dilabuntur. Inductionem facit in tribus: in regno: in ciuitate: in domo: secundum triplicem unitatem, sub qua uiuunt homines. Aliqui enim uiuunt tantum sub una lege uel iure, & hi per regnũ: alij sub una consuetudine, & hi per ciuitatem: alij sub uno uictu & societate, & hi per domum. Item à regno, ciuitate, & domo sumit exemplum, id est à magnis,

Inuidię mos. — *Beda in c. 11. Lucę.* — *Beda ibid. Idolorum origo.* — *Beelzebub.* — *Remigius ĩ eũ locum. Beel.* — *Zebub.* — *Chrysosto. hom. 42. in Matth. Aemulationis mala.* — *Dęmones pralati uitijs.* — *Iob 41.* — *Asmodeus Tobię 3.* — *Matt. 6.* — *Digito cõparatur Spiritussanctus.* — *Chryso. ho. 42 ĩ Matt.* — *Vnitas triplex.*

gnis, mediocribus, & paruis: ut per hoc rationem suam ostendat fortiorem & sufficientẽ. Vnde Chrysostomus. Nihil enim est in terra regno potentius: sed tamen per altercationem perit. Quid autem dicendum de ciuitate, uel de domo? Siue magnum siue paruum fuerit contra seipsum pugnans perit. Hęc Chrysostomus. Sed, *si Satanas*, per me & ad meum imperium expellit & , *eiecit Satanam*, dæmonum regnum diuisum est contra se, & discors sibi: quia contra se pugnãt: & ergo regnũ & potestas malitiæ ipsorum stare non potest: & ita finis mundi erit: quia usque ad finem mundi stabunt hìc, ad tentandum nos. Regnum enim Satanæ, est in malis hominibus, quos sibi subditos tenet: quod ante finem mundi non cessabit: tum propter diuinæ iustitiæ ordinationem, & hoc ad hominum excitationem: tum propter Prophetiarum nondum impletionem. Vnde Chrysostomus. q.d. Regnum cõtra se intestino bello diuisum, necesse est desolari: quod & in domo & in ciuitate uidetur. Quocirca & si Satanæ regnum in seipsum diuisum est: ita quòd Satanas ab hominibus Satanã repellat: desolatio regni dæmonum appropinquauit: regnum autem eorum in hoc est ꝙ homines subditos tenent. Si igitur ab hominibus pelluntur: hoc non est aliud, quàm regnum eorum dissolui. Si autem adhuc in hominibus potestatem tenent manifestum est quòd regnum maligni adhuc stat: & nõ est contra seipsum diuisum. Hæc Chrysostomus. Moraliter regnum diuisum, est anima hominis, mali, cuius sensualitas rebellat rationi: & hoc regnum desolatur: quia Christus qui est ueritas, inde recedit: & diabolus ingreditur. Itẽ per regnum in se diuisum, signatur oĩs congregatio carens concordia & pace: in qua sunt duo Satanæ: quorũ quilibet nititur suã partem ampliare: ut sic possit alteri parti præualere: & talis congregatio desolabitur, & concordia dissipabitur: quia si sint à se diuisi, per contrarietatem effectuum non potest durare: sed deficit domus & congregatio eorum. Sed heu uix inueniuntur aliqui homines, qui tantam concordiã habent in bono, quantam mali spiritus in malo. Cùm enim sint infiniti & innumerabiles: omnes tamen in eo concordant, ꝙ nihil nisi malefacere desiderant. Et utinam sic homines in bono concordarent: & ad faciendum bonum se mutuo animarent. Deinde probat idem hoc secunda ratione, quæ talis est: Eiusdem potestatis est eiectio dæmonum per me & per filios uestros: sed illi, secundum uos, non eijciunt dæmonia in principe dæmoniorum: ergo nec ego. Vnde dicit: *Et si ego in Beelzebub*, id est authoritate principis dæmoniorum, *eijcio dæmonia*, à corporibus obsessis: *filij uestri*, i. exorcistæ, secundũ Bedã & Rabanum: uel Apostoli de eis nati, secundum Augustinum, & Hieronym. *in quo*, id est in qua potestate, *eijciunt*? q.d. Cùm non possitis attribuere eiectionem per filios uestros factam, nisi uirtuti diuinæ: per consequens nec eiectionem factam per me. *Ideo ipsi iudices uestri erunt*, s. exorcistæ, uos condemnantes de mendacio quod dicitis contra me: quia si in uirtute Dei eijciunt: multo plus & ego: cuius oppositum mendaciter affirmatis, hoc dæmoni attribuendo. Vel Apostoli de eorum stirpe geniti: qui sibi bene conscij sunt nil malæ artis à Christo didicisse: erunt iudices eorum in futuro: scilicet assessione & approbatione iudicij: quia cedebunt in duodecim solijs, iudicantes duodecim tribus Israel. Deinde elisa falsitate Pharisæorum, astruit ueritatem: quia ex quo non eijcit uirtute diaboli: sequitur quòd eijcit uirtute Dei, cùm aliud medium non possit dari. Dicit ergo: *Si*, id est quia, *in digito spiritu Dei eijcio dæmonia*: & sic expello regnum diaboli, ut conclusum est ex prædictis: & expulsio unius contrarij, est introductio alterius: *profectò peruenit in uos regnum Dei*, id est ego Christus qui Deus debeo regnare in uobis: quare ergo me blasphematis? Vel *regnum Dei*, id est tempus gratiæ, ad merendum regnum gloriæ, quod uobis offertur, dum per uerba ueritatis, & miracula potestatis prædicatur, Vel *peruenit in uos regnum Dei*, id est aditus regni cęlorum patefactus est uobis & credentibus. Probato ergo quòd dæmon non est actor miraculi: deinde cõsequenter probat Christus multipliciter, quòd ipse non est minister diaboli, & prima ratio est talis: Minister non est potentior actore: sed Christus potentior est diabolo: ergo Christus non est minister diaboli. Hoc autem ostendit sic: Non enim, *potest quisquam intrare in domum fortis*, domum suam custodientis: *& bona eius diripere nisi prius*, tanquam fortior: *alligauerit fortem: & tunc* eo uicto *domum & uasa, arma & spolia illius diripiet*, auferet, *& distribuet*. Diabolus fortis est fortitudine naturalium bonorũ: de quo scribitur in Iob, quòd non est potestas super terram, quæ ei comparetur. Arma eius sunt astutiæ & doli nequitiarum spiritualium: & omnes species peccatorum. Domus & atrium eius, est mundus in quo principabatur usque ad saluatoris aduentum. Vasa & spolia eius, sunt homines obsessi uel decepti à diabolo. Quo custodiente atrium suum, in quo sicut in domo habitabat: in pace fuerunt omnia sua: quia nemo sibi resistebat: & adhuc, *in pace sunt*, ad eum, *omnia quæ possidet*, id est omnes peccatores qui ei obediunt & fauent: quia secundum Gregorium. Illos pulsare negligit quos quieto iure possidere se sentit. Sed *fortior eo*, scilicet Christus, *superueniens*, id est desuper de cœlo ueniens, *uicit eum*, tentationibus eius uiriliter resistendo: & passionem ab eo procuratam patienter sustinendo: eoque in infernum relegato, & sub pede Domini contrito, *uniuersa eius arma*, id est callidissimas uersutias nequitiæ spiritualis, *in quibus confidebat*, abstulit, eas compeșcendo & detegẽdo: *& uasa eius diripuit*, id est peccatores diabolo subiugatos à potestate eius eripuit: *& spolia eius distribuit*, id est peccatores prius à diabolo captos, diuersis officijs Ecclesiasticis assignauit: quia quosdam Apostolos, alios Euangelistas, hos Prophetas, ilios pastores & doctores ordinauit. Secũdum Bedam, distribuit spolia in regno Ecclesiæ tam militantis, quàm triumphantis, in diuersis dignitatibus & præmijs. Et quia Christus ista fecit, sequitur quòd potentior est dæmonibus: & ideò nõ est minister eorum: nec uirtute eorum egens ad eijciendum. Ex quo etiam concluditur quòd ipse sit uerè Christus: quia in aduentu Christi, potestas dæmonis erit diminuenda & arcẽnda. Non ergo debemus esse securi: quia aduersarius noster fortis, uictorisque uocibus comprobatur: nec debemus desperare: quia princeps noster fortior illo non dubitatur. Vnde Chrysostom. Non debet hostem timere fortem: qui habet principem fortiorem. Sed uigilemus & laboremus: ne fiducia principis fortioris contemnamus aduersarium nostrum. Nam si contendimus contra eũ, fortiores illo sumus: si aũt negligimus, ille fortior inuenitur. Fortem enim diabolum, nostra negligentia facit, non illius potentia: Hęc Chrystom. Vnde & Greg. Diabolus cùm ei resistitur, est debilis

Chry. ho. 42. i Mat. — *Regnum Satanæ. Chrysosto. ibidem.* — *Moraliter Regnum diuisum.* — *Beda in c. 11. Lucæ. Augustin. li. 1. de quæstio. euãge. Hieronym. in cap. 12. Matt.* — *Mat. 19. d.* — *Christũ nõ esse ministrum diaboli probat.* — *Diaboli fortitudo.* — *Iob. 41. Arma diaboli & diuitiæ.* — *Grego. lib. 24. moraliũ. c. 12.* — *Bed. in ca. 11. Luca.* — *Gregorius li. 5. c. 16.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

debilis ſicut formica: cùm uerò eius ſuggeſtio recipitur, eſt fortis ut leo. Et Hieronym. Tentamenta ſi ad te reſpicias, grandia ſunt: ſi ad Deum bellatorem fortiſsimum, ludus & umbra ſunt. Deinde ponit ſecundam rationem, quæ talis eſt: Miniſter & author †concordant in uoluntate: ſed Chriſtus & diabolus habent contrarias uoluntates: ergo Chriſtus non eſt miniſter diaboli. Et hoc eſt quod dicit: *Qui non eſt mecum*, in bono conueniens meæ uoluntati, *contra* ſeu aduerſum *me eſt*. Et huiuſmodi ē diabolus: quia Chriſtus vult animas ſaluare: ſed diabolus vult eas perdere. Chriſtus vult homines à peccatis retrahere, & ad uirtutes reuocare: diabolus ad peccata trahere, & per uitia diſtrahere. Vnde Hieronymus. Diabolus qui cum Domino non eſt, contra ipſum eſt: quia ille vult animas tenere captiuas: quas Chriſtus liberare deſiderat. Deinde ad idem ponitur tertia ratio talis: Eadem ſunt opera authoris † & miniſtri: ſed non eadem Chriſti & diaboli: ergo Chriſtus non eſt in operando eius miniſter. Et hoc eſt quod dicit. *Et qui non congregat, ſeu colligit mecum*, ſcilicet in fidei unitatem, in eccleſiæ ſinum, in oliuæ ſupernum: *ſpargit, ſiue diſpergit*, ſicut lupus: & hic eſt diabolus, qui diuerſas ſectas & hæreſes, ac ſchiſmata quantum poteſt introducit. Diuerſa enim ſunt opera Chriſti & diaboli: quia Chriſtus colligit diſperſa: ſed diabolus diſpergit colligata. Ille prædicat idola: hic unius Dei notitiam. Ille trahit ad malum: hic reuocat ad bonum. His ergo & aliis modis diabolus eſt contrarius Chriſto: & non eſt ſecum per concordiam in uoluntate & facto: & ideo non eſt ſecum, nec cooperatur ſibi in cijciēdo dæmones & expellendo. Vnde Chryſoſtomus: Qui igitur non mecum eſt, neque mecum congregat, non erit mihi cooperator, ut mecum dæmones eijciat: ſed magis quæ mea ſunt ſpargere deſiderat. Deinde poſt inſtructionem ueritatis ſubdit comminationē damnationis. Quia enim eos induratos ſermonibus inſuaſibiles uidet ad comminationes, terrores ſe conuertit: & blaſphemiam ſpiritus ſancti per quem peccabant, dicentes opus ſpiritus ſancti in Beelzebub fieri: dicat omnino carere uenia in hoc ſeculo & in futuro: intellige tamen, niſi pœniteāt de peccato. Vnde Chryſoſtomus: Quia Dominus Phariſæi excuſando reſponderat, iam eos terret: eſt enim hæc correctionis non parua pars, non ſolum excuſando reſpondere, ſed & comminari. Dicit ergo: quia non vultis acquieſcere rationibus nec operibus: imò blaſphematis, *ideo dico uobis* ueraciter & pro certo, *quòd omne peccatum & blaſphemia*, ſcilicet procedens ex humana infirmitate, uel ignorantia, *remittetur hominibus* per pœnitentiam, id eſt remiſsibile peccatum eſt de ſe: quia non obuiat directè principio per quod fit peccatorum remiſsio: ſicut obuiat peccatum in ſpiritum ſanctum: cuius ſex ſunt ſpecies, ſcilicet Deſperatio, Præſumptio, Obſtinatio, Finalis impœnitentia, Inuidentia fraternæ gratiæ, Impugnatio ueritatis agnitę. Vnde ſubditur: *Spiritus autem blaſphemiæ non remittetur*, id eſt difficilè & uix remittetur: quia uix aut nunquam tales pœnitent: & hoc peccatum non habet annexam excuſationis rationem. Ex hoc patet differentia inter peccatum, blaſphemiam, & ſpiritum blaſphemiæ: quia duo prima ſunt remiſsibilia: tertium non. Peccatum, in ſe uel in alterum: blaſphemia, in Deum: quæ ſi eſt ex ignorantia uel infirmitate, dicitur ſimpliciter blaſphemia: ſi eſt ex certa malitia, dicitur ſpiritus blaſphemiæ. Vnde blaſphemia erat in turbis: ſed ſpiritus blaſphemiæ in Phariſæis: qui ſcientes ſcripturas, ex inuidia impugnabant opera Chriſti: & ex certa malitia blaſphemabant Deum: dicentes falſa de ipſo quando miracula diuinitus facta attribuebant diabolo: quod erat impugnatio ueritatis agnitæ, quædam ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum. Blaſphemia quippe eſt, per quā de Deo falſa dicuntur. Sed ſecundum Auguſtinum, rarò iam inueniuntur qui blaſphemant lingua: ſed multi uita. Quidam autem blaſphemant ex coactione, & hi peccant in patrem per infirmitatem, quæ eſt contraria patris potentię: quidam ex deceptione, & hi peccant in filium per ignorantiam, quę contrariatur filij ſapientiæ: quidam ex ſtudio, & hi peccant in ſpiritum ſanctum per malitiam, quæ eſt contraria bonitati ſpiritus ſancti. Primum & ſecundum dimittetur dignè pœnitentibus: quia ex aliqua circunſtantia remiſsione dignum eſt: ſcilicet quia per infirmitatem uel ignorantiam commiſſum eſt, quæ peccatum attenuant: ſed tertium non remittetur, id eſt remiſsione dignum non erit: quia circunſtantiam excuſantem non habet. Inexcuſabiliter enim meretur ſupplicium, qui ſi uoluiſſet potuit uitare peccatum. Vnde Bernardus: Potentia ad patrem, ſapientia ad filium, charitas pertinet ad ſpiritum ſanctum. Hoc eſt quod alibi dicitur: peccare in ſpiritum ſanctum. Quando enim ex fragilitate peccamus, in patrem quaſi contra potentiam peccamus: quando ex ignorantia peccamus: in filium quaſi cōtra ſapientiam peccamus: quando uerò ex maleuolentia peccamus, in ſpiritum ſanctū peccamus, quaſi contra dilectionem. Et ideo peccare in patrem & filium, hic ſiue in futuro remittitur: quia qui ex fragilitate uel ignorantia peccat, ſicut aliquam excuſationem habet in culpa: ita etiam aliquam remiſsionem habere debet in pœna: ſiue in hoc ſeculo, ſi pœnituerit, ut facilius conſequatur indulgentiam: ſiue in futuro, ſi in malo perſeuerauerit, ut tolerabiliorē ſentiat pœnam. Qui uerò ex malitia peccant eorum delictum nullam excuſationem habet: & ideo pœna eorum remiſsionem habere non debet: quia ſi pœnituerint in hoc ſeculo, plena ſatisfactione mulctandi ſunt: ſi non pœnituerint, plena damnatione in futuro ſeculo: non quia pœnitentibus uenia denegetur: ſed quia pleno peccato, plena retributio debeatur: Hæc Bernardus. Spiritus ergo blaſphemiæ non remittetur homini: non quòd ei negetur remiſsio ſi pœniteat: ſed quia hic blaſphemus, exigentibus maliis meritis, ſicut nunquā ad remiſsionem, ita ad pœnitentiam peruenturus eſt. Vnde ait Ioannes: *Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis*. Secundum Gregorium: Peccatum ad mortem, eſt peccatum uſque ad mortem, pro quo non eſt rogandū: quia ſcilicet peccatum quod hic non corrigitur, eius uenia fruſtra poſtulatur. Peccatum ergo in ſpiritum ſanctum, eſt obſtinatio uel pertinacia mentis in nequitia obduratæ, procedens ex præſumptione uel deſperatione. Qui enim præſumit de miſericordia Dei promittens ſibi impunitatem, putans ita Deum peccata impunita relinquere, eo ipſo obſtinatur, id eſt pertinaciter in peccato obduratur, peccata peccatis ſuperaddens. Et ita peccat contra iuſtitiam ſpiritus ſancti: qui ita miſericors eſt in iuſtitia, quòd eſt & iuſtus in miſericordia: qui oleum habet cum uino, & uiceuerſa. Qui autem propter magnitudinem ſceleris deſperat de miſericordia Dei, tanquam magnitudo peccati ſui excedat magnitudinē miſeri-

miſericordiæ Dei: inde obſtinatur, peccata peccatis ſuperaddens, de peccato in peccatum effrenata libertate ruens, quouſque ad cumulum damnationis ueniat. Sed quamuis tota etiam trinitas peccata remittat: huiuſmodi tamen peccatum ideo ſpecialiter attribuitur ſpiritui ſancto: quia ſpiritus ſanctus, amor eſt patris & filij, & benignitas vtrorumq;. Qui autem deſperat, uel præſumit ſpecialiter facit illi iniuriam, cuius benignitati attribuitur remiſsio peccatorum: quia putat eum immiſericordem uel iniuſtū: quia ſicut ex miſericordia peccata remittit: ita ex iuſtitia ea impunita non relinquit. Male ergo de iuſtitia vel miſericordia ſpiritus ſancti ſentit: qui deſperat uel præſumit. Sicut ergo morbus incurabilis dicitur, qui directè tollit remedia per quæ expellitur morbus & curatur: vt cùm tollit uirtutem naturæ uel uirium naturaliū: Deus tamen qui eſt ſuper omnia poteſt curare eum: ſic peccatum in ſpiritum ſanctum contemnit & excludit illa per quæ peccatū debet curari & uitari, ut timorem diuinæ iuſtitiæ, & ſpē ueniæ: & huiuſmodi: & ſic ex ſui natu- dicitur irremiſsibile: Deus tamen ſua benignitate, omne peccatum pœnitentibus remittit. Vnde dicitur irremiſsibile, quaſi de difficili & uix remiſsibile. De hac materia ſic dicit Auguſtinus. Dico charitati ueſtræ, fortè in omnibus ſanctis ſcripturis nulla maior quæſtio, nulla difficilior inuenitur, in eo quod ait: Qui blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum, non habet remiſſionem in æternum: non quocunque modo blaſphemauerit, reus erit huius irremiſsibilis delicti: ſed modo quodam quem nos quærere atque intelligere uoluit, qui hanc ſententiam ueram terribilemq; depromſit. In ſpiritu.n.ſancto, quo ĩ unū Dei populus cōgregatur: eijcitur ſpiritus immūdus, q in ſe ipſum diuiſus dicitur. Contra hoc donū gratuitum: contra iſtā Dei gratiam, loquitur cor impœnitens. Ipſa ergo impœnitētia, eſt ſpiritus blaſphemiæ: *quæ non remittetur, neque in hoc ſeculo, neque in futuro*. Contra ſpiritum enim ſanctum quo baptizantur, quorum peccata omnia dimittuntur, & quem accepit eccleſia, ut cui dimiſerit peccata, dimittantur ei: uerbum ualde malum & nimis impium: ſiue cogitatione, ſiue etiam lingua ſua dicit: quem patientia Dei, cùm ad pœnitentiam adducat ipſe, ſecūdum duritiam cordis ſui, & cor impœnitens theſaurizat ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei: qui reddet unicuiq; ſecundum opera eius. Hæc ergo omnino impœnitentia non habet remiſsionem neque in hoc ſeculo, neque in futuro: quia pœnitentia impetrat remiſsionem in hoc ſeculo, quæ ualet in futuro. Sed iſta impœnitentia uel cor impœnitens, quandiu quiſque in hac uita uiuit, non poteſt iudicari: de nullo enim deſperandum eſt, quandiu patientia Dei ad pœnitentiā adducit: nec de hac uita rapit impium, qui non uult mortem impij, quantum ut conuertatur & uiuat. Ideo autem omne prorſus peccatum & blaſphemia remittetur hominibus: quia ubi hoc peccatum non fuerit cordis impœnitentis contra ſpiritum ſanctū, quo in eccleſia peccata ſoluuntur, cuncta alia dimittuntur. Quomodo autem hoc dimittetur, quod etiā remiſsionem impedit aliorum. Omnia ergo dimittuntur eis, in quibus hoc nō eſt quod nunquam dimittetur. In quibus autem eſt, quoniam hoc nūquā dimittitur: nec alia dimittuntur: quia omnium remiſſio uinculo iſtius impeditur. Ideo peccatū omne atque omnis blaſphemia dimittetur hominibus in hac congregatione, quam in ſpiritu ſancto, & non aduerſum ſeipſum diuiſo cōgregat Chriſtus. Ipſius aūt ſpiritus illa blaſphemia qua ſit ut corde impœnitēti huic tanto dono Dei vſque in finem uitæ iſtius reſiſtatur, non remittetur. Vnum ergo ſuffugium eſt, ne ſit irremiſsibilis blaſphemia: cor impœnitens caueatur: nec aliter pœnitentia prodeſſe credatur, niſi ut teneatur eccleſia ubi remiſsio peccatorum datur, & ſocietas ſpiritus in pacis uinculo cuſtoditur: Hęc Auguſtinus. Deinde ad refellendum & corrigendum Phariſæorum errorem, inducit ſententiam ſub ſimilitudine arboris: oſtendens quòd miracula ſua non ſunt à uirtute maligna & diabolica: ſed à uirtute bona & diuina. Vnde dicit, *aut facite arborē bonā, et fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malū*. Loquitur vulgariter facite, id eſt dicite: ſecundum quod dicitur, iſte facit bonum: id eſt, dicit. Arbor autem hic accipitur principium ipſorum operū, & fructus, ipſa opera. Inter arborē verò & fructū, ſemper eſt ſimilitudo: quia arbor bona ſemper fructū bonū, & arbor mala fructum malum producit: ergo quia opera miraculoſa quæ Chriſtus faciebat, non erant mala & uana, ſicut quæ fiunt arte magica, ſed erāt bona & ſalubria: concludit quòd principium per quod talia faciebat, erat ſanctum & bonum. q.d. Conſiderate fructum arboris bonæ, & fructum arboris malæ, ut ex fructu cognoſcatis utrū ſit bona an mala: quia *ex fructu arbor cognoſcitur*. Similiter conſiderate opus actoris, utrum ſit bonum an malum: quia opus bonum, procedit à bono principio, & malum à malo: & ſic ex bonitate operū quæ ego facio, poteſtis perpendere quòd uirtus per quam ea facio, non eſt mala, ſed bona: & ex operibus quæ fiunt per artem magicā, cùm ſint mala & uana, poteſtis perpendere quæ fiunt uirtute maligna. Opus ergo eiiciendo dæmonia, cùm ſit bonum, non eſt à malo principio, quale eſt dæmonium: ſed à bono principio, quod eſt ſpiritus ſanctus. Malè ergo dicitis, quia ego in Beelzebub eiicio dæmonia. Vbi Auguſtinus: In hoc admonuit nos Dominus ut bonæ arbores ſimus: ut bonos fructus habere poſſumus. Vbi enim ait: Facite arborem bonam, & fructum eius bonum: eſt præceptum ſalubre, cui obedientia neceſſaria eſt. Quia autem dicit, Facite arborem malam, & fructum eius malum: non eſt præceptum ut faciatis, ſed monitio ut caueatis: Hæc Auguſtinus. Deinde quaſi explanando & aptando dictam ſimilitudinem Phariſæis, oſtendit falſitatis eorum radicem. Radix enim iſta erat inuidia & odium: quia licet Phariſæi & legiſperiti primò cognouerint Chriſtum: tamen quia cœpit reprehendere uitia eorum, ideo conceperunt odium & inuidiam contra ipſum: ex quibus excæcati, ceciderunt à prima notitia in errorem: quia talia peruertunt iudicium rationis rectum: & extunc inceperunt omnia facta eius interpretari in malum, ad diffamandum ipſum. Oſtendit ergo illos eſſe malam arborem ex mala radice, & malos fructus dare, cùm intentione cordis eorum malitia abundet inuidiæ, dicens: *Progenies ſeu genimina viperarum*, id eſt uenenati filij uenenatorum Iudæorum: quia uenenum inuidiæ ex ueſtris parentibus traxiſtis: qui perſecuti ſunt Prophetas ex inuidia: & uos ex eadem ratione perſequimini me patrem Chriſtum, & matrem eccleſiam, *quomodo poteſtis bona loqui, cùm ſitis maliē* q.d. Non poteſtis de me bona loqui, inuidia prohibente: cùm enim ſitis arbor mala, non poteritis fructum bonum ferre: utilia quidem alijs poſſunt loqui, ſed non meritoria ſibi. Vbi Chryſoſtomus: Non poteſt fieri ut alia germina

† *aliter, actor.*

Hieron. in cap. 12. Matth.

† *alias actoris.*

Chryſo. in Matt. hom. 42.

Chryſoſto. ibidem.

Peccatorū in ſpiritum ſanctū ſpecies.

Auguſtin. tract. 27. in Ioannē.

Cur in ſpiritum ſanctū dictū.

Morbus incurabilis.

Irremiſſibile peccatū. Auguſtin. ſer. 11. de verbis dom. in mon.

Impœnitentia.

Cor impœnitens.

1. Ioan. 5.

Peccatum ad mortē. Gregorius lib. 6. moral. cap. 33.

Facere pro dicere & æſtimare.

Augu. ſer. 12. de verbis domini.

Universidad de Deusto Biblioteca

A

mina producatur. nisi qualis fuerit radix in terra. Voluntas enim hominum, radix est: uerba autem & opera fructus sunt uoluntatis. Ideo quale cor unusquisque habuerit: talia & uerba loquitur, & opera facit: Hęc Chryso. Et ideo subditur: *Ex abundantia enim cordis os loquitur*: quia uerbū exterius, est significatiuū interioris conceptus. q. d. Cor uestrum plenum est ueneno, & eructat de pleno. A parte autem totū intellige. s. per locutionem oris, locutionē cordis, & locutionem operis. Per oris enim locutionem, uniuersa quæ actu, uel cogitatu, uel sermone de corde proferuntur Dominus significat. Nam uerbum pro facto quandoque poni solet. Vnde Esaias de Ezechia: *Non fuit uerbū quod non ostenderet eis*, i. res digna uerbo. Vbi Chryso. Et uide ad maiorem accusationem malorum: & maiorem laudem bonorum, ꝙ dicit: *Ex abundantia cordis os loquitur*: i. cū homo locutus fuerit uerbum bonum uel malum: ne putes quia tātum boni uel mali habet in corde quantū ostendit in uerbo: sed multo amplius. Ex abundantia enim boni vel mali quæ est in corde, sermo procedit. Quod enim exterius dicitur, est supereffluentia eius quod intus est. In quo eos uehementer tetigit. Si enim quod dictum est ab eis, ita malum est: excogita radicem uerborum quàm est magna: Hæc Chrysosto. Et ideo ut dicit Gregor. Curandum est & omni custodia mens seruanda: non enim ante oculos Dei transuolant cogitationes nostræ: & nulla momenta tpis per annū transeunt sine statu retributionis. Et quia *ex abundantia cordis os loquitur*: ideo bene sequitur: *Bonus homo de bono thesauro*, i. de bona intentione & uoluntate: quæ sicut thesaurus absconditus latet interius in mente, *profert bona* cogitationis, locutionis, & operis: *& malus homo de malo thesauro suo profert mala*: quia contrariæ causæ habent contrarios effectus. Ac si dicat: Vos mali estis: ideo de thesauro cordis uestri non nisi mala profertis, secundum gloss. Thesaurus cordis, est intentio ex qua Deus iudicat opera. vnde aliquando minora maiorem, & maiora minorem habent mercedem. Sæpe enim maiora in genere, minori fiunt charitate, & econuersò. Sicut sæpe aliquis maiori charitate dat eleemosynam, quàm alius cātat missam: ideoq; hic magis meretur de eleemosyna, quàm ille de missa. Vnde paupercula uidua, dando duo minuta, parificata est diuiti Zachæo: qa Deus non pensat quantum, sed ex quanto de prædicta similitudine arboris & alijs iam tactis, habes etiā suprà circa finem sermonis Domini in monte: ubi plura de his uidere poteris. Postquam autem processit probando & arguendo, consequenter procedit comminando, ne credant paruum uitium malè loqui, & mala uerba nō puniri: Ita ergo malus profert mala uerba, quæ quidem non sunt paruipendenda, *quoniam de omni uerbo ocioso*, nō tantum pernicioso, *reddent homines rationem*, quod erit ualde difficile: quia locuti sunt sine ratione: uel *reddent rationem*, id est soluent *in die iudicij*, pœnam: quod iudicium erit terribile, quia sine spe ueniæ. Si autem dicitur quòd uerbum ociosum est, quod ratione uacuum est: ergo de eo non debet quæri, nec potest ratio reddi: respondendum ꝙ licet ociosum sit ratione uacuum: tamen quia uerbū debuit habere rationem, ideo de ipso exigitur ratio, scilicet omisionis rationis. Et ex hoc patet ꝙ longè magis uerbum nociuum & criminosum acriter punietur: & reddet homines in die iudicij condemnabiles: quale est uerbum eorum quo opera spiritus sancti calumniabantur, & blasphemabant, dicentes: *In Beelzebub eijcit dæmonia*. Et sensus secundum Hieron. Si ociosum uerbum non est absq; periculo eius qui loquitur, & in die iudicij reddet vnusquisque rationem sermonum suorum: quāto magis uos reddituri estis rationem calūniæ uestræ? Caueant ergo sibi detractores, opera proximorum minuentes uel infamantes, dicendo illa esse facta in hypocrisi, uel pro uana gloria, uel aliquo indebito fine: & ita in Beelzebub dæmoniorum principe. Si. n. ita iudicat Dominus de verbo ocioso: quanto magis de nociuo & criminoso? Vt autem dicit Hiero. Ociosum uerbū est quod sine utilitate loquētis dicitur & & audientis: si omissis serijs de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cæterū qui scurrilia replicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliqd profert turpitudinis: hic non ociosi sermonis, sed criminosi tenebitur reus: ideoq; in uerborū pondere probatio consistit humanę uitæ. Et iterum: Quicquid nō ædificat audientes: in periculum uertitur audientiū. Et Origenes: Inanis est omnis sermo, in quo nō est intrinsecus aliquid pro Deo, uel pro Dei mandato. Vnde etiam Gregorius: Ociosum uerbum est, quod aut ratione iustæ necessitatis, aut intentione piæ utilitatis caret. Et si de uerbo ocioso & cogitatione minutissima reddenda est ratio in die nouissimo: pensandum est quanta peccata sequantur multos. Sic. n. Deus uniuscuiusq; uias cōsiderat: sic gressus enumerat: ut nec minutissimæ cogitationes, aut tenuissima uerba, quæ apud nos viluerunt, eius iudicio indiscussa remaneant. Vnde & Chrysost. Ociosum uerbū intelligitur, nō malum, sed bonum quod nō operatur, id est quod non ædificat audientem. Si ergo pro bono uerbo & ocioso rationē simus reddituri: quid speramus de malo? Et si de malo uerbo rationem daturi sumus: quid speramus de opere malo? Hæc Chrysostomus. Et ideò cauendum est à uerbis ociosis & malis. *Ex uerbis enim tuis*, si fuerint bona, ac bonitate mentis cōsona, & sub debitis circūstantijs prolata *iustificaberis*, i. mereberis: uel tanquā iustus remunieraberis, *& ex uerbis tuis condemnaberis*, si fuerint mala & prædictis contraria. Scriptū est. n. quia *mors & uita in manibus linguæ*. Et ideo ex sermonibus tuis iustificaberis vel condēnaberis, qđ omniū est iustissimū: Etenim tu Dñs es: & dicendi, & non non dicēdi. Vnde Chrys. Mansuetum iudiciū: non. n. ex quibus alius dicit de te: sed ex quibus ipsemet locutus es, calculationes iudex feret: & tu Dñs es dicēdi. Et iterū Vnusquisq; hominum ex uoluntate sua sola, aut peccator, aut iustus cōstituitur. Conuincitur aūt uniuscuiusq; peccatoris uoluntas testimonijs tribus, i. cogitationū, uerborum, & operū: Hæc Chrys. Hic ergo docemur, ut os nostrū custodiamus: ne uerba ociosa uel mala loquamur: quia sicut uas quod non operitur, citò immundum fit: & quicquid est interius frigescit: sic est & de corde: nisi os quod est eius operculū, teneatur cū discreta custodia clausum. Et ut dicit Grego. Ab omni rectitudinis statu pereūt qui per noxia uerba dilabuntur. Et ideo frequenter oremus, dicentes: *Pone Domine custodiam ori meo: & ostium circunstantiæ labijs meis*. Vnde Chrysostomus: Magis utique virgine aliqua custodi linguā. Equus est regalis lingua. Si igitur imposueris frenum: & docueris ambulare cum bona compositione, quiescit super eam: & desuper sedebit rex. Si autē infrenatam dimiseris ferri, & saltare: diaboli & dæmonum sessio fit: Hæc Chrysostomus. Vnde & Origenes: Eorum qui uerba Dei loquuntur, os Deus aperit: illorū uerò qui lo-

quuntur

Verbū pro facto. 4. Reg. 20. Chry. in c. 12. Matt. Gregor. 3. parte pastoralis. Thesaurus Cordis. Luca 21. Luca 29. Ratio reddenda de omni uerbo ocioso. Hierony. in c. 12. Mat. Detractorum periculum. Hieronym. ibidem. Gregorius home. 6. in Euangelia. Chrysost. home. 43. in Matt. Prouer. 18. Chrysost. home. 43. in Matt. Gregorius lib. 7. moraliū c. 25. Psal. 140. Chrysost. home. 46. in Matt. Origenes home. 3. in Exodum.

B C D E

quuntur mendacium, falsum testimonium, scurrilitate, turpitudines quoque & detractorum, & eorū qui ocia loquuntur, diabolus os aperit. Magnum ergo periculum est loqui de secularibus & uanis: cùm multa sint diuina & utilia de quibus loqui possumus. Vnde Ambrosius: Non mediocre periculum est, cùm tanta habeamus eloquia Dei, & opera quæ fecit: his prætermissis loqui quæ seculi sunt. Et maximè à verbis detractorijs cauere debemus: ne malè loquamur de alijs. Vnde Augustinus: Vide quomodo irasceris si quis de te mala loquatur: quomodo irasceris alteri, quando de te malè loquitur: sic irascere tibi, quando de altero malè loqueris. Et non solum cauere debemus ne uerba detractoria loquamur: sed etiam ne audiamus: quia si non esset auditor, non esset detractor. Vnde Bernardus: Detrahere, & detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, non facilè dixerim. Et iterum: Lingua detractoris, & auditoris, diabolus sedet super utranque. Cauendum est etiam ualde à uerbis contētiosis & rixosis: quia occasionem dant multis malis. Vnde Chrysostomus. Contentio, est altercatio longa. Nascitur autem ex uana gloria: quæ dicitur amor victoriæ? Nemo enim diu contendit, nisi qui uincere conspicuit. Gloriam tibi putas esse si uiceris: sed occidisti gladio amicum & amicitiā eius in ipso: & ideo quasi de amico occiso dabis rationem. Nam si hominem non occidisti ferreo gladio: amicum tamen occidisti gladio contiosi sermonis: Hæc Chrysosto. Multum insuper debemus, ne proximum uerbo uel cogitatu iudicemus. Vnde Chrysostomus: *Ex sermonibus tuis condemnaberiis*, ait: Non audis quoniam & Pharisæus uera locutus est: sed tamen ultimam dedit uindictam. Etenim habet iudicem qui deliquit. Ne igitur capias dignitatem unigeniti: illi iudicij thronus conseruatus est. Sed si uis iudicare: est tibi iudicium multum lucrum habens. Sedere fac in conscientia tua intellectum discernentem: & affer in medium omnia delicta tua: & inuestigia omnia peccata animæ: & expete cum diligentia noxas, & dic: Propter hæc & hæc tu facere ausus es? Et si hæc quidem fugerit omnia: quæ autem aliorum sunt inuestigauerit, dic ad eā: Non pro his te iudico: non pro his intrasti te accusatura. Quid enim si ille debeat: tu cur hæc & hæc deliquisti? Excusantē te accusa: quæ tuiipsius sunt intuere, non quæ aliorum. Et continuè in hanc deduc agoniam. Deinde si nihil habere dicat: sed retardatur: dilania, flagella eā uelut quandam ancillam elatā & fornicatam. Et hoc secundum unamquāque diem constitue iudiciū: & subscribe flumen ignis, uermē conscientiæ uenenum emittentē, & alia loca tormentorū: & ne dimittas eam esse cum diabolo. Et si doluerit hæc audiens, ne subtrahas manum. Nō enim morietur si percusseris: à morte aūt eā eripies. Et paruorū magnas expete noxas: ut neq; prope magna deuiat. Si hæc feceris, secundū unāquāque diem cum libera propalatione stabis secus tribunal illud terribile. Ita Paulus factus est purus. Propter hoc & dixit. *Si nosmetipsos iudicaremus: nō utique iudicaremur*: Hæc Chrysostomus. Moraliter autē in uerbis, siue in loquēdo, attēdēda sunt quinque: s. quid, cui, ubi, quando, & qualiter dicatur. Isti sunt quinq; digiti in manu linguæ. Quid determinat Apostolus, dicens: *Sermo uester sit semper in gratia sale conditus*. i. gratus, utilis, sine ociositate. Ociosa sunt omnia quæ aut inutilia, aut inhonesta, aut nociua sunt. Inutilia sunt quæ nec loquentibus, nec audientibus prosunt. Inhonesta, quæ nec dignitati loquentis, nec audientis conueniunt. Nociua sunt, quæ uel ad errorem, uel ad prauitatem ducunt. Cui: determinat sapiens, dicens: *Cum stulto ne multum loquaris*. Qui ergo cū alio loquitur: consideret an ꝑꝑ se, uel propter alium loqui habeat. Si ꝑpter illum, utrum sit talis qui sua correctione indigeat, vel qui correctionem non recipiat. Vbi quædam enim sunt loca, ubi nullo modo, ut in sanctuario: quædam ubi rarò, ut in conuiuio: quædam ubi moderatè, ut in locutorio est loquēdum. Quando: determinat Ecclesiastes, dicens: *Tēpus tacendi, & tempus loquendi*. Tacendum est aliquando propter auditorum infirmitatem: aliquando propter uitandam præcipitationem: aliquando propter personæ alterius reuerentiam: aliquādo propter auditorum indignitatem. Quomodo autem loquendum, id est quo gestu: quo sono: qua significatione. Sit ergo gestus simplex & humilis: sonus mitis & suauis: significatio uerax & dulcis. Conpendiū autem omnium prædictorū hoc esse uidetur: ut tardè & rarò quis loquatur. Vnde Seneca: Summa summarum hæc est tardiloquū te esse iubeo. Et iterum: Quicquid dicturus es: antè quàm alijs, dixeris tibi: Magna est res: uocis silentij temperamentum. Et iterum: Quod tacitum esse uis, nemini dixeris: quia nō poteris ab alio exigere silentium, si tibijpsi non præstas: Hæc Seneca. Sed heu sunt aliqui non solum seculares: sed & religiosi, qui quandoque etiā sine causa rationabili alijs irati toruos oculos & vultus ostēdunt: ac insuper dentibus stridendo, uoces furiosas emittunt: & sic dæmonē qui intus eos possidet, alijs extrà prodūt. Hi tales bene in hoc Daciano in beatū Vincentium sæuienti assimilātur: de quo in sermone August. sic dicitur: Per furiosas. n. Daciani uoces: ꝑ truces oculos & minaces vultus, & totius corporis motus ille habitator eius interior monstrabatur: & per hæc signa uisibilia tanquam per sui uasculi quod impleuerat crepantis rimulas uidebatur: Hæc Augu. Tales ēt quandoque suis linguis acutis parcunt: & se abscondentes taciturnitati insistunt: ac silentiū quod boni ex religionis obedientia Deo sacrificant: ipsi ex peruersitatis malitia dæmonis, & non Deo, immolant. Vnde in collatione abbatis Ioseph, de amicitia sic de talibus dicitur: illud uerò quale est, quòd interdum patientes esse nos credimus, quia respondere contemnimus lacessiti: sed ita commotos fratres amara taciturnitate, uel motu gestuque irrisorio subsannamus, ut eos magis ad iracundiam vultu tacito prouocemus, quàm tumida potuissent incitare conuitia: in eo nos æstimantes minimè apud Deū reos, quia nihil ore protulimus, quod nos notare hominū iudicio aut condemnare potuisset. Ita igitur tacere nihil prodest: si idcirco nobis indicimus silentium: ut quod agendum conuitio fuerat: hoc taciturnitate faciamus: assimilantes quosdā gestus, quibus & ille quem curare nos oportuit, uehemētiore inardescat iracundia. Vtique enim tale silentiū erit æqualiter noxium: quia sicut exaggerat in alterius corde tristitiam: ita in suo non permittit extingui. Nonnulli quoque cùm testificati fuerint, uel irati: ab ipso ēt pertinaciter abstinent cibo. In quo planè sacrilegij crimē euidenter incurrunt: ieiunia. s. quæ soli Deo pro humiliatione cordis, & purgatione uitiorum, sunt specialiter offerenda, pro diabolico tumore tolerantes. Quod tale est ac si orationes atque sacrificia non Deo, sed dæmonibus deferant: illam quoque Mosaicam increpationem mercan-

Ambro. in psal. 38. Augustin. ser. de detractione. Detractor non audiendus. Bernardus ser. de custodia linguæ. Contentio uitanda. Iudicatio uitanda. Chrys. ho. 43. i Matt. Accusa & iudica te ipsum. 1. Cor. 11. Colos. 4. Eccl. 22. Eccle. 3. Seneca epistola 40. Idem i Prouerbijs. Augustin. ser. de sancto Vincentio. to. 10. Cassianus colla. 16. c. 18. et 19.

A B C D E

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deu.32.b. tur audire: *Sacrificauerunt dæmonijs, & non Deo: dijs quos ignorabant.* Hæc ubi suprà. Sic ergo prædicti miseri tam peruersè litigando, quàm malitiosè tacendo dæmonibus seruiunt: qui vtrobiq; se ingerẽdo eis illudunt. Quorum illusiones non incurrerent, si non fictã, sed ueram humilitatem & charitatem haberẽt: quia nec tunc ad tantam impatientiam deueniret. Et (quod adhuc peius est) tales sæpe absque fratris offensi reconciliatione accedũt ad altare: & sic accedẽtes iudicium sibi manducant & bibunt. Et insuper à

1.Cor. 11. diabolo excæcati, quandoque se excusando dicunt: quia nihil aduersus alium habent: non intelligentes quia secundũ euangelium attendere debent, si alius aduersus eos quid habet? Aufer Dñe opprobrium talium peruersorum à religione seruorum tuorum.

ORATIO.

VEra uirtus, ejice à me dæmonium per contritionem. O uerbum patris, sana mutum per cõfessionem. O intima lux, illumina cæcum per satisfactionem: & ut fortis armatus me non possideat, uniuersa arma eius, scilicet uires animæ meæ interiores, & corporis sensus exteriores in tuum conuerte obsequium. Opto etiam & desidero Deus altissime: ut quotiens cunq; malignus spiritus abominandas cogitationes blasphemiæ mihi immiserit: totiens ex noto omnium desideriorum meorum ineffabilis laus & gratiarum actio tibi sit in perpetuas æternitates: & blasphemia sua secum sit in perditionem. Amen.

De Iudæis signũ de cœlo quærentibus: & de spiritu immundo olim ejecto ab eis. Cap. LXXIIII.



D

EInitis autẽ uerbis Domini aduersus blasphemiã Scribarum & Phariseorum quidã ex eis, pcaciores uolẽtes experiri volũtatẽ Christi, & capere eũ, dixerũt:

Matth.12. *Magister, uolumus à te signum uidere,* s. non quodcunqu eised de cœlo. Reputabant enim miracula Christi parua, eo q; erant ut cõmuniter circa inferiora: ut pote circa sanitates corporũ & similia. Ideo quærebant ab eo signa fieri circa corpora cœlestia, fortè manna descẽdere, ut tẽpore Moysi: uel sonare tonitrua, sicut

Exodi. 16. 1. Reg. 12. Iosue. 10. 4. Reg. 1. 4. Reg. 2. 4. Regum 20. b. tẽpore æstatis, pp defectum materiæ, & potentiam agentis, s. solis omnes uapores cõsumentis: uel ignẽ de sublimi descendere, ut tẽpore Heliæ: uel solem stare: sicut tempore Iosuę. uel retrocedere, ut tempore Ezechiæ: uel alia huiusmodi, quasi non possent & illa calumniari & dicere, ex occultis & uarijs passionibus accidisse. Nam qui calumniatur eis quę oculis uidet, manu tenet, utilitate sentit: quid facturus est de his quæ de cœlo uenerint? Vtique respõdebit, & magos in Aegypto multa signa feciſse de cęlo: uel calumniabitur alio modo. Vnde Chrysosto. Cùm multa signa uidissent tanquã si nullum uidissent ita signum petebant. Verè enim nullũ uiderunt: quia corporali aspectu uiderunt, non spiritali affectu. Vbi sciendum q; aliqui malignantes detrahebãt miraculis Christi dupliciter. Vno modo attribuebant ea uirtuti dæmonis, ut uisum est suprà in præcedenti capitulo. Alio modo reputando ea parua, ut dicitur hoc loco. Isti enim ac si signa eius non uidissent, uel quasi quæ viderant parua uel nulla fuissent, tentantes eum de cœlo signum quærunt non ex deuotione ut ex hoc credant, sed magis ex curiositate: & ut facilius quàm primis contradicant. Adulantes autem dicunt, magister: ut blanditijs alliciant, quem conuitijs blasphemauerant. Vnde Chrysostomus: Hi quos oportebat admirari & obstupescere, & credere: nunc à nequitia non desistunt. Vnde autem uerba & adulatione & ironia sunt plena, putabant enim allicere per hoc. Et nunc quidem conuitiantur, nunc adulantur, nũc autem dæmoniacum uocant, nunc magistrum utraque pernicioso consilio: & si contraria sint quæ dicebantur, propter hoc & eos, & uehementer tetigit: Hæc Chrysostomus. Et quia malè quærebant, ideo non dat eis signum: sed, *respondens ait illis: Generatio mala.* in opere: *& adultera,* in fide: q; relicto proprio uiro, scilicet Deo, idolis seruiebant: etsi idola non colebant, tamen à uero sponso Christo se alienabant, *signum de cœlo quærit,* ad calumniam contra me quasi alia quæ uiderunt signa non fuerint. Vide qũo cùm Iudæi Christo conuitiabantur, dicentes in principe dæmoniorum eijcit dæmones: mansuetè eis respondet per rationes improbãs dictum eorũ: hìc uerò cũ laudando adulantur, magistrum uocãtes, asperè eos tangit: demonstrans, (secundũ Chrysost.) quò vtraque passione erat superior: & neque conuitijs in iracunditur, neque adulatione mollitur: in quo ostẽdit amplectenda esse opprobria, & adulationes uitãdas. Nam (ut ait Chrysost.) Vir sapiens in faciem cædit, quando in facie laudatur. Non sic multi maiores huius temporis faciunt, qui bona suadentes contemnunt: & eis tanquam conuitiantibus irascuntur: sed mala suggerentes audiunt, & eorum adulatione molliuntur. Vtinam attenderent consilium sapientis, qui dicit: *Melius est à sapiente corripi, quàm stulto rum adulatione decipi,* deinde subiungit. *Et signum non dabitur ei,* scilicet potestatis: & de cœlestibus quale petit ad calumniam: *nisi signum Ionæ Prophetæ,* quod fuit humilitatis & abiectionis contra eorum superbiam, quasi diceret: Tu generatio praua petis signũ cœleste, & signum potentiæ uel gloriæ de sublimi: & tibi non dabitur, nisi signum terrenum, & signum passionis & infirmitatis, significatum signo & facto Ionæ Prophetæ. Ionas enim fuit Niniuitis signum dupliciter, scilicet uerbo & facto. Verbo, quia uiua uoce eis significauit quòd perirent nisi conuerterentur. Facto, eo quòd fuerit in uentre ceti, tribus diebus & noctibus. Vbi fuerunt tria, scilicet absortio, detentio, euomitio. Absorptio fuit signum mortis Christi: detentio, sepulturæ: euomitio, resurrectionis. Et sic dabitur eis signum. i. significatio

Chrysosto. hom. 44. in Matthæ.

Chrysosto. ibidem.

Adulatores nitidi.

Ecclę. 7.

Ionas fuit signum.

tio in facto Ionæ: ut scilicet conuertantur & saluentur. Non hoc est dictum, quasi alia signa ante mortem Christi non fuerint data: sed quia mors & passio Christi fuit signum præcipuum & ultimum: & signum signorum, in quod omnia signa ducebãt: ideo dandum Iudæis dicitur, quia si illi crederent saluarẽtur: si non crederent damnarentur: sicut Ionas fuit signum Niniuitis, ut si uellent credere, saluarentur: si autem, subuerterentur. Non ergo dat eis signum diuinitatis de cœlo quod quærebãt: quia propter eorum curiositatem & malitiã uidere indigni erant: sed de abysso maris, & pfundo inferni, quale Ionas à ceto uoratus, sed de abysso mortis liberatus: & accepit & dedit signũ uidelicet incarnationis, nõ diuinitatis:

Matt. 17. passionis, nõ glorificationis. Discipulis aũt suis signũ de cœlo dedit, quibus æternæ beatitudinis gloriam, & prius figuraliter in monte transfiguratus: ac posteà ueraciter in cœlum subleuatus ostendit. Quia enim Iudæi terreni & infimi erãt, ideo de terrenis & infimis signum debebant habere. Vnde dat eis signũ

Mat. ult. lena 2. de imò suæ passionis & sepulturæ dicens: *Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti, tribus diebus & tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus,* per synecdochen, accipiendo scilicet partem sextæ feriæ, & totam diem sabbati, & partem Dici Dominicæ resurrectionis, pro tribus diebus & noctibus. Per istos qui quærebant signum de cœlo, signãtur curiosi & superbi, qui supra uires cœlestia rimantur, & nimis curiosè diuina scrutantur de cœlo: & cœlestibus ac secretis diuinis disputantes, uel de reuelationibus & uisionibus præsumentes, omissa uia scilicet præceptis domini & consilijs, quibus uenitur ad illa, propter quod opprimũtur à gloria, quia per hoc aliquando labuntur in erronea documenta: uel quandoque in peccata spiritualia & carnalia, propter quod dicitur eis, *generatio mala & adultera &c.* quia quærunt quæ non sunt scibilia, nec ad fidem uel mores utilia, & ideo non dabitur eis signum, nisi signum Ionæ prophetę, quem deglutiuit cetus: & sic deludit & deglutit eos diabolus. Deinde Iudæorum malitiã quam obstinatam, & obduratã, Dominus præuidit, exemplis quibusdam condẽnat, quia conuersio Niniuitarum & factum reginæ Austri ostendit istos in iudicio, quo omnes tam boni quàm mali surgent, grauius puniendos: & condemnabit eos, id est ostendet condemnandos: quia ex illorum facto apparebit iusta istorũ condemnatio. Vnde dicit: *Viri Niniuitæ,* qui sunt Assyrij, *surgent* scilicet in resurrectione generali, *in iudicio* futuro, *cum generatione ista,* scilicet Iudaica, quæ similiter tunc surget, *& condemnabunt eam,* id est condemnandã ostendent, s. primò ex comparatione populi ad populũ qa ibi Niniuitæ, Gentiles, & Barbari: hìc Iudęi populus Dei. Secundò ex comparatione prædicantis ad prædicantem, quia ibi Ionas propheta purus homo: hìc Christus Dominus Prophetarum, Deus & homo, ubi Ionas peregrinus hìc Christus conciuis suus. Tertiò ex cõparatione prædicationis ad prædicationẽ, quia ibi Ionas tm tribus diebus: hìc Christus tribus annis prædicauit, ibi Ionas nullum miraculũ: hìc Christus multa fecit. Quartò ex cõparatione effectus ad effectũ, quia illi egerunt pœnitentiã isti uerò non: sed ẽt addiderũt blasphemiam. Vbi Chrysostomus: Illi Prophetam susceperunt: isti Dominum Iesum repulerunt. Illi neque in lege instructi, neque prophetis admoniti ad Dominum conuersi sunt, cognoscentes suum peccatum: isti tot præceptis eruditi le-

Niniuitarum cum Iudæis comparatio.

Chrysosto. ibidem.

Ambr. lib. 7. in Lucã. in c. 11.

Niniuitæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

tu potiſsimo iuuentutis, qui ſolent de facili ad uitia
declinare, & ad bonam intentionem de facili pœni-
tere, propter quod ſubditur, quòd fecerunt pœniten
tiam ad prædicationem Ionæ, qui columba interpre
tatur: & ideo per eum ſimpliciter admonens ſignifi-
Morale. catur. Per reginam uerò Auſtri, ſignari poteſt anima
rationalis, quæ ſi bene regat uires inferiores per di-
ctamen legis naturæ, dicitur regina: ſed ſi hoc facit
ex charitatis feruore, tunc dicitur regina Auſtri, eo
quòd ab Auſtro prouenit feruor caloris ſignans fer-
uorem charitatis. Et hæc regina uenit ad uerum Sa-
lomonem Ieſum Chriſtum per deuotionem afferēs
ei aurum ſapientiæ, & gemmas uirtutum, & aroma-
ta bonæ famæ: iſtis utendo ad diuinū honorē. Ex hoc
facto igitur iuuenū prędictorum, obſtinati ſenes: ex
facto animæ bene & ex charitate ſe regentis, anima
frigida & neligens: cōdemnabiles oſtenduntur: qui
per generationem Iudæorum ſignātur. Poſt hæc do
minus contra Iudæos nolentes aſsimilari Niniuitis,
quia eo pœnitentiam prædicante non pœnituerunt:
uel reginæ Auſtri, quia eo docente non didicerunt,
inducit exemplum ad arguendum ingratitudinem
eorum: oſtendens eos ſimiles homini prius à dæmo
ne obſeſſo: & poſt liberato, & iterum propter negli-
Diabolus inuidens. gentiam plenius poſſeſſo. Nam primò diabolus ha-
bitauit in eis, quando erant in Aegypto uiuentes, ſe-
cundum ritum Aegyptiorum, qui expulſus fuit ab
eis, quando in figura Chriſti mactauerunt agnum,
& ſanguine eius liniti ſunt: quando & legem accepe-
runt, quæ excludebat cultum dæmonum, & induce-
bat ad colendum unum uerum Deum: & ſic eiectus
tranſiit ad poſsidendum plenius gntiles, ſine lege &
Prophetarum oraculis uiuentes, & ideo eos tene-
bat in idololatria ſubiectos. Sed adueniente Chri-
ſti prædicatione & apoſtolorum, Iudæi pro maio-
ri parte increduli permanſerunt: Gentiles uerò de-
uotè fidem Chriſti acceperunt: & ſic diabolus eie-
ctus à gentibus, reuerſus eſt ad poſsidendum popu-
lum Iudaicum errore excæcatum, & facta ſunt no-
uiſsima huius populi peiora prioribus: q̃a peior eſt
modo, *quàm à principio ante legem datam fuerit*, ſta-
Immundus ſpiritus. tus eius. Vnde ait: *Cùm immundus ſpiritus*, ſcilicet dia
bolus immundum faciens, & immunditiam diligēs
uel inhabitans: dæmones enim dicuntur ſpiritus im-
mundi, uel affectione: quia diligunt immunda, uel
perſuaſione, quia ſuadens immunda, uel inhabita-
tione, qui inhabitant corda immunda, *exierit ab ho-*
Ambroſius in cap. 11. Lucæ. *mine*, ſcilicet à populo Iudaico, quia ſecundum Am
broſium: In homine totius Iudaici populi compara
tio eſt: à quo uiuente adhuc ſub lege naturæ im-
mundus ſpiritus exierat per ſuſceptionem legis Mo-
ſaicæ, *ambulat per loca arida & inaquoſa*, i. corda Gen
tilium prius humore gratię & uirore fidei, ac pingue
dine ſpiritusſancti carentia ritum idololatriæ & ma-
culas criminum eis immittēdo, *quærens*, in eis, *requiē*,
id eſt perpetuam manſionem, appetens ibi finaliter
manere per infidelitatē & dominationē, *& non inue-*
nit, quia adueniente Chriſto, & prædicantibus Apo-
ſtolis, ſuſcepta Chriſti fide inde eiectus fuit. *Tunc di*
cit, intra ſe. *Reuertar in domum meā*, i. ad populū Iudai
cum, *unde exiui*, eos dimittendo. *Et ueniens inuenit*
eam uacantem, ab obſeruantia legis; & operibus uir-
tutum per negligentiam, ac fide & bonis operibus
uacuam, & Chriſtum, hoſpitem non habentem, *&*
ſcopis mundatam, ab operibus uitiorum ſuperficiali-
ter, & ſecundum apparentiam: quia populus Iudai-
cus habebat quandam exteriorem munditiam: ſicut

A enim ſcopa non tollit tenaces ſordes, ſed ſuperficia- Matt. 23.
les: ita ipſi quod de foris eſt ſcopabant & munda-
bant, ac munditiam exteriorem quærebant: ſed intus
ſordidi manebant, & ornatam exterius per hypocri-
ſim & boni ſimulationem propter legis apparentiā,
& traditionum Phariſæorum obſeruantiam. Tangit
ergo tria quæ dant locum diabolo, ſcilicet ocioſita-
tem, ſanctitatis præſumptionem, & uirtutis ſimula-
tionem. Similiter hodie timendum eſt eccleſiæ, ne
olim expulſus ab ea diabolus eam inueniat uacātem
ab obſeruantia mandatorum Dei, *& ſcopis munda-*
tam, ſecundum exteriorem apparentiam, *& ornatam*,
per exteriorem cultum & obſeruantiam humanarū
traditionum. Multi enim hodie plus attēdunt ad cul-
B tum eccleſiæ corporalem, quàm ſpiritualem: quia
parietes eccleſiæ & altaria ornantur, & de ornatione
& purgatione miniſtrorum parum curatur. Sed ecō-
trariò in eccleſia fuit primitiua: maior enim uis fie-
bat in ornatu ſpirituali & interiori. Et ideò multum
diſtat nunc eccleſia in hoc tempore malo à ſtatu ſuo
priſtino. Vnde Hieron. Chriſti eccleſia prius nata, & Hieronym. aduerſus errores Ioānis Ieroſolymitani. tomo 2.
pòſt adulta, perſecutionibus creuit, martyrijs coro-
nata eſt. Et poſtquā ad Chriſtianos principes uenit,
potentia quidem & diuitijs maior, ſed uirtutibus mi
nor ē facta. *Tunc*, ut firmius poſsideat Iudæos, *uadit*,
per conatum, *& aſſumit ſeptem alios ſpiritus*, per quos
uniuerſitas dæmonum & uitiorum quibus tentat in-
C telligitur, quia uniuerſitas hoc numero ſæpe deſigna
tur: hæc ſunt ſeptem gentes pugnantes contra filios
Iſrael. Iſte autem ſeptenarius ſeptem donis ſpiritus-
ſancti expellitur. Et addit, *nequiores ſe*, uel ꝓpter nu-
merum, uel propter conatum, uel propter effectum
quem inducunt: quia eos ad quos redeunt nequio-
res, quàm antè, faciunr. *Et intrantes*, ſeu ingreſsi, *habi*
tant ibi & ſic omnia cumulantur in eis uitia. Hæc eſt
enim intentio dæmonum, ut non tranſeant ad horā
uel tempus modicum: ſed ut immorētur uſq; ad obi
tum. *Et fiunt nouiſſima hominis*, ſ. populi Iudaici, *peio-*
ra prioribus, quia Iudæi ante legem datam fuerunt
peccatis irretiti, & à diabolo poſſeſsi: ſed poſt aduen
tum Chriſti in peccato ſuo obſtinati, ſunt peiores fa
D cti: quia eorum peccata propter ingratitudinē ſunt
quaſi duplicata: deteriores. n. ſunt Iſraelitæ blaſphe-
mantes Chriſtū in conuenticulis ſuis, q̃ olim fuiſſent
in Aegypto ante notitiam legis: quia maior infideli-
tas eſt uenientē non ſuſcipere quàm uenturum non
credere. Deinde ſimilitudinē dictam, & quò tendat
parabola exponit: quodque hîc quaſi de uno homi-
ne per ſimilitudinem dictum de toto populo Iudai-
co intelligatur, oſtendit dicēs: *Sic erit generationi huic*
peſſimæ, ſ. Iudaicæ, prout ſuprà dictū eſt de homine
uno. Mala fuit generatio hæc in deſerto, quādo uitu-
lum adorauit, quando contra Dominum murmura
uit, quando terræ promisſionis detraxit: ſed peior
E in terra promiſsionis ante aduentum Chriſti, quan-
do filios & filias dęmonijs immolauit: ſed peſsima
poſt aduētum Chriſti, quādo Dei filium ad eam miſ
ſum crucifixit. Moraliter exponitur iſtud exemplum Moraliter De recidiuante. Prouer. 26.
de homine qui poſt gratiam baptiſmalē, uel pœniten
tialem, recidiuat in culpā, ſicut canis reuerſus ad uo-
mitum, diabolus enim ab homine exit, quando in ba
ptiſmo pompis illius, & præcedentium peccatorū il-
lecebris homo abrenunciat: uel quando per pœni-
tentiam & confeſsionem à peccatis mundatur, pro-
ponens q̈ ab eis abſtineat: qui eiectus, *ambulat per lo*
ca arida & inaquoſa, quia corda iuſtorū ab omni car-
nalis cōcupiſcentię amore ſiccata & immunia tētādo
explorat,

explorat, ſi quos ibi nequitiæ ſuæ greſſus figere poſ- A
ſit. Sed in eis, tanquam per gratiam Dei ſolidatis,
requiem non inuenit: quia qui prauis cogitationi-
bus & actibus paſcitur, in mentibus fidelium om-
nia ſua tentamenta ceſſare perpendit. *Et uolens re-*
uerti in domum, priorem: peccator enim eſt domus
diaboli, ſicut iuſtus templum Dei: *inuenit eam*
uacantem, à bonis actibus per negligentiam, *& ſco-*
pis mundatam, à ſordibus vitiorum, ſecundum ap-
parentiam, *& ornatam*, ſimulatis virtutibus, ſcili-
cet exterioribus & apparentibus: non interioribus
& veris. *Tunc aſſumit alios ſeptem ſpiritus nequiores*
ſe, id eſt vniuerſa vitia diabolo nequiora: quia dia-
bolus ſolum ſuggerit malum: habitus autem vitio-
ſi intranei cum quadam violentia ad malum incli- B
nant, & ingreſsi inhabitant vacantem & torpentem:
à tot enim dæmonibus homo poſsidetur, quot vi-
tijs ſubijcitur: ſingulis enim vitijs ſinguli dæmones
præſidere dicuntur. *Et fiunt nouiſſima hominis illius*
peiora prioribus, & hoc propter ingratitudinem do-
ni & gratiæ præcedentis: grauiora enim ſunt crimi-
na poſt baptiſmum, vel pœnitentiam quia melius
eſt, id eſt minus malum eſt viam veritatis non agno
ſcere, quàm poſt agnitam retrorſum conuerti: id
eſt leuius eſt committere aliquod peccatum cum
2. Pet. 2. ignorantia, quàm idem cum ſcientia quò ad pœ-
nam: minorem enim pro illo patietur pœnæ vindi-
ctam, quia per contemptum gratiæ, quam de ſe ma- C
Chryſoſto. hom. 44. in Matthæū. lè viuendo pellit, deteriora ſupplicia meretur: &
vulnus iteratum tardius ſanatur. vnde Chryſoſto-
mus: Hæc autem non ſolum ad illos, ſed ad nos
etiam dicta eſſe rationem habet, ſi illuminati, & à
prioribus eruti malis, rurſus ab eadem poſsideamur
nequitia. Etenim difficilior iam erit pœna poſte-
Ioan. 5. riorum peccatorum propter quod paralytico dixit
Chriſtus: *Ecce ſanus factus es: noli peccare, ne dete-*
rius aliquid tibi contingat. Et iterum. Cum ſemel
aliquis liberatus à malis non ſobrius efficitur, mul-
to difficiliora patietur prioribus. Etenim difficilior
iam erit pœna poſteriorum peccatorum: hinc au-
tem non ſolum pœnam excogita, ſed etiam infini-
Exod. 5. & ſequen. ibidem. tam Dei longanimitatem. Sed ne confidamus, ſed D
timeamus. Etenim Pharao ſi in prima plaga erudi-
tus fuiſſet, non utique accepiſſet experientiam po-
ſteriorum: non utique poſtea ſimul cum ipſo exer-
citu ſubmerſus eſſet. Sed non rubrum mare iam per-
tranſire nunc eſt: ſed pelagus eſt ignis: pelagus non
tale neque tantum, ſed multo maius & ſylueſtrius.
Ideo rogo ut compungantur ſermones gehennæ au
dientes. Nihil enim delectabilius eſt diſpoſitione
hac, quare hac nihil amarius. Conuertit enim ani-
mas noſtras, & erigit intellectum, & pernicioſam
concupiſcentiarum captiuationem proijcit, & me-
dicina nobis hæc fit. Excogitemus igitur & mitta-
mus principium uel nunc, & oſtium pœnitentiæ: E
& tangamus uiam arctam. Vſquequo laſciuia, uſ-
quequo remiſsio, non impleti ſumus pigritantes,
deridentes, tardantes? Non eadem rurſus erunt
menſa & ſaturatio, & ſuperabundantia, & pecuniæ,
& poſſeſsiones, & fabricationes. Et quis finis? Ci-
nis, & puluis, & ſepulchra, & uermis. Oſtenda-
mus itaque nouam quandam uiam, faciamus ter-
ram, cœlum: & omnino aſſumamus uirtutem, ut fu-
turis potiamur bonis. Hæc Chryſoſtomus.

A ORATIO.

*D*OMINE *Ieſu Chriſte, magiſter bone, fac me-*
cum ſignum gratiæ tuæ in bonum, ut me miſe-
rum quem cetus & draco ille magnus abſor-
buit peccatis ſpiritualibus & carnalibus tāquam diebus
& noctibus, & hoc tribus: quia conſenſu, & opere, ac cō-
ſuetudine, tu miſericorditer de faucibus eius digneris li-
berare. Fac etiam me præterita peccata plangere, & futu
ra cauere. Exicca me ab humore concupiſcentiæ, ut quie-
tem non inueniat in me, munda me ſcopis confeſſionis à
uitiorum ſordibus: & orna me ueris uirtutibus, ne me
à bonis uacantem inueniat, & iteratò deterius peccare
faciat. Amen.

B

De muliere uocem de turba extollente: ac de matre & fratribus Domini eum quærentibus. Cap. LXXV.



C

F ACTVM eſt autem cùm Dominus Ie-
ſus hæc diceret, reſpondens blaſphe-
mijs Iudæorum, *extollens*, id eſt ex cor- Lucæ. 11.
de tollens: ac conſtanter & altè profe-
rens *uocem*, in Chriſti commendationem, & Iudæo-
D rum blaſphemātium confutationem, *quædam mulier*,
non diues, non potens, non nobilis, ſed pauper, *de*
turba, & de communi plebe, & popularibus. Solent
enim populares deuotiores eſſe maioribus, proru-
pit in laudem Chriſti contra uituperium Iudęorum.
Et dicitur fuiſſe Sancta Marcella ancilla beatæ Mar- Marcella.
thæ: quæ nō potuit amplius blaſphemias Iudæorum
contra Chriſtum ſuſtinere, & contra blaſphemos uo
cem extulit in laudem Chriſti & matris ſuæ: commē
dans eius conceptum, & partum corporalem, & di-
cens: *Beatus eſt uenter qui te* beatum *portauit*, per quē
omnes beatificamur, *& beata* ſunt *ubera quæ ſuxiſti*.
Matrem beatificat & laudat ex filio, & non econ-
E uersò, quia gratia & gloria prouenit principaliter
ab ipſo. Vbi apparet magna confidentia, & auda- Fides & deuotio mulieris.
cia, & fides, & deuotio iſtius mulieris in duobus.
Primò, in eo quòd non ſilenter & in aure loqueba-
tur, ſed extollens uocem in altum non timuit, ſua-
uitate enim uerborum Chriſti accenſa fuit. Secūdò,
in eo q̈ Scribis & Phariſæis Dominum tentantibus,
ſimul & blaſphemantibus ipſa magna fiducia Dei fi-
lium confitetur, ut & præſentium Iudæorum calum-
niam, & futurorum hæreticorum perfidiam confun-
dat. Nam ſicut tunc Iudæi blaſphemantes, & eum in
Beelzebub eijcere dæmonia dicentes, negabant
eum eſſe Dei filium: ita poſtea quidam hæretici

Universidad de Deusto Biblioteca

negabant eum esse verum hominem, dicentes eum non veram carnem ex Maria virgine assumpsisse, sed corpus æthereum attulisse. Hæc autem mulier vtrosque confutat, quia & verum Dei filium patri consubstantialem aduersus blasphemantes confitetur, cum matrem ex filio tanquam principio ratione diuinitatis beatificat: & verum non phantasticum hominis filium matri consubstantialem testatur, cùm eum ventre portatum, vberibusque lactatum significat. Spiritualiter autem ista mulier sanctam ecclesiam signat, quæ inter turbas Iudæorum, paganorum, & hæreticorum credula voce dominum Iesum Christum confitetur: cuius reuera voce venter Mariæ virginis beatus prædicatur, qui totius mundi redemptorem portare meruit, sicut ipsa de se ait: Ex hoc beatam me dicent omnes generationes. vbi Beda: Et nos igitur extollamus vocē cum ecclesia catholica, cuius hæc mulier typum gessit: extollamus & mentem de medio turbatum, dicamusque saluatori: Beatus venter qui te portauit: & vbera quæ suxisti. Verè enim beata parens, quæ sicut quidam ait:

Beda in Lucam c. 11. Laus Mariæ.

Enixa puerpera regem,
Qui cœlum terramque regit per secula: cuius
Nomen ab æterno, complectens omnia giro:
Imperium sine fine manet, quæ ventre beato
Gaudia matris habens, cùm virginitatis honore.
Nec prima similem visa est, nec habere sequentem.

At Iesus confirmando verbum mulieris, & commendando laudem matris, ac fidem & constantiam eiusdem mulieris aliorumque similiū dixit: *Quinimmo: beati qui audiunt uerbum Dei et custodiunt illud.* Per quod signauit beatam virginem se concepisse fœlicius, per fidem & deuotionem spiritualiter, quàm corporaliter. Ac si dicat: Iuxta tuam sententiam principaliter beata est illa cuius venter me portauit: sed non solum ipsa beata est, imò etiam omnes sunt beati in præsenti in spe & tandem in futuro in re, *qui audiunt uerbum Dei*, corde credentes, *& custodiunt illud*, opere adimplentes. Beata quidem & fœlix est mater mea: quæ me portauit & lactauit: sed magis ideo fœlix atque beata, quia uerbum Dei audiuit, audiendo credidit, credendo custodiuit: hoc enim nisi fecisset, nec fœlix, nec mater mea esse potuisset. Vnde Elizabeth ad eā ait: *Beata quæ credidisti: quoniam perficientur in te quæ dicta sunt tibi à Domino.* Beatior ergo fuit, quia uerbum spiritualiter mente concepit, auditu fidei suscepit, memoriterque ac studiosè operatione custodiuit, quia cōceptio spiritualis, qua Christus in corde concipitur, fęlicior est quàm carnalis. Fides enim per dilectionem operans beatitudinem æternā promeretur: non autem conceptio uel portatio sine fide, quia impossibile est sine fide Deo placere. Vnde secundum Augustinum: Beatior fuit Maria profitendo fidē Christi, q̄ cōcipiendo carnē Christi: & fœlicius concepit Deū mēte per fidē, quàm corpore per carnis assumptionē. Nihil enim Mariæ materna propinquitas profuisset, nisi illum fœlicius corde quàm carne gestasset. Vnde Chrysost. Neq; cōcipere Christum, neque mirabilem illum fœtū parere habet aliquam utilitatem, virtute non existente: quoniam nulla huius ei utilitas si non uniuersa quæ oportet fecerit, & nihil partus ei profuisset, nisi ualde bona & fidelis esset. Si verò Marię nihil prodesset sine ea, quæ secūdum animam est uirtute, genitum ab ea esse Christum: multo magis nos & si patrē, etsi filium habuerimus uirtuosum & nobilem: ipsi uerò lōgè erimus à uirtute illius, nobis prodesse poterit: Hæc Chrysostomus.

Lucæ 1. Beata Maria, ex fide præcipuè.

Augustin. libro de sancta virginitate c. 3.

Vbi Beda: Pulchræ attestationi mulieris annuit, non eam tantummodo quæ uerbum Dei corporaliter generare meruerat, sed & omnes uerbum Dei spiritualiter auditu fidei concipere, & boni operis custodia, uel in suo, uel in proximorum corde parere, & quasi alere studuerint asserens esse beatos: quia & eadem Dei genitrix, & inde quidem beata, quia uerbi incarnandi ministra facta est temporalis: sed inde multo beatior, quia eiusdem semper amandi custos manebat æterna. Qua sententia sapientes Iudæorum tanquam indignos beatitudine clam percutit, qui uerbum Dei non audire custodire: sed negare & blasphemare quærebant: Hæc Beda. Et secundum eundem tota uitæ cœlestis perfectio duobus his comprehenditur, ut verbum Dei audiamus & faciamus. Quem ergo beatitudo Mariæ delectat, uerbum Dei libenter audire & custodire studeat, & beatus erit. Quisquis enim uerbum Dei libenter audit, Christum concipit: si autem opere impleuerit, Christū parit: quem Maria portauit corporaliter, ipse poterat spiritualiter. Vnde Aug. Qui corde credit ad iustitiam, concipit Christum: & qui ore confitetur ad salutem, parit Christum. unde Dominus alibi: Si quis fecerit uoluntatem patris mei: ipse meus frater, & soror & mater est. Hac laude Christi matrisque eius cùm se audiret laudari à quadam muliere Robertus, fundans & ædificans monasteriū Præmonstratense ait ei: Et maledicta tu, & qui tibi suggessit uerba dominica, & laudem eius in me miserum retorquere, qui etiam modica laude capi consueueram. Verbum Domini debet audiri reuerenter propter preciositatem. Si enim aliquis haberet particulam de ueste Domini, uel lachrymam quæ exiuit de oculis eius, vel stillā sanguinis quę exiuit de carne ipsius: valde reuerenter susciperet & seruaret: multo fortius uerbū Dn̄i quod nō solū egreditur de ore eius, sed de intimis cordis ipsius. Item patienter non cum tædio, uel murmure & detractione. Item obedienter, ut scilicet quod quis audit opere impleat. Mali libenter debent audire uerbum Dei ut corrigantur, nam uerbum Dei est medicina animæ contra morbum peccati. Boni etiam, qui sunt in statu triplici, libenter debent audire uerbum. Incipientibus enim hoc conuenit ut erudiantur: & illis verbum Dei est lac. Proficientibus etiam conuenit audire uerbum Dei, ut dirigantur in uia profectus spiritualis. Perfectis etiam conuenit audire uerbum Dei, ut amplius perficiantur: quibus uerbum Dei est solidus cibus. Est enim uerbum Dei manna cœleste, & sapit cuilibet pro suo uelle. Vnde Origenes: Nūc ergo festinemus cœleste manna suscipere: illud enim manna prout quisque desiderat, talem saporem reddit in ore eius. Tu ergo si uerbū Dei, quod in Ecclesia prædicatur, tota fide, & tota deuotione suscipias: fiet tibi ipsum uerbum quodcunque desideras. Verbi gratia: Si tribularis, consolatur te dicens: *Cor contritum & humiliatum, Deus non despicies.* Si lętaris prospere, futurorum cumulat tibi gaudia dicēs: *Lætamini in Domino & exultate iusti.* Si iracundus es, mitigat te dicens: *Desine ab ira & delinque furorem.* Si in doloribus es, sanat te dicens: *Dominus sanat omnes lauguores tuos.* Si in paupertate consumeris, consolatur te dicens: *Dominus alleuat de terra inopem: & de stercore erigit pauperem.* Sic ergo manna uerbi Dei reddet in ore tuo saporem quemcunq; uolueris. Hęc Origenes. *Adhuc autem,* Dn̄o Iesu prædicante, & q̄ suprà dicta sunt, *ad turbas loquente, mater eius & fratres,*

Chrysost. ho. 45. in Matt. Beda in c. 11. Luc.

Verbū Dei audire nolentes, beati esse nequeunt.

Rom. 10.

Matt. 7.

Robertus Premõstratensiū fundator.

Verbi Domini preciositas, & quo audiendum sit.

Verbū Dei audiendū.

Origenes hom. 7. in Exodum.

Psal. 50. *Psal. 31.* *Psal. 36.* *Psal. 102.* *Psal. 112.*

tres, id est consanguinei uenerunt: *quærentes eum,* licet enim Pharisæi essent mixti cum turbis, tamen principaliter prædicabat propter turbas erudiendas. Et quia faciliter eum adire præ turba non poterant, etiam ne fructum diuini uerbi impedirent, *foris stabant,* & miserunt ad eum uocantes ipsum. Fratres hic nocantur consobrini Domini secundum morē scripturæ, quæ sæpe consanguineos solet fratres nominare. Et cùm Dominus erat occupatus in officio prędicandi: primò unus, & post illū plures de turba dixerunt ei: *Ecce mater tua, & fratres tui foris stant quærentes te.* Isti insidias tendebant, ac malitiose & insidiando hæc dicebant, scilicet ad tentandum & explorandum, si carnis affectu prædicationem inceptam dimitteret, uel interrumperet, ut si spirituali operi præferret carnem & sanguinem, arguerent ipsum esse purum hominem, natum propter affectionem carnalem, & ut populus uidens quòd parentes carnales haberet, ipsum filiū Dei non crederet, cùm Deus carnaliter non generet. Et ideo multas implicant circunstantias, quæ ipsum mouere poterāt ad cessandū dicentes: *Ecce mater tua,* quæ pręcipitur honorari: *& fratres tui,* quos & natura & lex iubet diligi, *foris stāt,* expectantes te in loco exteriori, ubi uerecundum est stare, *quærentes te,* quasi propter te tantum uenerint, & ideo debes meritò ad eos egredi. Vnde Chrysostomus: Videns diabolus quia persuadebat populo Christus, esse se filium Dei, dicens: & ecce plus quàm Salomon hic: timens ne si filius Dei cognosceretur, qui putabatur homo, ipse derelinqueretur ab omnibus: ad conuincendos sermones eius, subintroduxit parentes ipsius carnales, ut per eorum contemplationem diuinitatis eius obscuraret naturam. Ideoque uenit aliquis, quasi diaboli aduocatus, qui humano ore uerba diabolica loqueretur dicens: *Ecce mater tua, & fratres tui foris stant uolentes loqui tecum.* ac si dicat: Quid gloriaris ò Iesu de cœlo dicens te descendisse, qui radices habes in terra? Ecce mater tua, & fratres. Non potes esse filius Dei, quē homines genuerunt: non potes in te filiū abscondere, quem natura conuincit. Hæc Chrysostomus: Sic & hodie multis prælatis procurat diabolus propinquorum multitudinem, ut in carnali affectione obscuret eorum dignitatem & sanctitatem. Et bene dicitur foris stant: ad significandum, quòd carnales amici clericorum debēt esse remoti ab eis, uel saltem à cordibus eorum, quantum ad carnalem affectum, & tamen in multis uidemus hodie contrarium. Mysticè secūdum Bedam: Mater & fratres Iesu possunt dici Synagoga, & Iudęi ex quibus secundum carnem est editus, qui foris stare dicuntur Christo prædicāte, quia Gentibus Christo credentibus Synagoga cū Iudæis extra fidem mansit pro maiori parte. Et notandum de beata virgine, ꝙ tanquam pia mater filiū quærebat paruulum, quia eius absentiam non sustinebat. s. quando eum amiserat: quærebat adultum, quia eius præsentia satiari non poterat, ut hîc petet: quærebat magistrum factum s. crucifixum: quia iam eius præsentiam amittebat, quando iuxta crucē stabat. Sed inuenit primò in medio doctorum interrogantem, nunc in medio populorum prædicantem: ultimo in medio latronum patientem. Primò, in tēplo. Secundò, in domo. Tertiò, in patibulo. Ibi cupiebat inuenire, & ideo laborabat & dolebat in quærendo filium: hic cupiebat videre, & ideo stabat foris expectādo eius aspectum: ibi cupiebat simul crucifigi, & ideo stabat iuxta crucem usque ad finem suum Iesus autem ad requisitionem matris uocatus, prædicationis officiū, pp matris affectū (licet eā summè diligeret & honoraret) relinquere, uel interrūpere noluit: qa nobiliora sunt opera misericordiæ spiritualis, quā corporalis: & utilitas matris Ecclesiæ, præferenda est utilitati matris pprię. In quo feruor Christi apparuit, quē in prædicādo habuit. Vnde insidiātes confutauit, & sicut qui intus prauā intentionē uidit, malignū eorū uerbū rationabiliter repulit, ostendens ꝙ spiritualis occupatio carnali affectioni, & opus Dei negocijs familiarium personarum præponi debet dicens: *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?* Ac si diceret matri & proximis. Nescio uos in opere spirituali, & patris mei prædicatio non est propter uos dimittenda, seu etiam interrumpēda. *Et,* quasi ad protestandum ueritatem: *extendens manus in discipulos suos,* qui in circuitu eius sedebant, *dixit: Ecce mater mea,* scilicet hi qui in me in suo corde concipiunt, & me per prædicationem in cordibus auditorum pariunt, *& fratres mei,* qui opera patris mei faciunt, & mihi in cœlo cohæredes erunt: quasi diceret in tantū est mihi aliquis propinquus, inquantum est spiritualibus actibus intentus. Et ille est mihi magis propinquus, qui spiritualibus operibus est magis intentus. Spirituales proximos præfero carnalibus, & utiliora opera minus utilibus, adeo ut spirituali operi uacās omnino carnales postponam affectus. Dominus se nosse matrem dissimulat, & per cognationem proximos, dicens sibi proximos esse per spiritum cōiunctos. Quo exemplo nobis monstrauit, quod uerbo docuit. s. qui amat patrem aut matrē plus quàm me, non est me dignus: id est, qui operi spirituali carnales præponit affectus. Qui ergo conferendis beneficijs & dignitatibus Ecclesiasticis, personas accipit, præferens carnem spiritui, & opus minus utile vtiliori: formam à Domino præscriptam relinquit, & maximè Deum offendit. Vnde Hieronym. Non matrē negauit, ne natus de phantasmate putaretur: sed Apostolus cognationi prætulit, ut & nos in comparatione dilectionis carni spiritum præferamus. Vnde & Ambrosius: Nec tamen iniuriosè refutantur parentes, sed religiosiores copulæ mentium docentur esse quàm corporū: nec putet esse aliquis offendiculum pietatis, ubi mandatum legis impletur. Vnde etiam Chrysostomus: Non spernens generationem carnalem, neque erubescens humanam conceptionem tale dedit responsum: sed uolens ostendere quia præponenda est cognatio spiritalis carnali. Deinde Dominus Iesus, quasi rationem dicti sui reddit quasi dicendo: nec solum discipuli specialiter, sed etiam quicunque fideles, & iusti æternaliter sunt mater mea & fratres mei. *Quicunque enim fecerit,* corde, ore, & opere, *uoluntatem,* in præceptis ac consilijs & exemplis, *patris mei qui in cœlis est: ipse meus frater, & soror, & mater est:* frater & soror credendo, quia filius Dei est: dedit enim eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Frater quippe & soror dicitur, propter utrunque sexum qui ad fidem colligitur. Qui autem Christi frater & soror est credendo, mater eius fit prædicando: & in cordibus proximorum dicto, uel exemplo eum generando. Igitur qui filij & filię ac hęredes Dei sunt per gratiā, & fratres, & sorores, & matres, ac hæredes Christi sunt, qui est Dei filius per naturam. Hinc etiam eos & fratres, & sorores, ac matres uocat, quoniam quasi fratres, & sorores ac matres diligit. Et his quidem uerbis apertissimè monstratur quòd carnali amori spiritualis

Fratres Domini.

Chrysosto. hom. 45. in Matthæū. Matt. 12. et Luc. 11.

Foris stant parentes.

Mysticè. Beda in c. 11. Luca. Maria Christum quæsiuit ter.

Non intermittenda officia diuina.

Matrem nosse dissimulat Dominus.

Hieron. in c. 12. Mat.

Ambrosius libro 7. in Lucam.

Ioan. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amor spiritualis præferendus carnali.

amor debet præferri: & propinquitas charitatis propinquitati consanguinitatis. Eo enim amore & matrem & fratres, omnesque propinquos nostros diligere debemus, quo Christus matrē & fratres suos dilexit. Diligebat enim eos, non quia magis secundum carnem propinqui erant: sed quia uoluntatem patris eius magis faciebant. Ille ergo magis Christo est propinquior, qui est melior. quia ut dicit Hieronymus: Non in sexibus, sed in factis discernit. Et ut ait Gregorius: Apud Dominum non gradus elegantior, sed uitæ melioris actio comprobatur. Hanc autem sententiam, secundum Chrysostomum, Dominus induxit, ut nullus de generis nobilitate, aut sanctorum propagine sine uirtute confidat: docens nos in nulla cognatione confidentes uirtutem negligere. Si enim Mariæ nihil prodesset matrem esse nisi uirtus adesset: quis utiq; alius per cognationem saluabitur? Vna enim nobilitas sola est uoluntatem Dei facere, & hic nobilitatis modus est illo melior & principaliter.

Gregorius epist. 32. Chrysostomus hom. 45. in Matthæū.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, da mihi ut uerbum tuum audiam fide credendo, & custodiam opere adimplendo; fac me spiritualiter per auditum portare, & per custodiam nutrire idipsum Dei uerbum. Da mihi Domine Deus meus ut occupationem spiritualem omni affectione carnali, & opus Dei negocijs humanis, ac uniuersaliter utiliora minus utilibus, te rectore, te duce præferam semper & præponam. Fac me corde, ore, & opere tuam in præceptis, consilijs & exemplis sacere uoluntatē: ut merear seruitor tibi gratus fieri, & tandem inter Dei filios & hæredes per tuam gratiam computari. Amen.*

De increpatione Pharisæorum, & legis doctorum. Cap. LXXVI.



CVM autem Dominus iam præmissa loqueretur, *rogauit eum quidam Pharisæus ut prandaret cum illo.* Inuitabant Pharisæi Dominum non ut reficerent: sed ut comprehenderent, accusarent, & perderent. Vnde ad domum Pharisæorum non intrabat nisi rogatus, sed ad conuiuium Publicanorum bene ibat etiam non inuitatus. Supponendum est quòd Dominus post sermonem exiens de domo, in qua hospitatus fuerat & docuit, locutus est matri,

Luc. 11. Matt. 23.

decētem honorem exhibens ei: & deinde uit ad domum Pharisæi, magis intendens reficere, quàm refici. Vnde Cyrillus: Sed Christus qui Pharisæorum nequitiam nouerat: dispensatiuè condescendit, satagens commonere eos, ad similitudinem optimorum medicorum, qui grauius infirmantibus afferunt remedia suæ industriæ. *Et ingressus*, domum, *recubuit*; & requieuit, id est ad comedendum se posuit. Omisit autem lauare manus, ut illorum errorem corrigeret qui credebant, quòd illa lotio ad salutem necessaria esset: & ut per eam interior mundatio à peccatis fieret: & ut demonstraret quòd non lotis manibus manducare, hominem non coinquinat. Vnde Pharisæus intra se murmurauit, & reputauit magnam esse culpam quòd secundum traditiones Iudæorum non esset lotus ante prandium. Mira stultitia: filium Dei arguit, quia præcepta hominum non seruat, qui traditionibus hominum subiectus non erat. Dominus autem cogitationi illius respondit: ostendens per hoc se esse Deum, cui nuda & aperta sunt secreta cordium, & arguit ipsos Pharisæos, qui quod foris erat à sordibus exterioribus mundabant: & quod intus erat, à macula rapinæ, & iniquitatis & fraudis nō mundabāt: quia de mūditia exteriori in uasis & corporibus suis erant multum solliciti & diligētes, & de munditia interiori ipsius mentis negligentes, & non curantes: cùm tamen meritò deberet esse ecōuerso, quia interior munditia est necessitatis: exterior autē solummodo honestatis: unde non interior, sed exterior sine peccato omitti potest. Et ideo Christus exteriorem lotionem omisit, ut haberet occasionem arguendi Pharisæos: de exteriori munditia tantum curantes, & interiorem negligentes: exterius simulātes iustitiam, & sanctitatē, intus retinentes nequitiam & iniquitatem. Sed ò Pharisæe mūda prius quod intus est, s. cor & animā à fraude & malis desiderijs ut mūdum fiat, quod est de foris, ut foris per opera ueraciter sanctitatē ostendere possis. Qui enim utrāque hominis naturam, s. corpus & animam fecit, utramque mundari desiderat. Vbi Beda: Hoc contra illos qui corporalia peccata, fornicationem uidelicet, immunditiā, libidinē, furtum, rapinam & cætera talia, quasi grauissima detestantur: spiritualia uerò quæ non minus damnat apostolus, hoc est amaritudinem, iram; indignationē, clamorem, blasphemiam, superbiā, & auaritiam quæ est idolorum seruitus, ut leuia contēnunt: Hæc Beda. Per hoc etiam arguuntur illi qui de minoribus magnā uim faciunt, & de maioribus parū curant. Sicut aliqui religiosi plus ponderant fractionem silentij, uel aliquid eiusmodi, quā iniustum gra uamen proximi, uel aliam etiam transgressionem præceptorum Dei. Pharisæis etiam similes sunt clerici, qui bene tonso capite & rasa corona in ueste alba & munda, & lotis manibus accedunt ad altare intus pleni auaritia & iniquitate, alijsque immunditijs multifariè: ac legem Dei postponentes, & traditiones hominum in exterioribus sollicitè custodientes. Deinde Dominus, quasi bonus ꝓceptor, docet qualiter nostri contagium corporis mundare debemus, dicens: *Veruntamen*, do uobis salutis consilium, scilicet, *quod superest*, id est, de eo quod supereſt post aliorum restitutionem, *date eleemosynam*, quia primò debet fieri restitutio, & de eo quod remanet eleemosynarum elargitio: uel secundū Bedā, de eo quod supereſt victui & uestitui necessario. Neque enim ita facienda iubetur eleemosyna, ut teipsum consumas inopia: sed ut tui cura corporis expleta, inopem quantum

Beda in c. 11. Lucæ. Eph. 5.

Pharisæorum similes.

quantum uales sustentes. *Et ecce omnia munda sunt uobis*, quia eleemosyna magnam habet uirtutem ad peccatorum remissionem. Vnde in Daniele dicitur: *Peccata tua eleemosynis redime.* Vel, *ueruntamen*, consilium & remedium, *quod supereſt.* & restat post tanta scelera do uobis: hoc s. *date eleemosynam*, scilicet ordinatè ut incipiatis à uobis. Quod dictum sic est intelligendum, ut prius homo sibi faciat eleemosynam mundando se interius per fidem & baptismum credendo in Christum: & si post baptismum immundi tia innocentiæ fuerit fœdata, emundet conscientiam per pœnitentiam: qui enim uult ordinatè eleemosynam dare, id est misericordiam facere, à seipso debet incipere, & eam primò sibi dare. Est enim eleemosyna omne opus misericordiæ. Vnde in Ecclesiastico dicitur: *Miserere animæ tuæ placens Deo.* Nullum enim opus hominis Deo placere potest, nisi ipse prius placeat. Vnde in Gen. legimus q̄ Deus prius respexit ad Abel quàm ad munera eius. Et tunc supereſt, ut qui propriæ subuenit miseriæ, subueniat & alienæ dando eleemosynam procedentem ex fide & charitate, & sic per misericordiam sui & proximi omnia munda sunt: & nullam mentem inquinant & immundam faciunt. Ergo misericordia & abolitio peccati promittitur omnibus misericordiam facientibus. Quod itaque hic dicitur, *date eleemosynam*, ad omnia quæ utili miseratione fiunt valet. Non enim solum qui dat esurienti cibum, & cætera huiusmodi: verumetiam & qui dat ueniam peccanti, atque orat pro eo: & qui corripit, & alia emendatoria pœna plectit, eleemosynam dat. Vnde Augustinus: Facere eleemosynam, est facere misericordiam. Si intelligis, à te incipe. Quomodo enim misericors es alteri si crudelis es tibi? Audi scripturam dicentem: Miserere animæ tuæ placens Deo. Redi ad conscientiam tuā qui cunque malè aut infideliter uiuis, & ibi inuenies mēdicantem animam tuam: inuenies egentem, pauperem, erum nosam: inuenies forte nec egentem, sed egestate obmutescentem: quando inueneris animam talem intus in corde tuo, illi fac prius eleemosynam. In iudicio & charitate fac eleemosynā cū anima tua. Quid est iudiciū? Dispice tibi. Quid est charitas? Dilige Deum, dilige proximum. Hanc eleemosynam si prætermittis, quantumuis ames: nihil facis, quando tecum non facis. Hæc Augustinus. Et quia Pharisæi ex hypocrisi non solum quærebāt exteriorem mundiciam, sed etiam apparentem iustitiam ac decimas dabant: & eleemosynam faciebant: putauerūt Christum inaniter loqui, quasi eis qui eleemosynam non facerent, & eum in cordibus suis deridebant. Non solum enim triticum, uinum & oleum: sed etiam res contemptibiles: scilicet ciminum rutam, mentam, & huiusmodi decimabant: & de reliduo eleemosynam faciebant, quod non facile facit Christianus aliquis, ut per hoc apparerē iusti, quasi uolendo implere mandatum Dei de decimis reddēdis, etiam circa minima, ut per hoc crederentur multum uoluntarij ad implemdum diuina mandata, cùm tamen essent transgressores in maioribus, & ut de eis diceretur à videntibus, quoniam omnium decimas dant, qui etiam olerum decimas dare non negligūt. Dominus uerò cogitatum eorum sciens, subiunxit dicens: *Væ*, scilicet damnationis, *uobis Pharisæis, qui decimatis mentam, & rutam, & omne olus*, scilicet minuta & contēptibilia fructuum uestrorum, *& relinquitis grauiora legis*, scilicet, *iudicium & iustitiam*, subuertendo, *ac charitatem*, & opera misericordiæ omittendo. Non est hoc facere misericordiam & eleemosynam, *hæc*, enim, scilicet iudicium & charitatem: *oportet facere*, primo loco: quia hæc præcepta sunt ad Dei honorem, & illa scilicet decimam & eleemosynā non omittere, quę sunt ad sacerdotum & proximi necessitatem. Illa facite, & ista præponite. Non enim per eleemosynam emitur impunitas in iniquitate manentibus. Decimantes igitur & eleemosynam facientes, exteriora mundabant: sed quia iudicium & charitatem relinquebant, interiora non mundabant.

Dan 4.

Eccle. 30. Gen. 4.

Augustin. ser. 30. de verb. domini. Eleemosynā facere.

Prælatorū auaritia.

Optimè autem coniunguntur iudicium & charitas, quia iudicium sine charitate vergit in crudelitatem: charitas sine iudicio in remmisionem: charitas cum iudicio in æquitatem. Istud autem de decimatione potest dupliciter intelligi. Vno modo respectu sui, quia licet ministri templi acciperent decimas à populo: tamen de illis acceptis à populo, & de his quæ habebant ex labore suo, decimas reddebant sacerdoti summo: & ideo ad simulationem sanctitatis reddebant eis decimas de minimis. Hoc etiam faciebant ratione cupiditatis: vt per exemplum sui inducerēt populum ad reddendum sibi decimas de omnibus usque ad minima. Alio modo potest intelligi respectu aliorum, quos per doctrinam suam inducebant ad decimas strictè sibi soluendas. Illud etiam quod de omissione grauiorum legis additur, similiter dupliciter intelligitur. Vno modo respectu sui, quia ista quæ erant magnæ necessitatis facere omittebant.

Alio modo respectu aliorum, quia alios ad talia obseruanda inducere negligebant. Similiter hodie faciunt sacerdotes Ecclesiæ & prælati qui solliciti sunt circa subiectos de redditione decimarum, & similiū quæ eis debentur, & parum curant si in maioribus criminibus inuoluantur. Et quia honor est præmiū virtutis, & ex appetitu apparentis iustitiæ, sequitur appetitus indebiti honoris: ideo consequenter arguit arrogantiam & ambitionem Pharisæorum, comminando eis uæ & pœnam æternam, dicens: *Væ*, id est æterna damnatio imminet, *uobis Pharisæis qui diligitis primas cathedras in synagogis.* Non dicit qui habetis cathedras: sed, qui diligitis: has enim appetere, ambitionis est: iniunctas suscipere, charitatis. In quo reprimit omnem indebitum appetitum honoris, & instruit nos vt ambitione careamus, & primatum in Ecclesia non ambiamus. Væ ergo miseris ad quos Pharisæorum uitia transierunt: qui per breue & incertum huius uitæ suæ curriculū quo peccata humiliter deplangere debuerunt, ad prioratum aspirare, uel pro eo certare non metuunt. Et non solum uolebant esse doctores & magistri in synagogis, uolētes vocari ab omnibus rabi, sed etiam quærebant, *salutationes in foro*, causarum & negociorum, ex quo videtur quòd iidem erant in synagoga magistri, & in foro aduocati. Sed non conuenit ut litibus intendant qui diuino officio mancipantur: nemo enim militās Deo implicat se negocijs secularibus. Vnde Rabanus. Culpa non carent si in foro litibus intēdant, qui in cathedra Moysi & Synagogæ magistri cupiunt appellari. Et quia vitia occulta puniētur adeo grauius, quanto peccatores tales volunt alli præferri in honoribus: ideo post hæc arguit eorum simulationē, comminando eis væ pœnę æternę, quia erant quasi sepulchra quę non apparent, scilicet exterius qualia sunt interius, quia aliquando exterius ornantur, & fœtore interius replentur: & homines ambulantes suprà, nesciūt qualia sunt intrà. Sic quicunque decepti per Pharisęorum & hypocritarum sententias eos imitan

Litibus abstineat clericus. Rabanus in Matth.

tur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, quasi suprà sepulchra ignoranter gradiuntur. Et bene comparat eos mortuorum sepulchris, quia anima mortua est in corpore hypocritę & peccatoris. Vnde sepulchrum dicitur, quasi semi pulchrum, & tales sunt hypocritæ exterius nitidi, & interius fœtidi. Tales non sunt filij sponsæ, id est Ecclesiæ, quæ dicit: Nigra sum, scilicet exterius: sed formosa sum, scilicet interius: sed isti econtrario sunt dispositi. Hic reprehenditur quælibet sanctitatis simulatio falsa: vt abstineamus ab ea. Vnde Cyrillus: Per ea quibus illos reprehendit, nos facit meliores: vult enim ambitione nos carere, & non plus uenari apparentiam, quàm veram existentiam, quod tunc Pharisæi agebant. Vnde & Chrysostomus: Sed quòd tales extiterint Pharisæi non est mirabile. Si autem nos digni reputati fieri templa: fiamus repentè sepulchra solum fœtorem continentia, hoc est extremæ miseriæ. *Quidam autem legisperitus*, dicta à Christo contra Pharisæos incontumeliam legisperitorum, retorquet dicens: *Magister hæc dicens*, non tantum Pharisæis, sed, *etiam nobis*, legisperitis qui maiores sumus, *contumelium facis*. Hic legisperitus ignorabat imperitus legem veritatis: quia redargutio culpæ, non est contumelia personæ: & qui erubescit redargui, cessat à culpa: nec offendat eum corripientis charitas, sed propria iniquitas. Vbi Beda: Quàm misera conscientia, quæ audito Dei verbo, sibi contumeliam fieri putat: & commemorata pœna persidorum, se semper intelligit esse damnandam. Vnde mihi meisque similibus vnum superest suffragium Domino cum Propheta supplicare: *Vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas: tunc non confundar, dum respiciam in omnia mandata tua.* Hæc Beda. Communiter scribæ & legisperiti erant doctores legis, quæstiones legis solùentes: Pharisæi verò, scilicet sacerdotes Iudęorum, diuisi ab alijs, quasi religiosi videbantur. Dominus autem liberrimus vitiorũ corrector, nec legisperitorum altitudinem verebatur: sed eos redargui, quia peccata eorum publica & manifesta erant, & ideo publicè eos arguendo, contumeliam eis non faciebat: prout iste legisperitus sibi imponebat. Sed non sic hodie nostri maiores faciunt qui in corrigendo personas accipiũt. Vnde Augustinus: Nostri principes cum pauperes delinquentes publicè arguãt & confundant, diuitibus maiora peccantibus, nec nutum faciunt. Quapropter Anaxagoras leges principum telis aranearum comparabat, quæ minora animalia capiunt, & maiora transmittunt. Vnde Chrysosto. Si possibile esset in diuites vindictam procedere: videres ex eis repleri carceres vniuersos. Sed cum omnibus suis hoc malum habent diuitiæ, quòd in malignitate peccantes ab vitionibus eruunt. Vnde etiam Valerius Maximus narrat, quòd Socrates videns unum duci ad suspendium risit, & interrogatus cur rideret, respondit: Video magnos latrones ducẽtes paruum latronem ad suspendium. Minuta sacrilegia puniuntur: sed magna triumphis extolluntur. Vnde & Augustinus: Remota iustitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia? & latrocinia quid sunt nisi parua regna? Ideo eleganter & veraciter Alexandro Magno quidam pirata comprehensus, cum ab eo interrogatus quid sibi ut mare infestum haberet, ille libera voce respondit, quid tibi vt orbem terrarum? Sed quia ego exiguo nauigio facio, latro vocor: quia tu magna classe, imperator. Et reuera sic heu est & hodie: nam minores & pauperes pro leui transgressione grauiter puniuntur: sed maiores & potentes etiã pro enormibus nihil patiuntur. Sed non glorientur quia in præsenti sic intacti permanent: nam in futuro pœnas debitas cum vsura recipient. Tunc potentibus qui hic perperam pauperes innocentes iudicabant: nullum erit consistorium, nullum tribunal: sed coram illis tunc iudicio stabunt, quos hic suo peruerso iudicio nedum iudicabant, sed & sæpius condemnabant. O quod in iustitiæ fiunt hodie in una ciuitate, de quibus non esse mirum si ipsa & tota patria redigeretur in nihilum. Aliter enim iudicant extraneo quàm domestico. Aliter minori quàm maiori. Aliter per carnẽ coniũcto q̃ remoto. Aliter pauperi q̃ diuiti: quod omnino & manifeste est contra legem Dei altissimi. Nullam quippe legem scriptam in iudicando respiciunt, sed secundum affectiones uarias quas ad diuersas personas habent, sententias uarias proferũt: dicentes, sic vel sic mihi videtur: nec dicunt, sic vel sic in lege scriptum habetur. Quanta autem mala iniusti tia inducit, patet ex bonis quæ iustitia facit. De quibus Cyprianus sic ait: Iustitia regis, pax populorum, tutamen patriæ, unitas plebis, munimentum gentis, cura lãguorum, gaudium hominum, temperies maris, aeris serenitas, terræ fœcunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorũ, & sibimetipsi spes futuræ beatitudinis. Hæc Cyprianus. Horũ omnium contraria timenda & expectanda sunt de iniustitia: quia in lege veteri & Euangelica legitur populus punitus propter mala iudicia. Et heu iniustitia & malorũ consuetudo in multis locis intantum excreuit, quòd vix extirpari possit. Vnde quia mala consuetudo multa mala inducit; ideo apud Longobardos communiter dici consueuit, quòd melius est in ciuitatem ignem ponere, quàm malã consuetudinem, inducere: quia ad extinguendum ignem omnes currunt, ad malam verò consuetudinem ampliandam omnes intendunt. Sed vtinam sequerentur doctrinam & consilium Senecæ, qui sic dicit de consuetudine: Bona consuetudo excutere debet, quod mala induxit. Et primò redarguit Dominus legisperitos de immoderata dominatione & inordinata austeritate, comminando eis, *uæ*, damnationis, quia alijs onera importabilia imponebant: & ipsi nec vno digito tangere sarcinas curabant, id est alijs imposita nec in minimis perficiebãt: alijs erant seueri, & sibi nimis propitij: contra ius naturale in alijs fieri volebant quod sibi nolebant: dicebant & non faciebant: docebant grandia, & non faciebant minora. Isti diuersa pondera habebant: aliter enim facta propria, & aliter aliena ponderabant. Vbi Theophilus: Quotiens enim doctor facit quæ docet alleuiat fasces tradens ad exemplum seipsum. Quando verò nil agit eorum quæ docet: tunc graues fasces uidentur eis qui doctrinam suscipiunt: vt pote quæ nec à doctore possunt portari. Per istos signãtur prælati, alijs imponentes grauia & magna, & pauca faciẽtes aut nulla. Vnde Gregorius Nicenus: Tales sunt modo multi iudices seueri peccantium, & debiles agonistæ: intolerabiles legislatores, & debiles portitores: nec appropinquare volentes nec palpare uitæ honestatem, quam irremediabiliter exigunt à subiectis. Deinde redarguit legisperitos, condemnando eos de simulata deuotione, & falsa religione: quia ob fauorem vulgi captandum simulabant se horrere & cõdemnare acta & peccata ac perfidiam patrum suorum, *monumenta Prophetarum quos occiderunt patres*, eorum per hypocrisim & non ex pietate, magnificẽ ędificando & ornando: quasi de morte innocentum Prophetarum dolentes & dicentes, quòd si fuissent in

Simulatio proscribitur.

Chrysost. hom. 84 in Mat.

Cyprianus lib. de duodecim abusionibus. Iustitia laudes.

Beda in ca. 11. Luca.

Consuetudo mala plus nocet ignis.

Psal. 118.

Augustin. lib. 4. de ciuitate c. 4.

Pirata responsum.

in, *diebus patrum*, suorum, *non*, essent, *socii in sanguine Prophetarum*, vt viderentur iustiores patribus suis, qui occiderunt illos: sed ipso opere testificabantur quantum paternæ nequitiæ consenserint persequendo Christum Dominum Prophetarum eis promissum, & ab ipsis Prophetis prænunciatum. Defectus aliorum videbant & nõ suos. Quia vt dicit hic Chrysostomus. Alter alterius culpam facile intelligit, suã difficilè. Secundum literalem sensum hoc faciebant vt viderẽtur horrere crudelitatem patrum suorum: & similiter faciunt qui vitia verbis detestantur, vt ab eis immunes ab ignorantibus videantur. Deinde redarguit legisperitos condemnando eos de praua & peruersa scripturarum expositione: quia gloriabantur se habere notitiam legis & prophetarum, quam Christus vocat clauem scientiæ: quia per hanc notitiam potuerũt in fidem & veritatem Christi intrare: sed ipsi malitia excæcati hanc clauem abstulerunt: dicta legis & Prophetarum, vel truncando, vel peruersè intelligendo & exponendo, ac Christi dogmata & opera denigrando: vt ipsi ad intellectum veritatis & fidem non intrarent, nec alios qui intrare desiderabant, intrare permitterent: quia peruersitate doctrinæ suæ prohibebant. Clauis ergo scientiæ est authoritas docendi, per quam debet intellectus uerus latens interius aperiri, & ipsi econtrario claudebant peruersè interpretando, & alios in errorem ducẽdo: ut patet circa præceptum de honore parẽtum, quod per suam euacuabant doctrinam: & etiam circa alia plura Domini præcepta secundum Bedam. Omnis etiam doctor qui auditores quos uerbo ædificat, exẽplo scandalizat: nec ipse regnum Dei intrat, nec eos qui poterant intrare permittit. De præmissis redargutionibus Scribarum & Pharisæorum habes latius infrà feria tertia post palmas: ubi ponuntur multa similia, sed non sunt eadem, quia diuersis temporibus dicta. Vltimo exaggerat Pharisæorum & legisperitorum nequitiam & obstinationẽ, qui ex uerbis Christi nõ fuerunt emendati: sed magis peiorati, quia *cùm* Dominus, *hæc*, præmissa ad illos diceret, ueritate offensi cœperunt doctorem ueritatis persequi, & dolo sè sibi insidiari: quia cœperunt hæc grauiter insistere, id est resistere ac instare, *& os eius comprimere*, id est sermonem eius in pluribus interrumpere, seu uerba oris eius calũniari, *de multis insidiantes ei*, &, multa ab eo insidiosè, *quærentes*, ut eũ tererrent & stupefacerent: quia conturbati minus præuident, & sic ex uarijs quæsitis & obiectis aliquid calumniabile de ore eius extraherent: & in uerbis eum caperent ut accusare eum possent. Doctrina ergo ueritatis fiebant deteriores, qui inde debuerant fieri meliores. unde Beda: Quam uera perfidiæ simulationis & impietatis suæ crimina audierint, ipsi testantur, qui tanto intonante turbine, non ipsi resipiscere: sed doctorem ueritatis insidijs moliuntur aggredi.

Chrysost. hom. 45. operis imperfe.

Pharisæorũ obstinatio.

Beda in ca. 11. Luca.

ORATIO.

OMNE *Iesu Christe, da mihi ante prandium spirituale, scilicet ante perceptionẽ sanctæ eucharistiæ, per confessionẽ puram spiritualiter baptizari & lauari, ut ab inimicorum insidiis & accusationibus te protegente ualeam liberari. Da mihi uitare omnem hypocrisim & simulationem: omnem arrogantiam & ambitionem: ne peccem in te, uel in proximum meum per mendacem usurpationem perfectionis, per excellentiam singularitatis, per temeritatem iniusti iudicij, uel per prauitatem cuiuscunque mendacij, ne cùm Pharisæis in uanitate participem, sed te ueritate me ducente per te uiam, ad te uitam misericorditer perueniam. Amen.*

De fratre petente diuidi hæreditatem, & de diuite uolente horrea ampliare.
Cap. LXXVII.



VIDAM autem de turba cognoscens Iesum esse iustum, dixit ei: *Magister dic fratri meo, ut mecum diuidat hæreditatem.* Non fuit iste expertus quàm bonum, & quàm iocundum, habitare fratres in unum. Inconuenienter autem petebat, quia nec tempus, nec locus erat: & Christus temporalibus non intendebat: imo ea contemnere docebat, qui etiam tantum colligere & non dispergere uenerat: & ideo respondit dicens: *Homo*, scilicet carnalis & terrenus, humum sapiens, & secundum hominem ambulans, *quis me constituit iudicem*, scilicet litium, *aut diuisorem*, scilicet facultatum, *super uos*, scilicet qui fratres estis inter quos non iudex, sed pietas debet esse sequestra: quasi diceret: Nõ sum missus, siue constitutus ad iudicium terrenarum possessionum, sed cœlestium. Non sum dissensionis Deus, sed collectionis, & pacis, & unitatis: qui ueni homines pacificare cum Deo & Angelis & ut multi cor unum & animam unam habeant: nõ ut diuidantur per diuersa, sed ut colligantur & habeant omnia communia: nec sit aliquis egens inter illos, sed diuidatur singulis, prout unicuique opus fuerit. Ille qui non colligit mecum, est fraternitatis diuisor & dissẽsionis author. ubi Beda: Qui magistro supernæ pacis gaudia commendanti terrenæ diuisionis uult ingerere molestiam: merito homo uocatur secundum illud. *Cùm sit inter uos zelus & contentio nonne homines estis?* ubi Ambros. Bene ergo terrena declinat, qui propter diuina descenderat. Nec iudex dignatur esse litium & arbiter facultatum, uiuorum habens mortuorumque iudicium & arbitrium meritorum: Non solum ergo quid petas, sed à quo postules intuendum est. Nec maioribus intento animo, putes minoribus obstrependum. Vnde non immeritò refutatur hic frater, qui dispensatorem cœlestium gestiebat corruptibilibus occupare hæc Ambrosius. Per hoc quòd Christus noluit se intromittere de diuisione hæreditatis terrenæ: ostendit quòd prædicatores Euangelij, & spiritualibus dediti, non debent se intromittere de negocijs secularibus, ob quæ minus solliciti sint de spiritualibus. Sic & Apostoli

Luca. 12. Psal. 132.

Christus litium iudex esse noluit.

Act. 4. Beda in ca. 12. Luca.

1. Cor. 3. Ambrosius libro. 7. in Lucam.

Prædicatores à secularibus se abstineant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act. 6. ſtoli ut poſſent uacare uerbo Dei, euram temporalium à ſe abiecerunt dicentes: *Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis.* Sed heu hodie perſonæ Eccleſiaſticæ litibus & cauſis eouſq; occupantur, ut his ſolummodo vacare videantur, vtiliora poſtponentes, & legem Dei: auaritia ad hoc tracti & inuitati. Primò quidē floruit Eccleſia in ſtrage martyrum. Secundò, creuit in perſecutione hæreticorum: nūc autem corruptioue falſorum fratrum litibus & inutilibus creſcere non deſinit. Quāuis ergo Dominus poterat, tamen diuidere nolebat: ne, ſicut multi faciunt, ſpiritualia propter temporalia intermitteret, & ne ſauere videretur auaræ cupiditati petentis, qui ad circunueniendum fratrem hoc petebat: & quem non tam ius, quàm res & amor habendi trahebat: quíque terrena & non cœleſtia ſapiebat, ſicut terreni inter quos huiuſmodi zelus, & contentio diuidendæ hæreditatis eſſe ſolet. Vnde & ex hoc conſequenter auaritiam quæ à Deo ſeparat: ſtatim reprehendit, & cauere docuit dicens, tam ad turbas quàm ad diſcipulos, quia auaritia commune vitium eſt tam clericorum, quàm laicorum: tam religioſorum, quàm ſecularium: tam minorum, quàm

Beda in ca. 12. Luca. maiorum, quia omnes auaritiæ ſtudent. Vnde eos, ſecundum Bedam, occaſione huius ſtulti petitoris aduerſus auaritiæ peſtem, quæ radix omnium malorum eſt, præceptis pariter & exemplis munire ſatagit

1. Tim. 6. dicens: *Cauete ab omni auaritia*, ſcilicet tam interiori quàm exteriori quæ conſiſtit in cupida acquiſitione

Beda ibidē. temporalium & tenaci retentione eorum. unde Beda: Dicit autem, *ab omni*, quia non nulla ſimpliciter ab hominibus geri videntur: ſed internus arbiter qua

Matth. 4. intentione fiant, quia cernit, diiudicat. vel ſecundum Cyrillum, dicit ab omni, ſcilicet magna & parua. *Quia non in abundantiam diuitiarum cuiuſquam vita eius eſt*, ſcilicet ſpiritualis, per quam coniungitur Deo, qui non in ſolo pane uiuit homo: nec etiam corporalis, quia temporalis uita diuitiarum multitudine non protenditur: imo frequenter ex ſollicitudinibus animarum, & delitiis corporum, minuitur. Vita hominis temporalis non conſiſtit in abundantia rerum: quia quādoque plus minuitur & abbreuiatur in proſperitate, quàm aduerſitate. Vita etiam ſpiritualis nō conſiſtit in abundantia: imo frequenter perclitatur.

Chryſoſto. de his qui vacant delitijs. Seneca de uitæ breuitate. vnde Chryſoſt. Neque enim animæ ſoli, ſed ipſi corpori ſunt nociuæ delitiæ: eo quòd ex forti fit debile, & ex ſano ægrotiuum: ex agili graue, ex formoſo deforme, ex iuuene veternoſum. vnde & Seneca: Poteſt noſtra prouidentia longiorem prorogare huic corpuſculo moram: ſi voluptates quibus maior pars perit, poterimus regere & coercere. Hæc Seneca. Propter abundantiam quoque & ſuperfluitatem ciborū & potuum, mors plurimum acceleratur. Plures enim ex repletione quàm ex attentatione moriuntur. vnde dicit Hipocrates quòd ex plenitudine, quæcunque ægritudines generantur. Vitæ etiam pauperum nullus ſtruit inſidias: diuites autem in omni loco, ci-

Theophil. in eum locum. bo & potu timent eas. vnde Theophilus: Hoc dicit Dominus refellens auarorum intentiones, qui vidē tur coaceruare diuitias, quaſi diu victuri. Sed nunquid te opulētia longæuum efficiet? Quid igitur manifeſtē ſuſtines mala tam incertæ quietis. Nam dubiū eſt an debeas attingere ſenium, cuius gratia theſaurizas. Et ad deteſtandum auaritiam, & ad ſuum propoſitum declarandum, inducit ſimilitudinem.

Idem ibidem. vnde Theophilus: Dico quòd ex affluentia opum non protelatur vita humana: ad huius fidem parabolam ſubdit: *Hominis cuiuſdam diuitis uberes fructus ager attulit*, id eſt abundantes & multo plures quàm ſolito curſu conſueuit: & cogitabat præ ſollicitudine, quia abundantia diuitiarū inducit ſollicitudinē, & per conſequens animi anxietatem, quia non ſuppleat indigentiam. *Cogitabat inquam intra ſe dicens*: non extra ſe proferens, ne audiretur: diues enim auarus omnem hominem timet: nam ſecundum Auguſtinum: Videt diuitem, & æſtimat prædonem: videt pauperem, & ſuſpicatur furem. *Quid faciam quia non habeo quò congregem fructus meos*. Anguſtiabatur iſte diues ex opulentia, infœlix in præſentibus bonis, infœlicior in futuris: ager enim ei non tam redditus, quàm gemitus attulit grauiores: & ſollicitudo nimia creuit ei ex auaritia, & anguſtia ex ſatietate: *deſtruam horrea mea, & maiora faciam*: Non opportebat eum horrea dilatare: bene erant horrea parata, ſcilicet pauperum eſurientium ventres, ſed non meminit communis naturæ, nec ſciebat cogitare, niſi de congregatione temporali, non de cœleſti, cuius horrea ſunt pauperes Chriſti. *Et illuc inquit congregabo*, cùm econtrariò deberet diceret diſpergam pauperibus, *omnia quæ nata ſunt mihi*, id eſt propter me ſolum, vel meo labore, *& bona mea*, in quo dicit mendacium, quia ex iniquitate dictum eſt meum & tuum: cùm omnia iure naturæ eſſent communia. Bona ſua reputant temporalia, cùm tamen hominis, vt homo eſt, ſint bona ſpiritualia, & non terrena. unde Gregorius: Non eſt hominis terrena poſſeſsio, ſed cœleſtis. Et Ambroſius: Non ſunt bona hominis quæ ſecum ferre non poteſt: ſola miſericordia eſt comes defunctorum. Vnde dixit quidam philoſophus, qui de incendio euaſerat, Ego nihil perdidi: bona mea mecum ſunt: animo enim illa porto, non humeris. Bona noſtra, bona interna ſunt. Vnde Seneca: Sapiens intra ſe omne bonum terminabit. Et dicit idem Seneca, quòd quidam capta patria & liberis amiſsis: cum ex incendio publico ſolus, & tamen beatus exiret: interroganti uictori num aliquid perdidiſſet, nihil inquit perdidi: bona mea mecum ſunt. *Et dicam an mea meæ*, id eſt animalitati meæ, uel mihimetipſi, ſecundum quòd totus homo denominatur, à parte digniori. *Anima mea habes multa bona*: imo habebatur ab eis, *poſita*, id eſt repoſita & congregata ad obſeruandum auarè: non ad erogandum liberè, *in annos pluri mos*. Vbi Cyrillus: Diues igitur non parat permanentia horrea, ſed caduca: & quod ſtultius eſt, uitæ ſibi taxat longitudinem. Sed ò diues, fructus quidem habes in horreis, ſed annos plurimos unde poteris obtinere? Hic arguitur habentium redditus ſibi ſufficientes reprehenſibilis detentio, & collectio ſupra annum eorum, quæ ſingulis annis redeunt & innouantur. Et ſubiungit: *Requieſce*, ſcilicet à labore, ubi peſti auaritiæ peſtem iungit deſidiæ, ut nec pro temporalibus Deum interpellet, ecce ociſitas: *comede*, ecce guloſitas: *bibe* ecce ebrietas: *epulare*: ſplendidè & ſuperbè magno delitiarum apparatu, ubi prædictis malis etiam laſciuiā & uoluptatem addit, ecce commeſſationis celebritas. Hic ergo exprimuntur quatuor mala quæ euenire ſolent ex diuitiarum abundātia. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia*, in epulatione, *ſaturitas panis*, in commeſtione *& abundantia*, in ebrietate, & otium in requie. Vbi Beda: Cui ſimile eſt quod in Eccleſiaſt. legitur: *eſt qui locupletatur parcē agendo, & hæc eſt pars mercedis illius in eo quòd dicit inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis ſolus: & neſcit quod tempus præueniat & relinquat omnia*

Diuites omnes formido loſi ſunt. Auguſtin. ſer. 20 de verbis domini.

Ambroſius lib. 7. in Lucam.

Bim.

Ezech. 16.

Eccl. 11.

alijs. Secundum eundem Bedam non reprehenditur iſte diues in eo quòd terram coluerit, & fructus ſeruare voluerit: ſed quòd omnem uitæ ſuæ fiduciam in ſua abundantia poſuerit: fructuſque natos fructus ſuos & ſua bona computans, nihil pauperibus erogare conſtituerit, iuxta imperium Domini dicentis: *Quod ſupereſt date eleemoſynam*, ſed ſuæ in futurum eleemoſynæ reſeruare ſtuduerit. Sed (vt dicit Baſilius:) dum in abſcondito loquitur, cloquia eius examinantur, unde ſibi reſponſa proueniunt.

Luc. 11.

Baſilius ho. 6. in diſcentes.

Sequitur enim: *Dixit autem illi Deus*, id eſt contrariū ſuæ cogitationi fecit: dicere enim Dei, facere eſt: ſecundum illud Pſal. *Ipſe dixit & facta ſunt. Stulte*, qui non cogitas de Dei prouidentia & iuſtitia. Vbi Baſilius: Audi cōueniens tibi ſtultitiæ nomen, quod tibi nullus imponit hominum, ſed ipſe Deus, *hac nocte repetent*, ſcilicet exactores & dæmones, *a te animam tuam*, tamquam ſuam, & ſibi per peccatum venditam & obligatam, vt de cætero tempus non habeas emendandi & te redimēdi. Vnde in Eccleſiaſtico, *nihil iniquius quàm amare pecuniam, hic enim animam ſuā uenalem habet*. Vbi Beda: Qui multa tibi delitiarum tempora promittebas, proxima hac nocte morte præreptus alijs congregata relinques. Hæc à Deo ad homines dicere eſt prauas eius machinationes ſubita animaduerſione compeſcere. Dies enim exitus tā quam fur in nocte comprehendit, quando ſtultorum animas futura non præmeditantes eiicit. vnde & Grego. Eadem enim eſt nocte ſublatus, qui multa fuerat præſtolatus, vt ſcilicet qui in longum ſibi ſubſidia colligendo proſpiceret, ſubſequentem diem vel unum minimè videret. In nocte autem ablata eſt anima, quæ in obſcuritate cordis eſt euulſa. In nocte ablata eſt, quæ conſiderationis lucem habere noluit, vt quod pati poterat præuideret. hæc Gregorius. *Quæ autem paraſti cuius erunt?* Quaſi diceret, nō erunt tua, quia non portabis ea tecum: ſolas enim diuitias virtutnm portat homo ſecum. Vnde Chryſoſto. Hic enim ea deſeres, non ſolum nullum inde percipiens commodum, ſed etiam ſarcinam peccatorum portans ſuper humeros proprios, & quæ quidem à te cōgeſta ſunt plerunque in manus inimicorum peruenient: à te uerò ſuper his ratio requiretur. vnde & Ambroſius: Fruſtra enim congregat opes, qui ſe his neſcit vſurum. Neque enim noſtra ſunt, quæ non poſſumus auferre nobiſcum. Sola virtus comes eſt defunctorū: ſola nos ſeqtur miſericordia, quæ tabernacula defunctis acquirit æterna. Hæc Ambro. Hęc quæſtio. *ſ. quæ paraſti cuius erunt*, potiſsimè poteſt fieri perſonis eccleſiaſticis, quæ nō poſſunt relinquere bona Eccleſiæ hæredibus ſuis. vnde in Eccleſiaſte: *Vnus eſt, & ſecundū non habet nonfilium, non fratrē, & tamen laborare non ceſſat: & non ſatiantur oculi eius diuitiis*. Et applicando ad propoſitū, ſubiūgit: *Sic eſt*, videlicet ſimiliter ſtultus, & ad ſimilē finē vēturus, ac in nocte & improuisè à diuinis iudicijs rapiendus, *qui ſibi*, id eſt utilitati priuatæ, *theſaurizat*, ſcilicet bona temporalia non diſtribuens pauperibus, vt ab eis recipiatur in æterna tabernacula: talis enim in morte pauperrimus erit, quia theſaurizat, & ignorat cui ea congregabit: an tineæ demolienti, an furi effodienti, an hoſti diripienti, an igni deuoranti: & *non eſt dives in Deum*, quia uacuus bonis ſpiritualibus, & ſine theſauro meritorum: cuius expectatio non eſt Dominus, nec apud Deum eſt ſubſtantia eius. In Deum namque dives eſt, qui tranſitoria contemnens pauperibus tribuit: cuius expectatio eſt Dominus, cuius ſubſtantia, id eſt conſcientia fides, & poſſeſsio qua ſuſtētatur & paſcitur eſt apud Deū: non in ſacculis & inferioribus terræ huius. Sed (ut dicit Gregorius:) tanto quiſque minus dolet, quòd deſunt æterna: quanto magis gaudet, quòd aſſunt temporalia. vbi Beda: Si is qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum dives, ſtultus eſt & in nocte rapiendus: ergo qui vult eſſe in Deum dives: non ſibi theſaurizet, ſed poſſeſſa pauperibus diſtribuat: ſic enim ſapiens & filius lucis eſſe merebitur. Vnde bene & Pſal miſta, cùm de auaro quolibet diuite præmiſiſſet: *ſed & fruſtra conturbatur, theſaurizat & ignorat cui congregabit ea*: mox ubi cordis ſui theſaurum locaſſet aperuit, dicens: *Et nunc quæ eſt expectatio mea: nonne Dominus, & ſubſtantia mea apud te eſt?* hæc Beda. Per iſtū ergo diuitem intelligitur omnis homo congregans & conſeruās bona temporalia, ut inde ociosè & delicioſè uiuat: & frequenter contingit quòd tales ſubitò moriuntur: & ſic à propoſito ſuo defraudantur. Cum iſto enim diuite, & multi hodie dicunt apud ſe: Epulare, lætare, quieſce, plenus es bonis, utere, lætus eris: non curo qualia ſint poſt me tempora: fiat tantum pax & fertilitas in diebus meis. Sed timeant tales ne ſubitò & improuisè animam ab eis rapiant dæmones exactores. Vnde bene de talibus & ſimilibus, ſic dicit Auguſtinus: Gaudet piſcis quando hamum non uidens eſcam deuorat. Sed cùm piſcator eum adducere cœperit, uiſcera eius torquentur primò: deinde ab omni lætitia ſua per ipſam eſcā de qua lætatus eſt ad conſumptionem trahitur. Sic ſunt omnes qui de bonis temporalibus beatos ſe putant. Hamum enim acceperunt & cum illo uagantur, ueniet tempus ut ſentiant quanta tormenta cum auiditate deuorauerunt. Hæc Auguſtinus. Quis intelligēs hæc in diuitijs ſpem ſuam ponet: cùm & diuitiæ tam facile amittantur, & homo tā ſubitò moriatur? Qui enim iſta bene attenderet: de facili ab auaritia caueret.

Beda in c. 12. Luca.

Pſal. 38.

Nam ut ait Hieronymus: Facilè contemnit omnia, qui ſe cogitat moriturum. *Diuitiæ ergo ſi affluant, noli cor apponere*: & ſi non affluant, noli ſollicitus pro eis eſſe ne immunda peſte maculeris auaritiæ. Nam ut ait Ambroſius: Omnes cupidi, omnes auari, Giezi læpram cum diuitijs ſuis poſsident. Et, ut dicit Chryſoſtomus: Qui auaritię ſeruit & præſentibus compedibus conſtringetur, & futuris incendijs præparatur. Dicitur tantum malum eſſe in inferno quòd ſemper ſitiant, & nunquam ſatientur: & hanc pœnam auari iam ſuſtinent, qui tantam cupiditatem acquirendi diuitias habent, ut nullo modo ſatientur. Vnde dicit Baſilius de iſto diuite, quòd horrea quidem crepabant præ copia conditorum: auarus tamen animus nequaquam implebatur. Quæ eſt iſta auiditas hominum, cùm ipſius beluæ modum non habeant. Tunc enim beluæ rapiunt, quando eſuriunt: parcunt uerò prædę, cùm ſaturitatem ſentiunt. Inexplebilis eſt auaritia hominum: ſemper rapit, & nunquam ſatiatur: nec Deum timet, nec hominem reueretur: nec patri parcit, nec matrem agnoſcit: non fratri obtemperat, non fidem amico ſeruat: uiduam opprimit, pupillum inuadit. Quæ eſt inſania hæc, acquirere aurum, & perdere cœlum? ut autem dicit Petrus Damianus: Auaritia quaſi biceps eſt coluber: utroque conſueuit ore modere, utroque peſtiferum uirus influere, dum aut aliena res quæritur, aut habita delectabiliter poſſidetur. Aliena etiam, ſecūdū Gregorium, rapere cō uincitur, qui ultra ſibi neceſſaria retinere probatur. Vnde dicit hūc Baſilius: An iniuſtus eſt Deus inæqualiter

Hieronym. ad Heliodorum. Pſal. 61.

Ambr. lib. 7. in Luc. 4. Reg. 5.

Baſilius ho. 6. in diſcentes.

Gregorius lib. 15. moraliū c. 10.

Baſilius ho. 6. in diſcentes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter res nobis distribuens? Cur tu abundas: ille uerò mendicat, nisi vt tu bonæ dispensationis merita consequaris: Ille verò patiētiæ brauiis decoretur? At tu nonne spoliator es, quę dispensanda suscepisti propria reputando? Est panis famelici, quem tu tenes: nudi tunica, quam in conclaui conseruas: discalciati calcius qui penes te marcescit, indigentis argentum quod possides: quocirca tot iniuriaris, quot dare valeres. Vnde & Bernardus: Clamant nudi, clamant famelici: conqueruntur, & dicunt diuitibus: Nobis fame & frigore miserabiliter laborantibus, quid conferunt tot mutatoria, vel extensa in perticis, vel plicata in manticis? Nostrum est quod effunditis nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditis. Et nos enim Dei plasmatio, Christi nos sanguine redempti sumus. Nos igitur fratres uestri videte quale sit de fraterna portione pascere oculos uestros, vita nostra cædit uobis in superfluas copias. Nostris necessitatibus detrahitur, quicquid accedit vanitatibus vestris. Duo denique mala desuna prodeunt radice cupiditatis: dum & vos vanitādo peritis: & nos spoliando perimitis. Vnde & Chrysostomus: Omnia quæ nobis Deus dat, per nos alijs dat: vt de eo quod accepimus partem impotentibus faciamus.

Bernardus epist. 42.

Chrysost. libro. 1. de provid.

ORATIO.

NE revoces me Domine in dimidio dierum meorum: nec morte improuisa me perire permittas, sed spacium uere & fructuosæ, & tibi gratæ pœnitentiæ mihi concedas, ut sic ualeam transitoria contemnere: & digna satisfactione in hac uita peccata delere: quatenus post hanc uitam merear sine impedimento te uidere, & ad te lætus ac securus peruenire. Tu es enim Domine expectatio mea: & apud te est mea substantia: tues pars hæreditatis meæ, qui restitues hæreditatē meam mihi: ubi cum fratribus meis electis tuis quiescam, epuler, & iocunder in conspectu tuo, in æternum. Amen.

De Probatica piscina, & Paralytico. Cap. LXXVIII.



Ioan. 5.

POST hæc ascendit Iesus in Hierusalem, *ad diem festum Iudæorum*, scilicet Pentecostes: & hoc erat festum nouorum; quia in hac solennitate mensis primitiorum offerebantur primitiæ frugum. Vbi notandum quòd apud Iudæos erant præcipuè tria festa, in quibus debebat quilibet ascendere ad locum statutum à Deo, sicut erat tunc templum: scilicet in solennitate azimorum, in solennitate hebdomadarum, & in solennitate tabernaculorum. Prima solennitas, scilicet azimorum, quæ vocabatur Phase, fiebat annuatim in primo mense, hoc est in Martio: ad commemorandū beneficium liberationis de Aegypto, quia Phase interpretatur transitus. Istud festum spirituali ter celebramus, quando iam dimissis uitijs ad virtutes transimus. Secundum festum scilicet hebdomadarum, hoc est Pentecostes, fiebat in memoriam legis datæ quæ data fuit quinquagesima die ab exitu de Aegypto. Hoc festum nos celebramus, cùm legibus obtemperamus. Tertium festum, scilicet tabernaculorum, hoc est scenophegia fiebat ad rememorandum diuinum beneficium protectionis, & deductionis per desertum: vbi in tabernaculis habitauerūt sub umbra ramorum, ad signādum quòd per aridam terram deserti eos duxerit ad terram promissionis. Hoc festum nos celebramus, quando per hunc mundum quasi peregrini transimus: & sic transeundo virides ramos habere, & de virtute in virtutem proficere debemus. Ad dies festos Iudæorum Dominus ascendit homo cum hominibus solennitates celebrans, & cum eis dies festos agens, ne legi contrarius videretur, & ut populis undique tunc confluentibus fidei doctrinam annunciaret, & impartiretur: salutisque mysterium panderet, & veritatis lumen ostenderet: ac uirtutem suam manifestaret, & eos per doctrinā, & signa attraheret. *Erat autem in Hierusalem*, iuxta templum, *probatica piscina*, in qua aquæ pluuiales à templo & ædificijs templi stillantes colligebantur. Et dicebatur piscina: quia aqua non habens pisces in aliqua concauitate collecta, etiam piscina, quasi per contrarium dici solet. Et à προβατον Græcè, quod est ouis Latinè, dicebatur probatica, quasi ouina, seu ouiaria vel peculialis, quia ministri scilicet Nathinęi, qui aquæ baiuli in templo erant, *exta*, & cadauera pecudum, & præcipuè ouium quæ vt plurimum in sacrificijs offerebantur in ea ad sacrificium primò lauabant, & postea in luteribus in atrio sacerdotū existentibus: cuius interpretationem ponit, in Hebraico dicens: *qui cognominatur Hebraicè Bethsaida*, id est domus pecorum, seu peculialis quia ibi corpora pecorum in porticu iacebāt donec lauarētur à ministris. Et *habbat quinque porticus*, & aditus in circuitu, ut per plura loca possent ministri ad aquam descendere, & inde hostias abluere. *In his*, scilicet porticibus, *iacebat*, in cassilis, & locis ad quiescendum paratis, *magna multitudo languentium, cæcorum, claudorum, aridorum*, & aliorum infirmorum, *expectantium aquæ motum*. Et subditur causa. *Angelus autem Domini secundum tempus*, aliquod, id est in diuersis temporibus per interpolationem, *descendebat in piscinam, & mouebatur aqua*: ex descensu Angeli qui dabat virtutem sanatiuam aquæ illi, *& sanabatur*, vnus infirmus, scilicet qui primus descendebat in aquam post eius ab Angelo motionem *à quacunque detinebatur infirmitate*. Quia enim incertum erat tempus quo Angelus in piscinam descendere, & aquam moueri debebat ideo languentes continuè ibi iacebant vt parati essent. dicuntur autem languentes, diu ex quacūque infirmitate infirmati: quia languor est longus angor. Causa verò descensus Angeli & ipsius miraculi assignatur à quibusdam dicentibus quòd in piscina fuit lignum Dominicæ crucis: & propter eius præsentiam & reuerentiā fiebant ista: quod ibi per aquæ motionem enatauit tēpore conuenienti. s. appropinquante passione Christi. Per hoc etiam ostendebatur

Festa Iudæorū tria.

Piscina probatica.

Languor.

Lignum crucis.

Piscina mouens la causa.

tur quòd natura humana à morbo peccati per lignū dominicæ crucis erat sananda. Et quia hoc authoritate non probatur: ideo potius est dicendum quòd piscina reuerentiam accepit, tum à facto, tum à mysterio. A facto autem duplici: scilicet ab ablutione sacerdotum & hostiarum, & ab hospitalitate pauperum ibi receptorum. A mysterio autem quia ibi spiritus sanctus dignitatem figuralium hostiarum ostendere voluit, propter dignitatem passionis Christi, quæ in eis significata fuit: & ideo Angelus locum illum visitauit, & mouebatur aqua vt infirmi ex ipso aquæ motu scirent gratiam curationis adesse. Mouebatur autem forti motu & turbatur, quia à fundo commiscebatur quod relictū fuit ex ablutione de carnibus sanctis cum aqua sanctificationis & curationis, ut baptismus significaretur cōmixtus cum passione Christi qui curationem spiritualem perfectam fuit exhibiturus. Voluit ergo Dominus expressam figuram baptismi in hac piscina ostendere, quæ conueniebat cū baptismo in mutādo & sanando virtute occulta Dei ad motionem Angeli: sicut baptismus sub sensibili elemento mundat animam virtute occulta verbi: & aliquando cum hoc sanat corpus miraculosè. Veruntamen quia figura est, deficit à figurato: ideo ista piscina non sanabat nisi corpus, & una vice non sanabat nisi vnum. Baptismus autem pertingit ad animā, & sanat omnes quotquot veniunt ad ipsum: nisi ponant impedimentum. hæc itaque piscina sanans infirmitates, inuisibili virtute apparuit ante baptismum Christi, ad signandum virtutem huius baptismi, *quinque porticus habens*, id est aditus per quos signantur Lex, Prophetæ, Agyographa, Euangelium, & Apostolica doctrina: hæc enim quinque mentionem faciunt de Christi baptismate, quasi ad ipsum præbentes aditum: tria prima figuratiuè, duo alia exhibitiuè. Per Angelum descendentem in piscinam, signatur Christus, qui dicitur magni consilij Angelus. Ipse enim descendens in Iordane vim regeneratiuam dedit aquis tactu sanctissimæ carnis suæ. Sed quoniam diuina virtus non alligatur sacramentis: ideo ad hoc significandum languidus iste de quo hîc agitur non fuit sanatus per descensum in piscinam: per Christi sermonem cùm ei dixit: *surge tolle grabatum tuum, & ambula*. Multi erant ibi infirmi, sed vnus sanabatur: quia solus in vnitate fidei & Ecclesiæ, quæ vnū Deū colit, consistens iustificatur vnus Dominus, vna fides, unum baptisma. Væ ergo illis qui unitatem oderunt, & in hominibus partes faciunt. *Erat autem ibi*, paralyticus iacēs ī grabato, *& triginta octo annos habēs in infirmitate sua*. In quo ostenditur infirmi patientia, qui tot annis expectauit eripi, & nō desistebat: & per hoc dignior ad sanandum apparebat. Iste enim propter peccatum præcedēs infirmitatem incurrerat, & diu punitus fuerat: & quia pœnam patienter sustinuerat, ideo dignū erat vt ei subueniretur. Propter quod Dominus non solum oculo corporis, sed etiam miserationis eum videns, dixit ei: *Vis sanus fieri?* quasi dicere, in volūtate tua est: qa tu tibi per peccatum fuisti causā infirmitatis, & ideo voluntatem ad me à pecca to conuerte, sicut ad authorem salutis, & curaberis. Non petit quasi dubitans de uoluntate. sed ut eum erigat in spem sanitatis, de qua iā quasi desperabat: & ut magis excitet desideriū eius, quia per hoc dignior efficitur accipere Dei donum. *Respondit ei languidus*, ostendēs suum desiderium. *Domine hominem non habeo, ut cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscina. dum enim uenio ego, alius ante me descendit*, quasi diceret:

Paralytici infirmitatis causa.

Quinque de Christo testificatio.

Esaiæ. 9.

Ephes. 4.

Multū desidero & bene habeo uoluntatem, sed inopia tāta est quòd non habeo adiuuantē & portantē: & ego tam debilis sum, quòd ita citò sicut alij uenire nō possum. Peccator enim omni destituitur auxilio humano, & hoc quidem facit peccatum in homine ipso, quia tollit communionem sanctorū per quā deberet habere adiutorium ab alio, & uulnerat ipsam naturam per quam deberet habere auxiliū in seipso: hoc autē dicebat Paralyticus, quia uidebat Iesum fortem, & aptum ad portandum eum: & magnum reputaret, si in hoc ei seruire uellet: sed statim contulit ei maius beneficium, uidelicet sanitatem perfectam. unde sequitur: *Dicit ei Iesus. Surge*. restitutus sanitati, *tolle grabatum tuum*, restitutus pristino uigori, *& ambula* ad declarationem diuini miraculi. Grabatum Siria cè dicitur à graba, quod est caput, quia est lectus portabilis in quo tantum capiti aliquid substratum est, & solum caput in stramento requiescit, sicut pauperes infirmi habere solēt. *Et statim sanus factus est*, quia diuina uirtus infinita est, & in instanti operatur. sanitas autem quæ uirtute naturæ restituitur in tempore est, & non in instanti acquiritur, *& sustulit*, seu portauit, *grabatum suum & ambulabat*, in signum restitutæ uirtutis. Et sic portat pœnitens onus peccatii in quo prius requieuit, quando iniunctam sibi pro peccato pœnitentiam suffert & ambulat, sicut gradu corporis, ita profectu uirtutis. Grabatum enim in quo iacet peccator: est peccati delectatio, quia quandiu homo portatur ab isto grabato, uel de eo surgere non potest, infirmus est: sed cùm surgit de eo & portat eum: tunc est perfectæ curationis signum, sed multotiens impeditur homo ne portet grabatū suū, propter peccati consuetudinem. Sic ergo factum est miraculum, & intus in anima, & exterius ī corpore. Ad literā quippe præcepit ut surgeret, & tolleret grabatum & ambularet: ut ostenderet perfectam sanitatem homini restitutam. In omnibus enim miraculis secundum ipsius naturæ optimum, Dominus opus fecit perfectum: sicut de aqua perfectum fecit uinū, quia Dei perfecta sunt opera. Nihilominus tamen hæc tria in iustificatione præcepit peccatoris. Primò, quòd surgat: recedendo à peccatis. Secundò, ut tollat grabatum: portando onus pœnitentiæ pro eo. Tertiò, ut ambulet: proficiendo in bonum, & de bono in melius: & cūdo de uirtute in uirtutem. Cōsidera hîc quòd triginta octo annos iste infirmus habebat: & tamē non desperabat: in quo peccatoribus exemplum datur patientiæ, & ut perseueranter insistent oratio ni cum spe salutis consequendæ ab eo qui ait: *Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis*. unde Chrysostomus. Ostenditur patientia Paralytici: triginta enim & octo annos manens hic, & secundum unumqueng; alios quidem erutos uidens: sed ipsum uerò detentum ægritudine, neque ita recedit, neque desperauit. Et nimirum non solum præteritorū tristitia, sed & futurorum desperatio, sufficiens erat eum (nisi patiens esset) abigere ab hoc loco. Sed tūc quidem infirmitas impedimentum uolēti curari fiebat: nunc autem potens unusquisque est accedere. Non enim Angelus est qui turbat, sed Angelorum dominator, qui omnia operatur. Non est nunc dicere, laborantem hominem non habeo: non est dicere, in quo uenio descendere, alius ante me descendit: sed & si orbis terrarū uniuersus ueniat, gratia non consumitur, neque actio finitur, sed simul manet, & talis qualis ante hoc: & sicut solares radij per unamquanque illuminant diem, & non consumuntur, neque

Peccator omni auxilio destituitur.

Grabatum literaliter quid.

Grabatum moraliter quid.

Pœnitens tria faciat.

Luca. 11.

Paralytici patientia. Chrysost. hom. 36. in Ioannem.

Universidad de Deusto Biblioteca

A neque à multa largitione minor eis fit lux: ita & multo magis spiritus actio in nullo minuitur à multitudine eorum qui potiuntur ea. Et iterum: Erubescamus dilecti & ingemiscamus in multa desidia.

Orandum perseueranter.

Triginta & octo annos habebat asistens Paralyticus: & non potitus est his quæ valebat, & non potiebatur: non à propria negligentia, sed præpeditus ab alijs, & vim patiens, & neque ita torpebat. Nos autem si decem diebus asiderimus studiosè pro aliquo rogantes: & non potiti fuerimus, negligimus de reliquo eodem uti studio. Et hominibus tanto quidem asidemus tempore militantes, & afflicti, & in fine multotiens ab ipsa spe excidentes: dominatori verò clementi, vbi omnino est recipere retributionem multo maiorem laboribus, nō sustinemus asidere cum

B decenti studio. Et quanto hæc supplicatio digna? Et si nihil suscipere esset hoc ipsum, scilicet continuè ei loqui, nonne infinitis dignum bonis esset æstimare? Sed laboriosum ais, continua oratio. Et quæ tibi gratia utique esset, ut eius rei susciperes mercedem: si non laboriosa hæc res esset? Quoniam circa illa magis anima affectuosè disponitur pro qbus laborauit. hęc Chrys. Considera etiam quòd sicut Dominus requisiuit infirmum si vellet sanus fieri: ita nobis sine nostro consensu salutem non dabit. Et faciliter consequitur homo veniā à Deo: dummodo velit, & obicem non ponat. Et ideo inexcusabiles sunt peccatores uoluntati Domini, & suæ saluti non consentien-

C tes: quia, vt ait August. Qui creauit te sine te: non iustificabit te sine te.

Augu. ser. 15. de uerbis Apostoli.

Moraliter.

Moraliter probatica piscina, id est ouilis in qua oues lauabantur. quæ in sacrificio Deo offerebantur, conuersationem designat sanctam, & religiosam: in qua lauatur anima quæ ouis debet esse per innocētiam, vt offeratur Domino per operationem bonam.

Quinque porticus, quinque sensus.

Habet ista piscina quinque porticus, propter quinq; sensus corporis: per quos omnis nostra actio ad effectum, seu profectum ducitur. In his autem, id est sensibus nostris iacet multitudo magna languentium, quia multiplex est corruptio sensuum corporalium. Quotquot enim in aliquo sensu illicitos appetitus quis habet: tot in eodem sensu languentes continet. Aqua in qua languidi sanabantur

D significat compūctionem: Angelus verò qui mouebat aquam, spiritum sanctum. Angelus Domini descendebat in piscinam: & mouebatur aqua, & sanabatur infirmus. Sic spiritus sanctus quotiens in nos descendit, & in nobis excitat gratiam compunctionis, sanatur noster animus: vel sensus à quacunque detinetur infirmitate corruptionis. Circa istos infirmos prædictos notatur morbi diuersitas.

Peccati causa.

Omne enim pecatum, aut fit per inertiam & desidiā, aut per ignorantiam, aut per infirmitatem humanam, aut per certam maliciam, aut per consuetudinem longam. Illi qui peccant per inertiam & desidiam: sunt languidi qui languēt propter inopiam & defectum gratiæ &

E boni. Illi qui peccant per ignorantiam intelliguntur per cæcos, quia cæci sunt qui lumen fidei non habēt: vel qui nec Dominum nec eius mandata cognoscūt: Illi qui peccant per imfirmitatem humanam, intelliguntur per claudos: claudi enim sunt qui firmum gressum non habent, & in semita iustitiæ, ac bonorum operum gressus non dirigunt: uel qui quæ vident operari non possunt. Illi qui peccant per malitiam, intelliguntur per aridos: tales enim arefacti sunt ab humore gratiæ & voluntatis bonæ: nam aridi sunt, qui quicquid agant sine pinguedine charitatis sunt & operantur, uel qui in bona actione, uel e-

A leemosynarum largitione manus non porrigunt. Illi qui peccant per consuetudinem inueteratam: intelliguntur per infirmū qui trigintaocto annos, in infirmitate sua habebat. Ideo autem potius sanauit istum inueteratum, quàm aliquem cæcū, claudum, uel aridum: ad innuendum quòd si Deus aliquando iustificat hominem, qui peccauit per cōsuetudinē longā: non debet desperare aliquis qui peccauit, aut per desidiam, ut languidus: aut per ignorantiam, vt cæcus: aut per infirmitatem, vt claudus: aut per malitiam, vt aridus.

Saluandorum paucitas.

Quòd autem unus tantum sanatur de multitudine languidorum signat quòd pauci saluantur de multitudine uocatorum: qui languerat surgit, ac grabatum domi reportat & ambulat: cùm anima à uitijs surgens, & à torpore ac praua cōsuetudine se erigēs,

B peccatorum remisione curata se ad internam sui custodiam cum ipso corpore refert: ne quid iterum vnde feriatur admittat, ac de virtute in virtutem ambulans: & in bono opere proficiens, vsque ad visionem Dei festinat. *Erat autem sabbatum die illa*, quando fiebant ista in quo non est licitum opera facere seruilia. Dicebāt ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat. *Sabbatum est*, id est dies feriatus: *non licet tibi*, propter legis prohibitionem, *tollere grabatum tuum*, quasi dicerent: Si sanitas non erat differenda, nunquid & opus fuerat imperandum? Sic dicunt mali consiliarij, festum est, non licet tibi ieiunare, aut pœnitentiam facere. Isti falsum dicebant quia opera corporalia quæ ad cultū

C & honorem Dei sunt, in sabbato licitè fieri possunt. Sicut sacerdotes corporaliter operabantur in tēplo, ipsum templum ornando: hostias lauando & immolando, & cōsimilia faciendo. Similiter portatio illius grabati erat ad magnificentiam diuini miraculi: sicut & modo illi qui de carceribus & huismodi liberātur: portant compedes suos publicè ad manifestationem suæ liberationis miraculosæ. Sed tamen aliter se excusat iste sanatus, quia authorem sanitatis suæ obiiciens calumniantibus & authorem dominicæ legis prætendens, *respondit ei dicens: Qui me sanum fecit*, & per hoc se diuinam uirtutē habere ostendit, *ille*, tantæ authoritatis & uirtutis, *mihi dixit: tolle grabatum tuum & ambula*: & huic obediendū fuit, quasi diceret: Ille qui me

D diuina virtute sanauit: eadē uirtute & authoritate mihi præcepit: & per consequens sibi qui tantus est, & beneficiū mihi tale contulit, obedire teneor, nec sum transgressor.

Paralytici sanatio.

Quare enim non acciperem iusionem à quo acceperam sanitatem? Non cædit aduersarijs, nec timet prædicare eum qui eum sanum fecit. Sed quis uel ubi est qui nunc contra sæuitiam principum uel damnum propriū eum prædicet? Et quia curatū hominem qui per curantem se conuenienter excusabat calumniari non poterant: ideo Christum curantē calumniari nitentes, quærebant de eo: non quidē bona intentione ut proficerent, sed maligno animo ut perderent. Et hanc eorum malitiam ipsorum uer-

E ba manifestant: cùm .n. Dominus & sanauerit lāguidum, & tolli iusserit grabatum: primum uirtutis diuinæ ostensiuum, & irrefragabile signum subticent, & aliud quod trāsgresio legis uidebatur replicant, interrogando eum dicentes: *Quis est ille homo qui tibi dixit: tolle grabatum tuum, & ambula?* quasi dicerent: Malus homo est, qui talia præcepit.

Peruersorum mos.

Non calumniantur de collatione salutis, sed de portatione lecti: & sic accipiebant quòd possent saltem apparenter reprehendere, non quod poterant laudare. Sic mali homines & maliciosè contra aliquem agentes, frequēter notāt & cōsiderāt in alijs, quod posint reprehendere

hendere & accusare: non quod posint laudare, & ad ædificationem trahere: si quid boni in eis uident, tacent: & mala si qua uident, manifestant: & quādoque etiam bonum in malum conuertunt. Vbi Chrysost.

Chrysost. ho. 41. in Matthæū. Liuoris, seu inuidiæ mala pessima.

Videamus quantum liuor malum, & qualiter animæ oculos excæcat, aduersus eius qui captus est salutem. Inuidi enim propriè rationem non faciunt salutis, & feris sunt deteriores. Illę quidem aut cibo indigentes, aut prius à nobis exacerbatæ aduersus nos armātur. Hi uerò & benefaciētes multotiens his quæ sunt iniusta facientium benefactores disposuerunt. Igitur feris quidē hi sunt difficiliores, dæmonibus pares: fortasis autem illis deteriores. Illi enim ad nos quidem inexpiabilem habent inimicitiam: his autem quibus sunt eiusdem generis, non insidiantur. Hi uerò neque

B communionem naturæ uerecundantur, neque sibiipsis parcunt: prius enim quàm eorum quibus inuidēt; suas ipsorum animas torquent, tumultu omni & tristitia implentes eas uanè & inaniter. Hæc pasio, & fornicatione, & adulterio multum est deterior.

Inuidia fornicatione peior.

Nam hæc quidem usque ad eum qui egit stant: liuor uerò tyranni Ecclesias integras euertit, & orbem terrarū uniuersum læsit. Hæc homicidij mater est: Interfecit fratrē Cain, ita Iacob Esau, ita Ioseph fratres, ita homines uniuersos diabolus. Et nimirum alijs est difficilior: Etsi enim miserearis, etsi uigiles, etsi ieiunes: omnibus sordidior factus es inuidens fratri. Hæc

C Chrysostomus: Is autem qui sanus fuerat effectus, *ne sciebat*, de Iesu, *quis esset*, scilicet genere & patria: licet sciret in persona & præsentia, & quia diu languidus iacuerat: ideo & facta Christi, & eius famam ignorabat. *Iesus autem*, nolens se iactare de miraculo, *declinauit à turba constituta in loco*, permittens ab ipsis suum factum examinari, ut eo absente testimonium fieret insuspicabile: dans quoque exemplum non quærendi in bonis operibus laudem & fauorem hominum: ac declinandi aliquando consortia calumniari uolentium, & fugiendi oculos inuidorum in operibus nostris, ne ex hoc inuidia crescat in eis. *Postea*, propalato miraculo, & soluta turba, *inuenit eum Iesus in tēplo*, quia ad agendum gratias de sanitate sibi collata frequentabat templum, quod est locus ad orandum. In

D turba positus nō cognouit Iesum, sed pòst in templo inuenit, & cognouit eum. In quo mysticè datur intelligi quòd Iesus in multitudine hominum, & in turbine curarum temporalium de facili nō inuenitur, sed in spirituali secreto, & in templo cordis, quod Deus inhabitare dignatur.

Chrysosto. hom. 37. in Ioannem.

Vnde Chrysostomus: Inuenit eum in templo, quod maximæ religionis est signum. Non enim secesit ad nūdinas & circuitiones: neque uoluptati aut negligētiæ & remisioni dedit seipsum: sed in templo conuersabatur. Iesum in turba non cognoscebat: cognouit in templo, in loco sacrato. unde

Augustin. tracta. 17. in Ioannem.

& Augustinus: Difficile est in turba uidere Iesum.

E Solitudo quædam necessaria est menti nostræ. Quadam solitudine intentionis videtur Deus. Turba strepitum habet, uisio ista secretum desiderat. Hæc Augustinus. In hoc ergo datur nobis intelligi: quia si gratiam conditoris cognoscere, & ad eius uisionem uenire uolumus: fugienda est turba cogitationum & effectuum prauorum: declinanda sunt conuenticula hominum malorum: & fugiendum est ad templum cordis nostri, & internæ orationis, id est ad secretum mundæ consciētiæ, ut nosipsos templum Dei studeamus facere, quos Deus inuisere, & in quibus manere dignetur. *Et dixit ei*: instruens eum ad cautelam futurorum, *Ecce sanus factus es*, Dei beneficio: *iam noli*,

A id est non uelis, *peccare*, de cætero: hoc est, habe uolūtatem firmam non peccandi: quia omne peccatum ex uoluntate, sicut ex radice procedit. Deinde ponit & ostendit, quàm periculosa sit recidiuatio in peccatum, dicens: *ne deterius aliquid tibi contingat*, uel hîc, uel in futuro: quia in recidiuante nouisima fiunt peiora prioribus. Et istud periculum attenditur. Primò ex parte Dei, quia recidiuans grauiter peccat, propter ingratitudinem: & ideo à Deo grauius punitur. Secundo attenditur ex parte diaboli, quia sicut miles castrum quod semel perdidit, si postea illud recuperat fortius munit, & cautius custodit: sic diabolus fortius munit recidiuantem, quia septem spiritus nequiores se ibi ponit, & ad omnia septem peccata mor-

B talia ipsum trahit. Tertiò attenditur ex parte hominis, quia recidiuans facilius postea in peccatum cadit: iam enim ex quadam mala consuetudine, peccare pro nihilo ducit. In his ergo uerbis suis innuit Dominus, quòd propter peccata Paralyticus languebat: & quòd infirmitas illa propter peccata inflicta fuerat.

Chrysosto. hom. 37. in Ioannem. Peccatum causa morbi.

Vnde Chrisostomus: Vbi discimus quòd ex peccatis ei nata est hæc ægritudo. Quia enim sæpius anima in nobis ægrotante insensibiliter nos habemus: corpus autem si paruam susceperit læsionem, omne facimus studium ut ab infirmitate liberemur proptere Deus punit corpus, pro his quæ anima deliquit. Cum his & illud discimus, quòd si grauem sustinea-

C mus pęnam pro prioribus peccatis: deinde in eadem inciderimus, grauiora patiemur: & hoc decenter: qui enim neque supplicio factus est melior, ut insensibilis de reliquo & contemptor, ad maius ducetur tormentum. Si autem hîc non omnes pro peccatis torquētur, non confidamus: nihil enim nos hîc pati pro peccatis, signum est maioris illic supplicij. Cauere ergo debemus, ne Deum in pœnis contemnendo, tanquam indurati, in peccato permaneamus: uel sanati à Domino, tanquam ingrati, in peccatum relabamur: ne propter contemptum uel ingratitudinem deterius nobis cōtingat: uel quia deteriores efficeremur, uel grauiori supplicio hic, uel in futuro traderemur. Iesus ergo sicut exterius corpore, sic interius mente

D Paralyticum sanauit: præmonens ne iterum peccaret, & grauius iudicium incurreret: quasi diceret, Præcedens peccatum est tibi dimissum, ne iterum peccando constituas te magis reum.

Psal. 110.

Quis enumerare sufficiat mira & magna opera Domini, exquisita in omnes uoluntates eius: quæ in materiam laudis suę, & in usum necesitatis nostræ creauit? Vidit Deus omnia quæ fecerat: & erant ualde bona, & nihil odit eorum quæ fecit. Solum peccatum, quod nihil est, odit, persequitur, & destruit.

Peccati destructio difficilior quā mūdi creatio.

Vnde cùm sex diebus solo uerbo cuncta creauit: annis plusquam triginta ad destruendum peccatum in mundo laborauit. Hoc

E solum est quod ei displicet: quod oculos maiestatis eius offendit: quod ipsum mitem & suauem, nobis asperum & durum reddit: hoc est quod de Angelo diabolum fecit, de amico inimicum: de libero, seruum: de incorrupto, mortalem & corruptum: de beato, miserum: de ciue exulem & eiectum: de filio Dei, filium diaboli: hoc est quod nunquam impunitum est relinquendum, *Tunc abijt ille homo*, ad publicandum Christi uirtutem: *& nunciauit Iudæis, quia Iesus eßet qui fecit eum sanum*. Ecce nunc in mente sanatus fide cognouit Dominum, & eo noto non est piger in annunciando illum. Vnde Augustinus: Nunc autem ille posteaquam uidit Iesum, & cognouit eum salutis suæ authorem:

Universidad de Deusto
Biblioteca

non fuit piger in Euangelizando quæ uiderat. Iſte ergo nunciauit ſalutem ut ſequatur, ſed illi contrà perſequuntur. Vnde ſequitur: *Propterea perſequebantur Iudæi Ieſum*, tanquam uiolatorem legis diuinæ: *quia hoc faciebat in ſabbato*, agens cõtra Deum, qui requieuit in eo: opinantes quòd nihil penitus eſſet in ſabbato faciendum, ſed ab omni opere hominum uacandum, quantumcunque ſit utile & diuinum. Malè de ſabbato intelligebant: quia hominem in ſabbato curare, ac pietatem & miſericordiam exercere, peccatum eſſe putabant. Iudęi perſequebantur Chriſtum, opus eius bonum peruertẽtes in malum, & adhuc multos habent ſequaces, frequenter ſeruos Chriſti propter opus bonum moleſtãtes. Cùm ergo arguerent eum, & murmurarẽt de hoc quòd in ſabbato operabatur, excuſans ſe, ait illis: *Pater meus*, qui eſt in cœlis, quanuis in ſabbato ceſſauerit ab omni opere creationis, diſpoſitionis, & ornatus: tamen, *uſque modo operatur*, gubernando & inſtaurando quod corrũpitur in opere, & propagando: & per hoc non ſoluit ſabbatum: ergo cùm & ego operor, reſtaurans & reparans corrupta, & ſanans infirma, non ſoluo ſabbatum: ſed in operando, me patri conformo: & ſicut in principio creando, diſponendo, & ornando operatus ſum cũ ipſo: ita facio & modo. ac ſi dicat: non tantum ſex diebus primis (ut putatis) operatus eſt pater meus, creaturas nouas condendo & producendo, à quibus requieuit die ſeptima: ſed uſque modo, & ſemper uſque in finem continuè operatur, in eſſe conſeruando & gubernando, ut condita permaneant. Non ſolum enim Deus omnia fecit: ſed & facta, ne deficiant, in eſſe conſeruat: ita quòd ſi ſe rebus ſubtraheret, & eas manu regiminis non retineret: ſicut de nihilo facta ſunt, ſic in nihilum uniuerſa tenderent & defluerent. Vnde ſic Deus intelligendus eſt requieuiſſe ab omnibus operibus ſuis, ut iam nullam nouam creaturam conderet: nõ ut conditas continere & gubernare ceſſaret: cũ quo in cunctis pariter, *& ego*, operatus ſum &, *operor*: quia ſum uerbum patris, per quod omnia facta ſunt, & conſeruantur in eſſe: & ergo bonum eſt quod ago: nec mirum ſi hominem in ſabbato ſano, qui Deus cum patre omnia ſemper operor. In nullis enim quæ fiunt, operatio mea deeſt operationi patris: ſed in omnibus ſimul ego cum patre operor: cùm diuina potentia nihil niſi per ſapientiam ſuam faciat. Si ergo me in aliquo quod per me factum ſit reprehẽdere præſumitis, reprehendite & Deum patrem, pariter mecum operantem: cuius uos populum peculiarem eſſe iactatis. Vbi & Augu. Quomodo ipſe pater & filius inſeparabiles ſunt: ſic & opera patris & filij inſeparabilia ſunt: nõ tantum patris & filij, ſed etiam ſpiritus ſancti: ſicut æqualitas & inſeparabilitas eſt perſonarum, ita etiam opera inſeparabilia ſunt. Hæc Auguſt. Hinc autem totius trinitatis opera indiuiſa id eſt communia eſſe dicuntur: quia quicquid potentia geritur, idẽ ſapientia moderatur, & bonitate conditur. Vnde bene in his quæ facimus, uel Deum facere exoramus, commemorationẽ trinitatis facimus, dicentes: In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: uel In nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis: ut ſicut perſonarum indiuiſa eſt operatio: ſic & earum ſit inſeparabilis inuocatio. Et ſic Chriſtus excuſatur in ſabbato operãdo. Sed quia ex hac excuſatione ſequitur quòd Chriſtus ſit æqualis Deo patri: ideo ex hoc uerbo magis perſequebantur eum tanquam blaſphemũ, quia blaſphemia maius peccatum eſt, & acrius punitur in lege, quàm uiolatio ſabbati. Vnde ſubditur:

Ioannis 1.

Operatio trinitatis indiuiſa.

Auguſtin. ibidem.

A *Propterea ergo magis*, id eſt auidiori animo & fortiẽtior zelo, quàm prius pro opere ſabbati, *quærebant Iudæi interficere eum: quia non ſolum*, ut eis apparebat, *ſoluebat ſabbatum: ſed & patrem ſuum*, naturalem & ſibi conſubſtantialem, *dicebat Deum*: non ut nos, qui adoptati patrem uocamus eum, æqualem ſe faciens & oſtendens Deo per æqualitatem naturæ & poteſtatis, quod illi blaſphemiam eſſe dicebant. Cùm enim cum tantummodo hominem putarent, imponunt ei quòd rapinam faciat, ſe æqualem faciens Deo: quaſi non eſſet, cùm reuera eſſet talis: quia ipſe per naturam natus eſt ei æqualis. Duo quippe crimina in lege morte punita fuerunt: ſcilicet crimen ſolutionis ſabbati: & magis crimen blaſphemiæ. Et hæc
B duo ei imponebant: & propterea eum occidere quærebant. Et quia excuſauit ſe de primo, conſequenter excuſat ſe de ſecundo, probans ſe eſſe filium Dei & æqualem patri. Et ne Iudæi dicerent. Tibi non credimus: nullus enim ſibi teſtans dignus eſt fide. Ideo ad confirmationem propoſiti multiplex inducit teſtimonium, ſcilicet Ioãnis, & operum: ac patris, & ſcripturarum. Dicit ergo: *Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo: teſtimonium meum non eſt uerum*: id eſt efficax ſecundum reputationem ueſtram, quanuis in ſe ſit efficacisſimum. Vnde ſecundum Chryſoſtomum: hoc quòd dicit, non eſt uerum: non quantum ad dignitatem ſuam: ſed quantum ad illorũ ſuſpitionẽ loquebatur. Nota ergo quòd in teſtimonio ſunt quatuor te-
C ſtes filij: quia in teſtimonio poſſunt quatuor reperiri: ſcilicet ueritatis demonſtratio, ueritatis confirmatio, ueritatis immobilitas, & ipſa ueritatis ueritas. Demonſtratio autem fiebat per Ioannem. Ipſe enim Ioãnes ad quem Iudæi miſerunt: & quem magis omnibus fide dignum putabãt, teſtimonium perhibuit: non ſibi, ſed ueritati Chriſto, ſicut amicus ueritatis. Confirmatio fiebat per opera fortiſſima. Quòd enĩ cæcos illuminauit: aures aperuit: ora mutorum reſoluit: dæmonia fugauit: mortuos reſuſcitauit: hæc opera teſtimonium Chriſto perhibebant. Immobilitas patebat per atteſtationem patris, qui teſtimoniũ perhibuit de Chriſto, quia uox patris audita eſt in baptiſmo: & in monte ipſo Chriſto transfigurato. Veri
D tas autem oſtendebatur ex ſcripturis, quę mentiri nõ poterant, eo quòd à ſpiritu veritatis proceſſerunt: ſcripturæ enim legis quæ datæ ſunt per Moyſen & Prophetas, perhibent de Chriſto teſtimonium. Et ſic pes hæc quatuor, quæ omne teſtimonium ueritatis fulciunt: iſta quatuor teſtimonia accipiuntur. Et quãuis eſſent per tot incontradicibilia inducti & conuicti teſtimonia: tamen nolebant credere in eum. Vnde dicit: *& non uultis uenire ad me*, ſcilicet per fidem, id eſt non uultis credere in me: & à me quærere ueram ſalutem, ex ſola malitia ueſtræ uoluntatis, quia nihil
E aliud impedit uos, niſi odium contra me conceptum à uobis: *non uultis*, inquã credere in me: *ut uitam æternam habeatis*: nunc in ſpe, & in futuro in re, quæ habetur per fidem formatam charitate. ita nec ueritas uos conuincit: nec promiſſio uitæ uos trahit. Deinde redarguit eorum duritiam & tarditatem ad credendũ, dicens: *Ego ueni in nomine*, & ad honorem, *patris mei*: ut per me pater glorificetur: quod patet per prædicta teſtimonia: & non accepiſtis me: nec in me creditis: ſed magis perſequimini, quia dilectionem Dei non habetis. Et inde pœna peccati uobis hæc erit: quia alium, id eſt Antichriſtum in nomine ſuo uenientẽ, id eſt non habentem, prædicta teſtimonia & ſuam gloriam propriam quę tentem accipietis pro Chriſto

Philip. 2.

Chryſoſt. hom. 39. in Ioannem.

Teſtes quatuor ueritatis. Ioan. 1.

Duritia Iudæorum ad credẽdum.

&

& uero Deo: ut ſecundum Apoſtolum credant mendacio qui noluerunt credere ueritati. q.d. Quia non accepiſtis me, id eſt, quia nõ credidiſtis me eſſe Chriſtum, hæc pœna infligetur uobis ut decepti pro Chriſto Antichriſtum recipiatis. Per hoc arguitur quòd Iudæi primi erunt qui ad Antichriſtum conuertentur. Iudæi enim in fine Antichriſtum recipient, & tẽplum ei facient: quia faciet ſe circuncidi: & dicet ſe eis promiſſum: & ei adhærebunt quouſque eius falſitas detegatur per Enoch & Heliam, ſecundum Auguſtinum. Antichriſtus cerimonias legis tentabit reſtaurare, vt Euangelium ſoluat: quę res Iudæos eum pro Chriſto recipere ſuadebit. Deinde cauſam inſidelitatis eorum ſubdit, *quia gloriam humanam ab inuicem accipientes*, & acceptantes, id eſt ex ſuperbia humanũ fauorem captantes, *quæ à ſolo Deo eſt*, id eſt humilitatem quæ eſt uera gloria: uel gloriam cœleſtem non quærebant. Non ergo, quia non eſt aperta ueritas nõ credunt: ſed quia ſuperbia eos excæcat: quæ laudari, & ſe ſuper alios efferre deſiderat. Ideo enim in Chriſtum credere non poterant: quia cùm ſuperba mens eorum gloriam & laudẽ appeteret, & ſeſe ſuper alios efferret, reputabant inglorium & dedecus in Chriſtũ credere, qui abiectus & pauper uidebatur: & ideo ei credere non poterant: ſed illic in eum credere poteſt qui cor habens humile ſolius Dei gloriam quærit, & ei placere appetit. Ex quo apparet quòd multum periculoſa eſt inanis gloria. Vnde Chryſoſtomus. Nihil ita deformat animam, ſicut gloriam deſiderare terrenã: nõ enim eſt poſſibile qui hanc gloriã amat, gloriã quęrere crucifixi. Vnde dicit & Tullius, quòd cauenda eſt hominũ gloria, quæ aufert animi libertatẽ: pro qua magnanimis uiris omnis debet eſſe cõtẽtio. Et ideo ſecundum gloſſ. magnum uitium eſt iactantia & humanæ laudis ambitio: quæ de ſe æſtimari appetit quod in ſe non habet: & gloriam ſuam, nõ Dei, quærit. Econtrà uerò, magna uirtus eſt humilitas, quæ ſe nihil reputat, & ſolius Dei gloriam quærit, eique ſoli placere appetit. Hæc eſt etiam cauſa cur mandata Dei non impleamus: quia non humiles, ſed ſuperbi & ambitioſi ſumus, præſumentes de induſtria & uiribus noſtris: ut ad ea implenda nequaquam humiliari poſſimus. Vel hoc impediuit Iudæos à fide Chriſti in parte: quia ſolum attendebãt, & adhuc intendunt ad gloriam & exaltationem temporalem, dãdam eis per Meſſiam. Videbant autem Chriſtum pauperem & abiectum: & ideo non receperunt eum: non attendentes ſcripturas Prophetarũ, quæ de eius paupertate & abiectione loquuntur. Gloria autem & exaltatio, quæ per Chriſtum danda promittitur: illa eſt gloria cœleſtis, quàm non intelligebant: & ideo gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quærebant: & propter hoc in infidelitate permanſerunt. Ipſe ſolus poteſt Chriſto pauperi & abiecto credere, qui non propriam, ſed Dei gloriam quærit. Vbi de uitio uanæ & humanæ gloriæ ſic dicit Beda: Hoc autem uitium cauere melius non poteſt, quàm ut ad conſcientias noſtras redeamus, nosque puluerem eſſe cõſideremus: & ſi quid boni nobis ineſſe deprehendamus: non nobis, ſed Deo aſcribamus. Hæc Beda. Vbi & Chryſoſt. Vanam gloriam fugiamus omni ſtudio. Et qualiter eam ſuperabimus, ais: Si ad aliã reſpexerimus gloriã quæ ex cœlis eſt, à qua eiicere nos hæc cogit. Quæ igitur nobis ſpes erit ſalutis, cùm iuſſi eſſe ab his exteri, quæ hîc ſunt exteri à cœlis ſumus, & coram quæ illic ſunt. Quid hac inſenſibilitate deterius fiet unquam, cùm ſecundum unamquanque diem, ea quæ

Antichriſtum Iudęi ſuſcipient primi Auguſtin. tract. 6. de Antichriſto 10. 9.

Cur Chriſtũ non credãt Iudęi.

Chryſoſto. hom. 37. in Ioannem. Gloria uana fugienda.

Gloria temporalis à Iudæis expoſtulata.

Beda ſuper 5. Ioan.

Gloriæ ſuperãdæ uia. Chryſoſto. hom. 37. in Ioannem.

A iudicij, ea quæ regni audientes, eos qui ſub Noe & in Sodomis erant imitemur, experientia rerum expectantes omnia diſcere. Et nimirum propter hoc omnia illa ſcripta ſunt, ut ſi quis futuris decredit, ab his quæ facta ſunt manifeſtam, & de futuris demonſtrationem accipiat. Hæc igitur intelligentes, & præterita & futura, parum ſaltem reſpiremus à difficili hac ſeruitute, & aliquam animæ faciamus à difficili hac ſeruitute, & aliquam animæ faciamus rationem: ut & præſentibus & futuris potiamur bonis. Hæc Chryſoſtomus.

ORATIO.

B DOMINE Ieſu Chriſte, *ſana me languidum longo languore malè nexatum: & Paralyticum diutino corpore boni grauatum: da mihi ut ſurgam, reuertendo à peccato: ac tollam grabatum, portando onus pœnitentiæ pro eo: & ambulem proficiendo in bonum, & de bono in melius, & eundo de uirtute in uirtutẽ: ſanus quoque factus, tuo beneficio ſludeam à peccatis abſtinere deceterò: ne deterius mihi aliquid contingat, uel hic, uel in futuro. Da mihi etiam bone Ieſu, ut te humilem ſequens humanam & terrenam gloriam conteminam: ac laudari & me ſuper alios efferri non cupiam: ſed tui ſolius gloriam quæram: & tibi ſoli placere appetam. Amen.*

C *De arbore infructuoſa: & muliere curuata.*
Caput LXXIX.



E IT relictis illis in incredulitate ſua, *iterũ abiit*, Ieſus, *in Galilæam*. Cumque ibi maneret & doceret, *aderãt eo tempore quidam*, Iudæi *nunciantes*, Chriſto quòd Pilatus quoſdam, *de Galilæis*, ſcilicet uiginti uiros, dum ſacrificarent, & in actu in ſacrificijs occupati eſſent, interfecit: *& ſanguinem eorum cum ſacrificijs miſcuit*: quia morte cum ſacrificijs concurrẽte, ſanguis interfectorum cum ſanguine ſacrificiorum mixtus fuit. Secundum Cyrillum, iſti erant ſequaces dogmatum Iudæ Galilæi: cuius mentionem Lucas in actibus Apoſtolorum facit: qui dicebat quòd illicitum erat Iudæis cognoſcere aliquem Dominum præter Deũ: & multi conſenſerunt ei, intantum quòd prohibebant oblationes ſtatutas à populo fieri pro ſalute Romani imperij. De quo Pilatus indignatus, venit ſuper eos ſacrificantes, ſecundum ritum ſuum: & inter ipſas uictimas quas ritu legis ſe offerre putabant, eos occi

Luca 13.

Iudas Galilæus. Actuũ 5.

Pilatus interfector Galilæorũ.

Universidad de Deusto Biblioteca

dit : ita quòd ſanguis offerentium, oblatis uictimis miſceretur. Vnde ortæ ſunt inimicitiæ inter ipſum & Herodem: quia Galilæi de Herodis poteſtate erant. Et quia aliqui de vulgo, illam occiſionem ſubitam & horrendam, horribilibus peccatis ipſorum occiſorũ imputabant, credentes iuſtiſsimè eos talia paſſos eſſe: narrauerũt hoc ſaluatori, uolentes percipere quid ei ſuper hoc uideretur. Dominus autem non negat: ſed ponit eos peccatores fuiſſe, & propter hoc periiſſe: non tamen aſſerit talia eſſe paſſos eos, tanquam peiores non patientibus: quia talis mors non eſt argumentum ſufficiens quòd grauius peccaſſent cæteris omnibus: quia frequenter Deus peccata minus grauia punit in præſenti uita, & grauiora poſt uitam præſentem differt grauius punienda.

Myſticè.

Myſticè Pilatus ſignat diabolum, ſemper animas occidere paratum: ſanguis exprimit peccatum: & ſacrificia bonas actiones. Galilæi qui interpretãtur tranſmigrantes, ſignant huius mundi uiatores: mors quoque iſtorum corporalis, ſignat ſpiritualem mortem eorum qui non purè offerunt ſacrificia. Pilatus ergo ſanguinem Galilęorum, cum ſacrificijs eorum miſcet, quando diabolus preces, eleemoſinas, ieiunia, cæteraque bona opera fidelium, uel mortifera carnis & ſanguinis delectatione, uel odij meditatione: uel inuidiæ furore, uel humanæ laudis ambitione, uel ſiniſtra intentione, uel alia qualibet nepharia peſte commaculat: ut quanuis oblata Domino uideantur, nihil tamen proſint offerentibus, ſed potius interdum fiant in peccatum. De Iuda enim qui inter ſacrificia poſitus, proditionem

Pſal. 108.

Dominici ſanguinis cogitabat, ſcriptum eſt: *Et oratio eius fiat in peccatum*. Et ait Dominus eis qui hæc ſibi nunciabant, Iudæos non minus illis Galilæis ſceleratos: & niſi de peccatis pœnituerint, ſimiliter in corpore & anima perituros. Sola enim pœnitentia liberat à periculo: quia eſt ſecunda tabula poſt naufragium. Illi quidem Galilæi, non ſolũ quia peccatores fuerunt, ſed & in terrorem aliorum puniti ſunt: quia frequenter mouentur homines ad pęnitẽtiam ex morte aliorum horrida & repentina.

Chryſoſto. concione 3. de Lazaro.

Vnde Chryſoſt. In hoc autem oſtendit quòd illos permiſit talia pati: ut uiuentes, alienis periculis territi, fierent hæredes regni. Quid igitur, dicens, ut melior ego fiam: ille punitur? Non ideo: ſed punitur quidem propter alia crimina: fit uerò ex hoc uidentibus ſalutis materia. Deinde ponit aliud exemplum de decem & octo Hieroſolymitis: qui dum ædificarent quandã turrim in Syloa, ſubitò cecidit ſuper eos & oppreſſit: punitique ſunt inſtrumento ſuæ offenſionis: quam ruinã aliqui imputabant enormitati peccatorum ſuorum: de quo ſimilem ſententiam dicit Chriſtus, ſicut & de primo exemplo ſupradicto.

Beda in ca. 13. Lucę.

Vnde Beda: Illi etiam Hieroſolymitæ à ruina turris oppreſſi, ſignificãt Iudæos qui pœnitere noluerint, cùm mœnibus ſuis eſſe perituros: illa turris ſignat illum qui eſt turris fortitudinis: quæ meritò eſt in Syloa, quæ interpretatur miſſus: ſignat enim eum qui miſſus à patre, uenit in mundum: qui omnes ſuper quos ceciderit, conterat. Hæc Beda. Super quo dixit eis ſimilitudinem ficulneæ fructum non facientis, & terram inutiliter occupantis: quam Dominus uineæ ſuccidi uoluit: quia tertio anno fructum in ea quærens, non inuenit: ſed à cultore uineæ circa eam fodere, & ſtercora mittere uolẽte: rogatus etiam ipſo anno tertio, propter ſpem emendationis dimiſit. Concludens quòd Iudęi ſimiliter eſſent pręſcindendi de uita pręſenti, & puniendi, niſi fructum pœnitentiæ & bonorum operum facerent. In hac ſimilitudine, quanta ſit Dei patientia, quanta ſit hominis negligentia, manifeſtatur.

Moraliter.

Ficulnea plantata in uinea, eſt ſynagoga erecta in domo Iſrael & plebe Iudaica: tres anni uiſitationis, ſunt legis edicta, Prophetarum conteſtationes, & coruſcantis Euangelij gratia: in quibus Deus quæſiuit fructum bonorũ operum à Iudęis, & non inuenit, niſi in valde paucis, qui quaſi nihil computabantur, reſpectu tantæ multitudinis. Et quamuis cultores eius circa illam foderent ligone acutæ inuectionis eam humiliando, & terrorẽ diuinorum iudiciorum ſibi immittendo, ac ſtercora mitterent: fœditatem & abominationem peccatorum ſuorum ei oſtendendo, per quæ ſolent humilitas & compunctio ſuſcitari: & homines de peccatis ſuis pœnitere: parum tamen cultores profecerunt: & ideo Iudæi ſuccidi meruerunt. Dei etiam ager & uinea mundus dicitur: cuius arbores & uites ſunt homines: & aliæ quidẽ fructuoſæ, aliæ uerò infructuoſę. Huius verò cultores, ſunt pręlati & ſacerdotes. Sed & cuiuſlibet anima eſt arbor, uinea, ortus, & ager illius qui illam excolere habet ut fructus faciat. Sed (heu) in multis terram inutiliter occupantibus, fructus non inuenitur: & ideo timere habent pœnã quã eis Dominus non comminatur.

Gregorius ho. 31. in Euangelia.

Vnde Grego. Tertiò autem Dominus ad ficulneam uenit: quia naturam generis humani ante legem, ſub gratia expectando, admondẽo, viſitando requiſiuit: ſed tamen in tribus annis fructum ſe non inueniſſe cõqueritur: quia quorundam prauorum mentes nec inſpirata lex naturalis corrigit: nec præcepta erudiunt: nec incarnationis eius miracula conuertunt. Se cum timore audiendũ eſt quod dicitur: *Succide eam: ut quid terram occupat?* Vnuſquiſque enim iuxta modum ſuum ſi fructũ bonæ operationis non exhibet, uelut infructuoſa arbor terrã occupat. Hæc Gregor. Cultores uerò ſunt qui ficulneæ pręſunt, & eius curam gerunt: uel ſancti qui intra Eccleſiã orant pro eis qui extra eam ſunt: qui omnes interpellant Dominum pro ficulnea, dicentes: *Domine dimitte illam hoc anno*, id eſt tempore iſto ſub gratia, *uſque dum fodiam circa illam*, excolendo, & uitia reprehendendo: *& mittam ſtercora*, per fętorem peccatorum ad pœnitentiam ſuſcitando. Circunfodere enim, eſt humilitatem pœnitentiæ & patientiã docere: foſſa nanque eſt humilis terra: ſtercus autem ſordes ſunt, & memoria peccatorum, & fructũ dant. Quid enim ſtercore ſordidius? & tamen ſi bene utaris, quid fructuoſius.

Gregorius ibidem.

Vnde Gregor. Ex ſtercore igitur ad fructum reuiuiſcit arbor: quia de cõſideratione peccati, ad bona ſe opera reſuſcitat. Vel foſſio, eſt peccatorum recognitio: peccator enim peccata ſua cooperit, ſed fodiendo uidebit abominationem peccatorum, & inde erubeſcet. Stercoratio autem, vel fimi appoſitio, eſt mortis recordatio: in morte enĩ homo ſtercus efficitur & putredo: ipſa namque mortis memoria à peccato præſeruat, in bono opere ſolicitat, & gratiam Dei conſeruat.

Moraliter.

Per arborem etiam fici moraliter poteſt quęlibet perſona in Eccleſia Dei ad fructificandum plantata ſignari: & per tres annos in quibus non facit fructum, iuuentus & ætas media & ſenecta intelligi: propter quod meruit per mortẽ de præſenti uita ſuccidi: per cultorem autem, Angelus cuſtos huius hominis accipitur: qui rogat ut adhuc in ſenio uiuere dimittatur: ut per eius diligentiam circa talem hominem ſe emendet, & fructificet: alioquin ſuccidatur, & in ignem mittatur. Poteſt etiam moraliter arbor fici dici religio: quam Dominus eius qui eam ſeruat, ſcilicet Chriſtus, *habe-*

bat plantatam in uinea ſua, id eſt in Eccleſia: ſcilicet per Antonium, per Benedictum, per Auguſtinum: *& uenit quærens fructum*, ſcilicet religionis & ſanctitatis, profectum in illa ſcilicet religione: *& non inuenit niſi folia tãtum*, & nihil de ueritate religionis, præter uerba & exteriorem habitum. *Dixit autem ad cultorem uineæ*, ſcilicet ad cœtum prælatorum & doctorũ: quorum officium eſt ſarmenta amputare, ſpinas euellere, & cætera huiuſmodi facere. *Ecce tres anni ſunt*, ſcilicet tempus Antonij, Benedicti, & Auguſtini: *ex quo uenio quærens fructum*, ſcilicet uirtutum & operum: *& non inuenio*, illum: nimis enim prope uiam & mundũ erat: & ideo fructus uſque ad maturitatem & finem ſeruare nõ poterat. Sed reuera omni religioſo timor incutitur, cùm hic dicitur: *Succide ergo illam*, id eſt, ſuccidendã annuncia: quia eſt infructuoſa: *ut quid terram occupat?* & temporalibus utitur: quia locum quem tenet, operibus bonis non exercet. Vt enim dicit Auguſt. peccator non eſt dignus pane quo ueſcitur. *Et reſpondens*, prælatus: quia prælati debent ſe opponere pro ſubditis, *dixit*, ſcilicet orando pro eis: *Domine dimitte illam & hoc anno*, ſcilicet ut pœniteat & fructificet.

Spatio pœnitentia abutentes.

(Sed heu quia conceſſo ſpatio pœnitentiæ multi abutuntur in ſuperbia, ſe non emendando): *uſque dum fodiam circa illam*. ſcilicet per increpationem humiliãdo: & ob amorem terrenorum reuocando: qui enim fodit, terram extrahit, & foſſam, id eſt humilitatem facit: *& mittam ſtercora*, ſcilicet malorum quæ facit abominationem & fœditatem, & uilitatem ad memoriam reducendo. Sunt tamen multi qui nec ſic pęnitere uolunt: ſed murmurant cõtra illos qui eis peccatorum ſuorum abominationem ad memoriam reducunt: ſiue in prædicatione, ſiue in lectione, ſiue in correptione, ſiue in accuſatione: & ideo timendum eſt eis ne ſuccidantur: quia arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Vota omnium religionis.

Tres etiam anni poſſunt ſignificare tria uota communia omni religioni, ſuper quibus Dominus quemlibet noſtrum interrogabit cum exactione magna quomodo fuerint obſeruata: ſed timendum eſt multis, ne iſta uota inueniat fracta, uel malè obſeruata. Cultor etiam huius uineæ poteſt ipſa ratio eſſe, quæ debet fodere circa conſcientiam ſuam, in faciendo foueam humilitatis: & ipſam euacuando ab ommi appetitu mundi huius: & debet mittere circa illam ſtercora, conſiderando huius mundi miſeriam: quia omnia mundana, ſecundum Apoſtolum, non ſunt niſi ſtercora: & iſtorum conſideratio & foſſio prædicta, faciunt ficum conſcientiæ religioſi fructificare.

Religio p arborẽ fici intellecta.

Et bene per arborẽ fici, intelligitur religio. Primò, quia ſicut ficus ſub uno cortice multa grana continet in quadam dulcedine: ita religio ſub uno modo uiuendi, & ſub una regula, multos habet homines concorditer uiuentes. Secundo, quia folia ficus habent quaſi ſimilitudinem manus humanæ: ſic uerba religioſorũ, quæ per folia ſignificantur, debent operibus adæquari: ut quicquid dicunt, illud faciant.

Tauri ad ficũ ligati manſueſcunt.

Tertiò, quia tauri ferociſſimi dicuntur manſueſcere, quando ficui alligantur: ſic iuuenes inſolentes & diſſoluti manſueſcunt, & Chriſti iugo humiliter ſubijciuntur, quando religionem ingrediuntur, & ceremonijs ordinis alligantur.

Hiere. 24.

Sed nota quòd in Hieremia dicitur: Quid tu uides Hieremia? Ficus bonas, bonas ualde: & ficus malas, malas ualde: quia quando religioſus eſt bonus, non eſt melior eo: & quando eſt malus, non eſt peior eo.

Auguſtin. epiſto. 137. Religioſi optimi aut peſsimi.

Vnde Auguſt. Simpliciter fateor ex quo Deo ſeruire cœpi, quoniam ſicut difficile expertus ſum meliores, quàm qui in monaſterio profecerunt: ſic non ſum expertus peiores, quàm qui in eis defecerunt. Docemur ergo hic & monemur, ut non ſimus ſteriles, ſicut arbor infructuoſa: & terram inutiliter non occupemus: ne ſine fructu bonorum operum inuẽti, ſuccidamur, & in ignem mittamur. Quia (ut ait Bernard.) arbori infructuoſæ duo debentur, ſecuris, & ignis. Poteſt autem per terram ſterili ficu occupatam, Eccleſia ſignificari: quæ noxia prælatorum & præpoſitorum umbra premitur, ne lumen ueritatis uideat: & exemplis eorum impeditur, ne ſole dilectionis Dei caleſcat: de quibus bene dici poteſt: *Væ uobis Scribæ & Phariſæi: qui clauditis regnum cælorum ante homines*.

Matt. 23. b.

Vnde Ambro. Inutiliter terram occupat, qui locum quem tenet, bonis operibus non exercet: qui exemplo prauitatis, impedimentum pręſtat cæteris. Sed ut ait Hieron. Qui uiderit ſe inſufficientem eſſe, vel non proficere in loco in quo miniſtrare & alijs prodeſſe debet: tenetur cædere, ne melioris locum occupet.

Auguſtin: ſer. 144. de tẽpore.

Vbi & Auguſt: Nihil eſt quod ſic quiſque cogitare debeat, niſi ut in ſemetipſum oculos conuertat, ſe diſcat, ſe diſcutiat, ſe quærat, & ſe inueniat: & quod diſplicet necet: quod placet, aptet & plantet. Cùm enim ſe homo inanem inuenerit meliorum bonorum: ut quid eſt auidus exteriorum bonorum? Ecce quid prodeſt plena bonis arca, ſi inanis eſt conſcientia? Bona uis habere: & bonus non uis eſſe. Non vides erubeſcere te debere de bonis tuis, ſi domus tua plena eſt bonis, & te habet malum? Quid enim eſt quod uelis malum habere, dic mihi? Nihil omnino. Non vxorem, non filium, non ſeruum, non villam, non tunicam, poſtremò non caligam: & tamẽ uis habere vitam malam. Rogo te præpone uitam tuam caligæ tuæ. Omnia quæ circumiacent oculis tuis elegantia & pulchra tibi chara ſunt, & tibi ipſi vilis es, fœdus es. Si poſſent tibi reſpondere bona, quibus plena eſt domus tua, quæ habere optaſti, quę perdere timuiſti, nonne tibi clamarent: tu nos bona vis habere, ſic & nos volumus bonum habere? Tacita voce interpellant contra te dominum ſuum: Ecce tanta bona dediſti huic: & ipſe malus eſt. Quid enim prodeſt quod habet: quando eum qui omnia dedit non habet? Hæc Augu.

Auguſtin uerba quibus lubricũ conuertit.

Per hæc verba prędicta quendam lubricum à peccatis retraxit. Auguſtinus in quodam ſermone ſuo. *Erat autem docens in Synagoga eorum*, in loco communi, ubi conueniebant Iudæi: &, *in ſabbatis*, in quibus homines debent intendere diuino cultui ad audiendum verbum Dei: vt ibi prædictam ſimilitudinem proponens, eam ad ſynagogam pertinere indicaret: & quod ſynagogam infructuoſæ arbori compararet. Arboris enim ſucciſio, ſignificabat ſynagogæ exciſionem quo ad quoſdam reprobos & damnandos: ſed mulieris de qua ſequitur erectio, Eccleſiæ exaltationem & cuiuſlibet fidelis animæ erectionem, ſiue ad fidem & gratiam ſiue ad gloriam.

Ambr. lib. 7. in Lucam.

Vnde Ambroſ. Quàm clemens Dominus, quàm pius in utroque, cùm aut miſeretur, aut vindicat: in ſynagogæ typo, arborem excidi iubet: in typo Eccleſiæ, fœminam ſaluat. Tunc ergo mulierem quandam, *quæ habebat ſpiritum infirmitatis*, id eſt infirmitatem à ſpiritu maligno inflictam & cauſatam: quia erat à Satana, *decem & octo annis*, uinculo infirmitatis alligata: & more brutorum incuruata: ita ut, *nec poſſet ſurſum reſpicere*, in cœlum, ad quod erat facta: quia terrena ſapiens, & infima requirens, cœleſtia & ſuperiora cogitare nondum ſciebat: cùm eam uideret, uocauit ad ſe, & ſanauit: & cùm manus ei impo-

Universidad de Deusto Biblioteca

neret, *confestim erecta est: & glorificabat Deum*, pro beneficijs acceptis: solam enim gloriam retinet Deus de operibus suis: totam uerò utilitatem concedit nobis. In hoc ostendit Dominus suam humilitatẽ: quia [*Humilitas Domini.*] infirmos non dedignabatur tangere, quantumcunque deformem uel grauem haberent infirmitatem. Licet autem ista inclinatio mulieris intelligatur de inclinatione infirmitatis, quam diabolo uexante sustinebat: tamen accipimus eam moraliter sic: quòd utinam omnis mulier si haberet vultũ & oculos ad terram demissos, quòd in perpetuum hominem non respiceret: quia aspectus eius ualde est periculosus. [*Aspectus mulieris.*] Hic erudimur ne uita nostra sit terrenis implicata, sicut mulier terræ erat inclinata. Quia, ut dicit Augustinus, quanto magis quisque terrenis occupationibus implicatur: tanto magis à sui conditoris uisione prępeditur. Et ut dicit Gregorius. [*Gregorius hom. 31. in Euangelia.*] Concupiscens uisibilia: inuisibiles uirtutes amittit. Ille quippe homo curuus est, qui inclinatus ad culpam, sursum respicere non potest per iustitiam: quia terrenis uoluptatibus deditus, sola terrena & transitoria cogitat & diligit: ad cœlestia contemplanda, mentis oculos non erigit: & æternæ fœlicitatis diuitias non requirit. Hunc autem si Dominus per gratiam tangat: & suæ misericordiæ manum super eum ponat: statim per iustificationem erigitur, & terrenorum oblitus, cœlestie contemplatur. Vnde Gregor. [*Gregorius ibidem.*] Omnis enim peccator terrena cogitans, & cœlestia non requirens, sursum respicere non ualet: quia dum desideria inferiora sequitur, à mentis suæ rectitudine curuatur: & hoc semper uidet quod sine intermissione cogitat. Et quia ad cœleste desiderium non assurgit, quasi mulier inclinata, sursum respicere nequaquam potest. Vsitata etenim culpa obligat mentem: ut nequaquam assurgere possit ad rectitudinem. Conatur & labitur: quia ubi diu sponte persistit, ibi & cùm noluerit coacta cadit. Si ergo iam bona patriæ cœlestis agnouimus: displiceat nobis quòd curui sumus. Ponatur ante oculos mulier curua: & arbor infructuosa. Vnde & August. [*Augu. ser. 31. de uerbis domini.*] Ergo qui sterilis est, agat pœnitentiam, & faciat fructũ dignum pœnitentiæ. Qui curuus est ut terram intueatur: terrena fœlicitate lætetur & erigatur. Si per seipsum non potest: inuocet Deum. Hæc August. Et meritò se erigere debet homo: habet enim faciem ad cœlum erectam: ut plus intendat cœlestibus & æternis, quàm istis temporalibus & caducis. Vnde Augu. [*Augustin. ibidem.*] Erecta in cœlum corporis forma: admonet quæ sursum sunt sapere. Beluas Dominus prostratas in faciem fecit, pastum quærentes de terra: te in duos pedes erexit: tuam faciem sursum attendere uoluit. Non discordet cor tuum à facie tua: ut habeas faciẽ sursum, & cor deorsum. Vnde & Basilius: [*Basil. ho. 9. in exameron.*] Bestiæ terrestres sunt ad terram respicientes: sed cęlestis arbor homo, quantum figura corporalis plasmationis, tantum & dignitate animæ differt. Quadrupedum figura qualis est? Capite uel corpore ad terram respicit: super uentrẽ uadit: & quicquid uoluptuosum est, ex omni parte prosequitur. Tuum caput ad cœlum erectum est: oculi tui superiora contẽplantur: ut si quando tu passionibus carnis teipsum conuitiaberis ventri seruiẽs, & his quæ sub uentre sunt, comparatus es bestijs insipientibus, id est non sapientibus, & assimilatus es eis: [*Psal. 68.*] alia tibi sollicitudo est digna, quæ superius sunt quærere: ubi Christus est, superque terrestria esse mẽte: ut formatus es: ita dispone tuipsius uitam. Vrbanitatem habes in cęlis: uera tua patria, quę superius est, Hierusalem. Vnde & Bern. [*Bernardus sermo. 24. Curuitas animæ.*] Curuitas animæ est, quę-rere & sapere quæ super terram sunt. Turpe est in humano corpore, quod est erectæ formę, beluinam mẽtem gerere. Et iterum: Corporis staturam dedit homini Deus rectam: forsan ut ista corporea exterioris uiliorisque rectitudo figmenti, hominem interiorẽ illum, qui ad imaginem Dei factus est spiritalis suæ seruandæ rectitudinis admoneret: & decor limi deformitatem argueret animi. Quid enim indecentius, quàm curuum recto corpore gerere animum? Peruersa res & fœda, luteum uas quod est corpus de terra, oculos sursum habere, cœlos liberè suspicere, cœlorumque luminaribus oblectare aspectus: spiritalem uerò cœlestemque creaturam suos econtrariò oculos, id est internos sensus atque affectus trahere in terram deorsum: & quæ debuit nutriri in croceis: hęrere luto quasi unam de suibus, amplexarique stercora. Hæc Bernard. Vnde & Boetius. [*Boetius li. 5. de cõsol. metro. 5.*]

Qui recto cœlum vultu petis, exerisque frontem,
In sublime feras animum, ne grauata pessum
Inferior sidat mens corpore celsius leuato.

Et Ouidius: [*Ouidius 1. Metamor.*]

Pronaque cùm spectent animalia cætera terram.
Os homini sublime dedit cœlumque tueri,
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

Nota etiam, ut dicit Aristotel. in libro de Animalibus, [*Palpebra auium.*] quòd aues claudant oculos cum palpebra inferiori: animalia uerò grossa, cum palpebra superiori. Per aues intelliguntur uiri spirituales: qui ad inferiora & terrena oculos claudunt, ac cœlestibus & superioribus intendunt. Per animalia uerò grossa, intelliguntur uiri mundani: qui habent oculos clausos ad cœlestia & spiritualia: & apertos ad terrestria & secularia. Per hanc mulierem curuam signatur peccatrix anima, & mens auara. [*Anima peccatrix.*] Mulier: quia propter absentiã charitatis frigida. Inclinata: quia longo tempore, diabolo procurante, sic ad inordinatum amorem terrenorum est incuruata, quòd propter longam consuetudinem aspicere non potest superna, tanquam cœli oblita. Fratres enim fuerunt Manasses, id est obliuio, & Effraim, id est frugifer. Habens spiritum infirmitatis: quia ad spiritualia infirma. Decem & octo annis: quia ualde diuturna. Secundum enim Augustinum. [*Augustin. sermo. 48. ad fratres in heremo.*] Cùm cætera uitia, homine senescente, senescãt: sola auaritia iuuenescit. Sed Iesus eam tangit in sabbato, quando eius inspiratione quiescit à peccato: & sic erigitur sursum per cœlestium appetitum. In sanatione autem mulieris, fecit Dominus quinque: uidit misericorditer, uocauit, sanauit, tetigit, & erexit. Sic Dominus animam peccatricem perfectè curaturus. Primò, uidet eam per pietatem. Secundò, uocat eam per internam inspirationem. Tertiò sanat per peccati remissionem. Quartò, tangit per satisfactionis dolorem. Quintò, erigit ad superna, per amoris feruorẽ. Per archisynagogum uerò, de quo statim subditur, hypocrita qui se super alios extollit signatur: qui de hoc murmurat quãdo malè iudicat & interpretatur. Propter quod meritò arguitur de murmure tali: quia cura maior circa humanam naturam, quàm circa animalia bruta debet adhiberi. Vnde sequitur: *Respondẽs autem Archisynagogus*, id est princeps Synagogæ: qui ex inuidia nitebatur gesta Christi decolorare, *indignans*, de hoc facto, quasi ex legis zelo, *dicebat turbæ*, quòd non uenirent pro cura die sabbati: sed sex alijs diebus, in quibus licet operari: quasi indirectè arguens Dominum, turbæ dicebat: quia cum personaliter & directè arguere non audebat. Et respondit illi Dominus, uocans eos hypocritas, quòd be-
ne

ne licebat mulierem ipsam soluere à uinculo infirmitatis die sabbati: quia & ipsi bouem aut asinum tunc soluunt à præsepio: & ducunt adaquare. Vbi Ambr. [*Ambr. lib. 7. in Lucam.*] Quàm dulcis parabola, facilis autem. Vinculum uinculo comparat: ut insimulatio Iudæorum actu ipsorum redarguatur. Nam cùm ipsi animalibus sabbato soluunt uincula: reprehendunt Dominum, qui homines à peccatorũ uinculo liberauit. Denique & Deus ab operibus mundi requieuit: sed non ab operibus sanctis: cuius sempiterna & iugis operatio est: sicut filius ait: [*Ioan. 5. c.*] *Pater meus usque modo operatur: & ego operor.* ut ad similitudinem Dei, secularia opera nostra non religiosa cessarent. Hæc Ambro. Archisynagogus ergo malè legem intelligebat: qui pietatis & misericordiæ opera in sabbato fieri nolebat. Lex enim non filiale & liberale, sed seruile & noxium opus sabbato prohibebat: præfigurans tempus quo nostra secularia opera, non religiosa & laudandi Deum cessabũt. In signum etiam huius rei Dominus sabbato curabat: unde curatio & miraculorum operatio quæ ordinatur ad Dei gloriam, & uidentium deuotionem excitandam, poterat fieri in die sabbati: & conuenientius in die illa, quàm in alijs: eo quòd dies illa erat ordinata diuino cultui, & ad deuotionem populi. Sed ipsi opus charitatis, scilicet sanationem hominis, nõ uerentur postponere operi cupiditatis, scilicet pecoris: ideo bene eos hypocritas, id est simulatores uocat: quia cùm magistri plebium uideri appetunt, hominem bestię postponunt. Vnde Chrysosto. Bene dicit hypocritam principem Synagogæ, quia faciem habebat legis cultoris: mẽs uerò eius erat uersuti & inuidi. Non enim turbatur propter sabbatum, quia uiolatur: sed propter Christum, quia glorificatur. Hæc Chrysosto. Similiter hodie multi non solum seculares, sed etiam religiosi, sunt tales, magis de pecore, quàm de homine curantes. Vnde Bernard. [*Bernardus libro 4. ad Eugeniũ.*] Cadit asina, & est qui subleuet: perit anima, & non est qui curet. [*Exodi 20. Sabbata quomodo sanctificãda.*] Ergo qui præponit curam equi, uel cuiuscunque pecoris sui, uel etiam corporis, libentius sumptus faciendo & laborãdo, ut liberetur à morbo, uel ab alijs periculis, quam pro anima Christiani ut sanetur & liberetur à diaboli laqueis: cùm eam multo magis teneatur diligere quàm corpus proprium: hypocrita est, & graue facit peccatum. Et sciendum quòd quando dicitur, Sabbata sanctifices: istud potest tripliciter accipi. Primò generaliter: ut cessemus à uitijs & peccatis. Secũdò specialiter: ut cessemus ab operibus corporalibus, quæ impediunt uacationem ad Deum & eius cultum: ut sunt opera mechanica, & agricultura, ac mercantium, & placitantium & huiusmodi.

Tertiò specialissimè: ut est in uiris contemplatiuis, qui ab omnibus mundanis se separant, ut totaliter Deo uacent. Prima uacatio est necessaria. Secunda, debita. Tertia, perfecta. *Et cùm hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius*, confusa sua rationabili responsione: quia ueritati apertæ non poterant contradicere. *Et omnis populus*, scilicet simplices & humiles, *gaudebant*, in factis & dictis suis gloriosis, tanquam amatores ueritatis. *In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorum dicentes illi*, scilicet Iesu: quidam fortè bono zęlo, scilicet ut sibi consulerent: quidam malo, scilicet ut probarent si timore mortis à doctrina cessaret: *Exi & uade hinc*, scilicet ad locum in quo Herodes partem non habet. Et ostendens se talibus non terreri, ait illis: *Ite dicite vulpi illi.* Per vulpem intelligitur malus prĩceps. Vulpes enim est animal dolosum, rapax, tortuosè incedens, & fœtidum. Sic princeps malus, qualis erat iste Herodes, est dolosus per machinationem mali: rapax æris alieni: tortuosò incedens, peruersitate iudicij: fœtidus, per infamiam nominis sui. Qui etiam nititur Christum occidere in se & in suis membris, quantum in ipso est. Vnde Bernard. [*Bernardus sermo. 3 de Epiphania.*] Patet quantum noceat iniqua potestas: quomodo caput impiũ subiectos quosque suæ conformet impietati, Misera planè ciuitas, in qua regnat Herodes: quoniam Herodiana particeps erit malitiæ. Herodiana uerò malitia fuit, nascentem uelle extinguere religionem. Si quis ergo religionis, uel sanctitatis ortum, uel profectũ, uel consummationem impedit, uel persequitur: talis cum Herode Christum persequitur. Hæc Bernar. *Dicite inquam vulpi illi: Ecce eijcio dæmonia*: & non possunt resistere, cùm sint maioris potestatis quàm Herodes: & ideo non habeo timere eum: *& sanitates*, scilicet in corpore & anima, *perficio hodie & cras*, id est paucis diebus, usque ad tempus passionis meæ: *& tertia die consummor*, per mortem. q. d. Herodes non poterit me impedire quin faciam quod intendo. Tangit autem intentionem in tribus dietis. [*Diętę tres*] Prima constitit in dæmonum expulsione. Secunda, in infirmitatum curatione. Tertia, in officij sui per crucis patibulum consummatione: tunc enim cõsummata sunt omnia de ipso in lege & prophetis dicta. Vnde dixit: *Consummatum est.* Et notãdum quòd aduerbia, hodie & cras, singulatim reddenda sunt uerbis: ut sit sensus, hodie eijcio dęmonia, & cras perficio sanitates. Primò enim est dæmonum eiectio: postea, sanitatis collatio: tertiò, sanitatis collatæ cõsummatio. [*Mysticè.*] Mysticè prima dieta fuit hostis expulsio. Secũda, naturæ vulneratæ perfecta sanatio. Tertia, hominis ad Deum recõciliatio. [*Moraliter.*] Moraliter, prima dieta consistit in abiectione uitiorum. Secunda, in collatione uirtutum, & exercitio morum. Tertia, in adeptione præmiorum. Vnde in Osee: [*Osea. 6.*] *Viuificabit nos post duos dies: & in die tertia suscitabit nos*, scilicet ad glorificandum. Vel isti tres dies significant tres partes pœnitentiæ: quæ sunt contritio cum dolore, confessio cum pudore, satisfactio cum labore. Et subiungit de loco passionis, ubi cõsummabitur per mortem, dicens: *Veruntamen oportet me*, nõ facili necessitate: sed patris & mea uoluntate, *hodie & cras & sequenti cras*, id est paucis diebus, *ambulare*, scilicet ad locum passionis: *quia non capit*, id est non conuenit, absolutè intelligendo, non transitiuè: *non capit inquam Prophetam*, scilicet me, *perire*, id est occidi, *extra Hierusalem*, ubi mei Prophetæ sunt occisi: ibi ego caput Prophetarum, de quo omnes Prophetæ scripserunt, debeo immolari: ubi scilicet non dominatur Herodes, sed Pilatus. Ex quo patet quòd mors mea non est in potestate eius: sicut nec hora, nec tempus. q. d. Bene scio quando debeo mori, sed ipse non: bene scio locum passionis meæ, sed ipse non. Vtinam & hodie prædicatores & prælati, ac fideles cæteri à doctrina & confessione ueritatis, timore principum & malorum hominum non cessarent: sed Christum imitando ueritatem coram hominibus confiterentur audacter, & defenderent.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, da mihi fructum bonorum operum feruenter facere, & in eis iugiter perseuerare: ne sine fructu inuentus merear succidi, & in ignem mitti. Da etiam mihi Deus meus, ut non sim deorsum inclinatus per culpam, sed sursum respiciam per iustitiam: nec à mentis rectitudine curua-*

 tus,

Universidad de Deusto Biblioteca

tus, terrena & tranſitoria cogitem & diligam: ſed ad cœleſtia contemplanda mentis oculos erigam, & æternæ fœlicitatis diuitias requiram. O Domine, uide me per pietatem: uoca me, per internam inſpirationem: ſana me, per peccati remiſſionem: tange me, per ſatisfactionis dolorem: erige me ad ſuperna, per amoris feruorem. Amen.

De hydropico, & exhortatione ad humilitatem & miſericordiam. Caput LXXX.



Luca 14. *Panis.*

DEINDE ibat Ieſus per ciuitates & caſtella, docens & indifferenter prædicans, nō perſonas accipiens. *Et factum eſt ut dum intraret domum cuiuſdam principis Phariſæorum ſabbato manducare panem*, neceſsitatis, nō delitias, non fercula uoluptatis. Nomine enim panis, uitæ neceſſaria, excluſis ſuperfluis, deſignantur: paruis quippe erat contentus, nec receptori oneroſus. Supponendum eſt quòd intrauerit ab eo inuitatus: quia Dominus non uenit ad conuiuium Phariſæorum, niſi rogatus: qui inuitabant eum, non ex deuotione, ſed malicioſe. Ad conuiuium autem publicanorum acceſsit etiam non rogatus. Phariſæi enim ſe iuſtos & ſanos reputabant, nec medico egere: ſed publicani ſe peccatores & infirmos confitebantur, & medico indigere. Ideo iſtos, ut illuminet, præoccupat: illos autem rogatus, ut ſe humilient, expectat. *Et ipſi obſeruabant eum*, inſidiando: ut uel in eius factis uiderent aliquid unde eum reprehendere & accuſare potuiſſent: Magna malitia eorum, qui eum paſcebant, & ſibi inſidias parabant: cum eo comedebant, & ipſum mordere uolebant: *Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum*, ſperans de infirmitate ſua remedium. *Et reſpondens Ieſus*, non ad uerba: quia ſibi quæſtio nō proponebatur: ſed ad cogitationes Phariſæorum & legiſperitorum: quoniam cogitabant curationem in ſabbato eſſe illicitam. In quo Dei ſapientiam ſe habere monſtrabat qui corda hominum intellexit, *dixit ad eos: Si licet ſabbato curare?* Sic interrogat: ut ex dictis proprijs eos cōfutet. *At illi tacuerunt.* Vbi Beda: Sed meritò interrogati tacent: quia cōtra ſe dictum, quicquid dixerint, uidēt. Nam ſi licet ſabbato curare: quare ſaluatorem an curet obſeruant? Si non licet: quare ipſi ſabbato pecora curant? Tacebant ergo: quia neſciebant quid dicere debuiſſent. Iſte hydropicus non petebat ſanitatem: quia infirmitas pro eo loquebatur. Vel propter Iudæorum præſentiam, non audebat in ſabbato petere curationē. *Ipſe autem apprehenſum eum ſanauit*, tangendo: *ac dimiſit*, liberè ſine precio;

Beda in c. 14. Luca. Tacēt Phariſæi.

quia per impoſitionem manus ipſum curauit: & poſtea manum retraxit. Tetigit eum, non cauſa neceſsitatis, ſed humilitatis: & ut diuinitatem in carne oſtenderet, eum ſanauit. Vbi Cyrillus: Neglectis ergo Iudæorum inſidijs, liberat à morbo hydropicum: qui metu Phariſæorum remedia nō poſtulabat, propter ſabbatum: ſed ſolum aſtabat, ut ex aſpectu miſertus eius ſanaret eum: quod Dominus agnoſcens, non poſtulabat ab eo ſi uellet ſanus fieri: ſed protinus eum ſanauit. Et reſpondens cogitationibus eorum, qui murmurando cogitabant factum illud eſſe illicitum: oſtendit illud eſſe licitum, per exemplum animalis bruti: cuius periculo licitum erat, etiam ſecundum ipſos, ſuccurrere in ſabbato. Si enim licet tunc ſubuenire pecori, quod eſt opus cupiditatis: multo magis licet ſubuenire homini, propter quem facta ſunt animalia bruta: & qui factus eſt ad imaginē Dei, quod eſt opus charitatis. Vnde Beda: Cōpetenti ergo exēplo ſoluit quæſtionem: ut oſtendat eos uiolare ſabbatum in opere cupiditatis: qui eum uiolare arguunt in opere charitatis. His Phariſęis ſimiles ſunt hodie multi prælati: qui plus ſolliciti ſunt pro ſalute beſtiarum, quàm hominum eius commiſſorum. Si patitur uel deficit beſtia, ſtatim remedia procurant: ſi frater uel ſubditus, parum curant: & multi habent de paruis curam magnam, de magnis paruam uel nullam. Mirum autem erat quòd de curationibus in ſabbato eum arguebant. Habent enim in traditionibus ſuis determinata genera operum circiter .lxx. à quibus eſt uacandum in ſabbato: inter quæ non eſt curatio, maximè quæ ſolo fit uerbo, ſicut Dominus ſæpe legitur curaſſe. Sæpe Dominus in ſabbato docebat & curabat: ſiue ut plures qui ad ſabbatum conueniebant, lucrifaceret: ſiue ut in ſabbato cœleſtis quietis omnes infirmitates curandas eſſe oſtenderet: ſiue ut interdum à quiete contemplationis, propter ſalute animarum, nos ſubtrahendos eſſe doceret. Et ideo ad manducandum ſabbato cum iſto principe intrauit: non propter cibum, ſed propter animarum lucrum: ubi etiam hydropicum iſtum in corpore & in mente curauit. Et non poterant ad hæc reſpondere illi, tanquam uicti & confuſi ratione euidēti. Myſticè, princeps iſte fuit Moyſes: domus eius, ſynagoga: hanc intrauit Chriſtus, cùm uenit in mundum manducare panem, id eſt delectari in pœnitentia Iudæorum. Vnde in Apoca. *Si quis audierit uocem meam*, ſcilicet in prædicatione: *& aperuerit mihi*, ſcilicet in contritione, *intrabo ad eum*, ſcilicet in oris confeſsione: *& cœnabo cum eo & ipſe mecum*, ſcilicet delectando in operum ſatisfactione. Iſtud etiam poteſt ſimili modo accipi de prælato & eccleſia domo eius: quam tunc intrauit, & quotidie intrat Chriſtus. Et notandum quòd proprietates hydropici ſunt ſeptem: per quæ ſeptem capitalia uitia deſignantur: & ideo iſte hydropicus quemlibet peccatorem ſignificare perhibetur. Habet enim hydropicus corporis tumorem: ſic ſuperbus cordis inflationem. Secundò habet ſpirituum compreſsionem: ſic inuidus bona comprimit, ne publicentur & ueniant ad lucem. Tertiò, ſitis ardorem: ſic auarus quãto plus de diuitijs bibit, tanto plus ſitit. Quartò, humorum indigeſtionem: ſic iracundus per iram diminuit dies ſuos. Quintò, pedum pigritiam: ſic accidioſus pigritiam affectionum & cogitationum ad bene operandū. Sextò, genitaliū inflationem: ſic luxurioſus eorūdem tumefactionē. Septimò, oris fętorē: ſic guloſus oris corruptionē. Specialiter autē hydropiſis auaritiā deſignant: quia hydropicus quanto magis abundat

humore

Hydropici curatio. Beda in c. 14. Luca. Phariſęorū ſimiles. Opera quibus abſtinendū ſabbato. Curandi in Sabbato cauſa. Myſticè. Apoca. 3. Hydropici proprietates ſeptem peccata totidem ſignificantes.

humore inordinato, & quanto plus bibit tanto amplius ſitit: ſic auarus, quãto eſt copioſior diuitijs quibus non bene utitur: & quò plus diuitias adeptus fuerit: tanto ardentius eas concupiſcit: quia ut Iuuenali dicit.

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Ferociſsima peſtis eſt cupiditas: quæ eos quos capit, egenos efficere ſolet, dum finem inquirendi non inuenit: ſed ut magis quò fuerit locupletata mendicat: Et iſte auarus ſtat ante Ieſum, cùm conuertitur ad Deum, paratus acquiſita diſpenſare ad honorem diuinum: & ſic recuperat ſanitatem: quia de cupiditate mutatur in liberalitatem: & ideo ante Phariſęos hydropicum curat: & mox eos per exemplum animalis bruti ſic conuincit: ut eoſdem etiam auaritiæ condēnet. Comparatur etiam hydropicus ſpiritualiter ei quem fluxus carnalium uoluptatum exuberans aggrauat. *Hæ enim ſunt duæ filiæ ſanguiſugæ: quæ ſemper dicunt, affer affer*: ſcilicet carnis uoluptas, & auaritiæ cupiditas. Deſignat quoque hydropiſis ſpecialiter ſuperbiam: quia ſicut in hydropico erat turgens corporis inflatio: ſic in ſuperbo eſt tumens mentis elatio: & ideo coram ſuperbis Phariſæis curat hydropicum corporaliter: ut hoc exemplo ipſi diſcant curari ſpiritualiter: & per iſtius ægritudinem corporis, oſtendit in illis ægritudinem mentis: quod enim iſte in corpore, hoc illi geſtabant in mente. Vnde intendens quomodo primos accubitus, id eſt primas & honorabiliores ſedes in conuiuijs ſolennibus eligerent, hortatur eos ad humilitatem, proponens exemplum unius operis humiliter faciendi: ubi loci ſuperioris arcetur appetentia: ut ad ſimilitudinem eius fiant cætera: & docens humilitatem non ſolum apud Deum, ſed etiam apud homines eſſe laudabilē. Non enim intendebat principaliter docere quod hîc dicitur ad literam: ſed myſticè aliud intendebat ſecūdum ſpiritualem intelligentiam. Monet ergo inuitatos ad nuptias, ut non in primo ſed in nouiſsimo recumbant loco: iuxta illud Sapientis: *Quanto maior es: tanto te humilia in omnibus.* Vt enim ait Chryſo. Nihil ita Deo amicum eſt, ut cum ultimis ſeipſum numerare: hoc enim philoſophiæ uniuerſæ principium eſt. Hoc autem non tantum corporaliter, ſed & ſpiritualiter intelligi debet. Multi enim cum iactantia & ſuperbia cordis recūbunt in nouiſsimo loco: non niſi ut iuſti & humiles ab alijs uideātur: & multi uerè humiles recumbentes in cornu, conſcientia & corde reputant ſe in nouiſsimo loco eſſe. Vnde Chryſoſtomus. Iubet nos Dominus in ultimo loco recumbere: nō ſolum vt corpore in nouiſsimo iaceamus: ſed etiā animo, ut nouiſsimos nos eſſe omnium iudicemus. Sine cauſa loco ſe humiliat, qui corde ſe præfert. Vbi notandum quòd ſunt quædam nuptiæ ſpirituales: & quædam cœleſtes. Spirituales ſunt quas facit Deus in pręſenti cum anima in thalamo conſcientiæ. Coniunctio autem animæ cum Chriſto, fit per fidem & dilectionem. Ex qua coniunctione uenit triplex bonū: ſcilicet fidei, prolis, & ſacramenti. Bonum fidei eſt, ne diabolum adulterum ſuſcipiat. Bonum prolis eſt, ut ſponſa Chriſti per bona opera ſe exerceat. Bonum ſacramenti eſt, ut inter ſponſum & ſponſam diuiſio nūquam fiat. Nuptiæ cœleſtes ſunt refectio uiſionis diuinæ: ubi erit plena ſatietas: in nuptijs enim conſueuerunt omnia abundare. Via autem ueniendi ad iſtas nuptias, eſt humilitas: quod notatur cùm dicitur: *uade & recumbe in nouiſſimo loco.* Et concludendo ſubiūgit rationem. *Quia omnis qui ſe exaltat* ſuperbiendo, *humiliabitur*, uel hîc uel in futuro. Non dicit, exaltabitur: quia ſecundum Gregorium. Non poteſtas ſed elatio in crimine eſt. *Et qui ſe humiliat*, uoluntariè: nō qui humiliatur quaſi ex neceſsitate, *exaltabitur*, in futuro: & quandoque etiam in hoc mundo. Hæc ſententia infallibiliter eſt uera in cōſpectu Dei: in cuius iudicio ſuperbi abiecti ſunt, & humiles accepti: quamuis in iudicio hominum aliquando fit econtrà: ut ſuperbi ſint in gloria, & humiles contempti. Et ſi ſuperbi exaltantur in hoc mundo, humiliabuntur in inferno: & ſi humiles abijciuntur in hoc mundo, exaltabuntur in cœlo. Vnde Cyrillus: Hoc dicitur ſecundū diuinum iudicium, non ſecundum humanā conſuetudinem, ſecundum quam plures concupiſcentes honorem conſequuntur. Alij uerò ſe humiliantes, inglorij remanent. Vnde & Theophi. Porrò non finaliter, nec omnibus hominibus eſt reuereudus qui ſe honoribus ingerit: ſed dum à quibuſdam honoratur, alij detrahunt ei, & quandoque etiam ipſi honorantes. Vbi nota quòd cùm quidam ſuperbus per procurationem ſuam exaltatus audiret in eccleſia legi hæc uerba euangelij: *Omnis qui ſe exaltat humiliabitur: & qui ſe humiliat exaltabitur*, hoc uerum eſſe non reputans: & quaſi in uerba blaſphemię prorumpens dixit, quòd ſi ſe humiliaſſet & non ſe exaltaſſet, ad ſtatum illum nō perueniſſet: & ſtatim in eodem loco cecidit: & à diabolo ſuffocatus expirauit. Heu quam multi hodie hoc dicunt corde uel facto, ſi non verbo: quaſi nunquam exaltari poſſent, ſi ad hoc per ſe nihil facerent. Per primum ergo locum, non ſolum intelligitur hîc honorabilior ſeſsio in conuiuijs ſolennibus: ſed etiam quælibet dignitas in eccleſia, ſeu primatus. Ad dignitates enim nullus catholicus ad Chriſti & eccleſiæ nuptias inuitatus, ſe debet ingerere: ſed alios meliores præponere quantum in ſe eſt: alioquin inuitator principalis, ſcilicet Deus, à quo eſt omnis poteſtas, deijciet eum à ſua dignitate, ſaltem ſpiritualiter, ſententia æternæ damnationis: aliquando etiam deijcit tales pœna damnationis temporalis. Si autem humiliter & ex corde refugiens (ſicut faciebant antiqui patres: ut Gregorius & conſimiles) dignitatem ex obedientia ſuſceperit: & ex charitate fraterna bene ea uſus fuerit: tandem cœleſtem gloriam obtinebit. *Quia omnis qui ſe exaltat*, præſumptione ſe dignitatibus ingerendo, *humiliabitur*, modo prædicto: *& qui ſe humiliat*, non fallaciter & fictè, ſed ueraciter & ex corde *exaltabitur*: quia ſecundū quod dicitur in Prouerbijs, *humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria*. Vbi ſciendum, quòd humilitas meritoria cui debetur exaltationis gloria conſiſtit in tribus. Primò, in propriæ æſtimationis annihilatione: & hęc inducit contemptum ſui, ita ut homo nihil reputet ſeipſum: & omnium quę habet recognoſcat datorem eſſe Deum. *Quid enim habes*, inquit apoſtolus, *quod non accepiſti?* Secundò, cōſiſtit in dignitatum uilipenſione: & hæc inducit honorem Dei, & hæc habetur quando homo in magnis uirtutibus, donis, & honoribus conſtitutus inde nō extollitur: ſed totum illi infundit & integrum reſtituit, à quo omne bonum fluit. Tertiò, conſiſtit in aliorum ſibi prælatione: & hæc inducit proximi appreciationem. quomodo ſeruare poterimus quod dicit Apoſtolus, honore inuicem præuenientes: niſi alios digniores nobis in uirtutum meritis æſtimemus? Homo enim illum quo ſe digniorem ęſtimat, uix honorat: ſed potius contemnit. Poteſt & hoc quod dictū eſt de dignitate, etiam accipi de meritorum præſumptione. Vnde Beda, Myſticè quiſquis nuptias Chriſti

&

Auaritia fera peſſima. Prouer. 30. Inuitat ad humilitatem. Eccleſ. 3. Humiliationis utilitas. Chryſoſto. ho. 43. operis imperfe. Nuptiæ ſpirituales. Bona matrimonij ſpiritualis. Nuptiæ cęleſtes.

Superbi abiecti ſunt Deo. Superbi exemplū. Locum primum. Prouer. 29 d. Humilitas meritoria conſiſtit in tribus. 1. Cor. 4. Iacobi 1. Roma 12. Meritorū præſumptio. Beda in c. 14. Luca.

Universidad de Deusto Biblioteca

& ecclesiæ inuitatus adierit, membris ecclesiæ per fidem coniunctus non se extollat quasi sublimior cæteris, gloriando de meritis. Dabit enim locum honoratiori post inuitato, cùm illorum qui se in Christo secuti sunt, agilitate præitur. Et cum rubore nouissimum locum tenet, quando de alijs meliora cognoscens, quicquid de sua operatione celsum sentiebat humiliat. Sed recumbit aliquis in nouissimo loco secundum illud, quanto magnus es humilia te in omnibus.

Matth.18.

Veniens autem Dominus quem humilem inuenerit, amici nomine beatificans superius ascẽdere pręcipiet Quicunque enim humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Pulchrè autem dicitur, *tunc erit tibi gloria*, ne nunc quærere incipias quod tibi seruatur in fine. Potest etiam & hoc in hac uita intelligi: quia quotidie Dominus suas nuptias intrat superbos despiciens, & humilibus sæpe tanta sui spiritus onera præstans: ut discumbentium cœtus eos admirando glorificet Qui enim se de meritis eleuat humiliabitur à Domino, & qui se de beneficijs humiliat exaltabitur ab eo. Hæc Beda. *Cùm ergo inuitatus fueris*, à Domino per prædicatores suos ad nuptias spirituales, quæ consistunt in coniunctione Christi & ecclesiæ, ad quas nuptias inuitati sunt omnes Christiani: quorum quidã cæteros dignitate pręcedũt: alij uerò merito uirtutum, & excellit unus vna uirtute, & excellitur alia: alij uerò excellunt sacra intelligentia, *non discumbas in primo loco*, aut meritorũ tuorum præsumptione, aut bonorum mundanorum ambitione, aut apetitu inanis gloriæ. Quare autem primus locus non sit ambiendus, probat ex tribus.

Locus primus nõ appetendus.

Primò, ex cõparatione dignioris, *ne fortè honoratior*, id est, dignior maiori honore: *sit inuitatus ab eo*, & talem debes tibi præponere. Dignior enim maiori honore est uirtuosior, & ideo quilibet quãtacunque dignitate polleat, habet incitatiuum fugiẽdi honorem si attendat quòd in congregatione esse potest aliquis eo honoratior. Non enim dignitati debetur excellentia honoris, nisi quia ipsa attestatur excellentiam uirtutis. Secundò, hoc idem probat ex indigni eiectione: quia locus sublimis indigno non est stabilis, sed sæpe inde eijcitur. Vnde dicitur: *Et ueniens*, per effectum, *qui te inuitauit & illum, dicat tibi*: facto scilicet te humiliando, & alium tibi pręferendo, *da huic locum*, quo reputabas te dignum. Hoc sępe euenit, quòd qui putabat se dignum honore, eijcitur à sua cogitatione, & expellitur inde. Tertiò, hoc idem probat ex cõfusione quæ sequitur. Vnde subditur: *& tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere*, erubescens scilicet, quando qui de te maiora præsumpsisti incipies humiliari, quasi deiectus in animo tuo, aut eiectus de tuo officio, aut deiectus post mortem in inferno. Deinde ostẽdit quid sit obseruandum ei qui vult honorem acquirere: quia debet humilia de se sentire. Vnde dicit: *Sed cum inuitatus fueris uade*, non te excusa, *& recumbe in nouissimo loco*, minorem te alijs reputando, & te esse in omnibus in imo merito, & si forte sis excellentior dignitate uel originis nobilitate. Et notandum, quòd triplex distinguitur nouissimum: scilicet statuũ, graduum, & locorum. Inter status locus nouissimus est incipientium, medius proficientium, supremus perfectorum. Inter gradus locus nouissimus est subditorum, medius prælatorum minorum, supremus maiorum. Inter loca nouissimus est inferni, medius mundi, supremus cœli. Recumbe ergo aut in nouissimo primo, scilicet in statu incipientium te reputando per humilitatem, aut in nouissi-

A mo secundo, scilicet in gradu subditorum per Dei timorem, aut in nouissimo tertio, scilicet in inferno per iugem meditationem. Et adducit tria, propter quæ nouissimus locus est eligendus.

Nouissimi loci appetẽdi rationes.

Primùm est, quia ex hoc habetur gratia amicitiæ: *ut cum uenerit*, mentes uisitando, uel merita post mortem discutiendo, *qui te inuitauit ad nuptias dicat tibi, amice*, scilicet propter tuam humilitatem. Secundum est consecutio loci dĩgnioris, *ascende superius*, & in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam: quia te humiliasti, & quia etiã amicus. Tertium est honoris gloria quæ sequitur dignitatem, *tunc erit tibi gloria*, honoris, *coram simul discumbentibus*, in eadem fide, uel in eadem beatitudine quiescentibus: tum quia humilis, tũ quia amicus principis, B tum quia alto gradu sublimatus. Et nota quòd Dominus non intendit hic dicere, quomodo acquirere debeamus humanam gloriam. sed exemplo acquirendi gloriam istam humanam docet nos acquirere gloriam cœlestem, ita quòd sicut humilitas est necessaria ei qui cupit exaltari honore ecclesiastico: sic est necessaria ei qui cupit exaltari honore gratiæ & gloriæ.

Gloriam cœlestẽ docet acquirere.

Sed differẽtia est: quia quicunque se humiliat ut exaltetur promotione ecclesiastica, peccat: est enĩ falsa humilitas in qua latet immunda superbia. qui verò se humiliat vt exaltetur donis gratiarũ & pręmio glorię, habet rectam intentionẽ. Quia ut dicit Hieronymus. Sancta superbia est uirtutes appetere.

Humiliandi sui causa.

Alias appetere. Hieron. in cap. 1. Sophoniæ.

Vltimò C assignat rationem dicti, quantum ad omnia præmissa. *Qui omnis*, siue laicus, siue clericus, siue religiosus, *qui se exaltat*, scilicet superbiendo, *humiliabitur*, sponte uel necessario, hic uel in futuro. *& qui se humiliat*, uoluntariè, non qui humiliatur quasi ex necessitate, *exaltabitur*, uel hîc uel in futuro: & hoc aut in officio, aut in merito, aut in præmio. Humiles dicti sunt ab humo cui prostrati sunt, eo quòd nihil inferius se nisi humum reputant, & se conculcandos omnibus exhibent, & propter hoc exaltari merentur: & ideo homo qui factus est de humo humiliari debet, & exaltatio non debetur ei nisi per humilitatis meritum: & talis humilitas ducit ad letabundum gaudium.

Humiles unde dicti.

Vnde D Bernardus: Semper in corde tuo debes habere, quòd sis peccator uilissimus, & omni dono & gratia Dei indignus: nec ad hoc aliquo modo aptus, ut Deus orationem tuam exaudiat. Multum ergo debemus fugere superbiam, quæ nos derisibiles & inimicos Deo & hominibus constituit: & amplecti humilitatẽ, quę nos desiderabiles & amicos eisdem facit. Vnde Chrysostomus: Ne timeas honore tuo destructo si humiliaueris teipsum. Ita enĩ magis extollitur gloria tua: ita maior efficitur. Hęc regni est ianua Si uoluerimus magni apparere, non erimus magni: sed & omnibus de honorabiliores. Qui enim derisibiles sunt, & omnibus inimici: & ab inimicis facilè captabiles, & immũdi: apud Deum hi maximi omnium sunt.

Chrysosto. ho. 66. in Matth. Humilitatis præmia.

Quid autẽ E humilibus est delectabilius, aut beatius, cùm humiles Deo sint desiderabiles? Sed & ea quæ ab hominibus est gloria, hi maximè potiũtur: & omnes eos velut patres honorant, sicut fratres salutant, sicut propria membra amplexantur. Hæc Chrysostomus. Et quia Dominus instruxit inuitatos ad humilitatem: nunc instruit inuitantes ad misericordiæ pietatem, & ad pauperum ac debilium potius quàm amicorum & diuitum inuitationem: ut conuiuia faciant, non propter hominum fauorem & uanitatem, sed propter charitatem & pauperum necessitatem: arguens per hoc Pharisæos, quia faciebant conuiuia, non moti pietate, sed magis cupiditate, intendentes per hoc consequi

consequi utilitatem, seu honorem temporalem. Vnde Dominus, ut pro refectione corporali rependeret spiritualem, scilicet documentum pietatis, *dicebat ei qui se inuitauerat*, & per hoc etiam alios assidentes qui erant in hoc culpabiles arguebat: *Cùm facis prandium, aut cœnam, noli uocare amicos*, id est, propter amicitiam secularem, *neque fratres tuos*, id est, propter consanguinitatem, *neque cognatos*, id est, propter affinitatem, *neque uicinos*, id est, propter familiaritatem, *neque diuites*, id est, propter aliquam utilitatem consequendam: hæc determinatio scilicet diuites, omnibus prædictis uidetur debere subintelligi, & ita fratres, & cognatos, amicos, & uicinos pauperes sicut & alios egenos uocare potero, ut eis sicut & alijs pauperibus distribuam pro Deo. Et subditur causa, cùm dicitur, *ne fortè & ipsi reinuitent te*. Hæc enim est consuetudo carnalium hominum: scilicet reinuitare inuitantes se, *& fiat tibi retributio*, ab homine, non à Deo: in præsenti, non in futuro: ista nanque reinuitatio intelligitur cuiusque boni temporalis recompensatio.

Ambr. lib. 7. in Lucam.

Vnde dicit Ambrosius, quòd hospitalem remuneraturis esse, affectus auaritiæ est. Sciendum tamẽ, quòd si uocentur prædicti ad conuiuia propter charitatem mutuò nutriendam, meritorium est. Si autẽ ad lasciuiam uel ad gulam exercendam, uel ad inanẽ gloriam, peccatum est: & inuitans sustinebit pęnam. si autem ad reinuitandum: recepit mercedẽ suam. si autem ad beneuolentiam seu liberalitatem, indifferens est: & potest bene fieri & malè, prout ad finem ulteriorem ordinatur, qui potest esse bonus uel malus.

Bona ecclesiæ expendantur in pios usus.

Vnde hæc inuitatio permittitur nisi de patrimonio Christi, quod totum debet in usus pauperum expendi: sicut de testamento mihi commisso ad faciendum eleemosynam, non possum in alios vsus expendere quicquam. *Sed cùm facis conuiuium*, motus pietate, *uoca pauperes*, censu: qui non habent de suo ad uiuendum. *& debiles conatu*: qui potentiam non habẽt ad laborandum. *& claudos*, gressu: qui ire nequeunt ad mendicandum. *& cæcos*, uisu: qui non uident ad aliquod artificium operandum. *& beatus eris*: scilicet in præsenti beatitudine spei, & in futuro beatitudine rei: *quia* inuitati, *nõ habent retribuere tibi*: & ideo Deũ nunquã obliuiscentẽ habebis debitorẽ, pietas enim ad omnia utilis est, promissionẽ habens uitę quę nũc est, & futuræ Vbi Chryso. Nõ ergo turbemur cùm nõ recipimus beneficij recõpensationẽ: sed cùm recipimus.

Chrysosto. hom. 1. in epistolã ad Colossen.

Quoniam si receperimus, non amplius recipiemus illic: sed si minimè retribuit homo, tunc tibi Deus retribuet. Vnde sequitur: *Retribuetur enim tibi*: scilicet à Domino, *in resurrectione iustorum*. secũdum Bedam: Et si omnes resurgant, singulariter tamen & quasi propriè non immerito resurrectio iustorum dicitur, qui in ea immutandi sunt, & se beatos esse futuros non dubitant. Vbi Gregorius Nissenus: Non ergo negligas iacentes, quasi nullo sint digni. Cogita quid sint, & preciositatem eorum inuenies. Saluatoris induerunt imaginem, futurorum bonorum hæredes, regni clauigeri, accusatores & excusatores idonei: non loquentes, sed inspecti à iudice. Vbi & Chrysostomus: Deceret ergo eos sursum in solario suscipere. Si non placet saltem deorsum: ubi sunt subiugalia & famuli. Christum suscipias, fiat saltem pauper edituus. Vbi est eleemosyna, non audet intrare diabolus. Et si secum consedeas, mitte ei de mensa fercula. Et iterum: Sed dicis: Immundus est pauper & sordidus. Laua eum & fac tecum in mensa sedere. Si uestes sordidas habet, mundum indumentum ex-

Chrysosto. loco citato.

A hibeas. Christus accedit per eum, & tu friuola loqueris: Hæc Chrysostomus, Moraliter, *cùm facis conuiuium*, id est, cùm accedis ad orationem, vt reficiaris pane lachrymarum, & inebrieris uino compunctionis, *noli inuitare amicos*, id est, noli orare tantum pro amicis & consanguineis tuis: & pro diuitibus, id est, pro iustis qui sunt diuites in uirtutibus: sed pro inimicis & peccatoribus, qui uerè pauperes sunt. Vnde subdit: *Sed uoca pauperes*, id est, associa in tua oratione peccatores: & subdiuidit in tria genera peccatorum, dicens: *debiles*, id est, peccantes ex infirmitate, *claudos*, id est peccantes ex malitia, scilicet qui habent pedem intellectus sanum: sed pedem affectus infirmum, *& cæcos*, id est, peccantes ex ignorantia

Moraliter.

Prædicator etiã B uerbi diuini facit spirituale conuiuium: sed si facit hoc propter honoris uel lucri temporalis consecutionem, non habebit à Deo mercedem: si uerò facit propter animarum salutem, recipiet cum iustis uitam æternam.

Conuiuiũ prædicatoris.

Ex eo autem quòd Dominus hîc ait: *retribuetur in resurrectione iustorum: quidam de simul discumbentibus*, rudis & carnalis, motus uerbis Christi, credidit quòd resurrectio futura esset ad vitam cibis corporalibus indigentem, & quòd Christus promitteret escas corporales in regno cœlorũ, & dicit ei, *beatus est qui manducat panem in regno Dei*. Vnde Cyrillus: Homo iste animalis erat, non diligenter percipiens ea quæ Christus protulerat. putauit enim corporeas C esse remunerationes sanctorum. Sed quidam dicunt, quòd per panem iste intelligebat beatitudinem uerã quæ consistit in uisione & fruitione deitatis Christi principaliter, & humanitatis secundariò, qui uocat se panem uitæ. Vnde Augustinus: uel quasi in longinqua iste suspirabat, & panis iste, scilicet quem desiderabat, ante illum discumbebat. Quis enim est panis regni Dei, nisi qui dicit: *ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi*? Noli parare fauces, sed cor: Hęc Augustinus.

Augustin. ser. 33. de uerbis domini. Ioan. 6.

Beatus igitur qui hunc panem, qui refectio animarum est *manducabit in regno Dei*, uidendo scilicet & fruendo, de quo dicitur in Ecclesiastico. *Qui edunt me adhuc esurient*, non propter famis inediam: sed propter fastidij absentiam. Vnde Beda: Panis qui manducatur in D regno Dei, non corporalis intelligendus est cibus, sed ille utique qui ait: *Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum*. id est, si quis meę incarnationis sacramento perfectè incorporatus meæ diuinæ maiestatis uisione frui meruerit, hic perpetua uitæ immortalis beatitudine gaudebit. Hæc Beda.

Eccle. 24.

Beda in c. 14. Lucę. Ioan. 6.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, manu misericordiæ tuæ me apprehende, & protege: ne pręualeat in me hydropisis carnalis uoluptatis uel auaritiæ, aut* E *superbiæ: & da mihi ut per ueram cordis, oris, & operis humilitatem in nouissimo loco recumbam minorem me alijs reputando, & per misericordiam indigentes inuitare nõ obmittam, eorum necessitatibus pro posse succurrendo. Largitor opulentissime Deus, da mihi misero panem cœlicum (qui tu ipse es) manducare in regno Dei; pro quo pane tibi Domine quotidie militamus, pro quo tota die mortificamur, ut in tua uita uiuamus. Amen.*

Universidad de Deusto Biblioteca

De inuitatis ad cœnam magnam. *Caput LXXXI.*



Lucæ.14.

ET quia nõnulli terrenis, vel voluptatibus mundi huius dediti, hunc panem de quo dictum est, fidetenus quasi odorãdo percipiunt, dulcedinem uerò attingere ueraciter gustãdo fastidiunt: ideo ad ostẽdendũ talium teporem cœlestibus epulis non esse dignum, subiungit dominus parabolam, in qua demonstrat diuinæ largitatis effluentiam, & arguit multiplicem Iudæorum ingratitudinem, qui præ cæteris gentibus fuerunt inuitati ad cœlestem beatitudinem. Primò, per Prophetas. Secundò, per ipsum Christum. Tertiò, per Apostolos: & tamen renuerunt uenire per fidem: & ita uocati sunt Gentiles. Dicit ergo. *Homo quidam*, id est, Christus uerus homo & uerus Deus, qui dicitur homo rationem ueritatis naturæ humanæ, quidam, ratione singularitatis personæ respectu aliorum, *fecit cœnam magnam*, id est, præparauit futuram gloriæ & uitæ æternæ refectionem, & cœlestem seu æternam beatitudinem, quàm sanctis animabus ab æterno præparauit Dominus. Quæ uocatur cęna eo quòd est refectio ultima: quia sicut cęna paratur declinante die, post quam nulla refectio sequitur: sic uita æterna datur per diem præsentis uitæ, ubi nihil aliud expectatur. Item dicitur cœna magna imò sic maxima, ut eius immensitas in cor hominis non possit ascendere, *& uocauit multos*, quia vult omnes homines saluos fieri & beatos. Vocauit Dominus quosdam per Angelos, quosdã per patres, quosdã per Prophetas, quosdã per seipsum, quosdã per Apostolos, quosdã aliorũ prædicatorũ uerbis, quosdã inspirationibus internis, quosdã beneficijs & prosperis, quosdã flagellis & aduersis. *Et misit seruum suum*, id est, prædicatorẽ Euangelicum: & licet plures sint serui personarum statuum & habituum diuersitate, unum tamen debent esse fidei & charitatis unitate. *hora cœnæ*, id est, ultima ætate & tempore gratiæ. Hora cęnæ est finis seculi, scilicet ultima ætas. Nam etsi homines in alijs ætatibus ad cœnam inuitabantur, nullus tamen recipiebatur ad cœnam: sed omnes ad limbum descẽdebant, *dicere inuitatis ut uenirent*, id est, ad ueniendũ per bona opera se prępararẽt: *quia iam parata sunt omnia*. Ante aduentum Christi, nondum erat cęna Christi parata: quia nullus poterat ingredi vitam ęternam: sed agno Christo immolato apertus est regni cœlestis aditus, & tunc missi sunt Apostoli ad quos antè fuerant Prophetæ missi. Sicut enim Christus missus fuit

Ingratitudo Iudæorum.
Cęna magna.
Vocatio domini.
Cęnę tempus.

à patre ut inuitaret ad cœnam: ita ipse seruos suos Apostolos suos misit & mittit prædicatores, ut dicãt nobis: uenite ad cœnam quia parata sunt omnia. Cõsistit autem illa cœna in tribus: scilicet in beata uisione diuinarum personarum in societate Angelorum, & in consortio sanctorum: quæ omnia ut hic dicitur sunt parata. *Et cœperunt se simul omnes excusare*, id est, per mala opera se retrahere: quia plus dilexerunt terrena & corporalia quàm cœlestia & spiritualia. Omnes se excusant, & si non uerbo saltem cogitatu uel facto, Omnes dicit, id est, pro maiori parte: quia pauci saluantur respectiuè secundum Gregorium. Multi uocantur, sed pauci ueniunt: quia multi qui per fidem ei subijciuntur, malè uiuendo eius conuiuio contradicunt. Sed uæ nobis: quia secundum eundem Gregoriũ, Ecce homo diues inuitat: & pauper occũrrere festinat: ad Dei inuitamur conuiuium, & excusamus. Dominus clementer omnes inuitat: sed qui uenire nolunt excusant, & sic æternum conuiuiũ quod Deus non rogatus, sed gratis offert uolentibus, sibi intercludunt. Excusatio enim ista est indispositio uoluntaria: qua alij cadunt in superbiam, alij in auaritiam, alij in luxuriam. Primi signantur per uillam emptam uidentes. Secundi, per iuga boum empta probantes. Tertij, per uxorem ducẽtes: & omnes isti ad cœnam Dominicam sunt inepti. Vnde consequenter excusantium causæ subduntur, cùm dicitur. Primus dixit. *Villam emi, & necesse habeo exire, & uidere illam*, Vbi notantur superbi amatores mundi, in quibus est ambitio dignitatum & huiusmodi. in uilla enim empta dominatio notatur & superbia: quia superbi uolunt alijs dominari. Et alter dixit: *Iuga boum emi quinque, & eo probare illa*, Vbi intelliguntur auari & cupidi quinque sensibus, & terrenis nimis intenti: in quibus est cupiditas terrenorum & mũdanorum: per boues enim qui terram uersant, terrena signantur. Et alius dixit. *Vxorem duxi, & ideo non possum uenire*. Vbi notantur carnales & luxuriosi delitijs carnis dediti: in quibus est amor voluptatum carnalium, uxor enim ad uoluptatem carnis pertinet. Dicit autem secundũ Basilium, non possum uenire: eo quòd intellectus humanus vergens ad humanas illecebras, debilis est ad agendum diuina. Omnes ergo prædicti sunt indigni cœna nuptiarum agni. Vnde sunt uersus isti:

Villa, boues, uxor, cœnam clausere uocatis,
Mundus, cura, caro, cœlum clausere renatis.

Ad ista uerò tria uitia, reducuntur omnia à beatitudine cœlesti excludentia. Quia (ut ait Ioannes) *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ*. Vnde Augustinus: O qui ad cœnam Dei uenitis: nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Amor rerũ terrenarum, uiscus est spiritualium pęnarum †: quoniam omnia quæ in mundo sunt, concupiscentia carnis sunt, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi. Concupiscentia carnis, uxorem duxi: concupiscentia oculorum, quinque iuga boum emi: ambitio seculi, uillam emi. Tollamus ergo de medio excusationes uanas & malas: & ueniamus ad cœnam: quia intrinsecus saginabimur. Non nos impediat extollentia: non superbia extollat: non nos teneat curiositas illicita & auertat à Deo: non nos impediat uoluptas carnis à uoluptate cordis. Veniamus & saginemur: Hæc Augu. Secundum Chryso. Quamuis uideantur rationabiles excusantium occasiones esse: tamẽ hinc discimus: & si necessaria fuerint quæ detinent omni

bus

Cœna cœlestis cõsistit in tribus.
Omnes pro plerimis.
Gregorius hom.36.in Euãgelia.
Excusatio à cœna.
Villã emit amator mundi superbus.
Iuga boũ auarus.
Vxorem duxit carnalis.
1.Ioan.2.
Augu.ser.33.de uerbis domini. Amor terrenorum. † pœnarũ.
Excusatio tollatur.
Chrysosto.ho.42.operis imperf.

bus prima facere spiritualia. Excusat quippe omnis qui plus terrena, quàm cœlestia diligit: etiam si se ad cœlestia tendere dicit. Quòd hodie clericis & religiosis multis obijci potest, qui curam & sollicitudinem tantam habent de terrenis & omnibus quibus laici occupantur, ut nulla differentia inter hos & illos uideatur. Vnde Gregorius: Sed ecce inter hæc pensare possumus, quid sibi corda nostra respondeant. Occultis enim fortasse sibi cogitationibus dicant: Excusare nolumus: ad illud enim supernæ refectionis conuiuium & uocari & uenire gratulamur. Loquentes nobis talia, mentes nostræ uerum dicunt: si non plus terrena, quàm cœlestia diligunt: si non amplius rebus corporalibus, quàm spiritualibus occupantur: Hęc Gregorius. *Et reuersus seruus, nunciauit hæc Domino*. Prædicatores exeunt ad prædicationem: reuertũtur ad Dei contemplationem: nunciant quid egerũt per interiorem confessionem. *Tunc iratus paterfamilias*, scilicet Christus (cuius familia sunt omnes Angeli, omnes electi fideles) contra suę cœnæ contemptores ira non affectus, sed effectus: quia punit ut iratus. Nã secundũ August. Ira Dei est uindicta peccati. Et iustè irascitur Deus de negligentiis hominum, quòd paratam pro eis æternæ uitæ cœnam contemnunt, & uilibus cibis mentem implent. Iratus (inquit) dixit *seruo suo*, scilicet prædicatori euangelico: *Exi citò*, scilicet ab ostio studij & cõtemplationis, ad publicum actionis & prędicationis, *in plateas & uicos*, ciuitatis. Per uicos & plateat ciuitatis, quæ scilicet clausuram habent, intelligitur uocatio Iudæorũ qui clausi erant legalibus obseruantijs, & quasi Dei ciues: ut pote eius legem tenentes: quorum quidam erant in plateis, id est in lata uia prosperitatis & uoluptatis: quidam in uicis, id est in angustia aduersitatis & tribulationis. Vicus enim arctior est, quàm platea: & pauperes propter defectum gratiæ & uirtutis: ac debiles, propter defectum bonæ operationis: & cæcos, propter defectum ueræ cognitionis: & claudos, propter defectum rectæ affectionis & intentionis: hoc est humiles, qui se tales reputant, & intrare desiderant, introduc huc: tales enim vult Dominus ad pœnitentiam uocari, & ad suum conuiuium introduci. Nam principibus & sacerdotibus, ac legisperitis Iudæorum, propter ingratitudinem & superbiam dimissis à Deo, & relictis: humiles, simplices, & publicani illius populi sunt uocati: ut patet in Apostolis & pluribus alijs ex decursu Euangelij. Vnde Grego. Quia ergo uenire superbi renuunt pauperes eliguntur: quia infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: peccatores superbi respuuntur, & peccatores humiles eliguntur: hos itaque elegit Deus, quos despicit mundus: quia plerunque ipsa despectio hominem reuocat ad semetipsum. Pauperes ergo & debiles, cęci & claudi, uocantur, & ueniunt: quia infirmi quique atque in hoc mundo despecti, plerunque tanto celerius uocem Dei audiunt, quanto in hoc mundo non habent ubi delectentur. Vnde & Augustinus: Et qui uenerunt nisi mendici, debiles, claudi, cæci? Illi autem non uenerunt diuites, sani, quasi bene ambulantes, & acutè cernentes, multum de se præsumentes: & ideo tanto despectiores, quanto superbiores. Veniant mendici: quia ille inuitat qui propter nos factus est pauper, cùm diues esset: ut illius paupertate mendici ditaremur. Veniant debiles: quia non est opus sanis medicus, sed malè habentibus: Veniant claudi, qui ei dicant: compone gressus meos in semitis tuis. Veniant cæci, qui dicant: *illumina oculos meos*

Greg.hom.36.i Euã.
Augustin. in psal.78. Ira Dei iusta.
Iudæorum uocatio.
Gregorius hom.36.in Euangelia. Pauperum electio.
1.Cor.1.
Augu.ser.33.de uer.domini.
1.Cor.8.
Matth.9.
Psal.16.
Psal.12.

ne unquam obdormiam in morte: Hæc Augustinus. *Et ait seruus: Domine factum est ut imperasti*: sed etiam eo modo ut imperasti: & sic notatur perfecta obedientia. s. in opere & in modo: *& adhuc locus est*, quasi dicat: Multos introduximus de Iudæis, *sed adhuc est locus*, ubi recipiantur Gentiles. hoc etiam ideo dicitur: quia ecclesia plures recipere semper est parata. *Et ait Dominus seruo: Exi citò in uias & sepes*, id est extra Iudæam discurrendo ad Gentilem populum. Per uias enim & sepes intelligitur uocatio Gentilium: qui tanquam agrestes in uijs & sepibus erant dispersi, & direptioni hostium expositi in uijs, s. mundanæ prosperitatis, & sepibus aduersitatis: *& compelle intrare*, instantia & importunitate prædicationis. Vocantur enim, qui à malo retrahuntur feruentibus exhortationibus: compelluntur, qui trahuntur duris comminationibus. Vnde Iudæos monet uocari, & Gentiles compelli: quia Iudæis tanquam legem & Prophetas habentibus, leuior uocatio debebat sufficere, quę nõ sufficiebat gentibus, *ut impleatur domus mea*, s. cœlũ & cœlestis patria, ubi fit æternum conuiuium debito numero prædestinatorum: qui numerus non remanebit inexpletus. Vel compelluntur intrare hæretici: qui per ecclesiam puniti resipiscunt: uel quicunque alij qui huius mundi aduersitatibus fracti, ad Dei amorem redeunt. Fœlix necessitas, quæ ad meliora compellit. Multi enim qui in securitate & prosperitate mundo uiuunt, instante aduersitate & periculo ad Deum fugiunt. Vnde Chrysostomus: Multo laboriosius est in securitate concupiscentias uincere, quàm in periculo diuitias posse contemnere. Ipse enim timor periculi adiuuat animum, & facilè uincitur delectatio corporalis. Quot enim sunt qui in securitate non fuerunt contenti pauperes esse: & tamen uidentes persecutionem, magis contenti fuerunt bona sua dimittere, quàm perire. Illos tales sciens Deus, frequenter præcidit diuitias eorum: ut à sollicitudinibus releuati, securius & melius permaneant Deo: Hæc Chrys. Liquet ergo (ut ait Gregorius) quòd alij uocantur, & uenire contemnunt ut qui donum intellectus accipiunt, sed eundem intellectum operibus nõ sequuntur. alij uocantur & ueniunt: ut qui acceptam intellectus gratiam operando perficiunt. alij intrare compelluntur: ut quos ecclesia temporaliter punit. In fine autem concludendo, subiungit, *Dico autem uobis*, cuius dicere infallibile est, *quòd nemo uirorum illorum qui uocati sunt*, & se excusantes uenire noluerunt, *gustabit cœnam meam*, imò nec videbit: sed sancti gustant & uident etiam in præsenti, secundum illud Psal. *Gustate & uidete quoniam suauis est Dominus*. Implenda est enim domus Dei numero prædestinatorum: sed superbi peccatores qui uocati uenire noluerunt, seipsos irrecuperabiliter excusarunt. Hæc sententia Domini (ut ait Gregorius) ualde timenda est. Nemo ergo uenire contemnat: ne dum uocatus excusat, cùm uoluerit intrare non ualeat. Et certè qui non intrauerit, famelicus & inanis à refectione diuinæ fruitionis & uisionis remanebit. Ecce, quàm periculosum est contemnere inuitationem Iesu Christi: tales enim à refectione eius in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam, merentur excludi. Hæc igitur omnia, & ad quæ uocati sumus, diligenter consideremus: & præsentia despicientes, ad futura nos pręparemus. Vnde Chrysostomus: Permaneamus igitur custodientes eam quam initiò suscepimus dignitatẽ & futura quotidie regna quæramus. Omniaque præsentia, umbras esse prorsus ac somnia iudicemus.

Vocatio Gentiliũ.
Intrare cõpulsi.
Tribulationum bona.
Gregorius hom.36.in Euãgelia.
Psal.33.
Prædestinati solũ ad cœnam recipientur.
Gregorius ibidem.
Chrysosto. hom.5. ad populũ Antiochaum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicemus. Neque enim ſi rex terrenus aliquis, aſſumens te pauperem ac mendicum, repentè ſibi adoptaret in filium: tu iam ad tugurij tui reſpiceres uilitatem Ita nunc igitur nihil præſentium putes eſſe preciosum. Longè quippe maiora ſunt ad quæ uocatus es capeſſenda. Hæc Chryſoſtomus.

ORATIO.

DOMINE Ieſu Chriſte, qui omnes homines uolens ſaluos fieri, refectionem cœleſtis beatitudinis omnibus præparaſti: & multos ad eam multis modis uocaſti: ne me miſerum excludas ab illa gratia generali quam omnibus ueniſti impartiri: & da mihi calcare omnem ſuperbiam & ambitionẽ auaritiam & cupiditatẽ, concupiſcentiam carnis & uoluptatem, ne hæc uel alia impedientia, mihi æternum intercludant conuiuium: ſed qui ſum pauper in gratia & uirtute, & debilis in bona operatione, ac cæcus in uera cognitione, & claudus in recta aſfectione, miſericorditer introducat in idipſum: Amen.

De ſcenophegia feſtiuitate Iudæorum. Caput LXXXII.



Ioan. 7.

POST hæc ambulabat & manebat adhuc *Ieſus in Galilæa*, docendo in ſynagogis eorum: *non enim uolebat in Iudęam ambulare: quia Iudæi quærebant eum interficere.* Licet enim poſſet inter eos ſine nocumento eſſe: uoluit tamen aliquando ante tempus paſſionis, ſe ab eis ſubtrahere. Primò, ratione ſui: quia nondum uenerat tempus quo uolebat occidi. Secundò, ratione noſtri: ut noſtram conſolaretur infirmitatem: dando nobis exemplum, quòd poſſumus aliquãdo declinare perſecutionem. Tertiò, ratione Iudęorum: ne manens in medio eorum, magis eos incitaret in odium. *Erat autem in proximo dies feſtus Iudæorum ſcenophegia*, id eſt feſtiuitas tabernaculorum, quando habitabant filij Iſrael in tabernaculis ſeptem diebus, ſub umbra ramorum, in ſimilitudinem & memoriam tabernaculorum, in quibus habitauerunt patres eorum, cùm educti ex Aegypto peregrinarentur in eremo, uelut reminiſcentes beneficia Domini, qui erant Dominũ occiſuri. Et eſt ſcenophegia dictio græca, compoſita à ſcenos quod eſt umbra: & phagin quod eſt comedere: quia in umbraculis comedebant, durante illa feſtiuitate. Et celebrabatur collectis fructibus anni in Septembri mẽſe ſeptimo: quia illo tempore quo duæ erant colligendæ, exiuerunt de eremi tabernaculis & uenerunt in terram promiſſionis, unde exploratores portauerunt in uecte vuas. Et tunc Iudæi habitabant

Scenophegia quid.

Num, 13.

A

in umbraculis: quia patres eorum per quadraginta annos habitabant in tabernaculis. Imminente igitur ſcenophegia, *fratres*, id eſt conſanguinei Domini, nõ Apoſtoli, ſed alij propinqui eius cognatione ex parte uirginis Mariæ: quia uiderunt ipſum non eſſe paratũ ad aſcendendum, inuitabant eum ut ad diem feſtum in Hieruſalem, quæ caput regni eſt, aſcenderet: ibique gloriam miraculorum oſtenderet, & ſe manifeſtaret. Chriſtus enim habebat quoſdam cognatos ſecundum carnem, qui more Iudæorum fratres dicebãtur. Et dixerunt ad eum: *Tranſi hinc, & uade Iudæam*, hoc eſt Hieruſalem Iudeæ metropolim: *ut & diſcipuli tui*, id eſt turbæ te ſequentes, ſeu aliæ undecunque illuc conuenientes, *uideant opera tua*, & miracula. Ac

B

ſic (ſecundum Bedam) dicant: Tu ſigna facis: & pauci ea uident. Tranſi ergo ad regiam urbem ubi ſunt principes: ut uiſis ſignis laudem conſequaris ab eis: carnales amici gloriam eius quærentes: ut illius participes fierent: & per miracula eius magnificarentur, carnale conſilium dabant, quò ſaluator noſter mundi gloriam acquireret: & ſuum nomen longius dilataret: ideoq; non in occulto & abſcondito: ſed palam & in conuentu multorum, miracula Dominũ Ieſum facere admonebant. Eſt nanque proprium inanis gloriæ cupidorum: ut quicquid glorioſum ſuum uel ſuorum extiterit, oſtendatur in publico. *Neque enim fratres*, id eſt, conſanguinei, *eius*, humanam & mundanam gloriam requirentes fideliter, *credebant in eum*,

Beda in ca. 7. Ioan. Amicorũ carnalium conſilium.

C

æſtimantes eum uanè glorioſum, & gloriæ hominũ amatorem & cupidum. Facis inquiunt miracula, ſed in abſcondito: innoteſce & appare hominibus, ut laudari poſſis ab hominibus. Putabant enim quòd laus & fauor mundi eſſet fructus uirtutum, & miraculorum ſuorum. Et quia ſuggerebant ei malum, ſcilicet gloriam mũdanam quærere: ideo recuſauit, & eis nõ acquieuit: ut daret nobis exemplum non quærendi gloriam huiuſmodi, dicens: *Tempus meum*, id eſt gloriæ meæ manifeſtandæ, *nondum aduenit*: quia poſt reſurrectionẽ manifeſtanda erit: *tempus autem ueſtrum*, ſcilicet mundanæ gloriæ, quo & mundi laudem, hominumque fauore & vana gloria decipiamini, *ſemper*

D

eſt paratum: id eſt mundi gloria quã affectatis & quęritis, ſemper eſt parata uobis. Ea enim quę omnibus horis mundus exhibet quæritis, ſcilicet honores, diuitias, & delitias: & ideo ſicut vos tẽpori parati eſtis, ita tempus paratum eſt uobis. Mundani ergo habent tempus gloriæ paratum: quia eadem amant quæ mũdus & mundo conſentiunt: & ideo quod quærunt, ſemper inueniunt: ſancti uerò, qui quærunt gloriam ſpiritualem, non habent hîc tempus paratum: quia uituperãt quæ mundus amat, & mundum contẽnunt. Et ideo dicit: *Nõ poteſt mundus*, id eſt mundani, *odiſſe uos*: quia cum mundo conuenitis, & de amatoribus eius eſtis: & ſimilium in uoluntate, & uoto, & opere

E

non eſt odium, ſed amor & amicitia. Vnde Chryſo. Qualiter eos mundus odit, qui eadem cum mundo uolunt & pro eo ſtudent? *me autem*, & meos *odit*, propter diſſimilitudinem quæ eſt in uoluntate, uoto, & opere: quia opera eius mala nõ approbamus, ſed magis redarguimus. Sicut autem duæ gloriæ, ita & diuerſa ſunt feſta. Mundani enim habent feſta tẽporalia, ſcilicet gaudere, epulari, & huiuſmodi delitias exteriores: ſancti uerò habent feſta ſpiritualia, quæ cõſiſtunt in delectationibus ſpiritus. Et ideo bene ſubdit: *Vos*, qui gloriam mundi & feſta gaudiorum mũdanorũ quæritis, *aſcendite ad diem feſtum hunc*, in quo uideri & uidere in uanitate & concupiſcentia vultis,

id eſt

Chryſoſt. hom. 47. in Ioannem.

Gloria & feſtum duplex.

id eſt ad feſtun lætitiæ temporalis. Vbi laus humana

A

& uoluptas quæritur: vbi carnalia gaudia extẽdũtur, *ego*, qui talibus non delector, *non aſcendam*, ſcilicet vobiſcum, *ad diem feſtum iſtum*: & hoc modo ſicut uos vultis, ſcilicet quærens gloriam, *quia tempus meum*, id eſt gloriæ meæ ſecundum humanitatem, ad quam perueniendum eſt, impleta prius humilitate, *nondum eſt impletum*, non enim niſi impleta humilitate paſſionis, ſequitur tempus gloriæ & immortalitatis. Vel *uos aſcendite ad diem feſtum hunc*, id eſt ad principium ſolennitatis huius: quia Iudæi magis uacabant epulis & lætitiæ in principio feſti quàm in fine. *ego autẽ non aſcendam ad diem feſtum iſtum*, ſcilicet primum: *quia tẽpus meum nondum eſt impletum.* Tempus enim aptum

B

doctrinæ ueritatis, propter quam ſaluator uenerat, non erat ſic in principio ſolennitatis propter prædicta, ſicut circa finem: quia tunc paratiores ſunt omnes ad doctrinam. Dicendo autem uos aſcendite, nõ conſulit nec præcipit nec eos ad talia inuitat: ſed prędicit & præmittit, & oſtendit quid ipſi quęrebant qui mundana ad huc tantum ſapiebant. Iſti ſemper uolebant eſſe in feſto, & non in uigilia, qui ſemper uolebant habere mundi laudem & uoluptatem, & nullam ferre mundi moleſtiam. Similes ſunt multi in pręſenti uita, qui ſemper uolunt habere feſta, & ideo in futuro facient vigiliam: uolunt enim modo eſſe in comeſſatione, & ebrietate, ac riſu, & uanitate: & ideo ſẽper erũt in fame, & ſiti, & fletu, & tribulatione. Iſtud

C

autẽ feſtũ diabolicũ triplici de cauſa nõ eſt faciendũ. Primò, quia hęc uita eſt uigilia: ideo debemus ieiunare, & peccata noſtra plangere: ut poſſimus ad feſtum cœleſtis patriæ peruenire. Vnde Matthæus. *Beati qui lugent*, ecce uigilia: *quoniam ipſi conſolabuntur*, ecce feſtum. Sed uani homines uolunt hic feſtum facere: & ideo uenient ad uigiliam. Vnde Lucas. *Vę uobis qui ſaturati eſtis*, ecce feſtum: *quia eſurietis*, ecce uigilia. Secũdò, quia iſta uita eſt exilium: & ſtultus eſſet peregrinus qui in exilio poſitus uellet facere feſtum: ſed debet expectare quouſque ad patriam ſuam redeat: patria autem noſtra, eſt regio cœleſtis, quæ nos expectat: & quia peccatores de hoc exilio patriam faciũt,

Feſtũ diabolicum. Matth. 5.

D

ideo à patria cęleſti exules & banniti ſemper erunt. Tertiò, quia iſta uita eſt locus laboris: & ideo ſerui Dei ſunt in labore continuo, & de labore ueniunt ad quietem: uani autem homines uolunt eſſe in ocio, & ideo de ocio ueniunt ad laborem. Hîc ergo oſtenditur diſcretio ſeu diſtinctio bonorum à malis: tempus enim gloriæ malorum ſemper eſt in pręſenti, ubi dies mali ſunt, & mali florent: tempus verò glorię bonorũ erit in futuro, quando cum Chriſto regnabunt: ad quam gloriam per paſſiones & tribulationes perueniunt. Dicant ergo deuoti alijs ad conuiuia & laſciuias eos inuitantibus: *Vos aſcendite ad diem feſtum hunc*, nos qui talia non appetimus, non aſcendimus.

Labor huius mũdi.

E

Non enim debet ſeruus Chriſti in talibus delectari: quia delicatus miles eſt, qui vult ſimul gaudere cum ſeculo, & regnare cum Chriſto, cùm dictum ſit: *Væ bis qui in bonis ducunt dies ſuos: quia in puncto horæ deſcendent ad inferni nouiſſima*: receperunt enim bona in uita ſua. Vnde Auguſtinus. Simus recti corde, tempus gloriæ noſtræ nondum uenit. Dicatur amatoribus huius ſeculi, quales erant fratres Domini: Tempus ueſtrum ſemper eſt paratum: tempus noſtrum nondum uenit. Audeamus enim & hoc dicere & nos. Et quoniam corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti ſumus: quoniam membra eius ſumus: quoniam caput noſtrum gratanter agnoſcimus, dicamus prorſus: quoniam propter nos & ipſe dignatus eſt dicere, quando nobis inſultant amatores huius ſeculi, dicamus eis: Tempus ueſtrum ſemper eſt paratum: tempus noſtrum nondum uenit: Hæc Aug. Tempus etiam diuitum ſemper eſt paratum: quia eſt in burſa eorum: ſi enim eſt frigus, bene ſe induunt, uel aliter calefaciũt: ſi eſt calor, habent domos frigidas, uel ſubuentiones alias: & ſimiliter in alijs defectibus corporum, promptum habent remedium: & ideo tempus eorum ſemper eſt paratum: pauperes uerò totũ habent contrarium: ſed aliter erit in alio ſeculo. *Hæc cum dixiſſet Ieſus, manſit in Galilæa*, ex ratione ſupradicta. *Poſt quam autem aſcenderunt fratres eius*, duobus

Iob. 21. b.

Auguſtin. tracta. 28. in Ioan. Tẽpus noſtrum nõ dũ uenit.

A

B

diebus tranſactis, latẽter aſcendit ſine eis. Sicut enim noluit eſſe in principio feſtiuitatis, ne fratribus ſuis malum perſuadentibus uideretur fauere: ſic noluit ſe omnino ſubtrahere: nec doctrinam ſalutis omittere, quam uenerat docere: *Aſcendit ergo ad diem feſtum*: ſed non ad illum ad quem fratres eius aſcenderunt: nec ut illi, ſcilicet manifeſtè & cum magna comitiua: nec ut uideretur ab hominibus, ne occaſionem maioris inuidiæ daret Iudæis: quia non cupiebat gloriari temporaliter: ſed aliquid docere ſalubriter: homines corrigere: de feſto ęterno admonere: amorem ab hoc ſeculo auertere: *ſed aſcendit quaſi in occulto*: in hoc condeſcendens fidelibus qui timore mortis occultandi erant: & ne ſe hominibus oſtendens, fauorem

C

humanum quæreret: quia dies feſtus Domini, non exterius, ſed interius: non facie, ſed in mente agitur: de quo in Pſalmo dicitur: *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem feſtum agẽt tibi.* Sic ergo age diem feſtum, ſi ad tuam feſtiuitatem uis uenire Ieſum. Qui enim agunt in manifeſto, & ut ab hominibus uideantur: receperunt mercedem ſuã. Vbi Beda: Myſticè autem deſignatur quòd ſingulis quibuſque carnalibus, humanam gloriam quærentibus, Dominus manet in Galilæa: quæ interpretatur tranſmigratio facta: id eſt in membris ſuis, quę tranſmigrant de uitijs ad uirtutes, & in eis proficiunt. Poſtmodum uerò Dominus aſcendit: quia membra Chriſti non huius uitæ, ſed æternæ gloriam quærunt: oc-

Pſal 75.b. Feſta ſecretè agenda.

Beda in c. 7. Ioan. Myſticè.

D

cultè autem Dominus aſcendit: quia omnis gloria eius ab intus, id eſt de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta: Hæc Beda. Nota quia dominus docturus miracula, imo in omnibus magnis operibus potentię & uirtutis ſuæ gloriam fugit: nolens ſocios habere: uel nuncios præambulos: ut patet hic & in pluribus alijs, quaſi diceret: *Quanto maior es, humilia te in omnibus*. In operibus uerò humilitatis, turbam comite habuit, ueniens ad paſſionem: & diſcipulos præmiſit, ut ſibi aſinam & pullum adducerent. Etiam comeſturus agnum paſchalem, præmiſit qui prępararentlo cnm: ſed hoc fecit in tanti ſacramenti myſterium: quod non debet ſumi, niſi cum magna præparatione uirtutũ & bonorum operum.

Eccleſ. 3.

E

Iudæi ergo, cõmuniter, *quærebant eum in die feſto* antequam aſcenderet: quia non uiderant eum adeſſe cum fratribus: *& dicebant: Vbi eſt ille?* ſcilicet talis & tantus prædicator, & miraculorum operator. Non nominant eum nomine proprio, tam quærentes eũ animo bono, quàm malo. Quidam enim quærebant Deum deſiderio addiſcendi, ut eius doctrinam deuotè audirent: alij deſiderio malignandi, ut eum interficerent: alij uana curioſitate, ut eum uiderent. Illi ergo qui quærebant eum ex odio, dedignabantur eum nomine proprio nominare: quia nomen ſuum fuit eis graue. Sed illi qui quærebant eum ex deuotione, non audebant eũ

nominare:

Quęrentiũ dominum intentio.

Universidad de Deusto Biblioteca

nominare uel ita reputabant eum famosum & authẽticum quòd non oportebat nomen proprium exprimere. Vani autem non curabant de suo nomine. *Et erat murmur de eo in turba*, & dissensio propter contrarietatem opinionũ de eo: *quidam enim*, scilicet qui pia intentione quærebãt eum, *dicebant quia bonus est*, approbantes eius doctrinam & miracula: *alij autem*, scilicet qui mala intentione quęrebant eum, *dicebant, non sed seducit turbas*, dicta eius persequentes & opera. Vbi Chrysostomus: Illam quidem æstimo opinionem multitudinis esse: hanc uerò principum & sacerdotũ. Vides utique principatum corruptũ: eos autẽ qui principatui subijciuntur sanos iudicio.

Chrysosto. hom. 48. in Ioannem.

Nemo tamen, s. illorum qui dicebant quia bonus est, *palàm loquebatur de eo propter metum Iudæorum*, s. principaliũ, ne extra synagogam & congregationem fieret aliorum. Ex quo patet quòd principes populi illius dicebant eum seductorẽ: & maior pars dicebat contrarium. Seducit turbas, clarius sonabant: sed bonus est, pressius susurrabant. Ecce quantum deprimitur ueritas, & extollitur falsitas. Quidam erant ibi formidolosi & timidi qui in Christum credebant sed ueritatem dicere non audebant: & ideo in ueritate peccabant. Tribus enim modis (secundum Chrysostomum) in ueritate quis peccare potest. Aut ueritatem præ timore tacendo. Aut ipsam ueritatem in mendacium commutando. Aut ipsam ueritatem nõ defendendo. De primis dicitur: *alij dicebant quia bonus est: nemo tamen palàm loquebatur de illo propter metum Iudæorum*. Vt dicit Augu. Vterque est reus apud Deum: & qui ueritatem tacet, & qui mendacium dicit: ille quia prodesse non vult: iste quia nocere desiderat.

Augustin. tracta. 28. in Ioannẽ.

De secundis subditur: *alij autem non: sed seducit turbas*. De talibus dicit Apostolus: *Commutauerunt Dei ueritatem in mendaciũ*.

Roma. 1.

De tertijs dicitur: *multum murmur erat de eo in turba*. Murmurabant quidem de eo quòd Pharisæi Christũ persequebantur, sed tamẽ eum non defendebant: nec apertè resistere audebant: cùm tamen dicat Sapiens: *Vsque ad mortem certa pro iustitia*.

Eccles. 4. Detractio communis est.

De omnibus seruis Christi, hoc idem dicitur. Sed nõ mirum si de eis iniqui homines aliquando malè loquuntur: cùm de ipso Dei filio talia loquerentur. Vnde August. De omnibus seruis eius intelligendum hoc dicitur modo.

Augustin. tract. 28. in Ioannem.

Quicunque apparuerit in aliqua gratia spirituali: alij dicunt bonus est: alij, non: sed seducit turbas. Quod dictum est ergo de Domino, ualet ad consolationẽ nostram: de quocunque hoc dictum fuerit christiano: Hæc August. Sed si bene consideras, hæc malorũ derogatio commendatio est. Vnde Grego. Stultũ ualde est si illis placere quærimus: quos nõ placere Deo scimus.

Gregorius epist. 45.

Peruersorum autem derogatio, uitæ nostræ approbatio: quia iam ostẽditur aliquid iustitię nos habere, si illis displicere incipimus, qui nõ placẽt Deo. In omni igitur quod de nobis dicitur, semper tacitè recurrere ad mẽtem debemus, interiorem testem & iudicem quærere. Quid enim prodest si omnes laudent, cùm conscientia accuset? Ad quid poterit obesse si omnes derogent: & sola cõscientia defendat? Vnde & Boetius: Itaq; nihil est quod admireris, si in hoc uitæ salo circunflantibus agitemur procellis: quibus hoc maximè propositum est pessimis displicere.

Displicendũ malis.

Vnde etiam Seneca: Tam turpe est laudari à turpibus, quàm laudari ob turpia, uel esse turpem. Et iterũ: Nemo mihi plus uidetur æstimare uirtutem: nemo illo magis deuotus, quàm qui boni uiri famã perdidit ne cõscientiam perderet. Honesta turpitudo est pro bona causa: Hæc Seneca. *Iam autem die festo mediãte*, id est in medio solennitatis, scilicet die quarta: quando etiam Deus ab initio mundi coruscare fecit lumen in cœlis, *ascendit Iesus in templum*, publicè: quia ibi erat locus communis aptus doctrinę, *& docebat*, quia in principio festi his, quæ festi erant magis intendebant, & ideo postea Christum attentius audiebant. Euangelistæ quandoque more Iudæorum dies septem, quibus celebritas durabat, diem festum propter unam festiuitatem appellauerunt.

Scenophegię duratio.

Octauus autem dies de integritate scenophegiæ non erat: & tamen totus celebris manebat. Fiebat enim in eo collecta ad opus pauperum: & in necessitates fabricæ & utensilium eius. Et quidam de turba dicebant eum uerè prophetam & Christum. Alij dicebant eũ habere dæmoniũ: quod patet manifestè falsum: quia dæmonia expellebantur per ipsum. Dominus autem non turbatus, sed tranquillus non reddidit maledictũ pro maledicto: sed tranquille ad omnia respondit. In quo secundum Bedam nobis patientiæ reliquit exẽplum: ut quotiens nobis ab aliquo falsa obijciuntur conuitia, patienter tolleremus: & uera quę possumus non obijciamus, sed salutaria monita prędicemus.

Beda in ca. 7. Ioãnis.

Et quærebant apprehendere eum, ad occidendum: sed repressi sunt diuina uirtute: *& nemo misit manus in illũ*, quia nihil ei facere poterant: nisi quantum & quãdo ipse permittebat: *quia nondum uenerat eius hora*, id est ab eo ordinata de captione sua. Voluit enim præmissa longa serie præconum, oportuno tempore nasci: & similiter prædicato euangelio opportuno tempore mori. *Quidam autem de turba*, humiles & pauperes, prędicatione & miraculis eius moti, *credebant in eum* uerba & factu eius glorificantes. Nõ dicit de principibus: quia quanto maiores erãt, tanto magis insaniebant. *Audientes autem principes & Pharisæi*, turbã de illo bona secretò murmurantem, & eum glorificantem: quia turbę non audebant confiteri palàm: & propter contrarias de eo opiniones dissensionem in turba factam, inuidia commoti, *miserunt ministros*, s. satellites præsidis, quos ad hoc conduxerant, *ut eum apprehenderent*. Non sunt ausi ire personaliter ad capiẽdum Christum timore turbarum: sed miserunt ministros, tanquam periculis expositos: quia tales personæ pleni precio non timent se periculis exponere. Ipsi quidem maiores stantes in littore, non timent alios submergere. Insani audito murmure quòd Christus à turba glorificaretur, & tanta bona de ipso dicerent, doluerunt ualde, & quærebant eum occidere. *Dixit ergo eis Iesus*: erudiens ad salutem etiam pertinaciũ peruicatiã. *Adhuc modicum tempus uobiscum sum*, quid festinatis me interficere? paruum tempus, scilicet septem mensium, expectate: quod modo facere vultis, facturi estis, non modo: quia iam nolo. q. d. Non modo implebitis quod vultis: quia adhuc modico tẽpore uolo manere in populo, ad docendum, & miracula faciendum. In uanum laboratis & uos & principes uestri: quia non in uestra sed in mea potestate est ut me apprehendatis. Expectate dum tempus adueniat: citò uos relinquã & perfecto opere redẽptionis, propter quod uobiscũ sum, *uado*, quasi spõtaneus, s. per passionẽ & mortẽ, *ad eum qui misit me*, s. ad patrẽ. Implere debeo meã dispensationẽ, prædicãdo. s. & miracula faciẽdo: & sic peruenire ad meam passionẽ completo dispẽsationis officio. *Quæretis me & non inuenietis*. Hoc secundum August. fuit post Christi ascensionem, quando multi Iudæi compuncti ad prędicationem Apostolorum crediderunt. Istud autem quotidie accidit: quia Christum multi quærunt & non inueniunt

Quærentes & non inuenientes Christum.

ueniunt

ueniunt: quia quærunt eum non ibi vbi est: sed vbi non est. Christus nõ est in delitijs, nec in diuitijs, nec in honoribus: & ideo nõ ibi inuenitur. Vnde in Iob: *Non inuenitur in terra suauiter uiuentium*, quantum ad delitiosos: *abyssus dicit non est in me*, quantum ad auaros: quorum cupiditas nõ habet fundum: *& mare loquitur non est mecum*, quantum ad superbos, qui semper sunt tumidi & inflati.

Augustin. tracta. 41. in Ioãnem. Iob. 28.

Inuenitur autem in humilitate, paupertate, & asperitate: quia ibi est, Ista enim tria Christus in hunc mundum veniens secum portauit: & cum istis nasci uoluit. Vnde in Luca: *Inuenietis infantem*, ecce quanta humilitas: *pannis inuolutum*, ecce quãta paupertas: &, *positum in præsepio*, ecce quãta asperitas.

Christi locus. Luca. 1.

In nouissimo autem die festiuitatis, scilicet die septimo: qui sicut primus erat celeberrimus: & in quo maior erat populi concursus: vel *in nouissimo*, id est in octauo: quia peractis septem diebus festiuitatis tabernaculorum, in octauo die erat festum cœtus vel collectæ: & dicebatur illa dies sanctissima in lege: quia figurabat cõgregationem sanctorum in superna fœlicitate *stabat Iesus*, firmè, qui se nunquam deflectebat à rectitudine, *&*, constanter, *clamabat*, prædicando verbum Dei publicè. Vocat Dominus Iesus non utrunque loquendo: sed clamando uocis intentione: vt omnes possent eum audire. In quo ostendit sui feruoris desiderium, & affectus magnitudinem, ad nostram informationem & salutẽ. Secundũ Chrysost. Primo die laudibus & sacrificijs dediti erant: intermedijs diebus epulando coram Domino voluptati vacabant: in vltimo die feruentius audiebant: ut doctrinæ aliquid secum recedentes portarent: & ideo illo die Dominus magis doctrinæ instabat & qua si uiatica salutis in doctrina dabat: quę percipiẽtes secum meditarentur vsq; ad aliud festũ, quo iterum doctrinam perciperent.

Chrysosto. hom. 50. in Ioannem.

Septem autem isti dies, significant septem festa cordis, quæ Dominus agimus: in quorum primo sacrificium laudis offerimus, quinque autem sequẽtibus refectiones coram Domino accipimus. Primò quidem in pane lachrymarum pro peccatis. Secundò, in confortatione conscientiæ, & refectione virtutis. Tertiò, in pane serenatæ conscientiæ à peccatorũ reliquijs. Quartò, in refectione desiderij. Quintò, in cõsolatione Spiritus sancti. Sextò, in refectione sacramenti. Septimò die surgit Iesus, reficiens in pane verbi.

Septẽ festa cordis.

Quid autẽ docebat, subditur: *Si quis sitit*, scilicet intus, id est desiderat aquam gratiæ, doctrinam vitæ, & gratiam Spiritus sancti neminem compello: sed si quis multum desiderat, & feruens desideriũ habet, hunc ego voco: generaliter loquitur si quis, nullum excipiendo, cuiuscunq; status & conditionis: quilibet secundum suam sitim potum inueniet apud Deũ. *Si quis inquam sitit, ueniat ad me*. fontẽ aquæ viuæ: veniat autem, non corporis, sed fidei formatæ passibus: non pedibus, sed affectibus: non migrando, sed me amando, & ab amore mundi recedendo, *& bibat*. abundãter aquam sapientiæ salutaris: & Spiritum sanctũ, nõ solum ad sufficientiam, sed etiam ad redundantiã: & tunc, *flumina aquæ uiuæ*, purgãtis mentes, ac viuificãtis, & semper agentis: scilicet doctrina sacra, & dona gratiarum, ac beneuolentia: quæ vult consulere proximis, *fluẽt abundanter de uentre eius*, interioris hominis. s. cõsciẽtia cordis ad alios per redundantiã: quia fides & bonitas vnius fidelis debet ad alios deriuari: non. n. fluunt aquæ viuæ de eius ventre: qui quod bibit, putat sibi soli sufficere. Si autẽ proximo consulere festinat: ideo nõ siccatur: qa manat, Propter quod admonendo dicit Petrus: *Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes*:

2. Pet. 4.

Dominus vocat illos sitientes qui sunt vacui ab amore mundi: ad aquas gratiæ. s. ad amorem Dei. Vnde Aug. Si habitat amor mundi in te: non est quo intret amor Dei in te. Vas es, sed plenus es: funde quod habes, ut recipias quod non habes: funde amorẽ seculi, vt amore Dei implearis. Hæc Aug.

Augustin. tracta. 32. Amor seculi effundendus est.

Vocatur autẽ secundum Chrys. Spiritus sanctus flumen, quia sicut flumen non reuertitur nec stat, sed semper currit: sic & illi qui habẽt Spiritum sanctum, non reuertuntur ad peccata, nec stãt per ociũ, sed semper currũt ad fortia: dicitur quoq; Spiritus sanctus aqua viua, quando aliquis habet gratiæ continuationẽ & perseuerantiam: sine qua nihil valerent omnia præcedentia. Vnde Bernardus: Tolle perseuerantiam, nec obsequium mercedẽ habet: nec beneficium gratiã, nec laudẽ fortitudo.

Chrysosto. hom. 50. in Ioãnne. Flumen est spiritus sanctus. Perseuerantia necessaria est. Bernardus epistol. 129.

Ministri, ergo sermonibus eius delectati, & doctrinæ suæ verbis capti redierunt, se excusantes & dicentes: quia, *nunquam sic locutus est homo sicut hic homo loquitur*: quasi dicerent. Ita bene loquitur, ꝙ non videtur homo purus, sed plus: propter quod temerarium esset ponere super eum manus: vtinam & vos præsentes fuissetis, vtinam & vos eius verba audissetis: nunquam fortasse vlterius aduersus eum aliquid ageretis. Pharisæi ergo inuidia moti reputabant eos seductos: sicut & turbã, quæ de facili potest seduci, per ignorantiam, quos & maledictos dicunt. Secundum illud Deuteronomij: *Maledictus qui non permanet in lege*. In me (vt dicit Augu.) sit ista maledictio.

Deut. 27.

Ita etiam & nunc est in Ecclesia, quòd simplices & laici, sunt aliquãdo deuotiores, q̃ alij. Secundum illud Esaiæ: *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit*.

Esaia. 1.

Et quia Christi doctrina, ministrorum pręconia, populorum fides Pharisæos à sua malicia non traxerant: surgit ad hoc Nicodemus, qui ad Iesum nocte venerat: qui & unus ex ipsis erat, & legis authoritate nititur eos à persecutione & captione Christi cõpescere: ac Christum in quem occultè credebat excusare ex lege, dicẽs: *Nunquid lex nostra hominem iudicat: nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat?* Nemo. n. secundum legem condemnatur: nisi ex se confessus, vel ab alijs conuictus: & præsens, non absens: quia in damnatione hominis non leuiter est procedẽdum. Nam etiam secundum leges ciuiles diligens inquisitio debet præcedere sententiam: Sed illi volebãt peruersè antè esse damnatores, q̃ cognitores. Credebat Nicodemus, si tantummodo Dominum Iesum vellent patienter audire, ꝙ uerbum Christi esset tantæ efficaciæ, ꝙ fortè similes fierent illis, qui ad tenendum eum missi fuerant, & ad uerba eius cõuersi sunt in eo facto ad quod missi erant, & crederent, sicut illi crediderunt. Et ideo uolebat per hoc eos inducere ad audiendum Christum, ut conuerterentur per uerba eius: sicut etiam ipse fuit conuersus. Pharisæi uerò inuidia & iracundia agitati non recipientes de veritate persuasionem: sed magis Nicodemo contradicentes: tandem, *reuersi sunt confusi in domum suam*, & in propria, nullo perfecto negocio, uacui fide, & fraudati à malo desiderio suo, vel, *in domum suam*, id est in propriam cordis maliciam, scilicet in infidelitatem & impietatẽ suam: valde dolẽtes, quòd facere non potuerunt voluntatis suæ propositum: quia consilium eorum per diuisionem fuit dissipatum. *Iesus autem*, qui misericordiæ visceribus abundabat, *perrexit in montem Oliueti*, in cuius latere Bethania erat, & domus Marthæ in qua hospitari solebat: nam

Z Dominus

Cõſuetudo Domini. Dominus hanc ſibi conſuetudinem fecerat, vt per diem quando Hieroſolymis erat in diebus feſtis in templo prædicaret: ſigna & miracula oſtenderet: & in ſero reuertebatur in Bethaniam, vt ibi hoſpitando quieſceret.

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, da mihi corde & deſiderio aſcendere ad diem feſtum ſolennitatis æternæ: & me ſemper ad illam præparare, ut cum tempus uiſitationis tuæ aduenerit: ad contemplandum te facie ad faciem merear illuc fœliciter peruenire. O fons aquæ uiuæ, ſitio, & deſidero ego miſer gratiam tuã, uenio & ſuſpiro ad te toto affectu requirens eam: da ergo mihi bibere, & tam abundanter de ea percipere, ut dona gratiarum & mihi ſufficiant, & per beneuolentiam à me ad proximos fluant: eiſque proficiant, ut tu uidens in me opus miſericordiæ mouearis ampliorem gratiam mihi infundere. Amen.*

De muliere in adulterio deprehenſa. Cap. LXXXIII.



Ioan. 8. SEQVENTI autem die, *iterum diluculo uenit Ieſus in templum*, in quo oſtenditur in eo zelus animarum, *& omnis populus uenit ad eum*, in quo patet deuotio audientiũ, *& ſedens docebat eos*, de ſalute animarum: *Scribæ uerò*, qui habebant notitiam ſcripturarum, *& Phariſæi*, qui videbantur præ alijs religioſi inuidentes & inſidiantes ei: quia ſciebant eum manſuetum, & miſericordiæ prædicatorem: & ob hoc habere populi gratiam & fauorem, *adduxerunt ei mulierem in adulterio deprehenſam*, & ob hoc ſecundum legem lapidandam: *& ſtatuerunt eam in medio*, ut omnium ore condemnaretur ad mortem: tentando expectantes Chriſti ſententiam, & quærentes quid de ipſa faciendum eſſet: vt ſi eam lapidari iudicaret, quaſi crudelem & contrarium miſericordiæ eum irriderent, & non habentem miſericordiam quam populo prędicabat: propter quam etiam populus eũ diligebat: ſi autem dimitti decerneret, quaſi contrarium iuſtitiæ, & præuaricatorem legis, quæ adulteram lapidari præcipit, cum ipſa adultera reum mortis iudicarent. Putabant Deum vel immiſericordem eſſe in iudicando, uel iniuſtum. De iuſtitia facienda non curabant: ſed Chriſtum in ſermone capere volebant. Ipſe autem utramq; calumniam prudenter euitauit: quia & iuſtitiam in iudicio ſeruauit, & à miſericordia nõ declinauit. Protulit enim iuſtum iudicium ſalua miſericordia: & ſic ſuũ ſermonẽ temperauit, ut & legi non contradiceret, & pietatẽ non amitteret. Non tamen ſtatim iudicauit: ſed prius, *inclinans ſe*, humiliter à rigiditate iuſtitiæ, *digito ſcribebat in terram*, tanquã (ſecundũ Aug.) illos tales in terram ſcribendos ſignificaret: non in cœlo. Secũdũ Alchuinum: Per terram cor humanum oſtenditur, quod bonarũ vel malarum actionum ſolet reddere fructus: per digitum autem qui articulorum compoſitione flexibilis eſt, ſublimitas diſcretionis exprimitur. Nos ergo ĩſtruit ut auditis malis proximi: nõ ſtatim ea temerè iudicemus, ſed prius ad cõſcientiã cordis humiliter reuerſi digito diſcretionis ea ſollicitè diſquiramus: nos etiã ipſos ſi ſine peccato ſumus, intus diſcutiamus. Iudex igitur qui audit accuſantes, non debet ſtatim dare ſentẽtiam, ſed diſcutere & ea quæ audit debet in corde ſcribere, ideſt diſcretè ĩquirere, & quę agẽda ſunt uidere. Digito quidẽ Dominus in terra ſcribebat, ac ſi eis diceret: Vos legis mihi teſtimonia affertis, & legis uerba narratis, qui legẽ ipſam non intelligitis hic eſt digitus ille qui quondã ipſam legẽ ſcripſit in lapide. Præcepit enim lex mulierem huiuſmodi lapidari: ſed non ſicut uos intelligitis, neq; à talibus quales uos eſtis: præuaricatores legis legem implere cupiebat. Vnde, *cùm*, in temeritate, *perſeuerarent interrogantes eum erexit ſe*, ad eorũ importunitatẽ reprimendã: & ꝓpoſuit eis ſnĩam iuſtitię, dicẽs: *qui ſine peccato eſt ueſtrũ, primus in illã lapidẽ mittat*, ſine peccato, i. ſine crimine: põt .n. aliquis ſine crimine eſſe, ſed uix ſine peccato: quaſi diceret aſcẽdat unuſquiſq; tribunal mẽtis ſuæ, & inueniet ſe peccatorẽ eſſe. Aut ergo iſtã dimittite, aut ſimul cũ illa pęnã legis accipite: puniatur peccatrix, ſed non à peccatoribus: impleatur lex quã allegatis, ſed non à legis præuaricatoribus. Prius iuſti ſitis: poſtea ream puniatis. Ecce plena iuſtitia, ut iuſtus mala puniat non reus. Vbi Aug. Non dixit, nõ lapidetur, ne contra legem dicere uideretur: abſit autẽ ut diceret lapidetur, uenit .n. nõ perdere quod inuenerat, ſed quærere quod perierat. Hæc Auguſt. Si quis ergo in mortali eſt, neminẽ iudicare debet: quia qui alium iudicat de illo, uel conſimili, quo ipſe tenetur obnoxius: ſeipſum in hoc damnat, uel damnandũ oſtẽdit: ergo antequam aliquem iudicemus, conſcientiam noſtram uideamus, & iuſta examinatione dirimamus. Rigor enim diuinæ iuſtitiæ exigit, ut nemo alium de crimine arguat, accuſet, teſtimoniũ ferat, iudicet, ſi de pari uel de maiori redarguendus eſt. Sed nos hũc rigorem nimis temperamus, & magis quàm iuſtum eſt relaxamus. Audi de hoc Senecam: Te primùm exhibe bonum, & ſic quære alterũ ſimilem tui. Vide ſi adhuc malus es, & ſimilibus parce. Hæc Seneca. Quid autem Dominus in terra ſcripſit, ad literam incertum eſt. Auguſtinus tamen dicit, quòd ſcripſit illud, quod uoce expreſsit, & eis reſpõdit, ſcilicet quòd qui ſine peccato eſt ueſtrum, & cætera. Et ſic ipſe ſecundum modum iudicialem ſuam ſententiam primò ſcripſit ſecundò protulit† Hieronymus autem in quadam epiſtola uidetur uelle eum ſcripſiſſe: terra terra, abſorbè uiros iſtos abdicatos. Vel ſecundum Ambroſium: Terra, terram accuſas: uel ſecundum quoſdam: primò ſe inclinans ſcripſit uerba hæc: Terra, terra, terra, mea eſt æquitas: meum eſt iudicium, meum eſt iudicare illum uel illam: ſecundò uerò ſe inclinans ſcripſit, terra terram accuſat: meum autem eſt iudicium: uel ſecundum gloſſam ſcribebat peccata eorum, ut eos oſtẽderet ineptos ad huius ſententiæ executionem, quæ

Prudentia in Chriſti ſermone.

In terra ſcribendi ratio. Auguſtin. tracta. 33. in Ioãnem.

Sententia non præcipitanda.

Auguſtin. ibidem.

Luca. 16.

Rigor iuſtitiæ diuinæ.

Scriptum à Domino in terra. Auguſtin. ibidem.

† Hoc habet.

Ambroſius epiſt. 58.

quæ illi legentes præ uerecundia exierunt. Et erat illa ſcriptura tantæ virtutis, quòd quilibet eorum cognoſcebat in ea peccata ſua. Non ſcribebat per ſingula, ſed potuit facere uirtute diuina quòd in aliqua figura ab eo protracta quilibet eorum uideret ſua propria peccata, & non alia. *Et iterum ſe inclinans ſcribebat*, eadem denuò, *in terra*, quaſi diceret: Si iſta eſt peccatrix, & uos ſimiliter eſtis peccatores. Eadem denuò inclinatus ſcripſit: vt oſtenderet maiorem ſententiæ ſuæ firmitatem: & eos ſua uiſione indignos eſſe. Vnde cùm eos zelo iuſtitiæ percuſsiſſet, non eſt dignatus eos attendere: ſed obtutum ab eis auertit. In quo docet nos, ſicut prius ante correptionem alterius: ita & poſt noſipſos humiliter inueſtigare, ne idẽ vel aliquid ſimile in nobis ſit. Inclinauit ſe, & vultum aliò vertit: benignus Dominus etiam pro æmulis & aduerſarijs ſuis, quaſi diſsimulans vt à ſtultitia ſua declinarent, & vt eorum verecundiæ conſulens liberam exeundi facultatẽ eis daret: quos citius exituros quàm plura interrogaturos præuidebat. Si enim eos intueretur in facie, magis erubeſcerent exire: fac ſimile, ac confuſis condole, & in faciem noli reſpicere. Hic inſtruimur ex Chriſti actione qualiter in iudicãdis proximorum defectibus fidelis quiſque debeat ſe habere. Ad quod ſciendum quòd primò debet homo ante oculos cordis peccata & defectus proprios ſcribere, vt ſic ſeipſum iudicet: & tunc dignior fit alios iudicare. Quæſtio: Vtrum peccator poſsit iudicare, & reprehendere alios? Ad qđ dicendum ꝙ iudicans aut eſt irretitus ſolum communibus peccatis & leuibus: & tunc ad corripiendum nõ redditur indignus, aut eodẽ peccato vel maiori de quo corripit alium, & tunc aut peccatum corripientis eſt manifeſtum aut occultum. Si manifeſtũ, tunc nõ põt corripere ꝑꝑ proximi ſcandalum. Si occultũ, aut pœnitet: & tunc põt cum humilitate corripere alios, ut & ipſi de ſuis peccatis pœniteant. Aut nõ pœnitet: & tunc nullo modo dignus eſt alios reprehendere: quia talis correctio non procedit ex charitate, vel vitij deteſtatione: quia alias prius deteſtaretur, in ſe quàm alio: nec homo dẽt plus diligere proximum quàm ſeipſum: immo in hoc caſu in quo ipſe alium iudicat, ſeipſum condemnat. Ex hac autem propriorum defectuum conſideratione innaſcitur humilitas: & hæc humilitas docetur in inclinatione Domini deorſum vſque ad terram. Secundò debet etiam homo antequam alium corripiat cum ſumma diſcretione diſquirere duo: primò perſonę diſpoſitionem: an ſcilicet ſic ſit diſpoſitus vt ex hoc emẽdetur, aut nõ: ſecundò facti qualitatem & circunſtantiam: an ſcilicet factum quod reprehendit in alio, ſit ſecundum ſe malum: & tũc debet corripere, aut ad vtrumlibet, vt ſcilicet bene fieri poſsit & malè, tunc eſt in meliorem partem interpretandum. Tertiò debet diſquirere propriam intentionem: an ſcilicet ex charitate moueбatur ad talẽ correptionem, vel ex propria oſtentatione, uel ex paſsione, vel ſuſpitione: de talibus iudicijs temerarijs dicitur alibi: *Nolite iudicare, non iudicemini*. At illi, *diſceſſerunt omnes unus poſt alium*, quia omnes peccatores ſe eſſe ſciebant: quod & ipſo abſceſſu de ſe confeſsi ſunt, *incipiens à ſenioribus*, tum quia grauioribus implicati erant peccatis & criminibus: tum quia melius cognoſcebant æquitatẽ ſentẽtię prolatæ, & euanuerunt eorũ aſtutiæ. *Et remanſit Ieſus ſolus*, ſ. ab illis calumniatoribus, quia diſcipuli & multitudo populi manſerunt cũ eo. *Et mulier ſtans in medio*. Relicti ſunt duo, ſcilicet Ieſus miſericordia, & mulier miſeria. Et meritò remanſit miſericordia cũ miſeria: quia miſeriæ neceſſaria eſt miſericordia. Poſito ergo timore iuſtitiæ, conſequenter Chriſtus ipſum temperat dulcore miſericordiæ. Nam confutatis calumniatoribus, *erigens ſe iterum Ieſus dixit: Mulier, ubi ſunt qui te accuſabant?* quaſi diceret: Qui venerant ad quęrẽdum iuſtitiam, fugati ſunt iudicio iuſtitiæ. Ille autem qui aduerſarios repulerat lingua iuſtitiæ, leuans in illam oculos manſuetudinis, interrogauit eam, dicens: *nemo te condemnauit? Quæ reſpondit, nemo Domine*, iam enim receſſerant, & quilibet eorum ſe ſimiliter inquinatum ſciebat. Vnde Auguſtinus: Ideo enim liberauit Dominus peccatricem: quia non erat qui iuſtè mitteret lapidem. Quomodo lapidaret, qui ſe lapidandum cognoſceret? Hæc Auguſtinus. Et quia mulier territa poterat timere ne ipſe qui ſine peccato eſt, eam puniret: & timens ei dicere nemo quippe me cõdemnauit, tu autem qui ſine peccato es ſi vis potes, quia tibi ſoli peccaui: ideo ſubditur Chriſti abſolutio. Audiuimus ergo ſuprà uocem iuſtitiæ: audiamus nunc uocem miſericordiæ. Nam dixit ei Ieſus, *nec ego te condemnabo*: à quo fortè te damnari timuiſti, quia in me peccatum non inueniſti: nec mirum, quia veni peccatores ſaluare non condemnare. Noli timere, ſed ſecura ſis: crede tantummodo meis conſilijs: non abiicio peccatores, ſed ſuſcipio pœnitentes, quaſi diceret: Illi dimiſerunt te indamnatam propter peccata ſua: & ego te abſoluo ex miſericordia mea. *Vade* abſoluta à culpa & à pœna, *& iam amplius noli*, id eſt non uelis, peccare, hoc eſt non ſit tibi voluntas peccandi. Magnum ergo peccatum eſt voluntas peccandi. Facta ſecura de præterito, caue de futuro: deleui quod commiſiſti: obſerua quod præcepi, ut ĩuenias quod promiſi. Ergo & Dominus damnauit, ſed peccatum non hominem: ſaluando enim naturam, damnauit ulpam, qui ergo amant in Domino manſuetudinẽ, timeant & ueritatem: etenim dulcis & rectus eſt Dominus. Erectus itaque dedit ſententiam iuſtitiæ in accuſantes: & iterum erectus ſententiam miſericordiæ circa accuſatam: quia hoc utrumque facere diuinæ eſt potentiæ, & æque utrumq; propriũ eſt Deo, punire ſcilicet & parcere: & æque iuſtum eſt ſeruare miſericordiam ſicut iuſtitiam. Punit iuſtè, & parcit piè. Et ſicut primò protulit iudicium iuſtitiæ ſalua miſericordia: ſic ſecundò protulit iudicium miſericordiæ ſalua iuſtitia, ſcilicet ut miſericors peccata præterita dimittens: & ut iuſtus ne amplius peccaret interdicens: nam uniuerſæ uiæ Domini miſericordia & ueritas. Sic ergo liberata eſt miſera iubẽte miſericordia. Licet autem Deus ſit iuſtus, ſit & miſericors, tamen dicitur ei propriũ eſſe potius miſereri, q̃ iuſtũ eſſe: quia nihil requiritur ad cõplendum opus miſericordiæ, niſi uoluntas eius tantũ: ſed ad cõplendũ opus iuſtitię requiritur etiã aliquid ex parte hominis, ſ. exigentia meritorũ. Vnde Anſelmus: Occurrat iam nunc memoriæ mulier illa in adulterio deprehẽſa, & Ieſus rogatus ſententiã ferre. quid egerit, quod dixit recordare. In terrã oculos iecit: ne fortè accuſatã reſpiciens nimis confunderet. Cùm .n. ſcribens in terra terrenos eos, non cœleſtes, prodidiſſet: qui ſine peccato, inquit, eſt ueſtrũ, primò in illam lapidẽ mittat. O mira & ineffabilis Chriſti bonitas. Quam condemnare iuſtè potuit, aduerte q̃ piè, & q̃ cautè liberauit. Cùm enim omnes ſententia terruiſſet & expuliſſet de templo: imaginare quàm pius oculos in illam leuauerit, q̃ dulci & ſuaui uoce ſententiã abſolutionis

Bis ſcripſit in terra.

Iudicare quis debet ſeipſum: ſed an peccator aliũ.

Iudicaturus diſquirat duo aut tria.

Mat. 7.

Auguſtin. tracta. 23. Liberatio peccatricis

Pſal. 50.

Vox miſericordiæ dominicæ.

Pſal. 24.

Bonitas Chriſti ineffabilis.

Universidad de Deusto Biblioteca

lutionis eius protulerit. Puta quòd suspirauerit, quòd lachrymatus fuerit cùm diceret: Nemo te condemnauit mulier & cætera. Fœlix (vt ita dicam) hęc adultera mulier: quæ de præteritis absoluitur, secura efficitur de futuris. Iesu bone te dicente: nec ego te condemnabo, quis condemnabit? Deus est qui iustificat, quis est qui condemnet? Audiatur tamen de cæterò uox tua: vade, & iam amplius noli peccare. Hæc Anselmus. Et quamuis Dominus Iesus mulierem à culpa absoluendo: & ne amplius peccaret interdicendo, nullam aliam iniungeret ei pœnitentiam seu pœnam: tamen hoc factum Christi non est trahendum ad consequentiam & in consuetudinem: ut exemplo Domini aliquis absque confessione, & pœnæ inflictione quenquam absoluat: quia Christus excellentiam in sacramentis habuit: & potuit conferre effectum sacramenti sine sacramento, quod nullus purus homo potest: imo debent sacerdotes in foro pœnitentiali imponere pœnitentiam, secundum conditionem peccantis, & peccati: quia non habent talem potestatem remittendi. Poterat etiam Christus illi mulieri tantam contritionem dare quòd sufficeret ad deletionem totius culpæ & pęnæ, & illam contritionem cognoscere: non sic autem alius sacerdos potest, qui nec mouet cor, nec videt. Simili modo quotidie Dominus recipit adulteram, cùm per gratiam recipit quamlibet animam à diabolo corruptam per culpam. Per mulierem enim in adulterio deprehensam, significatur quælibet persona Christo per fidem desponsata: sed postea per mortale peccatum cum diabolo adulterata: per scribas verò & Pharisæos significantur dæmones qui dicuntur hic scribæ, quia peccata nostra retinent memoriter tanquam firmiter scripta: & Pharisæi, id est diuisi rectè dicuntur: quia à Christo & sanctorum consortio separantur. Hi mulierem ad iudicium adducunt: quia damnationem hominum sollicitè quærunt. Et quia Dominus non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat: ideò ei dicit, *uade & amplius noli peccare*, quia sibi sufficit vera pœnitentia de præteritis, & cautela contra recidiuam pro futuris.

Pęnitentia est iniungenda.

Moraliter.

ORATIO.

O Iesu clemens qui deprehensam in adulterio clementer ab accusatoribus liberasti, & à te incondemnatam in pace misericorditer dimisisti: stat coram te anima mea adulteratrix, quæ totiens à te uero sponso recessit, quotiēs suggestionibus adulterantis inimici consensit: accusat conscientia, accusant opera & actio praua: non intres Domine in iudicium cum ea: ne memineris iniquitatem eius antiquarum, libera ab accusatoribus peccatricem & ream, dimitte in pace sibi conscientiam à tuo tremendo iudicio absolutam: quia tibi proprium est misereri semper & parcere: & non est numerus tuæ misericordiæ. Amen.

De quibusdam uerbis Domini, pro quibus uolebant eum Iudæi lapidare. Cap. LXXXIIII.



QVIS verò, secundū Alchuinum, Iesus mulierem absoluerat à crimine: ne aliqui dubitarent, an ille quem videbát verum hominem, posset peccata dimittere: dignatur ipse apertius diuinitatis suæ potētiam demōstrare. Vnde dicitur: *Iterum ergo locutus est eis Iesus dicens: Ego sum lux mundi*, scilicet totius, non particulariter gentis vnius. Et ideò accedens ad eum per fidē & deuotionem, ab eo illuminatur ad salutem: ab eo verò recedens, obtenebratur ad gehennam. Christus secundum vtramq; naturam dicitur lux: quia secundum diuinitatē illuminat intus animam, & secundum humanitatem informat exterius vitam: & hoc tripliciter s. miraculis, prædicationibus, & exemplis: & primum est potentiæ, secundum sapientiæ, tertiū bonitatis. Ipse quippe est lux, quæ illuminat omnem hominem veniētem in hunc mundum: quia ipse vniuersaliter omnes illuminat, & est solus lux per essentiā: quia ab ipso omnis notitia deriuatur: cuius participatione alij ab hac luce illuminati dicuntur lux, sed non per essentiam vt ipse, quia ipse est uerbum à patre progrediens, sicut lux à luce. Vnde secundū Aug. Lux mundi à patre egrediens nube carnis tegitur: & sic cōtēperata tolerāda hominibus efficitur, vt per hominē veniatur ad diuinitatē. Illa ergo luce illumināte illuminamur modo collyrio fidei, q de Adā ceci nati sumus: & sequitur tā uerbis q̄ exemplis obediendo: ut exclusis ignorantię, vel peccatorum tenebris, in futuro manifesta visione deitatis illuminemur. Itaq; subiungit: *Qui sequitur me*, s. credendo, amando, & imitando: *non ambulat in tenebris*, scilicet ignorātiæ: quia ego sum veritas: nec culpæ, quia ego sum uia: & per consequens non venit ad tenebras gehennæ, quia ego sum uita: fructus autem huius lucis subditur, *sed habebit lumen uitæ*, nunc & in futuro, quia habebit Christum Dei sapientiam: qui est lumen indeficiēs & inextinguibile: hic per fidem, & ibi per speciem. Vnde hoc quod dicit, *qui sequitur me*: pertinet ad meritū: quòd uerò dicit, *habebit lumen uitæ*, pertinet ad præmiū. Vbi Augu. Ergo fratres mei, quoniam Dominus breuiter ait: *Ego sum lux mundi, qui me sequitur nō ambulat in tenebris: sed habebit lumen uitæ*, q bus uerbis aliud ē quod iussit, aliud quod promisit: faciamus quod iussit, ne īpudēti frōte desideremus quod promisit: ne dicat nobis in iudicio suo: Fecisti ne quod iussi,

Ioan. 8.

Lux mūdi Christus.

Ioann. 1.

Augustin. tracta. 34. in Ioan.

Augustin. ibidem. Sequendus est Christus.

iussit, ut expetas quod promisi? Quid igitur iussisti Domine Deus noster? dixi tibi ut sequereris me: ergo modo faciamus, sequamur Dominum: soluamus compedes quibus impedimur. Sequamur Christum lumen mūdi: ne ambulemus in tenebris: tenebræ metuendæ sunt, sed morum non oculorum. Et si oculorum, non exteriorum, sed interiorum: vnde discernitur non album & nigrum, sed iustum & iniustum. Hæc Augustinus. De superexcellentia autē istius luminis nobis promissi dicit idem Augustinus: Tanta est iocunditas lucis æternæ, ut etiam si non liceret in ea amplius manere quàm vnius diei mora: propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni delitiis, & circunfluentia bonorum temporalium rectè meritoque cōtemnerentur. Deinde post aliqua iam incipiens ad certamen passionis Iudæos prouocare, dixit eis: *Cùm exaltaueritis*, scilicet in cruce, *filium hominis* id est filium uirginis, secundum cuius carnem debebat pati: & exaltari in cruce, in qua fuit extensus, & exaltatus in aere, propter quod & exaltatus est à Deo patre: *tunc cognoscetis*, scilicet aliqui ex vobis per fidem: *quia ego sum*, scilicet uerè Christus: *ego sum*, sub carne Deus absconditus: ubi prædicit quosdā de eis post passionem suam cognituros quis esset, & credituros in eum: prænuncians eis per quæ debeant peruenire ad fidem, quia per suam passionem. Vnde Augustinus: Differo cognitionem vestram, ut impleam passionem meam: hoc oportebat impleri per manus eorum, qui postea fuerant credituri. Quare hoc? nisi vt nemo desperaret in quocunque scelere malè sibi conscius, quando videt eis donari homicidiū qui occiderant Christum. Hæc Augu. Tribus modis nos offendimus Deū, & ipsum humiliamus. s. malis cogitationibus, malis uerbis, & malis operibus Quando uerò conterimur: confitemur, & satisfacimus: tūc ipsum exaltamus in anima, ipsum super omnia diligendo, & per cōsequens cognoscimus ipsum super omnia venerando. Si ergo uis cognoscere Deum, exalta eum tribus modis prædictis: scilicet cordis contritione, contra malas cogitationes: oris confessione, contra malas locutiones: & corporis satisfactione, cōtra malas operationes. Deīde quibusdam Iudæis, tunc in se credentibus, dicebat: *si uos manseritis in sermone meo*, id est si perseueraueritis usque in finem in fide, quæ in uobis cœpit esse per sermonem, à doctrina & disciplina mea non recedendo: nullisque tentationibus cedendo: tunc, *uerè discipuli mei eritis*, hoc dixit quia aliqui eorum fictè credebant, & isti ueri discipuli non erant: *& uos cognoscetis ueritatem*, quę modo carne tecta loquitur uobis, & latet vos: vel veritatem doctrinæ quam ego doceo, & fidei quā modò creditis, *& ueritas*, cognita, *liberabit uos*: id est liberos faciet: quia in præsēti liberat à seruitute culpæ, & dat libertatem gratiæ: & tunc vera libertas inchoatur, & in futuro liberabit à seruitute miseriæ: & dabit libertatem gloriæ, & tunc vera libertas perficietur. *Responderunt*, alii non credētes, & iactando dixerunt se esse, *semen Abrahæ*, & nemini unquam seruisse, quasi liberi essent, & liberatione nō indigerent. Sed manifestè patet dictum eorum falsum esse: quia primò in Aegypto fuerunt in magna seruitute, & iterum in Babylone. In terra etiam sua seruierunt regi Assyriorum, & nationibus alijs: & iterum Romanis, soluentes tributa eis. Dominus autem proposuit eis seruitutem difficiliorem quàm hominum, dicens: *Amen dico uobis, quòd omnis qui facit peccatum*, cuiuscunque conditionis ille sit, siue nobilis, siue ignobilis, Iudęus vel Græcus, diues uel pauper, imperator vel mendicus, *seruus est peccati*. Vnde Chryso. Omnis qui diaboli sequitur voluntatem, seruus est etsi sit liber. Qui autē Deo obedit, ille verus īgenuus est: etsi fuerit seruus. Ingenuitatem enim spiritalem non sordidat seruitus corporalis, nec turpitudinē spiritalem honestat corporalis libertas. Seruitutem enim non Dei dispositio, sed humana violentia introduxit. Omnis enim homo liber creatus est, quē Deus in libero arbitrio posuit, nisi ipse se fecisset seruum. Vnde & Augustinus: Bonus etiam si seruiat, liber est: malus autem, etiā si regnet, seruus est: nec vnius hominis, sed quod est grauius, tot dominorum, quot uitiorum. Seruus essem utinam hominis, non peccati. Et iterum: *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati*. O miserabilis seruitus: Plerunque homines cùm Dominos malos patiuntur, Venales se petunt: non quærentes Dominum non habere, sed saltem mutare. Seruus peccati quid faciat? quem interpellet? apud quem uenalem se petat? Deinde seruus hominis aliquando sui Domini duris imperijs fatigatus fugiendo requiescit. Seruus peccati quo fugit? secum se trahit quocunque fugerit. Non fugit seipsam mala conscientia: non est quo eat: sequitur se, immo non recedit à se. Peccatum enim quod facit, intus est: fecit peccatum ut aliquam corporalem caperet voluptatem. Voluptas transit, peccatum manet. Præteriit quod delectabat: remansit quod pungat. Mala seruitus. Ad Christum omnes fugiamus: contra peccatum Deum liberatorem interpellemus: uenales nos petamus, ut eius sanguine redimamur. Liberat ergo ab hac seruitute solus Dominus. Qui illam non habuit, ipse de illa liberat. Solus enim in hac carne uenit sine peccato. Hæc Augustinus. Peccator ergo, ut dictū est, seruus est tot dominorum, quot uitiorum. Vnde legitur de Diogene Philosopho, quòd cum Alexander diceret se dominatorem orbis: ille ait: nequaquam es Dominus, sed seruorum meorum seruus. Superbia. n. domina tua & ancilla mea, te circunducit: ego autem eam suppeditaui: carnalis concupiscētia & gula sunt Dominæ tuæ, & ancillæ meæ, quæ te ducunt & tibi dominantur: ego autem eas suppeditaui & uici, & ideo tu es seruorum meorum seruus. Deinde ostendit pœnam huius seruitutis, dicens, *Seruus autem*, scilicet culpæ, *non manet in domo*, id est in ecclesia *in æternum*, licet modo ad tempus inquantum est de numero fidelium: quia modo sunt admixti mali cum bonis: & in futuro abinuicem separabuntur, sicut oues ab hœdis: *filius autem*, scilicet Dei naturalis: *manet in æternum*, quia solus est sine peccato, & sic habet potestatem alios liberandi à peccato: faciendo eos filios Dei per gratiam adoptionis, ut secum maneant in domo libertatis: & hoc est quod concludit, dicens: *Si ergo filius*, qui uerè liber est, & potens in domo libertatis: *uos liberauit*, à seruitute culpæ: *uerè liberi eritis*, non à Barbaris, sed à diabolo: non à corporis captiuitate, sed ab animæ iniquitate, ut peccatum non dominetur in uobis, quia in hoc consistit uera libertas. Vnde dicit Gregorius: Quem conscientia defendit, etiam inter accusatores liber est. Vnde & Boetius: Liber est qui habet liberam conscientiam: patet ergo quòd mundana libertas, de qua gloriabantur, non est uera libertas: nec carnis nobilitas, est uera nobilitas. Sed hodie heu sunt multi qui de carnali nobilitate & li-

Lucis æternæ iocunditas.

Augustin. tracta. 40. in Ioannem. Cognosci noluit ut crucifigatur.

Offēdimus Deum tripliciter.

Seruitus Iudęorum.

Chrysosto. ho. 41. operis imperf.

Augustin. tracta. 41. in Ioannē.

Seruitus peccati pessima.

Peccator seruus.

Diogenis ad Alexādrū responsum.

Gregorius epist. 39. lib. 9.

Universidad de Deusto Biblioteca

bertate quærunt extolli: non uerecundantes de ſeruitute peccati. *Auguſtin. tracta. 41.* Secundum Auguſtinum: Qui ex amore peccat, non ex languore naturæ, nec ex ignorantia leui, ſeruus eſt peccati: *Peccati differentia.* alia enim ſunt peccata infirmitatis, alia imperitiæ, alia malitiæ, infirmitas & imperitia contraria ſunt virtuti & ſapientiæ: malitia contraria eſt bonitati. Deinde oſtendit eos non eſſe filios Abrahæ, de quo gloriabantur: ſed potius degeneres, quia cum operibus fidei non imitantur.

Filiatio uera. Vera enim filiatio declaratur per imitationem paternæ conditionis, quia imitatio patris eſt ſignum ueræ filiationis: Iudæi autem non imitabantur facta Abrahæ, quia quærebant eum interficere, quod Abraham non fecit, ex quo ſaluator concludit quòd eius uerè filij non erant quanuis ab eo carnaliter deſcendiſſent. Vnde erant filij Abrahæ tãtummodo carne, ſed non operum & fidei imitatione. Caro quidem illorum ex ipſo erat, ſed uita nõ erat. Ex hoc patet quòd fruſtra quis gloriatur: quia ſecundum habitum eſt filius Auguſtini, uel Benedicti, ſeu alterius ſancti: niſi opera ipſius ſecundum ſuam poſsibilitatem ſtudeat imitari. Videntes autem Iudæi quòd ex operibus filiationem arguebat: ideo dixerunt ſe filios dei, cuius legem & cæremonias ſeruabant: non ſicut alij idololatriæ dediti, unde dicunt ei: *nos*, unius dei cultores, *ex fornicatione*, ſcilicet ſpirituali gentilitatis, quæ fornicatur cum multis dijs: *nati non ſumus*, idola colentes ſicut ipſi, ſed in fide vnius Dei: fornicationem enim uocãt idololatriam, ſicut & frequenter nominatur in ſacra ſcriptura, quia anima ſeparatur à *Deum patrem habẽtes.* deo per eam, *unum patrem*, ſpirituale, *habemus deum*, quem colimus: quia non colebãt pluralitatem deorũ, ſicut gentiles. Sed hanc paternitatem ſaluator excludit: & deum nõ eſſe eis patrem oſtendit, quia non diligunt, nec cognoſcunt eius filiũ, ſcilicet ipſum Chriſtũ ab eo miſſum: nã dilectio & notitia Chriſti, eſt ſignum filiationis dei: eorum enim quæ ab uno procedunt mutua eſt dilectio in illo à quo procedunt.

Filij diaboli. Deinde oſtendit cuius ſint filij, & dicit eos ex patre diabolo eſſe: non creatione, ſed imitatione: qui deſideria patris ſui, ſcilicet diaboli, uolunt perficere, & innocentem occidere: quod probat conſequenter, conditionis diaboli explicans, & poſtea ad ipſos applicans: unam autem conditionem diaboli primò tangit dicens: *Ille homicida erat ab initio*, mũdi, & conditi hominis: primos homines malis ſuaſionibus occidendo, & eis immortalitatẽ auferendo. Homo enim in ſpecie humana reponitur per animam: & ideo magis propriè eſt homicida, quia animam per peccatum mortale occidit, quàm ille qui occidit corpus, *Auguſtin. tracta. 42. in Ioãnem.* per quod homo cum brutis conuenit. Vbi Auguſtinus: Noli ergo putare non eſſe homicidium, quãdo fratri tuo malè perſuades. Si fratri tuo malè perſuades, occidis: & vt ſcias quòd occidis, audi pſalmum: *Pſal. 56.* *Filij hominum, dentes eorum arma & ſagittæ & lingua eorum machæra acuta.* Alia conditio diaboli tangitur, cùm ſubditur, *& in ueritate*, operis & iuſtitiæ, *non ſtetit*, id eſt in debita obedientia ad Deum: quia non eſt *Res uera quæ ſint.* ueritas in eo. Res enim dicuntur veræ, inquantum conformantur veritate primæ: à qua ſuæ: qua veritate deuiauit diabolus per peccatum ſuperbiæ, & deſeruit ordinationem naturæ ſuæ: quæ erat ut Deo ſubiiceretur continuè, nec ſtetit in veritate uocis & loquelæ: quia mendax eſt, & pater, id eſt inuentor eius, ſcilicet mendacij: ſicut Deus pater eſt ueritatis, Ante ipſum non erat mendacium: ab ipſo, &

A per ipſum eſt factum, ut ſit omnis homo mendax. Ille quidem dicitur mendax, non tantum pater mendacij, *Mendacij pater.* qui mendacium ab alijs in mentem refert, ſed mendax eſt & pater mendacij, quia non ſolum refert illud, ſed & facit: & propter hæc diabolus dicitur pater mendacij: quia primum mendacium adinuenit dicens mulieri: *Nequaquam moriemini*: *Gene. 3.* Hanc ergo proprietatem, hanc nephariam hæreditatem filijs ſuis diabolus dereliquit, ut mentiantur & patrem ſuum diabolum mentiendo ſequantur. Cùm enim mẽtiuntur à diabolo accipiuntur, & eum imitantur. Attendant mendaces illud verbum Chriſti dicentis: *Ioannis 14.* *Ego ſum uia, ueritas, & uita.* quia recedendo à veritate, recedunt à via & uita. Tales ergo tanquam illegitimi in religione Chriſtiana meritò ſunt habendi:
B quia à Deo patre degenerantes, facti ſunt filii diaboli. O quàm multi ſunt huiuſmodi filii diaboli etiam religioſi, & quàm plenus eſt de eis mundus. Et utinam omnes tales characterem patris ſui diaboli in fronte geſtarent vt cognoſcerentur, ne alii per corũ mendacia deciperentur. Sed heu aliqui habent frontem meretricis, & parum erubeſcunt de mẽdaciis. Vt quid terram occupant tales peſtiferi ſeductores, errantes & in errorem mittentes: ac ſi patrem ſuum qui uniuerſum orbem ſeducit imitantes. Mendax ergo in loquendo, & mendacia fingendo, proprietatem diaboli aſſumit malè uiuendo. *Auguſtin. de quæſtio. euangelicis ca. 90.* Vnde dicit Auguſtinus, Quòd diabolus non ſpeciale nomen eſt,
C ſed commune: & in quocũque opera diaboli fuerint inuenta, diabolus eſt appellandus: *Diabolus nomen commune officij.* operis enim nomen eſt, non naturæ. Erubeſco ergo ò Chriſtiane, & maximè tu religioſe, de hoc nomine: & ab omni mendacio abſtine: *Veritas in Chriſtiano.* quia in quolibet Chriſtiano debet eſſe ueritas tanta, ut inter iuramentum & ſimplicem affirmationem nulla ſit differentia. Et quia ſolent innocentes antequam ſubeant iudicium paſsionis, expetere iudiciũ examinationis: ideo dominus noſter ſciẽs Iudæos in mortem ſuam conſpiraſſe, iudicium examinationis ab eis expetiit: ad oſtendendam ſuam innocentiam, & Iudæorum malitiam, & ad conuincendam apertiua eorum iudiciariam iniuſtitiam. Quamuis enim ultro mortem pati uoluerit: ipſe tamẽ Chri-
D ſtus ſuam innocentiam omnibus manifeſtam eſſe voluit. Vnde dicit: *Quis ex uobis*, coram quibus palam docui, & miracula fecit, *arguet*, & reprehendere poteſt me de peccato? quaſi diceret: uos uultis me interficere: oſtendite peccatum quo meruerim mortem: quod ſi non poteritis, manifeſtum erit, quòd me innocenter occiditis. *Gregorius hom. 18. in Euangelia. Manſuetudo Chriſti.* Secundum Gregorium, Penſanda eſt manſuetudo dei qui uenerat peccata relaxare, quia non dedignatur ex ratione oſtendere ſe peccatorem non eſſe, qui etiam ex virtute diuinitatis poterat peccatores iuſtificare. Et ideo cùm nõ poſsitis me de peccato arguere, *ſi*, id eſt, quia *ueritatem dico uobis*, quoniam ſcilicet dico me filium dei, *quare uos non creditis mihi*, & in me, ex quo non ſum peccator ſicut
E cæteri. Et ſubdit cauſam dicens: *Qui eſt ex deo*, nõ natura, ſed fide: non ore, ſed amore & per conformitatem uoluntatis, *uerba dei audit*, & hoc aure cordis, non ſolum corporis audit ea libenter & amat, quia quilibet libenter audit doctrinam ad quam affectum habet, quia quaſi connaturalis eſt. Ille enim qui ueraciter in deum credit, ac ueraciter deum timet & diligit: dei verba libenter audit. Qui uerò non habet fidẽ nec amorẽ, ſicut Iudęi erãt: uerba dei audire nõ poſſunt. In his uerbis domini unuſquiſque cõſcientiam

tiam ſuam probare poteſt, utrum ex deo ſit an non: qui enim verba dei & cœleſtem patriam deſiderare, carnis deſideria & mundi gloriam contemnere, aliena non appetere & propria largiri, & alia huiuſmodi iubentis libenter audit, & libentius opere complet: nullo modo ſe ex deo eſſe dubitet. Qui verò væcors & durus verba dei audire contemnit: uel ſi hoc aure corporis audierit, & tamen nullo ſtudio vel labore in opus mittere conatus fuerit: profectò ſe ex deo non eſſe oſtendit. Et tales erant iſti, quibus concludendo à Domino hic dicitur: *Propterea uos non auditis*, id eſt non recipitis uerba Dei ex ore meo, & mihi non creditis, *quia ex deo non eſtis*, propter vitium quòd à Deo nõ eſt: ſed à diabolo ſuggeritur, & à mala uoluntate perficitur. Et quia non eſtis ex Deo, nõ habentes fidem nec amorem: ſequitur quòd ſitis ex diabolo, non per creationem, ſed per imitationem. *Auguſtin. tracta. 42. in Ioannem.* Vnde Auguſtinus: Cùm dicit ex Deo non eſtis, noli attẽdere naturam, ſed vitium: ex Deo quidem ſunt ſecundum naturam, ſed ex Deo nõ ſunt vitio & praua affectione. *Affectorũ gradus. Gregorius hom. 18. in Euangelia.* Eſt autem ſecundum Gregorium triplex gradus malè affectorum. Nam ſunt nõnulli qui præcepta Dei nec aure corporis, id eſt exteriori auditu percipere dignantur: quidam verò percipiũt, ſed nullo mentis deſiderio complectuntur, non habentes voluntatem implendi quæ audiunt: quidam autem libenter audiendo compunguntur, ſed poſt lachrymas tribulationibus preſsi aut delitijs allecti ad iniquitatem reuetuntur: hi profectò uerba Dei non audiunt, quia exercere in opere contemnunt. Licet ergo oẽs ſint filij Dei per naturam: illi tñ ex diabolo per vitium ſunt, qui verba Dei non diligunt. Qui verò ex Deo generationis adoptione renati ſunt, audiũt verba Dei & cuſtòdiunt. Dum terra eſt ſub tecto & nõ compluta, latet quos fructus ſit ferre apta: ſed ſi eſt ſub aere nudo & compluta, patet quis fructus veniat ex ea. Igitur ſi diuinus ſermo ſit tibi grauis, & quaſi ſarcinat aures: time ne ſis preſcitus cum Iudæis quos imber verbi compluit, & ipſi ſpinas & tribulos exercuerunt: quo patuit quòd terræ maledictio proxima erat, quam ignis deuaſtare debuit. Et quia Iudæi conuicti ſunt non eſſe filij Abrahæ vel Dei, ſed diaboli: ideo neſcientes contradicere veris, cõtradicunt iniurijs: *Conuiciorũ de peccato modus.* & ingerunt conuicia, quia reſiſtere non poſſunt ex veritate aliqua. Modus enim hominũ qui neſciunt rationabiliter reſpondere, eſt ad conuicia ſe conuertere: & ideo Iudæi non habentes quid rationabiliter Chriſto reſponderent, ad conuicia ſe conuertunt.

Vnde contradicentes dicunt eum Samaritanum eſſe, & dæmonium habere: *Samaritanus cur uocatus Chriſtus.* licet enim Chriſtus eſſet genere Iudæus & non Samaritanus: tamẽ uocant eum Samaritanum ex cauſis pluribus. Samaritani enim qui erant Gentiles, Iudæis infeſti & odibiles erant, eo quòd terram eorum poſsidebant: & ideo vulgare erat apud Iudæos, quòd homines malos & eis odibiles etiam ſi Iudæi eſſent uocabant Samaritanos: talis autem erat Chriſtus ſecundum opinionem eorum, quem credebant arguere eos propter odium: ideo vocabant eũ Samaritanũ, & quaſi aduerſariũ. Vel q̃a Samaritani partim legẽ ſeruabãt, & partim non ſeruabant: videntes Iudęi Chriſtũ in aliquo legẽ ſeruantẽ, & in aliquo diſſoluentẽ, uocabant eum Samaritanũ, quaſi à lege diuina alienũ. Vel à Samaritanis cũ quib. cõuerſatus erat, eũ Samaritanũ quaſi peccatorẽ uocabãt, q̃a peccatores illos repũtabãt, nec eis coũti volebant. *Dæmonium habere dicitur ſaluator.* Dicebant ẽt eũ dæmoniũ habere, propter mirabilia quæ faciebat, quæ magicis artibus imputabãt:

A uel quia cogitationes & ſecreta eorum reuelabat & frequẽter dicebat: quod dæmoni attribuebant, cui tñ cordiũ occulta ſunt abſcõdita. Vel q̃a aliquãdo quædam alta, & ſubtilia loquebatur quæ non intelligebant, credebant quòd quaſi dæmonio plenus loqueretur, & eum arrepticium reputabant. Dominus autem hîc, ſicut & ubique, ad patientiæ & manſuetudinis exemplum nos prouocat: quia manſuetè iniuriam declinat. Accepta iniuria non iraſcitur, neque conuitijs cõuitia reddit, &, ut dicit Petrus, *1. Petri. 2.* *cùm malediceretur non maledicebat*. *Reſponſio Chriſti ſemper mollis.* Et attende quòd licet Dominus Iudæos ſæpe docendo, uel corrigendo durè & aſperè reprehenderit: tamen dura uerba uel facta inferentibus, nunquam vel hic vel alibi durè vel aſpe-
B rè reſpondit. Erudiens nos ſecundum Chryſoſtomum, *Chryſoſto. hom. 54. in Ioannem.* quæ ad Deum pertinent, vindicare: quæ uerò ad nos, deſpicere. Vnde cùm in veritate eis reſpondere poſſet, uos dæmonium habetis: tamen noluit, ſed malum quod in eis eſſe cognouit, patienter tacuit: imitabilem nobis patientiam oſtendens, ut quotiens à proximis iniurias patimur, *Mala proximi tacenda.* eorum etiam uera mala patiẽter taceamus: ne fortè talis correptio non ex dilectione, ſed ex odio nata videatur. *Impatiẽtia noſtra. Greg. hom. 18. in Euã.* In his ergo, ſecundum Gregorium, ſuperbia noſtra confunditur, quæ ſi exagitata vel leuiter fuerit, atrociores iniurias reddit quàm acceperat: facit mala quę poteſt, & minatur facere quæ non poteſt. *Samaritanus.* Duo quippe ei illata fuerant:
C vnũ negauit, & aliud tacẽdo conſenſit. Tacuit quod recognouit, & patienter repulit quod dictum fallaciter audiuit. Dæmonium ſe non habere reſpondit, ſed tamen Samaritanum nõ eſſe negauit. Quia enim Samaritanus interpretatur cuſtos, & ipſe præcipuè cuſtos noſter eſt: nõ .n. dormitat qui cuſtodit Iſrael: *Pſal. 120.* ideo ſe Samaritanum eſſe non negauit. Negauit autem dæmonium habere: diabolus enim honori Dei reſiſtit: qui ergo honorem Dei quærit, alienus à diabolo eſt, & ideo Chriſtus qui honorificat patrẽ ſuũ, ſcilicet Deum, dæmonium non habet. Vnde ait: Sed honorifico Deum, *patrem meum*: declarando eius virtutem in miraculis, & omnia ei attribuendo, pro cuius honore, *uos me inhonoraſtis*, per falſa opprobria,
D & quòd virtuti diuinæ attribui debet, dæmoni aſcribendo. Imò in hoc quòd inhonoraſtis me, inhonoraſtis & patrem meum: qui enim non honorificat filium, non honorificat patrem qui miſit illum. Item habens dæmonium, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, ſuperbus eſt, & ſe extollit quærendo gloriam ſuam: *ego autem non*, ſic: non enim, *quæro gloriam meam*, *Philip. 2.* ſicut ſimulatores, qui ſe oſtendunt & quærunt uideri quod nõ ſunt. Et uerè nõ q̃rit, qui ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. Non quæſiuit in iſto mundo gloriam, nec ullam magnificentiam: uenit enim ut doceret omnem mundi gloriam contemnendam. Inquantum homo eſt loquens dicit:
E *ego gloriam meam non quæro*, ſolus enim Deus eſt, qui poteſt gloriam ſuam quærere abſque culpa & peccato: alij autem non niſi in Deo. Sed, *eſt qui quærat*, ueram & debitam gloriam meam, *& iudicet*, ſcilicet iudicio diſcretionis, id eſt à gloria ueſtra humana: & ſecundum ſeculum diſcernat & ſeparet: ſcilicet pater meus qui me & glorificantes me remunerat, & uos, & omnes qui me non glorificant damnat. Cùm itaque filius Dei multa ſigna faceret, & virtutes multas oſtenderet, gloriam ſuam non quæſiuit: *Gloriam ſuam non quæſiuit Chriſtus.* ut nos eius exemplo inſtructi diſcamus de bono quod agimus non gloriari, & cum à patre omne iudicium, ſibi datum eſſet: illatas

Universidad de Deusto
Biblioteca

A injurias patris iudicio seruauit, ut nobis insinuaret quantum nos esse patientes debemus, dum se ulcisci non vult & ipse qui iudicat. Accepta ergo contumelia meditemur in opere uocẽ Domini illam, *ego non quæro gloriam meam: est qui quærat & iudicet*, Et quia, secundum Gregorium, cũ malorum peruersitas crescit, non solum prædicatio frangi non debet, sed etiã augeri: ideo Dominus postquã habere dæmonium dictus est, prædicationis suæ beneficia largius impendit. In quo ostenditur magna Christi benignitas: quia illis à quibus tantum receperat conuitium, non negauit suæ doctrinæ beneficium. unde dicit: *amen amen*, id est fideliter, *dico uobis: si quis sermonem meum seruauerit*, nõ solum fide, sed etiam vita & opere: *mortem non uidebit*, id est non experietur, *in æternum*. hoc est æternæ mortis amaritudinem. sed uitam habebit æternam. Deinde ex his verbis Domini volentes ostendere eum habere dæmonium, dixerunt: *Abraham mortuus est & propheta*, sed fundabant rationem suam super falsum, scilicet quòd Christus dixisset de morte temporali, qui tantum intellexerat de morte æterna: & post pauca subiungit: *si ego*, scilicet solus, sine patre meo, *glorifico meipsum*, scilicet inaniter: & quæro gloriam meam præter regulam diuinæ ueritatis, vt nos mihi imponitis, *gloria mea*, quam dicitis meam *nihil est*, & falsa, quia falsum est non ens & nihil. Gloria mundi nihil est, quia est fumus transiens, & ventus tumens, & ad nihil culpæ & ad infernum deducẽs. Sed gloria mea est à Deo patre, à quo nullum falsum potest esse. *Est enim pater meus*, substantialis, *qui glorificat me*, uoce & per miraculorum operationem: & postea glorificabit per resurrectionis, & ascensionis gloriam, *quam uos dicitis: quia Deus noster est*, per operum imitationẽ, sed hoc est falsum quod probat dicẽs: *& non cognouistis eum*, scilicet per fidem formatam, in qua consistit Dei simulatio per adoptionem. quia dicentes, *nunquid tu maior es patre nostro Abraham?* reputabant Dominum eo minorẽ: ideo ostendit se esse maiorem quàm Abraham: quia Abraham ab eo tanquam à maiore bonum redemptionis expectat sibi promissæ unde dicit, *Abraham pater uester*, secundum carnem, de quo scilicet gloriamini: credens *exultauit*, in spiritu sperando *ut uideret diem meum*, intelligendo & cognoscendo tantum mysterium, quia desiderauit cognoscere tempus aduentus Christi, quod est uidere Christum in spiritu: & uidit in figuris & fide diem æternitatis, & diem futuræ temporalis meę natiuitatis quãdo in figura trium angelorum, sibi apparentium, cognouit trinitatis mysterium: & quando dictum est ei, in semine tuo benedicentur omnes gentes terræ: & in oblatione Isaac; in loco qui ideo dictus est Dominus uidet. Quia Dominus fecit Abraham videre occultum Christi mysterium, *& gauisus est*, propter beneficium à me ut à maiore sibi promissum. Ineffabili nanq; gaudio exultare potuit, quãdo & verbum apud patrem manens, & idem aliquando in carnem uenturum non de patris gremio recessurum perspexit: quãdo eum de stirpe sua nasciturum præuidit, per quem non solum ipse saluaretur: sed etiam totus mundus redimeretur, & facta eius de Christo repromissio impleretur. Et cùm Iudæi solam in eo ætatem carnis non diuinam naturam pensantes, & de uerbis suis mirantes dicerent ad eum, *quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti?* qui scilicet ante mille annos est mortuus: quasi dicerent, hoc est impossibile: uolens eos ab intuitu carnis ad deitatem trahere respõ-

Ioan. 8.
Gregorius hom. 18. in Euãgelia.
Christi dies Abrahæ uisa.
Gen. 18. Gene. 22. Gene. 26.
Gaudium Abrahæ de Christo.
Esse & fieri.

dit eis: *Antequam Abraham fieret*: scilicet temporali generatione: *ego sum*, æternaliter manens. non dicit Abraham esset, sed fieret: quia Abraham creatura fuit: nec dicit ego fio, sed ego sum, quod est uerbum substantiuum: quia nõ creatura, sed creator est omnium. Vbi ostenditur eius æternitas cõiungendo uerbum præsentis, scilicet ego sum, cum uerbo præteriti, scilicet antequam fieret: quia æternitas omni tempori assistit. Vnde deus solus habet esse perfectum: quia illud perfectum est, cui nihil de est extra ipsum: & ideo diuinum esse cùm totum simul sit, nec quicquam de illo præterierit aut futurum sit, perfectissimum est: nostrum autem esse quia habet aliquid extra se imperfectũ est: deest enim nobis aliquid quod
B de nostro esse iam præterijt, vel quod futurum est. Quando ergo ad substantiam diuinitatis Christus est ante Abraham: sed secundum naturam assumptã fuit post Abraham. Vnde Christus vidit Abraham oculo diuinitatis, & Abraham uidit Christum oculo cordis, fide uidelicet illuminatus. At infideles insensati Iudæi considerantes quòd æternitas non nisi Deo conuenit & quòd se per æternitatem Deum esse profiteretur & ostenderet: istaque æternitatis uerba intelligere & sustinere non ualentes, reputabãt ea blasphemiam: quodque pro tali blasphemia esset lapidandus: & ideo secundum legis mãdatum eum tanquam blasphemum lapidare uolentes, *tulerunt lapi-*
C *des vt iacerent in eum*, sicut in blasphemum & mortis reum. Quia enim non ualebant sapientiæ qua loquebatur resistere: nec sciebant uerbis eius rationabiliter cõtradicere loquendo: ideo conuertẽtes se ad lapides contradixerunt corporaliter persequendo: & quem intelligere cuiusque sermoni resistere non poterant, eum lapidibus obruere quærebant. Lapides enim cordis contra ueritatem, ac duri & inflexibiles ad credendum erant: & eorum animus facto eorundem consonabat. Vnde ad hoc significandum lex scripta est in tabulis lapideis per Dominum. Vbi Augustinus: Tanta duritia quo curreret, nisi ad lapides sibi similes? Sed Dominus qui solo uerbo eos superare
D poterat, uindicare se noluit: quia pati uenerat, & hostes suos non potestate sed humilitate uincere: & ideo abscondit se ut homo & ut humilis: *& exiuit de templo*, quia commendanda erat patientia, non exercenda potentia. *Abscondit se*, non timore mortis: neque impotentia resistendi eis, sed cedens furori eorũ usque dum ueniret hora passionis, & docens nos furore hostium quandoque & pro tempore declinare, *& exiuit de templo*, ab eis, designans derelictionem Iudæorum, & transitum ad gentes. Notandum autem quòd Dominus aliquando fugiebat, aliquando occurrebat, aliquãdo se occultabat. Fugiebat quidem honores, ut quando uenturi erant ut facerent eum regem: occurrebit suis crucifixoribus, quando
E uolebant capere eum: abscondebat se sicut hic patet à Iudæis furentibus, ut occasionem furendi subtraheret ab eis. Per ista tria exempla, dat nobis tria salutaria documenta: scilicet ut fugiamus mundi prospera: desideremus pro Christo pati aduersa & uitemus iurgia. Nos autem cõtrarium facimus, quia honores appetimus & procuramus: aduersa fugimus & uitamus: & litigijs nos immiscemus. Considera hic (ut ait Gregorius) saluatoris nostri mansuetudinem & humilitatem: qui cùm potentia diuinitatis nutu tacitæ mẽtis suos persecutores posset subitò in pęnas mortis obruere, tãquã pauidus humiliter se abscondit, Hoc autẽ fecit propter tria. Primò, q̃a tẽpus mortis

Esse Dei.
Lapides Iudæis congruentes.
Augustin. tractat. 43. in Ioãnem.
Domini absconsio.
Fuga Domini.
Gregorius hom. 18. in Euangelia.

mortis suæ nondum aduenerat. Secundò, quia tale genus mortis non elegerat. Tertiò, ut daret nobis intelligere, quòd liceat persecutores declinare: & hoc quãdo est persecutio personalis, secundũ illud quod dixit discipulis: Si uos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Sed quando non est persecutio personalis: tunc prælatis non licet fugere, ut patet de mercenario & pastore. Ideo etiam abscondit se ab eis corpore, quia non merebantur eum uidere mente. Vnde Gregorius: Illis ipsa ueritas abscõditur, qui eius uerba sequi contemnunt, quia eam quam non inuenit humilem ueritas fugit mentem. Et Augustinus. Tanquam homo à lapidibus fugit: sed uæ illis à quorum lapideis cordibus Deus fugit. Secundum
B August. Non abscondit se in angulo templi quasi timens, aut in domunculam fugiens, uel post murum aut columnam diuertens: sed cœlica potestate se inuisibilem insidiantibus constituens, per medium illorum exiuit: à suis tamen discipulis uidebatur, quia illi eum sequebantur. Hoc ergo exemplo suo Dominus non instruit ut locum irę demus: & ut persecutorum ac malorum sæuitiam quantum sine fidei periculo fieri potest fugiamus. Vnde Gregorius: Quid autem nobis hoc exemplo loquitur: nisi ut etiã cùm resistere possumus, iram superbiẽtium humiliter declinemus? Quanta humilitate iram proximi fugere debeat perpendat homo, si furores irascentium abscondendo se declinauit Deus. Nemo ergo se cõtra
C acceptas contumelias erigat: nemo conuicijs conuicium reddat. Imitatione etenim Dei gloriosus est iniuriam tacendo fugere, quàm respondendo superare. Hæc Gregorius. Sunt autem multi qui Iudæorum duritiam reprehendunt, sed suam minime attẽdunt. Vnde Gregorius: Quam multi sunt hodie, qui Iudæorum duritiam detestantur, quia prædicationẽ Domini audire noluerunt: & tamen quales illos arguunt fuisse ad fidem, tales ipsi sunt ad operationẽ. Præcepta Dei audiunt, miracula cognoscunt: sed cõuerti à suis prauitatibus renuunt. Hæc Grego. Conspice hic Dominum Iesum bene, & cum uehementi dolore, quomodo uolens Iudæorum furori cede
D re abscondit se: & intuere ipsum ac discipulos tanquam imbecilles męstè & inclinato capite recedere: & eis ex corde compatere.

Matth. 10. Ioan. 10.
Gregorius ibidem.
Augustin. tracta. 43. in Ioannẽ.
Abscondendi occasio.
Gregorius hom. 18. in Euãgelia.
Gregorius ibidem.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui ad audiendum uerbum Dei nos inuitas: doce nos cõtumelias & iniurias sufferre, propriam gloriam non quærere: ueritatem uitæ, iustitiæ, & doctrinæ propter scandalum uitandum non omittere: propter iteratam contumeliam & iniuriam à prædicatione non desistere. Iesu Christe summa ueritas, bonitas, iustitia, misericordia, largitas, munditia, sobrietas, humilitas, charitas, qui lapidaris, & absconderis à mendacibus & malitiosis, iniustis, impijs, cupidis, immundis, luxuriosis, superbis & odiosis: ne exeas à templo animæ meæ: redde me corrigibilem, & tecum per omnia concordantem. Amen.*

A *De cæco à natiuitate illuminato.*
Cap. LXXXV.



B
ET præteriens inde Iesus, in exitu templi, *uidit hominem cæcum à natiuitate*, qui ibi sedebat mẽdicans eleemosynam ab ingredientibus in templum: & diligenter intuitus est eum Iesus, ut dicit Chrysostomus: quasi uellet aliquid agere circa eum, ut ex hoc se mi-
C sericordem ad miserum ostenderet: & discipulos in admirationem, & ad quærendum prouocaret: & ideo discipuli moti sunt ad quærendum de causa cæcitatis eius dicentes: *Rabbi quis peccauit: hic, aut parentes eius, ut cæcus nasceretur?* in uindictam scilicet talis sui, uel parentum peccati. Putabant enim pœnam sine culpa non infligi: & ideo crediderunt quòd peccatum ipsius, uel parentes eius essent causa huius cæcitatis. Iesus autem non negat simpliciter ipsum peccasse, uel parentes eius: sed solum ad id de quo est interrogatus, dicens: *Neque hic peccauit, neque parentes eius*, scilicet ut ideo cæcus nasceretur: quasi diceret. Neque peccato proprio cæcus natus est: quia
D ante natiuitatem peccare non potuit: in quo apparet quæstio Apostolorum simplex quantum ad hanc partem: nec mirum, quia adhuc rudes erant ante Spiritus sancti receptionem, uel potest esse sensus talis: *Rabbi quis peccauit, &c.* Hoc est, utrum peccatum originale huius: an peccatum actuale in parentibus fuerit causa cæcitatis istius? Omnes enim filij iræ nascimur: filius autem iræ meritò punitur. Et si obiicitur quia sic quilibet puniendus esset, cum quilibet in originali concipiatur. Dicendum quòd misericordiæ diuinæ est quando alicui parcitur: iustitiæ autẽ est, quando aliquis punitur. Vnde in Threnis: *Misericordiæ Domini multæ quòd non sumus consumpti*. Et Apostolus: *Omnes peccauerunt, & egent gratia Dei*:
E & sic quæstio ad hanc parent fuit bona. Neque peccato parentum hoc contingit licet peccauerint. Vbi sciendum quòd est duplex pęna, qua homines puniuntur. Vna spiritualis, quantum ad animam, qua nunquam filius pro patre punitur: quia anima filij non est ex patre, sed à Deo, scilicet per creationem. Alia corporalis quantum ad corpus, qua filius, cùm quantum ad corpus sit res quædam patris, pro patre punitur temporaliter: hoc est malus pater in filio, ut filium uidendo torqueatur. *Sed*, hæc causa cæcitatis huius, scilicet, *ut manifestentur opera Dei in illo*, in eius illuminatione mirabili: ac si dicat. Non est cœcus natus ad punitionem peccati: sed potius cæcitas

Ioan. 9.
Chrysosto. hom. 55. in Ioannem.
Threno. 3. Roma. 3.
Pœna duplici homines puniuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

citas ista est dispensatiua, ut manifestato opere mirabili, in eius illuminatione filius Dei manifestetur, & diuina eius uirtus declaretur: & sic ad fidem homines ædificentur. Vbi considerandum q̃ egrediens de templo studiosè uenit ad opus sui manifestatiuũ. Ipse enim uidit cæcum: & non cæcus accessit ad eũ. Vnde dicit Chrysostom. Quòd exiens de templo curauit cæcum, & absentationem furorem mitigans: per operationem signi duritiam & insanabilitatem eorum molliens: & his quæ dicta sunt fidem faciẽs. Et expuit in terram: ut ostenderet quòd uirtus sana tiua quodammodo erat ab eius humanitate, inquantum est organum diuinitatis: saliua enim fluit à capite: *& fecit lutum ex sputo*, ut ostenderet se esse illũ qui formauit primum hominem de limo: & liniuit lutum super oculos eius: sic & homo excæcatus per peccati delectationem apponere debet, pro remedio peccati utilitate: *& misit eum ad natatoria Siloe*, ad lauandum: ut cæcus transeundo sic per ciuitatem linitus luto, à multis uideretur: & per consequens miraculum magis, diuulgaretur & firmaretur, *quod interpretatur missus*: hoc addit euangelista uolens interpretari nomen Hebraicum, & ad designandum mysterium Christi, missi ad salutem hominum: & abijt & lauit, & uenit uidens: nõ uirtute luti uel aquæ: sed uirtute diuina qua fuit illuminatus. Est autem Siloa fons ad pedem & radicem montis Sion descendendo in uallem Iosaphat, qui non iubigus aquis: sed in certis horis per cõcaua terrarum ebullit, quia non singulis & continuis, sed interpolatis diebus, ter uel quater in hebdomada dulces aquas ex uiscerib⁹ suis emittit: de quibus cum exciperentur, quasi stagnum non longè à fonte constructum erat quam collectionem modo piscinam, modo natatoria scriptura uocat. Ibi est & fons virg. Mariæ, de quo ipsa aquã pro se, & pro suo filio hauriebat, & suos pannos lauabat. Erat autem sabbatum, quando hæc fiebant: & ideo Pharisæi hæc cognoscentes reprehendebant: sed errabant, quia opera ad Dei magnificẽtiam ordinata licitè in sabbato fiebant. Vnde Augustinus: Ipse potius sabbatũ custo diebat qui sine peccato erat. Sabbatum enim obseruare spiritualiter, est non habere peccatum: & hoc admonet Deus, quando commendat sabbatum: omne opus seruile, nõ facietis in eo. Quid sit opus seruile, à Domino audite: *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati*. Sed isti sabbatum carnaliter obseruabant, spiritualiter uiolabant. Hæc Chrysostomus. Ecce quomodo hi traditionibus suis innitebantur, ut nullo modo utolari eas permitterent: & mandata Dei magis necessaria omittebant, colantes culicem, & glutientes camelũ. Sic & hodie multi suas traditiones & instituta magis sequuntur & obseruant, quàm Dei mandata: similes in hoc Pharisæis in opere, sed timeant ne etiã in mercedis retributione. Et cùm schisma & dissensio inde fieret, cæcus illuminatus constanter & viriliter ẽt contra maiores Iudæorum partem Domini defendit. In quo gratitudo eius magna apparuit: & per hoc etiam ostendit quòd quilibet gratanter & constanter beneficium diuinum recognoscere debet.

Constans athleta & immobilis confessor ueritatis, apertè fatetur beneficium, ne incurrat ingratitudinis damnum. Annunciat gratiam, Euangelizat & confitetur liberè ueritatem ad gloriam Dei & laudem: hoc non nisi à Dño, nec à discipulis, nisi Deus esset in eis, fieret. Vnde Chry. Vides præconẽ ueritatis: uides quanta audiuit ex initijs, & quanta passus est, & per uerba, & per opera: & qualiter tæstatus est: nõ enim uerecundatus de priori cæcitate, neque formidauit furorem plebis, neque renuit ostendere scipsum, ut prædicet benefactorem: hæc autem scripta sunt, ut & nos imitemur. Et iterum hæc ueritatis est natura, per quæ putatur insidias ab hominibus pati, per hæc fortior fit: per hæc claret, per quæ obumbratur. Mendacium uerò sibijpsi obuiat: & per ea per quę lædere ueritatem uidetur, per ea clariorem eam ostendit: quod & nunc factum est, secundum eundem Chrysostomum. Ex ista cæci constantia apparet, quàm forte quid sit ueritas: quæ si despectos assumperit, claros & fortes eos facit & ostendit: & quàm imbecille quid sit mendacium: quod etsi cum fortibus fuerit, imbecilles eos monstrat, & reddit. Tandem post longam concertationem maledixerunt ei, secũdum suam reputationem licet magis esset benedictio, secundum ueritatem: & dixerunt: *tu discipulus illius sis*. Vnde Augustinus: Maledictum est, si cor discutias, non si uerba perpendas. Tale maledictum sit super nos, & super filios nostros. Et sequitur, *nos autem Moysi discipuli sumus*. Moyses prædicauit seruantibus legem, fertilitatem, & bona temporalia, & propter hoc habet plures discipulos quã Christus, qui prædicauit paupertatem, & similia: & iniustè condemnantes, *eiecerunt eum foras*, extra synagogam, id est extra societatem Iudæorum, tanquam excommunicatum & reprobatum: quod apud eos erat maximũ opprobrium, sicut apud nos excõicatione & eiectio à sociatate & cõione Christianorũ. Ob confessionem quidem ueritatis: & quia Domino adhæsit immobilis, eiectus est foras à Iudæis. Ipse ne Deum conteneret, uoluit contemni ab hominibus: nos uerò ne ab hoibus contemnamur, Deũ contẽni mus. Deinde cũ cæcus curatus foras à Iudęis eiectus esset, & ad Iesum uenisset, ab eo interrogatus & instructus ẽt lumen fidei recepit: & fidẽ suãquam corde credidit, ore confessus est dicens: *Credo Domine*, & opere protestatus: quia *procidens adorauit eum*: adoratione & seruitute latriæ: per hoc eius diuinam uirtutem ostendens & uerbo opus adiungens: nam prostratio & adoratio debetur soli Deo & creatori: in signum quòd manu eius de nihilo sumus erecti: sicque eum credidit, & confessus est, uerum Deum & hominem. Quem ergo Iudæi repellebant, hunc Christus recipiebat: quanto magis enim quis propter Deum ab hominibus contemnitur, tanto magis à Deo diligitur: & quanto amplius ab illis ejicitur, tanto amplius ab ipso recipitur. Vnde Chrysostomus: Qui propter ueritatem & Christi confessionem iniuria opprimuntur, hi maximè honorantur: quod in cæco factum est, Eiecerunt enim eum ex templo Iudæi, & inuenit eum Dominus templi & eum susceptit: sicut agonetheta athletam multum laborantem, & coronauit: Hæc Chrysostom. Christus itaque hunc totum sanat: extrà oculos, & intus cor aperit. Iã Dominus agnus missus ad tollenda peccata mundi, lauat inuncto faciẽ cordis: iam mentis oculos illuminat, & ille confitetur non tantum filium hominis, sed etiam Dei. Et commendando cæcum ex deuotione, & fidei illuminatione, *dixit ei Iesus. In iudicium*, scilicet discretionis non damnationis: *ego in hunc mundum*, qui completitur bonos & malos, *ueni*, scilicet per assumptionẽ carnis, *ut*, simplices & humiles, *qui non uident*, id est se non uidere reputant & confitentur, ac medicum requirunt, ut *uideant*, & illuminẽtur per fidem & ueritatis

Chrysost. hom. 55. in Ioannem.

Siloa quid est.

Fons Mariæ.

Augustin. tract. 44. in Ioan. Ioan. 8.

Veritatis gratia.

Chrysost. ho. 56. in Ioannem.

Idem ibidem. Veritatis firmitas.

Augustin. tract. 44. in Ioannem.

Chrysost. hom. 58. in Ioannem.

ritatis cognitionem: *ac* legisperiti & sapientes superbi, *qui uident* id est se uidere præsumunt, & iactant, ac medicum non quærunt, *cæci fiant*, amplius, id est in sua cæcitate permaneant, & indurentur per infidelitatem: & quantum ad intuendam ueritatem nolentes sustinere ueritatis lucem, ut patet impletum in hoc cæco nato: & in Apostolis qui propter suam humilitatem à Christo sunt illuminati. Sacerdotes autẽ & legisperiti, propter suam superbiam sunt excęcati. Item exponitur hoc de illuminatione Gentiliũ, per fidei susceptionem: & obtenebrationem Iudæorum per fidei refutationem: quia antè reputabantur Gentiles cæci, & Iudæi uidentes: modo econuersò Gentiles uident, & Iudæi cæci sunt: unde non accipitur hic iudicium condemnationis & præmiationis manifestum, quod in secundo aduentu expectatur futurum: sed iudicium discretionis credentium, & non credentium occultum, quod in primo aduentu est factum, quasi diceret: In hoc quòd te illuminaui, intellige q̃ ego ueni separare pauperes spiritu à superbis, ut illi illuminẽtur, isti cæcẽtur. Et notat hic cautam, quia ad hoc non uenit finaliter, ut aliquis excæcaretur: sed notat terminum, quia aduentus eius fuit ad hoc terminatus: sicut boni medici operatio in desperatis terminatur ad mortẽ. *Et audientes Pharisæi*, repugnauerunt dicentes: *nunquid & nos cæci sumus?* qui religiosi & literati in lege sumus, & spiritualem usum illuminatum habemus. Sed ex eorum responsione eos confutat dicens: *Si cæci essetis*, id est ignorantes scripturas & prophetias de me: *non haberetis peccatum*, scilicet tantum quantum habetis: *nunc uerò quia dicitis uidemus*, id est reputatis uos intellige re scripturas, *peccatum uestrum manet*, id est aggrauatur, & magis punietur. Ex quo patet quòd scientes scripturas, & non obseruantes eas, grauius delinquunt, & grauiorem pœnam incurrunt, secundum illud: Seruus qui scit uoluntatem Domini sui, & non facit, uapulabit plagis multis. Potest etiam exponi de corporali uisione miraculorum & operum Christi: quia si ea non uidissent, haberent ali quam excusationem de hoc quòd ei non crediderunt: nunc autem quia uiderunt, ideo peccatum eorum aggrauatur & magis puniendi sunt: uel *si cæci essetis*, uestra reputatione: id est si ex humilitate uos cæcos aduertere tis, seu reputaretis, recognoscentes per humilitatem peccatum uestrum, & currẽtes ad ueniam & medicum, *non haberetis peccatum*, quia ego ueni auferre peccatum, quod remittitur per gratiam, quę nõ datur nisi humilibus, & de se nõ præsumentibus. *Nunc uero*, quia superbè, *dicitis, uidemus*, id est uos uidere reputatis, ac ueniam & medicum non quæritis: *peccatum uestrum manet*: id est, non remittitur, & i cæcitate infidelitatis uestræ permanetis. Mysticè cæcus iste à natiuitate, humanum genus est, habẽs cæcitatẽ ab Adã, unde secundum mentẽ cæci nati sumus: hæc. n. cæcitas contigit in primo homine per peccatum: de quo omnes originem traduximus, non solum mortis, sed etiam iniquitatis. Cæcus etiam ideo nascitur omnis habens peccatum originale, quia priuatus est Dei uisione. Cæcum ergo à natiuitate, id est omne genus humanum, Dominus in hunc mundum ueniens illuminauit. Spuit in terram, deitatem associans naturæ humanę: ac de saliua & terra lutum fecit: contemperando terram sapientiæ diuinæ: i. Deus homo factus est: per sputum enim quod est saliua de capite descendens, significatur uerbũ quod Deo capite omnium rerũ procedit, & sapientia quę

Excæcandi alicuius causa non uenit Christus. Luc. 12.

Mysticè: Cæcitas mentis.

ex ore altissimi prodijt: saliua enim est humor salsus: & sal sapientiam significat: per terram uerò caro & humanitas, quam pro nobis susc̃epit: liniuit autem seu unxit oculos, scilicet cordis ipsius cæci: id est generis humani, per fidem incarnationis Christi, quando fecit cathechumenum, quod interpretatur instructus: qui fidem habet, sed nondum baptizatus est: & ideo mittit eum ad piscinam, ut lauetur & illuminetur, id est baptizetur, & in baptismo plenam illuminationem recipiat. Vnde secundum Dionysium: Baptismus dicitur illuminatio, quæ piscina uocatur Siloe, quod interpretatur missus: quia quicunque baptizantur, oportet quòd baptizentur in Christo, qui est missus à patre: & tunc eum illuminat: nisi enim ille fuisset missus: nemo nostrum esset ab iniquitate dimissus. Qui ergo de limo terræ hominem formauit, per idem genus luti humanum genus reformauit: & reformando significauit. unde puluerem massans de sputo, liniuit super oculos cæci: quasi dicat ei, ego sum qui puluerem de terra accipiens hominem plasmaui. In facto etiam huius cæci illuminati significatur modus curationis, cuiuslibet peccatoris iustificati: qui bene per cæcum intelligitur: peccatum enim mentis oculos obtenebrat & obscurat. Vbi notãdum quòd cæcitas spiritualis causatur tribus modis. Primò, à puluere cupiditatis terrenæ. Secundò, ex igne carnalis concupscentiæ. Tertiò ex tumore superbiæ. Plerunque etiam peccator, uel ex consuetudine peccandi, uel ex obstinatione mentis, uel etiam ex obcæcatione diaboli, peccatum suum non uidet: quia uidere nõ uult: nec peccatum, reputat peccatum. Vnde Gregorius: Cùm in graui peccato miser homo labitur, suadet ei diabolus ne pœniteat, ne confiteatur peccatum: leue & modicum in corde affirmat, misericordiam prædicat, longum spatium uitæ promittit, ut permaneat in peccato suggerit: ut sic eum in contemptum Dei, & desperationem sui inducat, & perdat. Ad huius cæci illuminationem tria necesse est concurrere. Primum est, diuinæ gratiæ præuenientis respectio. Et secundum est, cordis de peccatis compunctio. Tertium est, pura peccatorum confessio: hæc tria per ordinem designauit Dominus in curatione istius cęci. Primum significauit in eo quod dicitur, quòd uidit cæcum oculo, scilicet misericordiæ & gratiæ prę uenientis, quæ ante omnia præexigitur, ad conuersionem peccatoris: homo enim per se potest in peccatum labi, sed per se resurgere non potest sine auxilio gratiæ Dei. Nisi ergo Dominus peccatorem oculo misericordiæ respiciat, resurgere non ualebit. Secundum designauit Dominus per hoc, quòd expuẽs in terram, fecit lutum ex sputo, quo liniuit oculos cæci. Per sputum uel saliuam, quæ à capite in os defluit, intelligitur diuina sapientia, quæ ex or e altissimi prodijt: per terram autem, intelligitur corpus humanum, quæ duo commixta fuerunt in Christo: scilicet uerbum æternum, quod per saliuam: & caro humana, quæ per terram intelligitur: & hoc benedictum lutum est remedium cęcitatis nostræ, si tamẽ super oculos cordis nostri liniatur: quod fit quãdo peccator ad considerationem Dei, per peccatum offensi, ad recognitionem utilitatis suæ, propter peccatum inducitur, tunc enim nobile lutum Christi, supra uile lutum peccatoris ponitur, ex quo compunctio causatur. Prædicto igitur luto suo, tunc Deus luteos oculos peccatoris liniuit, quando eum ad cõsiderationem suæ offensæ, & uilitatis peccati, ac misericordiæ

Dionysius li. de eccle. hierarchia

Illuminationi necessaria.

Cõpunctio cordis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cōsideranda peccata septem.

seriæ sui status instigat & inducit. Vt autem peccator plenè illuminetur ad rectam cogitationem, & ueram compunctionem: oportet quòd ex gratia Dei consideret hæc septem. Primò, ut consideret peccatum quod commisit, ut possit uidere peccati multitudinem, & omissionem boni, & commissionem mali cogitatione, locutione, & operatione, quinque sensibus contra decem præcepta, contra septem sacramenta, in operibus misericordiæ: & tunc dicat: peccaui super numerum arenæ maris, & cætera. Item peccati magnitudinem, quòd tam magna peccata fecit, & contra tam magnum Dominum, & dicat: pater peccaui in cœlum, & coram te: & non sum dignus, & cætera. Item peccati turpitudinem, quòd tam turpia peccata fecit. Secundò, ut uideat tempus quod amisit: uide ergo quot dies, quot menses, quot annos inaniter consumpsisti. Et quia secundum Bernardum: Omne tempus perdidisti, in quo de Deo non cogitasti. Tertiò, ut uideat pulchritudinem animæ, quam polluit, quæ pulcherrima fuit & dignissimæ, quia ad imaginem Dei creata: & ꝙ se sic turpiter utilificauit. Quartò, ut uideat gratiam quam amisit: & quanta bona per peccatum perdidit. O quàm multam gratiam multi negligunt: Deus enim semper paratus est dare, sed pauci uolunt accipere. Quintò, ut uideat iram Dei, quam prouocauit: & quòd beneficijs Dei ita ingratus fuit. Sextò, ut uideat pœnam, quam meruit, quæ est æterna, amara, & diuersa. Septimò, ut uideat gloriam, quam perdidit, quæ est infinita: pro cuius gustu ad unam horam, secundum Augustinum, contemnenda essent omnia. His septem consideratis, bene durum & lapideum cor haberet homo, qui non amara contritione compungeretur de peccatis suis. Tertium, quod est pura peccatorum confessio: designauit Dominus per hoc quòd istum cæcum sic linitum misit lauare se per confessionem apud sacerdotem. Quamuis enim Deus dimittat peccatum ad contritionem peccatoris: obligat tamen eum ad confessionem homini uice Dei faciendam. Et talis absolutio facta in confessione (secūdum Augustinum) reducit hominem ad baptismi puritatem. Præmissis autem tribus peractis, tunc incipit peccator uidere: & sic à sua cæcitate diuina gratia curatus procidat humiliter, & adoret suppliciter gratias agens Deo. Signū uerò est ꝙ peccator sic illuminatus est, quando clarè uidet & cognoscit. Illa autem cognitio in duobus consistit. s. in cognoscendo Deum, & in cognoscendo seipsum. Cognoscere Deū in præsenti, est cognitio suæ potentiæ & suæ bonitatis. Cognitio autem potentiæ generat in nobis timorem, qui timor facit recedere à malo: cognitio bonitatis generat in nobis amorem, qui amor ducit nos ad bonum faciendum. Cognitio autem nostri generat in nobis humilitatem, quæ est mater omnium uirtutum. Et sic patet quòd hæc duplex cognitio, scilicet Dei & nostri, est causa totius nostræ salutis: nam cognitio potentiæ Dei generat timorem, qui facit uitare malum: cognitio bonitatis Dei generat amorem, qui facit operari bonum: cognitio nostri generat humilitatem, quæ nos conseruat in euitatione mali & in operatione boni. Tempus igitur obseruemus, & ab intemporancis abstineamus: ne cum cęcis Iudæis illud in uanitatibus consumentes, cum ipsis in cæcitate maneamus. Vnde ait hoc loco Chrysost. Dedit tibi uitam Deus ut se coleres, tu eam in cassum & inutiliter consumis. Quæris quòd sit damnum? Si parum argenti temere consumpseris, id omnino damnum appellas: si totos dies in diaboli operibus consumpseris, nihil amisisse opinaris. Opus est in sacrificijs & orationibus uitam omnem impendere: tu ad clamores, perturbationes, obscœna uerba, contentiones intempestiuas uoluptates magicas uitam tuam temere consumis, & in tuum conuertis detrimentum, & cum hæc commiseris, quod damnum acceperis interrogas, neque intelligis omnia potius amittenda quam tempus. Aurum amittis, poterit recuperari: amissum tempus difficulter. Breue nobis in præsenti uita præstatur, quo nisi in necessarijs utamur, quid illuc migrantes faciemus. Dic quæso si cui filiorum tuorum præciperes, ut aliquam artem disceret, ille autem uel domi uel alibi tempus frustra consumeret, posset ne apud magistrum excusari? Nonne diceret, conuenimus, tempus statuisti. Si tibi non curæ est, ut apud me arti incumbat filius, quomodo eum erudiemus? Et qua gratia nobis breue tempus præscripsit Deus? O stultitiam, ò insipientiam, pro quo maximæ gratiæ habendæ sunt, quod labores nobis & sudores minuit, quod requiem nobis & æternitatem largitur, id reprehendis, & molesto fers animo. Hæc Chrysosto. Vnde & Seneca: Etiam si multum superesset ætatis, parcè dispensandum erat ut sufficeret necessarijs: mūc quæ dementia & superuacua discere in tanta temporis egestate? Eo magis itaque indignor aliquos ex hoc tempore quod sufficere ne ad necessaria quidem potest, etiam si custoditum diligentissimè fuerit: in superuacua maiorem partem erogare. Non tam benignum ac liberale tempus natura nobis dedit, ut aliquid ex eo uacet perdere. Et uide quàm multa etiam diligentissimis pereant. Aliud ualitudo suā cuique abstulit, aliud suorum. Aliud necessaria negocia, aliud publica occupauerunt. Vitam nobiscum diuidit somnus. Ex hoc tempore tam angusto & rapido & nos auferente, quid iuuat maiorem partem mittere in uanum? Hæc Seneca.

2. Par. 36. in oratione Manasses. Luc. 15.

Cognitio clara.

Cognitio duplex.

Temporis ipsius.

Chrysosto. hom. 57. in Ioannem.

Seneca epi stola 30.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, *qui illuminasti oculos cæci nati: illumina quæso oculos cordis mei ne in tenebris offendam, uel unquam in morte obdormiam. Deus uitæ meæ: quàm uanè consumpta sunt, quàm infructuosè lapsa sunt tempora mea, quæ dedisti mihi ut facerem uoluntatem tuam in eis, & non feci. Quot anni, quot menses, quot dies, quot horæ perierunt apud me: in quibus sine fructu uixi coram te? Fiat amande pater hoc residuum temporis mei fructuosum & sanctificatum in gratia tua: ut in diebus æternitatis inueniat locum, & computabile sit ante te. Amen.*

De pastore ouium. Cap. LXXXVI.



Ioan. 10.

ET quia cæci & increduli Pharisæi & Iudæi non accedentes ad lucem Christū qui est uia, ueritas, & uita: nec intrantes in ouile ouium ut oues Domini fierent: iactabant se uidere sine Christo, & per consequens posse ad ueritatem peruenire sine eo: ideo Christus qui suprà incœpit disputare contra superbiam & iactantiam eorum: nunc ut hanc magis retundat proponit contra eam, similitudinem humilitatis de ouili & ostio eius: quorum utrunque est humile, nec admittit nisi humiliantes se, ac si eis diceret. Si uultis intrare per humile ostium in humile ouile ouium: oportet ut uos humilietis, nec tam alta de uobis sentiatis. Et non tantum inducit hanc similitudinem ad humilitatis insinuationem: uerumetiam ut ostendat per quod ostium in ouile ouium sit intrandum: & exprimitur in ea distincta conditio furis & pastoris ouium, propter diuersum ipsorum ingressum & officium. Dicit ergo. *Amen amen dico uobis qui non intrat per ostium in ouile ouium, ille fur est & latro.* Non enim uenit propter bonum: ideo quærit indebitum ingressum: *qui autem intrat per ostium, pastor est ouium.* quærens bonum earum. *Huic ostiarius aperit,* quia scit eum ouibus beniuolū: *& oues uocem eius audiunt,* id est cognoscunt: quia bruta animalia suos benefactores recognoscunt: *& proprias oues uocat nominatim,* quia distinctè eas cognoscit, quod alienus non facit: & educit eas ad pastum uitæ huic necessarium, *& cùm proprias oues emiserit, ante eas uadit,* quia communiter solent pastores præcedere greges, & ad pastorum gressum oues diriguntur: ideo subditur, *& oues illum sequuntur, quia sciunt,* & cognoscunt, *uocem eius: alienum autem,* id est furem, *non sequuntur,* sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt uocem alienorum pastores sementientium. Ostendit itaque Christus Pharisæis: quia nec sapientia, nec obseruatio legis, nec bona uita quicquam ualet nisi per eum: & quòd impossibile est eos uidere sine Christo, & ad ueritatem peruenire sine eo, dicens: *Qui non intrat per ostium,* id est per Christum: *in ouile ouium,* id est in ecclesiam & congregationem fidelium: *ille fur est & latro,* quales sunt omnes infideles, & etiam mali fideles. Vbi Augustinus: Intrat per ostium, qui intrat per Christum, qui imitatur passionem Christi, qui cognoscit humilitatem Christi. *Qui autem intrat per hostium,* id est per fidem Christi & humilitatem, & alias eius uirtutes, *in ouile ouium,* ad pascendum eas, *pastor est ouium,* secundum ueritatem. Non omnis qui intrat per ostium pastor est, quia & oues intrant: ueruntamen unitas uniuersitatis ecclesiæ uerbo & exemplo pascit quotidie. *Huic,* scilicet pastori, *ostiarius,* Spiritus sanctus reuelando, *aperit,* ostium ueritatis ad rectè intelligendum, & iustitiæ ad bene operandum, ut oues pascere possit, *& oues uocem eius audiunt,* id est doctrinam recipiunt: *& uocat eas nominatim,* condescendendo familiariter subditis singulis: ut ex familiaritate unicuique det ausum ueniendi ad se, & educit eas per institutionem de tenebris erroris in lumen ueritatis, & ex mœrore seruitutis in regnum libertatis, *& cùm proprias oues emiserit,* de tenebris ignorantiæ ad lumen uitæ, & de carcere culpæ ad libertatem gratiæ: *ante eas uadit,* per exempla bonorum operum & uitæ, *& oues illum* ac uestigia eius, *sequuntur,* per imitationem & rectam operationem, *quia sciunt uocem eius,* id est cognoscunt & in ea delectantur: *alienum autem,* uoce & uita, *non sequuntur,* recipientes eius doctrinam uel exempla: quia uerba inducunt ad errorem, & exempla ad malum, *sed fugiunt* ab eo tanquam à latrone & inimico, *quia non nouerunt,* approbando, *uocem,* & doctrinā, *alienorum,* quia alieni aliena loquuntur: & ideo non cognoscuntur. Ouile ergo ouium commune est ecclesia catholica, sub uno pastore Christo: ecclesiæ autem congregationes particulares cōtinentes sunt etiam ouilia & caulæ ouium: sicut conuentus religiosorum & ecclesiarum conuentualiū & parochialium: in quibus fecit Deus accubare suas oues: hoc est fideles simplices & mansuetos, subiectos & humiles. *Qui ergo non intrat per ostium,* hoc est qui per principia religionis Christianæ non uenit, sicut per principia ueritatis non uenit hæreticus: per principia gratiæ non uenit simoniacus: per principia libertatis non uenit potenter uel armatis precibus intrusus: per principia simplicitatis non uenit dolosus, *sed ascendit aliunde,* quidam enim ad intrandum desuper per scalas ascendunt, sicut ambitiosi cū Lucifero ac cum Datan & Abiron, quos propter ambitionem uiuos terra absorbuit: quidam parietem irrumpunt, sicut auari cum Simone Mago: quidam fundamenta suffodunt, sicut hæretici cum Ario: *ille fur est & latro,* quia in hoc differūt, quia fur est qui in furuo hoc est in nigro, id est in tenebris (scilicet ignorantibus hominibus) alienam rem contrectat inuito Domino. Latro autem est qui uiolentiam infert & manifestè contrectat Domino inuito. Et ideo fur est qui ouile ouium suffodit, ac oues & utilitatem ouium clā inuito Dño contrectat: & iste est occultus & subdolus, uel hypocrita, uel hæreticus: quia uterq; oues & utilitatē ouiū furatur. Latro aūt est qui uiolentiā facit ut rapiat. & tales sunt qui potenter se intrudere uolūt. Fur ergo & latro per ostiū nō intrat, quia uel ambitiosè ascendit aliūde, uel dolosè suffodit occultè, uel uiolentia irrumpit manifestè, ut intrudat se. *Qui autem intrat per ostium,* in catholicam uitam & dignitatem, *pastor,* uerus, *est ouium.* & iste introitus est ueritatis, libertatis, gratuitæ bonitatis, & simplicitatis. Intrat autem ostium ueritatis per catholicam fidem: intrat ostium libertatis per supernam uocationem: intrat ostium gratuitæ bonitatis, nulli propter hoc faciens aliquam promissionem: intrat ostiū simplicitatis, non obtinens per aliquam dolositatem. Christus autem est ostium ueritatis & libertatis & gratuitæ bonitatis & simplicitatis. Si uerò aliquis

Ouile est ecclesia.

Introit per ostium.

Fur quis dicitur. Latro quis dicitur.

Ostiū ueritatis Christus &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ostiarius triplex. Claues ecclesiæ.

quis aliter intrauerit dicetur ei illud: *Amice, quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem?* & ejcietur extra oues in tenebras exteriores. Huic uero pastori ostiarius aperit, qui est triplex: Christus quidem exemplo, scriptura, doctrina, & Spiritus sanctus inspiratione: isti enim sunt ostiarij ecclesiæ. Christus dat claues, hoc est ligandi & soluendi potestatē: scriptura docet claues uoluere, & seras reserare: unde etiam una clauium est authoritatis discernendi, quæ est scientia: spiritus autem sanctus dignitatem & idoneitatem confert ad intromittendum: sicut ianitor fidelis, cui committitur custodia rerum. Talis ergo ostiarius exemplo Christi, doctrina scripturæ, & dignitate Spiritus sancti aperit tali pastori: aperit autē ostium humile, ad quod superbi impinguūt: uero pastori humili, ut non impingat: aperit ostium arctum, per quod auari intrare non possunt: pauperi paupertate spiritus, ut non constringatur: ut humilem & constrictum in uita recipiat, & alios repellat. Hic ēt nota quòd tribus modis munera captantur in officijs ad quæ à plerisque festinatur. Est enim munus à corde scilicet, fauor & gratia: munus ab ore, scilicet popularis adulatio: munus à manu, scilicet præmij donatio. Qui ab his se excusserit, & sine horum intentione intrauerit, beatus erit: quia autem horum intentione ingreditur, fur est & latro. *Hoc prouerbium dixit eis Iesus*: prouerbium dicitur, quando uerbum pro uerbo ponitur. Sic est in parabola, quando per uocem unam rem significātem aliud designatur. Et quia illi non intellexerunt, consequenter exponit dicens: *Ego sum ostium ouium*, per doctrinam & exemplum, per quod ostium est intrandum. *Omnes quotquot uenerunt*, non per me, & non intrantes per ostium: sed præter me diuinā authoritatē & suspicationem, non cum intentione diuinæ gloriæ quærendæ: sed quippe non à Deo missi, sed propria sponte ingerentes seipsos impudicè, *fures sunt*. alienum, s. oues Dei, sibi usurpando, *& latrones*, malo exemplo & peruersa doctrina quantum in se est occidendo. *Sed non audierunt eos oues*. id est fideles in ouili ecclesiæ permanentes: illi scilicet de quibus dictum est: Nouit Dominus qui sunt eius. Deinde probat se esse ostium, quia officium ostij est saluare ea quæ sunt intra domū, & quòd per ipsum sit ingressus & egressus: sic autem est de Christo, quia per ipsum fideles seruantur & saluantur, & similiter per ipsum est ingressus ad fidem & egressus ad gloriam. Per Christum enim qui solus est ostium, *si quis introierit*, & perseuerauerit, *saluabitur*, quia non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri: *& ingredietur*, hic ad fidem & ecclesiam, *& egredietur*, ab ista miseria ad gloriam & uitam æternam, à fide ad spem, à credulitate ad contemplationem: *ingredietur*, etiam per studium contemplationis, & secretum orationis: *& egredietur*, per exercitium, boni operis, & exemplum bonę actionis: *& sic inueniet* in æterna refectione *pascua* uiriditatis, s. mel diuinitatis, & lac humanitatis: quia beati reficiuntur interius in aspectu diuinitatis, & exterius in aspectu humanitatis Christi, per quam sunt saluati: & ideo dicit *pascua* in plurali. Vel in ecclesia militante inueniet pascua, scilicet doctrinæ & gratiæ: & in ecclesia triūphante, s. gaudij, & glorię. Vnde Augu. Quamuis ergo & hic in ipso ouili non desinit pascua: inuenient tamen pascua, ubi saturentur: qualia inuenit cui dictum est, hodie mecum eris in paradiso. *Fur non uenit*, ad populi salutem, sed magis ad eius destructionem: scilicet *ut furetur*, quod non est suum sibi usurpando: non de præceptis Christi suos sectatores instruens, sed suis exemplis eos uidere suadens, *& mactet* prauo exemplo, & mala doctrina ad malum trahendo: *& perdat* in æternam damnationem mittendo. *Ego ueni*, non sicut fur, sed pro hominum salute missus à patre: *ut* ingredientes in ouile, *uitam*, gratiæ *habeant*, in præsenti per fidem in spe: quia iustus ex fide uiuit: & egredientes de corpore, uitam gloriæ, *abundantius habeant*, in futuro per spem in re: quia gloria, est gratia consummata. Vnde Gregorius: Oues ergo eius pascua inuenient: quia quisquis illum corde simplici sequitur, æternæ uiriditatis pabulo nutritur. Attendamus ergo animum fratres: ne desecat ad superna nostra desideria. Ab eternæ solennitatis gaudio, nulla nos aduersitas reuocet: quia si quis ad bonum propositum ire desiderat, eius desiderium quælibet uiæ asperitas non immutat. Nulla nos prosperitas blandiens seducat: quia stultus uiator est, qui in itinere amœna prata conspiciens, obliuiscitur quò tendebat. Vt si cœlestis pastoris ueraciter oues sumus, quia in uia delectationis non figimur, æternis pascuis in peruentione satiemur. Hæc Gregorius. Deinde ostendit se etiam esse pastorem: hoc autem patet per hāc rationem, quia sicut per pastorem grex gubernatur & pascitur: ita etiā per Christum fideles reguntur, & spirituali cibo, ac etiam corpore & sanguine suo reficiuntur: sed ad differentiam mali pastoris, & furis, addit *bonus*. Bonus quidem non solum in natura & gratia: sed & in pastorali cura, quia implet boni pastoris officia. Vnde Chrysostomus: Pastorem seipsum, & ostium, indifferenter prædicat. Quia enim adducit nos patri, ostium se dicit: quia uerò procurat, pastorem: & ponit conditiones boni & mali pastoris: quia bonus & uerus pastor, qui attendit ad præmium gloriæ: debet habere affectionem, ad gregem intantum, quòd pro eo, si necesse est sustineat mortem. *Bonus enim pastor animam suam* propriam, id est uitam corporalē, *dat* cùm opus est: semper aūt paratus est dare: pro *ouibus suis* & earum salute. Si hæc est descriptio boni pastoris & signum ualde timendum est de paucitate bonorum pastorum. Cadit enim bestia proximi, & multi eam subleuant: cadit anima iusti, & non est ex omnibus charis eius qui eam releuet: cùm tamen quilibet plus tenetur diligere animam proximi, quàm corpus proprium. Sed quomodo pro ea corpus meum ponam, qui nec rem temporalem dare uolo ut eam à peccato eripiam? Et nota quòd mori pro grege dominico potest esse tripliciter: aut pro ipso de bono in melius promouendo: & sic est supererogationis, quantum ad omnes prælatos: sed ad opera supererogationis nullus tenetur, nisi uoto se astrinxerit. Aut pro ipso ab imminente periculo liberando: & sic tenetur quilibet prælatus, quia susceptt curam dominici gregis: & de manu eius requiretur sanguis. Aut pro ipso in extremo articulo necessitatis constituto: qui non potest euadere damnationem, nisi homo morti se exponat, & sic est necessitatis: sicut uidere sua, & dare pauperibus in extrema necessitate existentibus. Sed sciendum quòd si est persecutio generalis, quæ populo indicitur: tunc debet pastor se opponere, & animā suam ponere, ne totus grex dispergatur: si uerò est persecutio personalis, & ipse solus quæritur: tunc licet fugere persecutionem, exemplo Christi, qui à facie Herodis fugit in

Munera captantur tripliciter.

Augustin. trac. 45. in Ioannem. Pascua inuenienda.

Christus pastor.

Chrysost. hom. 58. in Ioannem.

Bonus pastor quis sit.

Mori pro grege dominico tripliciter pastoribus.

Fuga pastoris non mala.

in Aegyptum: & exemplo Pauli, qui dimissus fuit per murum: oues namque pastori in cœlo sedenti orationibus commendabat: se autem utilitati earū fugiendo seruabat. Hinc ait Dominus: *Si uos persecuti fuerint in una ciuitate fugite in aliam*. Aliquando autem debet fugere, nec animam suam ponere: sed patienter expectare, quando s ūm lana, i. temporalia diripiuntur, non personæ. *Mercenarius autem* à merce dictus, uel q.a mercede conductus est, uel quia mercedē terrenā sperat, *& qui non est* propriè *pastor*, quia nō attendit ad præmium gloriæ cœlestis, sed ad commodum rei temporalis. Talis enim, secundum Gregorium, meritò nomē pastoris perdit, eo quòd terrenam substantiamplus quàm oues diligit: & ideo eius, *non sunt oues propriè*, sed tantum usurpatiuè, quod probat per effectum: quia *uidens lupum uenientem*, scilicet diabolum, ut oues rapiat, uel hæreticum ut decipiat, uel tyrannum ut corporaliter affligat: & timens damnum rerum uel corporis incurrere. *dimittit oues*, direptioni patere, *& fugit*, tacendo, non resistendo, & auxiliū debitum subtrahendo. Dum enim sola exteriora commoda requirit, interiora & etiam exteriora gregis damna negligenter patitur: & contra hæc nullo zelo accenditur, nullo feruore dilectionis excitatur: quia mercenarius est, solum curans de mercede ac lucro & commodo temporali, *& non pertinet ad eum*, id est ad eius curam, *de ouibus*, de quarum perditione non sollicitatur & curat: quia non amore earum, sed pro sua mercede temporali laborat: nam secundum Augustinum. Non diligit in ouibus Christum, sed lac & lanam: *& lupus rapit*, ad malum & periculum pertrahendo: *& dispergit oues*, ab unitate charitatis, & Ecclesiæ separando, uel affligendo. *Sed bonus pastor*, aduersus prædictos lupos, *animam suam ponit*, quia resistit tentationibus diaboli, arguendo & increpando uitia resistit fallacijs hæreticorum, prædicando uera: resistit persecutionibus malorū, orando & implorando cęleste beneficium. Bonus pastor quærit utilitatem ouiū: sed malus pastor & mercenarius, commodū proprium: *bonus pastori uidens lupum uenientem*, id est tentationē diabolicam, deceptionē hæreticam, uel sæuitiam tyrannicam: opponit se, & subditos contra hunc lupum triplicem tuetur & defendit: sed malus pastor fugit & dimittit oues, nec aduersarijs resistit. Vnde in Zacharia: *O pastor & idolum derelinquens gregem*: quasi diceret, Non es pastor, sed similitudinem & idolum geris pastoris: bonus pastor non quærens, quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, supra gregem suum sollicitè uigilat: cogitās quotidie quam rationem de commissis Deo reddat. Vnde Augustinus dicebat: Et pertinetis ad curam nostram, vt rationem de uobis bonam reddamus: tota autem ratio nostra, quę est scitis. Dñe scis quia dilexi, scis quia nō tacui, scis quia ex animo dixi: scis quia flui cùm dicerē, & nō audiret: ipsa puto q̄ integra ratio mea est. Hæc Augu. Mercenarius verò, sua non q̄ Iesu Christi quærens, supra gregem non vigilat: nec de grege sollicitus cogitat quam rationem de eo reddere valeat, quia non propter Deum, sed propter mercedem temporalem, quam hic recipit, Deo militat. Vnde Grego. Mercenarius quippe est qui locum pastoris tenet, sed lucra animarum nō quærit. Terrenis commodis inhiat: honore prelationis gaudet: temporalibus lucris pascitur: impensa sibi ab hominibus reuerentia lætatur. Istæ sunt etenim mercedes mercenarij, vt pro eoipso quòd in regimine laborat, hic quod quærit inueniat: & ab hæreditate gregis in posterum alienus existat. Hæc Greg. Deinde quod dixerat probat per signa dicens: *Ego sum pastor bonus*, & subditur signum huius: *& cognosco oues meas*, non solum scilicet notitia visionis, qua omnia nuda & aperta sunt oculis eius, sed etiam notitia approbationis & dilectionis, qua cognoscit solum dignos uita æterna promissa eis: cognoscit etiam Christus oues suas per imaginem & similitudinem suam, quam eis impressit: per arma & vestimenta virtutum, quibus fideles ornauit, per signa bonorum operum, quibus eos decorauit: per doctrinam suam, & specialiter per charitatē adinuicem, qua eos informauit: quæ omnia in eis inuenit. *Et cognoscunt me meæ*, quia uerè fideles cognoscunt Christum, notitia per dilectionem operante: & ideo decipi non possunt: beneficia quoq; eius manifestè cognoscunt. Boni ergo pastoris signum est, mutua cognitio ipsius & ouium suarum: quod prouenit ex hoc quia pastor frequenter & sollicitè oues suas uisitat: & sic particulariter cognoscit eas, & indiuidualiter & conditiones earum ac diligit, & oues ex frequenti imaginatione beneficij pastoris ipsum attendunt, & specialiter recognoscunt, ac diligunt. Sic autem est de Christo & uerè fidelibus, & ergo est pastor bonus, & uerus. Secundum signum boni & ueri pastoris est, affectio quam ostēdit ad oues: quæ non potest esse maior quàm se exponere pro ouibus: sic autem est de Christo & fidelibus: & ideo subdit, *& animam meam pono pro ouibus meis*; solis enim ouibus Christi, proficit passio eius. Vnde Petrus Rauennas: Ecce pastor bonus animam suam pro ouibus suis dat, quod utique facit uis amoris, qa nil durum, nil amarum, nil graue, nil letale computat amor uerus: quod enim ferrum, quæ uulnera, quæ pœna, quæ mortes amorem prævalent superare perfectū? Amor est impenetrabilis lorica: respuit iacula, insultat periculis, mortem ridet Hæc Petrus. Sed cùm homo habeat tria, s. res, propinquos, & personam propriam: ista tria pro ouibus sunt ponenda: sua autem pro ouibus non ponunt, qui temporalia eis non tribuunt: suos non ponunt, qui consanguineos insufficientes promoueri faciunt: personā non ponunt, qui malis non resistunt. Christus autē ista tria pro ouibus posuit. Vnde in Hieremia: *Reliqui domum & familiam meam* scilicet Angelos: *dimisi hæreditatem meam*, scilicet cœlestem substantiam: *dedi dilectam animam meam in manus inimicorum meorum*. Tertium signum boni & ueri pastoris est: quia oues omnes ad ouile deducit. Vnde Christus ne crederetur quòd pro solis Iudæis mori deberet, subiungit: *Et alias oues habeo*, iam in prædestinatione ex gētibus mihi credituras, *quæ non sunt ex hoc ouili*, scilicet de synagoga Iudæorum, sed de populo Gentium: *& illas oportet*, id est opportunum est: *me adducere*, in fidem & Ecclesiam cum populo Iudæorū: quod factum est per prædicationem Apostolorum Christo principaliter operante in prædicatione eorum. secundum Chrysostomum hoc quod dicit, oportet, non est necessitatis demonstratiuum, sed confirmatiuum eius q̄ omnes oues suas saluas facere. Et subddit, *& uocem meam audient*, & ad fidem uenient: quia Gentiles ad prædicationem Apostolorum deuotè fidem receperunt: *& fiet unum ouile*, & fidelium receptaculum, id est una Ecclesia ex Iudæis & Gentibus collecta: *& unus pastor*, qui in cœlo est Christus, quia ipse est pax nostra qui fecit utraque unum, in terra autem est Papa Christi uicarius. Bonus etiam pastor gregem suum pascere debet.

Matth. 10.

Mercenarius unde dictus.

Gregorius hom. 14. in Euangelia.

Abacuc 2. Gregorius hom. 14. in Euangelia.

Cognitio gregis, signum primum boni pastoris.

Amor uerus, secundum signū.

Augustin. tract. 45. in Ioannē.

Petrus rauēnas Chrysologus sermone 40. Tria pro ouibus ponenda.

Zachar. 2.

Augustin. sermo. 49. de uerbis domini.

Hiere. 12.

Signum tertium boni pastoris.

Gregorius hom. 14. in Euangelia.

Chrysost. hom. 59. in Ioannem.

Universidad de Deusto Biblioteca

debet. Vnde & à pascēdo nomē accepit: hinc ait Dñs Petro, quando pastorem Ecclesię ipsum instituit: Pasce oues meas. Secundò debet ipsum diligere: ideo Petrus quando debuit præfici Ecclesiæ, fuit examinatus de charitate: Petre amas me? Tertiò debet gregem à lupo custodire & defendere. Vnde Dominus ait Petro, *& tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos:* scilicet contra quorumcunque luporum turbationes. Hæc autem tria per quandam excellentiam facit nobis Dñs noster, ut meritò bonus pastor dici debeat: etenim nos pascit, nos diligit, nos defendit: ostēdit itaq; Christus sub metaphora prædicta, quòd per eum tanquam per ostium sit intrandum, & quòd ipse pastor bonus sit sequendus: bonum ergo pastorem Christum sequamur: sub eius disciplina maneamus, & uocem præceptorum, ac consiliorum eius audiamus, ut ab ipso pasci mereamur.

Ioan. 21. *Luca. 22.* *Pastor bonus dominus.*

Quanta uerò fuerit huius pijssimi pastoris ad perditas oues sollicitudinis cura, quantaque clementia: ipse bonus pastor alibi in parabola pastoris & ouis centesimæ perditæ: multaque cura quæsitæ, ac tandem inuentæ, & in humeris cum gaudio reportatę, pia metaphora indicat, sed hîc sermone expresso apertè declarat cùm dicit: *bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis*, & in eo illud propheticum uerè & perfectè impletur: sicut pastor gregem suum pascet: nam propter hoc labores, lassitudines, & inedias passus: inter Pharisæorum insidias & pericula multa Euangelizando regnum Dei, ciuitates circuibat & castella, noctes ducebat in oratione peruigiles, nec Pharisæorum ueritus murmur & scandalum, publicanis se præbebat affabilem: asserens propter malè habentes se uenisse in mundū: ad pœnitentes quoque paternum prætendebat affectum: apertum eis ostendens diuinæ misericordiæ signum. Audite hæc pastores, & ab uno pastore boni pastores esse discite: quod ipse fecit, hoc & uos, si necesse fuerit, facite. Vt autem Hugo dicit, anima pro ouibus ponit, qui periculosum regiminis locum ascendens, clauso silentij ostio claustralium gregem in pace custodit: animam ponit, qui solus inter mūdana pericula exteriora negotia curans, necessaria quærit: animam ponit, qui ad sustinenda iurgia rei familiaris exit: qui inter adulantium & detrahentiū linguas medius incedit: qui pro infirmis laborat, & laborantes pascit, consolatur pusillanimes, & cum superbis increpando contendit. Hæc Hugo. Nempe ad onus curæ pastoralis portandum, & salutem proximorum quærendam, hortatur Bernardus ad quendam abbatem, sic scribens: Pascas uerbo, pascas exemplo: pascas & sanctarum fructu orationum. Manent itaque tria hæc: uerbum, exemplum, oratio: maior autem his est oratio: nam etsi uocis uirtus sit opus: operi tñ & uoci gratiam efficaciáque promeretur oratio. Quid causaris te aliquorum, qui tecum sunt, magis grauari consortio, quàm frui solatio? Denique inquantum grauaris, intantū lucraris, & inquantum iuuaris, intantum tua tibi præmia minuit: elige ergo quos eligas: an qui grauādo iuuāt, an qui iuuando grauāt. Hi tibi promeritores, illi fraudatores meritorum existunt. Nā q. socij laboris, proculdubio & mercedis participes erunt. Sciens ergo te missum iuuare, non iuuari: illius te & agnosce uicarium, qui uenit ministrare, & non ministrari. Beati si sic permanserimus usque in finem: semper & vbique quęrētes non quæ nostra sunt, sed quæ Iesu Christi. Hæc Bernardus. Sed ad hęc facienda necesse est

Animam pro ouibus ponere. *Bernardus episto. 201.* *Orationis excellentia*

A habere cor bene sibi conscium, & conscientiā securam. Vnde idē Ber. In oībus actis, uel dictis suis, nihil suū qs quærat: sed tñ aut Dei honorē, aut salutē ꝓximorū, aut utrunq; nec purè ualet Dei, uel proximi quærere lucra, qui propria non contempserit. Bona obliuio si teipsum nescias, ut proximo prosis. Sanè in tanta obliuione, sui necesse est cor bene esse cōscium sibi: quo se in lucra securius foras extendat, cū securam intra se reliquerit conscientiam. *Quid enim prodest homini simundū uniuersum lucretur: animæ autē suæ detrimentum patiatur?* Sed & ordinis exigit ratio, ut qui ad sui mensuram proximum iubetur diligere: prius seipsum diligere norit. Itaque duo sunt, quæ post peccata bonam reddunt conscientiam: pœnitere de malis, & abstinere à malis. hoc est (ut uerba loquar beati Gregorij) & commissa flere, & flenda nō committere: horum neutrum sufficit. Vtriusque uirtutis bene conscius animus, securè iam seipsum deserat: & quodammodo perdat, ut alios lucrifaciat. Hæc Bern. Caueant autem pastores ne subditos scandalizent, uel occasionem ruinæ eis præbeāt. Væ enim æternę damnationis eis imminet, per quos scandala ueniunt, & animarum pericula procedunt: nam secundum Grego. tot mortibus prælati digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Et secundū Aug. Qui animas ad peccandū inflammāt, & Deo subtrahunt magis peccant, quàm qui carnem

Matt. 16. *Conscientiam bonam faciūt duo.* *Gregor. 3. parte pastoral. admonitione 5.*

B

C Christi crucifixerunt. Et secundum Isidorum: Qui exemplis uitam moresq; bonorum corrumpunt: deteriores sunt his qui substantias aliorum prædiaque diripiunt. Non præsumant tales de quibusdam iustitijs & operibus suis, nec sperent saluari, alijs neglectis: Nam ut ait Grego. Nihil ei sua iustitia suffragatur: de cuius manu anima pereuntis exigetur. Vnde & Chrys Sacerdos & si propriam bene dispensauerit uitam: aliorum uerò non cum diligentia curam habuerit, cum perniciosis in gehennam uadit. Hæc Chrysost. Attendant etiam pastores, quia subditorū culpas Deus per ipsos leuius uindicat, sed prælatorū mala per semetipsum grauius damnat. Vnde Grego. Qui modo subditorum culpas per præpositos ulciscitur: tunc præpositorum mala per semetipsum sæuiens damnat. Attendant autem subditi ne propter negligentes & malos pastores à cursu certaminis sibi præpositi deficiant, sed aspicientes in Iesum totius boni speculum: etiam talium iudicium patienter suscipiant: quia tunc postmodum non habebūt aliud iudicium, cùm non puniat Deus bis in idipsum. Vnde super illud uerbum Esaiæ: *Nunquid tota die arabit arans, ut serat?* dicit† glosator arans. De milio autem & uitia non dicit textus an trituretur: quia subiecti quotidie de suis actibus infirmis, per prælatos iudicantur. Et si præsens iudicium patienter susceperint, ac de cætero mores suos emendauerint, non ultra iudicabuntur: alioquin & ipsi iudicabuntur. Attendant etiam subditi & humilientur, quia defectus & negligentia pastorum, sæpe prouenit de meritis subditorum: & à Deo idcirco permittitur, quia bonos pastores habere non merentur. Vnde Grego. clero Mediolanensi, pastorem ab eo postulanti, inter cætera scribit: Veruntamen quia antiquæ meæ deliberationis intentio est, ad suscipienda pastoralis curæ onera pro nullius unquam misceri persona: orationibus prosequar electionem uestram, ut omnipotens Deus talem uobis pastorem præbeat, in cuius lingua & moribus exhortationis diuinæ pascua ualeatis inuenire. Sed quia iuxta

Chrysosto. ho. 51. operis imperf. *Prælatorū culpa.* *Gregorius lib. 12. episto. 31.* *Esaia 28.* *† alias glosator Herueus, de milio &c.*

D

E

A iuxta meritum plebium solent superno iudicio personæ prouideri pastorum: uos spiritualia quærite: cęlestia amate, temporalia & fugitiua despicite: & certissimum tenete, quia placentem Deo pastorem habebitis: si uos in uestris actibus Domino placetis. Hæc Gregorius.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe pastor bone, qui pro ouibus tuis posuisti animam tuam in precium, carnem in cibum, & sanguinem in potum: qui factus es nobis ostium in Ecclesiam militantem & triumphantem, ut per te ad saluandum introeamus ad te: cognosce me inter oues tuas, & misericorditer nos respice in u. æ. salutis dirigendo, ut cognoscamus te, & tibi conformemur te imitando: non audiamus uocem alienorum, scilicet mundi carnis, & diaboli: sed tantum tuam, obediendo tuis præceptis & cōsilijs, ut uitam habeamus gratiæ, & abundantius habeamus gloriæ, & apud te pascua inueniamus refectionis æternæ. Amen.*

B

De Encænijs in quibus uoluerunt Iudæi Iesum lapidare. Cap. LXXXVII.

C



D

FACTA *sunt autem encænia in Hierosolymis, & hyems erat.* Encænia dicuntur ab en, quod est in, & neos quod est nouum, interposita ce syllabica adiectione, & sonat innouationes, quando. s. aliqua res noua suo usui applicatur, uel aliqua res à communi usu ad celebrem & diuinū usum dedicatur: quod enim Latinus dicit dedicationem, Hebræus uocat inchoationem usus nouæ rei, seu innouationem. Vnde & usus habebat hoc uerbum, ut si quis noua ueste indueret, encæniare diceretur: Est igitur encænio, as, are, id est initiare & aliquid de nouo facere. unde uestem nouam encæniat, qui primò eam uestem portat: & episcopus Ecclesiam encæniat, quādo eam dedicat: hîc igitur encęnia uocantur festū dedicationis tēpli: quia in dedicatione tēpli applicatur diuino usui, quod festum annuatim solenniter celebrant Iudæi. Et dicitur encænia encæniorum in plurali: quia istud festū per plures dies solebat agi, hoc autem non ad primā, neque ad secundam, sed ad tertiam spectabat dedicationem. Legitur enim triplex dedicatio templi, facta à diuersis temporibus. Prima à Salome decima die Septembris, quæ celebrabatur eadē die, quotannis usque ad euersionem templi factam à Babylonis. Secunda, tempore Esdræ à Neemia, & Zorobabel, &

Ioan. 10. *Encænia unde dicātur.* *Encænio.* *Dedicatio templi triplex.*

E

A ab his qui redierunt de Babylonica captiuitate reparato templo, ab eis facta est duodecima die Martij, & eadem die quotannis celebrabatur, quousq; illud polluit Antiochus, ponens in templo idolum Iouis. Tertia propter hanc contaminationē, facta est à Iuda Machabæo, qui templum prophanatum à gentibus mundauit, quintadecima die Decembris: & eadem die exinde celebrata est quotannis, & hæc dedicatio tempore Christi celebrabatur, unde hîc agitur. Tunc, *ambulabat Iesus in templo*, scilicet, *in porticu Salomonis*, id est in porticu tēpli, ubi Salomon ad orandum stare solebat. nomine enim templi non solum corpus ipsius, sed etiam porticus, & atria, seu loca circunstantia, & ad domū domini pertinentia, intelliguntur: in quibus populus stabat ad orandum, non in templo: non enim licebat ingredi templum, nisi solis templi ministris. Alij autem orabant extrà in porticibus, seu atrijs templum cingentibus: ubi rex Salomon sibi oratorium fecerat, quod hîc appellatur porticus, in quo oratorio die dedicationis columnam, seu basem æneam, habētem quinque cubitos longitudinis, & tres cubitos latitudinis, & tres cubitos altitudinis erexit, super quā genibus flexis orauit: qui locus etiam regis oratorium dicebatur. Vbi Theophilus: Satagas tu quoque dum hyems imminet. i. uita præsens turbinibus iniquitatis concussa, spirituales encænias tui templi celebrare, semper renouando teipsum, & ascensiones in corde tuo disponens: tunc Iesus erit præsto in porticu Salomonis, pacificum statum tibi tribuens sub regimine proprio: in seculo autem futuro nemo renouationis solennia perficere poterit. *Circūdederunt eum ergo Iudæi*, cōprimentes animo circumueniēdi & persequendi, ut citius eum in uerbis caperent, *& dicebant ei: Quousque animam nostram tollis*, id est crucias, dimittendo nos in suspēso dubitationis: certificandi enim sumus de te. Adulatoriè loquuntur, uolentes per hoc ostendere se desiderare scire ueritatem de ipso: quasi dicerent, anima nostra est in suspenso desiderij, quandiu uinctos nos derelinquis. *Spes quæ differtur affligit animam*: per hoc innuentes quòd uellent eius dicto stare, & eū libenter sicut Christū recipere: cùm tñ contrarium haberēt in corde. *Si tu es Christus*. i. rex & vnctus: quem enim nos regem dicimus, Iudæi appellāt Christum. i. vnctum: qa unctio debebatur regibus, *dic nobis palàm*, ut sciamus quem sequamur: palàm. n. annunciandū est de ueritate, quasi dicerent, peccamus si tu es Christus & Messias in lege promissus, & tibi non credimus. Insidiosè hæc ab eo quærebāt, ut si se Christū diceret, quasi se regē faciens, Cæsari contradiceret, mox teneretur: & Romanorum ministris occidendus traderetur. Vnde glosa Non veritatē desiderabant, sed calumniam præparabant: & quia dolo loquebātur, ideo responsum tēperauit dicēs: *Loquor uobis*, ut uerbum Dei, & dico uobis ueritatem, & qui sim probo per opera, *& non creditis mihi. Opera quæ ego facio in nomine patris mei*, & ad gloriā eius, confitēdo eum, & gloriā eius non aliā ubi quærēdo: eiq; omnia tribuendo, *hæc testimonium perhibent de me*, & de mea deitate: quia scilicet non possunt nisi à Deo fieri, & ideo manifestè apparet ꝙ à Deo ueni, quasi dicat: Vultis à me audire si ego sum Christus: & ego respondeo uobis, quòd non oportet ut ego dicam uerbis, quia *opera quæ ego facio, illa testimonium perhibent de me*. Et si operibus nō creditis, qualiter verbis credetis? & sic nō dixit expresè se esse Christum, quod quærebant: sed dixit aliquid æquiualens, uel

Templum. *Oratoriū regis.* *Prouer. 13.*

B

C

D

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

maius, quod tamen eis non sufficiebat: ut ueritatem
responderet, & calumniæ malitiam excluderet. Sic er
Responsi tẽ peratio. go temperauit responsum ut nec illis sit calumnię lo
cus: & fidelibus propter quos hæc referuntur, manifestè appareat quòd ipse sit Christus: non homo tantum, ut illi putant, sed uerbum patris, & Dei filius. Illi enim Christum purum hominem credunt
1. Ioan. 5. uenturum, sed præ omnibus regnaturum: non ergo propter illos tantum respondit eis: sed & propter posteros fideles. Alia testimonia quòd sit uerus Deus, & uerus homo, ponit Ioānes dicens: *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo: pater, uerbum, & Spiritus sanctus. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua, & sanguis.* quòd enim Christus fuerit cę
Matth. 3. Ibidem. Ioan. 10. lestis, id est, uerus Deus, testimonium dedit pater, quando dixit, *Hic est filius meus dilectus.* Testimoniũ dedit spiritus sanctus, quando in specie columbæ su per ipsum baptizatum descendit. Testimonium dedit ipse filius quando dixit, ego & pater unum sumus. Quòd autem fuerit terrestris, id est uerus homo, tres testes sunt: scilicet spiritus, id est anima quã in cruce emisit. Aqua, quæ de eius latere, & sanguis qui de eius uenis effluxit. Causa autem incredulitatis eorum subditur, *sed uos non creditis: quia non estis,* nec esse uultis, *ex ouibus meis*, id est, innocentes & humiles: sed superbi & maligni, & ideo Dei iudicio excæcati. *Oues meæ*, id est humiles quibus reuelatur ueritas à me, *uocem meam audiunt*, credẽdo corde, & obediendo opere, *& ego cognosco eas*, non solum notitia uisionis: sed etiam approbationis, *& sequuntur me*, imitando hîc in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam: ideo sequitur, *& ego uitam æternam do eis* hîc in pastu mei corporis & sanguinis, & in futuro in dulcedine fruitionis, *& ideo non peribunt in æternum.* qa prædestinatio de eis frustrari nõ potest. *Et*, ideo, *nõ rapiet eas quisquam de manu* id est, potestate *mea*, per uiolentiam hîc trahendo ad culpam, uel in futuro ad pœnam: quod probat dicens, *Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est*: id est, deitas quam habeo à patre: quia omnia excedit in infinitum. Vnde Augustinus: Dedit mihi, ut sim uerbum eius: ut sim unigenitus filius eius, ut sim splendor lucis eius. Et nemo potest rapere de manu patris mei per uiolentiam, cùm sit infinitæ potentiæ. et go nec de manu mea continente eas & conseruante.
Augustin. tract. 48. in Ioãnem. Persona in Deo plures *Ego enim & pater unum sumus*, scilicet in uirtute & potentia, sicut in deitate & essentia. Notandum autem, quòd ex hoc uerbo saluatoris, *ego & pater unum sumus*: excluduntur duo errores contrarij circa articulum sanctissimæ trinitatis. Sabellius enim posuit in Deo unitatem personæ, sicut & essentiæ: & hoc remouetur cùm dicitur: *ego & pater sumus*: si. n. pater & filius essent una persona, dixisset sum in singulari.
Essentia una. Arius autem econtra posuit diuersitatem essentiarum, sicut & personarum: & hoc excluditur cùm dicitur, unum: si enim pater & filius haberent diuersas essentias, non diceret unum neutraliter, sed plura igitur per, *ego & pater sumus*, discretio & æqualitas personarum exprimitur, per, *unum* unitas diuinæ substantiæ intelligitur. In theologia enim per neutrum genus dicitur substantia diuina, per masculinum personæ, per fœmininum notio. Vnde patet, quòd nõ deber in hymno cantari unus patri cum filio, sed unum: quia pater & filius non sunt unus in persona, sed una in substantia. Vnde Augustinus, utrunque audi, & unum sumus, quòd dixit unum, liberat te à Sabellio. Si unum: er-
Vnus & unum. *Augustin. tract. 36. in Ioãnem.* go non diuersum. si sumus: ergo pater & filius. Oues ergo Dei per signa quatuor cognoscuntur, quæ hic per ordinem tanguntur. Primò, per bona opera quę faciunt, cognoscuntur quia oues Christi sunt. istud signum ponit Dominus de se, qui est pastor, cùm dicit, *opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me.* Notandum tñ est, quòd sunt quædam opera quæ hominem sanctum ostendunt, sed non faciunt: sicut sunt opera miraculorum, quæ etiam aliquando mali faciunt uirtute fidei. Alia sunt opera quæ sanctum faciunt, sed non ostendunt: sicut est simplicitas & humilitas sanctorum hominum, & cæteræ uirtutes eorum quæ faciunt hominem sanctum coram Deo: sed sæpe reddunt despicabilem coram mundo. Alia sunt opera quæ hominẽ sanctũ faciunt, & ostẽdunt: sicut sunt opera pietatis, quæ ex charitate fiũt. Secundũ signũ est, qp oues Christi sunt, quando uocẽ eius audiũt. vnde subditur: *oues meæ, uocem meam audiunt.* Quatuor autẽ uoces iste pastor dat ouibus suis. Prima, est exterior exhortatio. Secunda interior inspiratio. Tertia, est beneficiorum elargitio. Quarta, est corporalis flagellatio: sed multi sunt qui istas uoces non audiunt, ideo Dominus conqueritur dicens: *Vocaui*, scilicet per exteriorem exhortationem, *& renuistis extendi manum meam*, multa bona faciendo, & non fuit qui aspiceret: despexistis omne consilium meum quo uobis bona proposita inspirabam, & increpationes meas neglexistis, per quas aliquando uos arguebam, & flagellabam: ideo subditur magna commina tio, ego quoque in interitu uestro ridebo. Tertium signum est, qp aliqui sint oues Christi, quãdo Christus q est pastor eas cognoscit. unde sequitur: *& ego cognosco eas.* Cognoscit autem, ut etiam suprà dictũ est fideles suos per imaginem & similitudinẽ suam, quam eis impressit: per arma uirtutũ, quibus eos ornauit: per signa bonorum operum, quibus eos decorauit: per charitatẽ adinuicẽ, qua eos instruxit. Quartum signũ est, qp sint oues Christi, quando ipsum uerum pastorẽ sequuntur. vnde subditur: *& sequuntur me*, mali autem nolunt sequi Christum, sed ab eo fugiunt & se auertunt: boni uerò sequuntur ipsum per imitationem bonorum operum. Christum etiam quidam sequuntur fictè, sicut hypocritæ: quidam lẽtè, sicut tepidi, & negligentes: quidam sollicitè, sicut amore Dei feruentes. Hæc aũt prædicta Dñi uerba quando dixit, ego & pater unũ sumus, *Iudæi*, cætera ferentes iam nõ tulerũt: sed *lapides sustulerunt*, & hoc durissima intentione fecerunt. *Sut lapidarent eum*, sicut blasphemum, moti liuore inuidiæ, non amore iustitiæ: quia absq; legis ordine: quia enim duri erãt, & profunda Dñi uerba intelligere non poterant, lapidibus similes ad lapides currebãt. *Respondit eis Iesus*, dulciter eos reprimendo, *multa bona opera ostendi uobis*, ad uestrã utilitatẽ, *ex patre meo*, hoc est uirtute patris mei facta: scilicet ueritatem docendo, infirmos curando, & alia miracula faciendo, *propter quod horum*, operum, *me lapidatis*, cùm tamen ob hoc me honorare deberetis. Vbi sciendum, qp sunt qui reddunt mala pro malis, & istud est prohibitum: quia Deus uindictam sibi reseruauit, & dicit: Mihi uindictam, & ego retribuam. Alij sunt qui reddunt bona pro bonis: & istud est quoddam naturale debitũ, & nõ meritoriũ: quia & publicani hoc faciunt. Alij sunt qui reddunt bona pro malis: & istud est perfectæ charitatis indicium: sic fecit Christus, & docuit suos discipulos. Alij sunt qui reddunt mala pro bonis, & istud est ualde iniquum: & tales erant Iudæi circa Christum,
Quãs Dei signa quatuor. *Voces Christi quatuor* *Prouer. 1.* *Deut. 23. & Rom. 12.*

& ideo eos arguit dicens: multa bona opera, & cæt.
Responderunt ei Iudæi, dicentes: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: quia tu homo cùm sis, facis teipsum Deum. Asserens enim se esse unum cum patre, innuit se esse Deum: non autem ipse seipsum fecit Deum, sed pater generans eum, fecit ipsum Deũ. Dominus autem uolẽs eorum furorem temperare, *respondit eis.* se non esse blasphemum, dicendo se esse Deum, uel Dei filium naturalem, quod probat primò per scripturam: quia scriptura sacra, cùm sit inspirata, non potest esse falsa: & hæc tribuit hominibus sanctis, & Prophetis deitatẽ participatiuè: ergo multomagis, *quem pater sanctificauit*, id est, sanctum ab æterno genuit, secundum deitatem: & iam sanctificauit, id est, plenitudine gratiæ repleuit, quãtum ad humanitatem, *& misit in mundum*, ad saluandum & sanctificandum ipsum, sicut erat per Prophetas dictũ: potest dici Deus propriè, cùm tamen dicatur homo Deus, & uerbum Deus dissimiliter: quia homo adoptione, uerbum naturaliter. Si inquit, adoptiui filij dij dicuntur: quare naturalis filius Deus non dicatur? Scriptura quidem sacra attribuit hominibus sanctis deitatem participatiuè dictam, sed Christo attribuit Deitatem propriè dictam: secundum enim Augustr. tribus modis dicitur Deus: natura, ut Deus omnipotens: adoptione, ut particeps deitatis: de qbus in Psalmista dicitur, dij estis: opinione, seu nuncupatione, ut idola & Dæmones. Deinde hoc idem ostendit prationem, scilicet ex operibus patris quæ faciebat. Omnia enim, secundum Philosophum, determinantur proprio opere: & ideo per propriam operationẽ certificamur de natura rei, Christus autem faciebat opera diuinitatis propria: scilicet miracula, totam facultatem creaturæ transcendẽtia, & uirtute propria: non solum obsecrando diuinam potentiam, sed aliquando imperando: ex quo concluditur, quòd in eo uerè erat natura diuina, & per consequens non erat blasphemus dicendo se esse Deum, uel filiũ Dei: ac si diceret, non tantum per uerba me esse filiũ Dei credatis: sed etiam per opera, quæ & modo quo ea facio, & facto ipso ostendunt in me naturam & uirtutem Dei esse. *Si non uultis credere uerbis*, fidem adhibete *operibus*, ut merito fidei, amplius cognoscendo opera ueniatis ad fidem deitatis, *ut cognoscatis & credatis quia in me est pater* per naturæ inseparabilitatem, & sui consensus uolũtatem in omnia facta mea, *& ego in patre*, sicut à quo habeo naturam, & ueritatem, & opera. In eo est pater, & ipse in patre, inquãtum est una natura amborum sicut una operatio.
Filij Dei participatiuè. *Psal. 81.* Qui ergo magis diligit, uel credit, amplius cognoscit. Vide hîc mirabilem Iudæorum insaniam. Ipsi uolebant scire si esset Christus: & quia uerbis & operibus hoc probabat, eum lapidare uolebant. Ipsi uerò nec uerbis, nec operibus inducebantur ad credẽdum, sed tãquam obstinati, *quærebant*, studiosè, *eum apprehendere*, non bona apprehensione, scilicet ad credendum & intelligendum: sed mala, scilicet ad sæuiẽdum & occidendum. Tu apprehendas ut habeas, illi apprehendere uolebant ut non haberent. *Et exiuit de manibus eorum*, uirtute diuina transiens per ipsos, sicut alias fecerat: ut ostenderet se non posse detineri, nisi quando uellet: & ut daret nobis exemplum declinandi malorum sæuitiam, quando sine fidei periculo fieri potest. Non enim apprehenderũt: quia manus fidei non habuerunt. Et relicta Iudæa, propter incredulitatem eorum, *abijt iterum trans Iordanem, in locum ubi Ioannes primùm baptizauerat: & ibi*, ad tempus cum discipulis suis, *manebat*, ut populi uenientes ad ipsum, recordarẽtur de testimonio Ioannis, & de testimonio Dei patris, & alijs ibi factis & dictis: & sic habita primorum & nouissimorum collatione, confirmarentur in fide ipsius. Conspice igitur tam eum, quàm discipulos suos mœstos recedere, & eis toto posse compatere. *Et multi uenerunt ad eum*, non tam corpore, quàm mentis deuotione, & crediderunt in ipsum, ex corde. Ecce isti apprehenderunt pmanentem, ut haberent: sed iniqui Iudæi apprehendere uoluerunt descendentem, ut non haberent. Mystícè autem secundum Theophilum, recedẽs ab Hierosolymis Dominus, hoc est, à plebe Iudaica, ad loca fontes habentia se transfert: id est, ad Ecclesiam ex gentibus, quæ habet fontem baptismi, per quem multi ad Christum accedunt, quasi transeuntes Iordanem. Sciendum est hîc, quòd mali Iudæi sunt non solum illi qui literæ legis & circuncisioni carnis inniten tes Christum blasphemãt, sicut isti de quibus hîc dicitur: sed etiam omnes mali Christiani, qui solo nomine Christiani sunt: & solum nomen habent Christi, à quo appellantur Christiani: qui uerbis confitentur Christum, factis autem negant: de quibus etiam uerificatur quod hîc dicitur: *quia sustulerũt lapides, ut lapidarent Iesum.* Vnde Ambrosius. Quod fecerunt tunc Iudæi persequentes: hoc uerè faciunt hodie mali Christiani malè uiuentes: Christum enim lapidant & occidunt. Quid est Christus? Veritas, pax, & iustitia. Qui ergo pro falsitate ueritatem derelinquunt, pro discordia odiunt unitatem & pacem, pro temporali precio relinquunt iustitiam: nil aliud facere uidẽtur quàm lapidare, crucifigere, & occidere Christũ: quia ipsius dona extinguunt in seipsis. Hæc Ambrosius. Et tales sunt in triplici genere. Quidam enim lapidant Iesum corde, quidam ore, & quidam manu. Primi sunt, corda sua prauis cogitationibus, & malis uoluntatibus indurantes: secundi sunt, uerba blasphemiæ in Deum & sanctos proferentes: uel præceptis maiorum & prælatis suis recalcitrãtes: tertij sunt, per oppressionem uiolentiæ proximos lædentes. Primi ergo lapidant Dominum Iesum: quælibet enim mala cogitatio, & mala uoluntas, est unus lapis qui iacitur contra eum. Vnde Beda: Quotquot malas cogitationes quis assumit, quasi totlapides in Christũ mittit. Et ideo beatus Ambrosius nos admonet dicens: Videte fratres ne per opera, uel cogitationes malas, lapidetis Iesum. Sed dices, quomodo tã graue iudicatur peccatum cogitationis, si ad opus non procedit? Ad hoc dicendũ, qp tota ratio peccati est in corde: actus autẽ exterior non aggrauat peccatũ, nisi extensiuè. Et quia Christus habet domicilium suum in corde, dicente Apostolo: Vos estis tẽplum Dei uiui: hinc est quòd sicut Christus inuitatur ad templum suum, per cogitationes & uoluntates bonas: ita expellitur per malas. Et secundum hoc quælibet mala uoluntas, est quasi lapis quo Dominus Iesus lapidatur, & expellitur de templo suo. O quàm detestabile est Dominum domus lapidare, & eijcere de hospitio suo? Nam sicut dicit Apostolus: Quis cõsensus templi Dei, cum idolis? Quid autem aliud sunt cogitationes quas quis format in corde quasi quandam imaginationem contra honorem Dei, nisi quædam idola? Et cum talibus idolis, Christus in eodem templo habitare dedignatur. Vnde ad conseruandam Christi præsentiam in templo suo, horatur nos Apostolus Petrus: Dominum, inquit, Iesum sanctificate in cordibus uestris. Ille Dominum Ie-
Iudæi mali qui dicũtur. *Titum 1.* *Lapidãt et Christum tripliciter.* *Beda in c. 10. Ioãnis.* *2. Cor. 6.* *Ibidem.* *1. Pet. 3.*

Universidad de Deusto Biblioteca

ſum in corde ſuo ſanctificat:qui nihil niſi quod ſanctũ & Deo placitum eſt,in corde uerſat. Secundi lapidant Dominum Ieſum multipliciter, ſecundum ꝙ blaſphemia in Deum multis modis committitur. Primò enim committitur,quãdo Deo negatur quod ſibi conuenit: ſicut qui negaret in Deo omnipotentiam,& omnem ſcientiam,uel prouidentiam. Et ad *Blaſphemiarum ſpecies. Auguſt. in. in pſal. 31. Bernard. in Cant.* hanc ſpeciem blaſphemiæ pertinent illi qui in aduerſis ſucceſsibus dicunt in animo ſuo, uerè Deus non curat res humanas,uel ſimilia:de quibus dicit Augu. Item illi de quibus dicit Bern. qui uellent Deum peccata ſua uel uindicare non poſſe,aut nolle,aut ea neſcire. Vult ergo eum non eſſe Deum, qui quantum in ipſo eſt vult eum aut impotentem, aut iniuſtum, aut inſipientem eſſe. Crudelis planè, & omnino extranea malitia:quæ Dei potentiam, iuſtitiam, ſapientiam perire deſiderat. Qui autem uult Deum eſſe iniuſtum, uult Deum non eſſe Deum: & qui Deum deſiderat non eſſe, nonne quantum in ſe eſt Deum lapidat & occidit? Hæc Bernardus. Secundo modo, blaſphemia in Deum committitur quando Deo attribuitur quod ſibi non conuenit: ſicut illi qui dicunt Deum eſſe authorem peccati. Ad quam ſpeciem blaſphemiæ pertinent illi qui peccata ſua in Deum retorquent,dicentes: Deus ſic uoluit ut adulterarer,furarer,uel occiderem, & ut ſic confunderer & turbarer: & ita omnia fato aſcribunt. Ad hanc etiã pertinẽt luſores,qui cum non ad uotum proſperantur Deo maledicunt,& conuitia in ſanctos proferũt. Similiter & illi qui iurant per Deum uerbis execrabilibus & uituperoſis: ſcilicet per nares Dei,per iecur Dei, uel per brachia Dei,& ſimilia:quæ ſunt execrabilia auditui. Tertio modo, blaſphemia in Deum cõmittitur,quando illud quod Dei eſt aliquis ſibi uel alteri creaturæ attribuit: ſicut illi qui ſibi diuinum honorem uſurpare præſumpſerunt, vt Simon Magus & omnes idololatræ. Et ad iſtam ſpeciem pertinẽt ambitioſi, ac ſuperbi, & uanè glorioſi: qui ſibi gloriam attribuunt,quaſi eã ex ſeipſis & meritis ſuis habeant, cùm tamen gloria ſit Dei propria. Item ad hanc partem pertinent iracundi, qui ſibi uſurpant uindictam quæ propria eſt Dei. Similiter & illi temerarij, qui præſumunt & uolunt de aliorum cordibus iudicare, cùm hoc ſit proprium Dei tantum. Præter hæc eſt & aliud blaſphemiæ genus, quod committitur in ſanctos regnantes cum Chriſto,& in quibus regnat Chriſtus. Vnde in eis Chriſtus laudatur, ac etiam blaſphematur: & in prælatos qui ſeruiunt Deo in ſubditis, & uice Dei ſupra ſubditos poſiti ſunt: ac per hoc in eis Deus honoratur, ac etiam blaſphematur. *Lapidãtes opere.* Tertij ſimiliter lapidant Dominum Ieſum, ſicut Iudæi lapidauerunt Stephanum: ſic enim mali Chriſtiani ſpiritualiter nunc lapidant Stephanum, imò ipſum Chriſtum, quando ui opprimunt & affligunt proximum. *Lapis unde dicitur.* Lapis enim dicitur à lædendo: & ideo cùm proximus qui eſt membrum Chriſti læditur, ipſe Chriſtus in membro ſuo lapidatur. Sed ſæpe triſtitia taliter oppreſſorum conuertitur eis in gaudium, ſicut lapides quos mittebant Iudæi contra Stephanum ad afflictionem carnis,dulces illi fuerunt ex gaudio mentis, & conuertebantur in lapides *Pſal. 20.* precioſos ad coronam capitis: quia poſuit Deus in capite eius coronam de lapide precioſo, & cætera. Poſſet etiam dici, quòd uniuerſaliter homo Chriſtianus in omni peccato mortali lapidat Chriſtum. Vnde Ambroſius. O quàm pauci ſunt in tanta multitudine Chriſtianorum, qui Ieſum non

A perſequantur & lapident & occidant. Huiuſmodi ẽt lapidatio ſic declaratur. Cùm enim Chriſtus ſit aduocatus noſter, & propitiatio pro peccatis noſtris, qui interpellat pro nobis apud patrem: idcirco ipſe de peccatis dolet & luget, ſicut econuerſo de noſtra conuerſione gaudet. Quotienſcuuque enim peccamus, Chriſtum contriſtamus & lædimus,ac per hoc eum quodammodo lapidamus. Et intelligenda ſunt hæc ſanè, non quòd Chriſtus in corpore ſuo iam glorioſo lædatur ſenſibiliter, cùm corpus illud ſit impaſsibile: uel quòd in ipſum cadant paſsiones animæ, uel partem ſenſitiuam, & quaſi ſic peccatis noſtris lapidetur. Sed huiuſmodi lapidatio eſt metaphorica, ſicut & crucifixio: quemadmodum di- B cit Apoſtolus de quibuſdam baptizatis & prolapſis, rurſum crucifigentes in ſemetipſis filium Dei. *Heb. 6.* Vbi gloſa: Non quòd crucifigant filium Dei, ſed quia ſimiles ſunt crucifixoribus: crucifigunt autem in ſemetipſis, id eſt, quantum in ipſis eſt. Sic in propoſito quando mortaliter peccamus, Chriſtum lapidamus & lædimus & contriſtamus: quia quantum in nobis eſt, eum gaudio quod ipſe de nobis expectat priuamus. In quo etiam ſenſu loquitur Bernardus in perſona Chriſti ſic alloquens peccatorem. Nonne propter te vulneratus ſum? Nunquid non pro iniquitate tua afflictus ſum? ut quid addis afflictionem afflicto? Magis aggrauant me C vulnera tui peccati, quàm vulnera corporis mei. Hæc Bernardus. Sed uæ omnibus iſtis Dominum Ieſum lapidantibus: quia abſcondit notitiam ſuam talibus,exit de templo cordium eorum, & manifeſtat ſe amatoribus ſuis, & habitat in illis.

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, fac me encænia & innouationes in templo cordis mei ſpiritualiter celebrare: ſemper meipſum renouando, & aſcenſiones in corde meo diſponendo. Da mihi bona opera facere, quæ teſtimonium perhibeant de me: ac uocem tuam audire credendo corde, & obediendo opere:* D *teque per imitationem bonorum operum ſequi, & inter oues tuas à te miſericorditer cognoſci. Cuſtodi etiam me Domine, ne unquam malis cogitationibus & uoluntatibus, aut locutionibus uel operibus, quaſi lapidibus te à me expellam: ſed ſemper te per gratiam in me habitare ſentiam. Amen.*

De traditionibus Phariſæorum, etiam contra Dei mandatum. Cap. LXXXVIII.

E 

Matt. 15. & Marci 7. QVIA verò ſcribæ qui putabant ſe habere perfectionẽ ſcientiæ, & Phariſæi qui ſimulabãt ſe habere perfectionem uitæ, Dominum Ieſum in templo reprehendere non potuerunt: uenientes ab Hieroſolymis in Galilæam eum inſequuntur. In quo nimia apparet malitia eorũ: quia deſcendẽtes ab Hieruſalẽ ciuitate ſancta, relinquẽtes templum ſequebantur eũ: & quia ſeniores populi & legiſdoctores erant, & nõ ad ſciendum, ſed ad reprehendendum Dominũ uenerant, obſeruando & inſidiando ut eum caperẽt in ſermone uel facto. Vnde ut ſaltem ex diſcipulis magiſtrum tanquam contemptorem doctrinæ ſeniorũ arguant, & ſic eum populo odioſum reddant: uidentes diſcipulos eius communia gentilibus non lotis manibus manducare: quia Iudæi communia Gentilibus immunda reputabant: ei dicebant: *Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Non enim lauant manus, cùm panem manducant*: *Beda in c. 7. Marci. Eſai 1. Eiuſdẽ 52.* Vbi Beda: Spiritualia enim Prophetarum uerba carnaliter accipientes, quæ illi de cordis & operis caſtigatione præcipiebant dicentes: lauamini, mundi eſtote: & mundamini qui fertis uaſa Domini. iſti de ſolo corpore lauando ſeruabant. Superſtitioſa ergo hominum traditio ob manducandum panem præcipit crebrius lauare: ſed neceſſarium eſt eos qui panem de cœlo deſcendẽtem participare deſiderant, crebro eleemoſynis, lachrymis, & alijs iuſtitiæ fructibus ſua opera purgare. Hæc Beda. Iſti gerunt typũ eorum qui plus zelant tranſgreſsionem humanarum traditionum quàm diuinorum præceptorum, plus decretalium ꝙ̃ Euangeliorum, plus conſuetudinũ ꝙ̃ utilitatum. Per iſtos ẽt multum ſollicitos de mũditia exteriori & modicum de interiori, ſignantur hypocritæ & ſimulati, arguẽtes alios de leuibus, *Luca 6.* cùm tamen ſint infecti grauibus: uidentes feſtucam in alterius oculo, & non trabem in ſuo. His quoque ſimiles ſunt multi, qui uolunt habere exteriora pulchra, interiora autem habent fœtida. Diſcipuli autem Domini inſtructi ea quæ uirtuti tantũ ſunt operari, non lotis manibus manducabãt: quia hoc non pertinere ad ueritatem uitæ intellige- *Chryſoſto. hom. 52. in Matthæũ.* bant. Vnde Chryſoſtomus: Ideo autem diſcipuli nõ lotis manibus manducabant: quia iam ſuperflua deſpiciebant, ea ſolum quæ ſunt neceſſaria attẽdentes, & neque lauari neque non lauari pro lege habentes: ſed ut contingebat alterutrum facientes. Qui enim & ipſum neceſſarium cibum contemnebant, qualiter circa hoc ſtudium haberent? Et quia hæc traditio, ſcilicet iubere manus lauari, non erat contraria legi: ideo Dominus aliam traditionem legi contrariã duxit in medium, & quaſi clauum clauo retundẽs dicit eos deficere: quia faciebant tranſgredi mandatũ Domini propter mandatum hominum, quod non erat *Bernardus de præcepto & diſpen.* faciendum: quia ſecundum Bernar. nihil placet Deo quodcunque ei obtuleris, neglecto eo quod teneris. Vnde, *reſpondens ait illis, quare & uos tranſgredimini mandatum Dei, propter traditionem ueſtram?* quaſi diceret ſecundum gloſam: Si uos cõtemnitis mandata Dei pro traditionibus hominum, quare arguitis diſcipulos meos, qui mandata hominum dimittunt vt præcepta Dei cuſtodiant? Et Dominus quidem non reprrhendit munditiam corporalem: ſed hoc reprehendit, quòd relicta munditia interiori putabant ſufficere tantum exteriorem. Deinde hoc quod dixit, *Honoratio parentum.* probando ſubdit: *Nam Deus dixit, honora,* ſcilicet neceſſaria dando, & reuerentiam exhibendo: nam honor iſte non ſolum intelligitur reuerentia, ſed etiam

A neceſſariorũ adminiſtratio. *patrem & matrem,* in quibus ẽt proximus qlibet intelligitur: ſed illi noĩantur quibus obligamur. *Et qui maledixerit patri, uel matri,* non tam uerbo uel ſigno, quàm facto, *morte moriatur,* Dominus enim imbecillitati & penuriæ parentũ conſulens, hoc per Moyſen præcepit: & ideo uæ illis qui parentes debiles uel pauperes cõtemnunt, & debitis obſequijs, ſcilicet reuerentia & neceſſariorum, exhibitione defraudant. Hanc autem legem Phariſei cupidi per ſuam doctrinam falſam ſubuertẽtes vt ſuæ auaritiæ conſulerent, & ſub nomine pietatis impietatem inducerent: docebant filios parentum, & dicebant ꝙ melius erat bona parentibus adminiſtrando Deo fauere & offerre: tum quia eſt pater princi- B palis & ſpiritualis, tum quia licet per talem oblationem parentes ſuſtinerent detrimentum corporale, conſequebantur tamen bonum ſpirituale, inquãtum illud quod erat in eorum neceſsitatem cõuertendũ, Deo offerebatur: ut ita parentibus ſuis ab eis neceſſaria exigentibus ea negare poſſent, & ditiores frequẽtius offerrent: ex quo parentes egeni fiebant, & oblatio filiorum ſub prætextu religionis in lucra ſacerdotum cedebat. Vnde inſtruebant filios q̃d egenis parentibus reſponderent. & hoc eſt quod ſaluator dicit: *Vos autem,* ſcilicet aduerſatiuè, *dicitis,* id eſt, in traditione ueſtra alios inſtruitis falsò, ſcilicet exponendo mandatum Dei pro lucro ueſtro, *quicunque dixerit,* id eſt dicere poterit, *patri uel matri,* ò pater & ma- C ter qui indiges & petis munus à me, *munus quodcunque eſt ex me,* id eſt, ex mea deuotione Deo ſcilicet conſecratum & oblatum, *tibi proderit,* ſcilicet ad utilitatem animæ, magis quàm ſi darem tibi quia tunc prodeſſet ſoli corpori. Vel poteſt legi interrogatiue ſic, *munus quodcunque eſt ex me,* id eſt, ex meis rebus iam deuotum Deo, *tibi proderit?* quaſi dicat: Quod uoui Deo uis tuis uſibus applicare, & tibi prodeſſe? abſit, quia ſacrilegium faceres ſi acciperes. Sic dicebant parentibus: ut illi timentes accipere quod Deo uidebant mancipatum, & ſacrilegij crimen incurrere, inopem magis uellent uitam ducere quàm de ſa- D cramentis comedere. Et eſt hic conſtructio defectiua. unde eſt ſenſus. *Quicunque dixerit,* &c. ſlicite, & bene poteſt dicere illud, & implet præceptum diuinum & legem, & eſt dignus uita æterna & regno cœlorum. quod tamen eſt falſum: quia ſecundum ueritatem eſt tranſgreſſor præcepti & hoc eſt quod ſubditur, *&,* ſic ꝑ ueſtras ſuaſiones filius poſtea, *non honorificabit patrem ſuum & matrem,* illud quod erat ſibi debitum ſubtrahendo, *&,* ita ꝙ, *irritum feciſtis mandatum Dei* de parentibus honorandis & ſuſtentandis, *Parentum ſuſtẽtatio.* *propter traditionem ueſtram,* quæ ueſtræ ſeruit auaritiæ: quaſi diceret mandatum pietatis deſeritis propter cupiditatem impietatis. Sed uide ne hac authoritate (ut plurimi faciunt) abutaris, ſupra mo- E dum de rebus Eccleſiæ & pauperum erogans parentibus. Ad maiorem autem intellectum eſt conſiderandum, quòd pater per ſe tenetur filijs prouidere: quia eſt cauſa eorum quantum ad eſſe, & ideo debet eis nutrimentum & documentum. Filius autem tenetur prouidere parentibus de neceſſarijs per accidens: ſcilicet ſi illi indigeant, & ipſe ſit potens. Et ideo ſi pater iam neceſsitatem incurreret: bona de quibus filius poteſt ei adminiſtrare, iam ſibi debita ſunt. De alieno autem nullus poteſt Deo facere ſacrificium, & ideo talia offerre non eſt licitum: quia hoc eſt tranſgredi præceptum de honore parentum. Secus autem ſi filius bona ſua uouiſſet ante-

Universidad de Deusto Biblioteca

quam parentes in neceſsitate poſiti eſſent: quia tunc non eſſet licitum de eis prouidere parentibus. Deinde redarguens eos de ſanctitatis ſimulatione ſubdit,

Eſaia 29.

hypocritæ, bene prophetizauit de uobis Eſaias dicens: populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longè eſt à me: quia oſtendebaur ſanctitatem in uerbis & exteriori conuerſatione, cùm tamen corrupti eſſent mala intentione. Hoc poteſt dici de illis qui bene docent, & malè uiuunt: labijs enim & non corde Deũ honorare, eſt bene loqui, & malè uiuere. *Sine cauſa*, & fruſtra, *colunt me*, non habentes fructum inde: ſicut enim medicina dicitur fruſtra, & ſine cauſa propinari, quæ non confert ſanitatem: ſic cultus diuinus qui non ducit ad fœlicitatem: *docentes doctrinas & mandata hominum*, & per hæc tranſgredi Dei mandatum propter auaritiam & lucrum. Et confutatis ſuperbis & ſuperſtitioſis, Scribis & Phariſæis q ad partem uidentur ſibi prędicta contra diſcipulos dixiſſe: conuertit ſe ad turbam humilem & ſimplicem, uolẽs eos à falſa doctrina Phariſæorum reuocare: & conuocatis eis dixit: *Audite*, exterius aure corporis, *& intelligite*, interius aure mentis: audite uocem, & intelligite uirtutem.

Intrant ꝑ os, nẽ coinquinat.

Non quod intrat in os, corporis, ſcilicet cibus corporalis, *coinquinat hominem*, ſpiritualiter: ſcilicet in anima & apud Deum, niſi inquantum per delectationem malè afficitur quis ad cibũ, uel alias eſſet ſibi prohibitum: quia non intrat in corcius, hoc eſt in animam, quæ cauſa eſt omnis immũditia ſpiritualis. Vnde corporales ſordes non coinquinant ſpiritualiter, & ideo non eſt curandũ utrum lotis, uel non lotis manibus corporalis accipiatur cibus: *ſed quod procedit ex ore*, cordis: & ab interiori radice uoluntatis, *hoc coinquinat hominem*: ſcilicet uerba malæ cogitationis, quæ ſunt malitiæ interioris ſignificatiua: quia ex cibo ſecundum ſe non eſt culpa, ſed ex his quæ procedunt ex ore cordis & corporis: & ideo os ipſum eſt diligenter cuſtodiendũ. Et quia non ſufficit cuſtodia humana, petẽda eſt cuſtodia diuina: ſicut petebat Propheta dicens: Pone Domine cuſtodiam ori meo.

Pſal. 140.

Tunc, ſcilicet, quando audierũt illorum religione euacuari, *acceſſerunt diſcipuli*, ſimplicitate moti & dixerunt ei: Scis quia Phariſæi, quorum magna eſt religio in cibis, audito hoc uerbo, qđ ſcilicet euacuat diſcretionem ciborum, & traditionẽ ſeniorum: ſcandalizati ſunt: id eſt, indignati, uel offenſi. Iſtud non erat ſcandalum actiuum, quia neque ex facto, neque ex dicto minus recto: ſed potius paſsiuum, quia audito uerbo ueritatis, pietatis, & æquitatis ſcandalizati ſunt: quia oculis ægris odioſa eſt lux, Vnde non dicunt, tu ſcãdalizaſti, ſed ſcãdalizati ſunt. Et propter tale ſcandalum aliorum ueritas uitæ iuſtitiæ, & doctrinæ non eſt dimittenda: quia procedit ex ipſius ſcandalizati malitia.

Gregorius hom. 7. in Ezechielẽ.

Vnde Gregorius: Si de ueritate ſcandalum oritur rectius oriri permittitur quàm quòd ueritas relinquatur. *Et Dominus reſpondens ait: Omnis plantatio*, traditionum humanarum, id eſt doctrina ab homine inuenta, quæ lege Dei nõ eſt conſona, *quam non plantauit pater meus cœleſtis*, imò conſuluit tepiditas carnalis, *eradicabitur*, cum plantatoribus ſuis: & hoc à fundamento Chriſto, per reprobationem: à fidelibus, per ſeparationem: à terra uiuentium, per priuationem: quia non habet firmum fundamentum & radicem. *Sinite illos*, in præcipitium damnationis ire, & doctrinam illorum cuitate: *Cæci ſunt*, in ſe carentes uero intellectu legis, *& duces cæcorum*, in regimine aliorum: quia alios ſuo errore excæcant, & eos ad præcipitium ducunt,

A

Cæcus autem, ut prælatus, *ſi cæco*, ut ſubdito, *ducatum præſtet: ambo in foueam cadunt*, ſicut obliquitas lineæ, procedit ex obliquitate regulæ. Vnde Gregorius: Cùm paſtor per abrupta uitiorum graditur, conſequens eſt ut grex in præcipitium ducatur.

Gregorius 2. parte paſtoral.

Et Bernardus. Ridiculoſa res eſt, imò magis periculoſa, ſpeculator cæcus, doctor inſcius, ꝓcurſor claudus, prælatus negligens, præco mutus.

Abuſiones.

Sed heu quia ſicut claudi uolunt præire, ita fatui præeſſe. Deinde Petro exigente expoſuit diſcipulis parabolam prædictam. Quia *omne quod in os intrat*, id eſt, aliqua pars de omni quod intrat in os, *in ſeceſſum* per euacuationem tã quam ſuperfluum, *emittitur*, & aliud tanquã neceſſarium retinetur, & neutrum iſtorum coinquinat hominem ſpiritualiter:

B

& iſte modus loquendi frequẽs eſt in ſcriptura, ut Michæa: Omnes ſanguini inſidiantur: id eſt, de omnibus multi: & ſimilia.

Michæ. 7.

Quæ autem procedunt de ore, intus naſcuntur, & de corde exeunt, id eſt, de cordis immunditia, ſicut fumus de igne, & fœtor de latrina: *& ea hominem*, iam inquinatum cogitatione praua: *coinquinant*, id eſt ſimul & magis inquinant locutione ſordida: quia ſunt conceptus mentis, & malæ cogitationis ſignificatiua. Ex cogitationibus enim malis proueniunt & mala uerba, & mala facta: & in actu interiori principaliter eſt culpa, cuius ea quæ extrà apparent ſunt teſtimonia. Vnde ſubiungit: *De corde enim*, in quo eſt ſedes animæ, & de libero arbitrio,

C

exeunt cogitationes malæ: ſicut principia malitiæ: & ex cogitationib. malis mali actus, & uerba procedũt ulterius, ſ. *homicidia, adulteria, fornicationes furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ, auaritia*, inquantum aliqua iniuſtè detinentur, *nequitia*, cùm malum affectamus, & implere non poſſumus: *dolus*, qui conſiſtit in deceptione proximi: *impudicitia*, in cogitationibus, in uerbis, in aſpectu, in tactu, & quantum ad quamlibet corruptionem mentis & corporis: *oculus malus*, id eſt odium & adulatio: nam qui odit, oculum inuidum & malum habet ad eum quem adit:

Odium.

& adulator non recto oculo uidens quæ ſunt proximi, ad malum ipſum deducit: ſuperbia, in uerbis, factis, uel ſignis: ſtultitia cũ ſcit malũ, & non cauet: uel ſtultitia eſt cũ nõ rectè ſentitur de Deo: cõtrariatur.n. ſapientiæ, quæ eſt diuinarum rerum cognitio.

D

Omnia hæc mala, & huiuſmodi tranſgreſsiones præceptorũ Dei, in corde generantur, & abintus à corrupta uolũtate procedunt, ac ſpiritualiter hominẽ coinquinãt: i. immundum, & impurũ reddunt.

Peccata in corde generantur.

Hoc.n. in culpã homini imputatur, quod in ſua poteſtate exiſtit: talia autem ſunt quæ procedunt ab interiori uoluntate, per quam homo eſt actuum ſuorum Dñs: & ideo cauſa immunditiæ ſpiritualis non eſt niſi mala uoluntas. Igitur Scribarum & Phariſæorum uerba maledicta, quæ ex iniqua uoluntate contra Chriſtum & diſcipulos eius procedunt, illa eos coinquinant. Nõ lotis autem manibus manducare, & huiuſmodi tranſgreſſiones ſuperſtitioſarum traditionum, non coinquinant hominẽ immunditia ſpirituali, nec faciunt impurum:

E

quaſi diceret, Ex quo nullus cibus coinquinant ſpiritualiter hominem: ergo à minori non lotis manibus manducare non coinquinat eum: & ſic oſtendit quòd ſpiritualia literaliter intelligi non debent. Vnde quando præcipitur in ſcriptura lotio abſolutè, magis de ſpirituali quàm de corporali intelligendum eſt lotione. Sed ut dicit Chryſoſtomus. Videmus multos ut intrant Eccleſiam lauantes manus & os: qualiter autem mundam offerant animam, curam nullam facientes. Marcus pro non lotis ponit

Commune ꝓ immũdo.

A

ponit communibus: & pro coinquinat, ponit cõmunicat, iuxta Hebræorũ idioma, qui commune immũdum dicebant. Iudæi enim partẽ ſe Dei eſſe iactitantes, cõmunes cibos uocant quibus omnes utũtur homines: quos ideo quia in lege prohibiti erant, immũdos iudicabant. Commune ergo quod cæteris hominibus patet, & quaſi de parte Dei non eſt immundũ appellant.

Cogitatio mali. Cogitatio mala.

Ex eo autem ꝙ dictũ eſt, de corde exeunt cogitationes malę, &c. colligitur ꝙ etſi diabolus quãdoq; immittit homini cogitationẽ mali, cogitationẽ tamen malam non poteſt immittere: quæ mala fit tãtum per conſenſum qui eſt in corde. Vnde quando dr̃ cũ miſiſſet diabolus in cor Iudæ: & in Pſalmiſta:

Pſal. 77.

Immiſſiones per Angelos malos: immiſsio accipitur ꝓ ſuggeſtione: aliter enim nõ poteſt illabi animæ.

B

Hieronym. in cap. 15. Matthæi.

Vbi Hiero. Ex hac ſententia arguendi ſunt, qui cogitationes à diabolo immitti putant: & nõ ex propria naſci uoluntate. Diabolus adiutor & incenſor malarũ cogitationum eſſe poteſt, author eſſe non poteſt. Si autem ſemper inſidijs poſitis leuem cogitationum noſtrarum ſcintillam ſuis fomitibus inflammat, non debemus opinari eum cordis quoq; occulta rimari: ſed ex corporis habitu & geſtibus æſtimare, quid uerſemus intrinſecus. Verbi gratia, ſi pulchram mulierem nos crebrò uiderit aſpicere: intelligit cor amoris iaculo uulneratum.

Auguſtin. de eccleſiaſticis dogmatibus cap. 81.

Vnde & Auguſt. Internas animæ cogitationes diabolum non uidere certi ſumus: ſed motibus eas corporis & affectionum indicijs, ab illo colligi experimento didicimus.

C

3. Reg. 8.

Secreta autem cordis ſolus nouit ille ad quem dicitur: *Tu ſolus noſti corda filiorum hominum*. Hæc Augu. Solet quippe diabolns antequam ueniat præmittere ſui aduentus præcurſorẽ, ſ. mali cogitationem: quam ſi quis in corde ſuſceptã nutrierit, diabolus in corde ſuo habitaculum præparauit. Et quamuis diabolus quandoque ſit adiutor, & occaſio malarum cogitationum, non tamen omnium: quia quandoque procedunt ex nobis tantum.

Auguſtin. ibidẽ. c. 82. Cogitationes unde. Cogitationibus malis reſiſtendum eſt.

Vnde Auguſt. Nõ omnes malę cogitationes noſtrę, à diaboli inſtinctu excitantur: ſed aliquotiens ex noſtri arbitrij motu emergunt, bonæ autem cogitationes ſemper à Deo ſunt. Qualiter aũt cogitationibus malis reſiſtendũ ſit docet Anſelmus dicens:

D

Quomodo autem prauam uoluntatem, aut malam cogitationem à uobis excludatis, hoc paruum conſiliũ quod uobis do, intelligite & tenete: nolite litigare cũ peruerſis cogitationibus, uel peruerſa uolũtate: ſed cũ uobis infeſtæ ſunt, aliqua utili cogitatione & uoluntate mentem ueſtram donec illæ euaneſcant fortiter occupate. Nunquam enim expellitur cogitatio uel uoluntas niſi alia cogitatione uel uoluntate, quæ nõ concordat illi. Sic ergo uos habete ad inutiles cogitationes: ut toto niſu intendendo ad utiles mẽs ueſtra dedignetur eas ſaltem recordari, uel aſpicere. Cùm autem vultis orare, aut in aliquam bonam meditationem intendere, ſi uobis tunc importunæ ſunt cogitationes quas non debetis ſuſcipere,

E

nunquam propter illarum importunitatem bonũ quod incepiſtis uelitis dimittere: ne inſtigator earum diabolus gaudeat, quia vos ab incepto facit deficere: ſed eo quẽ dixi modo illas contemnendo eas ſuperare: neque doleatis, nec triſtemini de illarum infeſtatione, quamdiu illas, ſicut dixi, cõtemnendo nullum eis aſſenſum præbetis, ne occaſione triſtitiæ iterum redeant ad memoriam, ut ſuam importunitatẽ reſuſcitent.

Principijs obſta.

Hanc enim habet mens hominis cõſuetudinem: & hoc unde delectatur aut contriſtatur ſæpius ad memoriã redeat, quam hoc quod negligendũ ſentit aut cogitat. Similiter ſe debet habere perſona in ſancto propoſito, ſtudioſa in quolibet motu indecenti corpore uel anima ſicuti eſt ſtimulus carnis, iræ, inuidiæ, uel inanis gloriæ. Tunc enim facillimè extinguuntur, cùm & illos uelle ſentire, aut de illis cogitare, uel quid eorũ ſuaſione facere dedignamur: neq; timeatis ꝙ huiuſmodi motus, uel cogitationes uobis ad peccatum imputentur, ſi nullatenus uoluntas ueſtra ſe illis aſſociat: quoniam nihil damnationis eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulãt. Secundum carnem enim ambulare, eſt carnis uoluntati cõcordare. Carnem autem uocat Apoſtolus omnem uitioſum motum in anima, vel in corpore, cùm dicit:

Ambulare ſecundum carnem. Caro. Gala. 5.

Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Facilè quippe huiuſmodi ſuggeſtiones extinguimus, ſi principium earum ſecundum prædictum conſilium cõterimus: difficilè uerò poſtquam caput earum, intra mentem admittimus. Hæc Anſel. Vnde & Hier. Ad peccatũ quod opere perpetratur nũquã peruenies, ſi incentiua uitiorum ſtatim in mente iugulabis: & paruulos Babylonis ad petram allides: in qua ſerpentis ueſtigia nõ reperiuntur: & tandẽ Deo promittis ſi mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.

Pſal. 18.

Hæc Hiero. Ad uitandum ẽt cogitationes malas, multum habere ualet cor unitum cum Deo: quia hoc ipſe à nobis pręcipuè requirit. Vnde Hugo. In omni creatura quæ ſub cęlo uanitatibus humanis occupatur, nihil humano corde ſublimius, nil nobilius, nihilq; Deo ſimilius reperitur: quare nihil aliud quærit à te niſi cor tuum. Et uniuerſaliter in omni tẽtatione remedium ſalubre eſt Deo inhærere.

Auguſtin. in ſoliloq.

Vnde Augu. Cùm inhæſero tibi exonero me, & omnino nuſquam erit mihi labor & dolor. Moraliter autem in hoc euangelio ponit Dñs quædam ad increpationem phariſæorum, quædam ad inſtructionem diſcipulorum. Increpat uerò Phariſæos, de tribus principaliter. Primò, de impietate, cũ dicitur: *quare & uos tranſgredimini*. Secundò, de ſimulatione, cùm ſubditur: *hypocritæ, bene prophetauit de uobis Eſaias*. Tertiò de ſuperſtitione, cùm ſubiungitur: *& conuocatis turbis*. In primò ſuggillantur tyranni, qui mala ſtatuta faciunt. In ſecũdò falſi fratres, qui ſimulant exterius quod intus non ſunt. In tertiò hæretici, qui prohibẽt homines à cibis quos Deus creauit, & non abſtinẽt à falſis Doctrinis, quibus ſe & alios corrumpunt. Circa ſecundum ponit triplicem inſtructionem: unam in deſtructionem guloſitatis, cùm dicit, *omne quod in os intrat*: aliam in refrenationem oris, cùm ſubdit, *quæ autem procedunt de ore*. Tertiam in cuſtodiam cordis, cùm ſubiungit: *de corde enim exeunt, &c.*

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, da mihi ſic mandata Dei ſine tranſgreſſione ſeruare, ut ea omnibus & ſingulis præferam: & ab eis quacunque occaſione non recedam: da etiam mihi in omni quod in os corporis intrat, guloſitati reſiſtere, ac interiori cordis munditiæ præcipuè intendere: & os cordis ac corporis diligenter cuſtodire. Et quia non ſufficit cuſtodia humana niſi aſſit diuina, ideo te Domine ſuppliciter peto: pone tu cuſtodiam ipſi utrique ori meo, ne aliquid in illud intret uel inde procedat, quod me ſpiritualiter in anima et apud te maculare ualeat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De muliere Chananæa, & eius filia. Cap. LXXXIX.



ET relictis Scribis ac Pharisæis calumniatoribus, propter ingratitudinem eorum *egressus inde* Iesus, scilicet à partibus Iudæorum, abijt & *secessit in partes Tyri, & Sidonis*, ut Tyrios Sidoniosque curaret, & gentibus benefaceret. Tyrus enim & Sidon urbes fuerunt Chananæorum, & gentilium, sitæ tamen in terra promissionis prope montem Libani in corde maris: quia filij Israel non potuerunt totaliter expellere, & exterminare gentiles de terra promissionis. Et cum ingressus esset quandam domum causa quietis ex labore uiæ, accessit ad eum, *mulier*, Gentilis nõ edocta per Prophetas & legem, *Chananæa* natione, Syrophenissa genere: quia Chananæi quandoq; Syriam & Phœnicem tenebant, vt dicatur Syrophenissa: quia à Syris & Phœnicibns descenderat. Syria quippe est nomen generale prouinciæ, Phœnis nomen cuiusda m specialis contratæ, in illa prouinciæ sitæ: & ideo componitur Syrophenissa, id est de tali contrata oriunda, à finibus illis egressa, non solum à ciuitatibus pro peccatorum dimissione: sed à finibus per elongationem, & occasionum uitationem: quia istud in finibus gestum est gentilium ubi mulier sequebatur Iesum. *Mulier à finibus illis*, scilicet gentilium & peccatorum *egressa*, sign ficat animam peccatricem, à finibus peccatorum per pœnitentiam se auertentem. Non enim sufficit homini à peccatis se auertere, nisi etiam exeat à finibus peccatorum, qui sunt occasiones peccandi & causæ. Vnde Aug. Fines peccatorum exire, est causas peccatorũ excindere, & eorũ suggestionibus aditũ nõ indulgere. Vbi notandũ, q̃ quando suprà dixit dominus: *In uiam gentium ne abieritis*, scilicet ad prædicandum: istud uerbum, prohibet inuitationem, non receptionem si ueniret: unde Dominus mulierem exterius non inuitauit: sed uenientem recepit, & hoc significatur in aduentu Magorum, qui à Domino sunt recepti quasi primitiæ gentium. Ista enim mulier famam & miracula Iesu audierat: ideo firmiter credebat q̃ filiam suã sanare poterat. Vnde *clamauit dicens ei: Miserere mei, quia misera sum*: & in hoc quòd dicit, mei patet uehemen cia affectus sui: quia malum alienum, scilicet filiæ reputat suum: sic debet facere prælatus quilibet *domine* propter naturam diuinam, *fili Dauid*, propter humanam: sed simul *domine fili Dauid*, propter personam in duabus naturis unitam, quasi diceret: ex

Matt. 15.

Tyrus & Sidon.

Syrophemissa.

Matt. 10.

A diuina habes potestatem, quia potens es Domine: ex humana uoluntatem, quia Dauid mansuetudinem: ex unione commissionem, quia ideo Deus factus est filius Dauid, ut nos saluet. Filium autem Dauid appellat: quia Christum promissum Iudæis descendere de genere Dauid audiuerat. Magna fides Chananææ hic notatur: quia uerum Deum, & uerum hominem Iesum confitetur: Deum credit ubi Dominum uocat, hominem credit ubi filium Dauid dicit. Nihil ex merito postulat, sed solum Dei misericordiam efflagitat dicens: *miserere*, quasi diceret: non allego meritum, non peto iudicium, non obliuiscor defectum: sed postulo beneficiũ, & ideo, *miserere mei*. Vnde Chrysostomus: Miserere mei Do

Chananæa fides.

B mine fili Dauid. O præclara confessio. Euangelista fit mulier, deitatem eius, & dispensationem annuncians: confitetur enim & damnationem, & incarnationem eius: miserere mei. Vides philosophiã mulieris dicentis, miserere mei. Non, inquit, habeo conscientiam bonorum operum: nec rectæ uitæ fiduciam. Ad misericordiam confugio, ubi cessat iudicium: ad misericordiam confugio, ubi ineffabilis salus est: miserere mei. Modicus sermo, sed immensum benignitatis continet pelagus: ubi enim misericordia postulatur, ibi uniuersa comprehensa sunt bona. Hæc Chrysostomus. Et ut magis eum ad cõpassionem moueat, totum ei dolorem enarrat dicens: *Filia mea*, non ancilla, non extranea, sed filia:

Confessio Chananæa Chrysost. ho. 17. ex uarijs in Matt. locis.

C quod est mihi grauius, *malè uexatur*, non quocunque dolore: sed *à dæmonio*, quod est ei periculosius. In quo uulnera medico detegit, & magnitudinem & qualitatem morbi qui premit. *Iesus autem non respondit ei uerbum*, non propter indignationem: sed ut eius constantiam probaret, & probatam manifestaret, & ut ex perseuerantia in prece ostenderetur fides eius, & deuotio dignior exauditione: & in illo silentio secundum Augustinum, Christus exiuit domum cum discipulis; quos mulier sequens in uia nihilominus instabat & perseuerabat clamans, intantũ ut & discipuli misterij ignari misericordia moti importunitate mulieris victi rogarent pro ea *dicẽtes: Dimitte eam*: quã tenes non exaudiendo, *quia clamat post nos*, præ angustia quæ eã tenet premẽdo. Fac qđ ipsa petit, & sic recedat: moti enim erant ad hoc, uidẽtes eius fidem & deuotionem. *Iesus autem respondens ait: non sum missus nisi ad oues domus Israel*, i. ad Iudæos *qui perierunt*, scilicet per infidelitatem à Deo receden

Perseuerãtia cõmendatio.

Augustin. li. 2. de cõsensu Euangelist. ca. 9

D tes, ad illos potius uenire debuit quibus promissus fuit. In hoc uitat scandalum Iudæorum quantum est in se, & reddit eos inexcusabiles. Loquitur de sua missione ad prædicandum in persona propria, quia non fuit missus nisi ad Iudæos primò & personaliter: sed ex consequenti & per apostolos ad gentes, & ideo Iudæis tanquam eorum apostolus principaliter missus, in propria persona tantum prædicauit, & miracula fecit: nisi in casu ex aliqua causa speciali etiam circa alios hoc ageret: ut scilicet ecclesiam in fide gentium esse fundandam ostenderet, sicut habetur hic & supra ubi Christus prædicauit Samaritanis deuotè cum recipientibus, post mortem autem Christi prædicata est fides publicè gentilibus. *At illa* misera misericordiã sequitur, repulsa nõ erubescit, importunè clamat, saluatorem adoratione latriæ adorat, *dicens: Domine adiuua me*, se adiuuari postulat: infirmitatem enim filiæ suam reputat, &

E per consequens etiam sanitatem, quasi diceret: Si usque modo non fui, tamen modo uolo esse

ouis Dei: in signum huius adoro te sicut ouis pastorem: & ideo, *Domine adiuua me*, sicut pastor adiuuat ouem suam debilem & infirmam. *Qui respondens ait: Non est bonum*, quia est contra ordinem iuris, & etiã naturæ, *sumere*, & auferre, *panem* id est, uerbum Dei & salutis, seu doctrinam & mirationem miraculosam *filiorum*, id est, Iudæorum: quia promissa sunt Iudæis, tanquam spiritualibus filijs propter cultum

Missus ad Iudæos Christus.

Chananæa humilitas ex tribus.

vnius Dei, *& mittere canibus*, id est, dare gentilibus qui ante conuersionem dicebantur canes ratione immunditiæ, ratione idolatriæ, ratione sæuitię in sanctos. *At illa dixit*, ecce humilitas mulieris quæ tanto plus magnificatur, quãto maior fuit obiurgatio. quæ quanta fuit patet ex tribus: quia non filia, non pane digna, sed potius canis est dicta: & ipsa concessit omnia. Vnde sequitur, *etiam Domine*: quasi diceret, verum dicis: quia sum canis. Canem me vocans, canis tuus esse uolo: ergo me canem tuum nutri: quia non possum relinquere mensam Domini mei. Domini canes non expellũt: & si expelluntur per unam portam, ipsi reuertuntur per aliam Si ergo sum canis non debes me expellere à te: & si expellis me à te, protinus redibo ad te. *Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum*, quasi diceret: Domine, non peto panem, sed micam: quia istud quod peto, est tibi quasi mica parua: & quia consuetudo est quòd Domini dant canibus & catellis suis saltẽ micas, ergo da mihi istam micam quam peto: scilicet filiæ meæ curationem. Vel, *etiam Domine*, id est, bonum est in casu: unde non est contrarietas in verbo Christi & mulieris: quia verbum Christi est intelligendum, quod non erat regulariter & vniuersaliter bonum cum Christus esset apostolus Iudæorum, sed uerbum mulieris intelligendum est in casu, scilicet propter petentis deuotionem: & vt ostenderet ecclesiæ gentium futuram fundationem, *nam & catelli edunt &c.* quasi diceret: Si catelli aliqua modica, scilicet micas cadentes de cibo filijs concesso percipiunt: ita etiam gentiles aliqui saltem modicum de beneficijs Christi percipere debent. Vnde sic intelligi potest, *nam & catelli*, id est, gentiles immundi & miseri, *edunt*, id est, edere debent, *de micis*, id est, de reliquijs, *quæ cadunt de mensa Dominorum suorum*, id est: Iudæorum, quibus mensa scripturæ & fercula miraculorum, & alia quæ ad salutem nostram pertinent posita sunt. quasi diceret: debemus habere aliquam micam tuæ largitatis. Vnde & si non uis facere nobis sicut Iudæis varia miracula: saltem unũ fac, sana filiam meam. Nõ peto panem integrum cum filijs in mensa patris: sed micas & reliquias sub mensa eius cum catulis, quasi diceret: Nõ in dignitate mea, sed tantum in misericordia tua confidens gratiã tuã peto. In me seruetur ista similitudo panis & canis, & si indigna sum vt panem integrum præbeas: uel micam tribue filiam meam sanando, quod quasi mica reputabitur respectu mirabiliũ quę fecisti. Vbi Chryso. Vide mulieris patientiam & humilitatem: Deus enim vocat Iudæos filios, & illa Dominos: nec doluit de inimicorum laudibus, nec de suo molestata est conuicio: imò amplius se humiliauit. Nam Deus gentiles vocat canes, & ista catellos: ille panem, hæc mensam dixit. Vnde & Hiero. Mira sub persona mulieris chananitidis ecclesię fides, patientia, humilitas. Fides, qua credit sanari posse filiam suam: patientia, qua totiens contempta precibus perseuerat: humilitas, qua se nõ canibus sed catulis comparat. Scio me, inquit, filiorum panem nõ mereri, nec integros ca-

Chryso. ho. 13. in Mat. Humilitas & patientia Chananæ.

Hiero. in c. 15. Mat.

A pere cibos posse, nec sedere ad mensam cum patre: sed contenta sum reliquijs catulorum, ut per humilitatem micarum ad panis integri veniam magnitudinem. Hæc Hieron. Et nota hic triplicem mulieris petitionẽ. In prima, petit liberari dicens, *miserere mei Domine fili Dauid*. In secunda, petit adiuuari dicens: *Domine adiuua me*. In tertia, petit satiari dicens, *nam & catelli edunt &c.* In prima confitetur se miseram: ideo ait, *miserere*, in secũda infirmam: ideo addit, *adiuua me*, in tertia mendicam: ideo superaddit, *nam & catelli &c.* quasi diceret, & si à mensa, non tamen à micis excludas. Hic enim est ordo: primo fit homo miser per peccatum, secundo impotens ad resurgendum, & tertio mẽdicus ad releuandum. In illis ergo petitionibus significatur ordo effectuũ gratię. In pri

Petitio triplex Chananæa.

B ma petit gratiam remissionis, & hæc pertinet ad gratiam iustificantem. In secunda gratiam operationis, & hæc ad gratiam operantem. In tertia gratiam consolationis, & hæc ad gratiam consummantẽ. Et quia sic prudenter habuit se: ideo tandem benignum audire responsum meruit. Tunc enim, *respondens Iesus ait illi, O mulier, magna est fides tua*, quod patet ex uerbo & facto suo: quia non fuit retardata à feruore petendi, primo propter taciturnitatẽ, nec postea propter eius negatiuam reponsionem, nec propter illatum conuicium. Iam te non uoco canem, sed mulierem fidelem: quia tanta est fides tua, quòd me superauit & uicit, & ideo *fiat tibi sicut uis*, quasi diceret: Fides

Fides Chananæa.

C tua hoc meretur, quod patet ex facto cum subditur: *Et sanata est filia eius ex illa hora*, ex qua scilicet Dominus dixit, *fiat tibi sicut uis*. dicere enim Dei est facere: quia enim à feruore petitionis non refriguit, sed perseuerauerit, & ualde se humiliauit: ideo diuina pietas se amplius continere non potuit, quæ semper in orationem humilium respexit, & preces eorũ non despexit. Igitur quia magnã fidem habuit, hoc quod petijt impetrauit: imò plus obtinuit quàm postulauit. Nam postulauit filiæ suæ corporis sanitatem: & non solum hanc ei obtinuit, sed etiam mentis iustificationem & sibiipsi plenam conuersionem. Sæpe enim propter magnam fidem petẽtis Deus plus exaudit, & plus concedit quàm ille petit. Vnde Chrysost.

Chrysosto. hom. 17. ex uarijs in Matt. locis.

D O mulier, magna est fides tua: non uidisti mortuum suscitatum, nec leprosum mundatum: nec prophetas audisti: nec legem meditata es: neque mare in diuisionibus scindi uidisti: nihil horum contemplata es, insuper & despecta & contempta es à me, & non recessisti, sed perseuerasti petendo: & quia magna est fides tua, copiosa effusa est gratia, *& sanata est (inquit) filia eius ex illa hora*, non ex qua uenit mater in domum eius: sed ex qua Domini sermo processit. Et iterum: Chananęam mulierem magno dono impletam remisit. In hoc euidenter ostendit, quoniam Deus etiam illa qui nobis parata non sunt, dare possit, si vehementius postuletur: non est, inquit, bonum tollere panem filiorum & dare canibus: & tamen dedit: quia illa uehementer exegit. Iudæis uerò

Matt. 15.

E è regione monstrauit, quia desidiosis nec illa quidẽ tribuat, quæ eis fuerant præparata. Deniq; illi nihil acceperunt, imò etiam propria perdiderunt. Et ideo quia minimè quęsierunt, ne sua quidem acceperunt: illa uerò quia uehementer incubuit uendicare, & rẽ filiorum accepit canis: tantum quippe bonum est fides sedula, & deprecatio perseuerans. Et iterum: Tu autẽ intende qualiter Apostolis uictis, & non perficientibus ipsa perficit: tam magnum quid est instantia orationis, etenim pro nostris noxijs à nobis uult

magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis rogari, quàm ab aliis pro nobis. Hæc Chryso. De Sarepta ad duas leucas est Sidó ciuitas, ante cuius portam ostenditur una capella, in loco ubi locutus est Dominus Chananææ: & deinde sanauit filiã eius in via, quæ ducit Cæsaream Philippi in Ituræam: fuit autẽ fides matris cooperatur filiæ, sic fides ecclesiæ paruulis qui baptizantur in eius fide. Vnde secundum Remigium: Datur hîc exemplum catechizandi, & baptizandi infantes: vt fideles pro suis paruulis Deo fidẽ promittãt: quatenus sicut fide istius mulieris sanata est filia eius, ita & fide catholicorum virorum peccata paruulis relaxentur. Per fidẽ enim ecclesiæ, & confessionem, seu responsionem offerentium in baptismo, liberantur à dæmonio paruuli, qui nec dum per se sapere, vel aliquid agere possunt boni aut mali. Allegoricè autem, secũdum eundẽ Remigium: Hæc mulier sanctam ecclesiã signat de gentibus congregatã. Per hoc enim quòd Dominus relictis Scribis & Pharisæis, uenit in partes Tyri & Sidonis: signat quia relicturus erat Iudæos, ac transiturus ad gentes. Est autem hæc mulier egressa à finibus suis: quia sancta ecclesia recessit à priscinis erroribus & vitijs. Rogat quoq; pro filia, id est, pro populo suo nondũ credente, vt & ipsi absoluantur à fraudibus diaboli. Et si ad primã petitionem ecclesiæ Dominus salutẽ animæ differt dare, non est desperandum, vel à petẽdo cessandum, sed magis precibus insistẽdum, & ad Deum, & ad sanctos recurrendum: & tunc perficietur oratio, vt sequatur effectus quantumcunq; fuerit Chananæus, gentilis, canis & immundus. Meritò autem magna dicitur fides ecclesiæ de gẽtibus: quia cùm gentes nec lege fuerint imbutæ, nec Prophetarum vocibus instructæ: ad prædicationẽ mox Apostolorum, in auditu auris obedierunt ideoque salutem impetrare meruerunt. Moraliter autem filia est anima, vel conscientia cuiuslibet intra ecclesiam diabolo mancipata: pro qua mater ecclesia orat, vel ipse homo pro fœdata cõscientia. Vnde Rabanus: Si quis conscientiam habet alicuis uitij sorde pollutam, filiã habet à dæmonio vexatam. Et si quis bona quæ gessit peccatorum peste fœdauit, filiam habet immundi spiritus furijs agitatam. Ideoque necesse est, ut ad preces lachrymasque confugiat: sanctorumq; intercessiones & auxilia quærat. Vnde & Chryso. Imitare Chananæam, uir mulierem. Sed forsitan dicis: Non habeo filiam quæ dæmonio plena sit: sed habes animam peccatis refertã. Dicito & tu: miserere mei Domine, quia anima mea malè à dæmonio uexatur: grãdis enim dæmon peccatum est. Hæc Chryso. Malè autem uexatur, anima, quando uexatio non sentitur. peius, quãdo morbus desperatur: pessimè, quã do medicus contemnitur. Secundum Theophilum quoq; unusquisque nostrum cùm peccat, mulier est anima eius peccatrix: id est, fragilis, infirma: cuius filia est operatio praua, quæ filia à dæmone est possessa: quia actus praui dæmonum sunt. Peccatores nos autem existens, nuncupamur catelli impleti immunditiis: propter quod non sumus digni panem Dei recipere, aut participes fieri immaculatorum mysteriorum Dei. Si uerò cognoscentes nosmetipsos per humilitatem esse catulos, humiliter confiteamur peccata nostra, tunc sanatur filia: quia deletur operatio praua. Secundum uerò Augustinum, per mulierem Chananæam potest intelligi ratio superior, quę legibus æternis inspiciendis & consulendis intendit: per dæmonem autem intelligendum est ipsa sensualitas, quæ etiam per serpentem signatur. Sic ergo pariformiter filia mulieris Chananææ uexatur, quando per sensualitatem inferior ratio ad consensum peccati mortalis impellitur, cuius sanatio per matrem, id est, rationem superior à Domino petitur: nam ratio superior ad optima deprecatur. Et sicut Dominus distulit exaudire petitionem mulieris Chananææ, ut eius fides clarius appareret: sic & Dominus aliquando dimittit impulsum rationis inferioris per sensualitatem diutius protrahi, ut augeatur meritum tentati: propter quod Paulo petenti stimulum carnis à se auferri dicit Dominus, uirtus in infirmitate perficitur. Imitemur ergo & nos ecclesiæ filij hanc mulierem, quæ de gentibus credendo mater nostra in fide effecta est: quia de gentilitate uenimus. Habeamus fidem, ut unum & trinum Deum credentes, quicquid iustè ab eo petimus, nos impetrare posse credamus. Habeamus constantiam, ut si diuina dispensatio preces nostras tardius exaudierit, tamdiu præces pręcibus iungamus, quousque hoc quod petimus impetremus. Et si ad impetrandum nos idoneos non sentimus, spiritualium fratrum orationis adiutorium quæramus: ut sicut ista mulier Apostolis pro se interuenientibus quod petebat promeruit, ita & nos cõmunibus precibus magis quàm singularibus & propriis adiuuari credamus. Habeamus humilitatem, ut aliis de nobis maiora existimantibus, nos minores iudicemus, exemplo huius mulieris: quæ cùm à Domino canibus comparata esset, ipsa de se humilius sentiens, catellis se coæquauit: hanc humilitatem in corde habebat, qui despectus ab aliis dicebat: Ludam & uilior fiam plus quã factus sum, & ero humilis in oculis meis. Oremus instanter Dominum, ut sanet filias nostras: oremus, ut sanet à peccatis, & liberet nostras animas quę malè à dæmoniis & uitiis uexantur. Clamemus humiliter & perseueranter ad eum, dicentes cum Chananæa, miserere mei Domine fili Dauid: & Domine adiuua me. Illa enim anima à dæmonio uexatur, quæ peccare non cessat, & in crimine perseuerat: quæ si bene conuersa fuerit, & de Christi misericordia non desperauerit, dicetur ei à piissimo Domino, fiat tibi sicut uis: & sanabitur ex illa hora: quia peccator quacunque hora conuersus fuerit & ingemuerit, uita uiuet & non morietur. Noli ergo desperare, uel à petendo cessare: quia si corde integro, fideli, & puro, in oratione perseuerans, coram Deo tuo humiliaueris, reputans te indignum omni beneficio suo: certissimè credas, quòd quæcunque petieris obtinebis. Et sicut Apostoli rogauerunt pro Chananæa, sic & Angelus pro te rogabit: & orationem tuam Deo offerens utilitatem tuam procurabit.

Sidon & capella sim.

Remigius in Matth. Catechizandi argumẽtum.

2. Cor. 12.

Allegoricè.

Moraliter di anima.

Rabanus in c. 15.

Dauid. 2. Reg. 6.

Ezech. 18.

Chryso. hom. 17. ex variis in Mat. locis.

Theophil. in eum locum.

Peccatores catelli sũt.

Augu. ser. 74. de tempore.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, te rogo & obsecro, miserere mei, & adiuua me in meis necessitatibus, ac tentationum & tribulationum uexationibus, & si Domine quia canis sum, & apud te uix ut canis, non sum dignus integrum à te panem, id est, magnitudinem donorum tuorum recipere: saltem da mihi micas paruulas, id est, aliquantulum de gratia tua, sine qua anima mea malè dæmonio uexatur, cùm ipsa uerò quãcunque praua fuerit, à peccato & dæmonio liberabitur. Nam gratia tua existens in anima, & delet omnia peccata, & Deo facit animam filiam adoptiuam. Amen.

De

De surdo & muto, à dæmone possesso. Cap. XC.



ITERUM, *exiens Iesus de finibus Tyri, uenit per Sidonem admare Galilææ inter medios fines Decapoleos.* Decapolis nomen est regionis decem urbes continẽtis, & dicitur à Decas quod est decẽ, & polis quod est ciuitas, & huius regionis una pars est vltra Iordanem, & alia citra. Igitur mare Galilææ, quod est quidam lacus per quem transit Iordanis fluuius, respicit vtriusq; partis regionis prædictæ fines, & terminos. *Et adducunt ei* per fidei suæ deuotionem, *surdum & mutum.* Non erat iste talis à natiuitate, nec ab infirmitate superueniente: sed à dæmone ipsum obsidente, ac eius auditum & loquelam impediente, & in ipso tria miracula concurrunt: quia auditus & affatus fuit ei redditus, & à dæmone fuit liberatus. *Et deprecabantur eum, ut imponat illi manum,* omnipotentẽ quæ condiderat eum: efficax est enim manus Christi ad saluandum. Sanatur quem tangit Iesus, sanatur quem tangit saluator: quia ipse est salus & uita, non aliũde quærit herbas: ipse est & medicus, & medicina. Tangit, & sanat: respicit, & medetur. Moraliter omnis Christi actio, nostra est instructio: si ergo tu vis curari, sequaris exemplarem institutionem medici. Exeas de Tyro .i. de peccato, per cõtritionem: interpretatur enim angustia: venias per Sidonem, id est confessionem: interpretatur enim uenatio: & confessio venatur circunstãtias peccatorum, ad mare Galilææ transmigrando per satisfactionem, à delectationibus carnis ad opera satisfactoria per medios fines Decapoleos, obseruando scilicet decem præcepta: conducant autem te timor & amor. *Et apprehendens eum Iesus de turba seorsum misit digitos suos in auriculas eius, & expuens tetigit sputo linguam eius.* Christus aliquando sanauit infirmos tangendo eos corporaliter, vt ostenderet humanitatem suã esse deitatis instrumẽtũ: quia per humanitatẽ faciebat miracula instrumẽtaliter, sed per deitatem principaliter: *& suspiciens in cœlum ingemuit,* ex compassione: ut quærens à Deo auxiliũ, ostẽderet se uerum hominẽ, *& ait effeta: quod est, ad aperire,* s. tam in vinculis auriũ, q̃ in uinculis linguę, vt audias & loquaris perfectè. In quo ostendit se esse verũ Deũ, curando per imperiũ. Hoc vno sermone curauit eum: quia statim ad eius imperiũ, *apertæ sunt aures eius:* & soluta est lingua eius, & loquebatur rectè. Mysticè per surdum, & mutũ accipitur genus humanum, quod monita salutis nõ audierat: & à laude Dei cessabat, pro quo deprecabantur Patriarchæ & Prophetę incarnationem Christi desiderantes, vt imponat illi manũ misericordiæ, quæ hominẽ sanat per aduentum eius in carnẽ: sed & varia peste, & omnium fere morbo in primo parente percussum est genus humanũ. Cæcatur, dũ uidet non videnda. Surdus fit, dum audit non audiẽda. Dum odorat, emũgitur. Obmutescit, dum loquitur. Mancus fit dum manum erigit, & ad vetitum pomũ extendit. Incuruatur, dum superbia erigitur. Hydropicus fit, dum concupiscit. Claudus fit, dum progreditur. Lepra suffunditur, dũ virtutibus nudatur. Dæmone impletur, dum deitatem appetit. Moritur, dũ audacter peccatũ excusat. Circa sanationẽ istius languidi, plura hîc tãguntur. Primum est, eius adductio ad Deum, per preces patrum sanctorũ. Secundum est, apprehensio, vt enim genus humanũ liberaret, naturam nostrã apprehendit. Tertium est, ipsius à turba sequestratio, vt doceret nos fugere inanẽ gloriam, in actibus nostris. Quartum est, digitorum immissio, vt doceret in eius membris diuinitatem habitare licet potẽs esset etiam verbo sanare. Digiti etiã, qui in aures mittuntur, dona spiritussancti sunt: de quo dicitur, digitus Dei est hic. Et ita digitos in auriculas mittit: cùm per dona sancti spiritus aures cordis ad intelligẽdum verba salutis aperit, & præceptis suam gratiam obediendi tribuit. Quintum est tactus linguæ eius cum saliua, ut ostenderet q̃ omnia membra sacri corporis eius diuina existunt & sancta, & etiam sputum quod vinculum soluit: etenim omne sputum superfluitas quędam est: sed in Domino omnia sunt diuina Saiua etiam ex capite in os defluens diuina sapientia est, quæ vincula labiorum soluit. Et sic expuens linguam tãgit, cùm ad fidei confessionẽ & prædicationem sapientiam dat, & ora relaxat. Sextum est, aspectus in cœlum, ut inde cunctis infirmãtibus medelam, ac omne remedium quærendum esse ostenderet, & in cœlum thesaurum cordis nostri erigere, & ad Deum intentionem nostram semper dirigere doceret. Septimum est, gemitus, non quia ipsi opus esset cum gemitu aliquid petere à patre, qui cuncta petentibus dat cum patre: sed ut gemere nos doceret, & gemẽdi exemplum nobis daret, cum pro nostris seu aliorum excessibus & erroribus, uel desiderio patriæ cœlestis supernæ, pietatis præsidia inuocamus. Ingemuit etiam, nostram causam suspiciens in seipso: ac naturæ misertus humanæ, & compassus miseriæ tantarum infirmitatum, in quas genus humanum incidit propter peccatum. Octauũ est, Christi imperium, cùm ait, effeta, quod est Hebræum, & idem quod adaperire imperatiuum passiui uerbi: id est, sis apertus: quod licet propriè loquendo ad solas aures referatur, tamen per uerbum istud Dominus intellexit, quòd utraque infirmitas curaretur: quod patet per effectum subsecutum. Vbi secundum Bedam, utraq; natura unius & eiusdem est Christi manifestè distincta. *Suspiciens enim in cœlum,* quasi homo Deum precaturus, *ingemuit* sed mox uno sermone, quasi potens diuina maiestate curauit. Aures deniq; infirmi ad audiendum aperiuntur, & lingua ad loquendum soluitur: dum surdus qui præceptis diuinis aures cordis non commodat, & mutus qui clausa in diuinis laudibus ora tenet, per gratiam Dei iustificatus utrunque operatur. Vinculum quo que linguę soluitur quando ad orationem, ad proximi ędificationem, ad peccati confessionem, & ad Dei laudem lingua utimur. Hinc igitur docemur, ut quosli-

Marci. 7.

Decapolis.

Mare Galilææ.

Sensus moralis.

Tangendo sanauit.

Sanandi modus.

Exodi. 8.

Gemitus. Christi

Effeta.

Beda in c. 7. Marci.

Universidad de Deusto Biblioteca

ut quoslibet peccatores quotidie per prędicationẽ nostram Deo adducere studeamus, & pro illis iugiter exoremus. Deprecatio enim adducentium, significat ecclesiæ intercessionem. Vnde Beda: Surdus & mutus est, qui nec aures habet audiendi verba Dei: nec os aperit pro loquendis: quales necesse est, vt hi qui loqui iam & audire diuina eloquia didicerunt: domino saluandos offerant. Vnde & Gregorius. Sed cui aures cordis ad obediendum apertę fuerint, ex subsequenti proculdubio etiam linguæ eius vinculum soluitur: vt bona quæ ipse fecerit, etiam facięda alijs loquatur. Vnde & bene subditur: *& loquebatur rectè.* Ille enim rectè loquitur Dominum confitendo, vel alijs prædicando: qui prius obediendo fecerit, quæ loquendo admonet esse facienda. Quilibet etiã peccator, quò ad Deum surdus est: qui obturat aures suas ne audiant Deum sibi loquentem, siue per prędicationem, siue per scripturam, siue per instinctum internum: his enim tribus modis Deus loquitur nobis, & surdi sunt qui eum non audiunt. Sunt etiam muti, qui Deo per multa beneficia eos ad se vocanti non respondent per gratiarum actionem, & debitam recognitionem: quãtum ad vtrumque defectum conqueritur Dominus per Esaiam dicẽs: *Locutus sum,* inquit, *& nõ audierunt: uocaui, & non erat qui responderet.* Surdus igitur est inobediẽs & mutus, laudes debitas Dei omittens, & nec aures, nec os ad Dei verba audienda & pronũcianda aperiens: sed tactu Christi utrumque tollitur impedimentũ, quia cùm Christus sua gratia tãgit cor hominis, fit humiliter obediens, & deuotè Deum laudans: talis verò adducitur & sanatur in prouincia, vbi sunt decem urbes, decalogum significantes. Qualiter autem peccator de utroque defectu, per diuinam clementiam curari habeat, processus sanationis huius ĩfirmi declarat, in quo plures concurrunt circunstantiæ signãter attendendæ. Primò enim infirmus ad saluatorem adducitur. Secundò, saluator pro illius saluatione rogatur. Tertiò, infirmus à saluatore comprehenditur, & à turba sequestratur. Quartò, saluator digitos in auriculas eius mittit. Quintò, linguam eius saliua sua tangit. Sextò, in cœlum suspicit. Septimò, gemit. Octauò dicit, effeta: & sic nono infirmus perfectam sanitatem recepit. Et hæc omnia circa sanationem huius infirmi gesta corporaliter, explentur in saluatione cuiuslibet nostrum spiritualiter. Primò ergo ad saluationem peccatoris exigitur, ut saluatori adducatur: quod fit pluribus modis. Aliquando virtute prædicationis: aliquando correptione infirmitatis, & præcipuè cum timetur ne sit ad mortem. Aliquando hoc fit exemplo alterius, uitam præteritam corrigentis. Aliquando fit eleemosynarum largitione. Aliquando ductu propriæ conscientiæ. Secundò saluator rogatur, nam sæpe precibus sanctorum salus alicui impetratur: Deus enim vult rogari, licet tamen velit facere. Tertiò, infirmus à turba sequestratur, quod fit cùm Dominus quemlibet impium iustificans de societate malè viuentium diuidit, uel à consuetis malis moribus euocat & retrahit: quia secundũ Hieronymum: Seorsum semper à turbulentis cogitationibus, & actibus inordinatis sermonibusq; incompositis, quasi de turba educitur qui sanari meretur. Hic datur documentum pœnitentibus, abstrahendi se à prauis mundanorum hominum societatibus. Sed quia non oẽs qui per pęnitentiam adducuntur ad Deum, possunt se segregare à turbis fuga corporali, saltem hoc debent facere abstractione menta-

Beda ibidẽ. Surdus & mutus. — *Gregorius hom. 10. in Ezechielem.* — *Locutio Dei ad nos.* — *Esaia. 65.* — *Sanãdi peccatoris modus.* — *Adduci ad saluatorem* — *Turba fugienda nobis.* — *Hierony. in c. 7. Marci.*

A

li, & sufficit ad salutem. Quartò, saluator digitos suos in auriculas peccatoris mittit: quod fit quãdo Deus considerationem peccatorum suorum ei immittit, quasi omnia peccata sua in corde suo digito Dei scripta uideat. Quintò, saluaor saliua sua linguam hominis tangit, cùm ipsum ad confessionem instruit. Et rectè cognitionem veritatis digito Dei per aures immissam, debet sequi confessio, quæ per tactum linguæ significatur. Est autem triplex confessio: scilicet peccatorum, fidei, & laudis diuinæ. Sextò, saluator in cœlum suspicit: docens per hoc peccatorem conuersum oculos, intentionis & desiderij, sursum ad cœlestia debere erigere. Quid enim prodesset à terrenis fore ereptum: sed non animum habere ad cœlum erectum? Septimò, saluator ingemiscit infirmum sanandum:

B

docens per hoc nos gemere debere pro incolatu præsentis miseriæ, dicendo cum Dauid: *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.* Prẹmissis septem peractis, dixit saluator, effeta: quasi per hoc verbum dans peccatori plenam absolutionẽ, à pœna & culpa. Vnde mox sequitur: *Et statim apertæ sunt aures eius, et solutum est uinculum linguæ eius: & loquebatur rectè.* Et sic peccator restitutus est perfectæ sanitati, & non restat ei nisi euolare. *Et præcepit eis,* non præcepto obseruationis, sed instructionis: ad humiliandum se in factis exemplo ipsius, *ne cui dicerent:* & per hoc non iactare bona sua discerẽt: quia iactantia in omni opere bono prohibuit. Prẹcepit ne cui dicerent.

C

Primò, vt doceret non esse gloriandum in uirtutibus, sed in cruce & humiliatione. Secundò, vt doceret quòd beneficia largientes, de eis laudem propriam non debent quærere. Sed quia accipientes conuenit laudare benefactores, ideo bene subditur: *Quanto autem,* ex abundantiore humilitate, *eis præcipiebat, tanto magis prædicabant.* gloriam ipsius & dilatabant: quia humilitas semper gloriam præcedit. Per hoc autem ostenditur, quòd beneficiatus de beneficijs debet se gratum ostendere, & benefactorem laudare, quãuis hoc benefactor non quærat, aut velit. Vnde Theophilus: Docemur autem ex hoc, cùm alicui beneficia elargimur, minimè applausus & laudes appetere: cùm verò accipimus beneficia, benefa-

D

ctores prẹdicare & laudare, quamuis nolint. Per hoc etiam monemur, ut frequenter prædicemus Christi gloriam, qui ab ipso mandatum habemus, dum eos quibus datum erat præceptũ silentij, prædicasse conspicimus. Vnde August. Hoc habet. Sciebat ille qui omnia nouit antequam fiant, quia magis prædicarent: sed hoc præcipiendo pigris uoluit ostendere quanto studiosius, quantoq́ue feruentius prædicare debeant, qui iubentur vt prædicent: quandoquidem illi qui prohibebantur tacere non poterant. Et quantum ipse ex humilitate non dilatari præcipiebat, *eo amplius admirabãtur dicentes,* & cum laudãdo prædicantes: *Bene omnia fecit,* & facere probauit: quia, *& surdos fecit audire, & mutos loqui,* quotquot

E

voluit & sibi placuit. Licet enim hic non exprimat nisi vnum surdum, & mutum esse curatum: tamen plures fuerunt surdi, & muti, ac cæci, & claudi, aliiq́ue infirmi curati: ut patebit in capitulo sequenti, sed inter illos erat vnus cuius cura fuit mirabilior inter cæteros: quia in ipso, secundum Hieronymum, tria concurrerunt miracula: scilicet in reparatione auditus & loquelæ, ac liberatione à dæmone. Et notanter dicitur, *bene omnia fecit:* quia non sufficit bona facere, nisi bene fiant: bene autem fiunt, quando Dei adiutorium postulatur, & quando

Psal. 119. — *Prẹcipiendi ne cui dicerent forma & causa.* — *Theophilus in eum locum.* — *Beda in ca. 7. Marci.* — *Hieronym. in cap. 7. Marci. Bene facere.*

A

do humana gloria fugitur. Hic ergo docemur vanam gloriam fugere, & hominũ iactantiam declinare. Qui si aliquid dignum laude aliquando fecerimus: hoc non ad vulgi fauorem extollere & prædicare, imò humiliter abscondere & cælare debemus. Et hoc totum vertitur in contrarium: quia plus laudantur illi qui facta sua abscondere volunt, quàm illi qui ea pro vana gloria manifestare contendunt. Si gloriam mundi fugis, ipsa te sequitur: & si eam sequeris, ipsa te fugiet. Vnde Augustinus: Virtutes habenti magna uirtus est contemnere gloriam: quia contemptus eius in conspectu Dei est, iudicio autem non aperitur humano. Et qui contemnit iudicia laudantium, contemnit etiam suspicantium temeritatem. Neque est vera virtus, nisi quæ ad eum

B

finem tendit ubi est bonum hominis quo melius non est. Vnde & Chrysostomus: Versuta est & uana gloria, & ad ea quæ valde sunt manifesta excæcat mentem eorum, qui ab ea capiuntur. Ebrietas enim quædam profunda est, ideoq́ue difficilè reducibilem eum, qui captus est facit hæc pasśio. Hæc eorũ quæ capiuntur animam abscindẽs à cœlis terræ affigit, & lucẽ respicere veram non dimittit. Hæc pasśio auaritiam genuit, liuorem, accusationem, insidias: hæc eos qui nihil mali pasśi sunt, aduersus eos qui nihil mali fecerunt armat, & irritat. Neque amicitiam nouit, qui in hanc ægritudinem incidit: non verecundari ob aliquem vniuersaliter scit, sed ab animo

C

eius eiiciens bonum, ad omnes bellatur, instabilis & sine amicis existens. Vigilemus itaque dilecti, & sumamus sensum humilitatis nobis à Deo datæ. Contemnamus multorum gloriam: nihil enim ita derisibilem & dehonorabilem facit vt hæc pasśio, nihil ita confusione plenum. Quoniam gloriam quidem cupere ingloriatio est: gloria autem vera est hanc despicere, & nullam eius facere curam: sed ad id quod Deo placet omnia dicere & facere. Ita enim poterimus & mercedem recipere, ab eo qui nostra videt diligenter, cùm eo solo contenti fuerimus inspectore. Nos verò talem habentes Dominum, precor alios ne inquiramus inspectores, qui prodesse

D

quidem nobis nihil; nocere verò ex inspectione eorum possunt, & omnem euacuare laborem nobis. Sed unde habemus mercedes suscipere, hunc vocemus laudatorem eorum quæ fiunt, hunc inspectorem. Nihil nobis & humanis oculis sit. Si enim volumus & hanc potiri gloria, tũc hac fungemur cùm eam quæ à Deo est quærimus solam. Hæc Chrysostomus.

Gloriam nõ quęrẽti damus. — *Augustin. lib. 5. de ciuitate c. 19.* — *Chrysosto. hom. 2. in Ioannem. Vitanda gloria difficultas. Gloriationis mala.*

ORATIO.

E

DOMINE *Iesu Christe, qui finaliter malos deseris, ueni per Sidonem prædicationis, ad mare contritionis, Galilææ confessionis, satisfactionis, & transmigrationis, inter medios fines decapoleos charitatis, in decalogo proficientis, & apprehende nos seorsum à turba tentationis multiplicis. Mitte digitum discretionis in auriculas nostri intellectus, & gustum sapientiæ in os nostri affectus: ut ad confitendum soluantur uincula linguæ nostræ, & loquamur rectè, uerbo & opere non discordante à uoluntate, uitemusq́ue laudes hominum: ut & surdi audiant per conuersionem, & muti loquantur per confessionem. Amen.*

A

De refectione quatuor milium hominum. Cap. XCI.



B

DEINDE *ascendens Iesus in montem,* & desertum locum &: *sedebat ibi,* ad quiescẽdũ, *& accesserunt ad eum turbæ multæ,* quia de multis ciuitatibus, & castellis & villis uenerant ad impetrandum sanationem infirmorũ, *habentes secum mutos, claudos, cæcos, ac debiles, & alios multos,* infirmos: quod addit Euangelista

C

ad includendum omnia infirmitatum genera, quæ hic non sunt nominata, *& proiecerunt eos ad pedes Iesu,* ut fidem & deuotionẽ non solum uerbo: sed & facto ostenderent. Fœlices pedes Iesu ubi peccata purgantur: vt ibi, stans retro secus pedes Iesu. Vbi morbi curãtur: ut hic. Vbi verba sancta discuntur: vt ibi, quæ sedens secus pedes Domini. Vbi gaudia renouantur: ut ibi, accesserunt & tenuerunt pedes eius. *Et curauit eos,* solo uerbo. Ille enim solo uerbo poterat curare, qui totum mundum solo uerbo de nihilo potuit creare, *ita ut turbæ mirarentur, uidentes* omnes sanatos, & glorificabant Deum Israel: quia secundũ

D

Chrysostomum, Multitudo eorum qui curabantur, & facilitas sanationis eos in stuporem mittebat. Hic enim in quodam generali multiplicant multa miracula, & diuersorum generum, quæ propter multitudinem in particulari describi non poterant: quia si in particulari explicarẽtur, unum magnum librum implerent: propter quod dicit Ioannes, quòd si omnia facta Christi essent scripta, totus mundus non posset capere libros, qui scribendi essent. Ponit ergo hic multiplicitatem infirmorum, & specialiter tãgit quatuor: scilicet, *mutos, claudos, cæcos, & debiles.* Spiritualiter mutos habemus, ex defectu boni sermonis: claudos, ex defectu boni operis: cæcos, ex defectu ueræ cognitionis: debiles, ex defectu bonæ uoluntatis.

E

Et notãdum, quòd secundum Origenem, primo est debilitas in uoluntate, deinde sequitur cæcitas in ratione, & sic claudicat in operatione: & ex his sequitur mutitas à diuina laude: sed hic ordinantur secundum magnitudinem nocumenti. Vbi glosa: Muti autem sunt, qui non laudant Deum. Cæci, qui non intelligunt uiam vitæ. Claudi, qui per deuia boni operis, & non rectè eũtes. Debiles sunt, qui infirmi sunt in bonis operibus. Mutos ergo curat, cùm eorum linguas in laudem sui creatoris soluit. Cæcos illuminat, cùm ignorãtibus cognitionem suæ salutis infundit. Claudos sanat, cùm in uia iustitię gressus eorum dirigit. Debiles fortificat, cùm pigros & accidiosos operari

Matt. 15. Marc. 8. & Luca. 9. — *Chrysosto. hom. 53. in Mattheũ. Miracula multa simul facta. Ioan. ulti.* — *Origenes cõment. in c. 15. Mat.* — *Glos. in eũ locũ Matt. Muti. Cæci. Claudi. Debiles.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rabanus in eum locum Mat.

operari bonũ uiriliter facit. Turbæ uerò mirantur & Deum glorificãt, cùm ex talibus mutationibus quæ sunt dexteræ excelsi Deum laudãt. Vbi & Rabanus: Ascendit autem in mõtem: vt scilicet auditores suos erigat ad superna & cœlestia meditanda. Sedebatq; ibi, ut demonstraret non nisi in cœlestibus requiem esse quærendam. *Ego autem sedente in monte*, id est, in cœlorum arce: accedunt turbæ fidelium, deuota mẽte illi appropinquantes, ducentes secum mutos, & cæcos, & alios infirmos, eos ad pedes Iesu proiiciũt: quia peccata confitentes ipsi soli curãdos subiiciunt. Quos ita curat, ut turbæ mirentur & magnificent Deum Israel: quia fideles quãdo viderint eos qui spiritualiter ægrotauerant, diuersis operibus virtutum ditatos, laudem Deo decãtant. *Cùmergo turba multa esset* cum Iesu, *nec haberent*, quod manducauerent, *conuocatis discipulis*, loquebatur cũ eis de hoc quod facturus erat: secundum glosam, prius Christus infirmorum debilitates abstulerat. postea verò sanatis cibos offert: quia prius remouenda sunt peccata, & postea anima verbis Dei nutrienda. Voluit autem Dominus prius discipulos conuocare, & cum eis loqui pluribus de causis. Prima, secundum Hieron. vt magistris tribuat exemplum non semper spernere cum minoribus consiliari, & de agendis quandoque eos consulere. Secunda, secundum eundem, vt ex collocutione intelligant signi magnificentiam. Tertia, ut ostendatur magnitudo misericordiæ suæ, quæ diutius intrinsecus latere nõ potuit. Et ait illis: Misereor super turbam. Ecce verbum miræ dulcedinis & amoris, procedens ex intimis cordis medullis, & pertingens suo vigore vsque ad intima nostra. Neq; enim alius est qui nostris miseriis sit sic miserator, quem admodum conditor noster, cuius miserationes super omnia opera eius. Hoc verbum dixit Apostolis, ut eorum animos ad pietatem & misericordiam induceret & inclinaret. Secundum glosam, Cõpatitur vt verus homo, pascit vt Deus. Et subiungitur ratio miserationis duplex, scilicet longanimitas: *quia iam triduo sustinent me*, pro curatione suorum quos attulerunt expectando, & perseuerant mecum me sequẽdo, uerba mea audiendo, miracula uidendo. Alia verò ratio miserationis est, necessitas: quia, *non habent quod manducent*, & tamen non sollicitantur: & ideo congruit eis prouidere. Ex quo patet eorum deuotio, & quanto ei adhærebant desiderio, audientes suauem doctrinam, cõtemplantes gratiosam faciem: videntes eius opera mirabilia, ad quæ intantum afficiebantur, vt quasi extra se rapti de alimoniæ defectu solliciti nõ essent, & per tres dies ad loca propria non redirent, manentes cum Christo in loco deserto, & sub diuo ac sine cibo: sed non poterant in victu deficere, quia erant cum Iesu saluatore. Cibaria quippe quæ de domibus suis apportauerant, iã consumpta erãt, & in deserto loco victum acquirere nõ poterant: & ideo prima die vel secunda hoc miraculum non fecit, tum quia alimenta adhuc habebant, tum quia miraculum magis apparuit quando eis victus omnino defecit. *Et si dimisero eos ieiunos* sic labore & fame affectos, deficient in via, & ideo refectio est eis necessaria. Tanta est creatoris uirtus, q̃ si creatura desereret, omnino deficeret. *Quidam enim ex eis de longè uenerunt* & à domibus suis longè distabãt, q̃ fortè die præcedẽti etiã parũ comederãt. Fama Christi à remotis diffusa erat, & ideo multi de longè uenerãt. *Et dixerunt ei discipuli. Vnde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine?* Quasi dicerẽt, locus est desertus & multũ distant uillæ: & ideo nõ possumus per humanã prouidentiã necessaria habere. Ipsi hoc infirma cogitatione dixerunt: non enim adhuc intelligebãt, neq; uirtuti eius propter priora miracula crẽ debãt. *Et interrogauit eos. Quot panes habetis?* Nõ interrogauit Dominus quasi nesciens quid haberent: sed ad hoc, ut cùm septem respõderent, quòd pauciores panes dicerent, eo magis miraculum diffamaret & notius fieret, & ut ex eorum responsione de modo prouideret. *Qui dixerunt, septem*: quod erat quasi nihil respectu tantæ multitudinis: & paucos piscículos, nõ multos, nec magnos, q̃a pauci erant in numero, & parui in quãtitate. In quo apparet sobrietas & tẽperantia discipulorũ, quia nõ utebantur carnibus, sed piscibus: & illis nõ magnis, sed paruis, & ipsis paucis. Omnia ista dicuntur ad maiorem declarationem miraculi, q̃ ex tam paruo cibo potuerit tanta multitudo satiari, & hoc fuit per multiplicationem cibi in manibus Christi. *Et præcepit turbæ super terram discumbere.* In alia passione circa pascha herba super terram erat, nunc autem iam herba defecerat: quia secũdum Origenẽ, & plures alios, in hyeme, scilicet in die epiphaniæ hoc miraculum factum est, quando & plura alia miracula per Dominũ sunt facta. *Et accipiens septem panes & piscículos*, ut multiplicarentur cõfactu manuum beatarum, *& gratias agens*, in quo dedit nobis exemplum gratiarum actionis, ostẽdens nos differre à bestiis: ut cognoscẽtes à quo, & q̃d datur gratias patri luminum referamus: à quo est omne datũ optimum, & omne donum perfectum: *benedixit*, ut benedictione sua crescerent, *& fregit*, per minutias, ad distribuendum inter plures: sed modo unus solus totum colligere conatur, quod in omnes indigẽtes à Christo frangitur, *& dedit discipulis*, non ut sibi retinerent: sed ut tanquam ministri distribuerent, *& turbæ apponerent*: & manducauerunt quatuor milia hominum, absq; mulieribus & paruulis, *& saturati sunt*, nec mirum: quia bonum prouisorem habuerũt. De fragmẽtis quoq; residuis, *tulerunt discipuli septem sportas plenas*, ut darent pauperibus: in quo bene apparet eos fuisse saturatos. Ecce quantum ualet eleemosyna, & cõmunicatio mutua: quia res distributæ crescunt & superabũdant, coaceruatæ verò putrescunt, & inopiam faciunt. *Et dimisit eos.* Magna nanq; suauitate uerbi, & admiratione uehementi uirtutis Christi detinebantur: ita ut nisi Christo iubente non redirent. Mysticè hoc miraculo designatur, quòd uaima uitæ præsentis aliter incolumes transire nequimus, nisi nos gratia redemptoris nostri alimento suo misericorditer reficiat. Triduo autem turba Dominum sustinet: quia tertium tempus est quo fidei Christianæ gratia data est. Primũ tempus est ante legẽ. Secundũ, sub lege. Tertium, sub gratia. Et quia rẽstat quartũ quo ad cœlestem Hierusalem uenturi sumus: dicit se turbam reficere, ne deficiãt in uia: in uia in præsenti enim uita quasi in uia sumus, qua ad patriã pergimus. Igitur ne fideles in uia deficiant, per prælatos & doctores pane eucharistiæ, & doctrinæ pascendi sunt: quo septiformis gratia spiritussancti augetur. Et quia ad hoc turba sustinuerat Dominum, ut infirmos sanaret, ideo si infirmitates tuas spirituales uis sanari, exemplo turbæ sustine Dominum triduo. Vt primus dies, sit dolor contritionis. Secundus, pudor confessionis. Tertius, labor satisfactionis. Istud est triduum quo in desertum itur, ut Deo gratum sacrificiũ offeratur. Vel secundũ glosam: Turba triduum Dominũ sustinet, cùm multitudo fidelium peccata sua

Hieronym. in c. 15. Mat. Discipulos alloquendi causa.

Domini misericordia.

Populi fernor.

Discipulorum febris tas.

Mysticè. Gratia Dei opus est nobis.

Triduum multiplex.

sua per pœnitentiam declinans ad bonum se in opere, in locutione, & cogitatione conuertit. Inuenitur nihilominus triduum multiplex, scilicet pœnitentium, operantium, cõtemplantium, prælatorum, prædicatorum. Pœnitentium: contritio, confessio, satisfactio. Operantium: cogitatio sancta, locutio vera, actio bona. Contemplantium: meditationis, lectionis, & orationis. Prælatorum: discretio in intellectu, zelus in affectu, iustitia in effectu. Prædicatorum: pauertas, castitas, & obedientia. Quidam autem de propè ueniunt: vt qui baptismalem innocentiam seruauerunt: quidam de longinquo, vt qui post multa flagitia pœnituerunt, quia quanto plus quis errauit, tanto longius à Deo quis recessit. Sed discipuli reputabant quasi impossibile, quòd quis eos saturaret panibus, qui non inueniebantur in solitudine. Vbi moraliter notandum, quòd cùm panis animæ sit cognitio veri, & amor boni: in rei veritate non inuenitur in solitudine præsentis seculi: vnde quis esurientem animam pascat, & satiare possit. Panis enim veritatis mũdanæ sciẽtiæ multis est admixtus erroribus: quia diminutæ sunt veritates, à filiis hominum. Rursus panis amoris creaturæ multas habet amaritudines.

Panis cognitionis.

Augustin. in psal. 26.

Vnde Aug. Miser est omnis animus vinctus amicitia rerum mortalium, & dilaniatur cùm eas amittit. Nec est igitur hic panis cognitionis, nec amoris, qui animam nostram satiare possit. Et cùm dominus cognosceret discipulos habere septem panes, & paucos piscículos, accepit eos in manus suas: in quo ostendit se panum, & omnium dominum & factorem: quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & gratias egit Deo patri à quo sibi potestas est, vt & ipse quantum de salute generis humani congaudeat, ostenderet, & nos ad agendas Deo semper gratias de omnibus à Deo datis informaret. Deinde benedixit, in quo virtutem multiplicationis eis dedit. Quia verò fregit, cùm dare uellet discipulis: apertionem designat sacramentorum, quibus nutriendus erat mundus. Vel etiam fregit, ut multiplicationem panũ sua uirtute fiendam ostenderet. In eo autẽ quòd dedit discipulis, ut turbæ apponerent: eos honorauit, significans q̃ spiritualis dona scientiæ tribuens Apostolis per eorum ministerium uoluit ecclesiæ suæ per orbem uitæ cibaria distribui. Et hoc signatum est, in distributione panum, ut hic & suprà in solutione mortuorum: ut ibi, soluite eum & sinite abire: & in adductione uehiculorum: ut ibi, soluite & adducite mihi. Eorum enim ministerio, & fit adductio ad fidem, & solutio ad reconciliationẽ, & distributio ad refectionẽ. Dedit panes, quia panis est cibus quo sustentatur uita: pisces verò dedit in condimentum cibi, ad ostẽdendum q̃ pani uerbi Dei addendum est condimentum boni exempli: magis enim suadent opera, q̃ uerba. Et appositurbæ. in qua appositione creuerunt per nouæ materiæ creationem, & ad illos additionem, non enim creuerunt per rarefactionẽ: quia tunc corpus illorum fuisset subtilius & rarius corpore aliorum. Vnde Augustinus: Nil absurdius quàm dicere, quòd aliquid crescat nullo supperaddito, & non rarescat. Studeamus ergo & nos ceptum panem diuinæ scientiæ, per prædicationem alijs apponere: ne per nostram negligentiam in uia deficiant, & fame pereant. Conuersi nanque peccatores in præsentis uitæ uia deficiunt si in sua conscientia sine doctrinæ pabulo iciuni & uacui dimittantur. Ne igitur lassentur in huius peregrinationis itinere, pascendi sunt sacra admonitione. Hoc uerò inter hanc refectionem, & illam de quinque panibus & duobus piscibus discat, quòd ibi per quinq; panes significatur doctrina ueteris testamenti secundum quinque libros Moysi, hîc per septem panes doctrina noui testamenti, in quo plenius & reuelatur & datur septiformis gratia spiritus sancti. Item propter septem beatitudines, & propter septem sacramenta: & propter septem uirtutes, scilicet tres theologicas & quatuor cardinales: propterea illi hordeacei, illi tritícei erant: quia delitiosior, sapidior, & manifestior est doctrina noui testamenti quàm ueteris. Ibi per duos pisces, duæ personæ quæ populum pascebant intelligiguntur, scilicet rex & sacerdos qui ungebantur: hîc per paucos piscículos intelliguntur sancti fluctibus seculi tunsi, qui de turbulentis fluctibus erepti, irefectionem nobis internam exemplo suæ uitæ, ac sopore mortis ac patientiæ præbent: doctrinamque noui testamenti tanquã panem condiunt: quorum ipsa scriptura fidẽ, uitã, & passiones continet: q̃ dicuntur piscículi, propter humilitatẽ: sed pauci, propter perfectionẽ: quia stultorum infinitus est numerus: & multi sunt uocati, pauci verò electi. Ibi super fœnum, sed hîc non iam super fœnum, sed super terram discumbit: ad ostendendum quòd in ueteri lege terrena promittebantur, sed in noua lege illa cõtemni, & subiugari docentur: quia conuiuæ noui testamenti, diuitias & delitias ac etiam ipsam carnẽ, quæ fœnum est, calcare & relinquere iubentur: quos omni cupiditate ẽternali remota spei permanẽtis firmamentũ, tanquã terræ sterilitas nullo fœno interposito cõtinet. Ibi fuerunt quinque milia hominum, iuxta numerum panum, & iuxta numerũ quinque sensuũ q̃bus inhærebant: hîc quatuor milia, q̃ significãt spirituales, propter quatuor euãgeliorum perfectionem, uel propter quatuor cardinaliũ virtutum, quibus in hac uita spiritualiter uiuitur, exercitationem. Per quatuor etiam milia hominum, qui Christum sunt secuti, significatur multitudo credentiũ in Christum, de quatuor partibus mundi. Erant autem tot, exceptis paruulis & mulieribus, qui non numerãtur in lege: neminem enim dimittit Christus ieiunum: sed omnes uult sua gratia saturare. Ibi cophinos æquales discipulis fecit: ut sicut duodecim erant Christi Apostoli, sic duodecim fragmentorum cophini: hic verò panibus, ut sicut fuerant septem panes, sic septem sportæ. Quod autem turbis saturatis Apostoli fragmẽta colligunt, & septem sportas implent: triplici de causa factum est. Primò, propter mysterium: quia sunt altiora perfectionis præcepta & consilia, quæ communis turba nequit seruanda & implẽdo attingere, quorum executio respicit uiros spirituales propriè: & ideo Apostoli sustollunt & implẽt septem sportas, id est, perfectos septiformis spiritus gratia illustratos, & tamen turba saturata esse memoratur: quia etsi sua relinquere nequeunt, tamen audiendo mandata ad uitam sempiternam proficiunt. Secundò, propter exemplum: ut ea quæ nobis supersunt, uel quæ ieiunando nobis subtrahimus, pauperibus erogemus. Tertiò, propter documẽtum: ut ex hoc instruamur, q̃ illis qui sunt pauperibus misericordes, bona temporalia multiplicẽtur. Vnde datur intelligi, quòd pauperes magis pascunt eleemosynarios, quàm econuerso, uel spiritualia bona eis impetrando, uel bona temporalia multiplicando. Quãuis autem, ut uisum est, hæc refectio à superiori in pluribus distet, tamen utraque in monte celebrata est: quia utriusque testamenti scriptura rectè intellecta altitu-

Multiplicatio panum.

Augustin. lib. 10. de Genesi ad literã, vlt.

Panum numerus mysticus: & discretio à cõsimili miraculo alibi facto.

Fragmentorũ collectorũ causæ.

Cur utraq; refectio in mõte facta fuerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

altitudinem nobis cœlestium præceptorum & præmiorum docet,& altitudinem Christi qui est mons in vertice montium,cõsona voce prædicat. Considera nunc hic quos Dominus pascere dignatur,& quibus gratię suę alimentum impartiatur. Vtique qui in deserto eum quęrunt,& cum eo triduo perseuerant: quod fit cùm fideles trinitatem credentes, ac contriti & confessi pro peccatis suis secundum posse satisfacientes, se ad Deum in cogitatione,locutione, & opere conuertunt: ac Dei bonitatem expectantes necessitate tentationis imminente nõ recedunt. Quorum miseretur Deus,& pascit eos septem panibus, id est, septem donis Sancti spiritus, ne deficiant in via mundi huius:quibus & septẽ dotes per septem sportas remanentes significatæ reseruantur, post hanc vitam dandæ:quę sunt clara Dei visio,fruitio,tentio quantum ad animam:impassibilitas,agilitas,subtilitas,claritas quantum ad corpus. Vnde Ambrosius: Gratiæ cœlestis impartitur alimentum, sed quibus impartiatur aduerte. Non ociosis,non in ciuitate quasi in Synagoga, vel seculari dignitate residentibus: sed inter deserta quærentibus Christum. Qui enim non fastidiunt,ipsi excipiuntur à Christo. Diuidit ergo escas Dominus Iesus. Et ille quidem vult dare omnibus, negat nemini: dispensator enim est omnium. Sed cùm ille panes frangat & det discipulis, si tu manus non extendas tuas ut accipias tibi escas,deficies in uia. Nec poteris in eum eulpam referre, qui miseretur & diuidit. Sed his diuidit qui cũ eo etiam in deserto permanent, qui primo & secundo die,& tertio non recedunt. Non vult ieiunos di mittere, nec vult vt deficiant in uia. Noli ergo deficere à disciplina Dei,neq; fatigeris cùm habeo increparis:ne fatigeris nũc,ne postea fatigeris. Hęc Amb. Cõsidera etiã utilitatẽ & parsimoniã mẽsæ eorũ, & voluptatẽ sperne:qa inimica ẽ & corporis & animę. Vnde Chryso. Nihil ita corpori inimicum & nociuum est, ut voluptas: nihil enim ita rescindit & suffodit,id est,corrumpit. Et primùm pedes punit, qui portauerunt nos ad pernicioſa illa conuiuia: deinde manus quæ ministrant ventri ligans,quia talia & tanta attulerunt cibaria. Multi autem & ipsum os peruerterunt, & oculos & caput. Hæc Chrysostomus, Vnde & Horatius:

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

De aliis ad meditationem pertinentibus patet sa prà,in alia pastione de quinque panibus. Adhuc autem hic per septem panes,intelliguntur septem pœnitentiæ partes. Primus panis, est malæ uitæ sollicita emendatio. Secundus,vera & humilis defectuum accusatio. Tertius, contra excessum commissum iugis indignatio. Quartus, non relabẽdi anxia trepidatio. Quintus, amplius proficiendi affectio. Sextus, sanctorum virorum imitatio. Septimus,suorum malorum & aliorum punitio. Istæ sunt septem spicæ, pullulantes in culmo uno. Isti sunt septem gradus in scala,per quam in cœlum ascenditur:septem peccatorum mortalium culpa diluitur: septiformis Spiritus sancti gratia infunditur,& uirtutum septenarius acquiritur. Sed cum istis panibus erant pisciculi pauci, saltem duo: qui significant timorem & amorem, qui cum istis panibus debent edi. Primus piscis, est timor pœnarum inferni, & iste capitur in aquis inferni. Secundus piscis est amor & desiderium æternorum, & iste capitur in fluuio paradisi:& dicuntur pisciculi,nõ pisces:quia timor est paruulus,eo quòd hominẽ paruulum & humilem reddat: & amor rationę status, quia paruus est respectu amoris futuri seculi. Insuper sciendum, quòd sunt septem panes mystici cuiuslibet status: scilicet,incipientium, proficientium & perfectorum:de quibus Dominus pascit fideles secundum diuersitatem statuum eorundem. Primos septem panes beatus Bernardus proponit clausſtralibus,qui gerunt formam incipientiũ, quantum ad initium suæ cõuersionis. Primus est panis uerbi,in quo vita hominis est: quia nõ in solo pane uiuit homo,sed in omni verbo,quod egredietur ex ore Domini. Et vt taceamus de verbo vocali,quo Deus aliquando locutus fuisse legitur Moysi, Abrahæ,& aliis:siue per Angelos,siue per se,siue alio modo:ad præsens dicere possumus quòd verbum egreditur ex ore Dei dupliciter. Vno modo immediatè, quando uidelicet Deus loquitur per instinctum ad cor hominis, inspirando ei quid facere debeat. Hoc modo Deus loquitur peccatoribus & hominibus mundanis,instigando eos ad pœnitentiam. Alio modo loquitur Deus per aliquem hominẽ,scilicet prælatum vel prædicatorem,uel doctorem, vel aliquem amicum: per quem quasi per referendariũ Deus verba sua trãsmittit ad aures hominis. Est & tertius modus quo Deus loquitur hominibus,præcipuè dauſtralibus,scilicet per scripturam,quæ ad omnia recipienda sunt sicut verba Dei, cuius inspiratione sunt scripta,ad pascẽdum videlicet legentes pane vitæ spiritualis. Secundus panis, secundum eundem Bernardum, est obedientia, qui bene comitatur primum. Quid enim prodest verba Dei audire,nisi quis eis velit & secundum ea uitam sua dirigere? Tertius panis est meditatio,& hic bene comitatur duos præcedẽtes. Nam postquam verba Dei cõmendata sunt cordi,& eis homo statuit obedire necesse est hominem continue meditari qualiter vitam suam secundum Dei beneplacitum disponat. Quartus panis est orantium lachrymæ,qui panis bene adiungitur præcedẽti. Cùm enim meditatur peccatorum suorum sarcinam, præsentis incolatus miseriam, & uitæ æternæ gloriam suam imbecillitatem, & Dei erga se bonitatem :ĩ tali meditatione exardescit ignis deuotionis, & resoluitur cor in lachrymas cõpunctionis: & tunc recurrit ad præsidium orationis. Quintus panis est labor pœnitentiæ, & hic panis utique necessarius est incipientibus etiam post alios præmissos:quia secundum Aug. Nõ sufficit mores in melius commutare, & à malis factis recedere: nisi & de his quæ facta sũt satisfacias Deo per pœnitentiam,laborem,& dolorem. Sextus panis est iocunda vnanimitas socialis: & hic bene dicitur panis:quia pascit & confortat in vita spirituali uiuentes in congregatione:quantum ad claustrales: etiam uiuẽtes in communione Ecclesię, & quantum ad alios incipientes. Septimus panis est eucharistia:& de hoc pane satis dicitur alibi in diuersis locis. Prolatis septem panibus incipientium, consequenter degustandi sunt alij septem proficientiũ, Vbi sciendum q̃ sicut dicit Apostolus: Non est uolentis, neque currentis, sed miserentis Dei: oportet enim currere uolentem in uia profectus spiritualis, totaliter inniti diuinæ misericordiæ:& de bonis iam præstitis misericordias Domini cum gratiarum actione iugiter ante mentis oculos habere,& sic semper ad meliora poterit proficere. Propter quod beatus Bernardus omnes miserationes Domini erga se recogitans, reducit eas ad septem panes, quibus eũ Dominus misericorditer reficere dignatus fuit. Et nos de eisdẽ panibus uesci debemus,ti i uita spiri

tuali

Ambrosius in cap. 8. Luce. Gratia qui bus impertitur.

Chrysosto. ser. contra luxum & crapulam. tom. 5. Voluptatis detestatio.

Horatius in epistolis.

Partes pœnitentiæ septem.

Pisciculorũ significatio.

Panes mystici spirit. Incipientiũ panes.

Bernardus serm. 1. de septem panibus. Matth. 4.

Verbum ex ore Dei.

Proficientiũ panes septem. Rom. 9.

Psal. 118.

Bernardus serm. 2. de septem panibus.

tuali proficere uelimus, ut dicamus cum Psalmista: Veniant mihi miserationes tuæ,& uiuam. Primus panis,uel prima misericordia,secundum Berna. est præseruatio à multis peccatis, in quæ incidisset si eũ Dei misericordia non custodisset: huius panis secundum eundem Bernar. tria sunt fragmenta. Tribus inquit modis à peccatis me memini conseruatum: occasionis subtractione, resistendi data uirtute, & affectionis sanitate. Secundus panis est, pia Dei dissimulatio circa peccantem: quia tardabat ultionem, & indulgẽtiam cogitabat :habet & hic panis tria fragmenta: uidelicet longanimitatem,quam exhibuit: electionem prædestinationis,quam impleri uoluit:& charitatem nimiam,qua nos dilexit. Tertius panis est miseratio, qua conuertit ad pœnitentiam. Hic etiam panis habet tria fragmenta: quia cor concutit, excitans illud ut aduertat suorum vulnera peccatorum, & vulnerum dolorem sentiat: terret, deducens ad portas inferi, & præparata iniquis supplicia monstrans: & spem dat intelligentiæ. Quartus panis est indulgentia peccatorum, quòd uidelicet Deus pœnitentem eum misericorditer suscepit. Et hic panis habet tria fragmenta. Quia, ut dicit Bernardus : Sic ex toto Deus indulsit, & tam liberaliter omnemdonauit iniuriam : ut iam nec damnet ulciscendo, quod est primum : nec confundat improperando, quòd est secundum : nec minus imputando, quod est tertium. Quintus panis est continentia à peccando, seu uirtus continendi & emendatius uiuendi, ne recidiuum pateretur. Et hic panis etiam habet tria fragmenta. Nam hæc continentia habet tres oppugnatores,scilicet carnem,mundum,& malignum spiritum, quibus resistere nostra uirtute non ualemus: sed pane isto diuinæ misericordiæ confortati, habemus in Domino hanc uirtutem. Sextus panis est gratia promerendi: qua uidelicet minus bonæ conuersationi indulget. Quam gratiam dicit Bernardus in tribus maximè constare, tanquam fragmentis : uidelicet in odio præteritorum malorũ,in contemptu bonorum præsentium,& desiderio futurorum. Septimus panis est spes obtinendi : qua Deus donat homini indigno & peccatori de sua totiens experto bonitate usque ad cœlestia speranda præsumere. Cuius etiam tria, secundum Bernardum, sunt fragmenta. Tria, inquit, considero, in quibus tota spes mea consistit: charitatem adoptionis,ueritatem promissionis,potestatem redditionis. Refecti duobus septenariis panum, à beato Bernardo nobis appositis,uidelicet incipientium, & proficientium: festinemus nunc utcunque gustare septem alios à Spiritu sancto nobis proponendos, quibus reficiuntur animæ perfectorum: qui panes sunt septem dona Spiritus sancti:fœlix anima quę his saturari meruerit. Et bene hæc dona nomine panum describuntur,quia delectabiliter reficiunt animam in præsenti,& satiant in futuro. Primus panis est timor Domini:timor inquam filialis:nã timor seruilis incipientium est. Et hic est timor castus quo quis ex timore timet à Deo separari : & ideo declinat à malo, quod contrariatur Deo. Sed quia oportet etiam benefacere:sequitur secundus panis, qui est donum pietatis, quo monet nos Spiritus sanctus ut operemur bonum ad laudẽ Dei, & ad utilitatem omnium proximorum:& hæc est pietas quæ ad omnia utilis est:& procedit ex pio corde,quo Deus tantum inuenitur: corporalis autem exercitatio, scilicet sine pietate ad modicum utilis est. Tertius panis est donum scientię: hoc donum comitatur duo prædicta, quia ut dicit

Bernardus ubi sup. ser. 3. Speranda ratio.

Perfectorũ panes septem. Dona spiritus sancti.

Bernardus ubidem.

Chrysostomus, nemo potest cauere malum, nisi cognitum: neque bonum facere quod ignorat: & hoc datur per donum scientiæ, quo datur homini rectũ habere iudicium de istis inferioribus,ad cognoscendum quid noxium,& quid expediens sit ad salutem. Quartus panis,est donum fortitudinis. Et bene fortitudo sequitur scientiam. Nam cognito per donum scientiæ quæ mala cauenda sunt, & quæ bona prosequenda,opus est spiritu fortitudinis quo possit prosequi,quæ cognouit tam in uincendo mala, quàm in aggrediendo bona. Hoc dono dotati fuerunt sancti martyres: quos nulla tormenta poterant superare. Quintus panis est donum consilij, per quod homo dirigitur,quasi consilio à Deo accepto,in his ad quę humana ratio non sufficit. Et bene consilium sequitur fortitudinem:quia secundum Gregorium: Valde fortitudo destruitur, nisi per cõsilium sulciatur: quia quò plus se posse conspicit,eo uirtus sine moderamine in præceps ruit: & mens quæ intus sedem consilii perdidit,foras, superdesideria innumerabiliter spargit. Sextus panis est donum intellectus: & illud donum sequitur donum consilij, & duo bona facit in anima. Primum,quia illustrat intellectum ad sanè capiendum consilium Spiritus sancti speculatiuè. Secundum,quia deputat affectum ad agendum practicè consultum. Septimus panis est donum sapientiæ, quod sequitur donum intellectus, & omnia dona alia,quæ sine sapientia nihil sunt. Sapientia est cognitio suauitatis diuinæ per experientiam habita. Vnde dicitur sapientia,quasi sapida scientia. Nam per donum sapientiæ iuuatur homo,non solũ ad cognitionem diuinorum,sed etiam ad gustationẽ eorundem.

Gregor. lib. 6. moraliũ. c. 9.

Sapientia, quasi sapida scientia dicitur.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, miserere super turbam pœnitentium & incipientium iustorum,& proficientium perfectorum, & contemplantium per triduum contritionis, confessionis,& satisfactionis: per victoriam mundi, carnis,& diaboli: per visionem corporalem, imaginariam,& spiritualem expectantium veniam, & gloriam. Refice primos per discretam sollicitudinem, cautelam,indignationem,timorem,desiderium, æmulationem & uindictam. Refice secundos per spiritum timoris, pietatis,scientiæ,fortitudinis,consilij,intellectus,& sapientiæ. Refice tertios per tres animæ, & quatuor corporis dotes: in præsenti quidem spe quæ superexcrescat in septem sportas in futura beatitudine. Amen.

De fermento cauendo, & cæco Bethsaidæ illuminato. Cap. XCII.



Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt. 16. & Marc. 8.

ET post miraculum de passione ostẽsum, *dimissa turba*, statim, *ascendit*, Iesus cum discipulis *in nauiculam*, fugiens turbę applausum & reuerentiam, & ut à turba remotus doctrinæ uacaret discipulorum: dans in hoc nobis simile faciendi doctrinam & exemplum. *Et uenit in fines*, seu partes, *Magedã*, seu, *Dalmanutha*, quod secundum Augustinum, idem est secundum rem, & eadem terra dupliciter uocata: Sed secundum alios sunt duæ regiones distinctæ: sed in extremitatibus coniunctæ: & ideo existens in confinio utriusque dicitur esse in fine istius uel illius: & in tali loco erat Iesus. *Et accesserunt ad eum*, non tanquam deuoti & simplices, ut addiscerent: sed tanquam inuidi & insidiantes, ut ipsum tentarent, *Pharisæi & Sadducæi tentantes*: scilicet si possent eum capere in aliquo, & *rogauerunt eum ut ostenderet eis signum de cœlo*, declarando, scilicet tempus aduentus sui ex aliquo cœlesti signo. Ac si dicant: Si de cœlo uenisti, proba in hoc quòd signa de cœlo ostendas. Vbi aduertendum, quòd aliqui Scribæ & Pharisæi, omisso studio legis & Prophetarum, studebant in Astrologia: vnde & usque hodie alii qui eorum in hoc sunt ualde curiosi: & quia astrologi aliquando per considerationem astrorum uolunt uaticinare de inchoatione legum & sectarum diuersarũ: ideo isti per astra uolebant prænosticare de aduentu Christi, quod erat impossibile: quia ad talia non se extendit uirtus cœli: licet se extendat ad prænosticandum de futura dispositione aeris ut siccitate, & pluuia, & huiusmodi. Vel ad cognoscendum ipsum esse Christum in lege promissum, petebant de cęlo signũ maiestatis suæ, ut fulgura & pluuias, uel huiusmodi simile: uel quod in exemplum Moysi manna cœlitus emisso omnem populum reficeret multo tempore, uel quòd solem stare faceret sicut Iosue, uel retrocedere sicut Esaias, uel quòd daret ignem de cęlo, sicut Helias. Dominus uerò, *respondens*, & eos redarguens, *ait: Facto uespere dicitis*, id est aliquid de futura temporis dispositione prædicere per considerationem cœli potestis, uidelicet, *serenum erit: rubicundum est enim cœlum*, quia talis dispositio in uespere frequenter est signum serenitatis futuræ: licet impediatur quandoque, *& mane*, scilicet dicere potestis: *hodie tempestas erit*: rutilat enim cœlum, quia hoc ut plurimum est tẽpestatis signum. Et est ratio talis: Ex signis cęli in quibus non estis edocti scitis iudicare tempora prænosticando de serenitate uel pluuia: multo magis ex scriptura legis & prophetarum in qua estis edocti, debetis cogitare me esse Christum ab eis promissum. Vnde sequitur arguitio eorum. *Faciem ergo cœli*: id est dispositionem aeris, *diiudicare nostis*, prænosticando de futuris per signa, quę tamen sunt fallibilia: *signa autem temporum*, scilicet aduentus mei à prophetis prædicta à me in effectu exhibita (primus enim & secundus aduentus Christi sunt quasi duo tempora) *non potestis scire*: facultatem uobis hæresi & inuidia auferente. Ex dictis enim prophetarum & uisis miraculis quæ nemo alius fecisset, saluatoris aduentum cognoscere debuerunt: & iudicare quòd ipse esset Christus in lege promissus. Moraliter hic reprehendit Dominus istos, qui per signa apparentia in cœlo quæ sunt fallibilia, de futuris iudicabant: & ex his quæ habebãt in scripturis de Christo, quæ quidem scripturæ sunt infallibiles, iudicare nesciebant: & significãt illos qui de factis aliorum se intromittere volut, & de propriis conscientiis in quibus possem legere non iudicant. Vnde Hieronymus: Vix inuenies qui irreprehensibilem uitam suam exhibere uelit, ut libenter non reprehendat alienam: tamque huius mali libido mentem hominum inuasit, ut etiam qui procul ab alijs uitiis recesserunt: in illud tamen quasi extraneum laqueum diaboli incidant. Istud etiam dicitur contra illos qui solliciti sunt futuram aeris, uel aliarum rerum qualitatem considerare, & de tempore suæ mortis uel futuri iudicii nolunt cogitare. Sed ut dicit Augustinus: Laudabilior est animus, cui nota est infirmitas propria, quàm qui cœlorum constellationes, & terrarum fundamenta scrutatur. Moraliter, uesper est hominis senectus: mane, iuuentus: rubor, est feruor charitatis: serenitas, tranquillitas mentis. Quando ergo in mane iuuentutis rubet cœlum, signum est futuræ tribulationis. Vnde in Eccle. *Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, & timore: & præpara animam tuam ad tentationem.* Quando uerò in sero & in fine rubet charitas: signum est serenitatis futuræ, quæ sequitur tempestatem. Vnde in Tob. *Post tempestatem tranquillum facis*: & in Salom. *Extrema gaudii luctus occupat*: & eò uerso, & in Ioan. *Tristitia uestra conuertetur in gaudium*: similiter quando est serenitas prosperitatis in uita præsenti: signum est pœnæ & tempestatis in uita futura: & econuerso quando est serenitas in uespere & tardè, scilicet in uitæ fine, signum est serenitatis, & consolationis uitæ futuræ. *Et*, Dominus, *ingemiscens spiritu*, quia sicut de hominum salute lętatur, ita super eorum dolet erroribus, *ait: Generatio mala*, quo ad morum peruersitatem, *& adultera*: quo ad fidei uiolationem, recedens à Deo uero sponso animarum, per infidelitatem, *signum quærit*, quò ad maiestatis iudicationem: *& signum non dabitur ei, nisi Ionæ prophetæ*, id est signum infirmitatis. De quo Psalmista dicit: *Fac mecum signum in bonum*, & cætera. Hoc enim est signum passionis, per quod omnis homo est adiutus, & consolatus. Simile habes suprà, ubi plura de hac uideas materia. Et tanquam obstinatos relinquens. Pharisæos & Sadducæos, quò ad corporis præsentiam & gratiæ effectum: *& ascendens iterum nauem*, cum discipulis suis, *abiit*, ab illis, *trans fretum*, id est ultra stagnũ Genezareth, relicto strepitu mundano. *Et cùm uenissent discipuli trans fretum obliti sunt panes accipere*, id est fragmenta panum septem sportarum, *& non habebant, nisi panem unum*. Causa autem huius obliuionis potuit esse multiplex: una, prohibitio sollicitudinis de crastino. Alia, occursus pauperum, quibus reliquias dimiserunt: tertia, spes de Domino, quia iam uisis miraculis certi erant quòd nihil eis deficeret: quarta, interna dulcedo unius & ueri panis habentis in se omne delectamentum, quem secum habebant: illo enim capti, de exteriori pane non cogitabant. Vnde Beda: Vnus panis quem secum habebant in naui. Mystice ipsum panem uitæ Dominum, uidelicet saluatorem designat: cuius amore, quia semper intus reficiebantur in corde, minus de terreno pane, quo corpus pasci solet, curabant. Hæc Beda. In quo ostenditur in eis feruor & desiderium supernę doctrinæ, & contemptus delitiarum mundi huius: cùm etiam circa uitæ necessaria parum fuerunt studiosi, & eorum deuotio ad præsentiam Christi, quia sic inseparabiliter adhærebant ei, quòd necessaria uitæ fuerant obliti: & quàm modicam carnis curam habebant, in reliquis necessariis, qui nec uiaticum sumpserunt intentione dominici comitatus. Vnde Remigius: Tanto enim amore magistri detinebantur, ut nec etiam ad punctum uellent ab eo recedere. Animaduertendum est ergo, quantum alieni essent ab appetitu deliciarum,

Magedam Dalmanutha. Augustin. lib. 2. de cõsensu Euangelist. c. 51.

Signum de cœlo.

Astrologi Iudæi.

Exod. 16. Iosue. 10. 4. Reg. 20. 4. Reg. 1.

Moraliter. Scripturę potius quã astrologię credas. Hieronym. epist. ad Celantiam de institutione matrisfamilias.

Vesper moraliter.

Eccle. 3.

Tob. 3.

Prouer. 15 Ioan. 16.

Psal. 85.

Beda in c. 8. Marci.

Remigius in Matth.

tiarum, cùm tam paruam haberent de necessarijs curam, ut etiam obliti sint panes accipere, sine quibus humana fragilitas subsistere non potest. Hæc Remigius. Horum ergo discipulorum exemplo, & tu magis cura de cibo mentis, quàm uentris: & magis de uirtute animi, quàm uiatico corporis. Nam secundũ Chrysostomum, hoc loco: uirtutis possessio omnem tristitiam & sollicitudinem expellit, ac lætitiam & spẽ magnam immittit: deoque & hominibus acceptabiles facit. *Et dixit eis*, Iesus, *intuemini*, per diligentem considerationem mentis, *& cauete*, per fidei puritatem: *a fermento*, id est à corruptione & doctrina corrumpente, *Pharisæorum & Sadducæorum*: fermentum enim quandoque propter curruptionem significat doctrinam malam, ut hic: quandoque propter calorem incluſum significat feruorem fidei, ut suprà: *& a fermẽto*, & corruptione, *Herodis*, scilicet prauis moribus. Et sic habetur triplex fermentum. Primum, Sadducæorum, qui dicunt non esse resurrectionem: neque Angelum: neque Christum: prophetas spernunt: spe præsentium Deo seruiunt. Secundum, Pharisæorum, qui decreta legis diuinæ traditionibus hominum postponunt: legem prædicant uerbis, & impugnant factis: in quorum doctrina duo erant, scilicet peruersitas doctrinæ, & simulatio uitæ. Tertium est Herodianorum, quod est adulterium, homicidium, temeritas iurandi, simulatio religionis. Primum est erroris. Secundum, simulationis. Tertium, praui moris. Primum corrumpit rationem. Secundum, intentionem. Tertium, operationem. De his tribus dicit apostolus: Non in fermento ueteri, quantum ad primum: neque in fermento nequitiæ, quantum ad secundum: & malitiæ, quantum ad tertium. Vel secundum quosdam fermentum Herodis uocat etiam doctrinam corruptiuam Herodianorum, dicentium Herodem Christum. Isti Herodiani, secundum eos fuerunt quidam Iudæi: fingentes quandam sectam nouam, dicentes de Herode Ascalonita, quòd erat Messias: moti falso intellectu illius, quod dicitur in Genesi: *Non auferetur sceptrum de Iuda*, & cætera. Vbi dicitur quòd ablatio regni, à tribu Iudæ erat signum aduentus Messiæ. Iste autem Herodes obtinuit regnũ illud, cùm tamen alienigena, quia pater eius fuit Idumæus, & quia Messiam promissum intelligebant illi regnare temporaliter: nec uidebant ãlium tunc regnare in Iudæa, nisi Herodem: ideo dixerunt eum esse Messiam, cùm tamẽ prophetia Iacob prædicta esset, secundum ueritatem de Christo, tempore Herodis nato, intelligenda. Ab his ergo omnibus monet discipulos cauere, ne in his consentiant, uel hæc in eis approbando, uel in his eos imitando. Non enim uiuendum est in fermento ueteri, quantum ad peruersam doctrinam: neque in fermento malitiæ, quantum ad morum prauitatem: & nequitiæ, quantum ad simulatam iustitiam: sed in azymis synceritatis, quò ad uitã & intentionem: & ueritatis, quò ad doctrinam. *At illi*, id est discipuli dictum Domini intelligentes de pane fermentato, & materiali, *cogitabant intra se dicentes*, quodam occulto murmure: quia hoc ideo dicit, *quia panes non accepimus*: non uult quòd de pane Pharisæorum fermentato accipiamus. Putabant enim se esse tacitè notatos de panum obliuione: & quòd ad literam de pane fermentato loqueretur, ne ab eis acciperent, eo quòd panes secum non accepissent. Errabant Apostoli in duobus: quia & de panum defectu dubitabant, eo quòd panes non attulerãt: & quia uerbum Domini de fermento ad literam capiebant.

Chrysost. hom. 54. in Matthæũ.

Fermentum triplex.

1. Cor. 5.

Herodiani.

Genes. 49.

Apostolorũ error de fermento.

1. Cor. 5.

Ambrosius in c. 9. Lucę

Chrysost. hom. 54. in Matthæũ.

Cęci illuminatio.

Chrysost. ibidem.

Cur prius imperfecte illuminatus sit cęcus.

Primò ergo arguuntur de primo: scilicet quòd timebant panis defectum materialis. *Sciens autem Iesus*, cogitationes eorum, tanquam Deus, arguit eos de fidei modicitate, quia eo præsente & cum eo timebãt posse egere, dicens: *Quid cogitatis modicæ fidei, quia panes non habetis*: & me dixisse de panibus terrenis, de quibus dubitare non deberetis. Panem uitæ, quæ est causa omnium panum, secum habebant: & ideo de panum defectu dubitare non debebant. Hoc autem, secundum Chrysostomum, Dominus facit, ut sollicitudinem escarum ab eis abiiciat: quasi diceret. Ex factis meis præcedentibus, & doctrina debetis sic esse illuminati, quòd uerbum meum intelligeretis non de pane materiali, quia de hoc possum uobis sufficienter prouidere. Quod probat duplici exemplo, in quo magnam multitudinem satiauit paruo cibo. Vnde subdit: *Nondum intelligitis*, scilicet mysterium. Nam si per panes intelligitur doctrina sana: necessariò per fermentum intelligitur corrupta, *neque recordamini*, scilicet uirtutis in multiplicatione panum. Vnde sequitur, *quinque panum*, scilicet distributorum, *in quinque milia hominum: & quot cophinos sumpsistis*, de residuo: *neque septem panum*, scilicet distributorum, *in quatuor milia hominum*, & quot sportas sumpsistis fragmẽtorum. Reducit eos ad memoriam miraculorũ de quinque & septem panibus, ut confidant quòd ipse pascet eos qui pauit turbas. Quasi diceret: Non est uobis timendum, cùm de tam paucis panibus, tantas feci abundare reliquias. Vnde Chrysostomus: Per hoc in memoriam eis reducit ea quæ præterierunt, & ad futura attentiores facit. Deinde arguũtur de secundo, scilicet quòd habebant defectum intellectus spiritualis: cùm dicitur, *Quare non intelligitis*, scilicet, *quia non de pane dixi uobis*. Quasi diceret, non est uobis dubitandum de pane materiali, quia ita possum eum multiplicare sicut uidistis: nec de illo ego sollicitor, nec loquor uobis: ideo potius de alio pane & fermento intelligere debuistis: scilicet doctrinæ peruersæ, quæ more fermenti seueri panis substantiam simulat habere. Sed reuera totam substantiam eius cui admiscetur corrumpit, & ad saporem suum trahit. Hoc est de quo Apostolus, dicit: *Modicum fermentum totam massam corrumpit*. Ab isto ergo sicut à nociuo cibo summè est cauendum. Vnde Ambrosius: Cibus corporalis nociuus cum magna sollicitudine cauetur: quanto magis spiritualis? *Tunc intellexerunt, quia non dixerat cauendum à fermento panum*, scilicet materialium: sed à doctrina Pharisæorũ & Sadducæorum, quæ ratione prædicta uocatur fermentum. *Et uenerunt Bethsaidam, ubi cæcum ei adduxunt: rogantes ut illum tãgeret*, & firmiter credentes quòd ad tactum eius sanus fieret. *Et apprehensa manu eius eduxit eum extra uicum*, id est extra uicinitatem & tumultum malorum. *Et expuens in oculos eius, impositis manibus super oculos interrogauit eum, si quid uideret. Et aspiciens*, id est aspicere incipiens, *ait*, uideo homines uelut arbores ambulantes. Non enim distinguere poterat lineamenta humanorum corporum, uidebat obscurè corpora eorum moueri de loco ad locum: & postea perfectè illuminauit eum. Nam, *iterum manus super oculos eius imposuit, & clarè omnia uidit*. Per hoc arguitur ignorantia discipulorum, facto quòd ipsis præsentibus illuminauit cæcum: primò imperfectè, & postea perfectè. Certum est enim quòd Christus poterat eum statim perfectè illuminare: sed per talem modum uoluit facere, ut designaret discipulos adhuc in parte obscuratos caligine ignorantiæ, & ad clarè intelligendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

indigere maiori illuminatione. Vnde & post resurrectionem suam aperuit illis sensum, ut intelligeret scripturas. Alij dicunt illuminationem huius cæci successiuè factam, propter paruitatem fidei huius cęci & offerentium ipsum Christo: & potest esse quòd ista causa & prædicta concurrerunt ad istum effectum in ipso. Per hoc etiam signatur quòd Dominus aliquando dat suam gratiam augmentando prius datam. *Et mittens illum in domum suam iussit, ut nemini diceret*, ad uanitatis iactantiam, ut mundi gloriam nos doceret fugere: sed tamen dicere poterat, & debuit, ad prædicationem laudis diuinæ: hoc nondum intelligunt, qui omnia opera sua, ut ab hominibus uideantur, faciunt. De quibus Dominus ait: *Receperunt mercedem suam*. Ne ergo hic recipias mercedem, & recipiendo perdas æternam: uitiositatem tuam potius enarra, quàm uirtutem: exemplo Apostoli dicentis: qui fui blasphemus, & persecutus sum Ecclesiam Dei. Vnde Augustinus: Vis uirtutes tuas augeri, prodere noli, fuge uideri quod esse meruisti. Quod manifestando potes amittere, tacendo custodi. Vbi Beda: Cuncti qui à Domino curantur languores, spiritualium sunt signa languorum, quibus anima per peccatum æternæ morti propinquat. Sicut enim in surdo & muto à Domino sanato: sanatio mentis insinuatur eorum, qui neque audire uerbum Dei, neq; loqui nouerant: & mox in refectione turbæ esurientis, quæ Dominum secuta fuerat suauitas figuratur illa qua diligentium se & quærentium solet corda nutrire: ita & in hoc cæco paulatim curato à Domino, illuminatio designatur cordium stultorum, aclonge à uia ueritatis aberrantium. Rogabant autem eum ut illum tangeret: scientes quia tactus Domini, sicut leprosum mundare, ita etiam cæcum illuminare ualeret. Tangimus autem Dominum nos, cùm ei fide integra & syncera adhæremus: tangit nos, cùm mentem nostram afflatu sui spiritus illustrat, atque ad cognitionem nos propriæ infirmitatis studiumque bonæ actionis accendit. Apprehendit manum cæci, ut eum ad excusationem bonæ operationis confortet. Eduxit extra uicum, ut à uita uulgari segregatus uoluntatem sui conditoris, qua illuminari mereatur, liberius sedulo corde scrutaretur. Quisquis enim lumen æternitatis uidere desiderat: non exempla turbarum, sed ducatum necesse est semper sui redemptoris sequatur. Ideo autem cæcum hunc paulatim, & non repentè curat, quem mox uno uerbo, si uellet, poterat curare, ut magnitudinem humanæ cæcitatis ostenderet: quæ quasi pedetentim, & per quosdam profectuum gradus ad lucem diuinæ uisionis solet peruenire. Sputum quippe ab intus de capite Domini procedit: manus uerò sunt membra corporis, exterius posita. Expuens ergo in oculos cæci Dominus, imponit manus suas ut uideat quia cæcitatem generis humani, & per inuisibilia diuinæ pietatis dona, & per exhibita foris sacramenta assumptæ humanitatis absterserit. Quòd autem eum in domum ire præcepit, mysticè admonet omnes qui cognitione ueritatis illustrantur, ut ad cor suum redeant: & quantum sibi donatum sit, sollicita mente perpendant: donatis collatisque sibi beneficijs digna operum executione respondeant. Quia verò eum (sicut & multos alios quos sanauit) sanationem suam silentio tegere iubet: exemplum suis tribuit ne de his quæ faciunt mirandis, fauorem uulgi requirant: sed diuinis tantum aspectibus, ubi & merces restat, sint placere contenti. Hæc Beda.

Matth 6.

1. Tim. 1.

Beda in ca. 8. Marci.

Mystice.

Tangimus Dominum.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, fac mecum signum infirmitatis & passionis tuæ in bonum, ut inde per te me adiutum gaudeam & consolatum. O panis uitæ, da mihi semper tuo amore reficiri: ut minus sollicitet de pane uel quocunque solatio temporali. Da mihi, ut à fermento peruersæ doctrinæ, ac simulatæ iustitiæ, & actionis pravæ caveam. & in his nec actiuè nec passiuè te offendam. O splendor paternæ gloriæ illumina cor meum lumine tuæ gratiæ diuinæ: meque de omnibus erroribus & laqueis erue, ac dirige in uiam ueritatis & iustitiæ, ac salutis æternæ. Amen.*

Finit prima pars vitæ Iesv Christi.

SECVNDA PARS VITAE
CHRISTI DOMINI NOSTRI.

DE CONFESSIONE VERAE FIDEI, *quam Petrus fecit pro omnibus.* *Caput I.*



Matth. 16. & Mar. 8.

PRIMA pars libri huius, quæ præcedit, nullam de passione mentionem expresse facit. Secunda uerò pars, quæ hic sequitur, frequenter de passione facit mentionem: & totam continet passionem: & eorum quæ ultrà sunt seriem. Post præmissa ergo, *uenit Iesus*, tanquã saluator: ubiq; lumẽ doctrinæ spargẽs, ubiq; perditos quærẽs, vbiq; pœnitẽtes saluans: *in partes*, & fines ciuitatis, quę, *Cæsaria Philippi*, uocabatur: sed nunc Paneas dicitur. Philippus tetrarcha fratrer Herodis ciuitatẽ illã renouauit & ampliauit: & extunc eã Cæsareã Philippi, in memoriam sui nominis, & in honorem Tyberij Cæsaris, qui ei quartam partem regni dederat, appellauit. Et est sita in pede montis Libani, ubi hinc inde in decliui latere montis oriuntur duo fontes Ior & Dan dicti: qui post modicum ad radicem, & pedem Libani confluentes, efficiunt Iordanem, qui post longos circuitus ingreditur mare Galilęæ, propè Corozaim ciuitatem. Dicitur etiam Cæsaria Philippi, ad differentiam Cæsareæ Palęstinæ: ubi Cẽturio Cornelius dicitur habitasse. Est & alia Cæsarea, Metropolis Cappadocię, quæ est in regione Turciæ. In ista autem ciuitate, scilicet Cæsarea Philippi, & in confinibus eius, habitabat Gẽtium populus: & ideo ex hoc quòd Christus mysterium suæ incarnationis hic reuelare uoluit: ostenditur quòd fundamentum ecclesiæ in fide Gentiũ sit. Hæc enim ciuitas est Phœnicis regionis Gentium, & terminus Iudææ ad Septentrionem, ad quam tributum census capitis defe-

Cæsaria Philippi.

Iordanis ortus.

rebatur: pro quo sub Cæsare Augusto uniuersus orbis descriptus dicitur. Congruum autem fuit, ut in loco in quo orbis tributum soluit: rex regum, & Dominus orbis tributum fidei exigeret, quod soluitur de capite animę, id est de mente. *Et* cùm esset solus orãs in uia: *interrogauit discipulos suos*, non quia dubitaret, uel ignoraret, & ut aliquid disceret: sed ut eos ueritatem instrueret & doceret, & errorem hominum per responsionem discipulorum eliminaret. Item, ut eis occasionem merendi daret: & nos fideli eorum confessione, in fide solidaret. Item, ut fidem illorum per sequẽtem approbationem & promissionem in ipsis fortius confirmaret, ac differentiam Apostolorum & populorum cõfirmando ostenderet. Exploraturus autem fidem discipulorum, prius uulgi sententiã inquirit: quia confirmaturus eos in fide, prius opiniones & errores aliorum à mentibus eorum remouere uoluit, ut de ueritate eos melius informaret. Si doctor euangelicus debet errores destruere: ut melius possit ueritatem astruere. Volens ergo Dominus errores exponi, ut eis expulsis discipuli ueritatem proferant, non uulgi opinione, sed ex Domini reuelatione, *interrogauit eos dicens: Quem dicunt homines*, & turbæ uulgares, *esse filium hominis*? id est uirginis. Hoc soli Christo conuenit. Adam enim fuit filius terræ: alij filij hominum, quia ex utroque gignuntur parente: sed solus Christus fuit filius unius hominis, quia nõ nisi unum parentem habuit in terra, sic unum in cœlo. Vocat se etiam non solum filium Dei, sed hominis, ratione humilitatis: quod est contra illos, qui semper uolunt se à digniori nominare: & maiores suæ parentelæ, tacitis cæteris, allegare. secundum Hieronymum, non dicit, quem me dicunt esse homines? licet de se intelligeret, ne iactanter de se quærere uideretur: sed dicit, secundum Chrysostomum, filium hominis: quia dispensationem incarnationis credi uult, & in confessionem deuenire. Similiter prælati ac doctores, magni homines, deberent inquirere de fama sua à collateralibus suis: quia bona fama doctoris & præsidentis, multum facit ad doctrinæ & ædificationis fructum: mala ad detrimentum. Vnde Origenes: Interrogauit Christus discipulos: ut nos semper seruemur qualis opinio sit apud homines de nobis: ut si quid malè dicitur de nobis, occasiones illius præcidamus: siquid autem boni, eius occasiones augeamus. Sed & discipuli episcoporum, apostolorum instruuntur exemplo: ut qualescunque opiniones audierint foris de episcopis suis, referant eis. In hoc autem quòd Dominus ab apostolis quæsuit de fide turbarũ: dedit intelligere quòd prælati reddituri sunt rationem de fide subditorum. Et quia de Christo erant uaria

Interrogandi ratio in Christo.

Filius hominis.

Hieronym. in c. 16. Mat.

Chrysost. ho. 55. in Matthæū.

Fama nostra nobis curanda.

Origenes tract. 1. in Matthæū.

Universidad de Deusto Biblioteca

Opiniones omnes de Christo. Luca 1.e. Luca 9.a.

riæ opinionis in populo: ideo discipuli responderunt dicendo, quòd alij dicerent eum esse Ioannem Baptistam, qui in utero matris positus sentiebat Domini præsentiam: & propter baptismum & vitę eminentiá: cuius opinionis fuit Herodes, & sui sequaces. Vnde Theophilus: Multi nanque putabant quòd Ioannes à mortuis surrexisset, sicut & Herodes credebat: & post resurrectionem suam miracula perpetrasset.

4. Reg. 1. b.c.

Alij uerò dicerent eum esse Heliam, propter zelum ueritatis quem habuit: & propter potentiæ euidentiá quia ignem de cœlo posuit: & quia ad cœlum raptus, creditur inde esse uenturus.

4. Reg. 2. Hiere. 1.b. In Threnorum libro.

Alij Hieremiam pro sanctitate: qui sanctificatus fuit in utero matris, & propter patientiam in aduersis, & propter beneficiú misericordiæ: quia populi peccata planxit, & lamẽtatus fuit. Alij autem unum de Prophetis, scilicet Helisæú, propter excellenriam sapientiæ: habuit enim duplicẽ spiritum Heliæ, uel quia surrexit unus alius de antiquis prophetis prioribus. Et sic patet diuisio erroris habiti, de Iesu, à diuersis. Sic adhuc hodie uariantur homines inquirendo salutem, siue beatitudinem.

Augustin. 1. de doctrina christiana.

Vnusquisque enim ponit beatitudinem in eo quod diligit: & hoc pro Deo colit: quia secundum Augustinum, hoc ab homine colitur, quod præ cæteris diligit. Deinde exigit, à discipulis propriam de se confessionem, dicens: *Vos autem*, ab alijs discreti, qui non estis de turba, sed mei discipuli: quibus datum est nosse mysterium regni Dei, qui estis lux mundi: quibus omnia quæcunque audiui à patre meo nota feci, *quẽ me esse dicitis*, quasi diceret: Si alij errant opinione falsa de me: uos tamen nõ debetis errare, qui tandiu mecum fuistis: & meam doctrinam audistis, & miracula tanta uidistis.

Mat. 13.b. Ibidẽ. 5.b. Ioan. 15.b.

Petri respõsio.

Et respondit Petrus: pro omnibus, scilicet pro se, & pro alijs: quia omnes unum sciebant, & idem sentiebant: licet alij apostoli etiam scirent: iste tamen tanquam senior, ac princeps & caput aliorum, fit os totius collegij: ac prę omnibus & pro omnibus respondit, qui omnibus præesse & prodesse debuit. Ex quo patet quòd precipuè ad Petri successorẽ pertinet certificatio dubitationum de fide, & pertinentibus ad eandem.

Papę est decidere de dubijs fidei.

Petrus igitur non à parentibus, sed à patre cœlesti edoctus: Dei filium & hominem uidens, utrunque complexus est: ac ueritatem diuinæ & humanæ naturæ, id est uerum Deum & hominem, in eodem supposito confitetur, dicens: *Tu es Christus filius Dei uiui*: quasi dicat, *tu es Christus*, id est homo secũdum quòd unctus es oleo gratiæ præ participibus tuis: & sic confitetur eius humanitatem, in qua unctus est oleo gratiæ præ alijs: & es filius Dei, naturalis scilicet, & non adoptiuus sicut alij, & per consequens eiusdem naturæ cum Deo patre: & sic confitetur eius diuinitatem: & addit, *uiui*: id est incõmutabilis, & æterni: quia Hebræi consueuerunt uocare Deum uiuum, ad differentiam & distinctionẽ falsorum deorum, qui non uiuunt: quos scilicet gentes, uel de mortuis hominibus, uel de insensibili materia & substantia sibi instituerunt.

Psal. 44.b. *Deus uiuus.* *Bariona.*

Respondens autem Iesus, Petro: & in Petro omnibus, mercedem ueræ cõfessionis, *Dixit ei: Beatus es Simon Bariona*, id est filius Ioanna: Bar enim idem est quod filius: Iona autem ponitur per diminutionem, pro Ioanna, subtracta media syllaba. Vnde Bariona hìc accipitur, ac si filius Ioannis diceretur: & propter hoc etiam Petrus, quandoque Simon Ioannis dicitur.

Chrysosto. ho. 55. in Matthæú.

secundum Chrysostomú, hoc dicit, ut ostendat quoniam ita naturaliter est Christus filius Dei: sicut Petrus filius Ioannæ, eiusdẽ substantię cum eo qui genuit. Beatus inquam es, propter confessionem ueræ fidei, quæ ducit ad beatitudinem, *quia caro & sanguis non reuelauit tibi*: id est nõ parentes tui, uel homo mortalis, aut humana doctrina istam ueritatem, & tantum arcanum fidei te docuerunt, *sed pater meus qui est in cœlis*: & per consequens tota trinitas: quia indiuisa sunt opera trinitatis.

Chrysost. ibidem.

Vbi Chrysostomus: Sermo iste conuenit & ad omnes, ut singulis quibusque dicatur. Beatus es quoniá caro, & sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis. Tu dicis, & uerum dicis: quia ego sum Christus filius Dei uiui. *Et ego*, qui sum ueritas immobilis, *dico tibi*, pro te, & pro socijs tuis, cuius dicere, est facere: *quia tu es Petrus*, à me petra dictus, id est confessor ueræ petræ, qui est Christus, ac fide fortis & doctrina stabilis.

Petri nominatio.

Meritò propter fidei fortitudinem, & fidelem Christi confessionem hoc nomen Petrus accepit, qui in petram Christum credidit. Simon quippe antea uocabatur: sed hoc nomen Petrus à Domino ei impositum est, ut ecclesiam significaret. Quia enim petra Christus, Petrus est populus Christianus. *Et super hanc petram*, quam modo cõfessus es, & quam tu modo in fidei fundamento posuisti, id est super Christum, *ædificabo ecclesiam meam*: Petra enim erat Christus, super quod fundamentum etiam ipse ædificatus est.

1. Cor. 10. a. *1. Cor. 3.*

Huic sententiæ apostolus concordans ait: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est Christus Iesus*. Acsi dicat, non est aliud fundamentum, nisi illa petra, quam Petrus posuit fundamentum, cùm diceret: *tu es Christus filius Dei uiui*. Super hanc enim petram ædificatur tota Dei ecclesia. Item, *super hanc petram*, id est super hanc fidem & confessionem, seu huius fidei & ueritatis firmitatem: tanquam supra fundamentum firmum, *ędificabo ecclesiam meam. Et portę inferi*, quę sunt suggestiones dęmonum, delectationes vitiorum, doctrinæ hereticorum, tormenta ac blandimenta persecutorum: ac praua malorum opera, colloquia, & exẽpla: quę iter perditionis ostendunt, & ad tartara ducunt: *non præualebunt aduersus eam*, scilicet ecclesiam sic firmatam, quia à fide & charitate Christi non separabunt eam. Ex quo patet quòd ecclesia consistit in illis personis in quibus est notitia & vera confessio fidei & ueritatis.

Clauium promissio.

Deinde claues regni cœlorum se Petro daturum Dominus promisit, sed tunc non dedit: quia si statim dedisset: nunquam in Petro prauitas confessionis, de qua statim subditur: uel error negationis, de quo in passione dicitur, locum inuenisset. Sicut autem pro omnibus Apostolis Petrus respondit, ita in eo omnibus claues regni Dominus promisit, dicens. *Et tibi*, qui præ cæteris confessus es, *dabo claues*, id est iudicij potestatem, *regni cœlorum*, id est ecclesiæ pręsentis, quę dicitur regnum cęlorum, quia ad usum potestatis eius dignè ministratum sequitur aditus uel clausio regni cœlorum.

Beda in ca. 8. Marci.

Vnde Beda: Claues autem ei non modo dantur, sed promittuntur: nec dum enim fabricatæ sunt super incudem crucis, nec in eo sanguine temperatæ. Ego quoque earum ministerio cum in actu perfectionis fuerint, adhuc in ardentis passionis fornace, primo latroni & homicidæ aperiam ianuam paradisi: ut & tu in eo exemplo publicanos & meretrices intrare permittas. Tu enim super eos iudicium exercebis, qui confitebuntur culpam, & expectabunt pœnam. Et ideo habebis ordinariam iurisdictionem, & iudiciariam potestatem, ad quod duo requiruntur: authoritas cognoscendi uel arbitrandi de culpa: & potestas absoluendi uel etiam iudicandi: quæ duo sub

sub nomine clauium tibi dabo. Hæc Beda. Claues ergo regni cœlorum ipsam discretionem, qua dignos uel indignos discernat: potentiam qualiter vel soluat. Clauis quippe est potestas quædam spiritualis supernaturaliter à Deo data & infusa, nõ innata & acquisita. Et dicit hìc glosa quòd duæ sunt claues, scilicet sciẽtia discernendi, ac potestas ligandi & soluendi. Vnde sciendum quòd sicut in sole potentia liquefaciendi & indurandi una est in radice, sed duæ in effectibus: sic tantum una est clauis in radice, sed duę in effectibus.

Clauium potestas duplex.

Clauis enim dicitur potestas iudicandi in foro animarum, non corporum: potestas autem iudicãdi ex duobus integratur: ex potestate discernendi in causæ examinatione, & potestate diffiniendi in causæ determinatione per sententiam condemnatoriam uel absolutoriam. Prima potestas dicitur hic scientia, non ut est habitus cognitionis: sed authoritas & potestas discernendi & iudicandi per scientiam præhabitam. Alia dicitur potentia admittendi ad regnum, uel excludendi, secundum uerum iudicium præhabitum: quia debent indigni excludi, & digni recipi.

Bernardus serm. 69. in cantica.

Vnde Bernar. Petrus claues accepit in scientia & potestate sibi data desuper: & hæ claues sunt potestas aperiendi & claudendi: atque inter admittendos & excludendos discretio. Deinde subiungit. *Et quodcunque ligaueris super terram*, id est ipso super terram uiuente, *erit ligatum & in cœlis*, id est cœlestis curia approbabit & confirmabit. Et similiter, *quodcunque solueris super terram, erit solutum et in cœlis*. Hoc est secundum glosam, quemcunque indignum remissione iudicaueris dum uiuit, indignus apud Deum iudicabitur: & quemcunque soluendum iudicaueris dum uiuit, remissionem à Deo consequetur.

Potestas hæc quibus data.

Hæc autem soluendi atque ligandi potestas, non soli Petro sed & cæteris Apostolis data est à Domino: & non tantum Apostolis, uerum etiam in episcopis & presbyteris omni ecclesiæ. Ita tamen quòd potestas authoritatis est in solo Deo, qui aperit per gratiæ infusionẽ: potestas excellentiæ in Christo, qui aperit per passionis meritum: potestas ministerij in prælatis ecclesiæ, qui aperiunt per sacramentorum ministerium. Sed ideo Petrus specialiter claues regni cœlorum, & principatum iudiciariæ potestatis accepit: ut omnes per orbem credentes intelligant: quia quicunque ab unitate fidei uel societate illius quolibet modo semetipsos segregant, tales nec uinculis peccatorum absolui, nec ianuam regni cœlestis ingredi possunt. Et secundum glosam specialiter eam potestatem Dominus Petro concessit, ut ad unitatem nos inuitaret.

Vnus Christi uicarius

Ideo enim eum principem Apostolorum constituit: ut ecclesia unum principaliter Christi haberet vicarium, ad quem diuersa membra ecclesię recurrerent: si fortè inter se dissentirent. Quòd si diuersa capita essent in ecclesia, unitatis uinculum rumperetur. Hic ergo Petrus eligitur ecclesiæ prælatus: sed post cum alijs Apostolis hanc promissam potestatem accepit.

Ioan. 20. *Ioan. ulti.*

Vbi Apostoli episcopi sunt ordinati, quando post resurrectionem Dominus insufflans in eos dixit: Accipite spiritum sanctum, & cętera. Sed pastorem omnium fidelium & Apostolorũ principem, ac suum uicarium in tota ecclesia præfecit cum ei dixit. *Pasce oues meas*. Hæc prædicta episcopi & prælati audiant, de munere gaudeant, de potestate non superbiant. Si enim sic ligauerint ut Petrus, si ita soluerint ut Petrus: quicquid ligauerint ligatũ erit, & quicquid soluerint solutum erit.

Petrus imitandus, & sequendus.

Imitentur ergo illum in discretione & iustitia, quem imitari uolũt in ligandi ac soluendi potestate. Ideo enim hæc soli Petro dicta sunt: ut omnes alij se in illo quasi speculo uideant, sic uiuendo, sic ligando, sic soluendo, & à pace & concordia non recedendo. Non præsumát quicquam contra iustitiam & ueritatem: attendentes uerbum Apostoli dicentis: Non enim possumus aliquid contra ueritatem, sed pro ueritate.

Origenes tractatu 1. in Matth.

Et secundum Origenem: Sit irreprehensibilis qui alterum ligat uel soluit: ut inueniatur dignus ligare uel soluere in cœlo. Quodcunque ergo ligauerint uel soluerint in terra iustè & discretè, ac utraque claue cooperante & non errante: ligatum & solutum erit & in cœlo. Si tamẽ iniustè agit prælatus, sententia etsi ligat quo ad ecclesiam militantem: non tamen quo ad triumphantem. Sed siue iustè siue iniustè proferatur, semper sententia pastoris timenda est: ne fortè culpa quæ non fit ex opere, fiat ex elatione.

Gregorius hom 26. in Euangelia.

Vnde Gregorius: Sub magno moderamine pastores ecclesiæ, uel soluere studeant, uel ligare. Sed utrum iustè uel iniustè obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est. Ne is qui subest: & cùm iniustè forsitan ligatur, ipsam obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo uel absoluere indiscretè timeat, uel ligare. Is autẽ qui sub manu pastoris est, ligari timeat iustè, uel iniustè. Nec pastoris iudicium temere reprehendat: ne & si iniustè ligatus est, ex ipsa tumidæ reprehensionis superbia, culpa quę non erat fiat. Hæc Gregorius.

Vetatio ne cui dicerẽt.

Tunc post confesionem discipulorum de filio Dei, factam in Petro dicente, tu es Christus filius Dei uiui. *Præcepit Iesus discipulis suis*, ut nemini dicerent, & reuelarent, *quòd ipse esset Iesus Christus*: ut secundum quòd ipsi de Christo intellexerant, aliis non prædicarent. Hoc præcepit Christus causa humilitatis, quia de se non magna, sed humilia prædicari uoluit: & causa non impediendæ suæ passionis, quia si prædicaretur, & crederetur Christus, non crucifigeretur: & causa non scandalizandæ suæ congregationis: quia si primò immortalitas, & magna de eo prædicata fuissent: & postea pusilli, & adhuc infirmi in fide eum flagellari, crucifigi, & post multa ignominiosa morte mori uidissent, scãdalizati de eorum prædicatione fuissent. Vnde ista prohibitio fuit ad tempus, scilicet usque post resurrectionem: ne si ante passionem prædicaretur, irritaretur fides in cordibus credẽtium, propter futurum scandalum passionis: sicut patet factum in ipsis Apostolis. Instabat enim tempus passionis, tẽpus ignominię & ostendendę infirmitatis, sed post resurrectionem habita perfecta uictoria mortis, erat tempus prædicandi gloriam suæ maiestatis. Quando enim cessauit causa, scilicet scandalum passionis, cessauit & effectus.

Chrysosto. ho. 55. in Matthæú.

Vnde Chrysostomus. Quia si manifestè esset agnitus filius Dei: nemo ausus fuisset manus in eum iniicere: & neque crucifixus fuisset: neque resurrexisset à mortuis: propterea adhuc infernorum regnum esset in terra, & dominatio diaboli, totum mundum teneret.

Ambrosius in c. 9. Lucæ.

Vnde & Ambrosius: Multis ex causis iubet tacere discipulos: ut fallat principem, ut declinet iactantiam, doceat humilitatem, simul ne rudes & imperfecti adhuc discipuli maioris prædicationis molibus opprimantur. Prohibentur ergo discipuli eum euangelizare Dei filium, ut euangelizẽt postea crucifixum. Hæc est fidei gloria, si uerè intelligas crucem Christi.

Crucis Christi utilitas.

Alię cruces nihil mihi prosunt: sola crux Christi mihi utilis est. Et uerè utilis, per quam mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Si mihi crucifixus est mundus, scio quia mortuus est, & nõ diligo eũ: scio quia præterit, & non concupisco eũ: scio quia corruptela cõsumit hunc mundũ, & quasi fętidũ vito:

Universidad de Deusto Biblioteca

quasi leuem caueo, quasi nociturum relinquo. Hæc Ambrosius. Modum autem alloquendi, & ad ecclesiam ac fidem uocádi, siue Gentiles, siue Iudæos describit hoc loco idem Ambrosius dicens: Cùm aliqui ex gentibus uocantur ad ecclesiam, ita præceptorum seriem formare debemus: ut primò unum Deum authorem mundi omniumque esse doceamus, in quo uiuimus, & sumus, & mouemur: cuius & genus sumus, ut non solum propter munera lucis & uitæ, uerumetiam propter cognitionem quandam generis diligendus à nobis sit. Deinde opinionem illam quæ est de idolis destruamus, eo quòd non possit auri, argentique uel ligni materia, uim in se habere diuinam. Cùm unum Deum esse persuaseris, tunc iudicio eius astrues per Christũ nobis salutem datam: incipiens ab illis quæ gessit in corpore, etiam diuina describẽs: ut plusquam homo uideatur uictam huius uirtute mortem: mortuumq; ab inferis resuscitatum. Paulatim enim fides crescit, ut cùm supra homines fuisse uideatur, Deus esse credatur. Nam nisi probaueris quòd facere illa sine diuina uirtute non potuit: quẽadmodum potes probare in eo uim fuisse diuinam? Tali Athenienses informauit præcepto Apostolus: talis nobis apud Gentiles ordo seruandus est. At uerò cum Iudæos alloquerentur Apostoli, ipsum Christum esse dicebant, qui propheticis nobis esset promissus oraculis: quem nõ prius cum authoritate sua Dei filium nominabant: sed uirum iustum, uirum à mortuis suscitatum. Illum uirum de quo dictum est in prophetis, *filius meus es tu, ego hodie genui te*. Ita ergo, & tu ad ea quæ difficilè creduntur authoritate diuini sermonis addisce: & promissum eius aduentum prophetarum uoce designa: resurrectionem quoque multo antè compertam scripturarũ testimonijs edoceto, non usitatam cum cęteris, ut in ipsa suscitati corporis assertione æternæ testimonium diuinitatis acquiras. Cùm enim cæterorum corpora corruptionẽ probaueris subijsse post mortem hunc utiq; de quo dicitur: *Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem*, cùm probas humanæ fragilitatis expertam: probas humanę conditionis merita supergressum Deo magis, quàm hominibus conferendum. Quia si ad sacramenta fidelium tendens catechumenus imbuendus sit: dicendum, quia unus Deus ex quo omnia, & unus Iesus per quem omnia, non duos Dominos esse dicendos. Perfectum quidem patrem, perfectum esse filium, sed unius patrem & filium esse substantiæ uerbum æterni Dei: non quod profertur, sed quod operatur: ex patre genitum non uoce editum. Hæc Ambrosius. Vt autem Apostoli melius tenerent præceptum Domini, ne ante resurrectionem euangelizarent: simulque ne horrerent mortis periculum, si regni gloriam diligerent, prędixit eis tunc passionem suam, ostendens, *quia oporteret*, id est conueniens esset, secundum ordinationem diuinam, *filium hominis*, scilicet, *eum ire Hierosolymam*, ad operandum salutem in medio terrę: quia pręordinatum erat à Deo patre, quòd ibi compleretur mysterium redemptionis nostræ. Vnde istud oportet opem portat, opes apportat. Oportet inquam non propter sua, sed propter nostra peccata. Et ideo in Psalm. dicitur: *Quæ non rapui, tunc exoluebam*. Et est notabile quòd ipse loquens de sua pasione nominat se filium hominis, non filium Dei: quasi uellet dicere quòd passurus erat, non secũdum naturam diuinam, sed humanam. Modus autẽ nostræ redẽptionis subiungitur cum dicitur, *& multa pati*: factus enĩ fasciculus myrrhæ, id est cumulus

Acto. 17. — *Vocãdorũ Iudæorum modus.* — *Psal. 2.* — *Psal. 15.* — *Catechumeni informandi modus.* — *Oportet. Psal. 68.* — *Fasciculus myrrhę. Canti. 1.*

amaritudinis, quia ex multis passionum generibus compositus est myrrhæ fasciculus. Multa inquam pati: quia comprehendi, colaphizari, conspui, accusari, denudari, flagellari, & reprobari: *à senioribus*, qui debebant habere præeminentiam uitæ: *& scribis*, qui uidebantur habere prærogatiuam scientiæ, *& principibus sacerdotum*, qui habebant excellentiam authoritatis & potentiæ, quia ab istis iudicatus est ad mortem, & præsidi traditus: & occidi in cruce à gentibus, quæ eum crucifixerunt proprijs manibus: & tertia die resurgere, tanquam uirtute propria: non suscitari potestate aliena: quod dixit ne nimis de eius morte tristarentur, & sic spe resurrectionis confortarentur. Ad hoc ignominiam suæ passionis & suæ resurrectionis gloriam prædixit, ut suo exemplo timorem passionis tolleret: & eos ad considerandum suæ resurrectionis gloriã eleuaret. Vbi Hierony. Est autem sensus: Tunc me prædicate, cùm ista passus fuero. Quia non prodest Christum publicè prædicare, & eius vulgare in populis maiestatem, quem post paululum flagellatũ uisuri sunt & crucifixum. *Et assumens eum Petrus*, seorsum, & ducens separatim, ne coram aliis uideretur arguere magistrum: *increpauit eum*, amantis affectu dicens: *Absit à te Domine* sic pati, *non erit tibi hoc*, scilicet quòd intereat filius Dei uiui: quasi diceret: Indecens est quòd tu Dominus maiestatis, tam ignominiose patiaris. Increpauit Petrus Dominum potius quàm cæteri, quia non vult confessionem suam destrui: nec putat filium Dei posse occidi uel mori: uel potius propter feruoris amorem hoc fecit quo præ cæteris ardebat. Et bene assumpsit eum Petrus secretò, relinquens nobis exemplum similiter arguẽdi maiorem: quia inferior non debet in publico arguere superiorem. *Dominus autem conuersus*, id est facie uersa ad Petrum, quem præcedebat, ut sic conuersus eum aspiceret & efficacius argueret: *dixit ei*, arguendo ipsum: *uade post me*, conformitate uoluntatis: & retro non contra me, *Satana*, id est aduersariè & contrariè: quia meæ uoluntati & uiæ salutis communis aduersaris, & contraria loqueris: Satanas enim interpretatur aduersarius, siue contrarius: quasi diceret, non aduerseris mihi: sed applica uoluntatem tuam meæ uoluntati: & noli impedire passionem meam: sed magis sequere, & post me eundo uestigia mea imitare. Vbi Origenes. Beatus autem ad quem conuertitur Christus: etiam si corripiendi causa conuertitur. & subiungit Dominus: *Scandalum es mihi*: id est, das mihi occasionem offensionis, & me offendis, quia in isto facto, *non sapis ea quæ Dei sunt*, dispositionẽ Dei de mea passione considerando, *sed ea quæ hominum*, qui præsentia appetunt humanè pro me zelando, & me affectu humano diligendo. Ergo sapere debemus non humana, sed diuina: non carnalia, sed spiritualia: non terrena, sed cœlestia. Vt dicit Origenes: Omnem discipulum peccantem, scandalum sibi appellat. Petrum autem quem Dominus antè ita magnificauerat, Satanam uocauit, eo quòd propter amorem carnalem quem ad Dominum habebat, dissuasit ei de sua passione, ut non fieret. Maximi nanque ardoris & amoris legimus fuisse Petrum in Dominum saluatorem nostrum. Vt enim legitur in itinerario Clementis: Petrus adeo afficiebatur ad Christi corporalem præsentiam, quam feruentissimè dilexerat, quòd post Christi ascensionem quotiẽscunque dulcissimæ præsentiæ ac societatis & allocutionis Christi, & sanctissimę conuersationis memor erat: totus in lachrymas resol uebatur: ita ut genæ eius adustæ lachrymarum fluxu uideren-

Passionis prędicãdæ causę. — *Hierony. li. 3. c. 16. Mat.* — *Arguendi maioris forma.* — *Satanas.* — *Origenes tractatu 1. in Matth. Scandalũ esse.* — *Origenes ibidem. Petrus Satanas dictus.* — *Clementis itinerariũ.*

uiderentur. Ex zelo igitur Christi uolebat impedire eius passionem: & quia iste zelus erat indiscretus: nã Christi passio erat à Deo pręordinata ad humani generis salutem: ideo duram meruit reprehensionem. Quia ergo affectum non regulauit, ut uellet quod Christus uolebat: & uoluntatem suam non conformauit uoluntati diuinæ cui aduersari uidebatur: meritò reprehenditur & Satanas, id est aduersarius appellatur. Hoc ergo exemplo Domini habeas & tu omnes pro aduersariis, qui pro corporali alleuiatione & consolatione à bono & exercitio spirituali te uellent retrahere. Sicut autem Petrum quem antè probauit hîc increpat: sic nemo ob bona prius facta immunis sit à correptione, propter mala quæ facit. Non est ergo in cruce Domini uerecundandum, sed potius gloriandum: quia est nostræ salutis signum, & bonorum nostrorum principium. Vnde Chrysostomus. Vt coronam ita circũferamus crucem Christi. Etenim omnia quæ secundum nos sunt, per ipsam perficiuntur: & si regenerari oporteat crux accedit: & si pasci mystico illo cibo, & si consecrari, & quocunque aliud facere, ubique symbolum id est signum uictoriæ nobis assistit. Propter hoc & in domo, & in muris, & in ianuis, & in fronte, & in mente cum multo inscribimus id studio: salutis enim quę pro nobis est, hoc est nostrum signum. Quando igitur signaris, excogita omnem conditionem crucis, uel causam: non enim simpliciter digito insigniri eam oportet, sed cum multa fide: & nullus prope te stare poterit immundorũ dæmonum uidens ensem & gladium in quo plagam & pestiferum vulnus accepit: & arma per quæ omnem uirtutem eius Christus soluit.

Gloriandũ in cruce Domini. Chrysostic. ho. 55. in Matthæũ.

ORATIO.

Domine *Iesu Christe, quem beatus Petrus uerum Dei filium est confeßus: te quoque ego indignus toto corde & ore confiteor: quia tu es Christus filius Dei uiui æterni: & rogo te Domine clementißime, da mihi ut opere te confitear, & factis non negando fidelis inueniar: quatenus benedictionem tuam consequar cum Petro, ac firmus in fide & opere permaneam cum ipso. Da etiam mihi rex meus & Deus meus, ut conformitate uoluntatis te sequendo beneplacitum tuum in omnibus perficiam: omni modò ab offensa tua abstineam: & sic usque in finem te largiente perseuerem. Amen.*

De exhortatione ad sequendum Christum, & suæ passionis exemplum. Cap. II.



Postquam Dominus discipulis mysterium suæ passionis secretò prædixit, cõuocat turbam cum eis: & tam ipsos discipulos quàm omnes, ad sui imitationem, & passionis tolerantiam inuitat, quasi diceret: Nolite prohibere passiones, quia oportet sustinere eas omnes saluari uolentes: & ideo hîc ad omnes generaliter loquitur & omnes hortatur: quia imitatio passionis ad omnes pertinet, uel per martyrium, uel per pœnitemtiam. Vnde ait: *Si quis*, quod notat uarietatem, *vult post me uenire*, per affectum interiorem, per imitationem exteriorem, ad patrem superiorem: & bene dicit vult: quia neminem cogit sed consulit, & vnumquemque suo arbitrio relinquit, vt seruitium sit gratius Domino, & præmium sit gratius seruo. Vnde Chrysost. Cùm autem saluator sit pius & benignus: nullum inuitum aut coactum habere vult famulum, sed spontaneos & gratias agentes ei pro famulatu. Et ideo neminẽ cogendo, aut necessitatem imponendo, sed persuadendo & benefaciendo uniuersos uolentes attrahit. Et iterum: Si quis aurum daret, aut thesaurum exponeret, omnes currerent: multomagis ad ea quæ sunt in cœlis. Hæc Chrysosto. Et subdit Dominus: *Abneget semetipsum*, per propriæ voluntatis renunciationem, nõ tantum sua uel suos: sed suum intellectum, suum affectum, suum sensum, *& tollat crucem suam*, per mortificationem corporis sui, per compaßionem proximi: & si necesse fuerit, per sustinentiam martyrij, *& sequatur me*, scilicet me habens lucem in intentione, contra fauorem humanũ: me sequens ducem in operatione, cõtra errorem diabolicum: me expectans mercedem in remuneratione, contra temporale commodum Rectus ordo, ut qui vult sequi dominum primò abneget semetipsum, & sic tollat crucem, ut primò uoluntas eius sit prompta ad omnem miseriam sustinendam. Et notandum quòd primus homo tria perdidit per peccatum: scilicet libertatem, fœlicitatem, & dignitatem: quę tria docet hîc dominus per tria recuperare. Libertatẽ: cùm dicit, abneget semetipsum: fœlicitatem, cùm subdit, & tollat crucem suam: dignitatem, cùm addit, & sequatur me. Vel abneget se in prosperitate, & malum declinando tollat crucem suam in aduersitate, & bonum operando: & sequatur me uitæ conformitate, & in Deum omnia ordinando. In uerbis autem Domini prædictis excluduntur sex genera pœnitentiæ inutilis: & est prima uiolenta, contra quod dicit siquis vult: secunda diminuta, quádo scilicet homo dat sua Deo, & se mundo: contra quod dicit, abneget semetipsum: tertia delicata, quia sic uolunt aliqui facere pœnitentiam, ut nullam sentiant afflictionem: contra quod dicit, tollat crucem: quarta mutuata, quando aliqui gloriantur de pasionibus patrum, uel fratrum suorum, ipsi uerò nihil talium faciunt: contra quod dicit, suam, non alienam. Quinta momentanea, quando aliqui una die abstinent: & aliis diebus delitiis uacant, contra quod dicit, quotidie. Sexta simulata, quę est hypocritarum: contra quod dicit, & sequatur me: non fauorem mundi. *Si quis etiam vult post me uenire*, hoc est, si quis vult attingere perfectionẽ uitæ Christianę: faciat ea quę sequuntur, scilicet, *abneget seipsum & tollat crucem suam, & sequatur me*. Vbi tria exprimuntur, in quibus perfectio uitæ Christianæ consistit. Primum est, sui abnegatio: secundum est, crucis portatio. tertium, uitæ Christi imitatio. Quãtum ad primum sciendum quòd ad sequendum Christum oportet hominem tria abnegare: scilicet, sua: secundũ illud:

Matth. 16, Marci 8. et Lucæ 9. — *Chrysosto. hom. 56. in Matthæũ. Inuitũ nõ vult Dominus.* — *Hominis primi, seu Adę iactura, & amißio triplex.* — *Perfectio uitę Christiana, in tribus.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Luca 14. g. *Luca 14.*

A illud: *Qui non renunciat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*. Et ſuos, ſecundum illud: *ſi quis uenit ad me, & non odit patrem, &c. non poteſt meus eſſe diſcipulus*. Et ſemetipſum ſecundum quod hic dicitur, *abneget ſemetipſum*, ſcilicet uetuſtatem & peccata abiiciendo, & ad meliora mutando: ut deſinat eſſe quod erat, & incipiat eſſe quod non erat: & alter ex altero efficiatur, ac uoluntatem propriam abnegãdo: quod plus eſt, quàm abnegare res ipſas, & abiicere. Vnde Proſper: Quid eis prodeſt ꝙ facultates ſuas abiiciunt

Voluntatis renunciatio.

qui uoluntates proprias non relinquunt? cùm ſit longè pręſtantius uoluntatibus proprijs renunciare, quàm rebus. huiuſmodi ergo abnegatio debet fieri omnibus deſiderijs carnis, & mundi concupiſcentiis perfectè reluctando: & in bonis actibus nullam complacentiam propriam vel humanam captando, ſed ſolum diuinum honorem in omnibus quæ agimus intendendo, ut ſic ueraciter poſſimus dicere cum Chriſto: *non ueni facere meam uoluntatem, ſed eius qui miſit me*.

Ioan. 6. d. *Crucẽ tollere.*

B Quantum ad ſecundum ſciendum quòd crucem tollere tripliciter poteſt intelligi: ſcilicet per carnis mortificationem, per proximi compaſsionem, per martyrii ſuſtinentiam. Vnde Hila. Sequendus eſt dominus cruce aſſumpta etiam paſsionis, & ſi non forte, tamen uoluntate comitandus eſt. ſecundum Maximum epiſc. duo abſtinentiæ & crucis ſunt genera: unum corporale: ſcilicet à delectationibus, & ab aliis quæ decipiunt ſenſus uiriliter reuocare, ac uiolenter abſtrahere & coercere.

Hilarius canone 16. in Matth. Abſtinentia & crucis genera.

C Aliud ſpirituale, quod eſt ſpecioſum & ſublimius, ſcilicet motus animi regere, & perturbationis illius placare. Impetus uitiorum refrenare, & contra ea quotidie litigare, ac rixam quodam modo, cum interiori homine conſerere. Hæc Maximus. Hoc etiam de cruce tollenda poteſt & aliter exponi dupliciter. Vno modo de cruce corporali: & ſic conuenit martyribus, & per hanc crucem intelligitur omne genus martyrij, ſcilicet mortis, & cuiuslibet alterius pœnæ uel periculi pro Chriſto ſuſtinendi animi tentatio & præparatio. Tunc enim, ſecundum Auguſt. crucem noſtram tollimus quando pœnalitates quaſlibet pro Chriſto uoluntariè aſſumimus.

D Alio modo exponitur de martyrio ſpirituali, quod conuenit religioſis, & perfectis: de quo martyrio dicit Apoſtolus: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo*: id eſt, ſecundum glo. Mundi concupiſcentiæ non habent in me dominium, nec mundus iam mihi ſe ingerit, & ego contra eum ſum fortis. Et nota quòd nõ ſine cauſa utrunque dixit, ſcilicet ſibi mundum crucifixum, & ſe mundo. Plerunq; enim contingit ut homo mundum non teneat, ſed tamen mundus eum in ſuis occupationibus aſtringit: & mortuus eſt homo mũdo: & mundus eum quaſi uiuus concupiſcit, dum in alio intentum in ſuis actibus rapere contendit.

Gala. 6. *Crucifigi mũdo &c.*

E Sed ſecundum Grego. nec Paulus à mundo gloriam quęrebat, nec ipſe à mundi gloria quærebatur: ideo & ſe mundo & ſibi mundum eſſe crucifixum gloriabatur. Sunt autem tria in mundo, quæ nobis debent eſſe crucifixa, & nos eis: Quia ut dicit Ioannes: *Omne quod eſt in mundo: aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia uitæ*. Horum trium crucifixio fit per tria uota religioſorum, qui uerè martyres ſunt ſpirituales. Primum ergo martyrium conſiſtit in temporalium uoluntaria relictione. Secũdum in concupiſcentiæ carnis reluctatione: & quãto fortior fit iſta pugna, tanto glorioſior uictoria martyrii. Tertium in propriæ uoluntatis abdicatione: quia ſecundũ Grego. per obedientiam mactatur uoluntas propria, &

Gregorius lib. 5. moraliũ c. 2. Crucifigenda in mũdo tria ſũt 1. Ioan. 2. *Gregorius in ca. 15. 1 Reg.*

A per uictimam caro aliena: & ideo obedientia dicitur melior quàm uictima. Quantum ad tertium de uitæ Chriſti imitatione: ſciendum quòd Chriſtum ſequi nihil aliud eſt quàm eius ueſtigia imitari, & eius uitæ conformari. Ipſum autem imitari debemus triplici uia, qua nos præceſſit: uidelicet paupertatis, humilitatis, & aſperitatis. Chriſtus enim in ſuo ingreſſu nobis reliquit exemplum ſynceriſſimæ paupertatis, in progreſſu exemplum profundiſsimę humilitatis, ſed in egreſſu exemplum acerbiſsimæ pęnalitatis: & quia in his tribus debemus Chriſti ueſtigia ſequi, ideo ad iugem eorum memoriam nos inuitat, dicens: Recordare paupertatis meæ, quantum ad primum: & tranſgreſsionis meæ, id eſt profundiſsimæ humilitatis,

Imitatio Chriſti in triplici uia. *Threno 3.*

B quantum ad ſecundũ: & abſenthii & fellis, id eſt amariſsimę paſsionis, quantum ad tertium. Et nota quòd omnia in quibus deuoti ſectatores perfectionis euãgelicæ Chriſtum debent imitari, & eius ſimilitudini conformari, poſſunt & hoc modo ad tria reduci: ſcilicet ſecundum tria bona quæ à Deo recepimus: ut ſunt res exteriores, corpus proprium, & ipſa anima: quæ omnia oportet relinqui propter Deum, ſi uolumus ipſius Chriſti eſſe perfecti imitatores. Perfectus enim Chriſti imitator, primò debet relinquere mundum, & omnes res temporales: & etiã cum hoc omnium terrenorum occupationem & ſollicitudinem penitus debet poſtponere.

Tria in quibus imitemur Chriſtum. Triplicia bona.

C Hoc autem fit per uoluntariam paupertatem, quam Chriſtus altiſsimè ſeruauit: quia in tota uita ſua pauperrimus fuit. Secũdò debet relinquere corpus, quod quidem relinquitur tribus modis: Primò, per carnis macerationem: per quã corpus uigiliis, ieiunijs, & orationibus atteritur, ne caro laſciuiat, & contra ſpiritum ſe erigere pertinaciter non præſumat. Secundò, per temporalis commodi abiectionem: quia qui nimis delicatè nutrit ſeruũ, ſcilicet corpus ſuum, poſtea inuenit eum contumacem: & ideo debet ſemper in rigore teneri, ut magis ſubiiciatur ſpiritui. Tertiò, per pœnalitatum uoluntariam perpeſsionem, ſicut Apoſtoli & martyres, qui pro Chriſto uolũtariè ſunt paſſi. Et omnia iſta Chriſtus fecit: & ſeipſum in exemplum dedit.

D Quartò, debet relinquere animam ſuam, per propriæ uoluntatis abdicationem: ut uoluntatem ſuam diuinæ uoluntati conformet: quòd nihil aliud uelit, niſi ſolum illud quod diuinæ uoluntati beneplacitum fuerit: hoc enĩ fecit ipſe Chriſtus, qui dixit: *Non ueni facere uoluntatẽ meam: ſed uoluntatem eius qui miſit me*. Vnde ad uoluntatem diuinam ita habeas regulam & menſuram omnium actionum tuarum, ſic quòd in omnibus actionibus & deſiderijs tuis, nihil concupiſcas, niſi quòd honor Dei in te amplietur, & in omnibus alijs creaturis.

Ioan. 5.

E Sed eſt ſciendum, quòd nullus poteſt uiuere uita Chriſti, niſi etiam moriatur morte Chriſti: ideo ſicut Chriſtus per hoc quòd ex nimia charitate ſe aſſumptioni noſtræ carnis inclinauit, ſeipſum exinaniuit: & per conſequens claritati diuinæ qua patri conſubſtãtialis exiſtit, quodammodo mori uoluit: ita quilibet ad iſtam perfectionem tendens debet per uerã humilitatem & plenarium contemptum ſui mori ſibijpſi, ſeipſum uſque ad nihil deijciendo, & ſeipſum nihil reputando, ut uiuere poſſit ſoli Deo Homo enĩ ad perfectionẽ tendens debet ſeipſum, hoc eſt quod uidetur habere à ſeipſo, nihil reputare: quod autem habet à Deo, puta dona Dei, quibus conformatur uitæ Chriſti, debet ſummè reputare: & cum ſumma diligentia cuſtodire, ut uerè poſſit dicere cum Apoſtolo: *viuo autem iam non ego, uiuit uerò in me Chriſtus*. Vnde

Viuere uita Chriſti. Mori pro Chriſto. *Coloſ. 3.*

de

Coloſ. 3.

A de de talibus mẽtibus perfectis ſic mortuis ſibiipſis, dicit Apoſtolus: *Mortui eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo*. Signanter autem dicit, & uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo: quia uita illa qua mens per amorem continuum & beatificum perfectè unitur Deo in patria, illa eſt in præſenti abſcondita: quia propter neceſſitatem mortalis uitæ talis amor continuus, & non interruptus in præſenti uita haberi non poteſt. Sed hoc euidenter apparebit in uita beata, ubi obiecto beatifico cõtinuè fruemur: & in ſolo Deo iugiter delectabimur, propter quòd bene ſubditur: Cùm autem Chriſtus apparuerit uita ueſtra: tunc & uos cum ipſo apparebitis in gloria.

Mors ſpiritualis perficitur gradibus.

B Eſt autem ſciendum quòd mors iſta ſpiritualis, qua homo per contemptum ſui moritur ſibi, quibuſdam gradibus perficitur. Primus eſt, quòd homo per humilitatem reputet ſe omnibus viliorẽ. Secundus eſt, quòd hoc uerbis proprijs fateatur. Tertius eſt, quòd etiam ab aliis dici æquanimiter patiatur. Quartus eſt, quòd homo æquanimiter ferat cùm ab alijs contemptibiliter tractatur. Quintus eſt, quòd homo non ſolum nõ doleat: ſed etiam diligat, quòd ab alijs contemnatur. Et omnes iſti gradus propriæ deſpectionis perfectè relucebant in Chriſto. Sequamur ergo & imitemur non diabolum ut ambitioſi & ſuperbi: non mundũ, ut cupidi & auari: non carnalem appetitum, ut uoluptuoſi & lubrici: ſed Dominum Ieſum Chriſtũ.

C Qui enim Deum non ſequitur: ei quidem neque ſe abnegare, neque crucem tollere prodeſt. Vis ſequi Chriſtum? Sis Deo obediens, & proximum diligens: ac propter Deum omnia ſuſtineas & facias: & malum declinando circa uirtutes inſiſtas: hac enim uia Chriſtus incedit: per hãc ergo uiam ambula ſi uis eum ſequi in uita præſenti, & cum eo gaudere in patria. Sed heu pauci hodie Dominum ſequi uolunt: & tamen multi ad eum peruenire cupiunt. Vnde Bernard. O quàm pauci poſt te uolunt ire Domine: cùm tamen peruenire ad te nemo eſt qui nolit: conregnare cupiunt, ſed non compati: non curãt quærere, quem tamen deſiderant inuenire: cupiunt te cõſequi, ſed nolũt ſequi: optãt extrema iuſtorũ, non curãtes principia eorũ.

Bernardus ſermo. 21. in cantica. Sequentiũ Chriſtum paucitas.

D Et quia Dominus monuit ad ſuſtinendum, pro cõfeſsione fidei, martyriũ: cõſequenter tollit huius cõfeſsionis triplex impedimentum. Et primò primũ, quod eſt nimius amor ſuiipſius, dicẽs: *Qui enĩ uoluerit animam*, id eſt animalitatem, *ſuam*, ſcilicet uitã præſentem alimonijs indigentem, *ſaluam facere*, id eſt in præſenti cuſtodire: martyrium declinando, uel corpus in pœnitentia non macerando: hoc eſt potius ſaluare tempore perſecutionis quàm me confiteri ſcilicet eligẽs potius Deum offendere, quàm pro eo mori: uel tempore pacis declinatè ſeruare, potius quàm per pœnitentiam affligere: *perdet eam*, in futuro, ſcilicet uitam uel animam: & pro uita momẽtanea incurret mortem æternam.

Anima perdenda.

E Vnde fugiendo mortem, incurret mortem: & ſeruando uitam, amittit uitam. *Qui autem perdit animam ſuam*, id eſt animalem & pręſentem uitam perditioni & morti, ſi neceſſe eſt, exponendo: eligens potius pro Deo mori, quàm eum offendere, uel per pœnitentiam ſe affligendo, eligens potius ſic Deum placare, quàm ſe delicatè fouendo ipſum magis irritare: & hoc non propter mundi uanitatem, uel erroris defenſionem, aut deſperationem: ſed propter me, id eſt antequam contra mea faciat mandata, *inueniet eam*, in futura gloria, & pro uita mortali inueniet æternam. Iſtud dictum Domini de anima & uita ſaluanda, & perdenda, ſimile eſt ſecumdum Gregoriũ

Gregorius hom. 32. in Euangelia.

A acſi diceretur agricolæ: frumentum ſi ſeruas, perdis: ſi ſeminas, renouas. Igitur, ut dicit Caſ. Væ carni, quę hîc ſuperata non fuerit: nam quæ in hac conuerſatione uincitur, illic ſine dubio coronatur. Vnde Bernad. Qui uoluerit animam ſuam ſaluam facere perdet eã. Et quidẽ prudẽtius eã perdis ut cuſtodias, quàm cuſtodis ut perdas: quid hîc uos dicitis obſeruatores ciborum, morũ neglectores? Hippocrates & ſequaces eius docent animas ſaluas facere in hoc mũdo: Chriſtus & eius diſcipuli perdere. Quẽ nam uos ex duobus ſequi, magiſtrũ aut ſeruũ eligitis? Epicurus atq; Hippocrates, corporis alter uoluptatem, alter boná habitudinem præfert: meus magiſter utriuſque rei contemptum prædicat.

Bernardus ſermo. 30. in cantica.

B Quid enim tibi aliud ſonuit cum clamatum eſt: qui amat animam ſuam, perdet eam? Perdet autem dixit: ſiue ponendo ut martyr, ſiue affligendo, ut pœnitens. Quanquam martyrij genus ſit, ſpiritu facta carnis mortificare, illo nimirum quo membra cæduntur ferro: horrore quidẽ mitius, ſed diuturnitate moleſtius. Hæc Bernard. Deinde tollit ſecundum impedimentum quod eſt nimia cupiditas lucri & deſiderij terreni, dicens: *Quid enim prodeſt homini, ſi uniuerſum mundum lucretur*: de quo nihil ſecum moriens portare poterit niſi peccatum: imò quãto plus acquiſiuit de mundo, tanto plus acquiſiuit de inferno. Vnde in Apocalypſi dicitur: Quantum glorificauit ſe, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum:

Lucri terreni deteſtatio. *Apoc. 18.*

C *animæ uerò ſuæ detrimentum patiatur*: ſcilicet amittendo gloriam, incurrendo pœnam æternam, & perdendo humanam ſubſtantiam: quaſi diceret, nihil proficit, imò per talia multum perdit: ſcilicet id quod eſt immortale & diuinum in eo: & ideo anima cum ſit immortalis, præponenda eſt omnibus corruptibilibus & tranſitorijs: nam anima rationalis imagine trinitatis inſignita, precioſior eſt cunctis terrenis. & ideo ſtultus eſt qui plus pecuniam quàm ſeipſum diligit: quod facit qui propter illam tormentis æternis ſe exponit. Vnde nimis ſtultus eſt auarus, imo peior quàm diabolus: quia auarus plus diligit nummũ, quàm animã ſuã uel aliorum: ſed diabolus plus diligit unam animã, quàm totum mundũ.

Auarus peior eſt diabolo. Matth. 4.

D Quapropter dixit Chriſto præſumens decipere eum, ſi cadens adoraueris me, dabo tibi mundum iſtum. Et ideo vt dicit Origenes, Duobus propoſitis, magis eſt eligendum ut mundum perdamus, & lucremur animas noſtras. Vnde & Ambroſius: Valde timendum eſt ne propter auaritiam pecuniæ, uel propter amorẽ carnalis uitæ ſalutem animarũ quærere negligamus: quia nihil prodeſt lucrificare temporalia, ſi perdantur æterna. Et dat Chryſo. exemplum: Si egens in ultimis malis poſitus uideres ſeruos in laſciuia agere, quod lucrum æſtimares te eorum Dominũ eſſe? ſic quid lucratur anima tua miſera carne laſciuiẽte, ſi futuram damnationem expectat?

Origenes tracta. 2. in Matthaũ. *Chryſoſto. hom. 56 in Matthaũ.*

E Sed magna heu hodie cæcitas & amentia in hominibus reperitur. quia ſecundum Augu. Si quis argentum auro præponit, dementiſsimus iudicatur: ſi uerò aurum Deo præponit à nullo reprehenditur. Exponit etiam prædictum Domini verbum de illis qui animas aliorum lucrari uolunt, & ſuas negligunt. Vnde Chryſo. Si alterius ſollicitus contemnans te, ſimilis es eis qui metalla fodiunt & necantur. Et quia poſſet aliquis dicere: & ſi animam perdam, tamen ex multis quæ lucrabor eam redimã: quod falſum eſt. Vnde dicit: *Aut quam commutationem*, id eſt redemptionem, *dabit homo pro anima ſua*, ſcilicet damnata: quaſi diceret: ſi pro ea totus mundus daretur, non per hoc liberaretur. Et ideo

Chryſoſto. ibidem.

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Animæ perditio irrecuperabilis.

non potest comparari lucrum mundi ad detrimentum animæ, per quod homo perdit eam & uitã æternam. Nam perditis diuitijs, possunt per alias diuitias compensari: & si mors infligitur, potest compensari per uitam immortalẽ, quæ in resurrectione expectatur: sed si anima per culpam perdatur, non expectas in alia anima recompensari: quia non poteris aliam animã, sed neque aliquid aliud, quasi commutationẽ pro ea dare, ut liberes eam de æterna morte. Deus autem pro animabus hominum dedit commutationem, sanguinem filij sui pretiosum. Perdenda est igitur anima & uita presens in hoc seculo propter dominum, non saluanda propter lucrum & desiderium terrenum. Quapropter, ut ait Augustinus. Voluntariè nunc pro Christo postponamus quandoque dimittenda, ne (quod absit) pro trãsitorijs amittamus æterna. Si enim tibi diceretur: sis toto hoc mense diues & potens, & fac quicquid uelis: utere carnis uoluptatibus sicut placet: ea tamen conditione, ut oculi tui postea eruantur, omne solatium tollatur: toto tempore uitæ tuæ in fame & siti, in omni cruciatu & omni miseria uiuas: nunquid illud tale bonum hoc tenore susciperes? Et quidem tota hæc uita nec mensis est, nec unius Diei uel horæ spaciũ, ad illius æternæ infœlicitatis comparationem, cuius miseriæ neque finis est, neque pœna similis inuenitur. Vnde Isidorus. Si haberes sapientiam Salomonis, si pulchritudinem Absolonis, si fortitudinẽ Sampsonis, si longitudinẽ Enoch, si diuitias Crœsi, si potestatem Thebo inam: quid prodesset tibi si tandem caro daretur uermibus, anima dæmonibus, cum diuite crucianda sine fine? quasi diceret, nihil. Duo quippe sunt tempora ecclesiæ: unum persecutionis, & tunc anteq̃ Deũ negemus ponenda est anima, & præsens uita. Aliud pacis, & tũc frangenda sunt desideria terrena & lucra cõtenenda. Nulla ergo mũdi aduersitas animã tuã frangat, nulla prosperitas alliciat, nulla fallacia seducat ãpceptis & mãdatis Dei, & à charitate quę est in Christo domino nostro. Omnibus modis & in omnibus debemus semper beneplacitum Dei facere, & ab offensa eius abstinere. Deinde tollit tertium impedimentum ad confitendũ fidem Christi, quod est pudor seculi. Nam secundũ Gregoriũm. Sæpe ex humana uerecundia præpedimur vt rectitudinem quam seruamus in mente, nondum exprimere ualeamus in uoce: & tanto Dei faciẽ ad iustitiæ defensionem negligimus, quanto humanas facies contra iustitiam ueremur. Et secundum eundem sunt qui dicunt: Nos non erubescimus Deũ confiteri, sed ad professionem fidei non sufficit uox professionis Christiani: dum uerentur à proximis despici, dum dedignantur iniurias tolerare, dum erubescunt si iurgium contigerit, priores satisfacere.

Pœna ęterna. Animę perditio maxima.

Tempora duo sunt ac elesit.

Pudor seculi amouendus. Gregorius hom. 32. in Euangelia.

Hoc ergo impedimentum tertium tollit. Primò, ex fructu. Secundò, ex pœna: quia Christus confitentes confitebitur & recognoscet: & erubescentes erubescet: id est, non cognoscet eos de suis in secundo suo aduentu & iudicio cum uenerit in maiestate sua, scilicet humana: id est, in forma humana glorificata: & patris, id est maiestate diuina, quæ sibi & patri est communis, quam tamen habet à patre suo: & sanctorum Angelorum, qui apparebunt cum eo: Tunc enim erubescent infideles, ignorabit fatuas uirgines, obiurgabit misericordes. Vnde patet quòd non solum iudicabit filius in forma deitatis: sed etiam pater, & filius, & spiritus sanctus, quorum est una matestas: in forma tamen uisibili solus filius apparebit, ut ex hoc solus filius hominis iudicare dicatur. Indiuise itaque iudicant pater & filius: nec non & spiritus sanctus. Verũ quia potentia sapientiæ cedit in discretione iudicij, ubi æquitas magis est examinanda: & considerandũ quid cuique debeatur pro meritis: quanuis & potentia sit exercenda, nec bonitas subtrahenda: ideo specialiter discrimen iudicij attribuitur sapientiæ, quia iudicium est per sapiẽtiam diuinam: sapientia autem tota communicatur filio, & ideo etiam solus filius dicitur iudicare. Tempore ergo persecutionis nõ erubescat Christianus fidelis pro Christo affligi: & si opus fuerit morte affici, ac substantijs nudari, & honoribus deiici. Tempore uerò pacis cùm uitia maximè subrepunt, carnem refrenet ne lasciuiat, & pro Christo nõ uereatur à proximis despici, iniurias uerborũ pati, prior proximo satisfacere ut ueraciter probetur sequi humilitatem capitis sui, & ipsum confitẽs mereatur ab eo recognosci. Et ne abnegandum se, & tollendum crucẽ auditores terreantur ideo tristibus læta subiungit dicens: *Filius enim hominis*, id est uirginis, qui ita se uocat propter sui humilitatem, propter carnes ueritatem, propter matris puritatem, siue integritatem, *uenturus est*, ad iudicandum orbem, *in gloria patris sui cum angelis suis*, in forma gloriosa iudicabit. Qui prius uenit humilis: uenturus est per manifestationem gloriæ & uirtutis. *Et tunc reddet*, sine temporis dilatione: *unicuique*, sine personarum acceptione: ubi non personæ, sed opera considerantur. Vnde sequitur, *secũdũ opera sua*: sine diminutione: iustis quidem præmium, scilicet gloriam animæ & corporis: alijs autem supplicium, scilicet pœnam utriusq; Hic est locus merendi & liberandi animam: ibi mittendi & recipiendi, secundum merita. Ambula hic dum lucem habes, ne ibi tenebræ te comprehẽdant. Suscipe hic mortem, ut ibi suscipias uitam immortalem. Noli timere, quia tristibus læta succedunt. Times mortẽ, audi gloriam triumphantis: uereris crucem, ausculta angelorum ministeria. Attende & hic uerbum Bernardi, qui dicit: uis scire quæ debeas Iesu Christo? Debes ei uitam tuam: quia ipse uitam suam posuit pro tua. Et quia rudes erant apostoli, ne eum sic uenturũ dubitarent, & fatigati expectatione deficerẽt: promittitur in præsenti consolatio, ut citius credant de futuro. Vnde bonus magister ne discipuli desperatione frangantur, aut tædio, subiungit eos consolando. *Amen dico uobis*, ut securi de hoc sitis: *sunt quidam de hic stantibus*, discipulis, *qui non gustabunt mortem*, temporalem, quæ est quidã gustus respectu mortis æternæ: uel gustus dicitur, quantum ad bonos, qui nõ permanent in morte: *donec uideant*, oculis corporalibus, *filium hominis uenientem in regno suo* id est in ea claritate regni, quam habebit cum ad iudicandum ueniet: ut qualis est uenturus postea, præsenti quoque tempore demonstretur & appareat: hoc est donec uideãt similitudinem gloriæ quam corpora electorum, qui eum nunc cõfitentur habebunt in ecclesia triumphãte. ut per hoc speretur æterna futura in re. Vnde secũdum glosam, in corpore mortali ostendit eis non immortalitatem, sed claritatem futuræ immortalitati similem: & ita sensus est, donec uideant regnum Dei: id est, imaginationẽ gloriæ regni Dei. Cum Christo hic stantes sunt in statu gratiæ, qui pro ipso patienter passiones sustinẽt: & isti mortem culpæ uel gehennæ non gustant, sed cum ipso ad gloriam æternam transeunt. Hãc piam promissionem eis fecit, ut per uisam gloriam futuræ resurrectionis, & contemplationem gaudij manentis, ad aduersa transeuntis seculi fortius ferenda animaret. Visionem autem promissam distulit,

Bernardus ser. de quadruplici de bito.

Gustatio mortis.

Stantes in Christo.

lit, ut eam uehementius desiderarent, & desideratam magis acceptarent, & gratam haberent.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, da mihi ut meipsum sic abnegem quòd in prosperitate & in omnibus quæ temporaliter delectant à malo declinem, & nihil nisi honorem tuum quæram: meaq; uoluntati renuncians, tibi & propter te omni creaturæ obediam. Da etiam mihi, ut tollam crucem meam afflictiones & pœnalitates per me uoluntariè assumendo, & ab aliis illatas patienter sustinendo, ac proximis in necessitatibus compatiendo, & in omni aduersitate bonum facere non desistendo. Da etiam mihi, ut te sequar uestigia tua imitando, & tuæ uitæ me conformando post te ueniam ad supernam patriam pertingendo. Amen.*

De transfiguratione Domini. Cap. III.



Matth. 17. Luca 9. & Mar. 9.

DEINDE quod iam suprà promisit, solut cùm dicitur: *Et post dies sex*, secundũ Matthæum, nõ numerando extremos, uel *die octaua* secundum Lucam, numerando diem primum quo promisit, & ultimum quo soluit: *assumpsit Iesus secum Petrum & Iacobum, & Ioannem, & duxit illos seorsum in montem ualde excelsum*, scilicet Thabor: quarto miliario à Nazareth contra Orientem, ut ibidem oraret. Matthæus & Marcus ponunt tantum dies medios, sed Lucas etiam extremos. Illi sex, quia post sextam mundi ętatem animę sanctorum in beata expectatione requiescent. Lucas octo, quiã in octaua resurrectionis corpora sanctorum in gloriam immortalitatis resurgent. Hic ergo post sex ætates quiescendum esse ab omni labore: & ibi octauo tempore resurgendum designat. Vnde secũdum Hieronymum & glosam, hoc bene mysterio conuenit: nam sicut Christus post sextam sabbati, qua crucem ascendit: & post septimam sabbati, qua in sepulchro quieuit, octaua die resurrexit: sic & nos post sex mundi ætates, quibus pro Domino patimur & laboramus, & post septimam quietis animarum, quę interim in alia uita geritur, octaua ætate resurgemus. Transfiguratio ergo fuit in octaua die, quia facta est ad ostendendum discipulis suis gloriam resurrectionis futuræ, quæ erit in octaua mundi ætate, & propter hoc figurata est hic per octauam diem. Assumpsit autem secum tres tantum, ut in ore trium staret testimonium. Item in signum quòd qui nunc fidem trinitatis firmiter seruabunt: tunc in æterna uisione gaudebunt. Istos autem tres, scilicet Petrum, Iacobum, & Ioannem, specialiter assumpsit: quia istos familiariter diligebat. Hoc autem fecit ad designandũ quòd quicunque uult gloriam Dei uidere, oportet quòd fidem agnoscat, sicut Petrus: quòd uitia supplãtet, sicut Iacobus: quòd ad bene operandum gratiam habeat, sicut Ioannes: quia omne meritum consistit in credendo uerum, in declinando malum, in faciendo bonum. Item ad commendationem omnium statuum ecclesiæ: nam per Petrum significantur coniugati, uel etiam prælati: per Iacobum, pœnitentes uel actiui: per Ioannem, uirgines uel theorici. Et pulchrè ostensurus discipulus resurrectionis gloriam, seorsum eos duxit, ut intelligamus quia si eiusdem resurrectionis participes esse cupimus, à turbis malignorum hominum, & tumultibus seculi diuisi esse debemus. Pulchrè etiam eos in montem excelsum duxit, & non uallem: ut discamus gloriam non in profundo huius seculi, sed in regno supernæ beatitudinis esse quærendam: & quòd ad illam gloriam futurę resurrectionis peruenire, & in decore suo Christum uidere merebimur: si ima & terrena deserentes: ac sublimia & cœlestia desiderantes, mente in cœlestibus habitemus. Necesse est enim omnibus qui Deũ contemplari desiderant: ut non in infimis uoluptatibus iaceant, sed semper ad cœlestia se erigant. Ascendit autem in montem, ut oraret: innuens oraturos in monte uirtutum ascendere, & sursum non in imis corda habere: ac continuis precibus insistere. Et bene mons iste dictus est Thabor, quod accessio lucis interpretatur, quia omne quod manifestatur, in lumine manifestatur. Effectus autem orationis ostendit, propter quid orauit, scilicet propter gloriam futuræ resurrectionis manifestandam Apostolis. Dum enim oraret transfiguratus est coram eis. Non dicit transfiguratus se, ut notetur actio fieri ex potentia trinitatis, sed in natura humanitatis. *Et bene dum oraret facta est altera species uultus eius*, feruor ut. & deuotio orationis, dispositio est ad transfigurationem, & extasim mentis. Vnde Petrus dum oraret factus est in extasi mentis. Conspice bene ista, & te præsentem exhibe, quia magnifica sunt ualde. *Resplenduit enim facies eius sicut sol*, imò pluspuam sol, sed nihil habet clarius cui comparetur, *uestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix*: & sic perfusa lumine, ut alba extrà apparerent. secundum Augustinum. Candor uestium procedebat à facie splendore: & ista fuit uera mutatio in facie, sed non in ueste. Non substantiam ueræ carnis amisit, nec corporis ueritatem subtraxit: sed splendorem addidit. Vnde Lucas dicit, quòd *facta est species uultus eius altera*, non alia. In carne ergo mortali immortalitatis & resurrectionis suæ uel nostræ gloriam: non in se, sed in seculi claritate sicut uoluit ostendit, ut illius gloriæ quam prædicabat certiores non redderet. Ecce quantum pignus beatitudinis nostræ habemus: non enim erat aliud transfiguratio, nisi secundi aduentus prænunciatio: in quo & ipse Christus & sancti eius lucebunt sole clarius: unde non assumpsit claritatis dotem, sed dotis similitudinem. Nam ut Leo papa ait Illam ipsius deitatis inefabilem & inaccessibilem uisionem, quæ in æternam uitam mundis corde seruatur, nullo modo adhuc mortali carne circundati intueri poterant & uidere. Splendor autem faciei significat claritatem diuinitatis: fulgor uerò uestium, claritatem humanitatis eius.

Hieronym. in c. 17. Matt.

Transfiguratio dominica temporis. Assumptio trium tantũ.

Cur seorsum duxerit discipulos.

Cur in mõtẽ duxerit discipulos.

Thabor.

Acto. 10. Candor uestium.

Augustin. lib. 3. de mirabilibus sacræ scripturę c. 10.

Transfiguratio dominica nostram auget nostrã.

Leo Papa ser. de trãsfiguratione dominj.

Splẽdor faciei Christi.

Item

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item claritas faciei repreſentat futuram claritatem capitis Chriſti: fulgor autem veſtium, deſignat futuram claritatem membrorum eius, ſcilicet ſanctorum qui ſuperabuntur à claritate Chriſti, ſicut candor niuis ſuperatur à fulgore ſolis. Candor ergo ſignificat gloriam futuræ reſurrectionis, propter quod Angelus dominicæ reſurrectionis nuncius, in veſte candida apparuit. Et ſecundum Bedam: Veſtitus Domini ſanctorum illius chorus accipitur, qui in terris deſpectus uidebatur. Moraliter circa transfigurationem Dominus tria fecit, quia diſcipulos aſſumpſit, montem aſcendit, orationem præmiſit, ad ſignificandum quòd ad gloriam non peruenitur, niſi per uirtutis ſocietatem, per uitæ altitudinem, per orationis deuotionem. Fœlix ergo qui talem comitatum aſſumpſit.

Beda in ca. 9. Luce. Moraliter.

Petrus. Cognitio triplex..

Petrum, ſcilicet qui interpretatur agnoſcens, ut ſit in eo cognitio: quæ debet eſſe triplex, ſcilicet Dei, ſui, & proximi. Cognitio Dei, generat dilectionem, & cauet deſperationem, cognitio ſui generat humilitatẽ, & cauet præſumptionem: cognitio proximi, generat compaſſionem & cauet crudelitatem. Et ſicut ſuam fragilitatem, ſic & mundi vanitatem agnoſcat, & agni tam cõtemnat. Iacobum qui interpretatur luctator, vel ſupplantator: vt ſit in eo lucta & ſupplãtatio, quæ etiam debet eſſe triplex: ſcilicet carnis, mundi, & diaboli: ut contra concupiſcentias carnis & mundi, ac inſtigationes diaboli fortiter luctetur, & eas deuicta ſub planta proſternat: non enim coronabitur niſi qui legitimè certauerit. In ſignũ huius Iacob poſt luctam accepit benedictionem. Ioannem qui interpretatur gratia, ut in eo ſit gratia, quæ ſimiliter debet eſſe triplex, ſ. incipiens, proficiens, & perueniens. Vnde Apoſtolus: *Gratia Dei ſum id quod ſum*, quantum ad primam: & gratia eius in me uacua non fuit, quantum ad ſecundam; ſed illis omnibus abũdantius laboraui: non autem ego ſolus, ſed gratia Dei mecũ: quantum ad tertiam. Ioannes etiam priuilegio ſingularis amoris Dei dotatus fuit: ſic bonum diuinum ſit per omnia diligat & in omnibus tranſitoriis nihil niſi amorem diuinum concupiſcat. Item Petrus alio nomine dictus Simon, qui interpretatur obediens, ſignificat obedientiam. Ioannes: in quo gratia, ſignificat munditiam. Iacobus qui luctator, uel ſupplantans, ſignificat paupertatem uoluntariam: & iſta tria faciũt uidere claritatem diuinam, ſicut iſti uiderunt transfigurationem. Fœlix qui talem montem, id eſt eminentiam uitæ aſcendit: in quo ſunt tres gradus, ſcilicet abiectio ſui, mortificatio carnis, contemptus mundanę proſperitatis: de quibus ſuprà proximo capitulo: *ſi quis vult poſt me uenire abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*. Fœlix qui ſic orationi inſiſtit piè, fideliter, & perſeueranter: donec appareat gloria in facie clerici, qui transfigurantur in ſolem dũ lucent, per ſcientiam: ardent, per charitatem: illuminant, per exemplum & doctrinam: in veſtimentis laici: quibus ſufficit albedo niuis per munditiam mentis, carnis, & operis. *Et apparuerunt illis Moyſes*, iam mortuus, ſecundum animam in corpore aſſumpto, uel ſibi adaptato, ſicut quando apparent Angeli in corporibus aſſumptis: *& Helias*, adhuc uiuus in anima & corpore proprio, allatus de paradiſo. Apparuerunt cum Chriſto iſti duo potius quàm alij: alter mortuus, alter adhuc uiuus: in ſignum quòd uiuentium & mortuorum, ſeu uitæ & mortis ſit Dominus. Et quòd iuſti tam mortui, qui per Moyſen: quàm uiui, qui per Heliam: qui tempore iudicij uel uiui in carne reperiendi, uel à morte reſuſcitandi ſunt: regna

Ioannes. Gratia triplex.

1. Cor. 15.

Petrus. Ioannes. Iacobus. Mõtus aſcẽſio.

Ioan. 16.

Apparitio Moyſi & Helie, & eius cauſe.

A turi ſunt in gloria cum illo. Item ut oſtendant ipſum eſſe, quem legis & prophetarum ſcripta prædixerũt & promiſerunt: & ut hinc appareat quòd lex & prophetæ à doctrina Chriſti non diſcordant: & quòd finis legis & prophetarum in ſuo ſermone, Chriſtus erat & eius gloria, propter quam uenerant: & ut ipſe oſtenderet ſe eſſe ſupra legem, quam Moyſes legiſlator dedit: & ſupra prophetas, inter quos Helias præcator præcipuus fuit. Per Moyſen quidem ſignificatur lex: per Heliam prophetæ: & per Dominum Euangelium. Apparuit ergo Dominus medius inter Moyſen & Heliam, tanquam ipſe & Euangelium haberent à lege & prophetis teſtimonium. Item unus mortuus, & alter uiuus apparuit: ut ſignificent Chriſtum moriturũ, & iterum uicturum: uel ut nos mortui ſimus mundo, uiui autem Deo. Item ut ex omni parte Chriſtus teſtimonium haberet: de cęlo patrem in uoce, de æthere nubes, de paradiſo Heliam, de terra Apoſtolos, de inferno Moyſen. *Et loquentes cum eo*, dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Hieruſalẽ, id eſt paſſionem, in qua fuit exceſſus amoris, doloris, & humilitatis. Amor fuit ſupra menſuram: ſecundum illud Ioannis: *maiorem hac dilectionẽ*, & cætera. Dolor, ſupra conſuetudinem: ſecundum illud Threnorum: *O uos omnes qui tranſitis*, & cætera. Humilitas, ſupra uirtutem: ſecundum illud Threno. *Recordare paupertatis*, & cætera. Loqui autem ipſorũ eſt, talem gratiam redemptionis futuram per Chriſtum, teſtimonijs legis & prophetarum præfiguratã eſſe oſtendere. Et notandum quòd non loquebantur de tali materia, tanquam indicantes Chriſto quæ neſciret: ſed eum adorabant de aduentu eius in carne: & quia myſterium paſſionis, quod ipſi prædixerant, uiderunt in Chriſto complendum: & læti fortaſſe, quia uidebant redemptionis ſuæ, totiuſque humani generis diem appropinquare. Compatiebantur nihilominũs Chriſto: quia tam gloriоſa facies debebat ſic conſpui: & ſic inuidioſe tradi, & iudicari, & crucifigi. Notandum etiam quòd gaudium magnum factum eſt Apoſtolis & Prophetis, non ſolum de tranſfiguratione Chriſti, ſed etiam (ut dicit Effrẽ) de mutua uiſione, quia utriuſque teſtamenti principes cõgregati ſunt, cum Deo Abrahã. Videbat enim Moyſes dux Iudæorum, principem Chriſtianorum Petrum: conſiderabat Helias caſtus, uirginem Ioãnem: & uterque in Iacobo laudabat martyrij priuilegium. *Petrus uerò & qui cum illo erant, grauati erant ſomno*, oppreſi à gloria: quia ſplendore incomprehenſibilis deitatis premuntur ſenſus humani corporis. *Et euigilantes uiderunt maieſtatem eius: & duos uiros*, ſcilicet Moyſen & Heliam, quos cognouerunt prædictæ claritatis illuſtratione. Vnde quærit Ambroſius: Quomodo apoſtoli cognouerunt Moyſen & Heliam, quos nunquam uiderunt? & reſpondet, quòd per maieſtatem ſuper eos uenientem: in quo innuitur quòd in futura gloria alter alterum, quem nunquam uidit, cognoſcet. Secundum gloſam: Hic Helias dicitur eximius prophetarum: ſed contra de Dauid hoc dicitur in prologo ſuper Pſalterium, & de Moyſe in gloſa ſuper Exodum. Et ſoluitur, quia Moyſes fuit eximius: Domini familiaritate, ſignorum oſtẽſione, legis promulgatione Helias eximius: uitæ auſteritate, arguendi authoritate, uitæ diuturnitate. Dauid eximius: prophetiæ ſublimitate, regia dignitate, & ſpeciali ei facta promiſſione. *Tunc Petrus*, tanquam feruentior, *dixit ad Ieſum: Domine bonum eſt nos hic eſſe*, ſcilicet in monte, & in contemplationis dulcedine. Cœleſti enim

Ioan. 15.

Thren. 1.

Threno. 3.

Loquitur cũ Chriſto.

Gaudiũ ex tranſfiguratione.

Moyſ & Helie ab Apoſtolis cognitio. Ambroſius in c. 9. Luce. Helias.

Dauid.

dulce-

Rabanus in 17. Mat.

dine guſtata, uileſcunt infima. Vnde Rabanus: Quò amplius quis deguſtat dulcedinem uitæ cœleſtis, eo amplius omnia alia faſtidit in infimis. *Si uis faciamus hic tria tabernacula*, ad manendum ſcilicet hic continue: *tibi unum, Moyſi unum, & Heliæ unum*. Non loquebatur de tabernaculo pro ſe & ſociis ſuis faciendo: quaſi ſupponens ſe & ſocios ſuos, tanquam diſcipulos, cum magiſtro manſuros in ſuo tabernaculo.

Fruitio dimanitatis ſ̃ Petro.

Petrus optando commendat Chriſtum, & ſe in monte manere ex modico guſtu participationis futuræ gloriæ, quam in Chriſto uiderat: ut per hoc diſcamus quòd nihil ſit difficile pro Chriſto pati, nec tormenta nec crux, nec mors, ut ad montem cœleſtis gloriæ perueniamus. Si enim ſenſibilis uiſa Chriſti gloria, ſic Petrum in monte impreſionibus, & intemperiebus ſubiecto illexit, ut diceret bonum ibi manere: quid æſtimandum eſt de illa ineffabili & intelligibili gloria æterna in cœlo, ubi nulla intemperies: nulla peregrinæ impreſionis moleſtia: ubi nullum malũ, ſed omne bonum obtinebitur. Vnde Beda: O quanta fœlicitas, viſioni deitatis inter angelos adeſſe perpetuò, ſi tãtum transformata Chriſti humanitas, duorumque ſanctorum ſocietas ad punctum uiſa, delectat: ut eis ne diſcedant Petrus præſtare uelit obſequium. Vnde & Remigius: Viſa Domini maieſtate, & duorum ſeruorum, Petrus adeo delectatus eſt, ut cuncta tempora alia obliuioni traderet, & ibi in perpetuũ uellet manere. Si autem Petrus ſic accenſus eſt: quanta erit ſua uitas & dulcedo uidere regem in decore ſuo, & intereſſe choris ſanctorum omnium, & angelorum? Hæc Remigius. Sed errauit Petrus, *& neſciebat quid diceret*, hoc petendo: tum quia in uia patriam requirebat, & umbram futuræ gloriæ quam uiderat, ueram æſtimabat gloriam, oblitus regnum Dei nõ eſſe ſanctis promiſſum in terra, ſed in cœlo: tum quia in gloria tabernacula manu facta neceſſaria credebat, ignorans domum manu factam non eſſe neceſſariam in illo ſeculo futuro: tum quia ſe & coapoſtolos adhuc carne mortali circundatos eſſe non aduertebat, & abſque guſtu mortis immortalis uitæ ſtatum ſubire uolebat: tum etiam quia ſuam & proximorum ſalutem non attendebat. Vnde Auguſt. Quid dicis ſancte Petre? mundus perit, & tu ſecretum quæris. Vides tot gentes in unum cõuenire, & tu quietẽ diligis. Vides tenebras mundi, & tu lumen abſcondis. Nemo quippe aſcendit lucernam, & ponit eam ſub modio: & cætera. Vnde & Damaſce. Non eſt tibi, inquit, Petre bonum quòd Chriſtus ibi moretur: quoniam ſi ibi mãſiſſet, nequaquam tibi facta promiſſio conſequeretur effectum. Neque enim claues obtinuiſſes regni, nec mortis tyrannis abolita eſſet. Et ut dicit Chryſoſtomus, quia audiuit quòd oportet eum Hieroſolymam ire & multa pati, adhuc timet pro Chriſto: ſed poſt increpationem non audet apertè dicere rurſus, propitius eſto tibi: ſed idem occultè per alia ſigna inſinuat.

Beda in ca. 9. Marci.

Remigius in Matth.

Petri error in optando.

Matth. 5.

Chryſoſto. hom. 57. in Matthæũ.

Quia enim videbat multam quietem & ſolitudinem, cogitauit conuenientem ibi eſſe ſtationem ex loci diſpoſitione: quod ſignificat dicens, *Bonum eſt nos hic eſſe*: Vult etiam ſemper hic eſſe ideo tabernaculorum meminit dicens: *Si uis faciamus hic tria tabernacula*. Cogitauit enim quòd ſi hoc fieret, non aſcenderet Hieroſolymam: & ſi non aſcenderet Chriſtus, non moreretur: ibi enim ſciebat ſcribas inſidiari ei. Hæc Chryſoſt. Et licet Petrus, ut homo, ſtupefactus neſciret quid diceret in hoc tamen ſuã deuotionem oſtendit, & in ſiti ſibi ardoris monſtrati indicium. Vnde inebriatus Petrus erat, qui de una gutta uini cęleſtis quã

Petri ardor.

Petri inebriatio.

A biberat, quaſi tres tabernas facere uolebat: ſicut enim ex paſſionis magnitudine, ut timoris uel mœroris † aliquis prorumpit in aliqua uerba ſine præmeditatione ita ſimiliter ex magnitudine deuotionis & delectationis expertæ dixit Petrus illa uerba, quæ tamen non erant rationabilia: quia in ſolo aſpectu humanitatis Chriſti non conſiſtit eſſentia beatitudinis, & ideo illud non debebat ſufficere pro finali beatitudine. In monte Thabor eſt grande monaſterium grandi ſylua circundatum, tres habens eccleſias, iuxta quod Petrus ait: faciamus hic tria tabernacula. Tria tabernacula contemplatiuus moraliter facit, quando legem, & prophetias, & Euangelium practicè legendo diſponit: ſcilicet corde credendo, ore confitendo, & opere adimplendo. Sciendum autem quòd iſta transfiguratio ſignificãs gloriam ſanctorum, primò deſcribitur à maieſtate Dei: quia tota trinitas ibi apparuit, pater in voce, filius in humana carne, Spiritus ſanctus in nube: per quod datur intelligi quòd gloria ſanctorum conſiſtit in fruitione beatæ trinitatis. Sicut enim Petrus ebrius ex dulcedine illius claritatis uoluit facere tria tabernacula: ita habet homo tria tabernacula in anima ſua, quæ nec Moyſes, nec Helias, ſed ſola beata trinitas delectabiliter inhabitat: ſecundum illud Ioannis, *Ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus*. Hæc autem ſunt: memoria intelligentia, & uoluntas. Nam filius habitat in tabernaculo intelligentiæ, implendo ipſam Dei pleniſſima & lucidiſſima cognitione: Spiritus ſanctus in tabernaculo uoluntatis, implendo ipſam ſapidiſſima & ſuaviſſima dilectione: pater in tabernaculo memoriæ, implendo ipſam cogniti & dilecti perpetua refectione, & ſecuriſſima intentione: quibus actibus anima in Deum quaſi totaliter transformatur, & quodammodo deiformis efficitur. Tunc uerificatur, ſecundum quandam præguſtationem illud quod dicitur alibi: Intra in gaudium Domini tui. Secundò deſcribitur iſta transfiguratio, à ſocietate conſortij: quia ibi fuerunt Moyſes, & Helias, Iacobus, Petrus, & Ioannes. In cœleſti igitur gloria habemus ſocios, omnes ueteris & noui teſtamenti ſanctos. Beati ueteris teſtamenti diſtinguuntur in duos ordines: ſcilicet, Patriarchas, qui intelliguntur per Moyſen: & Prophetas, qui per Heliam. Sancti autem noui teſtamenti diſtinguuntur in tres: ſcilicet in martyres, qui per Iacobum: in confeſſores, qui pleni ſapientia Dei intelliguntur, per Petrum: qui interpretatur agnoſcens: in uirgines, qui per Ioannem. Vel poteſt dici, quòd Chriſtus uoluit habere teſtimoniũ ſui aduentus ab illis qui ſunt in cœlo, ſcilicet, à patre: & ab illis qui ſunt in mundo, ſcilicet à Petro, Iacobo, & Ioanne: & ab illis qui ſunt in terreſtri paradiſo, ſcilicet ab Helia: & ab illis qui ſunt in inferno, ſcilicet à Moyſe. Vel per ſex perſonas ſignantur ſex bona quæ Deus confert contemplantibus: quia in contemplatione primò mens illuminatur: quod ſignatur in Petro, qui interpretatur agnoſcens. Secundò, caro ſupplantatur: quod ſignatur in Iacobo, qui interpretatur ſupplantator. Tertiò, gratia augetur & augmẽtatur: quod ſignificatur in Ioãne, qui interpretatur in quo eſt gratia. Quartò, mundus contemnitur: quod ſignificatur in Moyſe, qui interpretatur aſſũptus ex aquis. Quintò, cor amore inflammatur: quod ſignificatur in Helia, qui raptus fuit in curru igneo. Sextò, dulcedo cœleſtis præguſtatur: quod ſignificatur in Ieſu. Vnde Petrus qui unam guttam præguſtauerat dixit, Domine bonum eſt nos hic eſſe: neſciens quid diceret. Tertiò deſcribitur iſta transfiguratio à glorificatione

† *alias, amoris.*

Thabormonaſteria.

Transfigurationis deſcribendę forma.

Tabernacula animę Ioan. 14.

Matt. 25. Transfigurationis ſocij.

Cęlicolarũ ordines.

Contẽplationis ſex bona.

Glorificatio Chriſti.

Universidad de Deusto Biblioteca

tione subiecti, cùm dicitur: *resplenduit facies eius sicut Sol, uestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix*: per quæ signatur beatitudo & gloria, quibus sanctorum corpora induentur. Dominus igitur Petro non respondit: nam licet ex feruore deuotionis loqueretur, tamen quia imprudenter interrogauit, ideo responsionem Domini nõ meruit: nondum enim ut in hac gloria consisteret tempus erat. Qui autem vult Domino facere tabernaculum, præparet penetralia cordis sui, & inueniet locum Domino, tabernaculum Deo Iacob: quia uerò malè materiale tabernaculum ex frondibus & tentoriis quæsiuit, æstimans in æterna illa gloria temporalia tabernacula necessaria, ubi nulla aduersitatis aura est timenda, ubi Deus omnipotens templum est & domus Ecclesiæ, ideo nubis lucidæ accipit obumbraculum. Vnde sequitur: *adhuc eo loquẽte*, & de tabernaculorũ uisibiliũ cõstructione cogitante, *ecce nubes lucida obumbrauit eos*: quia maiori luce & uera cognitione suffudit: ut intelligerent electis in ęterna tabernacula receptis non esse necessaria corporalia tabernacula: & eos non esse protegẽdos tegmine domorum, ubi nubis & Spiritus sancti gloria protegentur, & in abscondito faciei Domini abscondentur. Et intelligas quòd cùm Petrus loqueretur, interim antequam uerba compleret, discesserunt Moyses & Helias, & mox nubes subsecuta est, quasi interrumpuntur uerba eius obumbrationem nubis. Quærebat Petrus terrenum tabernaculum, & affuit cœleste obumbraculum: & ista nubes non fuit causata ex istis caliginosis uaporibus, sed ex uehemẽtia lucis processit: quia sicut fumus est ab igne, ita ista nubes fuit à luce. Ad instruendas autem mentes apostolorũ, de cognitione diuinitatis unigeniti filij Dei, post Moysi & Heliæ testimonium, *uox*, patris, *de nube*, modo tonitrus testimonium perhibuit, *dicens: Hic est filius meus*, nõ adoptiuè, sed per naturam: *dilectus*, filius meus, scilicet naturalis & proprius, non aliunde creatus, vel adoptiuus: hoc est, secundum Ambrosiũ, non Helias filius, non Moyses filius: sed hic est filius quem solum uidetis. Recesserunt enim illi ubi cęperat Dominus designari: ut ille solus demonstraretur, ne errarent Apostoli. *In quo mihi bene complacui*: id est, In quo meũ beneplacitum de redemptione mundi cõplere constitui: uel secundũ Chryso. in quo delector, in quo requiesco, quem accepto: quia oĩa quæ sunt patris cum diligentia, exequitur, & est una eadẽque uoluntas ipsius & patris: quare & si crucifigi vult ne contradicas. *Ipsum audite*, magis, quàm Moysen, uel Heliam: quia Christus finis est legis & prophetarum. *Ipsum audite*, ut supremum & singularem magistrum, qui docebit uos omnia necessaria ad salutem. *Ipsum audite*: quia ueritas est, ipsum quærite quia uita est, ipsum sequimini quia uia est. Ac si, ut ait Remigius, alijs uerbis diceret, recedant umbræ legales, & typi prophetarum, & solum coruscum lumen Euangelii sequimini. Fœlices ergo Apostoli, qui non solũ Domini claritatem uidere meruerunt: sed etiam uocem patris intonantem audierunt. Nec ab hac fœlicitate nos ex toto alieni erimus, si quem illi crediderunt & nos credimus: & quomodo illi uixerunt, amãdo uiuimus: & quem dilexerunt, totis uisceribus amamus. Sed quia humana fragilitas in præsentia maiestatis opprimitur: quia pondus diuinitatis & conspectũ maiestatis glorię ferre non ualet: ideo dum audirent uocem terribilem de nube, *ceciderunt in facies suas*, nõ sicut mali retrorsum. Vnde Remigius: In eo uerò quòd sancti discipuli in faciem ceciderunt, sanctitatis fuit indicium: impij enim retrorsum cadunt: ut Heli. Hæc Remigius. Cadunt ergo iusti in faciem, modo propter timorem, vt hic, modo propter humiliationem: ut magi procidentes adorauerunt eum, modo propter gratiarum actionem: ut seniores ceciderunt in conspectu throni in facies suas. *Et timuerunt ualde*, quia se errasse cognouerunt, quia nubes lucida apparuit: quia uocem quasi tonitrualem, scilicet patris, cuius maiestati timor debetur, audierunt. Ad hanc uocem, ut dicit Effrem, fugerunt Prophetæ, ceciderunt Apostoli & timuerũt. Tonitruum quidem terribile fuit: unde de ipsa uoce terra sub ipso contremuit. Sed quos humana fragilitas grauabat, benignè pius magister uerbo pariter & actu consolatur & erigit. Nam clementer, *accessit Iesus*, quia per se surgere non poterant, *& tetigit eos*, familiariter & dulciter, ut tactu debilitata membra solidaret: *dixitque eis*, ut metum & timorem fugaret. *Surgite*, contra casum: *& nolite timere*, contra metum. Beati illi quos tangit Iesus, beati illi quos tangit salus & uita. Illi enim surgunt, illi sine timore & securi fiunt. Rogemus ergo eum ut & nos tangat, & à somno stuporis & insipientiæ excitet: atque ad se uidendum nobis oculos aperiat. Dulcis amicus est: quia piè consolatur, & potenter adiuuat. Ad tactum ergo & consolationem Iesu miseratoris, qui prostratis dexterã ad beneficium auxilij porrigit, & iacentes erigit: discipuli surgentes nec Moysen, nec Heliam uiderunt: sed solum Iesum in figura consueta, qua conuersari solebat inter eos. secundum glosam: Si Moyses & Helias perseuerassent, uox patris uideretur incerta, cui potius testimonium dedisset: & ideo recesserunt illi, ne ad eos uox patris fieri putaretur: sed ut ad solum Iesum pertinere intelligeretur. Allegoricè ablata nube uiderũt Moysen & Heliam euanuisse, ac solum Iesum remansisse: quia postquam legis & prophetarũ umbra discessit, quæ quasi nube Apostolos texerat, uiderunt eum, & scriptura illis reuelata fuit: & euangelium, in quo utrunque reperitur, solum remansit. Notandum autem, secundũ glosam, quòd bene conuenit mysterium secundæ regenerationis, quæ scilicet erit in resurrectione, ubi caro resuscitabitur: cum mysterio primæ quæ est in baptismate, ubi anima resuscitatur. In baptismate enim Christi operatio trinitatis ostensa est: fuit enim ibi filius incarnatus, apparuit in specie columbæ spiritus sanctus, & pater fuit ibi in uoce declaratus. Et similiter in transfiguratione. quæ est sacramentum secundæ regenerationis, tota trinitas apparuit: pater in uoce, filius in homine, Spiritus sanctus in nube. Nam gloriam illius, quam modo in baptismate credentes confitemur, in resurrectione uidentes collaudabimus. Nec frustra Spiritus sanctus hic in lucida nube, illic in columba apparuit: dona enim sua per species declarare solet. Innocentiam autem in baptismate donat, quæ per auem simplicitatis designatur: daturus est autem claritatem & refrigerium in resurrectione, & ideo in nube refrigerium: & in fulgore nubis claritas resurgentium corporum figuratur. Qui enim nunc simplici corde fidem quam percipit seruat, tũc luce apertæ uisionis quod crediderat contemplabitur, ipsaque quam lustrabitur in perpetuum gratia protegetur. *Et descendens Iesus cum discipulis de monte, præcepit eis*, præcepto instructionis: ut nemini dicerent uisionem de gloria transfigurationis, ante suam resurrectionem à mortuis. Primò, secundum Hieronymum, ne dictum esse incredibile, propter rei magnitudinem, uideretur. Secundò, secundum Thomam,

Nubes quæ apparuit. — *Filius Dei Christus.* — *Ambrosius in c.9. Lucę* — *Chrysosto. hom. 57 in Matthęũ.* — *Remigius in Matth. Cadere in facies & retrorsum.* — *1. Reg. 4. Matth. 2.* — *Apoca. 4. Vocis Dominicæ uirtus.* — *Tactus Christi.* — *Allegoricè* — *Regenerationum congruentia.* — *Hierony. in c.17. Mat. Vetandi ne cui dicerẽt causę.*

mam,

mam, ne homines audientes tam gloriosa de eo dici, scandalizarentur postea uidentes eum crucifigi. Tertiò, secundum Remigium, ne prædicatio gloriæ passionis fructum impediret, quia si maiestas illius fuisset diuulgata in populo, plurimi resistendo principibus sacerdotum passionem eius impediuissent: & sic redemptio humani generis retardata fuisset. Quartò, secundum Hilarium, quia tunc debebant esse testes diuinitatis Christi, cùm essent Spiritusancto repleti: & ad tantæ uisionis testimonium perhibendum confortati. Quintò, secundum Damascenum, quia alii discipuli adhuc imperfecti fuissent tristati, quòd hanc uisionem non uidissent: & Iudas magis incitatus ad proditionem saluatoris fuisset. Sextò, quia resurrectio Christi multum fuit dubitabilis: ideo reseruata fuit ista uisio, illo diuulgando tempore quando maximè oportebat ipsi resurrectioni testimonium perhibere, cui præstabat argumentum non modicum ipsa gloria transfigurationis, ipsa quoque uisio magis credibilis videbatur, quando etiam uisibiliter per resurrectionem factam monstrabatur. Septimò, vt daretur nobis exemplum ea quæ ad laudem & gloriam nostram spectant esse occultanda, quamdiu sumus in hac mortali vita, & ad faciendum hoc quod in Ecclesiastico dicitur: *Ne laudes hominem in uita sua*: & in eodem, *Ante mortem ne laudes quemquam*. Per hoc etiam ostendit quòd secreta & mysteria diuina non sunt semper, sed loco & tempore debitis publicanda: & dedit exemplum viris sanctis, non facilè publicandi reuelationes sibi factas. Sicut Paulus annis quatuordecim tacuit raptum suum. Fuit autem transfigurtetio Domini facta circa Veris principium. Vnde Euangelium de transfiguratione legitur in Ecclesia sabbato quatuor temporum, post primam in quadragesima dominicam. Festum verò transfigurationis Domini celebratur sexto Kalendas Augusti: quia tunc ab Apostolis fuit transfiguratio prædicata & publicata, quam tacuerant usque ad diem illam, propter prohibitionem à Domino eis factam. In descensu montis Thabor contra Occidentem, ubi est vna capella vbi Dominus dixit Apostolis, *nemini dixeritis uisionem, &c.*

Thomas. 3. parte q. 45. ar. 3. — *Remigius in Matth.* — *Hilarius canone 17. in Matth.* — *Eccl. 11.* — *2. Cor. 12. Transfigurationis tempus.*

ORATIO.

IESV redemptor perditorum, saluator redemptorum, animæ lachrymosæ & post te currentis dulce solatium, & suaue refrigerium: da mihi omne delectamentum extra te respuere & obliuisci, ut tuo sapore merear iocundari: & ueniat oro tempus ut quod nunc credo, reuelatis oculis tandem aspiciam: quod nunc spero & à longè saluto, apprehendam: quod pro uiribus meis desidero, ulnis animæ amplectar & deosculer, & in claritatis tuæ abysso totus obscondar, ut in uelamento alarum tuarum sit pax mihi per æuum. Amen.

De sanatione lunatici. Cap. IIII.



SEQVENTI autem die Iesus rediens de monte vbi transfiguratus fuerat, venit ad discipulos quos inferius dimiserat, & occurrit ei turba quæ circa ipsos erat. Similiter si prælati vellent ad subditos descendere per humilitatem, compassionem, & affabilitatẽ: multa turba occurreret eis per pœnitentiam. Sed q̃a semper stant in alto per elationem, seu ambitionem, vel curiositatem: ideo pauci ei occurrunt: id est, pauci ad eos accedunt, & pauciores ab eis sanantur: nullum .n. legitur Dominus in monte sanasse. *Et accessit ad eum* quidam de turba, petens misereri vnico filio lunatico, secundum lunæ innouationem magis patienti: & spiritum immundum habenti, quem eiicere non potuerunt eius discipuli. Qui eum apprehendens ad terram allidebat, & volutando per diuersa, membra vexans dissipabat: sicque ad ostendendum uehementiam passionis spumabat, ac dentibus stridebat: & languens arescebat, & vix descendebat dilanians eum. Qui etiam sæpe eum vexando clamare faciebat, & nunc in ignem, nũc in aquam mittebat: ita vt dudum periisset, nisi prouidentia eum conseruasset. Et cùm iubente Domino adductus esset, statim spiritus conturbauit eum: videns enim se cito eiiciendum, faciebat peius quod poterat in eum. Deinde increpante eum Domino, & præcipiente ut exiret ab eo, & ne amplius in eum introiret: quem etiã ab effectu malitiæ, siue surdum & mutum uocabat: quia surdum & mutum eum fecerat: statim discerpens eum exiit ab illo. Et factus est sicut mortuus: sed Iesus tenens manum eius eleuaui illum, & surrexit sanus, & reddidit illum patri eius. Moraliter iste lunaticus significat peccatorem, quem diabolus primò apprehẽdit per peccati delectationem. Secundò, clamare facit, per peccati ardens desiderium. Tertiò, mutum facit, ad peccati & diuinæ laudis confessionem. Quartò, surdum, per obdurationem, ad uerbi monitionẽ. Quintò, lunaticum, per mentis instabilitatem, & cõtinuam in malum variationem. Sextò, elidit & volutat, per eius in diuersa peccata præcipitationem. Septimò, dissipat, per diuersarum cogitationum varietatem. Octauò, stridere facit dentibus, per iram & indignationem: ac spumare, per gastrimargiam & libidinem. Nonò, in ignem luxuriæ mittit, uel etiam elationis: quia ignis sursum tendit & alta petit, necnon in aquam voluptatum & cupiditatum submergit. Decimò, aridum

Matt. 17. Marc. 9. et Luca. 9. & 17. — *Christus nullum sanauit in monte.* — *Lunaticus* — *Moraliter. Peccator lunatico similis.* — *Gastrimargia, id est, gulositas.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

reddit, per ocium seu ignauiam, & indeuotionem. Vndecimò, uix discedit, per peccati consuetudinem. Duodecimò, dilaniat & dilacerat, per naturalium vulnerationem. Dum autem puer ad Deum accedit, conturbatur: quia sæpe post peccata ad Deum conuersi magis à dæmonio impugnantur, ut vel per tædium uirtutum & labores pœnitentiæ excutiat, & ad vitia reducat: uel de sua ex pulsione se vindicet. Sic in primitiua Ecclesia multa grauia certamina illis appo fuit, quos suo regno subtrahere uoluit. Non autem puer uim patiens, sed diabolus uim inferens, increpatur: quia qui peccantem vult sanare, uitium odiendo debet arguere & depellere, sed hominem amando refouere & confortare. Exiens verò dæmon ab homine nunquam reuertitur, si homo cor suum claue humilitatis & charitatis serrauerit. Exiturus autem discerpsit eum: quia dum de corde expellitur, acriores in eo tentationes generat. Et liberatus à dæmone uelut mortuus videtur: qui enim terrena desideria subegit, vitam in se carnalis conuersationis extinguit: & mundo mortuus apparet. Quem autem hostis mortuo similem reddidit, hunc saluator piæ dexteræ tactu leuauit: in quo ostenditur Dei auxilium, & surrexit: in quo monstratur hominis studium, primò enim Deus nos iuuat: deinde à nobis requiritur ut bonum operemur. *Et cùm in domum introisset, discipuli secreto interrogabant Iesum, quare ipsi non potuerunt eijcere illum: & dixit propter incredulitatem eorum.* Non dicuntur discipuli increduli propter defectum fidei, sicut Iudæi, sed propter remissionem seruoris: nam fidem remissam habebant, non sicut granum sinapis: quia non cum debito feruore credebant, ut præcipuè ipsi facere debebant. Nihil enim impossibile erit habēti feruētem fidem, & per dilectionem operantem, cui nunquam sufficit quod bene gessit. Granum quippe sinapis est modicū seruidum, amarum, & veneni expulsiuum. In hoc ergo quòd hic comparat fidem grano sinapis, innuit quòd debent habere fidem modicam, per humilitatem: feruidam, per deuotionem amaram, per tribulationum perpessionem: veneni erroris expulsiuam, per sinceritatem. Secundum Ambrosium. Granum sinapis res est simplex, & si teritur uim suam fundit: sic fides simplex videtur, & si atteratur aduersis, gratiam suæ virtutis effundit. Deinde reducit eos ad humilitatem, monēdo ne qs de operibus glorietur: sed humiliet se Deo, cui iure obsequium debetur dicens: *Cùm feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite*, non tantum ore, sed & corde: ne sit tantum vocalis humilitas, sed & realis: *serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus*: nec uos iactetis, quia bene seruistis: nihil enim fecistis quod non debuistis: quasi diceret, *Dicite*, gratiam nō meruimus: sed debitum seruitium soluendo pœnas uitauimus. Sed ecōtra superbi cùm nequaquam omnia, sed modicum quid eorum quę præcepta sunt faciunt, non solum mox de sua iustitia præsumunt: sed & infirmos quosque despiciunt: non enim sumus nostri, sed serui: quia precio magno empti: & ergo Christo cuius precio empti sumus, seruire tenemur, & nihil omittere quod debemus: nec aliquid facere quod non debemus. Vnde Seneca: Sapiens nihil facit quod non debet, nihil prætermittit quod debet. Non dicūtur inutiles serui facientes iure debiti mandata Dei, quin fructum recipiant uitæ beatæ: sed dicuntur inutiles, quia Dominus bonorum nostrorum non indiget: vel quia, *non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*: uel quia quisque magis debet se æstimare imperfectū, quàm quòd statum attigerit perfectionis. Vnde Beda: Hæc est igitur in hominibus sola fidei perfectio, si omnibus quæ præcepta sunt impletis imperfectos se esse nouerint: & quandiu peregrinantur à Domino, semper sibi in esse mala quæ defleant, semper meminerint deesse bona ad quæ gratia eius iuuāte proficiāt. Et iterum: Quia sine me nihil potestis facere, non tēporum longitudine laborum merita pensare debetis: sed amore & famulatu spontaneo nouis semper studiis augere priora. Hæc Beda. & bene dicit, *quod debuimus facere, fecimus*. Vnde Beda: Re uera debuimus, quia qui non uenit ministrari, sed ministrare: debitores sibi nos fecit: ne nostris uidelicet operibus confidentes, sed de eius semper examine pauentes, cum propheta dicamus: Quid retribuemus Domino, pro omnibus quæ retribuit nobis? Hæc Beda. Attende hîc bene quòd seruus inutilis reputatur, qui hoc solum facit quod facere tenetur. Quantumcunque etiam perfectionem attingas, semper sentias & dicas? Domine Deus meus Iesus Christe nihil ualeo, & malè tibi seruio. Debemus ergo nū quam à bono opere cessare, & tamen totum meritū nostrum insufficiens respectu mercedis ęternæ reputare. Vnde Psalmista: *Qui coronat te in misericordia & miserationibus*. Non ait, in meritis & in operibus tuis: quia cuius misericordia præuenimur, ut humiliter Deus seruiamus: eius munere coronamur, ut sublimiter cum illo regnemus. Et ideo cùm omnia fecerimus, reputemus nos parum aut nihil fecisse Domino, respectu mercedis quam expectamus ab eo. Vnde dicebat beatus Franciscus, etiam post multos & magnos labores, fratres incipiamus seruire Domino: quia usque nunc parum profecimus. Et si præceptis impletis nos humiliare debemus, quanto magis cùm de illis multa omiserimus. Si. n. inutilis est qui omnia perfecit, quid de illo dicendum qui ea facere despexit? Vnde Ambrosius. Non te iactes si bene seruisti: quia facere debuisti. Obsequitur sol, obtemperat luna, seruiunt Angeli. Vas gentium electus à Domino: nō sum, inquit, dignus vocari Apostolus: quia persecutus sum ecclesiam Dei. Deinde alibi nullius se ostendens conscium culpæ subiecti, sed non in hoc iustificatus sum. Et nos ergo non à nobis laudes exigamus, ne præripiamus iudicium Dei, & præueniamus sententiam iudicis: sed suo tempore suo iudicio reseruemus. Hæc Ambrosius. Bonum est itaque semper in timore stare, & nihil de se præsumere: quia quātumcunque bene quis seruierit, nescit tamen si odio, uel amore dignus sit. Vnde Bernardus: In ueritate didici nihil æquè efficax esse ad gratiam promerendā, retinendā, recuperandā, q̄ si omni tēpore coram Deo inueniaris non altum sapere, sed timere. *Beatus homo, qui semper est pauidus*. Si adest gratia, time ne nō dignè opereris ex ea. Si subtracta gratia, time q̄a reliquit te virtus tua & custodia. Si reuersa est gratia, time ne fortè contingat recidiuum pati: & contingant tibi deteriora. Hæc Bernardus. Vnde & Apostolus hortatur nos, ne inuacuum gratiam Dei recipiamus. Ille enim gratiam Dei inuacuum recipit, qui se in bonis operibus non exercet. Vnde si uolumus quòd gratia Dei in nobis non remaneat vacua, necesse est ut eam bonis operibus & virtuosis exercitijs nutriamus: & nos à uitijs custodiamus. Debemus etiam in præceptis Dei, & in omnibus operibus nostris attendere, nō solum ut faciamus, sed etiam vt ea secundum volūtatem Dei dirigamus. Vnde Basilius ponit exemplum de fabro faciente securim, uel quiddam aliud: qui semper meminit eius qui iniunxit opus, & retinet in corde suo cuius magnitudinis, vel qualitatis, vel formæ ille iniunxerit fieri securim: & in illud semper intendens quod sibi meminit à Domino operis iniunctum: ad hoc dirigit manuum ministerium, vt forma operis cum eius qui iniunxit animo & uoluntate conueniat. Sic & nos omnem conatum & omne studium in actibus nostris habere debemus, vt secundum voluntatem Dei, qui opus iniunxit, nostrum dirigamus opus: & tunc poterimus implere illud Apostoli: *siue manducatis, siue bibitis siue aliud quid facitis, omnia ad gloriam Dei facite*. Et subdit Dominus, ostendens quomodo proteritas diaboli superetur & dicit: *Hoc genus dæmoniorum*, in spiritu & carne simul secundum causam radicatam, quale supradictum est, *in nullo*, potestatis remedio, id est, in nulla potestate, scilicet ministrorum, *potest exire*: ita quòd non habeat potestatem in homine, *nisi in oratione*, quæ curat pestes spiritus, *& ieiunio*, quod curat pestes corporis, quæ scilicet oratio & ieiunium sunt effectus fidei feruentis, ac per charitatem formatæ & operantis. Vnde videtur quòd ex crapula & ebrietate morbum illum incurrisset. Hæc etiam poterat esse alia causa, propter quam discipuli non potuerunt eum eiicere. Dæmones enim non sunt æquales in virtute naturali: & ideo unus alio difficilius potest expelli. Ad expulsionem autem istius requirebatur in expellente subiectio carnis ad spiritum, quę fit per ieiunium: & eleuatio spiritus in Deum, quæ fit per orationem: talia autem non erant adhuc in Apostolis, quia pro tempore illo non competebat eis ieiunare propter præsentiam sponsi: nec erant adhuc in Deum perfectè eleuati: quia fuerunt rudes & imperfecti vsquequo post passionem receperunt pleniorem gratiam spiritus sancti. Vel, *non ejcitur*, ministrorum potestate, *nisi in oratione* iuncta, *& ieiunio*, iuncto: & hoc omiserunt Apostoli, & sic fuit error clauis adhibendæ ad dæmonem excludendum: sicut adhuc multi erant, eo quòd clauibus secundum debitum ordinem potestatis non utuntur: quòd enim minister usurpet sibi potestatem diuinam & absolutam, hoc dicit esse Hieronymus de supercilio phariſæorum, & de superbia Luciferi, qui sine merito suā sedem voluit collocari in summo: secundum Chrysostomum dicit, genus hoc, non tantum lunaticorum, sed vniuersaliter omnium dæmoniorum, non eicitur nisi per orationem & ieiunium: quia semper diabolus peccatorem inhabitat, nisi per pœnitentiā ad Dominum conuertatur: & quantomagis differtur, tanto difficilius expellitur. Vbi Hieronymus: Dū autem docet Apostolos quomodo nequissimus dæmon possit expelli, omnes instruit ad uitam: ut scilicet nouerimus grauiora quæque, uel immūdorum spirituum, vel hominum tentamenta ieiuniis & orationibus esse superanda, iramque Domini cùm in ultionem nostrorum scelerum fuerit accensa, hoc remedio singulari posse placari. Hæc Hieronymus. Per ieiunium enim, ut dictum est, curantur pestes corporis: & per orationem, pestes mentis: & sic quelibet tentatio superatur cum eis. Vel per ieiunium, intelligitur declinatio malorum: & per orationem, operatio bonorum. Et sic accipitur ieiunium hîc generale pro abstinentia, non solum ab escis, sed ab omnibus temporalibus delectationibus & vitijs. Vnde dicit Augustinus, q̄ perfectum & magnum ieiunium est non solum à cibo: sed ab omnibus iniquitatibus & illicitis voluptatibus seculi abstinere. Vnde Bernardus: Si sola gula peccauit, sola ieiunet, & sufficit. Si verò peccauerunt cætera membra, cur non ieiunent & ipsa? Ieiunet ergo oculus à curiosis aspectibus & omnia petulantia, ut bene humiliatus coerceatur in pœnitentia, qui malè liber vagabatur in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriens à famulis & rumoribus: quæcunque ociosa sunt, & ad salutem minimè pertinentia. Ieiunet lingua à detractione & murmuratione, ab inutilibus, varijs, & scurrilibus uerbis. Interdum quoque ob grauitatem silentij ab ipsis, quæ videri poterant necessaria. Ieiunet manus ab ociosis signis, & operibus omnibus quæcunque non sunt imperata. Sed multomagis anima ipsa ieiunet à uitijs, & propria voluntate sua. Etenim sine ieiunio hoc, cætera à Domino reprobātur, sicut scriptum est: Quia in diebus ieiunij vestri, inuenitur voluntas vestra. Non solum autem ab illicitis: sed ab ipsis quoque licitis oportet nos ieiunare, si ea nobis quæ prius commisimus illicita, volumus condonari. Hæc Bernardus. Et secundum Bedam, sicut ieiunium generale est non solum ab escis, sed à cunctis illecebris abstinere carnalibus, imò ab omnibus vitiorum passionibus: sic & oratio generalis non solum in verbis est, quibus diuinam clementiam inuocamus, verumetiam in omnibus quæ in obsequium nostri conditoris fidei deuotione gerimus, teste Apostolo qui ait: *Sine intermissione orate*. Hæc Beda. Tunc quippe sine intermissione oramus, cùm ea solum opera gerimus quæ nos pietati commendent authoris. Semper enim orat, qui semper bene facit, & in bono perseuerat.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui nos humilitatem uerbo & exemplo docuisti: da mihi ut nunquam alta, sed semper humilia de me, corde sentiam, ore proferam, & opere ostendam. Eripe me & custodia à malignis spiritibus, & defende ab omnibus inimicis uisibilibus & inuisibilibus: & præsta mihi ò Saluator meus & Deus meus, ut ieiunijs & orationibus conuenienter intentus cunctas immundorum spirituum, & prauorum hominum tentationes ualeam te iuuante superare, & ab hostibus mentis & corporis meream te miserante liberari, & semper saluus esse. Amen.*

De tributo pro Domino & Petro soluto; & de quæstione discipulorum, super maioritate eorum. Cap. V.



Universidad de Deusto Biblioteca

Luca. 9. Matt. 17. & 18. & Marci 9.

ET quia ex his quæ Dominus egerat & dixerat in Hierusalem, Iudæi quærebãt eum occidere, ideo ante pascha nolebat in Iudæam ambulare: quia nondũ hora eius uenerat, ut ostenderet quod aliquãdo per secutionem fugere licitum fidelibus suis esset. Vnde

Augustin. tracta. 25. in Ioannẽ.

Augustinus: Non perdiderat potestatẽ, sed nostram consolabatur fragilitatem. Futurum enim erat ut aliquis fidelis se absconderet, & ideo præcessit in capite, ne membro postea obiiceretur pro crimine. In Galilæa igitur, in terra vbi erat conceptus & nutritus, conuersabatur cum discipulis suis. Et secundũ

Chrysosto. hom. 59. in Matthęũ.

Chrysostomum, ne discipuli dicerent qua de causa continuè hic conuersamur: rursus de passione eis loquitur, ut quasi assueti circa negocium mortis Christi, minus cùm uenerit scandalizarentur. Et cum morte sua etiam prædixit suam resurrectionem, ne in passione eius incurrerent desperationem. Vnde dixit ad eos: *Ponite in cordibus vestris sermones istos*, scilicet qui sequũtur de mea passione & resurrectione: quia eorum recordatio & memoria vtilis est valde. Filius enim hominis tradendus est, scilicet à patre per charitatem nimiam: à seipso, per obedientiam voluntariam: à diabolo, per suggestionem iniquam: à Iuda, per cupiditatem maximam: à Iudæis, per inuidiam dolosam: à Pilato, per pusillanimitatem indebitam: *in manus hominum* id est, diuersarum nationum quasi humanitus sentientium: scilicet Iudæorum & gentium, & diuersorum statuum: quia militum, regum, principum, sacerdotum, religiosorum, & populorũ, *& occident eum.* Magna iniquitas quòd homines occidant hominum saluatorem: & ne his auditis tristitia absorbeantur, subiungit: *& tertia die resurget*: ut tristibus læta succedãt. *Et contristati sunt uehementer*: quia eius societas ita erat eis dulcis & grata, quòd nõ est mirum si contristati sunt passione eius audita. ut enim ait Hieronymus: Pro dilectione magistri nihil de eo sinistrum & humile patiuntur audire. Contristati sunt, non attendentes ad id quod dixerat, & tertia die resurget: & neque uox patris audita, neque resurrectio prænũciata potuit eos cohibere à tristitia.

Traditio Christi diuersa. Hierony. in c. 17. Mat. Prosperis tristia admiscet Dominus.

Vnde Hieronymus: Semper prosperis admiscet tristia, ut cùm repentè uenerit, nõ terreant Apostolos: sed à præmeditatis ferantur animis. Si enim contristat quòd accidendus est, debet lætificare quòd die tertia dicitur resurrecturus. Si tristia semper acciderent, quis sustineret? si prosprera, quis contemneret? Hæc Hieronymus. At illi ignorabant verbum istud, scilicet de eius passione, & erat velatum ante eos, ut

Beda in c. 9. Marci.

non sentirent illud apertè quod, secundum Bedam, non tam ingenii tarditate, quàm de pio saluatoris amore contingebat: quia carnales adhuc & rudes ac mysterij crucis ignari spiritualia non capientes, quẽ verum Deum cognoscebant moriturum credere nequibant: nec intelligebant quomodo in una persona mori, & non mori, poterat. Galilæa interpretatur uolubilis, & ideo per hoc quòd Dominus ibi prædixit passionem suam discipulis, significauit quòd memores esse debemus mortis Christi, ac etiã nostræ quãdiu sumus in uolubilitate præsentis uitæ. *Et cùm uenissent Capharnaum accesserunt, qui didragma accipiebant*, exactores scilicet tributi ex parte Cæsaris Au-

Tributi à Christo exactio.

gusti, *ad Petrum*, quia secundum Hieronymum, præ signorum magnitudine non audebant aggredi Dominum, *& dixerunt ei: Magister uester non soluit didragma.* quasi diceret, dic ei, ut soluat: non faciebant mentionẽ de Apostolis, quia non accipiebant nisi à capi-

A taneis. Capharnaũ erat ciuitas principalis in Galilæa, & ideo ibi manebant qui tributũ colligebant ex parte Romanorum: quibus Iudæa erat subiecta: & quilibet capitaneus domus soluebat didragma: idest, duplex dragma: & in soluendo dicebat, Ego profiteor me esse sub Romano imperatore. Et quia Dominus nutritus erat in Nazareth, quod est oppidũ Galilęæ, subiacens urbi Capharnaum: ideo ibi ab eo exigitur tributũ. Capharnaum quod villa consolationis, uel ager pinguedinis interpretatur, & ubi tributum à Christo petitur, significat illum q dat se delectationibus & solatijs huius mũdi, à quo diabolus petit tributũ sibi dari, & uix euadet quin soluat aliquod tributum peccati.

Dragma, quid. Luca. 15.

Et notandum, ꝙ dragma dragmæ fœmini generis, est moneta habens imaginẽ regis, & va-

B lebat decem nummos usuales, de qua in Luca dicitur, quæ mulier habens dragmas decẽ, &c. Itẽ est genus ponderis, & sic accipitur in medicina. Sed drama dramatis neutri generis, est genus carminis, ubi alii incipiunt & alij respondent, & sic dicitur dulcia cantica dramatis. Item est quarta pars stateris.

Stater, quid.

Stater verò est idẽ, ꝙ siclus qui habet vinginti obolos, didragma media pars: & dragma quarta pars est, & ideo vnus stater sufficiebat ad solutionem pro duobus: qa taxatio cẽsus erat didragma, id est, denarius qui pro capite soluebatur. Vnde vt sequitur: stater de ore piscis afferri iubetur.

Obolus.

Obolus, ut dicitur, valebat tãtum quantum unus paruus turonensis, quorũ duodecim

C valent unum turonensem grossum. sic quilibet capitaneus soluebat annuatim quasi decem turonenses paruos. Dominus autem hoc quod de petitione tributi Petro dictũ erat intelligens, misit eum ad mare, ut hamum mitteret, & *piscem qui primus ascenderet* id est, quem caperet, illũ tolleret & staterẽ valentẽ duo didragma, *quæ dimidiam unciam faciunt*, de ore eius sumens pro Domino & pro se solueret. Ex quo diuinitas eius patuit, cùm futura contingentia certitudinaliter prædixit.

Hierony. in cap. 17. Matthæi.

Vnde Hieronymus: Quid primùm mirer hîc nescio, an præsentiam stateris in ore piscis, an magnitudinẽ virtutis: si ad verbum eius mox stater in ore piscis creatus est.

Spiritualiter.

Spiritualiter piscis est Christus, mare mũdus: hamus mors, stater inuẽtus in ore

D piscis, precium redẽptionis nostrę pręnunciatę Christi ore: & sic solutum est tributum, & nos liberati sumus.

Moraliter.

Moraliter pęnitenti dicitur: *uade ad mare*, id est, amaritudines peccati cõsideratione, *& mitte hamum*, in contritionis cõpunctione, & aperto ore in confessione inuentũ staterem da in satisfactione, & sic liberatur peccator à tributo diaboli exactoris.

Tributi à Christo solutio.

Soluit autẽ Dominus tributũ nõ ex debito: qa secundũ utrãq; naturam erat filius regis, & per cõsequens liber à tributo: qa regum filij in omni regno sunt liberi, sed ex humanitate tantũ hoc fecit subdendo se minori, & soluendo quod non debebat: & ne quæstores census scandalizaret, docens p hoc nos esse humiles, & vitare ne scandala per nos fiant. Voluit etiam pro Petro

E dare tributum, in signum ꝙ Petrus fuit caput aliorũ: quia census dabatur pro capite seu capitaneo tantũ. Didragma, ut dictũ est, continet duplex dragma, & per unum potest intelligi pœnalitas corporis: scilicet fames, sitis, & huiusmodi: p aliud pœnalitas mẽtis: scilicet timor, tristitia, & huiusmodi. Hoc autem duplex dragma debet reddere quilibet imperatori omnium pro peccato primorum parentum, quod facit patienter tolerando pœnalitates prædictas: licèt autem Christus non haberet peccatum, tamen reddere voluit pro salute omnium. Et quia car-

nem

nem assumpsit similem peccatrici, sed non peccatũ: ipse quidem redemptor corpus & animam in precio posuit, & sic bina dragmata soluit: eodemque precio ecclesia libera facta fuit, & per Petrum ecclesiæ præfecit: ideo etiam pro eo censum soluit. Vbi

Hierony. i c. 17. Mat.

Hieronymus: Et pulchrè idipsum datur precium: sed quia diuisum est pro Petro, quasi pro peccatore precium reddebatur, Dominus autem noster peccatum non fecit. Ostenditur autem similitudo carnis, dum eodem & Dominus & seruus precio liberantur. Dominus ergo tributa non debebat, sed qui carnis humilitatem assumpserat, omnem iustitiam implere volebat. Ille propter eximiam charitatem pro nobis crucem sustinuit, & tributa reddidit: nos autem infelices pro illius honore tributa non reddimus, & quasi filij regis à vectigalibus immunes sumus. Hæc Hieronymus.

Scandali uitatio à Christo.

Et nota quòd Dominus supra non vitauit scandalum pharisæorum, quando de escis disputabat. Hîc autem uitat scandalum eorum qui tributũ colligebant: quia illi sapientes, isti simplices erant: illi ex certa malitia, isti ex ignorantia offendebant. Scandalum ergo quod oritur ex malitia, est contemnendum: sed quod oritur ex ignorantia est vitandum, salua tamen triplici veritate: scilicet iustitiæ, vitæ, doctrinæ: & tale erat scãdalum istud quod hîc vitauit: quia illi qui hîc colligebant tributum, erant gentiles legem & prophetas ignorantes, & propter hoc ignorabant quòd Christus esset immunis à tributo, tum quia filius Dei secundum naturam diuinam: tum quia filius Dauid secundum humanam: & talia scire illi non tenebantur. Dare autem tributum non fuit contra ueritatem iustitiæ, uitæ, uel doctrinæ: ideo propter scandalum vitandum voluit

Scandalũ, quid.

Christus hoc dare. Scandalum quippe est dictũ uel factum minus rectum, præbens occasionem ruinæ: scandalum enim Grecè obicem sonat Latinè. Vnde sicut obex in uia de se habet dare ambulanti occasionẽ ruinæ corporalis: sic dictum vel factum minus rectum habet dare occasionem ruinæ spiritualis. Si ergo obiicitur de pharisæis, quòd scandalizati sunt ex verbo Domini, ut suprà est dictum, & tamen illud verbum non erat minus rectum: dicendum quòd obex dupliciter accipitur, aut ex natura rei quæ obiicitur: ut si quis lapidẽ magnum vel lignum proiiciat in via: aut ex vitio ambulantis in ea: vt si quis modicum lapillum aut florem proiiciat in ipsa via: primò modo dicitur scandalum actiuum, & hoc est mortale peccatum: secundò modo passiuum, & potest esse veniale peccatum, vel etiam opus meritorium. Vnde bonum opus de se non præstat occasionem ruinæ, sed ex vitio accipientis illud non rectè.

Gregorius hom. 7 in Ezechielẽ.

Igitur, ut ait Gregorius, considerandum est: quia inquantum sine peccato possumus uitare proximorum scandalum, debemus. Si autem de ueritate scandalum sumitur: utilius nasci scandalum permittitur, quàm veritas relinquatur.

Paupertas Domini.

Cõsiderandum hîc, quia Dominus cuius sunt omnia tantæ paupertatis fuerit, ut unde tributum solueret non haberet. Licèt enim loculum haberet, & Iudas pecuniam in eo portaret: ea tamen quæ sibi ad usus pauperum data erant, in usus suos seu alios conuertere nephas reputauit, nobisque exemplum utile in hoc tribuit & reliquit. Ergo si uiuẽs de patrimonio Christi inutiliter expẽdit res pauperum, tenetur ad restitutionẽ & satisfaciendũ. Sed quomodo ea restituet, cùm nõ habeat alia nisi de patrimonio Christi? Nõ apparet nisi proprijs manibus hoc elaboret: uel necessitatem suam restringat &

A coartet, ut de residuo pauperibus restituat quæ dilapidatur, uel saltem deuotorum subsidium ad hoc faciendum imploret. Quia uerò in redditione tributi & æqualitate precij Petrus fuerat Domino cõparatus: æstimantes discipuli Petrum eis præferri, &

Petri prælatio.

omnibus esse prælatum, quia à capitaneis colligebatur tributum: cogitabant quis eorum esset maior. Apostoli ex multis præsumebant Petrum à Christo præferri: ut quando ei claues regni cœlorum daturum, & ecclesiam supra petram fidei (à qua ipse nomen acceperat) ædificaturum se promisit: & quando ipsum cum Iacobo & Ioanne assumpsit, ubi transfiguratus fuit: & propter tributum quod pro se & pro ipso soluit & eũ sibi quasi parificauit: & ex his maior

B omnibus uidebatur: & ideo ad quærendum mouebantur. Ista autem quæstio multotiens fuit inter discipulos Christi uentilata.

Maioritas inter discipulos.

Primò enim de ea cogitauerunt, ut dicit hic Lucas. Secundò, de cogitata disputauerunt in uia dum irent Capharnaum, incipientes conquærere inter se quis eorum maior esset: ut dicit Marcus. Tertiò, disputatam magistro determinandam proposuerunt, ut dicit Matthæus: & nihilominus de ipsa contenderunt, ut infrà in cœna Domini dicit Lucas. Cùm enim uenissent Capharnaum, & Dominus pro se & Petro æquale tributum solueret: cæteri Apostoli priorem cogitationem augebant, & ex præteritis & ex isto, *intrauit cogitatio*

C *in eos*, ut Lucas dicit, *quis eorum esset maior*. Dominus autem uidens in mente discipulorum super hoc cogitationem exortam, priusquam augmentum susciperet radicitus eam euellere uolens quæsiuit de conquisitione quam, ut Marcus refert, habuerunt in uia. Et tunc, *in illa hora*, uidentes se deprehensos ab ipso de contentione maioritatis, *accesserunt ad eum* ut Matthæus dicit, respondentes & *dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum?* id est, in collegio iustorum: uel merito in ecclesia militante, uel præmio in ecclesia triumphante. Et uolens Dominus desiderium gloriæ humilitate sanare, ait illis: *Si quis uult primus esse*, merito uel præmio, *erit* & sit, *omnium nouissimus & omnium minister*, humilitate &

D obsequio: ut nouissimus sit corde, & minister actione.

Ambrosius sermo. 10.

Vnde Ambrosius: Quicunque uult fratrem præuenire regnando, prius eum præueniat obsequẽdo: uincat eum obsequijs ut possit uincere sanctitate. Si enim te non læsit frater, obsequium meretur ut diligas. Quod si forsitan læsit, magis obsequiũ meretur

Lex Christianorum.

ut uincas. Hæc enim nostræ Christianitatis summa est: ut amantibus uicissitudinẽ, lædentibus patientiã rependamus. Qui ergo fuerit patientior ad iniuriã, potentior constituetur in regno. Hæc Amb.

Contentio qualis fuit.

Secundum glos. Contentio ista potuit esse ex humilitate, uolebat .n. unus aliũ p̃uenire in honore. Vnde glos. Causa cõtentionis nobis incognita est: sed nõ est credibile, quin se inuicẽ honore præuenire certarẽt. Nõ

E asserit glosa ꝙ ita fuerit: sed ꝙ ita esse potuerit.

Chrysostomus hom. 59. in Matthęum.

Secũdũ verò Chrys. Contentio ista fuit elationis. Vnde dicit ꝙ passi sunt aliquid humanũ discipuli de principatu contendentes. Et licèt fuerit ista cõtentio de principatu, non tamen ibi fuit peccatũ secundũ ipsum: qa nõ de principatibus terrenis contẽdebãt, sed de spiritualibus in cœlo. Vnde Matt. *Quis putas maior est in regno cœlorum?*

Chrysosto. ibidem.

Hoc ĩfirmitatis erat: ut dicit Chrys. Nos autẽ ad infirmitatẽ eorũ nondũ peruenimus, non.n. q̃rimus, *quis maior est in regno cœlorũ*, sed quis maior, q̃s copiosior, quis potentior in regno terrę. Et qa in moralibus magis mouent facta q̃ uerba: uolens Do-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Facta in moralibus, pluſquam uerba mouent.

minus ſuperbiam eorum retundere, & eos de humilitate docere, propoſuit eis humilitatis exemplum ſenſibile, *& aduocans paruulum*, ætate & malitia, quem tradunt quidam fuiſſe Martialem, qui poſtea à beato Petro miſſus in Galliam prædicauit Lemouicenſibus fidem catholicam, quorum primus epiſcopus & apoſtolus fuit: qui in uertice humilitatis & puritate ſimplicitatis præ omnibus excellere uidebatur, *ſtatuit eum*, pro exemplo, *in medio eorum*, ut ab omnibus uideretur & attētè cōſideraretur: cui quilibet ſe commenſuraret & imitando conformaret. Et meritò paruulum aduocat, ut qui maiores uideri volunt eius exemplo inſtruantur, & eum in humilitate & innocentia imitentur. Et amplexās eum, quod ſignat ſolos humiles dignos eſſe ſuo amplexu & dilectione, qui verè poſſunt gloriari & dicere: leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Martialis Chriſti diſcipulus.

Amplexatio Chriſti. Canti. 2.

Vt magis diſcipulos à ſuperbia ad humilitatem reuocet, ſub aſſertione cōteſtatur eis pœnam, niſi ab elatione & inordinato appetitu honoris retrocedant. *Amen, inquit, dico uobis: niſi conuerſi fueritis*, à veſtra elatione & maioritatis ambitione, *& efficiamini* gratia & per virtutem, *ſicut paruuli* ſunt natura & per ætatem: ſcilicet mites & innocentes, ſimplices & humiles, ac parui veſtra reputatione non ſolum maiores, *in regno cælorum*, non eritis: verumetiam illud, *non intrabitis*, quia nec ī eccleſiam per meritum, nec in gloriam per præmium: utrobique enim Chriſtus eſt oſtiū: & qa oſtiū humile & manſuetū eſt, oportet intrantem humilē & manſuetum eſſe. O q̄ terribile eſt verbum iſtud. Et quis eſt hodie ſicut paruulus? Certè rara auis ē in terris. Rari sūt illi hodie: & ideo multum poſſumus formidare. Si enim diabolus propter ſuperbiam de cœlo eiectus eſt, multo magis ſuperbus illuc nō intrabit: quia turpius eiicitur, quàm non admittitur hoſpes. Et quia dæmones inde eiecti ſunt per ſuperbiam, ideo oportet homines illuc venire per aliam viam contrariam: ſcilicet per humilitatē. Per paruulum ergo vult intelligi humilē, eo modo loquēdi quo dicitur Sauli cùm eſſes paruulus in oculis tuis. Vnde dicens ſicut paruuli, non vult ꝙ efficiamur paruuli ſenſibus, ſed malitia: non ætate, ſed conditione: ut uidelicet, formam virtutis quā natura duce puer obſeruat, nos pro nomine Chriſti iuuante rationis induſtria ſequamur: quia, ut ait Ambroſius, non virtus eſt, non poſſe peccare: ſed nolle. Vnde Hieronymus: Non pręcipitur Apoſtolis ut ętatem habeant paruulorū, ſed innocentiam: & quod illi per annos poſſident, hi poſſideant per induſtriā, ut malitia non ſapientia paruuli ſint. Ac ſi dicat, ſicut iſte paruulus cuius uobis exemplum tribuo, nō perſeuerat in iracundia, non læſus meminit, non uidens pulchram mulierem delectatur: nō aliud cogitat, & aliud loquitur, ſic & uos niſi talem habueritis innocentiam & animi puritatem, regnum cœlorum non poteritis intrare. unde & Leo Papa: Amat Chriſtus infantiam humilitatis magiſtram innocentiæ regulam. Non ad lubrica infantiæ, & ad imperfecta nobis primordia reuertendum eſt, ſed aliud quod etiam graues annos deceat: inde ſumendus eſt uelox commotionum tranſitus, citus ad pacem recurſus. Nulla memoria offenſionis, nulla cupiditas dignitatis. Amor ſociæ dilectionis, æqualitas naturalis. Vnde etiam Hilarius: Paruuli patrem ſequuntur, matrem amant, proximo mala uelle neſciunt, curam opum negligunt, non inſoleſcunt, non odiunt, non mentiuntur: dictiſque credunt, & quod audiunt uerum

Paruulum eſſe oportet.

Superbia è cœlo deiecta in ipsū non recipitur.

1. Reg 15.

Ambroſius in cap. 18. Lucæ. Nolle peccare. Hierony. in cap. 18. Matt. Paruuli cōditiones.

Leo papa ſer. 7. Epiphania.

Hilarius canone 18. in Matt.

A

habent. Et hæc omnium affectionum aſſumpta nobis, & conſuetudo & uoluntas cœlorum iter præmium pręſtat. Reuertendum igitur eſt ad ſimplicitatem infantium: quia in ea collocati ſpeciem dominicam circumferemus. Hæc Hilarius. Et notandum quòd pueritia uſque ad quartumdecimum annum durat, per quod intelliguntur quatuordecim proprietates, quæ debent eſſe in homine, qui ſtatuēdus eſt iuxta Chriſtum. Prima eſt, quòd puer pauci eſt contentus: & in hoc eſt ſobrietas. Secunda, quòd puer ſedet in puluere: & hæc eſt humilitas. Tertia eſt, quòd non ſentit motus carnis: & in hoc eſt caſtitas. Quarta eſt, quòd libenter dat de pane ſuo: & in hoc eſt liberalitas. Quinta eſt, quòd parentibus ſtatim obedit: & hęc eſt uera obedientia.

Pueritia duratio. Pueritia cōditiones quatuordecim.

B

Sexta eſt, quòd pueri mutuò ſe diligunt: & in hoc eſt mutua charitas. Septima eſt, quòd nō confidit in ſe: ſed in parentibus, ad quos omnes clamores reportat: & in hoc eſt confidentia in Deo & conſtantia. Octaua eſt, quòd non eſt ſollicitus de aliquo: & in hoc eſt uera ſpes in Deo. Nona eſt, quòd uerax eſt: & in hoc eſt ueritas quæ omnem falſitatem & mendacium excludit. Decima eſt, quòd citò placatur & pro minimo: & in hoc eſt benignitas. Vndecima eſt, quòd perſonatos homines expaueſcit: & in hoc eſt uerecundia & reuerentia. Duodecima eſt, quòd nō pudet puerum etiam mendicare panem: & in hoc

C

eſt recognitio propriæ paupertatis & fragilitatis. Tertiadecima eſt, quòd ſimplex eſt: & in hoc eſt ſimplicitas & innocentia. Quartadecima eſt, quòd hilaris eſt: & in hoc eſt hilaritatis gratia. Iſti ſunt anni & proprietates pueri ſpiritualis, quos qui haberet Chriſtus eum apprehenderet, & iuxta ſe ſtatueret. Deinde Dominus poſtquam excluſit, quòd non ſuperbi & bonorum appetitores: ſed parui & humiles intrabunt in regnum cœlorum, concludit reſponſionem ad præmiſſam Apoſtolorum quæſtionem dicens: *Quicunque ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt*, id eſt, erit, *in regno cælorum*. Ac ſi dicat uis eſſe maior in regno cœlorum, ſis hîc minimus per humilitatem: quia quāto hîc humiliaberis & minor

D

fueris, tanto ibi exaltaberis & maior eris. Arguamus ergo ſic ſi ſimpliciter ad ſimpliciter, & magis ad magis: ſi ergo paruus per humilitatem eſt magnus in regno cœlorum, & paruulus erit maior: igitur ſi hîc minor es alijs in humilitate, eris in regno cœlorum maior in dignitate illis quos excedis in humilitate. Qui enim hîc fuerit humilior, erit maior per gratiā: quia humilitas eſt recta diſpoſitio ad gratiam ſuſcipiendam: Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam: & talis erit maior in cœlo per gloriam. Moraliter paruulus in medio ſtatuitur, cùm uerè humilis in ſtatu dignitatis ponitur: quia tunc ſic lucerna ſuper candelabrum ponitur, aliis in exem-

Humilitas

Iacobi. 4.

Moraliter.

E

plū, & paruulus honoratus plus reputat ſe indignū. Et niſi alij à ſuperbia conuerſi fuerint, & efficiantur ſicut pauuli imitantes eius humilitatem, & non aſpirantes ad dignitatē, non intrabunt in regnū cœlorū. Nā anguſta eſt porta, & ideo inuidi & groſſi ꝑ ſuperbiā tranſire nō poſſunt per ipſam: ſed tantū humiles & graciles, ſpiritū inflatum non habentes. Et ad refrenationē zeli & ſuperbiæ in apoſtolis, qui honorari cupiebant, inducit eos non ad quærendum honorem, ſed ad exhibendum: non quibuſcunque ſed paruulis & humilibus & abiectis eos honorādo, & obſequia charitatis eis exhibendo dicendo: *Et qui ſuſceperit unum paruulum talem*, humilem .ſ. & fidelē meæ inno-

innocentiæ imitatorem, *in nomine meo*, id eſt, propter amorem meum & nomē quia Chriſtianus eſt, & meo nomine inſignitus: uel ad mei nominis inuocationem ipſum ad hoſpitium recipiendo, & neceſſaria miniſtrando: & per hoc intelliguntur omnia alia beneficia quæ propter Deum impenduntur proximo, *me ſuſcipit*, inhabitante in illo, & illum qui me miſit: ſcilicet patrem meum, quia ego in patre & pater in me eſt. Nam Deus ab eo verò ſuſcipitur, qui ei conformatur. Vnde Ambroſius: Qui enim imitatorem Chriſti recipit, Chriſtum recipit: & qui imaginem Dei recipit, Deum recipit. Hæc Ambro. Qui inquam talem ſuſcipit affectu ad compatiendum, affatu ad conſolandum, effectu ad ſeruiendū, patientia ad ſufferendum: me ſuſcipit. Magno ergo honore ſuſcipiendi ſunt pauperes & humiles, ſiquidem in ipſis Deus ſuſcipitur. Vnde Theophilus: Vide quantum valet humilitas: patris nanque & filij inhabitationem meretur, & etiam ſpiritus ſancti. Quaſi dicat dominus, ſecundum Chryſoſto. Non ſolum ſi tales efficiamini, mercedem magnam accipietis: ſed & ſi alios tales propter me honoraueritis, iſta mihi humilitas & ſimplicitas valde eſt honorabilis. Vel ſecundum Hieronymum, me cùm delatum fuerit apoſtolis, ſe putent honoratos: adiecit non illos ſui meritò, ſed magiſtri honore ſuſcipiendos: quia principalius illi fit, cuius gratia & honore fit. Et quia dixerat dominus: *Qui ſuſceperit unum paruum talem in nomine meo, me ſuſcipit*: ſignificans quòd humiles ſuſcipiendi eſſent, intellexit Ioannes quòd eos non in nomine eius recipiant, qui non ſincere ambulant. vnde dixit ei: *Magiſter uidimus quemdā in nomine tuo*, id eſt, inuocatione nominis tui, *eijcientem dæmonia*, & prohibuimus eum: ne ſcilicet hæc in nomine tuo ageret: quia te nō ſequitur nobiſcum: id eſt, ſicut nos: ſcilicet mente & corpore, & non obſequitur in uita, nec relinquit omnia: quaſi diceret, Hic in nomine tuo recipi non debet. *Ieſus autem reſpondit. Nolite prohibere illum.* quaſi diceret: Non debetis bona, uel ſigna, facientē prohibere: quia mecum eſt. *nemo* enim *faciens uirtutem in nomine meo, citò*, & de facili, *loquitur mala de me*: exiſtens ingratus mihi de tantis beneficijs. *qui enim non eſt aduerſum nos*, prorſus & manifeſtè *pro nobis eſt*, quodāmodo ex parte: ſcilicet inquantum aduerſus nos non eſt, & contraria doctrinæ noſtræ non docet, quamuis tamen ex nobis non ſit. Nā licet ſigna facientes quandoque deſpiciantur: Deus tamen, cuius inuocatio hæc facit, honoratur. ſecundum Theophilum, Diſcipuli prohibuerunt eum, non quidem inuidentes, ſed operationem miraculorum diiudicantes: non enim cum eis miraculorum poteſtatem acceperat: neque enim dominus eum miſerat ſicut illos, neque Ieſum in omnibus ſequebatur. Sed, vt dicit Cyrillus, oportebat magis penſare, non hunc ipſum eſſe miraculorum authorem: ſed gratiam quæ eſt in eo, qui in uirtute Chriſti miracula perficit. Multæ ſunt differentiæ donorum Chriſti: ſed quia tradiderat ſaluator poteſtatem apoſtolis, ut ſpiritus immundos eiicerent, putauerunt nulli aliorum, ſed ſibi ſolis licere conceſſam gerere dignitatem: & ideo accedunt ſciſcitantes, ſi liceat & alijs hoc agere. Hæc Cyrillus. Sed voluit dominus illum qui ſe non ſequebatur ab operatione miraculorum non prohiberi: vt diſcipulos ſeruaret in humilitate ne gloriarentur, ne ſuperbiendo gauderent in miraculorum operatione, nec ſuæ virtuti aſcriberent, ſed Chriſti, dum viderent eum qui Chriſtū nō

Suſcipitur à quo deus.

Ambroſius in cap. 9. Lucæ.

Hierony. in cap. 18. Matthæi.

Miraculorum author.

A

ſequebatur eiicere dæmonia: ut quos humiliare conatus eſt exemplo pueri, eos etiam humiliet exēplo illius qui Chriſtum non ſequebatur. Et quamuis nō eſſet tantæ perfectionis, ut in omnibus Chriſtum ſequeretur ut Apoſtoli: ſicut nec modo omnes fideles ſequuntur Chriſtum, per religionis ingreſſum: tamē in Chriſtum credebat, & ideo dicitur eſſe cum eis, & non contra: quia nomen Chriſti non blaſphemabat, ut Iudæi, quos dixit contra ſe eſſe. ſecundū Ambro. Non reprehenditur Ioannes, quia ex amore faciebat: nam præcipua deuotione diligens Deum, & à Deo dilectus, putauit eum excludendum eſſe à beneficio eiectionis dæmonum & huiuſmodi, qui nō utebatur officio diſcipulatus, & obſequio ſequendi Chriſtum: ſed docetur infirmorum eſſe, firmorūq;

Ambroſius in cap. 9. Lucæ.

B

diſtātiam: quia Dominus etſi remuneret fortiores, non tamen excludit infirmos: & neminem à bono, quod ex parte habet, eſſe arcendum: ſed ad hoc potius quod nondum habet, eſſe prouocandum & inuitandum. Hæc Ambro. Tales etiam ob ſalutem admittendi cenſentur aliorum, & non tam propter illos quàm propter aliorum vtilitatem eſt gaudendū: quia licèt ſibi quandoque noceant, multis tamen in eccleſia proſunt. Vnde Beda: Hac doctus ſententia dicit Apoſtolus: Sed ſiue occaſione ſiue veritate Chriſtus annuncietur, & in hoc gaudeo: ſed & gaudebo. Itaque in hæreticis & in malis catholicis non ſacramenta communia (in quibus nobiſcum ſunt, &

Beda in c. 9. Lucæ. Philip. 1.

C

aduerſum nos non ſunt & Dominum non ſequuntur nobiſcum) deteſtari & prohibere debemus. Hæc Beda. Et non ſolum talis eiectio dæmonum facit ad declarationem virtutis Chriſti: ſed etiam quia beneficia diuina non ſolum dantur per maiores, ſed etiā aliquādo per minores & imperfectos, ut in hoc etiā declaretur uirtus nominis Chriſti, quæ per magnos & paruos indifferenter poteſt operari. Vnde Theophilus: Mirare autem Chriſti virtutem: qualiter per indignos, & non diſcipulos eius gratia operatur. Sic & per ſacerdotes ſanctificantur homines, quamuis ſacerdotes ſancti non fuerint. Hæc Theophilus. Si ergo à malis fiat opus bonum de genere, non prohibendi ſunt hoc facere: licèt enim opus tale nō ſit me-

Beneficia Dei per quos dentur.

D

ritorium ſine charitate: tamen eſt diſpoſitiuum ad emendationem vitæ. Per iſtum qui non erat de ſocietate apoſtolorum, ſignatur laicus bonus, qui nō habet prædicandi officium: tamen bonis uerbis & exemplis agit ad expulſionem dæmonis de cordibus proximorum, quamuis non ſequatur Chriſtum per ſtatum religionis & clericatum. Ecce quanta inuitatio ad humilitatem, ad quam inuitat tanquam ad virtutem Chriſtianiſſimam: ſed tamen ad eam uenire differimus, uſque ad horam ſupremam, ſuperbientes quādiu ualemus, licèt per ſuperbiam dæmones efficiamur.

ORATIO.

E

DOMINE *Ieſu Chriſte, da mihi ut uadam ad mare, recogitando peccata in amaritudine animæ: & mittam hamum, in cordis contritione: & aperto ore, in confeſſione: ſtaterem ſoluam, in ſatisfactione: & ſic liberer à tributo diaboli & eius exactione. Da etiam mihi ut conuerſus ab elatione, efficiar ſicut paruulus & humilis in oculis meis: ſicque per arctam uiam, & anguſtam portam merear intrare in regnum beatitudinis. Paruulos quoque & humiles propter nomen tuum, ſuſcipiam charitatis obſequia exhibendo: ut te in eis ſuſcipiens, à te ſuſcipiar in cœlo.*

Universidad de Deusto Biblioteca

De pusillis & paruulis non scandalizandis exterius, & non contemnendis interius. Cap. VI.



Matt. 18. Marc. 9.

POSTQVAM ergo Dominus reuocauit Apostolos ab elatione & altercatione ex susceptione honoris, quę humiliantes seipsos recipiunt: & consequenter reuocat eos ex pœna, quam quicunq; ex zelo contenderint, aut minoribus scandalum posuerint: incurrunt. Nam, secundum Chrysostomum, sicut qui hos honorant, propter Deum mercedem habebunt: ita vtique qui dehonorãt, id est, scandalizãt, vltimam vindictam sustinebunt: scandalizat autem, qui suo dicto vel facto, minus recto, occasionẽ cuiquam dat ruinæ in peccatum: ac verbo vel exemplo propellit ad malum. Et primò monet vitare scandalũ actiuum, siue alienum: & postea passiuum, siue proprium. Est ergo sensus: Vos Apostoli nolite altercare de primatu honoris: quia ex hoc pusillos & paruulos non ætate, sed fide, ac nuper cõuersos & in Christo natos scandalizabitis & perdetis: unde dicuntur pusilli, qui à superba altitudine se humiliantes, patiẽtia & humilitate sponte sua pusilli fiunt & paruuli: q; adhuc sunt in fide infirmi, & de leui ad illicita per mala exempla possunt prouocari. Tales autem scandalizandi non sunt: minores enim citò scandalizantur: maiores verò non faciliter scandala, id est, offendicula recipiunt. Rectè ergo qui scandalizari potest, pusillus dicitur, & paruulus est: quia nullus scandalizatur, aut ex dicto uel facto alterius in peccatum ruit, nisi inquantum pusillus & paruæ virtutis fuerit. Nam magnus & perfectæ uirtutis, id est, robustus in fide & charitate: quicquid viderit, vel audierit, aut passus fuerit, non declinat de facili à fide & veritate: nec ex dicto vel facto malo alterius in peccatũ ruit: quia, ut ĩ Prouerbiis dicitur, *Non contristabit iustum quicquid ei acciderit*. Dicit ergo: *Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt: expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris*. Mola asinaria dicitur, quã trahũt & voluunt asini vel equi cum rota in molendinis: & per hanc intelligitur quicunq; grauis & põderosus lapis, quasi diceret: Multo utilius & melius est innoxium, & pœnitentem etiã noxium, grauissima pœna vitam finire temporalem, q̃ scandalizando & perdendo fratrem mortem mereri æternam. Et eligibilius est temporaliter affligi, quàm æternaliter cruciari. Vbi Hieronymus: Secundum ritum prouinciæ loquitur, quo maiorum criminum ista apud veteres Iudæos pęna fuit, ut in profundo ligato saxo demergerẽtur: expedit autem ei, quia multo melius est pro culpa breuem recipere pœnam, quàm æternis seruari cruciatibus: nõ enim iudicat Deus bis in idipsum. Hæc Hieronymus. Hoc etiam de onere peccati potest accipi: quia, *expedit ei*, scilicet peccatori, *ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris*. Mola asinaria, est onus pęnitentiæ: mare, est amaritudo contritionis. Peccatori ergo magis expedit cum mola asinaria: id est, graui pœnitentia demergi in profundum maris, id est, amaræ & cordialis compunctionis, quàm reseruari æternæ damnationi. Hoc quicunque diligenter voluerit aduertere, non videbitur ei onus pœnitentiæ graue, sed valde leue. Et subiungit: *Væ mundo*, id est, mundanis hominibus, *à scandalis*: id est, propter scandala quæ faciunt alijs. Quia si tam graue est scandalizare pusillos, quòd ei qui scandalizat unum pusillum, magis expedit mola asinaria in profundum maris demergi, quod non est paruum væ, longè maius uæ scilicet æternum imminet ipsi mundo, id est, mundi amatoribus & peccatoribus, *ab scandalis*, id est, pro scãdalis quæ non cauent, nec proximos scandalizare timent: ac tanta & tam magna inferunt scandala, nedũ paruis, sed & magnis. Prælatorum autem & religiosorum scandalum periculosius est & grauius: quia eorum factum magis trahitur in exemplum. Sed quia possit ab eo queri, si ita malum est alios scandalizare: quare permittis scandala euenire? Respondit, *Necesse est enim*, id est, expediens & utile ad aliorum probationem, *ut ueniant scandala*, id est, bonæ & Deo placentis conuersationis impedimenta. Et ideo dicit Apostolus: *Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant in uobis*. Vnde Hieronymus: Sicut necesse est ignem calere, niuem uerò frigere: ita etiam necesse est, ut iniquitas mundi erroribus pleni scandala pariat, perfectorum uerò charitas pietatis operibus luceat. Hæc Hieronymus. Non est necessitas absoluta: sed tantum ex suppositione, scilicet supposita tanta ut appareat mundi iniquitate. Nulla enim necessitas cogit humana corda esse iniqua, quæ tamen quia iniqua sunt, necessariò mouẽt scãdala. unde secundum Chrysosto. Non destruit libertatem arbitrij, neq; necessitati aliquarum rerum supponit: sed quod omnino futurum est, prædicit: neque enim quia prædixit, propter hoc fit: sed quia omnino futurum erat, propter hoc prædixit. Scandala quidem sunt prohibitiones rectæ uiæ, & *necesse est ut veniant*: id est, omnino ueniẽt. Sed quia iterum posset argui, si necesse est ut ueniant scandala: ergo qui faciunt scandala non sunt puniendi: respondet, quòd imò: dicens, *Veruntamen væ*, scilicet æternæ damnationis, *homini illi per quem*, causaliter, & cuius uitio, *scandalum venit*: si tamen sine peccato euitare potest, qui quod necesse est, ut in mundo fiat, uitio suo facit ut per se fiat. Si enim, ut ait Chryso. necessitas esset, non dixisset uæ homini: unde eos miseros dicit, qui ex electione perniciosi sunt. Vnde Theophilus: Quærunt aliqui si necesse est ut ueniant scandala, cur Dominus arguit scandalorum authores? Quicquid enim parit necessitas, ueniale est. Sed attende, q̄ necessitas ista ex libero arbitrio sortitur originem: uidens enim Dominus qualiter homines innituntur malo, nec proponunt aliquid boni, dixit q̄ quantum est ex consequentia eorum q̃ uidentur, necesse est contingere scãdala. Sicut si medicus uidens quenquã malè diæta utentem, dicat, necesse

Chrysostomus hom. 59. in Matthæum.

Proue. 12.

Mola asinaria.

Hierony. ĩ cap. 18. Matth.

Expedit malũ temporaliter puniri.

1. Cor. 11. Hieron. in cap. 18. Matt.

Chrysosto. hom. 60. in Matth.

Chrysosto. ibidem.

cesse est hunc ægrotare. Et ideo inducenti scandala uæ dicit, & pœnam ei comminatur. Vbi & Hierony. Cùm necesse sit in isto mundo fieri scandala, unusquisque suo uitio scandalis patet. Simulq; per generalem sententiam percutitur Iudas, qui proditioni animum præparauerat. Hæc Hieronymus. Et si aliquando utiliter scandalum quis faciat, non tamen iudicabitur à Deo secundum utilitatem quæ inde prouenit, sed secundum exitum quem scandalizans intendit. Bona fuit crucifixio Christi, non tamen benefecerunt qui eum crucifixerunt. Semper iudicat Deus opus ex nequitia peccantium, non ex euentu commodorum inde prouenientium, quæ ipse solus facit & utiliter disponit. ut autem dicit Chrysostomus: Per scandalizantis pœnam, brauium saluantis addisce. Nisi enim unius animæ salus sibi nimium curæ esset, non comminaretur scandalizantibus tantã pœnam. Et meritò *uæ illi per quem scandalum uenit*, quia uiam ad uæ alijs præstruit. Sicut enim qui intoxicaret fontem, causa esset mortis omnium potãtium & morientium de eo: sic est & de scandalo. De huiusmodi sic dicit Gregorius: Quantumcunque exemplum malæ conuersationis (etiam si illi nõ sequantur) quis præbuerit, se pro tantis rationẽ nouerit redditurum. Vnde & Chrysostomus. Si uir aut mulier se ornauerit, & uultus spectantium ad se prouocauerit: etsi nullum inde proueniat damnum, iudicium tamen patietur in æternum: quia uenenum obtulit, etsi non fuit qui biberet: pulchritudo enim uenenum animabus infundit. Magnum ergo peccatum est scandalum, & ideo summopere est cauendum. Vnde Augustinus: Magis peccant qui animas ad peccandum inflãmant, & Deo subtrahunt, quàm qui carnem Christi crucifixerunt. Vnde & Isidorus: Deteriores sunt qui siue doctrinis, siue exemplis, uitam moresque bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiaque diripiunt. Deinde quia egit de scandalo actiuo quod facimus, prohibens ne scandalizemus credentes: nunc agit de scandalo passiuo quod patimur, monens ut caueamus scandalizantes: quia sæpe nihil uel parum distat in uitio scandalizare & fallere, uel scandalizari & falli. Cauendum est igitur, ne quis scandalizetur ab alio uel à seipso. Alius autem potest præbere materiam scandali tripliciter: aut per adiutorium, quod signatur per manum: aut per seruitium, quod per pedem: aut per consilium, quod per oculum. Secundum uerò quòd aliquis præbet sibi materiam scandali, potest esse uel per actionem propriam, quæ per manum: uel per effectum, qui per pedem: uel per cognitionem, quæ per oculum designatur. Ad fugiendum ergo peccatum scandali, inducit metaphoram membrorum, & arguit: Intantum graue est peccatũ scandalizantium, quòd si nobis sint coniuncti, ut præoptata & charissima membra corpori: sicque sint nobis necessarij, ut manus & pes, uel ut oculus, quòd ipsi qui sic scandalizant & offendiculum uitę ponũt, omnino nobis relinquendi & fugiendi sunt. Dicit ergo: *Si autem manus tua*, id est, adiutor tuus quantumcunq; tibi utilis, qui tibi operosè ut manus ministrat: ac pro te operatur & adiutorium impendit, & qui te sicut dextera tua defendit, *uel pes tuus*, id est, discursor tuus, qui in usus tuos discurrit, & te in labore uel sollicitudine supportat: & ut pes infirma tua portat, *scandalizat te*. id est, lædit te in causa animæ: *abscinde eum*, quò ad effectum, scilicet affectum ipsum rumpendo, *& proijce abs te*, quò ad effectũ, scilicet societatem eius deuitando: & intelligitur, si castigare non potes. Et subdit rationem diceos: *Bonum*, id est, melius *est tibi ad uitam ingredi debilem*, id est, sine pernicioso adiutore uel socio: *uel claudum*, id est, sine pernicioso sustẽtatore uel amico, & adiutorio, ac supportatione istorum priuatũ, *quàm duas manus uel duos pedes habentem*, id est, duo adiutoria uel duas supportationes, scilicet tuiipsius, & amici scandalizãtis, *mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus*, id est, consultor uel prouisor & gubernator ad perspiciendum acutus, qui te ut oculus ducit, uel dilectus sicut oculus, *scandalizat te*, id est, in errorem uult ducere, *erue eum*, separando à uoluntate, *& proijce abs te*, separando à societate. *Bonum*, id est utile *est tibi cum uno oculo*: scilicet simplici ueritate, ut non nisi tuam ipsius prouidentiam, ac consilium & gubernationẽ habeas *ad uitam intrare, quàm duos oculos habentem*, id est duplicem prouisionem, uel duplex consilium: scilicet tuiipsius & mali amici, *mitti in gehennam ignis*, secundum Augustinum, per oculum intelligimus dilectum amicum consiliarium: quia oculus iter demonstrat, q̄ uerò dexter est, intelligitur consiliarius in rebus diuinis: sinister autem oculus est consiliarius in terrenis, ut sit iste sensus: Quicquid illud est quod ita diligis ut pro dextero oculo habeas, si scandalizat te: id est, impedimento est tibi ad ueram beatitudinem, eiice etiã & proiice abs te: quia occasiones peccandi sunt fugiendæ. De sinistro autem scandalizante superfluum erit dicere: quandoquidem nec dextero parcendum est. Dextera autem manus accipitur dilectus adiutor in diuinis operibus, quæ huic uitæ & corpori sunt necessaria. Similiter suo modo est de pede. Et subdit Dominus de ipso igne prædicto. *Vbi uermis*, id est, remorsus & cauterium conscientiæ *eorum non moritur*, nec quiescit mœrore rodens, & mordens animam quòd non sit operata bonum: unusquisque.n. suiipsius accusator fiet, rememorans quæ in uita gessit. Vbi Ambrosius: Quæ pœna grauior, quàm interius uulnus conscientiæ? Nonne hoc magis fugiẽdum est quàm mors, quàm dispendium, quàm exilium: & ignis gehennæ exterius corpus urens non extinguitur, nec deficit: est enim ignis afflictiuus, non consumptiuus: & ideo materia eius semper durabit, nec habet contrarium à quo corrumpi possit. Vnde Beda. Sicut autem uermis est dolor interius accusans, sic ignis pœna extrinsecus sæuiens. Et est sensus præmissorum in summa: Societas amicorũ, uel necessariorum, quantumcunque uideatur utilis esse, tamen præscindenda est, & remouenda si sit occasio ruinæ animæ tuæ. Melius est enim sine huiusmodi amicis uel necessariis esse in paradiso, quàm habere tales & postmodum esse in inferno. Nihil.n. est, quod contra salutem animæ debeamus diligere. Vnde Cassiodorus: Iustitia non patrem, non matrẽ nouit, personam non accipit, solum Deum considerat, & attendit. Rumpe ergo omnem affectum carnalem, & separa eum à te, si maior & potentior es: si minor, separare ab eo, & inquantum potes deuita societatem eius quem castigare nequis: nihil enim tam nociuum ut perniciosa societas. Et ideo inemendabiles quantumlibet amici nobis uitandi sunt: ne si cum perditis in hac uita partem habere uolumus, simul in futura cum illis pereamus. Vnde Hieronymus: Melius est ut propinquitate & emolimentis carnalibus careas, quàm dum uis tuos lucrificare cognatos & necessarios, causas habeas ruinarum.

Hieronym. in c. 19. Matth.

Iudicat intentionem Deus, non euentum. Chrysosto. hom. 60. in Matthæ. Saluantis aliquẽ præmium.

Gregorius 22. moral.

Chrysosto. hom. 8. in 1. Timot.

Scandalũ passiuũ uitandum.

Tripliciter alius nos scandalizat.

Bonum pro melius.

Augustin. li. 1. de sermone Domini in mõte c. 24. Oculus, amicus dilectus.

Ambrosius libr. 1. officiorũ c. 4.

Beda in c. 9. Marci.

Salus summè diligenda.

Cõsanguinei & amici saluti posthabendi. Hieron. in c. 18. Matthęi.

Universidad de Deusto Biblioteca

narum. Itaque non frater, non uxor, non filij,non
amici, non omnis affectus qui nos excludere poteſt
à regno cœlorum, amori Domini præponatur.
Nouit unuſquiſque credentium quid ſibi noceat,
uel in quo ſollicitetur animus ac ſæpe tentetur: me-
lius eſt uitam ſolitariam ducere, quàm ob uitæ
præſentis neceſſaria æternam uitam perdere: me-
lius eſt ſolum ſaluum fieri, quàm perire cumpluri-
bus. Hæc Hieronymus. Et nota, ſecundum Augu-
ſtinum, quòd etiam hoc ipſo ſeparantur à quibus ſe
parantur, quòd eis mala ſuadentibus, hoc eſt ſcanda
lizantibus, non conſentitur. Sed quæritur, quid di-

Dimittenda pro ſcãdalo.

mittendum eſt pro ſcandalo? & dicendum, quod il-
lud de quo quæritur aut eſt malum in ſe, ſiue morta-
le, ſiue ueniale: & de tali non eſt dubium quin dimit
ti debet: aut eſt indifferens, & hoc ſimiliter debet di
mitti: aut eſt bonum: & tunc aut eſt bonũ præcepti,
& hoc homo non debet dimittere: quia pro uitando
peccato alterius, nullus debet peccare: aut bonum ſu
pererogationis: & hoc quamuis poſſet dimittere pro
ſcandalo alterius, non tamen totaliter, ſed aliquando
ad tempus intermittere: quia eſt de uitæ perfectio-
ne & ueritate, etſi non neceſsitate: unde ueritas ui-
tæ, iuſtitiæ, & doctrinæ, non ſimpliciter eſt propter
ſcandala dimittenda. Vnde eſt verſus.

Iuſtitiæ, uitæ, doctrinæ ſcandala cædunt.

De hoc uide plura in capitulo præcedenti. Et no
tandum quòd multas humilitatis excellentias legi-

Humilitatis excellentia.

mus in hoc loco: habet enim humilitas excellentiã,
Primò, in ſanctorum collegio: quia eſt exemplar po-
puli ſancti. Vnde *aduocans paruulum, ſtatuit in me-
dio eorum.* Secundò, in officio: quia oſtiaria paradiſi,
unde *niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli,
non intrabitis in regnum cœlorum.* Tertiò, in præmio,
quia eſt de maioribus regni. Vnde *quicunque humi-
liauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cœlo-
rum.* Quartò, in primatu ſeu faſtigio: quia eſt uicaria
Chriſti. unde *qui ſuſceperit unum paruulum talem in
nomine meo, me ſuſcipit.* Quintò, in iudicio: quia eſt
præcipua ultrix opprobrij. vnde *qui ſcandalizauerit
unum de puſillis iſtis, expedit ei &c.* Sextò, in hoc exi-
lio. quia eius miniſtri comites & adiutores ſunt An-
geli beati. vnde ſequitur: *Videte ne contemnatis unum

Contẽptus uitandus.

ex his puſillis, quia Angeli eorum, &c.* Poſtquã ergo
docuit uitare ſcandalum: conſequenter docet uitare
cõtemptũ, qui eſt quaſi radix ipſius ſcãdali: quamuis
enim pro uitando ſcandalo Dominus omnes carna
les affectus præceperit reſpuere, non tamen uſque-
quaque ut deſpiciamus illos de quorum ſalute poſſu
mus ſpem habere: de qua ſolliciti debemus eſſe: un-
de dat ſpecialem cauſam non contemnendi puſillos
& paruulos, ſed honorandi, & ſalutem eorum quæ-
rendi: quia ipſi ſunt Deo multum chari, quod oſten-
dit ex duobus: dicit ergo *uidete ne contemnatis unum

Hieronym. in c. 18. Matthæi.

ex his puſillis*, ac ſi dicat, ſecundum Hieronymum,
Quantum in uobis eſt nolite contemnere: ſed poſt
ueſtram ſalutem etiam illorum quærite ſanitatem. Si
autem perſeuerantes in peccatis uideritis: melius eſt
uos ſaluos fieri, quàm perire cum multis. & primò
oſtendit hoc ex honorabili angelorum cuſtodia di-
cens: *Dico enim uobis quia Angeli eorum*, id eſt, eis aſ-
ſignati in cœlis, *ſemper uident faciem Patris mei qui in

Auguſtin. lib. 22. de ciuitate, cap. ult. Facies patris cæleſtis.

cœlis eſt*: id eſt, uiſione manifeſtationis Dei perfruun
tur. Facies enim Dei, ſecundum Auguſtinum, ma-
nifeſtatio eius intelligenda eſt: & ideo poſſunt renũ
ciare iniurias illatas eis quos cuſtodiunt. Et eſt ratio
à maiori: quia paruuli nõ contẽnuntur à maioribus,

A ſ. Deo patre cęleſti & Angelis beatis: ergo nec à mi-
noribus, ſ. hominibus miſeris, debent contemni: ac
ſi dicat: uos illos non debetis contemnere, ſed hono-
rare, quos Deus pater cœleſtis ſic honorat & ſigni-
ficat, ꝙ ad ipſorum miſterium & cuſtodiam Ange-
los beatos deputat: non eſt enim ſpernendum ab ho
mine, quod apud Deum tantæ eſt curæ: ſi ergo con
temnitis, Angeli nunciabunt & pater meus ulciſce-
tur de uobis. Vnde Hieronymus: Magna dignitas

Hieronym. in c. 18. Matthæi. Angeli cuſtodes hominum.

animarum, ut unaquæque habeat ab ortu natiuita-
tis in cuſtodiam ſui Angelum delegatum: ſic itaque
Angeli exiſtentes circa miniſterium noſtrum, quia
ibi ſunt ubi operantur, uident Deum in cœlo facie ad
faciem: quamuis enim mittantur, tamen uident pa-
B trem: quia ſemper Deo inhærent per apertam uiſio-
nem: & quia ubique Deus præſens eſt, ideo & in ter-
ra eum cernunt. Miſsi ergo ante Dominum ſunt:
quia quocunque ueniunt, intra ipſum qui ubique eſt
currunt: & cùm ad nos ueniunt, ſic exterius implent
miniſterium, ut tamẽ nunquam interius deſint per
contemplationem: licet enim mittantur in miniſte-
rium pro ſalute hominum, tamen non recedunt à
contemplatione diuina: ſed aſtant Deo per contem-
platione iugẽ & continuã. Et bene dixit *qui eſt in cœ-
lis*, quia licet Deus ſit ubiq; per eſſentiam, præſentiã,
& potentiã: tamen ſpecialiter dicitur eſſe in cęlis, ubi
adeſt beatis per apertam uiſionem: non ergo debent
C contemni, ſed honorari quos Deus ſic honorat: quia
contemptus ipſorum aſcendit ad contemptum Dei,
cuius imaginem habent. In eis quoque contemptis,
contemnuntur Angeli eorum miniſtri & cuſtodes.
Deinde ſubiungitur alia ratio, ſumpta ex redemptio

Chryſoſt. hom. 60. in Matthæũ.

ne Chriſti. Vnde Chryſoſtomus: Ne dicas ille faber
eſt, ille ſartor, ille agricola: ab Angelis qui eis miſsi
ſunt uenerabiles ſunt: ſed quòd maius eſt ratione re-
demptionis dominicæ. Secundò ergo, puſilli non
ſunt contemnendi, ſed honorandi: quos ſic Deus
dilexit, ꝙ pro eis (qui in Adam omnes peccauerant
& perierant) ſaluandis miſit filium ſuum in ſimilitu-
dinem carnis peccati. unde ait: *Venit enim* & de cœ-
lo deſcendit *filius hominis*, ſaluator hominum *ſaluare
D quod perierat*, ſcilicet genus humanum, non tantum
magnos: ſed etiam puſillos. ac ſi dicat, Vos non de-
betis contemnere & perturbando perdere quos ego
ueni ſaluare: quia ego pro hominibus, homo fieri

Roma. 14.

dignatus ſum. Vnde & Apoſtolus: *Noli contriſtare
& perdere fratrem tuum, pro quo Chriſtus mortuus eſt.*
non ſunt ergo contemnendi puſilli, qui tanti ſunt
apud filium Dei qui pro eis uenit mori: nec debet
ſeruus contemnere, quos Dominus tantum dile-
xit: ſed exemplo eius omnem curam ut ſaluemur ad-
hibere, pro quibus ſaluandis Dominus uenit. Et

Chryſoſt. ibidem.

hæc ratio, ſeu cogitatio, ſecundum Chryſoſtomũ:
Maior eſt priore: graue eſt contemnere, quem Deus
E honorat Angelo cuſtode: ſed grauius, propter cu-
ius ſalutem Dei filius uoluit in mundum uenire. De

Angelorũ miniſteriũ. Bernardus ſermo. 31. in cantica.

prædicto Angelorum miniſterio ſic dicit Bernardus:
Fidelis paranymphus, qui mutui amoris conſcius,
ſed non inuidus, non ſuam quærit, ſed Domini glo-
riam. Diſcurrit medius inter dilectum & dilectam
uota offerens, referens dona: excitat iſtam, placat
illum. Interdum quoque, licèt rarò, reprę ſentat eos
pariter ſibi: ſiue hanc rapiens, ſiue illum adducens.
Siquidem domeſticus eſt & notus in palatio, nec ve

Anſelmus in epiſt. ad Hebræos.

retur repulſam, & quotidie uidet faciem patris. Vn
de Anſelmus: Milia milium ad complenda patris mi
niſteria alacri diſcurſu iugiter meant inter cœlum &
ter-

terram, quaſi apes negocioſæ inter aluearia & flo- A
res, ſuauiter diſponentes omnia populus accinctus,
neſciens labem, uel inobedientiæ moram. Hæc Am
ſelmus. Vides quàm fideliter Angeli noſtri nobis
ſeruiunt, & quàm ſolliciti circa nos ſunt: unde ma-
gnam eis reuerentiam debemus, & quotidie eos lau
dare, ac eis gratiarum actiones referre: nihilque illi-
citum uel turpe in eorum præſentia, qui nobiſcum
ſunt, cogitare, uel loqui, aut operari. Ad hæc nos

Bernardus ſermo. 12. in Pſal. Qui habitat. Pſal. 90.

monet Bernardus dicens: *Angelis ſuis mandauit de
te, ut cuſtodiant te in omnibus uijs tuis.* Quantam tibi
debet hoc uerbum reuerentiam inferre, afferre deuo
tionem, conferre fiduciam: reuerentiam pro præſen

Angelorũ præſentia.

tia: deuotionẽ, pro beneuolentia: fiduciã, pro cuſto
dia. Cautè ambula, tibi aſſunt angeli, ſicut eis mãdatũ B
eſt, in oĩbus uijs tuis. In quouis diuerſorio & in quo

Iacobi. 1. c.

uis angulo angelo tuo reuerẽtiã habeto, ne audeas il
lo præſente quod uidente me nõ auderes. Quid retri
bues Domino pro omnibus quæ retribuit tibi? ſi-
quidem ei ſoli honor & gloria. Quare ei ſoli? quia ip
ſe mandauit, & omne datum optimum non niſi ab il
lo eſt: ueruntamen & ſi ille mandauit, ipſis quoque
qui ei ex tanta charitate obediunt, & nobis ſubue-
niunt in tanta neceſsitate ingratos eſſe non licet. Si-
mus ergo deuoti, ſimus grati tantis cuſtodibus: re-
clamemus eos quantum poſſumus, quantum debe-
mus. Hæc Bernardus. Et ideo cum omni attentio-
ne & deuotione diſtinctè, & alacriter officium diui C
num exoluas: & in omnibus ſcilicet cogitãdo & uer
ba proferendo uidendo & audiendo, ſtando, & ſe-
dendo, ſupplicando, & ueniam ſumendo: nec non in
alijs ſingulis ad interiorem & exteriorem hominẽ
in hoc officio ſpectantibus, ſic reuerenter & humili
ter te habeas quaſi Deum, ac beatam uirginẽ & om-
nes angelos & ſanctos corporalibus oculis coram te
uideas, recogitans quòd ſine dubio præſentes ſunt

Senſuum ĩ orando collectio. Baſilius in regulis breuioribus.

angeli ſancti, in quorum conſpectu pſallis Deo ibi
& ubique præſenti. Vnde qualiter homo in oratio-
ne poſsit intentionem ſuam recolligere, docet Ba-
ſilius dicens: Quomodo nõ obtinebit quis ut in ora-
tione ſenſus eius non uagetur, ſi certus ſit aſsiſtere
ante oculos Domini. Recogitet ergo homo ſe ſta- D
re, ſeu pronum iacere ante conſpectum Dei: & ſecũ

Hiere. 18.

loqui, & iuuabitur à uagatione mentis. Vnde Hie-
remias: *Recordare quòd ſteterim in conſpectu tuo, ut lo-
querer pro eis bonum*: imò recordari timet ſtare ante
conſpectum Dei. Hæc Baſilius. Et quia homines
beatis ſpiritibus ſociandi ſunt, idcirco hic nota quòd
quicunque in eccleſia eſt (& maximè in religione)
fideliter, humiliter & deuotè miniſtret & ꝙ propter
Deum infirmis & peregrinis ſeu pauperibus & ſibi in
uicem charitate fraterna ſubueniũt: in primo gradu
cõſiſtunt angelicis ſpiritibus coæquati. Qui uerò ora
tione & deuotione familiarius Deo intẽdunt: & pro
ximis ſuã doctrinã, conſiliũ, auxiliumq́; impendunt, E
in ſecundo gradu, archangelicis ſpiritibus inſerũtur.
Et qui ſe exercent in patientia, obedientia, & uo-
luntaria paupertate, & humilitate, omneſque uirtu
tes fortiter peragunt, tertium gradum cum uirtuti-
bus conſcendunt. Qui autem uitijs & concupiſcen
tijs reluctante, diabolum cum cunctis ſuggeſtioni-
bus contemnunt, in quarto gradu cum poteſtatibus
triumphum gloriæ obtinebunt. Qui uerò in eccle-
ſia animarum curas & prælaturas ſibi commiſſas be
ne regunt & miniſtrant, animarum lucris die noctu-
que inuigilantes, & talenta ſibi credita ſummo co-
namine duplicantes, hi cum principatibus in quin-

A to gradu gloriam regni pro labore ſuo poſsidebunt.
Qui autem diuinæ maieſtati reuerenter cum om-
ni humili ſubiectione ſe inclinant, & pro eius gloria
omnem hominem reuerentur & diligunt: & ſiquidẽ
ſeipſos, quia ad imaginem Dei facti ſunt: Deo etiã
quantum poſſunt ſe conformant, carnem ſuam ſpiri
tui ſubijcientes, & incentiuum mortificantes, animo
ſuo dominantes, & ad cœleſtia transferentes: hi cũ
dominationibus in ſexto gradu exultabunt. Qui ue-
rò ſedulę meditationi & contemplationi inſeruiunt,
ac cordis munditiam, & mentis tranquillitatem am-
plectendo quietiſsimum in ſe Deo exhibent habita-
culum, qui meritò paradiſus Dei appellari dicuntur:
B iuxta illud: *Delitiæ meæ ſunt eſſe cum filijs hominum*: de *Prouer. 8.*
quibus etiam dicit, *Ambulabo in eis, & habitabo cum* *Leui. 26.*
eis: in ſeptimo gradu thronis ſociantur. Qui autem
ſcientia & cognitione cæteris eminent, qui ſingu-
lari beatitudine Deum facie ad faciem mente illuſtra
ta conſpiciunt: & ea quæ ex ipſo fonte omnis ſapien
tiæ hauriunt, per doctrinam & illuminationem alio-
rum in ipſum refundunt. In octauo aſcenſionis gra
du, cum cherubicis ſpiritibus locabuntur. Et qui
Deum toto corde & mente diligunt, & igni æterno
qui Deus eſt ſe totos immergunt: eiq́; ſimillimi fa-
cti iam non ſuo, ſed diuino amore ſicut dilecti ab ip
ſo ſunt, diligunt omnia in Deo, & tã inimicos quàm
amicos diligunt propter Deũ: quos quidẽ ab amo-
C re nihil poteſt diſiungere, ſeu impedire: ꝗa quò ma
gis inimici in eos inſurgunt, eo ualidius in amore
unitiuo conualeſcunt, nihil etiã conſolationis & cõ-
modi temporalis requirunt: niſi quod ad laudem &
gloriam Dei ſpectat, amore etiam tam feruenti ac-
cenſi & inebriati, ad Deum per mille mortes tranſi-
re exemplo apoſtolorum & ſanctorum non formi-
dant. Omnibus enim pœnis & tribulationibus ſpre-
tis, & propter feruorem dilectionis in carne mortali,
& uita præſenti omnem tolerant gaudẽter moleſtiã.
Fęliciter quidem in ſemetipſis ardentes & alios ac-
cendentes, ita ut ſi poſſent omnes homines in deifi-
co amore inflammarent, & perfectos facerent vt cũ
ipſis arderent: hi etiam aliorum uitia & peccata tan-
D quam propria lugẽt: nec quæ ſua ſunt quærunt, ſed
ſolius Dei patris faciem deſiderabilem hianti ſemper
animo ſuper omnia diligunt & exquirunt: iſti meri-
tò in nono gradu cum Seraphim computabuntur.
Inter quos & Deum nulli interſunt ſpiritus, qui ip-
ſum uicinius contemplentur, & ipſi immediatius ap-
propinquare uideantur.

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, magiſter & rector bo-
ne: omnia interiora & exteriora mea guber
na propitius & rege, ne unquam alijs de me,*
E *uel mihi de alijs ſcandalum proueniat: ſed omnem oc-
caſionem ſcandali tua gratia à me abſcindat pœnitus &
excludat. Da etiam mihi ut nullum de puſillis ſeu par
uulis præſumam contemnere: ſed potius omnes ſtudeam
honorare, quos tu ſic honorare dignatus es, quòd ad eo-
rum miniſterium & cuſtodiam angelos beatos deputa-
ſti, & tu ipſe pro eis ſaluandis de cœlo in mundum ueni-
re, & mori uoluiſti. Amen.*

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De tribus parabolis: scilicet ouis, & dragmæ, & filij prodigi. Cap. VII.



DEINDE ne quis scandalizet & contemnat pusillos, & ad ostendendum quanti sint pusilli apud patrem, subdit tres parabolas per ordinem: sed secundum Lucam duplex fuit occasio, siue causa harum trium parabolarum: scilicet appropinquatio publicanorum & peccatorum, ac murmuratio scribarum & Phariſæorum, *Erant enim appropinquantes*, ad Iesum saluatorem, *publicani & peccatores*, qui salute indigebant, *ut audirent illum*: quia rationabiliter peccata reprehendebat: quia non cum austeritate, sed benignè eos admonebat, & spem ueniæ promittebat. Libenter debent omnes ad Christū accedere & appropinquare: quia omnia remedia in eo poterunt inuenire. De quibus sic dicit Ambrosius: Omnis anima accedat ad Christum quia omnia Christus est nobis. Si uulnere curare desideras, medicus est. Si febribus æstuas, fons est: si grauaris iniquitate, iustitia est. Si auxilio indiges, uirtus est: si mortem times, uita est: si cœlum desideras, uia est: si tenebras fugis, lux est: si cibum quæris, alimētum est. *Et murmurabant Phariſei*, simulata sanctitate ab alijs diuisi, & Scribæ, legis notitia doctores populi, *dicentes: quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis*: quasi dicant hic creditur bonus & sanctus, & tamen ad suam conuersationem & gratiam recipit peccatores: & quod amplius est, manducat cum illis tanquam amicus. Si cognouissent Scribæ & Phariſæi, quòd uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, nequaquam murmurassent: nam eos recipiebat, ut conuersando cum eis à peccatis conuerteret, & illuminaret, ac saluaret. Christus ergo peccatores pœnitentes recipiendos esse ostendit: & super hoc tres parabolas adducit: Tria enim sunt quæ hominem ad miserendum consuecurunt inducere: scilicet simplicitas, propinquitas, & necessitas. Ista tria similiter Deum inducunt ad miserendum. Primò, nostra simplicitas, & ad hoc pertinet prima parabola de oue errante. Homo enim est simplex respectu hostis tam astuti, id est, diaboli. Vnde clamat Psalmista: *Erraui sicut ouis quæ periit, serui tuum* &c. Secundò, nostra propinquitas quam nobiscum contraxit: & ad hoc pertinet secunda parabola de dragma amissa: in qua est imago regis, & supraſcriptio nominis: sic & homo est ad imaginem Dei formatus, & habet supraſcriptionem Christi, quia à Christo dicitur Christianus: & ideo

Luca 15.

Ambrosius li. 3. de uirginibus.

Misericordiam inducentia.

Psal. 118.

debet nostri misereri, iuxta illud Apostoli: *Nemo enim suam odio habet*, &c. Tertiò, nostra necessitas & paupertas: & ad hoc pertinet tertia parabola de filio prodigo reuertente, qui dixit: Quanti mercennarij in domo patris mei sunt, qui habent panem: ego autem hic fame pereo. Quando enim homo cognoscit suam miseriam & infirmitatem, tunc Deus sibi exhibet suam pietatem. Vnde dicitur ibidem, quòd pater uidens eum, misericordia motus est super eum. Respondendo ergo scribis & Phariſeis murmurantibus subdit dominus primò parabolam unius ouis ex centum errantis, quam quæsitam & tandem inuentam (quia propter infirmitatem ambulare nō potest) pastor bonus in humeris suis ad gregem reliquum reportat: & ueniens domum conuocat amicos & uicinos, ad congratulandum sibi super inuentione ouis quæ perierat. Sententia itaque huius primæ parabolæ, secundum Lucam, talis est in summa: Si quis oue perditam postea inuentam libenter recipit, non debet mirari uel indignari si peccatores recipio ad pœnitentiam, qui prius amissi erant per culpam: uel referendo ad pusillos (de quibus dictum est suprà) talis est huius parabolæ sententia: sicut non est uoluntas pastoris, ut pereat de ouibus suis: sic non est uoluntas patris cœlestis ut pereat unus, nec etiam multi de pusillis: nec etiam de alijs, & ergo pusillus non est contemnendus: si autem perit, non uoluntate eius perit: quia nec uoluntate approbationis, uel cōsilij, uel præcepti eius peccat, eo tamen authore dānatur: quia omnis pœna ab ipso est. In hac tamen parabola, secūdum sensum mysticum, tanguntur septē in speciali. Quorum primum est, hominis & angelorum creatio: ibi, *quis ex uobis homo qui habet centum oues*. Secundum, hominis creati præuaricatio: ibi, *& si perdiderit unam ex illis*. Tertiū, filij Dei ad quærendum ouem perditam, scilicet hominem, incarnatio: ibi, *nonne dimittit nonaginta nouem in deserto*. Quartum, ipsius per Christi passionem inuentio: ibi, *& cum inuenerit eam imponit in humeros suos gaudens*. Quintum, in cœlum eius ascensio: ibi, *& ueniens domum*. Sextum, angelorum ad congratulandum inuitatio: ibi, *conuocat amicos dicens eis, congratulamini mihi*. Septimum, sensus mystici expresio: ibi, *dico uobis quòd ita gaudium erit in cœlo*, &c. Vnde secundū Gregorium: Quia centenarius perfectus est numerus, ipse Deus cētum oues habuit, cùm angelorum & hominum naturā creauit & possedit: sed una ouis tunc errauit & periit cùm homo peccando pascua uitæ reliquit. Et intelligitur per unam ouem homo, & sub nomine uno uniuersitas omnium hominum à principio usque ad finem mundi sentienda est quia unus creatus est homo unde omnes prodirēt, & in unius hominis errore omne hominum genus oberrauit. *nonaginta autem nouem* id est, nouem ordines angelorum (idem enim significat numerus simplex & compositus) *timisit* ratione humanitatis assumptę *in deserto* siue in montibus & excelsis, id est, in cęlo, quod & diabolus & homo deseruit quando peccauit. Cœlum quippe dicitur desertum, id est derelictum: tum quia fuit derelictum ab angelo, qui in eo fuerat creatus: tum quia fuit derelictum ab homine, qui ipsum fuerat habiturus. Item quia instar deserti in eo sunt dulces cantus auium, id est, angelorum: ibique sunt rosæ martyrum, ac uiolæ confessorum, & lilia uirginum. Et ut perfecta summa ouium reintegraretur in cœlo, hominem perditum quærebat in terra. Et inueniens ouem humeris suis impo-

Ephes. 5. Luca. 15.

Ouis errās

Summa parabolæ ouis perditæ.

Gregor. hō. 34. in Euāg.

Cœlum desertum.

imposuit, & ad gregem reportauit. Cùm ergo pastor pius ouem perditam reperisset, non puniuit, nō uerberauit: non urgēdo ad gregē duxit: sed superponens humiliter humeris, & portans clementer, gregi annumerauit. Tunc uerò humeris reportans ouem imposuit, quando naturam humanam suscipiens peccata nostra ipse portauit: quia pro homine redimendo humanam naturam suscepit, & in brachijs suis in cruce extensis peccata hominis, id est pœnam peccatorum nostrorum portauit. Et secundum Ambrosium: Humeri Christi crucis brachia sunt: illic mea peccata deposui, in illa patibuli nobilis cruce quieui. Et attendendum quòd Christus gaudens imposuit ouem humeris suis: quia licet magnus fuerit dolor passionis & mortis, quo genus humanum requisiuit & humeris imposuit, hunc tamen laborem & dolorem lætanter sustinuit: ut perditam ouem recuperaret. Inuenta autem oue ad domum uenit: quia reparato homine ad cœleste regnum redijt, ad quod cum oue reuersus est cùm cœlum ascendit, & captiuam captiuitatem secum duxit, & conuocat amicos & uicinos: scilicet angelorum choros qui amici eius sunt, quia uoluntatem eius continuò custodiunt: & uicini, quia claritate uisionis eius assiduè perfruuntur: *dicens illis: Congratulamini mihi*, & simul mecum: *quia inueni ouem meam quæ perierat*. secundum Gregorium non dicit, Congratulamini inuentæ oui, sed mihi: quia uidelicet gaudium eius est uita nostra, & cùm nos ad cœlum reducimur, solennitatem lætitiæ illius implemus. Vel ideo congratulandum est sibi: quia non frustra laboraui, nec frustra mortuus ex quo ouem perditam inuenit: oui uerò non est congratulandum, quia nullis suis meritis inuenta est: & subiungit concludendo. *Dico uobis quòd ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quā super nonaginta nouem iustis qui non indigent pœnitentia*: non dicit pœnitentiam cogitante, quæ est pœnitentia pro crastinorum: nec dicit pœnitentiam docente, uerborum prædicatorum: nec dicit pœnitentiam ostendente, quæ est pœnitentia hypocritarum & simulatorum: sed dicit pœnitentiam agente, quæ est pœnitentia deuotorum. Non est ergo gaudendū solum de redemptione generis humani: sed quacunque hora conuertitur unus peccator, fit gaudium angelis Dei, eo quòd numerus eorum suppleatur ex conuersione peccatorum. Vnde Augustinus. Qui per pœnitentiam peccatum diluit, angelicæ fœlicitatis in æternum consors erit: hinc est quòd super conuersione peccatoris uelut de suo consorte, angeli in cœlo gaudere dicuntur: Nam ut dicit Origenes. Nos angelis in cœlis occasionem gaudij præbemus, cùm super terram ambulantes cōuersationē in cœlis habemus. Secundum Ambrosium: Angeli quoniam rationabiles sunt, non immeritò hominum redemptione lætantur, quanquam hoc quoque proficiat ad incentiua probitatis, si unusquisque conuersionem suam gratam fore credat cētibus angelorū, quorum aut affectare patrocinium, aut uereri debet offensam: & tu igitur angelis esto occasio lætitiæ gaudeant de reditu tuo. Vnde Beda: Ouem ergo Dominus inuenit quando hominem restaurauit, & super eam inuentam maius gaudiū est in cęlo, quàm super nonaginta nouem quia maior materia diuinæ laudis est in restauratione hominum, quā in creatione angelorum. Mirabiliter enim angelos creauit: sed mirabilius homines restaurauit. Hæc Beda. Quāuis ergo pastor multo plus diligat oues nonaginta no-

Ambrosius in cap. 15. Luca.

Gregorius hom. 34. in Euangelia.

Augustin. lib. de mirabilibus sacræ scripturæ. Origenes in Lucam.

Ambrosius in c. 15. Luca.

Beda ibidē.

Gaudium pastoris & Christi.

Dionysius de ecclesiastica hierarc.

Dragmæ perditæ.

Summa parabolæ de dragma perditæ.

uem, quàm solam centesimam: tacitis tamē alijs, de restaurata multis modis se gaudere ostēdit. Sic quoque saluator de reparatione hominis magis gaudet: hoc est magis & pluribus argumētis ostendit se gaudere, q̄ de angelorū stabilitate: usitatissimū etenim est ut quāuis eum plus nō diligamus, maiorem tamē lætitiam de illo faciamus, quem de maiori periculo liberari uidemus. Sicut ergo pastor gaudet speciali gaudio de inuentione unius ouis: non quia magis illam solam quàm omnes alias diligat, sed quia in ea habet specialem rationem gaudendi, quam in aliis non habebat: sic Deus de reuersione peccatoris habet specialem rationem gaudij, quam non habet de cęteris in iustitia permanentibus: cæteris tamē paribus permanentes in iustitia sunt Deo magis dilecti. Per hominem centum oues habentem significatur præsidēs monasterio, uel Ecclesiæ, habens subditos in quocūque numero: quia sæpe in scriptura ponitur numerus determinatus pro indeterminato: & si perdiderit unam per apostasiam, uel occasionem aliam, nonne dimittit alias in deserto, id est, in obseruatione claustrali uel Ecclesiastica, quæ desertū dicitur, eo quòd asperitas ibi uidetur, & à multis deseritur: & uadit ad illam quæ perierat, ut ad bonum reducat, & gaudet de illius reductione plus quàm super aliis non errantibus: non quia plus diligat eam cæteris, sed quia specialem rationem gaudēdi habet, de reductione eius, quam non habet de aliis: tamen non errantes semper sunt plus diligendi, cæteris paribus. Et nota secundum Dionysium, quòd Dominus numerū electorum determinauit in decem: nouem quidem ordinibus angelorum, propter trinitatem: in nouenario enim numero trinarius fit tertiò repetitus: & uno ordine hominum propter unitatem, ut unitas in trinitate ab angelis & hominibus laudaretur, coleretur, adoraretur. Voluit autem numerum electorum constare ex angelis & hominibus, quia uoluit à creatura spirituali & corporali laudari. Hæc Dionysius. Ad idem subdit parabolam unius dragmæ ex decem perditæ, pro qua mulier accendit lucernam, & euertit domum, ac quærit diligenter donec inueniat: & super inuenta cum amicis & uicinis gaudet. Dragma hoc loco est nūmus certæ quantitatis, ualens decem denarios usuales, habens in se regis imaginem & superscriptionem: quem nos debemus offerre: scilicet nosmetipsos, in quibus est imago regis. Vnde secundum Dionysium: Homo microcosmus, id est, minor mundus dicitur. Habet enim ex terra carnē: ex aqua sanguinem, ex aere flatum, ex igne calorem. In cuius substantia spirituali imago & similitudo Dei exprimitur: imago in forma accipitur, similitudo in qualitate consideratur. Diuinitas enim consistit in trinitate, cuius imaginē tenet anima, quæ habet memoriam, intellectum, & uoluntatem. In Deo consistunt omnes uirtutes: cuius similitudinem tenet anima, quæ capax est omnium uirtutum. Hæc Dionysius. Igitur dragma, scilicet homo ad imaginem Dei factus: pro cuius requisitione sollicitatur diuina sapientia & sponsa eius scilicet mater nostra ecclesia, pro cuius quoque inuentione lætatur tota cœlestis curia quamuis pusillus non est contemnendus: quia non uult pater cœlestis ut pereat unus de pusillis. Sētentia autem huius parabolæ, secundum Lucam, talis est in summa: Si mulier cum tanta diligentia dragmam perditam quærit, & deinuenta gaudet, & ad gratulandum amicas & uicinas conuocat: multo fortius Deus hominem perditum debet cum magna diligentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligentia quærere, & de eius inuentione gaudere: & sicut nullus debet murmurare contra mulierem quærentem dragmam perditam, sic nullus debet murmurare contra Dominum quærentem peccatores: siue eos alloquendo, siue cum eis comedendo. Vbi tamen secundum sensum mysticum, notantur sex in speciali. Primò, angelorum & hominum creatio: ibi, *quæ mulier habens dragmas decem*. Secundò, hominis creati præuaricatio: ibi, *& si perdiderit unam*. Tertiò, filij Dei ad quærendam dragmam perditam in carnatione: ibi, *nõne accendit lucernam*. Quartò ipsius per Christi passionem inuentio: ibi, *& quærit diligenter donec inueniat*. Quintò, angelorum ad congratulandum inuitatio: ibi, *& cùm inuenerit conuocat, &c.* Sextò, inuitationis ratio: ibi, *quia inueni dragmam quam perdideram*. Vnde secundum Gregorium: Qui significatur per pastorem, ipse etiam significatur per mulierem: ipse enim Deus, ipse & Dei sapientia: dicitur aũt mulier, quia cum dolore nos parit. Angelorum uerò & hominum naturam ad recognoscendum se Dominus cõdidit, & ad similitudinem suam creauit. Decem ergo dragmas habuit, quia nouem sunt ordines angelorum: sed ut compleretur electorum numerus, homo decimus est creatus. Et quia imago exprimitur in dragma: mulier dragmam perdidit, quando homo qui conditus ad imaginem Dei fuerat, peccando à similitudine sui conditoris recessit. Quotidie adhuc ista dragma perditur, uel in puluere diuitiarum, uel in luto luxuriæ, uel in diuerticulo erroris cuiuscunque. Accendit autem mulier lucernam: quia Dei sapientia apparens in carne lumen deitatis accendit in testa nostræ mortalitatis ad quærendum hominem perditum, ad reducendũ eum ad beatitudinem. Ista uerò lucerna accensa refulsit miraculis, inflammauit dictis, illuminauit exẽplis: collocatus enim erat homo in obscuris & vmbra mortis: unde istam oportuit accendere lucernam. *Et euertit domum*, conscientiæ: quia mox ut eius diuinitas per carnem claruit, omnis se nostra cõscientia concussit. *Et quærit diligenter*, diligenter enim quæritur quòd intimè diligitur: sic uerò ostendit Christus dilectionem suam ad nos, ut animam suam pro nostra redemptione poneret. Vnde subditur *donec inueniat*, quia non destitit quærere donec inu eniret: quæsiuit enim usque ad contumelias, usq; ad minas, usque ad flagella, usque ad mortem, usque etiam ad inferna. Nec mirum si eam inuenit, quam ubique etiam usque ad inferna cum diuinitatis lucerna ardenti quæsiuit. Euersa ergo domo inuenitur dragma, quia cùm perturbatur hominis conscientia, reparatur in homine similitudine creatoris, tũc enim consueta relinquuntur uitia, ut reluceat imago conditoris, *& cùm inuenerit, cõuocat amicas & uicinas*. Ssupernas uirtutes, quæ amicæ sunt, ut exequentes uoluntatem ipsius: & uicinæ, quia ei per gratiam continuæ uisionis appropinquant quas ad congaudendũ inuitat, & gaudij participes facit, quia congaudent de peccatoribus ad eum conuersis, cùm Deus de seipso habeat gaudium & angeli gaudeant in eo. Gaudent tamen etiam de conuersione pœnitentium, quãdo illud quod prædestinauit impletur: nec illud gaudium est Deo nouum: aut temporale, sed æternum: angeli uerò quibus effectus prædestinationis innotescit, de nostra conuersione temporaliter gaudent. Christus etiam gaudet super conuersione peccatoris, propter duo. Primò, quia per pœnitentiam ira sua placatur. Secundò, quia precium sanguinis sui in eo non frustratur. Est autem tantum gaudium Christo de conuersione peccatorum, quòd si non sufficeret sua passio, rursus pati & mori esset paratus. vnde beatus Dionysius in epistola quadam scribit, quòd cùm quidam infidelis hominem fidelem à fide auertisset, Carpus quidam vir magnæ sanctitatis adeo molestè hoc ferebat, ut urtumque igne comburi Deum rogaret: cui circa noctis medium apparuit Christus in aere, cum multitudine angelorum, in terra uerò apparuit fornax cum serpentibus accensus, ad quam trahebantur illi duo homines. Carpo ergo petente ardenti desiderio ut mitterentur in fornacem, & molestè serente dilationem: ecce Christus miseratus descendebat à solio in terram, & extensis manibus homines illos eripuit: cleuataque manu dixit Carpo, iterum percute me lancea, paratus sum rursum pati & mori pro hominibus saluandis. Et subiungit Dominus concludendo, *ita dico uobis gaudium erit angelis Dei*, qui sunt uicini & amici Christi, *super uno peccatore pœnitentiam agente*, nam anima uitiorum laqueis capta & stricta, cùm se corrigit, & priora peccata relinquit: tam cœlicolas quàm christicolas hilares facit. Vnde Bernardus: Denique gaudent in conuersione & pœnitentia peccatorum, salutem hominum sitientes, quia lachrymæ pœnitentium sunt uinum eorum: hoc certè uinum lætificat cor hominis: hoc cõstat & angelos bibere cum lætitia. Hæc Bernardus. Et si angelis tantum gaudium est pro peccatore, qui propria peccata damnat, quantum est eis gaudium pro iusto, qui aliorum peccata plangit? Considera hic quanta debet esse pœnitentia, ut per eam accendaris, nec torpeas: & totam domum, id est, mentẽ & conscientiam euertas, ut dragmam usque ad nouissimũ puluerẽ inquiras diligenter, non pigrè, non morari donec inuenias. Moraliter mulier potest dici præsidens, tum propter fœcunditatem, tum propter pariendi difficultatem: huius mulieris dragmæ sunt animæ Dei imagine insignitæ: quarum si unam perdiderit, debet accendere lucernam: scilicet orando, meditando, sanctè uiuendo: & uetere domum conscientiæ peccatoris, feruore prædicationis, terrore comminationis: & quærere diligenter, donec inueniat: quod fit quando ad pœnitentiam reducit. Tertiam quoque de eodem & expressius addit parabolam: scilicet de filio prodigo, qui facultatibus cõsumptis & perditis, ad patrem reuersus susceptus est ab eo & honoratus: quia homo non solum est ouis chara pastori, non solum dragma preciosa mulieri: sed uisceroſæ charitatis filius charissimus patri. Deus enim pater hominem ad imaginem & similitudinem suam creauit, ut post angelos expressiori similitudine præ cæteris creaturis filius Dei dicatur. Ideo nullus quantumcunque pusillus est contemnendus, cùm sit summi regis filius: præsertim ille cui dedit fidem & gratiam, per quam est filius adoptionis. Et si post susceptam fidem & gratiam, quæ ipsi ex dono Dei contingebat, uixerit luxuriosè: per culpã, gratiam perdendo: uel spiritualiter fornicatus fuerit, fidem deserendo: adhuc non est contemnendus, adhuc à Christi & ecclesiæ gremio non est ejiciendus: quia si pœnituerit, & humiliter redierit, adest Deus pater miserator & misericors, qui non lætatur in perditione filiorum, & occurrit pœnitenti, & dat osculum pietatis & amoris. In cuius receptione gaudet tota cœlestis curia: qui enim mortuus fuerat infidelitate & culpa, uiuit fide & gratia:

Sex notanda. — *Dionysius Areopagita Epist. ad Demophilum.* — *Gregorius hom. 34. in Euangelia.* — *Dragma decem.* — *Angelorũ gaudium.* — *Bernardus serm. 33. in cãtica.* — *Quæstio dragmæ.* — *Moraliter.* — *Filius prodigus.*

tia: & qui perierat errore inuentus est Christo pasto re omnium requirente. Per hanc ergo parabolam datur intelligi benigna peccatorum à Deo receptio. Ex quo secundum Lucam uult habere, quòd nullus debet indignari si benignè recipit peccatores. In hanc autem parabolam sex tanguntur. Primò status naturæ, & utriusque filij communis propagatio: ibi, *homo quidam habuit duos filios*. Secundò, lapsus culpæ, & adolescentioris à patre recessio: ibi, *dixit adolescentior patri*. Tertiò, locus pœnitentiæ, & eiusdem postmodum reuersio ibi, *in se autem reuersus*. Quartò, munus gratiæ, & reuertentis à patre benigna susceptio: ibi, *cùm autem adhuc longè esset*. Quintò stimulus inuidiæ, & de eius iocunda susceptione senioris indignatio: ibi, *erat autem filius eius senior*. Sextò, uirtus doctrinæ: & indignationis eius rationabilis sedatio: ibi, *pater ergo illius*. Potest autem hæc parabola exponi de populo Iudaico, & Gentili. Vel de innocente seu iusto tepido, & de peccatore pœnitente deuoto. Iudaico inquam uel iusto conquerente de Domino, dante maiorem gratiam uel deuotionis feruorem Gentili, uel pœnitenti, quàm sibi. *homo* ergo iste de quo hic dicitur, Christus est: qui habuit duos filios, id est duos populos: scilicet Iudaicum & Gentilem qui sunt filij Dei quantum ad eius imaginem: uel eius filij sunt omnes Christiani per eius baptismum regenerati: quorum tamen aliqui sunt iusti, & aliqui peccatores. *Et dixit adolescentior.* i. Gentilis populus: unde & populus Iudaicus uocatur in Exodo filius Dei primogenitus. Vel *adolescentior.i.* peccator, qui inuenis est moribus: & petijt à patre portionẽ suę substantiæ, ut recederet à Dei patris lege: & ageret pro libito uoluntatis suæ, ac regeret se propria uoluntate. *& diuisit illis substantiam*, quia dona sua omnibus largitur, licet diuersimodè: & dimittit quemlibet agere secundum arbitrij libertatem. *Adolescentior uerò filius profectus est in regionem longinquam*: non localiter, à Deo patre cœlesti qui ubique est, recedens, sed per multiplicationem peccati se à patre, & patria cœlesti elongans: *& ibi*, scilicet in regione peccati, *dissipauit substantiam suam* per peccatum bona gratia perdendo, & bona naturæ peiorando: *uiuendo luxuriosè* luxuria interiori, q̃ est fornicatio spiritualis, & maxime idololatria & luxuria exteriori, quæ est fornicatio corporalis & manifesta. Peccator ergo à patre suo cœlesti recedit, qñ mortaliter peccat: & tunc in regione lõginqua est: qa lõgè est à peccatoribus salus, & talis luxuriosè consumit suã substantiam, quãdo sensus suos, & uires conuertit ad malitiam: *& postquam consummasset*, id est consumpsisset *omnia* ornamenta naturæ, tam naturalia quàm gratuita: *facta est fames ualida in regione illa*, quia in regione peccati sit magnus defectus pabuli diuini: & fames bonorum operum atque uirtutum: *& ipse cæpit egere*, scilicet spiritualibus bonis & uirtutibus eorum fonte relicto: nam existens in mortali peccato sit egens omni spirituali bono: *& abijit*, scilicet profectu erroris, & de malo in peius ruendo, *& adhæsit uni ciuium regionis illius*: scilicet diabolo, qui est ciuis in regione umbræ mortis: *& misit illum in villam suam*, id est in cupiditatem mundanam, uel in peccatorum societatem, in qua dominatur sicut in propria uilla: *ut pasceret porcos*, id est uitia quæ fœtida sunt & immunda: *& cupiebat implere uentrem* animæ scilicet affectum, *de siliquis*, i d est cibo porcorum, qui est carnalitas: *& nemo illi dabat*, scilicet ad satietatem: quia uenter impiorum est insatiabilis: dæmones enim ad hoc studeant, ne unquam saturitas malorum proueniat. *In se autẽ reuersus*, id est ad propriam conscientiam, per rationis dictamen, à qua recesserat sequendo sensualitatem: homo enim in peccando extra se egreditur: quia limites rectæ rationis transgreditur: & ideo pœnitendo ad se reuertitur. Debet autem pœnitens, secundum Gregorium, recognoscere ubi fuit, quia in peccato: & ideo debet dolere: ubi erit, quia in iudicio: & ideo debet timere: ubi est, quia in miseria: & ideo debet gemere: ubi non est, quia in gloria: & ideo debet suspirare. *In se ergo reuersus, dixit*, pœnitẽdo de peccatis & dolendo: *Quanti mercenarij*, id est Deo seruientes pro mercede æterna *in domo patris mei*, id est in ecclesia, seu congregatione iustorum, *abundant panibus*, spiritualibus, scilicet uerbi diuini, & eucharistiæ sacramenti: ac pluribus uirtutibus & donis: *ego autem hic fame pereo*, id est penuria omnis boni, quo priuatum me sentio. *Surgam* de luto culpæ, per infidelitatis uel peccati delictionem: quia iacebat: *& ibo* per conatum bene operandi, & meliorationem uitæ: quia longè aberat. & *ad patrem meum* à quo recesseram: quia sub principe porcorum erat. *& dicam ei*, recognoscendo culpam, & petendo ueniam: *pater*, scilicet ex natura quam dedisti mihi, *peccaui*, scilicet malè uiuendo *in cœlum*, id est coram cœlesti curia: scilicet angelis sanctis: & ideo multum debeo dolere & flere, quia eos contristaui. Specialiter peccator peccat in angelum custodem suum, quia spernit eius consilium: *uel in cœlum*, quod scilicet per culpam meam amisi, & per meam negligentiam non quæsiui: *& coram te*, scilicet uidente & sciente, id est in ipso conscientiæ meæ conclaui: ubi tui solius, qui iudex meus es, penetrant oculi: & ideo multum debeo erubescere & timere, quia peccaui ante oculos iudicis cuncta cernentis. Hic docetur modus confitendi, qui est quòd omne bonum attribuamus Deo: quod natatur ibi, *pater* à quo scilicet omne bonum habemus: & omne malum quod facimus attribuamus nobisipsis, quod notatur ibi, *peccaui in cœlum, & coram te*. *Iam non sum dignus uocari filius tuus*: primò, quia à te recedens te contristaui: secundò, quia imaginem patris non honoraui: tertiò, quia substantiæ meæ prodigus extra disciplinam uixi: quartò, quia seruum alterius, scilicet diaboli me feci: quintò, quia degener in moribus pascendo porcos extiti: sextò, quia ingratus te contempsi. *Fac me* per condignam satisfactionem, *sicut unum de mercenarijs tuis*: scilicet bonum, qui seruit pro æternis: non malum, qui seruit pro temporalibus. Quasi diceret: Paratus sum ammodo tibi satisfacere, & seruire spe mercedis æternæ: mercenarius enim laborat pro mercede. Ecce ergo post contritionem & confessionem, satisfactionis oblatio: hæc est pœnitentia meditantis in confessione peccati, nondum tamen agẽtis: postquam itaque ad necessitatem famis peruenerat, in se reuersus pœnitentiam agere incipiebat: quia necessitas ipsum compellebat. In quo notare possumus Dei clementiam, quia etiam peccatores compellit agere pœnitentiam. Intantum enim nostram salutem diligit & quærit, quòd omnibus modis quibus potest nos attrahit: quosdam per prædicationem, quosdam per inspirationem, quosdam per beneficiorum largitionem, quosdam per flagellationem. Vnde dicit Beda: Prodigus iste postquam in semet reuersus diræ famis supplicia formidabat:

Sex notanda. — *Gregorius hom. 34. in Euangelia.* — *Iudaicus populus.* — *Psal. 118.* — *Exodi 4.* — *Peccare in cœlum.* — *Indignitas peccatoris* — *Mali insaturabiles.* — *Beda in cap. 15. Luc.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dabat: uelut iam seruus effectus etiam mercenarij statum de mercede iam cogitans concupiscit. Ad filij affectum, qui omnia quæ patris sunt sua esse non ambigit, aspirare nequaquam præsumit: sed mercenarij statum iam pro mercede seruitutis desiderat.

Mercenarius. seruus & filius.

Hæc Beda. Distat autem inter mercenarium, seruum, & filiũ. Seruus enim est, qui supplicia metuens solo timore pœnæ præsentis uel futuræ temperat se à uitijs, & declinat à malo. Mercenarius autem, qui causa mercedis & desiderio regni cœlestis obedit mãdato, & cauet offensas. Filius uerò, qui seruat ius hæredis, nõ pro lucro seruit mercedis: sed gratia ipsius boni & amore uirtutum succensus, quicquid est illi contrarium, toto detestatur desiderio. *Et surgens* implendo quod deliberauerat, *uenit*, id est uenire cœpit, se ad pœnitentiam per bona opera disponendo *ad patrem suum*, eius gratiam requirendo. Est autem pater redeuntibus clemens. Nam sequitur: *Cùm autem adhuc longè esset*, id est attritus & motus ad pœnitendum. Non tamen perfectè contritus: ad quod requiritur gratia Dei præueniens: ideo subditur, *uidit illum pater*, ipsius, oculo clementiæ. vt dicit Chrysostomus: Sensit pater pœnitentiam: non expectauit recipere confessionis uerba, sed præuenit petitionem misericorditer agens. Vnde subditur: *Et misericordia motus est*, misericorditer ei inspirando motũ pœnitentiæ. *Et* uelociter *accurrens*, ipsum præueniẽdo per misericordiam inchoantem: *cecidit super collum eius*, cum amoris amplexibus constringendo, per misericordiam concomitantem: *osculatus est eum*, dulciter ipsum sibi perfectè reconciliando per gratiam subsequentem.

Chrysosto. hom. de patre & duobus filijs.

Occursus Dei.

Occurrit quippe Deus pœnitenti per gratiam præuenientem, & recipit eum per clementiam omnia scelera dimittentem. Vnde Gregorius Nissenus: Confessionis meditatio placauit ei patrem ut obuiam ei iret, & oscula conferret. Vnde & Chrysostomus: Quid enim est aliud quod occurrit, nisi quia nos peccatis impedientibus nostra uirtute ad eum peruenire non poteramus: ipse autem potens ad inualidos peruenire, descendit? Osculatur autem os eius per quod emissa de corde confessio pœnitentis exierat, quam pater lætus excipit. Incipit autem iam peccata confiteri. Vnde sequitur: *dixit ei filius, Pater peccaui in cœlum, & coram te: iam nõ sum dignus uocari filius tuus.* quod intellige ut suprà: sed hîc iam non facit mentionem de statu mercenarij: quia postquam suauissimum osculum recepit: extunc statum mercenarij dedignatur: sed ut dicit Beda, Pater occurrens non contentus minora concedere, vtroq; gradu sine dilatione transcurso pristinæ filiorum restituit dignitati: nec iam de mercede cõductoris, sed de hæreditate fecit cogitare parentis. *Dixit autem pater*, scilicet Deus, *ad seruos suos*, id est apostolos & ecclesiæ ministros, quibus Christus præcepit benignè recipere pœnitentes & cõfitentes. *Citò proferte stolam primam.* i. citò proferendam & restituendam uerè pœnitentibus innocentiam nunciate & promittite: *& induite illum.* i. ostendite uerè & certificate illum induẽdum: *& date annulum.* i. fidei signaculum docete dãdum *in manu.* i. in opere *eius*: ut per opera fides clarescat, & per fidem opera confirmentur: annulus. n. rotundus, cùm non habet principium neque finem, significat fidem æternæ trinitatis, quo fidelis anima Deo desponsatur: hunc annulum debent ministri Ecclesiæ in manu dare, docendo ipsum habendũ in opere: *fides enim sine operibus mortua est*, & similiter opus sine fide non sufficit: *& calciamenta.* i. sanctorum exẽpla, *in pedes eius.* sin intellectu & affectu. Secundum Chrysost. Ad non tangendum terrena, & ad corrigẽdum uiam, ut per lubricum mundi istius iter, fixus & immaculatus incedat. *Et adducite uitulum saginatum*, i. Christum, quem secundum Chrysostomum, uitulum nominat, propter hostiam & immolationẽ corporis immaculati. Saginatum autem dicitur, propter gratiarum pinguedinem & plenitudinem: quia pinguis & opimus omni spirituali uirtute intantum est, ut pro totius mundi salute sufficiat, *& occidite.* Hoc est secundum Augustinum, Mortem eius insinuate: tunc enim cuique occiditur, cùm credit occisum. Hic ergo uitulus filio reuertenti adducitur & occiditur, quando Christi passio Gentili populo & cuilibet peccatori prædicatur: aut quando in sacramento eucharistiæ ministratur: hic uitulus semel occisus est in re, sed multotiens in sacramentali repræsentatione: quotidie uerò immolatur credentium fide, & prædicantium recordatione. *Et manducemus & epulemur*, quia peccator uerè pœnitens ad mensam Christi cum alijs Christianis recipitur: & non solum filius reuersus reficitur, sed etiam pater & serui eius: quia refectio Dei & sanctorum est salus peccatorum: & ideo bene dicit pluraliter, *manducemus & epulemur.* Vnde Ambrosius: Epulantem autem inducit, cùm dicit epulemur ut ostenderet quoniam paternus est cibus salus nostra: & patris est gaudium nostrorum redemptio peccatorũ, *quia hic filius meus mortuus erat*: spiritualiter per infidelitatẽ, & morte culpæ: *& reuixit*, per fidem & uitam gratiæ. Vel mortuus erat, per separationem à Deo tãquam à patre: & reuixit, reuertendo ad Deum tanquam ad patrem suum: quia secundum Augustinũ, Vera mors, quam homines non timent, est separatio animæ à Deo, qui est uera uita animarum: *peribat*, scilicet recedendo à consortio sanctorum, quasi à fratre, *& inuentus est*, quia matri ecclesiæ restitutus per baptismum, uel pœnitentiam. Et nota hîc circa receptionem peccatoris, quòd pater de cœlis recipit pœnitentem uelociter: quod notatur cum dicitur *accurrens cecidit super collum eius*: quia Deus pronus est ad miserendum, & tardus ad puniendum: cuius natura & proprietas est misereri & parcere: secundò recipit dulciter, recõciliando eum per gratiam sibi: ideo dicitur, *cecidit super collum eius*: tertiò recipit honorabiliter, dando *stolam primam*, id est restituendo innocentiam quam in baptismo induerat, sed per peccatum perdiderat: *& annulum in manu eius*: id est gratiam bene operandi quia non sufficit habere innocentiam, nisi fiant opera bona: sed quia in operando sæpe aduersa occurrunt: ideo subditur *& calciamenta in pedes eius*: id est constantiam contra aduersa: quartò recipit lætanter. Vnde dicit, *manducemus & epulemur*, Deus enim ipsi pœnitenti consolationes & dulcedines infundit, & in conuersione peccatoris ipse Deus & angeli, & oẽs sancti gaudẽt. *Erat autem filius eius senior in agro*, id est Iudaicus populus in cultu unius Dei occupatus erat, legem obseruando, uel Christianus in iustitia perseuerans remisse tamen operando. *Et cùm ueniret & appropinquaret domui*: scilicet ecclesiæ: *audiuit symphoniam & chorum*, scilicet pœnitentes Deum laudãtes, & in domino gaudendo epulantes: *interrogauit unum de seruis, quæ hæc essent*, scilicet festa ecclesiæ uel gaudia. *Ipse dixit illi: Frater tuus.* i. Gentilis populus, uel peccator *uenit*, scilicet ad fidẽ & pœnitẽtiã: *& occidit pater tuus.* i. Deus q̃ est pater omnium per creationẽ, *uitulum saginatum.* Christum:

Beda in c. 15. Luc.

Iacob. 2. d. Calciamẽta.

Chrysostomus homil. de patre & duobus filijs.

Augustin. li. 2. quæst. euãg. 33.

Ambrosius in cap. 15. Luce.

Augustin. ser. 72. ad fratres.

Recipiendi peccatoris modus.

Christum: quod intellige (ut suprà dictum est) *quia saluum ipsum recipit.* scilicet Gentilem populum & peccatorem. Indignatus est autẽ frater senior: talis enim aliquando miratur q̃ Deus respicit magis peccatorem conuersum, dando ei uirtutem fortius operãdi: & talis admiratio potest dici indignatio largè loquendo inquantum talis non uidetur dignus tanto bono, & nolebat introire. scilicet ad conuiuium, id est in ecclesiam, uel peccatorum communionem, propter indignationem. Pater ergo illius, scilicet Deus uolens pacificare & amouere hanc admirationem, seu indignationẽ & cupiens hunc saluare: *Vult enim omnes homines saluos fieri*: egressus scilicet de domo synagogæ in ecclesiam uel de rigore iustitiæ ad misericordiam: cepit rogare illum, per se, scilicet interna inspiratione: & per suos uicarios scilicet apostolica prædicatione, & aliorum eruditione: ostendens iusto quòd hoc non provenit ex parte ueteris peccatoris pœnitentis: sed ex infinita bonitate Dei conferentis, secundum sua uera iudicia facultatem omnium transcendentia: & quòd quicquid operatur iustè fit: licet hominibus aliquando aliter uideatur: *at ille respondens dixit patri suo* indignationis suæ causam ostendendo, *ecce tot annis seruio tibi*, scilicet legis iustitiam sectando, uel pro te mala sustinendo, & bona faciendo: *& nunquam mandatum tuum præteriui*, quod scilicet est de uno Deo colendo, uel à iustitia incepta recedendo: *& nunquam dedisti mihi hœdum*, quia omnia beneficia ueteris legis modica sunt, & quasi nullius reputationis respectu beneficiorum nouæ legis, *ut cum amicis meis epularer*, scilicet cum prophetis, patriarchis, & angelis: uel hœdum, id est tantam peccatorum exprobrationem & abominationem vt epularer per deuotionis feruorem. *Sed postquam hic filius tuus uenit, qui deuorauit substantiam suam*, scilicet temporalem & spiritualem *cum meretricibus*: id est cũ carnalibus uitijs & spiritualibus: *occidisti ei uitulum saginatum*, scilicet Christum: uel dedisti ei magnæ deuotionis pinguedinem, quasi diceret, secundum ordinationem tuam hoc fuit. *At ipse*, scilicet pater: *dixit illi.* scilicet filio suo seniori, tanquam pius pater ipsum placare uolens. *Fili tu semper mecum es*, scilicet per legis obseruantiam, uel per iustitiæ custodiam, *& omnia mea tua sunt*, scilicet bona gratiæ in re, & bona gloriæ in spe: quasi diceret, tãquam iure hæreditario per debitum remunerationis tibi omnia mea debentur. *Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic*, scilicet unde congaudere deberes, nõ indignari, *mortuus fuerat*, scilicet per priuationem fidei, quæ est animæ uita: uel per amissionem innocentiæ & iustitiæ: *& reuixit*, per susceptionem fidei, & recuperationem innocentię, *perierat* propter morum amissionem, *& inuentus est*, quia redditus matri ecclesiæ propter emendationem. Mouet eum gaudere: quia in hoc apparet optimè bonitas hominis, quando scilicet libenter uidet emendationem & correctionem fratris. Vnde Augustinus: Nihil ita probat spiritualem uirum, sicut peccati alieni curatio: cùm liberationem potius quàm insultationem: potius auxilia, quàm conuitia meditatur. & quantum facultas tribuit, suscipit. Vbi Chrysostomus: Hæc ergo parabola ad hoc est cõposita, quod peccatores non diffidant reuerti: scientes quòd magna consequẽtur, unde introducit alios turbatos in eorũ bonis: nõ ut iudicet eos liuore tabescẽtes, sed tanto decore honoratus redeuntes, ut etiam inuidiosi possint alijs fieri. Hæc Chrysostomus. vnde Dionysius: Verè optimus, & super optimus, Iesus

Indignatio fratris.

1. Tim. 2.

Iudicia Dei.

Augustin. in epistolam ad Galat. capite 5.

Chrysostom. hom. de patre & duobus filijs.

Bonitas Christi.

Dionysius epistola ad Demophilum monachum.

Pœnitentiæ uis. Bernardus de gradibus humilitatis.

Ambrosius in cap. 15. Luce.

Oues sumus.

Roma. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

acquiesce, quia uirtus est:habet causam ut pro te interueniat ne pro te gratis mortuus sit. Habet & causam ignoscendi pater, quia quod uult filius, uult pater. Occurrit tibi: quia audit te intra mentis secreta tractãtem. Et cùm adhuc longè sis uidet & accurrit: uidet in pectore tuo, accurrit, ne quis impediat complectitur quoque. In occursu præsentia est, in amplexu clemẽtia, & quasi quidam patrij amoris affectus: supra collum cadit, ut iacentem erigat, ut oneratum peccatis atque in terrena defluxum reflectat ad cœlum in quo suum quærat authorem. Cadit in collum tuum Christus, ut ceruicem iugo exuat seruitutis, & collo tuo iugum suaue suspendat. Hæc Ambrosius. Cõsidera nunc ex præmissis, quàm multis modis inducit nos deus: ut pusillos & humiles diligamus, nec aliquem ex his cõtemnamus: sed salutem eorum cũ diligentia quæramus. Vnde Chrysostomus: Vides per quot inducit nos ad uilium fratrum diligentiam, ne utique contemnamus tales animas. Eternim hæc omnia dicta sunt propter hoc: omnia ergo sunt tolerabilia, propter salutẽ fratris. Ita enim studiosissimũ quid Deo est anima, ut neque proprio filio suo pepercerit: ideo rogo mane apparente confestim exeũtes à domo, hanc unam intentionem habeamus, & idem ad omnes studium, ut eum qui periclitatur eripiamus: non dico hoc solum sensibile periculum, sed id quod est animæ. i. à diabolo hominibus infertur. Hæc Chrysost.

Occursus Dei.

Chrysosto. hom. de pace & duobus filijs.

ORATIO.

VENI *Domine Iesu, quære seruum tuum: ueni pastor bone, quære errantem & lassam ouem tuam: ueni sponsa matris Ecclesiæ, quære dragmam perditam: ueni pater misericordiæ, recipe filium prodigum ad te reuertentem. Veni non cum uirga, sed charitate, & spiritus mansuetudine: ueni ergo domine, quia solus es qui possis errantem reuocare, perditum inuenire, profugum reconciliare: ueni ut facias salutem in terris, gaudium in cœlis: & conuerte me ad te, & da mihi ueram & perfectam pœnitentiam agere, ut sim angelis occasio lætitiæ domine Deus salutis meæ. Amen.*

De modo correptionis fraternæ, & de dimittendo fratri septuagies septies. Cap. VIII.



Matt. 18. Luca 17. Correptio fraterna.

IT quia Deus gaudet de peccatore conuerso, consequenter dat modum reducendi peccatorem ad ouile dominicum: & quomodo pereũti per culpam, succurratur per correptio nem fraternam. Circa hanc uerò correptionem fraternam est sciendum, quod corripere peccantem præceptum est affirmatiuum: & est omnium in omnes, quia secundum glosam, ita peccat qui fratrem suum peccare videt & tacet: sicut qui peccanti nõ indulget. Ista. n. correptio ordinatur ad emendationẽ fratris peccantis: & ideo est actus charitatis, & pertinet ad oẽs, quia ut dr̃ in Ecclesiastico: *Vnicuique mandauit deus de proximo*: & ideo sicut quilibet tenetur proximũ ex charitate diligere, ita tenetur defectus eius charitatiuè ad emẽdationẽ eius corrigere. Plus tñ ad hoc ligantur prælati quã alii: quia prælati ex zelo charitatis, & ex officio prælationis: sed alij tantũ ex zelo charitatis. Itẽ prælati habent corripere uerbo & flagello, alii tantũ uerbo. Et cũ sit præceptũ affirmatiuũ ligat semper, sed non ad semper exequendũ: sed pro loco & tempore, quãdo licet & expedit: & homo credit quod correptio sit utilis apud illum quem corrigere intẽdit. Sunt aũt quinque casus in quibus absoluitur homo ab isto præcepto. Primus est cum non sit aliqua spes correctionis. Vnde Hiero. Frustra niti, & nihil quam odium quærere, extremæ demẽtiæ est. Secundus, cum timetur defectus probationis, & criminaliter agitur: ubi scilicet actor ad talionem, si in probatione deficiat, obligatur. Tertius, cùm prælato tanquam iudici notum est factum: quia ille notorius est, uel cõuictus. Quartus, cùm meliori operi, uel ad minus æque bono uacat, sicut monachi facere debent. Quintus, cùm multitudo uel potestas est in culpa: ubi correptio plus noceret ecclesiæ, quàm prodesset. Vnde est versus:

Ecclt. 17. Corripiendi forma.

Augustin. ibidem.

Hieron. in c. 18. Mat.

Hieronym. epistola. ad Dem. & Rogat. 103.

Glossa in Matthæũ.

Non spes, non testis, plebs, præsul scit, monachus sinit.

Ostendit ergo hîc debitũ modũ correptionis huius, & quis ordo in ꝓcessu eius sit seruãdus. Quia peccatũ fratris aut est tibi soli cognitũ, aut alijs paucis ẽ notum aut publicum. Si tu solus sis, nõ ut Deus per confessionem, sed ut homo per certã cognitionem, debes ipsum corrigere amicabiliter, secretè, & seorsum. vnde dicit: *Si peccauerit in te*. i. secundum Augustinum, te sciẽte, *frater tuus*. s. proximus, *corripe* & increpa *eum*, dulciter & charitatiuè monẽdo secretè *inter te & ipsum solum*, ut non deducatur in publicum, quod est occultum: ut sic sis emendator, nõ criminis proditor: intendens correctionem, parcens pudori: ne si publicè correptus semel pudorem aut uerecundiam amiserit, in peccato permaneat: & pertinacior effectus difficilè emendabilis maneat: fortè enim prę uerecundia incipiet defendere peccatũ suum: & quæ uis facere correctionem, facis peiorem. Peccat ergo frater in illos quibus scientibus peccat: quia quantum in eo est, exemplo corrumpit, quos testes suæ iniquitatis efficit. Corripe, inquam, cum: non laudes adulando: non occidas, conuitiando: non fileas, uerecundando: non negligas, pigritando: non dissimules inimicitias uel damna temporalia metuẽdo: non iuues, obsequium præstando. Vnde dicit Seneca: Amici uitia si feras, facis tua. Bis peccas, cum peccanti obsequium accommodas. Hæc Seneca. *Et si te audierit* pœnitendo, & à peccato cessando, *lucratus eris illum*, animam eius saluando, & eius reuocatio cædet tibi i lucrum spirituale: scilicet salutis animæ tuæ: quia (ut dicit Hieronymus per salutem alterius, nobis quoq; acquiritur salus. Et certe libenter ac patienter debet quis recipere correptionem, propter animæ suæ utilitatem. Vnde Seneca: Moneberis libenter, & reprehenderis patienter: si meritò obiurgauit te aliquis, scito quia profuit: & si immeritò,

Peccare in te.

Corripiendus peccator.

Seneca in Prouerbijs

Correptionis triplices differentiæ.

Accusandi forma.

ritò, scito qa prodesse uoluit. Nõ acerba, sed blanda uerba timeas. Hæc Seneca. *Si autem te non audierit*, taceas & cesses donec aliam uiam procedendi habeas. Alia autẽ uia potest haberi dupliciter: quia illud peccatum aut est iterabile, aut non. Si sit iterabile: debes aliquibus bonis qui uelint prodesse aliquid discere, per quod possunt eum deprehendere, ut tecũ possint eum corripere. Si autem non sit iterabile: nihilominus coram talibus potes eum corripere ut de illo pœniteat, & de simili sibi timeat: nec es proditor fraterni criminis sicut dicit Augustinus. Si ergo per primam uiam peccator non emendatur: *adhibe tecum unum uel duos*: ita quod (secundum Hieronymum) cũ peccator non audit corripientem in secreto, primò debet adhiberi unus, qui (secundum Augustinum) uult prodesse non obesse: *quod si nec illum audierit, adhibeatur & tertius*, uel corrigẽdi studio: ut scilicet aut admonitione, aut pudore corrigatur. Vel conueniẽdi eum sub testibus, ut de peccato conuincatur, uel secundum glosam: Si dixerit non esse peccatum, probent contrarium: *ut in ore duorum uel trium stet omne uerbum*. Si ergo peccatum omnino est occultum, tũe frater corripiatur occultè. Si autem est publicum, tunc debet corripi publicè: quia tunc non solũ opus est, ut ipse emẽdetur: sed & alij quos scandalizauit in ipsa punitione ædificentur, & eius exemplo alij timeant, & à malis coerceantur. Et si non profit secũda uia: addit dominus tertiam, quæ habet uim coactiuam, dicens, *quod si eos*, scilicet tecum corripientes & commonentes, *non audierit*, se corrigẽdo: *dic Ecclesiæ*, id est prælato per denunciationem publicam, sibi intimando: ut qui prius eras corrector, propter eius pertinaciam fias accusator: & tunc sunt testes vt qui emẽdari noluit correctione fraterna, in iudicio conuictus coerceatur à malitia. Quos autẽ nõ potes corripiendo, aut monẽdo, uel accusando conuertere: studeas saltem orando acquirere: deinde ad pœnam peccantis publicè procedit dicẽs: *Si autem & ecclesiam non audierit*: præceptum prælati contemnendo, *sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus*: in numero fratrum non computandus. i. seperatur à communione fidelium per excommunicationem & censuram ecclesiasticam: & deuita eum tanquam hæreticum & excommunicatum, ut uel saltem pudore corrigatur, & opprobrijs saluetur. Ethnicus dicitur Gentilis. ἔθνος enim Græcè: gens est Latinè. Publicanus dicitur, qui lucra seculi sectatur per fraudẽ, furta, & periuria: uel qui publicorum exactor est uectigalium. Proponuntur autem isti in exẽplum: quia apud Iudæos, quasi excommunicati habentur, non enim eis coutuntur: & in hoc culpa eius & pertinacia, magis detestabilis ostẽdit Detestabilior enim est in eodem genere peccati, & paribus aliis circunstantiis, qui sub nomine fidelis agit opera infideliũ, quàm qui apertè Gentiles sunt. Nec tamen ideo negligenda est salus eius. Nam & ipsorum Gentilium & Publicanorum salutem semper inquirimus. Prima ergo correptio, est amoris: secunda, timoris: tertia, pudoris, quia primò frater reuocãdus est amore: & si hoc nõ proficit, reuocandus est timore: & si hoc non sufficit, reuocandus est pudore. Sanè prædictus ordo fraternæ correptionis, intelligitur tantum de criminalibus. Solent autem claustrales se in suis capitulis accusare non præmissa admonitione: caueat tamen accusans, ne hoc ad infamandum, sed ad corrigendum faciat: quia aliter grauiter peccaret. Fœlicior est qui seipsum accusat, & excusationem aliun-

Augustin. ibidem.

Hieron. in c. 18. Mat.

Glossa in Matthæũ.

Ethnicus, Publicanus.

Sententia pastoris.

Excõmunicatio etiã iniusta timenda.

Cõmunionis commoda.

Exaudiri orantes.

Origenes tractatu 6. in Matth.

Hieronym. in cap. 18. Matthæi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in bonis atque pacificis collocauit: qui cum patre cœlesti unus Deus, quæ iustè petunt in fide & gratia cõgregati, concedit & facit. Vbi Chrysostomus: Non dicit simpliciter, ubi congregati fuerint: sed addit, in nomine meo: quasi dicat, Si quis propter me, principalem amicitiæ causam ad proximum habuerit, cum eo ero: & sic in alijs uirtuosus erit. Vbi & Rabanus: Amat medium mediator Dei & hominum, qui in medio doctorum inuentus est. medius stetit ad baptismum: medius pependit in cruce: resurgens quoque stetit in medio discipulorum: medius quoque ad iudicium ueniens, separabit agnos ab hœdis. Hæc Ranan. Ecce præmium concordiæ, ad quã totus iste sermo uocat. Vnde Hieronymus: Omnis superior sermo nos ad concordiam prouocauerat, igitur & præmium pollicetur, ut sollicitus festinemus ad pacem, cùm se dicat inter duos uel tres medium fore. Hæc Hieronymus. Considera nunc quantam charitatem & diligentiam circa proximum ostendere debemus, ut ipsum ab errore reuocemus. Non est enim maior charitas, quàm fratrem peccantem corripere, & pro eo mori. Sed heu in paucis uera charitas & dilectio, quæ propter Christum est, experitur: & in multis dilectio & amicitia ficta reperitur. Vnde hîc ait Chrysostomus: Plures uidemus alias habẽtes amicitiæ occasiones, hîc enim quando diligitur diligit: ille autem quoniam honoratus est, ille autem quoniã in alio quo dam negotio seculari fuit utilis, ille autẽ propter aliud tale: propter autem Christum difficile est inuenire aliquem propriè, & ut oportet, diligere eum proximum quem diligit: sed omnia perscrutantes, inuenimus apud multos amicitias poeticas. i. fictitias, magis quàm hoc. Hæc Chrysostomus. Quia uerò Dominus suprà loquens de correctione fraterna, induxit ut peccãti & pœnitenti remittatur iniuria: ne dubitetur de numero, quærit Petrus caput discipulorum quotiens fratri peccanti sit remittẽdum: & petit si sufficiat ad salutem dimittere septies peccanti in eum. Cui interrogationi benignus & misericors Dominus respondit, q̃ nõ *solis septies, sed septuagiessepties* remittendum sit. Secundum Augustinum: Solet per septẽ cuiuslibet rei, aut temporis uniuersitas indicari. Vnde in Psalmo canitur: *Septies in die laudem dixi tibi*, nihil aliud est, quàm *semper laus eius in ore meo*. Vndenarius uerò trãsgressionem significat: quia ubi trasgrederis denarium, in quo decalogus consistit, ad undenarium uadis: transgressio autem peccatũ est. Omnem ergo transgressionem & iniuriã, ac omnia peccata intelligi & dimitti uoluit, quando septuagiessepties dixit: q̃ ex numero uniuersitatis, & numero transgressionis, id est ex septem & undecim compositum est: quia si undecim ducas septies, fiũt septuagiessepties. Vel ponitur hîc numerus determinatus pro indeterminato: ac si, secundum eundem Augustinum, diceret: Totiens quotiens, hoc est omnino quotienscunque peccauerit, totiens dimittas. Ille uerò numerus potius ponitur, quàm aliquis alius: quia ab Adam usque ad Christum fuerunt septuagintaseptem generationes: & ideo sicut Christus totius humani generis deleuit culpas: sic & homo omnes suas debet dimittere iniurias. Si enim Christus milia peccatorum inuenit, & tamen omnia donauit: noli subducere misericordiam. Vnde secundum Chrysostomum, cùm dicit, Septuagiessepties: non numerum certum & determinatum ponit: sed quasi infinitum, quod continuè & semper est, significauit. Et secundum Hieronymum: Septuagiessepties accipitur pro septiesseptuaginta uel septuagiesseptem, id est, quadringentisnonaginta uicibus, ut totiens peccanti fratri dimittas in die, quotiens ille in die peccare non poterit, uel quotiens peccauerit: ut non sit modus in te: nec numerus in remittendo, sed semper dimittas. Et sic prima expositio refertur ad omnem iniuriam: secunda ad omne tempus. Vnde Beda: Septenario numero non uenias dandæ terminus ponitur: sed uel omnia peccata dimittenda, uel semper pœnitenti dimittendum præcipitur: Solet enim sæpe per septem cuiuslibet rei, aut temporis, uniuersitas indicari. Et iterum: Caute intuendum est, quia non passim peccanti: sed pœnitenti am agenti dimittere iubemur. Et primò quidẽ peccantem misericorditer increpare, ut si cui postmodum habeamus iustè dimittere. Qui ergo uidens fratrem peccare tacuerit: non minus Dominici præcepti transgressor est, quàm is qui eidem pœnitenti uenia dare noluerit: quia qui dixit. Si pœnituerit, dimitte: præmisit, Si peccauerit, increpa. Itaque uenia fratri post increpationem largienda est: sed illi utiq; qui pœnitendo ab errore conuertitur, ne uel difficilis uenia, uel remissa sit indulgentia. Hæc Beda. Peccantem itaque ut conuertatur corripiamus, & pœnitentem socia charitate colligamus, donantes nosmetipsis, secundũ apostolum, sicut Deus in Christo donauit nobis. Vnde Ambro. Discas frequenter ignoscere, nec indignationẽ tenere: nihil n. est quo possit offendi, cui ignoscendi est consuetudo. Disce donare iniurias tuas: q̃ persecutoribus suis Christus ignouit. Hæc Ambro. Vtrum autem teneatur quis remittere iniuriã inimico non petẽti, est distinguendũ. Ex iniuria n. oritur primò rancor, in affectu: secũdò, rancoris signũ, in effectu. Primũ tenetur quilibet statim remittere, ẽt si iniurians non petat ueniã. Secundum tenetur remittere ueniam ueraciter petenti. i. parato emendare secũdum suam facultatem: & tenetur ei dicere aue, & subuenire sibi si indiguerit, quod non petenti facere non tenetur, nisi perfectus fuerit: licet ergo non agatur hîc nisi de dimissione pœnitentis, tamen & pœnitenti & non pœnitenti, tenetur quilibet rancorem odij dimittere: alio quin non haberet charitas, & in articulo necessitatis necessaria etiã ministrare. Perfecti uerò qui omnia reliquerunt: & pœnitentibus, & non pœnitentibus, tenentur ueniam dare: obuios in uia salutare: circa articulum necessitatis necessaria ministrare: & multa in hunc modum facere, ad quæ non tenentur imperfecti. Vtrum uerò ille cui facta est iniuria, debeat amicitiã quærere. Sciendum quòd duplex est debitum. Primum est necessitatis, sine quo non est salus. Secundum: est perfectionis. Quantum ad primum debitũ, non tenetur quis reconciliationẽ quærere: sed de secundo dicit Chrysostomus, quòd talis debet reconciliationem quærere, ut duplicem coronam assequatur: unam, quia iniuriam passus est: alteram, quia prior rogauit. Vnde iterum ibidem Chrysostomus: Excogita quantum noxius es, & non solum non moram facies ad remissionem qui tibi iniustitiam fecerat: sed & curres ad eos qui te contristauerunt, ut fiat tibi remissionis occasio, ut inuenias curationem propriorum malorum. Mercedem ineffabilem determinat Deus, ut præuenias illum qui iniusta tibi fecit: qui si rogatus reconciliatus fueris, non adhuc Dei præcepto facta est amicitia, sed studio illius. Itaque sine corona abscedis illo brauium accipiente. Sed mala passus es. Sed nihil tantum quantum sibijpsi

Chrysosto. hom. 61. in Matt. — *Hieron. in cap 18. Matt.* — *Chrysosto. hom. 61. in Matt.* — *Coloss. 3. Ambrosius in cap. 17. Luc. Remisso integra.* — *Hieron. in cap 18. Matt.* — *Beda in c. 17. Luc.* — *Augustin. sermo. 15. de uerbis Domini. Psal. 118. Psal. 33. Vndenarius. Septuagies septies.* — *Augustin. ibidem.* — *Chrysosto. hom. 62. in Matt.* — *Chrysosto. ho. 22. operis imperf.* — *Tantus malum uix patitur.*

ipsi operaberis malum rememorans. Sed non possibile est uirum bonum aliquod malum pati. Si autẽ dixeris quoniam inflammatus es contumeliæ memorans: recordare si aliquod factum est tibi bonum ab eo qui te contristauit, & quot tu aliis fecisti mala. Malè tibi dixit, & cõfudit: reputa quoniam & tu aliis dixisti. Qualiter igitur potieris uenia, in quibus alijs non parcis? Sed nulli maledixisti: sed audisti dicentes, & acceptasti: neq; hoc est innoxium. Nihil autẽ ita dilectionẽ conseruat, ut nõ meminisse eorũ qui in nos peccauerunt. Hæc Chrysostomus. Aduertendum autẽ, q̃ licet offensa sit semper remittenda, non tamen iniuria. Si enim ex remissione iniuriæ & pœnæ debitæ, sequeretur pronitas in eo cui remittitur ad facilius peccandum: non esset bonum ei remittere. Similiter si ex tali remissione esset scandalum aliorum, & omissio iustitiæ. Et sic in casibus consimilibus intellige. Dimittamus ergo debitoribus nostris debita pœna peccati, si pœniteant in nos peccasse: dimittere uerò quod quis in Deum peccat, non est nostri arbitrij. Sed, ut dicit Hieronymus, Nos econtrariò in Dei iniuria benigni sumus: in nostris contumelijs odia exercemus.

Offensa remittenda, sed nõ semper iniuria remittenda.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, mihi indigno propitius concede, ut fratrem peccantem uerbis opportunè corripiendo emendem: & si non uerbis, saltem orationibus & bonis exemplis hoc facere non desistam. Da mihi etiam ut in unitate ecclesiæ & charitate fraterna permanendo, meream in orationibus exaudiri, & te per fauorem & auxilium in medio nostrum experiri, qui habitationem tibi in pacificis collocasti. Insuper & hoc tribue mihi, ut quotienscunque peccauerit frater in me, totiens dimittam ei: ita quòd nec rancor interius, nec rancoris signum exterius in me ualeat aliqualiter reperiri. Amen.*

De rege qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. Cap. IX.



Matt. 18. QVÒD autem dimittendum sit fratri peccanti: & non tantum septies, sed septuagiessepties: & quòd hoc non debeat alicui graue aut difficile uideri, si attendatur quod Deus maiora remittit in se peccãti: ostendit Dominus per exemplum: quia magis sumus debitores Dei, & plus offendimus eũ quàm homo posset offendere proximũ: tanta enim est offensa, quantus est ille qui offenditur: Deus autẽ est infinitus, & ideo offensa in ipsum cõmissa quandam habet infinitatem: & tũ quotiẽscunque offendimus, totiẽs ipse paratus est remittere: dum tamen uelimus ueraciter pœnitere: ergo si ipse qui est Dominus, & rex omnium, dimittit seruo: multo fortius & nos debemus dimittere peccanti in nos fratri & proximo. Et ideo pro exemplo ponit parabolã, de rege qui uoluit rationem ponere cũ seruis suis: & in fine applicat parabolam ad propositum, dicens: *Sic & pater meus cœlestis faciet uobis.* Similiter enim Deus ponit rationem cum seruis. s. hominibus: nam omniũ actus Deus discutit diligenter, & merita cuiusq; examinat: & hoc per scripturas, per creaturas, per confessores, per illuminationem propriæ conscientiæ, nolens rationem de factis humanis exigere. Potest ergo parabola ad propositum aptari, & sic exponi: *Simile est regnum cœlorum.* i. status ecclesiæ militantis, seu præsentis temporis, quæ regnum cælorum dicitur: tũ quia legibus cœli subiicitur, tum quia de ea ad cælum peruenitur, *hominiregi.* i. Christo, qui est uerus homo, & uerus Deus: rex regum, & Dominus dominantium, *qui uoluit rationem ponere cum seruis suis.* s. hominibus: quorum est Dominus: quia ad ipsum pertinet examinatio meritorum quorumlibet, & singulorum. Et notandum q̃ Dominus ponet nos ad rationem de omnibus bonis nobis commissis, & bonis omissis. Item que de malis à nobis commissis, & de malis à nobis dimissis. De primo ẽ parabola de uillico iniquitatis: & ista computatio multũ timenda est: multa enim bona nobis cõmissa sunt, & magni ualoris. s. bona naturæ, gratiæ, & fortunæ: de quibus oĩbus oportet reddere rationem, qualiter eis usi simus. Et si nõ haberemus reddere rationem nisi de tempore, multũ esset nobis timẽdum: omne enim tempus homini impensum, requiretur ab eo qualiter fuerit expẽsum: & una hora temporis potest homo absolui à debito, & regnum cœlorum lucrari. De secundo est parabola de talentis: & hæc etiam computatio multum est timenda, cùm Dominus dicat ibidem, inutilem seruum proiicĩdum in tenebras exteriores. De tertio, computatio etiam multum est timenda: cùm Dominus positurus sit rationem etiam de cogitationibus, & uerbis ociosis. De quarto est parabola præsens. & hæc computatio multum est timenda, propter uitium ingratitudinis, quod est ualde periculosum. *Et cùm incipit ponere rationem*, id est merita & conscientias examinare: in qua examinatione modo sumus, sed postmodum dabitur de nobis sententia, secundum merita: *offertur ei unus debens decem milia talentæ* id est obligatus ad magnam pœnam, propter multa peccata. In debito istius denotatur grauitas, & numerositas peccatorum: & accipitur determinatus numerus pro indeterminato. Vnde Augustinus: Quia lex in decem præceptis commendatur: ille debebat decem milia talentorum, per quod omnia peccata designãtur, quæ scilicet contra legem fiunt. *Cùm autem non habet, unde reddat*: id est cùm non potest uiribus suis Deo satisfacere pro peccatis. Homo enim per se potest ruere, sed non resurgere: per se offendere & peccare, ac per hoc debitum contrahere, sed non per se satisfacere, nisi gratia Dei accedente: & si homo pro uno tantum peccato non sufficit satisfacere, multo minus pro decẽ milibus peccatorum talentis: *iubet eum Dominus uenumdari*, in seruitutem pœnæ: quia secundum Remigiũ: Precium huius uenditi, supplicium est damnati: &

Tanta est offensa, quantus offensus. — *Ratio de omnibus reddenda.* — *Augustin. ser. 15. de uerbis Domini.* — *Remigius eum locũ Matt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

uxorem eius, id est concupiscentiam, ex qua concipiuntur mali filij: *& filios eius*, id est mala opera: in homine enim spiritus est uir, sensualitas mulier: per quorum commixtionem filij, id est opera, generantur: uxorem ergo & filios uenũdari, est pro cõcupiscentijs interioribus, & malis operibus exterioribus pœnam soluere, quod est preciũ eius: *& omnia quæ habet*, scilicet temporalia: quia tota substãtia sua pro magnitudine delicti traditur quandoque extraneis: uel omnia quæ spiritus habet, sunt uires animæ & corporis: & etiam bona exteriora, quæ omnia in pœnam commutantur: ut pœna dominetur ei quantum, ad omnia in quibus peccauit. Vnde subditur, *& reddi*: tunc enim debitum peccati redditur, cùm pro eo pœnæ precium exoluitur. *Procidens autem seruus ille*, id est peccator, per pœnitentiam & humilitatem sui: qui prius quasi collum contra Deũ erexerat, obnixè *rogat eum dicens: Patientiam habe in me*, donando mihi uitæ & pœnitentiæ spatium condonando delictum, relaxando supplicium, *& omnia reddam tibi*: opera meritoria faciendo, & me emendando: tua patientia expectatus, tua gratia præuentus, tua misericordia adiutus. *Misertus autem Dominus*, quia misericors & miserator Dominus paratus ẽ misereri & parcere uerè pœnitentibus: *serui illius*, sic procidentis in contritione: sic dicentis in confessione, sic promittentis de satisfactione: *dimittit eum* liberum à captiuitate culpæ *& debitum dimittit ei*, relaxando reatum pœnæ æternæ: dimittit totum, quia plus dat q̃ rogetur.

Chrysosto. hom. 62. in Matt.

Vnde Chrysostomus: Vide misericordiã Dei. Petierat dilationem, & accepit omnium peccatorum remissionem: *egressus autem* de obligatione peccati, *seruus ille* à debitò quidem liber, sed iniquitatis seruus, & misericordiæ inuentæ oblitus: *inuenit unum de conseruis suis*, id est de peccatoribus & hominibus, qui sunt serui Dei cum ipso. Omnes enim conserui, & unius Domini serui sumus, & nos & angeli: *qui debebat ei centum denarios*, id est parum offendit eum, & in modico tenetur respectiuè: quia offensa in hominem, modica est respectu offensæ commissæ in Deum: inuenit autem in animo per recordationem iniuriæ: & tenens suffocat eum, stringendo & arctando: quia crudeliter coegit eum reddere & satisfacere. Ille debitorem tenet, qui offensum tenet in memoria: qui iram & odium seruat in corde. Suffocare, est strangulare uel stringere per gulam: & & quia gutture loquimur, ille suffocat proximum, q̃ uerba excusationis non audit. In quo ostenditur austeritas in repetendo uindictã à proximo,

Remigius in cap. 18. Matt.

Vnde Remigius: Conseruum suffocare, est in fratrem per uindictam exardescere. Tenens ergo suffocat eum, dicens: *redde quod debes*: scilicet tormentum pro iniuria, pro uerbis uerbera. *Et procidens* per pœnitentiã, *rogat eum dicens: patientiam habe in me*, id est parce mihi, *& omnia reddam tibi*. Quasi dicat paratus sum secundũ possibilitatem meã satisfacere: &, ut dicit Remigius, emendabo iudicio uel cõsilio ecclesiæ quod deliqui. Attende ꝙ eadem uerba protulit conseruus supplicans, quibus supplicando à Domino remissionẽ meruerat malus seruus.

Chrysosto. hom. 62 in Matt.

Sed, vt dicit Chryos. hæc uerba ingratus seruus reueritus nõ est, quibus saluatus est. Ille autem non uult habere patientiam, præstãdo dilationem: nec vult dimittere sine uindicta rancorem, ostendens crudelitatem in modo repetendi uindictam.

Augustin. sermo. 15. de uerbis Domini.

Vnde August. Non talem inuenit iste conseruum, qualem ille inuenerat Dominum. Petijt ille dilationem, & meruit remissionem: iste qui misericor-
A diam petebat dilationis sensit pœnam suffocationis. *Sed abijt* in uia Cayn, à naturali pietate recedendo: & à familiaritate & amicitia proximi se alienãdo: *& mittit eum in carcerem*, crudeliter affligendo *donec reddat debitum* plenariè & ad nutum satisfaciendo: hic carcere infernus potest intelligi: Totiens uero peccantem in nos proximum in carcerem mittimus: quotiens eius culpæ non indulgemus: quantum enim in nobis est dũ non parcimus, carceri dãnatus. *Videntes autem conserui eius*, scilicet angeli, qui secundum Apocalypsim cõserui sunt nostri: quia eiusdem Domini sumus serui *quæ fiunt*, scilicet crudeliter à seruo in cõseruum suum: omnia enim opera quæ agimus, & supplicia quæ patimur uident: & coram Deo repræ-
B sentant.

Testes inuitabiles tres.

Tres enim testes habemus à quibus non abscondimur: scilicet Deum, angelos sanctos: & dæmones. Videntes inquam contristantur de ingratitudine & culpa serui, de afflictione & pœna conserui. Angeli enim contristantur ad culpam, lætantur, ad pœnitentiam, & ferunt animas ad gloriam *& narrant Domino suo omnia* ad Deum referendo, conquerendo, & auxilium implorando. Vel isti conserui sunt ecclesiarum ministri, & quiq; fideles & iusti: qui uidentes crudelitatem hominum erga proximos, uel aliquem fratrem remissionẽ peccatorum ademptum non uelle misereri conserui sui, contristantur: quia ad eandem uirtutẽ pertinet gaudere de bono, & con-
C tristari de malo: & narrant Domino quia in oratione petunt à Domino talia iudicari ad declarationem iustitiæ, non ex liuore uindictæ. Vel Domino narrare est dolores & contritiones cordis in suo affectu Deo demonstrare. Vel cùm ueniunt ad Dominum, i. ad prælatum, qui uicem Dei gerit in terris: denunciant ei mala facta ad finem correctionis. *Tunc uocat eum Dominus* per sentẽtiam mortis: & de hoc seculo migrare iubet, ut de omnibus rationẽ reddat.

Remigius in eum locum.

Vnde Remigius: Hæc uocatio non fit modo intus in conscientia, sed fit exterius in iudicio. *Et ait illi, Serue nequam*, quia non est æquus: sed iniquus recipiendo misericordiã, & reddendo immisericordiã seu iniuirã: *omne debitum dimisi tibi*, i. magnam offensam in me
D commissam.

Chrysosto. hom. 62 in Matt.

In hoc (secundum Chrysostomum) patet magnum esse peccatũ ingratitudinis: nam primò quando debitor erat decem milium talentorum, nõ eum nequam appellauit: non sibi insultauit: sed ubi incurrit uitium tantæ ingratitudinis, animo irato ait ei: *serue nequam*, quia peior es effestus quam primò.

Gregorius lib. 8. moral. c. 25.

Nam (secundum Gregorium) Sicut boni contumelijs efficiuntur meliores: sic semper reprobi de beneficio efficiuntur peiores. Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui? remittendo parua, *sicut & ego tui misertus sum*, remittendo maiora: nulla quippe interueniẽte satisfactione, sed ob hoc solũ, *quia rogasti me* rogasti dilationem sed meruisti remissionẽ. Opor-
E tuisset quidem ut tali prouocatus beneficio totum etiam debitum relaxares roganti: sed tu etiam quod minus est facere noluisti, quia dilationem cõcedere recusasti.

Chrysosto. hom. 62 in Matt.

Vbi Chrysost. Si graue uidetur damnũ, afficere debuit lucrum: si graue uidetur præceptum, cogita præmiũ: si graue sit remittere ei qui contristauit, grauius est incidere in gehennam. Secundum Remigium: Seruus iste nullum responsum legitur dedisse Domino: in quo demonstratur quòd in die iudicij, & statim post hanc uitam cessabit omnis peccati excusatio. *Et iratus Dominus* non per affectum, sed similitudinẽ affectus hominis irati, id est ad modum irati se habens pœnam inferendo *tradet eum tortoribus*,

tortoribus, id est dæmonibus & ministris tartareis, qui in hoc sunt diuinæ iustitiæ executores: quia tortores patimur in pœna, quos passi sumus suasores in culpa, *quoadusque reddat* per pęnã *uniuersum debitum* commissum per culpam: & hoc erit æternaliter & in perpetuum. Quousque enim ponitur pro infinito, sicut donec ponitur ibi, non cognouit eam donec peperit: & est sensus, semper soluet & nunquam persoluet: neque reddet aliquando, sed semper pœnã luet: nunquam enim reddere poterit, quia æternaliter dãnatus erit. Nam in inferno semper est reddito absque acquisitione, cum pœna semper maneat sine fine: q̃a ibi non est locus redemptionis uel satisfactionis: sed condemnationis & punitionis. Quòd autem hanc totam similitudinem ad hoc attulerit ipse Dominus, eam modo quo dictũ est ad propositum adaptando exponit dicens: *Sic & pater meus cœlestis faciet uobis* uniuersum debitum à uobis exigendo, & uos tortoribus cruciando tradendo.

Chrysosto. ibidem.

Secundum Chrysostomum. Non dicit pater uester, sed pater meus: non enim dignum est hominis talis uocari patrem Deũ, qui ita perniciosus & odiosus est.

Hieronym. in cap. 18. Matthęi.

Vbi Hieronymus. Formidolosa sententia: si parua fratri non dimittamus, magna nobis à Deo non dimittentur. Et quia unusquisque potest dicere ore, nihil habeo contra eum: habet Deum iudicem qui simulationem fictæ pacis aufert, dicens: *Si non remiseritis unusquisque fratri suo*, non solum ore, sed etiam de cordibus uestris: non ficta pace, sed uera & integra dilectione. Quia non sufficit labijs dimittere: nisi ora & corda conueniant. Quidam enim dimittere nolunt omnino: quia & malitiam seruant in corde, & uindictam dum possunt exercent in opere. Alij etsi remittunt quantum ad uindictam: seruant tamen conceptum odium quantum ad malitiam. Sed quisquis sibi à Dño remitti desiderat, oportet ut vtroq; modo fratri remittat: ut nec opere exerceat uindictã, nec corde reseruet malitiam.

Gregorius lib. 4. dialogorum, cap. 60.

Quia secundum Grego. Si hoc quod in nos delinquitur ex corde non dimittimus: illud rursus à nobis exigetur, quod nobis iam per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus: ubi ergo non fuerit charitatis perseuerantia, nulla est sufficiens pœnitẽtia.

Ioan. 8.

Vnde à peccatis soluto dicitur: *Vade & amplius noli peccare*. Seculares quoque leges propter ingratitudines quosdam reuocant manumissos ad priorem seruitutem.

Peccatorũ reditio.

Sed ex his uidetur quod peccata dimissa redeant propter iteratam peccati perpetrationem. Ad hoc dicitur communiter quod redeunt per aggrauationẽ peccati sequentis: non quod peccatum sequens sit æquè graue sicut omnia præcedẽtia: sed quia grauius est ex comparatione præcedẽtium. Vnde exigitur quod dimissum fuerat: nõ in se, sed quantum ad ingratitudinem dimissionis: & ideo dicũtur omnia redire, quia ingratitudo est respectu dimissionis quæ omnium fuit: & ita quodãmodo respectu habet ad omnia dimissa. Non ergo redeunt quantum ad maculam & reatum: sed quãtum ad ingratitudinem. Qui enim post acceptam remissionẽ ad peccatum redit, magis delinquit quod ingratus tãto beneficio extitit: & ita ingratitudo peccatum recidiuationis aggrauat.

Casus in quibus peccata redeunt.

Quidam uerò dicunt quod peccata redeunt in quatuor casibus. s. propter odium fraternum, propter apostasiam à fide, propter contẽptum confessionis, & propter dolorem de pœnitentia habita. Vnde sunt versus.

Frater odit, apostata fit, spernitque fateri
Pœnituisse piget, pristina culpa redit.

A Faciliter ergo & meritò in te peccanti dimittes, si quãtũ tibi dimitti desideras ueraciter attendas.

Chrysosto. hom 62. in Matt.

Quia secundũ Chrys. Et si septuagiesseptíes dimiseris: & si omnia simpliciter peccata cõcesseris continuè proximo: quantũ gutta aquæ ad pelagus infinitũ, tãto magis & multo plus deficit tuus amor ad infinitã bonitatẽ Dei, cuius in necessitate constitutus es, cũ iudicaberis & noxas tribueris. Et ideo bene peccata in Deũ decẽ millibus talentis, & peccata in proximũ centum denarijs cõparauit: q̃a ẽt eadẽ peccata multo grauiora cõmissa sunt in Deũ, q̃ in proximũ. Docemur ergo hoc loco, ut sicut Dñs nobis dimittit maiora peccata: sic nos dimittamus cõseruis nostris minora in nos cõmissa: alioquin à nobis exiget debita uniuersa. Vn-
B de Augu.

Augustin. sermo. 15. de uerbis Domini.

Omnis homo debitor est Dei: & debitore habet fratrem suum. Ideo Deus iustus constituit tibi regulam in debitore tuo, quã faciet & ipse cum suo.

Chrysosto. hom. 62. in Matth.

Vnde & Chrysost. Hæc igitur omnia intelligentes, & hæc decem milia excogitantes, saltem hinc festinemus ad dimittendum proximis parua & uilia. Audiamus immisericordes & crudeles, quoniam non alijs sumus crudeles, sed nobismetipsis. Cùm memorari malorum uis, excogita quoniam tibi ipsi malorum rememoraris, non alii: quoniam tua ligas peccata, non proximi. Duo itaq; hinc quærit: & cognoscere aduersum peccata nostra, & alijs dimittere: & illud propter hoc, ut facilius hoc fiat. Qui enim sua in-
C telligit, facilius ignoscit conseruo: & non simpliciter ab ore dimittere, sed & à corde. Ne igitur dicas quoniam conuitiatus est, & detraxit, & decem milia operatus est mihi mala. Quanto enim dixeris, tanto magis monstras eum benefactorem: dedit enim occasionem abluendi peccata tua. Quare quanto maiora iniusta tibi fecit: tanto maiorum peccatorum dimissionis causa tibi consistit. Si enim uoluerimus, nullus iniusta nobis facere poterit: sed & inimici maximè proderunt nobis. Vide ergo quanta lucraris mãsuetè inimicorum ferens imprudẽtias: primum quidem, & maximum, peccatorum remissionem: secundum, patientiam, & perseuerãtiam: tertium, mansuetudinem, & amorem hominum: quartum, ab ira cõ-
D tinuè esse liberum, & à tristitia quæ hinc est. Cum his & uenerabilis eris & ipse inimicis, & si dæmones fuerint: magis autem neq; habebis iam inimicum ita dispositus. Quod autem est maius & primum, Dei amicitiam: & si peccaueris, uenia potieris. Et iterum: nõ memoriam malorum habeamus in eos qui lædunt: nam nobis prosunt maximè, nisi nosipsos uindicauerimus. Rapuit ille: gratias egisti tu pro iniustitia, & glorificasti Deum, infinitas fructificasti mercedes. Si autem oraueris pro eo: Deo factus es similis. Vides qualiter maximè lucramur ab aliorum persecutione. Nihil ita Deum lætificat, ut non reddere malum pro malo: immo reddere contraria iniun-
E ctum est nobis, beneficia & orationes. Non est quid difficilius quàm memoria malorum. Hæc igitur scientes humiliemur, & debitoribus nostris etiam gratias agamus: fiunt enim nobis, si Philosophari uolumus, maximæ non solum indulgentiæ, uerumetiam mercedis occasio. Pauca siquidem damus, plurima recepturi. Quid igitur expetis cum uiolentia, cùm deceret, & si ille uellet dare, ei concedere: ut à Deo totum accipias. Nunc autem omnia facis & litigas, ut nihil tibi dimittatur tuorum. Quotcunque ergo debitores habes & pecuniarum, & laborum omnes dimittentes liberos Deum expete remuneratorem. Cuncta igitur & pe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iniuria uŏ fr magnanimo.

cunias & peccata debitoribus nostris debemus, ut nobis retributio optata proueniat. Quodq; neglexerimus per aliam explere uirtutem: hoc de obliuione admissæ in nos malitiæ adipiscentes, æternis potiamur bonis. Hæc Chrysostomus. Attende & hîc Senecam, qui dicit: Si magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices: Non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit: & cùm illum in potestate tua uideris: uindictam putabis uindicare potuisse. Scito enim honestum & magnum uindictæ esse genus, ignoscere. Et iterum: Iniuriarum remedium est obliuio. Hæc Seneca. Et nota hîc, quòd secundum numerum gradus apostolici duodenum, sunt duodecim modi remissionum. Primus est baptismus. Vnde in Euangelio: *Nisi quis renatus fuerit*, & cætera. Secundus est, charitas. Vnde etiam in euangelio: *Remittuntur ei peccata multa*, & cætera. Tertius est, eleemosyna, & charitatis opera. Vnde Propheta: *Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna peccatum.* Quartus est, fletus & lacrhymæ: dicente domino: *quia fleuit in conspectu meo, non indicam mala in diebus suis.* Quintus est, confessio, & pœnitentia. Vnde Psal. *Dixi confitebor*, &c. Sextus est afflictio corporis. Vnde Apostolus: Tradidi huiusmodi hominẽ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit. Septimus est, emendatio morum, uel abrenunciatio uitiorum. Vnde in euangelio: *Ecce sanus factus es: iam amplius noli peccare.* Octauus est, intercessio sanctorum. Vnde Iacobus: *Infirmatur aliquis, inducat presbyteros*, &c. Nonus est, misericordiæ & fidei meritum. Vnde in euangelio: *Beati misericordes quoniam*, &c. Decimus est, conuersio & salus proximorũ. Vnde Iacobus: *Qui conuerti faceret peccatorem*, &c. Vndecimus est, mutua remissio & indulgentia. Vnde in euangelio: *Dimittite, & dimittemini*: & in hoc loco præsenti. Duodecimus est, passio martyrij pro fide ecclesiæ. Vnde latroni pœnitenti *mecum* ac patienti dicitur à Dño, *Amen dico tibi, hodie eris in paradiso.* Ex hoc loco, & pluribus aliis euangelij locis, salubria habemus remedia contra malum desperationis: & ideo non desperet aliquis, cũ multos habeamus portus salutis. Si enim desperasti propter peccati magnitudinem: habes Petrum qui negauit fidem, quod est maximum peccatum: & tamẽ Deus respexit eum. Si desperasti, propter peccati multitudinem: habes Mariam Magdalenam, quæ septem habebat dæmonia, id est uniuersa peccata, & tamen de ea dictum est: dimissa sunt ei peccata multa. Si desperasti propter peccati turpitudinem, habes mulierem in adulterio deprehensam, cui dictum est: uade & amplius noli peccare. Si desperasti, propter peccati infamiam: habes Matthæum publicè in telonio sedentem, & tamen dominus dixit ei: sequere me. Si desperasti propter peccati diuturnitatem: habes latronem qui perseuerauit in malo usque ad mortem: & tamen dictum est ei à Domino, *Hodie mecũ eris in paradiso.* Si desperasti propter peccati crudelitatem: habes Paulum apostolum lapidantem Stephanum, de quo dictum est: *Vas electionis mihi est iste.* Si desperasti propter peccati recidiuationem, seu peccati iterationem & magnitudinem: habes hîc authoritatem expressam de dimittendo fratri septuagiessepties. Vnde Bernardus: Omnino propter mansuetudinẽ quæ in te prædicatur, currimus post te Domine Iesu: audientes quod non spernas pauperem, peccatorem non horreas. Non horruisti confitentem latronem, non lachrymantem peccatricem, non Chananæã supplicantẽ, non deprehensam in adulterio, non sedentem in telonio, non supplicantem publicanum, non negantẽ discipulum, non persecutorẽ discipulorum, non ipsos crucifixores tuos. Tam ualidus deniq; es ad iustificandum; q̃ multus ad ignoscendum. Currit sponsa, currunt adolescentulæ: sed quæ amat ardentius, currit uelocius, & peruenit citius. Vnde & Chrysostomus: Liberi quippe nos arbitrii creauit deus, ut uoluntate nostra cũ adiutorio Dei, quod uolumus faciamus. Si publicanus es, potes fieri euangelista: si blasphemus es, potes fieri apostolus: si latro es, potes paradisi colonus effici: si magus es, potes Deũ adorare. Nec est ulla malitia, quæ pœnitentia non soluatur. Et ideo tanquã præcipua malignitatem elegit Christus, ut nemo usq; in finẽ semetipsum despiciat. Noli mihi dicere, perijnoli mihi dicere, peccaui. Et quidem medicum habes satis fortiorẽ te, & potentiorem q̃ infirmitas tua est. Medicum habes uoluntatẽ tuam (si uolueris) emendantem, & potentẽ, & cupientem. Cùm.n.nõ subsisteres, fecit te: & quia peruersus es effectus, multò magis emendare te poterit. Sed forsitan dices: Quomodo poterit peccator similis esse sanctis? Noli requirere qua arte: noli scrutari rationẽ, sed crede clementiæ & benignitati diuinæ. Sed dicis: grãdia sunt peccata mea: & immẽsa scelera mea. Et quis est sine peccato? Sed ego inquis pessimè, & super oẽm hominem. Sufficit tibi, ad placandũ deum, peccare desinere, & bene facere. *Dic ut prior*, inquit, *iniquitates tuas ut iustificeris.* Recognosce quia tu peccasti: & si agnoueris, initiũ correctionis factũ est tibi. Suspira, mœstus esto, effunde lachrymas. Nec.n. aliud quid effudit meretrix illa: sed lachrymis pœnitentiã sociauit, & ipsa comite peruenit ad fontem. Hæc Chryso. Vnde & Greg. Ab spei ergo certitudine nulla nos malorũ nostrorum qualitas, nulla quantitas frangat. Idcirco.n. omnipotens deus electos suos in quibusdã lapsibus cadere permittit: ut al iis in culpa iacentibus si toto ad eũ corde cõsurgant, spem ueniæ reddat: & eis per lamẽta pœnitentię uiã pietatis aperiat. Quia qui multos à suis iniquitatibus iam sanatos aspicimus: quid aliud quã supernæ misericordiæ pignus tenemus? Et iterũ: Quid itaq; in hac re debemus aspicere, nisi immẽsam misericordiã conditoris nostri: qui nobis uelut in signo ad exemplũ pœnitẽtiæ posuit eos, quos per pœnitẽtiã uiuere post lapsum fecit. Etenim nihil in his aliud uideo, nisi ante oculos nostros posita spei, & pœnitẽtiæ exẽpla. Omnipotẽs deus ubiq; oculis, quos imitari debeamus obiicit: ubiq; exẽpla suæ misericordiæ opponit. Vnde & Aug. Quæcunq; necessitas cogit peccatorẽ ad impœnitentiã, nec criminis quantitas, nec tẽporis breuitas, nec uitæ enormitas, nec horæ extremitas excludit à uenia si perfecta fuerit uoluntatis mutatio: sed in amplissimos sinus mater charitatis filios prodigos suscipit reuertentes. Et iterũ: Pater tradidit filiũ suum, quo redimeret seruos: misit Spiritũ sanctum: quò seruos adoptaret in filios: filiũ dedit in preciũ redẽptionis, Spiritum sanctum in priuilegiũ adoptionis se totũ seruat in hæreditatẽ adoptatis. Nemo ergo de dei pietate diffidat: quia maior est dei misericordia q̃ nostra miseria, & quisquis ad eũ toto corde clamauerit, exaudiet illũ: quia misericors est, Tardius siquidẽ ei uidetur peccatori ueniã dare, q̃ ipsi peccatori accipere. Sic.n. festinat reũ absoluere à tormẽto cõscientię suę, quasi plus cruciet eum cõpassio miseri, q̃ ipsum miserum cõpassio sui. Vnde etiã Chrysostomus: Crede mihi: talis est erga

Luca 7.
4 Reg. 21.
Eccle. 3.
Psal. 31.
1 Cor. 5.
Ioan. 5.
Iacob. 5.
Matth. 5.
Iacob. 5.
Luca 6.
Luca 23.
Ioan. 18.
Luca 7.
Ioan. 8.
Matth. 9.
Luc. 23.
Actuũ 9.
Bernardus sermon. 22. in cantica.

Chrysost. ho. 14. ex uarijs in Mat. locis.
Medici potentia,
Augustin. ser. de pœnitentia.
Esa. 43.
Luc. 7.
Gregorius hom. 20. in Euangelia.

erga hominem pietas dei, quòd nunquam spernit pœnitentiam, si ei syncerè & simpliciter offeratur: etiam si ad summum quis venerit malorum, & inde velit reuerti ad veritatis viam, susçipit libenter & amplectitur, & facit omnia quatenus ad priorem reuocet statum. Vnde super illo verbo Cain: *Maior est iniquitas mea, quàm ut ueniam merear*: dicit Augustinus: Mentiris, inquit, Cain, mentiris: maior est dei pietas, quàm omnis iniquitas. Ecce expresè apparet quòd desperauit: & ideo dicit Augustinus: quòd ipse plus turbauit deum in desperatione, quàm in fratricidio: sicut Iudas in disperatione, quàm in proditione. Vnde Bernardus: O res confusa, ò res monstruosa, peccator desperans de dei misericordia: cùm cuncta peccata originalia mortalia, venialia ab origine mũdi commissa, diuinæ misericordiæ comparata, sunt quasi una gutta ad pelagus totius maris. Et breuiter dicendo, secundum Augustinum & Gregorium: Si vnus homo omnium hominum peccata perpetrasset, & velut Cain & Iudas desperasset, præterea deus illi veniam denegare iurasset: si miser ille contritus veniam rogasset, deus pius illi veniam non denegasset. Et testante Augustino & Hieronymo, peccata præterita non nocent, si non placent. Multum etiam sperare debemus in merito Christi, sine quo nõ possumus saluari. In merito enim Christi radicata sunt omnia merita nostra, siue satisfactoria pœnæ, siue meritoria vitæ æternæ: quia nec ab offensa creatoris sumus digni absolui, nec immẽsitatem præmij, quod deus est, digni sumus assequi: nisi per meritum hominis dei. Et præcipuè in merito passionis Christi est sperandum: quia hæc est miseris speciale solatiũ. Vnde Bernardus: Passio tua Domine vltimum refugium, singulare remedium deficiente sapientia, non suffragante iustitia, non sufficiente sanctitate: succumbentibus meritis, illa succurrit. Nõ solum autem à desperatione, sed etiam à vana spe est cauendum: quia utrobique magnum est periculum. Vnde August. Ex utroque homines periclitantur & spe rãdo & desperando. Quid igitur agit deus cum periclitantibus vtroque morbo? Illis qui spe periclitantur, hoc dicit: *Ne tardes conuerti ad Dominum, neque differas de die in diem: subitò enim veniet ira illius, & in tempore uindictæ disperdet te. Illis qui desperatione periclitantur, quid dicit? In quacunque die iniquus conuersus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiscar.* Propter illos ergo qui desperatione periclitãtur, proposuit eis indulgentiæ portum propter illos verò qui spe periclitantur, & dilationibus illuduntur, fecit diem mortis incertum. Quando veniet ultimus dies, nescis. Ingratus es: quia hodiernum habes in quo corrigaris, & crastinum expectas, fortè non addetur. Et iterum: Ne desperando augeamus peccatum, datus est nobis pœnitentiæ portus: rursus ne sperando augeamus peccatum, datus est nobis dies mortis incertus. Et iterum: Latro agnouit, Petrus negauit: in Petro demonstratur quemquam iustum non de se debere præsumere: in latrone, nõ impium conuersum desperare debere. Timeat ergo bonus, ne pereat per superbiam: & malus ne desperet, propter multam malitiã, Hæc Augustinus. Vnde Gregorius: Habete fratres mei fiduciam de misericordia conditoris nostri: & ad misericordem iudicem, dum adhuc expectat, cum lachrymis venite. Considerantes nanque quòd iustus sit, peccata vestra nolite negligere: considerantes verò quòd pius sit, nolite desperare. Et iterum: Sic autem nos misericordia eius refoueat, ut nullo modo negligentes reddat sic peccata perturbent, ut mens in desperationem non proruat. Quia & si presumentes metuimus, & metuentes speramus, æternũ regnum citius adepturi sumus. Vnde etiam Chrysostomus: Ne rideamus qui stamus: sed dicamus nobis ipsis: *Qui æstimat se stare, videat ne cadat*: neque desperemus si cecidimus, sed dicamus nobis: *Nunquid qui cadit non resurget?* Et enim multi in ipsum cœli verticem ascenderunt, & à scæna & scurrili tate ad angelicam translati sunt urbanitatem: & tantam ostenderunt virtutem vt dęmones abegerint, & multa signa operati fuerint. Et horũ quidẽ plenæ sunt scripturæ, & plena vita patrũ exemplis nobis. Et iterum: Nullus eorum qui in malitia sunt, diffidat: nemo in uirtutibus existens dormitet, neque hîc confidat: multotiens enim meretrix pertransibit: neque ille desperet: possibile enim est ei, & primos transire. Hæc Chrysostomus.

Gene. 4.
Bernardus de conuersione Pauli
Hieron. in cap. 16. Marci.
Augustin. tract. 33. in Ioannem.
Eccle. 5.
Ezech. 18.
Mortis incertitudinis causa.

Chrysost. ad Theodorũ lapsum. 1. Cor. 10. Hier. 8.

ORATIO.

VAE mihi misero: quia cùm ad peccata quæ feci inspicio, & suppliciа intelligo, quæ pro his pati debeo, non paruum timorem habeo. Quid ergo remanebo quasi desperatus sine consilio, sine adiutorio? Ad te sontem pietatis & misericordiæ Iesu Christe curro & festino: in quo iam tot & tantos peccatores ablutos video & agnosco: tuamque ineffabilem misericordiam exoro, ut mihi sic concedas in præsenti mecum, & cum ministris tuis computationem facere: ac conseruis meis peccata sua dimittere, & mea emendare, ut in futuro quando personaliter rationem ponere uolueris cum seruis tuis, dimittas mihi quæ tibi debeo & proximus. Amen.

De causa dimittendi uxorem, & de paruulis domino oblatis. Cap. X.



POST hæc venit Dominus Iesus de Galilæa, *in fines Iudææ trans Iordanem.* Omnis quippe prouincia Iudæorum generaliter dicebatur Iudæa, ad distinctionem aliarum gentium: veruntamen meridiana eius plaga, in qua habitabant tribus Iuda & tribus Beniamin, specialiter dicebatur Iudæa ad distinctionem aliarum regionum quæ in ipsa continebantur prouincia: scilicet Samaria, Galilæa, Decapolis, & reliquæ aliæ sitæ in ea. Narrantur ergo ea quæ in hac prouincia, scilicet Iudæa fecit, & docuit, ac passus est Dominus: & primò quæ trans Iordanem ad Orientem,

Matth. 19. Mar. 10. & Luca. 18.
Iudæa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem, ubi habitabant duæ tribus, scilicet Manasse: deinde quæ circa Iordanem, quando uenit Hierico, & Bethaniam, & Hierusalem. *Et secutæ sunt eum,* de Galilæa, *turbæ multæ*. Ex quo patet deuotio populi ad eum, quia multi sequebantur causa suæ prædicationis audiendæ: aliqui causa curationis impetrandæ.

Chrysosto. hom. 63. in Matthæū.

Vbi Chrysostomus: Et secutæ sunt eum turbæ multæ, quasi testimonia salutaris doctrinæ eius: quasi oues pastorem in manu ipsius genitæ & nutritæ: perducebant eum, quasi paruuli filij patrem eius peregrè proficiscentem. Ipse autem tanquam pater proficiscens bona pignora charitatis filijs suis reliquit: pro exiliis, remedia sanitatum. Hæc Chrysostomus. Vnde sequitur, & curauit eos ibi: scilicet in Iudæa, & non antè in Galilæa: ut gentes in eam misericordiam seu veniam, quæ Iudææ parabatur admitteret: & in signum quòd ex Iudæa gentibus salus esset.

Origenes tractu 7. in Matth.

secūdum Origenem: Sanauit dominus turbas trans Iordanem, ubi baptismus dabatur: quia omnes à spiritualibus infirmitatibus in baptismo saluantur. Et sic patet quòd euangelista in uno verbo, multa miracula sanitatum includit: quia propter multitudinem miraculorum, non poterant omnia in particulari describi. Deinde subditur narratio de triplici religiosorum perfectione: scilicet continentiæ, obedientiæ, & paupertatis: & primò de continentia, cùm dicitur: *Et accesserunt ad eum,* scilicet Iesum, *Pharisæi,* qui in populo Iudæorum prædijs videbantur religiosi: *tentantes eum,* scilicet capere in verbis. Notanda est mentium distantia in turbis & Pharisæis. Hæc conueniūt vt doceantur, & sui infirmi sanentur: hi accedunt vt saluatorem & doctorem veritatis tentando capiant & decipiant: has deuotio pietatis, illos stimulus adduxit liuoris.

Quæstio Pharisæorum captiosa.

Et dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacunque ex causa? id est ex leui causa. Hanc autem quæstionem proponunt Christo, ad capiendū eum, quia responsio ad utranque partem calumniabilis videbatur. Quia si diceret vxorem pro libito voluntatis dimittendam, & aliam ducendam: pudicitiæ prædicator & assertor videretur laxare frena carnali concupiscentiæ, & sibi ipsi contraire. Si autem diceret quòd non: videretur contra Moysen dicere, qui

Deut. 24.

libellum permisit repudij. Sed ipse sic responsionem temperat, vt decipulam eorum transeat: & respondit sola fornicationis causa vxorem esse dimittendam: libellum verò repudij ob duritiam & malitiam cordis eorum à Moyse fuisse permissum: id est nulla lege punitum. Permisit autem hoc, non sicut bonum & licitum, sed propter maius malum euitādum: quia maluit permittere diuortium quàm ob odium uxorem, vel desiderium secundarum nuptiarum fieri homicidium. Ista autem permisio, non absoluebat eos à peccato: sed tantum à pęna legali, quia non fuit imperium dei, sed hominis dissimulatio in tollerando minus malum ne maius fieret. Deus enim nō est sibi contrarius, ut aliud antè iusserit, & aliud nunc imperet. Moyses quidem nec præcipiendo, nec concedēdo, nec indulgendo hoc mandauit: sed dispensando, sustinendo, & permittendo consilio Spiritus sancti, ne peiora fierent hoc tolerauit. Sic apostoli permiserunt secundas nuptias propter incontinentiam hominum, & malas eorum voluntates. Iuxta enim primariam institutionem, non fuit nisi vnica unici: sed propter incontinentiam hominum, transeunt modo ad secundas nuptias. Vnde cum de duobus malis minus toleratur, huius permisio dicitur dispensatio, quasi diuersorum pensatio: quando duo mala

A quasi æquè librantur, vt videatur quod eorum peius sit & præponderat.

Permissio triplex.

Est autem triplex permisio: scilicet cōcessionis, ut cùm abbas cōcedit monacho propter infirmitatē uesci carnibus, illicitis quidem propter uotum, sed nunc licitis propter concessionem abbatis, & causam necessariam. Indulgentiæ, ut permisio secundarum nuptiarum. Vnde apostolus:

1. Corin. 7.

Vxor uiro defuncto nubat cui vult in Domino, hoc autem secundum indulgentiam dico: quia si culpa est, uenialis est. Sustinentiæ, ut permisio libelli repudij, quod sustinuit Moyses nō Deus: quia Deus hoc crimē puniuit temporaliter uel æternaliter, quod Moyses non puniuit temporaliter. Est enim permisio sustinentię, quando Deus permittit nos peccare, qui B non concedit illud fieri: nec dispensat, sed sustinet, id est per patientiam expectat. Solam ergo fornicationem ponit Dominus causam dissidij: iubens cæteras molestias pro fide coniugij, & castitate sustineri. Et intellige dissidium, quantum ad cohabitationem, & debiti redditionem: non tamen quantum ad uinculū matrimonij, quod non soluitur nisi per mortem, & ergo nec uir nec mulier potest contrahere altero uiuente. Vnde Rabanus: Vna ergo solummodo carnalis est causa, i. fornicatio: una spiritualis hoc est, timor Dei, ut uxor dimittatur: nulla autem causa est ut uiuente ea quæ relicta est, alia ducatur. Spiritualiter per uxorem quæ non dimittitur nisi propter C fornicationem, intelligitur anima, cuius uir est Christus, qui nunquam animam nisi propter fornicationem peccati dimittit: per quam Christus à nobis recedit.

Morale.

Moraliter qui dimittit uxorem suam spiritualem, scilicet Ecclesiam: & ducit, scilicet pinguiorem, mœchatur: non enim quærit spiritualem fructum, sed temporalem lucrum. Proposito ergo quod est necessitatis in uirtute continentiæ, consequenter ponitur illud quod est supererogationis & consilij, scilicet continentia ab omni actu uenereo. Discipuli enim hoc audientes quòd uinculum matrimonij est indissolubile, & moti ex uerbis eius, dixerunt ei: *Si ita est causa homini cum uxore,* quòd non possit eam nisi modo prædicto dimittere, *non expedit nubere*: ac D si dicant, Melius est simpliciter continere, propter onus & graue pondus uxorum, & multa incommoda quæ possunt inde uenire.

Chrysosto. hom. 63. in Matth. Hierony. in cap. 19. Matthæi.

Vnde Chrysost. Leuius est contra concupiscentiam præliari, & contra seipsum, quàm contra mulierem malam. Vnde & Hieronym. Graue pondus uxor est, si excepta causa fornicationis non licet eam dimittere. Quid enim si temulenta fuerit, si iracunda, si gulosa, si uaga, si morbosa, si iurgatrix, si maledica: timenda erit huiusmodi, & erit uolimus nolimus sustinenda. Cum enim liberi essemus, uoluntariè nos seruituti subiecimus.

Nō omnes capere.

Et dixit dominus respondendo discipulis: *Non omnes capiunt verbum istud,* continentiæ, scilicet ut impleant E & se contineant: quia non omnes capere uolunt, nec omnes acceptum habent. Audiet enim luxuriosus & displicet ei: *sed quibus datum est*, à Deo ex speciali munere: quia status altus est: ad quem non ualemus, nisi ex gratia, ascēdere.

Sapiē. 8. b

Vnde dicit Sapiens, quòd nemo potest esse continens, nisi Deus det: ac si dicat, Non casu, seu fortuna uirgines fiunt: sed qui à Deo petunt & laborant ut accipiant.

Hierony. ibidem.

Vnde Hiero. Nemo putet sub hoc uerbo, uel fatum uel fortunam introduci, quòd hi sunt uirgines, quibus à Deo datum sit: aut quos quidem ad hoc casus adduxerit: sed his datum est qui petierunt, qui uoluerunt, qui ut acciperent laborauerunt. *Omni enim petenti dabitur, & quærens*

Luca. 11. Chrysosto. hom. 63. in Matth.

rens inueniet, & pulsanti aperietur. Vnde & Chrysost. Non dixit, non omnes possunt: sed, non omnes capiunt: id est, omnes capere possunt, non tamen capere uolunt. Si enim quidam in pugna cadunt: nos cadentium negligentiæ imputare debemus, non difficultati uirtutis. Quòd autem dicit, quibus datū est: non hoc significat, quoniam quibusdam datur, quibusdam non datur: sed illud ostendit, quia nisi auxilium gratiæ acceperimus, nihil ex nobis ualemus.

Luca. 11.

Quoniam autem uolentibus gratia non negatur, in euangelio Dominus dicit: *Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis.* Debet autem uoluntas præcedere, & sic sequitur gratia. Nam gratia sine uoluntate nihil operatur, nec uoluntas sine gratia. Nam & terra non germinat, nisi pluuiam susceperit: nec pluuia fructificat sine terra. Hæc Chrysosto.

Continentia triplex. Eunuchi.

Et ne omnem continentiam putarent laudabilem & meritoriam, consequenter distinguit eam triplicem. Prima est contracta à natura: secunda, à casu, siue uiolentia: tertia, à uolūtate & gratia. *Sunt enim Eunuchi,* id est continentes: & est Græcum uocabulum, secundum Isidorum, *qui sic nati sunt,* sine instrumentis: siue frigidæ naturæ, qui propriè dicuntur castrati, quasi castè nati.

Spadones.

Et sunt Eunuchi qui facti sunt ab hominibus, quibus secantur genitalia: qui propriè dicuntur Spadones, à spata genere ferri quo eunuchizantur. Et istæ duæ non sunt laudabiles, & nec meritoriæ, nec demeritoriæ: quia necessitate fiunt, non uolūtate nisi in quantum per uolūtatem acceptātur.

Hierony. loco prænotato.

Secundum Hier. Inter hos secūdos computantur & hi qui specie religionis simulāt castitatem, scilicet hypocritæ & appetentes uanam gloriam ab hominibus ex quocunque suo opere. *Et sunt Eunuchi,* id est continentes, *qui seipsos castrauerunt, non per membrorum abscissionem: sed per concupiscentiæ repressionem: & se castitati, seu castè uiuere uoluntariè, deuouerunt: propter regnum cælorum,* qui propriè dicuntur Eunuchi, id est bene uiuentes: ab eu quod est bonum & nuchos quod est uictoria quasi boni uictores: & hi merentur: & ratione uoluntatis, quia spontanea: & ratione actionis, quia bona: & ratione intentionis, quia recta: ista enim tria perficiunt meritum. Hæc ergo tertia continentia, quæ est per uoluntatem reprimentem concupiscentiam ab actu uenereo, victoriosa dicitur & laudabilia, & tota est meritoria.

Chrysosto. hom. 32. operis imperfecti. Idem ho. 63. in Matthæum.

Vnde Chrysostomus: Illa est gloriosa continentia: non quam transgredi non potest necessitas debilitatis corporis, sed quam complectitur uoluntas sancti propositi. Et iterum: Cum autem dicit qui se castrauerunt, non membrorum dicit abscisionem: sed malarum cogitationum interemptionem. Etenim concupiscentia habet fontes precipuè à proposito incontinendi, & mente negligente. Et si ipsa sobria fuerit, naturalium motuum nullum est nocumentum. Nec ita abscisio membri comprimit tentationes & tranquillitatem facit, vt cogitationis frenum. Sed quia talis status altus est, nec possunt omnes ad hoc attingere, sed solum perfecti: ideo infert Dominus hortando milites suos, dicens: *Qui potest capere,* & implere, *capiat,* cum adiutorio Dei, ut sit castus uel intelligat quæ dico: uel qui potest pugnare contra carnem, pugnet, ac superet & triumphet. Et est uox hortantis ad continentiæ brauium, non iubentis, quasi diceret: Vnusquisque consideret an uirginitatis & pudicitiæ præceptum implere queat. Tantum bonum non est necessitatis, sed supererogationis: nec est hoc præceptum, sed consilium: cui-

A libet offertur, nemini imponitur: qui potest continere, contineat. Habito itaque de perfectione continentiæ, siue castitatis: consequenter agitur de perfectione obedientiæ, siue humilitatis: & hoc commendatione paruulorum, per quos designantur humiles & obedientes: quia sicut paruuli non propria uoluntate, sed alterius ducuntur: ita humiles & obedientes, alterius uoluntate & imperio mouentur.

Beda in c. 10. Matthæi.

Vnde dicit Beda: Quòd hæc lectio humilitatis magisterio plena micat: quæ uidelicet innocentes ac simplices ad domini gratiam pertingere posse demonstrat. Dum ergo Dominus Iesus de castitate dissereret: *tunc oblati sunt ei paruuli*, ex deuotione offerētium, *vt manus eis imponeret & oraret*: id est ut manu, & uoce benediceret. Consuetudo enim fuit B apud ueteres, ut paruulos benedicendos offerrent senioribus:

Manuū impositio. Gene. 27. & 49.

& impositio manuum ortum habuit ab antiquis patribus, qui uolentes benedicere paruulis, imponebant eis manus. Videntes igitur Iudæi Christum moribus senem, uita sanctum, doctrina sapientissimum, & de castitate loquentem: & habentes eum sicut prophetam: obtulerunt ei infantes, ut eis manus imponens & orans benediceret: manu per tactum, & uoce per orationē. In quo datur intelligi, quòd paruulis sufficit per fidem aliorū ad Christum afferri. *Discipuli verò,* labori magistri compatiētes, propter eius dignitatem, prohibebant, & *increpabant,* offerentes: non quòd nollent infantibus à salua C tore, & manu, & uoce benedici: sed quia timebant eum post tam longos sermones, importunitate offerentium grauari & offendi. Christus autem etsi fatigabatur corpore, non tamen animo: quia ei placebat, & præualuit ac uicit fortis eius affectus, quo hominum salutem cupiebat, ut nullus à consecutione suæ salutis prohiberetur. Sic fatigatus ex itinere non curans famem aut cibos, ad conuersionem Samaritanorum, quorum salutem famescebat, se conuertit.

Origenes tractatu. 7. in Matt.

Vbi Origenes: Hæc ergo debemus attēdere, ne æstimatione sapientiæ excellentioris & profectus spiritualioris, contemnamus quasi magni pusillos ecclesiæ: prohibentes pueros venire ad Iesum. Hæc Origenes. Paruuli etiam possunt dici pauperes & generis D infimi: per discipulos autem impedientes ne Christo offerantur, possunt accipi ecclesiæ rectores, vel religiosi: qui propter paupertatem, vel generis infirmitatē repellūt tales à promotione vel receptione, quāuis sint apti & digni, propter quod impedientes arguuntur ore Christi. Vnde dominus indignè ferens dixit discipulis: *Sinite paruulos venire ad me,* apud quē non est personarum acceptio: *& nolite eos prohibere,* cōminationibus terrendo, vel malis exemplis corrūpendo: quia isti sunt figura & forma verè humilium: quorum familiaritatem ego uolo, & consortium. In quo dedit prælatis exemplum corrigendi ostiario suos pauperum accessum prohibentes.

Chrysosto. ho. 32. operis imperfecti.

Vnde Chrysostomus: Nolite vetate pueros: nam si san E cti futuri sunt, quid vetatis filios ad patrem uenire? Si autem peccatores futuri sunt: ut quid sententiam condemnationis profertis, antequam culpam videatis? Nam quales modo sunt, meum est: quales autem postea futuri sunt, ipsorum erit. Quod ergo meum est, honorate: quod autem illorum erit, miseremini. Et subiungit: *Talium est enim regnum cælorum,* non dicit istorum, sed talium: vt non tam ætatem quàm humilitatem & innocentiam commē det. Non omnium, sed talium, id est similium, & illorum qui similem habent humilitatem & innocen-

tiam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam, per studium & laborem: & qui tales sunt per mores & virtutes, quales sunt paruuli per naturam & ætatem. Puerorum enim anima, ab omnibus malis est pura: & magistra innocentiæ, & humilitatis: & nullus potest intrare in regnum cœlorum, nisi fuerit innocens & humilis: quia nihil inquinatum intrabit in illud. Vnde secundum Hieronymum. Non ait istorum, sed talium, ut ostenderet non ætatem regnare, sed mores: & his qui similem haberent innocentiam & simplicitatem præmium repromitti. de quibus apostolus: *Nolite pueri fieri sensibus, sed malitia paruuli estote, sensu autem perfecti.* Vnde Ambro. Non ætas præfertur ætati: alioquin obesset adolescere. Cur ergo pueros aptos dicit esse regno cœlorũ? Fortasse quia malitiam nesciant, fraudare non nouerint: referire non audeant, scrutari ignorent: opes, honorem, ambitionem, non appetant. Sed non ignorare ista virtus est, sed contemnere. Non enim virtus est non posse peccare, sed nolle. Non igitur pueritia: sed æmula puerilis simplicitatis bonitas designatur. Vnde etiam Chrysosto. Et nos itaque si volumus fieri hæredes cęlorum, virtutem hanc cum multa possideamus diligentia. Etenim ab omnibus malis pura est pueri anima: & eorum qui contristauerunt non memoratur: sed vt ad amicos accedit, sicut nullo facto: & quantumcunque à matre flagellatus fuerit, hanc inquirit, & præ omnibus eam appreciatur. & si reginam ostenderis cum diademate, nó præponit hanc matri cilicio superindutæ: & necessarijs nihil plus inquirit: non tristatur in quibus nos, puta damno pecuniarum, & talibus: non lætatur in quibus nos, in temporaneis his: non respicit ad pulchritudines corporum, propter hoc dixit: *Horum enim est regnum cœlorum*: vt electione hæc operemur, quæ à natura pueri habent. Hæc Chrysostomus. Sunt autem decem proprietates bonæ in pueris: quas qui imitatur, regnum cœlorum consequetur, quæ sunt: innocentia, munditia, obedientia, simplicitas, humilitas, veritas, malorum illatorum immemoratio, fortuitorum nulla reputatio, & presentium ualde paruorum ad sufficientiam acceptio. Deinde paruulos sibi oblatos Dominus dulciter suscepit, *& complexans eos*, & in vlnis detinens, in signum, quòd simplices & humiles, puros & deuotos diligit, *& manus eis imponens*, vt viris continentibus gratiam sui auxilij conferendam significaret: *benedixit illos*, aliqua vocali benedictione, quæ scripta non est, ut humiles sua benedictione dignos ostenderet. Sic spiritualiter quotidie humilibus manus imponit cùm eis gratiam, & auxilium tribuit: quia humiles spiritu digni sunt eius gratia & benedictione: Deus enim superbis resistit: humilibus autem, qui se manibus & potestati eius subiiciunt dat gratiam. In quo humilium dignitas ostenditur, qui tanta bona merentur. Vnde dicit Hieronymus: Quòd humilitas sola obseruatrix est custosque virtutum: & nihil est quod ita Deo gratum faciat & hominibus, quantum si vitæ merito magni, sed humilitate infimi videamur. Et bene humiles paruulis & innocẽtibus comparauit: quia humilitas maculas peccatorum lauare, & innocentiã reddere cõsueuit. Vnde Bernardus: Decor animę humilitas est. Non à me ipso hoc dico, cum propheta prior dixerit: *Asperges me hyssopo & mundabor*: humili herba ac pectoris purgatiua humilitatem significans. Hac se post grauem lapsum rex propheta lauari confidit: & sic inuenit quendam innocentię recuperatæ cãdorẽ.

Hieron. in cap. 19. Matt.

1. Cor. 14. Ambrosius in ca. 18. Luca.

Chrysosto. hom. 63 in Matthæũ.

Puerorum decem proprietates.

Psal. 50.

Et sciendum quòd Christus manus imponendo paruulis instituit, & initiauit sacramentum confirmationis; cuius ministerium postea contulit Apostolis. Vnde paruuli in frontibus chrismate consignantur ab Episcopis, qui in Ecclesia Dei locum obtinent apostolorum: per impositionem enim manuũ apostolorum, conferebatur spiritus sanctus, ad robur, & confirmationem fidelium: cuius impositionis manuum locum obtinet prædictum Sacramentum. Cõsidera nunc quantum Christus simplicitatem, & humilitatem, ac innocentiam paruulorum diligit: quibus tanta familiaritatis & beneuolentiæ signa ostendit: & studeas pro posse paruulos imitari, & virtutes eorum habere, ut valeas cum ipsis regnum cœlorum possidere.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui nos ad continentiam es hortatus: da quod hortaris, & tribue mihi fragili castitatem mentis & corporis: & qui paruulos uenire ad te uoluisti, & eis manus imponens benedixisti: præsta mihi misero ut sim paruulus in oculis meis: quatenus gratiam inueniam oculis tuę maiestatis: & quod paruuli possident per naturam, ego consequar misericorditer per gratiam tuam. ut meritis omnium paruulorum, & humilium tibi placentium, ego ultimus omnium te rectore, te duce merear ad te peruenire: & à te benedictione in cœlestibus munerari. Amen.*

De perfectione paupertatis. Cap. XI.



HABITO de perfectione castitatis, & obedientiæ, seu humilitatis: consequenter agit de perfectione paupertatis. *Et ecce* enim *un. s* adolescens genu flexo ante Iesum: *interrogauit eum, dicens: Magister*, propter doctrinam sanam: *bone*, propter vitam sanctam: *quid boni faciendo vitam æternam possidebo?* Secundum Bedam, audierat iste à Domino tantũ similes paruulis dignos esse regno Dei: & ideo certior esse desiderãs de ingressu regni, non per parabolas, sed apertius postulat sibi exponi, quibus meritis, vel operibus vitam æternam possit consequi. *Iesus autem respondit ei*: primò quantum ad eius cogitationem, quia iste cogitabat Iesum esse purum hominem: licet crederet eum esse sanctum, bonum doctorem: & ideo quasi respõdẽs eius cogitationi, dixit ei: *Quid me dicis bonum?* quasi diceret, Ex quo me credis purum hominẽ: non debes me uocare bonũ. *Nemo enim bonus, nisi solus & unus Deus*: hoc ẽ dictũ: Deus est solus bonus essentialiter, per se, & à seipso: & nullus alius: quia alij participatiuè

Matt. 19. Mar. 10. & Luca. 18.

Beda in cap. 10. Marci.

Chrysost. ho. 33. operis imperfecti.

cipatiuè per ipsum & ab ipso. Vnde Chrys. Hoc autẽ dicens non excludit homines à bonitate: sed à cõparatione bonitatis diuinæ. Quasi diceret Dominus: Quare me dicis bonũ, cùm non credas me esse Deũ? Si verò confiteris bonum: credas etiam esse Deum. Solus enim Deus natura est bonus. Deinde consequenter respondet eius interrogationi, dicens: *Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata*: quasi diceret, hoc sufficit ad salutem: quod amplius est, non est necessitatis, sed supererogationis. quia secundum Bedam: Iustitia legis custodita, non solum bona terræ, sed & vitam conferebat æternam, suo tempore consequendam. Et quia adolescens hæc audierat, sollicitus factus interrogauit, quæ essent hæc mãdata quorum obseruantia est necessaria. hoc autem, secundũ Chrysostomum, non tentans fecit: sed æstimans alia quædam præcepta esse, præter legalia, quę uitę ei causa fierent. Iesus autem quasi infirmo cõdescendens, legis præcepta clementissimè exposuit dicens: *Non homicidium facies*, manu occidendo: ore iubendo, uel consulendo, vel etiam detrahendo: quia per detractionem occiditur proximus in conscientia aliena, in qua viuebat per bonam famam: nec corde mortẽ alterius desiderando. uel odium retinendo, aut bene ficium subtrahendo: & per hoc præceptum decalogi, prohibetur nocumẽtum proximi in persona propria. *Non adulterabis*, per hoc prohibetur nocumentum proximi in persona, sibi coniuncta. *Non furtum facies*, per hoc prohibetur nocumentum proximi in possessia. *Non falsum testimonium dices*, per hoc prohibetur nocumentum, proximi in fama. *Honora patrem tuum & matrem*, eis subueniendo: & reuerentiam exhibendo, & per hoc præceptum affirmatiuũ intelligitur omne beneficium proximo reddendum: quia nomine patris & matris, intelligitur omnis proximus. Et hoc est, quòd subditur: *Et diliges proximum tuum sicut teipsum*, id est, ad id quod diligis teipsũ, scilicet ad gratiam & gloriam, vel, *sicut teipsum* id est nõ uerbo tantum, sed opere & veritate. Proximus autẽ nostrer est, omnis qui nobiscum conuenit in natura, quem debemus sicut nosipsos diligere. Quam sentẽtiam Dominus inducit, ut ostendat quòd finis præceptorum est charitas: quia obseruantia mandatorũ non est meritoria vitæ æternæ, nisi fiat ex charitate. Inter hæc præcepta ordinantia in proximum, non tãguntur præcepta de non concupiscendo rem proximi, vel eius vxorem: quia reducuntur ad præcepta de non adulterari & non furari: & sub illis possunt intelligi. Vel quia intelliguntur in hoc quòd dicitur: *diliges proximum tuum*, qui enim verè proximũ diligit, nec rem eius nec vxorem concupiscit. Enumerat autem hic non omnia mandata: sed solummodo præcepta secundæ tabulæ quæ ordinant hominem ad proximum, in quibus implicat & supponit præcepta primæ tabulæ ordinantia hominem ad Deum: quia homo magis tenetur Deo quàm proximo: & ideo si ob seruantia mandatorum secundæ tabulæ est necessaria ad salutem, multo fortius obseruantia mandatorum primæ tabulæ est necessaria ad eãdem. Vnde bene dicit apostolus, *q*ꝑ qui diligit proximũ legem impleuit: quia in dilectione proximi itelligitur dilectio Dei ut finis propter quem proximus diligitur, quia proximus diligitur propter Deum, & non econuersò. Per prædicta etiam ostẽdit saluator, *q*ꝑ obseruãtia præceptorum cerimonialium & iudicialium non erat amplius necessaria ad salutem, sed sufficiunt decẽ decalogi præcepta. Quorum primum est: Non adorabis Deos alienos: id est, verum Deum coles & super eum nihil amabis. Multi enim hodie sunt, qui sibi Deos alienos faciunt. Nam sicut dicit Aug. hoc ab homine colitur, quod prę cæteris diligitur. Superbus igitur pro Deo habet superbiã, luxuriosus luxuriã, auarus auaritiam. Secundum: Nõ assumes in vanum nomen Dei tui in os tuũ: id est, nõ blasphemabis nec iurabis indebitẽ ī nomine sui. Talis iniuriã facit Deo, quẽ in testimoniũ suæ falsitatis inuocat, quasi Deus mendacium diligat: & sibi, qui in iudicio Dei punien dum se obligat si non est ita sicut iurat: & proximo, quia per falsum iurationem ipsum decipit & defraudat. Tertium: Diem sabbati sanctifices: ut in eo mortaliter non pecces, & mala vites. Contra istud præceptũ peccat qui causa cupiditatis in sabbato opus seruile facit, uel aliquod peccatum committit, uel opera misericordiæ dimittit: quia à bonis operibus non est vacandum. Quartum: Honora parentes tuos. sobediendo, obsequendo, subueniẽdo, & animabus eorum miserendo. In hoc etiam præcipitur honor patrum spiritualium. sprælatorum. Quintum: Non occides, opere, uerbo, negligẽtia, cogitatione, auxilio, cõsensu, malo exemplo, uel aliqua occasione. Homicidium etiam aliquando fit corde per odium, aliquãdo ore per uerbum detractorium, aliquando opere per factum. Et istud ultimum est triplex: quidam. n, occidunt corpus tantum: quidam animam tantum, quando scilicet eam trahunt ad peccatum: quidam utrunq; quando scilicet aliquis interficit seipsum, uel alium in peccato mortali existentem. Sextum: Non mœchaberis operando, cogitando, loquendo, uel in iurisdictione tua fornicationem sustinendo. Per hoc autem quòd dixit non mœchaberis: prohibetur omnis carnalis appetitus & corruptio, præter eam quæ est matrimonij. Septimum: Nõ furaberis: aliena quo modolibet tibi attrahendo, uel re aliena inuito Domino utendo. Per furtum intelligitur omne malum ablatum: siue occultè faciendo in acceptis, siue fraudem exercendo in mercationibus, siue mercedẽ non soluendo operarijs. Octauum: Non dices falsum testimonium contra proximum tuum: omne mendacium, dolum, detractionẽ, adulationem, calumniã, & doctrinam erroneam deuitando. Nonum: Nõ desideres domum, uel agrum, vel aliam rem proximi tui: tali videlicet mente, quòd uelles tibi cum suo dãno adoptare. Decimum: Non concupisces vxorem, seruum, ancillam proximi tui: corde consentiendo, ore solicitando, opere concupiscentiam perficiẽdo. Hæc qui perfecerit saluari poterit. Cùm autem ille adolescens hæc omnia à iuuentute sua se seruasse responderet: quod tamẽ in multis religiosis vix aliquis hodie reperiret. *Iesus intuitus eum dilexit eum*: propter bonam conuersationem suam præteritam, & ostendit sibi vultum amicabilem: &, instruẽs eum de perfectione, *dixit illi, Vnum tibi deest*, quod ad statũ perfectionis, scilicet bonum paupertatis. Quia etsi mandatorum obseruatio sufficit ad salutem: non tamen ad euangelicam perfectionem, sed ad hanc etiam requiritur obseruatio consiliorum: in qua primum est abrenunciatio temporalium, & ideo de hac tantum hic facit mentionem. Vbi Origenes: Non tamen intelligendum est quòd in ipso tempore quo bona sua tradiderit pauperibus, fiat omnino perfectus: sed illa ex die incipiat speculatio Dei adducens eum ad omnes uirtutes. Et subdit Dominus, dicens: *Si uis*, quia hoc est in tua libertate: *perfectus esse*, id est ad statum perfectionis ascẽdere super communem

Dei præcepta.

Augustin. lib. 10. de ciuitate. cap. 4.

1. Tim. 1.

Rom. 13.

Origenes tracta. 8. ī Matth.

nem statũ saluti necessarium, quia hoc est de perfectione vitæ, *uade*, per affectum contemnendo temporalia, *& uende*, per effectum ea relinquendo. & hęc *omnia*, non partem tantum vt Ananias & Sapphira, quod est contra proprietarios, *quæ habes* & iustè possides: quod est contra raptores & usurarios eleemosynas de alieno facientes: illa enim habemus quæ iustè posidemus. Illa ergo quæ iustè posidentur vendenda sunt: quæ verò iniustè, reddenda sunt illis quorum fuerunt: *& da*, non uende quærendo munus à manu, uel à lingua, uel ab obsequio, *pauperibus*, non diuitibus, à quibus similia accipies: nec amicis carnalibus, nisi fuerint indigentes: nec histrionibus & malè utentibus, quod est contra simoniacos & ambitiosos, qui dant aliis ut acquirant beneficia & dignitates: & hoc fac propter Deum, non propter ostentationem: quia abiicere temporalia propter ostentationem, nõ est meritorium. *&*, sic dando, *habebis thesaurum*, id est quẽdã beatitudinis, *in cœlo*, locum tutissimũ. Hoc autẽ nõ dicitur, q̃a paupertas sit maior virtus q̃ continentia vel obedientia: sed dicitur per quandam correspondentiam, quasi thesaurus cœlestis sic respondeat voluntariæ paupertati, sicut exaltatio humiliationi. Vnde Chrysostomus: Bene autẽ non vitæ fecit ęternæ mentionem, sed thesauri dicẽs: & habebis thesaurum in cœlis: quia enim de pecuniis erat sermo & de abrenunciatione omnium, ostẽdit quòd reddit plura his quæ præcepit relinquere, quanto maius est cœlũ quàm terra: in thesauro enim copiam retributionis ostendit. *Et ueni*, relictis omnibus, *& sequere me* me imitando, & sicut ego ambulo ambulando: quia in sequela Christi per opera charitatis consistit perfectio principaliter & completè: in paupertate autem voluntaria consistit inchoatiuè per modum remouentis prohibens, & disponentis: quia per hoc aufertur cura temporalium, quæ à dilectione Dei impedit animum. Vnde glosa: Relinquere omnia, est uia ad perfectionem: sed in sequendo consistit perfectio. Magna certè gloria est sequi dominum, & ideo ualde est appetẽdum. Ad perfectionem ergo non sufficit homini relinquere sua, nisi Dominum sequatur: id est, nisi relictis malis faciat bona. Vnde Theophilus: Cum paupertate enim & cæteras virtutes hominem habere oportet: ob hoc ait, & ueni sequere me: id est, in cæteris esto meus discipulus, & iugiter me sequaris. Vnde & Hieronymus: Facilius sacculus contemnitur, quàm uoluntas. Multi diuitias reliquentes, Dominum non sequuntur. Sequitur autem Dominum, qui imitator eius est & per vestigia illius graditur. Vbi & Rabanus: Ecce duas vitas hominibus propositas audiuimus: actiuã ad quam pertinet non occides, & cætera legis mandata: & conteplatiuam ad quam pertinet si vis perfectus esse, &c. Actiua ad legem pertinet, contemplatiua ad euangelium: quia sicut vetus nouum præcessit testamentum, ita bona actio præcedit contemplationem. Actiuis enim conuenit obseruatio præceptorum quæ in lege traduntur, contemplatiuis obseruatio consiliorum quæ in euangelio docentur. Et notandum, quòd multiplex est perfectio: scilicet sufficientiæ, quam omnes habent existentes in charitate: ordinis, cuius proprium est seruare continentiã: religionis, cuius proprium est renunciare omnibus: prælationis, ad quos pertinet ponere animam pro ouibus suis: & securitatis, cuius proprium est habere mortem in desiderio, & uitam in patientia. Ad primam perfectionem tenetur quilibet: ad ultimam verò nullus tenetur: ad tres verò medias tenentur aliqui ex causis. Vnum ergo signum perfectionis posuit: cùm omnia relinquere consuluit, ut nudum Christum nudus sequatur. Vnde (secundum Theophilum) dicens omnia, summam paupertatem suadet: si quid enim restiterit, illius seruus est. Et secundum Ambrosium: Talem voluit adolescentem illum Dominus ad paradisum redire: qualis Adam fuerat de paradisi sublimitate deiectus. Nudus enim incola Adam paradisi fuit. Quamuis ergo cum possessione diuitiarum posit quis ad uitam ingredi seruando mandata: tamen ad perfectam sequelam Christi vt perfecto amore & integro affectu tendat in Deũ, deest sibi unum, scilicet quòd relinquat diuitias affectu: ut sit pauper spiritu, quæ paupertas includit humilitatem, sine qua non est paupertas vera: quia uanum est habere bursam vacuam, & cor plenum superbia. Includit etiam contemptum diuitiarum effectu: quia difficile est ualde habenti diuitias, ne amore earum aut detineatur, aut distrahatur & impediatur à perfecto amore Dei: ne Christum liberè & expeditè sequatur. Nam qui diuitijs implicatur, mittit pedes in rete, ne posit coram Deo perfectus ambulare, & liberè Christum sequi: quia diuitiæ viscosiores sunt visco, & uix euellitur animus occupatus ab eis & detentus. Nimia ergo dilectio terrenarum possessionum est huius perfectionis impedimentum. Quod bene patuit in hoc iuuene, qui, *cùm audisset uerba Domini*, de perfectione paupertatis voluntariæ, *abiit tristis*, seculi tristitia mortem operante, impeditus à perfectione quam querebat terrenarum possessionum amore, ob quod non poterat ad perfectionem uoluntariæ paupertatis ascendere. Vnde causa tristitiæ redditur, cùm subditur: *Erat enim multas habens possessiones*, spinas producentes & tribulos, semẽtem dominicam suffocantes: & ipse nihilominus habitus à possessionibus, & diues ualde diuitis fallacibus, ob quarum inordinatum amorem tristabatur de persuasione abrenunciationis earum: tristabile enim est amata abiicere. Ad temporalia enim pasibiliter afficitur, cuius cor in priuatione eorundem aliqualiter contristatur. Nam plerunque cùm temporalia assunt nobis, putamus quòd ea nõ diligamus: sed cùm abesse ceperint, inuenimus qui sumus. Hoc enim sine amore nostro aderat, quid sine dolore discedit. Iste iuuenis cùm audiret, quòd quęcũque haberet uenderet, & daret pauperibus: abiit mœrens: quia & diuitias seculi & uitam æternam habere volebat: quod difficile erat ut fieret: quoniam in possessione diuitiarũ absq; superbia elationis & absq; proprietate uoluptatis vix stare quis potest: sicut etiam difficile esset, quòd homo in cacumine verticis alicuius montis staret, & tempestate validi venti quassatus non caderet. Vt uerò dicit Augustinus: Hic adolescens laudabilis quidem est: quia non occidit, non adulteratus est. Vituperabilis autem: quia contristatus est in uerbis Christi vocantis eũ ad perfectionẽ. Adolescens quippe erat secundum animam, & propterea relinquens Christum abiit. Hæc Augustinus. Sed tale rete frustra iacitur ante oculos pẽnatorum: scilicet contemplantium perfectorum, qui tanto minus contristantur quòd desunt temporalia, quanto magis appetunt æterna. Nam ut ait Gregorius: Tanto quisque minus dolet quòd desunt æterna, quanto magis gaudet quòd assunt temporalia: & qui minus dolet quòd desunt temporalia, certius expectat ut asint æterna. Et ideo secundum Gennadium: Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare: sed melius est pro intentione sequendi Christum, omnia & totum simul donare, & absolutum à solicitudine cũ Christo egere. Vt enim dicit Chrysosto. Non similiter detinentur qui pauca habent, & qui multis abundant: quoniam adiectio diuitiarum maiorem accẽdit flammam, & violentior fit cupido. Non solum autem diuitiarum possessio, sed etiam rerum aliarum diuersitas hominem à Dei contemplatione & perfecto amore impedit & auertit. Vnde Augustinus: Temporalium rerum multiformitas ab unitate Dei hominem per carnales sensus diuerberat, & mutabili varietate eius affectum multiplicat. Quem ergo delectat libertas, ab amore multabilium liber esse appetat: & quem regnare delectat, uni omnium regnatori Deo subditus hæreat. Et iterum: Duo sunt amores: mundi, & Dei. Si mundi amor habitat, nõ est quo intret amor Dei. Cùm exhauseris cor tuum ab amore terreno, hauries amorem diuinum. Vnde & Gregorius. Cum cupiditate terrenæ substantiæ Deus non diligitur: quia terrenus amor oculum mentis sordidans excæcat, ne diuina claritas videatur. Nec mirum: Quomodo enim diligere potest quem nescit? Aut quomodo scit, ad quem nesciendum oculum cordis claudit? Vnde etiam Chrysostomus. Fumo similes sunt humanæ res. Nihil enim ita contristat animæ oculum & turbat, ut uitæ huius curarum turba, & concupiscentiarum multitudo: hæc enim fumi huius sunt ligna. Vnde & Anselmus. Si vis esse quietus, nil seculi appetas. Semper requiem mentis habebis, si à te mũdi curas abieceris. Qui curis terrenis implicat, à Dei amore se separat. Et ut in paucis multa intelligas, attende pauca uerba Augustini sic dicentis: Nihil plus noui esse, quàm ista sensibilia fugienda. Cui concordat Dionysius, qui sic dicit: Derelinque sensus, & omnia sensibilia. Qui habet aures audiendi hæc pauca uerba prædicta, audiat, & corde intelligat: quia multa in eis latent, quæ uanis & dissolutis non apparent. Vnde cuidam de sermonis abundantia sollicito, dictum est in spiritu: Si uis scire omnia prædicanda, tũc separa te ab exterioribus: purifica te à temporalibus: liberũ fac te à carnalibus: & erige te ad cœlestia, & manifestabuntur tibi diuina. Ecce in his uerbis totũ est inclusum quod est prædicatum: imago enim tua, imago Dei est: depone ergo ab ea omne quod sibi accidens est, & apparebit tibi in ea quod diuinum est. Vt autem utiliter ad temporalia & æterna perfectè te habeas, scito quòd temporalia debes aspicere sub sensu quadruplici. Primò, scilicet vt tanquam peregrinus & aduena sentias omnia ut extranea & aliena: ita quòd tua uestis sit tuo sensui extranea, ac si esset alicuius de Græcia vel India. Secundò, ut in tuo usu omnem abundantiam timeas ut uenenum, & mare submergens. Tertiò, ut in tuo sensu omnem inopiã & egestatem, sentias ut mensam, & aram, & scalam vitæ æternæ: & ut speculum imaginem crucis Christi. Quartò, ut diuitias & apparatus diuitũ ita sẽtias tibi difformes, quod in eorum memoria uel aspectu nullatenus valeas delectari uel lætari: quòd si uideris te in eis congaudere, à Christi gloriosa paupertate te æstima alienum fore. Huic autem connectitur quòd in pauperum & despectorum memoria, uel aspectu tanquam in Christi pauperis expressa imagine totus læteris, & eis quasi regibus cum summa alacritate & reuerentia associeris. Considera etiam hic quòd ad perfectionem non sufficit quædam opera bona, & quasdam uirtutes habere: sed oportet omnia pro posse perficere. Vnde Chrysostomus. Completus est Dei homo ad omne opus bonum, expletus non: ut hæc quidem habeat, illa uerò non habeat. Qui enim talis est, non est complectus. Quæ enim utilitas, dic mihi, cùm orat quis intensè, nõ misereatur autẽ abũdè? Aut cùm miseretur quis abũdè, auarus autem & uiolẽtus existens? Aut cùm nõ auarus aut uiolẽtus existẽs, ad ostẽtationẽ uerò sit hominũ q̃ vident? Aut cùm misereatur quidem in id quod Deo uidetur, eleuetur autem hoc ipso & magna sapiat? Aut cùm humilis quidem fuerit, & ieiunijs intendens, auarus autem & negociator, & terræ affixus, & matrem omnium malorum inducẽs animæ? Radicem enim omnium malorum, dixit Paulus auaritiam. Horreamus igitur hanc, fugiamus hoc peccatum. Hoc orbem terrarum instabilem fecit: hoc omnia cõfudit: à beata seruitute nos abducit Christi. Non est enim posibile, ait, Deo seruire & mammonæ: contrarium enim iniungit Christus. Hæc Chrysosto. Et nota circa pręmissa, quòd perfectio paupertatis non consistit in maiori defectu rerum temporalium, sed in maiori abstractione sollicitudinis earum. Quantò enim modus uiuendi in paupertate minorem habet sollicitudinẽ, tanto paupertas est perfectior: non autem quanto paupertas fuerit maior. Non enim paupertas secundum se bona est: sed inquantum liberat ab illis, quibus homo impeditur quo minus spiritualibus intendat.

Propria uẽdenda & danda perfectis. — *Chrysosto. hom. 64. in Matth.* — *Hierony. in cap. 19. Matt.* — *Ambrosius in cap. 18. Luca.* — *Augusti. epistol. 34.* — *Prouer. 1.* — *Chrysosto. hom. 64. in Matt.* — *Augustin. tractatu 2. in episto. Ioannis.* — *Gregorius in cap. 8. Cantici Cantic.* — *Chrysosto. epistola ad Eutropiũ.* — *Anselmus epistola ad Hugonem.* — *Opera bona omnia faciẽda.* — *Chrysosto. hom 64.* — *1. Timot. 6. b.* — *Matt. 6. d* — *Paupertatis perfe.*

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, da mihi misero & fragili, qui tua mandata hactenus negligenter & malè seruaui, saltem ammodo ea obseruare: ut cum obseruatoribus eorundem merear ad uitam ingredi. Da etiam mihi clementissime Domine, ut ad perfectionem tendendo omnia tẽporalia, propter affectu te contemnã, & effectu relinquam: relictisque omnibus te sequar, te imitando, & per tua uestigia gradiendo: ut te rectore, te duce ad te thesaurum meum desiderabilem & indeficientem ualeam lætus peruenire, & de tua uisione semper gaudere. Amen.*

De duodecim consilijs euangelicis. Cap. XII.



ET quia dictum est de præceptis, quæ sunt necessaria ad salutem, uideamus & de consilijs quæ requiruntur ad perfectionem. Vnde & præceptis, & prohibitionibus tenemur: sed de consilijs & permisionibus

Universidad de Deusto Biblioteca

Consilia ad perfectos pertinent. nibus non tenemur. Nam consilium pertinet ad perfectos, præceptum autem ad perficiendos: sed permisio pertinet ad imperfectos, prohibitio verò ad peruersos. Ad obseruantiam quidem præceptorum utilis est obseruantia consiliorum. Aliquando enim fortitudo terræ ĩ ingressu illius cõsistit, & ideo passus ille bona custodia indiget: quia obtento ingressu faciliter residuum hostes obtinent. Sic est in terra animæ, quia tota fortitudo eius consistit in ingressu, scilicet in occasionibus peccatorum, & propter hoc necessaria est bona custodia circa ipsum. Propter custodiam autem istius ingressus dantur cõsilia, quæ continent & custodiunt mandata, ac retrahunt hominem ab incautis respectibus, & discursibus, & alijs periculis. Sunt autem duodecim consilia

B

Consilia duodecim. euangelica, quæ Christus adiecit ad præcepta. Primum, est paupertatis, quæ consistit in abdicatione

Matt. 19.

proprietatis. Vnde est illud: *Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & ueni sequere me.* Et illud:

Luca. 14.

Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Secundum, est obedientiæ. Vnde

Luca. 9.

est illud: *Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum.*

Matt. 25.

Et illud: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, quæ dicunt facite.* Tertium, est castitatis: Vnde est illud: *Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum.* Et illud: *Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis, ego autem dico uobis, qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo.* ubi ostenditur quod non solum damnabilis est consensus in opus mœchiæ, sed & consensus ad delectandum in corde. Hæc tria consilia prædicta, sunt specialia omnis perfectæ religionis, & substantialia: qa suos obseruatores elongant à malo, nõ solum quantum ad culpam: sed etiam quantũ ad causam. Omne náq; malũ oritur ex triplici radice. s. ex cõcupiscẽtia carnis, & cõcupiscẽtia oculorũ, & superbia

Matt, 19.

Matt. 5.

C

Tres sunt malorum radices. vitæ. Prędicta uerò tria cõsilia nos elongãt perfectè ab hac triplici radice. s. paupertas, à cõcupiscẽtia oculorũ: castitas, à cõcupiscẽtia carnis: & obedientia, à superbia vitę. Quartũ cõsiliũ, est charitatis. Vnde est illud:

Luca, 6.

Diligite inimicos uestros. Istud quãtũ ad dilectionẽ affectus, ẽ pręceptũ: sed quãtũ ad dilectionẽ effectus, est consilium: quia inimico velle gratiam & gloriam, est necessitatis: sed impendere opera beneficentiæ, & ostendere illi signa beneuolentiæ, est cõsilij & perfectionis. Sanè negare ei signa familiaritatis, quando ueniam petit, uel ad familiaritatem non simulatoriè se ingerit, uel quãdo necessitas exposcit, uindicta ẽ: quia tunc inter amicos est computandus: sed quòd aliquis ultro se ad familiaritatẽ eius ingerat, hoc est perfectionis. Quintum consilium, est mansuetudinis. Vnde illud: *Si quis te percusserit in maxillam unam,*

D

Matt. 5.

præbe ei & aliam: id est, paratus sis & aliam percusionem sustinere patienter: & istud est consilium patiẽtiæ, respectu læsionis corporum. Et illud: *Qui tecum*

Ibidem.

E

uult iudicio contendere, & tunicam tollere, relinque ei & pallium: & istud est respectu ablationis rerum. Cũ contentione & fraude, nulli licet sua repetere: cum charitate licet imperfectis, perfectis autẽ non: quia non repetere est infirmis consilium, perfectis uerò præceptum. Illis autem qui renunciauerunt proprietati, non licet repetere sua: sed ut congregationis. Sextum, est misericordiæ & erogationis. Vnde est illud, *Omni petenti te tribue*: non propter se, sed

Luca. 6.

propter bonum commune. Et illud: *Si uis perfectus esse, uende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Dare superfluum in extrema necessitate, est

Marci. 10.

A

necessitatis & debiti: sed dare quibus egemus, est consilij. Septimum, est de simplicitate verborum. Vnde est illud: *Sit sermo uester est est, non non:* id est, si affirmatio vel negatio est in ore, sit etiam in corde. *Matt. 5.*

Et illud: *Audistis quia dictum est antiquis, Non periurabis: ego autem dico, non iurare omnino.* Iurare, quantum ad infirmitatem pertinet, permissionis est: non iurare autem, quantum ad perfectionem pertinet, consilij est. Octauum, est de uitanda occasione peccandi. Vnde est illud: *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proijce abs te.* Vbi secundum Augustinum. Nullum membrum ad literam præcipitur erui, sed occasio peccandi: quia non solum peccata, sed & occasiones peccandi sunt fugiendæ. Nonum, est de rectitudine intentionis, & simplicitate operis vel finis. *Ibidem.* *Matth. 5.* *Augustin. lib. 1. de sermo. domi. in monte.*

B

Vnde est illud: *Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis.* Et illud: *Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est:* Decimum, est de conformitate operis & doctrinæ. Vnde est illud: *Qui fecerit & sic docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum.* Et illud: *Alligant hominibus onera grauia, digito autem suo nolũt ea mouere: dicunt enim, & non faciunt.* In prædicatione aliquando asseritur censio generaliter de his quæ pertinent ad statum salutis, aliquando Deo asseritur censio secundum statum perfectionis, ut pote religionis. Primo modo *Matth. 6.* *Ibidem. 5.* *Ibidem.* *Matt. 23.*

C

tenetur facere quod dicit prędicator, cùm asserat omnes ad hoc teneri. Secundo modo non tenetur, nisi ipse perfectionem illam uouerit. Existens autem in peccato notorio, peccat quando prædicat: quia scandalizat. Existens autem in peccato occulto, si prædicat & non studet ex suo delicto compungi, adhuc videtur peccare: quia videtur contemnere. Vndecimum, est de uitanda sollicitudine. Vnde est illud: *Nolite solliciti esse.* Et illud: *Nolite cogitare de crastino.* Vbi sciendum, quòd quadruplex est sollicitudo. Prima est laudabilis: & est prouidentiæ spiritualis, quo ad animam, quomodo quis Deo placeat omnem sollicitudinem suam proiiciens in eum. Secunda est etiam laudabilis: & est prouidentiæ temporalis ex fra- *Matt 6.* *Sollicitudo quadruplex.*

D

terna charitate, qualis competit prælatis & religiosis officiatis: qui præsunt in sollicitudine. Tertia est tolerabilis, & est curę temporalis, quo ad corpus. Quarta est uituperabilis: & est superfluæ thesaurizationis, quo ad auaritiam. Prima consulitur consilio isto. Secunda præcipitur. Tertia permittitur. Quarta prohibetur. Duodecimum cõsilium est de fraterna correptione. Vnde est illud: *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum, &c.* Corripere fratrem quandoq; est cõsilium: vt quando aliquis corripit fratrem de venialibus, & illum cum quo nihil facere habet nisi cõmunem charitatem, quandoque est præceptum: ut quãdo corripitur de mortali, & isto secundo modo pertinet ad omnes, & obligat semper: sed nõ ad semper: *Matth. 18. Corripere proximum, quando sit præceptum, uel consilium.*

E

quia pro loco & tempore. s. quando uacat & licet, & creditur quod utilis sit correptio. Et ad hoc præceptum maximè tenentur prælati, quo ad eos quorum curam gerũt. Omnia præmissa Domini præcepta & consilia facilia sunt uolenti, & Dei timorem præ oculis habẽti. Vnde Chryso. Sit tibi timor Dei, omni necessitate uiolentior. Si enim velis occasiones semper obiicere, nihil de eis quæ sunt imperata custodies: & ita prorsus omnia quæ sunt præcepta calcabis. Quia si legem uolueris custodire Christi: necessitatẽ quidem nullã quæ te ab obseruatione eius impediat aliquãdo patieris. Noli igitur ò homo ĩ ociũ reclinare, nec

A

nec dissoluas bonam animi uoluntatem: neque enim quæ imperantur onerosa sunt. Tantummodo uelle sufficit & totum quod iubetur impletum est. Quòd si mihi consuetudinem tuam opponis ut legem, per hanc ipsam te admoneo quàm sit facilis ista correctio. Si enim in aliam consuetudinẽ ex alia te conuerteris: hoc quod tibi difficile uidetur, effeceris. Quia sicut ad uitiandum consuetudo est uiolentia: ita fit potens ad corrigendum. Et iterum: Si in usum semel bonæ Philosophiæ transeas, etiam si postea aliquis tibi torpor obrepat, non tamen facilè poteris horũ quippiam quæ præcepta sunt transgredi, bona scilicet cõsuetudine firmitatem iam imitante natura. Quàm enim facile est dormire, comedere, bibere, respirare: *Chrysosto. hom. 56. in Genesin. Cõsuetudo bona. Cicero 1. off. fic.*

B

tam nobis facilia erunt bona consuetudine, etiã opera uirtutis. Hæc Chrysostomus. Vnde & Tullius: Optima forma uiuendi eligenda est, quam iocundã reddit consuetudo. Tantum etiam delecteris & complaceat tibi in præceptis & consilijs Domini, ut si nõ sine grauamine uel difficultate uideantur fieri, coneris tamen ob honorẽ ipsius legislatoris seruare quantum ipse uires dabit: quia etsi propter ipsum pati non elegeris, nihilominus aliter patieris. Vt enim dicit Augustinus: In hoc mundo non timere, non dolere, nõ periclitari impossibile est: sed plurimum interest qua causa, qua expectatione, quo termino quisque patiatur. Vnde Chrysostomus si non propter Christum *Patimur inuiti.* *Chrysosto. hom. 77. in Matthaũ.*

C

elegerimus aliquid pati dolorum, necesse est eos omnino & aliter sustinere. Neque enim si propter Christum non mortuus fueris, immortalis eris: neque si propter Christum non proieceris pecunias, ferens eas abibis. Hæc expetit à te, quæ & non expetente eo dabis. Hæc te vult facere tua uoluntate, quæ & ex necessitate te oportet facere. Expetit autem solum propter eum fieri: quia continget & hęc transire à necessitate, quæ secundum naturam fit. Ergo non iniustè auertit & punit Deus, cùm in omnibus seipsum nobis præbeat, nos autem resistimus. Ego, inquit pater, ego & amicus & frater & soror & mater: & omne quodcunque uolueris ego sum: solum familiariter te habeas ad me: quia omnino necesse est te pati, elige

D

pati propter me. Ego inops propter te, & peregrinus propter te, in cruce propter te, in sepulchro propter te: superius propter te interpello patrem, inferius pro te ligatus, ueni à patre: omnia mihi tu es, & frater, & cohæres, & amicus, & membrum. Quid plus uis? Quid eum qui te diligit auertis? Quid huic mundo laboras? Quid uase hauris perforato? Hoc enim est in præsenti uita laborare. Quid flammam incẽdis? Quid aërem impugnas? Qui inaniter curris? *Vanitas enim uanitatum, & omnia sunt uanitas.* Ita humiliemus nosmetipsos, & potiores efficiamur, ut qui dignè hîc uiximus, futuris fruamur bonis. Hæc Chrysostomus. Prædicta autem duodecim consilia, duodecim lapidibus preciosis possunt adaptari. Primum enim consi- *Eccl. 1.* *Duodecim cõsilia, duodecim lapillis comparati. Saphirus paupertas.*

E

lium, quod est paupertatis, significatur per lapidem saphirum. Saphirus enim flaui coloris est, sicut cœlum serenatum: sic pauperes colorẽ cœlestem habent, pro quanto à terrenis totaliter elongati solis cœlestibus intendunt. Item Saphirus dicitur ardorem interiorẽ refrigerare, & oculos purgare: sic sancta paupertas ardorem cupiditatis rerum temporalium, quia communiter homines mundani æstuant, ita in animo istorum pauperum refrigerat, ut omnia terrena bona arbitrentur ut stercora. Et ideo facit eos habere oculos mundos & limpidos ad contemplandum cœlestia: qui non sunt terrenorum puluere obfuscati.

A

Item saphirus fugat squinantiam, & morbum qui dicitur noli me tangere: & uniuersaliter ualet ad apostema calida. Sic paupertas spiritus, tumores & infectiones uitiorum non compatitur: sed ea fugat & sedat. Secundum consilium, quod est obedientia, significatur per lapidem topazium. Topazius in colore est auro similis: sic obedientia. Color enim auri nobilissimus est, sine quo nulla pictura est perfecta. Et certè sine qua obedientia nulla perfecta uirtus est: quia secundum Augustinum, Sine obedientia omnia uacua, & cum obedientia omnia plena charitate reperiuntur. Item topazius bullientes aquas compescit: sic obedientia aquas humanæ fluxibilitatis compescit Nam ex naturali fomite in nobis incentiua ui- *Topazius obedientia.* *Augusti. sermone de obedientia.*

B

tiorum ebulliunt, quibus obedientia frenum imponit. Item topazius iram restringit, & certè obedientia iram & omnem passionem animi mitigat: quia quæcunque passio uel tentatio in animo irrepserit, superueniente maiorum obedientia restringitur in homine obediente. Tertium consilium, quod est castitas: significatur per lapidem smaragdum. Smaragdus enim est à tota specie amator castitatis, & nullo modo sustinet coitum nisi rumpatur. Vnde & gestãtem se ad castitatem inclinat. Est autem uiridis præ omnibus rebus uirẽtibus: cuius etiam fulgore uicinusa er uirere cernitur, nec eius uiror sole uel luna, uel umbra obfuscatur. Sic castitas inter alias uirtutes uiret. *Smaragdus. Castitas.*

C

Vnde & virgo dicta est à virore: & ipsa castitas est uiror omnium uirtutum, ita ut etiam proximas exempla riter & uirtualiter uirere faciat: nec obscuratur sole, id est, æstu cuiuslibet tentationis: nec obfuscatur luna mundanæ gloriationis, nec umbra carnalis delectationis. Item smaragdus motus lasciuos compescit, visum refocillat, gratum hominem in uerbis reddit, & hæc tria ad literam efficit castitas ut patet. Item smaragdus tempestates auertit, & caducũ morbum curare dicitur: sic castitas tempestatem carnalis impugnationis reprimit, & morbum eius: unde homo quasi caducus & amens efficitur, compescit. Quartum consilium, quod est charitas, prout extenditur ad dilectionem inimicorum, signatur per car-

D

bunculum. Carbunculus enim se habet ad alios lapides sicut aurum ad cætera metalla, & dicitur aliorum lapidum uirtutem habere: sic charitas excellit omnes uirtutes, & complectitur in se uirtutes uniuersas. Carbunculus etiam est calore igneus, sicut carbo uiuus nocte magis lucet quàm die, & circa se noctem quasi in diem mutat: sic charitas ignis est, & magis lucet in nocte aduersitatis, quàm in die prosperitatis: imò etiam noctem aduersitatis & tribulationis, uertit in diem consolationis. Item carbunculus fugat venenum aereum & vaporosum, sic charitas sua benignitate omnem malitiam infectiuam uincit. Quintũ consilium, quod est mansuetudo, signatur per ameti- *Carbunculus. Charitas.*

E

stum. Ametistus enim est coloris violacei, & habet virtutem refrigerandi & leniendi, unde operatur contra ebrietatem: sic mansuetudo refrigerat calorem iracundiæ, & lenit appetitum uindictæ: unde & ebrietatem mentis, qua aliqui rapiuntur extra modu ramen rationis, ex crapula animi sedat: & hominem trãquillum reddit. Item ametistus reprimit malas cogitationes, & confert inscibilibus intellectũ sic & mãsuetudo: quia vt dicit Ambro. Mansuetus homo cordis est medicus. Et Plasmista: *Docebit mites uias suas.* Sextũ cõsiliũ, quod est misericordia, signatur per onichinũ. Onichinus in colore & magnitudine est ad similitudinẽ vnguis humani: p vngues aũt in scriptura *Ametistus mansuetudo.* *Psal. 24.* *Onichinus Misericordia.*

Ee ultimatæ

Universidad de Deusto Biblioteca

ultimatæ operationes designantur: & certè consiliũ misericordię extendit se etiam usque ad ultimum possibilitatis nostræ: imò perfecta misericordia non habet ultimum, & nunquam impletur: quia si misereaeris quantum potes, plus tamẽ uelle debes. Item Onichinus appositus infirmo oculo, sponte sua, quasi res sensata, intrat sine læsione & circuit oculum, & penetrat interius omnes partes, quousque eius cõtrarios humores prorsus excusserit: sic misericordia naturaliter ex seipsa oculum cordis subintrat, & cùm pium cor intrauerit, emundat ipsum ab humoribus uitiosis. Vnde Dominus: *Date inquit, eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis*. Onichinus etiam ualet contra scabiem, & dealbat faciem: sic misericordia scabiẽ peccatorum abstergit, & faciem animę dealbat: quia sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Et ut dicit Chrysostomus: Eleemosyna illustrat animam, & eam bonam efficit & decoram. Septimum consilium, quod est simplicitas uerborum, significatur per iaspidem Iaspis enim bonus est, uiridis, translucens, & rubeas habens uenas: sic sermo noster debet esse uiridis, ut semper aliquid boni germinet, quod est contra uaniloquos: debet esse transparens, ut in uerbis appareat intentio cordis, quod est contra dolosos & mendaces: debet etiam habere uenas rubeas charitatis ad proximum, ad quem & de quo est sermo, quod est cõtra susurratores, detractores, conuiciatores & calumniatores. Item iapsis fugat febrem & hydropisim, & stringit fluxum sanguinis: sic simplicitas uerborum fugat febrem iracũdiæ: *quia responsio mollis frangit iram*, curat hydropisim auaritiæ, nam apud mercatores & alios temporalibus lucris inhiantes, uerborum simplicitas reputatur fatuitas. Stringit etiam fluxum sangunis, carnalis uidelicet concupiscentiæ, quæ ex simulatis colloquiis sæpe excitatur. Octauum consilium, quod est uitatio occasionis peccati, significatur per Chrysolitum. Chrysolitus enim micat ad solem quasi stella aurea: & si ponitur in igne, resilit ab igne: sic cautela occasionis peccandi micat in anima, quasi stella aurea, dirigens hominem in factis suis instar stellæ maris, ut sine offensione peccati pertingat ad portum: & per hanc cautelam mox ut homo aduertit se esse in periculo, resilit fugiendo à tali oportunitate, quasi ab igne. Itẽ Chrysolitus repellit stultitiam, & confert sapientiam: sic uitare occasiones peccandi, est magnæ sapientiæ: sicut contrariò quærere oportunitates peccandi, magnæ stultitiæ est. Nonum consilium, quod est rectitudo intẽtionis, ac simplicitas finis, signatur per berillum. Berillus enim est coloris pallidi & transparentis, & illi optimi sunt qui maculas interius non habent: sed bona opera nostra debẽt esse pallida, scilicet spiritualia & transparentia, ut uideantur ab hominibus pro bono exemplo & Dei gloria: & hoc tunc solum est laudabile, quando intentio est pura intus in corde: ita quòd non sint maculæ intentionis sinistræ. Item berillus si sit rotundus, & opponitur soli, ignem accendit in carbone mortuo: sic bonum opus, si sit bene rotũdatum, id est, ex omni parte debitis circunstãtijs coæquatum, & non obligatum uel distortum à fine debito, & si directè opponatur soli, ita ut tota intentio dirigatur ad lumen, tunc accendit carbones mortuos: id est, opera nostra prius per peccata mortificata reuiuiscere facit: uel etiam quia eius ardor accendit proximos mortuos pro peccatis, qui eius exẽplo accẽduntur ad pœnitentiam. Item berillus ualet contra squinantiam & glandes: sic rectitudo intentio

Luca. 11. — *Iaspis, sermo.* — *Prou. 15.a* — *Chrysolitus, Occasionis peccandi uitatio.* — *Berillus, intentionis rectitudo.*

A nis ualet contra tumefactiones hypocrisis & uanæ gloriationis. Item berillus ualet conrra pericula hostium, & reddit hominem inuictum: sic quia hostes nostri dæmones nituntur bona opera nostra uitiare per inanem gloriam, & superbiam spiritualem (quia secundum Augustinum, bonis operibus insidiantur ut pereant) contra hoc Berillus rectę intentionis reddit hominem inuictum. Item Berillus amorem inter coniuges reconciliat: & certa bona opera nostra, recta intentione simpliciter in Deum directa, reconciliant animam cũ Deo sponso suo. Decimum concilium, quod est cõformitas operum ad doctrinam, signatur per Lyncurium. Lyncurius est lapis qui fit ex urina Lyncis, nam ut Plinius dicit: urina huius animalis in lapidem durescit. B Lynci comparatur doctor, uel prædicator, propter acumen uisus intellectus: cuius doctrina prius debet esse in seipso digesta, per operationem sibi incorporata: & tunc quasi ex abundantia uitæ suæ stillare in preciosum liquorem doctrinæ, ad profectum aliorum: sed ipse debet prius id quod purius est sibi incorporasse: sicut postquam id quod purius est in urina, conuersum est in substantiam aliti, extunc liquor urinalis egreditur: unde sicut malum signum est in natura, quãdo liquor urinalis indigestus & crudus emittitur: sic malum indicium est in moribus quando id quod docetur, prius opere non impletur. Item Lyncurius confert constipatis, & uentrẽ soluit: C sic cùm aliqui pleni malis humoribus peccatorum, per confessionem eos egerere nequeunt, sępe tales ex prædicatione exemplaris uiri, cuius uita plus prædicat quàm doctrina, remedium consequuntur. Vndecimum consilium, quod est uitatio sollicitudinis, signatur per lapidem Achatem. Achates est nigri coloris, cum albis uenis intermixtus. In nigro colore designatur humilitas, & despectus mũdi: quæ sunt in istis qui à sollicitudine temporalium sunt abstracti. Nam ipsi mundum despiciũt, & à mundo despecti sunt. Sed in hac uita non potest esse omnimoda abstractio ab omni sollicitudine: sed propter necessitates corporis parua sollicitudo permittitur etiam perfectis: & hoc significatur per uenas albas intermixtas. D Itẽ Achates uenena fugat, sitim sedat, uisum fouet: sic uitatio sollicitudinis uenena mundani contagij fugat: nam omnia ista mundana uenenosa sunt, & uix absque contagio animæ tractari possunt. Item sollicitudo temporalium sitim prouocat, quia multũ attrahit: & auarus non satiatur, sicut qui nunquam dicit sufficit. Sed ab istis, scilicet ueneno & siti, uitatio sollicitudinis per oppositum præseruat. Quæ etiam fouet uisum intellectualem: quia quãtominus disgregatur ad temporalia, tanto fortificatur ad spiritualia. Duodecimum consilium, quod est fraterna correptio, significatur per Sardium. Sardius est coloris rubei, sed atri: sicut terra rubea. Sic fraterna correptio E debet esse rubea ex charitate, qua fieri debet: sed quia charitas ista semper est cum dolore & compassione, propter delictum fratris: ideo rubor ille est turbulentus. Item Sardius restringit fluxum sanguinis: sic correptio fraterna restringit fluxibilitatem peccãdi, pro quanto per huiusmodi correptionem multi restringuntur à peccando. Item Sardius accendit animum ad gaudium, & acuit ingenium: sic correptio fraterna fratrem bonum ex postfacto facit gaudentem: acuit etiam ingenium, quia secundum Apostolum. *omnia quæ arguuntur à lumine manifestantur*.

Lyncurius, doctrina cõcionatoris. — *Achates, humilitas.* — *Sardius, fraterna correptio.* — *Ephe. 5.*

ORA-

ORATIO.

Domine Iesu Christe, Rex meus & Deus meus, qui me creasti & redemisti, & insuper ad me regendum non solum præcepta dedisti, sed & concilia addidisti: regnum quæso in me constitue, & me rege. Illa bonitas & charitas tua, quæ te coegit ad creandum & redimẽdum, ipsa cogat ad regendum. Quid enim prodesset quod composuit & refecit bonitas & charitas tua: si non me regat dextera tua? Rege ergo me Domine, & regna in me: ut te rectore, te duce, ualeam non solum quæ præcipis, sed & ea quæ consulis lætus adimplere. Amen.

De difficultate & impossibilitate intrandi diuitem in regnum cælorum. Et de præmio relinquentium omnia, & sequentium Christum. Cap. XIII.



Matt. 19. Marci 10. Luca. 18.

Vidèns autem Iesus iuuenem tristem factum ex paupertatis persuasione, & abiisse: occasione huius habentis diuitias, ingreditur sermonem de auaro, sub diuitis nomine: & ut discipulos confirmet in assumpta perfectione: nec eis graue sit quòd relictis omnibus secuti sunt Christum, D ostendit quomodo diuitiæ faciunt difficultatem ad perfectionem, & regnum consequendum, dicens: *Amen dico uobis: quia diues difficile intrabit in regnum cęlorum*: quod scilicet est pauperum: non dicit impossibile, sed difficile: quia difficile est diuitias posidere, & non teneri nimis earum amore: quia, ut dicit Augustinus: Bona terrena diliguntur arctius adepta, quàm concupita: aliud est enim nolle incorporare quæ desunt, aliud iam incorporata diuellere: illa enim uelut extranea iam repudiantur: ista uelut membra præscinduntur. Et ut dicit Chrysosto. Appositio diuitiarum maiorem apponit flammam, & uehementior fit cupido. Vbi ergo difficile ponitur, non impossibilitas prætenditur: sed E raritas demonstratur. Difficilè enim diuitiæ habitæ contemnuntur, & uix aliquis res seculi sine seculi uitijs assequitur. Hæ enim sunt spinæ & tribuli, qui suffocauerunt semen Dei. Quare tutum est nec habere, nec amare diuitias: quia ut ait Beda, Qui hîc multiplicandis diuitijs incumbunt, alterius uitæ gaudia quærere contemnunt. Vnde Hiero. Superflua est cura de rebus corruptibilibus, quæ cum angustia prodeunt, adeptæ paruo tempore subsistunt, subsistentes sollicitudinem ingerunt, recedentes dolorem faciunt: & quod peius est, ingressum regni frequenter impediunt. Deinde quasi impossibile hoc ostendit, & quo

Diuitiarũ amor. — *August. epist. 34.* — *Chrysost. hom. 64. in Matthæũ.* — *Beda in ca. 10 Marci.* — *Hierony. in cap. 13. Matth.*

A modo diuitiæ faciunt impossibilitatem ad consequẽdum perfectionem, & regnum cœlorum, dicens: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem*, scilicet inordinatas diuitias amantem, *intrare in regnum cœlorum*: scilicet portam angustam & arctam. Verbum terribile diuitibus: quorum nulla bona sunt in cœlo, sicut pauperum nulla bona sunt in mundo. Vnde Ambrosius: Nam ideo nudi accedimus ad lauacrum: ut nudi ad cœli ianuam properemus. Quàm autem incongruum & absurdum est, ut quem nudũ mater genuit, nudum suscepit ecclesia, diues intrare uelit in cœlum. Hæc Ambrosius. Vbi attende, quòd quando quis vult habere diuitias: & non quidem in eis confidendo, uel finem & spem constituendo: sed B tamen utendo eis afficitur, & cum amore citra Deũ eas possidet, ita quòd à perfecto amore Dei & libera sequela Christi aliqualiter impeditur: sic difficilè regnum cœlorum ingreditur. Sed quando quis confidit in diuitijs, & in ipsis finem & spem constituit, ut inde superbiat & lasciuiat retinens eas cupidè & inordinatè, cum amore supra Deum: nec ad egenos manus extendens: sic impossibile est eum intrare in regnum cœlorum. Vnde quod dixit difficile, respectu diuitis, primo modo: dicit impossibile, respectu diuitis, secundo modo. Quomodo ergo plurimi diuites regnum Dei intrauerunt: nisi quia Deo inspirante pro nihilo diuitias habuerunt? Nunquid Dauid in diuitijs C confidebat, qui de seipso canens ait: *ego uerò egenus sum & pauper*. Alios quoque hortatur dicens: *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere*. Vnde Augustinus: Diuitem ergo hic appellat cupidum rerum temporalium, & de talibus superbientem: his diuitibus cõtrarij sunt pauperes spiritu, quorum est regnum cœlorum. Hæc Augustinus. Aliud est diuitias habere, aliud amare. Multi habent, & non amant: multi non habent, & amant. Item alij habent, & amant: alij nec habere nec amare se gaudẽt: qui vltimi tutiores sunt, & cum apostolo dicere possunt: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo*. Vnde quidam philosophus ait: Licet inter diuitias esse pauperem: nec maior est ille, qui sic utitur fictilibus sicut argento: nec minor ille D qui sic argento sicut fictilibus utitur. Vel facilius hic, minus significat positiuo sui contrarij: id est, minus difficile est. Potest enim Deus facere ut transeat camelus per foramen acus, nullo obstante: auarum uerò, qui hic nomine diuitis intelligitur, ponere in gloriam, etsi potest de potentia, non tamen de iustitia, quæ reclamat. Oportet enim auarum amorem opum dimittere, si vult ad uitam intrare. Vel camelus non potest intrare per foramen acus, nisi diuidatur per multas partes minutas quòd est facilius, quàm diuitẽ in diuitijs confidentem, & per amorem eis inhærentem intrare in regnum cęlorum: quia illud est aliquo modo possibile, istud impossibile. Vel ut dicitur, quæ E dam porta erat in Hierusalem, quæ dicebatur Acus, per cuius foramen non nisi deposito onere & flexis genibus poterat intrare camelus: sic & nec diues per uiam arctam potest intrare in regnum cœlorum, nisi depositis diuitijs, uel per abiectionem eas relinquẽdo: uel saltem per subiectionẽ eas non amando. Vel per camelum, cuius vnicum & singulare officium est onera portare, hi intelliguntur qui peccatorum pondere prægrauantur. *Facilius est ergo camelum*. i. aliquẽ valde peccatorẽ, *transire per foramen acus*. i. per arctã & angustam viam, quæ ducit ad uitã, *quã diuitẽ*, cupidũ, *intrare in regnum cęlorum*, quia ille facilius à peccatis, quàm iste à diuitiarum spe separari potest. Quòd au-

Difficile est saluari diuitem. — *Ambrosius sermone 10.* — *Diuitias habere.* — *Psal. 69.b* — *Psal. 61.c* — *August. lib. 1 de quæstio. Euang. ca. 26* — *Galat. 6.*

Ee 2 tem

Universidad de Deusto Biblioteca

tem nomine diuitiarum auarum significasset, hinc patet: quia, *discipuli*, inopes & pauperes, *hæc audientes*, & iam hominibus compatientes, affectuque charitatis salutem illorum zelantes, quærunt admirando, *dicentes: Quis ergo poterit saluus esse?* cùm penè omnes cupiant diuites fieri. Intellexerunt enim, secundum Augustinum, omnes qui diuitias cupiunt vel amant: etiã si non habeant, uel adipisci nequeant, in diuitum numero deputari: & sic multi sunt diuites, & pauci pauperes. Plures enim rebus sunt pauperes, quàm diuites: & ita plures saluari possent, si de possessoribus opum dixisset. Hoc autem dicebant, quia pauci sunt qui diuitias non diligant, uel non appetant. *Iesus autẽ aspiciens*, illos oculo modesto & mansueto, clementia sua seueritatem sententiæ temperat: & timidam eorum mentem mitigat, & eos consolans ait: *Apud homines*, quorum scilicet est per se cadere, non per se resurgere, *hoc impossibile est*: ut per se à suis cupiditatibus conuertantur & saluentur: quia non possunt ad hoc attingere ex uirtute propria, sed solum ex gratia diuina: *apud Deum autem omnia sunt possibilia*, qui per gratiam potest affectum à diuitijs separare: & hominem à cupiditate terrenorum, ad charitatem cęlestiũ conuertere. Vnde non est hoc sic intelligendũ, quòd diues cum sua cupiditate, & superbia in regnum Dei sit intraturus: sed possibile est Deo, ut à cupiditate & superbia ad charitatem & humilitatem conuertatur, & sic intret. Compositam Deus non facit, diuisam facit. Vbi Chrysost. Neque etiam hoc ideo dicitur ut resupinus iaceas, & sic ab impossibilibus abstineas: sed ut magnitudinẽ iustitiæ considerans, insilias Deũ rogãs. Fugiamus ergo pessimam auaritiam, quę nos terræ affigit: nosque intrare in regnum cœlorum, & saluari non permittit. Vnde Chrysostomus: Quid igitur tota mente auidi diuitijs inhiamus, quandoquidẽ nos istæ in cœlum euehere non possunt: Rege cœlorum inclamante nobis atque dicente: quia difficile sit nos cum diuitijs diuinæ illius inhabitationis intrare uestibulum, si non impendimus omnia. Et quanam hoc, inquis, ratione possibile est? Si scilicet alium, id est cœlestis regni amorem, intra tuum pectus incluseris. Qui enim concupiscit illius regni gloriam, facilè irridebit auaritiam. Qui semel Christi seruus effectus est, non erit mammonę famulus: cuius certè è regione sit Dominus: itaque soluamus aliquando hos pessimos arctissimosque nodos. Si enim insensibiles materias non uincimus, quemadmodum incorporeas possumus superare uirtutes? Hæc igitur intelligentes fugiamus morbum hunc omnino lętalem, & uenenatissimos auaritiæ morsus curemus. Hęc Chrysostomus. Et quia Dominus dixit iuueni, quòd omnia relinqueret, si perfectus esse uellet: Petrus pro se & alijs apostolis respõdens ait: *Ecce nos reliquimus omnia*. Et quia non sufficit tantũ relinquere, iungit quod perfectum est, *& secuti sumus te*: sequi enim Christũ, est fidei dilectione & deuotione ipsum imitari. Ille, inquit, diues neque omnia dimittere, neque sequi te uoluit: cui etiam quid responderis audiuimus. De nobis autem quid dicis, qui & omnia reliquimus, & omnibus omnino postpositis te secuti sumus. Igitur fecimus quod iussisti illi. *Quid igitur erit nobis?* & quid dabis præmij? Adolescenti sua portio maneat, mundus: scire cupio quid sit nostra portio, Deus. Illa enĩ omnia reliquerat Petrus, de quibus dictum est, *Vanitas uanitatum, & omnia uanitas*: illa autem omnia retinuerat, de quibus dictum est, *Deus est omnia in omnibus*. Licet Petrus non omnia, imò ualde pauca habue-

Augusti. lib. 2 de quęst. euã. cap. 47.
Chrysosto. hom. 64. in Matthæũ.
Auaritiæ fugam suadet.
Chrysosto. hom. 9. in Matthęũ.
Omnia relinquere.
Eccle. 1.
1. Cor. 15.

rit, tamen omnia reliquit: quia nihil sibi retinuit: & voluntatem habendi, quæ capax omnium uolitorum est, dimisit. Nemo enim omnia habere potest. Velle autem potest: quia uolũtas etiam impossibilium est. Licet ergo esset pauper in actu, tamen habebat multa in potentia: & quia per paupertatem uoluntariam non solum relinquuntur possessa in actu: sed & possibilitas acquirendi & possidendi alia: & ista possibilitas aliquo modo se extendit ad omnia: ideo conuenienter Petrus dixit, quòd omnia reliquit: quia omnẽ cupiditatem dimisit. Non autem ad iactantiam, sed ueridicè & ad nostram instructionem loquitur Petrus, ut det fiduciam pauperibus, ne solos diuites qui diuitias possunt relinquere, æstiment ad perfectionis gratiam peruenire. Possunt nempe peruenire & pauperes, qui quę habent saltem animum & affectum habendi relinquunt. Maius quidem est habendi uoluntatem, quàm ipsum habere derelinquere. Nam ut dicit August. Multis mortuus est mundus, ipsi tamen uicissim mundo mortui non sunt: bona enim seculi diligunt: & tamen ipsa quæ diligunt, minimè consequuntur. Item dicit hoc Pettus, ut diuitum superbiã reprimat: ne qui plures diuitias reliquerunt, suam humilitatem deserant, & pauperes contemnant, ac cæteris perfectiores se dicant. Non enim qui plura reliquit: sed qui maioris dilectionis affectu relinquendi omnia, Christum consequitur, perfectior est dicendus. Vnde putandum, quòd Petrus magis confidens de animo & affectu suo, quàm de quantitate ipsarũ rerum relictarum, fiducialiter & confidenter ait: ecce nos reliquimus omnia. Vnde Origenes: Et si enim minima cum fratre reliquit, sed non minima sunt æstimata apud Deum: considerantem quoniam ex tanta plenitudine dilectionis illa minima reliquerunt, ut etiam si multas habuissent possessiones, omnes reliquissent. Item dicit hoc Petrus, nõ tantum pro se, sed & pro omnibus: interrogans, quid ergo erit nobis? ut audito præmio omnes alliciat ad perfectionem & Christi sequelam. Vnde Bernard. Dixit Simon Petrus ad Iesum, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Hæc nempe sunt uerba, quæ & contemptum mundi in uniuerso mundo, & uoluntariam persuasere hominibus paupertatem. Hæc sunt quæ monachis claustra replẽt, deserta anachoritis. Hæc, inquit, sunt uerba quæ Aegyptum spoliant, & optima quæque eius uasa diripiunt. Hic sermo uiuus & efficax cõuertens animas felici æmulatione sanctitatis, & ueritatis promissione fideli. Omnia sanè dixerim non tantum possessiones: sed etiam cupiditates, & eas maximè: plus enim mundi concupiscentia, quàm substãtia nocet. Et hæc fugiendarum causa diuitiarum præcipua est, quòd aut uix aut nunquam sine amore ualeãt possideri. Limosa siquidem & glutinosa nimis, non modo exterior, uerumetiam interior substantia nostra uidetur: & facilè cor humanum omnibus quę frequẽtat adhæret. Age ergo qui relinquere omnia disponis, te quoque inter relinquenda numerare memento: imò uerò maximè & principaliter abnega teipsum, si deliberas sequi eum qui exinaniuit propter te semetipsum. Pone grauissimã sarcinam, pone illa quæ non hominum planè iuga, sed boum, quę tibi insipienter emisti: alioquin sequi sponsum & uenire ad nuptias spirituales, quinaria hac pressus & oppressus corporis sensualitate non poteris. Hæc Bernardus. Et respondens Dominus tangit triplex præmium quod consequuntur relinquentes omnia, & sequentes Christum: & per eandem uiam am-

bulantes

Augusti. in Psal. 142.
Origenes tracta. 9. in Matthæũ.
Bernardus sermone de uerbis euãgelij. Ecce nos reliquimus omnia.

bulantes secum. Primum est, quia cum Domino iudicabũt. Vnde dicit: *Amen*, id est, fideliter, *dico uobis*, quibuscunque fidelibus, *quòd uos qui* dimissis omnibus terrenis, *secuti estis me*, imitatione uiuendi, *in regeneratione*, id est in iudicio, tempore regenerationis generis humani. Duæ enim sunt regenerationes. Prima animarum ex aqua & spiritu in baptismo. Secunda corporum in generali resurrectione, quę quidem resurrectio dicitur regeneratio uel secunda generatio: quia terminatur ad esse acceptum secundario, *cũ sederit filius hominis*, ad iudicandum mundum: quia sicut in forma hominis iudicatus fuit, ita in forma humana iudicabit, *in sede maiestatis suæ*, manifestam potentiam ostendendo, qui in primo aduentu sedit in sede humilitatis latendo & maiestatem occultando, *sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel*. In duodecim apostolis uniuersitas significatur iudicantium: scilicet perfectorum qui propter euangelium omnia sua dimiserunt, & secuti sunt Dominum: in duodecim tribubus uniuersitas iudicandorum, bonorum & malorum. Vbi Gregorius. Felix paupertas uoluntaria relinquentium omnia, & sequentium te Domine Iesu. Felix planè quæ tam securos imò gloriosos facit in illo singulari fragore elementorum, in illo tremendo examine meritorum, in illo tanto discrimine iudiciorum. Hæc Gregorius. Et sciendum quòd multiplex est iudiciũ. Est enim iudicium principalis authoritatis, quo iudicabit tota trinitas. Est iudiciũ promulgationis, quo iudicabit Christus homo sententiam proferens. Est iudicium assessoriæ dignitatis, quo iudicabunt sancti & perfecti in loco eminentiori sedentes sicut assessores iudicis: iudicabuntur verò non dando uocem, sed assensum: non authoritate, sed assessoria dignitate. Quia enim communem statum iustorum transcenderunt uiuendo, seruantes non solum præcepta quæ sunt necessitatis, sed etiam consilia quæ sunt supererogationis: ideo specialem honorem habebunt in iudicio. Vnde Beda: Iusta prorsus & digna retributio: ut qui pro Christi amore omnem mundi gloriam contempserunt, ei associentur in iudicio: ut uelut assessores iudici mundanæ conuersationis assistant. Et qui ab eius amore nulla in hoc mundo poterant ratione diuelli, illuc cum Christo perueniant usque ad fastigium iudiciariæ potestatis. Hæc Beda. Est etiam iudicium comparationis, quo minus mali iudicabũt magis malos: ut, *Niniuitæ surgent in iudicio, &c.* Est autem & iudicium approbationis, quo omnes electi quorum exemplo cæteri damnabuntur iudicabunt: quia sententiam iudicis approbabunt & laudabunt. Est quoque iudicium retributionis, quo iudicabuntur omnes & boni & mali. Est & iudicium dispositionis, quo iudicati sunt infideles: qui enim non credit, iam iudicatus est. Qui ergo nunc uidentes scabella peccatorum superborum & sedes, tunc erunt iudices & sedentes. Quod bene intuens propheta ait: *quia illic sederunt sedes in iudicio*. Tunc erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Quia illi qui sunt hic primi in honore alios iudicantes iniustè: tunc erunt nouissimi & inferiores, ac iudicio aliorum subiecti: & econtrario qui sunt hic nouissimi & despecti, tunc erunt primi & iudicis assessores. *Et hæc est mutatio dexterę excelsi*. Vnde Bernar. Iudicent nunc & præiudicent superbiæ filij cum rege suo: sedeant cum eo qui sibi latera aquilonis elegit: exaltentur & eleuentur sicut cædrus Libani, transibimus & ecce non erunt. Opprimant nunc quos possunt, blasphement, congregent

Regenerationes duę.
Iudicium multiplex.
Beda in cap. 10. Marci.
Matth. 12.
Psal. 121. Matth. 20.
Psal. 76. Bernardus sermone in hæc uerba, Ecce nos reliquimus omnia.

maledicta: uenient super uos maledicta opprobria opprobrantium Christo: quoniam merces uestra copiosa est in cœlis. Hæc Bernar. Secundum præmium est: quia centuplum recipient in hoc tempore. Vnde dicit: *Et omnis qui reliquerit domum*, scilicet propriam, *uel fratres & sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorẽ, aut filios*, id est propinquos, *aut agros*, id est possessionem terrenam. Vbi tangit abdicationis actum quantum ad tria, scilicet quantum ad propriam dominationem, quæ intelligitur per domum: quantũ ad carnalem cognationem, quæ intelligitur per cõsanguineos siue propinquos: quantum ad temporalem possessionem, quæ intelligitur per agros. Et patet ordo: quia difficilius est relinquere propriam dominationem quàm cognitionem, & cognationem quàm possessionem exteriorẽ, *propter me*, & amorem meũ, seu propter nomen meũ dilatandum: & propter euãgelium, id est, doctrinam meam prędicandam uel obseruandam: non propter uanitatem mundi (sicut hypocritæ & philosophi) nec propter lucrum, ut ambitiosi sperantes promoueri, *centuplum accipiet*, in hoc tempore. Hoc centuplum spiritualium rerum est: uidelicet virtutum & consolationum internarum, quas per experientiã cognoscimus magis, quàm per doctrinam. Cùm enim anima gustat odorem paupertatis, castitatis uirorem, patientiæ cæterarumque uirtutum saporem, & in eis delectatur: nonne centuplum tibi recepisse uidetur? Et si ulterius ascendat ut uisitationem sponsi recipiat, eiusque præsentia glorietur: nonne tunc recipit plus, quàm millecuplum omniũ quæ pro eo dimiserat? Vnde Bernar. Nemo sanæ mẽtis ampliorẽ esse in uitijs credat, quàm in uirtutibus delectationẽ. Et iterum: An non omnia possidet, cui omnia cooperantur in bonũ? An nõ centuplũ habet omniũ qui impletur spiritu sancto, qui Christũ habet in pectore: nisi quòd longè plus, quàm centuplũ est uisitatio paracliti spiritus & præsentia Christi. Et iterum. Centuplum est adoptio filiorum, primitiæ spiritus, deliciæ charitatis: gloria conscientiæ, quæ est regnum Dei quod intra nos est. Hæc Bern. Vides quomodo uerum est, quod loquitur ueritas. Non fallit quin centuplum reddat in hoc seculo, & non tantum semel sed pluries & sæpe, animæ sibi deuotæ: adeo ut sic afficiat eam, quòd nõ solum id quod reliquit, sed & totum mundũ arbitretur ut stercora: ut sponsum lucrificari possit. Vnde Chrysost. Et nos itaque si gustauerimus sicut oportet fructus spirituales: de reliquo neque æstimabimus aliquid præsentia esse, velut quadam optima ebrietate futurorum concupiscentia rapti. Gustemus itaque ut à tumultu præsentiũ liberati, æternis fruamur bonis. Vnde & Hieronymus. Qui ergo propter fidem Christi, & prædicationem euangelij omnes affectus carnis cõtempserint, atque diuitias, & seculi uanitates: isti centuplũ recipient. Sẽsus iste est: quia qui carnalia pro saluatore dimiserit, spiritualia recipiet: quæ cõparatione & merito sui ita erunt, quasi paruo numero centenarius numerus cõparetur. Vnde & Augu. Hoc etiam quod hîc dicitur, centuplũ accipiet, exponens quodãmodo Apostolus ait: quasi nihil habentes & omnia possidentes. Cẽtum enim pro ipsa uniuersitate ponitur. Vnde Cyrillus: Si domũ quis dimittat, recipiet mansiones supernas. Si patrẽ, patrem habebit cęlestẽ. Si à germanis recesserit, in fratrẽ hunc recipiet Christus. Cùm dimiserit cõiugẽ, inueniet diuinã sapientiã, à qua procreabit spirituales fructus. Pro matre, inueniet Hierusalẽ cęlestẽ, quæ est mater nostra. Hæc Cyrillus. Loco etiã

Secundum præmium.
Abdicatio à tribus.
Centuplũ.
Bernardus ibidem.
Hierony. in cap. 19. Matthæi.
Augustin. lib. 20. de ciuitate cap.
2. Cor. 6.
Centum.

paucorum amicorum, recipiet multo plures amicos ſpirituales:& pro paucis bonis temporalibus,recipiet multa:ſecundum illud Actuum,erant illis omnia cõmunia. Vnde in collatione abbatis Abrahæ: Manifeſtum eſt enim eum qui aliquid ſecularium, uel affectuum, uel bonorum Chriſto ſuadente contempſerit, à fratribus atque conſortibus propoſiti ſui qui ei ſpirituali glutino colligantur, centuplo gratiorẽ etiã in hac vita recipere charitatem. Centuplum etiam fratrum parentumue recipiet quantitatem, quiſquis patris unius uel matris, ſeu filiorum pro Chriſti nomine charitate contempta, in omnium, qui Chriſto deſeruiunt, dilectionem ſinceriſſimam tranſit: pro uno ſcilicet tot incipiens habere patres fratreſque, feructiore atque præſtantiore ſibi affectione coniunctos. Multiplicata etiam domorum atque agrorum poſſeſſione ditabitur, quiſque una domo pro Chriſti dilectione reiecta, innumera monaſteriorum habitacula, tanquam propria poſſidebit in quacunque orbis parte uelut in ſuæ domos iure ſuccedens. Hæc Abraham. Tertium præmium ſubiungit, cum dicit: *& uitam æternam poſſidebit*, ſcilicet in futuro. Vnde Augu. Quia multum amant homines uiuere in hac terra, promiſſa eſt illis uita: & quia multum timent mori, promiſſa eſt illis æterna. Hoc ſufficere uiſum eſt humanæ infirmitati, ut diceretur habebis uitam æternã. Amemus uitam æternam: & ex eo nouerimus quantum pro uita æterna laborare debemus, cùm uideamus homines amatores præſentis uitæ temporalis atque finiendę, ſic pro illa laborare, ut quando uenerit mortis metus, quicquid poſſunt faciunt, non ut auferant, ſed ut differant mortem. Hæc Auguſtinus. Felix paupertas quæ recipit centuplum in pręſenti, & uitam æternã in futuro: quod magna debet eſſe Chriſti pauperibus conſolatio. Vnde Bernardus. Centuplum, inquit, accipiet, & uitam æternam poſſidebit. Illud in uia: hoc in patria. Illud conſolatio præſentis laboris, hoc futuræ felicitatis conſummatio eſt. Sic nimirum operarijs huius ſeculi ſolet cibus in opere, merces in fine dari. Sic militantibus & ſtipendia miniſtrantur pro neceſſitate temporis, & nouiſſimum donatiuum maius erogatur pro quantitate laboris. Sic & filijs Iſrael donec terram promiſſionis intrarẽt, in deſerto manna non defuit: & ab eccleſia poſt quęſitum regni cœleſtis aduentum quotidianus panis quotidie petitur in oratione, quam ipſe ſaluator inſtituit. Hæc Bernardus. Conſidera ergo bene hanc retributionem, & gaude, & gratias age Deo qui te ad talem adduxit negociationem, ut hic de uno lucreris centuplum, & nihilominus poſtea uitam æternam. Et in hanc paradiſum ſæpe ingredere: quod conſequi poteris ex ſtudio orationis, & humilitate. Quid igitur eſt inſaniæ, quòd homines ſimpla pro centuplis uita æterna tractantur relinquere? Cùm itaque ſancti terrena omnia ut aurum & argentum abiecerint, cur eorum reliquias populo cauſa quæſtus oſtendendo cogimus eos illa mendicare quæ hîc ſpreuerunt: unde ubi nos habemus ſanctum, in Græco habemus, ἄγιος, quod ſonat ſine terra: quia ſancti non terrenis dediti ſunt: nec in terra ſed in cœlis conuerſationem habent. Et ideo ad pedes Apoſtolorum aurum & argentum ponebatur ex præcepto eorum: ut ſic docerent eſſe contemnenda. Imitemur ergo diſcipulos Domini, relinquendo diuitas ac gloriam, & omnia quę ſunt mundi: quia ſic ipſi præcipuè effecti ſunt magni. Vnde Chryſoſtomus. Quid eſt quòd magnos Apoſtolos oſtendit? Pecuniarum contemptus, gloriæ deſpectio, ab omnibus uitæque huius negocijs ereptio. Quia ſi non hæc habuiſſent: ſed ſerui paſſionum eſſent, & ſi decem mille mortuos ſuſcitaſſent, nõ ſolum nulli profeciſſent, ſed & ſeductores utique æſtimati eſſent. Ita uita eſt quę ubique fulget, & ſpiritus attrahit gratiam: ſigna verò ſi nõ uigilauerimus, obſunt multotiens. Hęc igitur quibus facti ſunt Apoſtoli magni, zelemur: & ab uniuerſis deſiſtentes uitæ huius negociis, apponamus noſmetipſos Chriſto: ut Apoſtolorum conſortes efficiamur. Hæc Chryſoſt.

Act. 4. Caſſianus collatione 24. ca. 26.
Tertiũ præmium. Auguſti. in pſal. 62.
Bernardus loco pranotato.
Retributio coſiderãda
Acto. 4.

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, da mihi miſero & indigno quòd propter te & amorem tuum, ac propter nomen tuum glorificandum, diuitias ac delitias, ac pompas, & omnia quæ mundi ſunt, nec non & meipſum inter omnia ualeam relinquere: omnibus que excluſis tibi ſoli adhærere: & pro modulo meo te ſequi qualicumque imitatione uiuendi: ut te rectore, te duce, laqueos & inſidias omnium inimicorum meorum uiſibilium, & inuiſibilium merear euadere: ac præmia quæ relinquentibus omnia, & te ſequentibus promiſiſti, miſericorditer obtinere. Amen.*

De denario diurno. Caput XIIII.



ET quia non ſufficit prædicta relinquere, ſi homo corpore deficiat, & nõ perſeueret: ideo ne quis torpeat cùm bene cœperit, infert Dominus & dicit: *Multi autem erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.* Multi enim aſcendunt & deſcendunt de ſtato in ſtatum meliorem, & peiorẽ. Multi prius feruidi, poſtea torpent: multi prius frigidi, ſubitò inardeſcunt: ſunt enim multi qui opera perfectionis bene & frequenter præ multis inchoant: ſed torpentes in progreſſu, à diuino amore tepeſuent, & in bonis operibus ſegnes fiunt & ab eis deficiunt: uel in uitia funditus labuntur & cadunt: & econuerſo aliqui tardè uel tepidè inchoãtes, ita feruidè & bene operantur, quòd meritis præcedunt illos qui eos præcedere uidebantur. Et ſic qui primi fuerunt inchoando, fiunt nouiſſimi, vel nulli in perſeuerando: uel qui fuerunt in primo & excellenti ſtatu, erunt in nouiſſimo. Vide Iudam de Apoſtolo in apoſtatã uerſum, & latronẽ in cruce confeſſorem factum. Vide ſimile de Iudæis & gentibus: quia Iudęi primi fuerũt uocatione, & nouiſſimi facti ſunt cõuerſione: & gentiles econuerſo. Sic & nouiſſimi per humilitatẽ, fiunt primi per gloriã: & primi per ſuperbiã,

Matth. 19. & 20.
Primi nouiſſimi.

fiunt

fiunt nouiſſimi per abiectionem finalem: multi enim in ſeculo deſpecti, in futuro ſunt glorificandi: & multi apud homines glorioſi, in fine ſunt damnandi. Deinde hanc ſententiam confirmat per ſimilitudinem, proponens parabolã, in qua docet nos fugere ociũ, & inuitat ad laborem. Quæ parabola ſpecialiter pertinebat ad diſcipulos: quia continuè laborare in agro dominico, præcipuè pertinet ad prælatos. Vt autem facilius appareat quid in parabola lateat, attendenda ſunt ſex. Primò, quia homo paterfamilias eſt Deus pater: qui homo dicitur, non proprietate ſubſtantię, ſed pietatis affectu: dicitur enim homo, quia eſt humanus, id eſt, benignus, manſuetus, & miſericors circa homines: & dicitur paterfamilias, per creationem & prouidentiam, qui ita gubernat omnia, ſicut paterfamilias ſubditos in domo ſua: de cuius familia eſt omnis creatura. Secundò, quia operarij ſunt prædicatores, & etiam omnes rectè uiuentes: ſed multi hodie tantum uerbarij non operarij ſunt: quia dicunt, & nõ faciunt. Tertiò, quia denarius eſt uita æterna operarijs Domini promiſſa. Quartò, quia uinea allegoricè, eſt ſecundum Gregorium eccleſia.

Moraliter, anima, ſecundum Baſilium: iuſtitia generalis, ſecundum Chryſoſto. Quintò, quia horę ſunt ætates hominis. Sextò, quia procurator uineæ eſt Chriſtus, ſecundum quod homo: inquantum autem Deus, eſt paterfamilias cum patre: quia unum cum patre. Dicit ergo: *Simile eſt regnum cælorũ*, id eſt, præſens eccleſia uel iuſtorum uita, *homini patriſfamilias*, id eſt, Deo uniuerſæ creaturæ: & ſit hic comparatio non tam perſonæ ad perſonam, quàm negocij ad negocium: & eſt ſenſus, negocium quod fit in eccleſia pręſenti, ſimilari poteſt negocio quod ab homine patrefamilias quandoque fit, *qui exiit*, per ſui manifeſtationem, & ſuæ bonitatis diffuſionem. ut enim dicit Gregorius, quando non cognoſcitur, in ſecreto eſt: quando uerò cognoſcitur, de occulto procedit ad notitiam: eo ergo frequentius exiit, quò amplius ſui notitiam dedit: *primo mane*, id eſt, in prima mũdi ętate, ſcilicet ab Adam uſque ad Noe, *cõducere operarios*, id eſt iuſtos ei ſeruientes, nomen ſuum aliis manifeſtantes, *in uineam ſuam*, id eſt, in eccleſiam militantẽ, cuius palmites ſunt iuſti à primo Abel uſque ad ultimum electum. Vel ſecundum Chryſoſtomum. *Conducere operarios in uineam ſuam*, id eſt acquirere rectè uiuentes in operibus iuſtitiæ: & ſic iuſtitia eſt uinea, & palmites uirtutes. uel ſecundum Baſilium, Per uineam anima ſiue conſcientia ſignificatur, in qua laborandum eſt, ut amputemus palmites luxuriantes carnalis concupiſcentiæ: proiiciamus lapides ſuperbiæ, & extirpemus ſpinas auaritiæ. Per uineam etiam intelligere poſſumus pęnitentiam, in qua per diuerſas horas operarii conducuntur: dum alij in pueritia, alii in iuuentute, alii in ſenectute cõuertuntur. Ergo paterfamilias, per dominationem: exiit, per manifeſtationem: conducere, per multiplicem inuitationem: operios, non tantum locutores: quia melior eſt prædicatio facti, quàm uerbi: in uineam ſuam per bonorum meritorum multiplicationem. Sic Adam primò poſitus eſt in paradiſo: ſed quia non coluit, eſt eiectus: ſic populus Iudaicus in ſpeciali cultu diuino poſitus, eſt eiectus. Sic & nos poſiti ſumus: & ſi neglexerimus, ſimiliter proiiciemur. Ruina præcedentium, admonitio debet eſſe ſequentium. *Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno*. Iſta conuentio eſt uitæ æternæ pro labore promiſſio: quæ quidẽ uita æterna dicitur denarius. Primò, ratione nominis: denarius enim à decem dicitur, ex eo quòd olim decem nũmos uſuales ualebat: in quo ſignificatur precium pro uſu & obſeruantia decalogi promiſſum: & ideo illa uita denarius dicitur: quia pro decalogi obſeruatione datur. Secundò, ratione figuræ: quia in denario eſt figura ſpherica & rotunda ubi non eſt inuenire principium & finem: in quo ſignificatur uitæ æternitas, & plena æternitatis poſſeſſio. Tertiò, ratione imaginis: in denario enim imago regis eſt ſcripta: in quo animæ ad Deum notatur conformitas plena: imago enim Dei in beatos imprimitur per aſſimilationem ad Deum, & transformationem in ipſum. Quartò, rationem ſcripturæ: in quo notatur plena ſcientia & cognitio ueritatis, quæ ibi erit in beatis. Et uocatur iſte denarius diurnus, tum quia tota uita hominis, tota etiam uita præſens reputatur quaſi una dies, in qua nunquam à bono opere eſt deſiſtendum: tum quia non niſi operanti in die gratiæ, & non in nocte culpę redditur: tum quia in die gloriæ primò dabitur. *Et miſit eos in uineam ſuam*: quaſi ab initio miſit ad uocandum homines ad fidem redemptoris, & inuitauit ad uiuendum iuſtè, & bene operandum. *Et egreſſus*, per maiorem manifeſtationem, *circa horam tertiam*, ſcilicet à tempore Noe uſque ad Abraham, *uidit*, per miſerationem, *alios ſtantes in foro ocioſos, & illis*, etiam ad uineam inuitatis mercedem promiſit. ſecundũ Chryſoſtomum. Per forum mundus accipitur, in quo calumnię, iniuriæ, contentiones, diuerſorum negociorum difficultates ſemper tumultuoſæ, & omnia uenalia ſunt. In iſto foro animæ hominum uenales exponuntur. Mercatores duo ſunt, Deus & diabolus: quidam ſic cæci ſunt ut uendant propriam animam diabolo pro uili precio: quia pro modica præſentis uitæ delectatione, ut guloſi & luxurioſi: quidam pro honoribus & gloria mundi, ut ſuperbi & uanè glorioſi: quidam pro diuitiis & bonis temporalibus, ut raptores & auari. Talem mercatorem fugiamus & uendamus animas noſtras Chriſto: qui nos emit ſanguine ſuo precioſo. Ocioſitas eſt debiti operis defectus. Vnde ſecundum Chryſoſtomum. Peccatores mortui ſunt, non ocioſi: qui diabolo ſeruit, mortuus eſt: qui opus Dei non operatur, ocioſus eſt: qui aliena tollit, mortuus eſt: qui ſua non dat, ocioſus eſt. Coluiſti miſericordiæ uitam, ſi de tuis des: ieiunii, ſi quod manducaturus fueras diurno, dederis impotẽti ſi ieiunas, & ſi nemini das, ocioſus es: & ſic de aliis. *Iterum autem exiit*, per ampliorem manifeſtationem, *circa ſextam*, ſcilicet ab Abraham uſque ad Moyſen, *& circa nonam*, ſcilicet à Moyſe uſque ad Chriſtum, *& fecit ſimiliter*: inuitando, & mercedem promittendo. *Circa undecimam uerò*, id eſt, in ultimis temporibus, ſcilicet à tempore Chriſti uſque ad finem mundi: *exiit per clariorem manifeſtationem, cum Chriſtus apparuit*: & inuenit alios ſtantes, non proficientes, non ſe humiliantes, ſcilicet gentiles, *& dixit illis: Quid hic*, in loco tam periculoſo, tam tranſitorio, tam fœtido, *ſtatis*, cùm potius ire deberetis: quia uita breuis, uia longa, uirtus debilis, *tota die*, cùm habeatis temporis opportunitatem, mercedis ſecuritatem & immenſitatem, *ocioſi*, vobis nihil proficientes, proximis non ſubuenientes, hoſtibus non reſiſtentes, & impoſterum non prouidentes, cùm multa mala docuit ocioſitas. Quaſi dicat Dominus ocioſis: Cur tãto tempore pro ſalute ueſtra negligitis laborare? *Dicunt ei: quia nemo nos conduxit*: id eſt nullus propheta, nullus doctor ad nos inſtruendum uenit: *dicit illis, Ite & uos*, ſcilicet gentiles, *in uineam meam*: mente credendo, ore con-

Sex conſideranda in hac parabola.
Gregorius hom. 19. in Euang. Baſilius cap. 5. Iſaye. Chryſoſto. hom. 34. operis imperfe.
Gregorius hom. 15. in Euang.
Chryſoſto. hom. 34. operis imperfecti. Baſilius in cap. 5. Iſa.
Denarius diurnus. Denarius unde dicitur.
Chryſoſto. ho. 34. operis imperf. Forũ, id eſt mundus. Mercatores duo.
Chryſoſto. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chrysost. ibidem.

fitendo, opere laborando: quia (secundum Chrysostomum) qui non operatur in hoc seculo, non manducat in futuro: imò dies iste, est dies operationum: dies qui sequitur, est dies feriarum. Et interponitur hîc coniunctio copulatiua, scilicet & quia gentiles Iudæis adiuncti sunt, ut una ecclesia ex ambobus fieret. Ista parabola principaliter & communiter exponitur, secundum diuersas mundi ætates, ut iam usum est suprà. Moraliter autem potest exponi de uocatis ad gratiam, secundum diuersas ætates hominum, & sic in mane seu in prima hora, intelligitur pueritia: in tertia, adolescentia: in sexta, iuuentus, seu uirilis ætas: in nona senectus: in undecima, senium, seu decrepita ætas. In quibus qui in bonis operibus laborare negligit: tota die, id est, tota uita otiosus stat. Ergo quolibet tempore, qualibet ætate, uocat Deus homines ad gratiam & gloriam: quia semper aliqui, ad uitam bonam perducuntur, & à Domino præmiantur: si enim uera, nunquam sera erit pœnitentia. Nota hîc uerbũ cuiusdam hominis sibiipsi opponentis, & dicentis: Iam es in hora nona, quid igitur otiaris? Nunc es in undecima, quid igitur stas? Quam aliam expectas? Sed ne in undecima homo dedignabitur seruitute tua: secundum Isidorum sex sunt ætates hominis. Prima ætas, est infantia, & protenditur in septem annos. Secunda, est pueritia, tendens usque ad quartumdecimum annum. Tertia, est adolescentia, quæ protenditur usque ad uicesimum octauum annum. Quarta, est iuuentus finiens in quinquagesimo anno. Quinta seniorisid est, grauitas, quæ est declinatio iuuentutis in senectutem: nondum senectus, sed iam non iuuentus: quæ ætas à quinquagesimo anno incipiens, in septuagesimo terminatur. Sexta est senectus, quę nullo annorum tempore determinato finitur, sed post illas quinque ætates, quantumcunque uitæ est, senectuti deputatur. Senium autem est pars ultima senectutis, dicta quòd sit terminus sextæ ætatis. Septima uerò est in quiete animarum, usque ad diem iudicij. Et tunc in resurrectione erit octaua ætas. *Cùm sero factũ esset*, id est, cùm finito opere finis mundi, uel uitę huius aduenit. Vbi secundum Chrysostomum, Cõsidera quòd non mane, imò serò reddit mercedem: quia solum remunerat perseuerantem operarium & fidelem, *dicit Dominus uineæ*, id est, Deus pater qui Dominus est, *procuratori suo*, scilicet Christo: pater enim omnia dedit in manus eius. *Voca operarios*, & non otiosos ante tribunal, *& redde illis mercedem*, scilicet æternam: uoca inquam eos de labore ad requiẽ, de mœrore ad iocunditatem, de bello ad pacem: *incipiens à nouissimis usque ad primos.* Denarius datur primò no uisimis: quia secundum Augustinum licet detur omnibus simul, illi tamen qui post unam horam, uel paucas ipsum recipiunt, dicuntur prius recipere quàm illi qui post multas horas expectauerunt, & postea receperunt. Et secundum Chrysostomum Iustitia fuit omnibus reddere: sed nouissimis primò, hoc non fuit iustitiæ contrarium: sed misericordiæ ostensiuum: dum tamen aliis reddatur. unde secundum eundem, vt ostendat Deus inæstimabilem misericordiam suam. Primùm nouissimis reddit mercedem, postea primis: nimia enim misericordia ordinem non aspexit. Domini ergo misericordia, quæ in suis donis plus aspicit cor, & præfert operi, & tempori, supplet in nobis damna ipsius operis & temporis. Vnde Bernardus. Exaggera quantum uis merita, & extolle sudores: *melior est misericordia Domini super uitas*: ex ea sanè operis & temporis damna mihi resarcio. Et sic

Morale.

Aetates sex hominis.

Augusti. sermo. 52. de uerbis Domini. Chrysostо. hom. 34. operis imperfecti.

Psal. 62.

A ex præcepto patrisfamilias acceperunt nouissimi, & similiter primi singulos denarios: id est, singula præmia iuxta conuentionem: scilicet æternitatem, seu uitam æternam. secundum Augustinum. Iste unus denarius, qui omnibus datur, est una uita æterna, quæ omnibus percipietur, quæ æqualis erit omnibus: nulli longior, nulli breuior: quia in eo nõ uiuit unus alio minus, seu prolixius, meritorum tamen diuersitate fulgebunt, alij magis, alij minus. Hic ergo denarius unus, est in se multiplex, propter differentiam accipiẽtium: quia ibi erunt multæ diuersitates meritorum. Et accipientes primi murmurabant aduersus patrem familias dicentes: *Hi nouissimi*, scilicet gentiles, uel martyres, uel in bonis feruẽtes, *una hora fecerunt*: quia B modico tempore labores sustinuerũt: deuotio enim uoluntatis, temporis spatium breuiauit, cùm merito passionis Christi, *& pares illos nobis fecisti*, scilicet in præmio, *qui portauimus pondus diei & æstus*. Pondus dici, significat opus iustitiæ: æstus uerò, calorem tentationum quas conflat malignitas dæmonum, cupiditas temporalium, delectationes motuum carnaliũ. Portauimus ergo põdus: quia iustitiam seruauimus, & non succubuimus. Potest dici, quòd ista murmuratio erit admiratio de tanta Dei bonitate in sanctorum remuneratione. Vbi notãdum quòd duplex est murmur: scilicet conquestionis, & admirationis. Nunc uerò sancti non murmurant tanquam de alio C rum gloria cõquerentes: sed quia uident quòd Dens tam copiosè remunerat tardè uenientes, quàm sibi longo tempore seruientes: quasi murmurare dicuntur, Dei super hoc liberalitatem & misericordiam admirantes: quia illi nouissimi, quasi pro nihilo & sine labore uitam æternam uidentur acquirere. Vnde & Petrus murmurare potuit, quòd latro citius ipso ad regnum peruenit. Vbi sciendum, quòd ista retributio iusta est, quantum ad præcedentes, quia datur eis precium conuentum: & misericordia quantum ad sequentes, quia pro modico labore æqualem prioribus accipiunt mercedem. Non igitur iniustè agitur cum primis: sed misericorditer dispensatur cum ultimis. Munerat primos per iustitiam, extremos secundum D suã bonitatem. Et æquale accipiunt præmium: ut ostẽ datur, secundum Apostolum, quòd non ex operibus saluati sumus. Itaque non quotitatem nec quantitatem operum uel laborum, sed potius cor & charitatẽ attendit Dominus in remunerando: quia non considerat quantum, uel quandiu, operatus fueris: sed ex quanto. Hinc etiam colligitur quòd sera pœnitentia, si fuerit uera, nec tollit gratiam, nec diminuit. Et licet postremi æqualiter remunerentur cum primis, non tamen stultè differas conuerti: uel bene operari usque ad undecimam horam & ultimum temporis: ne tunc nimis oneratus peccatis, habens cor impœnitens, exonerari non possis: uel si pœnitens ad multam pro peccatis satisfactionem tenearis. Si tamen E usque ad undecimam distulisti bene uiuere: nec tunc desidiæ, sed magis, quàm prius exercitationi animæ intende. Vnde Tullius: Senibus labores corporis minuendi, exercitationes animæ augendæ uidentur: & ita nihil magis cauendum est senectuti, quàm ne languori desidiæque succumbat. Moraliter isti murmurantes figuram tenent quorundam claustralium, qui eo quòd diutius fuerunt in claustro murmurant, si eis præponantur iuniores, uel parificentur. Vnde docentur hic seniores claustrales non debere murmurare, si uideant aliquos iuniores eis æquari, uel etiam in officiis præferri, & plus honorari. Item datur hîc documentum

Augusti. de ser. uirg. cap. 26. Denarij multiplicitas.

Galat. 2.

Pondus diei quid significet.

Murmur duplex.

Retributio iusta, & misericordia abundans.

Cicero. 1. offic.

Murmur claustralium.

Matt. 7.

Vocatio Domini.

cumentum quòd religiosi non debent facere compa rationes sui ad alios, quasi ipsi plus seruiant Deo, quàm seculares: quia sæpe uidemus quòd quidam secularium æquantur meritis quorundam religiosorũ, uel etiam eos excedunt per meritum: *At ille respondẽs uni eorum dixit*: quod autem uni dixit, omnibus dixit. Vel uni: quia una & æqualis erat omnibus occasio murmurandi. *Amice, non facio tibi iniuriam*: quia iniuria non habet locum ubi est mera gratia: & ideo si facit & dat grariam uni, non facit iniuriam alteri. *Nonne ex denario*, & pro mercede *conuenisti mecum* à principio? *Tolle quod tuum est*, quasi diceret: paratus sum tibi reddere mercedem tuam, *& uade in tra in gaudiũ Domini tui. An non licet mihi quod uolo facere?* quasi diceret sic: quia uoluntas Dei nullo modo distorta esse potest, unde signanter dicit, quod uolo: quia enim vult, ideo licitum: nos quia licitum, ideo uolumus. Et ut non solum licita, sed etiam benignitate plena ostendatur uoluntas diuina, addit: *An oculus tuus*, id est consideratio tua, *nequam est*, & inæqualis, *quia ego bonus sum*, scilicet ex natura bonitatis meæ abundanter communicans? unde dicit, nequam, non propter culpam, sed propter considerationis inæqualitatem: quia illa admiratio procedit ex comparatione diuinæ iustitiæ, magis, quàm eius misericordiæ infinitæ. Vbi Gregorius: Stulta est quæstio hominis, contra Dei bonitatem. Conquerendum quidem esset, si non daret quod deberet: non si dat quod non debet. Vnde & Chrysostomus. De cius dato nemo iustè murmurat, qui amplius dat quàm homo desiderat. Vltimò concludens parabolam, dicit: *Sic*, scilicet ut ostensum est, *erunt nouissimi primi, & primi nouissimi*: ut nulla sit differentia temporis clausa. Sæpe enim illi qui ad pœnitentiam tardè ueniunt, citius remunerantur quàm illi qui tempestiuè ueniunt: quia citius de corpore exeunt: uel sæpe illi qui tardè ad pœnitentiam ueniunt, tempore præcedunt alios in feruore: sicut in itinere consueuit, ut qui tardius exierunt, uelocitate moram compensent. Vel illi qui sunt nouissimi in oculis suis sunt primi in oculis Dei. Vel illi qui nouissimi iudicio hominum sunt, sæpe sunt primi iudicio Dei: quia Deus non considerat exteriora hominis, sed interiora cordis. Quanuis autem audieris in parabola omnes accepisse singulos denarios: non tamen putes omnes ad fidem uocatos, uitam æternam accepturos. Vnde additur sententia ualde metuenda: *Multi enim*, de primis, de tertijs, sextis, nonis, & nouissimis, *sunt uocati*, scilicet ad fidem & meritum: sed de his omnibus, *pauci sunt electi*, ad beatitudinis præmium & regnum. Multi sunt de ecclesia militante, qui non erunt in ecclesia triumphante. In quo paucos ostendit esse eos qui saluantur, ad comparationem eorum qui per singulas horas uocantur: quia secundum Gregoriũ ad fidem plures ueniunt, plures ecclesiæ parietes implent, sed ad cœleste regnum pauci perducuntur. Hoc figuratur de filijs Israel, quorum multi ad terrã promissionis fuerunt uocati: sed pauci ad intrãdum fuerunt electi. Et similiter de Gedeone, qui plures ad bellandum uocauit, sed paucos elegit quos secum duxit: quia, *lata est uia, & spaciosa porta, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam: sed arcta est uia, & angusta porta, quę ducit ad uitam: & pauci sunt qui intrant per eam.* Dupliciter autẽ uocat nos Deus. In præsenti ad laborem, in futuro ad requiem: unde necesse est ut quicunque futuram remunerationem desiderat, præsentem non refugiat laborem: quia illi qui pro Deo fideliter suscipiunt laborẽ, feliciter per-

Voluntas Dei licitũ facit.

Gregorius hom. 19. in Euang.

Chrysost. hom. 34. operis imperf.

Pauci sal uandi.

Gregorius hom. 19.

A uenient ad remunerationem: quando audient Deũ dicentem, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos.* Et tanto maiorem remunerationem accipient, quanto maiorẽ laborem sustinent: quia teste Apostolo, *Vnusquisque mercedem secundum laborem suum accipiet.* Omnes ergo qui uocati sumus, nouimus: utrum uerò electi, adhuc ignoramus. Et ideo tanto sollicitiores esse debemus in bono opere, quanto inexcusabiles uos esse scimus de uocatione. Vnde Gregorius. Duo ergo sunt, quæ sollicitè pensare debemus. Primũ est, vt de se quisque minimè præsumat: quia etsi iam ad fidem uocatus sit, utrum perenni regno dignus sit, nescit. Secundum uerò est, vt unusquisque proximum, quem iacere fortasse in uitiis conspicit, desperare non audeat: quia diuinæ misericordiæ diuitias ignorat. Quid enim sit hodie, aspicimus: sed quid cras futurus sit unusquisque, nescimus. Plerunque & qui post nos uenire cernitur, per agilitatẽ nos boni operis antecedit. Et uix eum cras sequimur, quem hodie, præire uidebamus. Vnde & Chrysostomus: Hęc parabola posita est, ut qui tardè conuertũtur non desperent: sed auidiores fiant, quoniam in hac uita non est ita sera pœnitentia, quin si corde perfecto fiat, possit tanto feruore procedere, ut mereatur multis prioribus non sic feruentibus in præmio anteferri. Hæc Chrysostomus. Nullus ergo desperationi, nullus locus restat excusationi: siquidem in omni ætate & in omni hora peccator suscipitur: peccator enim quacunque hora conuersus fuerit & ingemuerit, uita uiuet, & non morietur. Et quia incerta est in omnibus ætatibus cuilibet hora uocationis suæ, paratus unusquisque debet esse in bona operatione: ut sicut incertus est exitus, sic certus sit in bono opere animus: ne fortè si quando potest nõ vult bonum operari, tunc incipiat uelle quando non erit posse. Debemus ergo omni die sic uiuere, tanquam illa die morituri: ut sic residuum temporis nostri possimus expectare securi. Vnde Seneca: Sic ordinandus est dies omnis, tanquam cogat agonem atque expleat uitam. Ille beatissimus & securus sui possessor est, qui crastinum sine sollicitudine expectat. Inter cætera mala, hoc habet stultitia propriũ, quòd semper incipit uiuere. Quid est turpius, quàm senex uiuere incipiens. Considera, quàm pulchra res sit cõsummare uitam ante mortem. Deinde expectare securè reliquam sui temporis partem. Nullus enim uitam in crastinum spectat. Non enim uiuunt: sed uicturi omnia differunt. Hæc Seneca. Multum quippe iuuat ad uincendam delectationem peccati, recordatio mortis & finis nostri. Vnde Sapiens: *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum nõ peccabis.* Et Gregorius. Nil tantum ad domandum desideriorum carnalium appetitum ualet, quantum ut unusquisque mortem penset. Et Bernardus. Saluberrimum est remedium redeundi ad Dominum, habere præ oculis mortem. Multum etiam iuuat nos desides & pigros, Iesum & studiosos aspicere, si uolumus non desides fieri & pigritari, sed feruere potius & proficere: inde enim exempla & bona multa poterimus reportare.

Matth. 11.

1. Cor. 3.

Gregorius ibidem.

Chrysostо. hom. 65. in Matthæũ.

Ezech. 18.

Vita incertitudo.

Seneca epist. 13. Stultitia proprium.

Eccl. 7.

Gregorius lib. 16. moral. ca. 31.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, *summe paterfamilias, tu me primo mane in uineam tuam duxisti, dum me à iuuentute mea ad fidem & tuum seruitiũ misericorditer uocasti, & ad laborandum pro denario uitæ*

Universidad de Deusto Biblioteca

tæ æternæ mecum conuenisti: sed ego miser tota die uitæ meæ ociosus steti, & negligenter uiuendo debitum meum non feci. Domine quia bonus es & misericors, fac me saltem in undecima hora resipiscere, & dignos fructus pœnitentiæ facere: ut apud te mercedem quantulamcunque merear inuenire. Amen.

De uillico iniquitatis. Cap. XV.



Luca. 16. DEINDE ponit parabolam, secundum rem gestam, de uillico iniquitatis diffamato apud Dominum suum ex dissipatione bonorum suorum: quia ea inutiliter in illicitis consumpserat & superfluis, nõ timens offendere Dominum suum. Quæ parabola, sicut & prædicta, specialiter pertinebat ad discipulos: quia officium uillicationis, & periculum reddendæ rationis maximè pertinet ad prælatos. *Villicus quis dicitur.* Est enim uillicus propriè, gubernator & custos uillæ: sed hîc accipitur pro œconomo, id est, curatore & dispensatore: qui scilicet uniuersam substantiam domus dispensat. Oeconomus enim tam pecuniæ, quàm frugum & omnium quæ Dominus possidet dispensatorem designat. Hic timens amoueri ab officio, & egere, clam fecit misericordiam cum debitoribus Domini sui: vt cùm amoueretur, reciperent eum in domos suas, memores sui beneficij. Et ideo dicit, quòd *homo quidam erat diues qui habebat uillicum,* & infrà in fine applicat parabolam ad propositum, dicens: *& ego uobis dico, &c.* Similiter enim, *homo quidam*, id est, ipse Deus pro nobis humanatus diues: quia gloria & diuitię in domo eius, *habet uillicum,* id est dispensatorem, cui tradidit bona ad dispensandum. Huius ergo Domini, id est, Christi triplex est uillicus, scilicet in spiritualibus, prælatus: in temporalibus, princeps terrenus: in utrisque, quilibet Christianus. Quilibet enim homo est uillicus *Villa triplex nobis commissa.* Dei, cui triplex uilla commissa est gubernanda, qui fructus cuiuslibet uillæ prudenter debet dispensare. Prima uilla, est mundus iste, cuius fructus sunt bona temporalia: quæ quilibet custodire debet, ne mali rapiant, & ut sibi commissa seruis Domini sui distribuat. Secunda villa, est corpus proprium, quod est custodiendum: ne quando ingrediatur mors ad animã per portas sensuum: bona etiam ipsius corporis ut sanitas & fortitudo, &c. ad Dei seruitium & honorem sunt dispensanda. Tertia uilla, est anima quæ à prauis cogitationibus est custodienda, cuius omnes uirtutes debent distribui ad cognitionem & honorem & amorem Dei, *Et hic*, scilicet triplex & prædictus uilli- A cus diffamatus est apud illum, scilicet Deum: quia nihil latet eum, *quasi dissipasset bona ipsius*, malè eis vtendo: scilicet res temporales in illicitis & superfluis expendendo, corpus suum uoluptatibus dando: animã immundis cogitationibus implendo. Et bene dicit, ipsius: quia bona nostra, Dei sunt authoritate: sed nostra sunt, utilitate. Fit autem hîc diffamatio uel accusatio remorsu conscientiarum, uel euidẽtia operum, uel per Angelos qui nobis ministrant, & omnia opera nostra Deo renunciant. *Et uocauit illum*, scilicet inspirationibus interioribus, prædicationibus exterioribus, euidentibus beneficijs, multiplicibus flagellis: & incutiendo timorem æternæ damnationis, *& ait illi*, eum ante mortem corripiendo & monendo. B *Quid hoc audio de te?* bonorum dispensatore. *Redde rationem uillicationis tuæ*: & dum uiuis cogita qualiter debes operari. Oportet enim reddere rationem, aut in uita, aut post mortem. Iam enim ultrà, scilicet à tempore mortis tuę non poteris uillicare, nec quicquam boni agere. Tunc enim non poterit quis Deo satisfacere de rebus per eleemosynas: nec de corpore per ieiunia, nec de anima per orationes. Tria uerba dicit hic Christus peccatori, magnæ angustiæ & anxietatis: quæ si continuè insonarent auribus nostris, nullo modo peccaremus. Primum est rigidæ reprehensionis: cùm dicitur: *Quid hoc audio de te?* sic ditato gratiarum muneribus, sic præuento benedictionibus dissipatore C rerum mearum tibi commissarum. *Quid hoc audio*, clamorem de terra resonantem tam horribilia scelera, tam antiqua uitia, qui tanta bona dissipasti: quia temporalia malè expendisti, corpus inquinasti, & animam peccatis inueterasti. Secundum uerbum est anxij timoris, cùm subditur: *Redde rationem uillicationis tuæ*. O uerbum strictum. O uerbum anxium. O uerbum durum, discussionis districtæ tunc faciendæ, quando exigetur à nobis ratio de occultis cordium cogitationibus, de ociosis sermonibus, de nostris operibus: tunc aperti erunt libri cœlestes, tunc apertus erit liber conscientiæ, in quo leget memoria quicquid homo cogitauit, dixit, & fecit: tunc examinabũtur omnia, & tunc discutietur de tota uita nostra. D Tertium verbum est amari doloris, cùm additur: *Iam non poteris uillicare*. In futura enim vita tollitur omnis uillicatio hominum: ita ut ulterius nec bene, nec malè possint operari. Magnus igitur est dolor animæ, quando proximãte hora mortis, audit sibi dici, quòd ulterius non possit uillicare. Puto quòd totum mũdum daret, ut sibi concederetur spatium unius horæ quo pœniteret, & aliquid boni ageret: sed non datur, quia tempus illud est reddendæ rationis, non exercẽdæ uillicationis. Audiamus ergo hæc uerba tria seueri iudicis, & ante iudicium placemus eum, ut non pereamus.

Timens autem uillicus de uocatione in morte uel E in iudicio, & reddenda ratione, *ait intra se*, in sua cogitatione. Intra se loquitur, qui nullum amicum inuenit, cum quo consiliari possit. *Quid faciam: quia Dominus aufert a me uillicationem?* id est, omnium uillarum prædictarum custodiam, scilicet tam rerum, quàm corporis & animæ, & hoc erit in morte. Sæpe enim contingit, quòd tales timore mortis ducuntur ad pœnitentiam, & ad cogitandum de uita futura. Sic semper cogitare debet peccator secundum Iob: Quid faciam cùm surrexerit Deus ad iudicium, & cùm quæsierit, quid respondebo illi? Non ait, quid dicam: sed, quid faciam, quia apud districtum iudicem non excusant uerba suasoria, sed facta meritoria. *Fodere*, per pœniten-

A *non ualeo*: id est, proprio labore & pœnitentia non possum de peccatis satisfacere, & ad uitam beatam uenire. *Mẽdicare*, per orationem, *erubesco*: quia uerecundum debet esse huius mundi diuitibus petere suffragia spiritualia, & non rependere in temporalibus. In alia uita anima non potest operari opera quibus adiuuetur ad gloriam. Vnde Chrysostomus. Vita præsens habet exercitium mandatorum, futura uerò solatium. Si nihil operatus es hîc, frustra in futuro speras. Item nec bona ipsa potest ab aliis mendicando impetrare: quia nõ dabitur ei. Huius signum sunt uirgines fatuæ, quæ petentes oleum, à prudentibus sunt expulsæ: sed nec diues epulo mendicans guttam aquæ meruit recipere. *Scio quid faciam*: quia scilicet B antequam tollat per sententiam mortis à uillicatione, debita relaxabo debitoribus Domini mei, & distribuam eis de facultatibus ipsius, *ut cùm amotus fuero à uillicatione*, scilicet in morte: *recipiant me in domos suas*: id est, per corũ merita & suffragia recipiar in uita beata, ne cogar fodere, aut mendicare frustra. Et in domos pluraliter, propter diuersitatem prẽmio- *Ioan. 14.* rum: quia ibi mansiones multæ sunt. In has domos nullus potest ingredi, nisi per ostium misericordiæ, uel spiritualis, uel corporalis. In cuius signum Salomon in ingressu sancta sanctorum, fecit duo ostiola de lignis oliuarum: per oleum enim misericordia designatur. *Mansiones cœlestes pauperũ sunt. Matth. 5.* Nota quòd mansiones cœlestes sunt pauperum: quia illis datę sunt: pauperum enim spiritu est re C gnum cœlorum. Vnde si diuites illud habere volunt, oportet ut à pauperibus emant. Diuites enim habẽt domos in terra, pauperes in cœlo: libenter ergo diuites recipiant pauperes in domos suas in terra, ut à pauperibus recipiantur in cœlo. Vnde Augustinus. Præbe terram, & accipe cœlum. Vbi considerandum est, quòd ut suprà dictum est, tres uillæ commissæ sunt homini: scilicet mundus, corpus, & anima: quorum fructus debet dispensare ad honorem Dei. Corpus nanque suũ debet distribuere ieiuniis, uigiliis, & cęteris laboribus pro Deo assumptis: & tunc sanitas, fortitudo, pulchritudo, quæ sunt bona corporis, optimè erunt dispensata. D Si uerò corporis labores sustinere non possit, dicens cum uillico, *fodere non ualeo*: saltem bona animæ, quæ sunt amor, cognitio, & memoria, ita distribuat orando, meditando de lege Domini, & cunctos etiam inimicos amando, ut orationibus sibi recompensetur, quod laboribus efficere nõ potuit. Et si rursus orare erubescit, ut pote quia nescit: dicens quemadmodum & hic uillicus dicebat, *mendicare erubesco*: qui enim orat, mendicat, quia suffragium petit: tunc certe non restat, nisi ut prouideat sibi taliter de bonis terræ uillæ Domini, scilicet de bonis temporalibus eleemosynas largiendo, quòd talis dispensatio omnem defectũ excuset corporis & animæ. Ieiunium enim, quod distribuit bona corporis: & oratio, quæ distribuit bona animæ: atque eleemosyna, quæ distribuit bona mundi: sunt opera quibus E habetur uita æterna. *Conuocatis itaq; singulis*, seorsim his ab illis, *debitoribus Domini sui*: quia religiosi & pauperes quantumcunque iusti, sunt debitores Dei: fecit circa eos misericordiam de bonis temporalibus sibi traditis ad dispensandum, dans ipsis oleum & triticum: oleum quippe compassionis, & triticum subuentionis. Ad hoc ergo tendit ista parabola, ut sicut dedit de bonis Domini oleum & triticum: sic & nos demus pauperibus de bonis à Deo nobis traditis, oleum compassionis interioris, & triticum subuentionis exterioris: quia bonorum nobis datorum non A Domini, sed tantum dispensatores sumus. In hoc autem quòd plus dedit de oleo, quàm de tritico: significatur quòd plus debemus cõpati affectu, quàm possumus subuenire effectu. *Et laudauit Dominus uillici*, *Laudatio uillici.* non Dominus omnium, *uillicum iniquitatis*, id est, uillicum iniquum: non quòd aduersus eum fraudulenter, sed pro se prudenter, secundum prudentiam huius seculi, non tamen bene uel meritoriè egisset: non enim laudauit eum de fraude quam fecit, sed de prudentia & ingenio, quo sibi in futurum prospexit: est nanque prudentia, quædam sibi in posterum prouidentia. *Prudẽtia.* Sic diuites huius mundi non sunt laudabiles de deceptione in illicitis actibus: sed de hoc quòd prudenter se conuertunt ad distribuendum bona, in piis B operibus: ut per hoc prouideãt sibi in futurum: quia secundum Ambrosium, Sola misericordia est comes defunctorum. Cui etiam prudentissimè non solum Dominus uillici, sed etiam Dominus omniũ applaudere uidetur, subiungens ad quid hanc similitudinẽ dederit: *Quia*, inquit, *filij huius seculi*, & tenebrarum, id est homines temporalibus intenti, & amatores mundi, *prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua carnali*: id est in secularibus ad quæ uidentur geniti: id est magis astuti & feruidi sunt in carnalibus & temporalibus negociis agendis, quàm filij lucis & uitæ æternæ: id est, homines spiritualibus deputati, & amatores cęlestium sint in spiritualibus negociis exercendis. Pru C dentiores sunt illi in malo, quàm isti in bono. Vix enim inueniuntur aliqui, qui tantam prudentiam & *Prudentes seculi.* curam habent in acquirendis bonis æternis & permanentibus, quantam calliditatem & solicitudinem isti habent in acquirendis bonis temporalibus & fugitiuis. Pro his enim die noctuque uigilant, angustiantur, laborant, & modis omnibus tales diuitias coaceruare non cessant. Sicut bubo & cattus clarius uident de nocte, quàm homo, non ad legendum litteras, sed ad capiendum mures: sic filij seculi acutius uident, quàm filij lucis: non ad sciendum legem Dei, sed ad acquirendum bona mundi. Audiant hæc filij lucis, & à filijs tenebrarum, scilicet huius seculi, uinci erubescant. D Ideo enim hæc scripta sunt, ut audiendo prudẽtiores fiant, non autem ut iniquitatis uillicum imitando, fraudem uel iniustitiam in aliquo agant. Vbi Beda: *Beda in cap. 16. Lucę.* Audiant sapientes huius seculi, ut stultam sapientiam deserere, & sapientẽ Dei stultitiam discere queant: quanti eorum sapientiam diuina æquitas æstimauerit: quos non uerè prudentes, sed in generatione sua prudentes esse commemorat. Iuxta hoc quod alibi dicitur, *uæ qui sapientes estis in oculis uestris, & corã uobismetipsis prudentes.* *Esaię 5.* Nec nõ & amatores uitę ęternæ filios lucis appellando: non aliud eos qui sapientes sunt ut mala faciant, bene autem facere nescierũt, quàm filios esse tenebrarum arguit: filij autem lucis, & filij huius seculi uocantur, quomodo filij regni & E filij perditionis: cuius enim quisque agit opera, eius cognominatur & filius. Hæc Beda. Sed heu nos (ut ait Hieronymus) feruentissimi sumus in terrenis, frigidissimi in cœlestibus: & summã in rebus paruis exhibemus alacritatem, ad maiora tepescimus: celerem *Hierony. ad Hedibium.* habituræ finem res sine fine quæruntur, cœlestes diuitias immortales honores, pigra quadam dissimulatione negligimus. Hæc Hieronymus. Vbi notandũ, quòd quædam est sapientia nociua: & ista est carna- *Sapientia nociua.* lis, quam habent auari, in acquirendo diuitias: superbi, in acquirendo honores: luxuriosi, in acquirendo delitias. Vnde Iacobus: Non est ista sapientia desur- *Iacobi 3.* sum descendens: sed terrena, quò ad auaros: animalis,

quò

Universidad de Deusto Biblioteca

quò ad luxurioſos: diabolica, quò ad ſuperbos. Quantum autem ad iſtam ſapientiam, uerum eſt quòd filij huius ſeculi ſunt prudentiores filijs lucis: quia filij lucis eam aſpernantur & fugiunt. Secunda ſapientia eſt ſuperflua, quæ eſt de impertinentibus ad ſalutem.

Sapientia ſuperflua.

Iſta ſapientia eſt mundana & ſecularis, ſiue ſit philoſophica & phyſica: ſiue ſcientia legũ & decretalium, quæ pro tanto dicuntur ſuperfluæ: quia ſine illis poteſt ſalus eſſe. Quantum etiam ad iſtam ſapientiam, filij ſeculi ſunt ſæpe prudentiores, quàm filij lucis: quia uiri ſpirituales parum curant de talibus ſcientijs. Tertia ſapientia eſt neceſſaria, quę eſt de expedientibus ad ſalutem: & iſta eſt ſapientia diuina, quæ conſiſtit in uera Dei & boni cognitione.

Sapientia neceſſaria.

Quantum autem ad iſtam ſapientiam, filij lucis ſunt prudentiores, quàm filij huius ſeculi: imò in rebus diuinis filij ſeculi uidentur eſſe ſtulti, filij autem lucis ſunt ualde ſapientes & prouidi. Qui autem ſunt filij ſeculi, non apparet manifeſtè: ſed tamen poteſt de hoc aliqua coniectura haberi.

Filij ſeculi per coniecturas.

Vna eſt, quia communiter filius habet inclinationẽ & artificium patris: & ideo quando perſona tota eſt mundana, & ad negocia mundi inclinata, ſignum eſt quòd pertinent ad filios ſeculi. Secũda coniectura eſt, quia filius aſſumit arma patris: ſic perſona quæ in ſeipſa aſſumit arma mundi, quæ ſunt ſuperbia, auaritia, gula, luxuria: hæc uidetur pertinere ad generationem mundi. Filij autẽ lucis ſimiliter cognoſcuntur duplici coniectura. Prima eſt, quando perſona cum omni deuotione ſuſtinet uiſitationem Dei, qua uiſitatur per flagella: uel alio quocunque modo: & quando non permittit aliquid in corde ſuo quod eſt contrarium Deo: ſignum eſt quòd eſt filius Dei. Secunda coniectura eſt, quia communiter pulli auium comedunt libenter cibum, quo conſueuerunt uti parentes eorum, & in ipſo potiſsimè delectantur: ſic quando homo libenter deguſtat cœleſtia, quæ fuerunt cibus Chriſti, & ei ſapiunt talia, ac continuè conatur qualiter impleat uoluntatẽ diuinam, iſte eſt propriè filius Dei. Deinde quaſi à minore, infert concludendo propoſitum. *Et ego uobis dico. Facite uobis*, id eſt, ad ueſtram utilitatem, *amicos de mammona iniquitatis*, ſcilicet de temporalibus diuitijs:

Mãmona iniquitatis.

ſed non eo modo quo fecit uillicus iniquitatis, non defraudando aliena, ſed largiendo ueſtra, *ut cùm defeceritis*, meritis proprijs & præſenti uita, *recipiant uos in æterna tabernacula*: id eſt, per ſua merita & ſuffragia impetrent apud Deum, uos finaliter recipi in uita beata. Ad hæc tabernacula propheta ſuſpirans ait:

Pſal. 83.

Quàm dilecta tabernacula tua: quaſi diceret Dominus, Si ſibi in futurum etiam cum dolo & fraudulenter prouidens laudatur: multomagis laudandi eritis ſi ſine dolo & legitimè uobis prouideritis. Vbi Gregorius.

Gregor. lib. 21. moral. cap. 14.

Si nos eorum, ſcilicet pauperum, amicitiis ęterna tabernacula acquirimus: dantes penſare debemus, quia patronis potius offerimus munera, quàm egenis bona largimur.

Mãmona.

Mammona mammonę lingua Syra, diuitiæ dicuntur: & mammon mammonis Satanas, qui opibus ſeducit, appellatur. Et eſt aduertendum, quòd non dicuntur hîc diuitiæ iniquitatis: quia iniquè & de malo acquiſitæ: de illis enim nõ præcepit Dominus fieri eleemoſyam, cùm nunquã bonus uſus iuſtificet malè acquiſita: & ideo talia ſunt reſtituenda, non in eleemoſynis danda.

Eleemoſyna de quibus fiat.

Poteſt tamen de diuitijs iniquo affectu, uel actu malè acquiſitis fieri eleemoſyna, ut de acquiſitis per meretricium, uel lenocinium, uel diebus feſtiuis laborando, uel huiuſmodi.

Diuitia iniqua.

Si uerò diuitiæ non de malo ſunt acquiſitę, ni-

A hilominus dicuntur mammona iniquitatis, pluribus de cauſis. Primò, quia non ſunt ueræ diuitiæ, nec ſeruant quod promittunt: ſed falſæ, quia fallunt & decipiunt. Promittunt enim ſecuritatem, & dant timorẽ: ſatietatem, & dant eſuriem: ſtabilitatem, & dant ſubitam deiectionem. Secundò, quia iniqui in eis confidunt, ac fidem & ſpem in eis conſtituũt. Tertiò, quia iniquus mammon præeſt eis qui tentat homines cupiditate, ut ſeruiant auaritiæ: quod eſt idolorum ſeruitus, & ſæpe faciunt homines iniquos: ut ſemper deſiderent amplius. Quartò, quia ſunt multarũ iniquitatum materia: propter diuitias enim multa cõmittuntur iniqua, & expenduntur in multis illicitis & ſuperfluis. Quintò, quia ut plurimum acquiruntur iniquè:

B in pluribus enim prædeceſſoribus neceſſe eſt aliquẽ reperiri, qui iniuſtè uſurpauerit aliena: unde vulgata communi dicitur ſententia: Omnis diues aut iniquus eſt, aut hæres iniqui. Sextò dicuntur mãmona iniquitatis. i. inæqualitatis: ęquia inqualiter poſsidẽtur: nam unus habet ad ſuperabũdantiã, alius ad ſufficiẽtiam, alius ad neceſsitatẽ extremẽ, alius ad totalẽ penuriã. Septimò, quia iniquè retinentur: quod enim ultra neceſſaria uitæ retinetur, nec proximi neceſsitatibus erogatur: pecunia eſt iniquitatis, id eſt contra æquitatem: in ea enim non ſeruamus æquitatem quã proximo debemus, quẽ ſicut nos diligere iubemur.

Bonorum diuiſio.

Pauperes ergo recipient nos in ſuas domos cœleſtes, ſi

C nos eos receperimus in noſtras domos terreſtres. Vnde Auguſtinus.

Auguſti. lib. 50. hom. 14.

Omnia bona ſua dedit Deus duobus hominibus: diuitibus terrena, pauperibus cœleſtia. Sed Deus uolens utrumque ſaluare, cõſtituit ut hîc diuites in ſua hæreditate recipiant pauperes: & pauperes in ſua hæreditate eos collocent, & uterque per alium collocetur. Et ſi non omnes pauperes poſſunt nos recipere in domos cœleſtes, tamen quia largimur his, recipiemur ab Angelis & Sanctis: quia largiendo pauperibus Angelorum nobis cæterorumq; ſanctorum gratiam comparamus: & quamuis bonũ ſit eligere pauperes bonos, & alijs præferre in datione eleemoſynæ, tamen qui dat indigenti peccatori, nõ

D quia peccator: ſed quia homo eſt: non peccatorem nutrit, ſed iuſtum: quia culpam non diligit, ſed naturam. Qui autem eleemoſynam accepturus eſt, attendat bene ſi indigeat: alioquin non accipiat ne rapinã committat. Vnde Hieronymus.

Hierony. in Pſal. 145. 1. Timo. 6.

Monache ſi eges & accipis, das potius, quàm accipias. Si autem nõ eges, & accipis: rapis. Porrò non indiget monachus, ſi habeat quod naturæ ſufficit. Et hanc ſufficientiam Apoſtolus certa diffinitione deſcribit: habentes, inquit, alimenta & quibus tegamur his contenti ſumus. Vnde in collatione abbatis Abrahæ.

Caſſianus collat. 24. cap. 12.

Noueris autem te ex hoc non leui affici detrimento: quia cùm ſis ſani corporis, ac robuſti: ſtipe ſuſtentaris aliena, quę iuſtè ſolis eſt debilibus attributa.

Opera miſericordia.

Miſericordiæ ergo operibus

E inſiſtamus: quia multa bona & in uita, & in morte, nobis inde comparamus. Vnde Hieronymus:

Hierony. ad Nepotianum.

Nõ memini me legiſſe malè mortuum qui libenter exercuit opera pietatis: habet enim multos interceſſores, & impoſsibile eſt multorum preces non exaudiri. Vnde & Leo papa:

Leo ſermone de eleemoſina.

Quicquid in cibos pauperum, in curationes debilium, in precia captiuorum, & in quę libet opera pietatis impenditur: non minuitur ſed augetur. Nec unquam apud Deũ perire poterit, quod fidelis benignitas erogauerit: dum quod cuique tribuit, id ſibi ad præmium recondit.

Matth. 5.

Beati enim miſericorde: quoniam ipſorum miſerebitur Deus. Nec delictorum memoria erit, ubi teſtimonium pietatis affuerit. Hæc

Hæc Leo papa. Religioſus uerò, & qui non habet unde poſsit eleemoſynam dare materialem, nihilominus ex corde poteſt facere eleemoſynam Deo ualde gratam: uidelicet ad hoc uoluntatem habendo, ſeu etiam illatas ſibi iniurias proximo indulgẽdo, uel aduerſitati alienæ ex corde compatiendo. Igitur o monache, o clerice, o laice, dum uiuis cogita qualiter debeas operari: ut ſcias & habeas quid in iudicio poſsis reſpondere: ubi audies, redde rationem uillicationis tuæ. Villici enim ſumus, non Domini, rerum temporalium & ſpiritualium nobis ad neceſſarios uſus proximorum commiſſarum. Et ſi eas proximis nõ diſtribuimus, alia retinemus. Vnde Chryſoſtomus: Opinio quædam erronea aggenerata mortalibus auget crimina, minuit bona. Ea uerò eſt opinari, quòd ea quæcunque poſſidemus in uſu uitæ, poſſidemus ut Domini. Et ideo etiam oportunè ea apprehẽdimus,

Domini nõ ſumus hic.

tanquam bona præcipua. Sed contrarium eſt. Non enim nos ut Domini in uita præſenti collocati ſumus in propria domo, ſed tanquam hoſpites & aduenæ: quò nolumus ducimur, & quò non putamus: & qui nunc locuples eſt, in breui fit mendicus. Ergo quicũque ſis, noueris te eſſe diſpenſatorem alienorum: & tranſitorij uſus & breuis tibi iura conceſſa ſunt. Abiecto ergo ab anima domini faſtu, ſumas humilitatem, & modeſtiam uillici. Hæc Chryſoſtomus. Attende & aliud quod tibi dicetur: iam enim non poteris uillicare & operari. Vnde Chryſoſtomus: Quotidie talia per effectus nobis exclamat Deus, oſtendens nobis feruentem in meridie ſoſpitatem, priuſquam aduespera ſcat exanimen, & alium inter prandia expirantẽ, & diuerſimodè ab hac uillicatione diſcedimus.

Philipp. 1.

Sed fidelis diſpenſator, qui de propria diſpenſatione confidit: deſiderat cum Paulo diſſolui & eſſe cum Chriſto. Is autem cuius ſunt uota terrena, anxiatur in exitu. Hęc Chryſoſtomus. Cogita etiam quòd tunc fodere non ualebis, & mendicare erit confuſionis. Vnde Beda:

Beda ĩ cap. 16. Lucæ.

Ablata quippe uillicatione fodere non ualemus: quia finita hac uita, in qua tantum licet operari, nequaquã ultrà bonæ conuerſationis fructum ligone deuotæ compunctionis licet inquirere. Mendicare confuſionis eſt, illo ſcilicet peſsimo genere mendicandi, quo uirgines illæ fatuæ mendicaſſe feruntur, & de quo Salomon ait:

Prouer. 20.

Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æſtate, & non dabitur ei. Hęc Beda. Vt autem idem dicit Beda, ſi hi qui præbent eleemoſynam de iniquo mammona, faciunt ſibi amicos, à quibus in æterna tabernacula recipiantur: quantomagis hi qui ſpirituales largiuntur epulas, qui dant conſeruis cibaria in tẽpore ſuo: certiſsimè debent ſpe ſummæ retributionis erigi.

Prouer. 31.

Poſtquam ergo Dominus præmiſit de diſpenſatione pecuniæ corporalis, ſubdit de diſpenſatione pecuniæ ſpiritualis dicens: *qui fidelis eſt in minimo*, & in diſpenſatione minorum, ſcilicet temporalium: *& in maiori*, id eſt, in diſpenſatione maiorum, ſcilicet ſpiritualium, *fidelis eſt. Et qui in modico*, ſcilicet in carnalibus, *iniquus eſt*, vt non bene pro neceſsitate proximorum expendat: *& in maiori*, ſcilicet in ſpiritualibus, *iniquus eſt*, ut non pro utilitate communi diuidat: quaſi diceret, qui bona temporalia quæ ſunt minima bene diſpenſauit in eleemoſynis, & in alijs pijs uſibus, dignus eſt ut ſibi committatur diſpenſatio ſpiritualiũ quæ ſunt maiora: quia fidelitas diſpenſationis primę, eſt argumentum fidelitatis ſecundæ. Et qui modica, ſcilicet bona temporalia non bene diſpenſauit: ſed in illicitis conſumpſit, uel male retinuit: indignus eſt ut

A ſibi comitatur diſpenſatio maiorum, ſcilicet ſpiritualium; quia infidelitas prima, eſt argumentum ſecundæ. Hic habes argumentum, quòd auarus non eſt bonus prædicator, uel prælatus.

Auari deteſtatio.

Vnde ſubdit: Si ergo in iniquo mammona, ſcilicet in bonis temporalibus & diuitijs, fideles non fuiſtis diſpenſando, quæ ſunt magis bona ſecundum apparentiam, quàm ſecundum ueritatem: quod uerum eſt, ſcilicet bona ſpiritualia, quæ ſunt uera bona, quis credet uobis? id eſt, tradet uobis ad diſpenſandum? quaſi dicat, nullus ſapiens. Vnde habes exemplum de quodam epiſcopo, qui quatuor caſeos tradidit ad cuſtodiẽdum nepoti ſuo: & quia malè cuſtodiuit, ideo curam animarum tradere ſibi noluit. *Et ſi in alieno fideles non fuiſtis*, ſcilicet in

B temporalibus, quæ ſunt aliena à nobis, quia ſunt extra nos: *quod uerũ eſt*, ſcilicet bona ſpiritualia, quę ſunt habentibus intrinſeca, *quis dabit uobis ad diſpẽſandum?* quaſi dicat nullus ſapiens hoc faceret. Qui enim fidelis non eſt in diſpenſatione bonorum fortunæ, & diuitiarum corporalium, quæ reſpectu ſpiritualium falſæ diuitiæ ſunt, & à nobis alienæ, quia extra naturam noſtram ſita:

1. Timo. 9.

nihil enim intulimus in hunc mundum, & nihil hinc auferimus: poſſuntque nobis auferri etiã nolentibus: diſpenſationem bonorum gratiæ, & diuitiarum ſpiritualium, quæ ueræ diuitiæ ſunt, & noſtra quia propriè homini deputata (ad ea enim habenda nati ſumus, nec poſſunt nobis auferri nolentibus) nul

C lus ei credere uel dare debet: quia in eis etiam infidelis eſſet. Vnde Ambroſius.

Ambro. in cap. 16. Lucę.

Diuitię aliena à nobis.

Alienę à nobis diuitię ſunt: quia præter naturam ſunt. Neque nobiſcum naſcuntur, neque nobiſcum tranſeunt. Neque enim noſtra ſunt quæ non poſſumus auferre nobiſcum. Sola uirtus eſt comes defunctorum, ſola nos ſequitur miſericordia. Et ut dicit Auguſtinus. Poteſt homo inuitus amittere bona temporalia: nunquam autem, niſi uolens, perdit æterna. ſecundum Bedam:

Beda in ca. 16. Lucæ.

In minimo eſt fidelis, qui habet uiſcera pietatis, & opera miſericordiæ: dando eleemoſynas, & diligendo proximos: in maiori eſt fidelis, qui omnino adhæret creatori: & unus ſpiritus cum eo deſiderat fieri. Sed qui fratrem non diligit quem uidet, nec egeni miſeretur, quomo

D do diliget Deum quem non uidet: & quomodo ſeipſum Deo tribuet? Valde ergo conſiderandum eſt, in electione prælatorum & præpoſitorum quales in modico fuerunt: & quid pietatis & miſericordiæ habuerint: quoniam qui in modico fideles non ſunt, in magnis quoque fideles non erunt. Vnde præcepit Apoſtolus Timothæo, & Tito: ut in eligendo epiſcopo ſemper præconſiderent ſi fidelis fuerit, & non auarus in diſpenſatione rei familiaris:

1. Timo. 3. & ad Titum 1.

ſæpe enim auarus in erogatione pecuniæ corporalis, auarus eſt in erogatione talenti ſpiritualis: ut nil uerè faciam, niſi pro pecunia: uel pro perſonis, & iuxta acceptionem perſonarum. Comitatur enim eum ſæpe auaritia & cupi

E ditas uſque ad ſpiritualia. Et ideo tales ſi promouentur in eccleſia, non eſt ex Dei ordinatione, ſed magis ex permiſsione quadam diuina. Demus igitur aliena,

2. Cor. 9.

ut ſuſcipiamus noſtra: præbeamus parua, ut recipiamus magna: ſeminemus in benedictione, ut metamus benedictionem: ſed qui parcè ſeminat, parcè & metet. Si bene diſpenſamus bona minora, ſcilicet fortunæ & naturę: merebimur promoueri ad bona maiora, ſcilicet gratię & glorię.

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, animam meam fac uirtutum uillam: ne uillicus tuus, ratio mea, diſſipet bona tua mihi credita, quia poſt mortem neſcio,*

Universidad de Deusto Biblioteca

neſcio, quid meritorij faciam. Remitte mihi centum cados olei, quos tibi debeo per contemplationem, & centum coros tritici, quos tibi debeo per operationem: & amici tui pauperes, qui te diligunt, & tibi conformantur, ſiant mei apud te interceſſores, aduocati, & patroni: ut cùm defecero proprijs meritis, & ab hac uita: recipiar meritis eorum & ſuffragijs in domos ſuas, ſcilicet in æterna & dilecta tabernacula. Amen.

De diuite epulone, & Lazaro mendico ad ianuam eius iacente. Cap. XVI.



Luca. 16.

PHARISAEI autem, qui erant auari, audientes dominum Ieſum de contēptu mundi & contra auaritiam diſputantē: ac homines ab appetitu diuitiarum retrahentem: & ad faciendum eleemoſynas inducentē: *deridebant eum*: quaſi irrationabiliter loqueretur, & contraria legi prophetiſque præciperet, ubi multi ditiſsimi Deo placuiſſe leguntur, & obſeruatoribus legis bona temporalia promittuntur: non attendentes quia in lege carnalibus minora, propter regnum ęternum: & in Euangelio ſpiritualibus maiora propter regnum cœlorum iure præcipiuntur: & ideo inter legem & euangeliū, ſicut promiſsionum, ita & præceptorum debere eſſe diſtantiam. Ibi nanque dictum eſt, *Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis*: hic uerò. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Item lex non promittebat temporalia, tanquam principale præmium: & ideo ubicunq; in ſacra ſcriptura pro actibus uirtutum promittuntur bona temporalia, ſub illis intelliguntur bona ſpiritualia, & æterna, tāquā principaliter promiſſa. Nec temporalia ſic promittuntur ad malum uſum, ſicut Phariſæi iſta ad defenſionem ſuæ auaritæ malè inducebant: ſed ad bonum: quia illi qui bene utuntur diuitijs, non ſeruiunt eis, nec dæmoni per eas tentanti: ſed magis econuerſò diuitiæ ſeruiunt ipſis, quia ſunt eis iuuamenta uirtutis: & tales fuerunt Abraham, & alij diuites qui Deo ſeruierūt, & placuerūt in eis. Vnde occurrit eis Dominus confutans, & redarguens eos de vana gloria, & de auaritia, dicens: *Vos eſtis qui iuſtificatis uos coram hominibus* auaritiā ueſtrā prædicto modo falsè colorādo: & opera ueſtra vt ab hominibus uideamini faciēdo: *Deus autē*, cui omnia nuda & aperta ſunt: *nouit corda ueſtra*, & iniquitatē ibi latentē, *quia quod hominibus* & in reputatione hominū, qui uident in facie *altum eſt*. i. apparens iuſtitia, & nō exiſtens in re, *abominatio eſt apud Deum*, & in reputatione Dei qui uidet in corde: quia ſimulata ſanctitas, duplex eſt iniquitas: eſt enim & ſimulatio, & iniquitas. Audiant hoc hypocritæ & ambitioſi, quia quāto magis apparent, & ſe exaltant apud homines, tanto magis abominabiles ſunt apud Deū. Igitur q̄a Deus videt corda, & per conſequens etiam facta, quantūcunque ſecreta: ſtudēdū eſt cuilibet ēt cùm ſolus fuerit, ut & cogitando & operando mala declinet, & bona faciat. Si enim Deum præſentem, & omnia uidentē, & uindicantem ſemper cogitaremus: aut uix aut nunquam peccaremus. Vnde Boët. Auerſamini uitia, colite uirtutes, ad rectas ſpes animum ſubleuate: humiles preces in excelſa porrigite: magna uobis eſt neceſſitas indicta probitatis, cùm ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis.

Matth. 5. a
Legis promiſſio.
Simulata ſanctitas.

Quia ergo Phariſæi corā hominibus ſe iuſtificabāt, & iuſtos ſe eſſe oſtēdebant: peccatores quaſi infirmos cōtemnēdo, & eleemoſynarū remedia negligendo, quā iuſtè hæc auaritia & auara altitudo dānanda ſit, in ſequēti Dn̄s docet exēplo, qđ maximè inducitur ad prouocandū homines ad opera miſericordiæ ex diuite propter defectū pietatis & miſericordiæ damnato: & non dicitur hic quòd ſit parabola uel ſimilitudo, quia eſt rei geſtæ narratio. Vnde ſecundum quoſdam: Diues iſte Nabal erat, quem Dauid occidere uolebat, quia uictualia ſibi & ſuis negauerat. Dicit ergo: homo quidā. Vbi notandum q̄ homo potius ſonat hic in uitiū, quàm in naturā: ut dicatur homo ab humo. i. humo adhærēs per amorem terrenorum. Secundū Greg. Non exprimitur nomē eius, quia non erat à Deo per approbationem cognitus: ſecundū quod dicit ſaluator reprobatis: *Nunquā noui uos*. Vnde quaſi ignotus apud Deū, nomine non deſignatur, neque nominatur à Deo: quia nomē quęſierat à mundo. *Homo ergo quidam erat diues*, non tam à poſſeſſione diuitiarum, quàm ab amore earum. Ecce ſuperfluitas in ſenſu, & concupiſcentia oculorum. *Et induebatur purpura*, rubea deſuper, propter inanē gloriam: *& byſſo*, alba deſubtus ad carnem, propter molliciem: ecce exceſſus, in ueſtitu & ſuperbia uitæ. *& epulabatur quotidie ſplendide*, ſeruiendo gulę magis quàm naturæ: ecce exceſſus in uictu & concupiſcentia carnis, ſecundum quod ueſtimenta, ita & epulæ. Ad mollitiem & luxuriam cultu regio diſſoluebat carnem exterius: ac cibis & potibus refouebat interius. *Et erat quidam mendicus nomine Lazarus*. Diuiti adiungitur pauper, quia alter alteri confert, ſed differenter: quia diues confert temporaliter pauperi, & pauper ſpiritualiter diuiti. Vnde Chryſoſtomus: Dum diues ſuſtentat pauperem, ſuſtentatur à paupere. Exprimitur autem hic nomen pauperis, quia à Deo per approbationem erat cognitus, ſicut & Moyſi dicit. Noui te ex nomine: unde & pauperibus humilibus dicitur. Gaudete & exultate, quia ueſtra nomina ſcripta ſunt in cœlis. Lazarus pauper & humilis nominatur: diues uerò nec nomine dignus habetur. Nomina bonorum ſcripta ſunt in libro Dei: & nomina malorum in libro diaboli. In quo penſandum eſt, quantum intereſt inter publicam legem mundi, & benignam legē Dei. Nam diuites ſunt mūdo celebres per nomina ſua: ſed pauperes latent, nec nomen in mundo habent. Mos eſt dicendi. Quando de urbe profecti ſumus, obuiauit nobis talis comes, uel Dominus. Econtra de paupere dicitur. Nobiſcum unus pauper agebat iter. Sed in Euangelio eſt mos cōtrarius: quia pauperis nomen exprimitur, diuitis uerò nomen tacetur: ſuperbos diuites per iudicium reprobationis Deus neſcit, humiles pauperes per iudicium approbationis

Diuitis epulonis nomē.
Gregorius hom. 40. in Euang.
Matth. 7.
Lazarus pauper.
Chryſoſto. hom. de diuite.
Pauperes latent.
Pauperis prælatio.

bationis noſcit. Cominus aſpicit hos, & eminus arcet illos. Diuitibus ſunt nomina in culmine mundi, ſed pauperibus ſunt nomina in aula Dei. *Qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus*, vt ex uicinitate magis appareret duritia diuitis exeundo, & reuertendo eum uidentis: & patientia pauperis ex uiſione diuitis. Vbi Chryſoſtomus: Infœliciſsime hominum mortē corporis tui uides iacere ante ianuam, & non miſereris. Si Dei præcepta non conſideras: ſaltem miſerere cōditionis tuæ: & time ne & ipſe talis efficiaris. *Cupiens ſaturari de micis*, non dicit de precioſis, *quæ cadebant de menſa diuitis*: quodammodo dicēs ad diuitem. Sufficiunt mihi micæ menſæ tuæ: quas abijciendo proijcis inde. Præbe de ſuperfluo eleemoſynam: fac de nō damno lucrū, in quo nimia duritia apparet, eo quòd perire permittebat unde pauper ſubleuari poterat. *Et nemo illi dabat*, quia tali Domino talis familia: & ideo conformabantur ei in mētis duritia. Cùm ergo ante ianuam iacere ex uiſione pauperis diuiti non miſerenti, cumulus damnationis infertur: & rurſus ex uiſione diuitis tentatus quotidie pauper probatur.

Chryſoſto. ho. in euangelium de diuite.

Quem ad maiorem ipſius probationem paupertas ſimul & ęgritudo, & uiſa diuitis copia, & nulla ſibi adhibita cōſolatio afficiunt. Vbi Chryſoſtomus: Aegrotatio habet aliquod ſolatium, ſi opes habet. Si autem ad infirmitatis magnitudinem accedat & paupertas, duplex eſt infirmitas. Quanta ergo in iſto pœna eſt, in quo inter tanta vulnera non meminit dolores plagarum, ſed famis? *Sed & canes ueniebant, & lingebant ulcera eius*. Vnde talis pietas in lingendo ulcera pauperis, arguit duritiā diuitis: quia magis curiales erant canes pauperi, quàm eorum Dominus. Et nec à ſe canes remouere poterat, nec uiſitator erat qui remoueret. Qui etiam ſi mordendo punxiſſent, non eſſet qui illos amouiſſet. *Factum eſt autem ut moreretur mendicus*, in patientia, quæ opus perfectum habet probatus, *& portaretur*, ſecundum animam, *ab Angelis in ſinum Abrahæ*, de mendico diues factus, id eſt ad requiem, & lymbum ſanctorum patrum: ubi deſcendebant animæ iuſtorum morientium, antequam generale impedimentum gloriæ per paſſionem Chriſti eſſet amotum: qui ſinus (ſecundum Auguſtinū) ideo Abrahæ dictus eſt, non quòd ipſius tantum ſit, ſed q̄ ipſe multarum gentium pater ſit, quibus ad imitandum poſitus eſt. Vbi Chryſoſtomus: Non ſuffecerat ad portandum angelus unus pauperem, ſed propterea plures ueniunt ut chorum lętitiæ faciant. Gaudet unuſquiſque angelorum tantum onus tangere: libenter talibus oneribus prægrauantur, ut ducant homines ad regnū cœlorum. *Mortuus eſt autem diues*, quia diuitiæ non poſſunt à morte ſaluare: *& ſepultus eſt in inferno*, ſcilicet damnatorum, id eſt in profunditate pęnarū infernalium: de diuite mendicus factus. Diues iſte tanquam diaboli parrochianus ad cœmiterium infernale à dæmonibus eſt deductus, & ibi eſt ſepultus. Ibi ſepelientur parrochiani diaboli ſine thure, & ſine aqua benedicta ad modum aſini. Vnde in Hiere. de quolibet reprobo dicitur, *ſepultura aſini ſepelientur*. Sepultura aſini eſt talis quia excoriatur, & pellis à Domino poſſidetur: carnes à canibus lacerantur, oſſa pluuijs & grandinibus derelinquuntur. Sic quando aliquis moritur iniquus, parentes poſſident ſubſtantiam terrenam, uermes lacerant carnem ſuam, ſupplicia infernalia lacerant eius animam, quę naturam oſsis habebit, quia conſumi nunquam poterit. Et notandum quòd pluribus modis cognoſcitur aliquis, cuius parrochianus ſit: ſcilicet ſi ab eo baptiſmum ſuſcipiat, ſi ei primitias & decimas reddat, ſi eius miſſas & horas audiat. Qui ergo aqua concupiſcentiæ baptizatur, in qua character diaboli imprimitur: de quo in Apocalypſi dicitur. Qui initia operum & conſummationem tanquam primitias & decimas diabolo reddit, uel bona temporalia in illicitis conſumit: qui laſciuis cantilenis, & eroneis carminibus, ſeu uerbis detractorijs & malis intendendo, tanquam horas diaboli audit: diaboli parrochianum ſe oſtendit, & in eius cœmiterio ſepelietur in morte, ſicut etiam diues iſte eſt ſepultus. Sed qui baptizatur aqua pœnitenię, ubi imprimitur character Chriſti, ſcilicet Thau: de quo dicitur in Ezechiele. Qui initium & conſummationem bonorum operum Chriſto reddit, qui eius ſermones & uerba libenter audit deportabitur ab angelis in requiem Chriſti: cuius parrochianum ſe oſtendit. Meritò autem pauper deportabatur ab angelis, & angelica ei deputabantur officia: cui tam crudeliter denegata ſunt humanitatis obſequia, & meritò diues ſepultus eſt in inferno, ut ſuſtineat cruciatum nolendo, qui in præſenti uita crucem portare noluit pœnitendo.

Chryſoſto. ibidem.
Sinus Abrahæ.
Auguſti. lib. 4. de origine animæ cap. 15.
Chryſoſto. ubi ſupra.
Diues.
Hiere. 22.
Apoc. 19. d
Ezech. 9. a

Eleuans autem oculos ſuos, ſpirituales, non corporales, quia ibi erat anima eius non corpus, *cùm eſſet in tormentis*, multiplicibus, quia eius oculi aperti erant per pœnam qui antè clauſi fuerant per culpam, *uidit Abraham à longe*, quia multum etiam ante apertionem ianuæ cœleſtis diſtabat ſtatus electorum à ſtatu reproborum, intantum quòd impoſsibilis erat tranſitus ab uno in alium, *& Lazarū in ſinu eius* ad cumulum ſuæ pœnæ, quem in proſperitate poſitus dedignabatur uidere. Sinus Abrahæ (de quo hic dicitur) ante paſsionem erat in lymbo inferni, ſed modo eſt in cœlo: ſicut enim trāſlatus eſt Abraham de lymbo: ſic & ſinus ipſius cum eo. Erat nanque in ſuperiori margine inferni locus aliquantulum habens lucem pro ſpe futuræ claritatis, ſine omni pœna materiali, in quo erant animę electorum, uſque ad deſcenſum Chriſti ad inferos: ſcilicet ad eundem locum, qui locus propter ſui tranquilitatem ſinus eſt dictus: ſicut & ſinus maris, dicitur locus quietus à uentis & tempeſtatibus: & dicebatur Abrahæ, quia ipſe fuit prima uia credendi, & primus publicè prædicauit fidem unius Dei. Hunc locum appellauit Iob tenebras, reſpectu uiſionis diuinæ: uel pro tædio expectandi ſaluatorē, dicens: *In tenebris ſtraui lectulum meum*. Secundum Bedam: Sinus Abrahæ, eſt requies beatorum pauperum, quorum eſt regnum cœlorum, quò poſt hanc uitam recipiuntur. Et ſecundum Auguſtinum: Sepultura inferni, pœnarum profunditas eſt: quę ſuperbos & immiſericordes, poſt uitam hanc uorat. Qui in præſenti uolunt tenere locum primum: in futuro retrudentur in locum nouiſsimum. Vbi Chryſoſtomus: Sicut autem pauperi, dum uiueret, grauiorem pœnam reddebat iacere ante ianuam diuitis, & aliena bona proſpicere: ſic diuiti mortuo augebat exercitium accubitus in gehenna, & proſpectus delectationis Lazari, ne ſola tormentorum natura, ſed & collatione honoris illius intolerabilius ſentiret ſupplicium. Aliorum diuitiæ, eorum qui in paupertate ſunt, tormenta ſunt. *Et ipſe clamans præ dolore*, dixit: *Pater Abraham, miſerere mei*. Hunc ſero & pro nihilo patrem uocat, quem in operibus miſericordiæ imitari noluit: & petit miſereri ſui, qui nec ſuimet miſertus eſt, nec Lazari. *Et mitte Lazarum ut intingat extremum digiti ſui in aqua, & refrigeret, &c.* Lazarum petit mitti ſibi æſtuāti, cui ipſe micas panis noluit mittere eſurienti. Vo-

Sinus Abrahæ.
Sinus.
Iob 17.
Beda i cap. 16. Lucę.
Auguſt. lib. 2. quæſt. Euang. cap. 38.
Chryſoſto. concione 2. de Lazaro.

cat

Universidad de Deusto Biblioteca

cat autem extremum digiti sui modicum suffragium meritorum:& guttam aquæ, modicum quid refrigerantis misericordiæ.

Digitus & lingua animarum.

Vnde notandum quòd lingua & digitus metaphoricè dicuntur in animabus separatis: quales erant animæ Lazari & diuitis: sicut enim in Deo, qui spiritus est, manus dicitur uirtus eius operatiua: similiter in Lazaro hic per digitum intelligitur uirtus eius auxiliatiua: & per linguam diuitis, uirtus conceptus mentis expressiua. Vnde non in uera, sed imaginaria lingua punitur, dum per imaginationem in memoriam peccata linguæ reuocat. Et similiter plura alia (de quibus hic dicitur) mentaliter fieri intelliguntur.

Animarū passio.

Quanuis animæ corpora non habeant: tamen in membris pati dicuntur: quia exutæ à corporibus tales affectus in se sentiunt pro peccatis, ac si in corpore paterentur in membris. In lingua ergo cruciari dicitur id est in anima, quæ pro peccato linguæ amplius torquebatur, quia per eam plus peccauerat, secundum duo officia naturæ, in quibus lingua deseruit, scilicet gustum & loquelam, in quibus epulones frequenter offendunt. Per linguam quidem in officio gustus peccauit, quia epulabatur quotidie splendide: & similiter in officio loquelæ, quia inter epulas splendidas magis relaxatur lingua ad loquendum inepta. Et ideo expedit ualde in mensa sobrietatem, & silentium obseruare.

Basilius de laudibus ieiunij. Diuitis uitia.

Vnde Basilius: Quantum possumus delitias mundi, & ciborum epulantiam fugiamus: ne quando cruciati in flamma, quæramus guttam aquæ, & nullum refrigerium consequamur. Plenus nihilominus, ut uisum est, iste diues fuit uitijs: in eo enim erat auaritia, quia diues erat: non quia diuitias habebat, sed quia auarè retinebat: & illicitè expendebat. Item in eo fuit uana gloria, quam habuit in utendo ueste preciosa. Hoc autem quàm grande sit peccatum patet ex historia Romanorum, ubi legitur, quòd ille qui primus apud eos purpura indutus fuit, à fulmine percussus interiit. Non debet homo de uestibus gloriari, imo magis dolere, respiciendo ad peccatum suum: nam ante peccatum ueste non indigebat, quia decore innocentiæ indutus erat: sed perdita innocentia, aduenit Dei ira, & tunc uestis sibi facta ad cooperiendum miseriam peccati & defectuum nostrorum.

Gene. 3.

Vnde in Genesi: *Fecit quoque Deus Adæ & uxori eius tunicas pelliceas*: scilicet extra paradisum post lapsum & peccatum. In signum huius aliqui religiosi non utuntur nisi pellibus, in memoriam transgressionis primorum parentum, & in signum mortalitatis: quia pelles sunt de animalibus mortuis.

In uestibus quatuor reprehendenda.

Quatuor autem modis potest esse reprehensio circa uestes. Primò, quando sunt nimis preciosæ. Secundò, quando sunt curiosæ. Tertiò, quando non sunt statui personæ conuenientes. Quartò, quando quis habet diuersa uestium mutatoria, ita quòd à tineis demoliuntur, & Christus in pauperibus nudus relinquitur.

Gulosi detestatio.

Item fuit in eo peccatum gulæ, quia, *epulabatur quotidie splendide*. Facit autem gulosus iniuriam naturæ: nulli enim animali tam magnum corpus habenti dedit natura tam paruum os & collum, sicut homini: ut per hoc ad cibi & potus parcitatem, & temperantiam nos moneret. Erat & sine misericordia, quia ulcerosi pauperis noluit misereri: & ideo frustra misericordiam petijt, qui misericordiam non fecit: & ideo etiam tanquam à Deo non cognitus caret nomine, qui Deum cognoscere noluit in paupere. Non enim reprehenditur ex eo quòd diues erat: sed quòd diuitias auarè retinebat: & nihil pauperi dare uolebat: ac eas in uestibus curiosis, & epulis delica-

A tis malè expendebat: nimisque diuitias amabat, & circa eas cor suum posuerat: nec reprehenditur ex eo q̄ aliena abstulit, sed quòd sua non dedit: nec dicitur quia quempiam oppressit, sed quia in acceptis rebus se extulit.

Chrysosto. hom. 2. in epist. ad Philippen.

Vnde Chrysost. Non autem quòd diues erat torquebatur, sed quia misertus non fuit. Non accusatur, quia res alienas tulerit, non quia adulter fuerit, non quia aliquod malum fecerit: sola in illo condemnatur superbia.

Gregorius hom. 40. in Euang.

Vnde & Grego. Hinc colligendum, est qua pœna mulctandus sit, qui aliena diripit, si inferni damnatione percutitur, qui propria non largitur. Hæc Gregor. Pensent ergo non solum seculares, sed & religiosi, qui temporalia illicitè sibi attrahunt, uel detinent, qua pœna puniendi sunt, si B damnatur qui propria non dedit. Qui enim aliena, seu illicite acquisita, & reddenda detinent: contra Dei mandata peccant: sine quibus nemo potest ad uitam ingredi, uel saluari. Et tamen multi credunt, sed stultè, quòd reatu tantæ iniuriæ non obstante, animæ eorum requiescant in pace. Nam quia conscientia sæpe formatur secundum id ad quod homo afficitur: ideo multi pecunias & temporalia nimis diligentes, de illicite acquisitis conscientiam non faciunt: sicq; Dei præcepta contemnendo, & per consequens mortaliter peccando Deum grauiter offendunt, & omnia sua in bonis exercitia perdere non metuunt. Et maximè hoc attendant Domini terrarum, & potentes, C qui parum timent terras aliorum sibi attrahere, & minus potentes ui uel dolo opprimere: nec ad Deū cuncta cernentem curant respicere. Si arbores solum in altum & non in latum crescerent, nec se dilatarēt: una aliam non impediret: sed quia crescunt in latum & se dilatant, una impedit aliam: ita quòd una quandoque abscinditur, propter aliam sibi uicinam. Sic reges & potentes qui habent & quęrunt dominium, si solum crescerent in altum uersus cœlum, & erigerent se ad Deum, unus non impediret alium: & quia dilatant se plus debito ad terrena, propter hoc unus alium impedit, & aliena sibi attrahit, ac ea sæpe hæredibus suis relinquit. Sed non gaudeant de hoc uel glorientur: quia ueniet tempus quo ipsi tanquam D parrochiani diaboli, cum diuite in inferno sepultura asini sepelientur, & alij per eos iniuste oppresi ad requiem cum Lazaro suscipientur. Audiant hoc terreni & miseri, quos puluis terræ nunc excęcauit, quia uexatio tunc intellectum eis dabit.

Augusti. sermone 25. de uerbis Domini.

Vnde Augustinus: Audiant ista diuites, qui nolunt esse misericordes. Audiant irrogari sibi supplicia, qui nolunt erogare subsidia. Audiant pauperem refrigerantem, audiant diuitem pœnis grauioribus æstuantem. Pensentur ergo pro diuitijs, pœnæ, refrigerium, pro paupertate: pro purpura, flamma, refectio, pro nuditate: ut salua sit æquitas statheræ, & non mentiatur modus illius mensuræ: in qua, inquit, mensura mensi fue E ritis: ita metietur uobis. Ideo negatur misericordia diuiti, quia ipse dum uiueret noluit misereri: ideo rogans diues, non exauditur in tormentis, quia rogantem pauperem non exaudiuit in terris. Et iterum regnum cœlorum, ueritate attestante, didicimus non diuitum, sed pauperum esse. Si igitur regnum est pauperum: restat ut infernus sit diuitum. Quisquis igitur uis regnare cum Christo, elige paupertatem cum ipso, & requiescas cum Lazaro mendico. Nemo enim potest gaudere cum seculo, & regnare cum Domino. Qui igitur uult epulari cum diuite, præparat se inter epulas uermibus gehennæ. In qua pro gaudio momentaneo ardebit perpetuo cum capite

pite suo diabolo. Infœlix commercium, pro tam breui gaudio cœlesti priuari à regno.

Paupertas felix.

Fœlix paupertas, per quam cœlestis acquiritur hęreditas. Fœlix commercium, pro perituris æterna suscipere: & quod ineffabile bonū est, sine fine cū Christo regnare. Ecōtrà ineffabilis miseria, perpetua pati supplicia. Hæc Augustinus.

Chrysosto. concione. 2. de Lazaro.

Vnde & Chrysostomus: Instruimur autē quàm sit utile in diuitijs non confidere. Ecce diues indiget paupere, qui quandoque esuriebat. Mutantur res, & notificatur omnibus quis esset diues, & quis esset pauper. Sicut enim in theatris cùm aduesperascit, & astātes recedunt: exeuntes & amictum induentes, qui reges & prætores uisi fuerant, omnibus uultibus uidentur ut sunt: sic adueniente morte, & soluto spectaculo, uniuersis laruis ægestatis, & diuitiarum depositis: ex solis operibus diiudicantur, qui iam uerè sint diuites, qui pauperes, qui gloriosi, qui ue inglorij. Hæc Chrysostomus.

Vita præsēs scacorū ludo similis.

Videtur etiam esse de statu hominum, sicut de ludo Scacorum. In illo enim ludo sunt reges & milites, senes & iuuenes, magni & parui, & cætera huiusmodi: quorum in ipso ludo continua fit de loco in locum mutatio, & quasi quædam mutua adinuicē oppugnatio, sed completo cursu ludi & temporis, omnia proiiciuntur in saccum, & maiora quæque, & magis grauia cadunt in profundum. Sic diuersarum conditionum homines in diuersis locis ponuntur, & frequenter de loco in locum mutantur, ac sæpe mutuo se impugnant, & sibiinuicem aduersantur: sed completo cursu eorum, mittuntur in terræ saccum, & maiores ac de onere peccatorum magis graues: descendunt cum diuite in inferni abyssum. *Et dixit illi*, scilicet diuiti Abraham. *Fili*, scilicet genere non imitatione & uocat eum filium ut dolor eius augeatur de perdita hæreditate: *recordare*, sed melius esse præuidisse: *quia recepisti bona in uita tua*, id est, illa quæ uera & sola putaueras esse bona, scilicet temporalia: quæ sæpe dantur quibusdam in signum diuinæ reprobationis: & hoc sibi dicitur ad augmentum suę pęnæ & infœlicitatis, ut cogitet statum præteritæ fœlicitatis,

Boetius lib. 2. de conso.

quia (ut dicit Boetius) in omni aduersitate fortunæ, infœlicissimum est genus infortunij fuisse fœlicem. *Et Lazarus similiter mala*, scilicet transitoria recepit in uita sua: non mala secundum æstimationem suam, sed diuitis: qui inopiam, & famem, & ęgritudinem existimabat mala. Et horum recordatio malorum fuit Lazaro consolationis augmentum.

Dulcia quando.

Vnde Boetius: Dulcior est apum mage labor. Si malus ora prius sapor edat. Forte diues iste aliquid boni habuit, quod fœlicitas transeuntis uitæ remunerauit: & Lazarus aliquid mali, quod ignis inopiæ purgauit.

Gregorius hom. 40. in Euang.

Et ideo, secundum Gregorium. Si honorem uel diuitias, seu aliquid aliud exterioris boni uel prosperitatis in hoc mundo accipimus, pertimescere debemus, ne nobis pro quorundā

Bona iustis data.

nostrorum actuum bonorū recompensatione Dominus dederit, & à retributione boni intimi repellat: & si pauperes fortè reprehensibiles conspicimus, despicere non debemus, quia fortasse eos caminus paupertatis purgat. Habent iusti bona mundana, sed in recompensationem meritorum suorum non recipiunt, quia ad æterna sanctis desiderijs ęstuātes, quæ assunt minima bona reputant. Iniusti uerò omne gaudiū suū fœlicitatem transitoriam putantes, exteriora sola summa bona æstimant.

Chrysosto. hom. 2. de Lazaro.

Vnde Chrysostomus: Dixit etiam recepisti bona in uita tua, quasi debita: quasi diceret: Si quid boni fecisti, unde prēmium deberetur, omnia recepisti in illo mundo: epulans, ditatus, oblectatus successibus prosperis. Hic autem si quid

A mali commisit, uniuersa recepit paupertate, fame, & extremè oppressus miserijs, & uterque uestrum huc nudus accesit: hic quidem de peccatis, propter quod & consolationem sortitur: tu uerò à iustitia, propter quod & immitigabilem perfers pœnam. Vnde sequitur: *Nunc autem hic consolatur*, scilicet æterna consolatione: pro modica tribulatione, & propter meritum patientiæ: *tu uerò cruciaris*, scilicet æterno cruciatu pro temporali delectatione, & propter defectum misericordiæ.

Gregorius hom. 40.

Vt enim dicit Gregorius: Iustum est ut in se dolorem inueniat, qui relicto uero gaudio in se, & in mundo gaudia uana quærebat.

Bernardus sermone de uerbis euange. Ecce nos reliquimus omnia.

Vnde Bernardus: Quantos, inquit, uidetis & ipsi Lazaros esurientes, B nudos, egrotos: & plus de iumentis uestris, plus de eorum phaleris quàm de istorum miserijs cogitatis.

Abrahæ iudicium.

Sed ad tremendum Abrahæ iudicium ueniamus. Non .n. Abrahæ sed Domini sententia est: *Memento, inquit, fili quòd recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. Nūc autē hic cōsolatur: tu uerò cruciaris*. Hæccine cruciatuū causa tota est, q̄ in hoc seculo bona recepit. Ipsa planè: neq; enim ad hoc nos paradiso uoluptatis animaduersio diuina eiecisse uidetur, ut alterū sibi hic paradisum adinuentio humana pararet: sed ut in cinere & cilicio miseriam suæ subuersionis deplorare. Cæterùm si sic cruciandi sunt qui in uita sua bona receperunt: & habentibus consolationem præsentem, uæ repositum est sempiternum: quisnam eorum C poterit esse finis, si secundum multitudinem consolationum suarum, dolores apprehenderint animas miserorum. Consequens enim uidetur ut bona omnia, & omnem seculi huius recipientibus consolationem, nihilominus uniuersum uæ, & uniuersi maneant cruciatus. At uerò & illud æquè ex eadem Abrahæ sententia coniiciendum uidetur, eos qui contrario ducti spiritu uitæ præsentia omnia bona respuunt, & eligunt mala: omnia bona Domini, & omnem habituros consolationem. Et iterum: Si de pœnarum diminutione solatium præbere uoluero: crudelis ero, & non misericors. Quantum enim subtraham de pœna: tantum de corona furabor. Tantum minus erit de fructu, quantum de semine subtraxero. D Renuat ergo consolari anima nostra huiusmodi consolatione: sed memor sit Dei, & consoletur in eo. Apud ipsum nanque ipsa quoque tribulatio, magna quædam consolatio poterit inueniri. Hæc Bernardus. Sic ergo huius uitæ fœlicitas diuitem infœlicem fecit:

Augustin. episto. 5.

quia, ut dicit Augustinus. Nihil est infœlicius infœlicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala uoluntas uelut hostis interior roboratur.

Seneca lib. de prouidentia.

Vnde Seneca: Breuem tibi formulam dabo qua te metiaris, qua te perfectum esse iam sentias. Tunc habebis tuum bonum, cùm intelliges infœlicissimos esse fœlices. Et iterum: Nihil est infœlicius & demetius eo cui nihil unquam euenit aduersi: non licuit illi se experiri. Et iterum: E Te iudico miserum, quia non fuisti miser: transisti sine aduersario uiam: nemo scit quid tu potueris, nec tu quidem ipse. Hæc Seneca. Infœlicitas uerò huius uitæ Lazarum purgauit, & fœlicem fecit. Pluribus quippe modis purgamur in ista uita. Quibusdam enim est purgatio cruciatus corporis, quos eis mali inferunt: aliquibus afflictiones carnis, quas sibiipsi per ieiunia, uigilias, & alios labores ingerunt: quibusdam uerò charorum uel rerum amissio: aliquibus dolores, uel ægritudo: quibusdam uictus, uel uestitus ægestas: aliquibus ipsius mortis acerbitas. Deinde subiungitur: *Et in his*

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus, id est inter hæc omnia quæ petis unum est quod impedit, scilicet, *quòd inter nos & uos, chaos magnum firmatum est*: id est distantia magna meritorum & statuum firmata est rigore diuinæ iustitiæ: ut impossibilis sit transitus ab uno statu in alium, ideo subditur, *ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, non possint: neque inde huc transmeare*: quia animæ separatæ sunt extra statum meriti & demeriti. Vnde Chrysostomus: Videre possumus, transire non possumus: & nos videmus quod fugimus, & uos uidetis quod perdidistis: & nostra gaudia accumulant uestra tormenta, & uestra tormenta accumulant nostra gaudia. Hæc Chrysosto. Quòd damnati uellent uenire ad locum electorũ, si esset possibile, non est dubium: sed quòd electi uellent ire ad locum damnatorum, non uidetur: unde est dicendum, quòd non uellent ire illuc ad manendum: uellent tamen illuc uenire, si esset possibile, ad propinquos suos liberandum. Istud tamẽ uel le in telligitur secundum uoluntatem naturalis compassionis, non autem secundum uoluntatem deliberatiuam, in qua conformantur simpliciter diuinæ iustitiæ, dispositioni diuinæ uoluntatis. Noli ergo diui tem imitari in superbia uitæ: quia ut dicit Gregorius: Illic eos à sorte humilium iudex separat, qui se hic in superbiæ cornibus exaltant. Neque in concupiscentia carnis: quia ut dicit idem Gregorius. Non possunt qui hic uoluptatibus suæ carnis seruiunt, illic in ouũ grege numerari. Neque in concupiscentia oculorũ: quia ut idem Gregorius testatur, Regnum cœlorum percipere nequeunt, qui hic toto desiderio terram quærunt. De qua auaritia etiam Chrysostomus hoc loco dicit: Vbicunq; abieris, philargios & auaros punitos uidebis: & nunc quidem audient, Chaos est inter nos & uos: nunc autem. Ite maledicti in ignẽ æternum, quia paratus est diabolo, & angelis eius: & ubique abactos eos aliquis uidebit, & nusquam locũ habentes, quàm in gehennam. Quæ itaque rectæ fidei nobis est utilitas ad salutem, hæc cùm audierimus? Illic est stridor dentiũ, & tenebræ exteriores, & ignis paratus: hic autem sunt inimicitiæ, accusationes, detractiones, pericula, solicitudines, insidiæ, & ab omnibus odio haberi etiam ab his qui uidentur adulari. Philargium denique uniuersi simul contristant, & improperium ultimum est auaritia. Si enim pecunias despicere non sustinet: quomodo superabit unquam concupiscentiam, & gloriæ insaniam, & furorem, & iram? Hæc Chrysostom. Postquã ergo, ut dicit Gregorius, ardenti diuiti de spes tollitur: eius animus ad propinquos, quos reliquerat, recurrit. Vnde sequitur: *Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis ne & ipsi ueniant in locum hunc tormẽtorum.* Nõ dixit hoc charitate ductus, quam ante mortem nõ habuit, nec postea acquisiuit: sed timore seruili, ne in ipsorum consortio eius pœna augeretur: quia fuerat eis occasio peccandi, tum ratione diuitiarum, quas eis dimiserat ad abusum: tum exemplo malæ uitæ, quod eis dederat ad sequendum. Vnde Gregorius: Qua in re notandum est, ardenti diuiti quanta supplicia cumulantur. Ad pœnam nanque suam ei cognitio seruatur & memoria. Cognouit enim Lazarum, quem despexit: & fratrum suorum meminit, quos reliquit. Vt enim peccatores in supplicio amplius puniãtur: & eorum uident gloriam quos cõtempserunt, & de illorum pœna torquentur quos inutiliter amauerunt. Petenti autem diuiti, ut Lazarus mitteretur: ab Abraham protinus respondetur, *Habent Moysen*, qui docuit moralia & agenda: *& Prophetas*, qui docuerũt mystica & credenda: & ista sufficiunt ad salutem: ideo sequitur, audiant illos. Et ex hoc patet quòd iste diues & fratres eius erant de gente Iudæorum, quia Gentiles nõ habebant doctrinam Moysi & prophetarum: ut enim dicit Chrysostomus, Vocat hic Moysẽ & Prophetas: scripta Mosaica & prophetica. Sed (vt dicit Gregorius:) Qui Dei uerba despexerat, hęc audire non posse suos sequaces æstimabat. Vnde sequitur: *At ille dixit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.* In quo implicat quòd extra pœnitentiam erant, & per consequens in uia ueniendi ad inferni tormenta. Quasi diceret, plus credent mortuo quàm scripturæ: moti ex nuncio sic mirabiliter eis apparente. Sed mox diuiti sententia ueraci respondetur: *Si Moysen*, qui fuit tantæ authoritatis, *& Prophetas*, qui fuerunt tantæ sanctitatis, *non audiunt*: auditu interiori: *neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent ei.* Hoc patuit per effectum quia Lazaro resurgẽti, & Christo testimonium perhibenti, non crediderunt: sed magis eum occidere uoluerunt. Similiter nec Christo resurgenti crediderunt: sed magis falso suaserunt ipsum non resurrexisse, & corpus à discipulis suis furatum fuisse. Vnde Gregorius. Quia si uerba legis despiciunt, redemptoris præcepta qui ex mortuis resurrexit: quanto difficiliora sunt, tanto hæc difficilius implebunt. Vbi & Chrysosto. Cõsidera quòd quisque mortuus seruus est: quæcunque verò dicũt scripturæ, dicit Dominus. Vnde & si resurgat mortuus, & si cœlitus descenderet ange lus, omnibus magis sunt dignæ fide scripturæ. Nam angelorum Dominus, uiuorum & mortuorum iudex eas instituit. Hæc Chryso. Hæc ergo præmissa considerantes, tole remus quæ temporaliter molestant, & refrenemus nos ab his quæ temporaliter delectant. Vt etiam dicit Hiero. Miseriæ delitiis & delitiæ miseriis cõmutantur: & in nostro arbitrio est, uel diuitem sequi, uel Lazarum. Vnde & Chrysostomus: Si quando ægrotamus, si pauperes sumus, si frigore conficimur, si hospitium non habemus: lætemur & gaudeamus, Lazarum cogitemus, accipiamus mala in uita nostra, & diuitis nos tormenta terreãt, & pauperis exempla prouocent. Deprecemur Dominum ut latronem, & istũ Lazarum pauperem imitemur. Si persecutio uenerit, imitemur latronem: si pax fuerit, imitemur Lazarũ, & egestas propter Christum bene tolerata facit martyrium. Et iterum: sed dices non est aliquis, qui hic & illic uenia perfruatur: hoc quidem difficile est, & de numero impossibilium. Nam si paupertas non urgeat: urget tamen ambitio. Si ægritudo nõ stimulet, ira inflammat. Si tentationes non imperant: emergũt sæpe cogitationes iniquæ. Non est autem paruus labor iracundiam refrenare, compescere illicita desideria: ostentationes sedare, despectionem remittere, vitam asperam ducere, talia, uerò non agentem imposibile est saluari. Hæc Chrysostomus: Si ergo temporales miseriæ terrent, aut delitiæ delectant: æternæ tibi in mentem ueniant, & oculis tuis occurrant, ut si facilius temporales miserias perferre: & æternas euadere, ac temporales delitias fugere, & æternas consequi mereris. Vnde Gregorius: Si bonum diligitur, mens in bonis melioribus, id est cœlestibus delectetur. Si malum metuitur, mala animæ æternæ proponantur. Vt dum illic esse conspicit, & amplius quod diligat, & amplius quod pertimescat, hîc omnino non adhæreat. Vnde & Augustin. In præsenti uita & delitiæ tẽporales dulces sunt,

Gregorius in 1. Reg.

Chrysosto. hom. 82. in Matth.

Gregorius hom. 40. in Euang.

Timor diuitu.

Gregorius ibidem.

Lazaro nõ est creditũ.

Gregorius ibidem.

Chrysost. concione. 4. de Lazaro.

Hieronym. in apologia ad Pammachium.

Chrysost. hom. de diuite.

Gregorius ho. 40. in Euang.

& temporales tribulationes amaræ sunt. Quis non bibat tribulationis poculum, metuens ignem gehenalem? Et quis non cõtemnat dulcedinem seculi, inhians bonis vitæ æternæ? Et iterum: Si fortè tentant fluctus cõcupiscẽtiæ, intuearis quod promisit Deus & dulcedo promissorum facit te contemptorem dulcedinum seculi. Pro eo quod promisit Deus, contẽnis tẽporalem fœlicitatem: promisit requiem patere molestiam, minatur ignem, contemne tẽporales dolores. Hæc Augustinus. vnde etiam Chrysostomus. Mala carnalia ideo à Deo creata sunt, non vt timeantur, sed ut per eorum timorem mala spiritualia magis timeantur. Bona carnalia ideo creata sunt, ut per huiusmodi bona carnalia intelligantur spiritualia, & magis diligantur. Hæc Chrysostomus. Vt autem tẽporales felicitates & voluptates melius contemnas, cogita charissime, & uide quid beatitudinis, siue in spe, siue in re fœlicitates præteritæ & uoluptates in te effecerint, & sic iudica de futuris: Pro his enim omnibus, non nisi tormentum remanebit & luctus. Vnde in Apocalypsi: *Quantum glorificauit se & in deliţijs fuit: tantum date illi tormentum & luctum.* Requiem ergo Lazari & pœnam diuitis considerantes pauperes non despiciamus, nec inimici oculo aspiciamus, sed ut patronos & aduocatos in die iudicij ipsos honoremus, & eorum indigẽtijs pro uiribus succurramus: imò dominatorem omnium nudum circumeuntem, & ianuas ex ianuijs transmutantem, & semper ad exitus stantem, & manus extendentem, de spici uel honorari ĩ eis certissimè sciamus. Ipse enim dicit: *Quicquid uni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis.* Vnde Gregorius: Fratres mei & requiem Lazari, & pœnam diuitis cognoscentes, solerter agite, culparum uestrarum intercessores quęrite, atq; aduocatos vobis in diem iudicij pauperes procurate. Cùm quoslibet in hoc mundo abiectos aspicitis, etiam si qua reprehensibilia eorum esse videantur nolite despicere. Quia fortasse quos morum infirmitas uulnerat, medicina paupertatis curat. Quorũ si qua sunt talia q̃ debeant iure reprehendi panem pariter detis, & verbum: panem refectionis cum uerbo correptionis. Et duo à uobis alimenta percipiat qui unum quærebat, dum exterius cibo, & interius satiatur eloquio: pauper ergo cùm reprehẽsibilis cernitur, moneri debet, & despici non debet: si uerò reprehensionis nihil habet, uenerari summopere. Et iterum necesse est, ut cùm naturæ nostræ cõsortes exteriora non habere conspicimus, q̃ multa desint nobis interiora bona, pensemus. Quatenus sese super inopes cogitatio nostra non eleuet, cùm solerter uidet, quia nos tanto uberius quanto interius indigentes sumus: negantur electis in hac uita bona terrena, quia & ęgris quibus spes uiuendi est, nequaquam à medico cuncta quæ appetunt conceduntur. Dantur autem reprobis bona quæ appetunt, qa & desperatis ægris omne quod desiderant non negatur. Vnde & Ambrosius: Continuus successus temporalium æternæ reprobationis est indicium. Vnde etiam Augustinus: Tu consolatio sempiterna, quæ solis illis te tribuis qui consolationẽ huius mundi, pro consolatione tua contemnunt. Nã qui hîc cõsolantur, indigni tua consolatione habentur: sed qui hîc cruciantur, à te consolantur: & q participant passionibus participant cõsolationibus. Nemo enim potest in utroque seculo consolari, nec potest quis hîc & in futuro gaudere: sed unã necesse est perdere, qui alteram uult possidere. Hæc Augu. Hæc igitur præmissa, bene cõsiderata & diuitibus & pauperibus ualde sunt necessaria: quia & illis dant timorem, & istis consolationem. Audiant hîc diuites pœnas suas, & pauperes gaudia sua: ut illi terreantur, & isti mulceantur. Sed heu parum hæc attendimus, & memoriam eorum cum sonitu transire permittimus.

Matth. 25. Gregorius hom. 40. in Euang.

Augustin. in psalm.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, cùm sim omnino pauper uirtutibus plenus peccatorum ulceribus, mendicus ante ianuam tuæ misericordiæ positus, cupiens saturari de micis exemplorum quæ cadunt de mensa diuitis filiorũ tuorũ, qui induũtur purpura passionũ, & epulantur quotidie splendidè ferculis uirtutum. Veniant canes doctores tui, ut lingãt uulnera peccatorũ meorũ, ut moriens mundo, deporter ab angelis in sinum contẽplationis cœlestium: audiam Moysen & prophetas, declinando à malo, & faciendo bonum: ut ex mortuis operibus resurgens, sperem uitam habere æternam.*

De resuscitatione Lazari. Cap. XVII.



CVM autem esset Iesus cum discipulis trans Iordanẽ, in loco ubi Ioannes primùm baptizauerat: contigit Lazarum fratrem Mariæ & Marthæ infirmari in Bethania, quæ inde per diætam, uel circa, distabat. Sorores ergo eius curationem fratris sui desiderantes, *miserunt* nuncium *ad Iesum*, ut ipsas à dolore, & illum à languore liberaret, *dicentes: Domine, ecce quem amas infirmatur.* Nihil amplius mandant ei. Sufficit enim amanti insinuare necessitatem amici, absq; alicuius petitionis additamento speciali. Qui enim proximum in necessitate deserit, nec ei succurrit: amicus eius non est: nec eum diligit. Vnde Augustinus: Non dixerunt, ueni & sana: non ausæ sunt dicere, ibi iube, & hîc fiet: sed tantum, *ecce quem amas infirmatur*: quasi dicerent, Sufficit ut noueris: non enim amas & deseris. Vnde & Chrysostomus: Per hoc enim ad miserendum uolunt attrahere Christum. Ideo autem non iuerunt ad Christum, sed mittunt, quia confidebant de Christo uehementer, & quia à luctu detinebantur. Et secundum Theophilum: Quia mulieres erant, quas non decet de facili domum exire. Magnam autem spem de Christo habebant: diligebat enim Christus Martham actuosam, & Mariam contemplatiuam, quæ tristes erant: & Lazarum, qui in figura pœnitentium languebat, quique ei officium humanitatis

Ioan. 11.

Augustin. tractat. 49. in Ioannem.

Chrysosto. hom. 61. in Ioannem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitatis sæpę exhibuerat. Hoc addit euãgelista, ad ostẽdendũ quare nõ oportuit quòd Martha & Maria irent personaliter ad Christum: quia Christus erat familiaris Lazaro, & eius sororibus, & ibi frequenter veniebat ad hospitandum. Vnde Augustinus: Ille languens, istæ tristes, omnes dilecti. Habebant ergo spem, quoniam diligebantur ab eo qui erat dolentium consolator, languentium sanator. Spiritualiter Lazarus, qui interpretatur à Deo adiutus, pœnitentiæ significat uitam: in die enim salutis, hoc est in die pœnitentiæ, quando uerus sol illuxit, auxiliatu Deus & adiuuat. Martha autem prouocans interpretatur, quæ signat uitam actiuam, in qua tam virtutis delectatione, quàm exempli boni ostentatione semper homo ad melioria prouocatur. Maria uerò interpretatur illuminatrix, & signat uitam contemplatiuam, qua homo illuminatur. Secundum illud Apocalypsis: *Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius.* luminare noctis huius vitæ, quod splendorem huius mundi signat, sub pedibus proiicit. Hæc tria sunt quæ Dominus libenter uisitat, scilicet pœnitentes, actiuos, & contemplatiuos. Pœnitentes, in gratia compunctionis: actiuos, in profectu virtutis: & contemplatiuos, in puritate ueritatis. Hic nota q̃ illi qui Christo plus sunt dilecti, quandoque plus infirmantur, & grauiora mala sustinent quàm alij. Sicut enim medicus timens de morbo periculoso, ut de acuta, inducit tertianam, ut acuta euitetur: sic Christus inducit infirmitates corporales, ut morbus animæ periculosus declinetur, quia sumus proni ad peccandũ, & ad malum faciendum. Vnde Hugo: Præsciens Dominus quosdam multa posse peccare, flagellat eos ne peccent: quia utilius est eis frangi languoribus ad salutem, quàm remanere incolumes ad damnationẽ. Hæc Hugo. Sed attendant hi qui infirmantur, uel tribulantur ut se corrigãt: quia ille qui iacit sagittam vel lapidem post signum, quanto iacit frequentius, tãto propinquius: ita quòd in fine quandoque signum tãgit: sic post nos, qui in mundo sicut sagittæ signũ sumus, mors uel Deus iacit frequẽter per infirmitates & tribulationes: sed quãto frequẽtius iacit post nos, tãto directius & periculosius, nisi corrigamur. Cùm ergo Dominus per nuncium sororum Lazari, accepisset eũ infirmari, dixit: *infirmitas hæc non est ad mortem*: id est, ad detinẽdum eum in morte, *sed pro gloria Dei*: scilicet, *ut glorificetur filius Dei per eam*, in ostensione uirtutis suæ, & per resuscitationem Lazari declaratur in Christo ueritas deitatis: & hic erat finis ifirmitatis. *Et mãsit adhuc duobus diebus*, trãs Iordanẽ, *in eodem loco*, ubi erat expectando mortem Lazari, q̃ in eodem die mortuus fuerat, quo Dominus nunciũ recepit. Distulit sanare, ut posset resuscitare. Ad maiorem enim miraculi certitudinem & euidentiam expectauit, ut illius quatriduũ compleretur, ac mirabilius & gloriosius suscitaretur. Vnde Chrysostomus: Mansit duobus diebus, ut scilicet expiraret & sepeliretur, ut nullus posset dicere quoniam nondum defunctum eum suscitauit, sed stupor fuit & non mors. Et postea inter alia, *dixit discipulis suis: Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut à somno excitem eum.* Mortem eius uocat dormitionem & somnum, quia citò erat surrecturus. Vnde secundum Augustinum: Dominо qui poterat suscitare dormiebat, alijs mortuus erat: quia tam facilè imò facilius est Christo suscitare mortuum de sepulchro, quàm alteri dormientem de lecto. Vbi sciendum quòd somnus accipitur multis modis, quandoque pro somno naturæ: Vnde in

Augustin. tractat. 49. in Ioannẽ.

Lazarus:

Martha.

Maria.

Apoc. 12.

Chrysost. hom. 61. in Ioannem.

Augustin. tractat. 49. in Ioannẽ.

Somni acceptiones.

A Iob: *Securus dormias.* quãdoque pro somno mortis: Vnde Apostolus: *Nolumus uos ignorare de dormientibus*: quandoque pro negligentia. Vnde in Psalm. *Ecce non dormitabit neque dormiet*: quandoque pro somno culpæ, Vnde Apostolus: *Exurge qui dormis*: quandoque pro quiete futuræ, Vnde in Psalm. *In pace in idipsum, dormiam & requiescam.* Mors uerò dicitur somnus, propter spem resurrectionis: & ideo mors consueuit appellari dormitio, ab eo tempore quo Christus mortuus est & resurrexit. *Discipuli autem*, intelligentes de somni dormitione, & timentes reuerti in Iudæam, ubi uolebant eum lapidare: *dixerunt ei, Domine, si dormit saluus erit.* dormitio enim infirmi, signum est salutis. Vnde Chrysostomus: Discipuli autem impedire uoluerunt eius aduentum in Iudæam. Vnde dixerunt: Domine, si dormit saluus erit. Solet enim esse somnus ægrotantium salutis indiciũ: qua si dicant, Si dormit, non igitur utile est quòd tu uadas ad excitandum eum. Stultum enim erat ire per tot stadia, ut Lazarum à somno excitaret. *Tunc ergo dixit eis Iesus manifestè, Lazarus mortuus est.* & gaudeo, scilicet non de morte eius absolutè, *sed propter uos.* id est propter ædificationem & utilitatem uestram, *quia non eram ibi*: ut credatis, scilicet amplius & fortius quàm prius: & ex miraculo sumentes experimentum diuinitatis meæ, in illius resurrectione in fide magis roboremini, cuius mortem etiam ego absens uobis annũcio & reuelo. Vide mirabilem bonitatem, ac dilectionem & solertiam Domini circa discipulos, qui indigebant adhuc maiori robore & uirtute. Vnde Augustinus: Gaudeo, inquit, pro uobis: nam cum illic non extiterim, confert ad maioritatem fidei uestræ: quòniam si astitissem, ægrotantem curassem: quòd esset modicum signum ad meæ uirtutis indicium. Quia verò me absente superueniet mors, potius in fide mea corroboramini, cùm uidebitis me posse & defunctũ putrescentem resuscitare. Et secundum Chrysostomum, dicit hoc ut iam inciperent admirari, quia Dominus poterat dicere mortuum, quod nec uiderat, nec audierat: ut cognoscentes eum nil latere, magis in eum crederent. Perrexerunt ergo Dominus & discipuli eius, & uenerunt prope Bethaniam, quæ erat iuxta Hierusalem quasi stadijs quindecim: de quibus octo faciunt unum miliare: nec statim intrauit, ostendens se ad miraculа facienda non ingerere, & ut prouocaretur deuotio fœminarum sanctarum sibi occurrẽtium, scilicet Marthæ & Magdalenæ. Vbi dũ adhuc esset extra castellum, Martha audiuit quia Iesus uenit: ipsa enim curam domus habebat: & ideo primò nũciatur ei aduẽtus Christi per aliquem qui eum prę uenerat: dimittens̃que sororem suam & Iudæos, qui de Hierusalem & alijs uicinis locis ad consolandum eas uenerant, quia nobiles dominæ erant: sola iuit & Christo reuerẽter, & deuotè occurrit. Vnde & Theophilus: Primò itaque non pandit sorori, uolens astantes hoc latere, quibus notum fore aduentum Christi nolebat. Vnde & Chrysostomus: Non autem admittit sororem obuiam Christo uadens. Vult enim singulariter Christo loqui, & quod factum est ei annunciare: Cùm verò eam in bonam spem duxit, tunc abijt & uocat Mariam. Hæc Chrysostomus. *Martha ergo dixit ad Iesum: Domine si fuisses hic*, localiter præsens: *frater meus non fuisset mortuus*, cùm mors locum habere non debeat ubi est vita. Et post dialogum de resurrectione cum Domino habitũ: *abiit & uocauit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & uocat te.* Vbi Aug. Aduertendum q̃ suppressam uocem

Iob. 11.
1. Thess. 4.
Psal. 120.
Ephes. 5.
Cantic. 5.
Psal. 4.
Chrysost. hom. 61. in Ioannem.
Augustin. tractat. 49. in Ioannem.
Chrysost. hom. 61. in Ioannem.
Augustin. tractat. 49. in Ioannẽ.

cem silentium uocauit. Ideo autem occultè sororem uocat, quia si sciuissent Iudæi Christum aduenire: recessissent, & non fuissent testes miraculi. Hæc Augustinus. Maria verò, *ut audiuit surgit*, à quiete contẽplationis: *citò* per desiderium cordis, *& uenit*, ex magna deuotione *ad eum*, extra castellum in locum, ubi ei Martha occurrerat. *Iudæi ergo*, Hierosolimitæ & alij. *qui in domo erant, cùm uidissent Mariam festinanter abire secutisunt eam, credentes quia iret ad monumentum ut ibi ploraret*, & nescientes quòd illic Iesus esset. Divina autem prouidentia factum est ut eam sequerentur, quia secundum Augustinum: Hęc occasio fecit ut plures ibi essent quando Lazarus suscitatus est, ut tam grande miraculum quatriduani mortui resurgentis testes plurimos inueniret. *Maria ergo cùm uenisset ubi erat Iesus*, uidens eum cecidit ex deuotione, *ad pedes eius*, apud quos misericordiã, & peccatorũ ueniã se nouerat alias consecutã. *Et dixit ei*, sicut & Martha dixerat, *Domine si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.* Ex hoc autem quod Maria sic festinauit ad eum, patet secundum Augustinum. Quòd non illam præuenisset Martha, si ei notus fuisset aduentus Iesu. Per hoc etiam quòd Martha & Maria obuiauerunt Domino, non expectantes aduentum ipsius, datur intelligi, quòd cùm volumus Deo reconciliari, debemus ei occurrere per pœnitentiam, antequam ad nos ueniat per uindictam: quia nos peccatores sumus & meruimus percussionem & pœnam. Cessat autem ut dicit Ambrosius diuina uindicta, si confessio pcurrat humana: & cùm volumus Christo frui, eum venientem anticipemus: nõ expectantes quòd ipse nobis condescendat, sed nos potius ad eum festinemus. *Iesus ergo ut uidit Mariam & Iudæos, qui cum illa uenerant plorantes*, de morte amici, *fremuit spiritu & turbauit seipsum*: humanum demonstrans affectũ in luctu amicorum. Fremebat, extrà sonum lugentis emittens, turbabatur intus, miseriam conditionis humanæ considerans. Turbauit se, quem alius turbare non potuit. Nos turbamur ex necessitate, ipse autẽ ex uoluntate. Sic omnes defectus huiusmodi suscepit, quia uoluit. Vnde Augustinus: Turbatus est Christus, quia uoluit: resuriuit, quia uoluit: in illius potestate erat sic uel sic affici, uel nõ affici. Et nota quòd fremitus cõsurgit ex indignatione ad obiectum. Iste ergo fremitus Christi procedebat ex indignatione eius contra diabolum, per cuius suggestionem mors intrauit in mundum, quem erat citò debellaturus. Turbatio autem illa procedebat ex compassione Lazari & sororũ eius, quia ut uerus homo ex quadã naturali affectione flebat cũ flentibus, ut nos instrueret quòd aliorum miserijs compati debemus. Istæ tamẽ passiones & consimiles non erant in Christo vitiosæ, sed magis uirtuosæ: quia non erant præuenientes iudicium rationis, sed magis sequentes, & per ipsum excitatæ. Iste verò fremitus & hæc turbatio nos docet, quid nos quoque in tali re agere debeamus: quãdo uel pro nobis ipsis, uel pro alijs i peccatis turpiter degentibus Deũ oramus. Est autem fremitus, impetus iræ contra uitia prorumpens: turbatio verò, quædam tristis cũ gemitu cordis commotio. Et quia fides de Christo, Christus ẽ in corde fremit Christus, & turbatur in homine, quando peccator computat quæ bona accepit, quæ mala reddidit. & de peccatis se increpat, & reprehendit. *Et dixit eis Iesus, Vbi posuistis eum?* Interrogat, nec ignorat: in quo mystice innuit se huiusmodi peccatorẽ nescire, cuiusmodi per Lazarum significatur. Vnde glosa: Qui absens sciuit

Augustin. ibidem.

Maria deuota.

Ambrosius in Psal. 118.

Turbatio & fremitus Christi.

Augustin. tractat. 49. in Ioannem.

Interrogatio Christi.

A mortuum, sciuit ubi esset sepultus. Sed sic dicens, signat se quasi nescire perditum hominem. Vnde dicitur: Non noui uos: & Adam ubi es? *Dicunt ei: Domine, ueni & uide*: uenit Dominus per compassionem, & uidit oculis misericordiæ: quia, ut ait Augustinus, Videt Dominus, quando miseretur. Et affectum suũ lachrymis demonstrans, *Iesus lachrymatus est*: humanitus ex pietate: mysticè docens hominẽ propter peccatum fletibus indigere, & significans eos qui peccati morte sopiuntur, ut reuiuiscere queant plangẽdos esse. Vnde Alchuinus: Quia fons pietatis erat, flebat pro parte humanitatis, quem resuscitare poterat per potentiam diuinitatis. Et Augustinus. Quare autem fleuit Christus, nisi quia homine flere docuit? Lachrymemus igitur & nos pro nobis, & omnibus illis

B quos in fœtore vitiorum iacere sentimus: si fortè nostris lachrymis nos & eos Dominus resuscitare dignetur. Vt autem ait Augustinus: Legitur Christum super Lazarum fleuisse, in orationibus pernoctasse, exanimare fatigatum fuisse: nunquam autem risisse, aut prosperatum fuisse. Vnde & Chrysostomus: Flentem quidem illum frequenter inuenies: nũquam verò ridentem, sed nec leuiter saltem subridentem, uel gaudentem. Et nota quòd Dominus non fleuit Lazarum mortuum: sed ad huius uitę miserias & ęrumnas resuscitandum. Vnde nec pro nostra, nec pro aliorũ morte tristari debemus. Quomodo enim ab eo prẽmijs honorabimur ad quem uenimus inuiti? Nam secundum Apostolum: *Coronam iustitiæ reddet Dominus his, qui diligunt aduentum eius.* Et quid tantopere uitam desideremus, in qua quãto magis quis fuerit, tanto maiori sarcina peccatorum oneratus erit. Vel certè Dominus mortem fleuit, quam homo peccando incurrit, ac miserias & ærumnas humano generi pro culpa indictas. Si enim peccatum non processisset, sine dubio mors secuta non fuisset. Secuta est ergo mors etiam corporis, quam præcessit mors animæ. *Et Iesus rursum fremens in semetipso*, etiam indignatus contra malitiam Iudæorum, de factis suis iniquè murmurantium, *uenit* motus misericordia, & cõpulsus compassione *ad monumentum*, quod *erat spelunca habens lapidem superpositum.* Et dicitur monumentũ, quasi monẽs mẽtem, scilicet illius qui aspicit, ut pro anima sepulti oret, ac de morte propria præcogitet, & ad eandem se disponat. Rursum fremuit, ut det intelligere eos qui à peccatis debent resurgere, in continuo luctu persistere. Secundum illud Psal. *Tota die contristatus ingrediebar.* Sepe ergo se ploret peccator, sæpe fremat Christus & turbetur in homine, si uult reuiuiscere. *Et iussit Iesus tolli lapidem superpositum*, ut omnes uiderent mortuum, fœtidum, & corruptum. Sed contendebat Martha dicens ad eum, *Domine iam fœtet, quatriduanus enim est.* Timebat remoto lapide potius fœtorem excitari, quàm fratrem resuscitari, quasi diceret: Licet aliquando resuscitati sint mortui recenter & post paululum: tamen q̃ iam quatriduanus ex fœtore resolutus resuscitetur, non est sic auditum. Et hoc uidetur processisse ex admiratione Marthæ & eius ignorantia, quia eiusdẽ uirtutis est resuscitare recẽter mortuũ, & quatriduanum. Vide mirabilẽ amorẽ istarum sororũ erga Dominum Iesum: nolebant enim q̃ etiã fœtor nares eius tãgeret ad modicũ. Deinde sublato lapide, *Iesus eleuatis oculis in cœlũ*, patri pro exauditione sua gratias egit ad fidei ædificationẽ, ut circũstantes hoc audiẽtes, & uirtutẽ Dei in eo uidentes, crederent eũ filiũ Dei. Vnde Hilarius: Nõ prece egit: nobis orauit, ne filius ignoraretur.

Matth. 6. & Gene. 3.
Augustin. tractat. 49. in Ioannem.
Augustin. ibidem.
Augustin. sermone. 2. de Assumptione Mariæ.
Chrysost. hom. 62. in Ioannem.
2. Timo. 4.
Manumentum.
Psal. 37.
Hilarius lib. 10. de trinitate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cùm enim sibi non proficeret deprecationis sermo, ad profectum tamen nostræ fidei loquebatur. Non inops ergo auxilij, sed nos sumus inopes doctrinæ. Ideo etiam orauit, ut in necessitatibus ad orationis suffragium esse recurrendum nos doceret. Et notandum quòd orare patrem,& exaudiri, conuenit Christo ratione humanitatis, in qua est minor patre: non autem ratione diuinitatis, in qua est ei æqualis. Oraturus uerò gratias pro exauditione egit, quia iam se auditum cognouit. Vnde Origenes: Erat enim oraturus pro resurrectione Lazari, sed præueniens illius orationem, qui solus bonus pater est, exaudiuit dicenda. Pro impletione ergo orationis, subdit gratiarum actiones, dicens: *Pater gratias tibi ago, quoniam exaudisti me.* Hæc Origenes: Per hoc quòd Iesus oculos eleuat in cœlum, ostendit nobis formam orãdi, q̃ est per eleuationẽ mentis in Deũ. Vnde instruimur, ut in oratione leuemus sursum ad Deum oculos mentis nostræ, erigẽdo & remouendo illos à præsentibus rebus, memoria, cogitatione, & intentione. Oculos etiam ad Deum leuamus, quando non confidentes de meritis nostris, de sola misericordia Dei speramus. Per hoc autem quòd in principio orationis gratias agit, datur nobis exemplũ, ut cùm oramus, ante quàm futura petamus, pro receptis beneficijs Deo gratias referamus. Deus enim ex gratiarum actione de præteritis prouocatur ad præstanda beneficia sequentia facilius. Deinde, *uoce magna*, potius uirtute, quàm clamoris intentione, *clamauit: Lazare ueni foras*, scilicet quantum ad corpus de sepulchro, & quantum ad animam de inferno, & sic Lazarum uocis suæ virtute suscitauit. ubi secundũ Origenem, est considerandum, quòd mora tollendi lapidem adiacentem, ex sorore defuncti causata est: & ideo tandiu resuscitatio fratris dilata est, quandiu Christum per uerba detinuit: sed statim cùm Christi mandatum obedicẽdo exequitur, frater resuscitatur: ut p hoc discamus nihil interponere inter iussa Christi, & executionem ipsorum, si cupimus quòd statim sequatur salutis effectus. Secundum illud Psalmistæ: *In auditu auris obediuit mihi.* Et nota quòd uox Christi magna dicitur propter virtutis magnitudinẽ: nã tanta uirtus eius fuit quòd suscitauit Lazarum à morte, quemadmodum suscitatur dormiens à somno, uel sopore. Vox etiam ista magna, repræsentatiua est illius uocis magnę, quę erit in communi resurrectione, per quam omnes de monumentis resuscitabũtur. Tanta enim erat virtus huius uocis Christi, ut absq; temporis dilatione uitam conferret: sicut erit in resurrectione communi, quando in ictu oculi mortui audientes turbam resurgent. Clamauit, inquam, Lazare ueni foras: quẽ secundum Augustinum, ideo ex proprio nomine uocat, quia tanta erat uirtus uocis eius, quòd pariter omnes mortui cogerentur exire, nisi per expresionem nominis uirtutem suam ad vnum determinasset. Et non solum suscitatus est Lazarus, sed prodiit & exiuit, licet esset ligatus manus & pedes institis, id est fascijs, quibus antiqui mortuos inuoluebant: & facies eius sudario ligata erat, ne scilicet horrorem faceret. In quo virtus diuina & miraculi certitudo declaratur: ideo enim ligatum & cooperturn resurgere iussit, ut miraculum magis approbaretur. Vnde Dominus discipulis præcepit, ut eum qui foris ligatus apparebat soluerent, & sinerent abire: ut per opera uitæ ostenderetur uerè suscitatus, & non phantasticè. Hîc est notandum, quòd mors animæ, est animæ à Deo derelictio dãnosa: quod fit per peccatum mortale, quo Deus repellitur ab anima. Vnde secundum Augustinum: Mors animæ, fit cùm deserit eam Deus: sicut corporis, cùm id deserit anima. Quatuor autem progressibus mors animæ perficitur, & sic quatriduanus mortuus dici meretur. Prima est: quasi titillatio delectationis in corde. Secunda, consensio. Tertia, factum. Quarta, consuetudo. Sed Deus ab hac morte animam ad uitam resuscitat per gratiam, qua anima Deo reconciliatur. Quia sicut corpus uiuit ex coniunctione animæ: sic anima dicitur uiuere ex unione Dei, per gratiam. Et hæc uiuificatio significatur in resuscitatione Lazari de sepulchro. In resuscitatione enim Lazari plura facta sunt, quæ mysticè ad resuscitationem peccatoris cõcurrunt. Nã eo ordine quotidie peccator resuscitatur, quo Lazarus resuscitatus dicitur: & talis fit quotidie processus in resuscitatione animæ à morte peccati, qualis fuit in resuscitatione Lazari de fœtore sepulchri. Primum ergo quod requiritur ad resuscitationẽ peccatoris, est notitia diuina actualis, qua Deus respicit peccatorem, in aliquo tempore certo: & hæc significatur per hoc quòd sorores Lazari miserunt nuncium ad Iesum, sibi deinfirmitate Lazari notificando. Secundum est auxilium, quòd Deus porrigit homini, ut liberum arbitrium moueatur in Deum: vt anima per peccatum à Deo auersa, conuertat se ad ipsum: non enim est uolentis uelle, neque currentis currere, sed miserentis Dei hęc donare: & ideo requiritur auxilium diuinum, ut nos melius ad gratiam disponamus: & hæc porrectio diuini auxilij signatur per hoc quòd Iesus ad Lazarum ire est dignatus. Tertium est, motus liberi arbitritij nostri: quia secundũ Augustinum, licet Deus creauit te, sine te: non tamẽ iustificabit te, sine te: & ideo ex parte nostri requiritur motus liberi arbitrij, qui duplex est: Vnus, quo mouetur super peccatum, ut scilicet peccatum displiceat. Alius, quo mouetur in Deum per fidem & spẽ, quo Deum sibi reconciliari desideret: & hi duo motus notantur per occursum duarum sororum, scilicet Marthæ & Mariæ, ita quòd primus motus intelligatur per Martham, quæ prior occurrit: secundus, per Mariam, quæ uenit uocata per Marthã: sic enim hîc ex primo motu prouocatur secundus. Quartum est, cognitio peccati in quam Deus quærendo reducit hominem, ut homo se cognoscere studeat, quem Deus quærendo quasi nescire se significat: & hoc significatur per hoc quòd interrogauit, ubi eum posuerunt. Quintum est, gratia contritionis, quæ sequitur motionem liberi arbitrij, & cognitionem peccati: & hæc significatur per lachrymationem Christi, quæ quidem lachrymæ processerunt ex fonte diuinæ misericordiæ, & his lachrymis quotidie peccator perfunditur, cùm sibi hæc gratia infunditur: Christus enim non est lachrymatus pro morte Lazari corporali: sed pro morte peccatoris spirituali, quiin Lazaro repræsentabatur. Caueat ergo peccator ne lachrymas Christi contemnendo gratiam sibi euacuet, sed potius cum Christo flente peccata sua defleat, & sic effectum lachrymarum Christi suscipiat. Sextũ est, propositum cauendi peccata in futurum, & hoc notatur in eo quòd præcepit amoueri lapidem. Tunc enim lapis de sepulchro tollitur, cùm durities propositi peccandi, & moles malæ consuetudinis de corde amouetur. Et cùm lapis deponitur, tunc fœditas cadaueris detegitur. Vnde dixit Martha, *Domine iam fœtet.* sic duritia cordis amota, videtur utilitas peccati: ex quo sequtur peccati abominatio, & cõcipitur propositum

Origenes tomo 28. in Ioannẽ.

Orandi forma.

Origenes ibidem.

Psal. 17.

1. Cor. 15.

Augustin. sermo. 32. de uerbis Domini.

Anima mors.

Aug. fin. lib. 13. de ciuitate c. 2. Mortis animæ progressus.

Augusti. tract. 17. in Ioannem.

Peccatoris resuscitatio.

Roma. 9.

Augustin. sermo. 13. de uerbis Apostoli.

positũ ulterius non peccandi. Septimũ est, gratiæ infusio, qua iustificatur impius: & hoc notatur cùm clamauit voce magna, dicens: *Lazare ueni foras.* Clamor magnus signat multitudinem diuinę virtutis, quę exigitur in iustificatione impii: quia, secundum Augustinum, maior est iustificatio impii, quàm creatio cœli & terræ. Voce enim magna clamauit, quia difficilè surgit quem moles malæ consuetudinis premit: sed tamen post magnam uocem surgit, id est per magnam Dei gratiam viuificatur & iustificatur dum pœnitet. Datur etiam per hoc intelligi, quòd Christus uocat peccatorem foras exire de conuersatione peccati, & de occultatione eius, per confessionem faciendam sacerdoti. Octauum ergo est, peccatorum confessio, quam Deus administrat uoce magna clamando: id est, magna gratia uocando: & hoc notatur in eo, quòd Lazarus prodiit de sepulchro: prodire enim, est de occulto per confessionẽ uenire. Sed adhuc peccator non est totaliter solutus, antequam superueniat absolutio sacerdotis: quod significatur per hoc quòd *prodijt ligatis manibus & pedibus.* Nonum ergo, est sacramentalis absolutio: quæ significatur per hoc quòd Christus dixit discipulis, *soluite eum.* Potuisset quidem immediatè simplici uerbo ipsum met soluere, sicut fecit ipsum de monumento prodire: sed uoluit suos discipulos in hoc cooperatores habere, quia vult hoc ministeriũ sacerdotibus communicare. Suscitat Iesus, quia per seipsum uiuificat interius. Soluunt discipuli quia ministerio sacerdotum absoluuntur uiuificati: Christus enim per se intus uiuificat, ministris potestatem soluẽdi tribuit. Mortuus ergo procedens adhuc ligatus, est confitens adhuc reus. Vt autem absoluantur peccata eius, ministris mandatur ut illum soluant. Sicut ergo Dominus Lazarum suscitauit, priusquam à discipulis solueretur: sic in contritione peccatum dimittit, & peccatorem viuificat, priusquam à sacerdote absoluatur: cui tamen postea se ostendere tenetur. Decimum & ultimum est, satisfactio, quæ signatur in hoc, quòd Iesus subdidit, *& sinite eum abire.* Non dicit, facite eum ad sepulchrum redire. Sic sacerdos debet principaliter pro satisfactione iniungere homini, quòd de sepulchro, & de profundo peccatorum & malæ consuetudinis longè abeat: & nullatenus recidiuet: & amplius non peccet. Dixit enim, sinite abire: non stare, uel iacere sine exercitio spirituali: quia in uita Dei stare, retrocedere est, sed debet ambulare de virtute in uirtutem. Item mysticè per Lazarum languentem, significari etiam potest grauem tentationẽ patiens: & per eius sorores, personæ pro eius alleuiatione deuotæ Christum precantes, quæ non semper exaudiuntur: sed talis patiens aliquando per actum peccati mortalis mori permittitur, ab eo qui est tantæ bonitatis & potentiæ, quòd scit & potest bona de malis elicere. In hoc autem quòd Dominus vadit ad eum suscitandum, ostenditur eius clementia: in quantum homines in peccatis existentes & quasi mortuos, ac per se ad Deum accedere non ualentes, misericorditer prę ueniendo attrahit: & peccatorem non solum mortuum per culpam, sed etiam aliquando fœtentẽ per infamiam, & sepultum sub lapide per obstinationẽ, sic reducit ad uitam gratiæ, quòd non solum tollitur obstinatio & mors culpæ, sed etiam fœtor infamię, & reducitur suauis odor bonæ famæ. Nulla enim desperationi datur occasio, cùm Lazarus iam fœtens, & quatriduanus resurrexit à mortuis & monumento. Locus autem infirmi erat Bethania, quæ interpretatur domus obedictiæ, per quod datur intelligi q̃ si infirmus sit Deo obediẽs, potest ab eo de facili curari. Et secundum Anselmum: In Bethania, quod domus obedictiæ interpretatur, Lazarum suscitauit: ostendens omnes qui bonæ uoluntatis studio huic mundo morientes in sinu obedientiæ requiescunt, in uitam æternam à Deo resuscitandos. Ista autem Bethania erat Marthæ & Mariæ, per quas duplex vita, scilicet actiua & cõtemplatiua significatur: ut sic per hoc intelligi detur, quòd per obedientiam homo perfectus in uita actiua & contemplatiua redditur. Dicitur autem de Lazaro, quòd postea nunquam risit: nunquam in gestu signa iocosa ostendit: pro eo quòd vitæ huius ærumnis, quas moriẽs euaserat, reditus fuit. Magis enim quàm antè factus amator vitæ illius, pœnitebat eum uitæ istius. Vnde Augusti. O si possemus excitare homines, & cum ipsis pariter excitari, ut tales essemus amatores vitæ permanẽtis, quales sunt homines amatores uitæ fugientis. Creditur autem hoc factum ea die qua in ecclesia solet legi, scilicet feria sexta ante Dominicam de passione Domini. Monumentum verò Lazari demonstrat ecclesia ibidem in honore beatæ Mariæ Magdalenæ constructa: & grande monasterium magna oliuarũ sylua circundatum, ubi erat abbatia sancti Lazari, cũ abbatissa & monialibus ordinis sancti Benedicti.

Multi ergo Iudeorum qui uiderant mirabilia, *quæ fecerat Iesus, crediderunt in eum.* Nec mirum, quia illud signum fuit diuinæ uirtutis manifestè ostensiuum, & tale miraculum non est à seculo auditum, scilicet quòd mortuus quatriduanus in monumento, resuscitaretur ad uitam. Vnde secundum Augustinum: Excedit omne miraculum, quod Iesus circa Lazarũ fecit: quem ab ipso inferni inquilino, destructa lege tartarea, redire ad superos iussit. *Quidam autem ex ipsis* Iudæis *abierunt* eadem die *ad Phariseos, & nunciauerunt eis quæ fecit Iesus*, & celebris erat sermo de eo apud multos: alij bono, alij malo zelo moti nunciauerunt: quia sicut ex signis uisis boni conuertuntur & proficiunt, ita frequenter mali obdurantur, & deficiunt. Boni quidem nunciauerunt eis, ut mitigarent eos circa Iesum, & prouocando vt crederent: mali verò ut concitarent eos contra Iesum, & prodendo vt sæuirent. Per bonos illi signantur qui bona in alijs sicut in se amant, & omnia in bonum interpretantur: per malos autem illi qui videntes seruorum Dei opera, odijs insequuntur, & infamare conantur.

Bethania.

Lazarus non risit deinceps.

Augustin. tractu 49. in Ioannem.

Lazari monumẽtum.

Augustin. sermo. 104. de tempore.

Mystice.

ORATIO.

BENIGNISSIME *Iesu, qui quatriduanum Lazarum iam fœtentem à sepulchro resuscitasti, & à uinculis soluere, ac liberè abire fecisti: moueantur obsecro uiscera misericordiæ tuæ super me miserum, peccati delectatione, consensu, & perpetratione mortuum: mole malæ consuetudinis oppressum & sepultum: iamque quatriduanum & fœtidum: & me à sepulchro uitiorum resuscita: ut per confessionem foras ueniam: resuscitatum à uinculis peccatorum & mortis, solue: solutum ab omni seruitute liberum in libertatem gloriæ filiorum Dei ire concede. Amen.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De conspiratione Pontificum & Phariſæorum contra Iesum. Cap. XVIII.



Ioan.11. PRAEDICTO itaque miraculo de reſuſcitatione Lazari publicato, pontifices qui erant maioris authoritatis, & magis literati & Phariſæi, qui uidebantur præ alijs religioſi: ex quibus factum eorum grauius erat: moti ſunt ad tractandum publicè de morte Chriſti ex ira & inuidia quam de fama & gloria eius habebant: & ad hoc faciendum, *collegerunt conſilium*: ſabbato mox ſequẽti, *aduerſus Ieſum*: timentes ſi dimitterent eum ſic uiuentem, & ſigna talia facientem, per ipſum amittere & locum & gẽtem, eo quòd omnis turba poſt eum iret: eiq; crederet & ipſa ſacra eorum & uana & abolenda eſſe doceret. Concilium à conciliando eſt dictum, quia conciliati & congregati erant in unum malum conſenſum. Et hoc erat primum concilium, quod habuerunt contra Ieſum. Prius quidem quęrebant eum interficere, nunc autem ſententiam firmauerunt, & quærentes concilium, apertè de morte eius tractauerunt. Videbant enim Chriſtum à populo tanquam regem honorari: & quia mandatum Romanorum erat, ut nullus niſi per eos deberet rex nominari. Omnis enim qui ſe regem facit, contradicit Cæſari: ideo timebant quòd ſi Chriſtum tanquam regem haberent, Romani ipſos rebelles reputarent, & uenientes contra eos ciuitatem & locum deſtruerent. Vel timebant etiam, ne ſi Chriſti doctrina procederet: templum & uniuerſa religio, ac reuerentia eius utilipẽderetur, & Iudæi nullius momenti fierent: & ideo Romani ciuitatem eis auferrent, eosq; in ſeruitute diſpergerent. Vel certè timebant, ne ſi omnes in Chriſtum crederent, nemo remaneret qui aduerſus Romanos ciuitatem, templumque defenderet: quoniam contra ipſum templum, & contra ſuas paternas leges doctrinam Chriſti eſſe ſentiebant. Pontifices & Phariſæi ſibi conſulebant, nec tamen credere uolebant. Plus enim perditi homines cogitabant quomodo alteri, ſcilicet Chriſto, nocerent ut perderent: quàm quomodo ſibi conſulerent ne perirent. Timebant & conſulebant. *Sed trepidauerunt timore, ubi non erat timor*. Si enim Chriſto credidiſſent: ſi eum non occidiſſent: nec locum, nec gentem amiſiſſent. Sed quia Chriſtum occidere non timuerunt: & locum, & gentem perdiderunt. Nam & Romani poſt Domini paſſionem, & glorificationem, tulerant eis locum, & gentem: expugnando, occidendo, & transferendo. Temporalia perdere timuerunt, & æternæ non cogitauerunt, & ſic utranque amiſerunt. Quæ ut fugituri egerunt: hæc, quia egerunt, non effugerunt. Quid uobis profuit ò inſani Iudæi, quòd tantũ ſcelus commiſiſtis? Nunquid quia Chriſto Domino, ut docuit, ſeruire noluiſtis: ideo Domino caruiſtis? Dum enim illi ſeruiunt reges, quibus uos ſeruitis: facti eſtis mali ſerui bonorum ſeruorum Chriſti. Per quos conterit contumaciam ueſtram, per ipſos diſſipat conſilia ueſtra, per ipſos retribuit ſcelera ueſtra in capita ueſtra. Ipſe autem Dominus quem interemiſtis, non uos ſeruos, ſed liberos eſſe cupiebat: quando dicebat, *ſi uos filius liberauerit, uere liberi eritis*. Vos autem Dominum Deum regem & ipſam ueram libertatem non ſolum repudiaſtis: verumetiam negare cupientes clamaſtis, *Non habemus regem niſi Cæſarem*. Conſidera quot ſunt hodie homines, etiam religioſum habitum geſtãtes, qui Iudæos imitando, temporalia perdere metuunt: & æterna non attendunt, ſic quòd utraque non immeritò amittunt. Sũt enim plerique etiam religioſi qui temporalia quandoque minus iuſtè & obliquè acquirentes, uel ſic acquiſita poſſidentes, ea dimittere trepidãt, & pro his æterna amittere nõ formidant. Et quia nunc cum Iudæis tenebras diligunt interiores, ſcilicet culpæ: ideo tunc cum eis in tenebras mittẽtur exteriores, ſcilicet gehẽnæ. Religioſus ergo cupidus, vel vanus, eſt lamẽtabilis: quia miſerabilior eſt quodãmodo omnibus creaturis, ſcilicet carens Deo & mundo. Tunc Caiphas, quia pontifex fuit, quid eis faciendum erat decreuit, & propter authoritatem officij locutus eſt, dicens: *Expedit ut unus* homo, etiam ſi bonus & iuſtus eſſet, *pro populo moriatur*, & populi conſeruatione, *& non tota gens pereat*. ſi ille in uita maneat: quia bonum commune magis eſt eligendum, quàm particulare. Hic patet manifeſtè quòd paſsio inuidiæ & liuoris contra Ieſum, & paſsio timoris perdendi gentem & locum, ſubuertebat in eis rationis iudicium: quia in nullo caſu licitum eſt interficere innocentem & iuſtum: per hoc enim non procuratur, ſed magis deſtruitur commune bonum. Propter quod iudicio Dei illud malum, quod credebant per mortem Chriſti euadere, ſcilicet deſtructionem loci & gentis, hoc per mortem Chriſti incurrerunt: quia in pœnã huius peccati Romani locum & gentẽ deſtruxerunt, quod per Tytum & Veſpeſianum anno quadrageſimo ſecundo, poſt paſsionem Chriſti, eſt factum. Prophetizauit autem Caiphas utilem humano generi mortem Chriſti, licet neſciens. Quamuis enim eſſet intentio Caiphæ dare ſolummodo conſilium de morte Chriſti, pro temporalis periculi euaſione circa populum Iudæorum: tamen verbum ſuum ſic ſonabat, ꝙ Chriſtus erat moriturus pro gẽte & populo: et quod ſic protulit fuit prophetia quodammodo de futuro, quòd Chriſtus erat moriturus pro ſalute ſpirituali, non ſolum Iudæorum, ſed etiam omnium gentium, qui crediturí erant in ipſum, & per fidem congregandi. Vnde Theophilus: Hoc ipſe quidem praua dixit intentione: ſed tamen ſpiritusſancti gratia ore eius vſa eſt ad futuri præſagium. Hæc Theophilus. Non tamen ſequitur, ꝙ quicunq; prophetat ſit propheta: nam quandoque alicui cõceditur actus alicuius rei, cùm tamen conditio ei non conceditur. Vnde Origenes: Non quicũq; propheta eſt: ſicut nõ quicunq; ius proſequitur iuſtus eſt. ſq; facit aliquod opus propter humanam gloriam. Hæc Origenes. Expediens autem & neceſſariũ fuit Chriſtum pro nobis pati & mori,

Cæcilium.

Timor Phariſæorum.

Pſal.13.

Ioan.8.

Ioan.19.c Religioſi fiãt.

Caiphæ prophetia.

Origenes tomo 30. & Ioannem. Expediuit Chriſtum mori, tripliciter.

mori, ratione triplici. Primò, ad oſtendendum circa nos iudicium diuinæ dignationis & pietatis. Secundò, ad exoluendum precium noſtræ redemptionis: quod fuit precioſus immaculati Ieſu Chriſti ſanguis. Tertiò, ad præbendum exemplum noſtræ imitationis, ut ſequamur ueſtigia eius. Inſuper & alia ratione triplici expediebat Chriſtum mori. Primò, q̃a homo mortuus erat: & ideo expediebat, ut Chriſtus mortem noſtram deſtrueret, & hominẽ uiuificaret. Erat autem homo mortuus quadruplici morte. ſ. naturæ, culpæ, gehennæ, & ex priuatione uiſionis diuinæ. Primam deſtruxit, per ſuam glorioſam reſurrectionem. Secundam, per ſui ſanguinis effuſionẽ. Tertiam, per inferni expoliationem. Quartam, per ſuæ uiſionis reſtitutionẽ. Secundò, quia homo erat perditus: ideo expediebat ut Chriſtus ad nos ueniret, ac mortem ſubiret, & ſic hominem perditum inueniret. Tertiò, quia homo erat à Deo diuiſus & diſperſus: ideo expediebat ut Chriſtus homines in unum congregaret, & ad Deum reuocaret. Caiphas ergo prophetizauit quidẽ. i. uerba prophetiæ protulit: nec tamen erat propheta: quia inſpirationem prophetiam non accepit, & donum prophetiæ non habuit, ſicut & Balaam. Vnde ſecundum Auguſtinum: Docemur etiam homines malos prophetiæ ſpiritu futura prædicere, quod tamen euangeliſta diuino tribuit ſacramento. i. uirtuti ipſius ſacramenti. ſ. ſummi ſacerdotij, quia Caiphas non à ſemetipſo hoc dixit, ſed cũ eſſet pontifex. i. ſummus ſacerdos anni illius, & miniſterium habens in manibus, non meritis ſuis prophetizauit & ſpiritu Dei locutus eſt, quia ipſo ignorante dictum propheticum protulit non ratione meriti ſui, ſed dignitatis officij: & fortè unctio pontificalis contulit ei quendã ſenſum prophetandi. Vnde Chryſoſtomus: Vide autem quanta Spiritusſancti uirtus eſt: à mente enim mala ualuit uerba proferre prophetiæ. Vide etiam quanta eſt pontificalis uirtus poteſtatis. Pontifex enim effectus, etſi indignus exiſtens prophetauit, neſciens quid diceret. Ore enim ſolum uſa eſt gratia, contaminatum cor non contigit. Hæc Chryſoſto. Ob quam authoritatem ſolum credimus malum prælatum exaudiri: & fortè, quia præco eccleſiæ eſt, & in eius uoce dicit, Oremus: cùm multæ authoritates faciant in contrarium: ut illa, qui ſuis premitur, aliena non diluit: & huiuſmodi. Dicitur autem Caiphas fuiſſe pontifex anni illius: quia licet Deus conſtituerit ſummum ſacerdotem unũ, cui mortuo unus ſuccederet: per ambitionem tamen poſtea euenit vt plures eſſent, & per annos ſingulos ſuis uicibus miniſtrarent. *Ab illo ergo die*, quaſi utili accepto cõſilio *cogitauerunt* magis diffinitè quàm prius, ut Chriſtum quàm citius poſſent interficerent: & dicentes, ut inuentus duceretur in Hieruſalem: licet enim ante habuiſſent inſtinctum & uoluntatem interficẽdi ipſum: tamen ex conſilio Caiphæ diffinierunt firmo proposito hoc quàm citius poſſent adimplere. O prauum conſilium, ò peſsimi duces populi, ò conſiliarij nequiſsimi. Quid agitis miſeri? Quid uos furor exagitat tantus? Quæ ordinatio eſt hæc? quod propoſitum? quæ cauſa accuſationis Domini noſtri Ieſu Chriſti? Nonne ipſe in medio ueſtrum eſt, quẽ tamẽ neſcitis: & intelligit omnia uerba ueſtra, & ſcrutatur renes & corda? Sed ſic fieri oportet ut delibera ſtis, quia tradidit eum pater ſuus in manibus ueſtris. Quia ergo Ieſus iam deſtinatus erat morti: ideo ab ipſo ſabbato, quo concilium collegerũt, inchoamus memoriam dominicæ paſsionis in diuino officio: maximè in hymnis: & ſubticemus gloria patri in introitu miſſæ, & reſponſorijs: & quaſi poſt horam eiuſdem conſilii publicum luctum incipiens eccleſia, & ſuo compatiens Domino ſicut membra capiti, ex tunc quaſi lugendo recitat uexillum regis, myſteriũ crucis, clauos & lanceam perforati corporis, & his ſimilia uſque ad diem paſsionis, nõdum tamen plenè, quia nondum traditus erat Dominus in laniſtarum manus. Vnde dominicam & hebdomadam illam de paſsione Domini appellamus. Diuulgatum autem fuit iſtud conſilium de occiſione Chriſti habitum.

Sed ſapiens Dominus uolens dare locum iræ: & etiã quia nondum erant omnia completa, necdum uenerat hora eius qua tradendus erat, & crucifigendus: poſt concilium cautius ſe obſeruans, palàm apud eos ambulare deſiit, neque ad aliquam ciuitatem populoſam abijt, ſed in regionem iuxta deſertum, ubi pauci de Iudæis erant, & non frequentia inſidiantiũ in ciuitatem Effrem, quæ erat parua & parum populoſa, ac magis ſecreta: & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis, uſque ad tempus ſuæ paſsioni propinquum. Sed ſtetit ibi paucis diebus, cum ipſis diſcipulis, ſe occultans ad tempus. Vbi Chryſoſt. Ipſi autem quando omnes lætabantur, & feſtum celebrabant, tũc occultantur & in periculis ſunt: ſed tamen permanebãt cum eo. Secundum illud: *Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis*. Et ſic fugit Dominus ante faciem nequiſsimorum ſeruorum: & hoc non fecit propter potentiæ defectum, ſed ut aliis daret uiuendi exemplum. Vnde Auguſtinus: Non quia potentia eius defecerat, in qua ſi uellet, palàm cum Iudæis conuerſaretur, & nihil ei faceret: ſed exemplum diſcipulis demonſtrabat, in quo appareret nõ eſſe peccatum, ſi fideles eius oculus perſequentium ſe ſubtraherent, & furorem ſceleratorũ latendo potius euitarent, quàm ſe oſtendendo magis accenderent. Secundum Origenem: Honeſtum & laudabile eſt imminente iam periculo & agone confitendi Ieſum, non euitare confeſsionem, nec recuſare ſubire mortem gratia ueritatis. Sed nullus debet tradere occaſionem tantæ tentationi: & hoc propter duas rationes. Primò, quia ualde præſumptuoſum eſt periculis ſe ingẽrere, propter inexperientiã propriæ uirtutis, quæ & quandoque fragilis inuenitur: & propter futuri euentus incertitudinem. Secundò, ne nos ingerentes perſecutoribus occaſionem præſtemus eis, ut magis impij & noxij fiant, & nos de eorũ delicto demus reſponſum, & ſuamus pœnas. *Proximum autem erat paſcha Iudæorum*. Hoc ſubditur, ad oſtendendum quòd Chriſtus paruo tempore in ciuitate ſe occultauit, quia ante paſcha in Hieruſalem uenit. *Et aſcenderunt multi de regione Hieroſolymam ante paſcha, ut ſanctificarẽt & mundarent ſeipſos* orationibus & ſacrificijs ante feſtum, ad digne comedendum agnum paſchalem, quem nullus comedere debebat, niſi mundus. Præceperat enim Dominus per Moyſen, ut undique de tota Iudæa conuenirent ante paſcha in Hieruſalem: & ibi ſecundum legẽ ante eſum agni paſchalis ſe mũdarẽt, ut ſic purificati, ſolẽnitati & eſui agni mundi intereſſent. Vnde Theoph. Aſcenderunt autem ante paſcha ut purgarentur: quoniam quicunque peccauerant, paſcha nõ celebrabant, niſi prius expiarentur balneationibus & ieiunijs, ac raſura: quinetiam quaſdam deputatas oblationes offerẽdo. Hæc Theophilus. Vbi informantur qui debent communicare: quia confeſsione, oratione, & ieiunio ante debent purificari. Si enim hoc fiebat de agno figurali:

Mors quadruplex.

Nume.22. Auguſtin. tract.49. in Ioannẽ.

Pontificali uirtus.

Conſilium prauum.

Chryſoſto. hom.49.in Ioannem.

Luc.22.c. Fuga Domini.

Auguſtin. tract.49 in Ioannẽ.

Origenes tom.31.in Ioannem.

Cõmunicaturi quid agere debeant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

figurali: multomagis se debet homo sanctificare bonis operibus ad dignè recipiendum uerum agnum, immaculatum corpus Christi. Sed Iudæi obliti suæ sanctificationis, tractabãt de nece ueri agni: & ipsum agnum ad immolandum quærebant in ipso loco orationis, festo sanguinem innocentem miscere cogitantes. Vnde Chrysostomus: Hi uenerant in exterioribus se mundare, & in interioribus per homicidium & sanguinem se coinquinare. Insidiabantur ei, & tẽpus festi tempus faciebant ocisionis. Hæc Chrysostomus. *Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur adinuicem in templo stantes: Quid putatis, quia non uenit ad diem festum?* quia enim mirabantur q̃ in tanta congregatione ad docendum non uenerat: ideo quærebant non quidem bene & ad honorandum, sed malè & ad occidendum. Sed est notandum, quod quando est dies festus, & agitur sanctè, semper Dominus est in die festo: secũdum illud: *Vbi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo*, in medio eorum sum: & ideo nos congregati in domo Dei, quæramus Iesum, mutuò nos consolando, & exorando ut ad diẽ festum nostrum ueniat, & nos sua præsentia sanctificet: quando uerò non rectè agitur festum, tunc nõ uenit Iesus secundum illud Esaiæ, *Festiuitates uestras non feram*. Et subdit euangelista, quasi respondens quæstioni eorum, *Dederant enim Pontifices & Pharisæi mandatum, ut si quis cognouerit, ubi sit Iesus, indicet* potestati publicæ, *ut apprehenderent eum*, scilicet ministri potestatis ad occidendum: propter hoc enim ab eis, sicut ab ingratis & obstinatis recesserat, usque ad tempus quòd suæ passioni dispositum erat. Sed, ut ait Augustinus: Nos qui scimus ubi Christus est, quia ad dexteram Dei patris indicemus Iudeis, ut sic utinam apprehendant eum per fidem. Conspice igitur prædictos nepharios in suo concilio pessimo æstuantes, & Dominum Iesum ac discipulos tanquam pauperes, & imbecilles recedentes. Quid tunc putas Magdalenam dixisse? Sed & qualis animi mater Domini Iesu erat, cùm sic eum recedere uideret, & audiret causam quare, quia scilicet eum occidere uolebant? Potes hic meditari dominam & sorores eius, tunc cum Magdalena remansisse, & Dominum Iesum eas omnes de cita sua conuersione, tunc consolatum fuisse. Considera nunc quomodo Dominus suos aduersarios, quos solo nutu perdere poterat tanquam imbecilles, recedendo declinabat: nec se saltem uerbis excusando defendebat, ac eius mansuetudinem & humilitatem imitando omnem depone amaritudinem & furorem, quia sic & corporis & animæ habebis requiem.

Chrysost. hom. 64 in Ioannem.

Matt. 18.

Esaiæ 1.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, magni consilij angele, qui concilium malignantium contra te fieri permisisti: nec illis resistere per potentiam, sed magis cedere per patientiam uoluisti: ne derelinquas me in errante iudicio, aut noxio consilio mei arbitrij uel hominum, neque in potestate aut tentatione dæmonum: sed tuipse clementer me intus & foris dispone & rege, ac dirige in uiam salutis æternæ. Da mihi Domine ut quicquid contra me diabolicæ aut humanæ moliuntur aduersitates redigantur ad nihilum, ut illæsus & de omni periculo ereptus, lætus tibi referam actiones gratiarum. Amen.*

A *De decem leprosis, à Domino curatis. Cap. XIX.*

B 

ECTVM *est autem cùm complerentur & appropinquarent dies assumptionis* Domini Iesu, id est à mundo ad patrem, per passionem & mortem, non diuertit, sed *firmauit faciem suam*, id est uoluntatem (nam per faciem designatur animi uoluntas) in locum passionis, & *ut iret in Hierusalem*, quia ibi oportebat uerum agnum immolari, ubi figuralis agnus solebat offerri. Assumptionem Iesu dixit Lucas, non solum secundum tempus quo assumi debebat per passionem de hoc mundo ad patrem, quia oportuit pati Christũ, & ita intrare in gloriam suam: sed etiam secundum præceptum de agno paschali, qui decimo die mensis primi assumebatur de grege, & ad domum inferebatur & seruabatur usque ad uesperam quartidecimi diei, & tunc immolabatur. In hunc modum Christus decima die, id est ramis palmarum: uenit ad locum passionis, scilicet in Hierusalem: ubi tanquam uerus agnus erat pro nobis immolandus: manstitque ibi & circa, usque dum passus est, ut sic ueritas figuræ responderet. Ex quo patet quòd tempus suæ passionis præuidit quasi Deus, & quòd spontaneè non coactè est passus: unde *firmauit*, id est non leuiter uoluit, sed firmiter & constanter disposuit, *ut iret in Hierusalem*, ad sustinendum mortem, ut ostenderet se sponte passurum & suo exẽplo discipulos animaret ad passionem. Sic & tu omne opus bonum, firmus & stabilis debes assumere, nec propter tentationes ab eo dimittere. Instante ergo tempore passionis, quo transmigraturus erat de mundo ad patrẽ præstat dorsum Galilææ, & faciem in Hierusalem conuertit, ac firmata & imperterrita mente locũ quo pati decreuerat petit. Non huc & illuc ibat: sed iter uersus Hierusalem tenebat. Vnde qui superius pluries excitauit, & hortatus est discipulos & alios ad martyrium, & sui sequelam, uerbo: hîc hoc idem facit facto, eos tanquam magister & ductor præcedẽs, & quasi facto suo, dicens: *Si quis uult post me uenire abneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me.* Appropinquante ergo tẽpore passionis suæ Dominus Iesus, qui pluries fugerat, incipit reuerti. Sicut enim in superioribus ad nostram instructionem usus est prudentia, ostendens quòd pro loco & tempore furorem persequentium, cautè debemus declinare: ita nunc utitur fortitudine: quia debito tempore imminente sponte redijt ut se passioni offerret, & in

Luc. 9. & 17.

Assumptio Christi.

C

D

E

in manibus persequentem traderet. Sic aliàs fuit usus temperantia, cùm fugit honorem quando turbæ uoluerunt eum facere regem, & econtrariò fuit usus iustitia, cùm uoluit tanquam rex honorari quando populus cum ramis arborum occurrit eidem. Satis tamen modestè eũdem honorem uoluit, & ideo asellum ascendit. Istis igitur quatuor uirtutibus usus est Dominus uirtutum propter nostram instructionem, à quibus omnes aliæ uirtutes morales descendunt & deriuantur: propter quod cardinales ac principales esse dicuntur. Non ergo æstimandus est fuisse inconstans uel uarius, sicut nec aliquis alius qui secundum diuersos casus in diuersis se exercet uirtutibus. *Et factum est, dum* pascha celebraturus *iret in Hierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam*. Samaria erat terra gentium, Galilæa Iudæorum. Et ideo Christus uadens ad passionẽ, transit per Gentes & Iudæos, dans intelligere quòd fructus suæ passionis in omnes erat futurus, atq; fides nominis eius post mortẽ & Iudæos & Gentiles unũ debebat efficere populum. Quia ergo erat discordia inter Iudæos & Samaritanos, ipse inter utrosq; & per medium utriusque terræ transiit, ut tanquam mediator eos pacificaret, qui ad saluandos Gentiles & Iudæos uenerat. *Et* in gressu cuiusdam castelli in terminis Samariæ: *occurrerunt ei decem uiri leprosi*, quia audierant famam de mirabilibus Christi. In ingressu urbis, & tamen ante ingressum occurrerunt ei: quia ritu legis Mosaicæ quasi immundi erant ab urbibus & oppidis exclusi, nec poterant cum alijs commorari. Conuersabantur autem adinuicem, quia communitas passionis fecerat eos unanimes: & præstolabantur simul transitum Iesu solliciti donec aduenientem eum uiderent. *Qui steterunt à longè* tum propter Christi reuerentiam, tum quia non debebant appropinquare hominibus, ne eos inficerent eo quod lex Iudæorum lepram immundam non tangendam iudicat. Lex euangelica lepram non extremam, sed internam, esse immundam affirmat. Et secundum Theophilum: A longè stant, quasi uerecundantes de immunditia: putabant enim quòd Christus eos quemadmodum alij fastidiret. Sic ergo abstiterunt loco, sed facti sunt proximi deprecando: propè enim est dominus omnibus inuocantibus eum in ueritate. *Et leuauerunt uocem suam* ex magnitudine affectionis, & magno desiderio sanitatis, & clamauerunt, *dicentes: Iesu præceptor miserere nostri*, quia solo præcepto & uerbo potes nos curare. Si Iesus, ergo uult: si præceptor, ergo potest: si misericordiam inuocant, ergo se miseros & iudigentes ostendunt: & sic petitio fuit digna, & ex parte petentium, quia miserandi: & ex parte eius à quo petebatur, quia Iesus uolens, & præceptor potens: secundum Titum, Dicunt nomen Iesu, & lucrifaciunt rem. Nam Iesus interpretatur saluator. unde sequitur. *Quos ut uidit* benignitatis & compassionis & misericordiæ oculis: *dixit: Ite ostendite uos sacerdotibus*. Lex enim præcepit, ut emundatià lepra sacerdotibus se præsentarent: non ut sacerdotes eos mundarent, sed ut eos mundos esse iudicarent, & ut mundati pro sua emundatione sacrificium in lege determinatum offerrent. *Et dum irent*, ut sacerdotibus se demonstrarent, *mundati sunt* ex fide & obedientia ad Christũ, meritoriè de congruo, sed diuina uirtute effectiuè. Quatuor ex causis mundati sunt, antequam ad sacerdotes peruenirent. Primò, quia Christus nouerat sacerdotum superbiam: contempsissent enim eos

Psal. 144. 4.

A aspicere: ne ergo scandalizarentur, præuenit eos sanare. Secundò, bonum obedientiæ eorum hoc meruit. Tertiò, hoc meruit eorum fides. Quartò, uoluit ostendere quòd non uirtute legis, aut sacerdotũ erant mundati, sed Dei imperio. *Vnus autem* eorum qui Samaritanus & Gentilis erat, *ut se mundatum uidit* suam sanationem uirtuti Christi deputans: *rediit cum magna uoce Deum* ex fidei & deuotionis magnitudine *magnificans*: & tanquam gratus beneficiũ recognoscens, *cecidit* per humilitatem *in faciem ante pedes Iesu*, per deuotionem ei reuerentiam exhibens, *et adorauit eum*, gratias pro beneficio accepto sibi *agẽs*. Vbi exprimitur fides eius & deuotio, ac beneuolentia, & grandis affectio. Dedit autem ei fiduciam appropinquandi Domino iam susceptа purgatio. Cæteri uerò qui Iudæi erant permanserunt ingrati, nec ad agendum gratias sunt reuersi: quia decepti à sacerdotibus quibus se repræsentauerunt, quiq́ue doctrinæ Christi & miraculis detrahebant, secundum eorum informationem attribuerunt suam sanationem obseruantiæ legis, cùm se sacerdotibus ostendebant, & non uirtuti Christi, licet à principio fideliter & deuotè petiuissent ab eo sanari. *Et dixit Iesus: Nonne decem mundati sunt, & nouem ubi sunt?* Non interrogat Dominus quasi nescies, sed ingratos quærit quasi ignorans, & de eorum ingratitudine dolens: & eos requirendo ostendit sibi ignotos, id est reprobatos.

B

C Sicut enim ingratus nõ recognoscit Dei beneficium, ita nec Deus notitia approbationis recognoscit ipsum: recognoscentem uerò se recognoscit & ipse. Vnde Beda & meritò eos saluator, quasi ignotos ubi sunt inquirit. Scire enim Dei, eligere: nescire, reprobare est. Hæc Beda. Magis autem dolendum est de eo, qui aliquam incurrit ingratitudinis culpã, quàm de beneficio perdito. Et ideo quasi plangendo subditur: *Non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena*: alterius, scilicet gentis, qui non erat de Iudæis. Et hoc dictum est uel à Christo, & tunc erant uerba quasi lamentantis: uel dictũ est ab euangelista in confusionem Iudæorum, qui non sunt reuersi ad Christum. Et nota quòd in hoc quòd iste alienigena redijt: & alij, qui erant Israelitæ, reditum neglexerunt: præfigurata fuit uocatio & fides Gentilium, qui uenturi deuotè erant ad fidem Christi, ac repudiatio & perfidia Iudæorum, qui in suo errore erant remansuri. Dominus autem & in his & in omnibus quos sanauit in corpore, sanauit & in anima: & hi postquam fuerunt sanati in corpore, & iustificati in anima, ac boni facti: postea corruerunt à gratia, & facti sunt mali & ingrati. Deinde eorum ingratitudinem magis confutat: dũ alienigenam, qui redierat, laudando commendat: quia enim humiliter ante Deum infirmitatem suã cognouit: ideo Dominus consolans eum, dixit: *Surge*, scilicet, à peccato in quo iacuisti cessando, *& uade* de uirtute in uirtutem, in cõuersione quam incepisti proficiendo: *quia fides tua*, qua intellectum Deo subdidisti, *te saluum fecit*: & ad salutem non solum corporis, sed & animæ reduxit: quia ipsa est initium iustificationis, & dat fiduciam regni cœlestis. Vbi Beda: Si autem fides saluũ fecit eum qui se ad agendas saluatori gratias inclinauit: ergo pfidia perdidit eos qui de acceptis beneficijs Deo gloriã dare neglexerunt. Mysticè per lepr. n, quæ est corruptio carnis, signatur peccatum mortale, quod est corruptio animæ. Primò quia communiter in lepra uox efficitur inualida: sic in peccatore uox est inualida: Deus peccatores non audit,

D

E

Beda. Scire & nescire Dei

Beda in c. 9. Lucæ. Lepra peccatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

audit, & cum multiplicant orationem non exaudit. Secundò, quia in leproso copore multa ulcera minuta, dura & rotunda cresèunt: sic in corde peccatoris multæ compunctiones & anxietates diuersorum peccatorum & circunstantiarum consurgunt: minuùt semper affectionem hominis ad Deum, & reddunt hominem durum & rebellẽ Deo & eius mandatis, & per hoc siunt corda hominum peccatorum rotunda & ductilia, scilicet ad uolũtatem diaboli. Tertiò, quia eorũ anhelitus corrũpitur, & eius fœtore sępius alij inficiuntur: sic operatio & cõuersatio peccatoris ita est corrupta, quòd conuersantes infirmantur ex uitioso eorum conuictu. Quartò quia lepra quanto studiosius reprimitur, tanto plus turpior postea ebullit: sic peccatum quanto plus occultatur, tãto fortius crescit: & ideo turpius apparebit. Per denarium uerò numerum uniuersitas significatur: numeri nanque sequentes usque ad centum sunt ipsius & partium eius replicationes, & sic consequenter per decem leprosos occurrẽtes Christo, significatur uniuersitas peccatorum penitentium. Vel leprosi signãt eos qui peccant contra decem præcepta decalogi, varietate peccatorum, quasi maculis lepræ distincti & respersi. Valde deterior est lepra animæ, quàm lepra corporis: quia peior est corruptio spiritus, quàm carnis. Debet autem peccator uolens sanari, & à peccatorum lepra curari, eo modo se habere quo se habuerunt illi leprosi. Primò itaque uenire debet ad Iesum per fidem: non enim abhorret pius Dominus aspicere maculam lepræ nostræ, qui pro nobis in cruce uelut leprosus reputatus est. Secundò debet stare, surgendo à peccatis, & cessando ab eis. Tertiò debet stare à longè, suam uilitatem humiliter considerando, & ualde erubescendo. Quartò, debet leuare uocem. s. de profundo corde in contritionis uerba prorumpendo, & peccata sua nõ aliena cõfitẽdo. Quintò, debet dicere Iesu præceptor, Dei misericordiã implorãdo: quæ maximè est peccatoribus opportuna. In hoc autẽ q; Dñs videns leprosos, dixit eis: *ite ostendite uos sacerdotibus*, manifestè à Domino Iesu confessio præcipitur, per quam lepra interior saluti ostenditur. Ac si eis diceret: Ite à cõtritione ad cõfessionẽ: ostendite uos sacerdotibus. Quia licet peccata remittantur in cõtritione, dicente Propheta: *Dixi*. i. firmiter statui, *confitebor, & tu remisisti mihi*: tñ tenetur homo ea cõfiteri. Vnde *dum irent mundati sunt* in uia: quia Deus uirtute cõtritionis peccatorẽ mundat iterius, priusquã à sacerdote absoluatur exterius: & nihilominus se sacerdotibus ostẽderunt. Sic & tu, si habes maculã lepræ ex aliquo crimine, dũ uidente te Domino oculis misericordiæ, uadis ostẽdere te sacerdoti per confessionẽ uocis, obuiat ipsa salus, & sanaberis à lepra transactæ iniquitatis. Non tamen idcirco omittas te offerre illis, quorũ iudicio mundus habeberis: alioquin ex contemptu & negligentia immundus remanebis. Vnus autem qui redijt, uniuersalis Ecclesiæ unitatẽ, seu illos qui in unitate Ecclesię sunt designat, quæ pro beneficio gratiæ, grates referre non cessat: nouem uerò qui remãserunt, illos qui extrà sunt exprimunt: seu qui post acceptã remissionẽ criminum à perfectione decalogi, per unitatẽ subtractam deficiendo, grates pro gratia reddere contẽnunt. Decẽ igitur mundãtur, sed unus gratias refert: quia multi in confessione mundantur, sed non omnes Dominum laudant. Qui enim tanquam canes reuertuntur ad uomitum, hi sunt nonem qui post adeptam sanitatem, non laudabant Dominum. Et quia pauci sunt respectiuè qui grati sunt de beneficijs largitatis diuinæ, & remanẽt in reparata sanitate: ideo tñ unus reuertitur dans gloriã Deo. Deo. n. gloriã dare, est pcepta peccati sui curatione in bonis operibus perseuerare. Et hic est Samaritanus, q; interpretatur custos: nã illi sunt grati Deo, qui se custodiũt à peccati recidiua. Et est alienigena, dicẽs cũ Apostolo, non habemus hic manentem ciuitatem, sed futurã inquirimus. Hinc colligitur, quia hi qui deberẽt esse magis grati Domino & familiares, ut literati, prælati & diuites, quibus scientiam dedit, uel opes: magis sunt ei ingrati: seseque elongant ab eo, nec referunt ei beneficia sicut simplices & pauperes, quibus tot bona non contulit: quasi diceret: *Labia nostra & diuitiæ à nobis sunt, quis noster Dominus est?* Ipse autem unus gratias agendo in faciem cecidit, quia sola unitas Ecclesiæ cadit in faciem adorans. Inde est quòd quandoque prostrati oramus, ubi quatuor prærendimus: infirmitatem corporis, quia de puluere sumpti sumus: infirmitatem animi, quia casum ex nobis, non erectionem à nobis, sed à Deo habemus erubescentiam de malis, quia præ multitudine peccatorũ oculos ad cœlum leuare non audemus: prudentiam, quia in faciem cadimus, & uidemus ubi cadimus. i. q; in terrenis affigimur. Quandoque uerò flexis genibus ut Salomon, sed erecto capite & eleuata facie oramus, quasi dicẽtes pro desiderio patriæ, trahe me post te. Quandoque autẽ stantes oramus, nos spem in cœlestibus habere designantes, & quasi dicentes, nostra conuersatio in cœlis est: & illud, in domũ Domini lætantes ibimus. In primo ergo exprimimus conditionem nostram: in secundo, desiderium: in tertio, spem. In memoria quoque resurrectionis dominicæ tempore Paschali & diebus dominicis, exemplo sanctarum mulierum, inclinatis in terram uultibus oramus, nos terram & puluerem esse cum Abraham recolentes. Vnus ergo reuersus in faciem ad pedes Iesu cecidit, ac nobis humilitatis, & pœnitentiæ exemplum ostendit. Vnde secundum Bedam: In faciem cadit, qui de perpetratis malis erubescit. Ibi enim homo cadit, ibi confunditur. Qui in faciem cadit, uidet quò cadat: qui retrò, lapsum suum non uidet. Boni ergo faciem cadunt, quia humiliant se in his uisibilibus, ut ad inuisibilia erigantur. Mali retrò cadunt, quia cadunt in inuisibilibus, ubi modo non uident, quid eos tunc sequatur. Ad pedes etiã Iesu cadit, & gratias agit, qui se ad percipienda Dei beneficia humiliat, qui nihil sibi uirtutis attribuit, qui bona quæ habet, de misericordia Dei se habere intelligit. Et secundum eundem, qui deuotus ante Dominum cecidit, surgere & ire præcipitur: quia qui infirmitatem suam agnoscens humiliter iacet per diuini uerbi cõsolationem surgere ad fortia opera, & crescentibus quotidie meritis ad perfectionem passim proficere iubetur. Hũc autem fides saluum facit, quæ ad gratias agendas inclinat: & econtra perfidia illos damnat; qui de acceptis beneficijs ingrati sunt, & Deo dare gloriã negligunt. In hoc ergo capitulo ingrati de beneficijs reprehenduntur à Dño. Multũ est laudabilis uirtus gratitudo, & ualde acceptabilis Deo gratiarum actio, ac detestabile uitium ingratitudo. Vnde Augustinus: Quid melius animo geramus? aut ore promamus, aut calamo exprimamus, quàm ut Deo gratias agamus? Hoc nec dici breuius, nec agi fructuosius potest. Et iterum: Scio quòd ingratitudo displiceat tibi, quæ radix est totius mali spiritualis, & uentus urens & exiccans omne bonũ: obstruens

Denarius numerus.

Lepra anima.

Psal. 31.

Gloriam Deo dare.

Bernardus ser. 31. in cantica.

Idem ibid.

Chrysost. hom. 2. in epist. ad Ephes.

Cant. 1. a.

Philip. 3. d Psal. 121. a.

August. in soliloq.

obstruens fontem diuinæ misericordiæ super hominem, qua & mala mortua iam reoriuntur, ne ultrà bona adipiscantur. Vnde & Bernardus: Dignũ est semper gratias agere, quia Deus nunquam cessat benefacere. Et iterum: Disce in referendo gratiam non esse tardus aut segnis, disce ad singula dona gratias, agere. Diligenter, inquit, considera, quę tibi apponuntur, ut nulla uidelicet Dei dona debita gratiarum actione frustrentur: non grandia, non mediocria, non pusilla. Denique iubemur colligere fragmenta ne pereant: id est, nec minima beneficia obliuiscamur. Nunquid non perit quod donatur ingrato? Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, uirtutum disipatio, bonorum dispersio, beneficiorum perditio. Ingratitudo est uentus urens & siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ. Qualis uerò debeat esse gratiarum actio: docet idem Bernardus dicens: Non tantũ uerbo & lingua, sed opere & uirtute exhibeamus nosmetipsos gratos: non enim gratiarum dictionem, sed gratiarum actionẽ exigit à nobis Dominus Deus noster. Vnde etiam Chrysostomus: Agamus igitur ei iuges gratias: & non modo uerbis hoc nostris, uerumetiam operibus nostris, imò ipsius principaliter impleamus. Agamus uerò gratias non de propijs tantum, uerumctiam de alienis bonis. Ita enim & inuidiam poterimus extinguere, & alere charitatem. Neque iam illis poteris inuidere, de quorum bonis gratias Deo referendo lætaris. Quid igitur magnum reposcit, qui pro liberalitate in nos sua, solum modo gratos sibi esse nos præcepit? Ingratitudinis autem uitiũ ex arrogantia potissimum gigni sole, tcũ se aliquis dignum esse beneficijs æstimat. Humiliatus uerò atque contritus, non pro bonis solum: sed pro his quæ contraria æstimantur esse, gratiarum actiones mittet Deo: & quodcunque patietur, nihil se dignum æstimabit passum esse. Hæc Chrysostom. Et hæc est magna causa quare Deum non diligimus, quia eius beneficia non recognoscimus. Vnde Hieronymus: Vis scire quare Deum non diligis? quia eius beneficia non recognoscis. Quanto magis in bonitate eius ascendis, tanto plus in amore eius ardescis. Hæc Hieronymus.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, de tua pietate confisus ad te pium medicum, ego quasi leprosus, uarietate peccatorum respersus, confugio ad te fontem misericordiarum: ego immundus maculis uitiorum curro, & supplex te exoro, quatenus digneris meam sanare infirmitatem, lauare fœditatem, & me dirigere ad salutem. Da mihi ut semper beneficia tua in corde habeam, & de uniuersis gratias tibi agam. Sed quia homo mortalis, cinis & puluis, nec unum pro mille gratias referre sufficit: referant tibi grates pro me uirgo Maria, & omnes ciues super cœlestes, atque omnis creatura quæ diuinæ laudis sit materia. Amen.*

De Samaritanis hospitium Domino negantibus. Cap. XX.



VT autem aduentus Domini Iesu non lateret, *misit nuncios suos*, scilicet Iacobum & Ioannem, *ante faciem suam*, in ciuitatẽ Samaritanorum: ut ibidem hospitium & cætera necessaria, quæ non magni constabant, sibi præpararent. Hęc ciuitas Samaria nunc Sebaste dicta, iam peccatis exigentibus, nec unicam habet domum, nisi tantum duas Ecclesias: unam in monte, ubi quõdam fuit regis palatium: secundã in honore sancti Ioannis Baptistę, in qua sepultus fuit inter Abdiã & Hælisęum. Samaritani uerò qui æmulabantur templo Hierosolymitano, & inuidebant euntibus in Hierusalem adorare: quia uidebant Christum cum discipulis habere faciem seu uultum, id est, prætendere similitudinem & signum cunctis in Hierusalem, ad festum paschale, causa orationis faciendæ: ideo eos, ex æmulatione propter locum adorationis, noluerunt hospitio recipere: quia dicebant locum adorationis esse apud eos in monte Garizim, & non in Hierusalẽ. Vnde suprà mulier Samaritana, quasi æmulando dixit Domino: *Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & uos dicitis, quia Hierosolymis locus est in quo oportet adorare.* Item quia ex uestimentis Christi, & discipulorum eius, cognouerunt Samaritani quòd fuerunt Iudæi. Iudæi autem erant Samaritanis odiosi, eo quòd contemnebant eos, nolentes comedere & bibere cũ eis: non enim coutuntur Iudæi Samaritanis, sicut & Hebræi Aegyptijs. Vnde Hierony. Hostili inter se Samaritani: atque Iudæi discordant odio. Videntes itaque Dominum ad hostes suos pergere Samaritæ, cũ recipere noluerunt. Quanquam alia subijciatur intelligentia: quia uoluntas Domini fuerit, non suscipi à Samaritanis: quia festinabat Hierusalem pati, & sanguinem fundere: ne occupatus susceptione Samaritica, & doctrina gentis illius, passionis differret diem, ad quam uenerat sustinendam. Hæc Hieronymus. Sicut autem Domino in Hierusalem tendenti restiterunt Samaritani: sic si mens tua in cœlum tendat, habebis semper qui rixas, odia, & bella gerant: non tamen irrepat uindicta menti tuæ: sed quantum poteris studc utilis esse. Vnde sunt uersus.

Hierusalem ciues, gentes odere sorenses,
Quotquot non recipit mœnibus illa suis.

Si ergo in his quæ secundum Deum operari desideras, aliquos tibi obsistere, seu te impedire uideas, noli contentionibus desæuire: sed te ipsum in te ipso restringe,

Luca 9.

Sebaste.

Samaritani.

Hieronymus quæst. 5. ad Algasiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

restringe,& te cum Deo tuo recollige:sibiq́ dicas, Domine uim patior, respõde pro me. Nec de hoc contristeris:quia nihil possunt nisi quòd Deus scit finaliter pro bono tuo esse expediens:imò quanquam ad præsens non uideas,uidebis finaliter, si tamen patienter portaueris, quòd illud in quo tibi eos impedimentum præstare credebas, erit tibi iuuamen ad tuum propositum exequendum: sicut de Ioseph & multis alijs est factum. Quia secundum Chrysostomum. Si legem Christi custodire uolueris necessitatem quidem nullam, quæ te ab obseruatione eius impediat,aliquando patieris.Si etiam in his quæ secundum Deum desideras,te uideas quodammodo diuinitus impediri,uel per infirmitatẽ, uel quocũq; alio mõ contingente:de hoc nullatenus conturberis,sed totũ æquanamiter feras, & te ex toto illo cõmittas q melius nouit quàm tu ipse,quid tibi expediat: qui te ad se continuè subleuat, dummodo teipsum ex toto illi committas:quamuis fortè hoc ipse nõ uideas. Ad hoc ergo sit totum tuum studium,ut teipsum in pace & cordis tranquillitate possideas: & pro quocunque euentu non doleas,nisi de solo peccato proprio uel alieno:seu etiam de his quæ te inducerent ad peccatum, & quæ possent alienare seu elongare à Deo uel medium facere inter te & ipsum Deum: quæuis enim tibi occurrens aduersitas eius nutu & prouidẽtia geritur,cuius uirtute res creatæ sunt,& in suo esse conseruantur.Cùm igitur tribulatio aduenerit,exi obuiam hospiti tanto, benignè eum recipiendo: & dic corde iocundo: Bene uenerit amica mea tribulatio.Qui enim aduersa libenter pro Deo patitur:Christo passo assimilatur, & ideo ab eo tanquam à consimili nexu dilectionis præcipuo constringitur. Porrò de inuoluntarijs tribulationibus scire debes,quòd licet inuoluntarium, inquantum huiusmodi, non sit meritoriũ: ucruntamen si prudẽs animus hoc quod inuoluntariè illatum est uoluntariè pati uoluerit: & uoluntatem suam hactenus rebellem ad uirgam Dei inclinauerit,uirtutem faciens ex necessitate,haud dubium quin salubre & meritorium fiet,& ad spirituale uirtutum incrementum proficiet hoc quod antè pestiferum uidebatur. Patiamur ergo libenter & voluntariè:quia uera salus nostra est in cruce, nec extra eam aliqua salus inuenitur. In quacunque enim anima crux,id est,tribulatio non est:nulla patientia est: & ubi patientia non est: uera salus non est. Cor autem patiens est, cui gaudium est quod despicitur: & quod in pœnis & quibusque aduersitatibus lætatur, exultans pro eo quòd passioni Christi & humilitati suæ aliquid adijcere ualeat, & q̃ habeat unde Deo aliquid sacrificet. Et ideo omnes pœnas & aduersitates occurrentes unias cum pœnis & aduersitatibus Christi, & ex unione ipsorũ dulcescant: & Deo in summa patientia redoleant. Omnia ergo quæ tibi aduenerint, siue læta, siue tristia ex nimia charitate, à Deo tibi esse donata certissimè scias: & omnino credas q̃ omnia ex tanto amore Christi tibi proueniant,ut nihil aliud tibi, aut aliter euenire uelles,aut uelle deberes:& ideo pro singulis ei gratias & laudes agas.Irati itaque Iacobus,& Ioannes contra Samaritanos, uoluerunt ignem è cœlo ad consumendum eos impetrare,dicentes:*Domine si uis dicimus ut ignis descendat de cœlo*,id est, de alto sicut fulgura,& huiusmodi quæ omnia ueniunt de cælo aereo,*& consumat illos*: te recipere nolentes. O quanta fiducia eorum in Domino erat, qui solo uerbo se posse credebãt ut ignis de cœlo descenderet, ac huiusmodi uindicta quæ laudata est in Helia,in istis est à Domino reprobata: quia hoc non appetebant ex charitate & amore correctionis eorũ uel sinicẽdæ in illis malitiæ,sicut ille: sed ex impatientia potius & indiscretione & appetitu uindictæ. In quo innuit Dominus,quòd non ualet zelus,nisi sit discreta uolũtas. Vnde uerbis Apostoli Petri Ananias,& uxor eius exanimes ceciderũt: non odio,sed iusta uindicta:& Paulus quendam peccatorem tradidit satanæ in interitum carnis,ut anima esset salua. Vnde Beda: Reprehendit in istis Dominus non exemplum prophetæ sancti, sed uoluntatẽ uindicandi, quæ adhuc erat in rudibus: animaduertens eos non amore correctionem,sed odio desiderare uindictam.Hæc Beda. Vnde dicit eis:*Nescitis cuius spiritus estis*, scilicet Spiritus sancti,qui bonus est & suauis: hoc est, non bene recognoscitis cuius spiritu signati estis, & ideo uultis per odium exercere uindictam,quod nõ licet Dei seruis.In nouo.n.testamento, quod est amoris, procedendum est suauiter & benignè, non sicut in ueteri testõ, quodest timoris ubi procedebatur asperè & rigidè. Vnde glosa:cuius spiritu signati estis, eius & acta imitemini, nunc piè consolantes, & in præsenti patiẽtiam habẽtes:sed in futuro iustè iudicantes, cùm sedebitis super sedes duodecim.Et subiungit Dominus,*filius hominis non uenit animas perdere*, per rigorem iustitiæ statim inferendo pœnam mortis, sicut uos uultis, quinimo perditio est ex uobis,*sed uenit saluare* animas,per misericordiam & pœnæ relaxationem:sicut expedit miseris: saluantur enim melius clementia, q̃ sæuitia.Et in hoc datur exemplum prælatis,ut nõ statim cũ impetu peccata puniant:sed magis tps & locũ expectẽt,nec sp in peccãtes uindictã exerceãt. Vnde Ambrosius. Quia uerò discipulos increpauit: quia ignem super eos descendere gestiebant, qui non receperant Christum: ostenditur nobis non semper in eos qui peccauerunt uindicandum:quia nonnunquã amplius prodest clementia tibi ad patientiam, lapso ad correctionem. Denique Samaritani citius crediderunt, à quibus hoc loco ignis arcetur. Dominus autem nec in hos indeuotè Dominum refutantes proprium commouetur:ut ostenderet quia non habet ultionis studium perfecta uirtus:nec ulla sit iracũdia, ubi plenitudo est charitatis: nec excludenda infirmitas, sed iuuanda. Procul à religiosis indignatio, procul à magnanimis cupiditas ultionis: procul à prudentibus cõsiderata commotio & incauta simplicitas. Hæc Ambrosius. Per Iacobum & Ioannem,qui adhuc imperfecti erant significantur homines imperfecti, quærentes nimis durè uindicari: sed magister perfectionis prohibet hoc fieri.Et quia Samaritani noluerunt Dominum Iesum, & discipulos eius intra ciuitatem suam recipere ad hospitandum: *abierunt in aliud castellum*.Circumibat enim Dominus Iesus ciuitates & castella prædicando, & faciendo miracula sicut suprà dictum est: Vide nunc quomodo Dominus Iesus cuius est terra, & plenitudo eius, excluſus ab uno loco patienter fert & transit ad alium: & habe patiẽtiam si similia tibi euenerint.imò gaude quia datum est tibi in tantillo imitari Dominum tuum. Hæc igitur omnia considerantes omnẽ amaritudinem & iram à nobis excludamus, & non ulciscentes nosipsos Deo totum committamus.Vnde Chrysostomus: Nunquam insidiemur alijs: quoniam aduersus nosipsos acuimus gladium,& profundiorem nobisipsis plagam damus.Sed contristauit te quis,& uis in eum ulcisci:ne ulciscaris.Ita enim uindicare poteris,si non uindicaueris,non si uindicasti. Quoniam non uindicans, Deum ei constituis inimicum: uindicaris autem non adhuc. *Mihi enim uindictam, & ego retribuam, dicit Dominus*. Si enim famulos habemus,& si adinuicem dissidentes, non nobis litem commiserint finiendam, & si infinitæ accesserint, non solũ nõ uindicamus: sed auxiliamur dicẽtes & flagellum totum nobis committere oportebat: quia uerò teipsum præueniens uindicasti ne me molestes de reliquo: multomagis Deus qui enunciauit sibi cedere omnia, hoc dicet. Qualiter autem non inconueniens est, si à pueris quidem nostris tantam expetimus obedientiam, dominatori uerò non cedimus ea quæ uolumus famulos nobis cedere. Si enim die mihi odis eum qui peccauit: cuius gratia & ipse peccas, & in eisdem cadis? Conuitiatus est, ne reconuitieris: percussit, ne repercutias: contristauit, ne recontristes: quia nullum lucrum si factus es illi rursus par. Ita enim confundere poteris, si cum humilitate feras & mansuetè: ita confundens abscidere poteris ab ire. Nullus malo malum sanat: sed bono malum.

Impedimẽtũ ad salutem nullũ.

Spiritus cuius sitis.

Ambrosius in cap. 9. Luca.

Patientia laua.

Fiducia Apostolorũ.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, *qui de Samaritanis,hospitium tibi negantibus, non te uindicasti: sed patienter ferens, humiliter ad alium locum declinasti: præsta mihi indignò dulcis hospes animæ, ut uitijs cunctis expulsis, gratum tibi in corde meo hospitium ualeam præparare: & si quando ob mea demerita tibi receptus non fueris, noli mihi irasci, & à seruo tuo in ira declinare, aut uindictam de me sumere: sed tu qui non uenisti animas perdere, sed saluare, reconcilia me tibi per tuam misericordiam,& da ut tibi per dignam præparationem cor aperiam tibique placeat ad me seruum tuum intrare, & me misericorditer benedicere. Amen.*

De petitione filiorum Zebedaei. Cap. XXI.



POST hęc ascẽdit Iesus uersus *Hierosolymam*, quæ respectu totius terræ promissionis sita est in alto:& pp hoc ab alijs partibus illuc ueniẽtes ibant ascendo, & præcedebat discipulos suos: ut,secuudum Theophilum, ostenderet quòd ad passionem præcurrit, & non refugit mortem pro nostra salute. Illuc ibat passurum pro nobis, & nos præcedens & & nos instruens, quòd ipsum in operibus pœnitentiæ sequi debeamus: *& sequentes discipuli timebant*: quia nondum perfecti usque ad tolerantiam martyrij erant.Et ut dicit Beda,meminerãt sermonis eius quo se passurum multa à summis sacerdotibus & scribis, & occidendum esse prædixit: metuentes ne uel ipsi cum eo occiderentur:uel saltem ille, cuius uita & magisterio gaudebant, inimicorum manibus occumberet. Et diuertens se à uia *assumpsit* & ad partem traxit seorsum, *& secretò duodecim discipulos suos*, tanquam perfectiores, typum prælatorum gerentes,non infirmos qui possent scãdalizari: quia noluit omnibus secreta sua mysteria indicare:& tunc eis iam quarta uice mysterium suæ passionis & resurrectionis prædixit.Quia,ut dicit Theophilus, Conueniens erat passionis mysterium propinquioribus sibi reuelare. Vnde Chrysostomus:Omnis gloria Dei, & omnis salus hominum, in Christi morte posita est. Nulla enim res est quæ amplius ad salutem hominum pertineat, quã mors ipsius. Nec est aliud aliquid propter quod magis Deo gratias agere habeamus, quàm propter mortem ipsius. Ideo cùm plurima turba fidelium sequeretur eum, in uia duodecim apostolos solos tulit in secreto,& illis tantummodo mortis suæ annunciauit mysterium: quia semper preciosior thesaurus in melioribus uasis includitur.Et notãdum, quòd Christus passionem suam, & mortem pluries discipulis suis prædixit:primò, postquam Petrus confessus fuit eum filium Dei: secundò postquam transfiguratus fuit in monte:tertiò, ibidem postquam curauit lunaticum: quartò, in præsenti loco: quintò, in monte Oliueti, dicens: *Scitis quia post biduum Pascha fiet,&c.* Et hoc fit propter plura.Primò,ut colloquendo cum charissimis amicis suis, reuelaret illis secreta suæ mentis:quia secreta mysteria sunt tantum maioribus reuelanda & detegenda,cuiusmodi erant apostoli.Secundò,ne de memoria laberentur, sed mortis iugiter meditationem haberent:ut exercitati expectatione eùm ueniret persecutio & crucis ignominia, facilius ferrent,& non turbarentur uehementer: quia tribulatio præcognita & expectata leuior inuenitur: uel uidentes eum mori ignominiosè, non scandalizarentur. Tertiò, ut non dubitarent eum resurrecturum sicut prædixerat: cùm uiderent ea quæ de passione sua prædixerat impleta.Quartò, ut scirent quoniam passionẽ præuenit,& spontaneus ad eam accessit. Quintò, ut essent testes quòd scienter pateretur & uoluntariè: ut pote qui præuenit mortem,& potuisset fugere.Mysticè: frequenter prædixit discipulis passionem suam: per hoc significans quòd multotiens esset passurus in membris suis.Vnde in actibus: *Saule Saule quid me persequeris*,& Petro imminente passione sua dixit, vado Romam iterum crucifigi. O quotiens & quãtum hodie Dominus in electis suis patitur,qui per malos multipliciter, & crudeliter sæpius affliguntur. Et ait illis specialiter,tanquam suis secretariis & amicis: *Ecce ascendimus Hierosolymam*, ad locum passionis:quasi diceret,iam in promptu est ut patiar, quoniam tribulatio proxima est, & attende quod & suprà.Et hic facit mentionem de loco passionis, scilicet Hierusalem:quia secundum scripturas in medio terræ operaturus erat salutem. Terra autem Hierusalem in medio mundi est posita, cui ab Oriente adiacet Arabia, quæ tempore filiorum Israel solitudo erat uastissima,id est,desertum,eremus, terra inuia & inaquosa: in qua detinuit eos Dominus quadraginta annis manna ad manducandum eis pluens, & aquam de rupe producens:

Matth.20. Luc.18.et Marci 10.

Ira uitanda.

Chrysost. hom.59.in Ioannem. prȝtio uitanda.

Beda in c. 10.Marci.

Matth.26.

Actо.9.

Psal.73. Hierusalem situs.

Universidad de Deusto Biblioteca

producens: qua Arabiam mare mortuum diuidit à Iudæa. A meridiè uerò adiacet Aegyptus,& ſic filijs Iſrael de Aegypto ad Iudæam redeuntibus, magnus erat circuitus: quia per Arabiam circùnduxit eos Dominus. Ab Occidente quoque adiacet mare magnum,& à Septentrione Syria & mare Cyprium. In hoc ergo quod dicit,ecce aſcendimus Hieroſolymam,apparet uoluntas patiendi:quia ſponte ſua uenit ad paſsionem. Vbi Chryſoſtomus: Ac ſi dicat, uidete quia uoluntariè uado ad mortem:nemo me uocat ad Hieroſolymam,nemo admonet,nullius poteſtatis præceptum timeo,nullius uiolentiæ neceſsitate compellor. Cùm ergo uideritis me in cruce pendētem,ne æſtimetis me hominem eſſe tantum: nam & ſi poſſe mori hominis eſt,uelle tamen mori hominis non eſt. Hæc Chryſoſtomus. Hic Dominus oſtendit quòd in prælatis debet eſſe uigor ad tolerandum martyrium, ſi neceſſe ſit, pro grege ſibi commiſſo: & hoc docet per exemplum ſui, qui uolūtariè uenit in Hieruſalem ad ſuſcipiendum mortem pro ſalute mundi. Et ſubiungit: *Et conſumabuntur omnia, quæ de filio hominis,* id eſt virginis, *per prophetas ſunt ſcripta.* & bene dicit, oīa: nam tria prædixerant de Chriſto,ſcilicet quid eſſet acturus,quid paſſurus, quid ꝓ utroque recepturus. Congruè autem ſe filium hominis nominat, ubi ſe paſſurum prædicat: ut intelligatur quòd ſecundum humanam naturam, non ſecundum diuinam,paſſurus erat. Deinde explicat quæ vētura ſuper eum erant, & ſeriatim ordinem paſsionis enarrat; *Tradetur enim,* ſcilicet, à Iuda, *principibus ſacerdotum, & ſcribis & ſenioribus: & condemnabunt eum morte,* id eſt, per falſos teſtes, iudicantes eum eſſe reum mortis,nullo iuris ordine ſeruato. Et quia non habebant poteſtatem interficiendi, eo quòd iudiciū ſanguinis eſſet eis ablatum per Romanos, qui eis dominabantur, ideo ſubiūgit: *Et tradent eum,* ſ. principes & ſcribæ cum accuſatione criminis *gentibus*: ſcilicet Pilato præſidi,& ſuis militibus, miniſtris Romanorum,ad perficiendum illud quod ipſi non poterant, ſcilicet mortem Chriſti. Et ipſi gentiles illudent ei, uerbis & contumelijs: & conſpuent eum, oris immunditijs:& flagellabunt eum,virgis & nodis:& occident eum, crucifigēdo clauis ferreis. Iniuria nimia ubi falſi tradunt ueritatem, fatuī illudunt ſapientiā, rei flagellant innocentiam, miſeri conſpuunt gloriam,mortui occidunt uitam. Vnde Bernardus: Heu fratres chariſsimi libertas captiuorum traditur, gloria angelorum illuditur,ſpeculum ſine macula & cādor lucis æternæ conſpuitur, Dn̄s omniū flagellatur & uita hominū occiditur. Quid inſtat niſi,vt oēs eamus,& cum eo moriamur? Et iterum: Traditur,tanquam reus: ad illudendum, tanquam fatuus: ad flagellandum, tanquam malefactor: ad conſpuendum, tanquam vilis: ad occidendum,tanquā præuaricator legis. Hæc Ber. Myſticè dn̄s traditur à ſimoniacis, illuditur ab hypocritis,flagellatur à tyrannis, conſpuitur à blaſphemis,occiditur ab hæreticis & apoſtatis. Et ne apoſtoli eius morte audita abſorberentur præ triſtitia,conturbarentur cùm uiderent morientem: nunciat eis ſuā reſurrectionē, ad eorum conſolationem dicens: *Et tertia die reſurget.* Ecce tēpus & gloria reſurrectionis,quā paſsioni annectit, ut tam cita & certa reſurrectio ſcandalū crucis euacuet. Ideo etiā paſsio & reſurrectio coniunguntur,ut in paſsione naturę humanitatis,& in reſurrectione natura diuinitatis comprobetur. Et ut dicit Augu. Paſsione oſtēdit, quid ſuſtinere pro ueritate: reſurrectione, quid ſperare in tribulatione debeamus. Sequere ergo nūc & tu cum diſcipulis,& aſſocia dominum tuum,ad ignominiam paſsionis,vt tandē peruenire merearis ad gloriam reſurrectionis:quia,ſecundum apoſtolū, *ſi compatimur & glorificabimur.* Prædixit ergo eis & paſsionis ſuæ pœnam,& reſurrectionis gloriā:ut cùm morientem cernerent,etiam reſurrecturum non dubitarent:& eius reſurrectionem fiducialius expectarent. At ipſi nihil horum intellexerunt.ſ.manifeſtè & perfectè:quia adhuc rudes erant & imperfecti:cuius rationem triplicem aſsignat Beda dicens, Diſcipuli cuius uitam maximè deſiderabāt, mortem eius audire nō poterāt: & quem non ſolum hominē innocētem, ſed & uerum Deū eſſe ſciebant, hunc nullatenus mori uel poſſe putabant:& quia per parabolas eum ſæpe loquentem audire conſueuerant, quotiēs aliquid de ſua paſsione dicebat, hoc non ita ut ſonabat intelligēdum,ſed amore dictante ad aliud quíd allegoricè referendum eſſe credebant. Hæc Beda. Et nota ꝙ ſicut Chriſtus aſſumpſit diſcipulos,& duxit eos Hieroſolymis,ac ſecreta eis reuelauit: ſic ſpiritualiter adhuc aſſumit diſcipulos & ducit Hieroſolymis,quādo uocat hominem ab amore mundi,& ducit ad religionē in qua eſt pacifica conuerſatio:ſicut & Hieroſolyma interpretatur pacifica,in qua religione multa ſecreta eis reuelat. Et illa quinq; quæ enumerat de Chriſto, ſpiritualiter cōtingunt religioſis,quæ & Chriſtus patitur in eis. Primò,moriuntur mundo,quando amor ſeculi funditus in eis extinguitur:ita ꝙ parentes,diuitias,delitias,honores,& omnia quæ in mundo ſunt, propter Chriſtum contemnunt. Secundò,illuduntur quia iam ab hominibus infatuantur, ita ꝙ religioſus poteſt dicere illud Pſal. *Videntes me deriſerunt me, locuti ſunt labijs & mouerunt caput.* Tertiò,flagellantur linguis detrahentium: quia heu iam ubi conueniunt ſeculares, ſemper rodunt & flagellant religioſos per detractiones. Quartò,crucifiguntur à ſeipſis, quādo totum cor ſuum ad crucem Chriſti configunt,& cogitantes de paſsione Chriſti carnem ſuam crucifigūt & affligunt ieiunijs & diſciplinis & ſimilibus. Quintò, tertia die reſurgent:quia terminata omni miſeria ad æternam lætitiā peruenient. Prima, quidē dies eſt fidei Chriſtianæ,quam habuerunt in ſeculo. Secunda dies,eſt religionis ſanctæ qua ſeruierunt Deo:ſed in his duobus diebus adhuc mortui ſunt. Tertia verò dies,eſt gloriæ,in qua ab omni miſeria reſurgent. Poteris ēt prædicta de Chriſto enumerata, & aliter accipere & ſic orare: Ignoſce mihi ò munditia ſumma,ꝙ ego corpus tuum indignè ſumēdo totiens tradidi te,libidinoſis motibus meis tanquam incircumciſis. Ignoſce mihi ò ſumma ueritas:quia ego totiens illuſi tibi uotum meum tranſgrediendo, & proximis mentiendo. Ignoſce mihi ò uera patientia, quòd totiens flagellaui te peccata mea iterando, & te offendendo. Ignoſce mihi ò ſumma ſapientia, quòd ego totiens faciem tuam conſpui, quando ueritatis cognitionem quam de te habui per turpitudinem fœdaui uitæ meæ. Ignoſce mihi ò uera uita, quòd ego te totiens occidi, quando per peccatum mortale te ab anima mea expuli: fac me tertia die reſurgere per ueram contritionem, puram confeſſionem, & dignam ſatisfactionem. Et quia dominus Ieſus dixit, ſe triduo reſurrecturum: filij Zebedæi putantes imminere regnū Ieſu in Iſrael, & eū illico in proximo regnaturum tēporaliter & in pace: ſicut Dauid & Salomon regnauerunt ad complendum in primo aduentu, quod promittitur in ſecundo,

Chryſoſto. ibidem. — *Bernardus ſermone de paſſione.* — *Auguſtin. lib. 20. de ciuitate, cap. 49.* — *Roma. 8.e.* — *Beda in c. 18. Luc.* — *Mors, paſſio & reſurrectio religioſorum.* — *Pſal. 21. b.*

eundo,ſuggeſſerunt matri ſuæ ut peteret munus ſine nomine,quo conceſſo peteret eis confeſsionē à dextris & à ſiniſtris eius in regno ſuo:id eſt,quòd eſſent collaterales, & maiores præ cæteris ī regno ſuo poſt eum:quia enim erant eius cognati germani,uolebāt poſt eum eſſe primi. Nec mirum ſi talia apoſtoli credebant,& appetebant,qui adhuc carnales erant,& nōdum perfectè illuminati,nec confirmati per gratiam ſpiritus ſancti. Vt ait Chryſoſtomus, intra tēpus uocationis apoſtolorum,& paſsionis Domini mortuus eſt Zebedæus,& ſic iſta ſecuta eſt Ieſum cū filiis ſuis. Sexu fragilis,& iam ætate defecta, Chriſti ueſtigia ſequebatur:quia fides nunquam ſeneſcit,& religio fatigationem non ſentit. Hæc Chryſoſtomus, Tria autē petit,quæ deſiderāt matres filiis:quietem, cum dicit, *dic ut ſedeant hi duo filij mei*: honores cùm ſubdit, unus ad dexteram tuā, & alius ad ſiniſtram:diuitias, cùm addit, *in regno tuo.* Et ut dicit Chryſ. alij filiis ſuis militiā cōparāt,alij diuitias, alij honores: nemo filiis ſuis comparat deum Perditionem illorum magno precio comparant,ſalutem autem illorum nec dono accipere uolunt: ſed ſi uiderint illos honoratos, lætantur:ſi uiderint pauperes, triſtantur:ſi uiderint peccantes, non triſtantur:ut oſtēdant quia corporum amatores ſunt,nō animarum. Hæc Chryſoſt. In tribus autem deficiebat iſta mulier:in ordine,in intentione,in materia. In ordine erat peruerſitas: quia ante meritum petebat præmium: *dic inquit ut ſedeant,* qui nondum laborauerunt. In intentione carnalitas: credebat enī hoc ſibi deberi ex lege carnis:ideo dicit, *hi duo filij mei,* ſcilicet cōſobrini tui. In materia uanitas:quia pompā quærebat:iō ſubdit, *unus ad dexterā tuā, & unus ad ſiniſtram tuam in regno tuo.* ut ait Chryſ. Nō ſolū prędicens diſcipulis ſuis de paſsione ſua futura:ſed ēt aptans petituræ mulieri locū,declinauit ſeorſum ab itinere, donec mulieres retrò uenietes occurrerēt. Nec ēt credibile eſt mixtim cum ipſo ambulaſſe mulieres:ſed longo interuallo ſeparatim inter ſe ambulabāt: Chriſtus cum diſcipulis ſuis primi, ſequentes autem de longè mulieres. Et cùm mater ſecundum informationem filiorum peteret pro eis, Ieſus non reſpōdit matri pro ſimplicitate eius:ſed filiis per eam petētibus,qui uerba poſuerunt in ore matris. Sciebat enim ipſam miſſam à filiis, & informatam de petitione facienda pro eis: propter quod eis imputauit:quia quod per alios facimus,quodammodo per noſipſos facimus. Vnde reſpondens duobus filiis, quorum conſilio mater petebat,oſtendit eos errare dicens, *Neſcitis quid petatis*: ſcilicet mediāte matre ueſtra quam ſubmiſiſtis. Quaſi diceret: Prælationem quæritis in cœlo, quæ nulla ibi erit:& malè quæritis:regnare enim uultis,qui non meruiſtis:& nec honore,ſed onere peruenitur ad regnum quod quæritis. Attendāt ergo qui regnum cœlorum à domino petunt,& parum pro hoc laborant, quod Chriſtus ſuis diſcipulis & nepotibus reſponderit. Vnde Beda: Neſciunt quid petunt,qui ſedē gloriæ à domino, quàm nondum merebantur inquirūt: deſiderabant enim regnare ſublimiter cum Chriſto. ſed prius erat pati humiliter ꝓ Chriſto. Vbi & Chryſoſtomus: Intelligere ergo debemus & nos, ut non illud à deo petamus,quod nos bonū eſſe iudicamus: ſed orantes in poteſtate dei ponamus ut illud exaudiat,quod ipſe nobis expedire cognoſcit. Et iterum: Non enim ſolum debemus cogitare qualem gloriā conſequamur: ſed quomodo euadamus ruinam peccati:quia & in ſeculari bello qui ſemper de præda uictoriæ cogitat, difficilè uincit. Ideo petendum erat, da nobis exemplū gratiæ tuæ,ut omne malum uincamus. Hæc Chryſoſtomus. Per iſtos qui petierunt à Chriſto præ cæteris diſcipulis honorari, eo quòd erant eius conſanguinei, ſignificantur ambitioſi: qui habentes prælatum conſanguineum,uolunt per hoc in eccleſia præ cæteris promoueri. Quibus bene rn̄detur, *neſcitis quid petatis.* Nā honores eccleſiæ non ſunt diſpenſandi ex propinquitate ſanguinis: ſed ex idonietate perſonarum,ratione ſcientiæ & uirtutis. Et uniuerſaliter de oībus ambitioſis optimè poteſt dici, quòd neſciunt quid petant: quia tales ſi promouentur male intrant & poſsident. Cognoſcens igitur dominus eorum ignorantiam & errorem: quia indiſcretè petebant, præſumentes peruenire ſine merito ad gloriam tantam,reduxit eos ad uiā,ſcilicet ad humilitatem, & nos inuitat ad eam, per quam uenitur ad ſublimitatem potius quàm per ambitionem. Vbi oſtendit,quòd in prælatis debet eſſe tenor humilitatis: quia non debent appetere, uel gaudere præeſſe aliis. Vnde dixit eis: *Poteſtis bibere,calicem, quem ego bibiturus ſum?* i. paſsionem martyrij & mortem crudelem ſuſtinere propter deum, quam ego pro uobis, & multis ex charitate paſſurus ſum uoluntariè, ac ſi bibam illam ut delectabilem calicem, per quem debeo uenire ad regnum, non temporale (ut creditis) ſed æternum. Per calicem,ferè ubique paſsio & martyrium intelligitur: tum quia ſicut calix eſt uas,quo bibitur ad menſuram,ſic paſsio cum mēſura bibitur: eo quòd non permittit dominus hominem tentari ſupra id quod poteſt: tum quia citò ſicut potus tranſit:illud enim quod in præſenti eſt tribulationis,momētaneum & leue eſt:tum quia delectat,nam paſsio & tribulatio à fidelibus pro conſolatione recipitur,& in ea gloriantur. Eſt autem multum delicatus, qui non poteſt bibere potū,de quo bibit dominus ſuus. Hanc autem paſsionem quam Matthæus calicē uocat,Marcus & calicem & baptiſmum nominat, dicens: *Poteſtis bibere calicem quem ego bibo, aut baptiſmo quo ego baptizor,* ſcilicet ꝓ uobis *baptizari?* ſcilicet propter me. Tincturam ſanguinis ſui in ſua benedicta paſsione, pro peccatorum emundatione uocat hic baptiſmum. Vnde Theoph. Calicem autem & baptiſmū crucē noīat calicē quidē tanquā potū ſuauiter ab ipſo ſuſceptū,baptiſmū uerò,tāquā emūdationē noſtrorū faciētē peccatorū. Hæc Theop. quaſi diceretis, Ante humilitatē paſsionis exaltari non poteritis:ſi uultis conregnare crucifixo incūbit uobis tollere crucē eius exēplo:quia nemo niſi tollat crucē ſuā per martyrij paſsionē,vel proximi cōpaſsionē,uel carnis mortificationem,regnabit cū crucifixo. Vbi Grego. Iam locum celſitudins quærebant: ad uiam illos ueritas reuocat, per quam ad celſitudiem uenirent. Ac ſi dicatur: Iam uos locus delectat celſitudinis:ſed prius uia exerceat laboris. Per calicem pertingitur ad maieſtatem. Si mens ueſtra appetit quod demulcet, prius bibite quod dolet. Sic per amarum poculū confeſsionis,peruenitur ad gaudium ſalutis. Vbi & Chryſoſtomus: Per modum interrogationis attrahit eos, ut ex communione, quæ eſt ad ipſum, audiores fierent. Ac ſi dicat: Vnde de honore & coronis loquimini, ego autem de agonibus & ſudoribus diſputo. Nō.n. eſt hoc præmiorū tempus: ſed occiſionis, præliorum,& periculorum. Et iterum: Nunquid neſciebat Dominus, quia paſsionem ipſius poterant imitari? Sed ideo eis dicit, ut domino interrogāte: & eis reſpondentibus omnes nos audiamus: quia nemo poteſt cum Chriſto regnare, niſi paſsionem illius

Chryſoſto. ho. 35. operis imperf. — *Chryſoſto. hom. 66. in Matthæū.* — *Beda in c. 10. Marci.* — *Chryſoſto. ho. 35. operis imperf.* — *Petendum quid.* — *Gregorius hom. 17. in euange.* — *Chryſoſto. hom. 66. in Matt. Idem ho. 35. operis imperf.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerit imitatus. Sicut ait apostolus: *Si commortui sumus, & conuiuemus. Si sustinemus, et cõregnabimus.* Res enim preciosa, uili precio nõ comparatur. Magnum laborem necesse est nobis impendere, si uolumus ad regna cœlestia peruenire. Passionem autem Domini dicimus susciperenos debere: non solum persecutionem gentilium, sed omnem laborem & molestiã quam patimur contra peccata certantes. Nam si Gẽtiles defecerint, qui persequantur: nunq; ideo prompta uoluntas, fidelium debet sine fructu & sterilis permanere? Ideo & si gentiles non habes qui te persequantur, habes principẽ gentilium diabolum, qui hominem persequi non cessat. Si ergo principem potes uincere in peccato, non est magnum superare principes eius in corpore. Ecce ostendam tibi magnam & insufferribilem persecutionem in corpore tuo. Incipe resistere desiderijs tuis, & tunc intelliges quàm fortes sunt spiritus desideriorum malorum q te persequuntur. Hæc enim pugna periculosa, & hęc est gloriosa uictoria, qui potuerit odire quod amat, & amare quod odit. Hæc Chrysostomus. Vnde & Hieronymus: Non solum effusio sanguinis pro nomine Christi martyrium reputatur: sed deuotæ quoque mentis seruitus, quotidianum martyrium est. Illa corona de rosis & uiolis, ista de lilijs. Et illi respondentes *dixerunt ei: Possumus* loquuntur sicut inexperti propriæ fragilitatis: quod per effectum patuit, quia in passione Christi fugerunt timore mortis. Vbi Chrysostomus: Responderunt autem promptè expectantes in eo quòd petierũt exaudiri. Iesus autem *ait eis: Calicem quidem meum bibetis, & baptismo qui baptizor baptizabimini*: id est passiones propter me sustinebitis, uel actu, uel uoluntate. Nam dissimiliter passi sunt, unus sustinendo actu, alter affectu: unus occisus, alter in feruentis olei dolium, & etiam in exilium, quod est quædam mors ciuilis missus. Vbi Chrysostomus: Dominus autem eis prophetat magna bona, id est, martyrio dignos efficiendos. Deinde dominus subiungit: *Sedere autem ad dexterã meam* in gaudio æternitatis, *& ad sinistram* in perfruitione humanitatis, *non est meũ*, ex ordine iustitię quæ respondet meritis, *dare uobis*, ratione consanguinitatis, uel sicut adhuc estis indispositi: quia ex superbia regnum temporale quæritis, *sed quibus* ex meritorũ ordine *paratum est*: id est, propter merita ab æterno dispositum, *a patre meo cœlesti*, scilicet humilibus & ad hoc dispositis, sicut uos aliquando eritis. Præordinauit enim Deus quòd nullus ad regnum perueniat, nisi bene meritus & dignus fuerit. Non est enim personarum acceptor Deus: ut scilicet personaliter aliquem accipiat, sine meritis in dando salutem æternã: quia, secundum Augustinum, dilectio æqualis facit non accepta e personas. Vnde Beda: Non est meum uobis dare. i. superbis: hoc. n. adhuc erant alijs paratum est, & vos alij estote. i. humiles, & uobis paratum est. Vnde & Chryso. Paratum est, quippe regnum cœlorum Deum diligentibus: sicut conuiuium paratur amicis, mundum contemnentibus: sicut domus Dei uel hospitale paratur pauperibus, qui non habent domos alias: ueris humilibus sicut paruulis paratur cibus, & uestitus misericordiam egenis impendentibus: sicut paratur honor pro honore, bonum pro bono finaliter perseuerantibus: sicut operarijs paratur merces reddenda in sero post opus. *Et audientes decem* alij scilicet apostoli, *indignati sunt de duobus fratribus*, qui se à decem separauerant: trahentes Christum seorsum, & ignorantes mensuram suã, uolebant socijs suis præferri: quia adhuc ipsi decem erant carnales sicut & illi duo alij. Vbi Chrysostomus: Quemadmodum isti carnaliter petierunt: sic & illi carnaliter contristati sunt. Nam sicut isti si spiritualiter sapuissent, non fuerant petituri ut essent super omnes: sic & illi si spiritu aliter intellexissent, non fuissent contristati ante se esse aliquos: nam uelle quidem esse ante omnes, uituperabile est: sustinere autem alterũ super se nimis est gloriosum. Et iterum: Si indignati sunt quia isti ausi sunt hoc per matrem petere: quantomagis turbarentur si petitio eorum fuisset suscepta. Et ideo neque dixit, non sedebitis: ne duos confunderet: neque dixit, sedebitis: ne cæteros irritaret, sed tanquam benignus pater sic respondit, ut inter fratres concordia non rumperetur, & omnes sperare faceret dicens: *non est meum dare, sed patris*. Nam quod uni aut duobus specialiter non promittitur, à cunctis speratur. Hæc Chrysostomus. Vt autem dicit Theophilus, tunc sic imperfectè se habebant apostoli, sed postea in primatibus sibi cedebant adinuicẽ: uide quia ex hoc q procurabatur promotio duorum fratrum, alij decem apostoli fuerant indignati: sic est de multis hodie qui eo ipso quòd uident alios promoueri, inuident statim & indignantur. Humilis autem Dominus, ac pius pater, & mitis magister, nec cupiditatis & ambitionis duos arguit postulantes, nec decem reliquos indignationis increpat & linoris: sed ipse misericors & benignus, qui est pax nostra utraque faciens unum, quos ad apostolatum uocauerat, & affectu sciunctos aspexit, duos per superbam postulationem, decẽ per indignationis turbationẽ, ad se tanquam ad salutis medium, quo mitigarentur: tanquam ad pacis uinculum, quo unirẽtur: tanquã ad uirtutis magistrum, quo instruerentur uocauit, ut ab errore reuocaret, ut pacem reformaret: ut regulam debitæ prælationis erudiret: ut non esset denarius sine binario charitatis. Et utrosque reprimẽs cœpit eos docere de humilitate, per quam honor cœlestis acquiritur & terrenus contemnitur dicẽs: *Reges & principes gentium dominantur*, uolenta dominatione & potestatis ambitione *eorum* id est populorum subditorũ: & est hic relatio ad intellectũ: *& qui maiores sunt potestatem exercent in eos*, scilicet humiliantes eos per suam potentiam & angariantes. Quasi diceret: Apud terrenos habet locum dominatio, & dominij executio: quia desiderare primatũ, & usurpare honorem gentium est: & nõ tantum regere suos subiectos, sed etiam uiolenter eis dominari. Vnde Chryso. Ostendit autem in hoc, q gentile est primatus cupere, & sic gentium comparatione eorũ animã æstuantẽ conuertit. Et quia nihil sic corda hominũ ab unitate pacis separat, sicut superbia: ideo Dominus ad humilitatẽ eos reducit docens hos & illos non uenturos ad regnũ, nisi per humilitatẽ. Non, inquit, ita erit inter uos sicut est in ter mundi: huius potestates, ut ille cæteris dominetur, qui maior cæteris uidetur. Maioritas enim in regno meo non eodẽ modo acquiritur, sicut in regno terreno: quia in regno terrenó acquiritur per ambitionẽ & potestatẽ, sed in regno meo acquiritũ contrario modo scilicet per humilitatẽ. Quasi dicet: Vos more secularium petitis, & uultis per prælationẽ uenire ad requiem & regni possessionem: cùm econtra ad summam uirtutum ascendatur nõ imperando, sed ministrando: & ideo non ita erit inter uos, sicut inter eos. Nã in regno terreno prælati

2. Time. 2.

Passionis dominicæ susceptio.

Hieronym. in cap. 20. Matt.

Chrysosto. hom. 66. in Matt.

Idem ibid.

Augustin. li. 1. de trinitate c. 12. Beda in c. 20. Marci. Chrysosto. ho. 66. in Matth.

Chrysosto. ho. 33. operis imperf.

Indignatio discipulorum.

Chrysosto. hom. 66. in Matth.

Maioritas in regno Dei.

sunt Domini: sed uestrum regnum non est terrenũ, sed spirituale: unde per oppositum debet in uobis esse, quia prælati Ecclesiæ sunt ministri. Vnde & Origenes: Inter uos autem qui estis mei, non erunt hęc. Quoniam qui principes sunt spirituales, principatus eorum in dilectione subditorum debet esse positus, non in timore corporali. Vnde subdit: *Sed quicunque* siue nobilis, siue ignobilis, *uoluerit inter uos maior fieri*: sanctitate & dignitate, *sit uester minister*, non primatum ambiendo, sed humiliter ministrãdo, & se in obsequijs humilitatis exercendo, *& qui uoluerit inter uos primus esse*, id est, primatum habere: *erit uester seruus*, & omnium nouissimus: non ex conditione, sed ex charitate: non ex pusillanimitate, sed ex humilitate. Vnde Beda: In quo docet eum maiorem esse qui minor fuerit, & illum Dominum fieri qui omnium seruus sit. Frustra igitur aut illi immoderata quæsierãt: aut isti dolent super maiorum desiderio, cum ad summitatem uirtutũ non potentia sed humilitate ueniatur. Vbi etiam Chryso. Fructum humilitatis posuit primatum cœlestem, & in primatu terrestri fructum posuit confusionem cœlestẽ: ut quicunq; desiderat primatum cœlestẽ, sequatur humilitatem terrestrem, quicunque autem desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in cœlo: ut iam inter seruos Christi non sit de primatu certamẽ, nec festinet unusquisq; eorũ quomodo aliis maior appareat: sed quomodo inferior uideatur. Quoniam nõ qui maior fuerit in honore, ille est iustior: sed qui iustior fuerit, ille est maior. Conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus. Et opus quidẽ desiderare bonum est: quia nostræ uolũtatis & nostra est merces: primatũ autem honoris cõcupiscere, uanitas: hoc. n. consequi iudicium Dei est, p p quod ex primatu honoris nescimus si mercedẽ iustitiæ meremur. Neque enim apostolus laudem habebit apud Deum, quòd apostolus fuit: sed si opus apostolatus sui bene impleuit. Primatus etiam fugientem desiderat, desiderantem se horret. Volens ergo Dominus & duorum illorum ambitionem extinguere, & iustorum decem apostolorum inuidiam: introducit differẽtiam inter principes mundiales & Ecclesiasticos, ostẽdens quoniam primatus in Christo, nec ab aliquo appetendus est non habente: nec alteri est inuidẽdus habẽti. Quoniam principes mundi ideo fiunt, ut dominentur minoribus suis ut seruificent eos, & spoliẽt eos, & comedant eos, & usque ad mortem abutantur uita eorum ad suas utilitates & glorias. Principes autem Ecclesię fiunt, ut seruiant minoribus suis: & ministrent eis quęcunq; acceprunt à Christo: ut suas utilitates negligant, & illorum procurent: & si opus fuerit, neq; mori recusent pro salute inferiorum. Si ergo hæc ita se habent, secularem quidem primatum desiderare, etsi ratio non est, uel causa est: quia si iustũ nõ est, uel utile est. Primatum autem ecclesiasticum cõcupiscere, neque ratio est, neque causa: quia neque iustum est, neque utile. Quis enim sapiẽs ultrò se subiicere festinat seruituti, dolori, labori, & (quod maius est) tali periculo, ut det rationem pro omni Ecclesia apud iudicẽ iustum, nisi fortè qui nec credit iudicium Dei, nec timet: ut abutens primatu suo ecclesiastico seculariter, conuertat in eum secularem. Hæc Chrys. Et quia in moralibus magis mouent facta quàm uerba: ideo q cœpit facere & docere, ex his quæ egit demõstrat q docuit: ut si dicta paruipenderent, erubescerent ad opera: & inducit suiipsius exẽplum, siu e dat seipsum eis in exemplum: dicens: *Sicut filius hominis non ue-*

Origenes tract. 12. in Matt.

Beda in c. 10. Marci.

Chrysosto. ho. 33. operis imperf.

Principes mundi & ecclesiæ.

Primatus ecclesiastici appetitus.

nit in mundum ministrari, & ministerium ab alijs accipere, uel temporaliter dominari. Non enim legimus discipulos eum discalciasse, non manicas, cum lauaret tenuisse: non genibus prouolutos ante eum hoc uel hoc egisse, uel aliud huiusmodi sibi fecisse: sed omnes simul comedebant, sibique sine prælatione seruiebant. Erubescant ergo qui hæc à seruis suis quærunt: quia in hoc Christum præire contendunt. *Sed* potius uenit *ministrare*, & ministerium aliis impendere: sicut patet in lotione pedum, in distributione panum, in restitutione sanitatum: in discursu ad prædicandum. Vbi Orige. Nam etsi angeli & Martha ministrauerunt ei: non tamen ideo uenit ut ministraretur, sed ut ministraret. Ecclesiarum ergo principes imitari debent Christum accessibilem, & pueris manus imponentem, & discipulis pedes lauantem, ut & ipsi similiter faciant fratribus. Non autem tales sumus ut etiam principum mũdi excedere superbiam uideamur, uel non intelligentes uel cõtemnentes mandatum Christi, & querimus sicut reges acies præcedentes, & terribiles nos & accessu difficiles maximè pauperibus exhibemus: nullã affabilitatem habentes, uel habere ad nos permittentes. Hæc Origenes. Et non tantum prædicto modo ministrare uenit: sed etiam *dare animam suam*: id est, uitã *in redemptionem pro multis*. i. pro his qui credere uoluerunt. Pro omnibus quidem, quantum ad sufficiẽtiam: sed pro multis, non pro omnibus, quantum ad efficaciam. Non solum ergo quodcunq; ministerium exhibuit Christus: sed ministrauit nobis id quod summè ẽ pretiosum, & eximiæ charitatis. s. seipsum in precium nostræ redemptionis. Vnde Bernard. Bonus minister qui carnem suam in cibum, sanguinem in potum animam ministrat in precium. Vnde & Beda: Et hoc quoque maioribus ecclesiæ præcipuum genus ministrandi, imitando ostendens ut non solũ misericordes, eleemosynæ, doctrinæ salutaris, spiritualis exempli ministeria fratribus impendamus: uerumetiam sicut ille pro nobis animã suam posuit, ita & nos pro inuicem animam ponere discamus. Vnde etiam Chrysost. Rex cœlorum existens, homo uoluit effici, & contemni, & conuitia pati: neque in his suffecit, sed ad mortem uenit, & animã dedit precium redemptionis, pro multis ẽt inimicis. Tu quidẽ si humiliatus fueris, pro temetipso facis, ipse autem pro te. Quantumcunque ergo humilitatis fueris, non potes tantum descendere sicut dominator tuus. Et iterum: Ad hoc enim ad imaginem Christi facti sumus, ut imitatores efficiamur uoluntatis eius & conuersationis. Sed in hoc sumus imago eius, ut quod ei bonum uidetur, & apud nos sit bonum: & quod ei malum uidetur, & apud nos sit malum: quicunque autem Domino humilitatem studente iactãtiæ studet, non est imago eius. Et qui domino pauertatem amante, diuitiarum amator est in hoc seculo: repellit à se Christi similitudinem. Nõ est uerus discipulus, qui non imitatur magistrum: nec est uera imago, quæ similis non est authori. Hæc Chryso. Humilia igitur te ipsum, & imitare magistrum & Dominum tuum. Vituperabile enim ualde est, ut discipulus se erigat, ubi magister se inclinat: & quòd seruus sit superbus, ubi Dominus est humilis: quia non est discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum suum. Quia enim homo per superbiam cecidit, necesse est ut per humilitatem resurgat.

Origenes tract. 12. in Mat. Principes ecclesiarũ.

Bernardus sermo. 54. in cantica. Beda in c. 10. Marci.

Chrysosto. hom. 66. in Matt. Christi imaginem gerere debemus.

Matt. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui pro nostra salute calicem passionis bibere, & baptismo sanguinis perfundi uoluisti, & non temporaliter dominari & ministrari, sed humiliter seruire, & ministrare, ac uitam tuam pro nostra redemptione dare uenisti. Da mihi misero, pro meo modulo, tui calicis & baptismi, cum patientia & gaudio spiritus participem fieri, & te magistrum ac Dominum in humilitatis operibus imitari, & non solum in operibus misericordiæ ministerium proximi impendere: sed etiam uitam, si necesse est, pro eis ponere, & tandem ad regnum electis tuis paratum feliciter peruenire. Amen.*

De uno cæco ante ingressum Hierico illuminato. Cap XXII.



EACTVM est autem ut appropinquaret Dominus Iesus Hierico, quæ est urbs inter Galilæam unde ascendebat, & Hierusalem quo ibat: distans duabus leucis à Iordane, & septem à Hierusalem, & sita ad eius partem Orientalem. Hæc ciuitas quondam nobilis nunc autem humilis, ad solum destructa est: & sola domus Raab, in signum fidei remanet eius enim adhuc parietes sine culmine durant. Iuxta Hierico fons est dulcis ad potandum, pinguis ad rigandum, qui quondam amarus ad potandum, & sterilis ad rigandum, per Heliseum sanatus est: hic fons sub monte Quarentanæ oritur, & deinde Hierico, quæ duobus miliaribus inde distat, deriuatur. Ad hanc ergo ciuitatem Dominus declinauit, ut secundum Hieron. sanaret in ea multos malè habentes. *Et tunc cæcus quidam, qui sedebat iuxta uiam mendicans cùm turbam præteruntem audiret,* & Iesum transire perciperet: misericordiam cum clamore non tantum exteriori, sed etiam interiori petebat dicens: *Iesu fili Dauid miserere mei.* In quo cæcus iste utranque naturam in Christo cõfitetur: scilicet humanam in eo quòd dicit, *Iesu fili Dauid*: à Dauid enim carnem suscepit. Diuinam, in eo quòd dicit, *miserere mei*: propriũ est enim Deo misereri creaturæ suæ quam condidit. secũdum illud Psal. *Miserationes eius super omnia opera eius.* Vnde Cyrillus: Iste cæcus in Iudaismo nutritus, non ignorauit q̃ de progenie Dauid Deus secundum carnẽ nasceretur: & ideo ei ut Deo & homini loquitur. Et licet increparetur à turba prætereunte, & doctrinã Christi auſculante: ipse tamen multo magis clamãdo pe-

Marci. 10. & Luc. 18

4. Reg. 2.

Hieronym. cap. 10. Marci.

Psal. 144.

Pietas Christi.

A tebat sibi misereri, timẽs ne ex increpatione impediretur auditio & exauditio petitionis suæ. Iesus uerò tandem propter suam benignitatem stetit, quia cæcus eum sequi non potuit: & iussit eum adduci ad se, ne turba prohiberet, & ut occasionem sanandi haberet. Magnæ pietatis in Christo signum fuit, quando ipsum cæcum expectare uoluit, & ad se adduci fecit. Vnde Cyrillus: Sistit autem Christum uox, & inuocantes in fide respicit. Et ideo uocat cæcum, & accedere iussit: ut scilicet qui prius fide eum tetigerat, ap proprinquet & corpore. Sic deberent facere nostri principes, cùm uiderent pauperes conquerentes: scilicet stare, & facere uocari ad se, ut audirent eorum querimonias: facerentq; eis iustitiam expedire. *Et in*

B *terrogauit eum*, quid uellet: non quòd hoc ignoraret, sed ut eius confessione approbaret: & secundũ Ambrosium, ut sciremus nisi confitentem non posse saluari: & ut cor eius ad orationem excitaret, & lumen quod ex sua bonitate largiturus ei erat, ad sui petitionem tribueret: quia non sanat inuitos, sed uoluntarios. Vnde Augustinus: Qui creauit te sine te, nõ iustificabit te sine te. Vnde & Ambrosius: Vult omnes homines saluos fieri: sed si accedant ad eum: nõ enim sic vult ut nolentes saluentur, sed uolentes: nõ enim uera salus est si nolenti tribuatur. Itẽ secundum Cyrillum, interrogauit, ut scirent astantes quòd non

C pecuniam, sed diuinam efficaciam à Deo petebat. Vide & hic Domini clementiam: quia non dedignatus est non solum stare, sed & alloqui personam uilem & pauperem. *At ille* respondens, *dixit Domine ut uideam*: ubi miseriam & necessitatem suam insinuat, ac remedium & reuelationẽ: nec aliquid aliud præter hoc postulat. Voluit ergo Dominus audire confessionem, qui tamen non ignorat mentis intentionem: ut cognoscamus non nisi confitentem posse sanari ab infirmitate spiritus. Vnde hunc cæcum saluare noluit quandiu clamauit in generali, miserere mei: sed postquam specialiter insinuauit miseriam, cuius releuationem sibi misericorditer fieri postulauit, tunc eum sanauit. Petiit enim ut uideret *&* *Iesus*,

D uerbo potẽtissimo, quo dixit fiat & factum est: *dixit illi, respice*. Breue uerbum, sed in operatione efficacissimum, & quia in fidem credentium uerbum Domini operatur, ideo subiungitur: *Fides tuas saluum te fecit.* Ex fide enim impetratur salus corporalis, & spiritualis, & æternalis. *& confestim uidit & sequebatur illum magnificans Deum.* i. magnum dicens illum: non magnitudine molis, sed uirtutis. Non sufficit lumen recepisse, nisi et lumen sequatur, ne ambulet in tenebris. Ecce ergo signum illuminationis perfectæ & in anima & in corpore. Vnde secundum Cyrillum,

E patet q̃ iste cæcus à duplici cæcitate liberabat, scorporali, & intellectuali: neque enim eum ut Deũ glorificasset, nisi uerè uidisset. Vbi & Theophilus: Grata enim erat anima cæci, in eo quòd sanus effectus Iesum non reliquit: sed secutus est eum. Et non solum fuit illuminatus cæcus: sed & alijs factus est occasio glorificandi Deum, & omnis plebs illuminata est, ut diuinum aliquid in Christo cognosceret. Vnde sequitur *& omnis plebs ut uidit dedit laudem Deo*, glorificando facta Dei: congratulando utilitati proximi. Hoc enim sibi retinet Dominus de beneficijs suis, scilicet gloriam. Vnde ait: *Gloriam meam alteri non dabo*, nobis autem reliquit utilitatem. Et nota, secundum glosam quatuor causas istius laudis. Prima, est pro exauditione clamoris istius pauperis. Secunda, p potentia & misericordia illuminantis. Tertia, pro

Ambrosius in cap. 18. Lucæ.

Augustin. serm. 50. de uerbis Apostol. Interrogãdi causa in Christo.

Esa. 48.

Cæci liberatio.

eius

Gregorius hom. 2. in euangelia.

impetrato munere lucis. Quarta, pro merito fidei eius qui illuminatus est, secundum Gregorium, qa carnales adhuc discipuli, non ualebant capere uerba mysterij, uenitur ad miraculum: ante eorum oculos cæcus lumen recepit, ut eos ad fidem cœlestia facta solidarent. Et secundum Theophilum: Ne incessus Domini esset inutilis, fecit cæci miraculum hoc documentum discipulis suis dans, ut in omni-

Idem ibid. bus simus proficui: & nihil nobis ociosum. Mysticè, secundum Gregorium, cæcus à Domino illuminatus, est genus humanum: quod in parente primo clatitatem supernę lucis ignorans, damnationi suæ tene bras accepit. Hierico autem interpretatur luna, quæ dum menstruis momentis decrescit, defectum nostræ mortalitatis designat. Cùm igitur conditor nos-

Iam. 1. ter appropinquat Hierico, cæcus ad lumen redit: qa dum diuinitas defectum nostræ carnis susceptt, humanum genus lumen quod amiserat recepit: qui æternæ lucis claritatem nescit cæcus est. Si autem iam in redemptorem credit: qui dixit, ego sum uia: iuxta uiam sedet. Si uerò credit & exorat ut æternũ lumen recipiat, iuxta uiam sedet & mendicat Quisquis ergo cæcitatis suæ tenebras agnoscit: quisquis hoc quod si bi deest lumen æternitatis intelligit, clamet medullis cordis, clamet & uocibus oris, dicens, *Iesu fili Dauid miserere mei.* Illi autem qui Iesum uenientem præcedunt, & cæcum increpant, designant carnalium desideriorum turbas, tumultusq̃ uitiorũ: quæ priusquam Iesus ad cor nostrum ueniat, cogitationẽ nostram dissipant, & uoces cordis in oratione perturbant, ne Iesus ad cor illuminandum accedat. Sicut enim turba cæcum impedit, ne lumen corporale recipiat: sic spiritualiter turba phantasiarum & cogitationum frequenter impediunt, ne lumen gratiæ recipiant. Sed in eo quòd cæcus, quẽ turba increpat, magis clamat: datur nobis exemplum quòd quãto plura nobis occurrunt impedimenta, tanto magis est clamandum: & quanto grauiori tumultu cogitationum premimur, tanto orationi attentius est insistendum.

Hieronymus in cap. 20. Marci. Vnde Hieronymus: Comminãtur autem multi ei ut taceat: quia peccata & dæmonia compescunt clamorem pauperis. Sed ille magis clamabat: quia grauescẽ tebello manus ad lapidem adiutorij, hoc est Iesum Nazarenũ, cum clamore lauandæ sunt. Vnde & Cyrillus: Increpabant eum ut taceret: sed per inhibitiones huiusmodi non impediebatur eius audacia. Nouit enim fides omnibus repugnare, & in omnia triũphare: utile est enim pro cultu diuino pudorem deponere. Nam si causa pecuniæ sunt impudentes nõnulli, quare pro animæ salute non decet bonam induere impudentiam? sed cùm cæcus primò clamaret, Iesus transire dicitur: cùm autem multomagis clamaret, stat Iesus: quia cùm adhuc turbas phantasmatum in oratione patimur, Iesum aliquatenus tansseuntem sentimus: cùm uerò orationi uehementer insistimus, Deus in corde figitur, & lux amissa reparatẽ. Ex quo docemur quòd si in oratione primò senserimus Iesum nos quasi pertranseuntem: post paululum instãter perseuerantes, sentiemus nobiscum stantem. Interrogat autem cæcum, quid uelit ut eum ad orandum excitet: qa peti vult hoc quod & nos petere & se concedere præscit. Pius enim Dominus sua dona gratuita nostra vult esse merita: nec vult bonum nostrum inuitum & coactum, sed spontaneum & uolũtarium: & quod nobis sponte largitur, vult nostris petitionibus tribuere. Et ideo quãuis sciat quid nobis necesse sit antequam petamus, importunè ta-

A men nos ad petendum inuitat dicens: *Petite autem & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis.* In cæci autẽ petitione discimus, quia in oratione non aurum, non argentum, non fugitiuos honores: nõ longiturnam uitam, non uindictam inimicorum: non aliquod temporale sed ineffabile lumen quærere debemus: hoc est, ut ipsum qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum uidere posimus, iuxta quod ipse admonet dicens: *Quærite primùm regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis.* Ad illud lumen autem uidendũ profectò uia fides est: quia fides eum saluum fecit: uidens autem cõfestim præeuntem Iesum sequitur, qui quis bonum quod intelligit intuitu eius operatur &

B eum imitatur. Q̃anto ergo quisque plus à Deo illuminatur, tanto amplius & perfectius in bonis operibus exercere se debet: sicut iste cæcus recepto lumine non piger remansit, nec retrò redijt. Et hic talis non solum in Deum proficit: sed etiam alios ad laudem Dei accẽdit. Vbi Gregorius: Si ergo fratres charissimi cæcitatem iam nostrę peregrinationis cognoscimus, si credẽdo in redemptoris nostri mysterium iuxta uiam sedemus: si exorando quotidie ab authore nostro lumen petimus, si tandem lucem iam per intellectum uidendo illuminati post cæcitatem sumus, Iesum quem mente cernimus opere sequamur. Aspiciamus quò graditur, & eius uestigia imitando teneamus. Ecce cùm sit Dominus & creator angelorum, susceperus naturam nostram in uterum uirginis uenit Nasci tamẽ per diuites noluit, parentes pauperes elegit, prosperari in mũdo noluit: opprobria, irrisiones q̃; tolerauit: sputa, flagella, alapas, spineam coronam, crucemq̃ sustinuit. Et quia rerum temporalium delectatione à gaudio æterno cecidimus, cum qua amaritudine illuc redeatur ostendit. Quid itaque homo pro se pati debet, si tanta Deus pro hominibus pertulit? diuerso quippe itinere ambulat si gaudia delectationes q̃; appetit, cui dux suus uiam amaritudinis ostẽdit: Si ergo retributionis gaudium in peruentione quærimus, pœnitentiæ amaritudinẽ in uia teneamus. Sic itaq; fit ut non solum nostra in

C Deũ uita proficiat: sed hæc ipsa nostra conuersatio ad laudem Dei, & alios accendat. Hæc Greg Hæc etiam quæ de cæco dicta sunt, ad unumquemq; peccatorem hoc modo referri possunt. Qui enim criminale peccatum committit in opere, cæcus est in mente. Sed si iter ueritatis ingredi cupiens pro æterna uita cœperit cogitare, & ad Deum post peccatũ flendo, & ueniam petendo redire: secus uiã sedet, & mendicat. Prætereuntes uerò silentium cæco imponere uolunt: quia immundi spiritus acrius contra eũ quẽ ad ueniam redire uiderint consurgunt, & ne peccator ad pœnitentiam redeat contradicunt. Nec solum immundi spiritus: sed etiam ipsa consuetudo peccandi durius incipit rebellare, cùm senserit post assueta mala ad uirtutes hominẽ uelle redire. Sed quò acrius se sentit impugnari à malignorum spirituum tentatione, seu ab ipsa peccãdi consuetudine, eo fortius debet exemplo huius cæci pugnare in oratione clamando, per desiderium, ad Deum: clamor enim magnus, magnum indicat desiderium. Et uerè expedit peccatori clamare: quia longè distat à Deo. lõgè enim à pecatoribus salus. Et secundum Hugo. Si

D ad primas lachrymas, uel preces Deus non exaudit, homo preces iterare non desinat: magna enim munera sunt multis precibus comparanda. Neque enim diuina pietas adiutorium se petenti negabit, si

Matt. 7. Orandum est.

Matt. 6.

Gregorius hom. 2. in euange.

Psal. 118.

Universidad de Deusto Biblioteca

ille orando à petitione non defecerit. Nec de suis meritis aliquid præsumat, sed in illius misericordia confidat cui per prophetã dicitur: *In Deo faciemus uirtutem & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.* Quantam autem misericordiam Dominus pœnitentibus exhibeat, quale auxilium pugnantibus contra peccatum præbeat, consequenter declaratur. Qui. n. prius transibat pp tentationes quas in oratione patimur, si in oratione perseuerauimus, quasi stans nos ad se adduci iubet quando tranquillitatem mentis redditam dulcedine suę contemplationis, uel tenuiter manifestat. Et quia in oratione ante omnia æternã gloriam quærere debemus, rectè cæcus lumen à Domino petisse fertur. Et quoniam quicunque non negligit pœnitere de uenia, non debet desperare: rectè dicitur fides tua te saluum fecit. Quacunq; enim hora peccator uerè pœnitendo ingemuerit, & conuersus fuerit saluus erit secundum Augu. Si Hierico lunam, & ob hoc mortalitatem interpretatur, morti propinquans Dominus Iudæis solis lumen euangelij iusserat prædicari: quos significauit iste unus cæcus ante ingressum Hierico illuminatus, quem Lucas commemorat. A mortuis autem resurgens atque ascendens, & Iudæis & gentibus quos duos populos significare videntur duo ceci post egressum Hierico illuminati: de quibus Matthæus narrat.

Psal. 59. — *Ezech. 18.* — *Augustin. li. 2. quæst. euange. cap. 48.*

ORATIO.

O BENIGNISSIME *Iesu non personas hominum respicis: omnes expectas creator: omniũ misereris redemptor: omnibus indulges saluator. Quis igitur nisi suæ salutis immemor tardabit ad te cõuerti, sic benignissimè expectantem, sic ad ostium pulsantem, & per gratiam introire uolentem? Da ergo domine Deus meus mihi cæco & misero, ut a te uocatus aperiam tibi cor meum, peccatum inde expellendo, & te per gratiam recipiendo: ut illuminatus te sequar nunc in operibus uirtuosis, & post hæc de tua uisione semper gaudere merear in cœlis. Amen.*

De Zacchæo & eius conuiuio. Cap. XXIII.



Luca 19.

DEINDE eadem die Dominus Iesus ipsam urbẽ Hierico ingressus, ambulabat per eam, turba nõ modica stipatus. Hierico significat mundũ, quem intrauit in incarnatione, ambulauit in sua cõuersatione: sed perambulauit in sua passione, ex qua perambulatione facta est salus domui ecclesiæ, mundus est perambulãdus: quia per eũ est citissime transeundũ, & nullo modo per inordinatum amorem uel affectionẽ est ibi sistendum uel inhærendum. Vix enim est aliquis qui non inficiatur, si circa mũdi negotia implicetur. *Zacchæus*, autem qui erat non tantum publicanus: sed & *princeps publicanorum*, & primus inter illos qui uacabant publicis actibus. s. exactionibus & uectigalibus quæ implicant ad peccatum, *ac diues*, quia in acquirẽdo auarus, & temporalibus implicatus: ex quo in eius uocatione apparet maior Dei misericordia, & diuinę pietatis abundantia. Desiderabat ex deuotione *uidere Iesum*: beati enim oculi qui uident ipsum, *& non poterat præ turba*, sequẽte eũ, *quia statura pusillus erat*, & corpore secundum quantitatem, & mente secundũ humilitatem. Ex quo patet deuotio popularium ad Christum: quia tanta turba sequebatur eum. *Et præcurrens*, id est præ alijs currens, *ascendit in arborem sycomorum ut uideret Iesum*, inde transeuntem. Vnde Beda: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Ecce enim camelus deposita gibbi sarcina per foramen acus transit: hoc est diues & publicanus relicto onere diuitiarum contempto cẽsu fraudum, angustam portam, arctamq; uiam quæ ad uitam ducit ascẽdit. Qui mira deuotione fidei ad uidendum saluatorem, quod natura minus habebat, ascensu supplet arboris: atque ideo iustè quamuis ipse rogare non audeat, benedictionem dominicę susceptionis accipit quam desiderabat. Hæc Beda. Sycomorus est arbor ĩ foliis moro similis, & in alijs ficui: sed stipite distans, & altitudine præstans. Vnde & à Latinis celsa dicitur: Et interpretatur ficus fatua: qa arbor est sterilis: sicq; dr̃ sycomorus. i. sicut morus: uel scribitur sycomorus pro ficomoro, uitio scriptorũ. Vnde secũdũ Iosephũ, potius deberet dici ficomorus: quia cõponitur ex natura fici, quò ad lignũ: & ex natura mori, quò ad folia. Sycomora quoq; dicũtur quædam poma ficis similia, fructus autẽ mori liquorem sanguini similem habet: unde dicitur ꝙ ostenderunt elephantis sanguinem vuæ, & mori, ad acuendũ eos in prælio, scilicet corporali. Et ideo morus crucẽ signat cuius fructus ipse Christus dicitur ĩ ea sua sanguine rubricatus, qui sanguis nobis per recordationem ostensus acuit nos in prælio spirituali. Dominica enim crux credentes alit, ut ficus: ab incredulis irridetur ut fatua: quia Iudæis est scandalum, gẽtibus uerò stultitia: sed credentibus uirtus Dei est. Hæc ergo arbor in quam pusillus statura Zacchæus ut exaltari posset ascendit: arbor fidei & crucis est, ad quam multi uenientes & in eam ascendentes, quamuis statura paruuli fuissent: & nondum in scientia & perfectione multum creuissent, inde tamen Iesum uidere & cognoscere meruerũt. Huius arboris fructus sanguineus est: per quem martyres significantur, qui tam firmiter huic arbori inhęrent: ut potius occidi & proprio sanguine cruentari, quàm à sua arbore, id est, à Christi fide & cruce ualeant separari. Hác debemus ascendere per fidem & meditationem, aliter Iesum uidere non possumus: quia statura pusilli sumus: non enim sufficiunt nostra merita, sine merito passionis crucis Christi. Hanc pusillus, ut exaltari possit, ascendit: dum quilibet humilis, & proprię infirmitatis conscius, terrena relinquendo, & prauos actus deserendo, altioraque petens & in Domino confidens, in uirtute crucis gloriatur clamans cũ apostolo: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi*: cui lignum crucis est gloria, salus, uita, & per hanc laudabilem fatuitatẽ Dominum cernere

Beda in c. 19. Luca. — *Zacchæi arbore ascendenti. imitatio.* — *Galat. 6.*

cernere meretur. *Nos enim*, inquit apostolus, *prædicamus Christũ crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* Ecce sycomorum: ascende & tu lignum ubi pro te pependit Iesus, & uidebis Iesum. Vnde Augustinus: Apprehendit Zacchæus sycomorum: ascendat humilis crucem: parum est, ascendat: ne de cruce erubescat, in fronte illam figat ubi sedes pudoris est. Ibi omnino ibi, in quo membro erubescitur, ibi figatur: ubi non erubescatur putas quia irrides sycomorum. Et ipse efficit uidere Iesum. Hęc Augustinus. Quicunq; etiam humiliatur propter Iesum, hic infatuatur iuxta mundum: qui solus tamẽ sapiens est: Quia quod stultum est hominibus, sapientia est Dei: & hic Dominum uidere meretur. Vnde Gregorius: Si ueraciter sapientes esse, atque ipsam sapientiam contemplari appetimus, stultos nos humiliter agnoscamus. Relinquamus noxiam sapientiam, discamus laudabilem fatuitatem. Hinc euangelicæ historiæ uerba testantur: quia Zacchæus cũ uidere prę turba nihil posset, sycomori arborem ascendit, ut trãseuntem Dominum cerneret. Sycomorus quippe, ficus fatua dicitur: Pusillus itaque Zacchæus sycomorum subijt: & Dominum uidit: quia qui mundi stultitiam humiliter eligunt, ipsi Dei sapientiam sublimiter contemplantur. Pusillanimitatem nanque nostrã ad uidendum Deum turba præpedit: quia infirmitatem humanæ mentis, ne luci ueritatis intendat, curarum secularium tumultus premit. Sed prudenter sycomorum ascendimus, si prouidè eam quę diuinitus præcipitur stultitiam tenemus. Quid enim in hoc mũdo stultius, quàm amissa non quærere, possessa rapiẽtibus relaxare, nullam pro acceptis iniurijs iniuriam reddere, imò & adiunctis alijs patientiam præbere. Quasi enim Sycomorum nos ascendere Dñs præcipit, cùm dicit: Qui aufert quæ tua sunt ne repetas. Et rursum: Si quis te percusserit in dextram maxillã, præbe ei & alteram. Per sycomorum Dominus transiens cernitur: quia per hanc sapientem stultitiam, & si nec dum solidè ut est iam, tamen per contemplationis lumen Dei sapientia, quasi in transitu uidetur. Qui uerò in elata ad conspiciendum Deum adhuc cogitationum suarum turba deprehensi sunt, sycomori arborem non inuenerunt. Hæc Greg. Vbi & Theophilus: Sed facile hoc est ad moralem utilitatẽ retorquere. Quisquis enim pluribus in malitia præest, paruus est statura spirituali, & non potest uidere Iesum præ turba. Nã perplexus à passionibus & secularibns rebus, non aspicit Iesum ambulantem: id est in nobis operantem: nullum opus eius cognoscens. Ascendit autem super sycomorum, id est super uoluptatis dulcedinem, quæ significatur per ficum deprimẽs eam: & sic sublimior factus uidet, & uidetur à Christo. Hæc Theophilus. Per sycomorum etiam potest intelligi religio: quia Latini sycomorum cellsam nominant: est enim procerior & altior moro, & habet fructus subdulces, qui nunquam ad maturitatem perueniunt. Sic status religionis est altior & procerior: quia in contemplatione consistit & statum mundi transcendit. Habet etiam fructus subdulces: fructus scilicet abstinentiarum, uigiliarum, ieiuniorum, & huismodi qui licet de se sint duri & asperi, tamen sunt subdulces: quia sustinẽtur amore dulcedinis paradisi, & nunquam in maturitatem perueniunt: quia fructus maturi sunt dulciores: & uera religio de mũdana dulcedine nõ curat. Sed sycomorus ficus fatua dicitur: quia ad literam ingrediens religionem fatuus reputatur. Vnde potest dicere illud Amos: *Armentarius ego sum uellicans sycomoros.* Istam arborem Zacchæus pusillus, humilis scilicet religiosus ascendit, ut uideat Iesum: scilicet ut lucretur uitam æternam, quæ in uisione Dei consistit: sed quia paruus altè non potest ascẽdere sine scala, uel gradibus: ideo sunt tres gradus in scala religionis. Vnus est abrenunciatio propriæ uoluntatis, per uotum obedientiæ. Secundus est, abrenunciatio proprietatis exterioris, per uotum paupertatis. Tertius est promissio perpetuæ castitatis, per uotum continentiæ: Et istos tres gradus, tres alij gradus ex parte ipsius ascendentis præcedunt. Primus est, contemptus terrenorum. Secundus, obliuio generis. Tertius, odium mundi. Et ista tria fuerunt dicta Abrahæ à Domino. *Egredere de terra*: ecce gradum primum. *& de cognatione tua*: ecce gradum secundum. *& de domo patris tui*: ecce gradum tertium. *& ueni in terram quam monstrauero tibi*: id est, in religionem. Hi sunt tres gradus, quibus ascendebatur ad thronum Salomonis. Iste thronus est religio in qua Dominus residet, tanquam in throno & cathedra speciali. Vnde & Petrus Rauennas uocat religionẽ paradisum, quæ propria mansio Dei est, dicens: Iuxta sentẽtiam cordis mei si paradisus in hac uita præsenti ẽ: aut in claustro, aut in scholis est: quicquid enim extra hæc duo est, plenũ est anxietate, inquietudine, amaritudine, formidine, sollicitudine, & dolore. *Et cùm Iesus uenisset ad locum*, ubi erat sycomorus, *suspiciens uidit Zacchæum*, non tantum uisu corporis, sed & respectu pietatis, approbans illius deuotionem & desiderium. Bonum fuit ei uidere Christum: sed melius uideri à Christo. Vbi Beda: Vidit Iesus uidentem se: quia eligit eligentem se, & amauit amantem. Hunc sanè ordinem proficiendi, hoc est super fidem dominicæ incarnationis ad cognitionem diuinitatis perueniendi quasi sycomorum Iesu faciem speculandi doctor egregius ostendit, cùm ait: Non enim iudicaui me scire aliquid inter uos, nisi Christũ Iesum, & hunc crucifixum. Hæc Beda. Cognoscens ergo & acceptans Iesus desiderium Zacchæi, cum ut descenderet uocauit dicens: *Zacchæe festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere.* In domo quidem materiali, propter refectionem Christi & discipulorum suorum: & ad ostendendum benignitatem peccatori reuertenti, & in domo conscientiæ spirituali per gratiæ infusionem necessariam peccatori. Illud ẽt dixit Christus cuilibet nostrum: uult enim manere in domo cõsciẽtiarum nostrarum, & ideo debet præparari ad eũ recipiendum. Vnde de ista dicit Psalmista: *Domum tuã decet sanctitudo Domine. Gloria enim nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Bene debet domum suam spiritualem emundare & ornare, qui uult tantum hospitem recipere: scilicet regem gloriæ, quem nec cœlum, nec terra potest capere: ut ibi maneat: id est, per gratiam inhabitet, & non transeat. Vbi Beda: Quòd autem descẽdere de sycomoro Zacchæus, & sic in domo sua Christo mansionem pręparare iubetur, hoc est quod apostolus ait: quia & si cognouimus secundum carnem Christum: sed iam nunc non nouimus: si enim mortuus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute Dei. Hæc Beda. Verba prædicta Domini Iesu, moraliter exponi possunt de fideli anima, quæ domus Dei dicitur: quia in ea Christus per gratiam manere dignatur: & hoc hodie, id est in uita pręsenti per gratiæ prælibationem, ac etiam hodie: id est, in æternitate per gloriæ beatam fruitionem. Licet autem Christus in qualibet fideli anima habitet

1. Corin. 1. — *Augustin. sermone 8. de uerbis apostoli.* — *1. Cor. 1.* — *Gregorius ad finem lib. 27. moral.* — *Sycomorum* — *Pusillanimitas Centurionis.* — *Matth. 5.* — *Status religiosorum.* — *Amos 7.* — *Gradus ascendentiũ.* — *Gene. 12.* — *Beda in c. 19. Luca.* — *Psal. 92.* — *2. Cor. 1.* — *Beda in c. 19. Luce.* — *Morale.* — *2. Cor. 5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anime abstractio triplex.

per fidem, specialiter tamẽ ad hoc eligit mentes eleuatas & abstractas. Debet autem anima talis esse abstracta tripliciter: scilicet à desiderio rerum temporalium, à uoluptate delectationum carnalium, uel commodi corporalis: & à seipsa, per abdicationẽ propriæ uoluntatis. Per hæc enim tria abstrahitur anima ab omni impeditiuo salutis, contra illa tria de quibus

1. Ioan. 2. dicitur: *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia uitæ.* Hanc triplicem abstractionẽ docuit saluator dicens:

Luca 9. *Qui uult uenire post me, abneget se,* quantum ad tertiũ: *& tollat crucem suam,* quantum ad secũdum: *& sequatur me,* uidelicet relictis, omnibus, quantum ad primum. Et hæc triplex abstractio de Zacchæo, cui hæc uerba dicta sunt, s. *in domo tua oportet me manere:* potest intelligi, Quamuis enim principium euãgelij ipsum diuitem appellauit, in processu tamen eum uerũ pauperem Christi factum esse commemorat. Nam in eo quòd dixit: *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, &c.* innuit abstractionem primam, scilicet à rebus temporalibus. In eo autem ꝙ Zacchæus ascendit in arborem sycomorum, significatur abstractio à commodo tẽporali, uel delectatione carnali: sycomorus enim est ficus fatua: & signat carnalis delectationis dulcedinem, quæ fatua est, quã ascendẽs per hanc abstractionem sub pedibus deprimit & calcat. In hoc autem quòd ipse ad unam Domini uocẽ, *festinans descendit: & excepit illũ gaudens,* innuitur abstractio propriæ uoluntatis. Et hæc tria se inuicem perficiunt: ita quòd alterum sine alijs perfectum non est. Si enim quis sit abstractus à sollicitudine temporalium, & sit deditus uoluptati carnis: nihil ualet: & sic intellige de alijs suo modo. *Et festinans descendit, & excepit illum gaudens,* & exultans de tanti hospitis aduentu. Iam enim quia Dominum in cor suum susceperat Zacchæus, in domo eius dignatus est suscipi Dominus. In quo facto Dominus innuit, ꝙ uotis minorum annuit: & affectus pios prosequitur & perficit. Vide hic benignitatem Domini: plus enim dedit Zacchæo quàm ille desiderasset: quia dedit ei seipsum, quod ille petere ausus non fuisset: uide etiã uirtutem orationis: quia desiderium magna uox, & magna oratio est. Et ideo dicit propheta: *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus.* Et alibi Dominus ad Moysen, quid clamas ad me? cùm ille ore taceret, & tantũ corde loqueretur. Vnde Augustinus. Tota uita boni Christiani sanctum desiderium est: quod autem desideras, nondum uides: sed desiderando capax efficieris, ut cùm uenerit quod uideas, implearis: hæc est uita nostra ut desiderando exerceamur. Tantum autẽ nos exercet sanctum desiderium, quantum desideria nostra amputauerimus ab amore seculi. Hæc Augustinus. *Et* uidentes Pharisæi & alij malignãtes Iudæi, quòd intrauerat domum publicani, *murmurabant dicentes: quia ad hominem peccatorem diuertisset.* Isti peccabant dupliciter: scilicet falsè iudicando de Zacchæo: quia iam peccator non erat, sed uerè pœnitens. Et similiter de Christo: quin non mirum erat si diuertebat ad eum quem iustificauerat: quia cor pœnitentis est Christi diuersorium, ubi pascha manducat. Irrationabiliter etiam murmurabant: quia nullus potest rationabiliter murmurare, si medicus dignatur ægrotũ uisitare. *Stans autem Zacchæus,* ad obediendum Domino promptus, non titubans propter aliorum murmurationem & detractionem, sicut multi qui ad modicum uerbum aliorum bonum deserunt iam inchoatum, *dixit ad Dominum, Ecce* di-

Benignitas Domini.

Psal. 9. Exod. 14.

Augustin. tractat. 4. in epist. D. Ioan.

A midium bonorum meorum do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum: scilicet de dimidio residuo quod adhuc retineo. Lex enim in aliquibus præcepit restituere duplum, in aliquibus quadruplum, in aliquibus quintuplũ: & ideo per hoc ꝙ hic restitutio media exprimitur, aliæ duæ extremæ intelliguntur. Ex hoc autem quòd dimidium bonorum suorum dedit pauperibus, patet quòd non omnia bona sua erant malè acquisita: qui de illis non posset fieri eleemosyna. Sicut autem Zacchæus dixit, do

Beda in c. 9. Luca. B pauperibus, & reddo quadruplum: sic debent facere uolentes dare eleemosynam, uel reddere malè acquisita dicentes: do, uel reddo: nõ dabo, uel reddam seu in testamento meo ponam. Vbi Beda: Et hæc est sapiens illa stultitia quã de sycomoro publicanus quasi fructum uitę legerat: rapta uidelicet reddere, propria relinquere, uisibilia contemnere: pro inuisibilibus etiam mori desiderare, seipsum abnegare, & eius qui necdum uidebatur Domini uestigia sequi concupiscere. Hæc Beda. Conspice igitur Dominum & discipulos cum illis peccatoribus comedentes, ac familiariter & domesticè conuersantes, ut eos ad se attraherent, & de peccatoribus iustos facerent. Et quia Iudæi murmurabant, quòd ad hominem peccatorem diuertisset, & cum eo maneret, ut ipsorum æstimationem & murmur redarguat, & compescat quẽ intus curauerat, etiam à culpa sanatum annunciat *dicens,*

C *quia hodie salus huic domui facta est.* & omni ægritudine, omni morbo, omni uitiorum contagione fugata sanata est, & tota interius & exterius sanctificata: ꝙ per Dñi ingressum facta est Zacchæo salus, & ꝙ fuerat peccator, per Dñi redemptionẽ est iustificatus, & salutẽ consecutus: quia suscepto medico saluus factus est ab auaritia & omni morbo. Vbi Theophilus: Ipsum Zacchæũ signat assecutum fuisse salutẽ: per domum, habitatorem designans: sequitur enim, eo ꝙ & ipse sit filius Abrahæ: non enim uocasset Abrahæ filium, inanimatam fabricam. Hæc Theophilus. Vel eo quòd & ipse, qui huius domus habitator est, iam non publicanus sit: sed filius Abrahæ factus, scilicet non natus: i. non secundum carnem, sed secũ

D dum fidem, non genere, sed fide & operum imitatione. Abrahæ nanque filij sunt, quicunque Abraham imitantur, & opera Abrahæ faciunt: Zacchæus quip pe, sicut & Abraham, in fide creuit: & Abraham quidem angelos, Zacchæus uerò angelorum Dominum hospitio susçepit. Vnde Beda: Flius Abrahæ dicitur Zaccheus, non quia de eius stirpe generatus: sed quia eius est fidem imitatus, ut sicut Abraham terram cognationem domumque patriam ob

Beda ibid. Gene. 12. spem futuræ hæreditatis Domino iubente deseruit ita & ille quòd thesaurum in cœlis acquireret, bona sua pauperibus partiendo, relinquit. Et pulchrè dicit, & ipse: ut non solum eos qui iusti perseuerant,

E sed & eos qui ab iniustitia resipiscunt, ad filios promissionis pertinere declararet. Hæc Beda. Et reddit causam quare ad domũ publicani diuertit: quia hoc fecit ut medicus ægrotum curaret, & ut Deus peccatorem iustificaret, & ut pastor ouem perditam reportaret: & ut saluator quod per culpam perierat, saluaret: Quia ad hoc Dei filius *uenit de cœlo in mundum* per carnis assumptionem factus homo, & *filius hominis,* id est virginis, *ut quæreret* per doctrinam, & *saluum faceret* per gratiam, *quod perierat* per culpam, scilicet ouem centesimam dragmam decimam, filiũ iniorem. Perierat enim in homine innocentia naturæ, similitudo gratiæ, adoptio gloriæ: propter primum

Perditio hominis.

mum comparatur oui perditæ: propter secundum, dragmæ perditæ: propter tertium, filio prodigo. Tria autem prædicta venit Iesus reparare. Vnde ait & alibi: *non ueni uocare iustos. sed peccatores ad pœnitentiam.* Vbi Chrysostomus: quasi diceret: Quid me criminamini si rectifico peccatores? tam enim procul est à me odium peccatorum, quòd eorum causa aduenerim. Nam medicus veni, non iudex: ob hoc conuiua fio languentium, patiorque fœtorem, ut præstem remedium. Vbi & Beda: Pius sanè magister qui murmurantibus turbis sua mysteria nõ dedignatur exponere: à Deo scilicet peccatorum pœnitentiã non esse respuendam: ut ipsa Dei filius ob hanc maximè quærendam sit destinatus ad terras, qui ut pietatis suæ nobis dispensationem inculcet, sępissimè se

Luca. 5. Chrysost. in cap. 9. Matth.

Beda ĩ cap. 19. Luca.

B filium hominis appellat: commendans sollicitè nobis, quod factus est benignè pro nobis, ut autem dicit idem Beda: Mysticæ Zacchæus, qui interpretatur iustificatus, credentem ex gentibus populum significat, qui per occapationem temporalium de pressus erat & minimus: sed à Domino sanctificatus: qui intrantem Hierico saluatorem videre voluit, dum fidẽ quam mundo attulit, participare quæsiuit. Hæc Beda. Per diuitem etiam istum, scilicet Zacchæum, qui quærebat videre Iesum, sed impedichatur per turbã, & staturæ suæ paruitatem, intelligi potest quilibet diues, qui de salute sua sollicitatur: sed per turbationem phantasmatum circa negocia tẽporalia, & per propriam imperfectionẽ impeditur: propter quod

Beda ibidem.

Oratio, quid. Damascenus lib. 3. de fide cap. 24. ascendere debet in arborem, id est ad Christum per orationem: quæ secundum Damascenum, est ascensus mentis in Deum. & sic Iesum videre meretur, & partem bonorum suorum pauperibus dare, & si quẽ defraudauit fideliter restituere. Per pharisæos autem murmurantes intelligi possunt maledici, bonorum deprauantes, & quæ bene fiunt in malum interpretantes. Sed de his non est curandum, nec ideo à bono opere cessandum, imò potius & fortius ei insistẽdum. Et quia erant prope Hierusalem, quæ est caput regni, & existimabant aliqui pharisæorum &: etiam discipulorum, quòd statim cùm esset in Hierusalem manifestaretur regnum eius super Iudæos: à multis

D enim credebatur futurus rex Israel, secundum quòd dixerunt Magi, Vbi est qui natus est rex Iudæorum? & ipsi Apostoli quærebant ab eo: Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Ad hunc ergo errorem remouendum, inducit parabolam de homine nobili, qui abijt in regionem longinquam, & dedit decem seruis suis, decem minas ad negociandũ. Quæ quia in sententia concordat cum alia parabola quæ infrà de talentis dicitur: ideo hæc ibidem simul cum illa coniungitur.

ORATIO.

E DOMINE *Iesu Christe, qui Zacchæum in Sycomorum ascendentem misericorditer respexisti, ac eum ad te uocans, & in domum ipsius diuertens ab omni uitio sanasti: Concede mihi pusillo & misero, ut in arborem pœnitentiæ ualeam ascendere, ubi me oculis misericordiæ digneris aspicere, & ad tuam gratiam uocare: donans mihi ut domum conscientiæ meæ ad te recipiendum dignè præparem, & per te totus interius & exterius perfectè saner. Et qui uenisti de cœlis quærere & saluare quod perierat in terris, tu me qui per culpam perieram requiras bone pastor, & saluum facias pie saluator. Amen.*

A *De duobus cæcis post egressum Hierico illuminatis. Cap. XXIIII.*



POST hæc egrediente Iesu cum discipulis ab Hierico, turba multa desideran tium audire doctrinam eius, *secuta est eum* pauci enim audebant propter latro nes ingredi desertum. Quòd turba plurima sequeba tur Iesum, suæ sedulæ & studiosæ doctrinæ est indicium. Vnde Chrysosto. Testimonium studiosi agri colæ est messis fęcunda, assidui autem doctoris documentum ecclesia plena. Neminem labor itineris impediuit: quia amor spiritualis fatigationem nõ sentit. Neminem possessionum suarum sollicitudo retraxit: quia ingrediebantur in possessionem regni cę lestis. Verè enim nõ habet super terram quod amet, qui bonum cęleste in ueritate gustauerit. Sicut enim qui precioſum manducauerit cibum, postmodum ei hæc esca communis ingrata uidetur: sic & qui semel dulcedinem Christi bene gustauerit, terrenorũ bonorum de cætero non multum sentit saporem. Nimirum hæc est illa rosa in campis Hierico, de qua Sapientia loquitur per Salomonem: *Sicut palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Hierico.* Ergo hæc est illa speciosissima rosa, sanctitate iustitiæ candida, & passionis sanguine rubicũda. Sicut enim rosa antequã videatur sentitur, & antequam inuenia tur tenetur in odoribus suis: sic & Domino transeũ te de longè, duo cæci antequam uiderent diuinitatem eius fragrantia senserunt. Hæc Chrysosto. Vnde sequitur: *Et ecce duo cæci sedentes secus uiam,* ut elee mosynam peterent à trãseuntibus, non remotè à via salutis, *audierunt* à trãseũtibus, *quia Iesus,* Nazarenus omni flore virtutum uernans, *transiret.* O felix auditio, rumor leuis. Multi enim reges & prophetæ uoluerunt audire, & non audierunt. Et misericordiam cum clamore petebant dicentes: *Domine miserere nostri fili Dauid:* tua compassione nostram miseriam re mouendo. Vocant eum filium Dauid: quia credebãt eum esse Christum, per prophetas promissum: & no tum erat apud omnes Iudæos, quòd Christus de semine Dauid erat nasciturus. Cum magna desiderij intentione clamauerunt: & magno desiderio illumi nari postulauerunt: confessi Dauid filium per carnem, Deum etiam in eo esse nouerunt per inspiratio nem. Vbi Chrysostomus: Opportunè autem oblati sunt ante faciem Christi duo cæci, ut apertis oculis quasi testes uirtutis eius ascenderent cum eo in Hierusalem: hi currentium strepitum audiebant, & personas

Matt. 20. & Mar. 10.

Chrysosto. hom. 36. operis imperfe.

Eccl. 24.

Luca. 18.

Filius Dauid.

Chrysosto. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sonas non uidebant, nihil solum habentes de toto corpore præter uocem: & ideo quia pedibus eum se qui non poterant, uoce sequebantur. Hæc Chrysostomus. De uno istorum tantum, scilicet famosiori Marcus mentionem faciens, de alio tacuit minus noto. Vbi Augustinus. Hoc autem factum & Marcus commemorat, sed uno cæco factum. Nam duorũ cæcorum quos Matthæus interposuit, unum fuisse in illa ciuitate famosissimum, ex hoc satis apparet, quòd & nomen eius & patris eius Marcus commemorauit. *Barthimeus enim Thimei filius*, ex aliqua magna fœlicitate deiectus notissimæ & famosissimæ miseriæ fuit, quòd non solum cæcus uerumetiam mendicus sedebat. Hinc est ergo quòd ipsum uoluit cõmemorare Marcus, cuius illuminatio tam claram famam huic miraculo comparauit, quàm erat illius nota calamitas. Vnde & Beda: Et bene Marcus, qui gentibus scribebat euangelium, unum dicit illuminatum, ut eorum quos instituebat ad fidem saluationi figura congrueret. Matthæus verò, qui Hebræis suum scribebat euangelium, & quod in gẽtium quoque notitiam erat peruenturum, rectè duos dicit illuminatos, ut ad utrumque populum unam eãdemque fidei gratiam pertinere doceret: qui etiam in sequenti lectione de asino, in quo Dominus sedere dignatus est, eandem euangelicam seruare scripturam curauit. Hæc Beda. Barthimeus, qui filius pinguedinis interpretatur, significat hominem in delitijs carnalibus nutritum: ideo dicitur cæcus, scilicet sapientiæ lumine priuatus: de qua dicitur in Iob, *quòd non inuenitur in terra suauiter uiuentium*: quia delitiæ carnales hebetant intellectum. Et talis cùm audit de saluatore, debet clamare per orationem deuotam, ut ab illo recipiat sapientiæ lumen, qui dat omnibus affluenter, saltem de necessarijs ad salutem. *Turba autem*, doctrinam Christi auscultans, uidens sordidas uestes, non conscientiæ claritatem, *increpat eos ut taceren*t: quia per clamorem suum turbam ab audiendo Christi doctrinam impediebant. Et hi significant eos, qui à bono opere retrahunt alios. Habemus autem triplicem turbam impedientem: unam à carne, aliam à mundo, tertiam ab inferno: quia carnalia desideria & persecutiones, scilicet mundi & diaboli, nobis obstant: ut taceamus à confessione peccati, ab ædificatione proximi, à laude Dei. Infœlix hæc turba omni bono obsistit. Turba desideriorum carnis, increpat alliciendo: turba tyrannorum mundi, increpat persequendo: turba dæmonum inferni, increpat decipiendo. Sed quomodo tacebunt in oratione cæci per ignorantiam mentis, præcipuè de proprio statu mendici per defectum uirtutis: & extra uiam scilicet salutis. *At illi magis clamando insistebant*, donec strepitum turbæ uincerent, timentes ne ex increpatione aliorum impediretur auditio, & exauditio petitionis ac uocum eorum: & misericordiam petebant, *dicentes: Domine miserere nostri fili Dauid*. In hoc & nos exhortamur ad orationis continuationem, & in ea perseuerantiam. Vbi Chrysostomus: Inuitabantur utiti magis quàm concupiscebant. Talis est natura fidei, quantomagis uetatur, tantomagis accenditur: propter quod serui Dei in persecutionibus non uincuntur: uirtus enim fidei in periculis secuta est, & in securitate perichtatur. Quid enim aliud sic uigorem fidei in omnibus laxat, quàm longa tranquillitas? Et iterũ: Primò enim clamabant: quia cæci erant. Secundò, magis clamabant: quia ad lumen accedere uetabantur. Christus autem permittebat eos uetari, ut plus

Augustin. lib. 2. de cõsensu euãg. cap. 65.

Beda in ca. 10. Marci.

Iob. 28.

Turba triplex nos impediens.

Chrysosto. ho. 36. operis imperf.

A eorum desiderium appareret. Hinc autem discę, quia si abiecti fuerimus, cum studio accedentes ad Deũ, per nosipsos assequamur quod petimus. Hæc Chrysostomus. Vnde Augustinus. Bonos enim Christianos uolentes facere præcepta Dei, Christiani mali & tepidi prohibent: clament tamen illi, non deficiant. Cùm enim quisque Christianus cœpit bene uiuere: mundumque contemnere, in ipsa sui nouitate patitur reprehensores frigidos Christianos: sed si perseuerauerit, ipsi iam obsequuntur qui antè prohibebant. Hæc Augustinus. *Et* quia pulsanti aperietur, *stetit Iesus expectans eos*: quia illi sequi non poterant: quò enim pergerent, non uidebant: *& uocauit eos*, ne turbæ prohiberent si non uocati uenirent.

B Et interrogauit eos quid uellent, nõ tamen hoc ignorans: sed ut ex responsione & confessione cæcorum manifesta debilitas & uirtus remedio cognosceretur: quia ad miraculorum operationem uult habere sanandorum confessionem, ut ex hoc magis appareat euidentia miraculi ad aliorũ utilitatem. Et cùm illi dicerent, *Domine ut aperiantur oculi nostri: misertus eorum Iesus*, fons ueræ lucis, *tetigit oculos eorum, & confestim* id est subitò *uiderunt*. ex quo patet quòd talis illuminatio fuit miraculosa non naturalis: quia natura non operatur in instanti. Vbi Chrysostom. Tetigit autem ut homo carnaliter, sanauit ut Deus. Et iterum: Quandiu dixerunt filii Druid, suspensa est sanitas: mox ut dixerunt, Domine, sanitas est infusa: qa saluare nõ poterat filius Dauid, sed filius Dei. Hęc Chrys. Spiritualiter, secundũ glos. oculos tangit, cum radijs suæ lucis conscientiam illustrat: & confestim uidemus ad Deum contemplandum, ad nos cognoscendum, ad proximum iuuandum. Notandum autem quòd triplex est modus illuminationis: Illuminati enim leguntur aliqui uerbo, sicut cæcus de quo dictum est suprà: aliqui tactu, ut isti de quibus fit hîc mentio, aliqui unguento, sicut ubi lutum fecit ex sputo. Verbum, est prædicatio: tactus est interior inspiratio: unctio, sacramentorum institutio. Sic ergo illuminat per eloquia sacræ doctrinæ, per charismata gratiæ, per sacramenta ecclesiæ. *Et secuti sunt eum*, non tam pedibus, quàm uirtutibus, ac fide & moribus: quia illi qui à Christo illuminati sunt corporaliter, ab ipso etiam illuminati sunt mentaliter. Quoscunque enim Christus sanauit corpore, sanauit & mente: quia totum hominem simul fecit saluum. Vnde Chrysosto. Bonum munus obtulerunt Christo sanati: quia secuti sunt eum. Hoc enim Deus à te requirit, secundum prophetam, sollicitum ambulare cum Deo tuo. Et iterum permisit eos sequi, ut recens miraculũ ostenderet eum non ex infirmitate mori. Hæc Chrysostom. In hoc autem quòd secuti sunt eum, patet eorum gratitudo: quia non resilierunt post beneficia donata eis à Domino: quod tamen multi faciunt qui post beneficia ingrati existẽtes ad uomitum reuertuntur, & ad malum redeunt. Vbi Chrysostom. Sed non illi fuerunt tales: sed & ante donationem fuerunt perseuerabiles, & post dationem grati. Hos & nos zelemur: & si tardauerit dationem Deus, & si multi sunt qui adducunt, ne desistamus petentes: sic enim maximè Deum attrahemus. Vide itaque & hîc qualiter uehementem eorum concupiscentiam, non inopia, non cæcitas, non audiri, non à turbis increpari, non aliquid aliud prohibuit. Tale quid est anima feruens & laborans. Hæc Chrysost. Tu ergo existens extra uiam, & cæcus, clama ad Iesum, ut te illuminare dignetur ad ipsum

Augustin. serm. 18. de uerbis Domini.

Chrysosto. hom. 36. in Matth. Mich. 6.

Modus illuminandi triplex.

ipsum uidendum, ac fide & imitatione sequendum: quia hoc præcipuè est nobis necessariũ. Vbi Aug. Tota igitur fratres opera nostra in hac uita est, sanare oculum cordis, unde uideatur Deus. Ad hoc sacrosancta mysteria celebrantur, ad hoc sermo Dei prædicatur: ad hoc exhortationes morales: id est, pertinentes ad corrigendos mores: ad emendandas carnales concupiscentias, ad renunciandum, non uoce tantum, sed mutata uita huic sęculo: ad hoc agunt, quicquid agunt, diuinæ sacræque literæ, ut purgetur illud interius ab ea re quæ nos impedit ab aspectu Dei. Hæc Augustin. Vbi & Origenes: Et nos ergo sedentes iuxta scripturarum uiam, & intelligentes in quibus cæci sumus: si ab effectu petierimus, tanget oculos animarum nostrarum, & recedet à sensibus nostris tenebra ignorantiæ: ut eum uideamus & sequamur, qui dedit nobis posse uidere propter nihil aliud, nisi ut eum sequamur. Hæc Origenes. Per duos cæcos istos significantur duo populi: scilicet gentiles, qui erant excæcati per idolatriam: & Iudæi, per doctrinam peruersam, mandatum Dei transgredientes propter traditiones hominum: qui sedebant secus uiam, quia uidebantur habere legis notitiam, sed uiam, quæ est Christus, ignorabant: quorum alter naturalem, alter scripturæ legem habebat. Qui audierunt de transitu Iesu, postquam exijt de Hierico: id est, de hoc sęculo: sed Iesu eorum oculos mentales tangente, illuminati sunt multi de Iudæis, & de gentibus plures, eum per fidem & opera sancta sequentes. Et prius quidem unum, postea duos cæcos illuminat: quia unum prius populum, deinde duos uocat. Vnde Beda: Quòd autem appropinquans Hierico, unum illuminauit, ac proficiscens de Hierico duos: hoc intimauit, quòd ante passionem suam uni tantum populo Iudæorum prædicauit: post resurrectionem uerò atque ascensionem suam, per Apostolos & Iudæis & gentibus diuinitatis suæ & humanitatis arcana patefecit. Hæc Beda. Plura ad expositionem & meditationem pertinentia, suprà de uno cæco posita possunt hîc applicari: & econuersò plura hîc posita ibi aptari.

Origenes tract. 13. in Matt.

Matt. 15.

Beda in c. 10. Marci.

ORATIO.

LVx lucis, & fons luminis Domine Iesu, qui duorum cæcorum ad te clamantium affectu misericordiæ misertus, oculos eorum tangere, & sic eos illuminare dignatus es: tange quæso oculos meos spirituales, & radijs tuæ lucis conscientiam meam illustra, ad te contemplandum, ad me cognoscendum, ad proximum instruendum & iuuandum. Illustra cor meum lumine tuæ gratiæ diuinæ: ut te ductorem in omnibus uijs meis habeam, te imitando sequar, & te qui es super omnia præomnibus timeam & diligam, tuamque in omnibus faciam uoluntatem. Amen.

De effusione unguenti super caput Iesu. Cap. XXV.



APPROPINQVANTE tempore in quo Dominus pati disposuit, appropinquauit ipse loco in quo eiusdem passionis dispensationem facere uoluit: ut per hoc intimaret, quòd uoluntariè & sua sponte patere tur & mortem subiret. Igitur *ante sex dies* solennis *Paschæ*, id est, sexta die ante paschа, scilicet sabbato ante ramos palmarum, *uenit Bethaniam*. Intelligas hîc diem paschæ non decimamquartam primi mensis, in qua ad uesperam immolabatur agnus paschalis: sed quintamdecimam, scilicet illã in qua passus est Christus, quæ tota erat festiua & solennis. Vnde Theophilus: Decima autem die mensis agnũ Iudæi capiunt immolandum in festo paschæ: extunc enim festiuitatis præluebant solennia: quapropter in die quæ est nona mensis, & præcedit sextum diem ante paschа, epulantur splendidè, & exordium festi hanc diem constituunt: quo fit ut Iesus quoque pergens Bethaniam conuiuaretur. Hæc Theophilus.

Ideo autem uenit Bethaniam, ut Lazari resuscitatio renouaretur: ac memoriæ omnium arctius imprimeretur, & ut inexcusabiles Iudæi de morte tanti suscitatoris tractantes confunderentur: & ex memoria miraculi ibidem facti turba populi moueretur, ad eum honorificè recipiendum in Hierusalem ante suam passionem, sicut fuerat prædictum per Zachariam prophetam dicens: *Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus uenit tibi, &c.* Sciens ergo Dominus Iudæos conspirasse in mortem appropinquante paschа, in quo agnus paschalis immolabatur, reuertendo uenit quasi agnus ad uictimam: ut sic agnus uerus immediatè post immolationem agni paschalis immolaretur, pro nobis: ut ueritas figuræ succederet, & uerum paschа haberemus. Et erat in domo Simonis prius leprosi, tunc autem mundati: quia fuerat leprosus & à Domino sanatus, sed tamen adhuc pristinum nomen ad memoriam miraculi retinebat, ut uirtus curantis appareret: sicut adhuc dicitur, Matthæus publicanus, licèt esse publicanus desierit. Hinc colligere possumus, quòd licèt à peccato nostro mundati fuerimus, semper tamen ipsum in memoria ad pœnitentiam habere debemus. Hunc Simonem leprosum tradunt fuisse beatum Iulianum, sic postea uocatum, & factum Cęnomanensem episcopum: cui iter agentes dicunt pater noster, ut bonum habeant hospitium. *Fecerunt autem cœnam ibi* Domino:

Ioan. 12. Matt. 26. Marci. 14.

Zachar. 9.

Simonem leprosum. S. Iulianũ Cœnomanensẽ fuisse ferunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Domino: *& Martha miniſtrabat: & Lazarus*, inuitatus à Simone, *unus diſcumbentium erat*. Piè credendũ eſt quòd cœna honeſta & abſque luxu fuerit, quam fecerunt ei qui prædicator & amator parſimoniæ extitit. *Martha miniſtrabat ibi*: quia, ſecundum quoſdam domus Marthæ erat poſſeſſione, ſed Simonis habitatione alias ibi nõ miniſtraſſet. Vel poteſt dici, quòd iſte Simon erat Marthæ vicinus: & propter hoc ipſa miniſtrabat in domo eius, ſicut homines ſolent facere in domibus amicorum ſuorum: & maximè propter reuerentiam ipſius Chriſti comedentis ibidem. *Lazarus uerò erat unus ex diſcumbentibus cum eo*, inuitatus à Simone. & hoc factum eſt ad declarationem ueri miraculi de eius reſuſcitatione: ut ex hoc quòd poſt ſuſcitationem cibum ſumeret, non phantaſtica ſua ſuſcitatio eſſe probatur. Vnde Auguſtinus: Ne putarent homines phantaſma eſſe factum: quia mortuus reſurrexit. Lazarus unus erat ex recumbẽtibus: uiuebat, loquebatur, epulabatur: ueritas oſtendebatur, infidelitas Iudæorum confundebatur. Et ſecundum eundem: Lazarus dum diſcumbit in conuiuio, conuiuis interrogantibus eũ triſtia loca, pœnarumque ſedes alta nocte obſcuras, indicauit diligenti narratione per ordinem: & ita inferi, longis temporibus ignorati, tandem inuenerunt proditorem. Quòd autem ante ſex dies uenit, hoc myſterio conuenit. Primò quidem, quantum ad numerum: numerus enim ſenarius perfectus eſt: vnde & Deus opera creationis perfecit ſex diebus: & propter hoc docuit, quòd ſex diebus quodammodo compleretur opus paſſionis quo omnia ſunt reſtaurata. Secũdò, quantum ad figuram: quia decima die menſis primi tollebatur agnus, & ſeruabatur uſque ad quartamdecimam. Vnde & Dominus ſexta die ante quintãdecimã Hieruſalem intrare voluit, quaſi ad locum immolationis accedens. Quòd uenit Bethaniam, quæ interpretatur domus obedientiæ, etiam congruit myſterio. Primò, quantum ad cauſam paſſionis: quia, ſecundũ Apoſtolum, *factus eſt obediens patri uſque ad mortem*. Secundò ad fructum paſſionis, quem conſequũtur illi ſoli qui obediunt ei: quia ſecundum eundem Apoſtolum, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Vnde Hieronymus. Paſſurus Dominus pro omni mundo, & uniuerſas nationes ſuo ſanguine redempturus, uenit & moratur in Bethania, in domo obedientiæ: hinnulus ceruorum ſemper ad lectum ſuum redit, & filius obediens patri uſque ad mortem, obedientiam à nobis petit. Hęc Hieronymus. Quòd uenit ubi fuerat Lazarus mortuus, quem ſuſcitauit, ſignificat quia in domo obedientię, illi qui ſunt ſpiritualiter mortui in peccatis, reſuſcitãtur reducti ad uitam iuſtitiæ: quia ſecundum Apoſtolum, *Per unius hominis obedientiam iuſti conſtituuntur multi*. Quòd fecerunt ibi cœnam Domino, conuenit etiam myſterio: quia Dominus in domo obedientiæ ſpiritualiter reficitur, delectatus in obedictia noſtra, & Martha miniſtrabat & ſatagebat circa frequens miniſterium: per quam ſignificantur prælati, qui in eccleſiis ad miniſterium inſtituuntur: ſecundum illud Apoſtoli, *Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti*: & Lazarus reſuſcitatus erat unus ex diſcumbentibus, per quem ſignificantur ſubditi miniſterio prælatorum à peccatis ad ſtatum iuſtitiæ reducti, qui cũ alijs iterum ſpiritualiter cum Domino merẽtur epulari. *Maria uerò unxit caput & pedes Ieſu, & exterſit capillis*, per quam ſignificantur contẽplatiui: de ea enim dicitur alibi, ꝙ ſedens ſecus pedes Domini audierat verbum illius. Vnde Alchuinus: Myſticè quòd ante ſex dies uenit Bethaniam, ſignificat quòd ille qui ſex diebus omnia fecerat, ſexta die hominem creauit, ipſa ſexta mundi ætate, ſexta feria, ſexta hora, redimere mundum uenerat. Cœna autem dominica fides eſt eccleſiæ, quæ per dilectionem operatur. Martha miniſtrat, cùm fidelis anima, opera ſuæ deuotionis Domino impendit. Lazarus unus eſt ex diſcumbẽtibus, cùm hi qui poſt peccatorum mortem ſuſcitati ſunt ad iuſtitiam, una cum eis qui in ſua permanſerunt iuſtitia de præſentia ueritatis exultant, & cœleſtis gratiæ munere aluntur. Et bene in Bethania celebratur, quæ interpretatur domus obedientiæ, nam eccleſia eſt obedientiæ domus. Hæc Alchuinus. *Maria ergo acceſſit ad Ieſum*, tanquam ad fontem miſericordiæ laborantem infirmitates noſtras: *& fregit*, id eſt, aperuit alabaſtrum contentiuum, *unguenti nardi piſtici pretioſi*, id eſt, uaſculum alabaſtrinum, ſcilicet pixidem de alabaſtro, (quod eſt genus marmoris candidi, & varijs coloribus intertincti, in quo bene & incorruptè ſeruantur unguenta) plenam unguentum pretioſo, *& effudit unguentum ſuper caput Ieſu recumbentis*: id eſt, ad menſam ſedentis: ſicut effunditur aqua roſacea propter refrigeriũ & odorem, *& etiam unxit inde pedes eius*, apud quos etiam alias tantam gratiam ſuenerat, *& capillis ſuis exterſit*. Ordine alio factũ fuit quàm hic ſcriptum ſit: quia primò lauit pedes & exterſit, & poſtea unxit. *Et domus impleta eſt ex odore unguenti*, effuſi: quia enim de re aromatica erat, longè lateque poterat odor eius diffundi. Non eſt ueriſimile quòd eſſet aliquid groſſum ſicut unguenta communiter dicta: quia indecens eſſet tale quid ponere ſuper caput hominis ſedentis in menſa, & ideo dicendum quòd hîc uocatur unguentum liquor pretioſus de re aromatica expreſſus, ſicut aqua roſacea exprimitur de roſis: aliter dicitur quòd fuit lachryma fluens naturaliter de arbore aromatica, quæ eſt multum pretioſa, & ualet ad multa medicinalia: dicunt etiam aliqui, nardus eſt herba nigra faciens ſpicas in cacumine, & propter hoc dicitur nardi ſpicati: quia de illis ſpicis extrahitur liquor prædictus per artificium: uel, ſecundum alios, fluit per naturam. Alij dicunt, quòd eſt frutex uel arbor paruula, & inde fluit uel extrahitur liquor modo prædicto. Piſtici, ſecundum quoſdam, nomen eſt loci ubi creſcit arbor unde talis liquor exprimitur: ſed melius dicitur, piſtici, id eſt fidelis: πιστις enim Græcè, fides eſt Latinè, hoc eſt dictum, quòd iſte liquor erat purus & uerus, non habens aliquid aliud admixtum, nec ſophiſticatus. *Pretioſi*, quia ualebat trecentos denarios, id eſt, nummos uſuales: erat enim ille liquor refrigeratiuus, & confortatiuus membrorum, & cõſolidatiuus, & ualde odoriferus, ualens ad alleuiationem laboris, & cõtra æſtum ſolis, & diſtẽperiem aeris, & ad multa medicinalia. Ex quo patet pretioſitas unguenti, & deuotio ac pietas Mariæ, quæ labori Chriſti compatiens, & pedes & caput eius unxit: & rem tam pretioſam in obſequium eius expendit. In quo & nos docemur ꝙ ea quæ pretioſiſima ſunt apud nos, Deo offerre debemus. Et quod alia uice, peccatrix adhuc exiſtens, fecit in eadẽ domo ex contritione, ſcilicet quãdo cõuerſa eſt, & peccata ei multa dimiſſa ſunt, eo ꝙ multum dilexit: nunc iuſtificata & familiaris Domino effecta, facit ex deuotione: ſed tunc tantum pedes unxit, & gradatim à pedibus ad uerticem perueniens, nũc & caput & pedes ungere meruit: tunc unxit Dominũ unguento pœnitentiæ, nunc unguento deuotionis.

Auguſtin. tract. 50. in Ioannẽ. Lazari de inferis reuerſio.

Genes. 1. & 2.

Figura. Exod. 12.

Bethania.

Philipp. 2. 1. Corin. 1.

Hierony. in ca. 14. Marci. Cantic. 2. & 8.

Roma. 5.

1. Corin. 4.

Lucæ. 10.

Myſtica.

Galat. 6.

tionis. Ibi rudimẽta pœnitentiũ, hîc iuſtitia perfectarum deſignatur animarum: diligebat enim Ieſum ſuper omnia, & de obſequendo eidẽ non poterat ſatiari. Frãgrantia fidei caput Domini & pedes, quaſi odore aromatum perfudit, qui diuinitatem, & humanitatẽ eius digna laude attollit: nũc de pedibus ad caput aſcendens, nunc ad pedes à capite per fidem deſcendẽs. Secundum Apoſtolũ: *Caput Chriſti eſt Deus*. Itaque caput Chriſti ungit, qui ad honorẽ Dei omnia opera ſua facit. Secundũ illud Apoſtoli: *Omnia, in gloriam Dei facite*. Qui uerò ueſtigia Chriſti ſequitur pedes eius ungit. Item caput Criſti ungit, qui ipſum Chriſtum ueneratur: pedes verò, qui eius fidelibus obſequitur. Vbi Augu. Quæcunq; anima fidelis vis eſſe: cũ Maria unge pedes Domini precioſo unguento. Vnguentũ illud iuſtitia fuit: ideo libera fuit. Vnge pedes bene uiuendo, dominica ſectare ueſtigia, capillis terge: ſi habes ſuperflua, da pauperibus: & pedes Domini terſiſti. Capilli enim ſuperflua corporis videntur. *Domus autem impleta eſt odore*: mundus impletus eſt bona fama. Nam odor bonus, bona fama eſt. Qui malè uiuũt, & Chriſtiani uocantur, iniuriã Chriſto faciunt. De quibus dictum eſt, ꝙ per eos nomen Dei blaſphematur. Si per tales nomẽ Dei blaſphematur, per bonos nomẽ Dei laudatur. Audi Apoſtolũ: *Chriſti bonus odor ſumus*, inquit, *in omni loco*. Dicitur & in Canticis Canticorum: Vnguẽtum effuſum nomen tuum, Hęc Auguſtinus. ubi & Beda: Myſticè autẽ hæc deuotio Mariæ Domino miniſtrantis, fidem ac pietatem deſignat eccleſiæ ſanctæ, quæ loquitur in amoris cantico, dicẽs: *Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum*. Quæ nimirum uerba, & ſemel iuxta literam manibus Mariæ compleuit, & quotidie in omnibus ſuis mẽbris, ſpiritualiter implere non deſinit, quæ toto diffuſa orbe gloriantur, & dicunt: Deo autẽ gratias qui ſemper triumphat per nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco: quia Chriſti bonus odor ſumus Deo. Qui cùm potentiã diuinæ uirtutis eius (quæ illi una cum patre eſt) digna reuerentia confitetur, laudat, & prædicat: caput profecto illius unguẽto perfudit precioſo. Cùm uerò aſſumptæ myſteria humanitatis, æquè digna reuerentia ſuſcipit: in pedes utique Domini unguentum nardipiſticum, id eſt fidele, ac uerum perfudit: qui illam eius naturã qua terram contingere: hoc eſt inter homines cõuerſari dignatus eſt, pia prædicatione commendat, ac deuotis ueneratur obſequiis. Domus autẽ impleta ẽ ex odore unguenti: quod ſignificat odorem ſanctitatis Chriſti impleſſe eccleſiam, ad quem odorem omnes feſtinant. Vbi & Origenes: Qui eleemoſynas & alia huiuſmodi, quæ ad utilitatẽ hominum fiunt, facit in Chriſtianos: pedes Domini ungit. Qui autem caſtitati ſtudet, & in ieiunijs & orationibus permanet, & cæteris quæ tantum ad gloriam Dei proficiunt: ungit caput Chriſti. Aut doctrina, quę neceſſaria eſt hominibus: hoc eſt unguẽtum, quo pedes Domini unguntur. Agnitio autem fidei, quæ ad ſolũ pertinet Deum, eſt unguentum quo ungitur caput Chriſti. Capillis autẽ pedes extergit, qui ea quæ fluunt à mente tanquã capilli à capite, in obſequiũ Dei retorquet. Vnde in Canticis: *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui*, hoc eſt, charitate affeciſti me, propter ſimplicitatem oculorũ tuorũ me contemplantiũ, & propter ſimplicitatem tuarum cogitationum, ꝙ in me cõtinuè diriguntur. Hoc .n. modo deuotionis extergitur à pedibus Chriſti mulier em

1. Cor. 11. & Ephe. 5. 1. Cor. 10.

Auguſtin. tract. 50. in Ioan.

Capilli.

Odor bonus. Roma. 2.

2. Corin. 2.

Beda in c. 14. Marci. Cant. 1.

Origenes tract. 35. in Matth.

Cantic. 4.

Sabbato pedes Domini loti.

Iuda quinã ſimiles.

Matth. 9. Iuda auaritia.

Diſcipulorum reprehenſio.

Universidad de Deusto Biblioteca

mulierem arguerunt, eo q̄ sæpe Christū audierant
de eleemosynis dicentem: Iudas uerò non eadem in-
tētione indignè tulit, sed propter amorem pecuniæ,
& turpe lucrum. Vnde & Ioannes ipsum solum cō-
memorat, tāquā fraudulenta intentione mulierē ar-
guentem: cuius ex hac occasione, furandi consuetu-
dinē credidit intimādā. Hæc Theophilus. Licèt enim
portabat ea, quæ dabantur pro Christo ad dandum
pauperibus: non tamen hoc faciebat, sed sibi retine-
bat: unde mussitatio eius cū crimine ponitur, quòd
non curam pauperum habuerit, sed suo furto proui
dere uoluit: *quia fur erat, & loculos* id est, bursas Do-
mini, *habens*, & custos eorum existens, ea quæ mitte
bātur in loculis, donata in eleemosynā à fidelibus, ad
usum & necessitatem discipulorum & pauperū, fur-
to asportabat: portabat quidem ministerio, sed aspor
tabat furto. Habebat loculos dominicos, ad ea q̄ da- [*Loculi dominici.*]
bantur mittenda: & loculos proprios, ad ea quæ fura
batur reponenda. Et secundum August. Ea quæ fura [*Augustin. tracta. 50. in Ioan.*]
batur, dabat uxori & filijs suis. Sic multi habentes lo
culos & facultates ecclesiæ, ea q̄ diuino cultui & pau
peribus erogare deberent, subtrahunt, & sibi retinēt:
ac inde ditari & inclyti fieri student. Multi etiam bo-
na ecclesiæ, quæ sunt pauperum, dant filijs & mere-
tricibus, ac sacrilega crudelitate surripiunt pauperi-
bus, & expēdunt in illicitis. Vnde de sacerdotibus Be
lis legitur, quomodo filij & uxores eorum comede-
bant illa quæ super altare ponebātur: & rex credebat
quod Bel ea comedisset. Multi etiam custodes loculo [*Danie. 14.*]
rum monasterij existentes, bona ad usum fratrū de-
putata largiuntur quibus nō debent: & magis in suis
superfluitatibus, quàm aliorum necessitatibus expē-
dunt, ac alias illicitè & malè consumunt. Et quia om-
nes prędicti loculos Christi cum Iuda fure portant,
& eum in scelere sequuntur: ideo etiam post eum in
tenebras demerguntur. Dominus, cui Angeli mini-
strant, condescendens infirmus, loculos habebat, in
quibus oblata fidelium seruabantur, suorum & indi
gentium necessitatibus profutura: in signum q̄ eccle
sia loculos erat habitura: & in hoc datur forma eccle
siæ seruandi necessaria. Sanè cùm doceret uiam pau
pertatis: non habebat loculos propter propriam vti
litatem, sed ad pauperum suorum sumptus & neces-
sitatem. Vnde Aug. Habebat Dominus loculos: & à [*Augustin. ibidem. Loculos cur habuerit Christus. Matt. 6.*]
fidelibus oblata cōseruans suorum necessitatibus, &
alijs indigentibus tribuebat: tunc primum ecclesiasti
cæ pecuniæ forma est instituta, ut intelligeremus q̄
præcepit nō cogitandum esse de crastino: nō ad hoc
fuisse præceptum, ut nihil pecuniæ seruaretur à san-
ctis: sed ne Deo propter ista seruiatur, & propter ino
piæ timorem iustitia deseratur. Vnde & Nicolaus ter [*Nicolaus tertius de uerborum significat. in 6. cap. 3.*]
tius, in declarando regulam fratrum minorum, Dici
mus q̄ abdicatio proprietatis omnium rerum, tam
in speciali q̄ communi meritoria est, & sancta: quam
Christus, viam perfectionis ostendens, & uerbo do
cuit, & exemplo firmauit. Nec his quisquā putet ob-
sistere, quòd interdum dicitur Christum loculos ha
buisse. Nam si Christus, cuius perfecta sunt opera, in
suis actibus uiam perfectionis exercuit, q̄ interdum
infirmorum imperfectionibus condescendens, &
uiam perfectionis extolleret, & imperfectorum in-
firmas semitas non damnaret. Sic infirmorum per-
sonam Christus suscepit in loculis, sic & in non nul-
lis alijs: non tantum carne, sed & mente condescēdit
infirmis. Egit ergo Christus, & docuit perfectionis [*Egestas Christi.*]
opera, egit etiam & infirma, sicut interdum in fuga
patuit & loculis. Sed utrunq; perfectè, perfectus exi

A stens: ut perfectis & imperfectis uiam salutis osten-
deret. Hæc Nicolaus. Sed quare Dominus furi locu
los commisit, & auarum suum dispensatorem fecit?
uidetur enim quòd ei occasionem peccandi dederit.
Dicendum quòd Iudas primò fuit bonus, quando [*Loculi cur Iudæ traditi.*]
uocatus fuit ad Apostolatum, & officium dispensa-
tionis sibi traditum: sed postea lapsus est id pecca-
tum. Et quāuis Christus sciret eum futurum furem,
& malum: tamen pluribus de causis tradidit sibi illud
officium. Primò, ut eius ecclesia exemplo sui fures &
malos cum patitur toleraret: nō est enim bonus, qui
malos tolerare nō potuit. Secundò, ut ei occasionem
proditionis auferret, cùm ex loculis mitigationem
concupiscentiæ haberet. Tertiò, ut doceret quòd mi
B noribus temporalia sunt tradenda, sed maioribus spi
ritualia cōmittenda. Quartò, ut nos instruens osten-
deret quàm parum temporalia curaret, quando bur
sam pecuniæ furi & deteriori tradidit: claues autem
ecclesiæ cum magna examinatione commisit Petro: [*Ioan. 21.*]
quod est contra illos qui suas animas, uel aliorum il
lis committunt ad regendum, quibus bouem uel asi
num non committerent ad uendendum. Ex præmis [*Victus Christi.*]
sis ergo patet, quòd Christus & discipuli eius de elee
mosynis & oblationibus fidelium tanquam paupe-
res uiuebant. Sed Dominus pro Maria respondit, &
ea more solito defendit, dicens: *Quid molesti estis huic
mulieri?* quasi diceret, sine causa murmuratis: *opus e-
C nim bonum operata est in me*, & ergo non debetis eam
reprehendere: non est perditio unguenti, ut uos dici
tis, sed opus bonum: id est pietatis & deuotionis ob
sequium. Vnde de bono opere lapidatis eam, contra
rationem & iustitiam. *Sinite illam*, nunc de hoc un-
guento facere quod poterit, *ut in diem sepulturæ meæ
seruet illud*, scilicet quod tunc pro ipsa præparabit: il-
lud enim reseruabit, quia non potuit expendere præ
uenta acceleratione resurrectionis meę. Vnde dimit
tenda est nunc facere, quod tunc facere non po-
terit: & illud unguentum in loco istius nunc in
me expensi tunc seruabit, uel præcepit partem istius
unguēti ad sepulturam suam reseruari. Vnde creden
dum est, quòd ipsa hoc fecit edocta à spiritu san-
D cto: quia enim cognouerat eum in proximo moritu
rum, ipso hoc dicente: ideo unguentum parauerat,
cuius partem nunc expendit, & partem ad officium
sepulturę reseruauit: *nam pauperes semper uobiscum ha
bebitis*, q̄bus benefacere potestis, & recuperare quod
modo neglectum dicitis: *me autem non semper habebi
tis*. s. præsentia corporali, ad habitādum uobiscum in
carne passibili, quæ indiget unctione tali: quasi dice-
ret, poterit recuperare ad benefaciendū pauperibus, [*Christum non semper haberi.*]
sed non ad ungendum corpus meum. Bonis & ma-
lis loquitur, de præsentia corporis sui. Sedet enim ad
dexterā patris, postquā in cœlum ascendit: & secun-
dum corpus nō est hîc, qui præsentia maiestatis sem
E per est hîc. Si tamen ad bonos pertines, semper habes
Christum in præsenti per fidem, per signum, per ba
ptismatis sacramentum, per altaris cibum & potum. [*Matt. 28.*]
Vnde alibi dicit eis, *Ecce ego uobiscum sum, usq; ad con
summationem seculi*: quia erit cum fidelibus præsentia
spirituali & sacramentali. *Quod habuit*, id est quod po
tuit, *hoc fecit*: uel, *quod habuit*, facere ex officio pieta-
tis, *hoc fecit* in opere deitatis: *præuenit enim ungere cor
pus meum in sepulturam meam*, futurā designandā: q̄a
in hoc facto præfigurauit eā de propinquo futurā:
quasi diceret, Sinite ut faciat uiuo dum potest, quod [*Sepultura significatio.*]
uolet facere mortuo, sed non poterit. Vnde Alchui-
nus: Significat se mortuum & ad sepeliendum aro-
matibus

matibus esse ungendum. Ideo Mariæ, cui ad unctio
nem mortui corporis præuenire non liceret, dona-
tum est uiuenti adhuc impendere obsequium, quod
post mortē celeri resurrectione præuenta nequiue-
rit. Vnde & Theophilus: Præuenit ea quasi à Deo du
cta ungere corpus meum, in signum sepulturæ futu
rę: in quo proditorem cōfundit: ac si ei diceret, Qua
conscientia mulierem confundis, quæ in sepulturam
corpus meum ungit, & teipsum non confundis qui
te in mortem trades? *Mittens enim hæc unguentum hoc
in corpus meum, ad sepeliendum me fecit*, & p̄ hoc meā
sepulturam p̄figurauit. Quod uos putatis perditionē
esse unguenti: officium est, & significatio sepulturæ.
Mysterium est quod agitur, in quo mors & sepultu-
ra mea citò fieri significatur. In proximo enim passu
rus sum: ideoq; mihi hoc obtulit ad sepeliendum.
Nec mirum si me unguento perfuderit, & mihi bo-
num odorem fidei suæ dederit, cùm ego pro ea mox
fusurus sim sanguinē meum, & daturus animā meā.
Patientia ergo Domini arguit Iudam auaritiæ, & nō
pauperū causa dixisse quod dixit: sed obsequium Ma
riæ cōmendauit ostendens q̄ esset moriturus, & ad
sepeliendum aromatibus ungendus. *Tunc dixit eis Ie
sus, opus hoc*, cōmemorandū *in* dulcē *memoriam eius*:
id est, ad laudem eius recitandum, tanquā factum vir
tuosum *ubicunque in toto mundo prædicatum fuerit hoc
euangelium*: id est hoc factum mulieris pertinens ad
Christi euangelium: nondum enim euangelia erant
scripta: quasi diceret, uos insipienter eam reprehen-
ditis, pro eo facto pro quo ipsa laudanda est in uni-
uerso mundo, ubicunq; prædicatum fuerit hoc euā
gelium: id est, ubicunq; dilatabitur ecclesia per mun
dū, quia memoriale sēpiternū habebit, ex hoc quod
mihi fecit. Vbi Theophilus: Prophetat autē Domi-
nus consequenter duas prophetias. s. q̄ euangelium
eius prædicabitur in uniuerso mūdo, & q̄ opus mu
lieris laudabitur. Hæc Theophilus: Et hoc Domini [*Beda in c. 14. Marci.*]
dictum iam patet adimpletum. Vbi Beda: Notādum
autē, quia sicut Maria gloriam adepta est, toto orbe
quocūq; ecclesia sācta diffusa est, de obsequio quod
Domino pia deuotione exhibuit: ita econtrariò ille
qui obsequio eius detrahere temeraria lingua non ti
muit, perfidiæ nota longè lateq; infamatus: & Deo
simul atq; hominibus meritò factus exosus: sed Do
minus bonum laude digna remunerans, futuras im-
pij contumelias tacendo præterijt. Hæc Beda. Nihilo [*Iudas proditionis origo.*]
minus tamen & Iudas indignatus remansit, & inde
proditionis causam & occasionē assumpsit hinc ha-
bemus argumentum, q̄ maius bonum quandoq; ob
mittendū est, pro minori bono quod iterū recupera
ri nō poterit. Et præfertur hîc bonū quod vr̄ minus, [*Bona opera non consulenda fieri.*]
ei quod vr̄ maius: in genere dico, non quò ad charita
tē. Vbi sciendū q̄ multa bona opera sunt, de quibus si
peteretur consiliū antequā fiant, non consuleremus
q̄ fierēt: quia fortè possent fieri meliora: postquam
tamen iam incipiunt fieri, non sunt prohibēda. Et se [*Chrysost. hom. 81. in Matth.*]
cundum Chrys. Fortè Iesus antequam effunderet un
guentum, elegisset potius illud dari pauperibus: nūc
uerò quia iam factū erat, exprimit dicens, sinite illā.
Item quandoq; faciendum est illud quod est minus
necessarium: & potest præponi magis necessario, si
remanet locus implendi quod est magis necessariū:
præsertim si tollatur locus faciendi id quod est mi-
nus necessarium, & immineat casus q̄ illud minus ne [*Pauperes semper habendi.*]
cessariū non posset alias recuperari: & ideo fortè Do
minus permisit sic fieri. Vnde & dixit q̄ pauperes, nō
autem ipsum, semper haberent. In hoc autē quòd di

A cit pauperes sēper habebitis uobiscū: datur intelligi
familiaritas, quā diuites debent habere ad pauperes:
q̄ pauperes maximè facti sunt propter diuites. Circa
ista Anselmus, ad sororē suā scribens, sic dicit: Gau-
de quæso huic interesse conuiuio, singulorum distin
gue officia. Martha ministrabat, discūbebat Lazarus,
ungit Maria: hoc ultimū tuū est: frange ibi alabastrū
cordis, & quicquid amoris, quicquid desiderij, quic-
quid affectionis habes, totū effunde super caput spō-
si tui: adorans in homine Deū, & in Deo hominē. Si
fremit, si murmurat, si inuidet proditor, si perditionē
uocat deuotionē, non sit tibi curæ. Pharisæus mur-
murat inuidens pœnitenti: murmurat Iudas de effu
sione unguenti: sed Iudex accusationē non recipit,
B accusatam absoluit. Sinite, inquit, illam: bonum enim
opus operata est in me: laborat Martha, parat hospi-
tium peregrino, esurienti cibum, sitienti potum, ue-
stem algēti: ego solus Mariæ, & illa mihi totum præ-
stare quod habet: à me quicquid optat, expectet. Hęc
Ansel mus. Cōspice igitur Dominum Iesum cœnā-
tem in domo Simonis, cum illis amicis suis: quia for
tè consanguinei uel multum domestici erant eiusdē
Simonis, & conuersantem cum eis paucis diebus, sci
licet usque ad tempus passionis suæ: sed amplius in
domo Marthæ: hæc enim domus erat suum refugiū
speciale. Ibi cū discipulis suis comedebat & dormie-
bat: ibi & mater eius cum sororibus quiescebat: quā
C omnes multum honorabant, & maximè Magdalena,
quæ eam semper associabat, nec ab ea ullatenus rece
debat. Lazarus quippe, & Maria Magdalena, & Mar- [*Diuisio bonorū Lazari & sororum.*]
tha ex patre & matre geniti īsignes & diuites fuerūt:
& Lazaro pars eorum, quæ in Hierusalē parētes ha-
buērūt, scilicet quidam uicus: & Mariæ Magdalon ca
stellum, seu oppidum Galilææ ad duas leucas de Be-
thsaida, contra Meridiem, & secundò miliario à sta-
gno Genezareth: & Marthæ Bethania in partē de hæ
reditate parētum cessit & euenit: sed tamen propter
hospitalitatis gratiam, simul cum Martha manebant,
quia ipsa prudentior ad dispensandū erat: & ideo etiā
in receptione Domini, sola aliquādo Martha legitur
nominata. Conspice etiam ipsam dominam, quia de
D dilectissimo filio suo timore perterrita erat, nec se ab
eo illo tempore separabat. Et cùm Dominus defen-
dens Magdalenam à murmure proditoris, dicens:
*mittens hæc unguentum hoc in corpus meum ad sepelien
dum me fecit*: an non credis quòd huius uerbi gladius
matris animā pertrāsiret? quid enim de morte sua ex-
pressius dicere poterat? Similiter & omnes alij erāt
perterriti, & anxij cogitationis pleni, colloquentes
adinuicē unus cum altero, hincinde in ore illorū qui
habent dura & aduersa tractare. Compatere ipsis, &
tunc libēter cum eis conuerseris. *Cognouit ergo* per fa
mam publicam, *turba multa ex Iudæis* qui ex tota ter
ra uenerāt ad diem festum, *quia illic* scilicet in Betha
E nia, *esset Iesus*, Bethania enim prope Hierusalē, quasi
ad duo miliaria erat, & ideo de facili hoc cognosce-
re poterant: *& uenerunt illuc, non propter Iesum tan-
tum, sed etiam ut Lazarum uiderent* suscitatum. In hoc
innuitur duplex causa. Vna, propter ipsum Iesum
reuerenter uisitandum: alia ut uiderent Lazarum
suscitatum. Et hoc propter duo: Primò, quia illud
quod factum circa ipsum audierant, ualde mirabi-
le erat: & hoc homines uidere desiderant. Secundò,
quia sperabant Lazaro referente aliquid de alia uita
percipere, & audire: cuius cognitionis desiderium
homini est innatum. Curiositas tamen magis eos
adduxit quàm charitas, nec tantum amore duce-
bantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

bantur quantum admiratione: quia sicut se cupiditas hominum habet, noua uidere & audire cupiebant. Sed illa curiositas mala non erat, ex qua ad fidem induci poterant. Nos e contrà si cognoscimus Iesum obedientis animæ domum, in qua inhabitet inuenisse: ueniamus illuc contemplatione, non propter hominem tantum, quem in anima suscitatum videmus: sed ut uitâ bonam imitemur, & per hoc ad uisionẽ Iesu perueniamus. *Cognouerunt autem principes sacerdotum*, dolentes de manifestatione gloriæ Christi, *ut & Lazarum interficerent*, ad occultandum miraculum, quia multi ex Iudæis propter illum abibant & credebant in Iesum, conuicti signo maximo: & inducti ad credendum. In quo uidebantur manifestè Deo obuiare: ipse enim uiuificauerat Lazarũ: & isti uolebant occidere eum, ex quo & maxima patet malignitas eorum. Stulti & maligni Iudæi eum occidere uolebant, quem nuper Dominus suscitauerat, acsi iterum eum resuscitare non posset. Vnde Augustinus: O stulta cogitatio, & cæca sæuitia. Dominus Christus, qui suscitare potuit mortuum, non posset suscitare occisum? Ecce utrumque fecit Dominus, & Lazarum mortuum, & seipsum suscitauit occisum. Vbi & Chrysostomus: Nullum autem miraculum Christi, eos ita furere fecit: hoc enim mirabilius erat, & coram multis factum est: & erat inopinabile, mortuum quatriduanum uidere ambulantem & loquentem.

Curiositas Iudæorum.

Iudæorum stulta cogitatio.

Augustin. tract. 50. in Ioan.

Chrysosto. hom. 65. in Ioan.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui pro omni mundo passurus, uenire & morari in Bethania, id est in domo obedientiæ, & ibidem cœnare uoluisti, ac caput, & pedes tibi ungi permisisti: da mihi ut in uera obedientia perseuerando, per hanc tibi refectionem facere merear spiritualem: quia tu in nostra delectaris, & quodammodo passeris obedientia. Fac etiam me ibidem caput tuum, & pedes ungere: caput quidem, diuinæ uirtutis tuæ potentiam digna reuerentia & laude confitendo: pedes uerò, assumptæ humanitatis mysteria similiter dignè suscipiendo: uel caput, te Christum uenerando: & pedes tuis fidelibus obsequendo: ut tuam gratiam consequar sic agendo. Amen.*

De sessione Domini super pullum & asinam. Cap. XXVI.



A REQVENTABANTVR mysteria, implebantur scripturæ per Dominum Iesum instante tẽpore, quo uolebat per proprij sanguinis effusionem mundo conferre remedium. Igitur, *in crastinum*, id est in die sequenti, scilicet dominica, summo mane parauit se ad eundum in Hierusalem nouo & inconsueto modo, sed sicut fuerat prophetatum. Imminente itaque paschali tempore, quo immolabatur agnus: ipse tanquam uerus agnus ad locum passionis accessit, pro salute mundi uoluntariè immolandus: facto ostendens quòd erat paratissimus se humiliare, & obedire usque ad mortem contemptibilissimam & acerbissimam pro omnibus. Secundum Bedam: Præceptum legis erat, ut decima luna primi mẽsis agnus, siue hœdus in domo reclude retur usque ad decimam lunam eiusdem mẽsis, quando ad uesperam immolabatur: unde & uerus agnus, ex omni grege sine macula electus, pro populi sanctificatione immolandus, ante quinque dies, id est, decima luna Hierosolymâ ascendit, ut sic ueritas figuræ responderet. Cumque Dominus Iesus pergere uellet: mater, ut creditur, pro affectu eum retinebat. Similiter & discipulis, & alijs intolerabile uidebatur, q̃ illuciret, & ut poterant eũ retrahebant. O Deus quomodo diligebant eum? & quomodo erat eis amarũ quicquid læderet ipsum. Ipse uerò aliter dispoſuerat, qui uniuersorum salutẽ sitiebat: cœpit igitur ire, & illa parua sed fidelis discipulorum comitiua post ipsum incedere: *& uenit Bethphage*, in medio itineris, quæ erat uiculus, seu villa parua sacerdotum, in latere & descensu seu decliuio montis Oliueti uersus Hierusalem, distans uno miliario à Bethania, quæ est in alio latere montis eiusdem, & uno à Hierusalem: unde Bethphage locus sacerdotum, bene domus buccæ seu maxillarum interpretatur: quia maxilla propria erat pars sacerdotum in lege, quorum erat prædicare, & uerbum Dei proponere. Sacerdotes enim qui per hebdomadam in templo deseruiebant, completo officio uicis suæ, illuc ad manendum diuertebant, ubi etiam pecora sua alebant. Licèt enim non habebant hæreditatẽ ad excolendum, habebant tamen domos ad nutriendum animalia: & ad manendum tempore quo non uacabant cultui diuino in Hierusalem. In hoc quòd Dominus uenit in montem Oliueti, significatur, quòd per solam pietatem ueniebat ad passionem, & non per necessitatem. Secundum Hieronymum iste mõs uocatur mõs olei chrismatis, & luminis: in quo significatur triplex effectus dominicæ passionis, in oliua uenia indulgentiæ, in chrismate unctio gratiæ, in lumine splendor gloriæ. Ibi ergo Dominus expectans, *misit*, inde, *duos discipulos*. Secundum Chrysost. & Glo. hi fuerunt Philippus & Petrus: quorũ primus Samariam quasi asinam: secundus Cornelium, quasi asinæ pullum adduxit: tales enim debent mitti ad prædicandũ. s. qui habent agnitionẽ ueritatis, seu scientiã ad intelligendũ: & splendorẽ honestatis, seu gratiam ad docẽdum. Petrus. n. interpretatur agnoscẽs. Philippus, os lãpadis. Misit autẽ discipulos, quasi disciplinatos, propter ædificationẽ tẽpli: † sed duos, propter firmitatẽ uerbi: quia ĩ ore duorũ uel triũ, stat omne uerbũ: & pluribus alijs de caulis destinauit hunc numerũ, sicut & binos misit ad prædicandũ. Vnde Hiero. Misit duos, propter societatẽ, propter duplicẽ humilitatẽ cordis & corporis: & propter duplicẽ geminã charitatẽ, Dei & proximi. Et iterũ: Siue propter theoricã & practicã, id est scientiã, & opera. Vnde & Beda.

Ioan. 12. Matth. 21. Mar. 11. et Luc. 19.

Bethphag.

Oliueti mons.

Chrysost. ho. 37. operis imperf.

Duo cur missi. † alius, sed pli.

Hieron. cap. 11. Matth.

eda in c. 1. Matthæi.

Chrysosto. ho. 37. ope ris imperf. Matt. 21. Matt. 7.

Castellum pro ciuitate.

Chrysosto. ho. 37. operis imperf.

Idem ibidem.

Mysticè.

da. Recte autem duo mittuntur, siue propter scientiã ueritatis, & munditiam operis: seu propter geminę dilectionis: Dei uidelicet & proximi sacramentum, toto orbe prędicandum. Vnde etiam Chrysostomus: Duos autem misit Apostolos, quia per duo generalia mandata omne genus hominum de peccato absolutur. Qualia? *diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: & proximum tuum sicut teipsum*. In his duobus omne peccatum expellitur, & omnis iustitia consummatur. Aut certè illa duo: *Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris: & quod uultis ut faciant uobis homines, facietis eis & uos similiter*. Vnde & Remigius: Duos quippe misit, propter duos ordines prædicatorum missos Iudæis & Gentibus, siue duo sunt præcepta charitatis, siue propter duo testamenta, siue propter literam & spiritum. *Et dixit eis: Ite in castellum*, scilicet in Hierusalem: *quod contra uos est*, id est coram uobis est: & uobis ex opposito positum ad radicem alterius montis, scilicet Sion. Hoc etiam dicit, quòd contradictionem futuram in Hierusalem contra Apostolos prævidebat. Et dicit castellum, quià usus sacræ scripturæ est, aliquando castellum pro ciuitate, & ciuitatẽ pro castello ponere. Vel dicitur castellum, propter loci situm & fortitudinem: quia triplici muro, ac propugnaculis & fortalitiis, ad modum castri clausa erat Hierusalem. Vel uocat eam sic despectiuè: iam enim nomẽ ciuitatis amiserat, quia ex libertate temporali in seruitutem gentiũ redacta, & Romanis subiecta erat. Itẽ de libertate spirituali redacta erat in seruitutẽ peccatorum: & de frequẽtia populorum in paucitatem habitatorum: & ideo dicitur diminutiuè castellum. Itẽ non uocat Hierusalem ciuitatem, quia non erat ibi ciuium unitas, sed multiplex discordia inter eos, sed uocat eam castellum, quia munita erat armis militiæ cõtra Christum. *Et statim*, scilicet ante portam, & introitum ciuitatis, *inuenietis asinam & pullum eius, super quem nullus sedit*, in biuio & loco publico alligatos, & ad ministeria pauperum deputatos. Mos quippe erat in illis regionibus, ut in singulis ciuitatibus & uiculis, asinus, uel quodlibet animal, ad opus uel ad fedendum aptum, præparatum haberetur pro pauperibus, qui propria iumenta non habebant: & si cui necesse esset opere uel itinere unius dici, eo uteretur: de cuius sustentatione habitatores urbis communiter cogitabant: sed cùm quis eo utebatur, pro tempore illo pabulum ei dabat, & post usum ad locum determinatum reducebat. Mos igitur iste tunc Hierosolymis seruabatur, ubi in loco publico ligata erat asina, & cum ea pullus, qui pariter ad opera communia nutriebantur. Nondum enim quisquam eum ascenderat, & qui asina utebatur, utrique de pabulo prouidebat, *Soluite & adducite mihi*. Vbi Chrysostomus: Ecce igitur quàm humile & contemptibile animal Christus rex regum elegit ad insidendum, cùm Hierusalẽ ingrederetur. *Et si quis uobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus*, scilicet omnium, *his opus habet: & confestim*, sine contradictione, *dimittet eos*. Dicit enim Chrysostomus: quòd uirtus Christi mouit & præparauit cor Domini, id est custodis illorum animalium, ut mox ad uerbum eorum daret eis, quamuis ignotis. Mystícè castellum mundus, discipuli uerò prædicatores: mundus uerò est contra prædicatores: quia mundus amat diuitias, honores, & delitias: ecõtrà prædicatores prędicãt paupertatẽ, abiectionẽ, & asperitatẽ. Asina, populus Iudaicus, ppter stultitiã: pullus, populus Gẽtilis propter lasciuiã, & peccãdi cõsuetudinẽ. Dicit ergo discipulis, *Ite*, ad prædicationis officiũ, ad sacra-

Chrysosto. ho. 37. operis imperf.

Castellum pro ciuitate.

Chrysosto. ibidem. Anima ligata per se dissolui nequit.

mẽtorũ ministeriũ: *in castellum*. i. in mundũ, qui multipliciter impugnat Deum. s. erroribus, in incredulis: fictionibus, in hypocritis: uoluptatibus, in impudicis: uanitatibus, in superbis: cupiditatibus, in auaris & ambitiosis. Vnde Ioannes: Totus mundus in maligno, id est, in malo igne positus est. *Quod contra uos est*: dissimili conuersatione, tumida mentis obstinatione, pudibũda oris obiurgatione. *Et statim inuenietis*, quia sine magna sollicitudine quærendi: *asinam alligatam, & pullum cum ea*: quorum, secundum glosam, unum ad Iudæos, scilicet asina: alterum ad Gentes, scilicet pullus refertur. Igitur Iudæa secundum Deũ, & in spiritualibus mater est gentium, quia de Sion exiuit lex. Ecce triplex miseria conditionis peccatorum, quæ debet nos mouere ad quærendum. Bestialis similitudo, quia de homine iumentum est factus: & ideo dicit, *asinam & pullum eius*. Spiritualis ligatio, quia de libero factus est captiuus: & ideo dicit, *alligatam*: talis multitudo: quia stultorum infinitus est numerus: & ideo dicit, *statim inuenietis*, ubique enim occurrunt peccatores. Vt autem dicit Chrysostomus: Propter quasdam similitudines animalibus his assimilati sunt homines, Deum, uel Dei filium non cognoscentes: est enim animal hocimmundum, rude, stultum, & infirmum: sic fuerunt homines ante Christi aduentum, & alligati praue consuetudine peccati, quod uinculum fortius est cæteris, quia licet alia uincula uetustate putrescant, & corrumpantur, uinculum tamen peccati sua uetustate fortificatur: super quem nemo sedit, quia nulli uult obedire: soluite, monitis uestris ab erroribus & peccatis eos dando & extrahendo, & solutos ostendendo: & adducite mihi, in fide & moribus informando: ut soluti à uinculis me sequantur imitando: sicut enim auis quæ portat secum uinculum, non potest bene ad prædam suam uolare, nec etiam post prædam suam potest currere canis uinculatus: sic nec peccator post Christum uinculo peccati ligatus. *Et si quis uobis aliquid dixerit*, impedire uos uolens, *dicite quia Dominus* omnium, cui omnia seruire debent, *his opus habet*: & operam eorum desiderat: non propter suam necessitatem, sed propter nostram utilitatem: uult enim nostram conuersionem, propter nostram salutem. *Et confestim*, id est sine contradictione, *dimittet eos*: cognito mandato superioris.

1. Ioan. 5.

Mich. 4. Miseria triplex Iudæ.

Ecclesia. 1. Chrysosto. hom. 37. operis imperfecti. Asinis similes.

Morale.

Asina ligata.

Moraliter castellum Domino & suis Apostolis, ac suę gratię muneribus contrariũ, potest dici cor hominis peccatoris, rationibus & excusationibus quasi muris & propugnaculis cõtra Deũ munitum: ac per turrim elationis, & per murum obdurationis, & per seram pertinaciæ firmatum. Asina in eo ligata, est anima uinculis peccatorum præpedita: pullus lasciuus, est affectus lubricus & malus: duo discipuli, sunt timor & amor ordinatus: quia asinam & pullum soluunt, dum ea peccatis absoluunt, & Dominum desuper stratis uestibus sedere faciunt: dum eandem animam omnibus uirtutibus, & donis imbuunt. Vbi Chrysostomus. Ligata erat asina, id est diabolici erroris uinculo impedita, ut non haberet libertatem ire quò uellet: nam omnes homines antequam peccemus, liberum habemus arbitrium, si uolumus sequi uoluntatem diaboli, an non. Quòd si semel peccantes obligauerimus nos operibus eius: iam omnino nostra uirtute euadere non possumus: sed sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, ubi tempestas impulerit: sic & homo diuinæ gratię auxilio, perditæ per peccatum, non quod uult agit, sed quod diabolus uult.

Universidad de Deusto Biblioteca

Et niſi Deus ualida manu miſericordię ſoluerit eum, uſque ad mortem in peccatorum ſuorū uinculis permanebit: ergo noſtra quidem uoluntate & negligentia alligamur: per Dei miſericordiam abſoluimur. Et ſic homo, priuſquam peccet, liberum habet arbitriū utrum uelit ſub regno eſſe diaboli: cùm autem peccando tradidit ſe ſub regno ipſius, iam non poteſt de poteſtate eius exire. Sed prima uoluntas eius, in neceſſitatem conuertitur. Et hoc eſt quòd homines ſeculares & peccatores dicere ſolent: Nunquid uolumus eſſe ſancti? & quis non vult eſſe iuſtus? ſed non poſſumus: uerum quidem eſt quod dicunt, ſed non habent excuſationem, quia primum potuerunt nō eſſe ſub poteſtate diaboli ſi uoluiſſent. Poſtquam uerò poſuerūt thronū diaboli in cordibus ſuis: iam nō poteſt eos de poteſtate diaboli eripere, niſi ſolus Deus.

Bernardus ſermo. de triplici miſericordia. †alias, à ceruicibus. Peccati iugū abijcere ſolius Dei eſt. Ioan. 8. Pſal. 50.

Hæc Chryſ. Vnde Bernardus: Difficilis prorſus res, & ſoli diuinæ uirtuti poſſibilis, ſuſceptum ſemel peccati iugum à ſeruis † ſuis excutere: quoniam qui facit peccatū, ſeruus eſt peccati. Nec etiam liberari poteſt ab iſto iugo niſi in manu forti: hæc eſt magna miſericordia, magis neceſſaria peccatoribus. De qua dicitur: *Miſerere mei deus, ſecundum magnā miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam*. Hæc Bernardus. Studeat ergo Ieſus, à diabolo ut citò eius dirumpat iugum: quia tā to facilius quāto citius eius dominium euitatur. *Hoc autem totum factum eſt, ut* pręter humilitatis exemplū, in hoc facto oſtenſum, etiam *adimpletur* conſecutiuè non effectiuè, quod dictum eſt per prophetā *Zachariam*, dicentē: *Dicite filiæ Sion*, ſcilicet ciuitati Hieruſalem: hoc eſt habitantibus in ea. *Noli timere*: immo exulta & iubila, ubi dat ſecuritatem, & excludit timorem humanum & ſeruilem. *Ecce rex tuus*, id eſt, Chriſtus, *uenit tibi manſuetus: ſedens ſuper aſinam, & pullum ſuum ſubiugalis*: id eſt aſinæ ſub iugo & onere poſitæ & domitæ: nō ſuper utrumque ſimul, ſed ſucceſſiuè.

Zach. 9.

Subiugalis filius. Aduentus humilis Domini.

Et bene dicit, *filium ſubiugalis*: quia populus Gentiū exemplo Iudæorum credidit: uel à Iudæis ad Gentes uerbum Domini emanauit. In tali aduētu, & tam humili ſignificatur regis clementia, quæ ſubditis ualde eſt accepta: quaſi diceret, non ueniet in faſtu regio propter quod poſſet eſſe odioſus: ſed ueniet in manſuetudine, propter quod eſt magis diligendus. Noli ergo timere regis oppreſſionem, ſed magis exultans agnoſce regem tuum mentes regentem: & ad regnū cœlorum perducentem.

Chryſoſto. hom. 67. in Matt.

Secundum Chryſoſto. Conſueuerunt homines timere reges uenientes, propter nouitates bellorū, & exactiones, & ſeruitutes atque iniuſta grauamina: ſed noli timere Hieruſalem, quia iſte rex ueniens non eſt talis, ſed manſuetus & humilis: non in multitudine exercitus & equorum ingrediens, ſed cum humili turba aſinæ inſidens. Signum quippe aduentus Chriſti in Hieruſalem ad redēptionem populi, fuerat in Zacharia prædictum, & celebri fama diuulgatum: uidelicet quòd Chriſtus uenturus erat in Hieruſalem in paupertate & humilitate, ſedēs ſuper aſinam & pullum eius: & ideo legiſperiti hoc uidentes in ipſo completum, oſtenduntur contemptores ſuæ maieſtatis: quia eum non receperunt, ſed magis tanquam deceptorem perſecuti ſunt. Hoc autem non ſolū impletum eſt, quia erat prædictum, ſed etiā antè prædictum eſt, quia erat implēdum. Vnde cùm dicit, *ut impleretur*, hic, ut, conſecutiuū eſt, non effectiuum.

Sion.

Circa hoc autem, quòd Hieruſalem dicitur filia Sion: eſt ſciendum, quòd mons Sion pars eſt ſublimior ciuitatis Hieruſalem uerſus Meridiem, & aliquantulum etiam ad Occidentem: in quo erat rupes prærupta quę Mello uocabatur: in cuius angulo quodam & colle ſatis eminente erat arx & turris Dauid, ad quam mille clypei pendebant: omniumque fortiū armatura: ubi Dauid habitauit, & eam ciuitatem Dauid appellauit. Vnde ciuitas Hieruſalem dicitur filia montis Sion: quia in eo erat fortalicium ciuitatis, ſcilicet turris Dauid defendens & protegens ciuitatem, ſicut mater filiam. Vnde canitur: *Vrbs fortitudinis noſtræ Sion*.

Turris Dauid. Prouer. 18.

Vt ergo propheta omnem excuſationem ignorantiæ à Iudæis auferret, cùm Domini aduentū prædiceret: ipſam qualitatem Domini aduenientis oſtendit, ac ſi diceret: O uos Iudæi, quòd ille aduentus Domini in carnem venturus eſt: his ſignis regem ueſtrum cognoſcite, cùm uideritis eum uenientem manſuetum, non ſuperbum, ſed humilem: non armorum ſplendore terribilem, vt quōdam ad ueſtram deſtructionem Nabuchodonoſor & Antiochus uenerunt, ſed ad reſtaurationem: non ut auferat à te temporale regnum atque terrenum, ſed conferens tibi (ſi credideris) cœleſte & ſempiternum regnum: non ut ducat te in terram alienam uinctum, ſed ut reſtituat te in propria liberum, quòd autem tuus ait tale eſt, acſi diceret: *Tuus* inquam, non alienus, nō extraneus, ſed proprius tibi promiſſus, ex te natus, & in te nutritus: & tibi, hoc eſt ad tuam ſalutem & utilitatem ueniens, *uenit, inquam, tibi*, non ſibi, ſicut prælati multi potius ueniunt ad uiſitandum propter lucrum ſuum, quàm propter ſalutem ſubditorum, ſcilicet ut ſuas procurationes accipiāt, magis quàm ut defectus corrigant: quòd uerò ſubiungit *manſuetus*, oſtendit ſuam manſuetudinem nō ſolum in uerbis, ſed etiam in ſubiugalis ſeſſione.

Tuus rex quid.

Chryſoſto. ho. 37. operis imperf.

Vnde Chryſoſtomus: Sciens autem propheta malitiam Iudæorum, quia contradicturi erant Chriſto aſcendenti in templum: ideo antè pręmonuit, ut per hoc ſignum cognoſcerent Iudæi regē ſuum, dicens, *Ecce rex tuus uenit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam & pullum eius*. Cùm ergo uideritis eum in templo o Iudæi, nolite dicere nō habemus regem niſi Cæſarem: nolite ſuperbè agere contra eum: quia rex tuus uenit tibi, ſedēs ſuper aſinam. Si intellexeris, tibi ueniet: ſi non intellexeris, ueniet contra te, id eſt, ſi intellexeris ueniet ut ſaluet te, & ſub pedibus tuis ſubiiciat gentes. Si autem non intellexeris, ueniet ut perdat te: & de tēplo ſanctitatis expellat, & aliam ſpōſam de gentibus caſtiorem inducat in cubiculum ſanctitatis: uis cognoſcere manſuetudinem uenientis? conſidera ſpeciem aduentus eius. Non ſedet in curru aureo precioſa purpura fulgens, nec aſcendit ſuper feruidum equum diſcordiæ amatorem & litis: qui gloriæ iactantia pectus habet repletum, & gaudet ad uocem tubæ: ſed ſedet ſuper aſinam tranquillitatis & pacis amicam. Non autem uides in circuitu eius ſplēdentes gladios: aut cætera ornamenta armorum terribiliū. Sed quid? Ramos frondentes, teſtimonia pietatis & pacis. Venit ergo manſuetus, non ut propter potentiam timeretur: ſed ut propter manſuetudinem amaretur. Hæc Chryſoſtomus.

Tibi uenit quid.

Myſticè.

Myſticè, *dicite*, o prædicatores, *filiæ Sion*, id eſt eccleſiæ militāti: ſicut enim Hieruſalem dicitur filia Sion, quia ab hoc mōte ſicut à matre protegi uidetur: ſic eccleſia militans filia eccleſię triūphantis dicitur, quia ab ea ſicut à matre protegitur. *Ecce rex tuus uenit tibi* .i. ad utilitatē tuā, nō ſuā: *ſedēs ſuper aſinā & pullum*. i. in præcordiis utriuſq; populi: quaſi diceret, pręd icate mūdo aduētū Chriſti in carnē, ut cognoſcatur & credatur, ut recipiatur & colatur. *Euntes autem diſcipuli*, tanquam ueri obedientes

entes, non refutauerunt hoc officium ut paruum: ſed *fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus, & adduxerunt aſinam & pullum: & impoſuerunt ſuper eos ueſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt*. Sic quoque, ut dicit Baſilius, decet nos & infima opera plurimo cum affectu & ſtudio aggredi: ſcientes quòd quicquid intuitu Dei fit non eſt paruum, ſed dignum regno cœlorum. Veſtimenta apoſtolorum, quibus turpitudo carnis cooperitur, & ornata ſeſſio Domino paratur: apoſtolica inſtituta, & exempla ac doctrinam uirtutum ſignificant: quibus corda hominum inſtruxerunt, ut Deum habitatorem habere poſſent: quibus receptis à Iudæis & Gentibus, ſedit in eis Chriſtus: quia niſi anima his inſtructa fuerit & ornata, Deum ſeſſorem habere non meretur.

Bernardus ſermo. 27. in cantica.

Vnde Bernardus: Domino quoque ſeſſuro ſuper aſellum, ueſtes ſuas diſcipuli ſubſtrauerunt: ſignificantes ſaluatorem ſeu ſalutem nequaquam inſidere nudæ animæ: quam non uidelicet ueſtitam inuenerit doctrina & moribus apoſtolorum. Hæc Bernardus. Chriſtus ergo ſuper aſinam & pullum ſedit, propter ueritatem præallegatæ prophetiæ, quæ hoc expreſſe dicit. Et pri[illegible] ſedit ſuper aſinam: ſecundò poſt aduentum turbæ de Hieruſalem, ſedit ſuper pullum: qui quia indomitus & laſciuus erat, & ſuper eum nemo adhuc ſederat, nec adhuc applicatus humanis uſibus fuerat, propter inquietudinem & inconſuetudinem forſan recalcitrabat: & ideo Chriſtus rex manſuetus deſcendit: & deinde ſuper aſinam ſub iugo domitam iterum aſcendens ſedit. Hoc autem factum eſt in figura, quia per aſinam ſignificabatur populus Iudaicus, qui ſub lege laborauerat, & iugum legis traxerat, ac multis uinculis peccatorum alligatus erat: per pullum populus Gentilis, qui iugo legis ſubiectus non fuerat, nec quis eum iugo Domini coercuerat, ac diuerſis dogmatibus & erroribus ſubditus erat. Ad hoc ergo Chriſtus ueniebat, ut utrumque populum ſibi per fidem catholicam ſubiugaret: ſedens autem primò ſuper aſinam, ſecundò, ſuper pullum, deinde iterum ſuper aſinam: ſignificauit quia de Iudæis tranſiuit ad Gentes: & iterum in fine mundi de Gentibus tranſibit ad Iudæos ut poſtquam plenitudo Gentium intrauerit, omnis Iſrael ſaluus fiat. Hoc myſterium etiam notatur in delatione miſſalis à cornu ad cornu altaris. Vel ſecundum gloſam: Non ad literam ſuper utrumque in tam breui ſpatio ſedit, ſed ſpiritualiter intelligendum eſt, quia in præcordiis utriuſque populi ſedet.

Chryſoſto. ho. 37. operis imperf. Matt. 11. d.

Vnde & Chryſoſtomus: Sedet ſuper aſinam & pullum eius, ut & in Iudæis ſederet, & in Gentibus. Sedere autem ſuper iumenta, eſt in præcordiis eorum habitare, ut dicat illis Chriſtus: *Tollite iugum meum ſuper uos, & uidete quia mitis ſum & humilis corde*.

Concordia euangeliſtarum.

Non eſt autem contrarietas quòd Matthæus dicit aſinam & pullum: cæteri autem tantum dicunt pullum, quia unus quandoque dicit, quod alius tacet & prætermittit. Matthæus quidem ſcribens Hebræis, Hebræorum eloquio rectè aſinam & pullum refert, ſimul Domino adductos: ſciebat enim notitiam Dei uenturam ad Iudæos & Gentes: ſed cæteri euangeliſtæ ſcribentes eccleſiæ Gentium Gręco ſermone, ſolummodo mentionem pulli faciunt: quia quod gentium ſalutem ſpecialiter reſpicit, attendunt.

Moraliter.

Moraliter per aſinam poteſt intelligi caro noſtra pigra, ſtolida, laſciua: ab anteriori debilis, id eſt ad ſpiritualia: à poſteriori fortis, id eſt ad temporalia: per pullum carnalis affectus, & uanum deſyderium noſtrum quæ ligantur, id eſt uoluptatum illecebris irretiuntur, ſed ea ſoluere & ſubijcere debemus, ut Deus ibi ſedeat: illique dicamus, *ut iumentum factus ſum apud te*: onus taxa, & portabimus: & econuerſo audiamus: *Empti eſtis precio magno, portate Chriſtum in corpore ueſtro*: per illos ergo qui aſinam & pullum ad Chriſtum deducebant, pœnitentes ſignificari poſſunt, qui carnem ſuam dant Deo, per mortificationem: & animam, per contritionem: ſicut enim per aſinam caro, ſic per pullum animus deſignatur.

Pſal. 82. 1. Corin. 6.

Ad oſtendendam ergo ſuam humilitatem & manſuetudinem, Dominus non ſuper ſuperbum & feruidum: ſed humilis ſuper humile, & mitis ſuper mite animal ſedit: quia non in ſuperbis & aſperis, ſed in humilibus & quietis tantum requieſcit, non curru uel equis utens, non ſcutiferos circunducens, ſed magnam utilitatem & manſuetudinem hinc oſtendens.

Humilitas etiā in exterioribus habenda. Chryſoſto. hom. 67 in Matt.

Ergo etiam in exterioribus neceſſe eſt ut humilitatem prætendas, ſi Chriſtum ſequi deſideras in equitatura, in ueſte in cibo, in domicilio, & in omni apparatu. Et ſecundum Chryſoſtomum, quia contingebat quoſdam infirmiores exiſtentes, ſubiugali opus habere, hîc menſuram nobis ſapientiæ poſuit: monſtrans quòd ſuper equos & mulos, aut hos iuncto ferri neceſſe non eſt, ſed ſufficit aſino uti, & ultrà non procedere, & ubique eo quod neceſſitatis eſt contentum eſſe. Interroga autem Iudæos, quis rex ſuper aſinam delatus intrauit Hieroſolymam? Sed non utique alium habent dicere quàm hunc ſolum. Hæc Chryſoſtomus.

Cōtra prælatorū pompam.

Vnde Dominus legitur alibi equitaſſe, uel mulum aſcendiſſe: ſed modo tantum aſinaſſe: & tamen eadem hebdomada legitur morte turpiſſima condemnatus fuiſſe. Quid fiet de multis prælatis, qui cum equorum multitudine equitant: & hoc de patrimonio crucifixi & bonis eccleſiaſticis? hoc enim eſt contra Chriſti exemplum hîc eis oſtenſum. Item eſt contra illud Deuteronomii: *Cùm fuerit rex conſtitutus non multiplicabit ſibi equos*. Si non licet regi: quanto minus pontifici? Si non laico, quanto minus clerico? Si non de redditibus proprii patrimonii: quanto minus de patrimonio crucifixi? Sed non ſuperbiant qui equis uel curribus uehuntur: quia & ligna, & lapides, & aliæ res uiles plerunque ſic ducuntur.

Deut. 17.

Vnde Chryſoſtomus. Quid tibi arrogas, & magna ſapis o homo, quoniam excelſus ſuper equum ueheris, quia te trahunt mularum quadrigæ? & quale iſtud eſt: nam & ſaxa ita plerunque & ligna geſtantur. Specioſa ueſte circundaris: ſed reſpice pro cultu ueſtium uirtutum decore fulgentem, & uidebis te quidem putrefacto iam fœno ſimilium, illum uerò arbori admirabiles fructus ferenti, maximaque præbenti cernentibus uoluptatem. Hæc Chryſoſtomus:

Humilitas Chriſti.

Conſpice nunc bene, & conſidera quomodo Dominus mundi incedebat. Quanuis enim iuſtiſſimum foret eum honorari: honoris tamen tempore talibus dextrariis & phaleris uſus eſt, & in hoc ſuo honore honorabilem pompam mundi non modicum uituperauit: non fuerunt hæc animalia ornata frenis, & ſellis deauratis, & phaleris ſericatis, more ſtultitiæ mundialis: ſed quibuſdam uilibus pannis & funiculis: cùm tamen eſſet rex regum, & Dominus dominantium. In hoc ergo facto utile humilitatis exemplum Dominus ſuis reliquit: ſed filij ſuperbiæ proh dolor parum hoc attendunt.

Heraclius Hieruſalē ingrediens.

Vnde legitur, quòd cùm Heraclius Chriſtianiſſimus Imperator: reuertens à cæde Codroes regis Perſarum, per portam, per quam Chriſtus in die

Universidad de Deusto
Biblioteca

palmarum intrauit,in equo regio & ornamentis imperialibus decoratus ingredi uellet: repentè lapides portæ descenderunt, & inuicem, quasi unus paries se clauserunt:super quo cunctis stupentibus, angelus Domini signum crucis in manibus tenens super portam apparuit,dicens: Cùm rex cęlorum Christus per hanc portam ad pasionem intraret:non cultu regio, sed humili asello ingrediens: humilitatis exemplum suis cultoribus dereliquit;his uerò dictis angelus Domini abscesit. Tunc Imperator lachrymis perfusus, discalciatus, & usque ad camisiam spoliatus: crucem Domini accipiens,usque ad portam humiliter baiulauit.Moxque lapides ad suum locum redierunt,& intrantibus cunctis ingressum patefecerunt.Mysticè secundum Remigium: Saluator noster asino sedens Hierosolymam tendit,quando ecclesię uniuersali, vel cuique animæ fideli præsidens, & eam in hoc seculo quasi iumentum regit: & post hanc uitam ad uisionem cœlestis patriæ introducit.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui ad passionem spontaneus aduenisti: adueni & mihi misero per gratiam in corde meo. Et qui me tunc reparasti per crucem: iterum lapsum repara per eandem beatificam passionem. Largire mihi Domine,ut in omnibus humiliatem & mansuetudinem custodiam:ac tibi carnem & spiritum totaliter subijciam,& ut iumentum apud te fiam: quatenus in me sedens,& me quasi iumentum regens, nũc ad intimæ pacis gustum,superneque pacis desiderium ducas, & tandem ad eiusdem pacis usionem introducas. Amen.*

De glorioſa Domini ſuſceptione. Cap. XXVII.



ET cùm appropinquaret Iesus ad descensum montis Oliueti, multi descendentium cum eo, ex quibus plures de Hierico fuerant cum secuti, *substernebant uestimenta sua in uia:alij autem cedebant ramos* uirides *de arboribus* fructiferis,quibus mõs Oliueti consitus est:*& sternebant in ea*, ut uiam ornarent, & ne iumentum in lapidem offenderet,ne calcaret spinam,ne laberetur in foueam. Mons enim Oliueti mons uberrimus est,& decorus,arboribus plenus, & maximè olivarum,à quibus & nomẽ accepit. Turba autem multa, quæ conuenit ad diem festum in Hierusalem de omnibus tribubus Israel:quia omnes tenebãtur uenire in Hierusalem in paschali solemnitate:ac pueri, ac plebecula Hierosolymorum,cùm sciuerunt Iesum aduenire, *tollentes ramos oliuarum,& palmarum, exiuerunt obuiam ei*,reuerenter usque ad montem Oliueti:& ut regem cum hymnis & canticis,ac uestium suarum & armorum stratione,ac lætitia magna eum honorificè susceperunt: & ab illo loco usque Hierusalem, cum hymnis & laudibus deduxerunt:canentes, gloria, laus,& honor tibi sit,rex Christe redemptor. Quod diuina dispensatione factum est,ad designandum uictoriam, quam Christus erat in proximo habiturus,qua erat moriendo mortem superaturus, & trophæo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. Hæc processio in arca fœderis præfigurata fuit, qua Dauid in iubilo deduxit. Post Lazarum suscitatum,& unguentum super caput Iesu effusum, odore famæ eius iam respersо in populo per circuitum, præsciens ipse turbam obuiam sibi uenturam, ascendit asellum,ut inter applausus occurrentium populorum miræ præberet humilitatis exemplum. Inter alia quippe Christi miracula, maximè miraculum auditum de Lazaro ad hanc deuotionem & honorificam obuiationem eos commouit: quia, secundum Augustinum,inter omnia miracula quæ fecit Dominus noster Iesus Christus, Lazari resuscitatio præcipuè prædicatur. Istud enim euidentius & mirabilius signum erat:& ideo ultimò ipsum reseruauit, ut magis eorum memoriæ imprimeretur. Miraculis ergo trahebantur,qui uerbis non mouebantur. Vbi Origenes: Pulchrè autem turbas,laudantes Deum, ad descensionem montis occurrisse legimus, ut operatorem mysterij spiritualis significarent sibi uenisse de cœlo. Vbi & Beda: Descendente etiam Domino de monte oliuarum, turbæ descendunt, quia humiliato misericordiæ authore, necesse est eos qui misericordia indigent,eius uestigia imitari. Cùm autem turbæ obuiantes peruenissent ad Christum,facta sibi reuerentia præcesserunt, alijs sequentibus ipsum: & sic erat Christus in medio eorum. Vnde sequitur: *Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur clamabant, dicentes: filio Dauid osanna*,quod est uox exultantium pariter & laudantium, uel obsecrantium: magis affectum indicans,quàm aliquam rem significans: sicut racha interiectio indignantis dicitur, nihil expresse designans. Vnde secundum uocem, neque Græcus, neque Latinus interpretari potuit: sed secundum sensum interpretantur quidam saluifica, uel saluum me fac. Et est osanna uerbum Hebræum, ex corrupto & integro compositum. Dicitur enim osanna, i littera subtracta, quasi osianna: osi ergo corruptum, anna est integrum:osi autem apud eos interpretatur salua, uel saluifica,uel saluum fac: & anna est interiectio obsecrantis,sicut apud nos heu dolẽtis: nam sicut apud nos à dolente dicitur heu,sic apud illos ab obsecrante dicitur anna, & ualet apud nos utinam, quod est aduerbium optandi. Et ideo osanna tantum ualet, quantum vtinam saluemur,vel obsecro salua. Et quia hæc interiectio in Latino non habetur eloquio: posuit pro ea noster Hieronymus, obsecro. Vnde in Psalmista. Vbi septuaginta interpretes transtulerunt, *O domine saluum me fac*, in Hebræo scriptum est,anna Adonai osianna. Quod interpres noster Hieronymus diligentius elucidans,ita transtulit: obsecro Domine, salua obsecro. Idem nanque signat o Domine, per ipsam interiectionem obsecrationis: quod obsecro domine, per ipsum uerbum obsecrationis. Est ergo osanna, quasi osianna,id est salua obsecro:& est una

Miraculũ summum

Augusti. tractat. 50. in Ioan.

Origenes tractat. 14. in Matt.

Beda i cap. 19. Luc.

Psal. 117.

est una dictio,uel duæ per subtractionem unius literæ,& significat quòd aduentus Christi salus sit mundi: cui enim salua, siue saluifica, clamabant, utique saluatorem credebant. Vnde & conuertendo sermonem inter se, subiungit, dicentes, *Benedictus*, id est gloriosus sit: uel, secundum Bedam, Benedictus,id est ab omni peccato singulariter immunis,& immunes faciens:*qui uenit*, per carnis assumptionem, id est incarnatus est, *in nomine Domini*, id est in nomine patris & à Deo patre missus ad explendũ eius uolũtatẽ, & ad glorificandũ eũ,quia filius nõ in noĩe suo,sed in nomine patris uenit: eum glorificando, & in omnibus operibus non suam, sed patris gloriam quærendo. Vnde alibi: *Ego*, inquit, *ueni in nomine patris*. In hoc ergo confitentur & laudant Domini aduentum: benedictio namque quæ fit à nobis, in Deo confessio sola est: & laudatio bonorum, quæ præstita sunt ab eo. Benedictio uerò quę fit à Deo,in nobis impletur, dum eius beneficiis implemur. Vbi sciendum quòd benedicere, est bonum dicere. Aliter autem Deus benedicit nobis: & aliter nos benedicimus Deo. Deus enim benedicendo nobis, beneficium nobis impendit, & bonos nos facit: nam suum dicere,est eius facere: quia ipse dixit facta sunt,nos autem benedicendo Deo, non eum bonum facimus, sed tantummodo eius bonitatem confitemur & laudamus: dicere enim hominis, non est suum facere, sed tantum fateri. Et addunt, *rex Israel*. In quo confitentur eius potentiam, tamen diminutè: quia credebant ipsum regnaturum temporaliter,& liberaturum eos à tributo: ipse autem uenit ad regnandum spiritualiter, & ad liberandum totum genus humanum à diabolo, quod erat maius illo. Ad literam ergo credebant quòd uenisset regnaturus temporaliter super eos in regno Dauid,& redempturus ipsos à seruitute Romanorum,& restituere regnum tempore quod à Romanis erat usurpatum. Cuius contrarium ipse dixit coram Pilato: *Regnum meum non est de hoc mundo*: sed,supple,de cęlo: & ideo applaudebant ei tanquam suo regi. Vnde subiungunt, & benedictum, quod scilicet uenit, regnum patris nostri Dauid: quod scilicet restitutum est nunc in aduentu tuo: quasi dicerent,hoc est de quo dictum est: Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius. Regem uerò eum in testimonium suæ damnationis uocauerunt: ex hoc enim patet, quòd proprium dominum occiderunt. Vbi Augustinus. Quid autem magnum fuit regni seculorum regem fieri hominũ? Non enim rex Israël Christus ad exigẽdum tributum,uel ferro exercitum armandum,hostesque uisibiliter debellandos: sed rex Israel quòd mentes regat, quòd in æternum consulat, quòd in regnum cœlorum credentes, sperantes,amantesque perducat. Quòd ergo rex esse uoluit Israel, dignatio est non promotio: miserationis indicium,non potestatis augmẽtum: qui enim appellatus est in terra rex Iudęorum,in cœlis est dominus angelorum. Et iterum: Noli timere, illũ agnosce qui à te laudatur, & noli trepidare cum patitur: quia ille sanguis funditur,per quem tuum delictum deleatur, & uita redimatur. Hæc Augustinus. Deinde iterum uerba conuertentes ad ipsum,repetunt, *osanna*, id est salua obsecro. Bis dicunt osanna, quia saluator est Christus secundum naturam utramque: secundum diuinam,effectiuè: secundum humanam,meritoriè. Et ad sciendum de qua salute intelligatur,determinãt ubi se uelint saluari:scilicet,*in excelsis*:id est,in cœlestibus, non in infimis & terrenis. Salua in excelsis, qui prius saluabis ab inferis. Ecce duplex salus: una in liberatione pœnæ,alia in collatione gloriæ: ubi manifestè ostenditur quòd aduentus Christi non tantum hominum,sed totius mundi salus est, in cęlis & in terris,& terrena iungens cœlestibus:*ut omne genu sibi flectatur: cœlestium, terrestrium, & infernorum*. Christus enim ueniebat ad dandam salutem cœlestem & æternam: & fortè licet sublimitatem regni æterni & temporalis petebant, tamen nescientes propheticè eum regem cœli & angelorum prædicabant. Et hoc diuina ordinatione significabatur uerbis laudãtium, cùm dicebant,*osanna in excelsis*:quod est salutẽ æternam à Domino petere:licet hoc non intelligerent:sicut & Caiphas dixit mortem Christi futuram pro salute mundi, licet non intelligeret quid diceret. Vbi Chrysostom. Ex his ergo uerbis colligimus, quòd Deus est:nam osanna,saluos fac interpretatur: salutem autem Deo scriptura attribuit. Et notãdum, quia quòd dicitur in excelsis, signum est quòd in inferioribus non est salus,sed multiplex periculum:sed in excelsis, quæ sola cœlestia sunt: salus sine periculo inuenitur. Vel in hoc quod dicitur hîc, in excelsis: significatur per primũ osanna quòd Christus est rex in terra uniuersa per fidem & gratiam:& per hoc quòd hic ad secũdum osanna additur,in excelsis, significatur quòd non tantum in terris, sed etiam in cœlestibus Christus regnat: quia per ipsum ea quæ in cœlis & in terris sunt restaurantur. Consideranda est autem, iuxta ordinem personarũ, qualitas meritorum. Qui enim uestimenta sua super asinam imposuerunt, ut Iesus mollius sederet, Apostoli fuerunt: qui sua doctrina mentes hominum, ut habitaculum Dei essent, præparauerunt. Per istos significari possunt, qui per suas exhortationes animam eruditunt, à peccatis abstrahunt,uirtutibus ornant & componunt, ut sic ibi Dominus sedeat, & quiescat. Qui autem uestimenta in uia straurerunt,ne pes asinæ impingere,sancti martyres sunt:qui dum corpora sua,animarum uidelicet tegumenta,propter Deum ad supplicia tradunt, & pro prio se carnis amictu exeunt,quasi uestimẽta sua sternunt: iter simplicioribus suo sanguine ostendentes, per quod ad cęlestem Hierusalem peruenire possint. In uia denique uestimẽta sternunt,qui exempla martyrum secuti,corpora sua per abstinẽtiam edomant, ut Domino iter ad mentem parent, uel exempla bona sequentibus præbeant: quia ergo uestimentum animæ,est corpus: hoc uestimentum substernimus, aut per martyrium, aut per iciunium, aut etiam per boni operis exercitium & exemplum, aut per continentiæ propositum. Vel uestimenta animæ diuersorum colorum,sunt uarietates diuersarum uirtutum: quæ tunc in uia sternimus, quando ea in exemplum alijs præbemus. Felix illius anima,cuius uirtutes confundunt & extinguũt in alijs uitia contraria. Vestimẽta etiam,ob aduentum Christi,in uia sternere, est antiquam conuersationem peccati deponere. Qui uerò ramos de arboribus cædebant, & sternebant in uia, ut iter asinæ planum & decorũ redderent:sancti confessores sunt:qui dum uerba & sententias, uel exempla patrum præcedentium de scripturis carpentes,in uia Dei,ad auditoris animum uenientis, humili prædicatione submittunt, quasi de spiritualibus arboribus ramos cædentes,cęlestis patriæ iter decorãt. Vel per illos qui ramos oliuæ ferebant, significantur qui circa opera misericordiæ se exercitãt:oliua.n. Dei misericordiã significat. Et per illos qui ramos palmarũ ferebant, significantur qui circa uictoriã tentationum intendunt:

Salus duplex.

Philip. 2.

Ioan. 11.

Chrysostom. hom. 65. in Ioannem. Salus in excelsis.

Vestimẽtorũ significatio.

Bernardus sermo. 1. in Ramis palmarum. Obsequiũ triplex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

intendunt: palma enim uictoriam designat. Notat autē Bernardus, hīc triplex obsequium Christo exhiberi. Primum quidem à iumento, cui Dominus insidet. Secundum, ab his qui uestimenta in uia prosternunt. Tertium, ab his qui ramos de arboribus cædūt. Prælati ramos de arboribus cædunt, cùm de fide & obedientia Abrahæ, de castitate Ioseph, de mansuetudine Moysi, cæterorumque sanctorum uirtutibus prædicant. Seculares uerò homines uestimenta prosternunt in uia, cùm expendunt Christi obsequium, non siquidem corpora, sed quæ adiacēt & necessaria sunt corporibus, quasi uestimenta: cùm eleemosynas largiuntur de terrena substantia. Religiosi sunt iumētum, iuxta apostolum, glorificantes & portantes Dominum in corpore suo. Hi sunt qui dicere possunt, ut iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum: omnes reliqui ex eo quod abundat sibi mittūt, & quasi sine labore obsequuntur Domino: solum uerò iumentū semetipsum exponit cius obsequio. Omnes tamen (si suo quisque fideliter intentus fuerit ministerio) procul dubio in processione sunt saluatoris, & cum eo in sanctam ciuitatem ingrediuntur. Tres enim propheta uidit saluandos: Noe, in arcæ fabricā ramos cædentem: Iob, huius mundi substantiam bene dispensantem: Danielem, in uili, edulio & labore abstinentiæ factum quasi iumentum. Cui autem in illa processione sit Iesus propinquior: cui de tribus or dinibus sit salus uicinior: facilè credo quisque potest aduertere. Hæc Bernardus. Turbæ autem præcedentes & sequentes utriusque testamenti significant fideles, una uoce clamantes. Præcessit quippe Iudaicus populus, secutus est Gentilis: & quia omnes qui fuerūt, uel sunt fideles, in Christum mediatorem Dei & hominum crediderunt & credunt: & qui præunt, & qui sequuntur, clamant, salua nos obsecro. Vnde Beda: Sed qui præibant, & qui sequebantur, clamabant, osanna. Osanna autē Lingua latina, salua nos dicitur: ab ipso enim salutem & priores quæsierunt, & presentes quærunt: & benedictum qui uenit in nomine Domini confitentur: quoniā una spes, una fides est præcedentium atque sequentium populorum: quē enim priores nostri ex Iudaico populo crediderunt, atque amauerunt uenturum: hunc nos & uenisse credimus & amamus, cuiusque desiderio accendimur, ut eum facie ad faciem contemplemur. Vnde & Chrysost. Qui precedebant, seniores erant: id est, patriarchæ & prophetæ, cæterique sancti, qui ante aduentum Christi de aduentu eius & prædixerunt, & cognouerunt. Sequentes autem, iuniores id est apostoli, martyres, cæterique doctores, qui post ascensum Christi de resurrectione eius, & de ascensu, uci de operibus eius prædicauerunt & prædicant. Et diuersi quidem in temporibus fuerunt, tamen in omnibus unus exultationis spiritus fuit. Et illi quidem prophetantes, de Christo uenturo clamauerunt: *Benedictus qui uenit in nomine Domini*: isti autēlaudantes clamant de aduentu Christi, iam adimpleto osanna, & cætera. Hæc Chrysosto. Facta etiam Christi, quia quasi media inter facta ueteris testamenti & noui sunt, ideo tam turba quæ precedebat, quàm ea quę sequebatur, eum laudabat: inquantum facta Christi sunt regula & exemplar eorū, quæ in nouo testamento siunt, & quæ à patribus ueteris testamenti prefigurata sunt. Vnde etiam Bernardus: Præcedebant aliqui, & uiam Domino parabant: ipsi sunt qui uiam parant Domino ad corda uestra, qui uos regunt, & dirigunt uestros gressus in uiam pacis. Alij sequebantur, & hi sunt qui propriæ insciētiæ conscij, deuotè sequuntur, & adhærent semper uestigiis precedentium. Erant quoque discipuli tanquā domesticilateri eius adhærentes: ipsi sunt qui in claustris soli deo uiuunt, semper adhærentes ei: & eius beneplacitum considerantes. Hæc Bernardus. Per istos etiam qui clamabant, dicentes: osanna filio Dauid: & cætera, significātur contemplatiui, qui magis deuotioni per orationem sunt intenti. In præmissis ergo instruemur ut operibus & officijs, quæ nobis magis competunt insistamus: non enim omnibus omnia competunt: & ideo in ista processione Christi, non unus omnia faciebat, sed alij asinam & pullum adducebant: alij uestimenta sua cius imponebant: alij uestimenta in uia sternebant: alij ramos cædebant, alij iubilabant: & ideo unusquisque illud officium debet assumere, ad quod uidet magis idoneum se esse. Surge igitur saluatoris filia, tanquam una de filiabus Hierusalem, iuuens regem Salomonem in honore, quem sibi mater synagoga in ecclesiæ nascentis ministeriū reuerenter exhibuit, ut insidētem asello tergo uniuersorum Dominum, uelut cum ramis oliuarum, atque palmarum pietatis operibus, uirtutumque triūphis iugiter comiteris. Vnde Anselmus: Insidentem asello cœli & terræ Dominum comiteris: tātaque fieri pro te obstupescens puerorum laudibus tuas inseras: clamans & dicens, osanna filio Dauid: benedictus qui uenit in nomine Domini. Quòd populus Christo cū laudibus obuiauit, hoc olim per regem Dauid præfiguratum fuit: cui populus post cædem Goliæ obuiās laudes exhibuit. Dauid Christum præfiguravit: qui Goliam, id est diabolum aduersarium nostrum superauit: Hierusalem uisio pacis interpretatur: per quam fidelis anima designatur: ad hanc saluator noster omni hora paratus est uenire, & nos ei in occursum per contritionem debemus ire. Cui etiam laudes decantamus, quando peccata nostra in confessione recitamus: & ramos palmarum in manibus portamus: quā do corpora nostra in satisfactione castigamus: insuper & uestimenta nostra in uia sternimus, quando tē poralia pauperibus erogamus: & cū floribus ipsum honoramus, quādo misericordiæ operibus, & diuersis uirtutibus nos oramus, Christum Iesum, qui uenit in nomine Domini benedicimus, quando pro beneficijs nobis collatis gratias agimus. Regem eum, & Dominum protestamur: si omnia opera nostra cum timore Dei, & reuerentia operamur. *Pharisei ergo*, inuidia concitati: *dixerunt ad semetipsos*, id est inter se & adinuicem. *Videtis quia nihil proficimus*: laborando & faciendo contra eum. *Ecce mundus totus post eum abit*, sermo est hyperbolicus, ad exprimendum quòd multi sequebantur Christum: prophetabant, sed nescientes: per hoc enim significatur quòd totus mūdus erat eum secuturus. Hoc quidem secūdum Augustinum, est uerbum Pharisæorum inuidentium ut dicant, *nihil proficimus*, scilicet in malitia nostra nō ualentes impedire eum: & secundum eundem, Quid mirum & quid inuidet cęca turba, quia post eum abit mundus, per quem factus est mundus? Chrysostomus autem uult, quòd hæc sunt uerba Pharisæorum credentium, tamen occultè, propter metum Iudæorum: & quòd dicunt hoc ut retraherent eos à persecutione Christi: ac si dicerent, quantumcunque insidiamini, tanto hic augetur, & gloria eius intenditur. Quid ergo non desistitis à tantis insidijs? quod quidem quasi idem est cum consilio Gamalielis: de quo habetur in Actibus. *Et quidem de turba Pharisæorum*, ex inuidia quam contra ipsum conceperant, deuotionem

1. Corin. 6. Psal. 72.

Tres saluandi.

Beda in c. 11. Marci. Præcuntes & sequentes Christum.

Chrysosto. ho. 37. ope ru imperf.

Facta Christi media.

Bernardus sermo. 2. in Ramis palmarum.

Cantic. 3. Figura in Dauid. 1. Reg. 18.

Augusti. tractat. 53. in Ioan.

Chrysosto. hom. 65. in Ioannem.

Actor. 5. f.

nem populi ad ipsum, uidere & laudem eius audire non uolentes, *dixerunt ei: Magister increpa & cohibe discipulos tuos*,, & turbas te laudantes. Magistrum uocant, quem tamen ipsi docere uolunt: quasi dicerent, Si tu iustus & bonus esses, talem applausum sustinere non deberes. Vilescat in ore tuorum laus tua: ideo eos increpa. Vbi Beda: Mira Iudæorum dementia, quem magistrum appellandum non dubitant, quia uera docentem nouerant, huius ipsi discipulos quasi melius edocti redarguendos autumant: eumque corrigere quos instituit suadent, quem signis approbantibus Deum clarescere uident. Hæc Beda. Dolebant isti de laudibus Christi. Et primò de hoc, quòd turbę dicebant ipsum benedictum, cùm ipsi reputarent eū peccatorem. Secundo quia turbæ dicebant eum regem, cùm ipsi reputarent eum ualde ignobilem. Tertiò, quia turbæ dicebant eum uenisse in nomine Domini, cùm ipsi reputarent eum non esse à Deo, uel missum ab eo. *Quibus ipse respondit*, & prophetizando de futuro se rationabiliter excusauit. *Dico uobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt*. Quod & factum est. Nam quem homines uel timore, uel perfidia confiteri trepidabant: hunc durissima etiam elementa apertè prædicabant. Crucifixo enim Domino discipulis, & notis eius præ timore repressis: & laudem Christi tacentibus, terra mota, petræ scissæ, & monumenta aperta, quasi perhibentes testimonium sanctitatis ipsius Christi morientis, eum Deum & totius mundi Dominum clamabant & protestabantur. In quo apparet duritia Iudæorum & hominum, quia elementa compatiuntur creatori suo, & recognoscunt eum. Vel mysticè, *si tacuerint hi*, id est Iudæi, *lapides*. i. Gentiles ad modum lapidis duri, *clamabunt* laudes Christi: quod factum est mortuo Christo: quia Iudæis mutis factis à laude eius, Gentiles qui duri, steriles, & infructuosi erant: ac ligna & lapides adorabant, ad Christum conuersi ipsum laudabant & prædicabant: quia Centurio & alij, qui erāt cum eo, uisis tot signis sanctitatem Christi confessi sunt, dicentes: Verè filius Dei erat iste: uerè hic homo iustus erat: quotidie Gentiles clamant, & in Christi uirtute laudare nō cessant, Iudęis ex magna parte cæcatis, & laudē Christi tacentibus. Vel moraliter, *si tacuerint hi*, id est clerici:, *lapides*, id est layci *clamabunt*, & Deū bonis operibus laudabunt, quod etiam quotidie in plerisque uidemus impleri. Sed illi qui Christū cum tanto triūpho susceperunt: nō diu post contraria in eo fecerūt. Turba enim mobilis est, & more fluctuum & uentorum mouetur: quem modo ueneratur: cōtra eum postea clamat & insurgit. Vnde Bernardus? Ab eodem populo, in eodem loco, & ipso tempore, paucis diebus interpositis: primò cum tanto triūpho susceptus, postea crucifixus est. O quàm dissimile est, tolle tolle crucifige eū: &, benedictus qui uenit in nomine Domini, osanna in excelsis: quàm dissimile, rex Israel: &, non habemus regem nisi Cæsarem: quàm dissimile, rami uirentes, & crux: flores, & spinæ: cui prius uestimenta prosternebant turbæ aliena, ecce suis exuitur, & sors mittitur super ea. Væ tibi amaritudo peccatorū nostrorum, propter quæ diluenda tanta amaritudo necessaria est. Hæc Bernardus. Et quamuis Christus sæpe Hierusalem ascenderit, nunquam tamen aliquē honorem sibi exhiberi uoluit, nisi modo cùm ad passionem iuit: ut ex hoc detur intelligi quòd in morte sanctorum non est dolendum, sed potius gaudendū, & quod sua passio erat sibi in gaudium, & in magnū festum: & persecutiones propter Christum debemus gaudenter appetere, mundanos autem honores uitare: sicut fecit ipse qui regium honorem fugit, & ad locum passionis gaudenter accessit. Sed cur Christus uadens ad mortem, tantum honorē recipere uoluit, cùm alias honorem regium respueret? Ad quod dicēdum, quòd hoc ideo fecit ut se non meritum pati demonstraret: & ut ille qui est in magnis honoribus uel diuitijs constitutus, semper memoriā mortis habeat: quia uadit ad mortem, & nihil hinc præter saccū portabit secum: & qui tenet corpus suum in delitijs & oratibus, cogitet quia uadit ad mortem, ubi uermes corpus comedēt & lacerabunt. Item ut doceret quòd regnum suum de hoc mundo non esset, ad quod profecto triūpho passionis & gloria resurrectionis peruenit. Vnde Beda: Legimus in euāgelio Ioannis, quia refectæ de quinque panibus & duobus piscibus turbæ, uoluerunt rapere Iesum, & cōstituere eum regē: sed ne hoc perficere possent, ipse in montem fugiendo prædicauit. Nunc autem ubi passurus Hierosolymam uenit, non refugit eos qui se regem faciunt: qui agmine glorifico, & hymnis Dei filio ac rege dignis, ad ciuitatem regiam ducunt: non reprimit uoces eorum, qui regnum patriarchæ Dauid in eo restaurandum, & priscę benedictionis dona recuperanda concinunt: ut quid ergo quod prius fugiendo declinauit, modo libens amplectitur: regnumque quod adhuc uicturus in mūdo suscipere noluit, iam exiturus per passionem crucis de mundo, non negauit suscipere: nisi ut apertè doceret, quia non temporalis & terreni in terris, sed æterni in cœlis rex esset imperij, ad quod profecto regnum per contemptum mortis, & gloriā resurrectionis, & triumphum ascensionis peruenire: hinc est enim quòd post resurrectionem apparens discipulis, ait: *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: & cætera*, eiusdem loci. Hæc Beda.

Beda cap. 19. Luc.

Dolor Iudæorum.

Mobilitas turbæ.

Bernardus sermo. 2. in Ramis palmarum.

Honorem cur moriturus susceperit Christus.

Ioan 6.

Beda in 8. 11. Marci.

Matt. 28.

ORATIO.

GENERALE *gloriæ signum Domine fecisti, quādo ante sex dies Paschæ ueniens in Hierusalē, tuæ clementiæ & sereni uultus gloriam reuelasti, ut occurrerent tibi obuiam turbæ, cum floribus & palmis lætantes: & quam uidebant maiestatem confitentes, dicendo osanna filio Dauid: benedictus qui uenit in nomine Domini. Præcor & obsecro Domine, per sacramēta & opera tua, noli me reprobare à pueris tuis: sed ostende mihi lumen gloriæ tuæ: ut repleatur os meum tua laude, & cantem gloriam tuam tota die. Amen.*

De fletu Domini super Hierusalem, & ingressu in eam. Cap. XXVIII.



Universidad de Deusto Biblioteca

Luca.19. Matt.21.

IMMISCVIT autem Dominus cum prędicta lætitia & fletum: nec ſuæ miſerationis oblitus, cùm turba depromeret canticum, ipſe ſuper excidium ciuitatis aſſumpſit lamentum: miſerebatur enim eorum qui omnes homines ſaluari vult: quod nobis non patuiſſet niſi per aliquod humanum ſignum euidens fieret. Effuſæ enim lachrymę ſunt ſignū triſtitiæ: unde iſtud euangelium in menſe Auguſto decantatur: quia ciuitas Hieruſalem in iſto menſe prius à Nabuchodonoſor: deinde à Romanis deſtructa fuiſſe inuenitur. Fleuit etiam, & tanto honore ſibi exhibito lachrymas uoluit commiſcere, ut oſtenderet, quia humana lætitia citò in fletum conuertitur: & quòd omnia gaudia & honores mundi lachrymis, & doloribus ſunt admixta. In cęlo quidē ſunt omnia pura: in mūdo omnia mixta: in inferno omnia lugubria.i.flebilia uel lutulenta.i.luto plena, ſordida, uel fętida. Itē ad dandū exēplū prælatis, quòd quando aſſumuntur ad honores, pro cura populi potius debent flere ſuam imperfectionē, & populi defectionem, quàm gaudere de ſublimatione temporali. Item ut lætitiam mundanam ſalubri triſtitia temperemus: eſt enim mundana lætitia, ſicut uinum purum, quod citò inebriat, niſi temperetur meditatione mortis, uel recordatione aduerſi futuri. Vnde Eccleſiaſticus: In die bonorum, ne immemor ſis malorum.

Eccl. 11.

Vt ergo appropinquauit, non ſolum corporis greſſu, ſed etiam compaſſionis affectu, *Hieruſalem*, in qua diu uiguerat cultus diuinus: *uidens*, nō tantum oculo corporis, *ciuitatem*, & exteriorem eius pulchritudinem: ſed etiam oculo diuinitatis ipſam impiam ciuitatem in ſuam necem cōſpirantem, pręuidens eius caſum & ſubuerſionē non de ſua morte, quam ille machinabantur: ſed de illius ruina & perditione: *fleuit*, ſcilicet fletu compaſſionis, *ſuper illam*: tū propter mala culpæ, quæ ibi multiplicata fuerant: tū propter mala pœnæ, quæ ſuper ciuitatem & populum futura imminebant, *dicens: Quia ſi cognouiſſes*, ſcilicet ea quæ ego ſuper te uentura cognoſco, *& tu*, ſcilicet fleres mecum ruinam tuam, quæ modo exultas: ſicut ego, inquit, fleo qui omnia uideo, & futura cognoſco: ſic & tu fleres, ſi nunc uentura uideres: quæ modo, quia neſcis quod imminet, exultas: quia fons pietatis erat, lachrymas continere non poterat: nec ædificia planxit parietum, ſed ſubuerſionem animarum. Cur uerò modo exultat, oſtenditur cùm ſubditur: *Et quidem in hac die tua*, id eſt in hac tua proſperitatis claritate, & in hoc modico tempore tibi proſpero, in quo facies uoluntatem tuam: aſſunt tibi ea, *quæ ad pacem tibi ſunt*: non pectoris, nec æternitatis, ſed temporis ſolum & modico tempore duraturam: & ideo nunc gaudes, quia imminētia non uides. Cùm enim ſe carnis uoluptatibus daret, & uentura nō proſpiceret: in die ſua quæ ad pacem ei eſſe poterant, habebat.

Pax mundana.

Eſt namque mundana pax, quam diligunt impij, ut ſine timore peccent, & liberè ſuis uoluptatibus uacent: de qua in politicis dicitur, quòd rubiginem contrahunt, ſicut ferrum pacem ducentes. Et attende quia tempus proſperitatis ſignificat hic nomine diei ſingulariter: Poſtea uerò dies aduerſitatis pluraliter, quia modica fuit proſperitas in comparatione aduerſitatis.

Dies cur ſingulariter & pluraliter dicitur.

Cur autem bona præſentia ad pacem habuerit, manifeſtatur cùm ſubiungitur. *Nunc autem*, quaſi modico præſenti tempore proſperitatis & pacis, *abſcondita ſunt ab oculis tuis*, tam corporalibus, quàm ſpiritualibus, ſcilicet mala quæ uentura ſunt tibi: præſens enim proſperitas facit ne conſideretur &

A

præcaueatur futura aduerſitas: cito autem manifeſtabuntur & in breui, quia gaudium hypocritæ inſtar eſt puncti. Si enim à cordis eius oculis mala imminentia abſcondita non eſſent, ſic læta in præſentibus proſperis non fuiſſet. Cuius pœna, quæ de Romanis principibus imminebat: adiuncta eſt, cùm dicitur. *Quia uenient dies*, tribulationum, *in te*, id eſt contra te: *& circundabunt te inimici tui*, ſcilicet principes Romani, *uallo*, & circuitu, ſcilicet concatenatura de lignis & palis facta: & hoc factum fuit in uindictam, quia caput Chriſti Iudæi circundederunt ſpinea corona: *& circundabunt te*, ſua potentia corporali, & hoc in uindictam: quia Iudæi circundederunt Chriſtum horto cum gladijs & fuſtibus: *& coanguſtabunt te undique*,

B

ſcilicet concludendo, & prohibēdo introitum & exitum, ita ut nulla ſit euaſionis uia: tanta autem fuit ciuitatis anguſtia, ut carnes filiorum manducarent: & hoc in uindictam, quoniam ſitienti Chriſto acetum in cruce dederunt. *Et ad teram proſternent te*, turres & loca munitiora diruendo: & cuncta ædificia ad terrā deiiciendo: & hoc in uindictam, quia corpus Chriſti mortuum oportuit ſepeliri in terra, *& filios tuos*, id eſt Iudæos qui in te ſunt geniti, ſeu habitatores tuos *proſternent*, ad terram: aliquos occidendo, aliquos captiuando: & hoc in uindictam, quia Chriſti filios Apoſtolos perſecuti ſunt: *non relinquent in te lapidem ſuper lapidem*, ſcilicet funditus euertendo: & poſt om-

C

nia in perpetuum ſunt diſperſi, quia noluerunt ſub alis Chriſti in fide eccleſiæ congregari. Cui etiam ex qua culpa fuerit pœna illata, ſubiungitur, *eo quòd non cognoueris*, quia malitia & inuidia excęcante, cognoſcere noluiſti, *tempus uiſitationis tuæ*: id eſt, mei aduētus in carnē: ueni enim uiſurus, & ſaluaturus te: quod ſi cognoſceres, & in me crederes, eſſes pacata Romanis, & ab omnibus erepta periculis. Si enim tempus gratiæ in aduentu Chriſti cognouiſſet, Chriſto credidiſſent, nec ſupradictas calamitates ſuſtinuiſſent: ſicut omnes qui in Chriſtum crediderunt, tunc euaſerunt.

Allegoricus ſenſus.

Secundum ſenſum allegoricum, ciuitas hæc eſt eccleſia, quæ tempore Antichriſti, ſic anguſtiabitur & proſternetur, quòd pauci audebunt ſe Chriſtianos

D

confiteri: quam eccleſiam Chriſtus uiſitat, quandocunque ad bonum eam excitat. Sed eccleſia pro maiori parte non cognoſcit hoc cū effectu: propter quod Antichriſti perſecutio ſuper eam uenit, ad purgationem electorum, & damnationem reproborum.

Moralis.

Secundum uerò ſenſum moralem, iſta ciuitas eſt anima peccatoris, ſuper quam flet Chriſtus fletu compaſſionis. Si uerò conſideraret anima ſtatum ſuæ culpæ, & quem ſtatum pœnarum in futuro expectet: ipſa cum Chriſto ſemetipſam plangeret. Sed peccati delectatio tollit mortis repentinæ conſiderationem: diſtricti iudicij timorem, & pœnarum inferni anxietatem: quæ uallatur in morte, & anguſtiabitur à ſpiritibus

E

malignis, ut euadendi aditum inuenire non poſſit: & eius filij proſternentur .i. cogitationes quibus promittebat ſibi longam uitam, honores, diuitias: & huiuſmodi fruſtrantur: & non relinquetur in ea lapis ſuper lapidem, quia omnis ab illa cogitationum ſuarū conſtructio diſſipabitur, eo quòd non cognouerit tempus uiſitationis ſuæ, cùm Dominus eam inuitaret ad emendationem uitæ. Vnde ſecundum Gregorium, quòd iuxta hiſtoriā Dominus ſemel egit, hoc quotidie per electos ſuos in eccleſia agit: plangit enī reprobos qui neſciūt cur plangantur: ſed in malis exultant & lætantur: qui ſi damnationem ſuam, quæ eius imminet, præuiderēt: ſemetipſos cum lachrymis electo-

Gregorius hom.39.in euang.

electorum plangerent, qui in peruerſitate ſua diem ſuam hic habet cum pace, quia tranſitorio gaudent in tempore, & nulla uenturæ pœnæ terrentur formidine. Supplicia autem ſequentia: nunc ab oculis eorum abſcondita ſunt. Quia futura quæ temporalem lætitiam perturbant præuidere refugiunt. Vnde & ſi qua eſt præſentis temporis, ita eſt agenda lætitia, ut nunquam amaritudo ſequentis iudicij recedat à memoria. *Venient autem dies*, quando ad ultionē & ſupplicia ducentur. *Quia non cognouerunt tempus uiſitationis ſuæ*. Peruerſam enim animam Deus uiſitat quotidie præcepto, aliquando flagello, aliquando uerò miraculo: ut & uera quæ neſciebat, audiat: & aut dolore compuncta tedeat, aut beneficijs deuicta, malū quod fecit erubeſcat. Sed quia ſuperbiens contemnit, & uiſitationis ſuæ tempus non cognoſcit: illis in extremo

Viſitatio Domini.

B

uitæ inimicis traditur: cum quibus in æterno iudicio damnationis perpetuæ ſocietate colligatur: unde cogitandum ualde eſt, quantum erit nobis terribilis hora noſtræ reſolutionis, qui pauor mentis: quanta tūc omnium malorum memoria, quæ obliuio tranſactæ fœlicitatis, quæ formido & cōſideratio iudicis. Quid ergo eſſe nobis de præſentibus ad delectationem debet? quando ſimul cunctis tranſeuntibus non ualet tranſire quod imminet, quando & hoc funditus finitur, quod diligitur: & illud incipitur, ubi dolor nunquam finitur. Præter hanc ſententiam Gregorij, poſſunt prædicta & aliter accipi: nam moraliter in culpa

C

peccator primo uallatur, per hoſtis ſuggeſtionē exteriorem. Secundò circundatur, per interiorem carnis impulſionem. Tertiò coanguſtatur, per delectationis inflammationem. Quartò ad terram proſternitur, per cōſenſum interiorem. Quintò filij occidūtur, per operum bonorum mortificationem. Sextò omnino diruitur, per peccati perpetrationē exteriorem.

Pœna peccatoris.

In pena uerò, primò uallatur per exteriorem tribulationem. Secundò circundatur, per proprij corporis infirmitatem. Tertiò anguſtiatur, per animi & conſcientiæ anxietatem. Quartò ad terram proſternitur, per ſalutis deſperationē. Quintò filij occiduntur, per propinquorum dolorem & deſolationem. Sextò

Dæmonum in morte tētatio.

D

totaliter euertitur, per mortem. In morte quoq; uallatur & circundatur à dæmonibus: coanguſtatur à peccatis: dæmones enim omnia peccata non ſolum operis, uerumetiam locutionis & cogitationis ad memoriam ſibi reuocant: ut ad deſperationem trahant: tunc etiam ad terram proſternitur, quia corpus incineratur, & anima in infernum detruditur: & filij, id eſt opera uel imitatores eius, ut ſint ſecum in pœna, ſicut fuerunt in culpa: & lapis ſuper lapidem non relinquitur, id eſt, cogitatio ſuper cogitationem quæ contra eum non adducatur. Quia ſecundum Gregorium, Ab anima peruerſa omnis conſtructio cogitationum diſſipatur: tunc enim ut in Pſal. dicitur: *Omnes cogitationes impiorum peribunt*: & omnes machina-

Gregorius hom.39.in euang. Pſal.145.

E

tiones ceſſabunt. Fleuit ergo nunc bonus Dominus Ieſus: ſed & pro ſummę pietatis dulcedine reſeranda, ipſe fons totius miſericordię non ſolum ſemel, ſed pluries fleuit, & ex illis piiſſimis oculis ad omnium expiationem peccatorum lachrymarum fluēta uberrimè manando effudit. Legitur enim Dominum Ieſum fleuiſſe. Primò ex infantuli neceſſitate, in natiuitate, ſecundū illud Sapientiæ: *Primam uocem ſimilem omnibus emiſi plorans*. unde cantat eccleſia: Vagit infans inter arcta poſitus præſepia. Secundò, ex immēſo amore, in Lazari ſuſcitatione, ex nimia compaſſione. Tertiò, in hac ſolenni proceſſione. Quartò, ex in-

Fletus Chriſti. Sapien. 7.

A

timo dolore, in ſua paſſione preces cum lachrymis offerens ad Deum. Hęc ſunt quatuor flumina de paradiſo egredientia, ad totius mundi ablutionem, refrigerationem, potationem, & fœcunditatem. Hi quatuor fletus ſaluatoris poſſunt referri ad quatuor ſpecies fletus, quæ quaſi quatuor fluuij paradiſi animam irrigant & fœcundans. Primus eſt fletus, pro incolatu præſentis miſeriæ. Secundus eſt fletus compunctionis. Tertius, compaſſionis. Quartus, pro dilatione patriæ. Primam fletus ſpeciem, ſignificat fletus infantiæ ſaluatoris. Vnde Auguſtinus: Puer qui naſcitur incipit à ploratu, lachrymæ ſunt teſtes miſeriæ: nondum loquitur, & iam prophetizat. Fletus in cruce, ſignat fletum compunctionis, quem debent habe-

Ioan.11. Hebr.5.

B

re illi qui ſunt in cruce pœnitentiæ. Vnde Auguſtinus: Sciat ſe culpabiliter durum, qui deflet mortem amici, uel damna rei temporalis, & dolorem peccati non oſtendit in lachrymis. Fletus ſuper deſtructione ciuitatis, ſignat fletum quo flere debemus ſuper miſerorum calamitatibus, & animarum ruinis, & perditionibus. Vnde Iob: *Flebā ſuper eo, qui afflictus erat*, &c. Fletus ſuper Lazarum, qui ad uitam erat reuocandus: & cui gloria erat differenda: ſignat fletum pro dilatione patriæ. Vnde Pſal. *Heu mihi quia incolatus meus prolungatus eſt*. In fletu autem Domini, oſtenditur quantum flere debeant qui peccant, quando ſic fleuit qui nunquam peccauit. Vnde Caſſio. Vbi prin-

Auguſti. ſermo.26. de uerbis Apoſtoli. Iob.30. Pſal.119.

C

ceps tanta afflictione plangebat, quis illo flente non fleret: eo gemente non gemeret? Et notandum quòd ſeptem mala quaſi uentura ſunt peccatori, per quæ ſi ea cogitaret, ad fletum incitari poſſet. Primum eſt, ſpoliatio omnium, quæ fit ei in morte, de quibus nihil ſecum feret. Secundum eſt, occurſus inimicorum, qui apprehendent eum inter anguſtias. Tertium eſt, amiſſio ſtatus pęnitendi & miſericordiam conſequēdi. Quartum eſt, magna confuſio, cuius confuſionis cauſa poterit eſſe operum denudatio, uel beneficiorum Chriſti exprobratio, uel Dei & ſanctorum deriſio. Quintum eſt, ſeparatio reproborum ab electis. Sextum eſt, excluſio à gloria. Septimum eſt, gehennalis pœnæ miſeria. Et ualde flendum eſt pro pecca-

Mala ſeptē peccatori uentura.

D

tis, propter multa quę peccata inducunt peccātibus. Per peccata enim homo Deum offendit, conſortiū ſanctorum & angelorum amittit, ſuffragia eccleſiæ perdit: animam interficit, diabolo ſe ſubiicit, & in infernum ſe demergit. Conſpice igitur bene ipſum Dominum Ieſum nunc flentem: & ſi potes fleas cum eo: flet enim largiter & fortiter, quia non ſimulatè, ſed uerè de ipſis dolebat. Corde enim amaro dolebat & flebat illorum periculum æternale & excidium temporale, quia non cognouerunt tempus uiſitationis ſuæ: quando per incarnationis myſterium uiſitauit eos oriens ex alto, ut ipſum Dominum ac prædicationem eius reciperent, ſed magis uſque ad mortem

Cōtemplatio.

E

eum perſecuti ſunt. O cor durum uæſanum & impiū, & tanquam uera uita priuatum, omnino plangendū: cur more phrenetici, flente ſuper te ſapientia patris, in tantis miſerijs lętaris & rides? Conſidera lachrymātem medicum tuum, & ut luctum unigeniti fac tibi planctum amarum. Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem & noctem: non des requiem tibi, nec taceat pupilla oculi tui. Conſpice etiam diſcipulos, quàm libenter & diligenter uadunt ſemper iuxta eū, cum timore tamen & reuerentia. Ipſi ſui barones & milites, comites, domiceli, & dexteratores. Nec debes credere quòd ipſo flente alij ſe potuerint à lachrymis continere. Nobis fratres iſtæ lachrymæ Domini

ſiunt

Universidad de Deusto Biblioteca

ſiunt ut magiſtrum imitemur: & ab hoc tanto præceptore noſtro diſcamus quid in noſtrorum inimicorũ morte, & ruina agere debeamus. Vnde & ipſe ait: *Lucæ 6.* *Diligite inimicos ueſtros: benefacite his qui oderunt uos, & orate pro perſequentibus uos, & calumniantibus uos.* Non tantum muros ciuitatis perituræ, ſed & animarum ruinam & perditionem flebat Ieſus: nobisq; exẽplũ dabat quid in tali negocio facere debeamus, cùm peccatorem aliquem in æternam damnationem ruere uidemus: de tali enim Domini noſtri Ieſu Chriſti exempla ſequentes, nos quoque flere debemus: & tã to amplius flere, quanto ipſe de ſeipſo flere ignorat. *Compaſſionis uirtus.* Si enim ſuas infirmitates intelligeret, & calamitates quæ ei ſuperuenturæ ſunt cognoſceret, utique & ipſe plus alijs de ſe fleret. Iſte fletus Domini compatientis ciuitati de miſeria, quæ illi imminebat præfiguratus fuit olim in lamentationibus Hieremiæ, qui deſolationem eiuſdem ciuitatis, per Romanos futuram, deflebat: ſic & nos in afflictione proximorum, etiam inimicorum, ex compasſione flere debemus: exemplo Chriſti, qui compaſſus eſt ſuis inimicis. Plus eſt compati afflictis, quàm bona temporalia erogare: & impoſſibile eſt illum gratiam & miſericordiam non mereri, qui ſcit afflictis compati, & eorum peccata deflere. Intrauit ergo Ieſus Hieroſolymam, cum iſto triumpho & honore turbarum, per ſupradictam portam auream, quę eſt ad pedes templi, à parte uallis Ioſaphat. Hoc, ſecũdum Chryſoſtomum, ipſe faciebat, non pompam quandam oſtendens: ſed & prophetiã implens, & diſcipulos, propter mortem contriſtatos, conſolans: & monſtrans quoniam hoc pati uolens. Vbi Rabanus: Hic introitus eius in Hieruſalem fuit ante quinque dies Paſchæ: ubi notanda eſt concordia, non ſolum in rebus, ſed etiam in temporibus ueteris & noui teſtamenti. Decima enim die menſis primi agnus, qui in Paſcha immolaretur, domum introduci iuſſus eſt: quia & Dominus decima die eiuſdem menſis: hoc eſt ante quinque dies Paſchæ, ciuitatem in qua pateretur, erat ingreſſurus. *Et cùm intraſſet Ieſus Hieroſolymam*, ut exhiberet ſalutem: *Pſal. 23.a* *commota eſt uniuerſa ciuitas, dicens, quis eſt hic?* per hoc ſignificatũ fuit quòd intrante Ieſu in Hieruſalem cœleſtem, angeli dicturi erant, quis eſt iſte rex gloriæ? Vnde Origenes: *Origenes tracta. 15. in Matt.* Sed & quando intrauit Ieſus Hieroſolymam ueram: admirantes uirtutes cœleſtes, dicebant: Quis eſt iſte rex glorię? Hęc Origenes. Dicebant ergo, *quis eſt hic*: quaſi dicerent, iſte nõ eſt talis ac tantus quòd talia deberent ſibi exhiberi. Mirabantur enim turbæ frequentiam, neſcientes de eo ueritatem: cui obuiam cum laudibus occurrunt. Vnde Chryſoſtomus: *Chryſoſto. ho. 38. operis imperf.* Meritò commouebantur, uidentes rem mirabilem. Homo laudabatur quaſi Deus, ſed Deus laudabatur in homine: puto autem quòd nec ipſi qui laudabãt, ſciebant quid laudabant: ſed ſpiritus ſubitò ingreſſus in eos, neſciente anima, ueritatis uerba fundebat. Hæc Chryſoſtomus. Principes itaque ſacerdotum, & maiores indignabantur de reuerentia Chriſto exhibita: & ob hoc tota ciuitas dicitur eſſe commota: quia factum maiorum, dicitur eſſe factum totius ciuitatis, uel alterius communitatis. *Populi autem*, id eſt ſimplices & vulgares, quaſi rationem de contrario reddentes, *dicebant: hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galilææ*: immo Dominus prophetarum: & ideo ſcilicet meritò debet honorari. Ecce confeſſio Dei à minoribus incipit, ut ad maiores perueniat. Vbi Hieronymus: *Hierony. in cap. 21. Matthæi.* Alijs autem ambigentibus uel interrogantibus, uilis plebecula confitetur. *quia hic eſt Ieſus propheta à Na-*

A *zareth Galilææ*. A minoribus incipiunt, ut ad maiora peruenient: prophetam enim eum dicũt, quem Moyſes ſui ſimilem dixerat eſſe uenturum: à Nazareth autem Galilææ, quia ibi educatus fuerat: ut flos campi nutriretur in flore uirtutum. Hæc Hieronymus. Et poſtquam Dominus ingreſſus eſt Hieruſalem, remiſit animalia ad locum ſuum. Memoriam huius proceſſionis dominicæ, recolit eccleſia illa die. Egrediuntur enim fideles cum ramis, quaſi obuiam Domino, extra muros uel ſepta, uſque ad crucem aliqui uadunt: in qua & ramos quos geſtant affigentes deponunt, quaſi diceret eccleſia: *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.* *Galat. 6.* Quandoque autẽ ideo eunt, & uſque ad crucem: quaſi ſic oſtendatur eis nõ B eſſe ſperandum in quantalibet gloria mundi: qui extrema gaudij luctus occupat: *Prouer. 14.* & deinde cum cruce in ciuitatem regrediuntur, pro eadem ſignificatione illa die gaudio proceſsionis ſubditur euangelium dominicæ paſsionis: fortè quia & Dominus exultationi inſeruit lamentum, & nos proceſsioni paſsionem: quia paſsio fuit cauſa euerſionis, pro qua fleuit. *Triũphus Chriſti.* In proximo ergo bella acturus, & de hoſtibus triũphaturus, cũ triũpho & gloria, & ad impiã ciuitatẽ, & ad locũ certaminis Dñs uenit: & certus de uictoria ante bellũ, quod fieri nõ ſolet, triũphum ſuſcepit: unde & rami palmarũ, cũ quibus glorioſè ſuſceptus eſt, propinquam uictoriam ſuper principem mundi ſignãt. C Hodie ergo mater eccleſia, duas recolit proceſsiones. *Proceſſiones duæ diuerſa.* Prima fuit, quia Iudæi Chriſtum à monte Oliueti, uſque Hieruſalem cum ramis oliuarum & palmarum, & magnis canticis aſſociauerunt: & iſta proceſsio magnæ reuerentiæ, & honoris fuit: & hanc eccleſia in euangelio hodierno repræſentat. Secunda eſt, quia Iudæi Chriſtum ad Hieruſalem ad montem Caluariæ, cum magnis opprobrijs & irriſionibus deduxerunt: & iſta proceſsio fuit magnæ ignominiæ & doloris: & hanc repręſentat eccleſia in paſsione hodierna. In iſtis proceſsionibus oſtẽditur magna in Iudęis multiplicitas uoluntatis. Nam in prima cum magna reuerentia & deuotione ipſum ſupra aſellum poſuerunt. In ſecunda ipſum cum magna ignominia in pa- D tibulo ſuſpenderunt. In prima, ueſtimenta ſua in uia ſtrauerunt: in ſecunda, Chriſtum ſuis ueſtibus expoliauerunt. In prima ramos oliuarum & palmarum ſibi obuiam portauerũt: in ſecunda ſpinas acutisſimas eius capiti affixerũt. In prima appellauerunt eum regem: *Ioan. 19.* in ſecunda negauerunt eum, dicentes: *non habemus regem niſi Cæſarem.* In prima appellauerunt eũ ſaluatorem dicentes: oſanna, id eſt ſalua obſecro: in ſecũda negauerunt ipſum ſaluatorem: quòd dixerunt qui ſeipſum ſaluare non poterat. In prima dixerũt ipſum eſſe benedictum: & in nomine Domini, ſcilicet patris ueniſſe in mundum: in ſecunda dixerunt ipſum eſſe malefactorem: & ideo ſe tradidiſſe eum & crucis pa- E tibulo affigendum. Ecce quanta inſtabilitas in iſtis fuit: quia quem tantum honorauerunt, poſt modicũ ignominioſè tractauerunt. Sed propter gloriæ proceſsionem, maiorem habuit ex conſequenti uituperio confuſionem. *Proceſſionis cauſa. Bernardus ſermo. 3. in Ramis palmarum. Idẽ ſermone primo.* Vnde Bernardus: Quid fuit quod proceſsionem habere uoluit, qui mox futuram nouerat paſsionem? Proceſsio quidem meritò repręſentatur hodie, quia hodie facta fuit. Paſsio uerò cur addita eſt, quam ſexta feria conſtat eſſe ſecutam? fortè ut amarior eſſet paſsio, quam proceſsio præceſsiſſet. Et iterum: Non ſine cauſa tam noua proceſsio mira quadam coniunctione additur paſsioni. Nam proceſsio plauſum habet: paſsio uerò planctum. Videamus

mus

Aſſum 1. mus quid conferat iſta coniunctio. Vtique ut diſcamus in nulla unquam huius ſeculi lætitia habere fiduciam: ſcientes quoniam extrema gaudij luctus occupat: ſed in die bonorum, non immemores ſimus malorum. His enim mixtum eſt præſens ſeculum, non ſecularibus tantum, ſed etiam ſpiritualibus uiris. Ideo qui cœpit prius facere quàm docere: non modo uerbis, *Eſa. 40.* ſed etiam exemplis oſtendens, quia, *omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni*: proceſsionis uoluit gloria ſublimari, quãdo ſibi imminere cognouit diem ignominioſisſimæ paſsionis. *1. Cor. 2.* Spiritualibus autem ſpiritualia comparantur: in proceſsione quidem, cœleſtis patriæ repræſentamus gloriam: in paſſione uerò, monſtramus uiam. *1. Theſſ. 4.* In proceſsione rapiemur in nubibus obuiã Chriſto in aëra, quando ſuſcipietur in cœleſti Hieruſalem Chriſtus Dominus applaudentibus & acclamantibus undique populis utriuſque teſtamenti, quaſi qui præcedebant & qui ſequebantur: benedictus qui uenit in nomine Domini. In proceſsione conſideraſti quò properandum ſit, diſce in paſsione quò eũdum ſit. Tribulatio enim pręſens, uia uitæ eſt: uia gloriæ, uia regni. Tolerabilem proinde laborem paſsionis, reddit gloria proceſsionis: quoniam amanti nihil eſt difficile. Hæc Bernardus.

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, qui uerbo & exemplo magis docuiſti nos flere quam ridere: obſecro te per beatiſſimas lachrymas, & omnes miſerationes tuas, doce me ut peccata mea & pericula imminentia ſemper uideam & cognoſcam: ne inimici mei ſcilicet dæmonum ſuggeſtiones, temporalium rerum pulchritudines, & carnales uoluptates circundent, coanguſtent, & ad terram proſternant me: ne filios ſcilicet ſenſus, cogitatus, & actus meos, & ordinem uirtutum deſtruant: ut inde laudem te, & confitear nomini tuo altiſſime. Amen.*

De eiectione uendentium & ementium de templo. Cap. XXIX.



Matt. 21. Marci. 11. Lucæ. 19. Ioan. 2. VENIT autem Ieſus directè ad templum & intrauit in ipſum. Vbi nota quod templum accipitur aliquando pro domo templi, quod diuidebatur in duas partes: una pars uocabatur ſanctum, ubi prope oſtiũ ſanctiſanctorum erat altare incenſi, ſeu thimiamatis, auro tectum: menſa propoſitionis, & candelabrum: alia pars erat ſanctumſanctorum, ubi erat arca teſta-

A menti, & duo cherubin. Illam partem quæ dicebatur ſanctum, intrabant quotidie ſacerdotes ad offerendum incenſum, & nulli alij. Intra ſanctumſanctorum ſolus ſummus pontifex intrabat, & ſemel in anno. Aliquando autem accipitur templum largè, pro quadam platea quadrata ante templum, muro clauſa & dicebatur atrium ſacerdotum, ubi ſub diuo erat altare holocauſtorum ære coopertum: *Altare holocauſtorum.* & iſtud intrabant non ſolum ſacerdotes, ſed etiam Leuitæ eos in excoriatione, & ablutione hoſtiarum & conſimilibus adiuuantes: vulgares autem homines illud non intrabant, ſed ad oſtium illius atrij animalia uiua ſacerdotibus offerebant. Iſta autem duo loca non intrauit Chriſtus, quia non erat ſacerdos, nec leuita. Sed præ- B ter iſta duo loca erant adhuc duo alia, ubi homines ſub diuo in oratione erant, & in uno uiri, & in alio mulieres orabant, & iſta atria uocabantur nomine templi: & de hoc dicitur quòd Ieſus intrauit in templum Dei: ac Petrus & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam. *Acto 3.* *Intrauit autem Ieſus* protinus *in templum*, præcipuè propter tria. Primò, ſecundum Bedam, *Beda ĩ cap. 21. Matt. Cur Chriſtus tẽplũ ingreditur.* ut doceret nos formam religionis, quam ſequamur: ſcilicet ut quocunque pergimus, primò domum orationis, ſi ibi eſt, adeamus: & per orationes Deo commendati, ſic ad agenda negocia ſecedamus. Secundò, quia locus publicus erat, ubi poſſet inueniri: oſtendens ſe non inuitè, ſed ſpon- C te pati. Tertiò, ut oſtenderet quòd ruina urbis & populi, pro qua fleuerat, maximè ex ſacerdotum culpa fuit: & inde radix perditionis proceſsit. Hoc profectò innotuit, cùm poſt malorum imminentium enarrationem protinus templum ingreſſus eſt, ut de illo uendentes & ementes eiiceret: in ſignum quòd ſacerdotes, tanquam indigni, eſſent de templo & officio eiiciendi. Sicut enim templum eſt in ciuitate: ita uita ſacerdotum in plebe. Vnde ſecundum gloſam: *Simonia deſtruxit Hieruſalẽ.* Simonia ſacerdotum, cauſa fuit deſtructionis Iudæorum. Sacerdotes enim auaritię ſuæ conſulentes, in porticibus & atriis templi hoſtias cuiuſcunque generis uendebant: ne uenientes uictimas non habentes nihil offerrent, ſi hoſtias pręſtò non inueni- D rent: & hoc faciebant ut uendita iterum oblata reciperent: & ne pauperes non ſolum hoſtias, ſed & unde emerent non habentes, excuſationem pecuniæ non habitæ prætenderent: poſuerant ibi nummularios, qui mutuam ſub cautione & ſpe alicuius doni pecuniam darent: ſed quia lex non patiebatur ut à fratribus ſuis uſuras acciperent: ideo quod non audebant dare ad uſuram, dabant nomine collibiorum, ut ſic pro nummulariis collibiſtas facerent. *Collibia.* Collibia autem dicuntur apud eos uilia munuſcula, ut ciceris, & uuæ paſſæ, & pomorum, & his ſimilia. Collibiſtæ igitur licet pro illa accommodatione pecuniæ, non reciperent pecuniam ultra ſortem: recipiebant ta- E men munera uel xenia, quaſi quod in nummo non licebat, in his rebus quę nummis coemuntur liceret: quod prohibuit Ezech. dicens: *Ezech. 22. Vſura palliata.* *Vſuram & omnem ſuperabundantiam non accipietis.* Sic & hodie multi prædictis ſunt ſimiles, uſuram & ſimoniam ſub nomine charitatis, uel gratitudinis palliantes. Valde periculoſum eſt munera accipere: quia hoc eſt libertatem uendere. Vnde Seneca: *Seneca.* Quædam gratuita nobis uidentur, quæ cariſsimè conſtant: pro quibus noſmetipſos impendimus, quæ emere nollemus ſi nobis domus noſtra pro illis eſſet danda: ſi amœnum aliquod fructuoſum ue prædium: ideo nihil eſt cuiq; ſe uilius. Noſtri eſſemus, ſi iſta noſtra non eſſent:

quiſquis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quisquis nostrum tutam agere uitam uolet, ista uisca ta beneficia deuitet, in quibus miserrimi fallimur. Sapiens cùm primò uidet munuscula, à theatro surgit, & scit magna paruo constare: uilem prædam, magno incommodo luimus. Beneficium accipere, libertatem uendere est. Hæc Seneca, ubi Chrysostomus: Hoc erat proprium boni filij, ut ueniens primò ad domum curreret patris, & illi honorē redderet qui genuit eum. Et tu imitator Christi factus cùm in aliquam ingressus fueris ciuitatem, primum ante omnem actum ad ecclesiam curras: & hoc erat boni medici, ut ingressus ad infirmam ciuitatem sanandam, primum ad originem pasionis intenderet. Nam sicut de templo omne bonum egreditur: sic & de templo omne malum procedit. Quemadmodum medicus quando primum ingreditur ad infirmum, de stomacho eius interrogat, & eum componere festinat: quia si stomachus sanus fuerit, totum corpus ualidū erit: si autem dissipatus fuerit, totum corpus infirmum est: ita si sacerdotium integrum fuerit, tota ecclesia floret: si autem corruptum fuerit, fides marcida est. Cor enim & stomachus, sacerdotium intelligitur: quia in rebus spiritualibus per eas totus populus gubernatur. Sicut enim cor sapientiæ locus est: ita sacerdotes receptacula sunt sapientiæ spiritualis. Et sicut stomachus accipiens cibum, coquit eum in semetipso, & per totum corpus dispergit: sic & sacerdotes accipiunt scientiam sermonis, per scripturas, ex Deo: & coquentes eam in se: id est, tractantes & meditantes apud se: uniuerso populo subministrant. Videte ergo sacerdotes quomodo uos componatis in uerbo & opere, quoniam sicut in corpore si aliquod infirmitatum fuerit membrum, non omnino languet & stomachus: si autem stomachus languescit, omnia membra inueniuntur infirma: sic si aliquis Christianorum peccauerit, non omnino peccant sacerdotes: si autem sacerdotes fuerint in peccatis, totus populus conuertitur ad peccandum. Ideo si unusquisque Christianorum pro suo peccato dat rationem, sacerdotes autem non tantum pro suis: sed & pro omnium peccatis daturi sunt rationem. Vidit arborem pallentibus folijs marcidam, intellexit studiosus agricola, quia læsionem in radice habet. Nam uerè quemadmodum cùm uideris arborem pallentibus foliis marcidam, intelligis quia aliquam culpam habet erga radicem: ita cùm uideris populum indisciplinatū & irreligiosum, sine dubio cognosce quia sacerdotium eius non est sanum. Hæc Chrysostomus. Valde ergo deflendi sunt clerici quādo cadunt: quia eorum casus est magis periculosus. Vnde Chrysostomus: Nihil intantum destruit ecclesiam Dei: sicut clericos laicis esse deteriores. Cernens ergo Dominus in domo patris sui negotiationem seu latrocinium istiusmodi: ardore spiritus concitatus, fecit sibi flagellum de funiculis, & eiecit ipse Dominus templi uendentes & ementes de templo, cum hostijs suis: & mensas trapezitarum, & cathedras uendentium columbas euertit: nec aliquod uas Deo nō dicatum & sacratum, mercandi gratia per templum transferri permisit. Interdixit quidem de uasis mercationis, & humanis usibus applicandis: non de uasis Deo dicatis: quia uasa diuino cultui deputata, debebant ibi, & non alia esse. Ergo nec cophini, uel alia utensilia communia, per ecclesiam debent deportari. Vnde Beda: De uasis dicit illis, quæ mercandi gratia inferebantur. Cæterum absit, ut uasa Deo dicata Dominus eiiceret de templo, uel introferri prohibe-

Chrysosto. ho. 37. operis imperf. Templum primò pe tendum.

Sacerdotes cordis & stomacho similes.

Vasa à Domino proscripta tẽplo.

Beda in cap. 11. Marci.

ret in templum: sed potius ubi futuri sibi examinis insigne prætendit exemplum, immunda & prophana eliminata uasa de templo, ac ne amplius inferantur prohibet, quando non solum de ecclesia omnes repellet, ac deturbabit reprobos: uerumetiam ne ultrà ad turbandam ecclesiam intrent æterno eos uerbere compescit. Sed & in præsenti hæc est uera domus Domini: id est, cordis fidelium purificatio, ut non tantum peccata, quæ inerant, diuinitus immissa compunctio tollat: sed etiam ne ultrà repetantur, diuina in eis gratia perseuerans adiuuet. Hæc Beda. Et hæc fuit secunda eiectio. Bis enim legitur Dominus hoc fecisse, ad significandum, quòd eiiciendi sunt tales ab ecclesia militante per sententiam, & à triumphante per pœnam. Vbi Theophilus: Hoc etiam Dominus fecit in principio prædicationis suæ: & nunc iterum illud fecit quod ad crimen & in maximam redargutionem Iudæorum redundat: quia non fuerūt ex priori admonitione castigati: & cùm Dominus hoc totiens fecerit, ipsi minimè se correxerunt. Vnde Chrysostomus: In quo minor est excusatio Iudæorum: quoniam cum bis hoc idem fecisset, morabantur tamen in sua dementia. Hæc Chrysosto. Vnde in prima eiectione eiecit tantum uendentes: & ex hoc nobis datur fiducia impetrandi: ut quid enim uellet Domninus ibi nos orare: nisi ipse uellet nos audire? hic autem durius agendo, etiam ementes qui numero erant plures. In prima etiam expulsione, eos appellauerat negociatores: sed ut statim patebit, hîc acrius reprehendendo, appellat latrones: dans per hoc exemplum prælatis, quòd durius debent arguere secundum peccatum, quàm primum: quia grauius est (cæteris paribus) ratione ingratitudinis. Hîc etiam & in prima eiectione maior seriositas, & rigor & austeritas de Christo exprimitur, quàm nusquam alibi de eo legitur: quia secundum Chrysostomum, in proprijs iniurijs esse quempiam patientem, est laudabile: iniurias autem Dei dissimulare, nimis est impium. Vnde Christus iniurias suas patienter sustinuit: iniurias autem patris sui nullatenus dissimulauit. Hæc flagellatio & eiectio malorum de templo, olim præfigurata fuit in Heliodoro, qui cùm audacter manu armata templum intrasset, ut illud spoliaret: quidam aduenientes eum flagellauerunt, & tanquam mortuum reliquerunt. Heliodorus flagellatus fuit propter templi spoliationem, Iudæi propter usuræ palliationem. Moraliter autem per hunc actum Christi datur intelligi, quòd Deus quotidie suam ecclesiam intrat, & qualiter ibi unusquisque conuersetur attendit. Caueamus ergo ne in ea risibus & fabulis uel aliis illicitis uacemus: ne improuisus ueniens nos flagellet, & de ecclesia sua ac demum de regno eiiciat & expellat. Nam qui peccata peccatis addit, quasi funem quo hîc uel in futuro flagellatur, uelligetur, connectit. Funiculi ergo quibus mali eiiciuntur, sunt incrementa actionum malarum: quia funiculis peccatorum suorum unusquisque constringetur. Vnde Augustinus: Ergo quando aliquid patiuntur propter iniquitates suas, hi qui uel ficte bonum, uel apertè malè faciunt in ecclesia: agnoscant quia Dominus fecit flagellum de resticulis peccatorum suorum, & admonet eos ut mutent se, ne sint negociatores: ne tandem audiant, ligate illis manus & pedes, & proiicite in tenebras exteriores. Hæc Augustinus. In hoc quòd Dominus expulit de templo boues, & oues, & nummularios, & uendentes columbas euertit, mysticè designatur quòd prælati constan

Eiectio secunda uerior.

Austeritas in hoc facto Christi. Chrysosto. hom. 5. operis imperf. Heliodorus.

Morale.

Prouer. 5.d

Augusti. tract. 10. in Ioannē.

ter

ter debent reprimere hypocritas, pelles ouinas simulantes, tyrannos cornu suæ potentiæ bonos uentilātes: usurarios & simoniacos dona spiritus sancti, quæ per columbam intelliguntur, uendentes. Maximè autem ex hoc facto Domini enormitas simoniacæ prauitatis ostenditur: quia nusquam alibi corporaliter restitisse, & alios impulisse uel eiecisse narratur. Si igitur eum in hoc quoque imitari uolumus, si non aliter possumus, etiam violenter simoniacos ab ecclesia pellere debemus: si tamen uires suppetāt, quibus hoc sine ecclesiæ detrimēto facere ualeamus. Audite hæc simoniaci, audite negociatores nephandi: aut à negocijs cessate, aut de templo exite. Vos nūmularii estis, uos columbas & gratiam sancti spiritus uenditis, uos sine nummo, & precio nihil agitis. Omnes quidem simoniaci à templo Dei uel ante humanos, uel ante Dei oculos eiiciuntur, & Dei dono priuantur. Similiter clerici & religiosi, qui in templo Dei sunt deputati: si secularibus & terrenis negocijs se implicent, merito eiectionem à Deo, & eius indignationem timere debent. O quanta mala gerunt hodie in ecclesia: quæ si Dominus inuenisset, utique grauiter tunc puniuisset. Vnde Beda: Eiecit commercia rerum humanarum de domo illa, in qua diuinas tantū res agi, hostias & orationes Deo offerri, uerbum Dei legi, audiri, & decantari præceptum erat. Et quidem credē dum est: quia ea tantum uendi uel emi repererit in tēplo, quæ ad ministerium necessaria essent eiusdem tēpli: iuxta quod alias factum legimus, cùm idem templum ingrediens inuenit in eo uendentes, & ementes oues, boues, & columbas: quæ nimirum omnia non nisi ut offerentur in domo Domini, eos qui de longè uenerant ab indigenis comparare credendum est. Si ergo Dominus nec ea uolebat in templo uendundari, quæ in templo uolebat offerri: uidelicet propter studium auaritiæ, siue fraudis, quod proprium solebat esse negociatorum facinus: quanta putas animaduersione puniret, si inuenisset ibi aliquos risui uel uanilo quio uacantes: aut alii cuilibet uitio mancipatos? Si enim ea quæ alibi liberè geri poterant, Dominus in domo sua (uidelicet temporalia negocia) geri non patitur: quanto magis ea quæ nusquam fieri licet plus cęlestis iræ merentur, si in ædibus Deo sacratis agun tur? Hæc Beda. Moraliter tempore isto sancto, appropinquante paschate Iudæorum, id est confitentium, *ascendit Iesus Hierusalem*, id est, cor humanum uel animam sanctam, & deuotam, per gratię sublimationē eleuatam: nam Hierusalem in alto sita est. Vnde dicitur, ascendit. Templum in Hierusalem, est eminentior pars animæ: puta superior pars rationis, quę soli Deo & æternis debet intendere: illuc ascendit Deus per effectum sacramenti, uel etiam sua præsentia spirituali animam uisitando. Sunt autē quatuor præcipuē quæ Christus in templo spirituali non patitur, designata per quatuor quæ inuenit in templo materiali: & sunt quatuor defectus etiam in uiris religiosis quandoque reperti. Primum, est nimia sollicitudo temporalium in acquirendo ipsa & conseruando: hoc significatur per æs quod Christus effudit de templo. Non autem sollicitudo temporalium simpliciter prohibetur: sed nimia. & ne in templo sit, id est, in mente quæ solis æternis debet uacare. Vnde quando temporalia in hoc templo habētur, peccatur moraliter: quia creatura ponitur loco creatoris, & temporalia, loco æternorum. Secundum est, incautus usus temporalium, & incircunspecta consideratio de euitandis periculis: quod signatur per bouem, qui cùm libenter herbas comedit, quandoque nociua in herbis absconsa deuorat & deglutit. Sic plerūque accidit cùm utimur temporalibus, uolendo accipere id quod est necessarium: quia latet sub necessitate superfluitas & uoluptas. Tertiū est timor inordinatus, & stolidus: quod signatur per ouem, in qua plus abundat priuatio intellectus quàm in alijs quadrupedibus: & si tempore tonitrui remanet sola & fuerit impregnata, abortit præ timore. Sic homines nimis timidi, abortiunt fructum profectus spiritualis. Quartum est, inexpeditio uel tarda progressio, in expletione operum uirtuosorum: & hoc significatur per columbam, quæ nimis deliberat de uolatu, collum undique circunflectendo & circunspiciendo ad quam partem ire uelit: sed sæpe interim sagitta eam percutit, uel accipiter rapit: sic accidit hominibus pigris & inexpeditis. Sed talia à Christo in suo ingressu à tēplo animæ expelluntur: facit enim flagellum de funiculis tribus, quorum primus est infirmitas corporalis: secūdus, tribulatio cordialis: tertius, ex instinctu diuino admonitio spiritualis. Hoc flagello Christus prædicta quatuor ab anima fugat & eiicit: & nihilominus cathedras & mensas euertit, ne facilē ingressum habeat: *& dixit eis*, quos de tēplo eiecerat, *Scriptum est*, scilicet in Esaia: *Domus mea*, ist est, nomini & cultui meo dedicata, *domus orationis uocabitur*, non rapinæ uel furti, non negociationis & uanę locutionis, uel spectaculi. Et ex hoc datur nobis magna fiducia impetrandi. Vt quid enim uellet Dominus ibi nos orare, nisi ipse uellet nos exaudire? In hoc etiam ostendit se illis Deum esse: quia templum solius Dei est domus. Vbi Ambrosius. Deus enim templum suum non mercationis uult esse diuersorium: sed domicilium sanctitatis. Et Origenes: In quo non debent uendere & emere: sed orationibus tantum uacare, qui congregantur in domo rationis. Nemo ergo, ut ait August. in oratorio aliquid agat, nisi ad quod factum est: unde & nomen accepit. Sed heu nunc domus Dei, domus dissolutionis & cupiditatis potest uocari. Ideo subditur: *Vos autem fecistis illam speluncam latronum*: latrones enim non curant nisi de lucris temporalibus, quocunque modo acquirant: & ideo in spelūcis se absondunt. Vnde Gregorius. Domus otationis, spelunca latronum facta fuerat: quia ad hoc in templo assistere nouerant, ut aut non dantes munera studerent corporaliter persequi, aut dantes spiritualiter necare. Templum quoque & domus Dei est ipsa mens, atque conscientia fidelium. Quæ si quando in læsione proximi, peruersas cogitationes profert: quasi in spelunca latrones residet. Et non iam domus orationis, sed spelunca latronis est, quando relicta innocentia & simplicitate sanctitatis, illud conatur agere, unde ualeat proximo nocere. Hæc Gregorius. Spelunca latronum, dicitur esse locus, ubi spolia quæ latrones rapiunt congregantur: & hoc fecerunt sacerdotes de templo: quia non curabant de cultu Dei, sed magis de excoriatione populi: & hoc per astutias varias & exquisitas. Similiter & hodie clerici plus curant de suo lucro, quàm de ecclesiæ seruitio. Sicut enim magni latrones in spelūcis suis existentes, quando sciunt trāsire aliquos parum habētes, nō exeunt de spelūcis: sed mittunt famulos suos ad expoliandum illos: quando uerò sciunt transire homines multum pecuniosos, currūt illuc de primis ad illos. Sic multi canonici & clerici, quando sciunt lucrum magnum, currunt ad ecclesiam: sed quando lucrum est modicum, remanēt in domibus, & se subtrahunt, ac clericos suos ad ecclesiam mittunt. Et

nota

Simoniaci expellendi.

Clerici secularibus addicti.

Beda in c. 11. Marci.

Quatuor ex templo animæ pellendæ.

Ambrosius in cap. 19. Luc.

Origenes tomo 11. in Ioan.

Augusti. sermone de templi dedicat.

Spelunca latronum.

Gregorius ho. 30. in euang.

Clerici latronibus similes.

Ecclesia usus quadruplex.

nota quadruplicem uſum eccleſiæ: quia primò eſt domus reconciliationis, quò ad pœnitentes: ſecundum illud Geneſis, non eſt hîc aliud, niſi domus Dei & porta cœli. *Gene. 28.* Secundò, orationis, quò ad proficientes: ſicut dicitur hîc. Tertiò inſtructionis quò ad perfectos: ſecundũ illud Eſaiæ: *Venite aſcendamus ad montẽ Domini, & ad domũ Dei Iacob, & docebit nos.* *Eſaia 2.* Quartò, iubilationis & laudis, quò ad omnes ſecundũ illud Pſal. *in eccleſiis benedicite Deo:* & illud, *Beati qui habitãt in domo tua Domine.* *Pſal. 67. Pſal. 83.* Sed fit ſpelunca latronũ, ſecundũ quadruplex latrociniũ: *Latrociniũ quadruplex.* uel ſcripturarũ, quando corrumpuntur, ut ab hæreticis: uel gratiarum, quando ſacramenta uenduntur, ut à ſimoniacis: uel præbendarum, quando emuntur, ut ab ambitioſis: uel pecuniarum, quando malè expenduntur, ut à uoluptuoſis. Vel ſecundum Hieronymum: *Hierony. in Matt. cap. 21.* Latro eſt, & templum Dei in latrocinium ſeu latronum ſpecum conuertit, qui lucrum de religioſis ſectatur, Hoc lucrum ſectantur aliqui per ſtudium ſcientiæ, ut quæſtuarij aduocati: aliqui per fortitudinem potentiæ, ut nobiles: aliqui per oblationem munerum, ut diuites mundi. De his omnibus dicit Ioannes: Quotquot uenerunt, fures ſunt & latrones. *Ioan. 10.* *Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi in templo,* teſtes uocis & laudis puerorum, *& ſanauit eos:* ut quod pueri clamabant uerbis & ore, ipſe oſtẽderet factis & opere, quaſi etiam teſtis ipſorum. Clamabant enim oſanna, id eſt, ſaluifica: quibus per opera reſpondit, quia ſalutem tribuit. Ac ſi diceret: Bene clamatis ſaluatorem: quia ecce do ſalutem. Moraliter cæci ſunt ignorantes, *Moraliter.* claudi uerò rectitudinẽ iuſtitiæ dimittentes: & iſti curantur per Ieſum, & per bona conſilia & hortamenta ſectatorum eius. Conſidera nunc quòd Dominus cum magno honore receptus, *Honor non repreſſit iuſtitiam.* propter exhibitam ſibi reuerẽtiam non dimiſit iuſtitiam: quia mox templum intrauit, & omnes uendentes, & ementes inde eiecit: nec propter ſeueram iuſtitiam omiſit ſuam miſericordiam, quia mox cæcos & claudos ſanauit: propter quod datur intelligi, quod iudex & prælati propter impenſum ſibi fauorem, non debent dimittere iuſtitiæ rigorem: nec propter rigorem iuſtitiæ, debent dimittere dulcedinem miſericordiæ. *Videntes autem* & admirantes *principes ſacerdotum & ſcribæ mirabilia quæ fecit Ieſus,* in tantæ multitudinis de templo eiectione, in cæcorum & claudorum ſanatione, & pueros clamantes in templo, ipſum ſcilicet eſſe uerum Chriſtum, & dicentes: oſanna filio Dauid (ipſi enim pueri & cæteræ turbæ cum laudibus Chriſtum uſque in templum deduxerunt) moti contra ipſum rãcore & inuidia, indignati ſunt: quia mali de laude bonorum dolere conſueuerunt. Vbi Chryſoſtomus: Qui ingrediebatur ut homo, laudabatur ut Deus. Qui celabatur in carne, demonſtrabatur in uoce. Quem malitia ſacerdotum, quaſi hominem, blaſphemabat: hunc innocentia paruulorum, quaſi Deum, exaltabat. Quãtum autem ille glorificabatur, tantum ſacerdotes inuidia torquebantur, & illius honor fiebat illis tormentum. Sic enim eſt res, quando boni in ſua uirtute laudantur, mali in ſua inuidia cruciantur. Hæc Chryſoſtomus. Cumque manus non auderent timore populi in eum iniicere, nec miracula manifeſta impugnare: arguebant tamen eum de applauſu quem ſuſtinebat circa ſe, & teſtimonium populi atque puerorum clamantium, oſanna filio Dauid, uertebant in calumniam: quòd uidelicet hoc non dicitur niſi ſoli filio Dei. Vnde dixerunt ei, *audis quid iſti dicunt?* Quaſi dicerent: Talem laudem de te meritò non deberes ſuſtinere: quia ſi tu iuſtus & bonus

A eſſes, talem gloriam & applauſum declinares. Vbi Chryſoſtomus. *Chryſoſto. hom. 38. operis imperfecti.* Etnimirum hoc Chriſti erat dicere ad eos: Non auditis quid hi dicunt? Sicut enim Deo cantabant illi pueri. Et iterum & uos uidetis quę ego facio. Illos loquentes attenditis, & me facientem nõ conſideratis. Ego factis interpretor uoces illorum. Hæc Chryſoſtomus. Ieſus autem dixit eis: *Vtique,* ſcilicet audio, & audire debeo: quia hoc eſt ex diuina præordinatione, ſecundum quod ſcribitur in Pſal. *Nunquid enim legiſtis ibidem: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.* *Pſal. 8.* Et bene dicit, perfeciſti, laus enim inchoata fuit à turbis in uia. Profert autem de Pſalmo exemplum, ut tacente Domino teſtimoniũ ſcripturarum firmaret dicta puerorum: quaſi diceret, B Vos qui eſtis legiſperiti, debetis ſcripturam hanc ſcire: & per conſequens me non reprehendere. Vbi Chryſoſtomus. *Chryſoſto. ho. 38. operis imperf.* Intelligimus quia infantes dicebantur, non ætate, ſed ſimplicitate cordis. Infantes enim lactentes nec intelligere aliquem, nec laudare poſſunt. Lactentes enim dicebantur, quoniam quaſi lactis ſuauitate, ita mirabilium delectatione excitati, clamabant ſicut ſcriptum eſt: ſed exaltaui animam meã ſicut ablactantes ſuper matrem ſuam: Lac enim dicitur opus miraculorum: quia miracula nullum laborem uidentibus ponunt, ſed uidentes admiratione delectant, & ad fidem molliter inuitant. *Pſal. 130.* Pani autem eſt doctrina perfectæ iuſtitiæ, quam accipere non C poſſunt, niſi exercitati ſenſus circa res ſpirituales. Hæc Chryſoſtomus. Et omnis ſimplex doctrina lac dicitur: quia delectat, & faciliter capitur, ſicut lac ſine dolore gentium ſugitur.

ORATIO.

Generale terroris tui Domine ſignum feciſti, quando flagello de funiculis facto omnes de templo eiecisti: prætendens in oculis flammam tuæ diuinitatis, precor & obſecro Domine te, da mihi te terribilem præſentem attendere, ut ſancto te timeam timore. Magna enim ſunt iudicia tua Domine & inſcrutabilia: D quæ cùm conſidero, contremiſcunt omnia oſſa mea: quoniam non ſecuratur homo uiuens ſuper terram: ſed in futurum omnia reſeruantur incerta, ut ſemper ſeruiamus tibi piè & caſtè in timore, & exultemus tibi cum tremore. Amen.*

De duobus minutis uiduæ, & de Phariſæi & publicani oratione. Cap. XXX.

E 

Luca 21. Mar. 12. & Luc. 19. Gazophylacium. ET ſedens Ieſus contra *gazophylacium,* id eſt diuitiarum repoſitorium, *aſpiciebat eos qui mittebant,* & ponebant munera ſua, id eſt, oblationes in illud. Erat autem gazophylacium arca, foramen deſuper habẽs, iuxta altare ad dexteram poſita, in qua mittebatur & ſeruabatur pecunia pro ſuſtentatione ædificiorum tẽpli, & alijs quæ erant ad templum & miniſterium neceſſaria: nec non pauperibus & uiduis inde nutriendis, ac pro ſacerdotibus & miniſtris. Dicitur autem gazophylacium porticus, ubi tales arcę & oblationes ſeruabantur: de quo etiam alibi in euangelio dicitur: *Ioan. 8. Beda in c. 21. Lucæ.* *Hæc locutus eſt Ieſus in gazophylacio, docens in templo.* Vnde Beda: Quia ſermone Græco phylaxe ſeruare dicitur, & gaza lingua Perſica diuitiæ uocantur: gazophylacium locus appellari ſolet, quo diuitiæ ſeruantur, quo nomine & arcam in qua donaria populi cõgregabantur ad uſus templi neceſſarios, & porticus in quibus ſeruabantur appellabãt. Hæc Beda. Et cùm multi diuites multa mitterent, *uidens quandam uiduã pauperculam mittentem ærea minuta duo,* id eſt, duos nummos æreos, ualentes quadrantem, ſeu quartam partem ſicli, ſcilicet obolos quinque, quos cum ſudoribus ad diuturnum uictum acquiſierat, *dixit* diſcipulis quòd plus omnibus miſiſſet: quia miſerat de penuria ſua, & ſibi neceſſaria omnia quæ habuit, & totum uictum ſuum: id eſt, omnia neceſſaria corpori, ſine quibus non eſt uiuere, ſe de cætero in totum committens Deo. Alii uerò ex ſuperabundanti ſibi & ſuperfluo miſerunt: quod non debebant retinere, ſed erogare. Non dicit quòd miſerunt quod abundat: ſed ex eo quod abundat illis, & ex abundanti: ad denotandum quòd non dederunt totum ſuperfluum, ſed partem modicam. *Munerum precia.* Sacerdotes quippe qui erant auari, docebant quòd ille qui plus offerebat in templo, abſolutè loquendo, plus habeat de merito: quod falſum eſt: quia quantitas meriti non accipitur ſecundum quantitatem doni abſolutè, ſed per comparationem & facultatem dantis, & promptitudinem ſuæ uoluntatis & deuotionis. Vnde ſecundum doctrinam ſacerdotum, multi diuites iactabãt munera multa & magna: ſed ſecundnm Chriſti ſententiam uidua hæc pauper plus omnibus miſit: non abſolutè loquendo, ſed conſiderata facultate & bona uoluntate ſua: non effectu ponderis, ſed effectu deuotionis: non plus in quantitate, ſed in charitate, ut dicatur plus, quia ampliori deſiderio & feruore: quod enim potuit, miſit: & quòd nõ potuit, deſiderauit: item plus comparatione, quia totum dedit: item plus dati qualitate, quia de ſibi neceſſario: item plus diuina acceptatione, quia Chriſtus plus approbauit. *Vidua plus dediſſe probatur cæteris.* Profertur ergo diuitibus uidua paupercula: quia plus eſt pauperi dare modicum, quàm diuiti dare multum: ſicut plus eſt puero ferre pondus paruũ, quàm forti uiro ferre magnum: & Deus plus attendit dantis affectum, quam donum: & plus ponderat quantitatem deuotionis quàm muneris. Vnde Hieronymus: *Hierony. in cap. 12. Marci. Gregorius.* Non quantum, ſed ex quanto, dederis, conſiderat Deus. Et Gregorius. Cor namque & non ſubſtantiam penſat Deus, nec perpendit quantum in eius ſacrificio: ſed ex quanto proferatur. Vnde etiã Chryſoſtomus: Non etiam paucitatem oblati: ſed copiam affectus intuitus eſt Deus. Quod ſi nequis tantum offerre, ſicut & uidua: offer ſaltem totum ſuperfluum. Hæc Chryſoſtomus. Si autem bina minuta, quæ uidua miſit in arcam, plus omnibus muneribus Deo placuerunt: ſic amor Dei & proximi omnia uincit, qui ſemper in arca cordis ſeruari debet: per duo

A etiam minuta animam & corpus accipere poſſumus, quæ deuotè Deo offerre debemus. Moraliter autem *Moralo.* hæc uidua pauper, dici poteſt perſona ſimplex, carens diuitijs & ſcripturarum notitia: quę tamen apud Deũ plus meretur orationibus, & uita, quàm potentes in temporalibus & magna ſcientia. Vnde cùm Auguſtinus legiſſet uitam Antonii, dixit: *Auguſti. lib. 8. confeſſionum cap. 6. & 8.* Simplices & indocti rapiunt cœlum, & nos cum literis noſtris demergimur in infernum. Iſta quoque uidua ſignat cuiuſlibet fidelis animam, quæ nunc debet ſe reputare uiduam quandiu eſt ab amplexibus ſponſi ſui Chriſti ſeparata: & ſicut uidua ducit ſemper uitam lugubrem, & induit ueſtes uiduitatis ſuæ: ſic anima deuota debet eſſe in luctu pœnitentiæ, & corpore & mente in B humilitate. Hæc debet offerre Chriſto duo minuta: ſcilicet affectum compaſſionis uerbi & facti: & quandoque uerbum compaſſionũ bene ualet factum, & quandoque melius eſt quàm datum. Vnde Theophilus: Vidua iſta anima hominis eſt, relinquens Satanam, cui ferat adiuncta, quæ mittit in templi ærario duo minuta, carnem ſcilicet & mentem: carnem quidem, per abſtinentiam: mentem uerò, per humilitatem: ut ſic audire ualeat quòd totum uictum ſuum poſuit, nihil de ſuo relinquens mundo. Vbi & Beda: *Beda î cap. 21. Lucæ.* Hic nobis locus moraliter quidem intimat, quam ſic acceptabile Deo, quicquid bono animo attulerimus. Iuxta uerò leges allegoriæ, diuites Iudæos deſi C gnant de iuſtitia legis elatos. Vidua pauper, eccleſiæ ſimplicitatem deſignat, quæ rectè paupercula uocatur: quia uel ſuperbiæ ſpiritum, uel concupiſcentias temporalium: uel peccata tanquam mundi diuitias abiicit. Vidua uerò, quia uir eius pro ea mortem pertulit, hæc in gazophylacium æra mittit minuta: quia in conſpectu diuinæ maieſtatis cum dilectione Dei & proximi, ſeu fidei orationisque munera defert: quę conſiderata propriæ fragilitatis minuta, ſed merito piæ deuotionis accepta, cunctis ſuperborum Iudæorum operibus præſtant: ex abundantia ſibi Iudæus mittit in munera Dei, qui de iuſtitia ſua præſumens hæc apud ſe orat, quaſi non apud Deum: Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum ra D ptores, iniuſti. *Luca 18.* Omnem autem uictum ſuum eccleſia in Dei munera mittit: quia omne quod uiuit, non ſui meriti, ſed Dei eſſe muneris intelligit dicens, *Deus propitius eſto mihi peccatori.* Hæc Beda. *Ibidem.* *Dixit autem tunc Ieſus & ad quoſdam,* quaſi ſingulares, & ſe aliis præponentes, *qui in ſe confidebant,* & de propriis meritis præſumebant, *tanquam iuſti,* pro operibus ſuis exterioribus, *& aſpernabantur cæteros,* tanquam iniuſtos, & ſic dupliciter ſuperbiebant: ſcilicet quia de meritis confidebant, & quia cæteros deſpiciebant, ideo iuſti non erant: quia humilitatem ſine qua nullus iuſtus eſt, non habebant: parabolam de phariſæo apparente iuſto, & publico aſcendentibus in templum & E orantibus. In templum aſcendebant: quia templum *Publicanus et Phariſæus orantes.* in alto ſitum erat, & aſcenſum quindecim graduum habebat, *ut orarent,* quia hic eſt finis debitus eundi ad eccleſiam, ſcilicet ad orandum, non ad confabulandum, non ad uanitates uidendum. Phariſæis quippe loquebatur Dominus: qui inde phariſæi, id eſt, diuiſi dicuntur, quia apparentes iuſti, ſe præ cæteris meliores eſſe putabant. His autem unum phariſæum Dominus oppoſuit, in quo quaſi in ſpeculo cæteri quales erant uidere potuiſſent. Et fortaſſe idem ipſe prę‐ſens ibi erat, de quo Dominus iſta dicebat. Vbi Theophilus: Cauſa igitur confidentium in ſe, non autem totum attribuentium Deo, ſed ob hoc cæteros con-

temnentium,

Universidad de Deusto Biblioteca

temnentium,parabolam proponit: oſtendens quòd
iuſtitia quamuis hominem approximet Deo,ſi tamē
aſſumat ſuperbiam, ad infirmum deiicit hominem.
Eſt autem ſuperbia, Dei contemptus. Quotiens enī
aliquis non Deo,ſed ſibi aſcribit bona quę facit:quid
[*Phariſæi iactantia.*]
eſt aliud quàm Dei negatio?Hęc Theophilus. Phari-
ſæus ſuperbus ſe iactabat,& iuſtificabat: alios accuſa
bat,& ſe eis præferebat, dicens: *Deus gratias ago tibi,*
quia non ſum ſicut cæteri hominum. Ieiuno bis in ſabbato:
id eſt, in ſeptimana: *decimas do omnium quæ poſſideo:*
Hæc autem ſunt indicia ſuperbiæ:quam Deus à lon-
gè cognoſcit,ſed non ignoſcit.De utraque parte iuſti
tiæ ſe laudat:quarum una eſt declinare à malo, altera
facere bonum.De prima ſe laudat dicens, non ſum ſi
cut cæteri hominum. De ſecunda dicens, ieiuno bis
in ſabbato.Phariſæus ergo bene dicitur quaſi diuiſus,
quia geſtu,habitu & conuerſatione erat à cæteris di-
ſtinctus.Vnde dicebat:*non ſum ſicut cæteri homines*: &
uerum dixit, non quidem in iuſtitia, ſed in ſuperbia.
Malè quippe incepit: debuit enim incipere à ſui accu
[*Prouer.18.*]
ſatione:ſecundum illud Prouerb. *Iuſtus in principio ac*
cuſator eſt ſui:in medio ſupplicare,& orare:in fine,gra
tias agere.Sicut ſacerdos facit in miſſa ſua. Primò enī
accuſat ſe in generali confeſſione. Secundò, Deum
ſuppliciter deprecatur multiplici oratione. Vltimò
Deo regratiatur dicendo,ite miſſa eſt: uel,benedica-
mus Domino:& reſpondetur, Deo gratias. Ipſe autē
non ſe accuſauit,ſed laudauit:nō Deum rogauit, ſed
laudanti inſultauit,nec gratias agendo Dei dona,ſed
ſua merita penſauit.Publicè quidem arguere uitia om
nibus licet:nulli autem,niſi paucis, ut ad certam per-
ſonam deſcendant: in quo phariſæus reprehenſibilis
[*Beda in cap. 18. Lucæ.*]
erat.Secundum Bedam:De uerbis elati phariſæi, qui
bus humiliari meruit. poſſumus è diuerſo humilita-
tis formam, qua ſublimemur, aſſumere: ut ſicut ille
conſideratis & peiorum uitiis & ſuis uirtutibus eſt
elatus ad ruinam: ita nos non noſtra ſolum pigritia,
ſed & meliorum uirtutibus inſpectis humiliemur ad
gloriam. *Et publicanus*, humilis, *à longè ſtans*,propter
timorem,quaſi non eſſet dignus,appropinquare, *no-*
lebat nec oculos in cœlum leuare,propter pudorē: quia
iudicabat ſe indignum præ uerecundia peccatorum,
quaſi pro peccatis non audens reſpicere cœlum: *ſed*
percutiebat,propter contritionis dolorem, *pectus ſuū*,
tanquam totius mali originem: *dicens*, per humilem
confeſſionem, *Deus*,qui omnia potes, *propitius eſto*
mihi peccatori.ecce ſui accuſatio,& pura confeſſio,&
[*Humilitatis indicia.*]
iſta faciunt ad peccatorum remiſſionem. Hæc enim
ſunt indicia humilitatis,quam Deus de propè aſpicit
& cognoſcit.Meritò autem pectus percutiebat: quia
ibi peccauerat, ubi fons & fouea & origo mali erat.
Ibi enim eſt cor, bonorum omnium atque malorūm
ſecretarium.Inde omnia bona, & omnia mala proce
dunt.Hoc ergo publicanus percutiebat: quia,ſecun-
[*Auguſti. ſermo 36. de uerbis Domini.*]
dum Auguſtinum,eſt arguere quod latet in pectore,
& euidēti pulſu occultū peccatū caſtigare: ac pectus
percutiendo ſe de ipſo quodāmodo uindicabat,& di
cebat *Deus propitius eſto mihi peccatori*.Non attendas
huius praui cordis conſilia,dele peccata,& propitius
eſto.Nihil in me eſt unde tibi placere & ueniam con-
ſequi debeam,quoniam corde & corpore,cogitatio-
nibus & operationibus tibi peccaui. Omnibus ini-
quior ego ſum, & niſi per miſericordiam tuam ſalua
ri non poſſum.Ideoque, *propitius eſto mihi peccatori*.
[*Publicani, qui dicebantur.*]
Publicanus,quaſi publicus peccator dicitur:Publica-
ni enim dicebantur exactores uectigalium publico-
rum, & exactio tributi erat contra legem: ideo exa-

A ctores peccatores uocabantur.Iſte ergo ſicut humi-
lis appropinquare non audebat,ut Deus ad eum ap-
propinquaret:non aſpiciebat, ut aſpiceretur: percu-
tiebat pectus ſuum,pœnas de ſe exigens ut Deus par
ceret:confitebatur,ut Deus ignoſceret:& non minus
ſe accuſabat,quàm phariſæus ſe iuſtificabat. Sed quo
fructu, qua mercede? quia ignouit Deus quod ipſe
agnouit,& iuſtificatus inde receſſit. Vnde ſequitur:
Amen,id eſt uerè,*dico uobis*, *deſcendit*, ſcilicet de do-
mo Dei,*hic* ſcilicet publicanus, *iuſtificatus*, id eſt, de
impio per gratiam factus iuſtus:*in domum ſuam ab il-*
lo:id eſt,plus quàm ille:uel *ab illo*,id eſt præ illo rema-
nente in fecibus ſuis:& meritò magis quàm ille: quia
habebat ille iuſtitiam ſuam præſumptam, hic uerā:
B ille apud ſe de operibus, hic uero apud Deum ex fide
iuſtificatus eſt: ille enim ſuperbè de bonis gloriaba-
tur, hic humiliter mala confitebatur. Sed ſecundum
[*Confeſſio humilis.*]
Auguſtinum, melior eſt in malis factis humilis con-
feſſio,quàm in bonis ſuperba gloriatio. Et hic eſt ar-
gumentum quòd melior eſt peccator humilis,quàm
iuſtus ſuperbus: quia eo ipſo quòd peccator ſe humi
liat,iam non eſt peccator: & iuſtus eo ipſo quòd ſu-
perbit:iam non eſt iuſtus. Vnde Auguſtinus: Enu-
merationi meritorum præfertur confeſſio peccato-
[*Luca 10.*]
rum.propter quod dicitur:*Gaudium eſt Angelis Dei ſu*
per uno peccatore pœnitentiam agente quàm ſuper nona-
gintanouem iuſtis,qui non indigent pœnitentia: id eſt qui
C non reputant ſe indigere illa. In quo miro modo re-
[*Superbia repreſſio. Beda in c. 18. Lucæ.*]
primitur ſuperbia humana,ut non de ſuis meritis ho-
mines præſumant Vbi Beda,quantam ueniæ fiduciā
dignè pęnitentibus præbet, quòd publicanus qui rea
tum ſuæ nequitię perfectè cognouit,fleuit,confeſſus
[*Ambro. in c. 18. Lucæ.*]
eſt: & ſi iuſtus ad templum uenit iuſtificatus à tem-
plo rediit.Vbi & Ambroſius: Intro duxit phariſæum
& publicanū in templo orantes,& docuit etiam ſi bo
na cætera habeat,quo magis ſuperbus offendat, quā
humilis qui nulla uirtutū dote ſubnixus ſit. Studuit
enim diabolus ſupplantare bonis operibus intentos:
quantum laborauit phariſæus ille ne raperet aliena,
ne iniuſtus eſſet,ne adulteraret, ne peccaret ſicut pu-
blicanus:ut bis in ſabbato ieiunaret,ut decimas daret
D omnium quæ acquireret? Quis noſtrum hæc fecit?
Aduertit hoc diabolus,& perfodit eum ulcere graui,
ut mente carnis inflatus, in eo in quo laudabilis fore
crederetur,ibi reprehenſibilior iudicaretur. Hæc Am
broſius.Hic ergo oſtēditur,non ex operibus eſſe glo
riandum:ſed humiliter in gratia confidendum. Vnde
Baſilius: Cùm acceſſeris ad prædicandum Dominū,
proſterne te humiliter in cōſpectu eius: nec poſtules
quicquā quaſi ex gratia meritorū tuorū. Et ſi eſt tibi
cōſcientia alicuius boni operis, cela illā:ut te ſilentiū
agēte,multipliciter tibi reſtituatur à Dño: & peccata
tua citò produc in mediū, ut deleat ea Deus, cùm cō
feſſus fueris ea Nō te iuſtifices orans,ne ſicut phari-
E ſæus ille exeas condēnatus.Memēto publicani, ut ita
ſicut ille ueniā delictorum tuorum inuenias. Hæc Ba
[*Chryſoſto. concione de publicano & phariſæo.*]
ſilius.Vbi & Chryſoſto.Geminas aurigas & duas bi-
gas,in ſtadio poſitas ſermo præſens proponit. In al-
tera quidem iuſtitiam cum ſuperbia in altera pecca-
[*Humilitatis potentia.*]
tum & humilitatem. Et uides bigam peccati ſupera-
re iuſtitiam, non propriis uiribus, ſed humilitatis
coniunctæ: illam uerò deuictam non fragilitate
iuſtitiæ, ſed mole & tumore ſuperbiæ. Nam ſicut
humilitas per ſui eminentiam peccati pondus ſupe-
rat, & ſaliens attingit Deum: ſic ſuperbia ob ſui
molem de facili iuſtitiam deprimit. Si ergo plura
facta ſtrenuè geras, putas autem te poſſe præſu-
mere,

mere,tota caruiſti oratione.Si uerò mille feras in cō
ſcientia faſces reatuum: & hoc ſolum de te credas
quòd es infimus omnium, multam obtinebis ante
Deum fiduciam. Hæc igitur faſtus inflatio ab ipſis
cœlis poteſt deprimere non cauentē, humilitas ve-
rò & ab ipſo abyſſo reatuum hominum ſublimare.
Hæc enim præ phariſæo publicanum ſaluauit,latro-
nem ante apoſtolos in paradiſum duxit:illa verò in-
corporea ingreſſa eſt poteſtate.Cęterum ſi iuxta de
licta humilitas tam facilè currit,ut ſuperbiam iuſtitię
tranſeat:ſi iuſtitiæ cōiunxeris eā quò nō ibit?Aſsiſtit
ipſi tribunali diuino,in medio angelorum,cum fidu
cia multa. Rurſus ſi factus coniunctus iuſtitiæ eam
deprimere potuit,ſi coniunctus ſit peccato, in quan
[*Prouer.16.*]
tam gehennam detrudet?Hæc dico non ut negliga-
mus iuſtitiam:ſed ut faſtum vitemus Hæc Chryſoſt.
Deinde ſuæ ſententiæ cauſam aſsignans, ſcilicet qua
re publicanus magis iuſtificatus deſcendit,conſequē
ter inferendo ſubiungit: *Quia omnis* generaliter ſine
exceptione.ſ.ſiue laicus,ſiue clericus,ſiue religioſus.
Itē ſiue paruus,ſiue medio cris,ſiue quātūcunq; ma
gnus *qui ſe exaltat* ſuperbiendo, ſicut fecit phariſæus
humiliabitur, & deiicietur: uel in hoc ſeculo per miſe
riam,uel in futuro per pœnam æternam:*& qui ſe hu-*
miliat, ſponte per veram pęnitentiam & peccatorum
confeſsionem *exaltabitur*, in gloria per remuneratio
nem. Nam ſecundum Sapientem: *Ante ruinam exal*
tatur cor, & ante gloriam humiliatur. Et ut uulgariter
dicitur:non eſt uallis quæ non habeat collem,nec eſt
collis quæ nō habeat uallem. Sicut ergo Publicanus,
ſe humiliando, eſt exaltatus:ita & phariſæus, ſe exal-
tando,eſt humiliatus. Sicut enim in ſtatera materia-
li una parte depreſſa,altera eleuatur,& econuerſo:ſic
in ſtatera diuinæ iuſtitiæ decretum eſt, ut qui eleuan
tur per ſuperbiam in præſenti vita, deprimantur per
pœnam confuſibilem in futuro:Et econuerſo qui ſe
[*Superbiæ deteſtatio.*]
deprimunt in præſenti ob Dei reuerentiam:eleuabū
tur in futuro ad gloriam. Si ergo ſic reprehēditur &
confunditur qui ſuperbè gratias agit,& cætera bona
facit:quid de illo erit qui gratiam impugnat, & non
bona facit:Certum itaque tene ſuperbe,quia ſi humi
liatus non fueris Deo:uelis nolis humiliaberis diabo
lo. Et ideo caueat quiſque ne ſibi ſuperbia domine-
tur:quia ut ait Auguſtinus: Væ homini cuius auriga
ſuperbia eſt:neceſſe eſt enim ut in præceps eat.Si cō-
ſideremus exitum rei in Lucifero ſuperbiēte,& Chri
ſto humiliante:in Eua elata, & in uirgine humiliata:
in diuite purpurato, & in Lazaro ulcerato: in Phari-
ſæo ſe extollente,& Publicano pœnitēte,uidebimus
manifeſtè quàm uerum ſit quod hic Dominus dicit:
quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur: & qui ſe hu-
miliat exaltabitur.Et ideo bene dicit quidam philoſo
phus:Inter ſapientes ſapientior eſt,qui humilior eſt.
Hic autem uerſiculus ſcilicet *omnis qui ſe exaltat hu-*
miliabitur,& qui ſe humiliat exaltabitur,totiens à Do
mino in Euangelio iteratur ut deprimat ſuperbiam,
quam ſuper omnia uitia deteſtatur:& humilitatē cō-
mendat, quā ſuper omnē virtutem & ſæpius laudare
dinoſcitur.Radix enim omnium malorum ſuperbia
& cuſtos omnium virtutū humilitas eſt.Vnde Theo
philus:Quia enim ſuperbia plus quàm aliæ paſsiones
uexat hominum mentes: ideo crebrius de hac mo-
[*Chryſoſto. hom. 6. ex uariis in Matt.*]
net. Vnde Chryſoſtomus: Simus itaque humiles,
ut ſimus excelſi: etenim cum abundantia multa hu-
miliatur deſpectio. Nihil enim ita Deus auertit ſi-
cut ſuperbiam: propterea & à principio omnia fe-
cit ut hanc auferat paſsionem: propter hoc mortales

A facti ſumus & in miſerijs & planctibus,propter hoc
in labore & ſudore,in laboratione continua & miſe-
ria. Etenim à deſpectione peccauit primus homo,
petens Dei æqualitatem:propter hoc neque quæ ha
bebat manſit habens, ſed ab his cecidit. Tale enim
quid eſt deſpectio, quòd non ſolum nobis adiicit
correctionem uitæ: ſed & quæ habemus abſcindit,
& his officit: ſicut humilitas non ſolum eorum quæ
ſunt nihil abſcindit:ſed & quæ non ſunt adiicit.Hanc
itaque zelemur,hanc perſequamur:ut & præſenti po
[*Myſticè.*]
tiamur honore, & futura fruamur gloria. Myſticè
per Phariſæum Iudaicus populus deſignatur, qui ex
beneficijs legis & prophetarum ſuſceptis de ſua ſan-
ctitate præſumens Gentiles aſpernabatur, per Publi
B canum uerò Gentilis,qui peccata ſua Apoſtolis præ
dicantibus recognoſcens,humiliter ea confitebatur:
propter quod Gentilis iuſtificatus eſt per fidei Chri
ſti receptionem,& Iudaicus damnatus per ſuam ob-
[*Beda in c. 18. Lucæ. Typicè.*]
ſtinationem. Vnde Beda:Typicè autem Phariſęus eſt
populus Iudæorū, qui ex iuſtificationibus legis ex-
tollit merita ſua.Publicanus verò Gentilis eſt,qui lō-
gè à Deo poſitus confitetur peccata ſua, quorum u-
nus ſuperbiendo receſsit humiliatus, alter lamentan
[*Moraliter.*]
do appropinquare meruit exaltatus. Moraliter hi
duo homines ſignant uniuerſitatem hominum, ſcili
cet iuſtos Phariſæus,& impios Publicanus: uterque
debent aſcendere in templum ad orandum: impius
C pro uenia, iuſtus pro perſeuerantia. In templum au
tem ſpirituale quod eſt Deus debemus aſcendere
[*Damaſcenus lib 3. de fide cap. 24.*]
orando: quia ſecundum Damaſcenum, Oratio eſt
aſcenſus mentis in Deum. Et ſecundum Auguſtinū.
Oratio eſt pius affectus mentis in Deum directus.
Principes autem ſacerdotum ſcilicet pontifices,qui ſpi
ritualibus præerant: *& ſcribæ*, qui doctrinæ legis &
Prophetarum intendebant.*Et principes plebis*, qui cū
temporalibus diſponendis præſidebant:moti contra
Ieſum inuidia & rancore,*quærebant eum perdere*,qui
tamen uenerat eos ſaluare:excogitātes diuerſas uias,
& modos quomodo poſſent illum occidere. Vnde
[*Bernardus ſermo.29. in cantica.*]
Bernar. O bone Ieſu,totus mundus uidetur cōtra te
cōiuraſſe: & hi in perſecutione tua primi ſunt qui vi
D dentur regere populū,dirigere principatum, *& non*
inueniebant quid facerent illi:id eſt, cauſam rationabi-
lem eum occidendi,cùm eſſet iuſtus & innocentiſsi-
mus,nec etiam audebant timore populi: quia *omnis*
populus audiebat illum, & admirabantur ſuper doctrina
[*Beda in c. 19. Lucæ.*]
eius. Vnde Beda:Quærebant illum perdere, uel quia
quotidie docebat in templo: uel quia latrones eiece
rat de templo: uel quia ueniens illuc quaſi rex & Do
minus, à credentium turba laudem hymni cœleſtis
accepit: uel quia ſuo magiſterio neglecto, plures ad
eum audiendum confluere cernebant. Vbi & Cyril-
lus:Decebat autē,ex his quæ Chriſtus dixerat & fecē
rat,eum adorare ut Deum: ſed ipſi nequaquam hoc
[*Gregorius hom. 39. in euangelia.*]
E facientes,quærebant eum occidere. Sed ut ait Greg.
redēptor noſter pdicationis uerba nec indignis nec
ingratis ſubtrahit.Nam ſubditur: *Et erat tunc docens*
quotidie in templo:reddens eis bonum pro malo.Quia
enim erat proximus paſsioni,inſtabat docendo: Ec-
ce optima commutatio: quia de domo negociatio-
nis facta eſt ſchola ueritatis, templum orationis, lo-
cus deuotionis. Vbi Gregorius: Nuncuſque agitur
[*Gregorius ibidem.*]
quod factum fuiſſe perhibetur. Cùm enim mentem
fidelium ad cauenda ſubtiliter erudit, & quotidie
ueritas in templo docet. Et ſtetit Ieſus publicè in
tēplo prædicans populo,& reſpondens principibus
uſque quaſi ſero:& tota die ipſe & ſui ieiunarunt. *Et*

Universidad de Deusto Biblioteca

Marci. 11. *circunspectis omnibus cùm iam uespertina esset hora,* quę erat hora declinandi ad hospitium: & nullus eum inuitaret, uel colligeret: relictis illis *exijt* de ciuitate, & redijt *in Bethaniam cum duodecim*, ut quod in urbe magna non inueniebat, in agro paruo haberet hospitium: ibique mansit apud Mattham, & Mariam, & Lazarum, & docebat eos de regno Dei: Vbi arguitur duricies & ingratitudo Iudæorum, qui doctorem quem gloriosè & honorificè ut regem & gaudiosè susceperant: & qui per totam diem usque ad uesperam eos doctrinam pauerat, hospitio non susceperunt, & famescentem non pauerunt. Circunspexit enim Dominus, qui nihil de proprio vbi hospitaretur habuit, sed omni beneuolẽtia indiguit, si quis eũ in domum suam uocaret aut reciperet: & nullus est inuentus benedictione pacis Christi dignus. Vnde in hoc quòd dimisit eos corporaliter, ostendit facto eos propter ipsorum cæcitatem esse dimittendos à Deo spiritualiter. Vbi Hieronymus: Hinc autem intelligendum est quòd Christus fuerit tantæ paupertatis, & ita nulli adulatus sit, ut in vrbe maxima nullum hospitem, nullamque mansionem inuenerit: sed in uico paruulo apud Lazarum, sororesq; eius habitauerit. Eorũ quippe vicus Bethania est. Vbi & Chrysostomus: Et relictis illis, tãquam excęcatis per inuidiam, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam ut recedendo compesceret, quos respondendo non potuit: quia malitia non instruitur sermonibus, sed excitatur. Malum enim hominem melius locum dando potes uincere, quàm respondendo. Nam si contendis irrationabilem placare: & illum non placas, & te ipsum subuertis. Et mansit ibi apud Lazarũ, & sorores eius: ut illic requiesceret corporaliter, ubi & spiritualiter repausabat. Nam sanctorum virorum est, non ibi quærere mansionem, ubi clariores sunt viri, sed vbi fideliores: nec gaudent ubi epulæ largæ sunt, sed ubi sanctitas floret. Hæc Chrysostomus. Vbi etiã Beda: Bene autem dicitur, quia circunspectis omnibus exiuit in Bethaniam. Inspicit quippe internus arbiter omnium corda, & cùm in contradicentibus, ac resistentibus veritati, non inuenit ubi caput reclinet: secedit ad fideles, & in eis qui obediunt uerbo mansionem sibi una cum patre facere gaudet: Bethania namque domus obedientiæ dicitur. Hæc Beda. Nota ergo ex præmissis quòd Christus tria loca intrauit: scilicet Hierusalem, templum, & Bethaniam: per quę loca significatur mens humana, quæ debet esse pacifica, & tunc est Hierosolyma, quæ interpretatur uisio pacis: debet esse Dei habitatio grata, & tunc est templum Dei uiui acceptum: debet etiam esse ad obediẽdum prona, & tunc est Bethania, quæ interpretatur domus obedientiæ. Ingrediẽte autẽ Domino in primum locũ, scilicet Hierusalem, tota ciuitas est cõmota: quia intrante Domino animã, per gratiã pręueniẽtem, omnes uires animæ debent commoueri, per dolorem & contritionẽ peccati. Cùm verò intrauit templũ, eiecit uendentes & ementes, ac mensas & cathedras euertit: quia postquam Christus intrauit in cor hominis: per gratiam præuenientẽ, mouendo ipsum ad contritionem, intrauit postea in ipsum per gratiã proficientem, purgando illud: & eiiciendo inde peccata per confessionem: & tunc Christus sanat illud, dando indulgentiæ remissionem: unde subditur ibi de infirmorum sanatione. Deinde Christus intrauit Bethaniam, quæ interpretatur domus obedientiæ, quia postquam intrauit cor per gratiam præuenientem & proficientem, inducendo ipsum ad contritionem & confessionem, consequenter intrat per gratiam perficientem ipsum per obedientiæ satisfactionem: ille enim uerè obedit, qui de omnibus peccatis suis plenè satisfacit. Conspice igitur nunc bene Dominum, quia ualde humiliter uadit per ciuitatem cũ illis paucis, qui sic honorificè uenerat mane cum multis. Ex quo potes considerare, quia parum est curandum de humano honore, qui sic terminantur in breui: & quia in cursu huius uitæ risus dolore miscetur, & extrema gaudij luctus occupat. Potes etiã considerare, quomodo sui gaudebant quando honorabatur à turbis, & multo magis quando Bethaniam redierunt illæsi: quia maximè timebant quando Hierusalem ibat, quòd tunc qualibet die faciebat. Quamuis enim alias sæpe, maximè tamen à pręcedenti die sabbati, usque ad uigiliam cœnæ locutus est Iudæis, & operatus est palam in Hierusalem. *Erat autem tunc quotidie docens in templo*: propter doctrinæ authoritatem, loci celebritatem, ac populi frequentiam, & auditorum plurium utilitatem: *noctibus uerò exiens morabatur in monte Oliueti*, scilicet in Bethania, quæ erat in latere montis eiusdem, uigilans, & orans, ac docens discipulos, & confortans. In hoc dedit exemplum prædicatoribus & doctoribus Euãgelij: ut diebus doceant, & noctibus sint in oratione Dei, ut ibidem hauriant quod auditoribus infundant in mane sequẽti. Siue etiam in prosperitate simus, quæ per diem significatur: siue in aduersitate, quæ per noctem intelligitur: semper doceamus & oremus, ac bonum faciamus inquantum ualemus. Vnde Sapiẽs: *Mane semina semen tuum, & uespere ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc an illud: & si utrumque simul, melius erit.* Per mane enim, ĩtelligi potest tẽpus pacis & prosperitatis: & per uespere, tempus tentationis & aduersitatis: in quibus semper bonum operari, nec tempore hoc uel illo à bono opere cessare debemus: quia quid horum maiorem fructum nobis afferat, ignoramus. Et hęc facere debemus in mõte Oliueti, id est, in culmine misericordiæ ad proximum: non enim meretur impetrare misericordiam à Deo, qui non facit misericordiam cum proximo. Et est notabile, quòd imminente morte magis instabat Christus prædicationi: quod est contra multos, q in senectute dant se ocio & quieti, cùm adhuc possent multorum prodesse saluti. *Et omnis populus*, attractus efficacia & dulcedine doctrinæ suæ, *manicabat*: id est, mane festinabat *ad eum in tẽplo*, ut audiret ab eo uerba vitæ: hoc est, mane cum festinatione accelerabat uenire ad locum prædicationis suæ: à mane enim, dicitur manicare. Vbi Cyrillus: Populo autem ante lucanum uenienti ad eum, congruum erat dicere: *Deus Deus meus, ad te de luce uigilo*. Et quia Dominus sic diebus & noctibus tunc præcipue laborauit, ideo tota illa septimana pœnosa dicitur: quia per totam illam laborauit recreando, sicut per primam mundi hebdomadam operatus est creando. Et quia una septimana cuncta creauit, multo labore hanc septimana hominem refecit. Vnde Beda: Quæ uerbis præcipit Dominus, suis confirmat exemplis. Nã qui nos ante repentinum iudicij uniuersalis aduentum, ante incertum singulorum nostrorum exitum, delitiis simul & curis huius uitæ neglectis, ad uigilandũ hortatur, & orandum: & ipsę impendente suæ tẽpore passionis doctrinæ vigilijsq; & precibus instruit, pariter & exẽplo: insinuans hoc esse dignè Deo vigilare, dicto uel facto proximis quibusq; uiam veritatis ostẽdere: & eos pro qbus passurus erat, vel verbo

Iudæorum ingratitudo. — *Hierony. in cap. 11. Marci.* — *Adulari noluit Christus.* — *Chrysost. ho. 38. operis imperf.* — *Beda in c. 11. Marci.* — *Bethania quid interpretatur.* — *Contemplatio.* — *Prouer. 14.* — *Luca. 21.* — *Prædicatorum exemplum.* — *Eccl. 11.* — *Psal. 62.* — *Beda in c. 21. Luca.*

bo ad fidem prouocans, uel patri oratione commendans. Et nos quoque cùm inter prospera sobriè, & iustè, & piè conuersamur: inter aduersa uerò nunquam de diuinæ misericordiæ celsitudine desperamus, diebus profectò cunctis in templo docemus: & fidelibus operis boni formam præbemus, noctibus verò in monte Oliueti moramur: quia in tenebris angustiarum gaudij spiritualis consolatione respiramus: iuxta eum qui dixit: *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Domini, speraui in misericordia Dei mei*: id est, sicut is qui misericordiæ fructum quibus voluit impendit, ei à Domino miserendum esse nõ ambigo. Et ad nos quoque audiendos omnis populus manicat: cùm vel discussis operibus tenebrarũ, vel euictis Dei gratia nebulis pressurarum, sicut in die honestè ambulantes, non in commessationibus & ebrietatibus nos filij lucis imitantur. Hæc Beda.

Psal. 51.

ORATIO.

DEVS *omnipotens præsta mihi pauperi tibi derelicto, ut duo de minuta, scilicet corpus & animam, quæ de te habeo, tibi cum deuotione offeram: ut utroque tibi seruire & placere ualeam. Miserere supplici tuo, quia non sum sicut innumeri serui tui, iustitiæ merito gloriosi, uelut etiam multi post flagitia pœnitendo tibi facti deuoti. O Deus propitius esto mihi peccatori, & respice me oculis misericordiæ quibus publicanum respexisti: ut per ueram cordis, oris, & operæ humilitatem coram te merear iustificari: & cum hominibus exaltari. Amen.*

De maledictione ficulneæ, & grano frumenti: & de principe mundi. Cap. XXXI.



Matt. 21. Marc. 11. Ioan. 12.

SEQVENTI autem die, scilicet feria secunda, iterum *mane* & diluculo exiens Iesus à Bethania, & rediens in Hierusalem, *esurijt*, secundum suspicionem discipulorum, eo quòd ad arborem accessit. Vbi nota morem studiosi operatoris, dum dicitur *mane* reuertisse in ciuitatem ut prædicaret, & ut aliquos Deo patri acquireret. *Esurijt* autem, non quasi homo, indigens cibum corporalem: sed quasi Deus misericors humanam salutem. Vnde ista esuries naturalis non fuit: quia in sero præcedenti comederat, nec adhuc hora comedendi erat: sed sicut maledictio arboris, de qua subditur, figurabat maledictionem infructuosi: sic ista esuries significabat desiderium Christi de salute populi. Et ideo adhuc mane esurit, qui iustitiã esurit. *Et uidens arborem fici,* inter Bethphage & montem Oliueti, *secus uiam: accessit ad eam,* & nullum in ea fructum nisi tantum folia inueniens, maledixit ei, dicens: *nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum: & statim aruit.* Venit Dominus ad ficulneam, non causa inueniendi fructus, quibus esuriens reficeretur: sciebat quòd in Martio tempus ficuum non esset: sed adiuit propter miraculum, ut Apostolos ad fidem confirmaret. Vnde secundum Chrysost. Maledixit Dominus ficulneæ, non quia fructum in illa non inuenit cùm non esset tempus ficuum: sed discipulorum gratia: ut confiderent, & ut discerẽt quod posset, etiam Iudęos persequentes siccare, & in momento exterminare. Ideo neque in alia planta, sed in omnium humidissima miraculum hoc fecit: ut & hinc maius appareat hoc miraculum. Ad hoc enim Dominus miraculum fecit, ut discipulos in fide solidaret: qa ut ait Hieronymus, Dominus passurus in populis, & baiulaturus scandalum crucis, uoluit discipulorum animos signi anticipatione firmare. Quod etiam in signum synagogæ maledictæ, & arefactæ Iesus fecit: in qua fructus iustitiæ non inuenit. Arbor enim fici, est synagoga, propter multitudinem granorum sub uno cortice: id est, hominum sub una lege: & una, propter uniformitatem ritus: quia secus uiam erat, quia legem habebat, sed non in uia: quia non credebat in Christum, qui est uia: ad quam uenit, per præsentiam corporalem, & per doctrinam spiritualem. *Et nihil inuenit in ea* licet multum quęsierit exemplis, doctrinis, signis, & miraculis, *nisi folia*, id est, uerba legis: & traditiones Pharisæorum absque ullis fructibus. Sancti enim habent & folia uerborum, & flores morum, & fructus operum. Per talem etiam arborem uirentem folijs, & carentem fructibus, possunt intelligi hypocritæ, & simulati, existentes extra uiam iustitiæ, & non in uia positi per simulationem uirtutum folijs circundati, sed à fructu iustitiæ alieni: quia exteriorem apparentiam sanctitatis habẽtes interius sunt uacui ab operibus ueritatis, & infructuosi: & ideo à Domino maledicti fiunt aridi, & humore deuotionis priuati. Vnde Chrysostomus: Folia ueritatis, sunt species tãtummodo sanctitatis in homine, aut sine fructu uerba religiosa. Quicũque ergo religiosus, id est, arbor rationabilis profitetur se esse Dei: & iustitiã non operatur: est arbor tantummodo folia habens sine fructu. Secus uiam autem, est iuxta mundum: mundus enim uia est communis, per quam omnes transeunt qui nascuntur. Quicunque ergo homo fidelis, id est, arbor rationabilis, iuxta mundum uixerit: nunquam potest in se iustitiæ fructus tenere. Trãseuntes enim & retranseuntes dæmones, uel ministri ipsorum per uiam, id est uagantes per mundum istum excutiunt eos. Sicut ergo difficile est arborem iuxta uiam positam fructus suos usque ad maturitatem seruare: sic difficile est uirum fidelem iuxta istum mundum uiuentem, in ramis, id est, in actibus suis iustitiam immaculatam usque ad finem seruare. Si uis ergo fructus iustitiæ ad finem tenere, recede de uia, & plantare in loco secreto: ut nec mundus tecum aliquid habeat commune, nec tu cum mundo. Hæc Chrysostomus. Cùm itaque esuriens Dominus ficus quæsiuit, aliquid aliud se quærere significauit, non enim ficus, sed fidem: neque fructus arboris, sed fructus operis quæsiuit. Ex hoc ergo, secundum Bedam, patet quòd sicut Dominus multa dixit in parabolis: ita & fecit. Cur enim in ficu fructum quæreret, cu-

Esuries Christi. — *Chrysosto. hom. 68. in Matt.* — *Ficulneæ maledictio & eius causa.* — *Hierony. in cap. 21. Matthæi.* — *Chrysosto. ho. 39. operis imperf.* — *Beda in ca. 11. Marci.* — *Parabolas fecit & dixit dominus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ius tempus nondum esse quilibet homo sciret,& ob id eam æternæ sterilitatis maledictione damnaret? quia plebem quam docebat verbo, terruit facto: ne quis habens folia, id est, uerba iustitiæ sine fructu operum, mereatur excidi & in ignē proiici. Vnaquæ que enim arbor non de floribus, non de folijs, sed de fructu suo cognoscitur: sic unusquisque homo non de æstimatione famæ, uel sermonis pompa: sed de suarum testimonio probatur actionum. Hæc autem maledictio ficus maximè in nobis timenda est: quia folia, id est, uerba non uertimus in opera. Iam enim securis ad radicem posita est. Et ingressus Iesus in ciuitatem, uenit in templum secundum suam consuetudinem: quia semper locum Dei uisitare consueuit, & patri exhibere honorē. *Erant autem Gentiles quidam ex his qui ascenderant in Hierusalem, ut adorarent in die festo*: quia templum pro sui sanctitate in reuerentia à Gentilibus in circuitu Iudæorum erat, & eius famositas non tantum Latinos & Iudæos: sed etiam Gentiles trahebat, ut de Eunucho Candacis reginæ patebat. Isti ergo qui Christi miracula audierant: ideo eum uidere, & eius doctrinam audire uolebant. Et *accesserunt ad Philippum*, quia uidebant eum pium & mansuetum: & se non reputabant dignos, ut uenirēt per seipsos, *& rogabant eum dicentes: Domine, uolumus Iesum*, & saluatorem omnium *uidere*. Et congruenter ad Philippum accesserūt prius: quia ipse prius prædicauit Gentibus, scilicet Samaritanis. In his Gentilibus præfigurabatur conuersio Gentium, per prædicationem Apostolorū in proximo secutura: & quòd Gentes ministerio eorum ad fidem conuersæ desiderent Iesum glorificatum in patria. *Venit Philippus & dixit Andreæ*, quia Andreas primus Christi erat discipulus, & magis familiaris Domino quàm Philippus: & etiam quia Philippus per Andream conuersus fuerat: & ideo de cōsilio & auxilio eius circa hoc agere uolebat. In quo datur nobis exēplū omnia faciendi de consilio maiorum, *Andreas rursum & Philippus dixerunt*, ambo simul hoc Domino *Iesu*. tāquā superiori. Mysticè Philippus, qui os lampadis dicitur signat veritatem. Andreas autē uirilis, quæ duo intellectū & affectum Christo adducunt in conuersione animarū. Iesus uerò audiens deuotionē Gentiliū, qui iam erant dispositi ad credendū: uidensq; eos prosperare ad fidē: & intelligens in eis quodāmodo inchoari Gentiū conuersionē, prænunciauit suæ passionis tēpus imminere, post quā passionē immediatè Gentes erāt recipiēdæ dicēs: *Venit hora ut clarificetur filius hominis*: quasi diceret, Iudei nolunt credere, quos primùm uoluit lucrificare: plenitudo Gentium creditura est, quia ueniunt Gentes ad credendū, q̄bus filius est clarificādus. In passione quippe sua fuit filius clarificatus per signa ostensa: fuit etiā clarificatus in sua resurrectione & ascēsione. Itēq; in gentium conuersione: quia deitatē eius confitentur ubique. Veruntamen per congruum ostendit exemplū, q̄ mors eius debeat præuenire conuersionem Gentilium, dicens: *Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet*: quia non facit fructus multiplicationem, nisi per sui corruptionem: id est, nisi ego moriar, fructus cōuersionis Gentiū non sequetur. *Si autem mortuū fuerit, multum fructum affert*, id est, me mortuo per humanitatem multiplicabitur fides per gentium conuersionē: ac si expressè dixisset: Isti Gētiles, qui modo uolunt uenire ad me per præsentiā corporalē, post mortem meam uenient ad me per fidem. Ipse enim erat granū iaciēdum in corpore terræ per

Passionis Christi effectus.

Moraliter

Clarificatio Christi.

Augustin. tract. 51. in Ioan.

Secundus est Christus.

Chrysost. hom. 66. in Ioan.

1. Corin. 4.

2. Corin. 6.

1. Corin. 2. Deus honorificabit: ille .n. ditabitur illis bonis quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se. Honor .n. datur homini ab alijs hominibus in uita præsenti, in testimonium virtutis: sed honor datur hominibus à Deo in gloria cælesti, in præmium virtutis. O Deus meus misericordia mea, author & dator omnium uirtutum: da nobis nunc in eis exercitium continuum, & tandem pro eis præmium sempiternum. Et quia discipulos hortatus fuerat ad tolerantiā mortis, exēplo sui quē sequēdū proposuit, cō sequenter confortat eos ut nō turbentur & retrahantur propter infirmitatem naturæ: quia recta ratio nō obstāte turbatione animæ, secundum passiones partis sensitiuæ, dirigit eam in bonas & uirtuosas operationes, ut uelit fortis sustinere mortem, & quæcunque contraria propter Deum & bonum virtutis: sic enim in Christo fuit, quòd non obstante turbatione sēsualitatis passus est, quod recta ratio suadebat. Vnde ait: *Nunc anima mea*, sensualis *turbata est*: id est, affecta est quantum ad sensitiuam, passionibus timoris & tristitiæ ac naturali horrore, qui tamen est de voluntate. Anima enim hic accipitur pro sensualitate: id est, pro appetitu sēsitiuo, ī quo sunt passiones, nō autem in oratione. Ac si dicat: Non uos turbet uel retrahat sensualitatis turbatio à recta & debita operatione: quia etiam anima mea turbata est imminente passione, & tamen hoc nō obstante mori eligo, obediens patri pro uestra salute. Quia enim hortatus fuerat alios imitari mortem suam, ne fortè aliquis edicere t, securè potes mortem subire: quia nihil mali sētis: ideo contrarium voluit ostendere per talem turbationem, & per consequens non esse recedendum ab eius imitatione propter naturalem animæ horrorē. Nam si nullam passionē sensisset in anima, nō fuisset sufficiens exemplum hominibus ad mortem sustinendam. Huiusmodi autē passiones aliter fuerunt in Christo, & aliter sunt in nobis. In nobis enim sūt ex necessitate, in quantum quasi ab extrinseco commouemur & afficimur: in Christo non fuerunt ex necessitate, sed ex imperio rationis: ad ostendendū humanæ naturæ ueritatem, & ad dandum nobis exemplum non recusandi mortem, & ad merendū, nostrā redemptionē, cùm in eo nulla passio fuerit, nisi quā ipse uoluntariè concitauit. Nam intātum inferiores uires erant subditæ rationi in Christo, q̄ nihil aliud agere & pati poterāt, nisi quod ratio uolebat: quę permisit agere animæ & uiribus inferioribus quæ propria erant. Sic ergo turbata est anima Christi, quòd nec supra rationem, nec contra, sed secundum rationis ordinē turbatio in ea fuerit. Deinde uolens ostēdere quòd non uenit uoluntatem infirmæ carnis, sed uoluntatē patris facere, ait: *Et quid dicam*, in hac & de hac turbatione, nō dicit, quid faciam: quia sciebat q̄d facturus: sed docet quid dicere, & quo fugere, & quē inuocare, & in quē sperare debeamus. s. in patrē qui saluat solus: quasi diceret. Non habeo quid dicā creptionē quærēs: sed scio quid agā: quia passurus sum. Vnde non recedā à cœpto proposito propter timorē periculorum, sed ex ratione sensualitatē superans, uoluntatē meā uoluntati diuinæ cōformabo. In quo dat exemplū nobis, ut similiter faciamus. Et hoc est quod dicit. Et ò tu, *pater saluifica*, & saluū fac *me ex hac hora* passionis. Non dicit in hac hora in qua pater eū morti exposuit: sed *ex hac hora*, quia inde eum glorificauit. Propterea enim uoluntariè ueni in hanc: scilicet horā passionis & mortis, *propterea ueni in mu-*

Passiones ī Christo.

dum, ut patiar propter patris obedientiam & humani generis salutem, quasi diceret: Saluationem quæro, sed passionem non recuso. Et tu pater per hanc passionē clarifica nomen tuum: me suscitando, quod est gloria nominis tui & clarificatio. Vbi Augu. Docuit te quem inuoces cuius uoluntatem tuæ uoluntati præponas, hominis infirmitatem: ut doceat dicere cōtristatum, non quod ego uolo, sed quod tu vis. Ex hac autem sup portatione turbationis in Deū, homo triplicem percipit utilitatem. Prima est, q̄ turbatio alleuiatur. Si enim ex eo q̄ quis amico conqueritur turbationem suam, alleuiationem recipit, quāto fortius propter compassionem mutuam à Deo recipiet? Secūda est, quòd turbatio meritoria efficitur. Si enim meritorium est Deo offerre rem temporalem, quam portas in bursa: multomagis si offers id quod geris in animo. Tertia est, quòd homo postea notabilem recipit consolationem: sicut patet de multis à tribulatione liberatis, sicut & hic. Nam statim uenit uox de cœlo pro consolatione. Vnde sequitur: *Venit ergo uox de cœlo*, à Deo patre, *dicens: Et clarificaui, & iterum clarificabo*: id est clarum genui ab æterno secūdum diuinitatem, & clarum etiam faciam secundum humanitatem. Vel secundum hominem clarificaui in natiuitate, q̄nando angeli cecinerunt: Gloria in excelsis Deo: & Magi adorauerūt, & in baptismo, & in transfiguratione, & in miraculis in uita per eūfactis: *& iterum clarificabo*, per signa deitatis: in passione, in qua triūphabit de diabolo: & in resurrectione: & in ascensione, & in totius mundi conuersione, & maximè in iudicio. Et quidam de turba magis rudes stantes & audientes, sonumq́ue uocis non significationem percipientes, *dicebant tonitruum factum esse*: id est, aliquid per modum soni confusi tamē hoc dicebant factum propter Dominum: *alij autem*, magis perspicaces articulationem uocis intelligentes *dicebant quòd angelus ei locutus sit*. Credebant enim eū esse hominem purum, & ideo dicebant angelū ei esse locutum: sicut aliquādo in scriptura dicitur, quòd angeli prophetis loquebantur. Sed uox illa fuit paterna, & formata à tota trinitate, cùm eius opera sint indiuisa. Veruntamen fuit uox patris, quæ fuit formata ad representandum personam eius. *Et respondit Iesus, & dixit: Non propter me*, scilicet instruendum, qui testimonio vel consolatore vel clarificatore alio à me non indigeo, *hæc uox* testificans *uenit* de cęlo: *sed propter uos*, in instructionem uestram, qui instructione indigetis & testimonio: scilicet, *ut credatis*, quia ego ex Deo sum. Vnde ostendit hanc uocem nihil sibi indicasse quod antè nescisset: sed ignorantibus quibus indicari oportebat, & propter instructionem populi circunstantis ut cognoscerent ipsum Iesum esse Christum, cui de cœlo dabatur testimonium. Sicut ergo anima eius non propter eum, sed propter alios uoluntariè turbata est: sic ista uox non propter eum, sed propter alios aliqua dispensatione diuinitus facta est. Et quia dixit uox, & clarificabo: consequenter modum ostendit clarificationis, dicens: *Nunc*, scilicet in hoc tempore passionis rectum *iudicium est*: non condemnationis, sed discretionis *mundi*: id est, pro mundo contra diabolum: hoc est, nunc pro mundo à potestate tenebrarum liberando iudicabitur, & separabitur mundus à potestate diaboli, & eripietur: & hoc est iudicium discretionis quo discernuntur & separantur multi à potestate inimici. A tempore quoque passionis Christi discreti sunt fideles credentes, ab

Augustin. tract. 52. in Ioan.

Luca. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

obstinatis contra fidem: in futuro autem erit iudicium condemnationis infidelium, & præmiationis credentium. Vnde exponendo subdit effectum iudicij: *Nunc princeps huius mundi*, id est, amatorum mundi, & malorum hominum qui habitant in mundo: scilicet diabolus qui ab Adam usque nunc fuit dominatus, & adhuc dominatur in malis mundo deditis (& dicitur princeps mundi, non quia sit Dominus substantiæ mundi, sed hominum mundialiter viuentium, inquantum se ei subiiciunt per peccatum) *eijcietur*, & repelletur *foras*: à redemptis & liberatis, & potestatem homines post se trahendi perdet hoc iudicio: per Christum & virtutem pasionis eius, per quam aperta est ianua gloriæ, à cuius consecutione diabolus non potest impedire, & post se trahere sanctos sicut antè faciebat. Per pasionem etiam Domini data est homini virtus resistendi diabolo, quia per eam fortiores sumus ad resistendum: nec modo ita facilè homines seducere vel adeo tentare potest vt prius, nec permittitur facere quãtum potest & vellet. Iustum est enim quòd sicut princeps mortis per peccatum hominem sibi subiecit ad mortem: sic qui Christum procurauit interfici iniustè, meritò & dignè eiicitur, ne deinceps iustis hominibus per Christum redemptis principetur. Permittitur tamen tentare homines, ad exercitium, & meritum electorũ. Et declarat modum per quẽ eiicitur foras: quia per mortem crucis & resurrectionẽ. Vnde subdit: *Et ego si*, id est, cùm (non dubitat futurum esse quod uenit implere) *exaltatus fuero à terra*: scilicet in cruce: *omnia* scilicet electa & prædestinata ad salutem, ex quibus diabolus eiicitur, *traham ad me ipsum*: ut sim caput, & illa membra, spoliando illum qui decipiendo iniustè deprædatus fuerat. Vel omnia genera hominum: quia de omnibus generibus hominum aliqui sunt tracti: scilicet de omnibus linguis, de omnibus ritibus, de omnibus ætatibus, & de omnibus gradibus: & sic traxit ad se omnia, quia homo dicitur omnis creatura. Nam amore, quo pro nobis passus est, trahit nos ad seipsum: ex amore enim ostenso in cruce ad genus humanum, habet vim attractiuam mentium, sicut lapis magnes attrahit ad se ferrum. Christi autem crucifixio ideo dicitur exaltatio: quia corpus eius fuit exaltatum in cruce, sicut uexillum in aere, ad debellandum aereas potestates: & quia se humiliauit usque ad mortem crucis, ideo Deus exaltauit illũ: & ipse exaltatus exaltauit suos. Per pasionẽ ergo habuit victoriam de diabolo. Vnde hoc ipsum omnia trahere, est principem mundi huius eiicere: non enim est conuentio Christi ad Belial, & lucis ad tenebras. Et nota quòd Christus noluit mori in aliqua domo nec sub tecto, sed in aere uoluit exaltari ex causa triplici: Aer quidem elementum est commune: & potest homo habere propriam terram, aquam, uel proprium ignem, sed nemo potest habere proprium aerem. Christus ergo uoluit in aere exaltari. Primò, ad innuẽdum quòd sicut aer est communis, sic & Christi pasio: nam pasiones aliorum sanctorum fuerũt propriæ quia quilibet passus est propter se, pasio autem Christi communis fuit: angelis, qui sunt reparati: hominibus quia inde sunt saluati. Secundò, ad innuendum quòd sicut aer est medius inter cœlum & terram, sic Christus etiam fuit mediator inter Deum & hominem: quia cum Deo conuenit ratione naturæ diuinæ, cum homine ratione naturæ humanæ. Erat autem quædam discordia inter Deum & hominem: & ideo uenit Iesus, & se ostendit mediatorem. Tertiò, ut ipsum aerem mundaret: sanctificauerat enim terram, triginta annis super eã ambulando: sanctificauerat aquam, in ipsa se baptizari faciendo: sanctificauerat ignem, Spiritum sanctũ in specie ignis mittendo. Restabat ut sanctificaret aerem: non sub tecto, sed in aere moriendo. Pluribus etiam de causis uoluit mori morte crucis. Vna, propter mortis turpitudinem: ut hominẽ nec ipsa mortis turpitudo à perfectione iustitiæ repellat. Item q̃a hoc genus mortis per modum exaltationis conueniebat fructui, causæ, & figuræ pasionis. Fructui quidem conueniebat: quia per pasionem exaltandus erat à patre. Causæ autem pasionis conueniebat dupliciter: scilicet ex parte hominum, pro quorum salute moriebatur: ipsi enim perierant, quia deiecti & demersi erant ad terrena: & ideo uoluit mori exaltatus, ut nos eleuaret ad cœlestia. Et ex parte dæmonum: ut scilicet eos qui in aere principatum & potestatem exercebant, ipse eleuatus in aere conculcaret. Figuræ verò conueniebat: quia Dominus serpentẽ in deserto fieri præcipiebat: quia sicut ille serpens exaltatus fuit in palo, ita & Dominus in cruce. Cùm autem Dominus tanta & tam magna signa fecisset coram eis, in miraculis, & in doctrina, & in reuelatione secretorum cordis, & futurorum contingẽtium, per quæ declarata erat diuinitas eius: non tamen credebant in eum, scilicet pro maiori parte: & in hoc completæ sunt scripturæ prophetarum, eorum obstinationem & excæcationem prædicentium. Consueuerant enim dicere, quod signum ostendis nobis ut credamus tibi? sed ecce cùm tanta signa fecisset, non crediderunt ei. *Veruntamen multi ex principibus*, id ẽ, legisperitis & sacerdotibus, *crediderunt tunc in eum*, propter miracula & impletionem scripturarum: sicut & Nicodemus, unus eorum, qui alias uenerat ad Iesum nocte: & Gamaliel, & Ioseph ab Arimathia, & alij quàm plures: *sed propter Pharisæos non confitebantur*, manifeste, timentes, *ne de Synagoga eijcerentur*, quia iam conspirauerant quòd confitentes ipsum esse Christum, de societate Iudęorum expellerẽtur: quod apud eos ualde ignominiosum erat. Eiectio enim de synagoga reputabatur magna, sicut apud nos eiectio per excommunicationem de Ecclesia. Causa uerò & radix huius defectus, scilicet quare non confitebantur, erat superbia & inanis gloria: *dilexerunt enim gloriam hominum*, & honorem mundanum in dignitatibus & laudibus humanis, *magis quàm Dei gloriam* & meritũ pro Dei gloria sperandũ: cui soli debetur honor & gloria. Ex hoc enim quòd publicè confitebantur, amittebant gloriã hominũ, licet ex hoc consequerẽtur gloriã Dei: isti autẽ magis elegerunt priuari gloria Dei, nolentes publicè confiteri, q̃ gloria hominum, cupientes à mundanis honorari: non attẽdentes ad dictum apostoli, *si hominibus placerem, Christi seruus non essem*. Isti hodie multos habẽt sequaces. s. pro mundi gloria se & sua prodigaliter exponẽtes, & parũ aut nihil pro Dei gloria ꝓmerẽda faciẽtes. Vnde eorũ fides ĩsufficiẽs erat: nõ .n. sufficit corde credere ad iustitiã, sed oportet etiã ore confiteri ad salutẽ. Et in hoc humana gloria est paruipendenda, & omnis pœna patienter toleranda: quia omnis pœna quæ pro iustitia sustinetur, est meritoria, ut cum Apostolo quilibet dicat: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo*. Secũdum Augustinum, Dominus crucem suam in frontibus credentium fixit, ubi quodãmodo sedes est verecundiæ:

Princeps mundi. — *Passionis dominicæ efficacia.* — *Exultatio Christi.* — *2.Corin.6.* — *Cur in aere mori noluit.* — *Christus cur in cruce mori uoluit.* — *Nume.21. & Ioan.3.* — *Gala.1.* — *Roma.10. Gala.7.* — *August. sermo.18. de uerbis Domini. Crux in frõtibus fixa.*

recundiæ: ut de nomine eius fidelis non erubescat, & magis Dei gloriam quàm hominum diligat. Vnde ille qui euãgelium legit, & etiam illi qui audiunt, signo crucis se signant. Post hæc autem tandem Dominus *Iesus*, qui scrutatur corda hominum, cognoscẽs furorem illorum, & malitiam quã iam de eò occidendo conceperant, & uolens eos præuenire, non expectauit ut in opus irent, sed *abijt*, recedẽdo à persecutoribus suis: quia iam non recipiebant eius doctrinam: & *abscondit se ab eis* mitigans illorum inuidiam & furorem: quia nondum uenerat hora pasionis suæ. In quo nobis exemplum dedit, ut cùm de aliquorum malitia nobis constat, etiam antequã patrare opere tentent, fugere debeamus. Abscondit se ab eis, faciem cognitionis suæ eis subducendo: quod excæcationem eorum, & transitum fidei à Iudęis ad gentes significabat. *Et cùm uespera facta esset, egrediebatur* Dominus cum discipulis duodecim *de ciuitate, & redijt in Bethaniam*. ibi mites & iustos de regno Dei docens, in die contra peruersos & malos asperè loquens, eosque pro moribus prauis redarguens, & nos eum in hoc imitari erudiens.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, da mihi ut non solum folia, hoc est uerba & æstimationem iustitiæ: sed ut fructus operum habeam, ne à te unquã maledictionem incurram. Da mihi ut tãquam uerus tuus minister, pro modulo meo te sequar: ut ubi tu es, & ego esse merear. Trahe me post te bone Iesu: non trahat dulcedo seculi, sed trahat me suauitas amoris tui. Sic tecum in cœlo iugiter intentio mea sit, mecum in terra continuè protectio tua. Adhæream tibi inseparabiliter, seruiam tibi perseueranter: quæram te fideliter, inueniam te fœliciter, possideam te æternaliter, rex meus Deus. Amen.*

De duobus filijs, quorum unus in uineam iuit, alius ire neglexit. Cap. XXXII.



Matth.21. & Mar.11.

ET cùm tertio sabbati, hoc est feria tertia, iterum *mane*, reuertendo ad ciuitatem Hierusalem, *transiret* Dominus & discipuli eius circa locum vbi ipse maledixit ficulneæ: *uiderunt* discipuli *arborem aridam factam à radicibus*, id est, fundamentis, quæ erant sacerdotes & scribæ, amplius quàm prima die: & mirati sunt de subita arboris exiccatione. Nec mirum si continuò aruit, quia sermo Domini maledicentis quasi flamma ad radices descendit. *Et cùm uenisset in templum*, id est, in atrium templi, ubi conueniebant homines ad orandũ, & uerbũ Dei audiendũ: ut doceret, oraret, & exẽplũ daret: *accesserunt*, nõ ut docerentur cũ populo, sed ut docentẽ caperẽt in verbo: *ad eum docentem*, id est, dũ doceret, quãdo pręcipuè impediendus non erat, *principes sacerdotum*, quos non excusat ignorantia: *& seniores populi*, à quibus egressa est iniquitas. Secundũ Chryso. Dicebant sacerdotes apud se: nos sumus colũbæ tẽpli, ecce super illum tota recumbit ecclesia: nos sumus quasi tacentiũ scripturarum lingua uisibilis, & ecce ille resonat in medio tẽpli, & nos contẽpti quasi cithara dissipata tacemus: nos fuimus patres, modo iste generat filios, & nos steriles sumus: quasi dicerent, multũ uilificamur. *Accesserunt inquam dicentes: Dic nobis*. q̃a ad officium nostrum pertinet hoc inquirere & scire, *in qua potestate hæc facis?* scilicet an propria, an aliunde tibi commissa? quis tibi dedit hanc potestatem ut ista facias? Quasi dicerent: Quid est quòd eiicis de templo quos uis cùm non sis ostiarius, & doces nobis inconsultis? Quærunt qua authoritate ista facit: quia authoritatem eiiciendi de tẽplo habebãt ostiarij, & docẽdi in templo sacerdotes & legisdoctores ad hoc à principibus sacerdotum assignati, & non alij. Christus autem neutram authoritatem videbatur habere: sed magis usurpare. Subintelligunt enim eum operari per diabolũ, & diaboli esse quod facit: sicut supra dixerunt, quòd in Beelzebub dæmonia eiiceret. Quasi uellent dicere. Secundum Chrysosto. Tu de sacerdotali familia non es: senatus hoc tibi nõ donauit neque Cęsar: in qua ergo potestate hoc facis? nunquid in Beelzebub principe dæmoniorum? Iesus autem oppositioni reddidit oppositionem nõ solutionẽ, quasi clauũ clauo retundens: & qui aperta responsione tentatorum calumniam confutare poterat, prudenter eos interrogat: ut ipsi uel suo silentio uel sua responsione & sententia conuincantur. Calumnians enim melius interrogatione quàm directa ratiocinatione uel responsione ad inconueniens ducitur. Ille namque est optimus modus respondendi & concludendi contra malignantes, quando ex suis proprijs uerbis & responsis arguuntur. Per hoc quoque ostendit Christus quòd malignantibus quales isti erant, non sunt secreta Dei reuelanda: sed eorum malitia prudenter est declinanda. Interrogauit ergo eos *de baptismo Ioannis, unde erat: de cœlo an ex hominibus*, id est, ex Dei præcepto & diuina ordinatione, an ex hominis adinuentione & humana institutione. *At illi*, stupefacti ad interrogationem, *cogitabant intra se*, uiam respondendi: sed non habebant, uidentes ex quacunque responsione suam confusionem. Nam si dixissent baptismum Ioannis de cœlo, id est, ex cœlesti & diuino instituto esse, patenter conuincebantur: quia non crediderunt Ioanni dicenti ipsum Dominum de cœlo uenisse, & perhibenti ei testimonium de potestate. Qui enim credit Ioanni, credit utiq; & Christo: quia Ioannes Christo testimonium perhibuit ipsum prædicando, & Dei filium esse nunciando. Quasi uellet dicere: Ille mihi testimonium perhibuit quẽ confitemini habuisse prophetiam de cœlo, & ab illo audistis in qua potestate hæc facio: quia ille hoc demonstrauit testimonium mihi perhibendo. Si autem dixissent de terra & institutione humana: periculum mortis incurrissent ad populum, ut tanquam blasphemi essent lapidandi: q̃a populus qui pro maio

Chrysosto. ho.39. operis imperf. — *Quæstio de potestate Christi.* — *Luce.11.* — *Chrysosto. ibidem.* — *Calumniãti quomodo respondendum.* — *Baptismus Ioannis unde fuit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri parte Ioannis baptiſmum ſuſceperat, eum ex vita & doctrina ac Chriſti teſtimonio prophetam ſanctum & uerum à Deo miſſum reputabat,& per cõſequens uerba eius & facta à Deo eſſe ſentiebat. Viderunt ergo (ut ait Beda.) Quodlibet horum reſpõ diſſent in laqueum ſe caſuros, timentes ſcilicet plebis lapidationem:ſed magis timentes ueritatis confeſsionem. Et mendaciter dicentibus eis ſe neſcire ait Ieſus: *Neque ego uobis dico:in qua poteſtate hæc facio.* Nõ dico uobis quod ſcio:quia non uultis fateri quod ſcitis. Quia ergo dicebant ſe neſcire quod tamẽ ſciebãt, noluit eis de ſe aperire ueritatem de hoc quod quærebant:& iuſtiſsimè confuſi ſunt. Ex ſua enim tacitur nitate compulſi ſunt à ſua petitione ceſſare. Nam ſecundum Chryſoſto. Mendacia ſi non habent quem decipiant, ipſa ſibi mẽtiuntur. Duabus quippe de cauſis (ſecũdum Bedam) occultatur ueritas: quia autho res minus capaces ſunt ad intelligendum. Vnde dicitur: *Multa habeo uobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modo,* uel quia ex odio & contemptu indigni ſunt quibus aperiatur. Vnde dicitur: *Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos,* & hic utrumque concurrebat. Et tertia cauſa addi poteſt, ſ. aſsiduitas prædicandi: aſsidua enim prædicatio uileſcit. Voluit ergo Chriſtus oſtendere de facto & exẽplo, quòd licet uti cautelis contra cautelas malorum inſidiantium bonis. Vnde dicit Chryſoſtomus: Quòd interrogantem oportet docere, tentantem confundere. Quòd autem aperienda erat ueritas ſuæ poteſtatis & prædicationis alijs & non ipſis, & quare: indicauit per parabolam duorum filiorum, quorum uni pater dixit: *uade in uineam meam, qui reſpondit nolo. Poſtea tamen pœnitentia motus iuit: dixitque alij pater uade in uineam meam, qui reſpondit uado, ſed non iuit.* Homo iſte qui duos filios habuit eſt Deus: ſcilicet pater: qui dicitur homo ratione mãſuetudinis quam ad hominem habuit, qui etiam omnes homines paterno affectu creauit: & cùm ſit natura Dominus, tamen magis uult diligi quaſi pater, quàm timeri quaſi Dominus. Primus filius tempore & origine, non dignitate & Dei cognitione, eſt populus Gentium, alter populus Iudæorum: quia Gentes erant ex tẽpore Noe, Iudæi autem ex Abraham. Operari autẽ uineam eſt facere iuſtitiam, quam generaliter quidẽ in natura omnium hominum Deus plantauit: ſpeciaIiter autem Iudæis eam in libro uitæ dedit, cuius diuerſæ uites ſunt diuerſæ iuſtitiarum ſpecies. *Primo filio,* primũ dixit per naturalis legis impreſsionem & notitiam, *uade operare:* id eſt, in tempore huius ſeculi, fac legis naturalis iuſtitiam quæ eſt: Hoc facias alij quod tibi uis fieri, & quod tibi non uis fieri ne faceris alteri: operare inquam *in uineam,* id eſt in Eccleſiam, extra quam non eſt locus operandi meritoriè. Locutus eſt autem ei non facie ut homo: ſed in corde ut Deus ingerens intellectum ſenſibus: quia nunquam Deus deſtitit homines incitare ad bonum per occultos inſtinctus. Vnde Chryſo. Poſuit Deus ſpiritum ſcientiæ boni & mali in hominibus: ut quotieſcunque, peccamus, ille in ſilentio quaſi factũ noſtrũ accuſet, qui in conſcientia tacite ad animam loquitur dicens: Malum eſt hoc, & hoc bonum eſt. *Ille autem,* ſcilicet primus filius licet in cogitatu ſuperbè, *reſpondit nolo:* quia bonum relinquendo & malum eligẽdo apertè contumax fuit: legi enim naturali non obediuit, & libero arbitrio abuſus eſt. Vnde Chryſo. Quo modo dixit nolo? in cogitatu. Qui habens intellectũ boni & mali relinquit bonũ, & ſequitur malum in cogitationibus ſuis, contra Dominũ reſpondere uidetur: quia nolo: id eſt, contra intellectum ſuũ creatum ſibi à Domino, facit. Hæc Chryſo. Sed poſtea in aduentu ſaluatoris ad prædicationẽ Chriſti & Apoſtolorum, credens, pœnitentia ductus operatus eſt in uinea Dei, & ſermonis contumaciã labore correxit: quia ſummo Deo colla ſubmiſit, & nunc cultu fidei Deo placet. Alteri autẽ filio poſtea dixit (per Moſaicæ legis dationem) uade & operare in uinea mea, & fac iuſtitiæ opera. Qui reſpondit, uado: quia primùm Deo ſeruire uouit, & ſe ad ſeruiendum Deo, per ſuſceptionem legis Moſaicæ, obligauit, dicens Moyſi, Omnia præcepta Domini faciemus: ſed non iuit: & quod ore reſpondit, opere non impleuit, quia in ſeruitio Dei non remanſit, & legem ſuſceptam non obſeruauit, nec non ad idololatriam & ad infinita mala declinauit: & nunc Chriſti cultum negat. Induxit autem hanc parabolam, eos interrogando: ut propria reſponſione illos impietatis miniſtros argueret, & proprio iudicio condemnarentur. Cùm ergo quæſiſſet, quis ex duobus fecit uoluntatẽ patris? & illi reſpõdiſſent, primus: non intelligentes de ipſis dictam parabolam: & neſcientes quia in reſponſione exprimerent condemnationem ſuam: intulit, & ex reſponſione propria eos confutauit, confirmans prolatam ab ipſis ſententiam, & dicens: *Amen dico uobis quia publicani & meretrices* (ſcilicet nõ qui tales ſunt, ſed qui fuerũt, *præcedent uos in regno Dei:* id eſt, in eccleſia militante, per fidem & pœnitentiam: & in triumphante per gloriã: uobis extrà derelictis, per infidelitatem. Primus enim filius, qui fecit uoluntatem patris, dignus eſt miſericordia. Secũdus, quia neglexit, dignus eſt reprobatione & pœna. Quaſi diceret: Non ſolum Gentiles meliores ſunt uobis Iudæis, ſicut & ipſi iudicaſtis: ſed & peſsimi de gẽtilibus, ſcilicet publicani & meretrices, qui inter uos manifeſtè ſunt turpiſsimæ uitæ, erunt maioris meriti apud Deũ quàm uos: quia melius eſt non promittere, & facere iuſtitiam Dei, quàm promittere, & mentiri. Et ſecundum Auguſt. Simulata æquitas duplex eſt iniquitas: & hoc vitium potiſsimè vigebat in ſacerdotibus & Leuitis. Igitur ſecundum Origenem, potes uti parabola ipſa ad eos qui modicum aut nihil promittunt, operibus autem oſtendunt: & contra eos qui magna promittunt, nihil autem uel parum ſecundum ſuam promiſsionem agunt. Nam hodie heu multi, etiam religioſi, non ſolum legis ſcriptæ, ſed etiam legis naturalis iuſtitiam derelinquunt: & ideo non miſericordia cum filio primo, ſed potius pœna cum ſecundo digni ſunt. Vbi Chryſoſtomus. Puto quòd ex perſona omnium uirorum peccatorum, publicani ponantur: & ex perſona omnium mulierum meretricum, meretrices. Quamuis enim multa ſint peccata in uiris & mulieribus, præter iſta: tamẽ præcipuè auaritia in uiris abundat: fornicatio autẽ in mulieribus. Mulier enim quæ in domo ſua ſedet incluſa, facilè peccatum fornicationis incurrit: quia hoc uitium facilè ex uacantia & ocio naſcitur. Nam qui ſollicitudinibus animum habet occupatum, non facilè fornicationi operam dat. Nam diffinitio amoris hæc eſt, animæ uacantis paſsio. Vir autem qui in actibus rerum diuerſarum eſt aſsiduè, auaritiæ peccatum facilè incurrit: in fornicationem autem non facilè, niſi fortè multum ſit laſciuus. Nam occupatio uirilium ſollicitudinum, ſuggeſtionem uoluptatis plerunque excludit. Vnde proprium eſt hoc adoleſcentium nihil agentiũ. Hæc Chryſoſtomus. Deinde ſubiungit cauſam reprobationis Iudæorum, quæ eſt contemptus credendi: quem aggrauat & ſanctitas Ioannis, & exẽplum conuerſionis peccatorum: quia publicanis & meretricibus Ioãni credentibus, & ad prædicationẽ eius pœnitentiam agentibus: ipſi non crediderũt Ioanni, doctrinam eius audiendo, & opera eius imitando: qui uenit ad eos in uia iuſtitiæ: quia opera perfectionis faciebat, & Chriſtum (qui eſt ipſa iuſtitia) annunciabat. Et non ſolum hoc non fecerũt: ſed nec poſtquam publicanos & meretrices credẽtes & pœnitentes uiderunt, confuſi ſunt, aut cõpuncti, ut crederent: uel illorum exemplum ſequerentur, quibus ipſi exemplũ eſſe debuerãt: ex quo ſequitur aggrauatio peccati ipſorum: quia nec præcedere, nec ſequi illos in fide & pœnitentia uoluerunt. Laici etiam & ſacerdotes, duo filij poſſunt intelligi: & populus, prior filius: & ſacerdos, ſecundus. Vnde Chryſoſtomus: Duos etiam filios dicit: laicorum conditionem, & ordinem ſacerdotum. Quis eſt prior filius? Populus. Prior enĩ populus creatus eſt: deinde ſacerdotes, qui regerent populum. Non enim populus propter ſacerdotes creatus eſt: ſed ſacerdotes, ꝓpter populũ. Deniq; populus Dei, ex tẽpore Abrahæ cœpit: ſacerdotes autem, de tempore Aaron. Et populares per hoc ipſum quòd ſingularem ſuſcipiũt uitam, denegare uidentur obedientiam Deo. Sacerdotes autem magis uidentur obediẽtiam promittere Deo: præcipuè per hoc ipſum, quòd ſpecialiter in miniſterio Dei cõſtituuntur. Nam qui doctor populi cõſtituitur: ſine dubio profitetur talem ſe fore, qualem oportet eſſe doctorem Sacerdos, & omnis clericus, & ſi ſpecialiter non promittat: tamẽ per hoc ipſum quòd doctor conſtituitur aliorum, tacitè promittere Deo uidetur in omnibus obauditurũ ſe Deo. Et melior eſt laicus, qui in prima facie ſeculariẽ profitetur uitam, reuera autem ſtudet uiuere ſpiritualiter: quàm ſacerdos, qui in prima quidem facie profitetur uitam ſpiritualem, reuera autem complectitur uitam carnalem. Et melior eſt laicus ante Deum pœnitentiam agens, quàm clericus permanens in peccatis: Laicus autem in die iudicij ſtolam ſacerdotalem accipiet: ideo & in chriſmate ſic unguntur omnes ſicut in ſacerdotio: ſacerdos autem peccator, ſpoliatus ſacerdotij dignitate quam habuit, erit inter infideles & hypocritas. Vnde & modo ſecularis homo poſt peccatum facilè ad pœnitentiam uenit. Nam occupatus negligẽtia ſeculari: dum ſcripturis non ſatis attendit, ſemper quæ in ſcripturis poſita ſunt noua ei uidẽtur: ideoq; cùm audierit aliquid de gloria ſanctorum, aut de pœna peccatorum, quaſi nouum aliquid audiens expaueſcit: & dum bona concupiſcit, aut mala timet, compunctus ad pœnitentiam citò recurrit. Nihil autem impoſsibilius, quàm illum corrigere qui ſcit omnia: & tamen contemnens bonum, diligit malũ. Omnia enim quæ ſunt in ſcripturis, propter meditationem quotidianã ante oculos eius inueterata & uilia æſtimantur. Nam & quicquid terribile eſt, uſu uileſcit. Propterea clericus, q. ſemper meditatur ſcripturas: aut omnino obſeruaturus eſt, & erit perfectus: aut ſi ſemel cœperit illas cõtemnere, nunquam excitatur in illis ut timeat. Quis aliquando uidit clericum citò pœnitentiam agentem? Et ſi deprehenſus humiliauerit ſe, non ideo dolet quia peccauit: ſed confunditur, quia perdidit gloriã ſuam. Putaſne Dominus, quaſi crudelis, clericis pœnitentiam denegauit, dicẽs: *ſi ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur?* Sed quaſi naturale eſſe cõſiderans: quia non eſt qui doceat illum errantem, qui errantes alios corrigebat. Ideo, non dico populares, quia ſecundum rationem uerbi uitam ſuam diſpenſant: ſed publicani & meretrices, qui deſiderijs mundialibus & uoluptatibus carnalibus ſeipſos mancipauerunt, præcedent uos in regno Dei: quia illi conuerſi deſinunt eſſe quod erant, uos denegatis in opere, quod uidemini profiteri in uerbo: tanquam arbores folia ſine fructu habentes: non paſcentes Dominum ſuũ, ſed deludentes. Hæc Chryſoſtomus. Per primum etiam filium, qui primò renuit patris præceptum, ſed poſtea fecit: ſignificantur peccatores, qui malè uiuendo Deo ſeruire negant: ſed poſtea pœnitentes uiriliter operantur. Per ſecundum uerò filium, qui facere uoluntatem patris promiſit, & non fecit: ſignificantur illi qui operari uirtuoſè promittunt, ſed non faciunt: de quibus ſunt multi religioſi, profitentes ſeruare magna, ſcilicet euangelica conſilia: cùm tamen non ſeruent etiam præcepta: propter quod ſecularis, etiam peccatores tamen poſtea pœnitentes, eis coram Dño præponuntur, cùm dicitur: *quia publicani & meretrices præcedent uos in regno Dei.* Nullus ergo peccator diffidat, nullus iuſtus præſumat: cùm peccatores per pœnitentiam quandoque alios in regno Dei præcedant.

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, doctor bone, da mihi ueritatem corde credere: & ore atque opere, prout oportet, confiteri: malignorum ſpirituum & hominum cautelas, & aſtutias ſapienter declinare. Da mihi legis naturalis, cordibus noſtris impreſſæ, & legis ſcriptæ in libris nobis datæ, iuſtitiam facere, & tuam in omnibus uoluntatem adimplere: ut non cum ſecundo filio pœnam, ſed cum primo miſericordiam apud te merear conſequi: ac cum uerè pœnitentibus gratiam in eccleſia militante, & gloriam in triumphante miſericorditer inuenire. Amen.*

De locatione uineæ, & ſanguinarijs uinitoribus. Cap. XXXIII.



AD idem propoſuit eis aliam parabolam de hoſte patrefamilias, *qui plantauit uineam: & circundedit ei ſepem, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis* ſeu colonis: *& peregrè profectus eſt.* Illi autem ſeruos ſuos ad recipiendum fructus miſſos malè tractauerunt, & occiderunt: & nouiſsimè filium

Beda in c. 11. Marci.

Chryſoſto. ho. 39. operis imperf. Beda ibid. Veritatis occultandę cauſę.

Ioan. 16. Matth. 7.

Chryſoſto. ho. 39. operis imperfecti.

Filiorum duorum parabola.

Chryſoſto. hom. 13. ad popu. Antioch.

Chryſoſto. ho. 40. operis imperf.

Exod. 24.

Chryſoſto. ibidem.

Publicani & meretrices.

Auguſti. Pſal. 63. Origenes tract. 18. in Matt.

Chryſoſto. ho. 40. operis imperf.

Virorũ & mulierum præcipua peccata. Amoris cauſa. Amoris deſcriptio.

Luc. 14.

Secularibus facilis ad pœnitentiã conuerſio, clericorum difficilis.

Matt. 21. Mar. 12. et Luc. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

filium missum hæredem cognoscentes, & hæreditatem habere uolentes, apprehenderunt: & extra uineam eijcientes etiam occiderunt. Et interrogati qd faceret Dominus uineæ colonis illis, dixerunt: *Malos malè perdet, & uineam suam locabit aljs agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis: quibus ipse dixit quia auferretur ab eis regnum Dei, & daretur genti facienti fructus eius.* In hac parabola describit multipliciter malitiam & ingratitudinem Iudæorum, quibus Deus patersamilias qui natura Dominus, benenolè tia pater homo mansuetudine, non natura similitudine, non ueritate: multa beneficia contulit quia domus Israel & synagoga uinea est, ex electis personis patriarcharum & prophetarum, sicut ex uiribus optimis quam de Aegypto transtulit, & in terra promissionis *plantauit*, cui *sepem circundedit*, custodiam quidem triplicem, scilicet angelicam super muros Hierusalem: & humanam, scilicet protectionem bellicorum uirorum: & terrenam, scilicet munitionem murorum: *& fodit in ea torcular*: id est, legem iustitiæ, timorem comprimentem, & malos torquentem & hoc fodit signis, minis, & promissis: *& ædificauit turrim*, scilicet templum ad cultum Dei: quod dicitur turris, propter altitudinem ædificij, propter securitatem refugij, pp dignitatē pri uilegij, respectu aliarū nationum: *& locauit eam agricolis & operarijs*, s. sadotibus & principibus, qui debent extirpare uitia tanquam spinas, & inserere uirtutes tanquā bona semina, ac seruare cultum diuinum, & iustitiam in hominibus: *& peregrè profectus est*: non loci mutatione, quia Deus est ubique, sed quia uinitoribus liberum arbitrium reliquit: uel propter longanimitatē, quam in expectando ut à peccatis conuerterentur habuit, uel propter ipsorum negligentiam: quia secundum Ambro. Qui ubique præsens est, diligentibus præsentior, & negligentibus absentior est. *Cùm autem tempus fructuum appropinquasset*, quia post legem susceptam debebant facere fructum bonorum operum *misit seruos suos*, id est, primos prophetas *ad agricolas*, id est, ad reges & sacerdotes principaliter, & ad alios subiectos eis consequenter: *ut acciperent fructus*, per prædicationem suam eos ad fructum bonorum operum reducendo: *& agricolæ apprehensis seruis*: quia multi reges & sacerdotes prophetas sibi missos à Domino turpiter comprehendentes, *malè tractauerunt & occiderunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus*, multiplicando scilicet prophetas ad populi correctionem, *& fecerunt eis similiter*: quia ipsi ingrati Deum inhonoraverunt, & similiter illos prophetas persecuti sunt & interfecerunt. *Sed nouissimè*, id est, in ultimis temporibus *misit filium suum*, pro nobis incarnatum, quem hæredem uniuersorū & principem & cognoscentes, *eiecerunt extra uineam*, negādo: uel quia extra portam Hierosolymorum occiderunt crucifigendo, *uolentes habere hæreditatem*, & tēporalem scilicet possessionem: *cogitabant enim intra se*, si istum populus habeat Dominum, necesse est ut amittamus consuetudinem hostiarum quæ ad nostrum parata est lucrum: si autem occidemus eum, sic semper tenebitur consuetudo offerendarum hostiarum: & sic fiet nostra possessio, & erit nostra hæreditas. Venit autem Dominus ad iudicandum, & istud factum uindicandum, quando ex eius ordinatione uenit contra eos exercitus Romanorum: & malos malè perdidit, quando ciuitatem & templum per Romanos destruxit, ac populum occidi & captiuari fecit. Vel hæreditas Christi, est ecclesia, quam

Iudæorum ingratitudo & malitia.

Ambrosius in cap. 20. Lucæ.

Ecclesia est hæreditas Christi.

A Iudæi præcipu è moliebantur: dum fide eius extitit a iustitiam quæ ex lege est persuadere gentibus conabatur. Hæc fecerunt, ut sic ingrati malitmalè perdantur, & meritò damnentur: & ab eis regnum Dei, scilicet Christus, scriptura sacra, seu scripturarum intelligentia, fides, ecclesia, & uita æterna auferatur: & hoc pertinet ad Iudæorum reprobationem: sed quod sequitur, pertinet ad gentilium conuersionem: & uinea ecclesiæ locetur aljs agricolis: quia ecclesiā suam Christus regendam tradidit apostolis, & aliis discipulis: *qui reddant ei fructum temporibus suis*: quia ad prædicationem eorum credidit multitudo gentium: uel regnum cœlorum detur aliis, scilicet gentibus ab Oriente & Occidente, ab Austro & B Aquilone uenientibus: qui facient fructum cordis, credendo & oris, confitendo: & operis, seruiendo: & corporis, patiendo: *& recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno Dei*: & ipsi Iudæi, *eijcientur in tenebras exteriores*. Mysticè totum potest exponi de ecclesia, hoc modo: quia *homo*, id est Christus, *plantauit uineam*, id est ecclesiam sanguine suo, & de latere suo formatam: in qua tot sunt differentiæ palmitum, quot differentiæ hominum: *& circundedit ei sepem*, id est, euangelicam doctrinam, uel angelorum custodiam: *& fodit in ea torcular*, id est crucem Christi, uel marttyrum patientiam: *& ædificauit turrim*, scilicet matrem Christi, uel contemplationem Christi confessorum & doctorum, uel fidem C de qua ecclesia se defendit contra hostes: *& locauit eam agricolis*: id est, prælatis, quorum uariis ministeriis regitur & gubernatur: *& profectus est*, ut supra exponitur: *& misit seruos*, id est, bonos ad arguendum malos: *& aliquos cæciderunt, & alios occiderunt*, ut patet de multis. Deinde mittitur Christus filius inuisibiliter à patre, quando aliquem instigat ad bonum: sed aliqui sunt ingrati, eius instinctum non solum repellentes, sed etiam pessimè agētes: propter quod, quantum in eis est occidunt eum. De quibus dicit apostolus: *Rursum crucifigentes filium Dei*, & sic ex Dei iustitia perduntur, & uinea aliis locatur, cùm eorum loco boni surrogantur. Potest etiam per uineam istam intelligi anima rationalis, homini per D Deum locata: quia ad hoc infunditur corpori, ut ipso mediante fructum bonorum operum faciat: & multa merita acquirat, quæ bona facta per hominem, sunt tanquam uites. Et in quolibet bono hominis, siue sit bona cogitatio, uel bona operatio, uel locutio, crescūt quinque uuæ: quarum quatuor remaneant homini, quinta uerò debetur Deo: quæ uuæ sunt cordis iocunditas, culpæ remissio, æternæ mortis uitatio, æternæ gloriæ acquisitio, quinta uua est gloria Dei: istā non nobis, sed Deo dare debemus. Potest insuper exponi de religione, cuius fundatio est maximè in triplici uoto, quod dicitur diuina plantatio: sepes, regula & constitutiones: torcular, lectio E & studium scripturæ: turris, prædicatio: agricolarū locatio, prælatorum præfectio est: fœlices qui bene colunt, & non negligunt: augent, & non diminuūt: conseruant, & non destruunt. Quilibet etiam nostrū de populo est uinea, & idem est etiam cultor: quilibet enim nostrum colit seipsum. Vnde Hieronymus: Locata est autem nobis uinea, & locata est ea conditione, ut reddamus fructum Domino temporibus suis: & sciamus unoquoque tēpore quid oportet nos uel loqui, uel facere. *Principes autē sacerdotum, & scribæ, & Pharisæi*, cognoscentes quòd de ipsis dixerit parabolam istam, *uoluerunt eum* quasi mendacem

Mystice, Ecclesia.

Vinea, Religio.

Hieron. in cap. 21. Matthæi.

dacem *tenere*, ad occidendum: sed diuinæ reuerentiæ humanum timorem præferentes, *& timentes turbas*, non processerunt in factum: *quoniam* turbæ, *sicut prophetam habebant eum*. Sed quem nūc turbæ quasi prophetā habent, & colunt: postea contra ipsum crucifige, crucifige eum clamant: quia turba mobilis est nec in proposita uoluntate persistens. Vbi Chryso. Omnis homo malus, quantum ad uoluntatem suam, & mānus suas mittit in Deum, & occidit eum. Qui enim Deum ad iracundiam excitare non dubitat, qui præcepta eius conculcat, qui nomen eius contemnit, qui blasphemat: qui murmurat contra Deum, & turbato uultu aspicit contra cælum: qui in ira sua manus audacter subleuat contra eum: nonne si posset fieri B manus mitteret in Deum, & occideret eum, ut iam licenter peccaret? Vide nunc obstinationem pontifi cum, & maiorum, in malo: quia audientes doctrinam Christi, nō fuerunt contriti: sed magis ex hac indignati, & ad occidendum eum incitati. Multi sunt tales hodie, qui indignantur quando reprehenduntur: quia pauci sunt qui ueritatem suæ correctionis uelint audire, imò & persequuntur reprehēdentes eos pro ipsorum salute. Vide etiam quomodo pontifices & maiores retrahebantur à malo propter populum, cùm tamen deberet esse per contrarium. Hæc plebs quasi asina Balaam fuit, quæ ipsum errantem corripuit. Hoc quotidie geritur in ecclesia, cùm quilibet solo nomine fatetur eam quā non diligit ecclesiasticæ fidei & pacis unitatem: sed erubescit uel timet impugnare propter bonorum multitudinem. Sed licet ab occidendo Dei filio ad modicum, donec ueniret hora eius, timore humano potuerunt retardari: nūquam tamen diuino amore uoluerunt cohiberi. Præ dicationem enim Christi contemnentes, propter cupiditatem temporaliū, conspirauerunt in ipsius mortem, ne perderent ciuitatem & templum: in quo quidem templo hauriebant pecuniam populi sub obtentu cultus diuini. Vnde occiderunt filium, ut haberent hæreditatem, & pacificè possiderent templum & ciuitatem: ne occasione eius Romani uenirent, & eis locum & gentem auferrent: cōtrarium tamen eis accidit, quia in uindictam mortis Christi & locum D & gentem perdiderunt. Vbi Chrysostom. Quandoque igitur detentus, per medios eos transiit, non apparens: quandoque autem apparens, dolentem eorum concupiscentiam detinet: hi autem neque sobrij fiebant, neque uerecundabantur: ita semel eos dilectio principatus, & uanę gloriæ repleuit cupido, & præsentia petere. Nihil ita aduersus proximum caput impellit, & in præcipitationes fert, & nihil ita facit à futuris excidere, sicut affixum esse tēporaneis. Nihil ita facit & his potiri, sicut omnibus illa præhonorare. *Quæritе enim (ait Dominus) regnum Dei, & omnia adijcientur uobis*. Neq; ita sollicitus sis de tuis, E sed dimitte ea Deo: si enim tu inde sollicitus fueris, ut homo sollicitus eris. si autem Deus prouiderit, ne sollicitus sis de eis, dimittens spiritualia quæ maiora sunt: quia ipse non ualde eis prouidebit: ut igitur ualde eis prouideat, ei soli omnia concede. Si enim & ipse ea attrectaueris, dimittens spiritualia, non multam ipse eorum faciet prouisionem. Vt tibi igitur hæc bene omnia disposita sint: & à sollicitudine eripiaris uniuersa: adhæreas spiritualibus, despice secularia. Ita enim & terram habebis cum cœlis: & futuris bonis participabis. Hæc Chrysostomus. Hæc per Chrysostomum, iam dicta maxime & præcipuè ad monachos spectant, de quorum uita idem Chryso-

Chrysosto. ho. 40. operis imperf.

Num. 22.

Terrenorū cupiditas. Matt. 6.

Chrysosto. hom. 69. in Matt.

Chrysosto. hom. 69. in Matthæū.

stomus hoc loco narrat: eamque ad secularium uitā comparat, dicens: Quæ uidetur ita onerosa esse uita & difficilis, eam quæ monachorum est dico, & cruci fixorum: multum hac quæ uidetur esse mitis & mollis, dulcior est & delectabilior: & tantum est mediū, quanta est portus & pelagi continuè à uento percussi differentia. Intuere autem à conuersationibus confestim primordia tranquillitatis. Foros enim & ciuitates, & eos qui in medio sunt tumultus fugientes, uitam quæ est in montibus elegerunt, quæ nihil habet commune ad præsentia: & iam quæ sunt regni illius meditantur in silentio, & quiete multa: & cum omnibus his Deo sunt cōiuncti: quoniam opus monachorum habebat Adam ante inobedientiā, opus est eis id quod erat & Adæ ante peccatum, quando gloriam illam indutus erat: & Deo cum libera præsentia copulabatur: & regionem illā quæ multa erat plena puritate habitabat. Quo enim hi deterius illo sunt dispositi, quando ante inobedientiā positus est operari paradisum, nulla cura erat ei secularis, sed neque his Deo loquebatur cum pura conscientia, hoc & hi: & multo ampliorem habent liberam præsentiā illam, quanto & maiori potiuntur gratia per Dei largitionem: hi orbis terrarum luminares, surgentes à lectulo clari & lætantes, & chorum unum statuentes, in præclara conscientia consonant: uniuersi sicut ex uno ore hymnos ad uniuersorum canunt C Deum, laudantes eum, & ei gratiam pro omnibus soluentes pro proprijs & communibus beneficijs. Quare, si uidetur, Adam dimittentes interrogamus, quo ab angelis hic distat chorus, qui in terra cantant, & dicunt: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis*. Deinde postquam cantica illa dixerunt, genua flectentes Deum quem hymnis laudauerunt, rogant & petunt, præsentium quidem nihil: nulla enim eis horum est cura: stare autem cum libera præsentia ante terribile tribunal, cum uenerit iudicare uiuos & mortuos unigenitus filius Dei, & nullum audire illā terribilem uocē quæ dicit nescio uos: & cum pura cōscientia, & multis directionibus laboriosam hanc expleant uitam, & difficile nauigent hoc pelagus cum traquillitate. Deinde surgentes, & perficientes iam sanctas illas & continuas orationes oriente radio, ad opus adit unusquisque, multum stipendium egentibus hinc congregantes. Magnus est illic qui uile opus rapit. Non est ibi meum & tuum: sed abiectum est inde hoc uerbum, quod decem milium est causa præliorum. In nullo eorū tabernacula deterius cælis disposita sunt: etenim angeli descendunt ad eos, & angelorum Dominator. Et mensa apud eos est ab omni auaritia munda, & philosophia plena. Non sanguinum torrentes sunt apud eos: neque carnium incisiones, neque dulcamina, neque uapor coctorum indecenter implens odoratum, neque fumus inconueniens, neque cursus & tumultus, & turbationes, & clamores aggrauantes, sed panis & aqua: hæc quidem ex fonte puro, ille autem à laboribus est iustis. Si autem & aliquid munificentius comedere uoluerint, extremitates arborum: hæc munificētia fit, & maior hęc delectatio quàm in regalibus mensis. Angelorū est hæc mensa ab omni turbatione eruta. Et sedile eis fœnum simpliciter supponitur, sicut in eremo prandens Christus fecit. Multi autem neque tegmen hîc faciunt, sed pro tecto cœlum habent, & lunam pro lumine lucernæ, non indigentes oleo, neque ministro: sol desuper ipse dignè lucet. Hanc & angeli mensam

Monachorum & secularium institutа quantum differant.

Luc. 2.

Matt. 7. d

de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de cœlo contemplantes lætantur & exultant, hæc igitur scientes & deponentes auaritiam uniuersam: inuadamus superius, cum studio uniuerso regnum rapientes, ut & futuris fruamur bonis. Hæc Chrysostomus.

ORATIO.

DOMINE *Deus paterfamilias omnipotens, qui uineam ecclesiæ tuæ prælatis locasti ad colendum: ut uitia tanquam spinas extirpando, & uirtutes tanquam bona semina inserendo, fructum in se, & subditis facerent bonorũ operum: da propitius omnibus & prælatis, & singulis subditis ut fructum cordis, oris, & operis tibi reddant: & ubertate fructum maiestati tuæ placeant: ac tandem post laborem præsentis uitæ, cum electis tuis, qui bene & fideliter laborauerunt in regno tuo, te miserante requiescant. Amen.*

De inuitatis ad nuptias, & non habente uestem nuptialem. Cap. XXXIIII.



ET quia maiores Iudæorũ, intelligentes de se dici parabolas, quærebant Dũm tenere & occidere, hanc eorum sciens uoluntatem: nihilominus increpat sæuientes, nec timore superatur, quo minus arguat peccatores. Hinc habes argumentum, ꝙ si prædicatio tua non fuerit semper consecuta effectuum, non ideo desistas à prædicatione & redarguione: maximè si spes est tibi de eorũ, quos prædicas, correctione. Quia igitur ostenderat ꝙ regnũ auferet à Iudæis, & dabitur genti facienti fructus eius: ideo subiungit nunc parabolam de inuitatis ad nuptias regis, quas fecit filio suo: quorum quidam uenire neglexerunt, quidam verò missos contumelijs affectos occiderunt: & de alijs bonis & malis uocatis qui uenerunt, & ad nuptias intrauerunt, hanc parabolam inducit, ut Dei longanimitatem, & patientiam multam ad Iudæos ostendat, quos præ cæteris honorauit: & primò ad nuptias filij sui uocauit: cui carnem nostram, & ecclesiam desponsauit: & ut reprobationem Iudæorum, & uocationem gentium demonstraret. Quia enim Iudæi ad fidem uocati uenire noluerunt: meritò ipsis reprobatis, alij introducti sunt, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium, quia fides catholica diffusa est per orbem uniuersum. *Simile est regnum ergo cælorum homini regi*, id est, negocium

Matt. 22. & Luc. 14.

Parabolę finis.

Iudæi ad nuptias uenire noluerunt.

A præsentis ecclesiæ: seu factum in ecclesia militante circa Christum: simile est negociũ quod potuit fieri per hominem regem in celebratione nuptiarum. Iste homo rex est Deus pater, qui dicitur rex: quia regnat in cœlo per gloriam, in mundo per gratiam, in inferno per iustitiam. Et dicitur homo propter conformitatem, quæ est inter Deum & hominem. *Qui fecit nuptias filio suo* triplices. Primas celebrauit in uirginis utero, in copulatione diuinæ naturæ & humanæ: de quibus dicit Grego. ꝙ nuptiarum thalamus, fuit uterus uirginalis. Secundas fecit in mundo, in coniunctione Christi & ecclesiæ: de quibus dicit Apostolus: *Sacramentum hoc magnum est: ego dico, in Christo, & in ecclesia.* Tertias fecit in fideli amico, in coniunctione gratiæ & fidelis animæ: de quibus Osee: *Sponsabo te mihi in fide.* Aliæ sunt nuptiæ cœlestes, in quibus & multa fercula apponẽtur, secundum Augustinum: scilicet uita, salus, & uirtus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & oĩa bona. *Et misit seruos suos* præcedentes, scilicet prophetas *uocare inuitatos ad nuptias*, per scripturas legis, in qua est promissio de incarnatione Christi, scilicet ipsos Iudæos: *ad nuptias*, id est, ad fidem incarnationis Christi: promissam in patriarchis, figuratã in lege, prædicatã in prophetis: prophetæ namq; clarius denunciauerunt ea de Christo, quæ obscurius posita erant in lege: hortabantur enim populũ Iudaicum expectare Christi aduentũ, ac per fidem & opera tendere ad ipsum: & nolebant uenire credendo scripturis inuitantibus, obediendo seruis uocantibus, congaudendo nuptijs regalibus. *Iterum sit alios seruos* sequentes, scilicet Ioannem Baptistam, & apostolos, *dicens: dicite inuitatis* scilicet Iudæis uocatis à tẽpore Abrahæ: *Ecce prandium meum parauí*, id est mysterium incarnationis impleui, ac sacramenta ecclesiæ & doctrinam Christianam, quibus reficiatur anima, disposui: *tauri mei*, scilicet patres ueteris testamenti, qui sub iugo legis laborabãt, & inimicos cornibus uentilabant: *& altilia*, quasi altilia, ab alendo dicta, scilicet, patres noui testamenti pinguedine charitatis saginati, pennis uirtutum alati, ad superna mente erecti, *occisa sunt*: quia sancti occiduntur pro salute populi: *& omnia parata sunt*: quia quicquid quæritur ad salutem, iam adimpletum est in scripturis: uel omnia quæ pertinent ad mysterium nostræ redemptionis, uel introitus regni, est per fidem meæ incarnationis apertus, qui antè fuerat clausus: *uenite ad nuptias* credendo, diligendo, operãdo. *Illi autem neglexerunt*, quia Iudæi prædicationẽ Christi & apostolorum contempserunt: nam pauci, cõparatiuè, de Iudeis crediderunt. Neglexerunt quidẽ, quia Dominum non timuerunt: qui enim Dominũ timet, nihil negligit. *Et abierunt alius in uillam suam, & alius negociationem suam* ambitione seculi tanquam uillæ Domino detenti, & ob pecuniæ cupiditatem negociatione occupati. Vbi Chrysostomus: O miserimus mundus, & miseri qui eum sequuntur: semper enim mundialia opera homines excluserũt à uita: *Reliqui uerò tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt*, quia Ioãnes Baptista est ab eis incarceratus & occisus: nec non Stephanus & Iacobus & alij discipuli: & similiter multi in testamento ueteri: quia quod est grauius, nonnulli uocati gratiam non solum respuunt, sed etiam persequuntur. *Rex autem cùm audisset iratus est*, quia à Domino meritò protalibus sunt puniti: *& missis exercitibus suis*: scilicet Romanorum, sub principibus Tito & Vespasiano, qui ex diuina ordinatione uenerunt contra Hierusalem

Deus rex.

Nuptiæ triplices.

Gregorius hom. 38. in euang.

Ephes. 5.

Osee 2.

Chrysostomus ad opus imperf.

lem quadragesimo secundo anno post Christi passionem *perdidit & homicidas illos*, qui in ultionem sanguinis Christi, & suorum discipulorum ab exercitu Romanorum sunt trucidati & captiuati: *& ciuitatem illorum succendit*: quia tunc Hierusalem est succensa, & templum in ea. *Tunc ait seruis suis*, scilicet apostolis & discipulis per diuinam reuelationem: *nuptiæ quidẽ paratæ sunt*, id est mysteria Christi impleta sunt: & omne sacramentum incarnationis, & humanæ dispẽsationis iam peractũ est, & completum: ut natiuitas, prædicatio, passio, & huiusmodi: *& qui inuitati erant* per legem, per prophetas, per Apostolos, scilicet Iudæi *non fuerunt digni*, propter suam incredulitatẽ. *Ite ergo ad exitus uiarum*, id est ad Gentiles, extra uiam errantes, & dispersiones gentium: *& quoscunque inueneritis*, id est cuiuscũque sexus uel ætatis, cuiuscunq; status uel dignitatis, cuiuscũque professionis uel cõditionis, sine acceptione personarum, *uocate ad nuptias*: id est ad fidem incarnationis: quia nullus uolẽs fidem Christi recipere, est repellendus. *Et egressi serui cõgregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos*: quia in ecclesia militante admixti sunt mali cũ bonis: *& impletæ sunt nuptiæ discumbentium*, quia ut prædictũ est)' fides catholica diffusa est per orbem uniuersum: uel *impletæ sunt* & quantum ad numerũ, & quãtum ad meritum, & quantum ad præordinationem diuinam, quod erit in fine mundi, quando complebitur numerus electorum. *Intrauit autem rex*, scilicet Deus, ad iudicium: tota enim trinitas iudicabit: id est reddet unicuiq; pro meritis, ut uideret discũbentes: id est, in fide quiescentes: attendendo scilicet uitam fidelium, & discernendo merita & demerita eorum: fideles enim pertinent ad iudicium: nam *qui non credit, iam iudicatus est*. Intrat autem dupliciter, scilicet generaliter in in futuro iudicio, & specialiter in morte cuiuslibet hominis. Et nota ꝙ discumbere in nuptijs Christi, est sacramentis ecclesiæ participare, fidem Christi habere, & beneficiis Dei atque gratiis eius perfrui. *Et uidit ibi hominem*, id est totum cœtum malorum, qui in malitia sociati sunt in unum, *non uestitũ uestem nuptiali*, id est habentem fidem Christi, non opera. Nam secundum Hieronymũ. Vestis nuptialis præcepta sunt Domini, & opera quæ complentur ex lege, & euangelio nouique hominis afficiunt uestimentum. Iste homo habens fidem sine operibus, ad nuptias ecclesiæ portat os & dentes: obmittens uitæ compositionem & mores. Vel *non uestitum uestem nuptiali*, id est habentem fidem sine charitate. Dicitur autem charitas uestis nuptialis, quia tegit turpitudinem peccatorũ: quia protegit à frigore tentationũ, quia ornat munere donorum & uirtutum. Et ut dicit Augustinus: Diuidit inter filios regni & perditionis. Vbi Gregorius: Rectè charitas nuptialis uestis uocatur, quia hanc in se conditor noster habuit, dum ad sociandæ sibi ecclesiæ nuptias uenit. Qui ergo per charitatem uenit ad homines: eandem charitatem innotuit uestem esse nuptialem. Sciendum uerò est, quia sicut in duobus lignis, superiori uidelicet & inferiori, uestis texitur: ita in duobus præceptis charitas habẽtur in dilectione scilicet Dei, & in dilectione ꝓximi. Duo ergo necesse est, ut charitatis præcepta custodiat, quisquis habere in nuptiis uestem nuptialem curat. Quatenus nec ex compassione proximi, contemplationem relinquat Dei, nec plusquam debet inhærens contemplationi Dei, compassionẽ abiiciat proximi. Sciẽdum quoque est ꝙ ipsa dilectio proximi in duobus præceptis sub diuiditur: cùm quidam sapiens

Hieron. in cap. 22. Matt. Vestis nuptialis.

Charitas, uestis nuptialis dicitur.

Augustin. tractatu 5. in epist. 1. Ioan. Gregorius hom. 38. in euangelia.

Ioan. 3. e

A dicat: Omne quod tibi oderis fieri, uide ne alteri facias: & ꝓ semetipsam ueritas prædicat dicens: *quæcunque uultis ut faciant uobis homines, & uos eadem facite illis.* Charitas autem uera est, cùm & in Deo diligitur amicus, & propter Deum diligitur inimicus. Magna sunt hæc, alta sunt hæc, & multis ad exhibendum difficilia: sed tamẽ ista est uestis nuptialis. Quisquis hãc recumbens non habet: iã sollicitus metuat ingrediente rege, quando mittatur foras. Hæc Gregorius. *Et ait illi*, Vnumquenque hominem in iudicio particulari, cùm moritur uniuersorum iudex interrogat, quomodo in fide Christiana se habuerit: sed in fine mũdi loquetur toti humano generi: *Amice* fidei participatione, sed non operatione: debiti obligatione, B sed non solutione: nomine, nõ re: uocatur ergo peccator amicus, propter fidem informem: quæ notitia quædã est, & Dei donum, licèt non sufficiat ad salutẽ. Vocatur etiã amicus, propter naturam, qua ad imaginem Dei est factus: uel quia fuit inuitatus. *Quomodo huc intrasti* inter congregationem, scilicet fidelium sacramenta ecclesiæ suscipiendo, fidem ecclesiæ confitendo, *non habens uestem nuptialem?* scilicet opera, sine quibus fides est mortua: uel *uestem nuptialem* scilicet charitatem: quia absque taliueste nemo ad communionem fidelium debet accedere: quoniam dignũ est, ut conuiuantes ipsi sponso in habitu sint conformes, qui uestẽ induit charitatis. Charitas dicitur uestis: tum quia operit delicta, tum quia calefacit desideria, tũ quia sine ea non placent Deo opera nostra. C Dicitur autem nuptialis: quia matrimonia fiunt propter amicitiam reformandam, confirmandam, & augendam. In matrimonio igitur filij Dei, ꝙ fecit cum natura humana, amicitia inter Deũ & nos est reformata, perpetuò confirmata, & etiam augmentata. Et nota ꝙ existentium in nuptijs Christi, plurimi sunt induti sacco auaritiæ: aliqui sunt induti purpura superbiæ: aliqui auro inanis gloriæ: aliqui pellibus ouiũ simulatæ iustitiæ: aliqui armis iracundiæ: aliqui habẽt uestimentum sordidum peccato luxuriæ: aliqui laceratum dissecatione inuidiæ: aliqui incompositum negligentia accidiæ: aliqui molli intuitu complacentiæ, aliqui nimis affluentes, uoracitate gulæ. De quibus omnibus in Sophonia dicitur. Visitabo super omnes qui induti sunt ueste peregrina. *At ille obmutuit*: propter timorem accusationis, propter erubescentiam iniquitatis, propter ignorantiã excusationis præ confusione non habens qui responderet: quia Deo nullus respondere potest: sed propria arguente conscientia conuincitur, & mutus afficitur. Per hoc ꝙ ille obmutuit, monstratur ꝙ in illo ultimo examine omne genus excusationis cessabit. *Tunc dixit rex ministris*, id est, Angelis, diuinę iustitiæ executoribus: uel isti ministri sunt maligni spiritus, qui deputati sunt ad pœnam damnatorum: quia secundũ Origenem: Meritò ipsi sunt pœnæ authores, qui fuerunt culpæ suggestores: *ligatis manibus & pedibus*, id est ablata potestate bene operandi, & ad salutem reuertendi, ac gratiam recuperandi (Vel pedes sunt facultas liberi arbitrij, manus uerò sunt potentia operis: & utrunq; est ligatũ in damnatis) *mittite* & proiicite eum, sic ligatum, *in tenebras exteriores*, à uisione Dei: & quia sunt extra omnem diem, & extra ambitum diuinæ misericordię. Vel *exteriores*, id est corporales, & localiter extra ipsũ positas: quia habuerat in seipso, dum hîc uiueret, interiores: id est mentales. Tenebræ enim ignorantiæ, ducunt ad tenebras culpę: & hæ ad tenebras pœnæ. Vnde secundum Gregorium: Interiores tenebras, dicimus

Dilectio proximi. Matt. 7. Charitas uera.

Amicus & naturã uocatur peccator.

Iacob. 2. Charitas cur uestis dicta.

Indumenta peccatorum.

Sopho. 1.

Cur obmutuit nõ habens uestẽ nuptialem.

Origenes tracta. 2 0. in Matt.

Tenebræ exteriores.

Gregorius hom. 38. in euang.

mus cæcitatem mentis: exteriores uerò tenebras, æternam noctem damnationis. Qui ergo nunc in uitio ligantur ſponte, tunc in ſupplicio ligabuntur inuite: & ligabit ibi pœna, quos hîc à bonis operibus ligauit culpa. Et quid ibi ſuſtinebit, qui hîc bene uiuere contempſit: ſubiungit dicens: *Ibi erit fletus*, ſ. oculorum, per illicitas concupiſcentias & in uanitate mundi hîc uagantium: *& ſtridor dentium*, in edacitate modo gaudentium: quatenus ſingula membra ſupplicio ſubiaceant, quæ hîc ſingulis uitijs ſubiecta ſeruiebãt.

Stridor dẽtium.

Vel *fletus & ſtridor*, i. dolor mẽtis & corporis, ad quę reducitur omnis pœna infernalis: fletus enim à triſtitia originatur: & ſtridor dentium cauſatur à contrarijs cauſis, ſ. ex ardore ignis, & frigore infernali. Vnde dicitur in Iob: *Ad nimium calorem trãſibit, ab aquis niuium.*

Iob 24.

In fletu etiam & ſtridore, magnitudo tormentorum, & doloris immenſitas ſignificatur. Vel certè ſtridor dẽtium prodit indignãtis affectum: eo quòd ſero unumquemque pœniteat, ſerò ingemiſcat, ſerò ſibi iraſcatur, ꝙ tam peruicaci improbitate deliquerit. Et quia in conuiuio nuptiali nõ initium, ſed finis quæritur: conſequenter repulſo uno (in quo omne malorum corpus imprimitur) generalis ſententia, & parabolæ concluſio infertur: *Multi autem ſunt uocati*, ad fidem catholicam: *pauci uerò electi*: ad gloriam, ſcilicet comparatiuè, reſpectu illorũ qui uocati ſunt ad fidem: quia inter multos fideles habentes fidem, pauci ſunt electi qui habent fidem formatam. Rurſus omnes homines uocantur ad fidem, ſed pauci ſunt electi: quia pauci ſunt fideles reſpectu infidelium. Tale eſt quod dicit: Non unus tantum de uocatis eiectus eſt de nuptijs, ſed intelligendum eſt de multis: quia per illum unum intelligitur uniuerſitas malorum, qui habent fidem ſine operibus charitatis.

Auguſtin. lib. contra donatiſtas cap. 20. tomo 7.

Nam ſecundum Aug. Homo ille qui inde proiectus eſt, non unum hominem ſignificat, ſed multos: quia ille unus corpus malorum eſt. Vnde alibi dicitur: *Lata eſt uia quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui ingrediuntur per eam: & arcta eſt uia quæ ducit ad uitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam.*

Matt. 7. Timendũ cuique.

Et hoc multũ deberet nos terrere, & ad humilitatẽ mouere, quia eſt nobis incertũ, utrũ ſimus de illo paruo numero electorũ.

Gregorius hom. 38. in euangelia.

Vnde Grego. Tanto ergo ſibi unuſquiſque metuat, & in humilitate ſe deprimat, quãto ſi ſit electus ignorat: quia quod ſæpe dicendum eſt, & ſine obliuione retinendum: multi ſunt uocati, pauci uerò electi. Hęc Greg.

Fletus & ſtridor ſepties repetita in euãgelijs.

Et notandũ ꝙ hoc uerbũ, ibi erit fletus & ſtridor dentium, in ſeptem locis euãgelij legitur: & hoc contra ſeptem uitia maximè prælatorũ, ſecundum ꝙ ubiq; in præcedenti litera redditur cauſa. Prima cauſa eſt, quia malè intrauerunt, ſ. per nummũ, non per Deũ: per cupiditatẽ, non per charitatẽ. Vnde dicitur hîc: *quomodo huc intraſti non habens ueſtem nuptialem?*

Matt. 13. ibidem.

& ſequitur: *ibi erit fletus & ſtridor dentium*. Secunda, quia malè uixerunt, non ſicut paſtores, ſed ſicut prædones: non ſicut epiſcopi, ſed ſicut epicuri. Vnde ſuprà de ſagena: Malos autem foras miſerunt, & ſequitur: *ibi erit fletus, & ſtridor dentium.*

Eiuſdẽ 25. Matt. 24.

Tertia, quia alios ſcandalizauerunt, ſicut lapis ſubitò occurrens pedi, facit ipſum ceſpitare & offendere. Vnde ſuprà: *Et colligent de regno eius omnia ſcandala*: & ſequitur: *ibi erit fletus & ſtridor dentium*: Quarta, quia in docẽdo & regendo inutiles fuerunt. Vnde infrà: *Seruum inutilem proijcite in tenebras exteriores*, & ſequitur: *ibi erit fletus & ſtridor dentium*. Quinta, quia ſubditos & ſuperbia uerbi & auaritia facti oppreſſerunt. Vnde infrà: *Si dixerit ſeruus malus, moram faciet Dominus meus,*

A & cætera: *partem ſuam ponet cum hypocritis*, & ſequit: *ibi erit fletus & ſtridor dentium*. Sexta, quia magna de ſe præſumpſerunt credendo & maiora iactando. Vnde ſuprà. *Nonne mãducauimus corã te, & bibimus*, &c.

Luc. 13.

& ſequitur: *ibi erit fletus & ſtridor dentium*. Septima, quia non pęnituerũt: elatio enim ſuperbiæ repugnat humilitati pœnitentiæ. Vnde ſupra de Centurione.

Matt. 8.

Filij autem regni eijcientur foras in tenebras exteriores, & ſequitur: *ibi erit fletus & ſtridor dentium*. Has ergo Chriſti & eccleſiæ nuptias, tota mente diligamus: harũ gaudijs cœleſtibus indefeſſa bonorũ intẽtione iungamur: has quia per fidẽ uocati intrauimus, mundo dilectionis habitu celebrare curemus: noſtręq; actionis ſimul & cogitationis maculas ante diẽ extremi diſcriminis ipſi ſollicitius examinãdo diluamus: B ne fortè túc ingrediẽs rex, ſi uiderit nos nuptialẽ charitatis ueſtẽ non habere, eiiciat nos & ligatis à facultate bene agẽdi manibus noſtris ac pedibus in tenebras mittat exteriores. Si quis enim tempore iudicii fuerit inuentus ſub nomine Chriſtiano non habens opera Chriſtiani, ſtatim corripietur: & audiet iſtud à rege ſibi dici: *amice quomodo huc intraſti non habens ueſtem nuptialem?* quaſi diceret: Vt quid Chriſtianus es effectus, cùm opera tua non ſint Chriſtiani? Nullus itaq; de uocatione p̃ſumat, donec de ademptione finis ſecurus exiſtat.

Vocat omnes Deus.

Oẽs quidem uocat Deus uoluntate antecedente, ſecundũ quã uult omnes homines C ſaluos fieri: *& pauci ſunt electi*, quia pauci beatitudinem conſequuntur reſpectu eorum qui condemnantur. Nonnulli quidem uocati, nec incipiunt: nonnulli uerò in bonis quæ incœperunt minimè perſiſtunt: & multi fidem percipiunt, ſed reſpectu malorũ pauci ſunt qui in gratia vſq; in finẽ perſeuerant. Nemo autem Chriſtianum ſe iudicet, niſi qui Chriſti doctrinã ſeqtur, & imitatur exemplum.

Auguſtin. lib. de uita Chriſtiana cap. 1.

Qui malè uiuunt & Chriſtiani uocantur, iniuriam Chriſto faciunt. Vnde Augu. Nemo ſine cauſa quodcunq; nomen ſortitur. Sutor ut dicatur, neceſſe eſt vt calciamẽta conficiat. Vocetur quis faber, aut alius artifex: artis peritia fiat. Huiuſmodi exẽplis cognoſcimus nullum ſine actu nomẽ: ſed omne nomen ex actu. D Chriſtiani ergo nomen ille fruſtra ſortitur, qui Chriſtum nõ imitatur.

Chriſtiani qui dicuntur.

Quid. n. tibi prodeſt uocari quod nõ es, & nomen uſurpare alienum? Sed ſi Chriſtianum te eſſe delectat, quæ Chriſtianitatis ſunt gere, & meritò tibi nomen Chriſtiani aſſume. Tu ergo quõ Chriſtianus diceris, in quo nullus Chriſtiani eſt actus? Chriſtianus iuſtitiæ, bonitatis, integritatis, patientię, caſtitatis, pudicitiæ, pietatis, hmilitatis & innocẽtiæ eſt nomen: & iſtud nomen quõ tibi defendis & uendicas, cui de tã pluribus rebus nec paucæ ſubſiſtunt? Chriſtianus ille eſt, qui non nomine tm̃ ſed opere eſt, qui uiam Chriſti ſequitur, qui Chriſtũ in omnibus imitatur, Sicut ſcriptum eſt: Qui dicit ſeſe in Chriſto manere: E debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Chriſtianus eſt, qui die noctuq; Deo deſeruit, qui indeſinenter eius præcepta meditatur & cogitat, qui pauper mundo efficitur ut Deo locuples fiat, qui inter homines habetur in glorius, ut coram Deo & angelis glorioſus appareat, qui in corde ſuo nihil ſimulatum uidetur habere nec fictum, cuius ſimplex & immaculata eſt anima, cuius conſcientia fidelis & pura eſt, cuius tota in Deo mens, cuius omnis ſpes in Chriſto eſt, qui cęleſtia potius quàm terrena deſiderat, qui humana ſpernit ut poſſit habere diuina. Hęc Auguſtinus.

Leo ſermone de humilitate.

Vnde & Leo Papa. Fruſtra appellamur Chriſtiani, ſi imitatores nõ ſumus Chriſti. Qui ideo uiam

Cyprianus ad Iubaianum.

uiam ſe eſſe dixit, ut conuuerſatio magiſtri eſſet forma diſcipulis: & illam humilitatem eligeret ſeruus, quam ſectatus eſt Dominus. Vnde Cyprianus: Chriſtianus nemo rectè dicitur, niſi in Chriſto moribus coæquatur. Vnde ẽt Anſelm. Inter infideles cõputãtur, qui quod uouerunt non impleuerunt. Quicunque ẽt Chriſtum non ſequitur: non ſolum Chriſtiani nomen amittere, ſed & Antichriſtus dici meretur.

Antichriſti qui.

Vnde Augu. Quiſquis factis negat Chriſtum, Antichriſtus eſt: magis mendax eſt Antichriſto, qui ore profitetur Chriſtum, & factis negat. Ideo mendax, quia aliud loquitur & aliud agit. Quis eſt qui nõ credit ꝙ Ieſus ſit Chriſtus? Qui nõ uiuit quomodo præcipit Chriſtus? Multi enim dicunt credo: ſed fides ſine operibus non ſaluat.

Auguſtin. tract. 6. in epi. Ioan.

Et iterum: Omnes negant Chriſtum in carne ueniſſe, quia uiolant charitatem Ieſu: non enim opus erat ut ueniret niſi per charitatẽ.

Ioan. 15.

Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, quàm ut animã ſuã ponat pro amicis ſuis. Quiſq; uiolat charitatẽ: quod libet dicat lingua, uita ipſius negat Chriſtũ ĩ carne ueniſſe, & iſte eſt Antichriſtus ubicunq; fuerit, quocũque intrauerit. Hæc Augu. In hoc ergo maximè nos Chriſtiani Gentiles ſcandalizamus: quia charitatem & uitam uirtuoſam non habemus.

Chryſoſto. hom. 10. in 1. Timo. et ſermone de ſcandalo tomo 5.

Vnde Chryſ. Nihil aliud eſt quod ſcandalizat Gentiles, quàm ꝙ non amor eſt. Cùm enim multiplicata fuerit iniquitas, frigebit amor. Vitam autem nihil ita facit claram ut amor. Nihil ita conuertit Gentiles ut uirtus animi: nihil ita ſcãdalizat ut malitia. Cùm enim uiderit auaritia utentem rapientem eum qui contraria iubet: & his qui eiuſdem ſunt tribus ut foris utentem, eum qui iubet inimicos amare: delirationem dicit ea quæ dicta ſunt. Cùm autem uiderit trementes mortem qualiter ſuſcipiet eos qui de immortalitate faciunt ſermones? Cùm uiderit diligere principatum, & alijs ſeruientem paſſionibus: firmus in ſuis manet dogmatibus, nihil magnum imaginans. Nos enim ſumus cauſa manendi eos in errore. Nam dogmata quidem quæ apud ſeipſos ſunt, olim contempſiſſent: ſed & noſtra ſimiliter admirarentur: ex uita autem noſtra prohibentur. Nam per uerba quidem philoſophari facile eſt: multi enim & apud eos hoc fecerunt: inquirunt autem eam quæ fit per opera demonſtrationem.

Iaco. 2.

Oſtende enim mihi fidem tuam, ait, per opera tua. Cùm autẽ magis fera diuellimus proximorum ſubſtantias: iacturam nos uocant orbis terrarũ. Quare & nos horum uindictam dabimus: non pro quibus malè agimus ſolum, ſed pro quibus blaſphemantur nomen Dei. Vſquequo pecunijs, & uoluptati, & alijs ſumus alligati paſſionibus? Deſiſtamus igitur de reliquo, & uirtutem capiamus omnem, & futuris fruamur bonis. Hæc Chryſoſtomus.

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, rex cœleſtis gloriæ, qui nos per nuncios tuos: ſcilicet per ſacram ſcripturam, infirmitates, periculum uiuendi, mutationem fortunæ, & gratuitam uoluntatem, ad nuptias tuas uocaſti: da nobis charitatis ueſtem nuptialem, ne à confeſſione peccati, & à laude Dei unquam obmuteſcamus: ne à reſurrectione ſpiritualis gaudij: ſcilicet pace, & ſecuritate, ſeparemur: & da nobis ueſtem pietatis, & bonæ operationis: ne ligatis manibus & pedibus, in tenebras exteriores mittamur.* Amen.

A

De quæſtione ſuper tributo ſoluendo, & de muliere ſeptem uiros habente.

Cap. XXXV.

B



Matt. 22. Marci 12. Luca 20.

TVNC, ſcilicet poſt prædicta, & eadem feria tertia *abeuntes Phariſæi* ad Herodianos: *conſilium inierunt*, ut ex colla- C tione communi melius perpenderent qualiter Ieſum decipere poſſent: & *eum* quem capere non poterant in malo opere, *caperent in ſermone*: quia facilius capitur homo in uerbis, quàm in factis. *Et miſerunt diſcipulos* de ſecta ſua, *cum Herodianis*: id eſt, miniſtris Herodis, qui ex parte Cæſaris præerat tributis: ut diſcipuli caperent in ſermone, & miniſtri raperent eum ad puniendum in corpore. ſecundum

Chryſoſto. hom. 71. in Matt.

Chryſoſtomum: Ne fortè Phariſæi, Chriſto noti & ſuſpecti, circumuenire eum non poſſent: quia coram eis ſibi in verbis caueret, mittũt diſcipulos, quaſi ignotos, ut facilius deciperent. & minus erubeſcerent deprehenſi: & propter hoc eos & Herodis miniſtros ſimul mittunt: ut quodcunque dixerit reprehendatur. D Et circundant eum: ſicut apes mel in ore & aculeum in tergo portantes, & adulatoriè commendant in eo triplicem ueritatem dicentes:

Veritas triplex ĩ Chriſto.

Magiſter, ſcimus quia uerax es: quantum ad uitam non hypocrita: ecce ueritas uitæ. *& uiam Dei*, qua itur ad Deum, *in ueritate doces*: quantum ad ſanam doctrinam. ecce ueritas doctrinæ. *& non eſt tibi cura*, id eſt, timor uel fauor, *de aliquo*: quantum ad iuſtitiam: id eſt, non attendis aliquem, ut accipias perſonam. vnde exponendo ſubiũgit: *non enim reſpicis perſonas hominum*, ſed indiſtinctè dicis maioribus & minoribus ueritatem: ecce ueritas iuſtitiæ.

Perſonarũ acceptio, ſummũ ſacerdotum malum. Idem hom. 42. operis imperfecti. Hypocritæ detractores.

Sed econtrà multi moderni faciunt: qui pauperes delinquentes publicè arguũt & cõfundunt, E ſed diuitibus maiora peccãtibus nec nutum faciũt. ſecundum Chryſo. Inter omnia peccata ſacerdotum maximum eſt ꝙ perſonas reſpiciunt, & non cauſas. Et ideo iuſtos & pauperes deſpiciẽtes, iniquos & diuites promouent & exaltant. Vt autem dicit idem Chryſo. Magiſtrum eum uocant, & ueracem magiſtrum, ut quaſi uenerando eum deciperent: & ut quaſi honoratus & laudatus myſterium ſui cordis ſimpliciter eis aperiret, tanquam uolẽs eos habere diſcipulos. Hæc eſt enim hypocritarum prima ſimulatio, laudatio: laudant enim quos perdere uolunt, ut per delectationem laudis paulatim corda hominum ad ſimplicitatem benignæ confeſſionis inclinet. Hæc Chryſoſtomus. Iſtis ſimiles ſunt qui hominibus in præſentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia adulantur,& in absentia detrahũt.O quàm plenus est mundus his,& illis pestiferis hominibus:à quibus custodiat suos Deus.Vnde secundũ Augustinũ,duo sunt genera persequentium: scilicet uituperantium, & adulantium: & plus persequitur lingua adulatoris, quàm manus interfectoris.Et mellitis uerbis, cũ interrogare uolentes, subiungunt: *Dic ergo nobis, quid tibi uidetur?* Quia certi sumus q̃ non dimittis ꝓpter maiestatem Cæsaris uel timorem aut fauorem cuiusc̃unque hominis,quin ueritatem, & iustè quod uerũ est, diffinias. Et interrogant eum, dicentes: *Licet censum Cæsari dari an non?* hanc quæstionẽ,apud Iudæos ortã,Christò malitiosè proposuerunt:ut si tributum negaret,& diceret non esse licitum, caderet in manũ præsidis:& statim caperetur tanquã contrarius imperatori.Si autem tributum conderet,& diceret esse licitũ:caderet in manũ populi,tanquam contrarius eorũ libertati diuino honori:& sic totũ eorum artificiũ erat undique habens præcipitium.Dicebãt quidã,q̃ Romani pro republica militabãt, eos in securitate & & quiete tenẽtes,q̃ licebat dari tributum.Sed ecõtrà Pharisæi assereb ant, q̃ qui seruiebant summo Deo, & sibi oblationes & decimas reddebant, nulli homini tributa soluere debebant.Sed sapientiæ fons dolos eorum fugit:sic enim respõdit, ut Deo & Cæsari sua iura seruarent.Vnde *cognita* & deprehensa *nequitia* & dolositate *eorum*,nihil enim latet Deum, qui scrutatur renes & corda:laudes ipsorum respuit,& durè eis respondit,dicens:*Quid me tentatis hypocritæ?* quasi diceret:Non quæritis ueritatem addiscere, sed me uerbis capere:& propter hoc eos hypocritas uocat:quia aliud prætendebant,& aliud intendebant. secundum Chrysosto. respondet non secundum uerba eorũ blãde:sed secundum conscientias eorum,asperè:docens nos durè refellere adulantes : & secundum eundem, Pharisæi blandiebantur,ut perderent:Iesus autẽ confundebat,ut saluaret : quia utilior est Deus Domini iratus,quàm homo propitius. Et subiungit:In hoc autem quod Christus laudes respuit, dat intelligere q̃ nullus debet uelle laudari : & in hoc q̃ adulatores suos durè reprehendit,docemur ut adulationes uitemus.*Ostẽdite mihi numisma census*: i. denarium qui ꝓ censu datur annuo, & erat de argento : uocabaturq; denarius,quia ualebat decẽ numos usuales : & habebat imaginẽ Cæsaris, & nomen eius. Propriè tamen numisma est ipsa inscriptio imaginis : & numus est, cui inscribitur.Et illis offerentibus ei denarium censualem *ait:Cuius est hæc imago?* quantum ad figuram : *& inscriptio*,quantum ad scripturã.Non de ignorantia interrogat:sed vt competenter ad eorum uerba respondeat. Voluit Dominus uidere materiã quæstionis, ut nos tacitè informaret ne simus præcipites in sententiando:sed maturè inquiramus, & prius examinemus antequã diffiniamus,*dicunt ei,Cæsaris*: s.Tiberij,priuigni Augusti Cæsaris:sub quo Augusto natus est Dominus.*Tunc* ex præmissis inferendo quæstionis determinationem,*ait illis:Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari*.s.tributum & pecuniam,per quam contitemini uos illi subiectos. Vbi secundum Chrysost. Illa dicit solum quæ non nocent pietati : quia si aliquid tale est,non Cæsaris sed diaboli est uectigal:*& quæ sunt Dei Deo*:scilicet secundum Hieronymum, decimas , primitias , oblationes , & hostias. Sicut & ipse reddidit tributa pro se & Petro : & Deo reddidit quæ Dei sunt,patris faciens uoluntatem. Vel debemus reddere mundo suos honores,eos despiciendo: suas delitias,eas abhorrẽdo: & suas diuitias, eas

Augu. in Psal.69.

Psal. 7. c

Chrysosto. ho.42.operis imperf.

Chrysosto. hom.71.in Matt. Hieron. in cap.22. Matthai. Matt. 17. Ioan. 6.

contemnẽdo:Deo autem decimas & oblationes.Vel secundũ Ambro.Sicut Cæsar exigit impressionẽ suæ imaginis, sic & Deus animam lumine uultus sui insignitam: sicut enim denarius imagine regis,sic figuratur homo ad imaginem & similitudinem Dei: quam peccando corrumpit. Et iterum : Cùm alia sit imago Dei, alia mundi: si non uis esse obnoxius Cæsari, noli habere quæ sunt mundi. Si uis terreno regi nihil debere:omnia tua relinque,& Christum sequere. Et bene prius quæ Cæsari sunt reddenda decreuit:ne que enim potest esse quis discipulus Domini, nisi prius renunciauerit mundo. Sed omnes renunciamus uerbis,non renunciamus affectu.Nam cùm sacramenta recipimus , renunciamus. Quàm grauia sunt uincula,promittere Deo,& non soluere? Maior est contractus fidei, quàm pecuniæ. Redde promissum dum in hoc corpore es , priusquam ueniat exactor & mittat te in carcerẽ. Vnde & Hiero.Numum habentem Cæsaris imaginem reddite coacti Cæsari: uosmetipsos libenter Deo . Signatum est enim lumen vultus Dei super nos, non Cæsaris . Hæc Hieronym.Relictis ergo quæ mundi sunt: corpus, animã, intellectum, uoluntatem, rationem,& omnia quę in nobis sunt Deo (à quo accepimus) non dico debemus, sed tanquam debitum reddamus:ut non comparati bestijs , sed rationabiliter in omnibus procedamus. Quia secundum Hilarium: Condignum est, ut ei nos totos reddamus, cui debere nos recolimus & originem & profectum. Non est itaque inconueniens, nec contradictio , quòd homo sit subditus homini in temporalibus, & Deo immediatè in spiritualibus:utrumque enim bene se compatitur, nec alterum alteri præiudicat. Sed magis fœlix est & beatus,qui à temporalibus & à pernicioſa seruitute eorum est erutus, & Deo soli subiectus: quia hic maximè est liber , & princeps & regibus regalior : & neque diuitiarum timet tyrannidem , neque principatus timorem. Mysticè autem Deo debemus reddere triplex tributum , siue rationem, quam postulat: scilicet de corde,perfectam dilectionem: de ore, feruentem & frequentem gratiarum actionem : de corpore , uoluntariam uitiorum mortificationem. In præmissis ẽt tria mysticè notãtur.Primò q̃ritur ostẽsio denarij. Secundò interrogatur superscripptio oblati . Tertiò sequitur diffinitio,cui debeat reddi . In denario sunt tria : materia , pondus, & superscriptio cum imagine. Materia, est operatio bona, uel mala : argentea , uel stannea. Pondus, est intentio recta uel praua. Imago attenditur in affectu interiori : & superscriptio,in effectu exteriori. Imago enim diaboli, est culpa: imago Dei, gratia : superscriptio, est exterior conuersatio : & humilis ad imitationem Christi, uel superba ad imitationem diaboli. Huius denarij ostensio fit in morte.O quàm metuenda quæstio:ostendite mihi numisma census hominem scilicet interiorem, sacco carnis uelatum, exteriori simulatione obumbratum , diu ad pœnitentiam expectatum: fœlix qui poterit dicere *Concidisti sac cum meum, & circundedisti me cum lætitia*. Sed interrogatio fiet in iudicio de imagine. O quàm horrenda interrogatio, immo increpatio,malorũ:cuius est imago hæc, & superscriptio? Quilibet portat imaginẽ eius cuius habet opera.s.uel Dei,uel imperatoris,mũdi & diaboli. Sed diffinitio fiet in retributione:*reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari,& quæ sunt Dei Deo*:q̃ ibunt hi in supplicium,illi in gaudium.*Et* qui missi fuerant à Pharisæis audientes sapientissimam respõsionem Domini

Ambrosius in cap. 21. Luc.

Hieron. in cap.22. Matt.

Psal. 4.

Hilarius can. 23. in Matt.

Tributum Deo reddendum.

Imago eius.

Psal.29.6

mirati sunt,quia calliditate & insidijs prævalere nõ potuerunt : & *relicto eo*, sicut confusi, *abierunt*. Vnde Hieronymus : Qui ad tantam credere sapientiam debuerant,mirati sunt q̃ calliditas eorum insidiandi locum non inuenisset: & relicto eo abierunt, infidelitatem pariter cum miraculo reportantes. Deinde cùm abijssent Pharisæi,*accesserunt ad eum Sadducæi*: ut quia ratione eum superare nõ poterãt,saltẽ per ipsam frequentiã sensum eius subuerterẽt:& tædio eũ superarẽt. Tres erant sectæ inter Iudeos ab alijs differentes: s.Pharisæi q̃ erant ab alijs diuisi quãtũ ad habitũ & traditiones,q̃ traditionibus Moysi traditiones suas præferebant : & secundum legem uocabantur Pharisæi, id est diuisi: à Phares, id est diuisio.Alij erant Sadducæi,qui ab alijs differebant quantum ad doctrinam : quia ipsi sibi iustitiam,& quod nõ erant uendicabãt : vnde & iusti propter exteriorem sanctitatem appellati sunt. Ipsi enim resurrectionem negabant: animã mortalem esse,& cum corpore interire dicebant: ac neq; angelum , neq; spiritũ esse credebant:sed libros Moysi recipiebant. Alij erant Essei,qui ab alijs differebant in uita & modo uiuendi: quia ferè monasticam uitam ducebant , coniugia uitabant , omnia in communi habebant.De duabus autem primis sectis hîc dicitur.Sadducæi ergo accedẽtes ad Iesum quandam fabulam fictam de muliere,quæ septẽ uiros habuerat,ei proponebant:quærentes eum cuius esset in resurrectione:per quã ostendere uolebãt resurrectionẽ nõ esse.Putabãt.n q̃ si futura esset resurrectio,tũc celebrandæ essent nuptiæ sicut modo:& q̃a inconueniens vr̃ q̃ detur oĩbus septẽ simul:quia uni mulieri nunquam licuit plures uiros habere, sed bene econuerso,ꝓpter fœcunditatem:uel q̃ detur alicui eorũ determinatè:quia qua ratione esset unius, eadẽ ratione esset & alterius:intendebant concludere resurrectionẽ nullam esse.Quã quæstionẽ eis soluendo,euacuat Dñs eorum opinionẽ:& ostendit errorem,dicẽs:*Erratis* in hoc,scilicet q̃ resurrectionem negatis: *nescientes scripturas*, quæ resurrectionem asserunt, ac modũ resurrectionis instruunt, & ostendunt. Vnde etiam sequitur,quòd nesciant *uirtutem Dei*, quæ poterit corpora suscitare,& post mortem uiuificare:quia potuit omnia de nihilo facere. Errabant ergo, quia & scripturis contradicebant,& uirtuti Dei derogabant. *Erratis* etiam putantes ibi celebrandas esse nuptias. *In resurrectione enim* generali, *neque nubent*, scilicet uiri: id est, non accipient uxores : *neque nubentur* , scilicet mulieres: id est, non accipientur à uiris.Vt dicit Hieronymus . Latina consuetudo hîc Græco idiomati non respondet. Nubere enim propriè dicuntur mulieres, & uiri uxores ducere:sed hîc simpliciter intelligamus quòd nubere de uiris,& nubi de mulieribus dictum sit: unde non erit carnalis, sed spiritualis cõuersatio:& hoc est quod subditur,*sed sunt sicut Angeli Dei in cælo*:non in natura angeli,sed sicut angeli, in Proprietate spiritualitatis , & immortalitatis, incorruptibiles scilicet & ingenerabiles: non quòd sint spiritus, sed quòd sint spirituales,ac uitam & conuersationem spiritualem habentes,& sine labe corruptionis uisione & fruitione Dei uiuentes.Cessante enim causa,cessat effectus:nuptiæ autem ordinatæ sunt ad procreationem filiorum educandorum ad cultum Dei, quousq; numerus prædestinatorũ sit cõpletus: q̃ cõpletus erit in resurrectione,& ꝓ hoc tunc erimus sicut Angeli,semper contemplationi uacantes: & hoc est quod debet corda mouere ad deuotionẽ, uidelicet consideratio illius beatæ uitæ , quam post

Hieronym. in cap. 12. Matt.

Nubere & nubi.

Essei.

Beda in 6 20. Luca. Septem uiri.

Animas nõ mori probat.

Resurrectionẽ corporum probat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

poribus intercant: alterum per consequens. s. quòd corpora resurgant. Item propter naturalem appetitum & inclinationem animarum ad corpora sua: qa naturale est animabus desiderare sua corpora, ut cũ ipsis glorificẽtur, cum quibus meruerunt: & ideo ne à suo desiderio fraudentur, necesse est ut eis sua corpora reddantur, quia anima non potest esse perfectè quieta, nec beata, nisi uniatur cum corpore, ad cuius unionem habet inclinationem naturalẽ, & ita corpora resurgent. Vbi Hieronymus. Cùm autem dicit, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, ter Deum nominando trinitatem intimauit: cùm autem dicit, Non est Deus mortuorum: unum Deum iterans, unam substantiam significauit. *Et audientes turbæ mirabantur in doctrina eius.* Vnde Remigius: Non quidem Sadducæi, sed turbæ mirantur. Hoc ẽt quotidie agitur in ecclesia. Cùm enim diuina inspiratione aduersarij ecclesiæ superantur: turbæ fidelium lætantur.

Hieron. in cap. 22. Matt.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, doce me abstutias seductorum intelligere & cauere: necnon ueritatem uitæ ac doctrinæ & iustitiæ semper cu stodire. Da mihi insigniri tua imagine, non inimici: ut ea quæ mundi sunt relinquendo, & tibi soli adhærendo, reddam tibi ea quæ de tua gratia à te percepi, in ipsis tibi fideliter seruiendo: præsta etiam mihi ut carnalem & mundanam conuersationem (quæ sterilis est, fugere, ac spiritualem & cœlestem sectari ualeam, & gloria resurrectionis innouatus, cum Angelis Dei in cælo immortalitate frui merear, & perpetua tui usione. Amen.*

De primo & magno, ac secundo, & simili legis mandato. Cap. XXXVI.



Matt. 22. Mar. 12. PHARISAEI *uero audientes* & gaudẽtes *quòd sapiẽti respõso Iesus silentium impo suisset Sadducæis*, nõ habẽtibus quid amplius dicerent contra respõsionẽ eius: *conuenerunt in unum* ad ipsum alio modo inuadẽdũ; & uenerunt in magna multitudine, ad magis eum terrendum. Vnde Chrysostomus: Cõuenerunt ut multitudine uincerent, quem ratione superare non poterant: à ueritate nudos se esse professi sunt qui multitudine se armauerunt. Hæc Chrysostomus. Recedentibus Pharisæis, uenerunt Sadducæi: & iterum recedentibus Sadducæis, uenerunt Pharisæi, tentantes eum frequenti congressu fatigare & subuertere: licèt enim contrarij essent in opinione de animæ immortalitate, & mortuorum resurrectione: tamen conueniebant in Christi persecutione. Vnde Hieronymus: Quod de Herode & Pontio Pilato legimus domini nece eos fecisse concordiam: etiam nunc de Pharisæis cernimus, & Sadducæis: qui inter se contrarij sunt, sed ad tentandum Iesum pari mente consentiunt. *Et unus ex eis* scriba & *legisdoctor accessit* tentans Iesum capere in sermone, dixit: *Magister, quod est mandatum magnum in lege.* i. præcipuum. Interrogauit tentans, non scire desiderans: non ut disceret, sed ut deciperet. Vnde Chrysostomus: Magistrum uocat, cuius non vult esse discipulus. De mandato magno interrogat, qui nec minimũ obseruat. Ille enim debet interrogare de maiori iustitia, qui iã minorem compleuit. Hæc Chrysostomus: De hoc autem interrogauit, quia circa hoc erant opiniones: quidam enim dicebant sacrificia & oblationes magis placere Deo, quàm operà charitatis. Alij dicebant cõtrarium, quod magis est uerum. *Et ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum.* Vt dicit Chrysosto. Non dicit, time: sed, dilige: timere, inquit, seruorum, diligere est filiorum. Non dixit etiam cognosce, sed dilige. Cognoscere, inquit, Deum proprium est humanæ naturæ: diligere autem, religiosi cordis & recti. *Diliges* inquã, *Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*: id est, ex toto intellectu sine errore, ut nullum in cõfessione diuinitatis locum errori relinquas: *& in tota anima tua.* i. tota uoluntate sine contrarietate & contradictione, ut nihil contrariũ ei uelis: *& in tota mente tua.* i. tota memoria sine obliuione, nihil reminiscẽs quo minus de Deo sentias, *& ex tota uirtute* seu fortitudine *tua*: ut uires tuæ, & totũ posse tibi seruiant, & ad ipsum expendantur. Vnde Aug. Deum ex toto corde diligere præciperis, ut oẽs cogitationes tuas: ex tota anima, ut omnem uitam tuam: ex tota mente tua, ut omnem intellectum tuum in illum conferas à quo habes ea quæ conferis. Nullam ergo uitæ nostræ partem reliquit quæ uacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re uelit frui, sed quicquid aliud diligendum uenerit in animum, illuc rapiatur quo totus dilectionis impetus currit. Tunc est enim optimus homo, cum tota uita sua pergit in incommutabile bonum. Vnde & Chrysostomus: Quid est diligere Deũ ex toto corde? Vt cor tuum non sit inclinatum ad ullius rei dilectionem amplius quàm Dei. Pro quanta enim parte cor tuum fuerit ad aliquam rem, pro tanta minus est ad Deum. Quid est in tota anima Diligere Deum? id est certissimum animum habere in ueritate, & firmum esse in fide. Qui enim credit apud Deum esse omne bonum, & nihil boni esse extra ipsum: his ex tota anima diligit Deum. quid est ex tota mente diligere Deum? id est, ut omnes sensus tui, qui pertinent ad mentem, Deo uacent. Cuius enim intellectus Deo ministrat: cuius sapientia circa Deũ est: cuius cogitatio ea q̃ Dei sunt tractat: cuius memoria, quæ bona sunt recordatur: tota mente diligit eum. Hæc Chrys. Secundum Bernar. Toto corde id est sapienter, contra suggestiones diaboli, ne seducamur. tota anima dulciter contra delectationes carnis, ne alliciamur. tota mente: fortiter contra pressuras mundi, ne opprimamur. Hæc enim sunt tria, quæ præcipuè retrahunt ab amore Dei: diabolus, caro, & mundus. Et subiungit: *Hoc est maximum, & primum mandatum.* Maximum dignitate, quia de maximo, scilicet Deo diligendo primum ordine, quia præceptum de diligẽdo Deum, præcedit præceptum de diligendo proximum. Et uerè istud est nobilius & utilius

Chrysosto. ho. 42. operis imperf.

Hieron. in cap. 22. Matt. Luc 15.

Chrysosto. ho. 42. operis imperf.

Chrysosto. ibidem.

Augustin. lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 22.

Diligere ex toto corde quid sit. Chrysosto. ho. 42. operis imperf.

Bernardus de diligendo Deo.

utilius inter omnia mandata. In hoc enim omnia mãdata implentur. Hoc etiam mandatum diligẽdi Deũ est magnum, quia mandat hoc lex naturalis in mente omnis creaturæ rationalis diuinitus indelebiliter expressa. Maius: quia remandat, & repetens iterum mandat hoc lex Mosaica à Deo iterum data, & per angelos ordinata. Maximum: quia cõfirmat illud lex euangelica, per ipsum filium Dei tradita. Et primũ mandatum, intentione iubentis: finis enim in quolibet, ea quæ ad finem sunt in intentione præcedit. Vnde Apostolus: *Finis præcepti est charitas.* finis non terminans, uel consummans, ad quẽ omne præceptũ ordinatur. Et iterum: *Plenitudo legis est dilectio.* Et Psal. *Omnis consummationis uidi finem: latum mandatum tuũ nimis.* Vel primũ in necessitate obseruationis. Ad hoc autem quòd istud mandatum possit perfectè impleri, quatuor requiruntur. Primum est, diuinorum beneficiorum rememoratio: quia enim quæ habemus siue exteriora, siue corpus & animam, omnia à Deo habemus: ideo oportet quòd sibi de omnibus quæ habemus seruiamus, & eum corde perfecto diligamus. Nimis enim ingratus esset, qui cogitãs alicuius beneficium eum non diligere. Secundum est, diuinę excellentiæ consideratio: Deus. n. maior est corde nostro: & ideo si toto corde & omnibus viribus ei seruiamus, adhuc sufficientes nõ sumus, nec satisfaciamus. Vnde in Ecclesiastico: *Glorificate Dominum quantum potestis: superualebit adhuc.* Maior est enim omni laude. Tertium est, mundanorum & omnium temporalium abdicatio. Magnam enim iniuriam facit Deo, q aliquid ei adæquat: quod sit quãdo res tẽporales & corruptibiles simul cum Deo diligimus. Nihil enim aliud uult quòd diligamus, quàm eum: quia ipse solus sine consortio uult possidere cor nostrum. Vnde dicit Augustinus: Domine, minus te amat, qui præter te aliquid amat. Et Hierony. Nimis est auarus, cui nõ sufficit Deus. Quartum est. omnimoda peccatorum uitatio: quia nullus potest Deum diligere in peccato existẽs, scilicet mortali: ideo dicitur, *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Vnde si in peccato manes, Deum non diligis. Non diligit Deum superbus, uel amator uanæ gloriæ: qui puluerẽ uanæ gloriæ quæ nihil est, Deo præponit. Nec uoluptuosus, qui pro momenta nea delectatione eum deserit: nec auarus, qui pro numo, uel nihilo eũ amittit. Deinde addit: *Secundum autem simile est huic*: non æquale, sed simile: quia est de actu simili, scilicet de dilectione: uel de re simili Deo & de homine, qui ad similitudinẽ Dei factus est: scilicet, *Diliges proximum tuum sicut teipsum*: id est, ad id ad quod teipsum: scilicet ad iustitiam & salutem, ad gratiam in præsenti, & gloriam in futuro, & ad eandem beatitudinem ad quã diligis te. Vnde sicut, non denotat æqualitatẽ gradus, quia primò & plus tenetur homo se diligere, quàm proximum, cæteris paribus: sed denotat similitudinem boni optati: ut uelit proximũ sicut se esse in gratia & amore Dei. Et cùm dicitur, *secundum*, non est ordo: nisi quantum ad materiam, quæ est Deus & proximus. Vnum enim est præceptum de dilectione, uel etiam est ordo causalitatis, quia amor proximi causatur ex amore Dei. Et ideo dicit Apostolus: *Qui diligit proximum, legem impleuit.* Quia causa intelligitur in causato, & non econuerso. Dilectio igitur in Deum, origo est dilectionis in proximum: & dilectio in proximum, cognitio est dilectionis in Deum, ac etiam nutrimentum. Vnde Gregorius: Per amorem Dei amor proximi gignitur: & per amorẽ proximi, amor Dei nutritur. Hæc Gre-

1. Timo. 1. Rom. 13. Psal. 118.

Prima mãdata simplicia sunt quatuor necessaria.

Luc. 13.

Augustin. in soliloq.

Matth. 6.

Secundum mandatũ.

Rom. 13.

Gregorius li. 7. moral. cap. 11.

rius. Et similiter dilectio in seipsum, præcedere debet dilectionem in proximum. Vnde Augustinus: Vide prius si iam nosti diligere teipsum: & committo tibi proximum, quem diligas sicut teipsum. Si autem nondum nosti diligere te, timeo nè decipias proximum sicut te. Et iterum: Manifestum est autem omnẽ hominem proximum esse deputãdum, quia ergà neminem operandum est malum. Qui autẽ amat homines: aut qa iusti sunt, aut ut iusti sint, amare debet. Sic enim & seipsum amare debet, aut quia iustus est, aut ut iustus sit. Sic enim diligit proximum sicut seipsum, sine ullo periculo. Hæc Aug. Vnde modus diligendi proximum attenditur secundũ quatuor causas. Primò, secundũ finalem. s. ut diligatur proximus propter Deum. Secundò, secundum materialem. s. ut diligatur bonum, non malum. Tertiò, secundum formalem: scilicet ut ordine debito, citra Deum & supra temporalia. Quartò, secundum efficientem siue mouentem: quia ut homo, non quia pater tantũ, uel filius, uel domesticus, uel amicus: & his modis debet homo diligere seipsum. Et nota secundum Augustinum quòd primò diligendus est Deus. Secundò, anima propria. Tertiò, anima proximi. Nota etiam quòd amor proximi falsus est, per hæc seu huiusmodi: uidelicet, si impedit amorem Dei. Si aliquid fiat propter amorem proximi, quod sit contra amorem Dei. Si aliquis dissimulet in eo quẽ diligit, plusquã in eo quẽ nõ diligit sic. Si aliquid in eo placeat, qd̃ in alijs displiceat. Si patienter nõ sustinet, qd̃ aliũ sicut se uel plus diligat. Et infert *in his duobus*. s. mãdatis dilectionis: *tota lex pendet & prophetæ*: quia totus decalogus & monitiones siue cõminationes hic finẽ habent: hoc. n. ut charitas introducatur intendunt. Tota quippe scriptura legis & prophetarum, ad dilectionem Dei & proximi ordinatur: quicquid enim præceptum est in lege & prophetis, hoc fine præceptũ est, ut Deus & proximus diligatur. Et propter hæc omnia mandata & scripta legis & prophetarum nõ sunt nisi quædam explicationes istorum duorum mandatorum: quia omnia ad hæc duo sunt ordinata. Item omnia præcepta ad hæc duo referuntur. Primum enim præceptum, scilicet dilectionis Dei ambit & implet omnia mandata primæ tabulæ: quia in ea continentur tria mandata de dilectione Dei, quæ scripta erant in una tabula: & secundum præceptum, scilicet dilectionis proximi, ambit & implet omnia mandata secundæ tabulæ: quia in ea continentur septem alia mandata de dilectione proximi, quæ in secunda tabula erant scripta. Nam qui Deum diligit: idola spernit, Dei nomen in uanum non assumit, & diem sabbati sanctificat. Et qui proximum suum diligit: honorat patrem & matrem, non occidit, non furatur, non mœchatur: non falsum testimoniũ dicit, nec uxorẽ proximi uel aliam rem eius concupiscit. Nam secundum Chrysostom. sicut odium facere suggerit omne malum, sic dilectio omne bonum. In tribus autem dilectio Dei extenditur: ut omnes affectiones, & omnis ratio humana qua intelligimus & discernimus, in Deum referantur, & diuinis rebus occupentur: ut nihil remaneat in homine quod non diuinæ dilectioni subdatur. Item duo sunt erga proximi dilectionem seruanda, ut & beneficij impensione foueatur: & nulla malitia lædatur, unum affirmatiuum. De quo Matth. septimo. *Quæcunque*, scilicet licita decentia, expedientia *uultis*, scilicet uoluntate rationali, ratione distinguente inter debita & indebita: *ut faciant*, uel dimittant cor-

Augustin. sermo. 43. de uerbis Domini. proximus quis sit.

Modus diligendi proximum.

Augustin. cap. 27. li. 1. de doctrina Christiana.

Chrysosto. ho. 43. operis imperf. Dilectio dei adstria.

Dilectio proximi. uulti dno.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de,ore,opere,*uobis* uel pro uobis,*homines*, inquantum homines,non bruta: *& uos facite illis* in simili casu, uoluntate, opere pleno affectu. Secundum hanc regulam dilectio proximi causat & efficit imperando omnes motus omnium uirtutum tendentes ad proximum, interiores. Aliud negatiuum, de quo Tobiæ.iiij. *Quod ab alio oderis* rationabiliter *fieri tibi* corde,ore, opere: *uide ne alij feceris* uoluntate uelopere,affectu, uel effectu: secundum hãc regulam dilectio proximi causaliter reprimit & cohibet omnes motus & actus uitiorum respectu eius. Licet igitur diuersa sint præcepta, quibus aut utiliter quæ appetenda sunt cupimus: aut quæ uitãda sunt utiliter præcauemus: unum tamen sunt in radice charitatis:quia omnia in dilectione Dei & ꝓximi facere debemus. Rectè itaq; dicit legem & prophetas referri ad duo mandata charitatis, quia ex hac dependent, & ibi finẽ habent. O charitas regula ordinis electorum:lex uniuersalis,uniuersus ligans,uirtus uirtutis,canon canonum,lex legum, non constitutio populi,sed principis placitum, sanctio regis regum: quam non solũ edidit, uel condidit iubendo, sed & edixit & promulgauit personaliter docendo, & adimpleuit seruando. Ecce lex Domini conuertens animas: mater & origo legum diuinarum, magistra & domina humanarum, rationabilium & æquarum, hostis & inimica iniquarum. Cuius obseruantia per gratiam in hac uita initiatur, & continuata usque ad mortem in alia consummatur. Et quia ut ait Chryso. Iudæi æstimantes Christum hominem purum esse,tentabant eum: neque tentassent, si Dei filium credidissent: ideo uolens Christus eis ostendere, quia Deus erat: talẽ interrogationem eis proposuit,ut ipsa interrogatio eis ostenderet quis esset. Quia enim ad passionem uenturus erat, opinionem falsam Iudæorum corrigit, qui Christum filium Dauid, nõ Dominum eius esse dicebant. Et ut dixit Hieronym. Palàm eis de se loquitur, ut inexcusabiles sint. *Congregatis ergo Pharisæis*, qui ad tentandum uenerant, *interrogauit eos Iesus*,Quasi eis diceret,hucusq; quæstionibus uestris satisfeci: tempus est ut in aliquo respondeatis mihi. Interrogat ergo de illo,quem credebant esse uenturũ, quia præsentem credere nolebant:cuius filius debeat esse, dicens: *Quid uobis uidetur de Christo?* id est Messia,in lege promisso, quem uenturum creditis, *cuius filius est?* Dupliciter errant Iudæi circa Christũ. Primò quidem circa personam: non enim credunt eum fuisse Christum,qui uenit in mundum,natum ex uirgine: sed adhuc expectant eum. Item errant circa eius naturam, quia non credunt etiam quem expectant,esse Deum,sed purum hominẽ. De isto secundo errore eos interrogat, cuius filius sit: & hoc ideo fortè quærit, quia ex quo totam legem direxerat ad duo mandata dilectionis: tãquam artificioſus legislator,vult ostendere Christus hæc duo mandata,reduci in unum diligibile, quod est Christus. Nihil enim diligitur tanquam Deus & proximus, nisi ipse Christus, *Dicunt ei, Dauid*: secundum illud Psalm. *De fructu uentris tui ponam super sedem tuam*. Credebant illum fore purum hominem,de genere Dauid. Vnde dicunt, Dauid solum: scilicet diuinitatem negando. *Ait illis*, arguendo in contrarium: *Quomodo ergo* si Christus est purus homo, ut uos creditis, *Dauid* cui occulta sapientiæ diuinæ manifestata sunt, *in spiritu*, scilicet sancto & prophetico,non de corde suo proprio *uocat eum Dominum suum?* quod non liceret,si esset filius eius: *dicẽs: Dixit Dominus Domino meo*,i.pater filio. Ipsi autẽ sic exponũt, *Dixit Dominus* creator cœli & terræ *Domino meo*, id est Messiæ. Quòd ergo iste Messias non sit purus homo, probatur tripliciter ex hoc verbo. Primo ex eo quòd Dauid vocat eum Dominum:& hoc sic. Nullus pater filium suum,qui trahit naturam suam ab ipso,testatur Dominum suum: sed Dauid,Spiritu sancto inspiratus, testatur Dominum suum Christum: ergo nõ solum habet naturam quam traxit ab ipso,sed altiorem,secundum quam dicitur Dominus eius:scilicet diuinam:quia non est homo filius & Dominus alterius,secundum eandem naturam:ergo est alia natura secundũ quam est filius,& hæc est humana:alia secundum quam est Dominus, & hæc est diuina. Secundò probatur idem sic, quando Dauid hoc dixit,nõdum Messias homo erat:quomodo ergo Dominus eius erat,qui nondum erat? & qui non ante eum,sed post extitit? ergo oportet ponere aliam naturam,secundum quam ante eum erat. Tertiò probatur idem ex hoc, quod sequitur: *Sede à dextris meis*:impossibile est enim purum hominem, sedere à dextris Dei. Dicat ergo Dauid: *dixit Dominus* scilicet Deus pater: *Domino meo*, id est Christo filio suo:cuius dicere, est æqualem sibi filium generare:ergo *Domino meo*,non secundum quòd temporaliter homo factus est:sed secũdum quòd patris æternus filius:sede quietè regni potitus, *à dextris meis*, id est in æqualitate mea,secũdum quòd Deus:vel in potioribus bonis,secundum quòd homo: quia vt sic in gloria præest angelis:*donec ponã*,inclusiuè,non quòd postea non sedeat,quia semper sedebit:*inimicos tuos*, & inobedientes tibi,*scabellum pedum tuorum*,id est donec homines rebelles tibi subiugauero: uel bona & uoluntaria subiectione, scilicet vt credant te uerum Deum & hominem sponte, uel coacta subiectione: ut in die iudicij puniantur & credant inuitè:ita ut uelint nolint subiecti sint tibi, sicut scabellum pedibus est subiectum. Hæc enim subiectio complebitur in iudicio, quando omnia perfectè subijcientur homini Christo. Si ergo Dauid uocat eum Dominum,secundum ueritatem:quomodo filius eius est, scilicet tantum: cùm filius propagatione subiectus sit patri: & maximè secundum consuetudinem patrum antiquorum. Potius enim parentes sunt & dicuntur Domini filiorum, quàm filij Domini parentum: filius enim debet esse subiectus patri, & non dominari. Quasi diceret: Cum secundum naturam humanã sit filius Dauid:&per cõsequens eo inferior:oportet ponere in eo aliam naturã, per quam sit Dñs eius & eo superior:& hæc est diuina:ergo in Christo sunt duæ naturæ.s. diuina & humana. Est itaque filius Dauid & Dominus: sed filius inquãtum homo, Dominus inquantũ Deus:& sic restat ꝙ Christus est homo & Deus. Non ergo errabant,nec reprehenduntur,ꝙa Christum filium Dauid dicunt: sed quia ipsum purũ hominem,& non Dei filium credunt: Christus autẽ non tantum Dauid, sed & Dei filium se esse probauit,& per authoritatem Dauid eos conuincit. *Et nemo poterat ei respondere uerbum*, quia non poterant scripturam negare, & irrefragabile erat argumentum: *neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare*, quia planè testimonio & ratione erant conuicti. Vnde Hieronymus. Ideo confutati sermonibus ultrà non interrogant, sed apertissimè comprehensum Romanæ tradunt potestati. Ex quo intelligimus uenena inuidiæ posse quidem superare, sed difficilè posse quiescere.

Charitatis excellẽtia.

Psal.18.

Chryſoſto. hom.72.in Matt.

Hieronym. in cap. 22. Matth.

Christũ nõ nouerunt. Iudæi.

Parentes filiorũ Domini sunt.

Hieronym. in cap. 22. Matt.

Psal.131.

Christum seu Messiã non esse purum hominem.

ORA-

ORATIO.

DOMINE *Deus sanctificator meus, missisti mihi legem tuam, ut toto corde, tota anima, totamente, & ex omnibus uiribus meis te diligam, sed nec hoc ualeo, nisi tu dederis mihi, cuius est omne donum bonum, & omne datum optimum. Iubes te diligi. Da quod iubes, & iube quod uis. Da etiam mihi diligere proximum, sicut meipsum: ut hic gratiam, & ibi gloriam consequamur in idipsum. Da insuper mihi bone Iesu, ut te Christum nobis missum Deum & hominẽ corde credam, ore confitear, & opere contestẽr: ut tibi nunc subiectus sponte tecum gaudeam sine fine.*

Iacob. 1.

De scribis & Phariſæis in doctrina audiendis, sed non in uita imitandis. Cap. XXXVII.



ONEVTATIS autem & tacentibus Scribis & Phariſæis, qui dolosè interrogabant Dominum, ut tentarent eum: ne plebs & alij idonei sine pane doctrinæ euanesceret, *locutus est Dominus*, eadem feria tertia *ad turbas*, scilicet ad simplices & imperfectos, & ad discipulos suos magis doctos & perfectos. Vnde Chryſ. Postquã Dominus sacerdotes responsione prostrauit:& incorrigibilem conditionem eorum ostendit: sicut & clerici si malè fecerint inemendabiles sunt, laici uerò delinquentes facilè emendãtur: tunc conuertit sermonem ad populum. Infructuosum namque est uerbum in quo sic alter confunditur, ut alter non erudiatur. Locutus est ergo ad eos instruens, & docens Scribarum & Phariſæorum doctrinam audiendam, sed eorum uitam non imitandam: & nihilominus hortans eos subiici illis propter sacerdotij & nominis dignitatem, non opera sed doctrinam considerantes. Multaque eorum crimina annumerans, & & alios ab eis dehortans. Vnde dicit: *super cathedram Moyſi*.i. authoritate dicendi & iudicãdi, *sederũt*, scilicet indignè, *Scribæ & Phariſæi*. Cathedra doctorum est:& ideo dicuntur sedere super cathedrã Moysi, qui docent quod docuit Moyses. Vbi Chryſoſtomus. Multi sacerdotes, & pauci sacerdotes: multi in nomine,& pauci in opere. Videte ergo quomodo sedeatis super eam: quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram. Non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Non omnis sacerdos sanctus est, sed omnis sanctus sacerdos. Bene quidem docendo, & malè uiuendo, Deum instruis quomodo debeat te condemnare. Vt autem dicit idem Chryſoſtom. Ne aliquis dicat, quoniam propter hoc desidior factus sum ad agendum, quia malus est doctor: ideo hanc destruit occasionem, cum subdit. *Omnia ergo* ad cathedram pertinentia, *quæcunque dixerint uobis*, id est ad uestram utilitatem: *seruate* corde, *& facite* opere, id est doctrina. Non tamen simpliciter quæcunque: sed illa tantum quæ Moysi cathedræ doctrinæque conueniunt, & quæ à uera fide non discrepant, neque diuinis repugnant mandatis. Vnde Chryſoſto. Omnia ait, quæ corrigunt mores, & meliorem faciunt uitæ modum: & noui testamenti concordant legibus, & non dimittunt de reliquo sub iugo legis esse. Hæc Chryſo. Ex quo patet quòd etiam malis prælatis & doctoribus bona docentibus, est honor obedientiæ exhibendus, nisi in his quæ manifestè sunt contra Deum, & sunt habendi in reuerentia, quandiu tolerantur in officio suo: quod patet per exemplum Dauid, qui uenerabatur Saulem, licet sciret eũ malum, & à Deo reprobatum: & per hoc auditoribus tollitur excusatio non bene agendi. Nam obediendo malis prælatis & doctoribus, Deus in eis honoratur, cuius personam gerunt:non enim sua, sed quæ Dei sunt, dicunt: *secundum uerò opera eorum*, quæ præter id quod oportet nequiter faciunt, *nolite facere*:quia non sunt imitandi in malis, sed tantum in bonis. Vbi Chryſoſtomus. Si bene uixerint, eorum est lucrum: si bene docuerint, uestrum. Accipite ergo quod uestrum est: & nolite discutere quod alienum est. Hæc Chryſoſto. *Dicunt enim & non faciunt*: quia uita doctrinæ non concordat. Docebant enim bene uiuere,secundum legis præcepta,& ipsi per præuaricationem legis malè uiuebant. Contra quos dicit Augu. Bene docere,& malè uiuere,non est aliud ꝙ se sua lingua dãnare: de talibus.n.qui dicũt,& non faciunt, pòt dici illud Genesis: *Vox quidem, uox Iacob est: manus autem manus, Esau*. Vbi Chryſ. Maximè accusatione dignus est qui doctrinæ authoritatem habens,legem trãsgreditur: primò quidem, quia præuaricatur qui alios corrigere debet: deinde ꝙa peccans maiori pœna dignus est, propter honorem: tertiò, quia plus corrumpit, uelut in ordine doctoris peccans. *Alligant autem onera*. ſ. suarũ traditionum & legum, ut sit quasi fascis importabilis. Vnde subdit *grauia*, quantum ad affectum: *& importabilia* quantum ad effectum: *& imponunt in humeros hominum*, non in suos, per coactionem obseruãtiæ præceptorum: quia supra legis præcepta, constituerunt ex suis traditionibus multa quæ erant subditis grauia & importabilia: *digito autem suo*, id est læui motu uel tactu, *nolunt ea mouere & tangere*. Ecce qualiter eorum reprehensionem aggrauat:non enim dixit,nõ possunt: sed nolunt: nec dicit, pleno opere & manu:sed,digito & modico tactu: nec dixit, portare: sed, mouere: id est,neque propè fieri neque tangere: quia modicum conatum ad agendum talia nolebant apponere,& nec minora eorum quæ ipsi præcipiebant uolebant opera adimplere. Vbi Chryſoſto. secundum consequentiam autem, tales sunt etiam sacerdotes, qui omnem iustitiã populo mandant, & ipsi nec modicam seruant: uidelicet non ut faciẽdo sint iusti, sed ut dicendo iusti. Tales sunt & qui graue pondus uenientibus ad pœnitentiam imponunt,ipsi autem nec minimum faciunt. Et sic dum pœna præsentis pœnitentiæ fugitur: contemnitur pœna futuri iudicij. Si enim fascem super humeros adolescentis, quem non potest baiulare, posueris: necesse habet ut aut fascem reijciat, aut sub pondere confringatur.

Matt. 23. Mar. 12. Luce 20.

Chryſoſto. hom.43. operis imperf.

Cathedra Moyſi.

Chryſoſto. ibidem.

Ibidem.

Chryſoſto. ibidem.

Augustin. sermone 3. de uerbis Domini. Gene. 27.

Chryſoſto. hom 73. in Matt.

1.Reg.24. & 26. & 2.Reg.1.

Chryſoſto. ho.43.operis imperf.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sic & homini cui graue pondus pœnitentiæ imponis, neceſſe eſt ut aut pœnitentiam tuam reijciat: aut ſuſcipiens dum ferre non poteſt ſcandalizetur, & amplius pecc̃et. Deinde & ſi erramus modicã pœnitentiã imponentes: nonne melius eſt pp miſericordiam dare rationẽ, quàm propter crudelitatem? Vbi paterfamilias largus eſt: diſpenſator nõ debet eſſe tenax miniſter. Si Deus benignus, ut quid ſacerdos eſt auſterus? Vis apparere sãctus: circa tuã uitã eſto auſterus: circa aliorũ aũt benignus. Audiãt te homines parua mandantẽ: uideãt grãdia facientẽ. Talis eſt aũt ſacerdos qui ſibi indulget, & alios exigit: quẽadmodũ malus deſcriptor tributi in ciuitate, q̃ ſe reuelat & onerat imponẽtes. Et iterũ: In quo duplicẽ eorũ malitiã oſtẽdit: unã quidem in hoc, q̃ ſine uenia expetũt à ſubiectis ſummam diligentiam uitæ. Alia uerò in hoc, quod ſibiipſis multam concedunt licentiam. Oportet autem bonum principem e contrario ſe habere: in his quidem quæ ſecundum ſeipſum ſunt, grauem iudicem eſſe: in ſubiectis autẽ, manſuetũ. Hęc Chryſoſtomus. Imponendo ergo modicã pœnitentiã, melius eſt animas mittere in purgatorium, quàm in infernum: ſed tamen in quibus tenentur, ſaltem eſt eis innoteſcendum. Igitur, ut ait Hiero. hoc generaliter dicitur aduerſus omnes magiſtros, qui grandia iubent, & minora nõ faciunt. Hæc eſt autem quædam cauſa non modica, quæ hodie mouet ſubditos cõtra maiores & prælatos: quia dicunt, & non faciunt. Imponunt onera alijs, & ea digito non tangunt. Talium uerba apud ſubditos parum proficiunt, quando in eis non uidentur q̃ docent & præcipiunt. Quicunque ergo proximorum animabus utilis eſſe deſiderat: ſtudeat prius ĩſe habere quicquid alios docturus eſt: alioquin parum proficiet. Nam eius uerbum inefficax erit, niſi prius homines in eo comperiãt eſſe ea quæ docet. Ex præmiſsis patet, q̃ ille qui legem aliquam conſtituit: licet non ſit ſubditus legi, quantum ad hoc, quòd per hominem puniatur ſi contrarium fecerit: tamen obligatus eſt ad legem implendam, & grauius punietur à Deo, ſi fecerit contrarium: quia tranſgreſsio eius eſt grauior, ꝓpter ſcãdalum. Propter quod dicit ſapiens: Patere legem quã ipſe tuleris: & ut alibi dicitur, q̃ quicquid iuris in alterum ſtatuit, ipſe eodem uti debet. Pater ergo ex prædictis, q̃ illi ſtatum eccleſiæ in generali, ſeu aliquẽ ſtatum eius in ſpeciali, regunt: & ſubditos onerant grauibus ſtatutis, ſine magna & euidẽti neceſsitate, abuntur ſua poteſtate: ſicut faciebant Phariſæi & Scribæ. Prælatorum enim tot ſunt inhumanæ ſententiæ & mandata lignaq̃; uetita, quod uix poſsit aliquis trãſire per huius mundi umbram, quin incidat in peccatum & offenſam. Vnde ait Augu. loquens de religione Chriſtiana, Ipſam religionẽ noſtrã, quã Dominus noſter Ieſus Chriſtus in pauciſsimis ſacramentorũ celebrationibus uoluit eſſe liberam, quidam ſeruilibus premunt oneribus: adeo vt tolerabilior ſit conditio Iudæorum, qui non humanis præſumptionibus, ſed diuinis ſubijciuntur inſtitutis. Deinde ſecundum Chryſ. Poſtquam Dominus arguerat Scribas & Phariſæos crudelitatis & negligentiæ: cõſequenter arguit eos inanis gloriæ, q̃ fecit eos à Deo recedere, & propter quã non poſſunt Chriſto credere. Vnde ſubdit: *Omnia uero opera ſua faciunt*: ea. ſcilintentione, & eo fine *ut uideantur ab hominibus*: & ſic habeãt gloriam in ter homines. i. propter gloriam humanam: quia uideri in bonis propter gloriam diuinam non eſt malũ, ſed magis meritoriũ. Non autẽ poteſt credere Chriſto cœleſtia prædicanti, qui gloriam terrenam quærit, & eam cœleſtibus præponit. Nõ ſolum ergo deſides & remiſsi erant ad bene operandum: ſed etiam uanè glorioſi, & in ſuis operibus laudem appetentes hominum, ut eſſent in reuerẽtia & honore apud populum. Tales autem nullam mercedem de operibus ſuis recipiunt: quia non ſtudẽt ut Deus glorificetur, ſed ut ipſi in his quæ agunt laudentur & remunerentur. Et ideo non ſolum nullam mercedem, ſed etiam pœnam recipiunt, qui de bono malum faciunt. Vnde Chryſo. Quemadmodum uermis de ligno naſcitur, & lignum à uerme conſumitur, & tinea de ueſte à qua corroditur, ſic diabolus inſidiatur, & occaſionem quærit: ut qui cogere hominem ad malum non poteſt, ſtudeat ut ex bonis operibus malũ inanis gloriæ naſcatur: & quod bonum erat, ex inani gloria ſit malum. Igitur ut ait Hieronymus, quicunque ita facit quod libet ut uideatur ab hominibus, Scriba eſt & Phariſæus. Deinde quod Dominus generaliter dixerat, ſcilicet opera ſua faciunt ut uideantur: conſequẽter in partes diuidit, dicens: *Dilatant enim phylacteria ſua: & magnificãt fimbrias, & uolunt ambulare in ſtolis*. Circa hæc ſecundum Hieronymum, eſt ſciendum, quod Dominus cùm dediſſet mãdata legis per Moyſen, ad extremũ intulit, dicens: *ligabis ea in manu tua: & erunt ſemper ante oculos tuos*. Et eſt ſenſus: Præcepta mea ſint tibi ſemper in opere, ſemper in meditatione: ſint in manu tua, ut opere compleantur: & ſint ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis: q̃ ſpiritualiter per manus eſt intelligenda operatio, & per oculos iugis meditatio. Sed hæc Phariſæi malè interpretantes ſcribebant in membranis & chartis de calogum Moyſi: id eſt, decem legis uerba, ſiue præcepta: complicantesq̃; ea, & quaſi coronam capiti faciẽtes, ligabant in fronte, ut ſemper ante oculos mouerentur. Et ſimiliter in ſiniſtro brachio circumligabant, ut ſemper in manu haberent. Et dilatabant has membranas, id eſt eas latiores faciebant, & decalogũ in eis de groſsiori litera ſcribebant. Et hæc omnia faciebant in ſignum religionis, ut per hæc religioſi apparerent, & recordatores & obſeruatores decalogi ab hominibus uiderentur. Et hæ chartæ dicebãtur phylacteria, à phylaxe quod eſt ſeruare: & thera quod eſt lex, quaſi conſeruatoria legis: quia erant quædam ſigna ſeruandæ legis: eo quòd quicunque ea habuiſſent, quaſi ob cuſtodiam & munimentum ſui haberent. Iuſſerat etiam Moyſes, ut in quatuor angulis palliorum, iuxta pedes facerent fimbrias hyacinthinas ad populum Iſraeliticum diſcernendum à cæteris populis in habitu exteriori, ſicut erãt religione diſcreti: & ponerẽt in eis uittas hyacinthinas, quæ etiam cum filis apponebantur, ut uidentes eas recordarentur mandatorum cœleſtium, ac uana & inutilia non cogitarent. Sunt igitur fimbriæ legis, mãdata: uittæ uerò hyacinthinæ ſanctæ conditiones: q̃ ſi ſimul iunctę fuerint, ab omni uanitate oculos auertunt, & tota mente ad cœleſtia dirigunt. Videntes enim hyacinthum, cœli recordamur: quia unius coloris ſunt cœlum & hyacinthus. Iſtiuſmodi erat fimbria breuis & parua ex lege præcepta: quam mulier ſanguine fluens tetigit in pallio Domini, & ſtatim eſt ſanata. Per huiuſmodi etiam fimbriam creditur Samaritanam cognouiſſe de Domino, quòd Iudæus eſſet. Superſtitioſi uerò magiſtri, gloriam ab hominibus captantes, & lucra ſectantes & oſtentationem, maiores fimbrias alijs, in palijs ſuis faciebãt, & acutiſsimas in eis ſpinas ligabant: ut uidelicet eundo,

Pœnitentia modica imponenda. Hieron. in cap. 23. Matt.

Auguſtin. de uera religione.

Chryſoſto. hom. 73. in Matt. Vana gloria Scribarum.

Chryſoſto. hom. 43. operis imperf. Vana gloria malũ.

Hieron. in cap. 23. Matt.

Hieronym. ibidem. Deut. 6.

Fimbriæ legis, ſunt mandata.

Matth. 9.

Phylacteria, unde dicta.

eundo, uel ſedendo eis pungerentur, & quaſi ſic cõmoniti memores mãdatorum, & beneficiorum Dei eſſent: & hac commonitione ad officia Dei, & ad miniſteria ſeruitutis eius traherentur: non intelligentibus eis quòd hæc in corde portanda ſint, non in corpore: alioquin & armaria, & arcæ libros habent, & Dei notitiam non habent. Pro tanto autem hæc faciebant, quia hominibus uideri, & opinione ſanctitatis ab eis honorari, ac lucra habere cupiebant. *Et uolebant in ſtolis ambulare* id eſt, cultioribus ueſtimentis ad publicum procedere, ut per hoc honorabiliores uiderentur, & magis uenerarentur: quod in diuite reprehenditur, qui byſſo & purpura induebatur. Stolæ erant camiſiæ lineæ longæ, quibus ſcribæ utebantur, ut ſanctiores apparerẽt: & dicebãtur ſtolæ, à thelon quod eſt longum: quia uſque ad pedes deſcẽdebant. Hæ ſtolæ adhuc hodie multas ſimulationes & hypocriſes faciunt: ac pleroſq; incautos decipiũt. *Amabant quoque primos recubitus, & ſedes in cœnis & conuiuijs*: & hoc duplici de cauſa, ſcilicet ratione gulæ quia ibi primò ſeruitur, & fercula meliora ponuntur: & rõne ſuperbiæ, ut ſic in loco honorabiliori poſiti, principaliores & maiores Domini uiderentur. *Ac primas* & digniores *cathedras in ſynagogis* & congregationibus, ubi conueniebant homines ad audiẽdum uerbum Dei: *& primas ſalutationes in foro*, id eſt loco patenti. Primas quidem tempore, ac factas alta uoce: & inclinato capite *uocari ab hominibus rabbi*: id eſt, magiſtri: ut dicit Chryſoſtomus. Vocari uolunt, non eſſe nomen appetunt, & officium negligunt. Et notandum quòd tripliciter cõueniunt homines: uel ad tractanda carnalia, ſicut in cœnis: uel ſpiritualia, ſicut in ſynagogis: uel temporalia, ſicut in foro: & ubique uolebant principatum habere, & gloriam in publico quærebant ſibi exhiberi. Ecce ergo quatuor generaliter in hac ſerie, quæ reprehenduntur in magiſtris & prælatis, in quibus non ſunt imitandi. Primũ eſt, defectus bonæ operationis: quia *dicunt, & non faciunt*. Secundum, auſteritas prælationis, quia *onera grauia alijs (non ſibi) imponunt*. Tertium, oſtẽtatio ſingularis actionis: quia *omnia opera faciunt, ut uideantur ab hominibus*. Quartũ, affectus ambitionis & laudis: quia *amant primos recubitus, & primas cathedras, & ſalutationes*. Et nota, ſecundum Bedam, quòd Dominus non arguit eos, quibus hæc ex officij ordine competunt, & fiunt: ſed illos qui hæc habita, ſiue non habita indebitè amant & appetunt: animum uidelicet, non gradum redarguens: & ad uoluntatem, non ad factum uituperationem referens. Sine cauſa enim loco ſe humiliat, qui corde ſe præfert & exaltat: unde non prohibet magiſtros primò ſedere, nec doctrinam ſuper cathedram, nec ſalutationes in foro, nec nomina magiſtri uel patris: ſed ambitionem, & uanam gloriam: ne quis hæc appetat, uel glorietur in eis. Si autem, dicit Chryſoſtomus, diligere talia eſt incuſatio, quàm malum eſt ſtudere, ut his aliquis potiatur. Vt ait Beda: Væ miſeris illis, ad quos Phariſæorum uitia tranſierunt: qui per breue curriculum uitæ ſuæ, quo peccata plangere debuerant, pro prioratu certare nõ metuunt. Et ſciendum ſecundum eundem, quòd duplici ratione à uanæ gloriæ cupidis attendere iubemur: ne ſcilicet eorum uel ſimulatione ſeducamur, æſtimantes bona eſſe quæ faciũt: uel æmulatione ad imitandũ in flammemur, fruſtra gaudentes in bonis laudari quę ſimulant. Deinde reuocat diſcipulos ab hac ſuperbia & ambitione: dicens: *Vos autem nolite*, id eſt

Lyra 16. Stile.

Chryſoſto. hom. 43. operis imperf.

Beda in c. 20. Lucæ.

Chryſoſto. hom. 43. operis imperfecti. Beda in c. 12 Marci. A uana gloria cupidis attendendum.

non uelitis & affectetis *uocari rabbi*: nec uocemini, id eſt nec appetatis uocari magiſtri, propter inanis gloriæ ambitionem, *& patrem nolite uocare uobis ſuper terram*, propter adulationem. Non honorem, uel nomen magiſtri, aut patris, inhibet: ſed ne quis indebitum, uel indebitè ſibi uſurpet, uel alteri attribuat: *unus eſt enim magiſter*, & pater principaliter omnium ſingulariter, & per excellentiam, *qui eſt in cœlis*: cui eſt cura de omnibus licet aliquis poſsit uocari pater, uel magiſter in terra, ratione generationis, doctrinæ, uel ætatis: tamen ſolus Deus naturæ author, eſt pater & magiſter principalis: quia ab eo habemus quod ſumus, & ſcimus. Vbi Chryſoſtomus: Vos autem nolite uocari rabbi: ne quod Deo debetur uobis præſumatis. Nolite & alios uocare rabbi: ne diuinum honorem hominibus deferatis. Vnus eſt enim magiſter omnium, qui omnes naturaliter docet. *Et patrem nolite uocare uobis ſuper terram*: qui non eſtis filij terreni. Ex eo enim cęleſtem te profeſſus es habere patrẽ, ex quo patrẽ tibi uocaſti de cœlo dicens: *Pater noſter qui es in cœlis*. Ex quo enim cœleſtẽ te profeſſus es habere patrem: uocando patrem Deum, turpe eſt ut iterum te profitearis terrenum, tibi patrem uocando ſuper terram. Et iterum *ne uocetis patre in terra*: non ut dehonores eos qui te genuerunt, ſed ut omnibus illis præponas eũ qui te fecit, & inſcripſit te inter filios ſuos. Hęc Chryſoſtomus. *Omnes autem uos fratres eſtis*: quia filij Dei per creationem, & gratiæ adoptionem, ad unam uocati hæreditatem: ſcilicet ad regnum cœlorum. Secundum Hieronymum: Omnes Chriſtiani, fratres uocantur ſpecialiter: & omnes homines, ex uno patre Deo nati, communiter: non ſolum autem Dominus primatus cupere prohibet, ſed ad cõtrarium auditorẽ inducit. Vnde ut in amorem humiliatis diſcipulos ducat oſtendens formam humilitatis, ſubiungit: *Qui maior eſt ueſtrum*, uel merito ſanctitatis, uel officio dignitatis, *erit & ſi miniſter ueſter*, & alios præueniat obſequendo: non ſuperbè dominando, paratus ad officia humilitatis, ſecundum decentiam ſui ſtatus. Vnde & Papa uocat ſe ſeruũ ſeruorũ Dei. Bene agentibus per humilitatem ſit ſocius: contra delinquentes zelo iuſtitiæ ſit erectus. *Qui autem ſe exaltauerit*: in præſenti per elationem & arrogantiã: *humiliabitur* in futuro per damnationem & pœnam. *& qui ſe humiliauerit* in præſenti, non nequiter ſed ueraciter: *exaltabitur* in futura gloria mirabiliter. Et notandum quod propter triplicem gradum humiliatis hoc uerbũ ter ponitur in euãgelio: ſcilicet ſuprà, ubi monet ut inuitati recumbant in nouiſsimo loco: & iterum, de Phariſæo & Publicano orantibus in templo, & tertio, in hoc loco. Eſt enim triplex humilitas: ſcilicet cordis, operis, & oris: quam tria nutriunt & cuſtodiunt. Primã, aſsiduitas cordialis ſubiectionis: quam non habuit Lucifer. Secundam, conſideratio propriæ fragilitatis: quam non habuit Adam. Tertiam, benignitas orationis: quam non habebit Antichriſtus.

Chryſoſto. hom. 43. operis imperf.

Hiero. contra Heluidium to. 2.

Lucæ 14. Ibidẽ 18.

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, pie auſer à me defectum bonæ operationis, ut merear bona non ſolum docere & dicere, ſed etiam facere & operibus adimplere: remoue à me auſteritatẽ ac crudelitatem, ne grandia iubendo, & minora non faciendo, me reuelare uidear & alios onerare. Exclude à me gloriam*

Universidad de Deusto Biblioteca

riam inanem & ostentationem: ne opera mea ut ab hominibus uidear faciam, & gloriam humanam in eis non quæram. Elonga etiam à me ambitionis & laudis affectum: ne prima loca & salutationes amem, uel magistri nomen: ut me sic humilians in hoc seculo, merear à te exaltari in futuro. Amen.

Quibus debetur uæ æternum. Cap. XXXVIII.



Matt. 23. Mar. 12. Luca 20.

POST hæc Dominus, q. legi & præceptis euangelicis obedietibus dat benedictiones, ipsis Scribis & Pharisæis inobedientibus comminatur uæ maledictionis: & in omnibus effectibus hypocrisis ipsorum hanc dictionem uæ præponit, quæ maledictionẽ significat.

Vę quid notat. Heu.

Væ quippe in scriptura sacra notat æternam damnationem, & gehennæ supplicium: sed, heu, huius seculi peregrinationem, & præsens exilium. Vnde secundum Origenẽ. Sicut in ueteri lege ponuntur benedictiones obseruantibus legem, & maledictiones trãsgredientibus eam: ita in euangelio ponuntur beatitudines respectu iustorum, ut habitum est suprà in sermone Domini in monte: & hîc econtrariò ponũtur maledictiones, contra hypocritas falsò iustitiam simulantes.

Origenes tracta. 25. in Matt. Matt. 5.

Væ octies positu. Væ de superbia.

Et ponit octo væ iuxta octo in quibus ipsorum hypocrisis & fictio patet: ad ostendendũ, quæ in eis cauenda esse docet. In primo redarguit eos de superbia & auaritia: quia regnum cœlorum claudebant ante homines, & nec ipsi intrabant, nec intrare siniebant uolentes. Vnde dicit *uæ*. i. æterna damnatio *uobis* imminet, *Scribæ* qui putatis uos peritos in lege: *& Pharisæi* qui dicitis uos prælatos in sanctitate: *hypocritæ* simulãtes quod non estis, *qui clauditis regnum cœlorum ante homines*. i. qui uestris prauis expositionibus ueritatem scripturarũ absconditis, uel malo exẽplo alios scandalizatis: *uos autem non intratis*, quia intelligere & credere non uultis: *nec introire uolentes*, id est credere cupientes *sinitis intrare*, imò facitis errare. Dupliciter enim impeditur ingressus alicuius ĩ domum: uno modo, quando clauis tollitur: alio modo, quando obstaculum ponitur. Spiritualiter autẽ secũdum Chrysosto. regnum cęlorum sunt sacræ scripturæ: quia in eis regnum cœlorum est insertum. Iste ergo claudit hoc regnum alteri, qui clauem portat, & non aperit: scilicet qui habet scientiam, & docere contemnit, uel negligit: iste uerò obstaculum ponit, qui per malum exemplum alios impedit ne intrent, uel intrare uelint. Quamuis ergo Scribæ & Pharisæi per scripturas cognoscerent & scirent Chri-

Chrysosto. ho. 44. operis imperf.

A sti aduentum: tamen ipsi considerabant, quod si Christus creditus fuisset, consuetudo sacrificiorũ & oblationum cessaret: & sic ipsi oblationibus sacrificiorum fraudarentur: & ideo praua expositione, & peruersa interpretatione ante conspectum populi claudebant ianuam legis & prophetarum, qui de aduentu Christi manifestissimè locuti fuerãt, ut à fide Christi homines retraherent. Malis quoque operibus & exemplis simplices à fide auertebant: & sic eos scandalizantes, regnum cœlorum ante illos claudebant. Primò quidem ipsi cognitionem de Christo habuerunt: sed postea per inuidiam cæcati perdiderunt, & in errorem conuersi sunt, & multos alios errare fecerunt. Vel, secundum alios, regnum cœlorum hîc ac-

B cipitur pro æterna beatitudine: ostium, per quod intratur ad ipsam, Christus est, secundum quod ipsemet dicit: *Ego sum ostium: per me, si quis introierit, saluabitur.* Clauis, est doctrina: & ideo per sanam doctrinam aperitur hoc ostium, & per falsam doctrinam clauditur. Igitur quia Pharisæi & Scribæ authoritates, quæ sunt in lege & prophetis de Christo, corrumpebant: ideo regnum cęlorum ante homines claudebant: eos à fide & notitia Christi uero auertendo, & in errorem mittendo. Ipsi non intrabant, quia à cognitione quam de Christo habuerunt per odium & rancorem in errorem conuersi sunt: *nec introeuntes*, id est intrare uolentes, *quales erant simplices populi*, si-

Ioan. 10.

C nebant intrare: quia per eos fuerunt decepti, & à fide Christi pro maiori parte auersi. In secundo redarguit eos de gula, & gastrimagria: quia sub specie cultus diuini & religionis *oratione longa*, scilicet in uerbis, sed breui in affectu & sentẽtijs, *orãtes* ut sanctiores apparerent, & maiora dona reciperent: comedebant substantiam pauperum: scilicet *domos uiduarum*, affectum pietatis ad eos habentium, bona earũ sibi attrahentes, & consumentes sub simulatione & falsa specie sanctitatis: quia sua superstitione nihil intendebant, nisi ut prædam de subiecta plebe facerẽt: & magis de uiduis, quæ facilè decipiuntur, non habentes uirũ qui consulat, & habentes dandi libertatẽ, quod uoluntas suggerit. Et ex hoc factum corũ ag-

D grauatur: quoniam non à diuitibus, sed à uiduis uentrem implebant: & illarum inopiam attrahebant, quã emendare oportebat. Vbi Chryso. Dum Iudaicos sacerdotes confundit, Christianos sacerdotes monet non permanere cum uiduis amplius quàm cum cæteris: quia & si uoluntas mala non est, suspitio tamen mala ẽ. Deinde & huius rapinæ modus erat grauior: ut enim dicit Chrysostom. Qui malum facit, dignus est pœna: sed qui à religione causam accipit malitiæ, grauiori est obnoxius pœnæ. Vnde sequitur: *Propter hoc*, scilicet non solum propter rapinam: sed etiam propter uestram simulationem, *amplius accipietis iudicium*, & maiorem damnationem. Vbi Chrysosto-

Chrysosto. ibidem.

Idem hom. 74. in Matthæum.

Idem hom. 44. operis imperfect.

E mus. Primùm quidem pro eo, quod figmentum sanctitatis assumitis: auaritiam enim uestram religionis colore depingitis, & quasi diabolo præstatis arma Dei, ut armetur iniquitas dum pietas æstimatur. Vnde & secundum Bedam: Non tantum ait, accipient damnationem: sed adiunxit, maiorem: ut insinuet illos qui orant ut uideantur ab hominibus, damnationem mereri: sed eos qui hæc prolixius, quasi religiosiores agendo, non solum laudes ab hominibus, sed & pecunias quærunt, prolixiori damnatione plectẽdos. Istorum ergo oratio fit in peccatum: ut non solum pro alijs intercedere non possint: sed nec sibi ad salutem proficere: imò pro ipsis orationibus magis

Beda in c. 20. Luca.

magis damnabuntur. Vnde & Isid. Dupliciter damnantur hypocritæ: uel pro occulta iniquitate, uel pro aperta simulatione. Ex illo enim condemnãtur, quia iniqui sunt: ex isto, quia ostendunt quod non sunt. Vnde secundum Augustin. Simulata æquitas, non est æquitas sed duplex iniquitas: & ideo plectenda maiori pœna. In tertio redarguit eos de inani labore, & nequitia: quia multi eorum circumeunt *mare & aridam*, ciuitates & uillas, lustrantes orbem, *ut* ex gentibus *unum proselytum faciant*, id est aliquem de gentilitate ad Iudaismum trahant & conuertant: & non propter misericordiam, ut eos saluent: sed aut propter uanam gloriam, ut pietati fidei, & cultui Christianæ religionis obsistant: aut propter auaritiam, ut additis in synagoga Iudæis, sacrificiorum oblatio adderetur eis. Proselyti dicuntur, qui relicto gentilitatis errore, ad Iudaismum conuertuntur: quorum raritas per unum significatur. Vbi patet labor uacuus, quia pro uno circumeunt mare & aridã multi: sed unus de mille Christus circuit ciuitates & uillas, & sequuntur eum turbæ multæ. Patet etiam nimia eorum nequitia: quia pro quo laborant, ut ad se trahant, deteriorem se faciunt, *& gehennæ*, seu perditionis *filium* duplo quàm seipsos. Qui antè dum ethnicus erat, simpliciter errabat, & semel filius gehennæ erat: sed postea uidens eorum uitia, & corruptus in moribus, per malam eorum uitam reuertitur ad gentilitatem, & sic præuaricator & apostata à lege quam seruare promiserat, in moribus & fide peccat, & maiori pœna dignus: quia *melius esset illi ueritatem non agnoscere, quam post agnitam retrorsum conuerti*. Similiter faciunt illi qui multum laborant ad hoc quod possint aliquem ad religionem adducere: & cùm adductus est, per mala exempla faciunt eum apostatare: & fiũt nouissima eius peiora prioribus: quia (ut hîc ait Hieronymus,) non eo studio seruamus quęsita, quo quęrimus. In quarto redarguit eos de stultitia & fraudulentia: quia ut populum ad dandum & offerendum inuitarent: ea quæ erat propter templum & altare, præferebant in honore & sanctitate ipsi templo & altari sanctiora: dicentes, quod si quis iuret per templum, uel altare, nihil est: id est, nihil debet, nec obligatur isto iuramento, & conuictus mendacij non tenetur reus periurij, nec est obligatus in aliquo: *si autem iuret in auro templi*, id est in pecunia, quæ offerebatur sacerdotibus in templo, *uel in dono* & oblationibus, id ẽ in hostia & uictimis quæ offeruntur Deo super altare: *debet*, id est obligatur, & conuictus statim illud in quo iurauit tenetur exoluere: & hoc studiosissimè solebant repetere. Sãctio ergo istorum erat talis quòd iuramentum per creaturas non erat obligatorium: nisi solum cùm iurabatur per aurem & dona templi, & altaris: in quo non attendebant Dei timorem, sed suam cupiditatem. Vnde decipiebant populum, dicentes aurum & dona sanctiora esse, quàm templum & altare: ut homines promptiores fierent ad offerenda dona: sed errabant, quia maius est quod sanctificat, quàm quod sanctificatur: ergo & tẽplum maius est quàm aurum, & altare maius quàm donum: quia tẽplum & altare quodammodo sanctificant in eis oblata: quia erant Deo dicata, ergo & iuramentum per templum & altare maius est, quàm per aurũ templi uel donum altaris. Vnde uocat eos cæcos duces, quia in errore erant, & alios in errorem ducebant: & iste error maximè ex cupiditate procedebat. Item conuincit eos alia ratione, quia in iuramento quod fit

Augustin. in Psal. 6. Vę de inani gloria.

Proselyti qui dicuntur.

Ethnici cõuersi grauius, dũ retrocedunt, peccant. 2. Petr. 2.

Hieron. in cap. 23. Matt. Væ de fraudulenta stultitia.

Iuramentũ per creaturas.

A per templum, uel altare, continetur iuramẽtum per aurum, uel per donum: qui enim iurat per altare, ex quo deriuatur oblatorum sanctificatio, iurat etiam in contentis in illo: & qui iurat per templum, iurat etiam in habitãte in ipso: & ideo iuramentum per tẽplum, uel altare, magis est obligatorium, quàm per dona templi uel altaris. Similiter quia Iudæi consuetudinem habebant per cœlum iurare: ideo ad reprehensionem eorum subdit: *Et qui iurat per cœlum, iurat in throno Dei, & in Deo qui sedet super eum*. Non ergo sicut arbitrantur euadunt periculum ex eo quòd nõ iurant per Deum, sed per thronum Dei, scilicet cœlum. Qui enim per subiectam creaturam iurat, implicitè iurat per creatorem creaturæ præsidentem: &

B ideo iuramentum per creaturas licitum, est obligatorium. Adhuc multi insipientes Christiani eodem uitio & simili errore laborant: qui putant maius esse iurare per euangelium, quàm per Deum: & cùm per euangelium iurare timeant, per Deum tamen frequenter ex usu uitioso iurare non formidant: cùm tamen tota sanctitas euangelij à Deo ueniat. Scripturæ enim propter Deum factæ sunt, non Deus propter scripturas: & ideo maior est Deus qui sanctificat euangelium, quàm euangelium quod sanctificatur ab eo. In quinto redarguit negligentiam, & segnitiem quam habebant circa magna & utilia, ad salutem animarum pertinentia: gerentes magnam sollicitudinem & diligentiam circa minuta & tempora-

Iurare per euangeliũ.

Væ de ignauia circa salutaria.

C lia, quia decimabant omne olus, & minimas res: sed in iudicijs iustitiam, in pauperes misericordiam, & in Deum fidem, quæ magna sunt, prætermittebant. Fidès importat debitum ordinem hominis ad Deum: iudicium autem importat debitum ordinem hominis ad proximum, in his quæ habent rationem debiti: misericordia autem, in his quæ habent rationem doni: & in his tribus intelliguntur omnia illa, quæ ad salutem sunt multum necessaria. Quòd autem dicit *decimatis*, potest dupliciter intelligi. Vno modo respectu sui: quia licet ministri receperunt decimas à populo, tamen de illis acceptis à populo, & de his quæ habebant ex labore suo, decimas reddebant sacerdoti summo. Ad simulationem quippe sanctita-

D tis reddebant eis decimas de minimis, & ratione cupiditatis: ut per exemplum sui inducerent populum ad reddendum sibi decimas de omnibus usq; ad minima. Aliter potest intelligi respectu aliorum, quos ad strictè soluendum decimas inducebant, quas ab eis usq; ad minima extorquebant. Et ne aliquis crederet quòd de minimis rebus non essent decimę dandæ: subiungit, quod principalibus oportet facere hæc maiora, scilicet *iudicium & misericordiam*, ac ea quæ sunt fidei agere tãquam magis necessaria, *& illa*, scilicet minora, scilicet decimationem minimarum rerum *non obmittere* tanquam bona minora: quia prę-

E ceptum Dei est de omnibus, tam minoribus quàm maioribus decimas dare, & omnia præcepta legis tam maxima quàm minima oportet implere. Deinde has simulationes eorum arguit, quia erant duces habentes regere populum, cæci peruertentes intellectum scripturarum, *colantes* & purgantes *culicem*, id est minora cum diligentia disquirentes & tractantes: *camelum autem glutientes*, id est maiora subticentes, & pro nihilo reputando obmittentes. Culex quippe animal paruum est, ab aculeo dictum: habet enim in ore fistulam ad modum stimuli, quo pungit carnem & sugit sanguinem, per quod minor trãsgressio intelligitur. Camelus uerò est animal magnum

Culex.

Camelus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Chryſoſto. ho.44.operis imperf.

gnum & deforme: per quod maior prȩuaricatio de-
ſignatur. Vbi Chryſo. Quoniam ſcribarum & Pha-
riſæorum ad quos loquebatur: quidam erant ſacer-
dotes, quidam autem populares: non eſt incongruũ
ut duplicem huius loci faciamus traditionem, ut vna
pertineat ad populares, qui decimas dant: alia autem
ad ſacerdotes, qui decimas accipiunt. Etenim ipſe
ſermo dubius eſt, qui dicit: *Væ uobis qui decimatis*,
quia & qui accipit decimas, rectè decimare dicitur,
& qui dat. Scribæ ergo & Phariſæi minimorum ole-
rum decimas dabant, ut per hoc uidentes eos, dice-
rent homines: Putas quomodo omnium rerum ſua-
rum decimas offerre non prætermittunt, ut etiam
contemptibilium olerum decimas dare non negli-
gant. Putas quomodo omnia præcepta Dei vita eo-
rum conſummat, ut nec in modicis his negligere ac-
quiſcant. quod non erat uerum. Nam minorum qui-
dem rerum decimas offerebant, oſtentandæ religio
nis gratia: in iudicijs autem erant iniuſti, in fratri-
bus ſine miſericordia, in Deum ſemper increduli li-
quãtes culicem, camelum autem glutientes: quoniã
à modicis quidem delictis ſe abſtinebant, magna au
tem alacriter committebant. Nunc ueniamus ad ſa-
cerdotes. Hi ergo auaritia pleni: ſi quis de populo
decimam alicuius rei uel minimæ non obtuliſſet, ita
eum corripiebant quaſi magnum crimen feciſſet. Si
quis autem in populo aut in Deum peccabat, aut al-
terum lædebat, aut aliquid tale faciebat, nemo cura
bat corripere eum, quaſi nullam culpam feciſſet. De
ſuo quidem lucro ſolicitè agebant: de gloria verò
Dei, & ſalute hominum negligebant. Sic & modo
fit: Quia omnes de ſuo honore ſoliciti ſunt: de ho-
nore autem Dei, nullus. Et portiones quique ſuas
vigilanter aſpiciunt & defendunt: ſed circa obſequiũ
eccleſiæ, curam impendere non attendunt. Si po-
pulus decimas non obtulerit, murmurant omnes: &
ſi peccantem populum viderint, nemo murmurat
contra eos. Ipſi ſunt qui docent populum, ſuo exem
plo liquare culicem, & camelum glutire: id eſt, à mo
dico peccato ſe continere, maiora autem committe
re. Hæc Chryſoſtomus. O quantum adhuc hodie
cæcitas Scribarum & Phariſæorum regnat (proh do
lor) in prælatis tam religioſis, quàm ſecularibus: qui
ſolicitè curant de ſolutione decimarum & cenſuum
quæ eis debentur, & parũ curant ſi ſubditi in maio-
ribus inuoluantur criminibus: qui minora ſubtiliter
diſcutiunt, & maiora ſubticent: ac magnam in mi-
nimis, ſed paruam uel nullam in maximis diligen-
tiam adhibent: puta ſi quempiam de clericis ſuis uel
monachis deprehendunt in cæremonijs exteriori-
bus offendere, aſpere redarguunt: & ſi ſuperbus eſt,
aut inuidus, uel detractor, uel ſeminator diſcordiæ,
& turbator pacis, ſub ſilentio prætereunt: plus puni-
tur aliquis pro omiſsione unius conſtitutionis uel
admonitionis, ac de tranſgreſsione decretalium &
conſtitutionum hominis, quàm euangeliorum &
mandatorum Chriſti. Curam animarum negligunt,
& negocia exteriora agunt: non curant fructum ani
marum, ſed excreſcentiam diuitiarum: per mundum
diſcurrunt, gregem ſibi commiſſum non cuſtodiũt.
Cuſtodiat eum, qui cuſtodit Iſrael. In ſexto arguit
eos ſimulationis & mendacij: quia plus curabant la-
uare ſordes exteriores, quàm interiores: plus cor-
porũ & uaſorũ, q̃ morum & uitiorũ. Phariſæi enim
quando debebant aſcendere in tẽplum, ad oſtenta-
tionẽ mundiciæ primò lauabant utenſilia domus,
ac ueſtimenta, & conſimilia: & parũ curabant de in-

Matt.23.

Minora vitia, & non maiora caſtigantes.

Væ de ſimulatione & mendacio,

A teriori mundicia intrinſecus. Sic etiam foris oſtende
bant hominibus ſanctitatẽ in habitu, in ſermone, in
philacterijs, in fimbrijs, in orationum longitudine,
& cæteris huiuſmodi intrinſecus autem in conſcien
tia & mente erant *pleni rapina* per affectum ambitio
nis: *& immundicia*, per uoluptatem carnis: uel *rapina*,
id eſt auaritia *& immundicia*, id eſt ſordibus uitiorũ:
quia quod bibebant & mãducabant, alijs auferebant:
& per hoc cibus & potus eorum immundiciam pec
catorum habebat. In hoc uerò multum errabant, &
magna cæcitas eorum erat, quia plus curandum eſt
de mundicia interiori, quàm exteriori: quia exterior
non eſt Deo accepta, niſi per interiorem. Tales ſunt
etiam modo multi, qui ſunt ſicut fimus niue dealba-
B tus, exterius decorati, & intus iniquitate pleni. Vn-
de ſi quis interiora exterius euolueret, multum fœ-
torem, multamque ſaniem inueniret. Vnde in Eze-
chiele: *Fili hominis fode parietem, & uidebis abomina-
tiones*: mundandum eſt ergo quod intus eſt calicis &
paropſidis: id eſt, cor purgãdum eſt à uitijs, quia per
interiora calicis & paropſidis intelligit metaphoricè
interiora mentis: ex cuius mundicia dependet boni-
tas mundiciæ exterioris: & ideo ſequitur, *ut fiat quod
deforis eſt mundum*, id eſt uera ſit oſtenſio ſanctitatis,
non malicia diſsimulationis. Vnde Origenes: Hic
ſermo nos inſtruit, ut feſtinemus eſſe iuſti, non ap-
parere. Qui enim ſtudet ut appareat iuſtus, quæ à
C foris ſunt mundat, & quæ uidentur curat: cor autem
& conſcientiam negligit. Qui autem ſtudet ea quæ
intus ſunt, id eſt cogitationes mundare: conſequens
etiam eſt, ut ea quæ à foris ſunt faciat munda. Et no-
tandum quòd in triplici uæ poſitum eſt nomen cæci
tatis, eo quòd triplex cæcitas arguatur in eis. Primò
in docendis, ſcilicet in uæ quarto. Secundò in corri-
piendis, ſiue in eligendis: ſcilicet in uæ quinto. Tertiò
in agendis, ut hic in uæ ſexto. In ſeptimo demõſtrat
hoc idem per exemplum ſepulchrorum: ut quomo
do ſepulchra dealbata calce leuigata ſunt forinſecus,
& ornata marmoribus, ac diſtincta auro & colori-
bus: *intus autem plena ſunt oſsibus mortuorum*, & ideo
horribilia: & omni ſpurcitia, ſcilicet putredine & fœ
D tore, & ideo abominabilia. Vnde dicitur ſepulchrũ,
quaſi ſemi pulchrum: ſic & ipſi mundiciam, & iuſti-
tiam in habitu ueſtris, & humilitate uerborum oſtẽ
dentes, exterius dealbati ſunt, propter boni ſimula-
tionem: intus autem pleni ſunt hypocriſi, id eſt amo
re vanæ laudis, quantum ad intentionem ſimulatio-
nis: & iniquitate, id eſt odio ueritatis, quantum ad
affectionem malignitatis. Exterius habent conuerſa
tionem honeſtam, ut cooperiant malitiam occul-
tam. Iſti ſignificantur per Bel, qui exterius erat æreus
& intus luteus. Vbi Chryſoſtomus: Meritò quidem
iuſtorum corpora templa dicuntur, quia in corpore
iuſti anima dominatur & regnat, quaſi Deus in tem
E plo, uel certè quia ipſe Deus in corporibus habitat
iuſtis. Corpora autem peccatorum, ſepulchra di-
cuntur mortuorum, quia anima mortua eſt in cor-
pore peccatoris: nec enim uiuens putanda eſt, quæ
nihil uiuum, aut ſpiritale agit in corpore: uel quia
mors ipſa in corporibus habitat peccatorum. Sicut
ergo ſepulchrum, quandiu clauſum eſt, pulchrum
uidetur à foris: ſi uerò apertum, horribile: ſic ſimu-
latores bonorum, quandiu non cognoſcuntur, lau-
dabiles ſunt: cum autem cogniti fuerint, inueniun-
tur abominabiles. Dic hypochrita ſi bonum eſt eſſe
malum, ut quid non uis apparere quod uis eſſe? Si
bonum autem eſt eſſe bonum, ut quid non uis eſſe
quod

Ezech.8.

Origenes tracta.25. in Matt.

Cæcitas triplex & eius uæ.

Sepulchrũ.

Chryſoſt. ho.43.operis imperf.

quod uis apparere? Nam quod turpe eſt apparere,
turpius eſt eſſe: quod autẽ formoſum eſt apparere,
formoſius eſt eſſe. Ergo aut eſto quod appares, aut
appare quod es: quia manifeſtum malum à ſapienti-
bus non reprehenditur, dum inſania æſtimatur.
Hæc Chryſoſtomus. Vnde & Bernardus: Quem da
bis de filijs Adam, qui quod eſt nõ dico uelit, ſed vel
patiatur videri? In octauo arguit eos filios eſſe ho-
micidarum: quia propter opinionem bonitatis, &
gloriæ in populos, ut iuſti viderentur, ſepulchra &
memorias prophetarum & occiſorum ambitioſè ȩdi
ficabant, & magnificè ornabant, quos maiores eo-
rum interfecerũt: & dicebant quòd ſi fuiſſent in die-
bus patrum ſuorum, nõ eſſent ſocij eorum in ſangui
ne prophetarum: id eſt, ad effundendum ſanguinẽ
eorum: nec feciſſent ea quæ patres ſui fecerunt: in
quo teſtantur ſe filios eorum qui prophetas occide-
runt. Scelera patrum, propter ſpeciem ſanctitatis,
verbo ſuo reprobant: & perſequendo ſanctos, ut
Chriſtum & ſuos, eadem ſcelera faciunt: & ſic fa-
cto approbant quia filij ſunt non ſolum carne, ſed e-
tiam imitatione: non ſolum quantum ad naturam,
ſed etiam quantum ad mores. Non enim eos incu-
ſat quoniam ſepulchra ædificant: ſed intentionem
eorum reprehendit, quia non propter honorem eo-
rum qui occiſi fuerant, nec propter amorem pieta-
tis & ueritatis hoc fecerunt: ſed propter amorem va
næ laudis, quam in hoc quærebant. Vnde Chryſo-
ſtomus: Qui martyrum eccleſias ædificant & ornãt,
bonum opus facere uidentur: ſed ſiquidem & alias
iuſtitiam Dei cuſtodiunt, ſi de bonis eorum paupe
res gaudent, ſi aliorum bona per uiolentiam non fa
ciunt ſua, ſcito quia ad gloriam Dei ædificant. Sin
autem quis non intelligat, quia non ad gloriam Dei
faciũt ædificia illa? ſed propter æſtimationẽ humanã
ædificant altaria martyrũ, ubi pauperes paſsi uiolen-
tiam ab eis interpellant contra eos? Non enim gau-
dent martyres quando ex illis pecunijs honorantur,
in quibus pauperes plorabant. Qualis eſt iſta iuſti-
tia, munerare mortuos, & ſpoliare uiuentes: de ſan
guine miſerorum tollere, & Deo offerre? Illud non
eſt Deo offerre, ſed uelle uiolentiæ ſuæ ſocium face-
re Deum: ut cùm oblatam ſibi pecuniam de pecca-
to libenter acceperit, conſentiat in peccato. Vis do-
mum Dei ædificare? da fidelibus pauperibus unde
viuant, & ædificaſti rationabilem domum Dei. In
ædificijs enim homines habitant, Deus autem in ho
minibus ſanctis. Quales ergo illi ſunt qui homines
ſpoliant, & ædificium martyrum faciunt: habitatio-
nes hominum componunt, & habitationes Dei di-
ſturbant? Quæ eſt autem iuſtitia ſanctos colere, &
contemnere ſanctitatem? Primus gradus pietatis
eſt, ſanctitatem diligere, deinde ſanctos: quia non
ſancti ante ſanctitatem fuerunt, ſed ſanctitas ante
ſanctos. Sine cauſa ergo iuſto honorat, qui iuſtitiam
ſpernit. Non poſſunt ſancti amici eſſe illorum, quibus
Deus eſt inimicus. Dicebant apud ſe: Si benefeceri-
mus pauperibus, quis illud videt? Et ſi uiderint, non
multi vident: & ſi multi viderint, pro tempore vi-
dent. Tranſit tempus, & cum tempore tranſit bene-
ficij memoria. Melius eſt ergo ædificia facere quæ
aſpiciant omnes, non in hoc tempore ſolum, ſed e-
tiam in poſterum. O inſipiens homo, quid prodeſt
tibi poſt mortem iſta memoria, ſi ubi es torqueris, &
ubi non es laudaris? Hæc Chryſoſto. Deinde probat
quòd ſint filij homicidarum: & oſtendit eos non ſo-
lum genimina uiperarum, quo ad malitiam in imita-

Væ homicidarum.

Chryſoſto. ho.45.operis imperf. Templa nõ ſunt ex male acquiſita facienda.

A tione malorum, ac paternæ nequitiæ imitatores: ſed
etiam parentibus deteriores: & quòd fictio erat hoc
quod dicebant, ſcilicet quòd non cõmunicaſſent ope
ribus eorum, ſi in tempore illo fuiſſent. Vnde dicit:
Et uos implete, id eſt implebitis, *menſuram patrum ue-
ſtrorum*. Secũdũ Hier. & Chryſ. Non iubet uel p̃cipit:
ſed quod futurũ erat, prædicit & oſtendit. Menſurã
enim patrum ſuorum implere cupiebãt, & iã imple-
uerunt: quia quod illis defuit, iſti ſuppleuerunt. Nec
ſolum impleuerunt, ſed menſuram multum exceſſe-
runt: quia illi occiderunt homines, iſti Dei filium:
illi ſeruos, iſti Dominum: illi miniſtros, iſti regem: il-
li membra, iſti caput: illi prophetas, iſti prophetarũ
magiſtrum, qui à prophetis prædictus eſt: ſcilicet
B Chriſtum. Deinde poſtquam oſtendit in Phariſæis
multiplicem culpam, oſtendit conſequenter pœnã
dicens: *Serpentes* uenenum inuidiæ habentes: *geni-
mina uiperarum*, quia uenenum malitiæ à patribus tra
xerunt: *quomodo fugietis à iudicio gehennæ?* quaſi dice-
ret, nullo modo, quia erant in malitia obſtinati. Nõ
ſolum autem hanc pœnam meruerunt propter mor
tem Chriſti, ſed etiam propter occiſionem Apoſto-
lorum & diſcipulorum eius: & propter hoc ſequitur:
ideo, ſcilicet quia dicitis, non eſſemus ſocii eorum: id
eſt, homicidarum: ut oſtendam ueſtrum mendaciũ:
Ecce ego mitto, ſeu mittam *ad uos* inſtruendos & reuo
candos ad me, *prophetas & ſapientes & ſcribas*, ſcilicet
C Apoſtolos, qui ſpiritu prophetico pleni erant: & cor
da ſapientia diuina erudiebant: & tanquam ſcribæ do
cti de theſauris ſuis noua & uetera proferebant: *&
ex illis occidetis, & crucifigetis, & flagellabitis in ſynago-
gis*, & congregationibus *ueſtris: & perſequemini de ci-
uitate in ciuitatem*, quod & fecerunt: & quos illi ideo
quia non uiderunt non occiderunt, iſti uidentes eo-
rum deſiderium impleuerunt: & ſic mores patrum
iniquorum ſequendo, ſe filios eorũ eſſe teſtati ſunt.
Deinde ut oſtendat quoniam non impunè hoc fa-
ciunt, timorem eis ex his incutit dicens: *Vt ueniat* cõ-
ſecutiuè: quia eſt conſecutio æquitatis: *ſuper uos*, id
eſt generationem ueſtram & omnium malorum uo
bis conſimilem, *omnis ſanguis iuſtus*, id eſt, debita ul-
D tio pro omni effuſione ſanguinis iuſtorum, *à ſangui-
ne Abel iuſti*, cuius munera narrantur à Deo accepta,
uſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, id eſt, Ioia-
dæ ſacerdotis, qui propter ſuam iuſtitiam dictus Ba-
rachias, qui interpretatur benedictus Domini, *quem
occidiſtis*, id eſt, ueſtra generatio uobis ſimilis occi-
dit *inter templum & altare*, ſcilicet holocauſtorum,
quod erat extra templum: ſcilicet in atrio ipſius tem-
pli. Sed licet multi poſt & antè ab hac generatione
ſint occiſi, tamen potius nominat iſtos duos quàm
alios: ut in uno laici, ſcilicet in Abel qui fuit paſtor
ouium, & in campo necatus: in alio clerici, ſcilicet
in Zacharia, qui fuit altaris officio mancipatus, & in
E atrio templi occiſus, intelligantur: & per hos duos
omnes ſancti martyres, laicalis ſcilicet & ſacerdotalis
ordinis, deſignantur. *Amen amen dico uobis, uenient
omnia*: ſcilicet ſcelera & ſcelerum punitiones *ſuper ge-
nerationem iſtam*: ſcilicet ueſtram & omnium malo-
rum: & ſi non omnes ſint uno tempore, tamen om-
nes ſunt unum corpus diaboli. Deinde conuertit ſer
monem ſpecialiter ad Metropolim ciuitatem Hieru-
ſalem in qua erant magis culpabiles: eam pii patris
affectu plangendo, & ex hoc auditores erudiendo di
cens: *Hieruſalem Hieruſalem*. Hieruſalem uocat habi-
tatores, non ædificia ciuitatis, ponendo continens
pro contento: & alloquitur hic populum Iudaicum,
ſub

Hierony. in cap.23. Matt. Chryſoſto. hom.75. in Matt. Menſurã patrũ implere.

Gene.4. 2.Par.24.

Gene.4.

Universidad de Deusto Biblioteca

sub nomine ciuitatis metropolitanæ.Geminatio verò huius uerbi Hierusalem,miserentis est, & miseriá vocantis,ac valde diligentis.Vel geminat propter vehementem reprehensionem, & maiorem exprobrationem.Vel quia factos affligebant dupliciter:& corporaliter,& spiritualiter.*Quæ occidis prophetas*,Dominum etiam occisura prophetarum: *& lapidas eos qui ad te* id est, ad tuam vtilitaté & instructionem, & ad increpandum scelera tua,*missi sunt*. Ideo incurabilis est plaga: quia eos abiicis,qui tibi salutem offerunt.

Chrysosto. ho.46.operis imperf.

Vnde Chrysostomus: Quomodo saneris, quæ nullum ad te medicum peruenire permittis? Sanctis meis non peperci, ut tibi parcerem peccatrici. Illorum vitam neglexi, ne mortem tuam viderem. Omnes medici spirituales in te defecerunt, & tu curata non es.Si de morte tua gauisus fuissem,nunquá ad te misissem prophetas.Si te perdere voluissem,núquam ad te ipse uenissem: ego quid faciam, si tu ipsa viuere non vis?Hæc Chrysost.*Quotiens uolui*,ego qui mortem peccatoris nolo,ego qui omnes peccatores saluare uolo:non quidé semel uel bis,sed multotiens.

Ezech.18. 1.Timo.2.

Primò p legem naturę.Secúdo,per legem scripturæ. Tertiò, per legé gratiæ.Ité in mane pueritię,in tertia adolescétię,in sexta iuuétutis,í nona senectutis,in vespere decrepitæ ætatis, *congregare*, sub cultu unius Dei per fidem & charitaté,*filios tuos*:scilicet Iudæos, prædicationibus prophetarum & miraculis,& te mihi adiungere & meis. Multi sunt dispersores, sed pauci ad bonú cógregatores:dispergit.n.diabolus,dispergit múdus,dispergit carnalis affectus,dispergunt tentatores. Sed Dñs uult cógregare in unitatem fidei,in unitaté charitatis,in unitaté supernæ ciuitatis. Sequitur:*quemadmodum gallina cógregat pullos suos sub alas*. Ponit exemplum de gallina ad ostendendum affectú suum ad populum: quia inter alias aues uidetur magis affici ad nutritionem & conseruationem pullorum.tam magnum enim affectum in filios habet, ut eorum infirmitate affecta infirmetur & ipsa, & eos alis protegens contra miluum pugnet. Sic & Dei sapientia per carnis susceptionem infirmata protegit nos,& defendit à Diabolo,ac nutrit & conseruat sua gratia.Et noluisti quinimò neglexisti, contradixisti, impediuisti:qa prophetas à Deo missos,postea Ioannem Baptistam, & ultimò Dominú nostrum Iesum Christum, & eius discipulos contempserunt: imò & occiderút:ac si diceret,Ego uolui,sed tu noluisti.Ego quod meum est feci: sed tu quod tuum erat non fecisti.Ego pro tua salute prophetas ad te misi:sed tu eos interfecisti. Ego ad te ipse veni, & tu me recipere noluisti. Tibi ergo imputandum & tuæ malitiæ,non mihi.O quotiens monet nos Deus:modo bláditijs,modo increpationibus:nunc sic, nunc sic. Et parum aduertimus. Et ideo valde timenda est nobis pęna quæ sequitur. Tandem enim ex multiplici eorum culpa, multiplicem eis comminatur pœnam. Primò, temporalem,quam plus timebant & semper formidabát, subuersioné ciuitatis,& templi desertionem,dicens:

Deserta Hierusalem à Deo.

Ecce relinquetur uobis à Deo domus vestra,scilicet templum & ciuitas,deserta: quia per Romanos fuerunt destructa: deserta quidem & nudata auxilio Christi, quia habitatorem Christum reliquerunt ac perdiderunt: & hæreditatem præripere gestientes, hæredem occiderunt. Ergo Christus erat qui antea eis præsidebat, & eos manutenebat ac gubernabat, & ab hostium manibus eripiebat. Item deserta angelorum custodia: quia audita est uox in templo, Transeamus ab his sedibus. Mysticè etiam domus Iudæorum deserta & uacua derelicta est:id est,indigni habitudine Sancti spiritus remanserunt: quia in incredulitate perseuerantes, Christum hospitem nó susceperunt.

Hierusalé ab angelis deserta. Chrysosto. ibidem.

Vbi Chrysostomus: Deserta est à sanctis, deserta à sanctitate, à fide, à charitate, à gratia & spiritu. Deserta denique ab ipso Deo, & à bonis omnibus quæ sunt Dei.

Origenes tracta.26. in Matth.

Vbi & Origenes: Semper etiam eis qui noluerunt congregari sub alas eius, cóminatur Christus: ecce relinquetur uobis domus uestra deserta: id est, anima & corpus. Deinde comminatur eis pœnam æternam, quæ est carentia suæ visionis: nisi à suis conuertantur nequitijs, dicens: Dico enim uobis. Non me & faciem meam uidebitis amodo ab hoc: scilicet tempore passionis meæ, donec dicatis benedictus qui venit in nomine Domini: id est, donec etiam inuiti confiteamini me esse Christum benedictum filium,à patre missum,à prophetis prædictum: quod erit in aduentu charitatis ad iudicium. Vnde Zacharias: *Aspicient me quem confixerunt*.

Zacha.12.

Reuera enim post passionem suam uisus est à discipulis & amicis suis: sed non à Iudæis. Vel non videbitis me: id est, nisi dicatis pœnitendo, & me Dei filiú p fidé cófitédo,*benedictus qui uenit in nomine Domini*: id est, hic est benedictus qui uenit in mundum, per incarnationem missus à patre:in quo innuitur conuersio reliquiarum ante aduentum ad iudicium: tunc enim Iudæi qui in fine mundi credituri sunt in Christum,laudabunt & confitebuntur ipsum. Et his dictis exiens Dominus Iesus de templo cum discipulis,recessit à Iudęis.

Origenes ibidem.

Vbi Origenes:sed & unusquisque cùm sit téplú Dei,propter spiritum Dei inhabitantem in se,ipse fit causa suæ desertionis,ut egrediatur Christus ab eo.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui legi & præceptis tuis obedientibus das benedictiones, & inobedientibus maledictiones: da mihi de tua largitate ipsis tuis præceptis semper obtemperare, & errores hypocritarú in omnibus euitare: da mihi tuis monitionibus & beneplacitis sine tedio acquiescere & me sine negligentia emendare: ut tandem in aduétu claritatis tuæ ad iudicium te benedictum, ad plenam nostram redemptioné, hoc est perfectam corporis & animæ libertatem manifestè uenientem lætus aspiciam, & cum electis tuis te sine fine benedicam. Amen.*

De signis aduentus Domini, & consummationis seculi. Cap. XXXIX.



ET

Matt.24. Marci.13. Luca.21.

ET cùm Dominus Iesus eadem feria tertia egressus esset de templo: ipso egressu designans quod dixerat, scilicet domum Iudæorum deserendam:id est,ciuitatem & templum:discipuli admirantes si templum tantæ pulchritudinis & fortitudinis déstrueretur: id est,ad nihilum redigeretur:*ostenderunt ei ædificationes templi*,non ignotas,sed tanquam admirandas:ut propter nobilitatem & magnificentiam ædificiorum, quæ ad diuinum cultum facta erant, flecteretur ad misericordiam, & mitigaret pœnam comminatam.

Ornatus téplorum.

Videbatur etiam eis quòd nec rapi, nec euerti posset,uel dirimi. Non respiciebant ad templi sanctitatem, sed ad ædificiorum preciositatem & fortitudinem:sic hodie multi plus attendunt ad cultum Ecclesiæ corporalem, quàm spiritualem.

Hierony. epistola ad Nepotianú de uita clericorum.

Vnde Hieronymus. Gemmis altaria fulgent, & ministrorú Dei nulla electio est. Sed contrarium fuit in primitiua Ecclesia:quia maior vis fiebat in ornatu spirituali,quàm in materiali. Vnde Augustinus. Olim erant parietes Ecclesiæ uiles,& viri preciosi:modo econuerso. Ecclesiæ quippe ornatus non est in ædificijs & redditibus: sed in humilitate,hospitalitate, & pietate. Et respondens Iesus,dixit non solum hæc destruenda fore: sed & quòd in eis non relinqueretur lapis super lapidem, qui non destrueretur & comminueretur, quantumcunque preciosa & fortia viderentur: hoc autem factú est à Romanis quadragesimosecúdo anno post passionem Domini. Similiter erit de magnis & sumptuosis palatijs,quia non relinquetur lapis super lapidem in eis.

Beda in ca. 13.Marci.

Secundum Bedam: Diuinitus procuratú est & prouisum,ut patefacta Euágelica gratia per orbem, téplum ipsum cum suis ceremonijs tolleretur: ne quis adhuc paruulus & infirmus in fide, si uiderit illa permanere quæ à Deo sunt instituta,à sinceritate fidei ad Iudaismum laberetur. Aufertur ergo umbra, & palmam tenet veritas per orbem declarata. Omnis enim compositio mandatorum, sic est destructa, ut Iudæi nihil impleant, & capite sublato membra inter se pugnent.

Chrysosto. ho.48.operis imperf.

Vnde Chrysostomus: Illa Hierusalem figuralis, typum gerit Hierusalem spiritualis:id est, Ecclesiæ. Nam nisi templum istud destructum fuisset, obseruantia legis non facilè fuisset compescéda. Ideo autem destructum est,ut si velint Iudęi postmodum seruare legem,non possint:aut de pascha,aut de sacrificijs,aut de cæteris festiuitatibus. Ceciderunt corporalia & figuralia, ut surgerét spiritualia & vera mysteria. Hæc Chrysostomus. Et uadens Dominus ipsa die cum discipulis in montem Oliueti,& sedens ibi *contra templum*,in loco ubi postea cóstructa est ecclesia: interrogatur ab eis de tempore destructionis Hierusalem & templi,& de signo aduentus sui,& consummationis seculi: quæ putabát sequi statim destructionem ciuitatis & templi. Istæ quæstiones fuerunt ei factæ in monte Oliueti:& hoc rationabiliter:quia ex illo loco téplum & ciuitas clarissimè uidétur,& occasione huius de destructione ibi quæritur. Similiter & iudicium extremum futurum est circa illum locum: ideo conuenienter fit ibi quæstio de futuro iudicio. Et respondens Iesus dixit eis signa prædictorum, & eos circa quodlibet in necessarijs & utilibus instruxit: nec dicebat quod eos scire non expediebat. De signis docet, de tempore intimandum non putat: quia incertitudo temporis inducit terrorem, & ita præparationem: sed ignorantia signorum posset inducere in errorem. Et quamuis plura ex his signis possint referri simul ad euersionem urbis & templi, & ad Christi aduentum ante consummationem seculi(secundum enim Chrysostomum, Dominus nó separatim quæ signa pertineát ad hoc uel ad illud ponit,ut eadem uideantur ad utrumque pertinere)quia tamen euersionem urbis & templi iam completam & præteritam dignoscimus, ideo ad instructionem nostram omnia ad ea quæ restát referamus:quia possunt omnia de aduentu Christi & consummatione seculi intelligi, & per apostolos omnium credentiú personæ signari.

Chrysosto. ibidem.

Nam dicit hæc discipulis, non tanquam eis qui durare deberét in uita ista usque ad finem mundi: sed in personis eorum dixit hæc omnibus posteris eorum credituris, quasi unum corpus existentibus cum ipsis. Sed antequam eis ad interrogata respondeat, mentem eorum ut non seducantur confirmat.

Chrysosto. hom.76.in Matt.

Vnde Chrysostomus: Neq; enim de Hierosolymæ destructione, neque de secundo suo aduentu, statim respondit: sed de malis quibus statim obuiandum erat. Præmunit ergo Dominus fideles, ne seducantur: id est, seorsum à ueritate fidei ducantur. *Multi enim pseudo Christi: & pseudo prophetæ*,id est simulati & falsi,uenient,asscribentes sibi nomé Christi ex præsumptione,*& dicentes se Christum esse: & seducent multos*,per falsam doctrinam,per simulatam vitá,per signa mirabilia.

Athanasius oratione prima cótra Arianos.

Vnde Athanasius dicit:In unaquaq; hæresi,diabolus figuratus dicit:Ego sum Christus,& apud me est veritas. Multi etiam uidétur hoc dicere facto: quia statuta sua districtius faciunt obseruari quàm præcepta Dei,uolétes magis sibi quàm Deo obediri. Sed non est uéturus Christus,nisi præcedant signa ab eo prædicta. Quæ ideo nobis Dominus prænunciat,ut nos ab amore mundi compescat, & timorem nobis incutiat,ac semper uigilantes & paratos nos inueniat: quia minus iacula feriunt quæ antè præuisa sunt.

Signa communia.

Et præmittit Dominus primò in generali signa priora:scilicet prælia,quantum ad hostes extraneos: & seditiones, quantum ad domesticos.

Mala septem,præcessura aduentum Christi.

Deinde subdit in speciali eorum multitudinem,tágés mala septem: quæ sunt inimicitiæ populorum, quia surget gens cótra gentem:discordia principum,quia regnum aduersus regnum: commotio locorum per loca:infectiones morború,quia pestilétiæ: defectus victualium, quia fames: terror cœlestium impressionum,quia terrores de cœlo: nouitas euentuum mundanorum,quia signa magna erunt. Per hæc autem septem quæ hic tanguntur,possunt intelligi septem mala,quæ hodie Ecclesia Dei patitur: quorum primum est discordia ecclesiarum. Secundum, impugnatio hereticorum. Tertium,turbationes secularium. Quartum,exempla malorum. Quintum,defectus Doctorum. Sextum,fulminationes sententiarum. Septimú, móstruositas ordinationum ecclesiarum. Multa ergo mala præcedent,ita ut impleatur quod dicitur:Pugnabit pro eo orbis terrarum cótra insensatos: ut qui cótra authorem omnium procaciter pugnauerunt, iusto tunc Dei iudicio ab omnibus oppugnentur: & qui in cunctis deliquerunt, in cunctis feriantur.

Sapien.5.

Oportet, & conueniens est *primùm hæc fieri*, tanquam à Deo ordinata, malitia hominum exigente & Deo bonum inde eliciente:scilicet ad probationem & vtilitatem bonorum, & ad destructionem & perditionem malorum: quia *hæc omnia initia* & quasi præconia *sunt dolorum* futurorum: *sed nondum statim est finis*, & consummatio eorum: quia ista sunt signa remota, non propinqua:uel quia ista sunt temporalia, sed consummatio dolorum erit æterna.

Malorum magnitudo.

Magnitudo enim malorum, iudicium generale præcedentium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium, est figura sequentium incomparabiliter grauiorum. Nam, ut dicit Gregorius, per crebra mala quæ præueniunt, indicantur mala perpetua quæ sequuntur: quia multa debent mala præcurrere, ut malum ualeant sine fine nunciare. Spiritualiter, secundum Ambrosium, sunt & alia bella quæ uir sentit Christianus, scilicet diuersarum prælia cupiditatum, studiorum conflictus: multo etiam graviores sunt hostes domestici, q̃ extranei. Et secũdũ Chrysostomũ: Spiritualiter in ecclesia pestilentiæ carnalium uitiorum, fames uerbi diuini, terræmotus tribulationum erunt: quia ecclesia multum in fine tentabitur. Deinde subdit quo merito hæc omnia contingent: quia ante hęc omnia: scilicet hæc prædicta, erunt persecutiones sanctorum, quibus inijcientur manus ad capiẽdum: qui quę tradẽtur ad tribulationes, & mortẽ etiam à propinquis & amicis: & erunt odio omnibus hominibus, humum & terram, seu humana non diuina sapiẽtibus: amicus enim Dei, inimicus est mundi: & in tali odio erunt propter nomen Christi, ac confessionem huius nominis, & assertionem ueritatis: quod quidem iocundum & gloriosum est sanctis: quia fœlix est iniuria, cum Deus est in causa: quia ad hanc sequitur magnum præmium, & gloria immensa. Qui etiam post dura quæ prædicuntur de afflictione mortis, protinus consolantur de gloria resurrectionis: quia etiam capillus minimus de capite eorũ non peribit. & ideo multo magis cætera maiora non peribunt: & hoc addit ad declarandum ueritatem futuræ resurrectionis: nam quicquid siue ad substantiam, siue ad decorem corporis facit, in resurrectione redibit. Secundum sensum spiritualem, capillus de capite dicitur non perire: quia nec minima mentis cogitatio bona, manebit irremunerata. Vnde Beda: Non solum ossa nostra, id est, fortia gesta uel dicta remunerantur: sed etiam capilli, id est, minutissimæ cogitationes bonæ, quæ de corde quasi capillus de cerebro exeunt, apud iustum iudicem digna mercede donabuntur. Vnde Propheta: *Reliquiæ cogitationum diem festum agent tibi.* Similiter nec cogitationes malæ remanebunt impunitæ. Et quia grauia sunt quæ sancti in persecutionibus pati habebunt, ideo cõsequenter ad tolerantiam cõfortantur: in prædictis enim maximè necessaria est patientia: quia in patientia possidebũt, id est, custodient animas suas. Custos enim omniũ virtutum patiẽtia est: in qua animas, quæ corpus possident, possidemus: cùm ipsas animas ad patiendum ratione regimus. Qui autem impatiens est, animam suam non possidet: quia animi sui furorem & irã cohibere non potest. Vnde Beda. Sic enim conditi mirabiliter sumus, ut ratio animam, & anima possideat corpus. Ius verò animæ à corporis possessione præpeditur, si non prius anima à ratione possidetur. Custodem igitur conditionis nostræ patientiam Dominus esse monstrauit: quia ipsa nos possidere nosmetipsos docuit. Hæc Beda. Magna igitur est uirtus patientiæ, sine qua anima perditur, & per quam possidetur. Qui enim patienter suffert tentationem, accipiet coronam: sed qui perdit patientiam, perdit & coronam. Vnde & Gregorius, eam commendans, dicit: Ego virtutem patientiæ signis & miraculis esse maiorem puto. Et Salomon. *Melior est patiens, uiro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.* Vnde & Seneca: Tormenta patienter ferre, optabile est: hoc enim fortitudinis pars est. Non enim pati tormenta optabile est: sed pati fortiter, quod est virtus. Cùm aliquis tormenta fortiter patitur, omnibus uirtutibus

Gregorius hom. 35. in euang.
Ambrosius in ca. 21. Luce.
Chrysosto. hom. 76. in Matt.
Capillus nõ peribit. &c.
Beda in c. 21. Luca.
Psal. 75.
Luce. 21. d Patientia laus.
Beda ibidem.
Gregorius hom. 35 in euangelia. Prouer. 16.

A vtitur: fortasse cùm una in promptu sit, & maxime appareat patientia, illic est indiuiduus comitatus virtutum. Quicquid honeste fit, una virtus facit: sed ex cõsilij sententia. Hæc Seneca. Igitur, ut ait Chrysostomus. Iniuriæ hominum nullum faciunt damnum: sed magis patientiæ lucrum. Quia verò tot terroribus auditis sancti turbari potuerunt, timentes quid tunc respondeant: consolationem supponit de dando eis impræmeditatis os & sapientiam, ac dicendi & respondendi materiam, quibus nullus poterit resistere uel contradicere: quia nõ ex ingenio uel arte eorum procedent verba, sed ex Spiritus sancti gratia. Tunc multi scandalizabuntur: id est, discedent à fide, & ruent in errores timore uel immanitate tormẽtorum: aut portẽtis seu muneribus seducti. *Et quoniam abundabit iniquitas.* & malitias in falsis Christianis: ideo *refrigescet,* & deficiet *charitas*, id est, uera dilectio erga Deũ & proximum, in multis alijs ab igne diuini amoris, licet totaliter non cadat in eis. Ex abundantia enim iniquitatis oritur tepiditas charitatis pro tribulatione, quæ calere uidebatur ante tribulationem & in pace. Denique, ut ait Ambrosius, tunc iustus in deserto: iniquus in regno. Vel in eisdem in quibus abũdat iniquitas, refrigescit charitas. Nam, ut ait Remigius, quã tomagis ab unoquoque iniquitas suscipitur, tãto amplius in corde ipsius ardor charitatis extinguitur. *Qui autem perseuerauerit* in fide ueritatis, in amore bonitatis, *usque in finem* & terminum vitæ præsentis: quocunque tempore incipiat, & quocunque tempore recipiat, *hic saluus erit.* quia non cœpisse, sed persistere virtutis est: & non inchoatio tolerantiæ, sed perseuerantia coronatur. De hac materia persecutionum habes latius supra post missionẽ apostolorum. Sed hęc prædicta more insolito, & multo uiolentius tũc fiet, quàm euenire soleant: ita ut pro signis habeantur. *Et prædicabitur hoc Euangelium regni, in uniuerso mundo.* Prædicatio noui testamenti dicitur euangelium, ratione suæ perfectionis & bonitatis: videlicet quia bonum honestum, quia bonum iocundum, quia bonum utile: & dicitur euangelium regni, ratione suæ dignitatis: uel finaliter, quia ad regnum ducit, quod lex nõ faciebat. Vel causaliter: quia reges facit. Vel materialiter: quia de regno disserit: & hoc *in testimonium omnibus gentibus:* id est, in accusationem his qui non crediderunt: qui enim crediderunt, testabuntur aduersus eos qui non crediderunt: & eos condemnabunt: *& tunc ueniet consummatio*, cùm ad fines orbis terræ sermo pietatis puenerit. ne aliquis excusare se possit. Secundum Augustinum. Prædicatio euangelij in toto mundo, quamuis fuerit completa quo ad omnes mundi partes, non tamen quo ad omnes homines, in omnibus partibus mundi existentes. Vnde in omnem terram, sed non in omnes omnis terræ exiuit sonus eorum: nisi forsitan per communem in generali relatum aliorum, & quod nondum in omnibus fuerat completum expectatur complendum. Vnde & Hieronymus: Signum dominici aduentus est, in toto orbe euangelium prædicari. ut nullus sit excusabilis: quod aut iam nunc est completum, aut in breui credimus esse complendum. Non enim puto aliquã remansisse gentem, quæ Christi nomen ignoret: & quã quam non habuerit prædicatorem, tamen ex uicinis nationibus opinionem fidei non potest ignorare. Hæc Hieronymus. De prædictis signis sic dicit Chrysostomus: est quippe res ista prorsus ambigua, & omnino nescimus an etiam nostra ætate hæc omnia finiantur. & dies ille metuendus adueniat, atque horribile

Chrysost. hom. quod nemo lædit. nisi à seipso.
Ambrosius in cap. 21. Luca.
Euangelij regni.
Augustin. epistol. 80. Euangelij diuulgatio
Hieronym. in cap. 24. Matt.
Chrysost. hom. 76. in Matt.

bile illud nobis ostendatur tribunal. Nã & signa multa prorsus impleta sunt, & euangelium toto iam ferè orbe personuit: & prælia terrarũ, tremores & fames, ut prædictum fuerat, acciderunt: nec grande iam medium est. Quæ omnia considerantes, ad eam nos quasi hinc abscesturi sumus perfectionem paremus. Nam licet communis illius finis nondum instet dies peculiaris: tamen iste uniuscuiusque nostrum finis in proximo est. Et si enim senex sit aliquis, etsi adolescens, morti tamen in qualibet ætate vicinus est. Hæc Chrysostomus. Causa verò & radix omnium malorum in mundo, est superbia & præsumptio. Populus enim contra regem erigitur, clericus contra sacerdotem, monachi contra abbatem, filij contra parentes: iuuenes contra seniores superbiendo diuersa sentiunt.

Osea. 4. idem.

Malum ergo superbiæ, quod supernam angelorũ curiam corrumpendo destruxerat, præsens quoque seculum inordinatè peruertẽdo destruet. Vnde Petrus Damianus, cuidam de fuga mundi congratulando, sic scribit: Magnas Deo gratias debes, qui te hoc tempore de mundo elegit, quo in eo difficilè quis saluatur. Iam sterile aratrum per littus dicitur arenosum. Iam illud propheticum videtur impletum. *Non est ueritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt.* Et illud: *Omne caput languidum, & omne cor mœrens: à planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas.* Non est huis temporis, ut qui puritatis & innocentiæ tramitem tenere desiderat, ecclesiæ baiulare regimen acquiescat: cùm videlicet omnes penè per uitiorum abrupta præcipites, & tanquã furentes equi, per uoluptatum suarum campos ferũtur effrenes. Claustra uocant: euangelium clauditur, & per ora ecclesiastici ordinis forensia iura decurrũt. Pauci sacrarum meditãtur eloquia scripturarum: sed omnes scita legum & forense litigium. Et reuera tam immanis pressura incumbit ecclesijs: ut tanquam Babylonicæ legionis acies circunfusa, & Hierusalem cũ ciuibus suis uideatur obsessa. Iam non oculum pro oculo, iuxta legem, sed referunt cum fœnore læsionem: & disciplina uindictæ, quę sub gentili dudum seruabatur imperio, nunc Euãgelio pœnam terribiliter intonante nescitur. Ideoque pro uirga tauream, pro scutica clauam, pro uerbo ferrum, pro uecte adhibẽt gladium. Erubescunt nunc non excedentem iniuriæ vicem: dedignantur illati discriminis æquitatem: uideri uictores atque terribiles ambiunt: triumphalis gloriæ titulos cõcupiscunt. Sic itaque dum vnus parumper irascitur, alter ad insaniam prouocatur. Et quid aliud inter hæc tot flagitiorum mala perpendimus, ni si quòd venturo citius antichristo uia iam sternitur, per quam inoffensis nequitię suæ vestigijs gradiatur? Nam sicut dicit apostolus: Mysterium iam operatur iniquitatis. Hæc Petrus.

Beda in 2.
Antichristi aduentus.
2. Thes. 2.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, iudex omnium uenture, da mihi constantiam in fidei ueritate, ne seducar à simulatis & falsis hominibus: nec succumbam in tribulationibus: sed in confessione tui nominis, & assertione ueritatis ualeam fortiter persistere, & pro hac odia hominum & aduersa gaudenter sustinere. Tribue mihi uirtutem patientiæ, & ut abundante iniquitate non refrigescat in me ardor charitatis: sed usque in finem vitæ præsentis perseuerem in fide veritatis, & amore bonitatis, quatenus te miserante saluus fiam, Domine Deus salutis meæ. *Amen.*

De aduentu & persecutione antichristi. Cap. XL.



POST prælia autem & seditiones, & alia quæ præmissa sunt, sequitur aduentus antichristi: quia ut pax præcesit Christum, ita discordia præcedet antichristum. Et ut ait Chrysostomus. Sicut ante ignẽ fumus præcedit, & ante victoriam pugna: sic & ante gloriã Christi, tentatio antichristi. Vnde subiungit: *Cum uideritis,* scilicet oculis corporis ĩ successoribus uestris, *abominationem desolationis: quæ dicta,* id est prædicta, *est à Daniele propheta,* dicente: Erit in templo abominatio desolationis: *stantem in loco sancto,* id est in templo Dei: *qui legit,* scilicet dictam prophetiam, *intelligat* eam tunc impleri, & cõsummationem instare. Nam ibidem dicitur & usque ad consummationem & finẽ perdurabit desolatio. Hoc impletum est quando Aelius Hadrianus imaginẽ suã statui fecit vbi steterat arca testamenti: & hoc fuit signum destructionis & desolationis ciuitatis & templi: hoc etiam de abominabili antichristo potest intelligi: qui dicitur abominatio, ratione superbiæ qua se confert Deo, ex hoc quòd aduersus Deum veniens honorem Dei sibi vẽdicat: & dicitur, desolationis: quia tunc erit maxima electorum desolatio, quando cultus Dei destruetur: vel quia terra & cultus Dei per ipsum desolabitur. *Tunc enim* (vt ait apostolus) *reuelabitur* id est, manifestabitur *homo peccati filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra,* id est cõtra, *omne quod dicitur Deus: aut quod colitur:* ita ut in templo Dei sedeat, ostendẽs & ostentans se tãquam sit Deus. In loco enim sanctificationis stabit: ut vbi sanctorum precibus Deus inuocabatur, ibi ab infidelibus receptus Dei honore venerabilis dignus videatur. Cuius species iam prędedit: quia iam mysterium iniquitatis operatur in membris suis. Moraliter prælatus malus est idolum abominationis, & desolationis. Vnde in Zacharia: *O pastor & idolum, derelinquens gregẽ.* Dicitur autẽ abominatio, propter fastidiũ respectu Dei: abominabilis enim est Deo propter prauitatem cordis, propter impietatem operis, propter indignitatem oblationis: unde totus est abominabilis. Sed additur, desolationis: propter dispendium, siue damnum respectu proximi. Desolatur enim populum: uel per negligentiam officij, uel per corruptionem exempli, uel per subtractionem temporalis subsidij: sed stat in loco sancto, propter monstrum respectu officij: est enim figura antichristi, qui sedebit in templo Dei: & ideo

Matt. 24. Marci. 13. Luca. 21. & 17.
Chrys. he. 49. operis. imperfecti.
Daniel 9.
Aelius Hadrianus. Abominatio dicitur Antichristus.
2. Timo. 2.
Moraliter.
Zacha.

iam

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam antichristi sunt multi. *Tunc qui legit intelligat*, uidelicet ecclesiæ destructionem, prælati damnationẽ, populi periclitationem. Vbi Beda: Iuxta verò sensus spirituales cùm viderimus abominationem desolationis stare vbi non debet, hoc est hæreses & flagitia regnare inter eos qui cœlestibus mysterijs uidebantur esse consecrati: cùm operantes iniquitatem, loquentes mendacium, viros sanguinum & dolosos, quos abominabitur Dominus, pacem fideliũ turbare perpenderimus: tunc quicunque in Iudæa, hoc est in confessione veræ fidei persistimus, non terrenis infimisque actibus mancipari, sed tanto altius virtutum culmen debemus ascendere, quanto plures ampla & errabunda vitiorum sequi itinera videmus. Hæc Beda. Vnde consequenter monet, ut *tunc*, scilicet veniente antichristo, *qui in Iudæa sunt fugiant*: quia Iudæi eum primitus suscipient, & ibi propter corporalẽ antichristi præsentiam maior persecutio erit: *fugiant inquam ad montes*, id est, ad loca secreta, & deserta, ubi latitare possint. Vnde Hilarius. Iudæam deserit monet & trãsfugi in montes, ne admixtione plebis illius quæ creditura est antichristo, vis aut contagio afferatur. *Et qui in tecto sunt*, id est, in eminentia perfectionis, *non descendant aliquid tollere de domo sua*: per cupiditatem rerum secularium: propter quas sæpe etiam perfecti deiiciuntur à culmine perfectionis, tempore persecutionis. Hæc Hilarius. *Et qui in agro sunt*, laborantes pro fructu bonorum operum, quantum ad actiuos, *non reuertantur tollere tunicam suam*: id est, nõ redeant ad occupationes seculi peccatum implicantes, quæ intelliguntur per tunicam. Ad literam uult ostendere, quòd propter instãtiam tribulationum & malorum præsentium, ac propter expectationem iudicij & malorum futurorum, non uacabit alicui intẽdere negocijs temporalibus: sed melius est quòd saluet vitam suam quàm rem possessam, & cogitet quo modo occurrat iudicis conspectibus. Mysticè autem distingui possent prædicta tria, per tres status hominum. Per eos qui in Iudæa sunt, intelligi potest status incipientium, qui tantũ in confessione fidei manent. Secũdum illud apostoli: *Corde creditur ad iustitiam*. Per illos qui in tecto sunt, status proficientium, qui iam supra carnem, quæ est domus animæ: supra mũdum, qui est domus hominum: supra aerem qui est domus dæmonum ascenderunt. Secundũ illud Psalmistæ. *Et factius sum sicut passer solitarius in tecto*. Per illos qui in agro, status perfectorum, qui in se perfecti iam alios perficere conantur. Secundum illud Canticorũ, egrediamur in agrum. Secundum hæc triplex est consiliũ admonitionis. Primis enim datur consilium ascendẽdi ad montes: sic & qui in Iudæa sunt, id est, in confessione fidei, licet imperfecti (Iudæa enim confessio interpretatur) *fugiant ad montes æternos*, id est, ad scripturas apostolorum & prophetarum: uel ad culmina virtutum, ut illuminentur à Deo. Vnde Psalmista. *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis*. Secundis datur consilium non descendendi: sic & qui in tecto, id est, qui animo excedit carnem & mundum, per cœlestem conuersationem, non descendat tollere aliquid de domo sua: id est, non inclinet se ad carnalia desideria, nec redeat ad actus pristinæ conuersationis mundanæ: secundum illud apostoli: *Carnis curam ne feceritis*. Tertiis datur consilium non reuertendi: sic *& qui in agro* id est, qui operatur ĩ ecclesia sicut bos in agro Domini, non reuertatur tollere tunicam suam: id est, rem aliquam temporalem qua se exuit: ut nudus nudum Christum sequeretur. Secundum illud Canticorum. *Expoliaui me tunica mea*. Secundum enim Augustinum. In tribulationibus cauendũ est, ne quis quam deuictus ad carnalem uitam de spirituali sublimitate descendat: aut qui profecerat in anteriora se extendens, deficiendo in posteriora respiciat. Et bene dixit quòd non est reuertendum retrò, per defectum perseuerantiæ in bono, & ut hoc facilius faciatis memores estote vxoris Loth, quæ quia retrò respexit, naturæ suæ munus perdidit. Fugiens enim Satanam & Sodomam, per intemperantiam respexit ea: & mortua statua salis, seu columna est effecta. Secundum Augustin. Hæc vxor Loth significat eos qui in tribulatione retrò respiciunt, & à spe diuinæ promissionis se auertunt. Et ideo statua salis facta est, ut exẽplo admonendi homines ne similia faciant, tanquam condiat & erudiat cor eorum ne fatui siant. Quærit Augustin. quare mulier ista fuit punita, respiciendo & uidendo Sodomitas, non autem Abraham. Et respondet, quòd Abraham respiciebat, Dei sententiam approbando: ista autem, in peccatis eorum delectando. Et ne homines in persecutione retrò aspiciant fidem negando, & uitam bonam deserendo, ut vitam corporalem saluent: consequenter admonendo inducit, quòd quicunque quæsierit sic animam suam, id est, vitam corporalem, saluam facere timore mortis deficiendo in antichristi tribulatione: scilicet Christum negando, uel bona deserendo, & retrò ad mala eundo, perdet illam, incurrendo damnationem æternam: *& quicunque* permanens fortis in confessione fidei & tribulatione *perdiderit animam suam*: id est, vitam corporalem, æstimans eam ut occisionis ouem: & præ eligens mori quàm cadere à fide & virtute, *uiuificabit eam*: id est, uita æterna eam dignam faciet: quam inde merebitur, & in præmium recipiet. Væ autẽ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus: quia ad literam prægnantes non possunt bene fugere aggrauante pondere, nec similiter nutrientes propter curam qua circa paruulos sunt occupatæ. Mysticè prægnantes sunt, qui fœtum mali propositi conceperunt: & nutrientes, qui partum mali operis fouent & nutriunt: & sic notatur in conceptione peccatum in corde: in nutritione, peccatum in opere. Vel prægnantes sunt, qui bona proposita quæ conceperunt, non impleuerunt: nutrientes, qui peccata sub spẽ gloriosi uitæ usque ad mortem deduxerunt. Vel secundum Augustinum: Prægnantes sunt auari, qui aliena concupiscunt, & spem habent adipiscendi: sicut mulier prægnans in spe est prolem habendi. Nutrientes verò sunt, qui quod concupierunt possident, & possessa nutrire studeant, ea detinendo & augendo: & sic animæ cupidæ temporalium, prægnantes sunt in acquirendo: & nutrientes, in possidendo. Et nota secundum Augustinum quòd quadruplex est charitas: scilicet incipiens, quæ nascitur: proficiens, quæ nutritur: perfecta, quæ roboratur: perfectior, quæ mortẽ desiderat. Prægnantes ergo sunt, qui bonum opus conceperunt, sed non fecerunt: nutrientes, quæ facere ceperunt, sed non perfecerunt. Istis autem prægnantibus & nutrientibus væ, quia cito scandalizabuntur in antichristi persecutione: uel amore malè inflãmante, uel timore malè humiliante, uel modo utroque. Deinde hortatur vt oremus. *ne fiat fuga nostra hyeme uel sabbato*: id est, ne aut in frigore peccatorum, aut ocio bonorum operum reperiamur: utrumque enim multum impedit hominem à fuga antichristi, imò magis facit approximare sibi: sicut econtrariò diuertendo à malo, & faciendo bonum, homo appro-

homo approximat Deo. Spiritualiter signatur hic duplex defectus: scilicet charitatis in hyeme, & bonæ operationis in sabbato. In hyeme, est gelicidiũ amotis: in sabbato, cessatio boni operis. Vel ne tunc incipiamus peccata nostra fugere, & pœnitentiam facere, quando iam nõ licet ambulare & bene agere. Ambulare enim longius, sabbato non licet: hyems quoque ad ambulandum impedimentum est. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet ulterius talis tribulatio. Tunc .n. omnes persecutiones conflabuntur in unũ: scilicet infidelium, hæreticorum, tyrannorum, & falsorum fratrum. Hi sunt quatuor uenti, & quatuor bestiæ pugnantes in mari. Tunc creberrima & acerrima tormenta longè lateque inferuntur fidelibus: sed in illis regionibus tunc fideles sunt uexandi vehemẽtius, ubi Dominus fuit crucifixus. Et ut dicit Haymo super Apocalypsim, Illa tribulatio non per partes, sed simul totum examinabit mundum: soluentur enim tũc dæmones, qui modo ligati sunt, ne possint nocere quantum uellent. Sicut autem antichristus crudelior erit omnibus persecutoribus, ita sancti tunc fortiores erunt omnibus martyribus. Illam uerò tribulationem, Dominus sciens infirmitatem humanam, abbreuiabit propter electos, secundum moderamen suæ æternæ sapientiæ, & affectũ suæ misericordiæ: ne mora temporum fides concutiatur credentium, & malitia mutet intellectum: quia non durabit nisi per tres annos cum dimidio. Vt enim dicitur in Daniele: *Durabit per tempus & tempora & dimidium temporis*: id est, tribus annis & dimidio: in quibus regnabit antichristus, quantum & prædicauit Christus. Et iterum in Daniele: *Dies mille ducenti nonaginta*: id est tres annos & dimidium, & in Apocalypsi dicitur, quòd *data est ei potestas facere menses quadraginta duos*: id est, tres annos cũ dimidio. *Et nisi abbreuiati*, id est, breues à Deo Præstituti *fuissent dies illi*, quibus scilicet operabitur antichristus, *non fieret salua omnis caro iusti*: id est, homo: quia nisi hoc esset, rarus aut nullus pressuras sustinere, & per patientiam saluari posset: quia infirmitas humana diu tribulationem sustinere non potest: sed propter electos breuiabuntur: ne ex tribulationis magnitudine cadant à ueritate. Breuiabuntur autem non mensura, sed numero: quia breuiati dies, non breues dies iusti intelligendi: sed pauci. Vnde dies accipiuntur pro tempore: quia tempus illius persecutionis erit breue. Quæ ergo spes electis, nisi gratia Dei, quæ dat patientiam piis, & citius demit potentiam impijs. Quanto enim erit hæc tribulatio cæteris quæ præcessere pressurarum pondere grauior, tanto erit temporis breuitate moderatior: ut salui fiant electi, qui soli in horreo cœlesti sunt reponendi. Vnde dicit Rabanus, quòd talis tribulatio tũc erit in circuitu areæ Domini, ut omnibus uelut cribro examinationis paleis sequestratis, solum frumentum in horreis Domini remaneat colligendum. *Tunc* scilicet tẽpore antichristi, & in illa pressura *si quis uobis*, imitatoribus meis *dixerit, Ecce hic*, id est, in hac patria vel natione, vel secta, uel persona: *est Christus: aut illic*, id est, in alia à prædictis: *nolite credere*, & nolite ire pede intellectus, eorum doctrinæ credendo: neque sectemini pede affectus eorum uitam imitando, quia multi discipuli antichristi uenient ad seducendum populum dicentes, quòd ipse sit uerè Christus in lege & prophetis promissus. *Surgent enim pseudochristi*, qui se eum qui est Christus esse mẽtientur: sed reuera erunt antichristi: id est, falsi Christiani, peruertentes doctrinam Christi, & mentientes de Christo: *& pseudoprophetæ*, peruertentes doctrinam legis & prophetarum: uel usurpantes sibi diuinas reuelationes: scilicet antichristus & discipuli eius, qui sunt mẽbra eius: *& dabunt signa*, aliquid magnum signantia: *& prodigia*, hominibus admiranda, quæ digito produntur: & propter admirationem demonstrãtur: uel signa, quæ aliquid significant de præsentibus: & prodigia, quæ aliquid produnt & manifestant de futuris: quia uirtute dæmonũ multa miracula fieri possent quãdo Deus permittit, ita ut in errorem ducantur si fieri potest, etiam electi & prædestinati: id est, si aliquo modo fieri posset ut Dei præfinitio mutaretur. Sed non seducuntur: quia perire non possunt quos Deus ad uitam præordinauit. Vnde Gregorius: Quia electorum cor & trepida cogitatione concutitur, & tamen eorum constantia non mouetur: una sententia Dominus utrumque cõplexus est. Quasi enim iam errare est, in cogitatione titubare. Sed, si fieri potest, subiungitur: quia fieri nõ potest ut in errorem electi capiantur. Hæc temporibus antichristi propriè congruunt. Cuius enim non paueat & concutiatur fides, quando non solum tormenta crebriora & acerbiora, quam prius consueuerant, inferentur fidelibus: sed quod grauius est, signorum quoque operatio eos qui tormenta ingerent: nõ eos qui sustinebunt concomitabit: & persecutor ueritatis, erit operator uirtutis: idemque ipse qui tormentis sæuit ut Christus negetur, prouocat miraculis ut antichristo credatur. Nec mirum si ista tũc mali operantur, quando à Deo permittuntur. Soluetur enim, ut ait Augustinus, tunc satanas: & per antichristũ in omni uirtute sua mirabiliter quidem, sed mendaciter operabitur. Vnde Grego. Pensemus quæ erit humanæ mentis illa tentatio, quando pius martyr & corpus tormentis subijcit, & tamen ante oculos eius miracula tortor facit. Et Chryso. Sicut in aduentu Christi ante illum prophetæ, & cum illo apostoli in Spiritu sancto faciebant uirtutes: sic & in aduẽtu antichristi pseudochristiani, & ante illum, & cum illo in spiritu maligno facient uirtutes. Et subiungit: *Vos ergo uidete, ecce prædixi uobis omnia*, ut præscij uigiletis, quia moniti estis: quasi diceret. Ad hoc ista prædico nunc, ut caueatis pro tunc, & pericula sequentia præuideatis, quia præmoniti estis: & ut minus noceant uobis iacula quæ præuidistis. Vnde Chrysostomus. Propterea dicit, ecce prædixi uobis: ut excusationem ignorãtiæ tollat ab omnibus, & præcedens contestatio præuidere faciat pœnam sequentem. Misericordia enim est, mandatis præuenire periculum. Non vult enim quenquam perire, qui omnibus mõstrat perditionis aduentum. Hæc Chrysostomus. Non est igitur credẽdum alicui, uel de persona ut ipse sit Christus: uel de tempore futuri iudicij: neque fides adhibẽda his qui calculant, & certũ tempus determinant quando Deus uenturus sit: quia hoc à nemine potest sciri uel obseruari. Vnde interrogatus Dominus de aduentu regni Dei, respondit: Non uenit regnum Dei, & dies iudicij, cum obseruatione: scilicet temporis: neque ab angelis, neque ab hominibus potest obseruari quando ueniet. Per aduentum regni Dei intelligitur aduentus ad iudicium: quia ueniet tanquam rex ad iudicandũ, & quia tunc manifestabitur Dei regnum, & cessabit omne aliud regnũ. Et addit, *ecce enim regnũ Dei intra uos est*: quia donum gratiæ est in mente: regnũ gratiæ intra nos est, quando omnes uires & motus in nobis diuinę gubernationi obediũt: secus quãdo rebellant. Ac si dicat: Non curetis scire quando ueniat regnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei, & omittite quæstionem de regno gloriæ: quia eius aduentus sciri non potest: sed quærite regnum gratiæ, quod intra uos esse potest, & parate uos intra uos per fidem cum dilectione operantem: quia intra uos est regnum Dei. Nam in nobis cum Dei gratia est, ut regnum Dei capiamus, nisi nos obicem ponamus. Vbi nota, quòd triplex est regnum Dei. Primũ est circa nos, uel in quo nos. s. regnum militantis ecclesiæ. Secundũ intra nos. s. regnum gratiæ: quo uide licet Deus regnat in anima. Tertium est regnum glorię: quo Deus regnat cum sanctis in gloria. Vel regnũ Dei dicit seipsum, in cordibus fidelium regnantem. Vnde Beda: Dicit regnũ Dei intra fideles positũ: qui enim quandoque uenturus est iudex omnium, nunc etiam regnat in cordibus fideliũ. Vnde & Ansel. Qui uerè iustus est, Deum in se manentem habet, *Templũ enim Dei sanctum est, quod estis uos*: Vt ait apostolus. Summa igitur diligentia considerandũ est, cum quanta ratione & reuerentia sensus nostros & mẽbra corporis nostri mouere debemus, quibus diuinitas ipsa presidet. Demus igitur (vt dignũ est) tãto inhabitatori omne imperiũ cordis nostri, ut nihil ei repugnet in nobis: sed omnes cogitationes & uoluntatũ motus, omnia uerba & uniuersa opera nostra illius nutũ attendant, eius uolũtati deseruiant, ad rectitudinis eius regulã dirigantur. Sic enim uerè regnũ eius erimus: & ipse in nobis manebit, & nos in illo manẽtes bene uiuemus. Vos estis, *ait Apostolus*, corpus Christi, & mẽbra de membris. Serua igitur corpus ea dignitate qua decet. Oculi tui Christi sunt. Non igitur licet tibi oculos Christi ad aliquas uanitates conspiciendas dirigere. Os tuum, os Christi est. Non ergo licet tibi os Christi, non dico ad detractiones, non dico ad mendacia, sed neque ad ociosos sermones aperire: quod ad solas laudes Dei, ad ędificationem proximi debes paratũ habere. Sic de cæteris Christi mẽbris, tuæ custodiæ cõmissis intellige. Hæc Ansel. Deinde subiungit: *Si ergo dixerint uobis, ecce in deserto est Christus*. s. tanquã homo religiosus in loco deserto, quasi sub specie sanctitatis uos decipere uolẽtes: *nolite exire*, à uestro loco & proposito ad uidendũ eum, uel ad sequẽdum per operis imitationẽ. *Et si dixerint, ecce in penetralibus*, & in locis occultis est: sub specie cognitionis diuinorũ arcanorũ, malitiã eius palliantes, & uos decipere uolẽtes: *nolite credere*. Vel secundũ Hiero. Si quis promiserit uobis quòd in deserto gentiliũ & philosophorũ dogmate Christus moretur: aut in hæreticorum penetralibus, & occultis seu obscuris conuẽticulis, quæ Dei pollicẽtur arcana, nolite credere. Nõ enĩ Deus in secundo aduẽtu in deserto uagabitur, nec in penetralibus, aut in aliquo angulo terræ, uel in occulto loco, seu in aliquibus obscuris latitabit: sed de cælo ueniẽs manifestè omnibus ubiq; apparebit, quialicet aduẽtus Christi in carnẽ fuerit occultus, tamẽ aduentus eius ad iudiciũ erit ita manifestus, q̃ non poterit aliquẽ latere tanquã incognitus. In primo enim aduẽtu uenit in humilitate, & paucis cognitus, & à multis despectus & reprobatus: sed in secũdo aduentu veniet manifestus & gloriosus, in potestate orbẽ iudicaturus. Nã ut ait Aug. Occultũ oportebat eũ venire vt iudicaretur, manifestus autẽ ueniet ut iudicet: quasi diceret: Nolite eis credere: quia dies aduentus mei ita clara erit, q̃ nullus de ea dubitare poterit. Ad quod similitudinem fulgoris introducit. *Sicut enim fulgor*, & splẽdor solis, *exit ab Oriente*, & subitò *apparet* ubique *usque in Occidentẽ*, oculis. s. omniũ manifestus: & nõ in una parte uidetur & fulget, sed in omnibus, nec annũciante uel præcone indiget, sed in instanti momẽto tẽporis in orbẽ terrarũ uniuersum apparet, *ita aduentus filij hominis*, ad iudiciũ generale, erit subitus, & coruscus, & manifestus omnibus, & ita patẽs & clarus q̃ nullus dubitare poterit: & non hic uel illic, sed simul ubiq; propter effusionẽ & splendorẽ gloriæ apparebit. Stultũ est ergo eũ credi esse, uel quærere in paruo loco & in abscõdito, qui totius mũdi lumẽ est. Vnde Ambro. Christus sicut fulgur coruscans per uniuersum mundum luminis sui globos spargit. Et ideo nec in desertis uagatur, nec aliquibus locis clauditur: quia cœlũ & terram ego impleo dicit Dominus. Sed luce fulgoris fulget, ut in illa nocte resurrectionis gloriã uidere possimus. Et ut dicit Chrysostomus: Sicut fulgur secundum qualitatẽ fulgoris sui non digne aspici tur: sic & dum uenerit Christus secu ndũ mensuram gloriæ eius, non poterunt eum sufficienter aspicere. Et sicut iam instruxit discipulos de modo apparitionis suę: quia sicut fulgur manifestè ueniet: sic nunc cõsequẽter instruit eos de loco in quo uenturus est. Vnde subiungit. *Vbicunque fuerit corpus*, id est, Christus in humanitate: quia iudicabit in forma humana, scilicet gloriosa: *ibi congregabuntur & aquilæ*: id est, sancti occurrentes obuiam Christo ad iudicium uenienti, quibus, innouata est iuuentus ut aquilæ: Christus dicitur corpus ad denotandũ carnis ueritatem, & ostẽsionis speciẽ, in qua uidebit eum omnis oculus. Electi uerò dicuntur aquilę: propter resurrectionis innouationem, & uisionis subtilitatem, qua solem iustitiæ irreuerberatis oculis uidebimus: quasi diceret, secundum Chrysost. Dum in glorioso corpore aduenerit filius hominis, non oportet in angulis æstimare eum esse: quia tanta erit obsequentium sibi sanctorũ multitudo, ut unicuiq; pateat quòd ipse est Christus Dominus, caput totius ecclesiæ, & super omnem principatum & uirtutem, & super omne quod nominatur in hoc seculo & futurò. Per aquilas enim multitudinẽ angelorum & sanctorum uniuersorum ostẽdit. Ideo enim sancti aquilis asfimilantur: quia sicut filij aquilarum ad solem probantur: ut siquidem recto aspectu intendere potuerint contra radios solis, intelligantur esse legitimi: si autem non potuerint, cognoscantur adulterini: sic & filij Dei ad Christi iustitiam probantur. Si enim potuerint pleno corde iustitię eius uerba susçipere, intelligantur esse legitimi: si autem non potuerint, cognoscũtur de diabolo esse nati. Hæc Chrys. Quia ergo aduentus Christi erit ita publicatus & manifestus, & quantum ad modum & quantum ad locũ: ideo ipse non indiget preconibus & nuncijs talibus qui uobis annuncient dicentes, hic uel illis est Christus. Igitur nolite talibus credere.

Regnũ Dei triplex.

Beda in ca. 17. Luc. Anselmus in 1. Corin.

1. Corin. 3.

1. Cor. 13.

Christus alius non quærẽdus.

Hieron. in cap. 24. Matthæi.

Augusti. in Psalmũ nonum.

Ambro. serm. 28.

Hiere. 23.

Chrysost. hom. 49. operis imperf.

Christus corpus dicitur.

Chrysost. ibidem.

Aquilæ assimilantur sanctis.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe pie, da mihi uisis mundi abominationibus, & sęuientibus tribulationibus ad montes & culmina uirtutum fugere: & in cœlestibus conuersando de spirituali sublimitate ad carnalia desideria & actus pristinæ conuersationis mundanæ non descendere: uel me inclinare, & in anteriora me extendendo, & pro fructu bonorum operum laborando, in posteriora & ad temporalia quibus me exui non respicere. Da etiam mihi ut nullis seductoribus credens, regnum gratiæ (quod intra nos potest esse) quæram, & ad regnum gloriæ perueniam. Amen.*

De remedijs contra spirituales nouissimi temporis tentationes, & exercitio mentis in Deum. Caput. XLI.



Remedia contra tentationes spirituales.

ET quia, ut dictum est, ante aduentum Domini uenient multi pseudochristi & pseudoprophetæ: id est, simulati & falsi: & seducent multos, qui antè uidebantur etiam perfecti: ideo hic consequenter ponuntur aliqua remedia contra quasdam tentationes spirituales, quæ isto tempore abundant: ad probandum & purgandum electos, quæ etiam in cordibus quorundam seminantur à diabolo, & præparant locum antichristo. Dupliciter autem ueniunt prædictæ tentationes. Primò, per suggestionem & illusionem diaboli: qui decipit hominem in regimine quod debet habere erga Deum, & in hoc quod est Dei. Secundò, per corruptam doctrinam, & modum uiuendi aliorum, qui iam uenerunt per tentationes huiusmodi: propter quod ostendendum est, primò quod regimen debes habere apud Deum, & ad id quod Dei est: & post quomodo debes regi erga alios, quantum ad doctrinam, & modum uiuendi eorum.

Tentationum diuisio.

Primum remedium contra tentationes spirituales istius temporis, quas procurat diabolus in cordibus illorum qui uolunt se dare Deo per orationem & contemplationem, uel per alia opera perfectionis, est istud: ut non desideres uisiones aut reuelationes: uel sentimenta quæ sunt supra naturam, & supra cursum illorum qui Deum diligunt, & timent per uerissimum amorem: quia istud desiderium esse non potest sine radice, & si ne fundamento superbiæ & præsumptionis: uel sine intẽtione alicuius uanę curiositatis circa secreta Dei: uel sine fragilitate & defectu fidei: propter quæ iustitia Dei dimittit animam quæ habet desiderium huiusmodi, & uenit quandoque talis in tentationem & illusionem diaboli. Per hunc modum seminat diabolus maiorem partem tentationum spiritualium istius tẽporis, & radicat in cordibus illorum qui sunt nuncij antichristi, prout uidere poteris in subsequentibus. Vnde debes scire quòd ueræ reuelationes, & sentimẽta spiritualia secretorum Dei, non ueniunt per antedictum desiderium, neque per aliquod conamen uel studium quod anima habeat in se: sed tantum ueniũt per puram bonitatem Dei in animam, quæ est in magna humilitate, & magno timore, ac reuerentia Dei.

Reuelationum uera.

Item scias quòd exercitare se in magna humilitate, ac timore magno, ac reuerentia Dei, propter hoc ut homo habeat uisiones ac reuelationes & sentimenta supradicta: est habere in se radicem & fundamentum, ac finalem intentionem quam habet antedictum desiderium: & ex hoc in eodem delicto uenit homo, in quo est per desiderium supradictum. Secundum remedium est, quòd in tua oratione uel contemplatione non sustineas in anima tua aliquam consolationem magnam uel paruam, ex quo tibi uidetur quòd fundat se in præsumptione & æstimatione superbiæ tuipsius: & postquam ducit te in ambitionem tui proprii honoris uel gloriæ, siue istius uitæ, siue alterius. Quia anima quæ se sentit in tali consolatione, uenit in plures errores & mala: & Deus per suum iustum iudicium permittit diabolo posse augmentandi & accelerandi prædictam consolationem: & imprimit cum illa in anima falsissima & periculosissima sentimenta, & alias illusiones qua anima imbuta dicta consolatione credit & reputat esse ueras reuelationes. O quot personæ per istum modum sunt deceptæ? Et propter hoc caueas, quòd in tua oratione vel contemplatione non sustineas aliquam consolationem, nisi illam quæ uenit per perfectam notitiam & completum sentimentum tuæ nihilitatis & imperfectionis, & quæ facit perseuerare dictam notitiam & sentimentum tui in te, ac magnitudinem & altitudinem Dei per altam reuerentiam, & cum magno desiderio honoris & gloriæ Dei: sic quòd antedicta consolatio fundetur & totaliter sit in his prædictis, uel similibus, aut æqualibus. Et idem quod dictum est de diuina consolatione, intellige etiam de feruore & ardore perfectionis, quæ possunt esse in eisdem modis. Tertium remedium est, quod omne sentimentum quantumcunque altum, & omnis uisio quantumcunque secreta tibi appareat, quæcunque etiam sit, si ducit cor tuum in opinionem contra aliquem articulum fidei: uel contra bonos mores, & maximè contra humilitatem vel contra honestatem: fugias eam & horrescas: quia sine dubio ex parte diaboli uenit. Et si appareat tibi aliqua uisio, de qua sis certus quòd ueniat ex parte Dei: & quòd illud quod inducit uisio, est placitum Deo, noli te firmare in dicta uisione. Quartum remedium est, quòd propter altam uitam, uel propter magnam deuotionem, aut propter præclarum intellectum: seu propter aliquam aliam sufficientiam quam uides in aliquibus personis, non sequaris eorum consilia, uel modos: ex quo cognoscis clarè & rationabiliter, quòd eorum consilia non sunt secundum Deum & ueram discretionem per uiam Iesu Christi & sanctorum monstratam, & perfectam scripturam in dictis sanctorum notificatam. Nec propter hoc timeas, quòd spernendo talia consilia dictarum personarum, pecces per superbiam & præsumptionem: solum quòd facias propter zelum & ueritatis amorem. Quintum remedium est, quòd fugias & uites familiaritatem illarum personarum quæ dictas tentationes seminant & diffundunt: & illas personas quæ easdem sustinent & laudant, & noli eorum uerba uel etiam collocutiones audire, neque eorum modos uelis uidere: quia tibi demonstrabunt magnum signum perfectionis in pluribus uerbis & modis, per quę si uis accipere: & eos tanquã diuinales sequi, ueniesin pericula & precipitia errorum & inhonestorum morum eorundem. Post hæc uide remedia quæ debes attendere circa aliquas per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Remedia cõtra seminatores tẽtationum.

sonas, quæ per suam uitam & doctrinam seminant dictas tentationes. Primum remedium est, quòd non habeas magnam æstimationem uisionum, aut sentimentorum: uel raptuum eorum: imò si ducunt te in aliquid quòd sit contra fidem, vel cõtra scripturas sanctas, aut contra bonos mores, vel contra vitas sanctorum, seu uerba eorum sanè accepta: abhorreas eorũ uisiones & sentimenta tanquam stultas dementias, & eorum raptus sicut rabiamenta. Tamen si ducunt in hoc quod est secundum fidem, & secundum scripturam, & secundum sanctos, & secundum bonos mores: noli spernere, quia forsitã sperneres hoc quod est Dei. Non tamen totaliter confidas: quia sæpe & maximè in tentationibus inducitur seu absconditur falsitas sub specie ueritatis, & malitia sub similitudine bonitatis: ut diabolus possit melius & sæpe mortalẽ errorẽ diffundere. Et ideo uidetur plus placere Deo, quàm uisiones & sentimenta ac raptus, quæ secundũ quod dictum est habent similitudinem ueritatis & bonitatis: dimittas ire pro tanto quantum ualent. nisi cõtingat aliquibus personis ratione sanctitatis & humilitatis eorum probatæ certissimè & manifestè, de quibus esset certum & manifestum quòd non possent decipi per illusiones uel ingenium diaboli. Et tunc quamuis sit pium uisionibus & sentimentis talium personarum consentire, tamen securum est non totaliter per rationem ueridicam eis credere: sed solum quia concordant cum fide catholica & sacra scriptura, ac bonis moribus & uita & uerbis sanctorum, & cum ratione fundata supra prædicta. Secundum remedium est, quòd nullam expositionem scripturæ & uerborum sanctorum uelis accipere: nisi concordaret uitæ Iesu Christi & sanctorum: quod tamen intelige quantum ad illos nobis propositos ad imitandũ non quantum ad imitandum priuilegia & singularitates eorum. Et istud dicitur contra aliquos nuncios seu discipulos antichristi, qui palliant & defendunt suos errores & periculosos modos uiuendi, exponendo sacram scripturam secundum eorum propriam affectionem: ducentes in exemplum aliquos excessus & singularitates quas aliqui sancti fecerunt. Tertium remedium est, quòd si per reuelationem, uel sentimẽtum: uel per alium modum cor tuum moueatur ad faciendum aliquod opus, & maximè opus graue vel notabile, & non tibi consuetum, de quo non habeas certitudinem an Deo placeat, imò & rationabiliter dubitas: contrahas moram ad faciendum dictum opus, usquequo inspexeris omnes circunstantias, & maximè finales, & cognoscas quod Deo placeat: non tamen quòd tu iudices per tuam opinionem, sed si potest per testimonium certum scripturæ, uel per exẽplum sanctorum patrum imitabile. Et bene dictum est, imitabile. Quia secundum Gregorium, aliqui sancti fecerunt aliqua opera in quibus non debemus eos imitari, quamuis essent in eis bona: sed debemus ea habere in reuerentia. Et si per teipsum non potest uenire in notitiam an Deo placeat uel non, petas consilium à probatis personis in uita & doctrina & consilio ueritatis. Quartum remedium est, quòd si tu es immunis à prædictis tentationibus sic quòd nunquam eas habueris: uel quantumcunque eas habueris liberatus fueris, dirige cor & intellectum ad Deum, recognoscendo humiliter gratiam tibi factam, & quam tibi multotiens super hoc facit. Et caueas tibi ne hoc quod per puram gratiam & bonitatem Dei habes, velis ascribere tuæ uirtuti uel sapientiæ, seu merito tuo, aut bonis moribus tuis: neque quod factum fuerit à casu seu à fortuna: quia (ut dicunt sancti) hoc est principalius per quod Deus beneficium suæ gratię aufert & subtrahit homini, permittit eum subiici tentationibus & illusionibus diaboli. Quintum remedium est, quòd te, seu tuo corde, existente in tentatione spirituali, per quam es in dubio: non incipias tua propria uoluntate aliquid notabile tibi inconsuetum antè: sed tuum cor & tuam uoluntatem refrenando expectes humiliter cum timore & reuerentia Dei, usquequo Deus cor tuum clarificet: quia si existendo in dicto dubio inciperes ex tua propria uoluntate aliquid notabile, tibi inconsuetum, non posses exire ad finẽ bonum. Sextum remedium est, quod propter tentationes antedictas, si habeas, non dimittas aliquod bonũ quod tu incepisti dum in tentationibus illis nõ eras: & maximè non debes dimittere, orare, aut confiteri uel opera facere humilitatis: licet consolationem non inuenias in ipsis. Vnde scriptũ est: Mane scilicet prosperitatis & gratiæ, semina, scilicet opus bonum: & uespere scilicet aduersitatis & tentationis, ne cesset manus tua scilicet à seminando. Septimum remediũ est, quòd omnes imaginationes & errores quæ te uenire faciunt quasi in dubium alicuius ueritatis, expellas à corde tuo: & à memoria tua cum summo studio & conamine, tantum cor & intellectum conuertendo in puritate & ueritate radicum nostræ fidei, & in uita sanctorum, & in ueritate sanctarum scripturarũ, de quibus si humiliter & discretè ad easdem conuersus fueris: poteris lumen extrahere ad certè cognoscendum hoc, in quo prius dubitaueras. Et istum modum debet homo tenere in tentationibus spiritualibus, quæ non sunt de principalibus fidei articulis: sed de aliquibus ueritatibus ipsi fidei proximis. Octauũ remedium est, quòd te existente in antedictis tentationibus habeas firmã & certam spem, quòd de istis tentationibus Deus te ad aliquod bonum adducet, & cor tuũ clarificet, & credas firmiter quòd Deus permittit te uenire in prædictas tẽtationes, propter exercitium tuæ uirtutis, & ut te humilies. Attamen ita se habeat spes supradicta, quòd negligentia non includatur in ea: sic quòd tuum posse facias de expellendo à te tentationes prædictas. Et similiter sic se habeat credulitas prædicta, quòd superbia non includatur: sed quòd dubites quòd illæ tentationes ueniant propter tuam culpam. Nonum remedium est, quòd si habeas antedictas tentationes multum absconditas & secretas, non eas teneas, imò eas reueles tuo sapienti & discreto confessori, & aliquibus singularibus personis: sed non multis, de quibus perpendere possis quòd ratione experientiæ tentationum quas habuerunt: uel ratione luminis sapientiæ & sanctitatis possunt tibi dare consilium & auxilium, ac consolationem. Istud remedium commẽdant multi sancti: quia narratur in uitis patrum, quòd quidam monachi qui per magnam uitam erant alti: quia contemnebant cõsilium & auxilium sanctorum patrum, super tentationibus eorum ueniebant ad finem malum. Et contigit aliquibus aliis, quòd Deo uolente prodebant tẽtationes propter eorum simplicitatem, & humilitatem quam habebant in petendo consilium, & auxilium super tentationibus suis finem salubrem inueniebant, & citius liberabantur. Decimum remedium est, quòd si antedictas tẽtationes habeas, leua cor & intellectum tuum ad Deum: quærẽdo humiliter hoc quod ei fuerit honorabilius, & tuæ animæ salubrius super tua tẽtatione, subiiciendo tuã uoluntatẽ uoluntati diuinæ: sic ut si sibi placet quod perseueres in tentatione,

tatione, similiter & tibi placeat solum vt Deum non offendas. Vndecimum remedium est, quòd nisi per aliam uiam possis euadere prædictas tentationes debes eas obliuisci, & per quandam negligentiam fugere & dimittere, considerans quòd non sunt tentationes per diabolum procuratæ: sed passiones, & fragilitates, seu debilitates quæ sunt communes statui huius uitæ. Et quia suprà & in sequentibus multis modis hortatur Dominus ut uigilemus, & ad incertum eius aduentum nos præparemus: ideo ut continuè ad opera uirtutum ascendas, uel saltem uehementer ascendere desideres, ponuntur hic consequenter aliquæ rationes per quas poteris sentire pigritiam & nihilitatem boni quod incepisti, & cor tuum excitare & mouere ad maiores perfectiones omnimodæ uirtutis quam non incepisti. Prima ratio est: quia si aspicias quomodo Deus est dignus amari & honorari, secundum suam bonitatem & sapientiã, & alias suas nobiles perfectiones, quæ sunt in eo sine numero & sine termino: uidebis quòd hoc quod credidisti facere multum & magnum ad honorem Dei: & secundum suam uoluntatem est minimum, & quasi nihil in respectu quod deberet esse secundum quòd Deus est dignus. Ista ratio idcirco primò ponitur: quia principaliter debemus attendere in omnibus operibus nostris honorem, & reuerentiam, & amorem Dei: quia in se dignus est amari, & honorari per omnem creaturam. Secunda ratio est: quia si attendas quot despectus & uituperia, quot egestates & penurias, quot dolores & passiones sustinuit filius Dei amore tui, ut ames Deum, & honores: cognosces quia parum est quod fecisti ad Deum amandum & honorandum, secundum hoc quod facere deberes. Ista ratio est altior & perfectior quàm aliqua sequentium: & ideo ponitur secundò. Tertia ratio est: quia si cogitas innocentiam & perfectionem quam deberes habere secundum Dei mandatum, per quod teneris esse absque omni uitio, & sine omni culpa, & in plenitudine totius uirtutis, sicut est quòd deberes amare Deum ex toto corde tuo, & ex omni mente tua: & ex totis viribus tuis, uidebis manifestè infirmitatem & distantiam in qua es à prædicta innocentia & perfectione. Quarta ratio est: quia si cogitas multitudinem & largitatem beneficiorum Dei, & gratiarum corporalium & spiritualium communium tibi & aliis, uel quæ singulariter tibi sunt datæ, senties quòd hoc quod facis propter Deum, est nihil ad recompensandum dicta beneficia & gratias Dei: & maximè si Dei liberalitatem attendas ad bonitatem. Quinta ratio est: quia si cogitas altitudinem & nobilitatem remunerationis & glorię promissę & paratæ illis qui faciunt opera uirtutum ad honorem Dei, quæ gloria tanto maior dabitur, quanto opera erunt uirtuosiora & maiora: cognosces pro tanto tuum meritum nihil esse in comparatione tantæ gloriæ, & desiderabis facere opera uirtuosiora quàm ante feceras. Sexta ratio est: quia si attendas pulchritudinem & gratiositatem quam habent uirtutes in se, nobilitatem quam anima recipit per ipsas uirtutes. Si attendas etiam uilitatem & turpitudinẽ quam in se habent uitia & peccata, & nihilitatem quam anima recipit per ea: conaberis (si sapiens es) ad amplius acquirendum uirtutes, & amplius fugere uitia & peccata quam unquam conatus fueris. Septima ratio est: quia si attendas altitudinem & perfectionem uitæ sanctorum patrum, uel eorum multas & perfectas uirtutes: cognosces imperfectionem & infirmitatem uitæ tuæ & operum tuorum. Octaua ratio est: quia si cogitas magnitudinem & multitudinem offensarum quas fecisti contra Deum, cognosces quòd omnia opera quæ facis quantumcunque bona, nihil sunt ad satisfaciendum per uiam iustitię offensis Dei. Nona ratio est: quia si speculeris diuersitatem & periculum tentationum carnis, mundi, & diaboli: conaberis ad assumendum maiorem firmitatem & altitudinem in omni uirtute quàm unquam feceris: ut possis esse in maiori securitate contra dictas tentationes. Decima ratio est: quia si cogitas districtum iudicium Dei finale, & cum quo apparatu bonorum operum, & cum qua satisfactione de offensis Dei debes uenire ad dictum iudicium, uidebis quòd parum est quòd fecisti per bona opera: uel per misericordiam secundum quod facere debuisse. Vndecima ratio est: quia si cogitas breuitatem uitæ tuæ, & neces sitatem tuæ mortis dubiæ, postquam non habebis spacium faciendi opera meritoria uel pœnitentiam: cognosces quòd cum maiori corde & studio deberes facere bona opera, & pœnitentiam quàm nunc facis. Duodecima ratio est: quia si aduertas qualiter si incipias bonam uitam, in quouis gradu, sine conamine & desiderio ascendendi in maiorem & altiorem uitam, non potest esse sine fundamento præsumptionis & superbiæ huius quod incepisti: nec potest esse sine inclusione magnæ tepiditatis & negligentiæ, & ex quo hæc duo mala includuntur, non potest esse sine magno periculo ueniendi in multa spiritualia uitia: non dubium quòd si uelis dictorum malorum esse liber, & immunis, quantumcunque altam uitam inceperis: tu conaberis ad ascendendum ad altiorem uitam & perfectiorem. Tredecima ratio est: quia si cogitas abyssalia iudicia Dei, facta super aliquos, qui diu perseuerauerant in magna sanctitate & perfectione: sic quòd Deus eos deserebat propter aliqua occulta uitia quæ non credebant habere: non dubium quòd quantumcunque altam uitam incepetis, omni die eleuabis tuas affectiones & intentiones, deserendo omne uitium plus quàm fecras antè: appropinquando ad perfectam & integram sanctitatem: timendo ne fortè sit in te aliquod uitium occultum propter quod sis dignus deseri à Deo. Quartadecima ratio est: quia si recogitas pœnas infernales damnatorum paratas peccatoribus cunctis, credo q̃ leuis erit tibi omnis pœnitentia, & omnis humilitas paupertatis uituperium: & omnis labor quem in uita ista propter Deum possis sustinere, ut euadas pœnas supradictas, & conaberis continuè ad tenendum altiorem & perfectiorem uitam, timendo periculum ueniendi ad pœnas illas. Prædictæ quatuordecim rationes plus in breui tactæ sunt quàm explicatæ, ut addiscatis in paucis magna cogitare: sic quod quælibet ratio sit tibi materia considerationis spaciosæ. Attamen scias quod si uelis proficere cum dictis rationibus, debes eas formare, non solum per intellectum: imò est necessarium quòd per affectionem moneas tuam uolũtatem ad hoc quod dictant ipsæ rationes. Et nota quòd conclusio cuiuslibet rationis debet esse in duobus. Primò, in sentimento propriæ imperfectionis & nihilationis: deinde in desiderio & conamine ueniẽdi in altiorẽ uitã, & maiorẽ perfectionem: sic q̃ non sit sentimentũ propriæ imperfectionis & nihilationis sine desiderio, & conamine maioris pfectionis & uitæ altioris, nec maior perfectio & altior uita sine sentimẽto ꝓpriæ imperfectionis & nihilationis.

Exercitiũ uoluntatis in Deum.

Rationes de pigritia.

Deut. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, mitis & humilis corde: funda cor meum in uera humilitate, & exclude à me omnem motum præsumptionis & superbiæ: ut nunquam uisiones desiderem, aut reuelationes: nec per aliquas tentationes seducar spirituales, quæ me ducere quoquomodo possent in errores. Fac me Domine piissime quotidie ad opera uirtutum ascendere, & semper in bono proficere, ac continue in altiorem uitam tendere & suspirare: ut sic uigilando, & sollicite agendo ad incertum tuum aduentum me ualeam præparare. Amen.*

De orando & expectando aduentum Domini, & de posterioribus signis aduentus eius, & consummationis seculi. Cap. XLII.



Luc. 18. & 21. Matth. 24.

POSTQVAM ergo Dominus grumnarum & periculorum meminit, consequenter horum remedium subdit: quòd est oratio præmeditata, ac iugis & assidua. Vnde in libro Paralip. *Cùm ignoramus quid agere debeamus, hoc solum residui habemus ut oculos nostros dirigamus ad te.* Quia enim dixerat Dominus de suo futuro aduentu, qui subitò ueniet, & cuius tẽpus certum latet, sollicitos nos vult esse & dispositos, ne dies illa nos inueniat imparatos. Inter cætera autem quæ nos præparant ut securè & dignè aduentum Domini expectemus, est orationis sedulitas & assiduitas: ut iusti iudicis misericordiam imploremus, & orantis humilitas: ut iudicem per humilitatem flectemus, & eius rigorem temperemus: quia ei semper humilium placuit oratio. Vnde in Ecclesiastico: *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec appropinquet non consolabitur: & non discedet donec aspiciat altissimus.* Oratio autem superborum exaudiri non meretur: orans enĩ defectum proprium confitetur: quod superbiæ repugnat: quia defectum suum magis celare quàm prodere affectat. Docet ergo Dominus quoniam oportet iugiter & semper orare, & ab oratione non deficere: quia multum ualet oratio iusti assidua. Sed quis potest semper orare? Ergo hoc intelligendum est de quotidianis horis canonicis, iuxta ritum ecclesiæ constitutis, & oremus semper scilicet pro tempore & horis debitis, & sic semper non importat continuitatem temporis: quia oportet interrumpi tempore dormitionis & quarundam necessitatum corporis: sed importat instantiam orationis temporibus & horis ad hoc congruis. Aut certè quicquid iustus facit & dicit secundum Deum, ad orationem est reputandum. Nam semper orat, qui semper bene facit, seu in bono perseuerat: nec desinit orare, nisi cùm desinit iustus esse. Orat enim non solum lingua: sed & cor & cogitatio, desiderium, sensus, manus, oculi, & omnis operatio bona. Hæc enim si orare cessauerint, omnis linguæ oratio inutilis est. Et hoc modo semper & sine intermissione possumus orare, & ab oratione non deficere. Vnde Augustinus: Qui Deum laudat lingua, non semper potest: qui moribus Deum laudat, semper potest. Multum autem ualet apud Deum oratio cũ lachrymis: quia hãc Deus magis diligit & citius exaudit. Vnde angelus ad Tobiam, *quando orabas cum lachrymis ego obtuli orationem tuam Domino.* Et Dominus per Esaiã ad Ezechiam: *Audiui orationem tuã, uidi lachrymas tuas.* Nam ut ait Hieronymus, oratio Deum lenit, lachryma cogit: hæc ungit, illa pungit. Vnde Bernardus: O humilis lachryma: tua est potentia, tua est regni gloria, ante faciem iudicis sola intrare non uereris: quicquid petieris impetrabis, accusatori silentium imponis, & quandoque sententiam ab ore iudicis rapis: uincis inuincibilem, ligas omnipotentem. Et ad probandum efficaciam orationis assiduæ, proponit parabolam de perseuerantia in oratione & eius exauditione, inducens exemplum de iudice, *qui Deum non timebat* offendere, *& hominem non reuerebatur*, publicè scandalizare: nec diuino timore mouebatur, nec humano pudore: & de uidua petente uindicari de aduersario suo: scilicet ut faceret sibi iustitiam de eo, quam tandem ob solam importunitatem precum suarum exaudiuit, ne eum figillaret: id est, suggerendo sua importunitate offenderet: & fecit uictus tedio, quod nolebat facere beneficio: motus ad faciendum iustitiam, non propter amorem iustitiæ, sed ad euitationem suæ molestiæ. Ex quo patet aliquos hodie peiores isto esse: quia nec Dei timore, nec hominum pudore, nec aliqua importunitate uolunt grauatis iustitiam facere. Hanc parabolam Dominus ideo proposuit, ut ostendat quanto certiores de exauditione esse debeant qui Deum fontem iustitiæ & misericordiæ perseueranter rogant, cùm apud iniquum iudicem ualuerit perseuerantia deprecantis ipsum: quia per importunitatem precum obtinuit petitionis effectum. Sic enim multo fortius *Deus*, qui est bonus & iustus, exaudiet preces, & faciet uindictam electorum suorum, in pressura & tribulatione existentium, & *clamantium ad se die ac nocte*: id est, orantium instanter pro sua liberatione & declaratione diuinæ iustitiæ. Aduertendum tamen quòd sancti uiuentes in terra non petunt à Deo de aduersariis uindictam per gehennæ pœnam, sed quòd conuersi ad iustitiam desinant esse mali. secundum illud in Prouerbiis, Verte impios & non erunt, scilicet impii. Vel quod amissa potestate quam nunc habent, desinant iustos persequi, uel quia ad bonos pertinet bona spiritualia & æterna suis persecutoribus optare: & hoc modo pro eis orare: sed quia pœnę temporales sunt quædam medicinæ, & ualent ad emendationem uitæ, & ad declarationem diuinæ iustitiæ: ideo ad sanctos bene pertinet petere à Deo hoc modo uindictam de suis persecutoribus: non ex motu iræ, sed ex zelo iustitiæ: & sic non est contra illud quod dicitur: *Orate pro persequentibus uos, &c.* Deinde post orationem subiungit Dominus de fide interrogationem dicens. *Verumtamen*

Augusti. in Psal. 47.

Tob. 12. Esaiæ 38.

Sanctorum petitio.

Matth. 5.

Ecclæ. 35.

Orare semper.

tamen cùm uenerit filius hominis, scilicet Christus ad iudicium, putas inueniet fidem super terram? quasi diceret, parum inueniet, respectiuè loquendo de fide formata charitate. De fide post orationem interrogat: quia si fides deficit, oratio perit. *Quomodo enim inuocabunt in quem non crediderunt?* Ergo ut oremus, credamus: & ut ipsa fides qua oramus non deficiat, oremus: quod autem quærit Dominus an in aduentu suo inueniat fidem, non facit dubitando, quia omnia nouit: sed quærit arguens & increpans infidelium multitudinẽ: quia in aduentu suo multos ab antichristo seductos reperiet à fide corruisse, respectu quorum paucos inueniet in uera fidei confessione perstitisse: tunc enim secundum Bedam, tanta erit raritas electorum, ut non tam ob clamorem infidelium, quã ob torporem aliorum totius iam mundi sit accelerãda ruina: *quia enim abundabit iniquitas, refrigescet & de ficiet charitas multorum.* Et quia prænouit Dominus fideles contra aduentum antichristi & suorum pseudoprophetarum, ac insuper monuit eos orare semper in tantis malis ad expectandum aduẽtum suum, nunc consolatur eos per suum propinquum aduentum. Vbi sciendum, quod cùm triplex sit aduentus Dei saluatoris nostri: uidelicet in carnem, in mentem, & in iudicium: primi duo sunt amoris, tertius est timoris: tertium celebramus propter primum, & primum propter medium. De aduentu enim ad iudiciũ mentio fit isto tempore in officio: ut timore nobis immisso ad uenerandam futuram festiuitatẽ natalis Domini in carnem nos sollicitius præparemus. De aduẽtu in carnem ideo festa recolimus, quatenus per ea uerbum æternum mẽtaliter concipere mereamur, dum ipsa mentalis conceptio est maxima gratia omnium donorum quæ in hac uita, secundum legem cõmunem animæ deuotæ per gratiam cõferuntur. Vnde dicit Augustinus, quod beatior fuit Maria concipiendo Christum mente, quam carne. Et quia dicit idem August. quod timoris est præparare locum, & quòd introducit charitatem sicut seta filum: ideo ecclesia celebrans aduentum Domini in carnem, pariter & in mẽtem, qui sunt aduentus amoris, simul mẽtionem facit in officio de aduentu eius ad iudicium, qui est aduentus timoris: ut uidelicet per timorẽ introducatur, ac per hoc nos moueamur ad amorosam nostri hospitii præparationem: quatenus uerbo æterno mẽtaliter in nobis concepto, dicamus cum propheta, à timore tuo Domine concepimus spiritum salutis. Consolatur ergo eos Dominus de suo aduentu propinquo: quia statim non immediate sed paruo tempore elapso post tribulationẽ antichristi & pseudoprophetarum, quæ durabit per tres annos cum dimidio, & etiam post mortem ipsius antichristi apparebunt signa manifesta propinqui iudicii: quia post tribulationem illam antequam appareant signa ista, erit tempus breue, scilicet quadraginta dierum, uel circà, ad refrigerium bonorum, & ad pœnitentiam malorum, in quo pœnitere poterunt illi qui per antichristum fuerunt decepti. Et sciendum quod appropinquante finali iudicio in omni creatura apparebit turbatio. Vniuersitas autem creaturarum reduci potest ad quatuor genera: uidelicet ad naturam cęlestẽ, elementarem, rationalem, & intellectualem. Primò, ergo describitur turbatio in natura cœlesti, uidelicet *in sole, luna, & stellis*, in quibus erunt aliqua apparentia insolita, & naturæ suæ repugnantia: & ideo dicuntur signa quæ in eis erunt. *Sol enim & luna obscurabuntur, & stellæ cadent de cœlo*, non à situ suo, quod naturaliter impossibile est fieri, cùm terra non sufficeret earum magnitudini, & corpora cœlestia manent in naturã sua integra: sed propter nimiam scintillationẽ quæ erit in aere, cadere uidebuntur à suo lumine, nõ quod eo priuentur cùm sit eis naturale: sed quia uincuntur à maiori lumine. Hæc enim luminaria obscurari & cadere dicuntur, comparatione maioris lucis superuenientis: quia in gloriosõ Christi aduentu apparente ueræ gloria lucis, omnia mundi lumina tenebris comparantur & umbris sicut stellæ non apparẽt sole oriente, & lumen candelæ non lucet in die. Vnde Beda: Sydera in die iudicij uidebuntur obscura, non diminutione suæ lucis accedente, sed superueniente claritate ueri luminis: hoc est summi iudicis cum uenerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum. Quanuis nil prohibet intelligi ueraciter solem tunc & lunam cum syderibus cęteris ad tempus suo lumine priuari: quomodo de sole factum constat tẽpore dominicæ passionis, luna enim tunc temporis cùm esset plena sub abdito terræ latebat. Cęterùm peracto die iudicii & clarescente futuræ gloria uitæ, cũ fuerit cœlum nouum & terra noua: tunc fiet quod Esaias propheta dicit: *Et erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter sicut lux septem dierum.* Hæc Beda. Mysticè ecclesia speciosa ut luna, electa ut sol, & quæ noctem mundi illuminat ut stellæ: tunc non apparebit impijs ultra modum sæuientibus: & cedent persequentibus ac cadent multi qui gratia fulgere uidebantur, & quidam fideles firmissimi turbabuntur. Moraliter uerò per solem status perfectorum designantur, eorũ enim est ad modum solis influere aliis & illuminare. Per lunam status proficientium significatur: ad quos pertinet exterioribus exercitiis uirtutis quæ sunt circa mutabilitatem humanorum actuũ insistere, ad similitudinẽ lunæ quæ inter planetas specialiter habet influentiam super mutabilitatem istorũ inferiorum. Per stellas uerò status incipientium accipitur, ad quos pertinet præterita peccata deplangere & à futuris cauere: stellæ enim emissione radiorum aerem impurum depurant: & earum uirtute auferetur à mundo inferiori pestilentiæ corruptela. In quolibet istorum statuum, ut uerbum æternum concipiatur in mente, debent certa signa præcurrere. In sole nanque legimus accidisse signum stationis, signum retro gradationis, & signum obscurationis. Et in sole quantum ad perfectos, primò debet esse signum stationis: & hoc per mentis in Deo stabilitationem, ne uariis cogitationibus euagetur, secundum illud Psal. *Iacta cogitatum tuum in Domino.* Secũdò, signum retrogradationis per contemplationis & actionis alternationem, secundum illud Ezechielis: *Animalia ibant & reuertebantur.* Animalia enim, id est sectatores euangelicæ perfectionis: uadunt ad uitam contemplatiuam, in qua quia diu immorari non prævalent reuertuntur ad actiuã. Tertiò, signum obscurationis per propriæ gloriæ exinanitionem, ut in suis oculis nihil se esse reputent. Sic semetipsum obscurauit apostolus dicens: *Ego sum minimus apostolorum.* Et sequitur: *Gratia Dei sum id quod sum.* In luna quantum ad proficientes debet apparere signum conuersionis in sanguinem, per passionis iugem recordationem. Vnde eis dicit Christus in Threnis: *Recordare paupertatis meæ, & absynthij & fellis.* Et respõdere debet homo illud quod ibi sequitur: *Memoria memor ero & tabescet in me anima mea.* In stellis uerò quantũ ad incipiẽtes debet esse signũ casus & propriæ dejectionis per defectuũ multipliciũ humilẽ recognitionem. De quo casu exponi

Beda in c. 20. Luca.

Esaiæ 30.

Mysticè.

Moraliter.

Signa perfectorũ in sole.

Psal. 54.

Ezech. 1.

1. Cor. 15

Signa in luna.

Threno. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

poteſt illud Prouerb. *Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit.* Iuſtificatus enim per gratiam Dei omni tempore quod per ſeptenarium numerum innuitur, debet cadere per propriam recognitionem: & tunc ſemper poſt lapſum reſurgit per diuinę miſerationis ſubleuationem: quotiens enim quis pro ſuis defectibus ingemuerit, totiens diuinæ propitiationis gratiam ſibi amplius cumulabit. Hæc autem ſigna facere in quolibet ſtatu non eſt ex nobis, ſed ex ſupereffluentia diuinæ bonitatis. Ideo ſapiens orat: *Miſerere noſtri Deus omnium, & oſtende nobis lucem miſerationum tuarum.* Et ſubdit: *Innoua ſigna, & immuta mirabilia.* Secundò deſcribitur turbatio in creatura elementari, cùm dicitur: *Et in terris preſſura gentium præ confuſione ſonitus maris & fluctuum.* Nam ex impreſſione corporum cę leſtium fiet commotio elementorum. Terra enim commotione commouebitur: & in aere caligo & uẽti, tonitrua & fulgura, coruſcationes & uariæ tempeſtates generabuntur. In mari quoque & fluctibus generabuntur ſpiritus procellarum: & ab intus & ab extrà concutientes mare & fluctus, ex quorum confractione generabitur maximus & horribilis ſonus, & præ nimia aquarum hincinde agitatione abſque ordine, quaſi ſonus confuſionis apparebit. Et inſuper aderit etiam incendium ignis qui præcurret faciem iudicis: ita ut mare & omnia creadantur conſumi omnino, dicente Petro: *Elementa calore ſoluentur, & terra & omnia quæ in ea ſunt opera exurentur.* Ex quibus omnibus corda hominum nimio terrore concutientur, & homines attoniti quaſi fugere uolentes, & propter tenebras horrendas ſe mutuò uidere non ualentes: diſcurrendo ſe inuicem prement, & impingendo compriment: vt fiat preſſura gentium, & ruat unus ſuper alium ex concurſu multorum timẽtium ab aquis abſorberi, & ab igne & tempeſtatibus conſumi: & ſecundum hoc propriè dicitur preſſura, quaſi premens ſuram. Maximè autem huius preſſurę cauſa erit ſonitus maris & fluctuum: quia mare inuſitato modo terribiliter fremet, & littus maris uehementius agitabitur tempeſtate. Tertiò deſcribitur turbatio in creatura rationabili, id eſt homine, cùm ſubditur: *Areſcentibus*, id eſt, deficientibus, *hominibus*, à uigore ſuæ corporalis uirtutis & colore, in diebus enim illis efficientur homines aridi & ſtupidi & paleſcentes & uelut amentes, & contabeſcẽt in ſeipſis: ita ut alter alterum non alloquatur, uel audiat ſeu attendat, *præ timore*, ſcilicet malorum ipræſentium, *& expectatione* malorũ adhuc reſtantium, *quæ* inquam timor & expectatio *ſuperuenient uniuerſo orbi*, quaſi diceret: nec natio nec prouincia excludetur ab his anguſtiis. De his autem ſic dicit Eſaias: *Eritque repente, & conſeſtim viſitabitur à Domino exercituum in tonitruo, & commotione terræ, & uoce magna turbinis & tempeſtatis & flammæ ignis deuorantis.* Et ſic implebitur quod dicit Dauid de impio. *Queſiui & non eſt inuentus locus eius*, quaſi diceret: Quæſiui impio locum in mundo, & non inueni. Nã iudicio imminente cœlum tonitruis & fulguribus repellet impium, aer depellet per turbinem, mare per tempeſtatẽ, terra eum excutiet per commotionẽ: ut in toto mundo locum non inueniens ſepeliatur in flamma ignis deuorantis in inferno. Quartò ponitur turbatio in creatura intellectuali cùm infertur. Nam uirtutes cœlorum, id eſt, angelicæ poteſtates mouebuntur. Ille autem motus erit multipliciter: quia mouebuntur quodam motu admirationis uidentes inuſitatos effectus accidere præter ordinem naturalem. Item mouebuntur ex diuina uoluntate ad faciendũ miraculoſas tranſmutationes in elementis, ad incutiẽdum hominibus terrorem iudicis uenientis. Item mouebuntur ad peccatorum uindictam & ſeparationem, expetendo ab eis ultionem: quia ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminũ ignis. Item poſſunt dici moueri ex magno timore, ui debunt enim totum orbem iudicari, & Luciferũ qui eorum princeps fuit. Vnde dicit Chryſoſto. quòd ualde decenter commouebuntur & concutientur uidẽtes tantam tranſmutationem fieri, & conſeruos ſuos puniri, & orbem terrarum terribili aſſiſtentem iudicio. Eſt autem in angelis timor cuiuſdam reuerentiæ & admirationis reſpectu Dei: quia ſcilicet admirantur Dei maieſtatem eis incomprehenſibilem, & ad modum trementium ſe habebunt. De tali timore dicitur in Iob: *Columnæ cœli contremiſcunt & pauent in aduentu eius.* Quid ergo facient uirgulta deſerti, ubi timore concutitur cedrus Libani paradiſi? Vnde non eſt mirum ſi homines qui in natura & ſenſu ſunt terreſtres areſcent: cùm etiam angelicæ poteſtates quæ de ſe ſecuræ ſunt mouebuntur. Moraliter cœlorum nomine poſſunt intelligi animę ſanctę, in quibus Deus per gratiã cõcipi dignatur & habitare. De quibus dicitur: *cœlum mihi ſedes eſt.* anima enim iuſti ſedes eſt ſapientię. Huius cœli uirtutes ſunt animæ uires. Sicut autem in aduentu in iudicium uirtutes cœlorum corporalium mouebuntur: ſic in aduentu uerbi æterni in mentem omnes uirtutes & potentiæ animæ mouebuntur ad operationes ſuperexcedẽtes, ſuperiorq́ & inferior portio rationis mouebuntur de exercitio bonæ operationis, ad ſtudium orationis & contemplationis. Iudicium diuinum præcedent ſigna & mirabilia, iram Dei in peccatores deſignantia, & ad oſtendendam Dei paratam contra eos uindictam. Et ſicut offenſo Domino turbatur eius familia cõtra offendentes, ſic creatura Dei turbatur contra peccatores. Et ſecundum Bedam: Quomodo impulſæ ad caſum arbores fragores motuſq́ ſui præmittere ſolent indicia, ſic termino mundi appropinquante quaſi pauentia nutant & gemunt elementa & omnis creatura. Et ut dicit Chryſoſtomus, ſicut homo cùm moritur patitur phantaſias & turbationes maximas, qui eſt microcoſmus ſiue minor mundus: ſic macrocoſmus ſiue maior mundus deficiens totus conturbabitur. Modum enim deficiẽdi in maiori mundo, ex minori oportet accipere. Nota hîc Dominum breuiter quædam tetigiſſe ſigna diẽ iudicij præcedentia. Dicitur autem in ſcholaſtica hiſtoria quòd Hieronymus, in annalibus libris Hebræorum inuenit ſigna quindecim dierum ante diem iudicij: ſed utrum dies illi continui futuri ſint an interpolati, non expreſit: hoc autem multam habet dubietatem. Prima die eriget ſe mare quadraginta cubitis ſuper altitudinem montium ſtans in loco ſuo quaſi murus. Secunda, intantũ deſcendet ut uix uideri poſſit. Tertia, marinæ beluæ, ſcilicet balenæ & huiuſmodi apparentes ſuper mare dabunt rugitus vſque ad cęlum. Quarta, ardebit mare & aquæ omnes. Quinta, herbæ & arbores dabunt rorem ſanguineum. Sexta, omnia ruent ædificia. Septima, petræ adinuicem collidentur. Octaua, fiet generalis terræmotus. Nona, æquabitur terra. Decima, exibunt homines de cauernis, & exibunt uelut amentes, nec mutuo poterunt loqui. Vndecima, ſurgent oſſa mortuorum, & ſtabunt ſuper ſepulchra ſua. Duodecima, cadẽt ſtellę de cœlo ſecundũ quoſdã quo ad apparentiam. Tertiadecima, morientur homines uiuẽtes ut cũ mortuis reſurgãt, Quarta-

Ecclę. 36.

Terrę & maris ſigna.

2. Petri 3.

Hominum turbatio.

Eſaiæ 29.

Pſal. 36.

Virtutum cœleſtium motus.

Chryſoſto. hom. 77. in Matthæũ.

Moraliter.

Eſaiæ 66.

Beda in cap. 21. Luc.

Chryſoſto. hom. 48. in Matthæũ.

Iob 26.

Quarta decima, ardebit cęlũ & terra. i. ſuperficies aeris & terræ. Quinta decima, fiet cęlũ nouũ & terra nouа, & omnes homines reſurgẽt. O cor nequã ſi ad hęc audita non molliris: nec ad pœnitentiam prouocaris, durius es lapide: durius adamãte. Hæc enim ſigna terribilia quæ præcedunt, terribilius iudicium quod ſequitur oſtendunt. Vnde Chryſoſtomus. Terribile eſt illud iudicium, & ineuitabilis eſt pœna, & intolerabile illud tormentum. Si autem uis neq; hîc dare uindictam: decerne de te ipſo, & expete à teipſo noxas. Audi Paulum dicentem: *Quoniam ſi noſmetipſos iudicaremus, non utique iudicaremur*: ſi hoc feceris uiam præuenies, & ad coronam deuenies. Et qualiter expetemus uindictam à nobiſipſis, ait Bernardus: Luge, ingemiſce amarè, humilia teipſum, uitupera te, rememora peccatorum ſecundum ſpeciem. Qui enim facit hoc, ita compungetur ut neque uita dignum ſeipſum eſſe æſtimet: qui autem hoc æſtimat, cera omni mollior erit. Neque igitur parua hæc æſtimes eſſe: ſed congrega omnia, & ſic ut in libro ſcribe. Si enim tu ſcripſeris Deus delebit: ſicut ſi tu nõ ſcripſeris, Deus & iniquitatem expetet. Moraliter igitur melius eſt à nobis inſcribi & diuinitus deleri, quàm ecõtrariò nobis obliuione tradẽtibus Deum ea ante oculos noſtros offerre ſecundum diem illam. Vt igitur hoc non fiat, omnia cum diligentia recogitemus: & inueniemus multis noſipſos obnoxios. Qualiter igitur eſt ſaluari ars? Contraria his formata ponẽtes. Attendamus igitur & per omnia uulnera expũgemus: Ita enim poterimus & ignoſcentia delictorum potiri, & promiſſis perfruibonis. Hæc Bernardus.

Chryſoſto. hom. 49. in Matthæũ. 1. Cor. 11.

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, da mihi imitari ſigna in ſole, luna, & ſtellis: hoc eſt bonorum operum exempla in te ſole iuſtitiæ & matre uirgine, & in omnibus ſanctis tuis: ut fiat in terra carnalitatis meæ preſſura gentium, id eſt, motuum circumciſorum præ confuſione ſonitus confeſſionis & maris contritionis, & fluctuantium, afflictionum areſcentibus in me humanis concupiſcentijs, præ timore gehennæ & expectatione gloriæ quæ ſuperuenient uniuerſo orbi quando unicuique ſecundum opera ſua dabis: uirtutes etiam cœlorum ſcilicet potentiæ animæ moueantur de uirtute in uirtutem, ut paratus inueniar in aduentu tuo. Amen.*

De aduentu Chriſti iudicis. Cap. XLIII.



ET tunc ſcilicet poſt prædicta ſigna per Dominum tacta, *apparebit*, hora qua non putatur, hora enim iudicii ignoratur, *ſignum filij hominis*: ſcilicet ſignũ crucis, *in cœlo*, hoc eſt in aere qui aliquando in ſcriptura cœlum uocatur: ut paſſus in humilitate ignominiam crucis, oſtendat in ſua ueniens maieſtate ſalutarẽ fructum & dignitatem eiuſdem glorioſæ crucis. Filium hominis non filium Dei ſe hic appellat: quia non in forma Dei ſed hominis iudicabit. Secundum Chryſoſtomum: Crux apparebit ſole luculentior exiſtens, ut non ſit neceſſitas accuſationis cùm uiderint crucem, ſed per ſe ſine excuſatione condemnabile eorum efficiatur peccatum: quemadmodum ſi quis lapide uulneratus, ipſum oſtendit lapidem, uel ueſtimenta ſanguine madefacta. Et ſecundum eundem Chryſoſto. Non erit crux lignum, in quo ſcilicet paſſus eſt Dominus: ſed lux in modum crucis ſplendidior ſole. Per hoc autem ſignum crucis intelligi poſſunt etiam alia ſigna, & inſtrumenta ſuæ paſſionis & mortis: ut claui, lancea, corona, & flagella: quæ quaſi uexilla, trium phi, & uictoriæ in iudicium deferentur. Quidam autẽ per hoc intelligunt cicatrices ſeu ſtigmata, & teſtimonium paſſionis in carne Ieſu: ut impleatur illud Zachariæ: *Videbunt in quem tranſfixerunt.* Vnde Hieronymus: Signum autem hîc crucis intelligamus, ut Iudęi uideant in quem compunxerunt: aut uexillum fidei uictoris triumphantis ſecundum Chryſoſtomũ: Quẽadmodum ingrediente rege in ciuitatem, exercitus antecedit, qui ſigna atque uexilla regalia præferens annunciat regis introitum: ita Domino deſcendente de cœlis, præcedet exercitus angelorum & archangelorum, qui ſignum crucis ut triumphale uexillũ præferentes, diuinum regis cœleſtis ingreſſum terris trementibus nunciabunt. *Et tunc*, ſcilicet cùm triumphale uexillũ uidebunt, *plangent ſe*, inconſolabiliter, ſerò accuſante conſcientia, *omnes tribus terræ*: id eſt, aliqui de omnibus tribubus, & nationibus: ſcilicet mali uel omnes tribus terræ, id eſt, omnes homines terreni & iniqui, qui terrena dilexerũt, & ea Deo poſpoſuerunt: qui cum terrena uoluntate deceſſerunt, quibus grauis & triſtabilis erit aduentus iudicis quem terrenis poſtpoſuerunt. Et rectè dicit, tribus terræ: quia, ut dicit Hieronymus, hi plangent qui municipatum non habent in cœlis: ſed ſcripti ſunt in terra. Vbi Chryſoſtomus: Plangent Iudæi, plangent gẽtiles, plangent Chriſtiani, qui magis dilexerunt mundum quàm Chriſtum. Non ſic tribus Domini. *Illuc enim aſcenderunt tribus tribus Domini, ad confitendum nomini Domini. Plangent autem ſe*, id eſt, ſuam culpam quam commiſerunt, ſuam ſtultitiam quam non correxerunt, ſuam gloriam quam amiſerunt, ſuam pœnã quam incurrerunt. Et iterum: *Tunc plangent ſe omnes tribus terræ*, qui magis dilexerunt mundum quàm Chriſtum, cùm audierint eum hæc uerba dicentem ad ſe: Ego propter uos homo factus ſum, propter uos alligatus, & deluſus, & cæſus, & crucifixus, ubi eſt tantarum iniuriarum mearum fructus? Ecce præmium ſanguinis mei quod dedi pro redemptione animarũ ueſtrarum: ubi eſt ſeruitus ueſtra quã mihi pro precio ſanguinis mei debetis? Ego ſuper gloriam meam uos habui cùm eſſem Deus apparens homo, & uilior rem me omnibus rebus ueſtris feciſtis. Nam omnem rem uiliſimam terræ amplius dilexiſtis, quàm iuſtitiam meam, & fidem. *Tunc plangent ſe omnes tribus terræ*: quia nec reſiſtendi uirtus eſt contra eum, nec fugiendi facultas ante faciem eius, nec pœnitendi locus: ex angu-

Matt. 24. Luca 21.

Chryſoſto. ho. 77. in Matthæũ.

Idem ibidem.

Zacha. 12.

Hieron. in c. 24. Mat.

Chryſoſto. hom. 77. in Matth.

Hieron. in cap. 24. Matthæi. Chryſoſto. hom 77. in Matthæũ. Pſal. 121. a Planctus terrena amantium.

ex anguſtia enim omnium rerum nihil eis remanet
A præter luctus. Meritò plangent ſe: quia tunc neque
pecuniæ diuitibus proſunt ad eleemoſynam faciendã,
neque parentes iuſti pro filiis intercedente, neque ip-
ſis angeli pro hominibus, ſicut ſolebant, *facere uerbũ:*
quia non recipit natura iudicij miſericordiam, ſicut
nec tempus miſericordiæ iudicium, dicente prophe-
ta: *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine*: mi-
ſericordiam in priori aduentu, iudicium in ſecun-
do. Hæc Chryſoſtomus. Vnde & Effrem: Vtique ſi
ſciremus quid immineat uel incumbat, ò fratres iugi-
ter plangeremus Deum obſecrantes. Si enim omnis
creatura contremiſcet, & ipſa agmina ſanctorum an-
gelorum expaueſcent in aduentu eius: quid tunc dice
B mus ſi hoc paruo tempore negligenter ac ſegniter vi
xerimus? Ipſe namque pro hac negligentia noſtra ra-
tionem à nobis exquiret, ac dicet propter uos incar-
natus ſum: & in terris palam cõuerſatus: propter uos
flagellatus ſum, conſputus, palmis cæſus, crucifixus,
aceto potatus paradiſum uobis aperui, regnum cęlo
rum uobis obtuli, ſpiritum ſanctum uobis miſi, quid
ultrà debui uobis facere, & non feci? humilem uolun
tatem ueſtram ſolummodo quæſiui, non uos coegi:
ne cauſa ueſtræ ſalutis, eſſet occaſio neceſsitatis. Dici
te mihi peccatores, ſecundum carnem paſsibiles, ac
mortales, quid paſsi eſtis propter me dominatorem
ueſtrũ, qui etiam impaſsibilis pro uobis paſſus ſum?
C Hæc Effrem. Et tunc uidebunt oculis corporalibus,
tam fideles quam infideles, filium hominis in ſpecie
humana: quia in forma hominis iudicabit. Vnde Au-
guſt. Viſio quippe filii hominis exhibetur & malis:
nam uiſio formæ Dei non niſi mundis corde: quo-
niam ipſi Deum uidebunt. Et quia filium Dei ſecun-
dum id quòd in forma Dei æqualis eſt patri, uidere
iniqui non poſſunt: oportet autem ut iudicem uiuo-
rum & mortuorum coram quo iudicabuntur, & iu-
ſti uideant & iniqui: ideo oportebat ut filius hominis
acciperet iudiciariam poteſtatem. Vnde & Beda: Ea
forma electis apparebit, qua in mõte apparuit: repro-
bis uerò in ea forma, qua in cruce pependit. Videbũt,
inquam, eum uenientem ad iudicium in nubibus cœ
D li, ſicut in nube aſcendit, ſcilicet in aere ſuper locum
unde aſcendit. Vnde Chryſoſto. Quia enim ſicut in
actibus apoſtolorum legitur: *Nubes ſuſcepit illum ab*
oculis eorum: & illic dictum eſt ab angelis: ſic ueniet
quemadmodum uidiſtis eum aſcendentem in cœlũ:
meritò credendus eſt, non ſolum in eodem corpore
quo aſcendit, uerumetiam in nube uenturus. Vnde
& Orige. Sicut eo aſcendente in cœlum nubes eum
tulit, propter honorem aſcendentis: ita eum deferet
ad iudicium: ueniet autem cum poteſtate magna. Pri
mus enim Chriſti aduentus, fuit in oſtenſionem infir
mitatis. Secundus erit in oſtenſionem poteſtatis, &
maieſtate, id eſt, gloria: tunc enim totus Chriſtus cũ
E membris glorioſus apparebit, indutus lumine ſicut
ueſtimento: ueniet inquam cum uirtute multa & po
teſtate contra inimicos, ad puniendum & deprimen-
dum eos: ac gloria magna & maieſtate, propter bo-
nos ad præmiandum & glorificandum ipſos, ut qui
in primo aduentu uenit ut ſeruus cum infirmitate &
humilitate: in ſecundo ueniet ut Dominus cum for-
titudine & regia maieſtate. Vnde Cyrillus: Primam
enim apparitionem proſecutus eſt cum infirmitate
& humilitate noſtra: ſed ſecundam celebrabit cum
propria poteſtate & maieſtate. Vbi & Gregorius: In
poteſtate & maieſtate viſuri ſunt quem in humilitate
poſitum audire noluerunt: ut uirtutẽ eius tanto tũc

Plãtus in-felix ratio. — *Pſal. 100.* — *Beneficiorũ Dei exprobratio.* — *Auguſti. lib. 1. de trinitate cap. 13.* — *Beda in c. 21. Luca.* — *Acto. 1.* — *Origenes tracta. 30. in Matth.* — *Aduentus terribilia.* — *Gregorius hom. 1. in euangelia.*

diſtrictius ſentiant, quanto nunc ceruicem cordis ad
eius patientiam non inclinant. Vbi & Chryſoſto. Si
quando rex terrenus proceſſum aliquem, aut expedi
tionem mandat in populo: dignitates omnes mouen
tur, & exercitus excitatus tota ciuitas feruet: quanto
magis rege cœleſti exurgente iudicare uiuos & mor
tuos, uirtutes angelicæ commouebuntur: terribiles
miniſtri, terribiliorem Dominum præcedentes. An-
te ipſum pro candelabris fulgura uiua præcedent, &
pro tubis horrenda tonitrua uociferabũt. Qualis rex,
talis eſt præparatio regis. Hæc Chryſoſtomus. Filius
ergo hominis in iudicio apparebit: quia dignum eſt
ut ipſe filius Dei, qui in forma hominis iniuſtè iudi-
catus eſt in eadem forma hominis in iudicio iuſtè
iudicet. Et in carne eius uidebuntur cicatrices vulne-
rum, ut uideant reprobi in quem pupugerunt. Vnde
Chryſoſto. Vulnera ſeruauit, ut in die iudicij profi-
ciant ad teſtimonium paſsionis cõtra Iudęos, & om-
nes qui denegantes filium Dei crucifixum in corpo-
re iudaizant. Et tunc uiui rapientur aliqui, cùm Do-
minus ueniet, ut dicatur iudicare uiuos & mortuos:
a ciudex uiuorum & mortuorum: Et ſecundum Au-
guſtinum: Illic tunc morientur, & in momento reſu-
ſcitabuntur, quia *ſtatutum eſt hominibus ſemel mori.* Et
ſecundum Apoſtolum: *omnes reſurgemus, & ergo om*
nes moriemur. Vt enim ait Auguſtinus. Erit reſurre-
ctio mortuorum omnium hominum, ſed una & in ſi
mul: non prima iuſtorum, & peccatorum ſecunda. Et
tunc, ſcilicet ante reſurrectionem communem mit-
tet angelos ſuos cum tuba & uoce magna: id eſt tam
aperta & tam intenſa uoce, quæ à mortuis audiatur
ubique. Vnde Remigius: Hæc autem tuba non reue
ra corporea eſt intelligenda, ſed angelica uox: quæ
adeo magna erit, ut ad clamorem illius omnes mor-
tui de terræ puluere conſurgãt. Vel tuba, eſt poteſtas
ſuſcitandi mortuos: & uox, eſt uox Chriſti uocantis
mortuos ad iudicium, ex cuius virtute ſuſcitabuntur,
& ut in iudicio ſint omnes. Vbi Chryſoſtomus: Verè
magna uox tubæ terribilis, cui omnia obaudiunt ele-
menta: quæ petras ſcindit, inferos aperit, clauſuras te
nebrarũ pertranſit, portas æreas conterit, uectes ada
mantinos confringit, uincula mortis dirumpit, &
de profundo abysſi animas liberatas corporibus aſ-
ſignat. Hæc omnia citius conſummat in opere, quàm
ſagitta tranſit in aere: dicẽte Apoſtolo: *In momento, in*
ictu oculi, in nouiſſima tuba: canet enim tuba, & mortui
reſurgent incorrupti. In illa uoce puluis iam diſſolutus
corporum mortuorum in noua membra conſtringi
tur. In illa uoce quaſi vna perſona obnoxia totum ma
re diſcutitur, ut ſi quid apud ſe retinet de humanis oſ
ſibus, ſine contradictione reſtituat. Hæc Chryſoſto-
mus. Et congregabũt angeli ad iudicium electos ſpe
cialiter ab uniuerſis regionibus & locis, in quibus pu
trefactione reſoluti ſunt ut triticum uentilatum de
area totius terræ & orbis: qui ſpecialiter adducentur
miniſterio angelorum, quia erunt conciues eorum.
Et non ſolum congregabunt electos, quorum cor-
pora leuia: ſed etiam reprobos, qui corpora pondero
ſa habebunt: & ideo ſicut angelus Abacuch, ſic eos
portabunt. Sed electos congregabunt ad gloriam, re
probos ad damnationem. Et electi occurrent Domi
no ad iudicium uenienti: Reprobi uerò uenient, ſed
in magna diſtantia. Vt ait Remigius. Et ſecundum
Chryſoſtomum, Primò reſurgent & reſuſcitatos an-
geli congregabunt, congregatos autẽ rapient nubes,
& hæc omnia in inſtanti momento fient. In ualle au-
tem Ioſaphat, ſcilicet in aere iudicabitur omnis ho-
mo: quia

Chryſoſto. hom. 49. operis imperfecti. — *Chryſoſto. ho. 49. operis imperf.* — *Auguſti. lib. 20. de ciuitate cap. 21.* — *Hebr. 9.* — *1. Cor. 15.* — *Tuba præuia.* — *Chryſoſto. hom. 49. operis imperfecti.* — *1. Cor. 15.* — *Congregatio corporũ. Danie. 14.* — *Chryſoſto. hom. 77. in Matthæũ. Iudicij locus.* — *1. Cor. 15. Idem ibidem.*

mo: quia iudicij diſcrimen erit in aere, dicente Apo-
ſtolo: Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam
Chriſto in aera. De hac die ſic dicit Chryſoſtomus.
Heu mihi de illa die terribili, cùm deceret nos lætari,
cùm hæc audiamus, ſed dolemus & triſtes ſumus.
Qualibus ergo uidemus Chriſtum oculis? Si enim pa
trem aliquis, non utique ferret uidere, conſcius ſibi-
ipſi peccati in ipſum patrem infinitè manſuetum: qua
liter reſpiciemus eum tunc, qualiter ſuſtinebimus?
Etenim repręſentabuntur tribunali Chriſti, & omniũ
diligens erit inueſtigatio. Hæc Chryſoſtomus. In om
ni autem tentatione multum ualet illam diem reſur-
rectionis & iudicii, & nobis & aliis ad mentem reuo-
care, quia hoc præcipuè conſueuit animam curare.
Vnde Chryſoſtomus. Si auari eſſe uoluerimus, & ſi
rapere, & ſi inconueniens quid agere: confeſtim diẽ
illam in mẽtem mittamus, & iudicium ſubſcribamus,
& omni freno uehementius detinebit inconuenien-
tem impetum hęc cogitatio, & dicamus ad noſipſos:
reſurrectio eſt, & iudicium nos expectat terribile. Et
ſi uiderimus aliquem elatum, & in pręſentibus bonis
inflammatũ, idem ſemper dicamus, oſtendentes quo
niam omnia hîc manent. Et ſi alium dolentem uide-
rimus & contriſtantem, & ad illum idem loquamur:
oſtendentes quoniam finem habebunt triſtia. Et ſi
pigritantem & diſſolutum, rurſus idem ſuperincante
mus: oſtendentes ei quoniam neceſſe eſt pigritiæ no
xas dare. Sufficiens eſt hoc uerbum omni ferramen-
to, magis noſtram curare animam. Etenim eſt reſur-
rectio præ oſtiis non longè, neque procul: adhuc au-
tem parum quantulumcunque qui uenit, ueniet &
non tardabit, & omnes nos manifeſtari oportet ante
tribunal Chriſti, & bonos & malos: hos quidem, ut
ante omnes uerecundentur: eos uerò, ut ante omnes
clariores efficiantur: hæc igitur ſecundum unamquã
que ſubſcribamus nobis diem. Si hæc ſemper reuolui
mus, nulla ſolicitudo præſentium nos mordere po-
terit: rerum etenim quæ uidentur temporanea, ea ue
rò quæ non uidentur non temporanea ſunt. Conti-
nuè igitur & ad ipſos loquamur, & adinuicem reſur-
rectio eſt & iudicium, & noxę eorum quę geſta ſunt.
Et ne irritemus Deum, ſed audiamus eum dicentem.
Timete eum qui poteſt & corpus & animam perdere in
gebennam: ut propter timorem facti molliores, & à
perditione hac eruti digni efficiamur regno cœlo-
rum. Hæc Chryſoſtomus.

Iudicij recordatio. Chryſoſtomus habet ſimile quid πam hom. 2. Theſſalo. — *Matth. 10.*

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, qui ad iudicandum cum poteſtate & maieſtate magna es uenturus: angelis ſignum glorioſæ crucis tanquam uexillum triumphale præferentibus, tu animam meam huius ſanctiſſimæ crucis impreſſione conſigna: tu me huius uirtute purifica: & per hanc me totum ſic uendica tibi, ut nihil aduerſarij ualeant in me reperire: quatenus te ad iudicium ueniente ego hoc uenerabili inueniar ſignatus ſtigmate, ut tibi crucifixo configuratus in pœna conſors, fieri merear, & tui reſurgentis in gloria.*

A *De electorum conſolatione ex appropinquante redemptione, & de ſimilitudine ficulneæ.*
Caput XLIIII.



B DEINDE poſt præmiſſa contra reprobos
dicta, mox ad electorum conſolationẽ
Dominus conuertit uerba, quia dies iu-
dicij licet in reprobis ſit terribilis: tamen
electis debet eſſe conſolabilis: tunc enim ad gloriam
C transferentur optatam. Vnde hortatur eos, dicens:
His autem, ſcilicet ſignis prædictis, *fieri incipientibus*,
& apparentibus, ſcilicet cùm plagæ mundi creſcent:
cùm terror iudicij commotis uirtutibus oſtendetur,
cùm peccatores tabeſcent præ timore & expectatio-
ne malorum: uos electi, *reſpicite* per fidem, id eſt dili-
genter attendite, & mentis oculos aperite credendo
& nullatenus dubitando, *& leuate* per ſpem, *capita ue*
ſtra, id eſt mentes ueſtras à terrenis ad cœleſtia expe-
ctatione gaudioſa erigite, & corda ueſtra exhilarate,
ac gaudete cum lætitia qui in triſtitia fuiſtis: quoniã
poſt tribulationem horum dierum, poſt preſſuras &
terrores malorum appropinquat redemptio ueſtra
D plena & perfecta, quam expectatis: quia dum finitur
mundus, cuius amici non eſtis: propè eſt redemptio
quam quæſiſtis: redemptio inquam ueſtra, id eſt ſan
ctorum: ſed econtrariò appropinquabit perditio ma
lorum. Hæc autem redemptio erit plena ab omnibus
malis liberatio: tunc enim ab omnibus ſeruitutibus,
ſcilicet peccatorum alligatione, fomitis infectione,
ſenſuum illectione, paſsionum infeſtatione, dæmo-
num tentatione, malorum hominum perſecutione,
neceſſariorum ſolicitudine, & ab omnibus huiuſmo
di erimus liberi, quando ponemur in libertatem glo-
riæ filiorum Dei. Hęc enim redemptio non eſt aliud,
niſi perfecta libertas animæ & corporis, ut tunc iuſti
dicere poſsint Chriſto illud Apoca. *Occiſus es & rede*
E *miſti nos Deo noſtro in ſanguine tuo, & feciſti nos Deo no*
ſtro regnum. Hoc quippe ad conſolationem electorũ
cedit, quòd uideant Chriſtum uenire, ut eis præmia
largiatur quæ ſuis promiſit. Sed uæ uobis ambitioſis,
qui primas cathedras diligitis: ſcilicet qui ad dignita-
tes diligitis accedere, uel in ipſis dignitatibus diligitis
perſeuerare: quia tunc non erit vobis pars neque ſors
in ſermone iſto, nec cum electis cõſolatio: nam Chri
ſtum iudicem uenientem non libenter nec gauden-
ter uidebitis qui nunc præeſſe & iudices eſſe diligitis.
Quod bene Gregorius in Moralibus atteſtatur di-
cens: Nam cui eſſe nunc iudicem libet, huic uidere
tunc iudicem non libet. Non dicit qui iudex eſt: ſed
cui

Luca. 21. Matt. 24. Mar. 13. — *Roma. 8.* — *Apoc. 5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cui esse iudicem libet, animum uidelicet non gradum redarguens, & ad uoluntatem nõ ad factum uituperationem referens. Quis autem cogitare uel dicere ualeat, quæ tunc lætitia bonis, & quæ tunc tristitia malis erit? Vnde Grego. Qui Deum diligunt, ex mundi fine gaudere atque hilarescere iubẽtur, quia uidelicet eũ quem amant mox inuenturi sunt dum transit is quem nõ amaueũt. Absit. n. ut fidelis quisque qui Deũ uidere desiderat de mũdi percussionibus lugeat: quẽ finiri eisdẽ percussionibus suis nõ ignorat. Scriptũ namq; est. *Quicunq; uoluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei cõstituetur.* Qui ergo appropinquãte mũdi fine nõ gaudet, amicũ se illius esse testatur, ac p hoc inimicus Dei esse conuincitur. Ex mundi enim destructione lugere eorum est, qui radicem cordis in eius amore plantauerunt, qui sequentem uitam non quærunt. Hæc Gregorius. Dicit autem hæc ad discipulos, non tanquam ad eos qui durare deberent in uita ista usque ad mundi terminum: sed quasi uno corpore existente ipsis & nobis & posteris usque ad consummationem mundi crediturisin Christum. Quamuis ergo diem illam nemo sciat: proximam tamen esse dubitare non poterit, postquam tanta & talia signa fieri incipient. Cuius rei gratia subdit parabolam, id est similitudinem ad propositum congruam, de ficulnea & alijs arboribus. Sicut enĩ ex pullulatione & fructu foliorum & florum in arbore prope esse æstas agnoscitur: ita ex ruina mundi quæ fructus eius est, & signis prædictis, propè esse cognoscitur aduentus iudicis, & regnum Dei quæ æstas erit iustis ex hyeme, & peccatoribus hyems ex æstate Secundum Chrysostomum: Plus de ficu quàm de alia arbore similitudinem ponit, quia penè post omnes arbores uernat, & sic magis è uicino æstatem nunciat. Vel similitudinem à ficu sumit, quia illa si mala est, mala est valde: & si bona est, bona est valde: sic iudiciũ ualde malũ est malis, & valde bonũ est iustis. Vel quia dulcedo sicus dulcedinem futurorum significat gaudiorum. Hac similitudine (secundum Gregorium) despiciendus mundus ostenditur, cuius fructus ruina est, quia ad hoc crescit ut cadat, ad hoc germinat ut quæcunque germinauerit cladibus consumat. Moraliter homo arboribus in hoc assimilatur, quia sicut arbores post hyemem fructificant, & æstate fructus colligitur: sic homo post tribulationem fructum habet, qui per tolerantiam passionum acquiritur, & hic fructus in æstate claritatis æternæ colligitur. Et conuenienter regnum Dei comparatur æstati. Primò quia æstas est tempus lucidum, sic regnum cœlorum. Secundò quia æstas est tempus fructiferum, sic in regno cœlorum. Tertiò quia æstas est tempus iocundum: sic regnum cœlorum. Quartò quia est tempus tranquillum: sic in regno Dei cessabit nubilum tribulationum. Et confirmans præmissa assertione certificatoria subiungit: *amen*, id est uerè *dico uobis: quia nõ præteribit generatio hæc*, id est non deficiet hæc sexta ætas omnium hominum malorum & bonorum, hoc est genus humanum: uel specialiter generatio hæc scilicet Iudæorum, quæ non deficiet ex toto, quia potest opprimi & dispergi, non tamen destrui & annihilari ob memoriã crucifixi: uel generationem Christianorum dicit ecclesiam, uolens discipulos consolari, ne crederent quod in illis temporibus fides deficeret, *donec omnia*, quæ circa Chri-

Idem in secundũ Psalmum pœnitentialem.

Lucæ. 4.

Ficulnea similitudo.

Chrysosto. hom. 78. in Matth.

Gregorius hom. 1. in euangelia.

Moraliter.

sti aduentum prædicta sunt *fiant* & fuerint cõsumata. Vel secundum Chrysostomum: donec impleatur omne mysterium uocationis sanctorum: quia quantumcunque fideles opprimantur tempore Antichristi: tamen aliqui permanebunt in fide stabiles usque ad finem mundi, ubi de prædicta die aduentus Domini nos quasi præmonendo, sic dicit Gregorius: Illum ergo diem fratres charissimi ante oculos ponite, & quicquid modo graue creditur in eius comparatione leuigatur. Illum diem tota intentione cogitate: uitam corrigite: mores mutate: mala tentantia resistendo uincite: perpetrata autem fletibus punite. Aduentum nanque æterni iudicis tanto securiores quandoque uidebitis: quanto nunc districtionem illius timendo præuenitis. Hæc Gregorius. Et addit quandã prot estationem ad assertionem præmissorum, dicens: *Cælum*, scilicet non æthereum, sydereum: sed aereum, à quo & aues cœli & nubila cœli cognominantur: hoc est inania hæc & nubilosa uentosi aeris spatia, *& terra transibunt*, id est, suo modo mutabuntur: scilicet quo ad mutationem qualitatis, & eius quam nunc habent imaginis: non quo ad destructionem substantiæ, secundum quam subsistent sine fine: quia quo ad qualitatem in melius cõmutabuntur, & forma priori deposita innouabuntur: ut dicatur cœlum nouum, & terra noua: præterit enim huius mundi figura: sed quo ad substãtiam & essentiam semper manebunt immobilia. *Verba autem mea* fundamentum æternæ ueritatis habentia, hoc est uerborum sententiæ *non transibunt*, sine effectu impletionis: sed sicut dicuntur, sic sine ulla diminutione implebuntur. Ac si diceret: Ecce quanta est stabilitas verborum meorum, quia facilius est ea quæ uidentur esse ualde stabilia & durabilia destrui, quàm uerborum meorum quæ uidentur per prolationem transire aliquod decidere. Facilius est quòd tota natura sabuertatur: quã quòd intellectus uerborum meorum, effectu non compleatur. Plus enim repugnat diuinæ ueritati à ueritate uerba sua deficere, quàm quodcunque creatum in nihilum redigi. Augustinus distinguit triplex cœlum. Primum aereum, in quo aues uolitant. Secundum æthereum in quo sydera stãt. Tertium empyreum, in quo Deus & sancti habitant. Primum transibit, non quidem secundum substãtiam, sed secundum qualitatem: quia innouabitur & deputabitur perignem. Secundum etiam transibit, quia à motu cessabit, & habebit claritatẽ quam habet sol: & soli dabitur alia claritas, & lunæ simili ter. Cessabit ergo motus cœli & transmutatio in elem entis, quia ista ad complendum numerum elect orum sunt ordinata: & ideo isto completo in iudicio cessabunt, sicut ad quæ sunt ad finem habito fine cessabũt. Moraliter circa hoc nota quòd quia mundus iste quantum ad omne sui appetibile transit, quia secundum Ioannem, *mundus transit & concupiscentia eius*: hinc est quòd quicũque his mundanis adhæret, ille est in continuo transitu cũ ipso mundo. Et præcipuè triplicem facit transitum misera bilem. Primò à culpa in culpam. Secundò de culpa in pœnam. Tertiò depœna in pœnam. Boni autem fugientes mundum & ea quę in mundo sunt, faciunt triplicem transitum commendabilem. Primò quidem transeunt à culpa ad pœnitentiam. Secundò à pœnitentia ad sapientiam. Tertiò à sapientia ad uitam æternam. Qui hunc triplicem

Chrysost. hom. 78. in Matthæ.

Gregorius hom. 1. in euangelia. Dies iudicij.

Cælum aereum.

1. Cor. 7.

Verborum Dei stabilitas.

Augusti. de cognitione uera uitæ c. 43.

Cælum triplex.

Cælorum transitus.

Motus cœli cessatio.

Moraliter.

1. Ioan. 2. Transitus mundanorum, & deuotorum.

plicem facit transitum, ille est uerus Hebræus: & hic celebrat uerum Pascha uel Phase, quod est transitus Domini. Moraliter etiam nota quòd sicut transitus cęli & terræ corporalis ponitur in argumentum aduentus Christi in iudicium, sic transitus cœli & terræ spiritualis est argumentum aduentus uerbi æterni in mẽtem. Vnde sciendum quòd per cœlum & terrã, quæ sunt extrema mundi corpora, possunt intelligi anima rationalis & corpus quę sunt duo extrema: scilicet spiritualis & corporalis natura. Igitur adueniente uerbo æterno in mentem, *cœlum & terra transibunt*, id est ultrà ibunt, quia scilicet extra uel supra communem hominum statum eleuabuntur & innouabũtur: hoc enim efficit eius aduentus in nobis quod innouabimur, tã secundum animã, quàm secundum corpus: ut exuentes ueterẽ hominẽ cum actibus suis, induamus nouũ hominẽ, qui secundũ Deũ creatus est. Renouabitur autẽ homo secundũ animam per reformationẽ imaginis deformatæ uetustate defectuum culpabilium, ad quam reformationem imaginis deformatæ anima peruenit triplici transitu. Nam primò transibit ab obliuione memoriæ, ad acquirendã uerbi æterni præsentiam per iugem memoriæ recordationem. Secundò transibit ab obfuscatione intelligentiæ, ad contemplandam sapientiam per luculentã intelligentiæ perscrutationem. Tertiò transibit à torpore ignauiæ, ad degustandam ecclesiæ dulcedinis affluentiã per ardentem amoris inhæsionem. Secũdum corpus etiam homo innouabitur triplici transitu. Primò corpus transibit à carnalium oblectatione ad sensualitatis debitam suppressionem: ut uidelicet corpus quantum ad appetitum animalem & sensitiuum, sit subiectum imperio rationis. Secundò transibit à sensibiliũ diuagatione ad similium corporalium & specierum imaginabiliũ quietationem. Tertiò transibit à passionum molestatione ad pœnalitatum & afflictionum æquanimem tolerationem. Igitur quando sic cœlum & terra in nobis transierunt, certissimum argumentum est quòd uerbum æternum nullatenus nos transiuit, sed amorosè in mentem nostram declinauit. In quocunque enim homine cœlum & terra, id est, anima & corpus transierint per gratiæ innouationem, illum uerbum æternum non transibit: imò ad Deum uenit per mentalem eius conceptionem. Et quia ad præcauendum tanta mala suprà tacta, necessaria est digna præparatio: ideo generalem subdit admonitionẽ, dicens. *Attendite uobis*, id est diligenter cauete, *ne grauentur corda uestra*, id est deorsum premãtur ad uitia: ita quòd leuare nõ possitis capita uestra in crapula & ebrietate & curis huius uitæ, id est ex superfluitate cibi & potus, & superflua terrenorum solicitudine. Crapula enim sensum ligat, cura secularis sensum distrahit & suffocat: *& superueniat in uos* repentina dies illa scilicet iudicij, *& repentinus interitus* uos auferat nescientes: & ideo hæc uitanda sunt & cauenda. *Tanquam laqueus enim*, scilicet insperatus, qui euadi nullo modo poterit, & perpetuo retinens quod semel ceperit, *superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ*, id est qui delectabiliter & per amorẽ quiescunt in terrenis, & huiusmodi illecebris. Peccator enim primò capitur laqueo culpæ, sed tãdem capietur laqueo pœnæ. Sancti quidem transeunt super terram, tanquã hospites & peregrini: sed mali sedent & quiescunt in terra, tãquam ciues & domestici. Vnde Theophilus: Capiet enim dies illa sedentes in superficie, quasi impremeditatos & inertes. Quodquotverò sunt solertes & agiles ad bonum, non sedentes & ociantes in terre

Ad Ephe. 4.

Animæ transitus.

Corporis transitus.

Laqueus peccatorũ.

nis, sed surgentes ab eis, sibi dicentes: surge, uade, quoniam non est hic tibi requies: talibus non est illa dies ut laqueus & discrimen: sed ut dies festiuus. Vnde Beda: O stultam præsumptionem cordis humani, quæ lamentabilem finem cupiditatis, ebrietatis, & crapulæ, nec ipso iudice contestante præuideat, sed edictum regis æterni in more serui nequam, postquã didicerit ispernat. Et certè si quis nobis peritus ac sapiens medicus præciperet, attendite, inquiens, uobis ne quis, ver bi gratia de illius herbæ succo auidius sumat: quod si fecerit, repẽtinus ei superueniet interitus: quãto quisque studio præmonentis medici mandata seruaret, ne uidelicet uetitum gustando periret: ac nunc animarũ simul & corporum saluator, ac Dominus iubet ebrietatis herbam & crapulæ uitandam: nec non & curarũ secularium solicitudines, ut mortiferos succos esse ea uendas: & quanti tamen nostrum his non solum sauciari, sed etiam consumi non timent? Nulla credo alia causa, nisi quia fidem quã medici præbent dictis, Deo præbere contemnunt. Si enim credidissent, credendo utique timerent: timendo autem imminens periculũ cauerent. Vnde & Chrysostomus. Si dixero tibi absti ne te à delitiis, & ieiuna: non facis, quia non credis. Si ęgrotãti tibi medicus dixerit, abstine te ab hoc, obaudis: quia credis te saluandum si seruaueris. Et frequenter illud amas quod manducare uetaris, & uincis desiderium uentris, propter desiderium sanitatis. Multo magis ieiunare poteras, si crederes iocunditatem illã futuram. Hæc Chrysostomus. Maior insania non potest esse, quàm mortẽ animæ nõ formidare. Quia (ut ait Chrysost. Quanto preciosior est anima quàm corpus, tãto miserabilior perditio animarum quàm corporũ. Deinde monet omnes, dicens: Vigilate itaque omni tempore, non uigilia sensus: quia nullus posset hoc sustinere, sed uigilia intellectus, de qua in cãticis dicitur: *Ego dormio, & cor meum uigilat*: & omni tẽpore orantes, non quòd oratio sit semper cõtinua, quia oportet eam sæpe interrumpi somno, & aliis necessitatibus corporis: sed continuitas intelligitur quòd nõ interueniat mortale peccatum impediens ipsius effectum & opus bonũ: & ideo subditur ut digni habeamini fugere, id est cauere salubriter omnia ista quæ uentura sunt, & stare securi in iudicio ante filium hominis, sedentis scilicet ad iudicandum: id est, coram Christo in forma humana iudicante, quia illi qui tũc inuenientur sine peccato mortali, erunt salui: ut dicit glosa. Hæc est summa beatitudinis: scilicet in præsentia iudicis securum consistere. Mali autem cadent ante eum ita quòd amplius non resurgent: quia pœnam quãlibet mallent sustinere, quàm ipsum uidere. Vbi Augustinus. Hęc intelligitur illa fuga, quæ non debet fieri in hyeme, uel in sabbato. Ad hyemem pertinent curę huius uitæ, quæ tristes sunt uelut hyems: ad sabbatũ uero crapula & ebrietas quæ carnali lętitia, luxuriaq; cor submergit atque obruit, quod malum sabbati nomine signatur: quia illo die Iudæi delitijs affluunt, dũ spirituale sabbatum ignorant. Et secundum Hieronymum. Omni tempore opus est uigilia mentis ante mortem corporis, ut in præsentia summi iudicis consistamus. Hoc enim est nostra beatitudo. Vbi Beda: Qui ante filium hominis stare: eique (iuxta Apocalyp. Ioannis) die noctuque in templo eius seruire desiderat, nec ab eius aspectibus in ignem æternum maledictus abiici: non solũ ab illecebris secularibus castigari, sed & orare & uigilare, & hoc non quibusdam diebus sed omni tempore facere debet. Iuxta quod Psalm. ait: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo:*

Beda. i. cap. 21. Luce.

Credendũ Deo ut medico.

Chrysost. sermone de ieiunio.

Cant. 5. & 1. The. 5. 6

Augusti. lib. 2. de cõ sensuenãg. cap. 77.

Hierony. in cap. 13. Marci.

Beda in c. 21. Luca.

Psal. 33. a

Universidad de Deusto Biblioteca

meo:sic nāque merebitur habitare in domo Dñi,& in seculū seculi laudare illum. Hæc Beda. Cur autē monuit ut uigilemus & soliciti simus, declarat protinus cùm subdit: Nescitis enim quando tempus sit: scilicet iudicij, siue mortis propriæ. Et quia dixerat Dominus aduentum,& regnum suum propè esse: ne discipuli æstimarent quòd ex signis prædictis posset dies & hora sciri, determinatè subiungit: De die autem illa & hora, scilicet quando ad iudicium ueniet, nemo in ecclesia, id est, nullus hominum scit determinatè, neque angeli cœlorum sciunt: quia non est de pertinētibus ad beatitudinem: neque filius scit, nisi solus pater.

Filiū nescire diem iudicij.

Secundum plures doctores intelligendum est ꝙ homo, uel angelus, nec sibi, nec aliis scit diem iudicij, sed filius in patre scit, sibi quanuis aliis nesciat, id est nullum scire faciat. Pater autē solus scire dicitur, quia solus facit filium scire.

Scire ī Deo

Nota quidem est hæc regula loquendi, ut ibi: Tentat uos deus ut sciat: id est scire uos faciat, si diligitis deum. Et ibi: Nūc cognoui quoniam times deum, id est nunc feci ut cognosceres.

Deute.13. Gene.22.

Vt enim dicitur dies lætus quia lætos facit: & frigus pigrum, quia pigros reddit sic dicitur filius nescire, uel scire nobis quibus missus est, quæ scire uel nescire nos facit: scit itaque in se,& sibi non nobis. Vnde per hoc quod dicitur: Nisi solus pater, a quo fons omnis cognitionis est, non excluditur filius, uel spiritussanctus qui in eodem fonte habitant, sed magis includūtur, quia una est trium personarū notitia. Sicut ergo principium mundi à solo deo fuit pręcognitum, quia mundus immediatè ab ipso factus est: ita & finis mūdi soli deo est cognitus,& homini Christo reuelatus, ad quem pertinet iudicare de omnibus.

Dies iudicij cur ignotus.

Nobis autē hoc vult esse cælatum. quia secundum Hieronymum, Non expedit nobis, immo nec expediebat apostolis scire diem & horam illam iudicii, ne pigriores simus, sed semper incerti de temporibus futuris,& aduentu iudicis: sic quotidie uiuamus cum timore, & semper uigilemus soliciti, quasi in proximo,& altera die iudicandi simus, ac pendulæ expectationis incerto, semper eum credamus futurum quem ignoramus quando uenturus sit. Signa quidem appropinquationis aduentus eius, scire possumus & debemus, sed diē præcisum nescimus.

Hierony. hom.78. in Matth.

Vbi Chrysostomus. Ecce senectutis signa cognoscimus: diem autem ultimū ignoramus: sic & labentis seculi signa scimus, finem eius nō agnoscimus. Sicut enim quando uidemus hominem senē, scimus quia propè moriturus est: quando autem, nescimus: sic & cùm mundum perturbatum uidemus, casurum cognoscimus, diem autem ignoramus.

Chrysosto. hom.50. operis imperfecti.

Senij utriusque mūdi cōparatio.

Vnde & Augustinus: Finis quidem seculorum est ætas sexta mundi, uidelicet ab aduentu domini usque in finem seculi. Senectus uerò tantum temporis solet tenere, quantum omnes ætates cęteræ. Nam cum anno sexagesimo senectus dicatur incipere: & hominis uita possit usque ad annos centūuiginti peruenire, manifestum est solā senectutem tam longam quàm omnes ætates priores esse posse: frustra igitur annos qui remanent huic seculo conaremur diffinire: omnium enim de hac re calculantium digitos & peritiam numerandi resoluit, & quiescere iubet, qui ait: *Non est uestrum nosse tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.* Hæc August.

Augusti. lib. 83. quæst. quæst. 58.

Acto.1.

Non est quippe nostrū nosse tempora ultrà quàm reuelatur, uel traditur per scripturas: quia hoc est præsumptionis. Sed secundum scripturas nosse, est eruditionis: quanuis ergo reuelatum fortè fuit alicui tēpus aduentus Antichristi: non tamen sequitur ut sciat de die iudicii. Nescitur enim quanto interstitio post Antichristum futurum sit iudicium. Quia licet scriptū sit quòd quadraginta dies dabuntur sanctis ad pœnitendum post Antichristū: nescitur tamen utrum statim post illos dies quadraginta futurum sit iudicium. Creditur tamen quòd nocte resurrectionis dominicæ erit generalis resurrectio: scilicet in nocte Paschę. Ideo secundum Isidorū: In primitiua ecclesia fideles tota nocte illa uigilabāt, quasi iudicem expectantes. Quo autē anno dies iste uenturus sit, penitus ignoramus. Istud verò quod hic ad literam exponitur, de die iudicii generalis moraliter potest intelligi de die iudicij particularis, qui est dies mortis cuiuslibet hominis: diē enim mortis suæ nullus scit, nisi deus sibi reuelauerit: & ideo est nobis uigilandum de hac die, sicut de illa sollicitè cogitandum: quia qualis quisque exierit de hoc mundo, talis præsentabitur etiam in futuro iudicio.

Tēpus resurrectionis generalis.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, ueni ad me in nubibus pœnitentiæ, & cor meum in pluuiam lachrymarum resolue: eiyce in potestate uitiorum dæmonia, & maiestate in me regna. Fac me ò nostra redemptio ad te respicere interioribus oculis, & leuare caput mentis: da mihi uidere ficulneam sentire scilicet tuæ charitatis dulcedinem, & omnium uirtutum arbores producant in me fructum bonorum operum: ut mihi propè sit æstas regni cœlorum. Præsta mihi cauere omnia uitia, & uigilare in oratione continua: ut merear mala uentura fugere, & in iudicio ante te securus stare. Amen.*

De die domini iuxta exemplum Noe, uel Loth subitò uenturo, ac de uno assumpto, & alio relicto. Cap. XLV.



POST hæc declarat incertitudinem diei Domini: *introducens* terrorem insperati diluuii: & hortans ut uigilemus, & nos pręparemus bene operando, ne dies Domini inueniat nos imparatos. In hac autem comparatione temporis iudicii, & ipsius diluuii, implicantur duo iudicia generalia: unum quod præcessit, scilicet per aquam in diluuio: aliud quod futurum est, scilicet per ignem in generali incendio. Ponitur ergo cōparatione, quantum ad incertitudinem utriusque, quò ad tempus determinatum,& etiam quò ad incredulitatem multorum carnalium. *Sicut enim in diebus Noe*, eo fabricante arcam,& prædicante diluuium futurum: *Erant homines comedentes & bibentes*, ac matrimonia

Matth.24. & Luc.17.

Iudicium per aquam & ignem.

monia facientes: id est gulæ,& ebrietati, ac luxurię dediti: & sine timore lasciuientes securi: & eis credere nolentibus, ac uanitatibus uacantibus,& nihil timentibus, subitò ueniens *diluuium* submersit & *perdidit omnes*: præter Noe & cum eo in arca existentes: sic & circa diem iudicij hominibus, uacantibus uoluptatibus & uanitatibus, ac in securitate existentibus, & de nullo timentibus, aduentus Christi subitò & insperatè ueniet: & omnes quos reperiet extra arcam, id est ecclesiam, perdet, & condemnabit: sed in ecclesia per fidem,& operationem existentes, custodiet & saluabit. Vt dicit Beda: Non hic coniugia, uel alimenta damnantur: sed immoderatus licitorum usus arguitur. Neque enim quia hæc agebant, sed quia his se totos dedendo dei iudicia contemnebant, aqua perierunt. Hæc Beda.

Beda ī cap. 17. Lucæ. Licitorum immoderatus usus damnatur.

Interitus quidem illorum erat subitaneus, non quia ante minimè nunciatus: sed quia à nullo creditus. Vnde Maximus episcopus: Noe & si tacebat uoce, opere loquebatur: si silebat lingua, fabricatione clamabat: Nam utique cùm operaretur opus nouum,& nulli aliquando compertum, admonebat cunctos nouis periculis noua tabernacula præparari: loquebatur ergo opere,& dicebat illud euangelicum Domini dictum: Si mihi non creditis, operibus credite. Hæc Maximus. Sed peruersi homines arcam in tot annis constructam uidentes, sine dolore lætabantur: nihil futurorum præuidentes, & iudicia Dei contemnebant: non euigilantes, sed in malitiis dormitantes, & subitò à diluuio absorpti sunt,& repentinus interitus tulit omnes in magna securitate existentes,& nihil timentes. Sic domino fabricante arcam ecclesiæ, extra quam non est salus, prædicatur aduentus Domini ad iudicium inopinatus. Multi quoque hoc tempore pœnitentiam agentes, & exempla pœnitentiæ aliis ostendentes: & si tacent uoce, tamen cum Noe loquuntur opere, dicentes: *Si nobis non creditis, uel operibus credite.* Sed reprobi contemnentes lasciuiūt: & in die qua non putant ueniet dominus, & perdet eos. Et cùm dicent pax & securitas, quasi securi existētes,& de nullo timentes, ueniet super eos repentinus interitus: & non effugient tribulationem imminentē.

Ioan.10.

Vbi Beda: Mysticè autem Noe arcam ædificat: cùm dominus ecclesiam de uiris fidelibus, quasi lignis leuigatis adunando construit: quam perfecte consummatam ingreditur, cùm hanc in die iudicij præsentia suæ uisionis æternus habitator illustrat. Sed cùm arca ædificatur, iniqui luxuriantur: cùm uerò intratur intereunt: quia qui sanctis hic certantibus insultant, eis illic coronatis æterna damnatione plectentur. Hæc Beda.

Beda ibid. arcā Noe fabricat.

Sic multi de morte sua non cogitant, quāuis certitudinaliter sint morituri: & frequenter uenit mors, quando nullum timetur periculum: subitus enim erit aduentus filii hominis ad iudicium generale, uel particulare uenientis. Vnde Chrysostomus: Et quid mirum si periturum mundum audiunt,& non credunt. Ecce morituros se esse quotidie audiunt homines, quotiens mortuos alios uident, & tamen non credunt se morituros. Si enim crederent se morituros, non facerent ea pro quibus moriuntur morte digna. Si ergo illud quod quotidie fieri uident in aliis, in se futurum esse non credunt: quomodo illud credent futurum, quod adhuc nunquam factum est? Hæc Chrysostomus.

Chrysosto. hom.50. operis imperfecti.

Hoc idem etiam ostendit ex similitudine facti in diebus Loth. Similiter enim sicut tūc factum est, scilicet quòd impii igne & sulphure perierunt: sic impii in die aduentus Christi peribunt. Quia homines illius temporis edebant & bibebant. Ecce peccatum uoluptatis: emebant & uendebant, ecce peccatum cupiditatis: plantabant & ædificabant, ecce peccatum nimiæ securitatis: & in securitate erant usque in diem illam qua *exijt Loth à Sodomis*, qua dominus *pluit ignem*, contra immoderatum ardorem: *& sulphur*, contra fœtorem: *de cœlo*, scilicet aereo, *& perdidit omnes* illos, & adiacentes ciuitates.

Similitudo de Loth sumpta.

Vbi Beda: Prætermisso dominus illo maximo, & infando Sodomorum scelere: sola ea quæ uel læuia, uel nulla putari poterant delicta commemorat: ut intelligas illicita qua pœna feriantur, si licita & ea sine quibus hæc uita nō ducitur, immoderatius acta, igne & sulphure puniuntur. Hæc Beda.

Beda in c. 17. Lucæ. Licitorum immoderatus usus.

Si quando filius hominis reuelabitur, qui modo occultatur, scilicet in aduentu suo futuro, erunt homines in securitate, nihil timentes de futuro iudicio usque ad tēpus illud, quo Christus in humanitate gloriosa uidebitur ueniēs ad iudicium: ueniet enim quando homines non aduertent periculum. Secundum Chrysostomum, hoc totum dixit, ostendens qualiter repentè ueniet & inopinatè,& pluribus lasciuientibus, & sine solicitudine existētibus.

Chrysosto. hom.78. in Matth.

Vbi Beda: Pulchrè dicit, reuelabitur: quia qui interim non apparēs omnia uidet, tunc apparens omnia iudicabit: apparebit autem iudicaturus eo maximo tempore, quo cūctos iudiciorum eius oblitos huic seculo conspexerit esse mancipatos: quia licet mundi terminus olim præfinito sit uenturus in tempore: frigente tamen circa finem charitate multorū, tanta crebrescet humani generis iniquitas, ut meritò debeat cum ipso, quem inhabitat orbe deleri. Nā & nunc quidem innumeros adeo commessationi & ebrietati, emptioni & uenditioni, cæterisque mundi rebus inhærere uidemus, ut palā districti iudicis irā eos prouocare non lateat. Sed tamen quod sine graui mœrore sapiens quisque saltem cogitare non ualet, peiora iam iamque superuentura formidamus: quod enim de uua quondam peccatrice gente delenda dictum est: *nec dum completa sunt peccata Amorræorum*, de tota proculdubio prauorum massa damnanda cōstat esse sentiendum.

Beda in c. 17. Lucæ.

Gene.15.a

Mysticè, secūdum Bedam, Loth qui interpretatur declinans, est populus electorum, qui dum in Sodomis, id est inter reprobos ut aduena moratur, quantum ualet eorum scelera declinat. Exeunte autem Loth de Sodoma, perit: quia secundum Chrysost. Quandiu sunt homines fideles, stat iste mūdus: & cùm sancti de mundo deficiunt, est utique casurus: sic etiam egredientibus Israelitis de Aegypto, exterminatus est Aegyptus. Hæc igitur prædicta audientes timeamus actus nostros, & ab ocio ac lasciuiis ammodo abstinentes, & de præteritis pœnitentiam agentes, ad illam diem Domini nos sine cessatione præparemus.

Beda ibid.

Chrysosto. hom.1. operis imperfe.

Deinde post certitudinem temporis iudicij, ostendit incertitudinem salutis iudicandorum, ne quis de suo statu pręsumat, uel se eleuet, quia in omni statu erunt aliqui electi, & aliqui reprobi. *Tunc* enim in illa nocte tribulationis, quia Antichristus hora tenebrarū est: & similiter est in nocte mortis *duo erunt in agro*, id est in agricultura prælationis, qui præsunt ecclesiis: & operantur in ecclesię ministerio tanquam in agro Dei, ut surgat & proficiat messis huius agri dominici, *unus assumetur*, scilicet ad gloriam, ut prælatus bonus & utilis: *alter relinquetur* ad pœnam, scilicet prælatus malus & inutilis. Item *duæ erunt molentes in mola*, id est in exercitio actionis, quę in modum molæ uoluitur solicitudinibus,& pertinet ad populos qui fœminarum nomine designātur, quia tanquam infirmi à præpositis reguntur, *unus assumetur* ad

Universidad de Deusto Biblioteca

tur ad gloriã,ſcilicet iuſtus, *alter relinquetur ad pœnam* ſcilicet iniuſtus. Item *duo erunt in lecto*, id eſt in quiete contemplationis,qui ocium & quietem eligunt: & neque negocijs eccleſiaſticis,neque ſecularibus occupati: ſed uelut ad hæc infirmi ſecedũt ad ocium & quieti eſſe diligũt:nõ ſe magnis actionibus cõmittentes,& quodãmodo in ſtratu infirmitatis Deum rogãtes *unus*,ſcilicet bonus:*aſſumetur* ad ſalutem:*alter* ſcilicet malus relinquetur ad damnationẽ.In quolibet ergo iſtorum ſtatuum oſtenditur aliquos eſſe electos, & aliquos reprobos:in quolibet.n. ſunt boni & mali. Quia ſecundũ Auguſt.In omni conditione,& gradu optimis mixta ſunt peſſima.Et qui boni fuerint aſſumentur ad gaudia æterna ubi eſt Chriſtus:quia *ubi eſt corpus*.i.dominus in corpore,ſcilicet Chriſtus,qui eſt homo corporeus,& aquilarum,id eſt animarum ſanctarũ præda: *ibi congregabuntur & aquilæ*: ſpirituales in corpore, ſcilicet ſancti & electi, qui eius paſſionẽ humilitatemq; imitãdo,tanquã de eius carne ſaturãtur:quorum per reſurrectionem, ut aquilæ iuuentus renouabitur: mali uerò cum diabolo ad pęnã æternã relinquentur.Et ideo ut dicitur in Oſeæ: *Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, quoniam ipſe inter fratres diuidet*.Cùm ergo dicitur quòd de agro,& de mola,& de lecto unus aſſumetur,& alter relinquetur: nõ de duobus hominibus dictum eſt,ſed de duobus generibus affectionũ Nec alia uidentur eſſe genera hominum, quibus conſtat eccleſia,quàm iſta tria habentia binas differentias,propter aſſumptionem & relictionẽ.Vnde Chryſoſt.Quando iuſti quidẽ aſſumuntur, peccatores autẽ relinquuntur: omnes iuſti in uno homine figurantur,& omnes peccatores in uno. Videat unuſquiſq; modo qualis ſit,& talem ſe faciat quòd debeat aſſumi,& non relinqui:quia boni tantũ aſſumentur, mali uerò relinquentur.Hi autẽ tres ordines,quò ad ſaluandos, ſignificantur per tres uiros qui ſaluauerũt animas ſuas, & quos ſolos liberandos Ezechiel propheta prænunciat.ſ. Noe, qui ſignificat ſtatũ prælatorum,per quos eccleſia regitur:ſicut per illum in aquis arca gubernata eſt,quæ figuram eccleſiæ geſtabat.Et Iob,per quem ſignificatur ſtatus actiuorum:qui uxorem,& filios,& amplas terrenarum copias habuit,& curam domus propriæ exercuit.Et Daniel uir deſideriorum: per quem ſignificatur ſtatus contemplatiuorum,qui nuptias contẽpſit,& cœlibem uitã elegit, & in aula regia abſtinentiæ deditus fuit. De clericis uerò qui negocia ſecularia,& cauſas ciuiles tractant,dubitari poteſt,ſub quo horum ſtatuũ comprehẽdi poſſint & debeãt.Et quia ut dictum eſt ſuprà, incerta eſt dies Domini,& de die illa nemo hominum ſcit:& ut iam uiſum eſt,incertitudo eſt ſalutis in quocunq; ſtatu quis fuerit.Ideo ex præmiſſis concludit,ne torpeamus in peccatis dormitando,ſed ſoliciti ſimus,& uigilemus contra mortis incertitudinẽ,bonis operibus iugiter inſiſtendo,dicens:*Vigilate ergo* & ſemper in ſolicitudine ſitis,*quia neſcitis qua hora*,uel in mane pueritiæ,uel in tertia iuuẽtutis,uel in ſexta ſenectutis,uel in ſero ſenij *Dominus ueſter uenturus ſit* ad iudiciũ particulare,in cuiuſlibet morte: ſiue ad iudicium generale in reſurrectione: ne cum uenerit ſubitò & ex inſperato,dormientes nos inueniat & imparatos.Vnde Eccleſiaſt. *Neſcit homo finem ſuum: ſed ſicut piſcis capitur hamo,& ſicut auis comprehenditur laqueo,ſic homo capitur in tempore malo*.Vnde & Ber. Nihil morte certius & nihil hora mortis incertius. Nã neſcimus quomodo,aut quãdo,aut vbi moriemur,quoniã mors ubiq; expectat nos. Idcirco debemus eſſe parati: ut cùm corpus reuertetur ad terram,de qua ſumptum eſt,ſpiritus redeat ad Deum qui miſit illũ. Vnde etiam Gregorius:Nemo in huius uitæ itinere torpeat, ne in patria locum perdat.Quia enim adhuc hodie licet bene agere ſcimus: utrum cras liceat ignoramus. Vnde & Chryſoſt. Qua ratione ab unoquoq; homine abſconditus eſt dies mortis ipſius uidelicet ut ſemper benefaciat:ſemper mortem ſuam ſperans: eadem ratione & ab omnibus hominibus abſconditus eſt dies aduẽtus Chriſti, uidelicet ut non una generatio ſaluetur ſciens aduentum eius,ſed omnes,dum in ſingulis quibuſque generationibus aduentus eius ſperatur. Hæc Chryſoſt.Quia ergo tempus iudicij, & etiam mortis eſt incertum:ideo debemus ſemper eſſe parati ad ipſum expectandum:& ſemper eſſe in continua ſolicitudine ne improuiſi inueniamur in morte. Vnde Bernardus contra negligentes ſe parare.Miſer quare omni hora te non diſponis?Cogita te mortuum,quẽ ſcis de neceſſitate moriturũ:diſtinguè qualiter oculi uertentur in capite: uenæ rumpentur in corpore, & cor ſcindetur dolore.Hæc Bernard.Habeamus, igitur in memoria:quia mũdus fallax,vita breuis,finis dubius, exitus horribilis,iudex terribilis, pœna interminabilis:& hęc ſemper nos terreant,& ad uigilandum inducant.Vnde Baſilius: Semper ante oculos tuos uerſetur ultimus dies.Cùm diluculò ſurrexeris,ne ad ueſperam te confidas peruenire.Et cùm quieſcens lectulo membra tua cõpoſueris,de lucis non confidas aduẽtu:& facillimè poteris refrenari ab omnibus uitijs. Semper cor tuum cœleſtia promiſſa meditetur,ut ipſa te ad uirtutis uiam prouocent. Eſto nunc talis in operibus tuis, qualem te uis futurum poſtmodum. Hæc Baſilius.Hæc itaque ſcientes,& illam diem ſemper ſuſpectam habentes:faciamus nunc de nobiſipſis iudicium, præoccupando faciem Domini in confeſſione & iuſtitia:perficiendo dignos fructus pœnitentiæ,ut Deũ nobis propitium inueniamus & benignũ. Vnde Bernard. *Si noſmetipſos diiudicauerimus,non utique iudicabimur*.Bonum iudicium quod me ab illo diſtricto diuinoq; iudicio ſubducit & abſcondit. prorſus horreo incidere in manu Dei uiuẽtis:uolo vultui iræ iudicatus præſentari,nõ iudicãdus.Iudicabo proinde mala mea, iudicabo & bona. Mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lachrymis, punire ieiunijs:cæteriſq; ſanctæ laboribus diſciplinæ.In bonis de me humiliter ſentiam,& iuxta præceptum Domini ſeruum inutilem me reputabo: qui quod facere debui tantum feci:ſcrutabor ego uias meas,& ſtudia mea, quò is qui ſcrutaturus eſt Hieruſalẽ in lucernis, nihil inſcrutatũ in me,ſiue indiſcuſſum inueniat. Neque .n. iudicaturus eſt bis in idipſum. Vnde & Chryſoſt.In propriis peccatis non erubeſcamus homines: ſed timeamus, ut oportet, Deum:qui & nunc uidet quæ fiunt, & tunc punit eos qui non pœnitentiã hîc agunt.Qui enim uerecundiã hominum inſpicit nunc ſolum:Deo autem inſpiciente non uerecundatur agere aliquod inconueniens: neq; vult pęnitere & tranſmutari:in illo die uniuerſo orbe terrarum conſiderante exemplificatur.Omnia enim ut in imagine tũc ſtabunt ſecundũ oculos noſtros,ut per ſe condemnatus unuſquiſq; ſit.De reliquo igitur,ſi nõ vult quis diuulgari, quæ ſua ſunt in illa die, ſanet iam vulnera: inſtat enim de reliquo noxarum tempus.Simus ſemper parati,non ſemper horum poteſtatẽ habebimus. Quocirca hîc pœniteamus, ut ita propitium Deum inueniamus ſecundum futuram diem, & multa potiamur eius clementia, Hæc Chryſoſtomus.

Marginalia: *Oſea.13.* — *Chryſoſto. ho. 50. operis imperf.* — *Ordines ſaluandorum tres Noe.* — *Iob.* — *Daniel.* — *Clerici negociatores.* — *Eccle.9.* — *Bernardus ad milites templi.* — *Chryſoſto. ho.51.operis imperf.* — *Timenda hora mortis & iudicij.* — *Bernardus ſermo.26. in cantica.* — *Baſilius orat.3.de peccato.* — *Bernardus ſermo.55. in cantica.* — *Naum.1. Chryſoſto. ſupra.*

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte,da mihi incertudinem diei aduentus tui uigilando & bene operando præuenire: ne uoluptatibus & uanitatibus uacans, ſubitò imparatus inueniar illa die: præſta mihi ut tunc inter electos tuos merear tua gratia connumerari,& cum ipſis ad gaudia æterna miſericorditer aſſumi, & ſic cum eiſdem electis & ſanctis tuis,quorum per reſurrectionem renouabitur ut aquilæ iuuentus, ego te miſerante,ubi tu in corpore glorioſo es cõgregatus,de tua ſatiari merear uiſione, & exultans te iugiter laudare ſine fine. Amen.*

De vigilia patrisfamilias,cuſtodientis contra furem domum ſuam. Cap. XLVI.



DEINDE probat per exemplum, ꝙ ſit vigilandũ. Magis enim vigilãdum eſt pro æternis,quàm pro temporalibus:ſed paterfamilias hora ſuſpecta de aduentu furis vigilaret pro corporalibus: ergo & nos omni hora (quia omnis hora eſt ſuſpecta) debemus vigilare pro ſpiritualibus:& ſẽper eſſe ſoliciti,ut in morte inueniamur parati.Si ergo patrefamilias ſolicitus eſt de domo cuſtodienda:multofortius nos debemus eſſe ſoliciti de uita æterna,ne perdamus eã:quod erit,ſi inueniamur per gratiæ carentiam.Secundũ Chryſ.Confundit hîc deſides:quia non tantũ ſtudiũ faciunt pro anima, quantũ alij pro pecunia, qui fures expectant ne perdant:illi enim vigilant ut reſiſtant furi, hi autẽ non vigilant ut inueniantur parati.Exponitur autem hæc ſimilitudo,ſecundũ Chryſ. dupliciter.Primò modo uocat furem,diabolum:domũ,mentẽ:quã ſi intrauerit per negligentiam ianitoris rationis,ſpoliat domũ illã veſtimentis iuſtitiæ,auro ſapientiæ, argento innocẽtię.Domũ ergo ſuã quis ſinit perfodi,cùm ſuggeſtioni cõſentiẽs virtutibus ſpoliatur,& uiribus lęditur. Secundũ hanc uiã notantur tria de patrefamilias videlicet ſcire,vigilare, & nõ ſinere.Debet ergo ſcire inſidias furis:id eſt,cognoſcere prudẽter: vigilare, ad ſui cuſtodiã:id eſt,cauere ſolerter:nõ ſinere, id eſt reſiſtere fortiter ne perfodiatur domus foſſorio diaboli:qui primò percutit ſuggeſtione, ſecundò fodit delectatione,tertiò perdit cõſenſu: primũ vix poteſt caueri,ſecundũ magis,tertium maximè.Alio modo exponendo,uocat furem mortis diem quia occultè,ſicut fur:domũ,corpus:ianuam,os,& aures feneſtras oculos. Et eſt ſenſus: *Quia ſi ſciret paterfamilias,qua hora fur ueniret*, id eſt mors q̃ fur dicitur:& meritò, uel propter improuiſum aduentũ,& occultũ introitum, uel propter ſcrutinium,& ſpoliationẽ rerum omniũ: *uigilaret utique*, ne moreretur ĩ peccato & culpa:quia mors peccatorũ peſſima: *& non ſineret domum ſuam perfodi*:id eſt,cum violentia animã à corpore extrahi, ſed ſponte exire.Vnde Chryſo.Quoniam animæ peccatrices in corpore quaſi in proprio domicilio delectantur,ueniens cum ſententia Dei, angelus mortis perfodit corpus, & animam violenter auellit ab eo. Animæ autem iuſtæ,quæ non delectantur in corpore,ſed quaſi in exilio ibi ſunt:veniente ſententia, non perfodiuntur nolentes,ſed uocantur gaudentes.Vnde & Gregori. Neſciente patrefamilias fur domum perfodit: quia dum à ſui cuſtodia ſpiritus dormit,improuiſa mors veniens carnis noſtræ habitaculum irrumpit: & eum quem Dominum domus dormientem inuenerit,necat: quia dum ventura damna ſpiritus minimè præuidet,hunc mors ad ſuppliciũ neſciẽtem trahit.Furi autem reſiſteret,ſi vigilaret:quia aduẽtum iudicis qui occultè animas rapit,præcauẽs, ei pęnitendo occurreret,ne impœnitens periret. Et iterũ: Horam verò ultimam Dominus noſter idcirco nobis uoluit eſſe incognitã, ut poſſit ſemper eſſe ſuſpecta:ut dum illam præuidere minimè poſſumus,ad illam ſine intermiſſione præparemur.Hæc Greg. Deinde concludit ex prædictis, & admonet nos ut parati ſimus: quia ſi tanta adhibetur diligentia pro cuſtodia rei paruæ:multomagis adhiberi debet pro cuſtodia animæ.Vnde dicit: *Ideo & uos eſtote parati*,ſine macula cordis,oris,& operis: *quia qua hora non putatis*, id eſt inſperatè,*filius hominis uenturus eſt*, ad iudicium particulare,in morte:vel ad iudicium generale, in mundi fine.Igitur quia neſcimus diem, vel horam illam unã,quando occultè & furtim venturus ſit Dominus:vigilemus non una die, uel una hora:ſed ſemper omnibus diebus & horis,quaſi ſemper ſit venturus:ne in illa die & hora dormientes & imparati inueniamur.O quàm fœlix:quia nouiſsima prouidet, qui ſibi à peccatis cauet,qui ſeipſum non negligit, qui ſe omni tẽpore ad mortem præparat & diſponit:ut quãdocunq; mors uenerit, paratum eum inueniat, gaudenterq; ipſum recipiat:quaſi qui liberatoris ſui aduẽtum deſideratum expectat,dicens cum Apoſtolo: *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*. Deinde generaliter ſubiungit, *quod autem uobis dico:omnibus*, ſcilicet præſentibus & futuris:tam rectoribus eccleſiæ,quàm ſubditis: *dico,vigilate*, per ſolicitudinẽ quam ſibi quilibet impendere debet, ut cõmune omnium præceptum nouiſsimi per primos audiant Vbi oſtendit ꝙ non loquebatur tantum diſcipulis, ſed pro omnibus fidelibus,præſentibus & futuris.Quãuis enim dies ille non omnes inuenturus ſit in hac uita: tamen ad omnes quodammodo pertinet:videlicet,quia tunc unicuiq; dies ille ueniet, cùm uenerit ei dies ut talis hîc exeat, qualis illo die iudicandus eſt.Talis enim præſentabitur iudicio: ſcilicet in parte electorum vel damnandorum:qualis inuenietur in morte,quantum ad gratiam & meritum, uel culpam & demeritum.In quocunque ſtatu quenq; inuenerit ſuus nouiſsimus dies, in eo comprehendet eum mundi nouiſsimus dies: quoniam qualis in die iſto quiſque capitur & moritur: talis in die illo præſentabitur & iudicabitur. Vnde Auguſtinus:Nemo quærat nouiſsimum diem quando futurus ſit.Sic vigilemus omnes bene uiuendo, ne nouiſsimus dies cuiuſcunque noſtrum inueniat nos imparatos, & qualis quiſque hinc exierit ſuo nouiſsimo die: talis inueniatur in nouiſsimo ſeculi die: & ideo vigilare debet animo omnis Chriſtianus,

Marginalia: *Matt.24. Luca.12.* — *Chryſoſto. hom.78.in Matt. Deſidiã & pigrorũ increpatio. Fur.* — *Idem hom. 51.operis imperfecti.* — *Pſal.33.* — *Idem ibidem.* — *Gregorius hom.13.in euangelia.* — *Nouiſſima prouidenda.* — *Philip.1.c* — *Qualis quiſque moritur, talis iudicabitur.* — *Nouiſſimus dies. Auguſti. epiſto.80.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus,ne imparatum eum inueniat Domini aduentus. Imparatum autem inueniet dies ille, quem imparatum inuenerit suæ vitæ huius vltimus dies. Vbi inueniemur, ibi iudicabimur. Hæc Augustinus. Qualem ergo Dominus in morte quemque inuenerit, talem illo die iudicabit, qui etiam in morte iudicium suum cognoscit. Vnusquisque enim Christianus in morte Christum videbit, & tunc cognoscet an de electis, vel damnatis sit. Vnde Lotharius: qui postmodum Innocentius tertius est dictus, in libro de miseria cõditionis humanæ, sic ait: Videat ergo tam bonus q̃ malus, antequam anima egrediatur à corpore, Christum in cruce positum. Malus videt Christum ad erubescentiam & confusionem, ut erubescat se non esse redẽptum sanguine Christi sua culpa exigẽte. Vnde de malis dicitur: *Viderunt in quem pupugerunt*: quod intelligitur de aduentu Christi ad iudicium: & de aduentu ad diem mortis. Bonus verò uidet ad exultationem. Vnde & Christus de Ioanne euangelista, ait: *Sic eum uolo manere donec ueniam*, ad obitum ipsius. Quatuor ergo leguntur aduentus Christi ad homines: duo scilicet visibiles, duo inuisibiles. Primus aduentus visibilis fuit in infirmitate corporis, scilicet in carne. Alius aduentus visibilis erit in maiestate Dei, scilicet ad iudicium. Primus aduentus inuisibilis fit in mente iusti per gratiam. Secundus aduentus inuisibilis est in obitu cuiusque fidelis. Vnde dicitur obitus, quia obuiam uenit Christus. Hos quatuor aduentus repræsentat ecclesia in quatuor dominicis de aduentu: non solum numero dierum, sed etiam ratione officiorum. Hæc Lotharius. Eia ergo aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte: & Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende, benignum. O clemens, O pia, O dulcis Maria. Postquam ergo Dominus in communi nos ad indefessam vigilãtiæ curam admonuit, consequenter specialem rectoribus & principibus in expectatione & aduentu suo solicitudinem mandat: & quòd uigilandum sit, ostendit per secũdum exemplum de seruo patrisfamilias: qui solicitus est regere domum sibi commissam, non solum in præsentia Domini: sed etiam in absentia eius: ut sic ueniens Dominus eum remuneret: si autem in contrarijs actibus ipsum inueniat, æternaliter puniat. Vnde dicit: *Quis putas est fidelis*, intentione Domino, propter Dominũ, seruiens: oues Christi non ad lucrum temporale, sed pro amore Christi pascens: *seruus*, id est humilis affectione: non suam, sed Domini gloriã quærens: *& prudens*, in officij executione: qui subditorum capacitatem, uitam, & mores discutiat: *quem constituit Dominus*, qui scilicet sit uocatus à Deo, & ipse nõ se ingesserit: *super familiam suam* regendam & pascendam, *ut det illis*, non subtrahat negligenter, pigritia, uel occasione alia, nec uendat symoniacè nummo, scilicet cupiditatis terrenę, uel laudis humanæ. det inquã *in tempore oportuno*, scilicet necessitatis & tribulationis, id est habita tẽporis opportunitate, non indiscrete: *tritici mensuram*, id est cibũ animæ & corporis, scilicet diuini uerbi uel exẽpli, uel temporalis subsidij, electũ ad usum hominum, & mensuratũ pro qualitate audiorũ & indigentiũ. Quòd autẽ dicit quęrẽdo, quispultas: non est ignorantis, nec signat hæc interrogatio impossibilitatẽ perficiendæ uirtutis: sed difficultatẽ, & rei raritatem: rarus est enim talis, & difficile est ista in uno inuenire, non autem impossibile. Vnde Theophilus. Sicut enim in dispensationibus facultatũ, siue aliquis incautus sit fidelis Dominus existẽs: siue etiã prudens sit & infidelis dispereunt res Domini: sic & in rebus diuinis opus est fidelitate & prudentia. Duo ergo, secũdum Chrysostomum, expetit ab huiusmodi seruo: scilicet fidelitatem: ut nihil quod Domini sui est, sibi proprium furando faciat, aut uanè consumat: & prudentiam, ut ad id quod oportet, quæ data sunt dispenset. Debet autem familiam Domini pascere magis quàm se: & dare eis cibum triplicem prædictum, secundum mensuram, & capacitatem singulorum: & hoc in tempore, quia prædicatio neque debet esse assidua ne uilescat: neque nimis rara, ne subditi insolescant. Idem etiam panis esurienti quidem appetibilis est, satiato autem non multum utilis. Prælatis ergo incumbit uigilare super se, & super gregem suum, & cuilibet fideli pro modulo suo. *Beatus eum ille seruus, quẽ Dominus* in suo aduentu, *& cùm uenerit* in morte ipsius, quærens seruitij rationem, *inuenerit ita facientem*: id est bona spiritualia & corporalia fideliter & prudenter, ac bene ministrantem: hoc est in actibus charitatis se exercentem, ac pro se & sibi commissis uigilantem: quia per talia meretur æternam beatitudinem. Nam *super omnia bona sua*, id est super omnia cœlestis regni gaudia, & in Dei gloriam ultrà quam nihil melius est *constituet eum*: quia in beatudine æterna consequetur bonum infinitum, quod includit omnia bona: beatitudo enim est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Bona quippe præsentia sunt particularia, sed bona cœlestia sunt communia & perfecta: quia nunc ex parte cognoscimus, ex parte diligimus: sed tunc perfectè. Constituetur autem super omnia, non ut solus, sed ut præcæteris possideat præmia, & gaudia æterna: tũ pro sua uita, tum pro suæ gregis custodia. Nam secundũ Chryso. Ex propriis meritis habebit auream, & ex aliorũ acquisitione aureolam: primum, quia bene uixit: secũdũ, quia alios bene uiuere docuit. Vnde Apostolus: *Qui bene præsunt, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in uerbo & doctrina*. Vnde dicit Augusti. Quòd apud Deum nihil beatius episcopi, uel presbyteri, aut diaconi officio, si eo modo militetur, quo noster imperator iubet. Iste seruus de quo hic dicitur est quilibet Christianus, qui est dispensator Domini sui: quod tripliciter intelligi potest. Vno modo in dispensatione spiritualiũ: quod propriè pertinet ad prælatos. Alio modo, in regimine temporaliũ: quod pertinet ad principes seculares & iudices. Tertio modo, in bono usu gratiarũ à Deo sibi collatarum: ut quando aliquis in quo ratio uires inferiores debito modo regit, uitam uirtuosè peragit: & hoc pertinet ad omnes. Cùm ergo dicitur quispiatas ẽ fidelis seruus &c. potest responderi hic est bonus prælatus, uel bonus princeps & iudex, uel etiam bonus simplex Christianus: quia ut dicitur ĩ Ecclesiastico: Cuilibet mãdauit Deus de proximo suo ut det illi cibũ, id est auxiliũ, in tempore necessitatis: ad quod quilibet prædictorum tenetur. Vnde Chryso. Hæc autẽ nõ de pecuniis dicta sunt solũ, sed & de sermone, & de uirtute, & de pecuniis, & de omni dispensatione quæ unicuiq; cõmissa est: hęc & ad principes seculares aptabitur utiq; parabola. Vnúquéq; enim his quæ habet ad cõmunẽ utilitatẽ uti oportet: & si sapientiã habuerit, & si prĩcipatum, & si diuitias, & si aliquid aliud quodcunque: non nocumentũ conseruorũ, neque in perditionem suiipsius. Hæc Chrysosto. Deinde secundum Chrys. Non solum ab honore quo munerat bonos, sed etiã à pœna qua minatur malis, erudit auditorẽ: cũ subdit: Si autẽ seruus, id est homo malus, nihil cogitando de Domini

Innocẽtius tertius lib. 3. de contẽptu mundi. Zacha. 21.

Ioann. 21.

Aduentus Christi ad homines iiij.

Fidelis dispensator.

Chrysost. hom. 78. in Matth.

Corona duplex.

1. Tim. 5.

Augustin. epist. 66.

Dispensatio Christiani.

Chrysost. hom. 78. in Matt.

Idem ibidem.

Domini aduentu in morte uel iudicio, & promittendo sibi longam vitam, dixerit in corde, id est præsumpserit, ac sibi in corde suo diceret, moram faciet Dominus meus venire, id est iudiciũ aut mors longe est à me (hoc quippe dicunt illi qui non cogitant de morte) & cœperit, quãtomagis si perseuerauerit, uoluptatibus & illecebris, ac malis operibus & charitati cõtrarijs occupari, & conseruos quos fouere & defendere debuit, percutere: scilicet iniurijs lacescendo, uel prauo uerbo & exẽplo corrũpendo, & peccare faciẽdo: sicq; cum securitate vixerit peruersè: veniet Dominus serui illius, scilicet in morte, vbi est iudicium particulare, uel in extremo examine, ubi erit iudiciũ generale, in die qua non sperat, & hora qua ignorat: *de die enim & hora illa nullus hominum scit*. Et sic exprimit malorum prelatorum, qui in hoc seruo intelliguntur, uitam & demeritum in sex, quæ sunt propria eorum: scilicet præsumptio, minorum oppressio, gastrimargia, luxuria, contẽptus, & negligentia: & diuidet eum separando animam à corpore in morte: & à cõsortio sanctorum in examine: ponetq; partem eius duplicẽ, scilicet corpus & animã, uel partẽ, id est retributionẽ cũ hypocritis, id est falsis Christianis in agro, uel in mola, & in lecto derelictis: & cũ infidelibus qui nec fidem habuerunt, separando eum à beatis: & coniungendo eum damnatis, & potius dicit, cum hypocritis quàm cum alijs: ut similitudo pœnæ respondeat similitudini culpæ: hypocrita enim aliud est, & aliud ostẽdit: sic qui in agro, uel ĩ mola, seu in lecto erãt: & idẽ facere, ac boni esse videbantur, sed exitus diuersæ voluntatis apparet cùm derelinquuntur, & cum damnatis sociantur. Ecce malorum seruorum remuneratio, scilicet æterna damnatio. Vbi Chryso. Diuidet eum de consortio Christianorum, ut neque cum sanctis glorificetur: neque cum his qui mediocriter deliquerunt, mediocriter puniatur. Et iunget eum hypocritis infidelibus: ut quorum imitatus est mores, ipsorum puniatur interitu. Quoniam sacerdos quemadmodum super omnem populum glorificatur, si bene fecerit: non solum propter suam iustitiam, sed & propter omnium: quia causa est ipse iustitiæ uniuersorum: ita & peccans super omnes punitur: non solum propter suum peccatum, sed propter omnium: quia ipse causa sit omnium ad peccandum. Hæc Chrysostomo, dicens: *Ibi erit fletus*, ex uehementia caloris: *& stridor dentium*, ex uehementia frigorum. Vnde Iob: *Maledicta pars eius in terra: ad calorem nimium transeat ab aquis niuium*. De hac pœna satius habes supra cadẽ feria tertia, de non habente vestem nuptialem. Attende ergo hæc ò serue male: & emendare stude: quia nunc est tempus emendationis & laboris: postea erit retributionis & mercedis.

Matt. 24. Vitia prælatorũ sex.

Luc. 12. 17.

Chrysost. hom. 31. operis imperf.

Iob. 24.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, da mihi inceßabiliter diem transitus mei, & diem iudicij cogitare: ac nouissima prouidere, ut uigilem solicitè pro spiritualibus, & æternis: mihi cauendo à peccatis, & insistendo operibus bonis: meque ipsum non negligam, sed omni tempore ad mortem me præparem, & disponam. Præsta Domine, ut mihi quotidiano actu prouideam & procurem consummationem, & ut tota uita mea talis sit in conuersatione, ut liber merear esse in fine: teque in morte uel iudicio uenientem gaudenter recipere, & tecum sine fine gaudere. Amen.*

De lumbis præcinctis, & lucernis ardentibus. Cap. XLVII.



ET quia ad vigilandum multipliciter Dominus monuit, consequenter quædam ad vigilandum nos præparantia, seu ad vigilantes pertinentia, describit: monens, ut *sint lumbi* nostri, tam mentis quàm carnis, *præcincti* cingulo castitatis: *& lucernæ ardentes in manibus* & operibus nostris. Lumbi mentis sunt uoluntas, seu affectus, & intellectus: ex quibus procedunt cogitationes malæ, & desideria praua. Lumbi verò carnis sunt, ex quibus prodeunt carnales concupiscentiæ, & opera impudica: & utrique lumbi sunt præcingendi, id est coarctandi ab illiciris cogitationibus, & operibus. Cinctorium primorum est, diuinæ legis meditatio assidua, quæ sit per studium sacræ scripturæ. Cinctorium secundorum est iustitia, quæ sit per rigorem disciplinæ: & ita per primum fluxus cogitationum, & desideriorum inutilium reprimitur in mente: per secundum fluxus concupiscentiarum carnalium, & operum restringitur in carne. Lucernæ ardentes sunt doctrinæ claræ & lucidæ: & exempla bona ex charitate, quæ debent esse in manibus nostris, ut impleamus opere. Lucernæ ergo, per bonorum sermonum & operum euidentiam: ardentes, per æternæ charitatis feruorem: & lucentes, per sanctæ conuersationis splendorem sint in manibus nostris: id est, in operibus bonis: sicut Ioannes erat lucerna ardens & lucens. Vbi Gregorius: Lumbos præcingimus, cùm carnis luxuriam per continentiam coarctamus: lucernas ardentes in manibus tenemus, cùm per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. Et Fulgentius: Iubens Dominus ut sint lumbi nostri præcincti, mandat & mala desideria atque opera fugiamus: iubens ut sint nostræ lucernæ ardentes, monet ut bona diligamus & faciamus. Prius ergo præcinge lumbos, & tunc accende lucernam: prius declina à malo, & tunc fac bonum: prius quiesce agere peruersè: & tunc disce benefacere. Nam (ut ait Augustinus) non nobis infert Deus bona sua, nisi mala auferat nostra: & intantum illa crescunt, inquantum ista minuuntur: nec illa perficientur, nisi ista finiantur. Item monet ut tanquam fideles & prudentes, ac de nostra custodia solliciti & vigiles, Dominum à nuptiis in cœlo per copulationem angelorum factis reuertem, id est aduentum eius ad iudicium particulare in morte, uel generale in

Luc. 12.

Lũbi præcingendi.

Lucernæ ardentes.

Ioan. 5. Gregorius hom. 13. in euangelia.

Psal. 36. Esa. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

reſurrectione, tum timore & amore expectemus: ſicut antiqui patres expectabant eum venturum in carnem. Quem bene expectamus, dum in eius aduentum in omnibus noſmetipſos præparamus: *ut cùm uenerit & pulſauerit, confeſtim ei aperiamus*, & ipſum ſuſcipere parati ſimus. Vbi Gregorius: Ad nuptias quidem Domius abijt, cùm reſurgens à mortuis, & aſcẽdens in cœlum, ſupernam ſibi angelorum multitudinem nouus homo copulauit. Qui tunc reuertitur, cùm nobis per iudicium manifeſtatur. Venit quippe, cùm ad iudicium properat: pulſat verò, cùm iam per ægritudinis moleſtias mortem eſſe uicinam deſignat. Cui confeſtim aperimus, ſi hunc cum timore ſuſcipimus. Aperire etenim iudici pulſanti nõ vult, qui exire de corpore trepidat: & uidere eum, quem contempſiſſe ſe meminit, iudicem formidat. Qui autem de ſua ſpe & operatione ſecurus eſt, pulſanti cõfeſtim aperit: quia lætus iudicem ſuſtinet, & cùm tempus propinquæ mortis agnouerit: de gloria reſurrectionis hilareſcit. Hæc Gregorius. Talis quippe poteſt dicere cum Apoſtolo: *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*. Qui eiuſmodi eſt, omnibus huius mundi fœlicibus eſt fœlicior, & regalibus regalior. Vnde Anſelmus: Hoc unum dico, omnibus huius mundi præſtare delitiis, honoribus, atque diuitiis: ſi ob conſcientiæ ſerenitatem, fidei firmitatem ſpei certitudinem mortem non timeas. Quod ille poterit maximè experiri, qui aliquo tempore ſub hac ſeruitute ſuſpirans, ad liberioris conſcientiæ auras euaſit. Hæ ſunt futuræ beatitudinis tuæ primitiæ ſalutares: ut morte ſuperueniente naturalem horrorem fides ſuperet, ſpes temperet, conſcientia pura repellat. Hæc Anſelmus. Sed hoc ſolis perfectis conuenit: nunquid ergo imperfecti, qui uitam habent in deſiderio, & mortem in patientia, damnabuntur? Abſit. Multi enim ſaluandi ſunt in charitate imperfecta, qui ſcilicet ædificant lignum, fœnum, ſtipulam: & de corpore exire timẽt, propter cremabilia, quæ ſecum ferũt. Sed quia Deum iſtis temporalibus, quibus adhærent, præponunt: de vita æterna certi ſunt. Sed de his licèt ſint ſaluandi, non loquitur hic, ſed de perfectis qui uitam habent in patientia, & mortem in deſiderio. Deinde ſubiungit præmij & retributionis magnitudinem, quia vigilantibus promittit beatitudinem. *Beati enim ſerui illi*, in præſenti, beatitudine ſpei: & in futuro, beatitudine ſpeciei: *quos cùm uenerit Dominus*, in eorum morte, uel in extremo examine: *inuenerit uigilantes*, in ſtatu gratiæ: & non dormientes, in ſtatu culpæ. Vbi Gregorius, vigilat, qui ad aſpectum veri luminis, apertos mentis oculos tenet. Vigilat, qui ſeruat operando quod credit. Vigilat, q̃ à ſe corporis & negligentiæ tenebras repellit. Hæc Gregor. Sed ueniens Dominus quid vigilantibus ſeruis exhibeat audiamus. *Nam præcinget ſe*, id eſt ad retributionem præparabit: *& faciet uigilantes diſcumbere*, id eſt in æterna quiete refoueri & quieſcere: ut edant ſuper menſam ſuam in regno ſuo: *& tranſiens*, id eſt de iudicio ad regnum rediens, *miniſtrabit illis*: quia ſuæ lucis illuſtratione, & diuinitatis contemplatione fideles ſatiabit: quem enim in humanitate in iudicio cernemus, etiã in diuinitate poſt iudicium videbimus: *miniſtrabit illis*, lac humanitatis, & vinum deitatis, & manna dulciſsimum, quod in cor hominis non aſcendit. Faciet itaque illos diſcumbere, quaſi feſſos refocillans: & miniſtrabit illis, ſpirituales delitias apponens. Vnde Dionyſius: Diſcubitum enim opinamur quietem à multis laboribus, & copioſam dona-

Gregorius hom. 13. in euangelia. Nuptiæ Domini.

Philippẽ. 1.

Vita in patientia. Mors in deſiderio.

Gregorius hom. 13. in euangelia.

Diſcubitus cœleſtis. Dionyſius in epiſtola ad Titum.

tionem omnium bonorum: hoc eſt enim quòd Ieſus facit eos recumbere, dans eis perpetuam quietẽ, & diſtribuens eis bonorum multitudinem. Moraliter pulſat Dominus hominis animum, cùm eum inducit ad melius propoſitum: cui confeſtim aperit, per bonum conſenſum, & ſequentem effectum: & tali ſeruo miniſtrat Dominus gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. Delectatur quippe Dominus eſſe cum hominibus: ideo quærit, ubi manſionem apud eos inueniat. Pulſat ergo ad oſtia cordium multipliciter: ut ſi pro uno, non aperiatur ei ſaltem pro altero. Pulſat per doctorum verba, per bonorum exempla, per collata beneficia, per illata flagella, per promiſsiones prẹmiorum, per minas tormentorum, per paſsiones ſuas & ſanctorum: quidam autem ſunt qui pulſanti Domino reſpondere nolunt. Quidam humiliter reſpondent, ſed tamen eum abire faciunt: quidam aperiunt, ſed diu apud ſe quieſcere eum non permittunt. Quidam licèt aperiant, & eum recipiant: tamen ſuperuenientibus alijs hoſpitibus, eum quaſi pauperem eiiciunt: aut quia domus plena eſt vtenſilibus, non inuenit ubi caput reclinet. Quidam autẽ Dominum pulſantem recipiunt, & alios hoſpites excludũt: & inſuper ei delectabilem præparant manſionem, ut à nullo inquietetur: & illi multa bona, per talem hoſpitem conſequuntur. Primi ſunt, qui ita ſunt duri, ut ad nullam prædicationem, uel beneficiũ cor eorum ualeat aliqualiter molliri. Secundi ſunt, qui ſe peccatores humiliter confitentur: ſed adhuc non habent uoluntatem deſerendi peccata. Tertij ſunt, qui in aliquo ſe emendant, & in aliquo non: ut qui uſuras & res alienas amplius accipere nolunt, ſed acceptas refundere recuſant. Quarti ſunt, qui pro tẽpore compunguntur uel ſe emẽdant, ſed citò recidiuant: ut faciunt qui alijs hoſpitibus ſuperueniẽtibus, pauperes hoſpites eiiciunt. Hoſpites ſuperuenientes, ſunt delectationes carnis, mundi, & huiuſmodi: uaria utenſilia, ſunt occupationes ſuperfluæ, quæ cordis libertatem anguſtant: & ſpiritum ſanctum extinguunt. Sed ut dicitur: turpius eiicitur, quàm non admittitur hoſpes. Quinti & ultimi ſunt, qui bona inchoant, & ad finem proficiendo perducunt. Apud iſtos manſiones Dominus facit, & eos ualde diligit. In nocte ergo huius ſeculi, ſemper debemus vigilare: & contra hoſtes ſoliciti eſſe, ac expectare iudicem, & Dominũ omnibus in qualibet ætate paratis lucẽ perpetuã miniſtraturum. Et ideo ſi in prima vigilia & ætate negligentes fuimus: nec ſic deſperare, & à bono opere ceſſare debemus. Nã longanimitatis ſuæ patientiam, inſinuans Dominus, ſubdit: *Et ſi uenerit in ſecunda uigilia*, & ætate: *& ſi in tertia uigilia*, & ætate venerit in morte, uel iudicio: *& ita inuenerit* eos, ſcilicet vigilantes, & in bono perſeuerãtes: *beati ſunt ſerui illi*, nunc in ſpe, & poſtea in re. Vbi Gregorius. Prima vigilia primæuum tempus eſt vitæ noſtræ: id eſt, pueritia. Secunda, adoleſcentia uel iuuentus. Tertia autem ſenectus accipitur. Qui ergo vigilare in prima vigilia noluit, cuſtodiat, uel ſecundam: & qui in ſecunda noluit, tertiæ vigiliæ remedia non omittat: ut qui cõuerti in pueritia neglexit, ſaltem in tempore iuuentutis, uel in ſenectute reſipiſcat. Sed, ut ait idem Gregorius: Nemo hanc longanimitatem Dei negligat: quia tanto diſtrictionem iuſtitiam in iudicio exiget, quanto longiorem patientiam ante iudicium prorogauit. Vnde Alchuinus: Satis eſt alienus à fide, qui ad agendam pœnitentiam tempus ſenectutis expectat: timendum eſt enim ne dum expectat miſericordiã, incidat in iudi-

Moraliter. Pulſatio Domini.

Hoſpites.

Vigiliæ tres.

Gregorius hom. 13. in euangelia.

in iudicium. Sed heu hodie homines florem iuuentutis in uanis conſumunt: & fecem ſenectutis in agendo pœnitentiam uix expendunt. Vnde Seneca de talibus loquens, ſic ait: Quemadmodum ex amphora primum quod eſt ſynceriſsimum effluit, grauiſsimũ quoq; turbidumq; ſubſidet: ſic in ætate noſtra quod eſt optimum in primo eſt: idque exhauri in alijs potius patimur, ut nobis fæcem ſeruemus. Vigilias hîc uocat à ſimilitudine excubantium in nocte: quia in huius mundi nocte ſemper debemus ſolliciti lucẽ veturam, id eſt aduentum iudicis expectare: quia neſcimus quando Dominus veniet, an mane, id eſt in iuuẽtute: an gallicantu, id eſt in uirili ætate: an media nocte, id eſt in ſenectute: an ſero, id eſt in ſenio. Et quia in quolibet horum ſtatuum aliqui moriuntur, & Domini aduentus eſt nobis incertus: ideo in quolibet ſtatu, & omnibus ætatibus vigilare debemus: & parati eſſe per iuſtitiam ad recipiendum mortem: ut in morte Dominum uenientem recipiamus per bonam uoluntatem. Et ne quis confidat de ſtatus dignitate, aut ſcientiæ claritate, ſi malè ſeruierit, ſubiungit quòd *ſeruus*, ut non ſit diſcretio in genere: *qui cognouit uoluntatem Domini*, bonam: & ad implendum obligãtem: *& non ſe præparat* ad bonum, *nec facit eius uoluntatem* ipſam in opere adimplendo, & etiã in opere potiſsimo, ac magis beneplacito Domino: *plagis uapulabit*, id eſt punietur *multis*: quia peccauit in multis, & quia contempſit non faciendo quod faciendũ ſciebat: talis enim non ex ignorantia, ſed ex certa ſciẽtia peccat, & ſcienter peccans magis Dominum contemnit, & plus offendit, ac viuus in infernum deſcendit. Ecce quò ſcientia aggrauat culpam. Vnde Gregorius: Vbi donum maioris ſcientiæ: ibi tranſgreſſor maiori ſubiacet culpæ. Et Chryſoſtomus: Leuior culpa eſt, ueritatem non apprehendere, quàm contemnere apprehenſam. Non enim ſimiliter in omnibus omnia iudicantur, ſed maior cognitio fit maioris pœnę occaſio. Vnde ſacerdos eadem peccans cum populo, multo grauiora patietur. *Seruus autem qui non cognouit*, ſcilicet uoluntatem Domini, ſed ſcire potuit ſi negligens non fuiſſet, *& fecit* peccata *digna plagis*, & punitione *uapulabit paucis*, & minus punietur cæteris paribus, quàm qui ſcienter peccat, & ex certa malitia: quia talis peccat ex ignorantia, quæ diminuit de peccato, niſi fuerit affectata: ſicut cùm aliquis vult ignorare illud, quod tenetur facere vel vitare, ut licẽtius poſsit peccare. Ex magna enim libidine peccandi prouenit, cùm aliquis vult illud ignorare, cuius ſciẽtia poſſet eum à peccato impedire, uel retrahere: multi quidem æſtimantes ſe minus uapulaturos, ſi neſciant quid operari debeant: auertunt aurem, ne uerbum Dei, & ueritatẽ audiant uel intelligant: ſed cùm poſſent ſcire, ſi ſtudium uellent adhibere, non ut neſcientes, ſed ut contemptores iudicabuntur: quia nõ cognoſcere dicendus eſt, qui apprehendere vult, ſed non ualet. In talium perſona dicitur in Iob, qui dixerunt Deo, *Recede à nobis: ſcientiam uiarum tuarum nolumus*. Vnde Beda: Multi hanc ſententiam malè intelligentes nolunt ſcire quid faciant: & quaſi minus ſe uapulaturos æſtimant, ſi neſciant quid operari debuerant. Sed aliud eſt neſciſſe: aliud eſt ſcire noluiſſe: neſcit namque, qui apprehendere uolet, & non ualet: qui autẽ ut neſciat aurem à uoce ueritatis auertit, iſte non neſciens, ſed contemptor dicitur. Vnde & Chryſoſtomus. Non eſt eis excuſatio condẽnationis ignorantia ueritatis, quibus fuit inueniẽdi facilitas, ſi fuiſſet quęrẽdi facultas: nam veritas, ſalus, & uita cogno-

Seneca epiſto. 108.

Gregorius hom. 13. in euang. Chryſoſto. hom. 27. in Matthæ.

Ignorantia affectata non excuſat.

Iob. 21. Beda in c. 12. Lucæ.

Chryſoſt. hom. de Za-

ſcentium ſe magis debet quæri, quàm quærere. Vnde etiam Bernardus, Multa ſcienda neſciuntur, aut ſciendi incuria, aut diſcendi deſidia, aut uerecundia inquirendi: & quidem huiuſmodi ignorantia non habet excuſationem: Et iterum: Fruſtra ſibi de infirmitate, uel ignorantia blandiuntur: q̃ ut liberius peccẽt, libenter uel ignorãt, uel infirmantur. Hæc Ber. Sed pauci per ignorantiã excuſantur: q̃a, ut ait Leo papa, Intonante quotidie auribus noſtris eloquio Dei, omnis homo quid diuinæ iuſtitiæ placeat, ſcire conuincitur. Vnde & Beda: Nemo igitur ex eo quòd dictum eſt, ſeruũ neſcientem uolũtatem Domini vapulare plagis paucis, interpretandum de remedio neſciendi præſumat: qui (ut alia taceam) ex eo ipſo quòd homo eſt, nec mala quæ caueat, nec bona poteſt ignorare quæ appetat. Vt autem hîc dicit gloſa, Inter omnes pœnas mitiſsima eſt eorum, qui præter originale peccatum nullum addiderunt: minor poſtea eorum, qui ex ignorantia peccauerunt: poſtea eorum qui ex infirmitate, tamen ſcienter: poſtea eorum qui ex malitia. Et nota quòd licet grauius ſit peccare ex certa ſciẽtia: periculoſius tamen eſt peccare ex ignorantia. Deinde reddit cauſam iam dictorum, quia ab *omni cui plus datur*, & cui plus committitur de gratijs, plus exigetur & quæretur in hoc tempore: ut non ſolum ſibi, ſed etiam aliis proficere conetur, & in die iudicij quando de omnibus commiſsis ratio exigetur. Quanto enim Dominus plura dona, & bona homini confert: tanto magis, & maiore contemptu Dominum offendit cùm peccat: & ideo magis punietur, quia potẽtes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior inſtat cruciatus. Et ergo meritò cognoſcẽs plus, & nõ cognoſcens minus vapulabit: quia iſti plus illi minus eſt commiſſum: hoc ſpecialiter poteſt intelligi de his quæ data ſunt prælatis ad regimen aliorum, uel generaliter de his quæ data ſunt unicuique ad regimẽ proprium: & hoc ſiue ſint bona naturæ, ſiue fortunæ, ſiue gratiæ. Vnde Beda, Multum ſæpe datur etiam quibuſdam priuatis: quibus etiam cognitio dominicæ uoluntatis, & exequendi quæ cognoſcunt facultas impeditur: multum autem commendatur illi cui cũ ſua ſalute dominici quoque gregis paſcendi cura cõmittitur: maiori ergo gratia donatos, ſi deliquerint, maior uindicta ſequetur. Vnde & Chryſoſto. Quanto enim maius aliquis beneficium accipit, tanto magis eſt obnoxius pœnæ ingratus exiſtens: & neq; honore melior effectus: propter hoc utique & diuites pauperibus magis puniuntur, mali exiſtentes: quoniam neque in copioſitate facti ſunt manſueti. Hæc Chryſoſtomus. Et non tantum reddemus rationem de his quæ accepimus, ſed etiam de his quæ accipere potuimus, ſi per nos non ſtetiſſet, quod intelligentes & deſides ualde terrere deberet.

Bernardus epiſt. 77.

Beda in c. 12. Lucæ.

Ex ignorãtia peccatur periculoſius.

Sapien. 6.

Beda in c. 12. Lucæ.

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, qui iuſſiſti & lumbos reſtringere, & lucernas ardentes tenere: tu ipſe lumbos noſtros præcinge, ut nulla nobis dominetur iniquitas, & ad nullum declinemus peccatum. Lucernas noſtras tu ipſe fac ardere, ardentesque cuſtodi: ut non refrigeſcat noſtra charitas, ſed ſemper ad tuam iuſtitiam faciendam omnis noſtra cogitatio, locutio, & operatio dirigatur. Fac me Domine uigilanter & ſolicitè aduentum tuum expectare: ut lætus te ſuſcipiens ad gaudia æterna ualeam, te miſerante peruenire. Amen.*

Universidad de Deusto Biblioteca

De decem virginibus. Cap. XLVIII.



Matth.25.

POSTQVAM Dominus ostendit quędam antecedentia iudicium, & monuit ad uigilandum: consequenter describit ipsum iudicium. Et quia uniuersitas iudicanda distinguitur in tres status: scilicet actiuorũ, contemplatiuorum, & prælatorum: ideo tres ponit parabolas ad istas tres pertinentes.

Status tres iudicandorum.

Prima est de decem virginibus: & pertinet specialiter ad contemplatiuos: virginitas enim uitam contemplatiuam significat, quia castitas mentem à carnalibus eleuat, & sic ad contemplationem veritatis disponit: numerus autem denarius uniuersitatem contemplatiuorum significat, quia numeri solum usque ad decem procedunt, uel decem propter operum legis obseruantiã. Nihilominus tamen ad omne genus hominum potest hæc parabola referri. Et primò circa uitam contemplantium, & consequenter etiam aliorum ponitur meritum & demeritum. Secundò, examinationis iudicium. Optat quippe Dominus vt nos, cùm uenerit, inueniat præparatos: & cum eo ianuam cœlestis regni intremus, & ne excludamur improuidentia fatuitatis, & claudatur ianua sponsi cœlestis, vnde vigilare oportet, quia nescimus quando sponsus veniet. Et cur sit opus vigilare, docet: & ad hoc parabolam de decem virginibus inducit. *Simile est regnum cœlorum*, id est præsens ecclesia militans specialiter, quantum ad statum contemplantium: & nihilominus quãtum ad statum aliorum, *decem uirginibus* continentibus:

Virginibus similis ecclesia.

quarum *quinque erant fatuæ*, quia vanitati quinque sensuum seruierunt: & opera sua bona de genere, non ad finem debitum ordinantes, propriam gloriã, & fauorem, seu laudem hominum, uel quęstum principaliter in eis intenderunt: *& quinque prudentes*: quia ueritati pro æternis seruierunt: & opera sua bona ad finem debitum, scilicet ad gloriam Dei principaliter, & ad perfectionem sui, & ad ædificationem proximi, consequenter ordinauerunt. His rectè ecclesia similis perhibetur: quia in ea boni & religiosè, & mali superstitiosè conuiuentes permixtim continentur: qui per quinque prudentes, & per quinque fatuas virgines: per quinque partitam sensuum continentiam à carnis illecebris, & uoluptatibus significantes, intelliguntur. Quicunque enim opera sua bona pro vana gloria, uel quæstu faciunt, fatui quidem sunt: etsi prudentes esse videantur. Inde enim & uirgines dicuntur: quia bona operantur, & boni ab hominibus uidentur. Sunt enim in actione virgines, & intentione corrupti: quia bona quæ agunt, non casta & syncera intentione faciunt: & meritò dicuntur virgines fatuæ, quia bónum opus de genere perdunt, propter defectum intentionis rectæ: magna quippe fatuitas est difficilia & ardua aggredi, & sustinere sine fructu & utilitate. Magna enim fatuitas est ieiunare, uigilare, carnem affligere, orare, & similia facere: & nullam aliam mercedem, nisi uanam gloriam expectare. De talibus enim Dominus ait: *Receperunt mercedem suam*.

Matth.6.

Prudentes verò totam intentionem ad Deum referunt: & pro operibus suis à Deo, cui soli placere cupiunt, mercedem recipiunt: prudentiam quippe magna est, ex modicis magna, & ex temporalibus acquirere sempiterna. Et in his diuiditur totus mundus & tota fidelium multitudo: quia, ut dicit Hiero. Sancta ecclesia virgines prudentes habet, pro Deo bene operãtes: & fatuas uana gloria laborantes:

Virgines duplices.

videat ergo unusquisque ut bonum opus bene, & bona intentione, faciat: quia non bonum facere, sed bene facere laudabile est: non enim uerbis meremur, sed aduerbijs: id est, non in eo quod aliquid facimus, sed in eo quod benefacimus. Hæc Hierony. *Omnes uerò accipientes lampades suas*, id est opera bona de genere boni *exierunt obuiam sponso & sponsæ*: ad hoc enim debet ordinari exercitium vitæ nostræ, ut homo possit securè & decenter Christo ad iudicium venienti obuiare. *Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus*, id est operibus suis: *non sumpserunt oleum secum*: id est non habuerunt spirituale gaudium, quod oritur ex operibus bonis, propter Deũ factis, & hoc propter defectum rectæ intentionis.

Oleum lãpadum.

Vt enim dicit Augustin. Qui non propterea gaudet, quia *intrinsecus* Deo placet, non habet oleum secum: *prudentes uerò acceperunt oleum in uasis suis*, id est intra conscientias: *cum lampadibus*, id est cum bonis operibus.

Augusti. sermo.22. de uerbis Domini.

Hoc est, ut dicit Augustin. Lætitiam bonorum operum in corde atque conscientia posuerunt: quia propter rectitudinem intentionis gaudent in Domino de suis operibus bonis.

Idem ibid.

Dicitur autem gaudium istud oleum: quia nutrit & fouet charitatis ignem. Ex hoc enim quòd aliquis delectatur in opere, fortius & melius operatur: & per consequens disponitur, ut ei maior charitas infundatur. Omnes quippe uirgines tam fatuæ, quàm prudentes acceperunt oleum in uasis cum lampadibus: fatuæ autem solum in lampadibus, non in vasis, ita quod vasa habuerũt uacua: sic ĩ ecclesia quidã accipiũt oleum in lãpadibus, quasi uideantur ab hominibus boni: interius autem sunt bonitate uacui & mali. *Moram autem faciente sponso*, id est Christo differente iudicium: scilicet donec impleatur numerus electorum, *dormitauerunt omnes*, quantum ad languorem corporis: *& dormierunt*, quantum ad somnum mortis, uel dormitauerunt per inertiam & negligentiam. Vnde Chrysosto. Tardante consummatione seculi: non solum peccatores, sed iusti & spirituales ad negligentiam sunt deuoluendi: & ad carnalia delectamẽta transituri, ut impleatur illud Psal. *Saluum me fac Deus, quoniam defecit sanctus: quoniam diminutæ sunt ueritates à filiis hominum*.

Chrysosto. hom.52. operis imperfecti.

Psal.11.

Et bene comparatur mors somno, quia à morte erit ad uitam excitatio. Deinde ponitur examinationis iudicium circa prædicta opera cõtemplantium, & aliorum, cùm dicitur *media autem nocte*, id est subitò, nullo sciẽte aut sperante: quia dies domini sicut fur ita in nocte ueniet: nam quia tempus iudicij est nobis occultum, ideo signatur per mediã noctem quia illa quæ fiunt nocte media, sunt hominibus occulta. *clamor factus est* tubantium angelorum:

Clamor ad iudicium.

excitans mortuos & conuocans ad iudicium. O quantus clamor, quia non erit anima ita altè in cœlo, nec ita profundè in inferno, nec corpus in sepulchro, quin audiat hunc clamorem, & contremiscat. Ad literam media nocte (secundũ quosdam) fiet iudicium: qua angelus Aegyptum deuastauit, & Dominus infernũ spoliauit: eademq; hora electos suos de hoc mundo liberabit: sed secundum alios, de die celebrandũ dicitur: quia nox illa sicut dies illuminabitur.

Resurrectio omnium.

Tunc surrexerunt omnes illæ uirgines fatuæ & prudentes, quia omnes scilicet boni & mali resurgent, ut in iudicio appareant: *& ornauerunt lampades suas*, id est aptauerunt rationes operum suorum reddendas: cogitando & numerãdo apud se opera sua, pro quibus expectabant remunerationem: iste enim ornatus nõ est aliud nisi recursus ad mentem, cogitando de iustitia operum suorum, & bonitate circunstantiarum, ac reddenda ratione eorum: hoc enim commune est fatuis & prudentibus: sed in fatuis est uana fiducia, in prudentibus uera.

Lampadis ornatus.

Ad veritatem quippe ornatus lampadis tria exigũtur: uidelicet claritas vitri, in quo significatur puritas quò ad seipsum: plenitudo olei, in quo misericordia ad proximum: inflammatio ignis, in quo fides cum dilectione ad Deum: quæ omnia in prudentibus sunt, & in fatuis deficiunt. Sed fatuæ sua fiducia deceptæ dicunt sapientibus: *date nobis de oleo uestro*: quasi dicerent, Iustitia uestra sufficiens est uos glorificare, & nos excusare: excusetis ergo nos, uel feratis testimonium de operibus nostris quæ uidistis: quia continentes & fideles, *quia lampades nostræ extinguuntur*, id est opera nostra quæ videbantur nobis lucere, & clara hominibus foris apparere, in aduẽtu iudicis intus obscurantur: quia oleo veræ gloriæ, & intentionis rectæ priuantur.

Augustin. sermo.22. de uerbis Domini. In iudicio nõ erit patrocinium. Idem ibid.

Nam secundũ Aug. Quorum facta aliena laude fulciuntur, eadẽ subtracta deficiunt. *Responderunt prudentes, dicentes: Ne fortè non sufficiat nobis & uobis*. Ista petitio vana, & responsio negatiua, signant quòd nullus tunc ad alium quãtumcunque iustum poterit pro auxilio habendo accurrere: nec aliquis quantũcunq; iustus poterit alium iuuare, sed vix sibi soli sufficit sua iustitia. vnde Augu. Vnusquisq; pro se rationem reddet: nec alieno testimonio quisq; adiuuabitur apud Deũ, & vix sibi quisque sufficit ut ei testimonium perhibeat conscientia sua.

Hieronym. in cap.25. Matt.

Augustin. sermon.22. de uerbis Domini.

Vnde & Hiero. Hoc non de auaritia, sed de timore dicunt: quia unusquisq; de operibus suis mercedẽ accipiet: nec possunt in die iudicij aliorum uirtutes, aliorũ vitia subleuare: *ite potius ad uendentes & emite uobis*: quasi dicerent, secundum Augu. crimen eorum commemorando, videamus nunc quòd uos adiuuẽt qui uobis laudes uendere consueuerunt: & uos in errorem inducere, ut non coram Deo, sed ab hominibus gloriã quęreretis. Exprobratio est fatuitatis præteritæ, in hoc quòd bona opera de genere, dederunt pro fauore laudis humanæ: quia uenditores, sunt adulatores: quasi dicerent eis: Cõsiderate quid ualuit vobis, pro tali fauore cõtinẽter viuere.

Idem ibidem.

Dum autem irent emere: tropicè loquitur, id est si adhuc viuerent & inuenirent, irent emere: in quo implicatur quòd remanet affectus & habitus uanitatis præteritæ: id est secundũ Aug. dum inclinarent se in ea quæ foris sunt, & solita gaudia requirerent, *uenit sponsus*: scilicet ille q̃ iudicat, id est Christus: ut remunerationem bonorũ faciat, *& quæ* per opera charitate formata, paratę erãt, scilicet prudentes virgines: quibus (secũdum Aug.) bonum testimonium coram Deo conscientia perhibebat: intrauerunt cũ eo ad nuptias, scilicet ad cœlestis regni gloriam: & fatuis exclusis, & ad pœnam relictis: *clausa est ianua*: id est aditus ad regnum cœlorũ, qui non est alicui possibilis post iudicium.

Idem ibidem. Virginum prudentia.

Ianua inquam triplex est, scilicet misericordiæ, ad indulgendum, quæ modo omnibus aperitur: gratiæ, ad merẽdum, quæ modo omnibus offertur: gloriæ, ad intrandum, quæ modo omnibus pœnitentibus reseratur: ergo clausa est exclusis reprobis, inclusis electis, operibus consummatis. Non enim, ut ait August. post iudiciũ patet precũ aut meritorũ locus. Vnde & Chryso. ita est terribile illud iudiciũ, ut nec innocentia sibi cõfidat. Tantus timor erit omnium, etiam sanctorũ, ut nemo speret se iustum inueniendum: sed adhuc timeat ne fortè reus existat. Quomodo ergo pro peccatoribus tunc intercedãt sancti, cùm timeant ipsi de se?

Idem ibidem. Chrysosto. Timor omniũ in iudicio: ubi nulla intercessio.

Nam sicut tempus misericordiæ iudicium nõ recipit, sic & tempus iudicij misericordiã non recipit: ubi autem locũ misericordia non habet, nec intercessio ualet. Vbi etiã Greg. O si sapere in cordis palato possit, quid admirationis habet quod dicitur, *uenit sponsus*: quid dulcedinis, *intrauerunt cum eo ad nuptias*: quid amaritudinis, *& clausa est ianua?* Tunc regni ianua lugentibus clauditur, quæ modo quotidie pœnitentibus aperitur: quia nequaquã tunc ueniã inuenit, qui modo tẽpus ueniæ apertũ perdit. Ibi à Domino non potest mereri quod petit, qui hîc noluit audire quod iussit. Hæc Greg.

Gregorius hom.12. in euangelia.

Nouissimè per nimis tardam & infructuosam pœnitẽtiam *ueniunt & reliquæ uirgines, dicentes, Domine Domine, aperi nobis*: per hoc quòd uocant eum Dominũ, significatur q̃ crediderũt in Christũ. Vnde Hierony. Egregia quidem in Domini appellatione confessio: idemq; repetitũ indicium fidei est. Sed quid prodest uoce inuocare, si operibus neges? non humanis verbis hæc aguntur, sed conscientiæ sibi loquuntur.

Hierony. in cap.25. Matt.

Et quia fides eorum fuit informis, & secũdum Aug. magna eius seueritas post iudiciũ, cuius ante iudicium ineffabilis misericordia prærogata est: ideo *respondens ait: Amen dico uobis, nescio uos*: id est nõ cognosco, scilicet notitia approbationis, qua soli electi à Deo cognoscuntur: quasi diceret, Ideo uos desero, quia vitæ meritum in uobis non cognosco.

Augustin. sermo.22. de uerbis Domini.

Nescit eas & repellit, quia secundum Aug. non intrãt in gaudium eius, qui non coram Deo, sed ut placerẽt hominibus, uisi sunt aliquid secundũ præcepta eius operari.

Idem ibidem.

In fine autem intẽtam conclusionẽ infert ad nostrã instructionẽ, dicens: *Vigilate itaque*, ad habendum fidẽ charitate formatam: & uos ad mortem & iudicium solicitè parando: antequam ueniat sponsus uos ad hoc subitò uocando: *quia, nescitis diem neque horam*, mortis uel iudicij: sed de utroq; incerti estis. Ecce quò parabola tendit, ut quia ignoramus diẽ iudicij, & etiã mortis nostræ dubiæ, solicitè testimoniũ bonæ conscientiæ nobis pręparemus: ne si iudex nos inueniat imparatos, cum fatuis virginibus foris remaneamus. Singulorũ enim discutientur actus, accusante uel excusante conscientia unumquenq;.

Hierony. in cap.25. Matth.

Vnde Hierony. Ex hoc autem q̃ infert, vigilate, itaq; quia nescitis diem neque horam: intelliguntur uniuersa quæ dicta sunt esse præmissa, ut quia ignoramus iudicij diẽ, soliciti nobis lumẽ bonorum operum præparemus: vigilia enim opus est mentis, ante mortem corporis.

Augustin. sermo.22. de uerbis Domini.

Vt autem dicit Augustin. Non solum illius ultimi tẽporis, quo uenturus est sponsus, sed & suæ quisque dormitionis diem & horam nescit. Quisquis autem paratus est usque ad mortem (quæ omnibus debetur) paratus ĩuenietur etiã cùm illa uox media nocte sonuerit, qua omnes euigilaturi sumus. Itaq; ut dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chrysosto. ho.52.operis imperf.

Chrysosto. reuocemus ad memoriam exemplum, quod de virginibus refertur, quæ exclusæ sunt à thalamo sponsi, propter olei defectum. Ponamus nosmetipsos illis quæ excluduntur, & inde quis dolor, quæ pœna sit, si cogitemus posse etiam nos eadem pati cùm negligimus. Est ne aliquis ita lapideus qui hoc exemplo non moueatur, & timeat ne similia in currat? Hæc Chrys. Igitur vigilemus, & opera lucis agentes in uigilia huius vitæ ornemus lampades nostras & opera: ut habentes oleum ac gloriam & gaudium in conscientiis nostris, præparati intremus cum sponso ad nuptias regni cœlestis. Vnde dicit hic Chryso. Quòd Iudæi exituri de Aegypto expediti & præcincti agnum iussi sunt manducare, & ad eundem parati: ostendentes nobis quoniam quicunque nostri agni eucharistiam manducant: ita debent esse expediti, quasi quotidie exituri de mundo. Ad hoc ergo tendit parabola ut ad futura oculos cordis aperiamus: mala euadamus, deserendo culpam, bona promereamur, sectando iustitiam: & cum omni diligentia quotidie expectemus Domini aduentum: cuius nescimus diem neque horam. Vbi Grego. Quia post peccata Deus pœnitentiam suscipit, si sciret quisque de præsenti seculo quo tempore exiet, aliud tempus uoluptatibus atque aliud pœnitentiæ aptare potuisset. Sed qui pœnitenti veniam spondet, peccanti diē crastinum non promisit. Semper ergo extremum diem debemus metuere, quem nunquam possumus præuidere. Illa hora est nostri exitus semper intuenda: ista redemptoris admonitio ante mentis oculos est semper ponenda, qua ait: vigilate quia nescitis diem neque horam. Hæc Grego. Illi ergo qui expectant ut in ultima hora conuertantur, falli possunt: qui verò in bono perseuerant, falli non possunt.

Idem ibidem. Exod.12. & 13.

Parabolæ scopus.

Gregorius hom.12. in euang.

Omnis enim homo in eo iudicatur, in quo inuenitur: & ergo nunquam nisi in bono iudicantur, qui semper in bono inueniuntur. Igitur, ut ait Richar. debet anima perfecta, & assiduè summorum contemplationi dedita omni hora peregrinationis suæ terminum & ergastuli huius egressum, cum suo desiderio expectare: & ad illud diuinæ contemplationis spectaculum, quod in futura uita speramus, animum suum suspendere: & in ciusmodi expectatione uehementi desiderio anhelare, ut id quod interim uidet per speculum, & in ænigmate, mereatur facie ad faciem uidere.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, sponse bone: da mihi cum prudentibus uirginibus bona opera, & intentione recta facere, ac eis vigilanter perseuerare: ut paratus inuentus, ad nuptias tuas ualeam gaudenter intrare. Peto Domine ut notum facias mihi finem meum antequam ueniat: & ne me antè finiri sinas, quàm peccata mea dimittas: ut in hora exitus mei ultio diuina super me non ueniat, & potestas tenebrarum mihi non occurrat, nec noceat: sed talem me dies examinationis reddat, qualem me fons regenerationis exhibuit. Amen.*

A *De talentis & bonis, à Domino seruis traditis. Cap. XLIX.*



SVBIVNGIT secundam parabolam de talentis, quæ specialiter pertinet ad prælatos: quia licèt omnes maximè tamen prælatos inducit, ut uigilantes gratijs & donis à Deo receptis bene utantur ad Dei gloriam, & sui perfectionem, & proximi ædificationem: & fructum afferant, exemplo seruorum qui de talētis lucrati sunt: & à Domino ueniente remunerati: nec abscondant in terra, uel sudario, prædictis utendo ad mundi gloriam uel temporale lucrum, seu carnale commodum: ne ut seruus piger & torpens damnentur: ac foras extra conuentum sanctorum in tenebras exteriores, & infernales eiiciantur. Et primò circa statum prælatorum specialiter, & nihilominus aliorum describit meritum & demeritum propriæ actionis. Secundò, iudicium discretionis: ideo dicit, dico uobis ut uigiletis benefaciendo, & in bonis perseuerando, quia nescitis diem aduentus sponsi & iudicis, sicut hominis peregrè proficiscentis incertus est reditus seruis suis: spōsus enim prædictus: *sicut homo peregrè proficiscens*, secundum corpus, scilicet ad cœlestem patriam carnem nostram portans: peregrinatio enim fuit cœlum carni, uel quia à nobis non videtur in præsenti: *tradidit seruis bona sua*, scilicet quinque talenta, duo, & unum, ad fructificandum: *unicuique secundum propriam virtutem*, scilicet susceptiuam, ne quem grauaret, nec cuiquam deficeret. Et est argumentum inde, quòd Deus non præcipit impossibile: & *profectus est statim*, liberam eis potestatem operandi permittens: *abijt autem* per affectum uoluntatis *qui quinque talenta acceperat*: id est donum quinq; sensuum, & exteriorem scientiam, quinque sensibus acquisitam: & *operatus est in eis*, per exercitium exterioris operis: & *lucratus est alia quinque*, quia merita sua multiplicauit: ex creaturis creatorem, ex corporalibus spiritualia, ex temporalibus æterna cognoscēs: ac fructum ædificationis in proximis faciens: *similiter qui duo acceperat*. S. intellectū scripturarum & operationum: *lucratus est alia duo*: scilicet bonum sapientiæ à se diffundendo in proximum per uerbum prædicationis, & bonum operationis per exemplum ædificationis. *Qui autem unum acceperat*, scilicet solā intelligentiam scripturarum: *abiens fodit in terra* cupiditate terrenæ intentionis & carnalis actionis: & *abscondit pecuniam Domini sui*, sine ædificatione proximi. Gregor. talentum in terra abscondere, est accepturn

Matt.25. & Lu.19.

Impossibile non præcipitur.

Gregorius hom.9.in euangelia.

ptum ingenium in terrenis actibus implicare, & nō lucrū spirituale quærere. In his ergo tribus seruis significatur omnia genera hominum, quibus competit negociatio actiuæ uitæ: scilicet imperfecti, perfecti, & mali. Imperfecti, quia pluribus indigent, designantur in illo qui accepit quinque: perfecti, in illo qui accepit duo. Mali, in eo qui accepit unum. Illi autem duplicant talenta, qui ex eis faciunt opera bona: illi uerò absconduntur, qui ociosè uiuunt, uel ex eis tēporali tantum lucra quærunt. Examinationis iudiciū circa prædicta ponitur, cùm dicitur, *post multum temporis*, scilicet in secundo aduentu: *uenit Dominus seruorum illorum*, requirens à singulis de commisso rationem, exquirens merita, & exigens quod tradidit cum usura. Quid quisque accepit, consideret: & quod lucrū de acceptis reportet, pensēt. *Et accedens qui quinque talenta acceperat*. i. præparans se & cōfidēs de reddēda ratione: *obtulit alia quinque talenta*: *& qui duo acceperat, obtulit alia duo*: multiplicata. n. talēta sunt multiplicata merita: q̄ offerunt, cūà Deo acceptantur: *obtulit, inquam dicens: Domine quinque, uel duo talenta tradidisti mihi*: confitetur gratificè, & totum ei deputat, quia ab ipso accepit: *ecce alia quinque, uel duo, superlucratus sum*: id est multiplicata sunt merita ex gratia tua, cum usu liberi arbitrij. *Et ait illi utrique Dominus eius, Euge*, quod est interiectio gaudentis: id est, secūdum Chrysostomum. Bene sit tibi serue, per propriā humiliationem quò ad teipsum: bone, per diuinā assimilationem quò ad Deum: & fidelis, per utilem dispensationem quò ad proximum: uel *bone & fidelis*, quærens in actibus suis gloriam Domini sui, nō suā: *quia super pauca fuisti fidelis*. S. super bona uitæ presentis: *super multa te constituam*, S. bonæ uitæ sequentis de qbus Psal. dicit. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine quam abscondisti timentibus te.* Vnde Chrysostom. Pauca sunt quæ in hoc seculo nobis præstātur, multa quæ in illo seruantur. Et Hieron. Omnia quæ in præsenti habemus, licet magna uideantur & plurima, tamen comparatione futurorum parua & pauca sunt: *intra in gaudium Domini tui*: & suscipe quę nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: & bene dicit, *intra*, ut ex omni parte gaudium sursum, ex uisione Dei: deorsum, ex consideratione inferni: interius ex gloria conscientiæ: exterius, ex decore omni creaturæ. Gloriosè consummato cursu certaminis in gaudium Domini sui intrabit, qui centum milibus prædicans, uel unam animam lucratam Domino suo reportauerit: nec ideo minus gloriosè si nullam dummodo fideliter pro posse faciat quod faciendum est pro salute. Nempe miles strenuus in certamine commendatur, si constanter & legitimè certauerit: etiam si Domino suo triumphum non obtinuit: sic & doctor gentium, repositam sibi habere coronam iustitiæ gloriabatur non minus, quàm si oes quos conuerterat, in uera fide & unitate sanctæ matris ecclesiæ perstitissent. *Accedens autem qui unū talentum acceperat, ait: Domine nescio quia homo durus es*: grauiter puniens delinquentes, *metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparsisti.* Seminat Deus notitiam, in prædicatione ueritatis: spargit uirtutes, in exemplo bonitatis: metit ergo ubi semen legis uel euangelij non ministrauit & colligit ubi bonitatis exēpla in patribus ueteris uel noui testamenti non sparsit. In prælatis ēt ecclesiæ non solum requirit bona in persona propria, sed etiam in aliena: scilicet in subditis eorum: quia eorum officium est alios & maximè subditos inducere ad bonum: *& timens*, scilicet agredi altioris uitæ statum, ne ipse periclitaret quærēs salutem aliorum, *abscondi talentum tuum in terra*: hoc est non sum usus notitia mihi data propter æterna, sed propter terrena: *ecce habes, quod tuum est*: quasi diceret sufficit mihi quia tenui quod habui, nec alijs ministraui. Iste timor serui pigri, non est nisi pusilla nimitas bene agendi. Vt autem dicit Chrysostomus. Et si talentum non perdidit, reus tamen est damni: sicut qui causa seminandi semen accipiens tempore seminationis nō seminauerit, Dño suo damnū fecit: & si semen nō pdidit, quantū poterat lucrū facere si tpe oportuno seminasset. *Respōdens aūt Dominus, dixit ei: serue male*, pp calumniam respectu Dñi: *& piger*, in multiplicatione respectu proximi: *sciebas quia meto ubi non semino: multo magis ubi semino: et cōgrego ubi non sparsi*: multomagis ubi sparsi: quasi diceret, pro omissione uerit atis & uirtutum iudico illos quibus non prædicaui, nec exemplum bonitatis proposui: ergo multomagis te cui talentum notitiæ meæ ad negotiandum commisi: & ex hoc te accuso, quo te excusas. Oportuit ergo ad tuum meritum, & ad aliorum commodum: *te pecuniam meam*, id est sermonem uel legem, dare gratis ad mensam: id est ad aliorum refectionem internā: *& committere numularijs*, id est auditoribus, qui quod audiunt operantur: uel potius docere alios, qui postea alijs ministrarent: *& ego ueniens* ad discutiendum merita *recepissem quod meū est cum usura*: id est te & ipsos quos mihi acquisiuisses: hæc enim est usura spiritualis, scilicet lucrum animarum, quæ maximè placet Deo. *Tollite itaque ab eo talentum*, id est donum sibi traditum, scilicet naturalis ingenij uel notitiæ: & loquitur permisiuè, qa Dominus auferri permittit intelligentiam, uel per uitia, uel per dæmones, quando homo infatuatur in eligendo malum, uel infatuatur propter scientiæ abusum, uel nō recipit mercedem, sed pœnam, quia bona diuinitus collata non cedent malè operātibus, vel ociosis ad gloriam, sed magis ad confusionem: *& date ei qui habet decem talenta*, quia damnatio reproborum cedet ad gloriam electorum, secūdum illud: *Lætabitur iustus cùm uiderit uindictam*, ex quo patet q nō pmittit Deus fieri malū, nisi inde eliciat aliquod bonum: iusit autem potius dari illi qui habebat decem, quàm illi qui habebat quatuor: quia minus habuit qui quinque acceperat quàm qui duo: per quinque enim significatur exteriorum scientia, secundū quinque sensus: sed per duo operatio uoluntatis & intellectus: oportuit ergo illi qui habuit exteriorum scientiam, & administrationē, dari intellectum interiorum, qui per unum intelligitur talentum: *omni enim habenti*, & bene utenti *dabitur* incrementum eius quod habet *& abundabit*: habenti enim sollicitudinē ministrandi uerbum Dei, dabitur gratia *& abundabit* in efficaci doctrina. Item *habenti* charitatem, *dabitur* augmentum charitatis: *& abundabit* usque ad perfectionem. Item habenti meritum, dabitur præmiū, & abundabit: quia remunerabitur supra cōdignum. Augetur enim gratia qui laborat in ea: nam laborando meretur augeri, & ei qui reperitur in gratia dabitur gloria & abundabit: non solum de sua & aliorum glorificatione: sed etiam de impletione iustitię in malorum reprobatione. *Ab eo autem qui non habet* studium uel charitatem, & bonum doni collati usum, *& quod uidetur habere* naturali ingenio uel studio literarum, ac donum sibi collatum, *auferetur*. Item ei qui non habet fidem, ut in Deo non credenti: etiā quod uī hre. S. legis scientia, auferetur ab eo. Item ei qui

Psal. 30. Chrysosto. ho. 33. operis imperf. Hieron. in cap. 25. Matt. Gaudium salutandorum. 1. Cori. 2.

Pusillanimitas. Chrysosto. ho.53.operis imperf.

Talentum malis creditum.

Psal.57.

Habenti dabitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui in morte non inuentus fuerit in gratia, bona naturæ & gratiæ cedent ei ad pœnam. vt autem dicit Auguſt. Omnis res quæ danda non deficit: ſi habetur & non datur, non habetur quomodo habẽda eſt: & ut idem dicit, dare habenti, fuit miſericordiæ: auferre non habenti iuſtitiæ: prudẽter ergo & fideliter laborantem, ac bonum uſum in Dei munere habentem ampliori gratia Dñs donat: & ocia ſectantem, ac munere Dei nõ bene vtentẽ, eo quod dederat priuat. Vnde dicit Grego. quod quiſquis charitatem habet, etiã alia dona quæ percipit: quiſquis charitatem non habet, etiã dona q̃ percepiſſe uidebatur amittit. Deinde inutilem ſeruum talento priuatum iubet mitti tenebras exteriores. i. corporales: quia (ut ait Hier.) Dominus lumen eſt: q̃ ab eo foras mittitur, caret lumine. Exteriores tenebræ, ſunt corporis: interiores, ſunt mala animæ. Vnde Grego. Interiores tenebræ, ſunt cæcitas mentis: exteriores, æterna nox damnationis: quia ergo hîc ſponte cecidit in cæcitatem mentis, illic proijcietur in noctem damnationis. Vnde & Raban. Per pœnam in exteriores tenebra cadit, qui per culpam ſuam ſponte in interiores ceci dit: ibi coactus patitur tenebras ultionis, qui hîc libẽ ter ſuſtinuit tenebras uoluptatis. Hæc Raba. *Ibi erit fletus* proueniens ex fumo caloris: *& ſtridor dentium.* ex paſſione frigoris: uel *fletus & ſtridor dentium*, id eſt dolor mentis & corporis: & ad iſta reducitur omnis pœna infernalis. ecce quia non ſolum qui mala operatur, ſed & qui bona non facit ultima pœna punitur: poſſunt etiam per quinque talenta, intelligi bona naturæ, bona gratiæ, bona ſcientiæ, bona potentiæ, & bona opulentiæ: & dicuntur talenta, quia per bonum uſum talium poteſt homo ſibi acquirere cœleſte præmium: & aliqui habent omnia iſta à Deo collata: alij plura iſtorum: alij unum tantum. Aliqui etiam ſunt qui talenta multiplicant & geminant, bene utendo prædictis ad ſui perfectionem & proximi ædificationem: alij abſcondunt in terra, qui utuntur ad mundi gloriam & lucra temporalia. De eodem quoque Lucas ponit parabolam, de homine nobili, ſ. Chriſto: qui non ſolum ſecundum diuinitatem, uerumetiam ſecundum humanitatem ex nobili genere ortus eſt: quia ſecundum diuinitatem, Dei patris: & ſecundum humanitatem, Dauid regis filius: qui *abiit in regionem longinquam*, aſcendens in cœlum empy reũ, *accipere ſibi regnum* ſuper ordines angelorum, *ac reuerti*. ſ. ad iudicium generale, in mundi fine: & ẽt ad iudicium particulare, in cuiuſlibet hominis morte: & priuſquam illuc aſcenderet, *uocatis*, per electionis gratiam: *decem*, propter decalogi obſeruãtiam: *ſeruis ſuis*, propter obedientiam omnimodã: uel *decem ſeruis ſuis*. i. Chriſtianis & fidelibus uniuerſis: quorum uniuerſitas numero denario deſignatur, ꝓpter perfectionẽ denarij: *dedit illis* gratis decẽ mnas, i. talenta ſeu libras. ſ. ſpiritualem decalogi intellectũ: ad negociandum, donec ueniat ad iudicium: quas veniens exiget cum uſura & excreſcentia. ſecundum Bedam: Mna decem dragmis appenditur. Decem ergo mnæ centũ dragmas. i. centum libras faciunt: qua numerus perfectorũ deſignatur, & ſacræ ſcripturæ ſermo: quia uitæ cœleſtis perfectionem ſuggerit, quaſi numeri centenarij pondere fulgeſcit: uel per decem mnas intelligitur uniuerſitas donorum Dei propter perfectionem ipſius denarij. Mutuauit ergo nobis Deus aliqua dona ad negociandum, ut multiplicentur per fructus bonorum operum: quia tempus meriti eurrit uſque ad iudiciũ: de quibus quærit lucrum meritorum, redditurus cumulum præmiorum. Hoc profecto negocium, ut ait Grego. tunc uerè nos agimus, ſi uiuendo & loquendo proximorũ animas lucramur, ſi infirmos quoſq; cœleſtis regni gaudia prædicãdo in ſuperno amore roboramus, ſi ꝓteruos ac tumidos gehẽnæ ſupplicia terribiliter inſonando flectimus, ſi nulli cõtra ueritatem parcimus, ſi ſupernis amicitijs dediti, humanas inimicitias non timeamus. Hæc Grego. Vſura quippe eſt, quod ex mutuo ultra ſortem accipitur. Et certè Dñs dando nobis pecuniã ſuæ gratiæ & doctrinæ, exigit eam cum uſuris & excreſcentia. Primò, ut cùm tribuit doctrinam fidei ad credendum, exigit ut quod credis, ore cõfitearis. Secundò, ut quod confiteris, opere compleas. Tertiò, ut exauditis in lege Domini meditando, & legendo, & orando etiam alia intelligas. Quartò, ut quod cõpleueris docere non ceſſes: his enim partibus denarius uitæ fundatur æternæ. Vnde Gregorius: Inquantum uos profeciſſe penſatis, etiam alios trahere uobiſcum ſatagite: in uia Dei habere ſocios deſiderate: & ſi ad Deũ tenditis, curate ne ad eũ ſoli ueniatis. Hinc enim ſcriptum eſt: Qui audit, dicat ueni: ut qui in corde uocẽ ſuperni amoris ſuſceperit, foras etiam proximis uocem exortationis reddat: Hæc Gregor. *Accepto autem regno*, Dominus ſeruorum illorum rediens, *iuſſit eos uocari* ad ſe, ut ſciret quantum quiſq; negociatus eſſet. Et cùm primus ueniens cum mna ſua alias decem, & alter cum mna ſua alias quinq; acquiſitas obtuliſſet: congratulans ei Dominus dixit primo, *eris poteſtatem habens ſuper decem ciuitates*: alteri uerò, *& tu eſto ſuper quinque ciuitates*. i. gaudebis. ſ. tu uterq; de fœlicitate omniũ qui per tuam doctrinam uel uitæ tuæ exemplum conuerſi ſunt ad bonum. ſeruis autem bonis mnas cum lucro reportanti bus piger ſeruus mnam ſuam ſine lucro obtulit, quã in ſudario ligatũ habuit: quia molliter & delicatè uiuendo doctrinam commiſſam non enumerauit, ac gratiam ſibi datam, in hac carne laboribus & fatigationibus traditam, torpeſcens: & percepta dona ſub ocio torporis & ignauiæ abſcondit: & ſic ipſam mnã ſine operibus tanquam mortuam & ſepultam in ſudario habuit: Sudarium enim eſt pannus in quo inuoluuntur corpora mortuorum & ideo mna in ſudario repoſita, ſignat donũ Dei à bonis operibus ocioſum tanquam mortuum. Illis ergo qui de donis ſuis bene operando lucrum fecerunt, commendatis à Domino & remuneratis: pigrum q̃ in bonis operibus torpendo mnam ſuã in ſudario ligauit, reprobat Dominus & damnat, uario tamen modo ſecundũ quantitatem meriti uel delicti: quia gradus ſunt & in gaudijs & in tormẽtis. Iſte *homo peregrè profectus*. ſ. Chriſtus ad patrem aſcendens, ſecũdum Marcum, *reliquit* corporaliter *domum ſuam*. i. eccleſiam, quam tñ nunquam diuinæ potentiæ præſidio deſtituit, *& dedit ſeruis poteſtate cuiuſque operis*: quia dans fidelibus octo talenta, ſecundum Matthæum, & decem mnas, ſecũdum Lucam, tribuit eis facultatem inſiſtendi operibus bonis dimittens eos agere ſecundum libertatem ſuæ uoluntatis: *& ianitori*, q̃ ducit in domũ cęli, *præcepit uigilare* ei. ſ. qui prædicat, & præeſt: cui dr, ſi nõ an nunciaueris iniquo iniquitatem ſuã, ſanguinem eius de manu tua requiram. Vnde Beda Ianitori autẽ præcepit ut uigilaret: quia ordini paſtorum commiſſæ ſibi eccleſiæ iubet curam impendere: non ſolum autẽ rectores eccleſiæ, ſed omnes uigilare præcipimur, ianuas cordiũ cuſtodientes ne antiqui hoſtis mala ſuggeſtio intret, ne nos Dominus dormientes inueniat.

Auguſtin. cap. 1. li. 1. de doctrina Chriſtiana.

Gregorius hom. 9. in euangelia.

Hieronym. in cap. 25. Matth.

Gregorius lib. 9. moral. c. 46.

Hominis nobilis parabola.

Beda in c. 19. Luca.

Gregorius epiſt. 39. lib. 2.

V ſuraquid eſt.

Ezech. 3. Beda in c. 19. Luca.

Hæc

Hæc Beda. Ianitor etiam eſt ratio, quæ debet eſſe uigil ad claudendum oſtium conſenſus, diabolo: & ad aperiendum Chriſto: qui ad oſtium pulſat, quando ad bonum inuitat. Negociemur ergo fideliter de bonis naturæ, gratiæ, & fortunæ nobis datis: quia de omnibus rationem reddemus. Fugiamus pigritiam: quia piger locum diabolo præparat: & ocioſus quaſi puluinar eſt diaboli, in quo requieſcat. Omnibus quoque modis quibus poſſumus noſmetipſos emendando, uel alios adiuuando, talentum Dominicum erogare, & erogando multiplicare ſtudeamus: utpote de quo in diſtricto iudicio rationẽ reddituri ſumus: nec ſe aliquis ab hac negociatione excuſare poterit: quia nullus eſt qui talentum non acceperit. Vnde Gregorius: Sciendum uerò eſt, ꝙ nullus piger ab hac talenti acceptione ſecurus eſt: nullus namque eſt qui ueraciter dicat talentum minimè accepi, non eſt unde rationem ponere cogar. Talenti enim nomine cuilibet pauperi etiam hoc ipſum reputabitur, quod uel minimum accepit: alius namque accepit intelligentiæ donum prædicationis miniſterium debet ex talento: alius terrenam ſubſtantiam accepit, erogationem talenti debet ex rebus: alius didicit artem qua paſcitur, ipſa ars ei in talenti acceptione reputatur: alius familiaritatis locum apud diuitem meruit, talentum profectò familiaritatis accepit: habens igitur intellectum, curet omnino ne taceat: habens rerum affluentiam, uigilet ne à miſericordiæ largitate torpeſcat: habens artem qua regitur, magnopere ſtudeat ut uſum atque utilitatem illius cum proximo partiatur: loquẽdi locum apud diuitem habens, pro pauperibus intercedat. Tantum quippe ab unoquoque noſtrum uenturus iudex exigit, quantum dedit. Conſideremus ergo quæ accepimus, atque in eorum erogatione uigilemus: nulla nos ſpirituali opere terrena cura impediat, ne ſi in terra talentum abſconditur, talenti Dominus ad iram prouocetur. Vnde Auguſtinus: Vnuſquiſque quod habet præſtet alteri; quicquid plus habet largiatur inopi. Alius habet pecuniam: paſcat pauperem, ueſtiat nudum, ędificet eccleſiam, operetur de pecunia quicquid boni poteſt. Alius habet conſilium: regat proximum, pellat tenebras dubitationis luce pectoris. Alius habet doctrinam: eroget de cellario Domini miniſtret conſeruis cibaria, confortet fideles, reuocet errantes, quærat perditos, quantum poteſt faciat. Eſt quod ſibi erogent pauperes: alius claudo pedes accommodet, alius cæco ſuos oculos duces prębeat, alius uiſitet infirmum, alius ſepeliat mortuos ſunt iſta in omnibus, ut prorſus difficilè inueniatur aliquis qui non habeat unde aliquid alteri præſt: & illud extremum & magnum quod ait apoſtolus, *Inuicem onera ueſtra portate, &c.* Vnde etiam Chryſoſtomus, omnia inferamus ad proximorum utilitatem: talenta enim hæc ſunt uniuſcuiuſque uirtus, ſiue in præeminentia, ſiue in pecunijs, ſiue doctrina, ſiue in qualicunque tali negocio: nullus dicat quoniam unum talentum habeo, & non poſſum facere: poteſt & per unum approbatus eſſe: non enim es uidua illa pauperior, non es Petro & Ioanne ruſticior, qui & idiotæ & illiterati fuerunt: ſed tamen quoniam deſiderium monſtrauerunt, & ad commu nem utilitatem omnia fecerunt, cœlos apprehenderunt: nihil enim eſt ita Deo amicum ſicut ad communem utilitatem uiuere: propter hoc ſermonem nobis dedit Deus, & manus, & pedes, & corporis uirtutem, & intellectum, & ſenſum: ut omnibus his ad noſtram ipſorum ſalutem, & ad proximorum utilitatem utamur: non opus eſt multis hic nobis ſermonibus, neque longa circumitione. Inſtat enim beatus Paulus ratiocinium ferens & dicens, diſſolui & cum Chriſto eſſe melius eſt: manere autem in carne, magis neceſſarium eſt propter uos: & ei qui ad Chriſtum erat diſceſſioni, præpoſuit proximi ædificationem. Hoc enim maximè eſt eſſe cum Chriſto, uoluntatem eius facere: uoluntas autem eius nihil eſt ita, ſicut quod expedit proximo: Si enim in ſecularibus nullus ſibiipſi uiuit: ſed & artifex, & miles, & agricola, & negociator ad id quod communiter expedit ſunt, & ad quod proximo prodeſt conficiunt uniuerſi, multomagis in ſpiritualibus hoc oportet facere: hoc enim maximè eſt uiuere. Qui ſibiipſi uiuit ſolum, & omnes deſpicit, ſuperfluus eſt, & neque homo, neque generis noſtri. Hæc Chryſoſtomus. Ex prædictis uidetur quòd aliquis fidelis in charitate manens, qui abſque ſuo ſcandalo utilis eſt, uel eſſe poteſt proximis quo ad uitam æternam, peccat mortaliter ſi ſe transfert ad eremum, uel monaſterium, ubi alios non inſtruit uerbo uel exemplo, nec curam quam poſſet & deberet circa proximos, gerit: quia ita abſcondit talentum, & eſt ſeruus piger: de infirmis enim non loquimur, qui de facili ſcandalizantur: quia eis eſt tutum fugere conſortium prauorum, & laqueos diaboli. Sed econtra uidetur quia prælulet actiuæ contemplatiua: Dominus enim dicit Marthæ, *Mariam optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Et Hieronymus in pluribus locis epiſtolarum ſuarum uſque adeo præfert actiuæ cõtemplatiuam, ut uiros religioſos, & multis utiles uocet ad eremum, quaſi nihil boni in mundo agerent, habito reſpectu ad uitam monachorum & anachoritarum. In his ergo uidetur neceſſarium ut quiſque uires ſuas conſideret, & ad quod opus ipſe ſit aptior penſet: ſi enim ad contemplatiuam habilior, & ad ornandum deuotior, tutè ſe transferat ad eremum, oraturus pro ſe & alijs: & ita plus proderit eis in eremo pro ipſis orando, quàm in mundo eis prædicando: nec abſcondit pecuniam Domini ſui in terra, ſed in Domino: licet non prædicet: quia talenta orationis & deuotionis, in quo amplius ualet, & meliorem ſe ſentit, omnibus erogat: nec piger dici debet qui totus in ſancta deuotione & oratione, ieiunio, uigilia, & fletu eſt: ueruntamen ſiquis uideret gregis ſibi commiſi periculum imminere, & nullum idoneum in curam gregis ſibi ſucceſſurum, periculum eſſet gregem deſerere, & ad eremum ſe transferre: licet habilior ad orandum ſit, dummodo de ſuo ſcandalo non præſumat: prælatus quidem qui idoneus eſt ad prædicandum, & plures inſtruere poteſt: ac ſibi & alijs in tali officio utilis eſt, talis fraternam charitatem non obſeruat ſi populũ ſibi commiſſum relinqueret, & ſe ad eremum transferret: cùm utilior in agro prædicationis, quàm in eremo eſſe poſſit in his uerò quemque in charitate manentem Spiritus ſanctus intus docebit, quid ei melius faciendum ſit, & ſolliciti circa hæc inquiſitoris quæſtioni ſatisfaciet.

Philip. 1. Cum Chriſto eſſe.

Luca 10. Hieronym. epiſto. ad Paulinum ad Ruſticũ & ad Nepotianum tome 1.

Auguſtin. ſerm. 22. de uerbis Apoſtoli.

Galat. 6. Chryſoſtom. hom. 79. in Matt.

ORA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, qui nobis tua dona misericorditer tradidisti: monens ut vigilātes & sollicitè agentes ex eis fructum afferamus, da nunc indigno seruo tuo de donis à te receptis vigilanter negociari, & ea per fructus bonorum operum multiplicare: eisque ad tui gloriam, proximi ædificationem, & mei perfectionem sic bene uti, ut cum seruis tuis bonis et fidelibus merear remunerari, ac te iubente intrare gaudium sælicitatis æternæ, & suscipere quæ præparasti diligentibus te, bone Iesu. Amen.

De uentilatione areæ in extremo iudicio.
Cap. L.



Matt. 25. POSTREMÒ ponit tertiam parabolam, quæ pertinet ad actiuos, quorum est se exercere in actibus misericordiæ, pro quorum exercitio uigilantes in talibus remunerabuntur: desistentes autem à talibus, condemnabuntur: & describit uentilationem areæ, quæ fiet in extremo iudicio, ac modum ipsius diuini iudicij. De hoc euangelio dicit Augustin. Si quis esset qui de tota sacra scriptura nihil aliud sciret nisi solummodo lectionem istā præsentem, hoc solū sibi sufficeret ad salutē: quia continentur hic merita & demerita, præmia & supplicia bonorum & malorū: cōditiones autem iudicis in hoc aduentu secundo ponit, per oppositum conditionum eius in aduētu primo. Venit.n. primò in humilitate, apostolorū paupe rum societate, & propria infirmitate. Secūdò ueniet in maiestate angelorū societate, & iudicis dignitate. *Veniet ergo filius hominis*, scilicet uirginis ad iudiciū, *in maiestate sua*: qa tunc iudicaturus apparebit in forma hominis gloriosa, qui in primo aduentu iudicandus apparuit in forma passibili & infirma. Vnde Remigius: In maiestate deitatis iudicaturus aduenit, qui in humilitate serui iudicandus apparuit: itaque tradendus in proximo cruci, promittit gloriam triumphantis: ut secutura scandala hac promissione compensaret, & ut melius illa paterētur discipuli, & libentius sub tantæ gloriæ expectatione. Vnde & Chrysostomus: *Deus manifestè uenit*: manifestè inquit, non iam cælatus in corpore sicut antea: ut uix eum etiam boni cognoscerent, sed manifestus in gloria, ut ēt mali eum confiteantur inuiti: ut qui contempserunt eū in humilitate, cognoscant eum in potestate: & qui scire noluerūt quàm dulcis est misericordia eius, sentiant quàm grauis est ira ipsius. Hæc Chrysostom. In forma ergo humana ueniet, ut ab omnibus uideri possit: si enim in forma diuina ueniret, non posset uideri à malis: quia talis uisio non est sine delectatione maxima, quæ tunc non competit eis: & ideo dicit *cum uenerit filium hominis*, in famulatu autē eius uenient omnes angeli eius cum eo, propter iudicis honorem, & tanquā testes actuum humanorum, & executores sententiæ ferēdæ per ipsum. Vnde Chry. Omnes enim angeli cum ipso aderunt, testantes & ipsi quantum administrauerunt missi à dominatore ad salutem hominum, *Tunc sedebit super sedem maiestatis suæ*: id est in ecclesia, in qua apparebit cum omnipotentia sua: per quod significat potestatem iudiciariam quæ Christo homini est data: *& tuae congregabuntur ante eum*, tanquam ante iudicem suum, *omnes gentes*: omnis temporis, omnis conditionis, omnis ætatis: quia nullus poterit tunc latere uel se abscondere. Vnde Chrysostomus. Vbi illuminatio euangelij ad omnes gentes prædicata peruenit, tunc omnes gentes inexcusabiles factæ sunt: & ideo tunc iustè ad iudicium congregabuntur omnes. *Et separabit eos ab inuicem*, scilicet bonos à malis, *sicut pastor segregat oues ab hœdis*: de die sunt simul in pascuis oues & hedi, sed in uespere pastor eos segregat: sic in uita præsenti sunt in ecclesia simul boni & mali: sed in uespere mortis, seu mundi, separabit Christus bonos à malis, sicut oues ab hœdis. Separabit, inquam, merito omnia merita discernēda loco: loca uaria assignando, uocabulo diuersis nominibus appellando hos hœdos, illos oues. In ouibus intelligitur innocentia bonorum: propter simplicitatem, mititatem, fœcunditatem. In hœdis intelligitur peruersitas malorum: propter fœditatem, impetuositatem, sterilitatem. Vnde Chrysostomus: Deinde à nominibus uniuscuiusque modum ostendit, hos quidem hœdos uocans, hos autem oues: ut horum quidem infructificationem ostendat: nullus enim ab hœdis fructus fit, horum autem multum quæstum: etenim multus ouium est quæstus, & à lana lacteque, & ab his quæ parturiuntur, à quibus uniuersis desertus est hœdus. Et iterum: Oues, homines iusti, propter mansuetudinem, quia ipsi neminem lædunt: & propter patientiam, quia cùm ab alijs læsæ fuerint, sustinent: hœdos autem homines peccatores dicit: quia in capris hæc naturaliter insunt uitia, libido præ cæteris animalibus, superbia, rixa, inuidia, concupiscentia, gulæ, & clamoribus super omnia garrulæ, in omnibus his uitijs peccatores abundant, & ideo hœdis sunt assimilati. Hæc Chrysostomus. *Et statuat oues*, seu bonos, *à dextris* suis, *hœdos autem*, seu malos *à sinistris*. In ipsa positione dextræ & sinistræ, iam ex tunc utraque pars cognoscere poterit cui misericordia, & cui miseria immineat. Vnde Chrysosto. Iustos quidem ad dexteram constituet, peccatores ad sinistram: ut unusquisque meritorum suorum conditionem ex ipsius loci qualitate cognoscat. Meritò iustos ad dexteram collocabit, quia nunquam cognouerunt sinistrā. merito impios ad sinistrā, quia nunquā cognoscere uoluerūt dexterā partē. Vias.n. quæ à dextris sunt, nouit Dominus: peruersæ autem sunt quæ ad sinistram sunt: & iterum à sinistris, sunt qui quærunt temporalia: à dextris, qui quærunt æterna. Vnde & Remigius, in dextris æternæ beatitudinis confirmabuntur, qui amauerunt æterna: in sinistris æternæ miseriæ, qui cupierunt præsentia. Nā & ipsa transitoria Dei dona, respectu æternorum, dicuntur esse sinistra: æterna uerò in dextera, quia sunt potiora. Hinc est illud. Cor sapientis in dextra eius, & cor stulti in sinistris illius. *Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt*, id est bonis (hîc non dicit, filius hominis, sicut suprà: sed, rex: ad cuius apicem pertinet subditos regere, leges condere, transgressores legis punire, & obseruatores præmiare: quod tunc apparebit manifestè. Tunc non quæret Pilatus, *ergo rex es tu?* tunc non dicent Iudæi, *non habemus regem nisi Cæsarem*. Dicet inquam, rex, *uenite benedicti patris mei*, id est, à patre meo, qui à patre benedictionem gratiæ accepistis: quia non nisi benedicti primò per gratiā & meritum uocantur ad beatitudinem æternam & præmium: non dat enim Deus pacem pectoris: uel, secundum Rabanum, dicuntur benedicti, quibus ꝑ bonis meritis debetur æterna *benedictio*: *possidete*, & æternaliter tenete, *paratum uobis regnum cœlorum*: locum sanctorum, *à constitutione mundi*. Vbi Chrysostomus, antequam enim uos nasceremini, ait, hæc uobis præparata sunt & præaptata: quia uidi uos tales futuros, secundum Remigium, rex regum sine strepitu uerborum loquitur: id est manifestabit conscientias & merita, dicetque per collationem gloriæ: uenite, beneficio patris mei promoti ad obtinēdum regnum uitæ, prædestinatum uobis à constitutione mundi. Hæc Remigius. Ante mundi constitutionem paratum fuit perprædestinationem: à constitutione mundi, per creationem: ab ascensione, per apparitionem. Attende hic dulcissimam inuitationem Domini, cùm dicit: uenite benedicti patris mei: ò quàm fœlices & beati qui hoc dulce inuitatorium ad se directum meruerint audire, & à Domino inuitati regnum eius percipere: frequentemus ergo nunc & cantemus deuotè inuitatorium ecclesiæ dicentes: Venite exultemus Domino: ut tunc cum electis mereamur audire inuitatorium domini, & regnare sine fine cum eo. Et commemorabit dominus sex opera misericordiæ, in se capite & in membris suis propter eum facta: quæ sunt, pascere esurientem, potare sitientem, collocare hospitem, uestire nudum, uisitare infirmum, consolari uinculatum: & per hæc intelligitur septimum, quod est in Tobia. Sepelire mortuos. Vnde uersus.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Et secundum quosdam non erit aliud hæc commemoratio: nisi quia omnes scient merita sua, pro quibus saluabuntur uel etiam damnabuntur. Vbi Chrysostomus: Putas quanto gaudio extolluntur sancti, quando in conspectu omnium angelorum quod fecerunt hominibus fatetur se accepisse, nam tale uidetur opus eorū nō quale datum est: sed qualis persona illius est qui accepit. Hæc Chrysosto. Sed iusti, quasi laudem fugientes, interrogabunt, quando hæc sibi fecerint. secundum Remigium: In conscientijs suis ita respondebunt, non dubitantes uel diffidentes de uerbis domini: sed uel stupentes pro magnitudine maiestatis regis, uel quia paruum uidetur eis omne bonum quod fecerunt comparatione præmij. Vnde Apostolus: *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis*: Vnde Chrysostomus: O humilitas, quæ ne post mortem deficies. Homo enim malus etiam falsis honoribus delectatur, uir autem bonus etiam sibi debitam laudē fugit: sic & sancti debitam sibi laudē repellentes dicent, quando te uidimus esurientē? Hæc Chrysost. *Et respondens rex, dicet illis: Amen dico uobis, quandiu*, id est, eo & quanto tempore *feciſtis*. i. opera misericordiæ exhibuistis, *uni de his fratribus meis minimis: mihi fecistis*. Fratres sunt, quia fecerunt uoluntatem: patris minimi uerò, quia fuerunt humiles & abiecti. Vbi Chrysostomus: O bonitas Christi: quandiu in corpore cōtemptibili erat in mundo, fuerat uerisimilis ratio, ut propter simili tudinem uisionis fratres suos homines appellaret: quid autem dicamus, quod in illa gloria constitutus, adhuc contentus est eos dicere fratres, quibus sufficeret ad laudem si uel bonos seruos illos uocaret. Et iterum: propter hoc enim sunt fratres: quia humiles, quia abiecti & contemptibiles: hos enim tales maximè in fraternitatem uocat. Vnde & Augustinus. Minimi ergo qui sunt Christi, hi illi sunt qui omnia dimiserunt & secuti sunt eum, & quicquid habuerunt pauperibus distribuerunt: ut Deo sine seculari compede expediti seruirent, & ab oneribus mundi liberos uelut pennatos sursum numeros tollerent. Hi sunt minimi: quare minimi? quia humiles, quia non elati, non superbi. Apprehēde minimos istos, & graue pōdus inuenies. Hæc Augustinus. Christus itaq; in esurientibus esurit, in sitientibus sitit, in infirmis ægrotat, & in alijs similiter patitur: magna ergo reuerētia suscipiēdi sunt minimi pauperes Christi: cum magna ueneratione seruiendum est eis, siquidem Christus in eis suscipitur & honoratur. Vnde Gregorius: Ad tribuendum ergo pigri cur estis, quando hoc quod iacenti in terra porrigitis, sedenti in cœlo datis? Hæc præmissa sunt opera misericordiæ, ad corporis miserias pertinentia: ad animas uerò spectat, ut esurientem & sitiētem iustitiam pane uerbi Dei reficias, & potu sapientiæ refrigeres: errantem per hæresim uel per peccatū in domum matris ecclesiæ Dei reuocces: innocētem à malis protegas: nudum à bono opere, uirtutibus ornes: infirmum in fide, corrobores: tribulatione seu carcere tristitiæ oppresso subuenias compatiendo, uel consolando: qui enim hæc facit, ueram dilectionem & charitatem adimplet: & hæc maiora sunt quàm alia præmissa: quia ut ait Gregorius, plus est uerbi pabulo uicturam in perpetuum mentem reficere, quàm uentrem morituræ carnis terreno pane saciare. Vnde Chrysost. si hæc omnia corporaliter corporibus Christi ministrare magnæ beatitudinis est, quæ omnino post modicū sunt peritura: putas quantæ beatitudinis est, hæc omnia spiritualiter animabus periclitantibus ministrare, quibus uiuificatæ possint uiuere in æternum. Quanto melior est anima quàm corpus, tanto meliora sunt, quæ ad salutem animarū quàm quæ ad sustentationem corporum ministrantur. *Tunc dicet rex & his qui à sinistris eius erunt*, id est reprobis: qui sinistra, id est, temporalia quandiu uixerunt ardenter amauerunt. *Discedite à me*. O infœlix discessio. O dura separatio. O miserabilis conditio: quia à me fonte uitæ indeficientis, à me lumine gloriæ beatificantis, à me torrente uoluptatis innundātis, à me plenitudine ubertatis inebriantis, *maledicti*, primò maledictione culpæ, sed modo maledictione pœnæ æternæ: *in ignē æternum*, sine fine uos arsurū: *qui paratus est diabolo & angelis eius*, ut q̄bus colligati fuistis in culpa, sociemini in pœna. O cōsortiū malū horribile qdē ad imaginandū, horribile amplius ad uidēdum: sed adhuc horribilius ad cohabitandum: non portastis, inquit, clauem crucis: ideo in regnum nō intrabitis: nō nauigastis in naue crucis, ideo ad portum non peruenietis: sed pœnam damni & sensus habebitis. Dum mali permixti sunt bonis, uidentur esse cum Deo: sed tandem discedent ab eo, & mittentur

Augustin. Euangelij huius utilitas.
Chrysosto. ho. 54. operis imperf.
Idem homil. 80. in Matt.
Chrysosto. hom. 80. in Matt.
Dextera & sinistra. Idem ibidem.
Idem ho. 54. operis imperfe.
Ecce. 10. rex Christus.
Ioan. 19. Benedicti. Rabanus & cap. 25. Matt.
Benedicti. Rabanus in cap. 25. Matt. Chrysosto. hom. 80. in Matt.
Chrysosto. hom. 80. in Matt.
Roma. 8.
Chrysosto. ho. 54. operis imperf.
Opera misericordiæ.
Idem ibidem. Bonitas Christi ēt in iudicio.
Augustin. ser mo. 350. de uerbis Domini.
Gregorius hom. 29.
Chrysosto. hom. 80. in Matt.
Discessio. à Deo.
Consortiū diabolicū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur in ignem æternum: nec uidebit impius gloriam Dei. *Discedite*, inquit, qui adhuc commixti fustis bonis in mũdo, à mea facie ab omni mea misericordia, ab omni gloria: *maledicti*, sed non addit patris mei: q̃a ex patre est benedictio, ex nobis uerò maledictio.

Chrysostom. ho. 54. operis imperf.

Vbi Chrysostomus, quasi qui non sufferat præsentiã illorum uel aspicere: sic dicit, *discedite à me*: nã Deus qui in sanctitate delectatur animarum, peccatrices animas aspiciens quasi grauatus non suffert: tanquã si dicat eis, quasi putredo & spurcitia estis: nec tãdiu nos sustineo, quandiu statis in iudicio meo. Et iterũ Ite maledicti, non à patre meo: neque ipse eos maledixit, sed propria opera: *in ignem æternum, qui paratus est*, non uobis, sed *diabolo & angelis eius*: quia uerò uosipsos in ignẽ misistis, uobisipsis reputate: sed ne unquam hæc patiamur ò unigenite fili Dei scilicet faciem illam mansuetã uidere auersam à nobis & tranquillum illum oculum non ferentem uidere nos, neque accipiamus aliquam experientiam illius pœnę incurabilis: scilicet excidere à regni gloria, & comburi in gehenna. De hac etiam exclusione & separatione sic dicit idem Chrysost. Ponamus illud ante oculos, quanti doloris est excludi & proijci à regno cœlorũ, quod (ut mihi uidetur) ipsa grauius est gehẽna: nã & si ille ignis non arderet, & immortalis illa pœna non esset parata, hoc solum quòd alieni efficimur à Christo, & excludimur à bonis æternis nonne omni pœna cruciabilius diceretur? Hæc Chrysostomus. Et commemorabit iudex opera misericordiæ prædicta, ab ipsis reprobis sibi non facta: sed reprobi quasi se excusantes respondebunt & interrogabunt, quando hæc sibi non fecerunt. Verùm, ut ait Rabanus, & si se excusare satagunt, tamen Deum fallere non possunt, unde respondit illis dicens: *quandiu non fecistis uni ex minimis his, nec mihi fecistis*. Augustinus: Christus caput est ecclesiæ, corpus eius ecclesia: in nostro corpore caput suesum est, pedes in terra. In aliqua constipatione hominum, quando aliquis tibi pedem calcat, nõne dicit caput calcas me? quomodo ergo lingua, quam nemo tangit, dicit calcas me: sic Christus caput quem nemo calcat, dicet: *Esuriui, & non dedistis mihi manducare. &c.* Vbi Chrysostomus, Et uide qualiter leuia iniungit: non enim dicit, in carcere eram, & non eripuistis me: infirmus, & non curastis me: sed non uisitastis, & non uenistis ad me. In esuriendo etiam non petit mensam preciosam: sed necessarium cibum. Omnia ergo sufficientia sunt ad pœnam, primò quidem, facilitas petitionis: panis erat. Secundò, misericordia eius: pauper enim erat qui petebat. Tertiò, comparatio naturæ: homo enim erat. Quartò, desiderium promissionis: regnum enim promisit. Quintò, dignitas eius qui accipiebat: Deus enim erat q̃ per pauperes accipiebat. Sextò, superabundantia honoris: quoniam dignatus est ab hominibus accipere. Septimò, iustitia dationis: ex suis enim à nobis accipit: sed contra uniuersa hæc homines per auaritiam excæcantur. Hæc Chrysostomus. Et reuera per auaritiam homines ad opera misericordiæ excæcantur, & ad ea duri & quasi insensibiles reddunturː sicut enim charitas quæ directè opponitur auaritiæ, uult omnibus subuenire & benefacere: sic auaritia suadet à talibus abstinere, & non operibus misericordiæ intendere. Suggerit enim quasi consulendo ipsi misero quem possidet, ut de talibus non curet: quia tantũ constaret, & tantũ damnum inde reciperet. Hic siste tu miser auare, qui alijs in necessitate positis non curas succurrere, & maximè tu crudelis præsidens seu prælate, & specialiter religiose: qui infirmis tibi commissis de ministris & custodibus, uel quibuscunque alijs necessarijs non studes prouidere: attende & uide, quia hoc terribile iudiciũ in quo de operibus misericordiæ disceptatio fit, tibi specialiter imminet: quia præcipuè immisericordes arguet iudex & punietː tunc audies correptiones durissimas, quibus non poteris contradicere: qui modo abijcis monitiones mollissimas quibus non uereris repugnare, tunc erit hora tua qua tibi instabit horrẽda miseria, ut cum maledictis eas in ignem æternum diabolo & angelis eius paratum. Illuc perges derelictus à cura & custodia diuina, qui hìc tuos infirmos dereliquisti sine cura & custodia humana: & tunc nihil eorum quæ contra charitatem seruasti, & necessitatibus indigentium crudeliter subtraxisti, te à miseria liberabitː sed tua crudelitas te sine fine immaniter cruciabit. Tunc boni poterunt contra te sumere parabolam, & dicere ad exaggerandum tuam miseriam, Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? cessauit exactor, quia talis necessaria subtrahendo quasi exactionare eos uidebaturː quieuit tributũ, q̃d alij defectum patiẽdo, quasi soluere cogebantur: q̃d tibi miser tũc proderit tua crudelitas & auaritia, pro qua habebis pati tãta & talia sine fine mãsura? tũc per pœnã, sed nimis tardè aperiẽtur oculi tui, qui modo per auaritiam contra opera misericordiæ sunt excæcati: & tunc sola uexatio dabit intellectum, qui modo circa uexatos habes cor induratum. Hæc pauca ò auare, impie, crudelis, & dire tyranne diligenter attende: & dũ adhuc uales te emendare, stude ut mala perpetua possis Deo auxiliante euadere. amen. Sufficiẽtia aũt prędictorũ operũ misericordię, hoc modo accipitur: homo enim in uita præsenti primò indicet ex parte corporis alimento, sine quo non potest esse: scilicet cibo & potu: & sic est duplex opus misericordig scilicet pascere esurientem, & potare sitientem. Secundò, indiget alimento, sine quo non potest bene esse: scilicet indumento & domicilio: & sic iterum est duplex opus misericordiæ, scilicet uestire nudum, & & colligere uel recipere hospitem. Tertiò, indiget post uitam istam sepultura: & sic est quintum opus misericordiæ: scilicet sepelire mortuos. Ista autem quinque prædicta, sunt omnibus cõmunia. Alia sunt duo opera misericordiæ, quæ impenduntur alicui ex aliquo accidente superueniente: ut si aliquis in currat infirmitatem, uel capiatur ab hostibus, & sic accipiuntur duo opera misericordiæ, quæ sunt uisitare infirmos, & redimere captiuos. Et nomine redemptionis intelligitur omne beneficium eis impẽsum. Ista autem septem impensa fidelibus propter Christum, reputat ipse Christus sibi facta, & econtrariò fidelibus denegata: quia sibi reputat denegata. Fideles sunt eius membra, ꝓpter quod facientibus opera misericordiæ, reddit uitam æternam: denegantibus autem ea, reddit pœnam. Aduertendum tamen quòd cùm dicitur: *Domine quando te uidimus esurientem, &c.* non est quæstio procedens ex ignorantia: quia iusti cognoscent quòd opera misericordiæ facta membris Christi, ipse sibi reputat fieri: & pro talibus se saluari: & similiter mali scient se pro cõtrario damnariː sed & quæstio admirationis, pro magnitudine gratiæ quæ fiet electis, & pro magnitudine miseriæ quæ infligetur reprobis. Sic itaque iudicium sine misericordia fit ei qui non fecit misericordiam. Quid ergo merentur qui aliena rapiunt, si æternaliter damnantur qui de suo non dederintˀ si talia sustine-

Rabanus in cap. 25. Matt.

Augustin. Quomodo Christus membris sit.

Chrysostom. hom. 80. in Matt.

Dolor ex sententia iudicu.

Auaritia excæcat.

Contra auaros.

Quæstio admirationis.

Iacob. 2.

stinebunt immisericordes, qualia passuros putamus crudeles? Vnde Chryso. Ex loco sciendum est, quòd non tantum pro eo q̃ peccauerunt homines condẽnandi sunt: sed etiam pro eo bene non faciunt: si autẽ pro eo quod bene non faciunt sic condemnantur, putas quales pœnas exoluent pro eo quod peccant? & dignè: Deus enim hominem ideo fecit ut benefaciat, & ad gloriam Dei pertineat: non ideo tãtum ut non peccet, nam si non faciat bonum, nec est causa qua creatus est: sine dubio enim si creatus non fuisset peccatum non fieret super tetram: nam qui intelligit mysterium diuinæ dispensationis, quare factus est homo cognoscit: quia meritò quasi peccans cõdemnetur qui iustitiam non facit. Hæc Chrysostomus. sicut autem melius est opera misericordiæ circa animam, quàm circa corpus facere sic peius est ea circa animã quàm circa corpus negligere. Vnde Chryso. Si hæc corporaliter corporibus non præstare impietatis est, quæ & si accipiũt ea nõ possunt uiuere semperː putas quantæ impietatis est hæc omnia spiritualiter animabus periclitantibus nõ ministrare, quæ poterant uiuere in æternum si hæc eis ministrata fuissent? quantum enim melior est anima q̃ corpus, tãto grauius est peccatũ animabus laborantibus spiritualeis eleemosynas non præstare, q̃ corporibus corporales. In ecclesia ergo non solum sunt pauperes corporaliter esuriẽtes, aut debiles corporaliter, aut peregrini secũdũ corpus: sed ẽt spiritualiter pauperes sine cibo iustitiæ, sine potu agnitionis Dei: sine uestimẽto Christi, maximè taliter pauperes sunt qui corporaliter uidenẽt diuites esse: q̃m plerũq; in abundãtia rerũ inopia iustitiæ inuenitur. Sunt peregrini in hoc mũdo: sunt debiles animo, sunt mente cæci, inobedientia surdi, & cæteris passionibus spiritualibus ægrotãtes: quorum animæ omnem escã spiritualem abominantes appropinquauerunt usque ad portas mortis. Qui ergo habet non unde faciat eleemosynas corporales, faciat spirituales: ex gratia uerbi quam accepit à Deo, & inuenit retributionem dignam à Christo, q̃ omnia tam corporalia quàm spiritualia data quasi in se facta commemorat, quæ cũ hominibus fiunt: hæc diximus ut sciant doctores & quantum beatitudinis sibi acquirant, si diligentes fuerint circa uerbum: & quantũ dãnationis, si fuerint negligentes. Hæc Chrysostomus. *Et ibunt hi* scilicet reprobi, in supplicium æternum, *iusti autem in uitam æternam*. Vnde Chrysostomus: Propter hoc utique & hi iustè puniuntur & illi coronantur, & si decem milia bona fecerint: gratiæ enim hæc est munificentia pro tam paruis & uilibus cœlum tantum & regnum, & tam magnum eis dari honorem. Hæc Chrysostomus. Aeternum est ergo suppliciũ malorũ, & similiter præmium bonorum: sicut enim peccata actualia transeunt actu, & remanent reatu: ita bona opera transeunt actu, & remanent merito. Vnde Hiero. Prudens lector attende, quòd & supplicia æterna sint: & uita perpetua metum deinceps non habeat ruinarum. Et notandum quòd potius fit disceptatio de operibus misericordiæ, quàm de operibus iustitiæ: cùm tamen magis teneamur ad opera iustitiæ: quia opera misericordiæ faciliora sunt: quia natura ad hæc inclinat, & ideo magis arguenda ubi deficiunt, & minus remuneranda ubi assunt. Et ergo si ista remunerantur, & alia: item potius arguit de omissione, quàm de commissione: cùm tamen maioris criminis sunt commissa: & ideo magis arguenda: quia puniẽdo quod minus est, innuit amplius faciendum de maioribus. Si enim omissa arguit, multoplus commissa: item magis arguit de peccatis in proximum, quàm in Deum: quia si peccata in proximum cõdemnantur, multomagis peccata in Deum: ut blasphemia & idololatria. Item cùm septem sint opera misericordiæ: unum, scilicet sepulturam mortuorum, de qua intantum Tobias commendatur, omittit: quia minus est necessaria inter cætera opera misericordiæ. Item cùm sit misericordia corporalis & spiritualis, potius defectum arguit operum corporalium, quàm spiritualium: quia opera corporalia sunt euidentiora, uel per hoc etiam significantur illa. Potest autem quæri utrum illa discretio & sententia erit uocalis, uel mentalis tantum: & uidetur quòd uocalis: quia, ut dicit Augustinus per quot dies hoc iudicium tendatur, incertum est: sed si mentaliter fieret tantũ, statim expediretur: Ecõtra, quidam dicunt quòd iudicium erit mentale, & non uocale, aliter multo tempore protenderetur. Vnde Sapiens: *Disrumpet illos inflatos sine uoce*: alij dicunt: quia & mentale erit interius, uocale exterius: quia iudicabit Christus non tantum ut Deus, sed ut homo: ideo eius iudicium erit non diuino modo tantum, sed humano. Ex hoc autem maius gaudium sensibile bonorum, & maior dolor sensibilis reproborum erit: unde non frustra erit hoc, sed utiliter sicut & corporalis apparitio hominum. Huic opinioni adhærendo dicendum ad obiectum, quòd disrumpet illos sine uoce excusationis sufficientis, uel appellationis: sed nõ sine uoce disceptationis generalis. Vnde Augustinus: Quære causas uel tantæ mercedis, uel tanti supplicij: percipite regnum: &, ite in ignem æternũ. Quare illi percepturi regnum? Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Quare isti ituri in ignem æternum? Esuriui enim & nõ dedistis mihi manducare. Quid est hoc rogo? uideo de his qui percepturi sunt regnum: quia dederunt tanquam boni & fideles Christiani, qui uerba Domini non contemnentes, & cum fiducia promissa sperantes fecerũt hoc: quia si non fecissent, uitæ ipsorum bonæ steriles ista non utique conuenisset: fortè enim casti erant, non fraudatores, non ebriosi, abstinentes se ab operibus malis: si hoc non adderent, steriles remanerent: fecissent, enim declina à malo: non fecissent, & fac bonum. Scriptum est: *Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna peccatum*. Item scriptũ est: *include eleemosynam in corde pauperis, & ipsa pro te deprecabit dominum*: & alia multa sunt diuini eloquij dogmata quibus ostenditur multum ualere eleemosynam ad extinguenda & delenda peccata. Proinde illis quos dãnaturus, imò plus illis coronaturus est solas eleemosynas imputabit dicẽs: Difficile est ut si examine uos & apprehẽdã, & scruter diligẽtissimè facta uestra, nõ inueniã unde uos dãnem: sed ite in regnum. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: non ergo itis in regnum, quia nõ peccastis, sed quia peccata uestra eleemosynis redemistis. Rursus & illis, Ite in ignem æternum: sine dubio uidebunt se iustè damnari pro sceleribus suis, & quasi eis diceret, non inde unde putatis: sed quia esuriui & non dedistis mihi manducare. Si ab illis oĩbus uestris factis auersi, & ad me conuersi illa omnia crimina atque peccata eleemosynis redemissetis, ipsæ eleemosynæ modo liberarent uos, & à reatu tantorum criminum absoluerẽt: Beati enim misericordes, quoniam ipsis misericordia præstabitur. *Iudicium sine misericordia ei qui non fecerit misericordiam*. Sicut ergo boni quibus paratum est regnum à constitutione mundi, antequam fierent ad uitam

Chrysostom. ho. 54. operis imperf.

Chrysost. ibidem.

Ibi ibid.

Pauperes in ecclesia.

Hieronym. in cap. 25. Matt.

Iudicii an erit mentale, an uocale. Augustin. lib. 20. de ciuitate cap. 1.

Sapien. 4.

Augustin. de restitutione catholica conuersationis.

Psal. 36.

Eccle. 3.

Eccle. 29.

Matth. 5.

Iacob 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

uitam æternam erant prædestinati : sic mali qui mittentur in ignem paratum diabolo & suis, à constitutione mundi antequam fierent ad mortem erant præsciti.

Prędestinationis & præscientię discrimen.

Est differẽtia inter prædestinationem & præsciẽtiam: quia prædestinatio est præcognitio bonorum, cum causalitate eorundem: sed præscientia dicit præcognitionem respectu malorum sine causalitate, quę potius residet penes liberum arbitrium. Fit autem cõditionaliter prædestinatio Dei, nihilque sine aliqua conditione prædestinatum est: prædestinatum est enim ut saluaretur mundus : sed per aquam baptismatis, & mortem filij Dei, prædestinati sunt omnes boni ad gloriam: ea tamen conditione si fidem tenuerint: si charitatem, si humilitatem, si patientiam, si misericordiam & pietatem, & his similia habuerint: tales enim eos futuros pręuidit quos Deus ad uitam prædestinauit: & quasi prædestinãdo eis diceret: Ego quidem ad uitam uos prædestino, si tamen tales & tales fueritis: si mandata mea custodieritis, si fidẽ & misericordiam habueritis, & si in bono tandem inuẽti fueritis. Qui ergo talis esse non vult, qui mandata Dei custodire non nititur: ideo non uenit ad prædestinationem, quia non seruat conditionem. Noli igitur attendere ad prædestinationem Dei quam ignoras: attẽde ad verba quæ audis & intelligis: sicut enim prædestinatione sua uerus est Deus, & mutari non põt: ita & uerba eius uera sunt, & mutari nõ possunt: sed audiamus quæ sint hæc uerba: *Peccator*, inquit, *quacunque hora conuersus fuerit & ingemuerit uita uiuet & non morietur.* Et iterũ: *Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: quod si nolueritis, gladius deuorabit uos.* similiter in euangelio, inquit, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c.* Et iterum: *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet uobis pater uester cœlestis, &c.* Nec quæras aliam prædestinationem.

Ezech. 18. Isaiæ 1. Marci. 16. Matt. 6.

In his enim uerbis omnis & uitæ & mortis prædestinatio & præscientia consistit: si hæc feceris, esto securus, & crede indubitanter quia ad uitam æternã prædestinatus es. Quòd si indurato corde hæc facere nolueris, & in hac malitia perseueraueris: ꝓ certo scias te ad mortem prsæcitum. Quamuis enim nullus homo ad peccatum sit prædestinatus: omnis tamen homo, aut ad gloriam, aut ad supplicium est præuisus. Nullus ergo dicat frustra se orare Deum, & alia bona facere: quia prædestinatio diuina (quæ est præparatio gratiæ in præsenti & gloriæ in futuro) cum sit æterna, sicut ab æterno prædestinauit aliquem ad beatitudinem, ita præordinauit modum per quem daret sibi illam beatitudinem: scilicet per merita sua & orationem. Prædestinatio enim taliter est instituta, ut precibus & laboribus obtineatur: & ideo non frustra orat Deum: quia oratio est illud per quod ex ordinatione diuina debet cõsequi gratiam & gloriã: & eadẽ ratio est de omnibus alijs bonis, quia cadũt sub ordine diuinæ prędestinationis.

Oramus non frustra.

Vnde sicut Deus aliquem saluandum præuidet, sic & modum quo saluari debeat: propter hoc stultus est qui dicit, uolo facere quod mihi placuerit: quia si saluari debeo, saluabor: uel si damnari debeo, damnabor: sicut stultus esset infirmus qui diceret, uolo comedere & bibere qđ mihi placuerit: quia si curari debeo, curabor: & si mori debeo, moriar: sic enim inutiles essent medicinæ. Sanè si Deus dimittit liberum arbitriũ (quod se habet ad utrumlibet) in malum cadere, hoc non permittit nisi iustè: rursus si præueniat per gratiam, nulli facit iniuriam. Vnde secundum Augustin. Liberum arbitrium, est libertas eligendi bonum uel

Augustin. lib. 1. de libero arbi.

A malum: & hoc in paradiso homo habuit liberum, nunc uerò captiuum: quia bonum non uult nisi gratia Dei præueniatur, nec potest, nisi eum sequatur. Cùm ergo malos damnat & reprobat, operatur secundum iustitiam: quando uerò prædestinat & saluat, agit secundum gratiam & misericordiam, quę nõ excludit iustitiam.

Libertas arbitrij.

Prouidẽtia Dei non cogit.

nullam autem necessitatem infert prouidentia Dei rerum euẽtibus: sed sicut se habent res ad utrũlibet, scilicet fieri & non fieri: sic se prouidentur habere quæ prouidentia (seu quod idem est præscientia Dei) ex sua sapientia præscientijs omnia antequam sint, omnino ineuitabilis est: & nullo modo potest falli: & ideo omnia præuisa à Deo necesse est fieri: quia non potest simul esse ꝙ præuisa sint, & non fiant: sed non sequitur quòd necessario fiant.

Necessitas duplex.

B Sic quoque dicimus, me uidente te currere: necesse est ut curras, hoc est, non potest simul fieri ut uideam te currere, & non curras: & ex hoc nequaquam prouenit quòd necessariò curras. Vnde Boetius: Duæ sunt etenim necessitates: simplex una, ueluti ꝙ necesse est omnes homines esse mortales: altera uerò, conditionis: ut si aliquem ambulare scias, eum ambulare necesse est: hanc etiam necessitatem non facit propria natura, sed cõditionis adiectio. Nulla enim necessitas cogit incedere uoluntariè gradientẽ: quãuis eum tunc cùm graditur necessarium sit incedere. Quæ igitur cùm fiunt carent existendi necessitate, eadem priusquam fiant sine necessitate futura sunt: nã

Boetius li. 5. de consolatiõe, prosa sexta.

C sicut scientia præsentium rerum nihil his quæ fiunt, ita præscientia futurorum nihil his quæ futura sunt necessitatis importat. Eodem modo si quid prouidẽtia præsens uidet, id necesse est, tametsi nullã naturę habeat necessitatẽ. Hæc Boetius. Et ideo hæc duplex est. Si Deus præuidet hoc, necessariò euenire oportet: qa coniunctim uera, diuisim est falsa: & est ibi necessitas consequentiæ, & non consequentis. Exemplum habemus Boetij, si aliquis uideat aliquẽ facientem rotã, necesse est ꝙ ille faciat rotã: nec tamẽ uisus eius causa est illius factionis. Sic Deus præuidet mala istius opera nec tñ causa est quare iste malè operetur: ueruntamen fiet si præuisum est.

D Quando autem Deus facit aliquã rẽ, non fit in ipso Deo mutatio: sed in re certa quã operatur. Vnde qñ fecit prædicari subuersionẽ Niniuæ, & prædici mortẽ Ezechiæ, quorũ neutrũ accidit, in talibus non mutauit Deus consiliũ quod ab æterno secũ fuit: sed sentẽtiã, quæ respectũ ad ipsa negocia habuit: quia Niniue subuertẽda erat secundum merita, & Ezechias moriturus erat secũdũ causas inferiores, uel ẽt secundum merita: sed hæc nõ imposuerunt necessitatem diuinæ potentiæ.

Mutatio non cadit ĩ Deum Iona 3. Esa. 38.

Prædestinatio igitur licet certa sit, libertatem tamẽ arbitrij non tollit: unde bonorũ saluatio est necessaria necessitate consequentiæ uel conditionata, non necessitate consequentis, uel absoluta. Ista. n. propositio prædestinatus potest damnari: falsa est in sensu composi-

Prædestinatio nõ tollit libertatem arbitrij.

E to, est tamen uera in sensu diuiso. Sic ergo exclusum est sophisma quod multos in errorem duxit, ut omnia ex necessitate fieri putarent. Si ergo dicis q d adhuc faciendum est? Respondebo, quia hoc solum superest consilium, ut curamus, & contendamus placere ei qui nos uocauit. dicit enim August. sic præordinata est diuina prędestinatio, ut ad eam per bonorũ operum perseuerantiam perueniamus, hinc Bernar. ipsa cœlestis regni prædestinatio, ita ab omnipotenti Deo præordinata ẽ: ut adhoc electi ex labore perueniãt, quatenus mereãtur precibus obtinere, quod ipse omnipoteus Deus ante tẽpus disposuit donare.

Ybi

Exemplum præciti & saluati.

Vbi nota exemplum utile, & aptum ad propositum. Fuit in quodam monasterio frater quidã religiosus & deuotus, cui sępe reuelationes fiebãt diuinitus: qđ quidem alter eiusdem monasterii frater sciens, instit apud eundẽ ut Deum oraret, quatenus sibi dignaretur ostẽdere si ipse de numero saluandorũ esse: & cùm ille uix precibus uictus orationi instando hoc à Deo postularet, ostensum est sibi ꝙ ille frater de numero damnandorum esset: unde timens fratrem aliũ turbare, per aliquot dies hoc sibi cælauit: sed tandem eidem requirenti (licet inuitus) aperuit. Ille autẽ hoc audiens, & scripturas intelligens, statim respõdit, benedictus Deus: nec tamen sic desperabo, sed pœnitẽtiam quam per ingressum religionis assumpsi, de cætero duplicando, & triplicabo donec gratiam & misericordiam apud Deum altissimum qui pius est inueniam, & post multos dies iterum fratri prædicto diuinitus est reuelatum, quod ille frater de numero saluandorum esset: quod cùm eidẽ fratri retulisset, ille lætus effectus de reuelatione, fortior factus est in opere: ac uiriliter agẽs, & de uirtute in uirtutẽ quotidie proficiens perseuerauit in bono sine cessatione. Vtinam multi animati hoc exemplo manũ suam ad fortia mitterent, & non desperarent uel deficerent: quia sic agendo, & in hoc perseuerando, Deum sibi propitium utique inuenirent.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, iudex uiuorum & mortuorum in extremo iudicio me à dextris collocare digneris, & tunc auditam fac mihi illam dulcissimam uocem tuam, quam promisisti electis tuis dicens. Venite benedicti patris mei percipite regnum, & fac ut non timeam ab auditione mala quam comminatus es reprobis dicens, Ite maledicti in ignem æternum. O unigenite fili Dei miserere nostri ne unquam illam pœnam incurabilem experiamur, scilicet excidere à regni gloria & cõburi in gebenna, Deus meus misericordia mea. Amen.*

Matt. 25. c. Ibidem.

De pascha, & diuersis huius nominis acceptionibus. Cap. LI.



Pascha Domini.

NVNC, secundum Hiero. aspergamus de sanguine librum nostrum, & limina domorum, & funẽ circundemus coccineũ domui orationis nostræ: & coccum in manu nostra ut zara ligemus, ut uaccã ruffam in ualle occisam enarrare possimus: iã enim instat ut ad pas-

A sionem Domini ueniamus: quam & ex affectu inspicere, & in effectu imitari debemus. Iuxta illud Exod. *Inspice & fac secũdum exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Christus est tanquam liber exemplaris, ad cuius exemplar totam uitam nostram ducere & corrigere debemus: etsi Christus sæpius in scriptura dicatur mõs, rõne summitatis, siue excellẽtissimę perfectionis, maximè tñ exaltatus in cruce mõs dicitur, ratione sublimitatis meriti suæ sacratissimæ passionis.

Gene. 39. Nume. 19. & Deute. 21. Exod. 25. Christus mons.

In hoc ergo monte Christo, scilicet crucifixo, monstratum est nobis exemplar diligenter inspiciendum & efficaciter imitandum. Nõ enim sufficit Christiano Christum passum inspicere: nam & hoc fecerunt Iudæi & gentiles sui crucifixores: sed exigitur etiam

B secundum exemplar monstratum operari & facere. Et hoc est quod indicitur cuilibet fideli in uerbis propositis, inspice & fac: quasi diceret, inspice exemplar dominicæ passionis ipsam tibi per intimam compassionem uisceraliter incorporando: & fac secundum illud exemplar, ipsum efficaciter imitando. Et utrumque horum docet beatus Petrus, *Christus* inquiens, *pro nobis passus est*: ecce primum, quod est diligenter cordis oculo inspiciendũ: *uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius*: ecce secundum, quod est efficaciter in facto imitandum.

1. Pet. 2.

Circa primũ sciendum est, ꝙ si nos omnia quæ Christus in mundo passus est, uellemus enarrare, innumerabilia utiq;

C essent præsertim cũ tota uita Christi in terris quædã passio fuerit. Nimirum cùm etiam tota uita cuiuslibet Christiani, si secundum euangelium uiuat, quædam crux atque martyrium sit, ut August. dicit quãto magis hoc indubitabile est de ipso Domino Christo, qui euangelium condidit, & in seipso perfectissimè adimpleuit.

Passus est Christus innumerabilia. Augusti. sermo. 2. de uerbis Apostoli.

Exordiendo enim à primordio natiuitatis suæ, inspice quàm pauper natus fuit, qui nec domicilium neq; uestes habuit: sed in uili diuersorio natus, in præsepi super fœno exiguo ante bruta animalia reclinatus, pannis uilibus inuolutus fuit: octauo die circuncisus fuit, & iam sanguinem suum pro nobis fundere cœpit: deinde ꝑsecutionem Herodis

D fugiens in Aegyptum deportatus, & deinde rediens per totam pueritiam & adolescentiam suam parentibus subiectus, & non dubium in magna paupertate educatus fuit: dehinc adueniẽte tempore ostẽsionis suæ, inspice quomodo tempore magni frigoris baptizatus in aquis frigidis mergi uoluit, & quomodo tempore ieiunii quadraginta dierum continuato maceratus fuit: & quantas tunc à diabolo tẽtationes sustinuit, quantas etiã iniurias & contumelias à Iudæis frequenter passus fuit, nunc dicentibus ipsum à dæmone obsessum, nunc samaritanum, nunc uoratorẽ & uini potatorem, nunc de fornicatione natum, nũc blasphemum, nunc populi seductorem: & alia multa blasphemantes dicebant in eum, nihilominus ad

E facta iniuriosa sæpe attentabant procedere: nunc uolentes eum lapidare, nunc de supercilio montis pręcipitare. Inspice etiam cum quanto labore uixerit, quia quotidie erat prædicans in templo: & in synagoga: & de ciuitate in ciuitatem, de terra in terram perambulauit: in oratione sæpe pernoctauit, infirmos multos curauit, obsessos à dæmone liberauit: mortuos suscitauit, multitudinem esurientem pauit: & nihilominus in his omnibus naturæ legibus subiectus fami, siti, & cæteris infirmitatibus hominis absque tamen peccato expositus fuit. Ecce quomodo tota uita sua in laboribus & passionibus fuit: sed omnibus talibus passionem, de qua nunc tractandũ

Nn est,

est,antecedentibus omissis:inspice diligenter quid in hac sustinuit,& præcipue articulos & puncta passionis,in qbus singulis Christus notabiliter passus fuit. Circa secundum est sciendum, quod secundum Augustinum,non solum quicquid boni Christus in terra gesit,sed & quicquid mali sustinuit,totum disciplina morum fuit:unde passio Domini in se cōplecti tur omnem perfectionem hominum,in hac uita possibilem:quoniā omnia opera perfectionis quæ Christus unquam in euangelio docuit, ipse in semetipso in sua passione perfectissimè adimpleuit: itaque in cruce Domini,est finis legis & scripturæ:in passione eius,summa omnis perfectionis:in morte ipsius,est consummatio omnis sermonis.Vnde apostolus dicebat, *Non iudicaui me aliquid scire inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* Nempe quia hoc scire, est omnia scire quæ ad salutem spectant. Nam si de paupertate uolūtaria agitur,quis unquam pauperior Christo nudo pendente in cruce:quia nec habebat ubi caput suum reclinaret.Si de obedientia & humilitate loquimur,quis unquam intantum se humiliauit & exinaniuit,sicut Christus? qui factus est obediens usque ad mortem crucis:tanta uilia & magna opprobria sustinuit pro nobis.Si de castitate uirginali mentio fiat,quis castior eo cuius mater uirgo est, cuius pater fœminam nescit? Si de charitate sermo fuerit: quis unquam maiorem uel tantam charitatē habuit, quàm Christus, qui in passione sua posuit animam suam pro ouibus suis; & tam horrenda supplicia pati uoluit pro nobis, cùm tamen liberare potuisset solo nutu uoluntatis. In passione ergo Domini relucet exemplar perfectionis omnium uirtutum,prout iam suprà est tactum:item in ea relucet perfectum remedium & antidotum contra omnem spiritualem morbum:nam per hoc quod pati uoluit mortem exprobratissimam, habemus remedium contra superbiam. Quòd latronibus se associare uoluit, remedium præbet contra inuidiam. Quòd contra ipsum blasphemātes obticuit,remedium præbet contra iram.Quòd in cruce distendi,& clauis cruci affigi uoluit:prębet remedium contra accidiam,quæ non sinit amplecti pęnitentiæ crucem.Per eius uerò nuditatem & paupertatem,habemus remedium contra auaritiam .Per fellis & aceti degustationem, habemus remedium contra gulam.Per uulnerum inflictionem, & summi doloris afflictionem,habemus remedium contra luxuriam:& hæc sunt septem sigilla librum uitæ,consignātia,quæ Christus nobis in passione aperuit,& postea nobis uitæ aditum reserauit:prædicta ergo in passione Christi adimpleta uidemus: denique si de patiētia agitur:tota passio excellentissimam Christi patientiā demonstrat.Si de contemptu mūdi, & abstractione à rebus mundialibus loquimur, quis unquam elōgatior & abstractior ab omnibus terrenis, quàm Christus in cruce supra terram,& super omnia terrena eleuatus & abstractus?Si de abstinentia & ieiunio, seu uictus inedia mentio fiat, Christus nihil in passione sua nisi fel,& acetum, uel uinum mirrhatum gustauit. Si de corporis castigatione agitur, cuius unquā corpus intantum castigatum fuit, quantum corpus Domini in cruce? Si de efficacia orationis sermo fiat: quis unquam efficacius Christo orauit qui ex uehementi attentione orationis guttas sanguineas sudauit.Si de eleemosynarum largitione,& alijs misericordiæ operibus loquimur, quis unquam maiorem eleemosynam dedit,quam ipse Christus:qui proprium corpus suum in cibum, & sanguinē suum

Augusti. sermone de uigilia Pentecostes. — *1.Cor.2.* — *Exemplar uirtutū,& antidotum uitiorum,ī passione Domini.* — *Patientia Christi.* — *Abstinētia & ieiuniū. Castigatio corporis. Orationis efficacia. Eleemosynarū largitio,& cætera misericordiæ opera. Dilectio inimicorum.*

A in potum nobis pauperibus in eleemosynam perpetuam dedit,infirmos etiam uisitauit, dum infirma discipulorum corda confortauit:& ægros multos curauit,captiuos multos in limbo redemit, mortuos de sepulchris suscitauit.Si de dilectione inimicorum agitur in cruce pendens pro suis crucifixoribus orauit. Si de dimissione offensarum loquimur, quis unquā liberalius dimisit debita debitoribus suis quàm Christus?qui latroni non solum debita dimisit,sed & paradisum sibi promisit:& sic de similibus inducēdo: per singula opera supererogationis,quę omnia in passione Christi(si bene aduertimus)supererogāter adimpleta inuenimus:similiter & nos, si perfecti imitatores Christi esse uolumus,adimplere uel in facto,uel B in desiderio,uel in ministerio debemus.Nam sicut dicit Hieron. Singula ea quæ circa Dominum in passione gesta sunt,quamuis Iudæi & alii quæcunque fecerunt alia mente fecerunt:nobis tamen credētibus mystica afferunt sacramēta. Sic etiā Caiphas quādo dixit,expedit unum hominem mori pro populo, nesciuit quid diceret, & tamē prophetauit: similiter est de singulis gestis pasionis dominicæ: quæ non inspicere debemus,& secundum exemplar illorum facere.*Cùm itaque consummaset Iesus sermones,* omnes p̄dictos de secundo aduentu, ubi se uenturum ad iudicium in claritate prædixit: consequenter se passurum ostendit, ut sacramentum crucis admixtum C esse gloriæ æternitatis admoneat: quasi qui compatitur crucifixo, non timuit de iudicio, coniuncta enim sun t ut causa finalis & effectus, gloria æternitatis & meritum pasionis. Post aduentum ergo maiestatis subdit humilitatem pasionis, ut causam illius:pasionis enim effectus vel causa finalis,est gloria æternitatis. Vnde apostolus, *Christus factus est obediens usque ad mortem,propter quod Deus exaltauit illum.*Incipit ergo narrationem de pascha & sua passione,qua Christus in ipse pascha nostrum fuerat immolandus,& eadem die scilicet feria tertia in sero,& ibidem,scilicet in monte Oliueti, *dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum,*id est,feria quinta ad uesperā, D *pascha fiet,*& agnus paschalis immolatur. Et ego addo quod nescitis: scilicet ꝙ tunc *etiam filius hominis,* id est uirginis,*tradetur ut crucifigatur,* & pascha faciet transeundo.Ex quo patet, ꝙ non fuit ex ignorantia traditus:sed ex sua præscientia & uoluntate.Bene aūt dicit,*filius hominis:* quia secundum formam humanā tentus & crucifixus est,non secundum diuinā,in qua semper immortalis est:& bene impsonaliter posuit, *tradetur:*quia uno traditionis uerbo diuersæ uoluntates exprimuntur:nam Deus pater tradidit filium propter charitatatem,& generis humani utilitatem:ecō tra Iudas Iudæis propter auaritiam & lucri sui cupiditatem.Item spiritus sanctus propter suam benignitatem:econtra Iudæi Pilato propter inuidiā & mali- E gnitatē.Item filius seipsum:ut impleret beneplacitū diuinum:econtra Pilatus cruci,ut satisfaceret peruersæ uoluntati Iudæorū.Item diabolus propter timorē,ne per Christi doctrinam & miracula euelleretur genus humanum de manu sua: non aduertens quia magis erat per ipsius mortem eripiendum,quàm fuerat per doctrinam & miracula ereptum. Ecce opus commune,sed uoluntates diuersæ ualde: ergo pater & filius & spiritus sanctus non solum amandi,sed et glorificandi:Iudas autem & alii non solum detestādi, sed etiam condemnandi sunt: quia quod pater & filius & spiritus sanctus bona,hoc illi mala intentione fecerunt.Prædicit autem discipulis se tradendum: præ-

Hierony.in Matth. — *Matth.26.* — *Matth.26.* — *Philip.2.* — *Tradentiū Christū diuersæ uolūtates.*

præmuniens eos ne prius quàm audiant quæ euentura fuerant,subitò uidentes tradi ad crucem magistrū,obstupescant. Et qa hoc nomen pascha in diuersis locis reperitur,& diuersa per ipsum significantur ideo ne in æquoco erremus,diuersas eius acceptiones uideamus.Sciendum ergo,ad solutionem multarum contrarietatum,ꝙ pascha appellatur primò,tota septimana,seu septem dies azimorum,quibus Iudæi panes azimos,hoc est sine fermento,comedebant:nā ἀ,sine:& ζύμη,fermentum significat:unde in actibus uolens post Pascha producere eum populo, primus & ultimus dies illius septimanæ, magis solennes erāt q̄ medij.Secundò, dicitur hora immolationis agni, scilicet uespera qua agnus immolabatur,quæ est initium primi Diei azimorum,qui solēnior erat:ut hic, *Scitis quia post biduum pascha fiet,*unde cantat ecclesia, quartadecima die ad uesperam pascha Domini est, &c.Dies autem pręcedens illam horam, nec pascha dicebatur,nec solennis erat. Tertiò,dicitur primus azimorum,qui erat celeberrimus:scilicet quintadecima luna primi mēsis, quādo egressus populus Israel est de Aegypto:ut ibi, *Appropinquabat dies festus Iudæorum,qui dicitur pascha:*& ibi, *Ante diem festum paschæ.* Quartò, dicitur festiuitas epulæ paschalis: ut in Paralip.*non fuit phase simile huic in Israel.*Quintò,dicitur agnus paschalis, qui paratus comedebatur.ut, *Vbi uis paremus tibi comedere pascha?* & ibi *Venit dies azimorum,in quo necesse erat occidi pascha.*Sextò,panes azimi,uel quicunque cibus paschalis:ut ibi, *Non introierunt prætorium,ne contaminarentur. sed manducarent pascha:*id est,panes azimos,seu paschales:quia ad comedendum azima,septem diebus oportebat eos mūdatos esse:& ideo quolibet septem dierum non poterāt in prętorium introire.Septimò, dicitur ipse Christus per agnū paschalē signatus:vt ibi,*Pascha nostrum immolatus est Christus,* ipse enim est uerum pascha nostrū.De p̄dictis paschæ acceptionibus sūt isti versus:

Hebdomas,hora,dies,epulæ,agnus:azima,Christus.
Pascha solent dici:uelut exemplis patefeci.

Communiter tamen pascha uocatur dies in qua immolabatur agnus. Delinatur autem pascha, schæ, uel paschatis: & dicitur pascha non à pasione, sed à transitu. Prima enim origo huius uocabuli paschæ ex Hebræo habetur:quia pascha dicitur quasi phase, quod in Hebræo idem est quod transitus.Dicebatur autem pascha Iudæorum transitus,propter duo: qa ea nocte qua immolatus est agnus,angelus exterminator uidens sanguinem agni in foribus Israelitarū, pertransiuit,non percutiens eos: & quia filij Israel fugientes illa nocte de Aegyptiaca seruitute, mare rubrum transierūt,& deinde ad terram promissæ olim hæreditatis & pacis uenerūt,& ideo festum istud bene pascha uocatur:quo transitu præfiguratus est etiā transitus Christi de hoc mundo ad patrem: & transitus noster de uitijs ad uirtutes,& de terrenis ad cœlestia.Et ideo similiter pascha Christianorum mysticè dicitur transitus:quia in eo Dominus per mortē transiuit de hoc mundo ad patrem: & significat ꝙ eius exemplo fideles Christum sequentes, uel pœnitentiam & martyrium assumendo, secundum illud, *Transiuimus per ignem & aquam*. uel mentis desiderio ad cœlestia anhelando: secundum illud, *Transite ad me omnes qui concupiscitis me*: transituri sunt pro Christi sanguine fuso ad patriæ cœlestis promissionem.Sanguis enim Christi debet poni super utrumq;postem: scilicet super intellectum,deuotè recogitando:& super affectum,deuotè per pœnitentiam imitādo. Vn

Pascha accipitur multipharium. Actis.12. — *Luca 22. Ioan 13. 2.Par.35. Matth.26. Luca 22. Ioan.18.* — *1.Cor.5.* — *Pascha unde. Pascha cur transitus.* — *Psal.65.* — *Exod.12.*

A de secundum August.signum crucis à nobis repellit exterminatorem, si tamē cor nostrum Christum habeat inhabitatorem:cuius sanguine illinitis postibus nostris, id est, cuius crucis signo signatis frontibus nostris à perditione huius seculi tanquam à captiuitate Aegyptiaca liberamur:& agimus saluberrimum transitum,cum à diabolo transimus ad Christum: & ab isto instabili seculo ad eius fundatissimum regnū secundum Bedā,quia paschæ dies in azimis panibus est celebrari præceptus: & uno die agno immolato ad uesperam:septem ex ordine dies sequūtur azimorum,Iesus semel pro nobis passus est, & de hoc mundo transiens per omne nobis huius seculi tēpus, qđ septem diebus agitur,in azimis sinceritatis & ueritatis B præcepit esse uiuendum,& quasi pascha perpetuū faciendo semper ex hoc mundo transeundum,totoque semper nisu desideria seculi quasi Aegypti retinacula fugere,& quasi à mundana conuersatione secretam solitudinem iter nos admonet subire uirtutum. Post hæc Dominus Iesus rediit cum discipulis duodecim in Bethaniam,& mansit apud Lazarū,& Martham,& Mariam sorores eius:docens eos more solito & confortās.Et deinde non uenit in Hierusalem, sicut antè fecerat, usque ad diem cœnæ:& sic Iudæi locum suū habebant tractādi liberius de sua morte.

Augusti. tracta.50. in Ioan. Crux. — *Beda in ca.22.Luca.*

ORATIO.

C DOMINE *Iesu Christe,qui die tertia ante tempus passionis & mortis tuæ,discipulis tuis pascha & transitum tuum ex hoc mundo prædixisti,da mihi per omne tempus uitæ meæ in azimis sinceritatis & ueritatis uiuere, meque de hoc mundo transire non permittas antequam per triduum pœnitentiæ scilicet cordis contritionem,oris confessionem, & operis satisfactionem,peccata mea omnia deleas,donans mihi sacratissimi corporis & sanguinis tui communionem,olei sacri unctionem, ac in omnibus perfectam consummationem,& me tandem fœliciter consummatum transire facias ad te dulcissimum Dominum meum super omnia benedictū. Amen.*

D
Qua die,& cur Iudas uendidit Dominum. Cap. LII.



E

NVNC,scilicet quarta feria sequenti,principes sacerdotum qui audierant Iesum dixisse,nō me uidebitis ammodo:uidētes eū abijsse:& putātes ipsū uelle ab eis fugere, *congregati sunt cū senioribus populi,* q erāt iudi-

Matth.26 Marci.14. & Luc.22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ces ordinarij,in atriũ Caiphæ: *& quærebant cõsilium ut eum dolo tenerent,& occiderent,* quia nullam mortis causam in eo inuenire poterãt,nisi eam dolosè cõfingerent.Prius quidem determinauerãt ipsum interficere,& deliberauerant de facto:sed nunc quærebãt cõsilium de faciendi modo,& qualiter possent facere occultè,& sine populi seditione, qui se debuerant parare ad paschalem agnũ,& secundum ritũ legis purificari ut esu agni digni fierent:contra uerum agnũ, magis & potius se armãt,& hoc faciunt ex dolo & cõsilio,timentes ne eis auferatur populi auxilio . Vnde dicunt habito cõsilio, *Non in die festo.* s.azimorum: id est,in solẽnitate paschali imminẽti de ꝓximo,supple est capiẽdus ad occidendum:qđ non dicebant ꝓpter reuerẽtiam festi, sed ne tumultus fieret in populo: propter diuersa studia ipsius populi,s.diligentis Christũ & odientis,credentis & non credentis.Multi enim propter solennitatẽ paschæ uenerant in Hierusalem : & quia aliqui reputabant Iesum esse uerum Christum,timebant si durãte solennitate paschali in eum manus mitterent,ne populus q eum diligebat ill lis consurgens,innocentem defenderet:& sic ipse manus eorum euaderet.Timebant quidem plebem, nõ uitantes scandalum,sed impetum:nec seditionẽ metuentes,sed ne de suis manibus tolleretur cauentes: propter quod consulebant mortem suam differri usque post festum:postea tamen mutauerunt istud cõsilium,quia inuenerunt opportunitatem capiendi cũ secretè per discipulum.Attende hic, q a maiores principaliter quærebãt Iesum ꝑdere:à principibus enim & senioribus egressa est iniquitas in Babylone. Sic & hodie maiores præ cæteris contra eum insurgunt, & maiora scandala quàm cæteri faciunt. Vnde Bernar. O bone Iesu,& totus mundus uidetur contra te conurasse:& hi in persecutione tua primi sunt qui uidetur regere populum,dirigere principatum. *Intrauit autem satanas in Iudam*, id est , in Iudæ animam:qui Scarioth est dictus , quia de hac uilla fuit oriundus. Intrauit inquam non impellens , sed patulũ inueniẽs ostium:nam oblitus omnium quæ uiderat,ad solam auaritiam dirigebat intuitum. *Intrauit autem* , non ꝓ essentiam,& essentialiter in animam illabendo. quia secundum Augu. sic solus Deus intrat in animam, qui creauit eam : sed intrauit per effectum suggestionis,uenditionem & traditionem Christi suggerẽdo, & secundò post buccellam per effectum plenioris possessionis eum suæ seruituti subiugando . Ex quo patet quòd in omni peccato mortali diabolus intrat hominem , ut ipsum denuo uel amplius quàm antè possideat.Iudas ergo audiens eos cõgregatos ad tractandum de Christi morte, qui etiã audierat à Christo se tradendum ut crucifigeretur in pascha tunc instanti:& apud se cogitans,& dicens in corde,in proximo morietur homo iste,& ad lucrum meum possum eum tradere: *abijt* , à Christo, & facta societate, non tantum corpore,sed etiam mente recedendo & apostatando,& ueniens ad consilium proditor,dixit eis:*Quid uultis mihi dare,& ego uobis eum tradam:* occultè scilicet & sine strepitu. *Et gauisi sunt* quia ille modus capiendi Christum , per suum discipulum uidebatur magis conueniens & secretus , propter quod mutauerunt consilium prædictum:scilicet differẽdo mortem eius usq; post festum.Quia enim traditorẽ inuenerunt,in ipsa festiuitate Christum occiderunt. hoc autem,secundum Leonem Papam, diuino intelligimus dispositum fuisse consilio . Oportebat enim ut manifesto implerentur effectu , quæ diu figurato fuerant promissa mysterio.Et pepigit Iudas cum eis de Christo tradendo pro triginta argenteis , eodem precio quo Ioseph uenditus est à fratribus suis:in uẽditione enim Ioseph præfigurata fuit uenditio Christi.Iudas ad congregationes iuit,ubi Christum uendidit: sic multi ad spectacula uadunt, ubi Christum pro modica tentatione & modico precio uendunt, Ipse dedit pro triginta argenteis:sed peccatores dant sæpe pro precio minori.Vbi dicit Leo papa,quòd ani malucri cupida etiam pro exiguo perire non metuit: nullumque in illo corde est iustitiæ uestigium , in quo sibi auaritia fecit habitaculum. Infœlix mercator Iudas,qui tantum dedit pro tanto, Deum pro uno,uerum pro uano,æternum pro transitorio.Quia enim audierat Dominum tertia die moriturum, & eum in morte detineri putauit:mortem imminentẽ lucratiuam sibi facere uoluit.Cùm enim esset fur, & loculos habens:& uideret unguentum super caput& pedes Domini effusum,quod putauerat esse uendendum,& precium sibi tradendum:quod perderat in effusione unguenti,uoluit recuperare in uenditione magistri.Illi quippe triginta argentei ualebant trecentos denarios usuales: quilibet enim decem ualebat , & ita in uenditione Christi recuperauit ualorem unguenti ꝑdicti,& recompensauit damnum trecentorum denariorum de quo dixerat: quare hoc unguentum non ueniit trecentis denarijs & datum est egenis?Et fortè hæc cã fuit quare Matthæus hic factum Mariæ recitauit:ut.s.congruenter factum Iudæ quo Dominum uendidit narraret,tanquã cõtinuans effectum ad cãm,quia hoc factum fuit occasio uenditionis Christi.Iudas itaq; unus de duodecim:numero , nõ merito:nomine,non munere:corpore,nõ animo à principibus non inuitatur,non cogitur,nulla necessitate constringitur:sed ꝓpria sponte processit,& ꝓpria malignitate consilium scelerataæ mentis inijt:nec in uenditione magistri certam postulauit summam, ut de re cara fieri solet,sed quasi uile tradens & uenale exponens mancipium, in potestate ementium posuit quantum dare uellent.Cùm enim uilia exponuntur , solet quærere uenditor ab emptore, quantum dabis?cùm autem cara,ecõuersò dicit, tãtum dabis.

Mysticè autem per Iudã significantur iudices ac prælati & sacerdotes,q iudicia ac beneficia & sacramẽta uẽdere nõ cessant dicẽtes sæpe,& si nõ uerbo, tũ facto. *Quid uultis mihi dare , & ego uobis eũ tradã?* Vnde Bern. Quanti hodie de his qui animas regere susceperunt,quod sine miserabili gemitu non est dicendum,Christi opprobria,flagella,clauos , lanceã, crucem,mortem in fornace auaritiæ cõflant:hoc solo à Iuda differentes ꝙ ille omnium horum emolumentum denariorum numero compensauit:isti uoratoria ingluuie lucri infinitas exigunt pecunias , his in hiant , timent ne amittant, in harum amore quiescunt: animarum apud eos nec casus reputatur , nec salus:cùm sint de patrimonio Christi nimium impinguati, incrassati , dilatati , non compatiuntur super contritione Ioseph.Hæc Bernard.Propter auaritiam uerò Iudas factus est talis : quia ut Leo papa dicit , Anima lucri cupida,&c.ubi suprà. Ex hoc autem articulo uenditionis Christi, tria trahuntur notabilia documenta.Primũ est,ut nobis caueamus ne & nos tam detestandum sacinus,scilicet uenditionis Christi,unquam perpetremus:quod utiq; diuersis modis incurrimus . Vnde Beda:Multi hodie Iudæ scelus, quod Dominum & magistrum deumq; suum pecunia uendiderit,uelut immane & nephariumexhorrent,

Consilium Iudeorum.

Maiorum malitia. Bernardus in ea uerba qui uult uenire post me. Introitus satanæ in animam Iudæ. Augustin. lib. de dogmatibus ecclesiast. cap.33.

Leo Papa sermone 7. de passione.

Geu.37.

Leo Papa serm.9.de passione. Iuda infælicitas.

Argentorũ triginta ualor.

Leo papa serm.9.de passione. Venditio Christi cõmittitur. Beda in ca. 14. Marci. Ioan.12. 1.Ioan.4.

rent,nec tamen cauent.Nã cùm pro muneribus falsum contra quemlibet testimonium dicũt, profectò quia ueritatem pro pecunia negant : Dominum pro pecunia uẽdunt:ipse enim dixit,ego sum ueritas. Cũ societatem fraternitatis discordiæ peste cõmaculant, dominum produnt:quia Deus charitas est. Qui etiã si nullus pecuniã det , Dominum argentis uendunt : quia principis seculi imaginẽ, id est exẽpla hostis antiqui,neglecta cõditoris ad quã creati sunt, imaginẽ sumunt.nam secundũ Hiero.Sicut Ioannes baptista, qui non pro Christi confessione,sed pro defensione ueritatis occubuit:ideo tũ pro Christo : quia pro ueritate martyrium susceperit:ita econtrario qui charitatis & ueritatis iura spernit,Christum utiq;,qui est ueritas & charitas, prodit. Imò uniuersaliter , sicut dicit Orige.Omnes qui pro tẽporalibus & mũdialibus rebus iustitiã deserunt , Deũ qui est iustitia uẽdunt. Similiter Deum uendit, qui iustitiam uel consilium uendit:quia ipse est iustitia,ac spiritus,& angelus consilij.Ille ẽt Dominũ uendit,qui eius timore & amore neglecto,terrena ac caduca, imò etiã criminosa plus amare & curare cõuincitur.Dominũ ẽt pro tẽporali pecunia uendit,qui bona sua pro uana gloria expendit. Item Deum uẽdunt simoniaci, qui gratiam Dei quæ est in sacramẽtis & in alijs sacratis, & spiritualibus rebus,cõmutant . Et quia simoniæ peccatũ est tã in dante,q̃ in recipiente:ideo nõ solũ peccauit Iudas in uendendo Christum,sed ẽt Iudæi in emẽdo Christum.Emit aũt à me Christum,qui dando mihi aliqđ tẽporale,aufert mihi Christũ:uerbi gratia,si adulator dat mihi laudẽ falsam , ex qua cor meum extollitur, aufert mihi Christũ:& ego cõsentiens ꝓ uana laude uendo Christũ.Itẽ dans mihi pecuniã, qua allicit me ad peccatũ mortale,aufert mihi Christum:& ego cõsentiendo uendo Christum. Nec tũ ille emendo retinet sicut nec ego,sed nec mihi nec tibi. Sic fuit de Iuda,& Iudæis,quorum neuter Christum retinuit : sed acquisitus est nobis Christianis. Vnde Raba. Exulta Christiane : in commercio inimicorum tuorum uicisti. Quod Iudas uendidit,& Iudæus emit,hoc tu acquisisti:noster enim Christus,nõ Iudæorum,q eum emerunt.Secundum est,ut ẽt & nos uendi & uilipendi pro laude Dei patiamur:qui enim uendit rẽ aliquã id pro quo rem uendit,plus appreciatur, q̃ rẽ ipsam. Vnde si q̃s te minoris ualoris in corde suo & factis æstimet, q̃ forte sis,non turberis:& maximè in causa Dei.Si enim ipse Dominus & saluator noster, q est summum bonum, & infinitæ bonitatis,in quo sunt omnes thesauri reconditi , dignatus est ꝓ nobis tam uili & exiguo ꝑcio æstimari,ac uendi & uilipendi iniustè:nos q ueraciter uiles,& ob hoc uilipẽsibiles sumus,si conditionis nostræ miseriã aspicere uolumus, cur nõ ꝓ Christo uilipendi,imò nihilipẽdi patiamur iustè?unde Psal.*Ego propter te sustinui opprobrium.* Tertium documentum est,ꝙ homo debet uendere seipsum ꝓ regno . Si enim regnum cælorum uenale est, & tãtum ualet quantum habes:sed tu nihil habes melius teipsoː:uende ergo teipsum pro regno cælorum, sicut Christus uoluit uẽdi,ut nobis acq̃reret regnum cœlorum.In recolẽdo istum articulum,recogitet homo uilitatẽ suã:quia si iusto precio æstimari deberet, uix unum obolum ualeret:imò nihil,in cõparatione Christi,q tã exiguo & uili precio uenditus est. Itẽ recogitet an ipse unquam Christum uendiderit:ipsum & mandata eius,pro re temporali uel pro delectatione transitoria deserendo.Item recogitet qualiter ipse Christum sic uenditum gratis sua mera bonitate acq̃

Hieronym. in Marcũ.

Origenes tract. 35. in Matth. Consilium uẽdi. Deum uendit.

Simonia tã in emente, quàm in uẽdente.

Rabanus in cap. 26. Matth. Vendi debemus pro Christo.

Psal.68. Vendi debemus pro cœlo. Meditatio.

Emendus Christus.

Prouer.23 Feria quarta ieiunio & abstinentijs celebrãda.

Meditatio passionis.

Anselmus in medit.

Opprobria quæ Christus passus fuit.

Psal.38.

Patientia nobis necessaria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chrysost. de proditione Iudæ.

pro eius nomine tolerare. Vnde Chrysost. Christus exprobratus contumelias fert, tu uerò ubique honorari uis, & non fers opprobrium Christi. Considera etiam hic, quàm periculosum sit peccatis locum dare, ac principia & introitus eorum non repellere: quia frequenter à minoribus diabolus incipit, ut ad maiora mala inducat. Si enim Iudas cupiditate & auaritia, ac Iudæi uanæ gloriæ & inuidiæ restitissent, nũ quam ille ad proditionem, nec isti ad eius occisionẽ peruenissent: sed quia minora contempserunt, ideo consequenter ad maiora deciderunt: ut enim ecclesiasticus ait: *Qui spernit modica, paulatim decidet.*

Eccl. 19.

ORATIO.

IESV *clementissime, qui labores in prædicando, fatigationes in discurrendo, conuicia & opprobria, iniurias & angustias pro nostra salute pertulisti: ac tandem ab uno discipulorum tuorum uendi, & à Iudæis appreciari triginta argenteis, sic quoque uili precio uendi uoluisti: da mihi tantæ patientiæ & humilitatis exemplum imitari, atq; opprobria, iniurias & omnia quæ mihi illata fuerint patienter tua gratia tuoque consilio superare: & pro nulla re transitoria te nequiter commutare, uilipensiones quoque meas, & angustias pro tui nominis gloria æquanimiter tolerare. Amen.*

Meditatio in primis uesperis de cœna Domini. Cap. LIII.



Luc. 22. Matth. 22. Marci 14. 1. Petr. 1.

ADVENIENTE iã & imminente tempore miserationum & misericordiarum Domini, quo disposuerat plebem suam saluam facere, & eam non corruptibilibus auro & argento, sed precioso sanguine suo redimere: uoluit cœnam facere cum discipulis suis notabilem, antequam ab eis per mortem discederet: in signum, & memoriale recordationis, & ut mysteria quæ restabant compleret. Hæc autem cœna præfigurata fuit in panibus, quos Abimelech Dauid porrigebat: & magnifica ualde fuit, & magnifica sunt, quæ Dominus ibi fecit: ad quæ intuenda te præsentem, cum attẽtione summa exhibe: quia si hoc dignè & uigilanter feceris, non patietur benignus Dominus te iciunum redire. Circa ipsam igitur cœnã principaliter quinque, quæ ibi notabiliter facta sunt, meditanda occurrunt. Primò, ipsa corporalis cœnatio. Secundò, pedum discipulorum per Dominum Iesum ablutio. Tertiò, charitatiua proditoris correptio. Quartò, sacratissimi sacramenti institutio. Quintò, pulcherrimi sermonis per ipsum compositio. Circa primum attende, q̃ *prima die azimorum*, id est, eadem die in cuius uespera erat agnus immolandus, & cum azimis edẽdus, scilicet quartadecima die seu luna mensis, id est, quæ erat feria quinta, & paschæ uigilia Dominus Iesus requisitus à discipulis suis, ubi uellet sibi iuxta legẽ parari paschа: id est, paschalem agnum: præmisit ad hoc faciendum Petrum & Ioannem ad amicum suum in monte Sion, ubi erat cœnaculum grande stratum, iubens ut pascha pararent ibi: & per omnia manifestãs quòd usque ad extremum uitæ non est aduersatus legi. Per Petrum signatur actio bona, per Ioannem cõtemplatio deuota, quæ præparant pascha, id est, dispo

Aquæ amphora. Beda in ca. 22. Luca.

nunt ad corpus Christi sanctum debitè sumendum. Præparant autem in cœnaculo: id est, in homine per deuotionem eleuato, grandi lõgitudine longanimitatis: lato, latitudine charitatis: strato, uarietate uirtutis. Mittẽs autem discipulos dixit eis: *Ite in ciuitatem, & occurret uobis homo amphoram aquæ portans.* Ad literam tulit amphoram seu lagenam aquæ, ut in tãto festo haberet apud se aquam expiationis, qua munda ret se: & significat quòd ubi Christus cęnaturus est, lagena aquæ lachrymarũ in expiatione debet præcedere: per aquã enim uiuifici fontis baptismа designatur. Vnde Beda: Paraturis pascha homo amphoram aquæ portãs occurrit, ut ostẽdatur mysteriũ paschæ Domini celebrandũ pro ablutione mũdi. Aqua lauacrum gratiæ, lagena fragilitatem designat eorum per quos eadẽ erat gratia mũdo ministranda. Et subdit: *Sequimini eum in domum quam intrat, & dicite Domino domus, magister dicit. Tempus meum*, scilicet patiẽdi *pro pè est, apud te faciet pascha*, dicit magister: quasi diceret: uolo parari apud te, quæ exigũtur ad comestionẽ agni paschalis: & ideo prouide mihi de loco & cibo: unde creditur q̃ ille erat discipulus Christi: sed occultus, & ideo ꝓuidit de loco, & agno & aliis necessariis in cõuiuij celebratiõe paschalis. In quo apparet maxima paupertas Christi: q̃a ita pauꝑ erat q̃ nec domicilium, nec susceptaculum habebat, nec unde paschalẽ cibũ emere posset: & ideo discipuli interrogabãt ubi pascha parare deberent. Audiant hæc & erubescant quibus cura est in ædificãdis magnis domibus & ambitiosis, & congregãdis thesauris, cognoscãt Christũ omnium Dominum, quia locum ubi cęnaret uel ẽt caput reclinaret, aut cibum quem acciperet, uel pecuniã unde emeret nõ habebat. Attendant se parũ distare ab infidelibus, idola & opera manuum hominũ colẽtibus. Studiũ enim ponere & delectari in magnis & pulchris ædificiis, uel in thesauris, q̃d aliud est quàm colere ligna, uel lapides, uel argentum & aurum cum gẽtibus? *Euntes autem discipuli inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt pascha*: id est, refectionẽ paschæ in mõte Sion, & cęnaculo ostẽso eis. Ibi pascha manducauerunt: ibi post resurrectionẽ Domini discipuli ꝓpter metũ Iudæorum latuerunt, ibi spiritũ sanctũ in die Pẽtecostes receperũt, ac multa & magna ibidem per Dominũ facta sunt. Hic mõs Sion, mõs coagulatus, mons pinguis, mons in quo beneplacitũ est Deo habitare in eo: & multa ac mira operari quasi fauus distillãs dulcedine, & flos redolẽs suauitatis odorẽ: pias mẽtes sui recordatione afficit, cõfortat & reficit, ac sanctitatis suę ꝑeminẽtia cõsolat & pascit. Appropin quãte aũt uespera, ipse Dominus cũ alijs discipulis ciuitatem intrauit, & ad ipsum locum perueniens ad uesperam illius Diei pascha celebrauit: quia illa hora agnus paschalis comedi cõsueuit. Hora quippe uespertina

Pauperitas Christi.

Psal. 67.

spertina debebat agnus paschalis immolari, & hoc in figura & signo, quod in uespera mundi & in fine seculorum immolãdus esset uerus agnus, scilicet Christus. Solennitates etiam Iudæorum incipiebant à uespera, & terminabantur in uespera: quia ipsi secundũ lunam quæ de sero primò apparet dies numerabant, & eos de uno sero in aliud computabant. Sic ergo aliquid factum in uigilia festi, potest dici in festo factum, quem quidem modum tres euangelistæ seruãtes, dixerunt cœnam esse factam prima die azimorum: quia facta fuit die præcedenti ad uesperam, quæ iam ad primam diem azimorum pertinebat: in qua scilicet uespera fermento de domibus suis abiecto, Iudæi agnum immolare, id est, occidere solebãt. Ioãnes uerò accipit diem festum paschæ, non pro illo cuius festum solum celebre erat, quæ erat dies præcedens: sed pro illo die qui totus celebris erat, & ideo dicit cœnam factam ante diem festum paschæ: illa autẽ uespera qua comedebatur agnus paschalis cũ azimis

Corpus dominicũ de azimo factum.

confecit Christus corpus suum. ex quo patet quod confecit de azimo & non de fermento, cùm tunc nõ esset fermentatum in domibus Iudæorum: quia tũc tenebantur uesci panibus azimis, scilicet à uespera decimiquarti diei primi mensis, usque ad uesperam uicesimiprimi diei eiusdem mensis: unde patet quod Ioannes non contradicit alijs, sed magis conuenit cum ipsis. Quamuis autem typicus agnus figuram ueri agni gestabat, illa tamen nocte qua immolabatur agnus typicus, non fuit Christus uerus agnus immolatus. Ipse enim legalia uoluit obseruare, ne legi contrarius uideretur: & ideo uoluit more Iudæorum pascha celebrare, & nocte illa agnum comedere antequam moreretur. Præcesit ergo immolatio agni typici immolationem agni ueri, ut sic Christus qui est agnus uerus immolaretur pro nobis immediatè post immolationem agni figuralis: & sic ueritas figuræ succederet & responderet. Qui etiam licet die sequenti crucifixus fuerit: hac tamen nocte qua agnus immolabatur mysteria corporis & sanguinis sui celebranda discipulis tradidit, & à Iudæis tentus & ligatus est: & sic ipsius immolationis, id est, passionis suæ exordium sacrauit. Quando autem Christus uerus agnus fuit immolatus: scilicet in parasceue sancta, tunc apud nos est tempus non gaudij, sed mœroris, propter Christi passionem: & ideo ecclesia illa die non solennizat pascha. sed differt usque ad diem resurrectionis: quia sicut ait apostolus, *pascha nostrum immolatus est Christus.* Aspice igitur nunc Dominum Iesum in aliqua parte domus manentem, & cum discipulis salubria colloquentem. Et interim in cœnaculo parabatur pro eis, per aliquos ex septuagintaduobus discipulis. Legitur enim quod beatus Marcialis Lemouicarum apostolus cũ aliquibus aliis ex septuagintaduobus fuit ipso sero ibi ad minis

1. Cor. 5.

Marcialis Christi discipulus.

trãdum Domino Iesu, & duodecim recumbẽtibus. Sed & aquam portauit ipsi Domino Iesu, quando lauit pedes discipulorum. Cùm autem omnia essent parata in cœnaculo, intrauit cœnaculum Dominus Iesus, & discipuli cum eo. Omnes lauãt manus, & defertur eis agnus paschalis assus, benedictioneq; per Dominum, comedunt eum cum succo lactucarum agrestium. In solennitate quippe paschali quatuor erant: agnus paschalis, panis azimus, uinũ & ius lactucarum agrestium: non enim nisi cum amaritudine & compunctione cordis dignè acceditur ad uerum agnum. Dicit autem Comestor in scholastica historia, quod nũquam legitur Dominum comedisse carnes,

Ad agnum paschalem necessaria.

Historia scholastica euangelica.

nisi agni paschalis: quod tamẽ fecit in typo & figura. Discumbebat ergo Iesus cum duodecim discipulis suis: Dominus cum seruis, magister cũ discipulis, pater cum filiis quasi cum socijs, quasi cum amicis. Vnde in Psal. *Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mensæ tuæ.* Hæc refectio significat refectionem æternam in uespere, id est, in fine mundi futuram. O quã fœlices illius recubitus commensales. Sed quomodo discumbentes cœnabant cùm lex præceperit, quod stantes erecti pascha comedere deberent? Potest dici secundum Theophilum, quod prius manducauerũt pascha, & fecerunt ut lex mandabat. Deinde secundũ communem usum discubuerunt manducantes quosdam alios cibos: unde dicitur postea, quod Iesus surrexit à cœna. Et edentibus illis dixit Dominus, *Desiderio desideraui*, id est, ualde desideraui, *hoc pascha*, scilicet typicum & legale, *manducare uobiscum antequam patiar*: id est, moriar. Gemminatione uerbi notat intẽtionem duplicis desiderij: scilicet ut finiat uetus testamẽtum, & inchoet nouũ, quod erat sibi in desiderio. Cogita quàm longo tempore hoc desiderium Domini fuerit protelatum, & noli deficere si quandoque ad tempus tuum differtur desiderium Ipse etiã omnibus diebus uitæ suæ, post nos cucurrit in siti feruentissimi desiderij salutis nostræ. Et nos si quandoque non ualemus habere desideria bona. saltẽ habeamus uoluntatem habendi desiderium. Iuxta illud: *Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas*: & tunc accepta uoluntatem pro facto. Dicit autem hoc Dominus ut se uoluntariè pati ostendat, cuius passionẽ immolatio agni typici & pascha Iudaicum prefigurabat: & ut demonstret affectum quem habet ut legalia cessent & ueritas euangelij currat secundum Bedam: Desiderat primò typicum pascha cum discipulis mãducare, & sic passionis suæ mysteria mundo declarare: quatenus & legalis paschæ ꝓbator existat, & hoc figuram ueri paschæ fuisse docendo uetet ultrà carnaliter exhiberi. In cuius rei figura defecit manna postquam comederunt filii Israel de frugibus terræ promissionis, nec usi sunt ultrà cibo illo. Vnde subdit: *Ex hoc*, scilicet tempore, *non manducabo illud*, scilicet uetus & legale pascha, *donec* sacramẽtũ dominici corporis & sanguinis in hoc ueteri pascha spiritualiter intellectũ, *in regno Dei*, id est, in ecclesia militãte, *impleatur*: id est, instituatur, uel institutum celebretur. quasi diceret: non comedam uel celebrabo amplius in figura & signo, sed in ueritate & signato. Ipse enim postea sumpsit uerum corpus suum sub sacramento, & & nihilominus hodie in ecclesia uetus & figurale pascha impletũ mãducat: q̃a ea quæ lex rudi populo carnaliter obseruanda præcepit, ipse in mẽbris suis, hoc est in ipsa ecclesia spiritualiter exercet. In hoc igitur regno comedit corpus suũ: id est, nos illud in eo comedere facit: sicut postulat ꝓ nobis, id est, postulare nos facit. Sacramẽtum enim eucharistiæ, q̃ nos per fidẽ spiritualiter manducamus, & ipse manducat nobiscum incorporando nos sibi per istud sacramentũ quod alloquens Auguſt. dicit, Cibus es grandium: non mutaberis in me, sed tu me mutabis in te, unde donec non ponitur hic exclusiuè, sed inclusiuè. *Et accepto calice*, scilicet uini quò ad pascha Iudaicum, *gratias egit & dixit, accipite & diuidite inter uos.* Gratias egit: quia instabat cõpletum desiderium, ut post immolationẽ agni typici sequeretur immolatio agni ueri, scilicet Christi: & quia uetera trãsibant & noua fiebant omnia, dum uinum & azima in corpus & sanguinẽ Domini eius benedictione trãsubstãtiabãtur.

Deinde ca. 22. Luca.

Augusti. lib. 7. cõfessio. cap. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnde ait: *Non bibam amodo de genimine uitis*, scilicet materialis, id est, de uino quod generatur in uite scilicet typicum potum, *donec ueniat regnum Dei*, quod intellige ut suprà de cibo est dictum. Vnde Beda: Sicut suprà typicum agni esum, sic etiam potum paschæ typicum negat se ulrà gustaturum, donec ostensa & manifesta resurrectionis suæ gloria regni Dei fides mundo adueniat: ut per duo maxima legis edicta, esum uidelicet potumque paschalem, spiritualiter immutata, disceres omnia legis sacramenta, uel iussa quæ carnaliter sonare uidebantur, ad spiritualem iam obseruantiam fuisse transferenda. Et sic secundum Augustinum. Lucas de duplici calice mentionem facit. Primò de calice uini prædicto: quò ad pascha Iudæorum. Secundò, de calice sanguinis sui: de quo infrà est dicendum. Calix Domini argenteus duas hinc, & inde habens ansulas, sextarij gallici mensuram capit. Legale igitur pascha cessauit, & impletum fuit in regno ecclesiæ, quando diuina sapientia parauit mensam noui sacramenti: ubi posuit panem corporis, & miscuit uinum sanguinis sui. Legalia enim habuerunt cursum suum & obligationem usque ad Christi passionem, in qua oblatum est unum perfectum sacrificium, euacuatiuum legalium: & ideo usque tunc Christus legalia seruauit, & similiter alijs seruanda mandauit: Vnde dicit Augustin. quod legalia tantum fuerunt ante passionem Domini uiua, post passionem mortua: sed postquam claruit ueritas euangelij per mundum, sunt sepulta. Nostra uerò sacramenta usque ad finem mundi in suo uigore manebunt. Et nota, quod in Exodo determinantur multa, quæ requiruntur ad esum agni typici: & adhuc requiruntur ad esum agni ueri. Debet enim comedi uerus agnus, scilicet Christus primò à circuncisis: per ueteris conuersationis depositionem. Secundò, cum lactucis agrestibus: per amaram de peccatis omnibus cordis contritionem. Tertiò, sine fermento peccati, cum panibus azimis: per conscientiæ sinceritatem. Quartò, renibus accinctis: per castitatem. Quintò pedibus calciatis: per affectionum à terrenis elongationem: cuius signum potest esse, quòd Deus prius lauit pedes discipulorum, quàm daret eis hoc sacramentum. Sextò, cum baculis in manibus: per suiipsius custodiam diligentem. Prædictæ conditiones requiruntur ad declinationem mali. Sed quantum ad operationem boni requiritur. Primò, quod in domo una comedatur: per ecclesiasticâ unitatem Secundò, quod à uicinis: per fraternum amorem & cõcordiam. Tertiò, quod non crudus sine amoris igne, nec coctus aqua sine deuotionis sapore: sed assus igni per deuotionis feruorem præcedentem. Quartò, quod festinanter: per spiritualem auiditatem & delectationem concomitantem. Quintò, quod totaliter: per fidei integritatem, uorando caput cum pedibus & intestinis: id est, per ueram fidem incorporando & credendo in Christo diuinitatem, quæ est caput eius: & humanitatem, scarnem quæ tanquam pes eius est: infima in ipsa natura, & animam, quæ est media, sicut eius intestina. Sextò, quòd sine ossium comminutione: per simplicem sacramenti uenerationem.

Beda in c. 20. Luca.

Augustin. li. 3. de consensu euãgelist.

Idẽ lib. de spiritu & litera.

Exod. 12. Agni comedendi conditiones.

A

B

C

D

E

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui hora uespertina cœnam ultimam cum discipulis in cœnaculo grãdi strato fecisti, & eos sacratissimo corpore & sanguine tuo cibasti: fac pectus meum cœnaculum grande stratum: amplifica spem & charitatem in corde meo: magnifica longanimitatem, spem, & charitatem, patientiam & humilitatem: da mihi ut te quem cœli & terræ non capiunt, pro modulo suo capiat cor meum contritum & humiliatum: ut per inhabitantem gratiam tuam omnia tibi placentia cogitem & perficiam, & omnia contraria odienda declinem, & sic perseuerando usque in finem consequar tunc dignam sacro sanctli corporis & sanguinis tui perceptionem.*

De ablutione pedum. Cap. LIIII.



CIRCA secundum uerò diligenter attende. Premissis namque ita se habentibus, *sciens Iesus quia uenit hora eius*, non fatalis, sed impletionis sacramentorũ à Deo patre ordinata *ut transeat ex hoc mundo ad patrem*: nõ per loci mutationem, sed sicut dicitur à patre uenisse assumẽdo naturam nostram mortalem, ita dicitur ad patrem rediisse, faciendo ipsam per immortalitatem in sua resurrectione paternæ gloriæ consortem: *cum semper dilexisset suos qui erant in mundo*, non suos sola creatione: sed suos etiã electione: scilicet discipulos, *in finem dilexit eos*, id est in fine specialia & maiora signa dilectionis: & quãto amore dilexerit eos, ostendit ponẽdo animã suã pro eis. *Vel in finem*, id est, perseueranter & in mortem, non quod morte terminaretur dilectio: sed intantũ dilexit quod usque ad mortem dilectio eum perduxit: in quo exemplum dedit, ut omnes in Dei & proximi charitate usque in finem permaneãt: uel *in finem*, id est, in Christũ qui est finis perficiens & consummans, *dilexit eos* utique, vt & ipsi de hoc mũdo ubi erant: ad caput suum, quod hinc trãsisset eius dilectione transirẽt. Per Iesum qui salus interpretatur: bonus prælatus significatur, finis uerò ultimus est beatitudo vera, quæ consistit in clara Dei uisione & fruitione perfecta. Licèt autem omnis homo debeat ad hunc finem proximum diligere, prælatus tamen qui est Christi uicarius, specialiter tenetur erga suos subditos hæc facere. *Et cœna facta*: scilicet agni paschalis, *cum diabolus misisset in cor*, id est, in uoluntatem Iudæ, non directè tanquam uolũtate mouens: sed indirectè tanquam ei suggerens *ut traderet eum*, scilicet Iesum cõsentiens iniquitati: die enim præcedenti eum uendiderat suggestione diaboli.

Ioan. 13.

Diabo-

Diabolus nõ immittit, sed cogitationes malas.

Diabolus quippe nõ est immissor cogitationum malarum, sed incensor: quia tentatio praua ex homine est, quam diabolus nõ immittit, sed immissam ab homine magis intendit, & accendit tentatione hominis percepta per aliqua signa exteriora. Aliter enim non potest hominem deiicere, nisi homo seipsum deiiciat, & hosti arma reddat: id est, nisi suggestioni consentiat: nam secundum Augusti. per diabolum suggestiones immittuntur, & humanis cogitationibus miscentur: his ergo ita factis, *sciens*. Iesus ut Deus, quia omnia dedit ei pater in manus: id est, in potestatem, etiam ipsum traditorem & persecutores: ex quo patet in Christo plenitudo scientiæ & potestatis, & quia à Deo exiuit in mundum veniens, nec patrem deserens, *& ad Deum uadit*, omniaque acquisiuit patri reducens, & non nos relinquens, sciens se esse regẽ regum, & Dominum dominantium, nec oblitus se esse Dei filium naturalem, & non ignorans suam sublimitatem, quamuis talis esse, & talẽ se sciret, tamen in magnæ suæ pietatis indicium, in magnæ nostræ exemplum humilitatis, non Dei Domini sed hominis serui impletor officiũ: humiliat se ut ministret, quia venit ministrare & non ministrari: ac *surgit à cœna* volẽs lauare pedes discipulorum. Ex quo uniuersum conculcat tumorem, dum is qui exit à Deo, & ad Deum uadit, pedes lauare voluit. Locuturus quippe euangelista, de tanta Domini humilitate prius eius celsitudinem uoluit commendare ad exaggerãdum ipsius Domini humilitatem, & admonendum nos vt quanto magni sumus, humiliemur in omnibus, & de donis Dei nunquam superbiamus. Ac si per hoc dicatur homini. Si ille qui filius Dei erat, & patri æqualis, suam à Deo inclinauit maiestatem, ut humiliaret se ad pedes hominis: quid debet facere miser homo, qui est terra & cinis? surgunt etiam statim & discipuli, ignorantes quo uelit ire. Ipse autem descendit cũ eis in alium locum, inferius in eadem domo subtus cœnaculum. Nam in superiori parte domus Palæstini faciebant cœnacula, & inferius cubicula. Sunt autem in monte Sion duæ capellæ, ubi erant canonici regulares cum abbate, secundum regulam beati Augustini, Domino ministrantes: una superior, ubi cœna facta fuit, & Spiritus sanctus super discipulos descendit: alia inferior, ubi Christus pedes discipulis lauit: & eis ianuis clausis apparuit, cui est contiguũ cœmiterium, quod dicitur bonorum uirorum possessio: ubi sepultus fuit beatus Stephanus, Nicodemus, Gamaliel, & Abiba cum alijs viris sanctis: vbi etiam est sepulchrum Dauid & Salomonis, & aliorum bonorum regum Iuda & Hierusalem. Veniens ergo Dominus inferius cum discipulis, omnes ibi sedere fecit: aquam sibi afferri iubet, deponit uestimenta, ut conuenientius hoc ministerium exhibeat. Vbi nota quatuor depositiones uestium Christi. In cœna deposuit eas, & resumpsit: ad columnam nudatus est, & reindutus: in illusione militum nuda tus est, & reindutus: sed ab Herode non legitur nudatus: ad crucem nudatus est, nec reindutus. Prima spectat ad apostolos, quos in breui resumpsit. Secunda, ad illos qui resumpti sunt in die pentecostes, & paulatim resumuntur. Tertia in reliquias, quæ resumentur in fine. Quarta, ad peruersam medietatem nostri temporis, quæ nunquam resumetur. Depositis igitur uestimentis suis *lintheo se præcinxit*, disponens se ad lauandum, & nihil omittens de his quæ ad istud requiruntur officium. *Deinde mittit aquam in peluin* lapideam, proprijs manibus, non per aliorum ministerium: & tam

Augustin. tract. 55. in Ioan.

Augustin. tractat. 55. in loan. Philip. 2.

Humilitas Domini in lauandis pedibus.

Petrus lotionem refugit.

Cœnacula Palæstinorum.

Luca. 5.

Vestes quatuor depositæ à Christo.

A

B

C

D

E

charitatiuè, tam honestè, tam officiosè præparatus uenit lauare pedes discipulorum lutosos: quia discalciatis incedebãt: *& tergere lintheo quo præcinctus erat*: ut per omnia humilitatis officium impleret. Et quid mirum si hoc fecit qui multo maiora facere dignatus est? Vnde August. Posuit autem uestimenta sua, qui cùm in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit: præcinxit se lintheo, qui formam serui accipiens, habitu inuentus est ut homo: misit aquam in peluin, ut lauaret pedes discipulorum, qui in terram sanguinem fudit, quò immundiciam dilueret peccatorum: lintheo quo erat præcinctus pedes quos lauit tersit, qui carne qua erat indutus euangelistarum vestigia confirmauit. Et lintheo quidem ut se præcingeret, posuit uestimenta quæ habebat: ut autem formam serui acciperet, quando semetipsum exinaniuit, non quod habebat deposuit: sed quod non habebat accepit. Hæc Augu. Et ut omnia ratione & ordine faceret, & faciendo nos instrueret, *uenit* ministerium inchoando primò, *ad Simonem Petrum*: ipse enim inter alios maior erat, & ideo ab ipso inchoandum fuit. Et tunc Petrus ex consideratione diuinitatis & maiestatis Christi territus, quòd etiam quilibet eorum expauisset, expauit, & totus stupefactus recusat: & rem sic suo iudicio indecentem declinat. Non decet, inquit, non conuenit: *tu* Dominus, ego seruus: tu Deus, ego homo: tu creator, ego creatura: & *tu mihi* misero, pauperrimo, humillimo piscatori *lauas pedes*, sordidos, & ĩfimum in corpore membrum manibus his quibus cæcis oculos aperuisti, leprosos mundasti, & mortuos suscitasti: id est, uis lauare pedes mihi peccatori, tu qui es filius Dei: quasi diceret, hoc indecẽs est, & nullo modo sustinendum. Simile uerbum dixit in principio conuersionis suæ, exi à me, quia homo peccator sum Domine. Sicut est Dominus humilis ad seruiendum, ita seruus non suscipiendo seruitium, quasi diceret secundum Bedam: Tu Deus deorum, tu rex angelorum, tu filius altissimi, & speculum sine macula maiestatis Dei: tu quem adorent angelicę potestates, tu Deus æterne mihi vermiculo lauas pedes? tu ante me curuaris, ante quem curuantur qui portant orbem: tu ante me flecteris, ante quem flecti tur omne genu, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Et in hoc Petrus significat discipulum ignorantem, & indiscretè loquentem de facto superioris sui cuius ignorat rationem. Frequenter enim contingit, quòd aliquid iudicatur irrationabilissimum ab ignorante causam, quod tamen rationabilissimum est secundum ueritatem: propter quod dixit ei Iesus: *Quod ego facio, tu nescis modo*: hoc meum factum, exẽplum est & mysterium: exemplum quidem humilitatis exhibendæ, mysterium autem interioris mundationis. Dupliciter ergo potest intelligi. Vno modo: *quod ego facio*, id est, quomodo ego facio exemplum *tu nescis modo*: id est, nõ intelligis, *scies autem postea*, tunc scilicet quando exposuit eis dicens, scitis quid feci uobis, &c. Aliter enim non potuit superbię nostræ tumor curari, nisi per maximam humilitatem redemptoris nostri: & tamẽ post totum istud adhuc cum Lucifero superbiunt multi vicarij, & successores Christi. Alio modo potest intelligi, *quod ego facio tu nescis modo*: id est, hoc mysterium est & secretum, & significat interiorem mundationem, quæ non potest fieri nisi per me: quod non intelligis modo *scies autem postea*: tunc scilicet cùm spiritum sanctum accipies. Res enim est sacramentalis ad instructionem ecclesiæ, & fiet tibi manifesta oportuno tempore.

Et

Universidad de Deusto Biblioteca

Et in hoc docemur bene iudicare, & loqui de factis superioris boni, nisi Deo ꝑmittēte erraret manifestè. Petrus autem de tanta filij Dei inclinatione perterritus, & usque ad suos pedes humilem Christum uidere nolens, in eadem adhuc voluntate persistit: non ex obstinatione, sed ex humillima, quam ad Christum habuit reuerentia, dicens: *Non lauabis mihi pedes in æternum*: id est, nunquam lauabis, nunquam hoc patiar: hoc enim in æternum non fit, quod nūquam fit. Ac si diceret, absit à me quo sustineam hoc à magistro, à Domino, & à Deo meo: licèt autē Petrus bono zelo hoc faceret, tamen indiscretè faciebat: quia cùm Christus non posset errare, non debebat uoluntati eius aliquo modo resistere. Et ideo comminatur ei Dominus dicens: *Si non lauero te*, id est pedes tuos, *non habebis partem mecum* in beatitudine.

Lauādi sumus à Christo.

Siue hoc intelligatur de lotione mystica & interioris maculæ ipsius affectus, quę quia necessaria est, ideo pręcipitur: siue de lotione materiali & corporali pedum ipsius Petri, quæ econuerso ideo est necessaria, quia præcipitur, non potuit in Petrum amplius intonare quàm ut minaretur repulsam. Et ideo Petrus audita comminatione Christi, ad tantæ comminationis terrificū verbum expauescens, sapienter mutat consilium in melius, dicens: *Domine non tantum pedes meos*: id est, affectus: *sed & manus*, id est opera & *caput* id ē, cogitationes mentis: quasi diceret non ex proteruia recusaui, sed quia consideraui opera tua & expaui: pedes sunt pars corporis inferior, manus media, caput superior: & ideo per expresionem istarum partium, intelligitur totum corpus. Territus Petrus de periculo salutis ex Domini responsione, ac perturbatus amore & timore, plus expauit Christum sibi negari, quàm usque ad suos pedes humiliari: & se totum offert abluendum. Si tibi, inquit, placet si aliter fieri non potest, seruus tuus sum, totum me tuæ voluntati subiicio, & *non pedes tantum, sed & manus, & caput* ad lauandum tibi offero: & prius sustinerem à te per totum corpus lauari, quàm à te separari. Non mihi neges capiendam tecum partem, cùm nullam tibi negē abluendam mei corporis partem. Quamuis enim durum esset Petro sustinere seruitium magistri: grauius tamen erat ei ab ipso separari.

Augustin. tracta. 56. in Ioan.

Secundum Augustinum: Totus homo abluitur in baptismo: & errauit Petrus, ne nos erraremus cùm se totum Deo obtulit abluendum: quem Deus correxit, ostendens semel baptizatum non esse rebaptizandum. unde *dixit ei, Qui lotus est*, scilicet per baptismū: *non indiget, nisi ut pedes lauet*, id est affectus, & motus sensualitatis inordinatos: *sed est mundus totus*, scilicet præter pedes quibus terram tangit, quos lauare opus habet.

Baptizati erant Apostoli.

Ex quibus uerbis intelligimus apostolos baptizatos, etsi nō legimus quis baptizauit eos. Erant autem baptizati baptismo Christi: qui licèt non baptizauit turbas, baptizauit tamē discipulos suos, sibi familiares & domesticos: ut haberet baptizatos seruos, per quos baptizaret cæteros. Sed cùm baptismus abstergat etiā sordes pedum, uidetur quòd qui lotus est, id est baptizatus: non indiget ut pedes lauet. Ad hoc dicendum, ꝙ si statim post baptismum de hoc mundo transiret: nō utique hac ablutione indigeret: quia cùm sit mūdus totus, statim euolaret. Sed qui post baptismum uiuit in hac vita mortali, nō potest ad tantum culmen perfectionis ascendere, quinetiam inordinati motus sensualitatis de affectibus terrenis insurgant: & ideo oportet quòd pedes lauet, uel per martyrium, quod est baptismus sanguinis, uel per pœnitentiā, quod est baptismus flaminis, ut euolare posit.

Ratio, interioris hominis caput.

Vbi nota quòd interioris hominis caput, est ratio superior, qua anima est coniuncta Deo: siue pars contemplatiua, quæ intendit superioribus & æternis. Manus, sunt ratio inferior, quæ uacat operibus actiuæ uitæ: pedes verò, sensualitas, & sensus corporis, ac mentis & animæ affectiones inferiores. Ipsi enim nos fecerunt extra nos: & ipsi frequenter sicut pedes maculantur nobis post baptismum, in quo totus homo abluitur: quia ex conditione mortalis vitæ sæpe maculas contrahunt ex terrenis & temporalibus: & ideo lauandi sunt sæpius: unde necesse est, ut crebra ablutione confessionis & lachrymarum emundentur pedes affectuum de terrena cogitatione terrenorum, in cogitatu & amore eorum. Qui enim non lauatur post baptismum per pœnitentiam, non habet cum Iesu partem.

Augusti. tracta. 56. in Ioan. 1. Ioan. 1.

Vnde dicit Augustinus, quòd humani affectus, sine quibus in hac mortalitate nō uiuitur, quasi pedes sunt, ubi humanis rebus afficimur: ut si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipsos decipimus. Sciebat ergo Dominus apostolos mundos quò ad caput, quia Deo coniuncti erant per fidē & charitatem, & quantum ad manus, quia eorum opera erant sancta: sed tamen quantum ad pedes, affectus aliquos terrenorū ex sensualitate habebant, & sordidi erant: & ideo quantum ad illos lotione indigebant.

Bernardus sermone in cœna Domini.

Vnde Bernardus. Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet: lotus enim est, qui grauia peccata nō habet cuius caput, id est intentio & manus, id est operatio & conuersatio, munda est: sed pedes, qui sunt animæ affectione, dum in hoc puluere gradimur ex toto mundi esse non posunt, quin aliquando uanitati, aliquādo uoluptati, aliquando curiositati plus q̄ oporteat cedat animus, uel ad horā. In multis.n. offendimus omnes. *Iacob. 3.* Veruntamē hęc cōtēnat aliqs: qa impossibile est cū eis saluari, & impossibile est ea dilui, nisi ꝑ Christū, & à Christo: qa si nō lauerit ea Christus, non habebimus partē cum eo. Nemo tamen pro eis desperet: quoniam si uiderit nos Dominus humiliter pro eis esse solicitos, ignoscet facilè: imò & libenter.

Minora peccata cur nō penitus auferantur.

De minoribus enim istis peccatis pia dispensatione nobiscum agitur, ut non penitus auferantur, sed in illis nos erudiat Deus: & cùm minora cauere non possumus, certi sumus quòd non nostris uiribus maiora superemus: semper timorati & omnino soliciti simus, quomodo eius gratiam non amittamus: quam nobis tantopere, & tam multipharie necessariam esse sentimus. Hæc Bernardus.

Augustin. tracta. 56. in Ioan.

Deinde Dominus subiūgit, *Et uos mundi estis*: qui à me mūdati. Secundum Augustinum, Erant mundi, quātum ad manus & caput: non quantum ad pedes. Et sequitur, *sed non omnes*. Duo enim sunt præcipua, quibus homo à peccatis mundatur, scilicet eleemosyna, & charitas. Contra primum, Iudas erat fur: contra secundum, Christi proditor: & ideo non mundus erat. Sic ergo per pedum ablutionem designauit Dominus mundiciam spiritualium pedum, quæ maximè requiretur, ex eucharistiæ perceptione. Et ideo uoluit lauare pedes discipulorum suorum, antequam daret eis sui corporis sacramentum: ad designandum ꝙ spiritualis munditia requiritur ad ipsum percipiendum.

Anselmus in sermone euang.

Vnde Anselmus: Corpus & sanguinem suum discipulis suis, in cœna mystica tradens, eorum pedes humiliter lauit: docens sacrosancta mysteria mūdis operibus, & pia mentis humilitate celebranda.

Mysticè.

Mysticè etiam significatus eius sanguinis effusio, per hoc quod misit aquam in peluim: & peccatorum nostro-

nostro-

nostrorum ablutio, per hoc quòd cœpit lauare pedes discipulorum: ac pœnarum nostrarum in seipso susceptio, per hoc quòd tersit pedes lintheo, scilicet corporis sui, quia peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum. Alij autem discipuli audita reprehēsione Petri, de hoc quòd recusauerat huiusmodi lotionem: non fuerunt ausi ultra aliqualiter recusare eam.

Contemplatio.

Considera nunc bene singulos actus, in hac benignissima lotione pedum, omni dilectione & humilitate plena: & cum admiratione conspice quæ gerūtur, quia sunt deuota. Inclinat se summa maiestas, & humilitatis magister, usque ad piscatorum pedes. Stat incuruatus & genibus flexis coram ipsis sedentibus: lauat proprijs manibus & abstergit, ac deosculatur pedes omnium. Sic ergo usque ad pedes discipulorum Dominus omnium seipsum humiliat, & supplex humilitatis ministerium exhibet, propter humilitatis formam: non solum verbo, sed exemplo cōmendandam & docendam. Sed & illud superexaltat humilitatem, & ad maximum cumulum humilitatis accedit, quòd & ipsi proditori suo eadem obsequia præbet: & illi non dedignatus est pedes lauare, cuius manus iam præuidebat polluendas in scelere: in quo Dominus infirmitatem nostram consolatur, ut siquando contingat nos ab amicis prodi: uel à famulis aut aliquibus uilioribus malum aliquod pati, non scandalizemur respicientes Iudæ exemplum, qui infinitis potitus bonis, in contrarium remunerauit benefactorem, ac Dominum & magistrum. Sed ò cor nequam, & ipsa duritia durius, si sic ad tantam humilitatem non molliris, si sic Dominum maiestatis non uereris: si sic usque ad ipsius semper tibi beneficij, semperque innocentis interitum sæuis. Sed væ tibi miser. Tu quidem obduratus, quod concepisti parturies: non tamen ipse, sed tu peribis. Admiranda est igitur tāta humilitatis & benignitatis & profunditas Domini Iesu. Vnde Anselmus: Et te quidem perditissimi proditoris tui perfidia non latebat: quando in hac cœna ablutionis, etiā coram ipso genuflexo procumbens, maledictos pedes eius veloces ad effundendum sanguinem tuum, sanctissimis manibus tuis attrectare, lauare, & extergere dignatus es.

Psal. 13. Contra superbiam.

Et tu adhuc extento collo ambulas. O terra & cinis, adhuc superbia te eleuat, adhuc impatientia te exagitat. Intuere humilitatis & mansuetudinis speculum, uniuersæ facturæ creatorem, & tremebundū iudicem viuorum & mortuorum: ante pedes hominis, etiam traditoris sui, genua curuantem:

Matth. 11.

disce ab eo qui mitis est, & humilis corde. Confundere in superbia tua, erubesce in impatientia tua. Et iterum: Cùm autem surgens à cęna lintheo se præcinxerit: misitq; aquam in peluim: cogita quæ maiestas, quæ potestas hominum pedes lauit & extersit, quę benignitas proditoris uestigia sacris manibus tāgit. Specta & exspecta, & ultimò omnium tuos ei præbe pedes abluendos: quoniam quē non lauerit, non habebit partem cum eo. Hæc Anselmus. Hoc autem expleto ministerio, quod ad humilitatem pertinebat obsequij, & ad purificationem cęnæ corporis sui: *reaccepit uestimenta sua, & rediit ad locum cœnæ*: quia mutat officium, mutat & habitum, ad seruiendum uestimenta deposuit: ad docendum resumit & sedet.

Eccl. 19.

Vt enim dicitur in Ecclesiastico: *Amictus hominis enunciat de illo*. Per hoc autem ostendit quòd superior post actū humilitatis debet resumere debitum officium authoritatis.

Mysticè.

Mysticè autem, secundum Alchuinum, impleta redemptionis nostræ purgatione, per sanguinis sui effusionem accepit uestimenta sua: tertia die de sepulchro resurgens, & eodem corpore iam immortali vestitus, & ascendens in cœlum in dextera paternæ diuinitatis recumbens, inde uenturus est ad iudicandum. Et cùm recubuisset iterum ad cœnam corporis sui faciendam, docuit eos quare hoc fecerit in exemplo: scilicet mutuo sibi seruiendi. Vnde dixit: *Scitis quid fecerim uobis?* id est quātam humilitatem exhibuerim uobis. Interrogat, ut eos attentos reddat. Deinde eos ad imitandū suū exemplum cōfortat, dicens: *Vos uocatis me magister, & Domine: & bene dicitis*, quia uerū est quod dicitis. *1. Cor. 1.* *Sum etenim* magister & Dominus, quia Dei virtus, Dei & sapientia, Magister, inquam, propter sapientiam, quam doceo verbis: Dominus, propter potentiam, quam ostendo miraculis. Quia dicit magna de se: non est arrogantia, sed veritas quæ prodest auditoribus, sicut facit & Paulus.

August. tra. 58. in Ioannē.

August. Vituperabile est quòd quisque se commendet, propter periculum superbiendi. Nam periculosum est sibi placere, cui cauendum est superbire: ubi ergo non imminet periculum superbiendi, non est uituperium propria cōmendatio. In Christo autem hoc periculū nō timebatur: ille enim qui super omnia est, quantūcunq; se laudet, nō se extollit excelsus. Itē quia aliquādo laudabile est quòd homo se commendet, quando scilicet cedit ad vtilitatem fidelium: & sic Apostolus cōmendauit se. *2. Cor. 11.* Sed ualde est nobis utile & necessarium ut cognoscamus Deum. vnde expedit nobis quòd magnitudinē suam nobis reuelet: & ideo oportet quòd ipse se nobis laudet: non est igitur ueritas, quādoq; tacēda pro uitanda iactantia.

Gregorius in. 1. Regū. Mentiendū non est, ut humiles videamur.

Gregorius, Incauti sunt humiles, q se mēdacio illaqueant: dum arrogantiam uitant: quia contra ueritatem se erigunt, quam relinquunt. Qui enim necessitate cogente vera de se bona loquitur: tanto magis humilitati iungitur, quāto veritati sociatur. Tūc arguit à minori. *Si ergo ego laui pedes uestros, Dominus & magister*: de quo minus uidetur, & quod minus erat debitum: *& uos* sibimet discipuli multo fortius *debetis* hoc exemplo prouocati *alter alterius lauare pedes*: & ad omne obsequium humiliari: quia magister sum, meam doctrinam recipite. Et quia Dominus, meum mandatum custodite. Hīc per unū obsequium accipiuntur synecdochicè omnia alia obsequia fraterna: quasi diceret, Debetis uobis mutua obseqa humilitatis & charitatis exhibere. s. inuicem ministrare, inuicē iniurias dimittere, pro inuicem orare.

Chrysost. hom. 70. in Ioan.

Chryso. Non in lauando pedes hanc leg scribit solum: sed & in alijs omnibus, quæ circa nos non monstrauit. *Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis*, humiliando me sub uobis, *Ita & uos* inferiores *faciatis* uobis inuicem: & maximè in casu necessitatis: quasi diceret, Non solum hoc feci propter pedum corporalium emundationem, sed propter humilitatis eruditionem: & ad hoc feci ut ostenderem uos ad hoc teneri.

Idem ibidem.

Secundum Chrysostomum: Christiana religio potius attendit modum quàm opus: qa Dominus non attendit quantum, sed ex quanto: id est potius hoc, quàm illud. Et bene docuit humilitatem exemplo.

Facta plus quàm uerba mouent.

Nam in moralibus & in actibus hominū, plus mouent exempla quàm verba. Illud enim hoc agit & elegit, quod sibi videtur bonum. Vnde magis ostendit quis illud esse bonum, quod ipsemet eligit, quàm quod docet. Et inde est quòd quando quis docet aliquid, & aliud facit: magis suadet alijs quod facit, quàm id quod docet: & ideo maximè necessarium est ex ipso facto dare exemplum. *Non est seruus maior Domino suo: neque Apostolus*, id est missus,

sus,

Universidad de Deusto Biblioteca

fus, seu nuncius, *maior eo qui misit illum*: & ideo sicut ego Dominus, & magister & mittens me humilio uobis: ita & uos humiliare debetis: & facere æqualibus uestris, quod me uobis minoribus facere uidistis: quasi diceret, secundum Chrysostomum.

Idem ibid.

Si à me hæc facta sunt, multomagis à uobis oportet hæc fieri: debitores enim nos constituit Deus ipse incipiens. Qui sedet super cherubin, pedes lauit proditoris. Tu uerò homo, terra & cinis existens: & puluis & lutum, extollis teipsum, & magna sapis. Ecce quātum exemplo & uerbo eos ad humilitatem inuitauit: & doctrinæ suæ de humilitate factum & exemplum humilitatis præmisit: & in hoc conuenientem modum docendi ostendit. secundum illud: *Cœpit Iesus facere & docere*.

Actuū. 1.

Hîc etiam aperuit in hoc quòd Petro dixit: *Scies autem postea*. Augustinus, Hoc est beate Petre quod nesciebas, cùm tibi lauare pedes non sinebas: hoc tibi postea sciendū promisit, quando ut fineres terruit te magister tuus, & Dominus tuus lauans pedes tuos. Didicimus fratres humilitatem ab excelso: faciamus inuicem humiles, quod humiliter fecit excelsus. Hæc August.

Augusti. tracta. 58. in Ioan.
Humilitas Christi imitanda.

Et ad literam & ad mysticum sensum, hoc mandatum Domini debet impleri: ad literam quidem, ut per charitatem seruiamus inuicem: non solum in lauando pedes fratrum, sed & in omnibus necessitatibus adiuuando, & opera misericordiæ exercendo. Quod si non fiat ad literam, scilicet manu, saltem faciamus corde: ut in illorum numero simus quibus dicitur: benedicite sancti & humiles corde Domino.

Augusti. ibidem.

August. Multo melius est, & sine controuersia uerius: ut etiam manibus fiat, ne dedignetur quod fecit Christus facere Christianus. Cùm enim ad pedes fratris inclinatur corpus, etiam in corde ipso uel excitatur, uel si iam inerat confirmatur ipsius humilitatis affectus. Hæc Augustinus. Sed excepto isto morali intellectu: nihilominus hoc etiam ad mysticum intellectum, & spiritualiter facere debemus. In lotione enim pedum, datur intelligi ablutio macularum. Tunc ergo spiritualiter lauas pedes fratris tui, cum Christum imitando abluis, quantū in te est, maculas eius. Hoc autem fit tripliciter: remittendo scilicet ei offensam, sicut ille nobis pœnitentibus peccata dimittit: itemq; orando pro peccatis eius, sicut ille lauit nos à peccatis interpellando patrem pro nobis: & iste duplex lauandi modus communis est omnibus fidelibus. Tertius modus pertinet ad prælatos, qui lauare debent remittendo peccata authoritate clauiū. Nostrum est ergo donante Domino ministeriū charitatis, & humilitatis adhibere: illius est exaudire, ac nos ab omni contaminatione peccatorum mūdare. Deinde quod dixit sequenti præmio confirmat, dicens: *Si hæc scitis*: quæ feci & doceo: *beati eritis*, hîc in spe, & in futuro in re: *si feceritis ea*, quia beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud: & intellectus bonus facientibus ea.

Luca. 11.
Psal. 110.

Quia scire bonum, & non facere: non pertinet ad beatitudinem, sed ad condemnationem. Secundum illud: *Scienti bonum & non facienti, peccatum est illi*. Vnde & Chrys. Beatitudo nō copulatur cum scientia: sed cum opere & lumine scientiæ.

Iacob. 4.
Chrysosto. hom. 70. in Ioan.

ORATIO.

O Mitis Iesu, & ueræ humilitatis exemplum, qui lauisti pedes discipulorum tuorum: peto & obsecro Domine purga meos affectus, ut utroque pede, gemina uidelicet charitate purgatus, & accensus ad te purificatorem meum accedam securus. Purifica me in finem dierum, & emunda ab omnibus maculis peccatorum: ut dimissis negligentijs, & peccatis meis inimici die mortis confusi abscedant, qui meum calcaneum obseruabunt. Dirige Domine pedes meos in uiam pacis: ut de manibus omnium inimicorum liberatus: benedicam te cum electis tuis omnibus in secula seculorum. Amen.

De charitatiua correptione proditoris, & egressu eius. Cap. LV.



CIRCA tertium autem dolens, & męstus ausculta. *Cùm enim hæc dixisset Iesus turbatus*, id est cōtristatus est, non carnaliter, sed *spiritu*: id est spiritualiter & ex imperio rationis: quia ipse spiritu suo & potestate fecit in se istā pro passionis turbationē: & hæc turbatio in parte sensitiua existens, nō erat contraria rationi, sed magis conueniens ei: virtuosum enim est cōtra vitia turbari: spiritualis turbatio ad pietatem, & misericordiā spectat, sed carnalis furorē et irā excitat: spiritu igitur turbatur Iesus, & misericorditer, siue cōpatiēdo discipulo qui eū tradit, & tradendo perit, siue ut nos doceat quid agere debeamus. quādo in magnū facinus, aliquē hominem ruere uidemus: sic & sancti misericorditer & ex charitate turbantur, cū urget eos iā zizania à tritico ante messes separare.

Ioan. 13. Matt. 26. Marci. 14. & Lu. 22.

Moraliter ergo instruit prælatos nō debere, quantūcunq; etiam flagitiosos, nisi cum magna cōpassione & dolore, à liminibus sanctæ matris ecclesiæ separare. Vnde Aug. Turbetur planè Christianus, non miseria, sed misericordia: timeat ne pereant homines, conturbetur cùm perit aliqs Christo. Concupiscat homines acquiri Christo: lætetur dū acquiritur aliquis Christo: timeat & sibi ne pereat Christo, contristetur se peregrinari à Christo. Concupiscat regnare cum Christo, lætetur cùm sperat se regnaturū esse cum Christo.

Excōmunicandum raro.
Augustin. tracta. 60. in Ioan.

Et edentibus illis, dixit: Amen dico uobis, quia unus ex uobis duodecim, q ubiq; mecum estis, quorum pedes laui, quibus tāta promisi, *tradet me* Dominum, me magistrū, me saluatorē. unus ex uobis: numero, nō merito: corpore, non animo: specie, non virtute. Maxima ingratitudo Iudæ fuit tradere suum commēsalē, imò Dominum & nutritorē: unde & alius euangelista sic dicit: *ecce manus tradentis me mecum est in mensa*. Hoc idem posset Dominus hodie dicere de sacerdotibus multis qui mēsam Domini indignè attingere pręsumunt, qui rursum quantum in se est merito peccatorum filium Dei crucifigēdum tradunt. Per hoc enim ꝙ in mensa denunciauit suum proditorē, designauit quòd multi proditoriè ueniunt ad suā mensam. Maius autē peccatum

Cōtra sacerdotes scelestos.

peccatum est tradere Christum regnantem in cœlis peccatoribus membris, q̄ ambulantē in terris peccatoribus Iudæis. Vnde Beda: Sed & hodie quoq; & in sempiternū, uæ homini illi qui ad mēsam Domini malignus accedit: q insidijs mente conditis, qui præcordijs aliquo scelere pollutus mysteriorū Christi secretis participare non metuit.

Beda in ca. 22. Lucæ.

Et ille enim in exemplum Iudæ, filium hominis tradit, non quidē Iudæis peccatoribus, sed tamē peccatoribus mēbris, uidelicet suis, quibus illud inæstimabile & inuiolabile Domini corpus uiolare præsumit. Vę, inquam, illi homini de quo Iesus, qui altaribus sacrosanctis inter immolandū, ut pote proposita consecraturus adesse non dubitatur, astantibus sibi ministris cœlestibus cōqueri cogitur: ecce, inquit, manus tradentis me mecum est in mensa. Hæc Beda. & ut dicit Origenes. Tales sunt omnes in ecclesia, qui insidiantur fratribus suis, cum quibus ad eādē mensam corporis Christi frequenter fuerūt.

Origenes tracta. 35. in Matth.

Prædixit autē Dominus de proditore: & sic eum quodāmodo reuelauit triplici de causa. Primò, ut sic ostēderet se Deum, qui futura contingentia præuidebat. Secundò, ut ostenderet se spontaneè pati, quia præcauere poterat mortē, quam pręsciebat. Tertiò, ut proditor pœniteret, qui se non latere audiebat. Vnde Hierony. qui de passione prædixerat, & de proditore prædicit: dans locum pœnitentiæ: ut cùm intellexisset sciri cogitationes suas, & occulta cordis consilia, pœniteret eum facti sui: & tamen non designat eum specialiter, ne manifestè coargutus impudentior fiat: sed mittit crimen in numero, ut cōscius pœnitentiā agat. Hæc Hierony.

Hierony. in cap. 26. Matthæi.

Et notandum ꝙ à mali perpetratione solet aliquis quatuor modis retrahi, quibus ex magnitudine misericordiæ suæ tentauit Dominus proditorē discipulum à tanto scelere perpetrando ad pœnitētiam reuocare: scilicet pudore, cùm dicit, *unus ex uobis tradet me: &, manus tradentis me mecum est in mensa*, timore, per comminationē supplicij: cùm dicit, *uæ autem homini illi per quem filius hominis tradetur*: ut qui pudore non uincitur, timore corrigatur. beneficii exhibitione, cùm illū ad mensam suam recipit, & ei pedes lauat. affectus ostensione, in blanda allocutione, cùm dicit: *amice ad quid uenisti?* Sic exēplo Christi bonus prælatus subditis etiam malis debet exhibere beneficia, ut quantū in se est eos à sua reuocet uita mala.

Quot modis reuocetur aliquis à male agendo.

Sed Iudas nullo horum frangitur, ne hominem tradat, quem Dei filium nouerat. Passionem ergo Iesu Christi piè considerare uolenti, occurrit primùm perfidia proditoris, qui tantæ fuit fraudis veneno repletus, ut magistrum & Dominum proderet: tantæ cupiditatis flamma succensus, ut Deum argento venūdaret: & preciosum Christi sanguinem vilis mercedis precio compensaret: tantæ deniq; ingratitudinis, ut eum qui omnia sibi commiserat, & ad culmē apostolici honoris prouexerat venundaret ad mortem: tantæ duritiæ, ut nec familiaritate conuiuij, nec humilitate obsequii, nec suauitate colloquii, nec mulcebritate osculi à concepta malitia potuit reuocari. O mira benignitas Christi in discipulum durū: Domini in seruū nequissimum. Verùm licèt inexplicabilis fuerit proditoris impietas: in immensum tamen eā exuperat agni Dei dulcissima mansuetudo, in exēplū data mortalibus, ut iā nō dicat ab amico exuperata humana īfirmitas: *si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem utiq;*: q̄a ecce homo unanimis, q dux videbatur & notus: qui panes Christi edebat, & in sacra illa cœna dulces capiebat cibos: magnificabat sup eū supplātationē, & leuauit calcaneum suum contra eum: q̄a conabatur suppeditare ipsum.

Psal. 40.

Sic hodie multi prælati, clerici, & religiosi q lautè uiuunt de patrimonio crucifixi: leuant calcaneum contra Christum mēbris suis, supplantantes ea, & affligentes calumniis, & exactionibus iniustis. Cum autē Iesus dixit eis, unus ex uobis me tradet: hæc uox in corda ipsorū ut gladius acutus intrauit: luctusq; intolerabilis chorū illum sanctū tūc assumpsit, & tristati comedere cessauerunt, & inspiciebant seipsos inuicē, quasi nouo stupore percussi, hæsitantes de quo diceret:

Vnus uestrum me tradet.

Nō solum propter mortē magistri sui futurā sunt contristati: sed q̄a quilibet timebat de se, ne esset ille q debebat eū tradere. Erant ergo admirati, quia quilibet eorū præter Iudā sentiebat se totaliter firmatū in cōtrarium dicti ipsius Christi & similiter de suis sociis, sicut de se cogitabat: veruntamen propter firmitatē uerborū Christi magis eius dicto, q̄ suis conscientiis credebant: & non hæsitabant de euentu rei, sed de illo ꝑ quē hoc eueniret. *Contristati ergo ualde cœperunt singuli dicere*, unusq̄sq; pro se, *Nunquid ego sum Domine*. s. qui tradet te. Et certè nouerant undecim Apostoli, ꝙ nihil tale cōtra Dominum cogitauerant: sed plus magistro q̄ sibi credebant, & timētes fragilitatem suam, tristes quærunt de peccato cuius non habent conscientiam: ut dicitur in Psal. *Delicta quis intelligit?* Quilibet etiam debet sibi timere de futuro, quātūcūq; sit sanctus,

Psal. 18.

Et respondens, ait: Qui intingit mecum manū in paropside, seu catino, hic me tradet. Ecce humilitas Christi & patientia, qua proditorē ad mensam & scutellam admittit. Et secūdum Hieron. In hoc mira apparet Domini patientia, quia primùm dixerat, unus ex uobis me tradet: perseuerat proditor in malo: manifestius arguit, & tamen nomine proprio non designat.

Hierony. in cap. 26. Matthæi.

Vnde ꝑ hoc uerbum Christi non potuerūt determinatè perpendere quis esset: quia omnes duodecim de eodē vase in circuitu cum Domino edebant: minores autem discipuli seorsum in alia mensa comedebāt: quasi diceret, unus ex duodecim me tradet. Et ex hoc satis apparet ꝙ alii discipuli pręsentes erant. Quod autem Matth. *paropsidem*, Marcus *catinum* dicit, unus quadraturam uasis: alter quod esset fictile opus designat. Est .n. paropsis uas quadratum, habēs pares apsides, id est latera & extremitates: catinus uerò vas fictile, seu luteū ad immittēdum liquorem, & ad plura alia aptum.

Paropsis. Catinus.

Aspice nunc bene discipulos, & compateretur tā Domino q̄ eis, quia in magno dolore sunt positi. Ille autem proditor ne uerba hæc ad eum pertinere uiderentur, comedere non cessauit. Cæteris enim contristatis ac retrahentibus manus, & interdicētibus cibos ori suo: Iudas temeritate & īpudentia, qua proditurus erat magistrū, manū cū eo mittit in paropsidem, ut audacia bonam conscientiam mentiretur.

Audacia Iudæ.

Et debes scire ꝙ ipsa mensa erat in terra, & more antiquo in terra sederunt ad cœnā in cœnaculo strato, quasi iacendo recūbentes. Erat autem ut creditur quadrata, de pluribus tamen tabulis facta. Et prout narrauit ille qui eam Romæ in ecclesia Lateranensi mensurauit: in uno quadro est duorū brachiorum & triū digitorum: & in alio duorū brachiorū & palmi: ita ꝙ licèt strictè & arctè, tamē ut creditur tres discipuli in uno quadro sedebant, & Dominus humiliter in angulo, & Ioannes iuxta eum erat: ita quòd omnes de uno vase comedere poterant. Vbi aduerte conuiuium humilitatis & charitatis, quia cum pauperibus illis discipulis, & Iuda proditore in eādem mensam, eodē cibo & potu, eodē catino & calice magister & Dominus participat. Nō sic hodie multi religiosi faciunt, qui dissimiliter à fratri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

à fratribus refici non erubescunt. Et addit Iesus, præ
Esaia.53. dicendo pœnam damnationis traditoris, *Filius quidem hominis uadit*, ad'passionẽ volũtarie: *sicut scriptum est de eo*, oblatus est, quia ipse uoluit. *Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur.* Væ: id est, æternaliter peribit: quia uæ in scriptura sacra æternam damnationem notat. Licèt enim Iudas post factum pœnituerit: hoc tamen inutiliter fuit, quia per desperationem se suspendit. Hieronymus. Iudas autem nec
Hieron. in cap. 26. Matth. primò, nec secundò correptus, à proditione retrahit pedem: sed patientia Domini nutrit impudentiam suam: & ideo pœna prædicitur, ut quem pudor non
Iudæ scelera. vicerat, corrigant denunciata supplicia. Et ne mitisi mam pœnam eius intelligeremus, adiungit: *bonum ei erat, si natus*, scilicet in utero *non fuisset homo ille*: tot & tantis criminibus fœdatus: qui patrem occidit, matrẽ
Hieron. ibidem. stuprauit, Christum prodidit, seipsum suspendio interemit: quia, secundum Hieron. Melius erat ei non esse, quàm ad tormenta esse: multo enim melius est non subsistere, quàm malè subsistere: bonum enim accipitur hic pro minus malo. Minus autem malum est non esse simpliciter, quàm esse damnatum: quia & si non sit minus malum ratione pœnæ adiunctæ, quę non priuat totum esse creatum: tamen minus malum est ratione culpæ mortalis, quæ inseparabiliter adhæret damnatis, & ipsa non solum priuat quoddam esse creatum sicut pœna sed etiam priuat bonum infinitum, scilicet diuinum, propter quod esse miserũ, miseria culpæ mortalis æternaliter, hoc est peius quàm sit non esse simpliciter. Et quia cæteri discipuli eum tristes interrogauerant: interrogat eum & ipse quem conscientia remordebat, ne tacendo se crimen suum prodere videretur. Si enim ipse alijs de hoc quærenti bus tacuisset, suspectum se eis reddidisset, unde dixit:
Hieron. ibidem. *Nunquid ego sum rabbi?* non uocat eum Dominũ, sicut alij, quia iam à se excusserat iugum Domini alijs sub eius iugo remanentibus. Et secundum Hiero. Nõ Dominum, sed magistrum vocat: quasi excusationẽ habeat, si Domino denegato saltem magistrum prodiderit. *Et ait, tu dixisti*: quasi diceret, secundum Rabanum, Tu prodidisti te, non ego: Eadem ratione confutatus est proditor, qua Pilatus iniquus iudicator.
Arguendi forma. Nondum corã eis eum exprimit, nec delictum suum in hoc alijs publicauit sed conscientiæ Iudæ se eius delictum scire significauit: poterat enim per hoc uerbũ mẽtem Iudæ sic mouere, quod alios latebat: unde potest sic intelligi: Ego non dico, sed tu dicis. Vel potest exponi de assertione cordis, quasi diceret: Ore interrogas, quasi nescius: sed corde dicis, & ratũ habes te esse proditorem. Ecce miser homo vides Dominum omnia scire, nec tuam conscientiam eum latere: cessa igitur, & confitere. Hic admonemur ut peccantem primò cum mansuetudine arguamus: pòst si peccauerit grauius, ad ultimum grauissimè. Hanc enim formam nobis Dominus reliquit, qui primò dixit: *unus ex uobis me tradet*: secundò *qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet*: tertiò, *tu dixisti*. *Erat autem Ioannes recumbens*, id est reclinatus, sermonibus istis territus, & seipsum sustinere non ualens, eo quòd terrore erat resolutus: *in sinu*, siue supra pectus *Iesu*, quia inclinatè, quasi ante pectus, & prope os eius appodiauit se super Dominum, sicut innixus super dilectũ suum: & sic erat idoneè positus ad interrogandum aliquid secretè ab eo, & audiendum. Cùm ergo ista quæstio à singulis fieret: *innuit illi Petrus: & dicit ei, quis est de quo dicit?* id est non uerbis & sonando, sed tantummodo nutu corporis, & innuendo dixit ei ut secretò quæreret à Domino, quis esset de quo dixerat. Vel primò *innuit*, & deinde non contentus nutu, dixit. Nota Petri reuerentiã, propter quã licet maior, & princeps apostolorum non interrogat Dominum per se, sed per minorem. Et cùm Ioannes submissa voce hoc quęreret, Dominus Iesus familiariter ei, tãquã singulariter dilecto, submissa uoce aperuit, & proditorem suum tacitè expresit, ne alij audirent: cui scilicet panem intinctum porrigeret. Ioãni igitur, ut secretario suo expresit aperto signo: non tamen nomine nec omnibus: in hoc nos instruens non debere crimina proximorum propalare alijs. Ideo enim, secundũ
Chrysosto. ho. 82. in Ioan. Chrysosto. Noluit Christus Iudam proditorem publicare, ut nos doceret quòd peccata occulta aliorũ publicare non debemus: quia sicut est mortale peccatum innocẽti falsum crimen imponere: sic verum crimen occultum, alijs reuelare. Et statim bucellam tantum intinctam, non consecratam, Iudę porrexit: quę corpus suum non erat, quia qui verum panem de cœlo tradere insidiosè studebat: non illo, sed alio intincto reuelari merebatur. Et ideo statutũ est, q̃ eucharistia intincta non detur fidelibus. & etiam pro hæresi tollenda, quæ dogmatizauit totũ Christũ sub utraque esse, & neutra tãtum forma. Dominus per bucellam intinctam suum exprimit traditorẽ: fortasis per panis intinctionem, illius significãs fictionem: q̃ sicut panis intinctus habet colorem, & saporem in superficie alium q̃ interius: ita Iudas simulabat se exterius Christi discipulum & diligere magistrũ, cùm tamen interius proditor eius esset. & proditionem tractaret. Ioannes autem stupefactus, & cordialiter gladiatus, ue sus Dominum magis se inclinauit, & supra pectus eius recubuit. Petro autem Dominus nõ dixit, nec ipse Ioannes, quamuis ad nutũ eius quęsisset: quia erat ita feruidus, q̃ statim in proditorem insurrexisset, & eum iterfecisset. Sed hoc noluit Dominus ne dispensatio consilii diuini impediretur: q̃ autem Petrus Ioanni interrogationem cõmittit: habet etiã rationem mysticam. Per Petrum enim, designatur vita actiua: per Ioannem, contemplatiua Petrus ergo
Cõtemplatiuus officiũ. per Ioannem à Christo instruitur, quia actiua vita, de diuinis, per contemplatiuam informatur. Vnde habes hic argumentum, & figuram, quòd contemplatiuus nõ intromittit se de actibus extrinsecis: vindictã etiam non expetit de ipsis Dei offensis: sed inde interius gemit, & per orationẽ ad Deum se conuertit, ac fortius per contemplationem approximans, eique adhærens omnia suæ dispositioni cõmittit: & hoc de tempore uacationis intellige, cùm copiam sponsi habet apud se. Nam aliquando ipse contemplatiuus ex zelo Dei & animarum, uel ratione officii imminẽtis, exterius exit: & similiter quãdo sponsõ, ut reuocetur auidius, & teneatur fortius, ad tempus recedẽte non sentit solitas consolationes, in actiuam se reducit, ut uel sic sponso fructificet. Nõ enim decet contemplatorẽ esse desidiosum. Hinc etiã potest colligere q̃ cõtemplatiuus secretum Domini non debet reuelare: nisi fortè fraternæ salutis ut geret zelus, uel supernæ reuelationis dictaret instinctus. Nunc ergo conspice Domini benignitatem, quomodo dilectum suum discipulum in sinu supra pectus suum retinet: in quo & magna humilitas eius claret. O q̃ tenerrimè se inuicẽ
Ioannis in Christum amor. diligebant: & ideo de pectore & sinu id est secreto sapientiæ Domini sacramentum diuinitatis, & speciali ter euangelium quod scripsit hauriebat: & bibens inebriatus est. Vnde Anselmus. Quisnam ille est, rogo te, qui supra pectus eius recubuit, & ĩ sinu eius caput reclinat?
Anselmus de passione Domini.

Fœlix quicunq; es. O certe ecce iam uideo. Ioãnes est nomen eius. O Ioannes quid tibi dulcedinis, quid gratiæ & suauitatis, quid luminis & deuotionis hauriebas ab illo fonte? Ibi certè omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi sunt. Ibi fons misericordiæ: ibi domicilium pietatis, ibi fauus æternæ suauitatis: unde tibi o Ioannes omnia ista? Nunquid
Virginitatis priuilegium. tu sublimior Petro, Andrea sanctior, aut certè omnibus Apostolis gratiosior? Speciale hoc priuilegiuũ virginitatis, quia virgo es electus à Domino, atq; inter cęteros magis dilectus. Iam nunc exulta virgo, accede propius, & aliquã huius dulcedinis portionẽ vẽdicare non differas. Si potiora non potes, dimitte Ioanni pectus, ubi se cũ uino lætitiæ in diuinitatis cognitione inebriat: tu currens ad humanitatis ubera, lac exprime quo nutriaris. Hæc Anselmus. Conspice etiã alios discipulos multum mæstos, ad prædictã uocem Domini non comedentes, seseq; inuicẽ aspiciẽtes, & super his consilium capere nescientes. Cùm ergo Iesus panẽ intinctum Iudę dedisset: *post buccellam*, per quam vidit eum designatum: *intrauit Satanas in eum*, nõ tunc primò & de nouo, cùm iã Christũ prius venditasset: sed ad amplius, quasi proprium ac sibi iã traditum plenius possidendum, & suæ seruituti subiugandum, & ad quęcunque vellet noxia agenda trahẽdum: in quem antè introiuerat, quasi alienum, ad tendandum & decipiendum. Intrauit in eum, ut totum eum occuparet: & quẽ malignis cogitationibus obligaret, iam ipso impietatis opere possideret. Ingratus enim beneficiorum Christi, factus est in potestate demonis magis quàm antè: sicut Apostoli, qui iam post resurrectionem acceperant Spiritum sanctum insufflante Domino: postea iterum ipsum plenius accepe
Satanã intrare in hominem. runt in die Pentecostes. Vbi sciendum q̃ Satanã intrare hominem, potest dupliciter ĩtelligi: quia uel intrare in corpus hominis: sicut patet in dęmoniacis, & & sic potest essentialiter intrare in hominem: uel intrare in mentem ita q̃ menti essentialiter illabatur, & sic nullus potest intrare in hominem, nisi solus Deus. Anima enim rationalis non habet dimensiones quantitatis, ut aliquid in ea esse dicatur, quasi infra dimensiones eius contentum, & sic nihil potest in ea esse nisi quod ei dat esse quod est ibi per uirtutem suam: vbi autem est virtus Dei, ibi est & essentia Dei: in Deo enim idem est uirtus & essentia: & ideo Deus essentialiter est in anima, cuius solius est implere naturã, siue substantiam ab eo creatam: dicitur tamen Satan illabi menti humanæ, per affectum & effectum malitiæ: scilicet inquãtũ homo ab eo seductus sequitur eum ad perpetrandum malum quod suggerit: & sic per fraudulentam deceptionẽ, & malicią habitare dicitur in eo quem implet: & hoc modo intrauit in Iudam, ut plenius possideret, & ad perpetrandũ malũ induceret. In cuius cor prius miserat ut deciperet, & ad præbendũ assensum malo induceret. A simili, quando ostiũ est ita forte, q̃ latro nec uiolenter, nec latenter potest intrare: tunc quandoq; latrunculũ per feneſtram submittit, q̃ postea ostium latroni aperit: & sic latro intrat. Latro, est diabolus: domus fortis, uolũtas: latrũculus, mala cogitatio vel delectatio. Quãdo ergo diabolus potest intrare per aliquam cõplacentiã: hic aperit ostium consensus: & sic diabolus intrat, & spoliat animã bonis suis. Vnde Origenes: Cauendum nobis
Origenes tomo. 32. in Ioannem. est, ne diabolus intrudat in cor nostrum aliquid ignitorum telorũ suorum: nam si introduxerit, insidiatur deinde ut & ipse introeat. In hoc autem quòd buccella sumpta amplius introiuit Satanas in Iudã, per-

Cõmensalis proditoris iniquitas. pende quantum est malum commensalem alicuius post esse ingratum, & beneficij immemorem. Deinde ponitur proditoris permissio: non enim poterat aliquid facere nisi Christo permittente. Ideo dixit ei: *quod facis*, scilicet uoluntate: *fac*, id est facies *citius*. Et bene dicit, *quod facis*, quia uoluntatis crimen pro facto reputatur. Festinat Dominus in bonum salutis fidelium quod Iudas operatur, sed non sibi. Multi quippe bonum, ut Iudas faciunt: sed omnino nihil eis proficit, quia bonum facere non intendunt.
Non tamen Dominus impellit Iudam ad proditionis culpam: sed ostendit se sitire salutem nostram. Vnde non dicit hoc, præcipiendo facinus, uel consulendo: quia præceptum diuinum, uel consilium, non potest esse de faciendo malum: sed tantum prædicendo & permittendo, dans in se potestatem, quia uidit eius animum præ nimio desiderio implendi quòd cœperat acceleratum, non posse quiescere: sed implere non poterat, nisi ipse Dominus permitteret. Dicit etiam hoc Dominus, crimen proditionis exprobrando: ut ostenderet quòd dum ipse beneficia cõferret, ille mortem intentaret. Dicit insuper hoc, ad opus nostræ redemptionis anhelando: non tam in perniciem perfidi sæuiendo, quàm ad salutem fidelium festinãdo. *Cùm ergo* Iudas *buccellam* de manu Domini *accepisset*: *exiuit continuò* ad quærendum cohortem quæ Christum caperet. In quo significatur quòd sacerdos sumens corpus Christi indignè, magis elongatur à Deo: quia enim bono malè usus est, hæc præsumptio peccatum auxit, ut ingratus beneficiis Domini, aperte ab eo recederet. *Erat autem nox* quod expresit euãgelista, ad ostendendum oportunitatem temporis ad perągendum proditionem: & ad denotandum in Iuda mentis tenebrositatem. Vnde congruit hoc bene sacramento: erat enim qui exiit filius noctis, faciés opere tenebrarum: ibatq; in noctẽ seu tenebras & mortem: quia ergo Iudas ex bonorum societate non profecit, ob hoc maiori pœna dignus fuit. Vnde Chrys.
Chrysosto. sermone de uirtutibus & uitiis tomo. 5. Sicut boni & perfecti duplici sunt digni honore, quoniam & benigni sunt facti, & nihil à malis nocumenti senserũt: sic & mali duplici sunt digni pœna: & quia mali facti sunt, cùm possent effici boni, quod ostendunt qui facti sunt boni: & quia nihil à bonis lucrati sunt. *Cùm ergo exisset* Iudas *ad procurãdum Christi mortem*, dixit Iesus: *Nunc clarificatus est filius hominis*: id est
Egressus Iudæ. eiecto tenebroso remanserunt soli mundi, cum suo mundatore. Nunc, inquit, quia caligo noctis & tenebrarum recessit à discipulis meis: nunc filius hominis clarificatus est in eis, nunc nihil caliginis & tenebrarum sentit in ipsis. Vnde Anselmus: Hoc quoque erat
Anselmus de passione Domini. mansuetudinis tuæ Domine Iesu, quòd perfidum illum in cetu fratrum palàm detegere, & confundere noluisti: sed leuiter admonitum, accelerare iussisti quod parabat. In omnibus his non est auersus furor eius malignus à te, sed egressus foras satagebat circa frequens maleficium. Tunc clarificata est familia tua Christe in modũ societatis angelicæ. Hæc Anselmus. Possunt etiam hîc res significantes tanquam illæ quæ significãtur accipi. *Nunc*, inquit, clarificatus est filius hominis in se: in causa, non in effectu: quia modo inchoata est traditio passionis, cuius merito ex congruo datur ei claritas resurrectionis & ascensionis. Similiter in corpore mystico est clarificatus: quia Iudæ exitus malorum à bono signat segregationem: *& Deus clarificatus est in eo*: quia scilicet non quæsiuit nisi gloriam patris. Hoc ergo facto separationis Iudæ à societate Christi, & Apostolorũ præfigurata

fuit

Universidad de Deusto Biblioteca

fuit reproborum ſeparatio tempore iudicii à conſortio Chriſti & electorum : quia tunc apparebit gloria magna Chriſti : membraque adhærebunt capiti, & paleæ amouebuntur concremandæ igni inextinguibili.

Auguſti. tracta. 63. in Ioan.

Vnde Auguſtinus : Exeunte immundo, omnes mundi cum ſuo mundatore manſerunt. Tale aliquid erit cum zizanijs à tritico ſeparatis: iuſti ſicut ſol fulgebunt in regno patris ſui. Hoc futurum præuidens Dominus, diſcedente Iuda, tanquam zizanijs ſeparatis, remanentibus tanquam tritico Apoſtolis ſanctis, nunc inquit, clarificatus eſt filius hominis: tanquam diceret, Ecce in illa mea clarificatione quid erit, ubi malorum nullus erit, ubi bonorum nullus peribit.

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, paſtor bone, qui diſcipulum tuum à ſuis erroribus ad pœnitentiam multis modis reuocare uoluiſti: reuoca me ab inuijs & erroribus meis uniuerſis. Da mihi ſaluator meus poteſtatem & fortitudinem uincendi diabolum continuè uigilantem: & contra me dimicantem, ne me fraude ſua nequiſſimè trahat ad tenebrarum foueam, ſed tuo adiutorio ſuffultus perueniam ad claritatis gloriam, ubi iuſti in modũ ſocietatis angelicæ clarificati fulgebunt ſicut ſol, in regno patris ſui. Amen.*

De inſtitutione ſacramenti Euchariſtiæ. Cap. LVI.



Matth. 26 Marci. 14. & Luc. 22

CIRCA quartum verò meditando obſtupeſce illam chariſsimam dignationem, & dignatiſsimam charitatem, qua nobis tradidit & reliquit ſemetipſum: ſcilicet ſacratiſsimum corpus & ſanguinem ſuum verè in cibum & potum: ut quod erat futurum in proximo ſacrificium Deo placẽs, & redemptionis noſtræ impreciabile precium, eſſet uiaticum noſtrum & ſuſtentamentum:

Euchariſtia.

quia hoc ſacramentum quod per excellentiam dicitur euchariſtia, id eſt bona gratia, quotidie reficit & renouat feruentia corda & deuota. Volens ergo Dominus Ieſus finem dare legalibus ſacrificijs: & nouũ incipere teſtamentum, ſeipſum noſtrũ facit ſacrificiũ: & poſt cœnam legalem, mox ſpiritualẽ cœnam Chriſtianorum præparat: ut de lege ad euangelium: de ueteri & tranſitorio teſtamento, ad nouum & æternum teſtamentum: de figura ad veritatem, de carnalibus ad ſpiritualia tranſeat.

Beda in ca. 22. Luca.

Beda: Finitis veteris A Paſchæ ſolẽniis, quę in cõmemorationem antiquę de Aegypto liberationis agebantur, tranſit ad nouum, quod in ſuæ redemptionis memoriam eccleſiam frequentare deſiderat: pro carne & ſanguine agni, ſuæ carnis & ſanguinis ſacramentum in panis & uini figura ſubſtituens: ſacerdos in æternum factus, ſecundũ ordinem Melchiſedech. Et *cœnantibus illis* id eſt cœnam agni typici perficientibus & conſummantibus, uel poſt eſum agni typici adhuc in cœna reſidẽtibus, antequã ſurgerẽt de cœna: *accepit Ieſus panem* azimũ, nõ fermentatum: *& oculis ad patrem eleuatis, gratias agens*, pro ueteribus terminatis, & nouis inchoandis: *benedixit*, dicendo illud quod ſequitur: ſcilicet, *hoc eſt corpus meum: ac fregit*, ſcilicet poſt conſecrationem: B *deditque diſcipulis ſuis, dicens:* ſcilicet priuſquam frangeret, uel ſimul quãdo frangebat: *accipite*, ſcilicet *ex hoc omnes: hoc eſt corpus meum, quod pro nobis tradetur.*

Enim, non omittendũ in conſecratione.

Eccleſia addidit, enim: & ideo ſemper eſt dicendum. *Et ſimiliter accipiens calicem*, nõ ueterem ut prius, ſed nouũ: *& item gratias agens benedixit: ac dedit illis, dicens: Accipite & bibite ex eo omnes: hic eſt ſanguis meus, qui pro uobis effundetur.* Quibus uerbis hoc ſacramẽtũ inſtituit & tacitè pręmiſſum deſtituit. Vnde creditur cùm Dominus dixit, *hoc eſt corpus meum: hic eſt ſanguis meus*: mutaſſe panem & uinum in carnem & ſanguinem: & tunc eandem uim cõtuliſſe illis in poſterum: & ideo cùm proferuntur in canone, ex uirtute eorũ C fit tranſſubſtantiatio: quia uerba conſecrationis efficiunt quod figurant. Si enim verbum Chriſti tãtæ eſt virtutis, quòd fecit de nihilo omnem creaturam: non eſt mirum ſi unam creaturam conuertat in aliã.

Chryſoſto. ſermone de proditione Iudæ tomo. 3.

Chryſoſtomus: Sicut illa uox quæ dixit, creſcite & multiplicamini, & implete terram: ſemel quidem dicta eſt, ſed omni tempore ſentit effectum ad generationem operante natura: ita & uox iſta ſemel quidẽ dicta eſt, ſed per omnes menſas eccleſiæ, uſque in hodiernum diẽ, & uſque ad eius aduentum præſtat ſacrificio firmitatem. Hæc Chryſoſto. Eſt autem ibi altare, vbi Dominus ordinauit ſacramẽtum euchariſtiæ. Ob cuius inſtitutionẽ eſt, quòd in hac die cùm omnes horæ ſint flebiles, ſola miſſa eſt ſolennis: tanquam in ſuo natali, D ſcilicet in die ſuæ inſtitutionis. Eadem quoque die chriſma conficitur, quo frontes linuntur: quia eadẽ die poſtet agni ſanguine linebantur. Aſpice nunc bene quomodo diligenter ac fideliter, & deuotè Dominus prædicta facit: & propriis manibus illã dilectã & benedictam familiam ſuam cõmunicat. Nõ enim eſt intelligẽdũ, ꝙ diſcipuli ſumptũ corpus de manu Domini ſibi miniſtrarent: ſed q conſecrauit, ipſe & miniſtrauit. In cuius ſignum omnes religioſi deberent in die cœnæ recipere corpus Chriſti, de manu prælati ſui. Sumpſit etiam ipſe ſacramentum corporis & ſanguinis ſui, nõ propter ſui indigentiam, & ut aliquem à ſacramento conſequeretur effectum: ſed gratia exẽ E pli, ſcilicet ut alijs daret manducandi exemplum.

Chriſtus ſuũ corpus ſumpſit.

Sumpſit autem modo illud ſacramentali tantum, non ſpirituali. Per hoc autem quòd Chriſtus morti propinquus, non ſolum agnum typicum, ſed etiã corpus ſuum uerum ſacramentaliter cum Apoſtolis manducauit: oſtenditur quòd quilibet Chriſtianus, periculo mortis imminẽte, debet (ſi poteſt) ſacramẽtaliter communicare: & ſi non poteſt, communicet ſaltem fide.

Auguſti. tracta. 25. in Ioan.

Secundum illud verbum Auguſt. Crede, & manducaſti. Attende etiam ſacramenti dignitatem, & reuerentiam, & ordinem circa ipſum: quoniam primò gratias egit pro tanto myſterio, circa quod diuina uirtus operatur ſecretius: & pro tãto beneficio,

A neficio, ut corpus & ſanguinem ſuũ det nobis: & per hoc oſtẽdit ꝙ in ſumptione, & ante ſumptionẽ huius ſacramẽti, præexigitur deuotio & oratio, ac mẽtis in Deũ eleuatio. In hoc etiã tribuit nobis exemplũ, glorificandi Deũ in omni bona inchoatione.

Beda in ca. 22. Luca.

Beda: Et ſicut de ueteribus terminãdis egerat: ſic & de nouis incipiendis gratias agit: nobis pariter exẽplum tribuẽs, in omni boni operis inchoatione, uel perfectione, patrẽ qui in cœlis eſt, eſſe glorificandũ. Deĩde *benedixit*, dicẽdo uerba quæ ſequuntur: *hoc eſt corpus meũ*: hoc, ſ. quod ſub ſpecie panis uidetis: quod nũc do, & quod nũc ſumitis, quod pro uobis, & ueſtri redẽptione tradetur: ad flagellandum, & crucifigendum.

Hoc quid demõſtret.

Ex quo uidetur quod ly hoc, non demonſtrat ſpeciem panis B ſimpliciter, nec corpus Chriſti ſimpliciter, ſed corpus Chriſti ſub ſpecie panis apparens. Vnde etiam uidetur quòd nulla alia intelligatur benedictio, quam ſacrorũ uerborũ prolatio. Tranſmutatio autẽ fit in ultimo inſtãti prolatæ orationis. Vnde ly hoc, demõſtrat corpus Chriſti, nõ pro tẽpore pro quo profertur, ſed cõpleta oratione. ut cùm dicitur, hoc eſt bonũ uerbũ, Deũ time.

Beda ibidem.

Et tũc fregit, ut ſecundũ Bedã, oſtenderet corporis ſui fractionẽ. i. paſsionẽ, non ſine ſua ſpõte & opere futurã. Frangimus & nos, in ſignũ quia fregerit: ſed nihilominus integer pòſt manet: pane. n. in corpus Chriſti trãſſubſtantiato, frãgi dicitur: non ꝙ corpus Chriſti, quod integrũ ſub qualibet parte manet, C frangatur: ſed accidẽtia, ſub quibus corpus manet, frãgũtur.

Fractio in tres partes.

Debet autẽ fractio fieri in tres partes: in ſignũ ꝙ fractus eſt tripliciter Chriſtus. ſ. flagellis ante paſſionẽ, clauis in paſsione, lãcea poſt paſsionẽ. Itẽ propter tres partes eccleſiæ: nã prima pars notat ſanctos in cœlis. Secũda, ſaluãdos, qui ſunt in pęnis. Tertia tincta, uiuos quos adhuc hæc uita ſuſtẽtat in terris. *Deinde dedit diſcipulis ſuis*, ad uſum, ut ad ſe ſpecies panis conuerterẽt, & ipſi in Chriſtũ conuerterentur.

Auguſti. lib. 7. confeſſionum cap. 10.

Vnde Auguſtinus: Dictũ eſt à Dño, Nec tu me mutabis in te, ſicut cibũ carnis tuę: ſed tu mutaberis in me. Et ait, *Accipite et comedite*: ubi vtrãq; huius ſacramẽti innuit comeſtionẽ: ſacramentalẽ. ſ. & ſpiritualẽ: ut accipiant mẽte & corpore, & comedãt fide & ore, ac guſtẽt &

Pſal. 33.

D uideãt deuotione: quoniã ſuauis eſt Dñs. Eſt. n. manna in ſapore habẽs omne delectamentũ, & omnis ſaporis ſuauitatẽ: ac ſibi incorporẽt, recogitatione ſeruãtes in corde preciũ redemptionis ſuæ.

Fractio poſt conſecrationem.

Nõ eſt ergo ſic intelligendũ, ꝙ prius frangeret & daret diſcipulis: ac poſtea diceret uerba cõſecrationis: ſed magis econuerſo: quia Chriſtus dedit corpus ſuũ cõſecratũ Apoſtolis: & ideo prius dixit uerba conſecrationis. Per Ieſum, qui ſalus interpretatur, bonus Prelatus Chriſti uicarius, & de ſua ſubditorumque ſalute ſolicitus, intelligitur. Hic accipit panem, cùm diligenter ſtudet ſacram ſcripturam: gratias agit & benedicit, quando Deo attribuit eius diligentiam. Frangit autem & dat, deuotè prædicando eam.

Tren. 4.

Econtrà de ignorante & E negligente, dicitur in Threnis: Paruuli petierunt panem, & nõ erat qui frangeret eis. *Et accipiens calicem*, cum uino aqua mixto, paſsionem ſuam præſignantẽ: *gratias egit*, pro redemptione humano generi collata per illam: nec nõ in aduerſis, & pro aduerſis, quòd nõ pro ſe, ſed pro nobis hæc tulit: mõſtrans in hoc ut Dominũ laudemus, quando flagella videmus, & gratias agamus in omni tribulatione: quæ ſignificatur in nomine calicis.

Chryſoſto. hom. 83. in Matthæũ. Beda in ca. 22. Luce.

Vnde Chryſo. Gratias egit, docens nos qualiter oportet hoc myſterium perficere: & erudiẽs nos quodcunq; patimur cum gratiarum actione ferre. Vnde & Beda: Qui nihil dignum percuſsione A exhibuit, humiliter in percuſsione benedicit: ut hinc uidelicet oſtendat quid unuſquiſque in flagello culpæ propriæ facere debeat, ſi ipſe æquanimiter flagella culpæ alienæ portat: ut hinc etiam oſtendat quid in correptione faciat ſubditus, ſi in flagello poſitus patri gratias agit æqualis. Deinde *benedixit dicens, hic eſt ſanguis meus*: qui ſcilicet ſub ſpecie uini apparet: *noui teſtamenti*, ſcilicet & ad noui teſtamenti confirmationem: quia ſicut vetus teſtamentum confirmatum eſt in ſanguine animalium immolatorum, ita nouum teſtamentum ſanguine Chriſti eſt confirmatũ: in quo apparet excellentia noui teſtamenti, reſpectu ueteris.

Pro multis.

Et addit, *quod pro uobis & multis* redimendis, & in cœleſtem hæreditatem introducendis *effundetur* B *in remiſſionem peccatorum.* Dicit autem, pro multis, efficienter: ſed pro omnibus, ſufficienter: quia ſanguis Chriſti pro omnibus effuſus fuit quantum ad ſufficientiam: ſed non fuit effuſus pro omnibus, quantum ad efficientiam: quia non omnes emundat, quanuis omnes emundare ſufficeret, ſi fide & dilectione, ac ſacramentorũ perceptione uirtutes eius attingerent. Deinde *dedit eis, dicens: Bibite ex hoc omnes*, ut ſitis paſſionis meæ repræſentatores: id eſt, imitamini meam paſsionem: quia niſi compatiamini, non conregnabitis.

2. Tim. 2.

Bibit autem ipſe primò ſanguinem ſuum: inducẽs eos etiam ad bibendum. Et notandũ quòd ſicut tunc, ita & in primitiua eccleſia homines qui miſſæ intere- C rant, ſumebant ſacramentum unitatis. nunc autẽ quia non poſſunt omnes dignè ſumere, ſumunt aliud ſaltem ſignum unitatis, id eſt oſculum pacis: quod tradens ſacerdos & dicens: Accipe uinculum pacis: idẽ eſt, acſi diceret, *ſumite ex hoc omnes*, uel *Accipite, & diuidite inter uos.* Per calicem perſecutio ſignatur in ſcriptura. Hic calix ſumitur, patienter tolerando: & datur alijs, ad ſimile exhortando.

Sacramentũ cur ſub duplici ſpecie inſtitutum eſt.

Aduertendum autem ꝙ iſtud ſacramentum ſub duplici ſpecie, ſcilicet panis & uini, eſt inſtitutum: quia ordinatur ad corporis & animæ ſalutem: uel ad ſignificandum perfectam animæ refectionem: ſicut ex cibo & potu fit perfecta corporis refectio. Separatim tamen fit corporis & ſanguinis conſecratio, quia in paſsione fuit ſanguis ſepara- D tus à corpore. Hoc autem ſacramentum inſtitutũ eſt, quaſi quoddam memoriale illius paſsionis: & ideo conſecratio corporis & ſanguinis fit ſub ſpeciebus diſtinctis. Conſiderandum tamen quòd ſub utraq; ſpecie eſt totus Chriſtus indiuiſus: ſcilicet corpus & ſanguis, ac anima & deitas: ac per hoc utrobique eſt unũ & ſimplicisſimum ſacramentum: aliter tamen & aliter. Sub ſpecie nanque panis, eſt tantum corpus ex ui conuerſionis uel ſacrrmenti: cætera autem ſunt ibi ex concomitantia reali, ſeu naturali & inſeparabili: quia ſanguis eſt ibi, per connexionem: & anima, per coniũctionem: & deitas, per unionem. Iſta enim quatuor non poſſunt diuidi, nec abinuicem ſeparari. Similiter E ſub ſpecie uini, eſt tantum ſanguis ex ui conuerſionis & ſacramenti: cætera autem ex concomitantia ſunt ibi.

Cur nõ amplius ſub utraq; cõmunicemus.

Et licet in primitiua eccleſia populus ſub utraque communicaret: poſtea tamen prouidè ordinatum eſt, ut non communicaret ſub ſpecie uini, propter periculum effuſionis: & quia ſub ſpecie panis quodammodo ſanguis accipitur, inquantum ibi continetur. Euchariſtia itaque formaliter & perfectiſsime eſt unum ſacramentum, materialiter uerò plura: quia ibi concurrunt duo, ſcilicet cibus & potus: & propter hoc quandoque exprimitur pluraliter, ſicut in collecta: Purificent nos quæſumus Domine ſacramenta quæ ſumpſimus: & ſubditur pòſt ſingulariter, & pręſta ut

Universidad de Deusto Biblioteca

Aquæ ſignificati.

ſta ut hoc tui corporis ſacramentum &c. Panis quippe ſacramentũ eſt corporis,& uinum ſanguinis. aqua uerò quæ apponitur, notat ſimilitudinem, uel illius aquæ quæ fluxit de Chriſti latere,uel fidei eccleſiæ:vt neq; Chriſtus ſine eccleſia,neq; eccleſia ſine Chriſto ſit:ſed eius carni & animæ uniatur & cõformetur. Et ideo uinum aquæ mixtũ offertur, ut oſtendatur quia caput & mẽbra.i. Chriſtus & eccleſia, unum corpus ſunt. Sunt autem tria in ſacramento iſta conſiderãda:

Tria in hoſtia.

unum,quod tantũ eſt ſacramentum.ſ.ſpecies uiſibilis panis & uini:alterum,quod eſt ſacramentum & res.ſ. caro Chriſti propria & ſanguis:tertium,quod eſt res & non ſacramentum.videlicet myſtica Chriſti caro.ſ. eccleſiæ unitas Res ergo ſignificata & cõtenta in hoc ſacramẽto,eſt uerum corpus Chriſti, quod traxit de uirgine: res non contenta, ſed tantum ſignificata, eſt corpus Chriſti myſticum, quod coniungitur capiti per charitatem. De hoc corpore Chriſti myſtico, ſcilicet unitate eccleſiæ, dictum eſt ſupra de uerbis Domini,pro quibus quidam retrò abierunt. Eſt etiã corpus dominicum ſacramentum incarnatæ diuinitatis.

Auguſti. in epiſt.23.

Augu. Illud corpus uiſibile & palpabile, ſacramentũ eſt inuiſibilis formæ id eſt panis cœleſtis, quo uiuũt angeli. Cùm enim nihil geſſit in corpore anima Chriſti,niſi quantum verbum cui vnita eſt inſpirabat: quis non iudicet corpus eſſe ſacramentum inhabitantis diuinitatis?Et iterum:Chriſti uiſibilis forma nobis modo inuiſibilis,res eſt uiſibilis ſacramenti altaris: & inuiſibilis forma cœleſtis panis,quo uiuunt angeli, res eſt uiſibilis & palpabilis formæ Chriſti.

Chriſtus ſacramentum eſt.

Eſt ita Chriſtus & ſacramentũ,& res ſacramenti

Mirabilia in Euchariſtia.

Multa mirabilia ſunt in hoc ſacramẽto. Primum, quòd ibi eſt corpus Chriſti in tanta quantitate,ſicut fuit in cruce: & ſicut iam eſt in cęlo:nec tamen excedit illius paruæ formæ terminos,uel quantitatem. Vnde mirum eſt quomodo ſub tam modica ſpecie tantus homo lateat. Secundum eſt, quòd ibi ſunt accidentia ſine ſubiecto: quia enim in Deũ non cadit accidens:ideo accidentia quæ prius erant in ſubiecto,ſcilicet in pane, poſtea ſunt ſine ſubiecto. Tertium eſt,quòd panis ita cõuertitur in corpus Chriſti,quòd tamen nõ eſt materia corporis, nec etiam animæ. Quartum eſt, quòd corpus non augetur ex multarum hoſtiarum conſecratione: & ecõuerſo non minuitur ex earum ſumptione. Quintum eſt, quòd idem corpus ſimul in pluribus locis.i. ſub omnibus hoſtijs conſecratis eſt. Deo enim conuenit eſſe ubiq; ſimpliciter & propriè: creaturæ uerò in loco uno tantum eſſe: corpus uerò Chriſti medio modo habet ſe. Cùm enim ſic creatura, non debet coæquari creatori in hoc, ꝙ ſit ubiq;: cùm uerò ſit unitũ diuinitati, debet in hoc alia corpora excellere, ut ſimul & ſemel poſſit in pluribus locis eſſe, ſub iſto uidelicet ſacramento. Sextũ eſt,quòd cùm diuiditur hoſtia,nõ diuiditur Chriſti corpus: ſed ſub qualibet parte totus eſt Chriſtus. Vnde hęc fractura in forma eſt panis,non in Chriſti corpore:quia totus Chriſtus indiuiſus ſumitur ſub qualiter parte. Sicut integro ſpeculo tota & unica forma relucet in tota: & in fracto ſpeculo fit unius & eiuſdẽ formæ numero, & totius integræ formę ad quamlibet ſpeculi fracturam reflexio. Septimũ eſt,quãdo tenetur hoſtia in manibus,& uidetur oculis, corpus Chriſti nec tãgitur manibus, nec uidetur oculis:ſed hoc totũ tantũmodo circa ſpecies agitur,ſicut & quando diuiditur. Octauum eſt, quòd cum non ſit ibi panis uel uinũ tamen accidẽtia eãdem habent effectũ,quem prius:ut ſatiare, inebriare,& huiuſmodi. Nonũ eſt, quòd ſtatim cũ deſinunt

A illæ ſpecies, tunc etiã ibi deſinunt eſſe corpus Chriſti & ſanguis. Hugo:quandiu ſenſus corporalis afficitur, corporalis præſentia non aufertur:ſed deinceps Chriſtus tranſit de ore ad cor,& manet virtus ac pręſentia ſpiritualis tantũ. Et licet poſt ſumptionẽ deſinat ibi eſſe corpus & ſanguis Chriſti. cauere tamen debet cõmunicans ne poſt communionẽ ſpuat, maximè ante comeſtionem in loco immundo:uel vbi poſſit ſputũ pedibus conculcari:& hoc propter periculum, & ob reuerentiã tanti ſacramenti. Tandẽ quoq; Dominus in amoris recordationẽ ſubiunxit: *Hoc*.ſ. ſacramentũ *facite*.i.cõficite uel celebrate:accipite & date, *in meã*.i. in paſſionis meæ *commemorationẽ*: quia euchariſtiæ, conſecratio,eſt quædã dominicæ paſſionis rememo-

1.Cor.11.

B ratio. Hoc exponit Apoſtolus dicens: *Quotieſcunque manducabitis panẽ hunc,& calicẽ bibetis,mortẽ Domini annunciabitis donec ueniat*.ſ.ipſe Dñs ad iudicium. Paſcha enim legale fuit in præfiguratione paſchæ futuri: ſed euangelicũ fit in cõmemoratione præteriti.ſ.paſſionis Chriſti. In memoriã ergo illius beneficij inexpreſſibilis Chriſtus inſtituit ſacramentũ altaris,dicẽs itaq; *hoc facite in meã commemorationẽ*. ordinauit eos in ſacerdotes: & dedit eis poteſtatẽ conficiendi ſacramentũ corporis & ſanguinis ſui.

Leuatio hoſtia.

Hoc igitur colit eccleſia, paſſumq; Chriſtũ retractat, cũ illud corpus Dñi conſecrat & ſacerdos cùm leuat corpus Dñi, repræ-

C ſentat ꝙ Chriſtus in cruce ſit leuatus. Illud enim corpus eſt quod & ipſe ſacrauit, quod crucifixum eſt & mori ſuſtinuit.

Monumentũ, ſeu memoriale Domini. Idem eſt in euchariſtia Chriſtus.

Hoc eſt illud memoriale,quod animã gratã,cùm ipſum ſuſcipit manducãdo & bibendo,vel etiã fideliter meditando debet totã ignire & inebriare: & in ipſum Dñm præ amoris & deuotionis uehementia totaliter transformare. Nihil enim maius, carius,dulcius,uel utilius nobis relinquere potuit quàm ſeipſum. Ipſe nanq; quẽ in ſacramento altaris, hodie per eum inſtituto,ſumimus: ille idem eſt qui de uirgine incarnatus & natus ubera eius ſuxit, qui pro te crucifixus mortẽ ſuſtinuit, & qui reſurgens & aſcendens ſedet à dextris Dei Ipſe eſt qui creauit cęlum & terrã,& qui gubernat & moderat uniuerſa. Ipſe eſt à

D quo depẽdet ſalus tua: in cuius uoluntate & poteſtate eſt,tibi dare paradiſi gloriã. Ipſe in tali hoſtia modica ſic oblatus:tibiq; exhibitus,ipſe Dñs Ieſus,de quo loquimur,filius eſt Dei uiui. Vnde excellẽter euchariſtia.i.bona gratia dicitur:quia in hoc ſacramento non tantũmodo augmentũ eſt uirtutis & gratiæ: ſed ipſe totus ſumitur,qui eſt fons & origo totius gratiæ. Hierony. Hanc ultimã memoriã nobis reliquit: quemadmodũ ſi quis peregrè proficiſcens aliquod pignus ei quẽ diligit relinquit: ut quotienſcunq; illud uiderit, poſſit & eius beneficia & amicitias memorari. Quẽ ſi ille perfectè dilexerit,ſine ingenti illud deſiderio,uel fletu non poteſt uidere. Ideo hoc ſaluator tradidit ſa-

E cramẽtũ,ut per hoc ſemper cõmemoremur,quia pro nobis mortuus eſt. Nam & ideo cùm accipimus, à ſacerdotibus cõmonemur, quia corpus & ſanguis eſt Chriſti,ut nõ ſimus ingrati tanti eius beneficij. Hæc Hiero.

Inſtituendi ſacramenti cauſa.

Inſtitutũ eſt igitur hoc ſacramentũ altaris, Primò,in recordationẽ dominicę paſſionis & liberationis. Secũdò,in ſignũ præcipuæ dilectionis & imitationis. Tertiò,ĩ robur cõfirmationis,cõtra lapſus humanę infirmitatis. Quartò, ĩ purgationẽ ſpiritus hoĩs:& nutrimẽtũ uitæ ſpiritualis. Quĩtò,in uiaticũ præſentis peregrinationis. Sextò, in pignus & arrã habẽdæ hæreditatis. Septimò, in remedium ſatisfactionis pro peccatis. Vnde ſanguine Chriſti corpus & animam linimus,quia ſanguis agni ſuper utrumque poſtem domus,

mus,liberauit Hebræos ab angelo exterminatore.

Recipienti euchariſtiã neceſſaria.

In hoc autem ſacramento duo requiruntur ex parte recipientis: ſcilicet deſiderium coniunctionis ad Chriſtum,quod amor facit:& reuerentia ſacramenti,quę ad donum timoris pertinet. Primum, ad quotidianã huius ſacramenti frequentationem inuitat:ſed ſecundum retrahit. Vnde ſi aliquis experimentaliter cognoſceret,ex quotidiana ſumptione feruorem amoris augeri & reuerentiam non minui:talis deberet quotidie communicare: ſi autem ſentiret per quotidianam frequentationem reuerentiam minui, & feruorem non multum augeri, talis deberet interdum abſtinere, ut cum maiori reuerentia & deuotione poſtmodum accederet.unde,quantum ad hoc, unuſquiſque eſt ſuo iudicio relinquẽdus.

Sumptio & comeſtio triplex.

Modus autem ſumendi, tripliciter diuiditur. Comeſtio enim alia fit ore,& eſt ſacramentalis:alia fit corde,& eſt realis: alia fit ore & corde:in altero ſacramentum, in altero res ſacramenti. Sola ſacramentalis tantum, malorum eſt: qui etſi ſub uiſibili ſpecie elementorum corpus Chriſti accipiant,tamen quia nec uerè credunt, nec diligunt, pani cœleſti couniri non poſſunt. Sola realis tantum bonorum eſt: qui etſi ſub uiſibili ſacramento carnem Chriſti non ſumant, tamen fide & dilectione panem cœleſtem manducant,& ei couniuntur.

Auguſti. tracta. 25. in Ioan.

Auguſtinus. Quid paras dentes & uentrem?Crede,& manducaſti. Realis uerò & ſacramentalis comeſtio iunguntur, cùm accipientes in pane quod pependit in ligno, accipientes in calice quod manauit de latere,pertingũt mente uſque ad eſum panis nitæ. Oris,inquam perceptio & incorporatio, ſacramentum eſt comeſtionis cordis,qua manducamus cum Domino carnem ſuã, & bibimus cum eo ſanguinem ſuum:hoc eſt per efficaciam carnis ſuæ & ſanguinis ſui manemus in eo, & ipſe in nobis. Itaque alij accipiunt corpus Domini ad mortem,quia non attingunt panem uitæ:alij accipiunt ad uitam,quia aduniuntur cum uerbo.

Chryſoſto. hom. de proditione Iudæ tomo 3.

Chryſo. Credimus itaque quoniam & nunc illa cœna eſt, in qua & ipſe recubuit:nihil enim illa ab hac differt. Neque enim hanc quidem homo operatur,illam autem ipſe,ſed hanc & illam ipſe. Cùm ergo ſacerdotem dãtem tibi uideris, non ſacerdotem æſtima eſſe qui hoc facit: ſed manum Chriſti eſſe quæ extenditur. Sicut igitur cùm baptizaris,non ipſe ſacerdos baptizat, ſed Deus eſt qui detinet tuum caput inuiſibili uirtute: ita & nunc. Nullus itaque Iudas aſſit, nullus auarus, nullus inhumanus accedat, nullus crudelis & immiſericors,nullus uniuerſaliter immundus: ſi quis nõ eſt diſcipulus,diſcedat Non recipit eos qui non ſunt tales hęc menſa: cum diſcipulis enim meis,ait,facio paſcha:hæc eſt illa menſa,& nihil minus illa habet. Hoc illud eſt cœnaculum ubi tunc fuerunt:hic ad montẽ Oliuarum exierunt. Exeamus & nos in manus pauperum. Hæc enim regio mons eſt Oliuarum: oliuæ enim ſunt plantatæ in domo Domini, id eſt pauperũ multitudo ſtillat oleum,quod hîc eſt utile nobis. Ita enim & Deum propitium habebimus, & multam aſſumemus mercedem. Hæc Chryſoſtomus.

Beda in c. 22. Lucæ.

ſecundũ Bedam: ſi quem mouet cùm cęnatus ſaluator apoſtolis ſuum corpus,ac ſanguinem tradidit: quare nos ieiuni eadem ſacramenta percipiamus?audiat,quia tũc neceſſe erat typicum paſcha prius conſummari,& ſic ad uerum paſcha tranſire,ac uerè paſchæ ſacramenta ſubſtitui: nunc autem in honorem & pro reuerentia tanti ſacramenti placuiſſe magiſtris eccleſiæ, primò nos dominicæ paſſionis participatione muniri,& ſpiritualibus epulis ſatiari: deinde terrenis dapibus cor-

A pus refici. Sunt autem tria ſacrificij genera:unum,dominici corporis: alterum, contriti cordis:tertium, mortificatæ carnis. Oportet ergo ſacrificium humilitatis,præcedere in mente:afflictionis in carne:ut deuotio habeatur in dominici corporis conſecratione & receptione. Appropinqua nunc & tu ad hanc cœnam mendicans, ut eleemoſynam inde accipias: ad quod te hortatur Anſelmus,dicens:

Anſelmus de paſſione Domini.

Iam nunc aſcende cum eo in cœnaculum ſtratum grande & ſalutaris cœnæ intereſſe delicijs gratulare. Vincat iracundiam amor, timorem excludat affectus, ut ſaltem de micis menſæ illius eleemoſynam præbeat mendicanti, uel à longe ſta, & quaſi pauper attendens in diuitem ut aliquid accipias, extende manũ, famem lachrymis

B prode. Hæc Anſelmus.

Cœna figura in manna.

Cœna Domini olim in manna præfigurata fuit,quod Deus filijs Iſrael in deſerto dedit. Dedit Iudæis figuram ueri panis: ſcilicet panẽ materialem & temporalem: nobis autem ueritatem, ſcilicet ſuperſubſtantialem & æternalem.

Manna.

Manna creatum fuit à Deo in cœlo aereo: ſed panis nobis datus, ſcilicet Chriſtus deſcendit de cœlo uero.

In agno paſchali cœna figurata.

Cœna Domini etiam præfigurata fuit in agno paſchali: quem Deus primò pręcepit filiis Iſrael manducare,quando decreuit eos de captiuitate Aegyptiaca liberare. Ita Chriſtus ſacramentum euchariſtiæ tunc primum inſtituit,quando nos à diabolica poteſtate eripere uoluit.

Agni ſumendi modus.

Quando filij Iſrael agnum Paſchalem manduca-

C bant, ſuccincti erant, baculos in manibus tenebant, & ſtabant. Ita communicantes debent eſſe ſuccincti, per mentis & corporis caſtitatem:& tenere baculos, per rectæ fidei firmitatem. Debent etiam erecti ſtare in bona uita,quam inchoauerunt:& non ſe iterum reponere in lutum,de quo iam ſurrexerunt. Agnus comedebatur cum lactucis agreſtibus,quæ ſunt amarę: & nos debemus corpus Domini mãducare cum amara contritione. Qui comedebant agnum,tenebantur pedes ſuos calciare:ſic communicantes debẽt pedes ſuos,id eſt affectus & deſideria cuſtodire:cauẽdo ne aliqua maculentur ſorde. Agnus Paſchalis non fuit coctus aqua ſed aſſatus igne:& manducans debet eſſe ignitus charitate. Chriſtus rex, & ſacerdos uerus,

D euchariſtiam ſub ſpecie panis & uini dedit: & hoc ſacramentum inſtituit,quod olim Melchiſedech rex & ſacerdos Dei altisſimi figurauit: quapropter Chriſtus ſacerdos, ſecundum ordinem Melchiſedech appellatur: quia hoc ſacramentum in oblatione Melchiſedech præfigurabatur. *Facta eſt autem & contentio*, id eſt diſquiſitio,*inter diſcipulos: quis eorum uideretur eſſe maior*. Vbi ſciendum quòd cùm Apoſtoli audierunt Chriſtum,prædicentem traditionem ſui ad mortem:cœperunt quærere inter ſe,*quis eorum eſſet maior*: id eſt aptior & conuenientior ad præcedendum alios loco Chriſti,& ad tenendũ eius locum. Et ideo Chriſtus de hoc eos docuit, uidelicet quòd ille eſſet ad

E hoc aptior,qui eſſet verè humilior:reuocando eos ab affectu ſuperbæ dominationis & primatus, exemplo regum gentium, & per contrarium dominorum terrenorum.

Gentium imitatores.

Gentiles enim & terreni Domini appetũt primatum,dominantur ſubiectis, & *benefici uocantur* quia blandi ſermones à ſubditis eis offeruntur. Vnde Dominus nolens diſcipulos ſuos imitari, ſubiungit: *uos autem non ſic* facere debetis, *ſed qui maior eſt in uobis*,ſcilicet per uirtutum excellentiam:*fiat ſicut minor*, per humilitatem: *& qui præceſſor*, ſcilicet dignitate, vel etiam ſanctitate: *fiat ſicut miniſtrator*, humili ſui reputatione, vel humili officij executione, & exhibitione pro loco & tempore. Sed heu ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

die multi habentes nomen Christianorum, Gentiles imitantur: appetentes primatum habere, & subiectis dominari: seque ab eis superuacuis laudibus extolli, & benefici uocari. Specialiter autem in ecclesia fit frequenter contentio pro dignitatibus obtinendis: & nō solum inter seculares, sed etiam inter religiosos: sicut canes contendunt ad obtinendum os carnibus plenū & medullis: propter quod uiliores canibus uidentur quidam religiosi qui contendunt pro officiis præsidē di: cùm tamen nihil habeant annexum, nisi miseriam & laborem. Et quia monuit discipulos ad humilitatē, superbiam secularium dissuadendo: consequenter facit hoc, eos ad sui exemplum inuitando. Nam secundum iudicium humanū *maior est qui recumbit, quàm qui ministrat*: licet secundum iudicium Dei sæpe sit aliter: ipse autem qui contrarius est mundo, *in medio* eorum est, *sicut qui ministrat*: quamuis maior sit eis: ut etiam iam in lotione pedum ipsorum ostenderat, & ideo est imitandus. Et ex hoc intendit concludere, quòd ille est aptus ad succedendum sibi in regimine ecclesiæ qui est fundatus in uera humilitate. Vt enim humilitate superbiam curaret, ipse Deus ad nos descendere & humilis fieri uoluit: ostendens exemplo quòd meritò eum imitando humiliari debeat & homo. Vnde Augusti. Quid superbis homo? Deus propter te humilis factus est. Puderet te fortasse imitari humilem hominem: saltem imitare humilem Deum. Hæc Augusti. Humilieris ergo ministrando, & abiectiora ministeria, & quæ alij dedignantur lætanter cùm opus est suscipiendo. *Ait Iesus: Omnes uos scandalum patiemini in me &c.* Prædicit quod passuri sunt, ut cùm passi fuerint ne desperēt salutem, sed agentes penitentiam liberentur. Scandalum enim dubitationis passi sunt, dum quasi impotentem teneri, ligari, & duci uiderent. Et signanter dicit, in nocte: quia qui scandalum patiuntur, in nocte & in tenebris sustinent: & ipsi Apostoli in aduersitate Dominum reliquerunt. *Petrus autem* quia ceteris feruentior erat, quod Iesus prædixit præuidendo, ipse denegat amando. Et *respondens, ait: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquā & cætera.* Infirmus uoluntate, iactat suam uoluntatē: sed non uires cognoscens gloriæ conscius Petrus præsentis affectus, sed nescius futuri casus, non credit se ab eo posse deficere. Intantum Petrus affectu & charitate Christi efferebatur: ut & imbecillitatem carnis suæ, & fidem uerborum Christi non contueretur. *Petrus nō mentitur falsum dicens.*

Sed non mentitur, quia credit uerum esse quod promittit: & sic in mente habet: mentitur autem qui falsum uoce signat, cum uoluntate & intentione fallendi. Dixit tamen falsum, quia accidit contrarium. Cōmuniter enim accidit quòd illi qui aliis in uirtute se præferunt, turpius alijs cadunt. *Respondit ei Iesus: Amē dico tibi, quia tu hodie in hac nocte priusquam bis gallus uocem dederit, ter es me negaturus.* Hiero. Petrus de ardore fidei promittebat: & saluator, quasi Deus, futura nouerat. Hæc Hiero. Nemo ergo in se, nemo in uiribus suis confidere potest: quia omnis constantia, omnis uirtus & fortitudo, non hominis sed Dei est. *Hieronym. in cap. 26. Matth.*

Beda: Qui solus nouit quid sit in homine: ne quis fidelium suo uel de statu incautè confidat, uel de casu incautius diffidat: quasi Deus modum, tempus, ac numerum negationis eius prædicit. Vnde & Remigius: Moraliter instruimur, ut quantum confidimus de ardore fidei, tantum timeamus de carnis fragilitate. *Beda in ca. 22. Luca.* *Remigius in cap. 26. Matth.*

Istud uerbum Domini, de negatione Petri Marcus (ut præmissum est) plenius cæteris expressit. Post primam enim negationem Petri statim gallus cantauit, & ante secundum gallicantum bis iterum negauit: & ita trina negatio Petri ante primum gallicantum est inchoata, & ante secundum completa. Alij uerò euangelistæ, dicentes: priusquam gallus cantet, ter me negabis: de inceptione trinæ negationis agunt: id est, trinam negationem inchoabis, sed Marcus de complectione eius scripsit *Et ait illi Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Intellexit enim quòd timore mortis prædiceret eum esse negaturum: & ob hoc dicebat, quòd licet periculū mortis immineret, nullo tamē modo ab eius fide diuelli posset. *Similiter*, id est eodem amore & feruore, *& omnes discipuli dixerunt*, ac feruorem intrepidum ostenderunt, & per ardorem mentis damnum mortis non timuerunt: sed non perseuerauerunt: quia uana fuit præsumptio humana sine protectione diuina. Chrysostomus. Hinc ergo magnum discimus dogma: quòd non sufficit desiderium hominis, nisi diuino aliquis potiatur auxilio. Et nota quòd multiplex est ratio quòd Deus permisit Petrum cadere. Prima, ut nullus de se præsumat. Secunda, ut plus Christo, quàm sibi quisque credat. Tertia, ut comprimeret eius audaciam. Quarta, ut alij exemplo eius instruerentur, humanam fragilitatem excogitantes & Dei ueritatem. Quinta, ut Petrus aliique prelati discerent, qualiter subditis compati deberent. Sexta, ut error hæreticorum confundere tur, dicentium quòd charitas semel habita non amitti tur, nec amissa iterum haberi potest: cuius contrarium omnino in Petro patuit. *Chrysost. hom. 83. in Matth.*

ORATIO.

OPTIME *Iesu, qui transiens de hoc mundo ad patrem, postquam cœnasti, corpus tuum & sanguinem discipulis ob tui memoriam dedisti, & nobis sumendum reliquisti: placuit quæ tibi ut tuo refecti corpore, & potati sanguine, essemus os de ossibus tuis, & caro de carne tua. Peto ergo Domine, & obsecro per uirtutem huius ineffabilis sacramenti, ut dignum me facias gratia tua, & tanta redemptione non fraudes: & fac me tanti mysterij tua miseratione participem: ut per participationem ueniam merear peccatorum optatam, & gratiam proficiendi in fide, spe, & charitate percipiam, & ad gaudia sempiterna pertingam. Amen.*

De sermone Domini in cœna. Cap. LVII.



Luc. 13. & sequen. usque ad 19. Matth. 26. Mar. 14.

IRCA quintum uerò ad omnem cumulum superefluentem attende alia dilectionis insignia. Post egressum enim Iudæ, cùm scilicet mundi cum mundatore remanentibus: & post alia supradicta Dominus Iesus discipulos consolando fecit eis sermonē pulcherrimū: ignitis plenum carbonibus dulcedinis & amoris, scilicet uerbis dulcissimis de cœli melle mellitis, & de Dei lumine luminosis: quem scripsit Ioannes specialiter à Deo delectus & his potatus. Anselmus: Tūc demum diuinissimi eloquij uberrima inundatione conuentus ille sacer ex ore tuo Domine potatus est. Siquidem corruptus ille uter foras missus fuerat, quē huius lympidissimi liquoris infusione sciebas indignum. Ex huius autem sermonis ornata ac uenerāda & utili magnitudine, quinque meditanda principaliter assume. Primùm qualiter prædicens discipulis discessum suum, confortat eosdem. Dicebat nanque: *Filioli adhuc modicum uobiscum sum*: id est modico tempore, scilicet usque ad captionem uel mortem: quia tunc fuit eis subtractus: uel secundum quosdam, usque ad ascensionem quia usque tunc apparuit eis corporaliter. Dicens autem, filioli, ostendit teneritudinem amicitię, & dilectionis ad eos. Diminutiua enim secundum Priscianum, aliquando pro familiaritate, & amore dicuntur. Sic ergo nunc eos uocat præ amoris teneritudine, quia cùm amici abinuicem recedūt, affectu amoris maxime inardescunt. Et iterum: *Adhuc modicum*, scilicet tempus erit, *& mundus me iam non uidet*, id est amatores mundi. *Vos autem uidebitis me*, & boni quidem cæteri: quia solis bonis post resurrectionem apparuit in carne. Et iterum: *Non turbetur quod uestrum*, scilicet de meo recessu per mortem, cùm sit ad meam glorificationem, & spiritus sancti missionem. Et in hoc docemur nō turbari de nostris amicis in confessione fidei decedentibus: nam est via ad eorum glorificationem & nostram subuentionē: quia amici nostri existentes cum Deo, multo plus nos iuuare possunt, quàm uiuentes in mundo. *Non turbetur inquam cor uestrum*, quia dixi me moriturum, sed stabiliatur fide credentes me resurrecturum: *neque formidet*, propter tribulationum instantiam ne dimittatis fidei constantiam: sed perseuerate fortes usq; in finem. Dominus intēdebat animos discipulorum confortare contra duo: scilicet contra unum, quod imminebat in præsenti, quod erat eius passio: & aliud quod timebatur futurum, scilicet superuentura eius tribulatio. Vnde dicit eis: *Non turbetur*, & tristetur *cor uestrum*: scilicet de malo præsenti, quantum ad primum, neque formidet, & timeat, scilicet de futuro, quantum ad secundum. *Creditis in Deum, & in me* per consequens *credite*: qui sum Deus, & quem etiam confessi estis Deum. Vnum supponit: scilicet fidem eorum in Deum: hac enim iam instituti erant per eū, & aliud præcipit, scilicet ut credant in ipsum: quia est Deus, & non homo tantum: secundum Augustinum, Ne mortem Christi tanquam hominis timerent, & ideo turbarentur, consolatur eos etiam se Deum esse contestans qui possit hominem suscitare. *In domo patris mei mansiones multæ sunt*, id est diuersæ participationes beatitudinis: quia secundum differentias meritorum, sunt etiam distinctiones præmiorum, quasi diceret. Iam certi estis de passione mea, & tamen à me expectate uitam æternam, secundum Augustinum, meritò turbabantur, quando quidem fidentiori dictum erat quòd negaret Dominus: sed cùm audiūt de mansionibus cœli, à perturbatione recreantur: certi post pericula se apud Dominum mansuros? quod significant multæ mansiones. Et iterum: *Vado parare uobis locum* tam pulchrum, tam delectabilem moriendo, resurgendo, in cœlos ascendendo. Et *iterum uenio* in iudicio apparendo, *& accipiam uos ad meipsum* ad beatitudinem corporis & animæ, *ut ubi ego sum & uos sitis*, scilicet in æterna beatitudine. Iam ut dixerat paratæ erant mansiones, scilicet in prædestinatione, sed tamen adhuc parandæ erant ab eo redemptionis opere, & ab ipsis meritoria operatione. O Domine, para quod paras: nos scilicet tibi, & te nobis: ut si multitudo mansionum pro diuersitate meritorum. Alius plus, alius minus participes tui erimus. Et iterum *non relinquam uos orphanos*: in quo indicat se esse patrem illis: *uado & uenio ad uos*, spiritum, scilicet mittendo: hoc autem dicit, ne putaretur spiritum mittere sine se. Et iterum: *Pacem*, scilicet pectoris *relinquo uobis*: quæ triplex est in homine, scilicet ad seipsum, ad Deum, & ad proximum: *pacem meam*, scilicet æternitatis, *do uobis*: si in pace prima perseueraueritis. secundum Augustinum: Pacem nobis relinquit in hoc seculo, qua hostem uincamus: & qua nos inuicem diligamus. Pacem suam dabit nobis in futuro: quando sine hoste, & sine dissensione regnabimus. Et bene dicit *pacem meam*, ad distinguendum pacem sanctorum à pace mundi, quæ est magis apparens & ficta, quàm uera. Vnde subiungit: *non quomodo mundus dat, ego do uobis*: quia mundus dat carnaliter, ego spiritualiter: mundus temporaliter, ego æternaliter: mundus exterius, ego interius. Et iterum, *si diligeretis me, gauderetis utique*, de recessu meo, *quia uado ad exaltationem meam*: scilicet *quia uado ad patrem, qui maior me est*. Augustinus, quia naturę humanæ gratulandum est, eo quòd sic assumpta est à uerbo unigenito, ut immortalis constitueretur in cœlo: atque ita fieret terra sublimis, ut incorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris. Quis non hic gaudeat, qui sic diligit Christum: & suam naturam iam immortalem gratuletur in Christo, atque ipsum speret futurum esse per Christum? Et iterum: *Expedit*, id est utile est *uobis ut ego uadam*: scilicet ad patrem ascendendo, ut spiritualiter me cognoscatis, & carnaliter iam me nosse desistatis: ne uerbo carnem facto, quasi lacte contenti sitis. Et uerè expedit: *si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad uos*. Si hanc carnalem dilectionem à uobis abire non feceritis: non eritis digni ut paracletus ueniat ad uos: quandiu enim de me carnaliter sentietis, nō eritis idonei ut spiritū sanctum recipiatis. Non quòd positus in terra non posset dare, sed quia illi nō sunt idonei accipere, nisi eum secundū carnem nosse desistant: quò magis spirituales effecti magis ad cęlestia amplectenda eius deitate anhelant. Intantū enim mundus est spiritus, quòd in nullo quiescit nisi in eo qui ommo est spiritualis nullo carnali solatio impeditus. Bernar. Delicata est diuina consolatio, & non datur admittentibus alienā. Hugo: Idcirco nimirū Dominus Iesus discipulis se subtraxit corporaliter, ut eum discerent amare spiritualiter. Ascendit siquidē in cęlum, ut corda post se traheret, ut dilectio pergeret post dilectum. Sed & usq; hodie Christus amicos suos, quasi quadam corporali presentia consolatur in scriptura sacra, & ecclesię sacramentis, atq; aliis uisibilibus exercitijs, uirtutum, quorum aliquādo dispensatoriè subtrahit usum, ut spiritualis amoris dulcedinem, tanto purius percipiant, quò nihil

Anselmus in medit. Cur post Iudæ abitum sermo habitus.

Filioli.

Augusti. tract. 67. in Ioan.

Idem ibidem.

Augusti. tracta. 77. in Ioan.

Idem tractatu. 78. Humana natura à fœlicitas ex incarnatione Dominica.

Amor terrenus amouendus est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

foris habent etiam in opere uirtutis ad quod mentem suam per intentionem effundant. Hæc Hug. Pensandum ergo est, quia si præsentia carnis filij Dei impedit spiritus receptionem: quantomagis carnalis affectus in nobis impediat eandem? Hæc & his similia eis dicebat, quę corda ipsorum totaliter penetrabant. Non enim de suo discessu aliquid pacificè tolerare poterant. Secundò circa sermonem mediteris, qualiter cordialiter & instanter Dominus Iesus instruxit discipulos pluribus uicibus in charitate seruanda, dicens: *Mandatum nouum do uobis*, quo scilicet dispositi ad meam sequelam eritis: uidelicet *ut diligatis inuicem sicut dilexi uos*: hac enim via sequendus est Dominus. Non dicitur nouum, quantum ad substantiam, quia fuit datum in ueteri lege: quæ etiam præcipit proximos diligere, non tamen pro eis mori: sed dicitur nouum, quantum ad mandati formam: sicut ipse dilexit nos, qui etiam mori dignatus est pro nobis. Vnus modus renouandi uinum uetus est, quando amisit colorem & saporem, ponendi ipsum cum uino nouo & forti: quia ibi recipit colorem & saporem ex fermore uini, & sic dicitur renouari. Mandatum de dilectione fuit ualde antiquum, & iam quasi nulli sapiebat: ideo passio Christi, in qua fuit maximus feruor dilectionis, quasi uinum fortissimum illud mandatum renouauit: dicitur etiam nouum mandatum ab effectu, quia animam renouat, & hominem nouum facit: dilectio enim talis confert nouitatem, & aufert uetustatem. Et iterum *in hoc*, scilicet signo, quasi in meo proprio charactere *cognoscent*, omnes apertè, *quia mei estis discipuli*: disciplinis meis imbuti, & de schola mea instructi: non si dęmonia eiiciatis, uel alia signa faciatis: sed si dilectionem habueritis adinuicē: hoc est enim quod maximè desiderat Dominus. Quicunque connumeratur militiæ alicuius regis, debet portare insignia eius. Insignia autem Christi sunt insignia charitatis: quicunque ergo vult annumerari militiæ Christi, debet charitatis charactere insigniri. Augusti. tanquam dicens: Alia munera mea habent uobiscum etiam non mei: non solum naturam, uitam, sensum, rationem, & eam salutem quæ hominibus pecoribusque communis est, nerumetiam sacramenta, prophetiam, scientiam, fidem, distributionem rerum suarum pauperibus, & traditionem corporis sui ut ardeant: sed quoniam charitatem non habent, ut cymbala concrepant: nihil sunt, nihil eis prodest. Hic est fons cui non communicat alienus: Dilectio sola discernit inter filios Dei à filios diaboli. Signent se omnes signo crucis Christi: respondeant omnes, amen: cantent omnes halleluia, baptizentur omnes, intrent ecclesias, faciant parietes basilicarum: non discernuntur filij Dei à filijs diaboli, nisi charitate. Quicquid uis habe, hoc solum si non habeas, nihil tibi prodest. Alia si non habeas: hoc habe, & impleste legem. Hæc Augusti. Et iterum: *Hoc est præceptum meum ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos*: id est ut diligatis opere, ut quod tibi uis fieri facias alteri: & quod tibi non uis fieri, nec tu alteri facias. Vbi notandum quòd tripliciter dilexit nos Christus: Gratuitè, quia in dilectione nos præuenit: ipse enim incepit, nec expectauit quòd nos inciperemus diligere. Sic ergo & nos debemus prius diligere proximos, non expectantes præueniri, seu beneficiari. Et multomagis debemus Deum rediligere: quia secundum Augusti. nulla est maior ad amorem inuitatio, quam præuenire amando: & nimis durus est animus qui dilectionem, & si nolebat impendere, nolit & rependere. Dilectio ergo Dei causa est dilectionis nostræ: sed non conuersò, non enim quia nos diligimus Deum, diligit nos: sed quia diligit nos, diligimus eum: & quia eum, & proximum. Et quia per charitatem Christus ad nos redimendos uenit, sectemur charitatem: ut per hanc, qua ad nos Christus descendit dilectionis uiam, etiam nos ad ipsum possimus ascendere. Item efficaciter, quod patet per opus: dando seipsum, & ponendo animam pro nobis: quia probatio dilectionis, exhibitio est operis. Nos ergo hoc exemplo efficaciter & fructuosè inuicem diligamus. Secundum illud Ioan. *Non diligamus uerbo, neque lingua: sed opere & ueritate*. Et multo magis Deum diligamus, ut sermonem & mandata eius seruemus. Item rectè, quia hanc dilectionem ad nostram beatitudinem ordinauit, & ut ad Deum nos traheret: non sicut homines sese inuicem carnaliter, & pro commodo terreno diligentes. Sic ergo & nos in proximis, non quod beneficij est, seu dilectionis: sed quod Dei est debemus diligere: & inuicem ad hoc ut Deum habeamus. Sunt enim amici naturæ, & sunt amici fortunæ, & sunt amici gratiæ, & hi ultimi soli approbantur à Deo. Licet enim in dilectione proximi, includatur dilectio Dei, tanquam principalior: quia proximus non est diligendus, nisi propter Deum: tamen saluator hîc magis facit mentionem expressam de dilectione proximi, quàm Dei: cùm dicit, inuicem: quia intendebat apostolos inducere ad ædificationem, & consolationem fidelium: & ad perferendas tribulationes persecutorum: ad quod necessaria est charitas proximi, quæ tamen ut dictum est, includit charitatem Dei. Et iterum: *Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis*. Dilectionem uocat hîc signum, & probationem dilectionis, id est exhibitionem operis, trâsferens de causa ad effectum. Et quidem nullum maius dilectionis argumentum est, quàm ponere animam pro amicis: hoc enim est ultimum signum amoris: ultra quod non est aliud inueniri. Amor namque per quatuor signa potest manifestari. Primò, per uerba: quando enim cor abundat in amore, tunc os abundat in sermone: quia ex abundantia cordis os loquitur. Secundò, per collata beneficia: & istud est maius signum quàm primum: quia multi seruirent de uerbis suis, qui non seruirent de suis rebus. Tertiò, per obsequia personalia: & istud est adhuc maius signum quàm primum uel secundum: multi enim seruirent de suæ substantia, qui non seruirent de sua persona. Quartò per aduersa, quando scilicet quis pro amore amici se exponit morti: multi enim darent personam ad seruiendum, qui non darent animam suam ad moriendum. In hoc ergo quòd Christus pro nobis crucifigi & mori uoluit, infinitam nobis charitatem ostendit. Gregorius: Mori etiam pro inimicis Dominus uenerat, & tamen postea se animam pro amicis dicebat: ut nobis ostenderet, quia cùm diligendo lucrum facere de inimicis possumus, etiam, ipsi amici sunt qui persequuntur. Consequens ergo est, ut quemadmodum Christus animam pro nobis posuit, sic & nos animas pro fratribus ponamus. Quatuor enim sunt diligenda per ordinē ex charitate .s. Deus, anima, proximus, & corpus. & ideo cùm charitas sit ordinata, pro ipso Deo (qui est primū & maximū diligibile) ex charitate debent alia tria exponi, sicut minus pro maiori. pro anima uerò propria debet proximus & corpus propriū contēni, & pro salute ꝑpria debet uita corporalis exponi. Et iterū. *Hæc mādo uobis ut diligatis inuicē*. quia aliter nullum solatium habebitis, nisi in uobis inuicem habeatis, sed absque dilectione: solatium, & consolationem in uobis inuicem habere non potestis. Præceptum dilectionis semper inculcat, & tanquam sola dilectio præcipienda sit, eam semper commendat. Et reuera ille qui ait: habe charitatem, & fac quæcunque uis: quasi solam charitatem uisus est præcepisse. & merito: quia ipsa ualet, sine usibus multarum uirtutum: sed cætera omnia non ualent sine ea. Vnde secundū Gregorium, de dilectione quasi de singulari mandato Dominus loquitur: quia omne mandatum de sola dilectione est, & omnia unum præceptum sunt. Quicquid enim precipitur, in sola charitate solidatur: Multa sunt per diuersitatem operis unum in radice dilectionis. Et plura alia huiusmodi ad dilectionem incitantia Dominus dicebat, quę Ioannes hic conseripsit. De dilectione fraterna nullus apostolorum, tantum loquitur quantum Ioannes, & hic & in epistolis suis. Legitur etiam de eo quòd iam senex effectus portabatur ad ecclesiā à discipulis suis, ut fideles instrueret: quibus hoc tantum dicebat. Filioli diligatis inuicem, & in hoc est perfectio disciplinæ Christianæ. vnde dicitur specialiter à Deo dilectus: non solum propter priuilegium uirginitatis, sed etiam propter specialitatem charitatis. Tertiò, circa sermonem mediteris: quomodo monuit eos ad obseruantiam mandatorum suorum, dicens: *Si diligitis me, mandata mea seruate*: implendo ea facto, & opere: quasi diceret, nō ostendatis amorem quem habetis ad me fletu solum: sed in obedientia mandatorum. In hoc enim mundi huius potestates suos amicos & fideles probant & cognoscunt, si eis obediunt, & eorum mandata custodiunt: quia secundum Gregorium, probatio dilectionis exhibitio est operis. Et iterum: *Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me*: scilicet opere & ueritate, & non tantum lingua & sermone: hoc est ille habet ueram dilectionem ad me. Augusti. Qui habet in memoria, & seruat in uita: qui habet in sermonibus, & seruat in moribus. Qui habet audiendo, & seruat perseuerādo, *ipse est*, inquit, *qui diligit me*. Opere est demonstranda dilectione sit infructuosa nominis appellatio. Vnde & Ioannes, *qui dicit quia diligit Deum, & mandata eius non custodit, mendax est*. Et iterum: *Si quis diligit me*, id est dilectionem in me tendit: *sermonem meum seruabit*, id est mandata mea ad faciendum ea: quia obedientia procedit ex amore, qui est in corde. Sermonem ergo & uerba Dei tunc seruamus, quando facimus quæ præcepit, & diligimus quæ promisit. Qui autem uerba tenet per memoriam, & non cohæret illis per obedientiam: non sunt ei in beneficium, sed in damnationis testimonium. Grego. Verè diligimus, si mandata eius seruamus: uerè diligimus, si à nostris nos uoluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc per illicita desideria defluit, profectò Deum non amat: quia ei in sua uoluptate contradicit. Ille ergo uerè amat, cuius uidelicet mentem delectatio prana, ex consensu non superat. Nam tanto quisque à superno amore disiūgitur, quanto inferius delectatur. Hæc Gregorius. Et iterum: *Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea*: id est, ex hoc scietis uos dilectos à me, & quòd in dilectione mea qua uos diligo, & in gratia mea manetis, si præcepta mea seruaueritis. Seruatio enim mandatorum, est effectus & signum diuinæ dilectionis: non solum eius qua nos diligimus, sed & eius qua ipse diligit nos: ex hoc enim quòd ipse nos diligit, monet nos & adiuuat ad implēdum eius mandata, quæ impleri non possunt nisi per gratiam. Ostendit ergo, secundum Augustinum, nō unde dilectio generetur, sed unde monstraretur: ut nemo se fallat, dicendo quòd Deum diligat, si eius præcepta non seruat. Nam intantum Deum diligimus, inquantum eius præcepta seruamus: inquantū autem minus seruamus, minus diligimus. Nemo præcepta seruat, qui non diligit: & nemo diligit, nisi qui seruat. Nec prius seruamus præcepta, ut nos diligat Christus: sed nisi nos diligat, ea seruare nō possumus. Et iterum: *Vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio uobis*: id est, si opera ostenditis amicitiæ & dilectionis: quia impletio præceptorum est signum dilectionis: & præceptum est signum suæ uoluntatis: & ideo si ea quæ præcepit non facerent, uoluntates nō consonarent: & sic amici non essent. secundum Gregorium. Amicus, quasi animi custos dicitur. Vnde nō immeritò qui uoluntatem Dei in præceptis eius custodire dicitur, illius amicus uocatur: & secundum eundem, Magna est misericordia redemptoris, & dignitas hominum, esse amicos Dei. Sed audisti gloriam dignitatis, cùm dicitur: *uos amici mei estis*: audi & laborem certaminis, cùm subditur: *si feceritis, quæ ego præcipio uobis*. Vnde & ait Augustinus. Cùm seruus bonus esse non possit, nisi præcepta Domini sui fecerit: hinc amicos suos uoluit intelligi, unde boni serui possunt probari. O magna bonitas Dei. Cùm ei pro conditione reddere debeamus obsequia: utpote serui Domino, famuli Deo, subiecti potenti, mancipia redemptori, amicitiarum nobis præmia promittit, ut à nobis obsequia debita seruitutis extorqueat: ut quos nolle seruire conspicit, sponte suorum beneficiorum possit promissionibus inuitare. Hæc Augusti. Nullus ergo sine operis attestatione credat se Deum diligere: sed, ut ait Gregorius, de dilectione conditoris lingua, mens, & uita requiratur. Nunquā est Dei amor ociosus: operatur etenim magna si est: si uerò operari renuit, amor non est. Nemo itaque debet credere quòd Deum diligat, qui eum sæpe corde non cogitat, qui eum sæpe ore nō laudat, qui eius mandata opere non seruat. Gregor. Si ab aliquo quæratur, utrum Deum amat: liberè respondet, ita: sed constat ut ipse dicit quòd probatio dilectionis, exhibitio est operis: ergo si uerè Deum diligis, quærendum est à corde, ab ore, ab opere. Primò à corde, quia quod amat de eo sæpe cogitat. Vnde luxuriosi sæpe cogitant de delitijs carnis, auari de diuitijs, superbi de eminentijs, & uiri uerè spirituales de diuinis. Si ergo non sæpe de Deo cogitas, non credas te uerè amare eum. Item homo maximè de eo cogitat, quòd præ cæteris amat: ergo si de mundo magis quàm de Deo cogitas, mundum magis quàm Deum amas. Secundò, si Deum diligis, à lingua tua requiras: quia ex abundantia cordis os loquitur. Nam idem est uerbū cordis & oris, sed in corde est nudum, in ore uestitū: lingua ergo libenter illum nominat, quem cor amat: & ideo si plus de mundo, quàm de Deo fatur: magis mundum, quàm Deum diligere conuincitur. Tertiò, an Deum diligas, ab opere tuo requiras: non enim potest ignis esse, & non arderer. Si ergo ignis diuinus est in corde tuo, non poteris uacare ocio: sed si odio uacas, ignem non habes: quia ut dictum est, charitas non est ociosa: operatur enim, si est: si operari renuit, charitas non est. Ad hoc ergo quòd quis Christum ueraciter diligat: necesse est ut Deo amādo nihil præponat, & proximum suum sicut se diligat, ac dilectionem corde, ore, & opere ostendat. hoc etiam quod dictum est, *Vos amici mei estis*: dupliciter potest intelligi,

Præsentia carnis Christi impedit spiritus aduentum.

Mandatū nouū quid?

Insignia militum Christi.

Augusti. tract. 65. in Ioan.

Augusti. tract. 5. in epistolam Ioan.

Dilexit nos Christus tripliciter.

Augusti. in epistolā Ioan.

Charitatis excellētia.

Gregorius hom. 27. in euangelia.

1. Ioan. 3.

Amici triplices.

Gregorius hom. 27. in euangelia.

Gregorius ibidem.

Dilectio summa.

Augusti. tract. 85. in Ioan.

Amoris signa quatuor. Matth. 12.

Gregorius hom. 27. in euange.

Mandatorum obseruatio.

Gradus charitatis quatuor.

Augusti. tract. 82. in Ioan.

Gregorius hom. 27. in euange.

Augusti. tract. 85. in Ioan.

Gregorius hom 30. in euange.

Amor Dei nō est ociosus.

Idē ibidē.

Lucæ 6.

Diligere ueraciter Deū, quomodo possumus.

Universidad de Deusto Biblioteca

telligi,ſecundum quòd amicus dupliciter dicitur:ſcilicet qui amat, & qui amatur: & ſecundum utrumq; uerum eſt quod ſubdit :*ſi feceritis quæ ego præcipio uobis*.Quia & qui Deum amant, mandata eius ſeruant: & quos Deus amat,mandata illius ſeruant, inquantum conferendo eis gratiam ſuam adiuuat ad ſeruandum.Sed,ut uiſum eſt, mandatorum obſeruatio non eſt diuinæ amicitiæ cauſa, ſed ſignum: ſcilicet quòd Deus diligat nos,& quòd nos diligamus eum.Et plura alia huiuſmodi Dominus tunc dicebat.Quartò,circa ſermonem mediteris, qualiter dando eis confidentiam circa preſſuras, quas eis prædixit eſſe uenturas: præmunit & hortatur ipſos ad patientiam,ne deficiãt in tribulationibus, dicens: *Si mundus uos odit*, id eſt mundani,& amatores mundi,qui diuitijs, delitijs, & honoribus ſunt dediti: *ſcitote* ad conſolationem ueſtram,*quia me priorem uobis odio habuit*. Vnde ſcriptũ eſt,odio habuerunt me gratis:quaſi diceret, ſecundũ Chryſoſtomum, Scio hoc eſſe durum & difficile:ſed propter me patiemini:& ideo non dolere,ſed & lætari oportet: & ſufficit uobis in conſolationem propter me hæc pati: grandis conſolatio membris ex capite, quia non debent conditionem capitis refutare. Vnde Auguſtinus: Cur ſe membrum ſupra uerticem extollit? Recuſas eſſe in corpore, ſi non uis odium mundi ſuſtinere cum capite. Deinde oſtendit, cur odit eos mundus,ſcilicet quia non ſunt de mundo:id eſt, parte eius:nihil enim commune cum terra eſt eis,ſed cęleſtium facti ciues:& propter hoc mundi odium patienter eſt ſuſtinendum. Vnde Chryſoſtomus: Hoc eſt uirtutis augmentum,à mundo odio haberi:unde dolere oportet ſi à mundo diligeremini:hoc enim eſſet malitiæ ueſtræ oſtenſiuum.Gregorius:Nam peruerſorum derogatio,uitę noſtrę approbatio eſt:quia iam oſtenditur nos aliquid iuſtitiæ habere, ſi illis diſplicere incipimus qui non placent Deo.Et quia exẽplo ſui, quo aliud maius & melius non eſt, monuit ad ferenda odia mundi:ſubdit quare cum debeãt imitari:quia ille Dominus,ipſi ſerui.*mementote,inquit,ſermonis mei,quem dixi uobis:Non eſt ſeruus maior Domino ſuo. Si*,pro quia,*me perſecuti ſunt*, quia ſum Dominus:*& uos perſequentur*,qui ſerui eſtis: perſequentur uos in quibus ego ſum, & per conſequens me in uobis.Non poteſt placere ſeruus, quibus diſplicet Dominus.Chryſoſt.quaſi diceret: Nõ uos turbari oportet ſi communicabitis meis paſſionibus,quia uos nõ eſtis me potiores. Et iterum: *Mundus quidem*, id eſt mundani, in delitiis, diuitiis, & ambitione uiuentes: *gaudebit*: tanquam de me triumphauerit: quia in triduo mortis Chriſti Iudæi mundo dediti ſunt gauiſi, credentes extinxiſſe totam ſectam Chriſti:*uos autem contriſtabimini*, de mea morte & abſentia, *ſed triſtitia ueſtra uertetur in gaudium* in reſurrectione, & apparitione,ſeu præſentia & aſcenſione,& maximè in ſpiritus ſancti miſſione. Contriſtati enim ſunt de morte Domini,ſed mox de reſurrectione lætati. Nam poſt lachrymationem & fletum,infudit Deus exultationẽ & gaudium.Vbi notandum quòd ſi cui promitteretur, ab eo qui eſſet uerax & potẽs facere promiſſum, quòd omnes illius lapides uerteret in aurũ: utique ille congregaret hincinde lapides, quàm poſſet plures & maiores. Nunc igitur promittitur nobis ab ipſo qui ueritas eſt,& potens ſuper omne quod eſt,quòd triſtitia noſtra uertetur in gaudium.ideo multum libenter debemus ſuſtinere triſtitias, & preſſuras huius mundi, in augmentum noſtri gaudii: unde non dixit,poſt triſtitiam ueſtram uobis erit gaudium: ſed

Patientię cõmendatio. — *Chryſoſto. hom.76. in Ioannem.* — *Auguſti. tracta. 87. in Ioan.* — *Odia mũdi toleranda.* — *Chryſoſto. hom.76.in Ioannem.* — *Gregorius hom.9 in Ezechielem.* — *Chryſoſto. hom.76.in Ioannem.* — *Triſtitia libenter ſuſtinenda.*

A ait,*triſtitia ueſtra uertetur in gaudium*,ita quòd hoc ipſum, quod eſt triſtitiam habere, in cumulum gaudij conuertetur. Ad oſtendendam autem & mœroris & gaudij immenſitatem,inducit ſimilitudinem, declarãdo quod dixerat per exemplum mulieris, in dolore partus triſtitiam habentis: ſed in natiuitate pueri gaudium ſuperueniens abſorbet in eo omnem triſtitiam præcedentem.Deinde hoc paradigma,quod de muliere propoſuit Dominus, exponit, & ſimilitudinem adaptat,dicens:*Et uos igitur nunc quidem triſtitiam habetis*,ſcilicet tempore meæ paſſionis & mortis, quaſi iam parturientes:*iterum autem uidebo uos,& gaudebit cor ueſtrum*:ſcilicet poſt meam reſurrectionẽ,*& gaudium ueſtrum nemo tollet à uobis*:quia uita Chriſti quæ

B fuit materia huius gaudij, erat deinceps immortalis, non amplius auferẽda per mortem. Triſtitiam enim habuerunt paſſo Domino:ſed poſt reſurrectionem gauiſi ſunt uiſo Domino,& gaudium eorum non tollebatur ab eis:quia etſi poſtmodum perſecutiones,& tormenta pro Chriſto paſſi ſunt: ſpe tamen reſurrectionis & uiſionis illius accenſi,libenter aduerſa quæque ferebant:imò gaudium exiſtimabant,cùm in tẽtationes uarias inciderent. Poſſunt autem & hæc ita intelligi,ut in diſcipulis uniuerſæ loquatur Dominus eccleſię,uelut etiam ibi:*ecce ego uobiſcum ſum,uſque ad conſummationem ſecul*.Mundi enim amatores gaudẽt, quia in præſentibus delectantur, nulla alterius uitæ

C gaudia ſperantes:ſed boni in ærumnis huius uitæ triſtantur, & plorant pro peccatis proprijs, & alienis, pro huius mundi incolatu & dilatione regni cœleſtis: & per huius uitę tribulationes & anguſtias,ad ęterna contendunt gaudia cœli:quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Dicens ergo Dominus,*iterum autem uidebo uos*:ſecundum promittit aduentum,quo ad uniuerſam uidelicet eccleſiam, ad remunerandum ex integro. Ac ſi diceret, iterum uidendus apparebo uobis æterna uiſione, eripiã uos ab aduerſarijs, aſſumam uos ad meipſum, coronabo uos uictores,probabo me ſemper uidiſſe uos decertantes. Alchuinus: Mulier autem ſancta eccleſia eſt, propter fęcunditatem bonorum operum, & quia ſpi

D rituales Deo filios generat:hæc mulier dum parit: id eſt dum in mundo uirtutum profectibus inſiſtit, dũ undiq; tentatur & affligitur, triſtitiam habet de hoc, quia uenit hora ut patiatur:quia nemo carnem ſuam odio habuit.Sed cùm peperit, id eſt cùm deuicto laboris certamine ad palmam peruenerit,iam non meminit preſſuræ præcedentis, propter perceptæ gaudium retributionis:quia natus eſt homo in mundum. Sicut enim mulier nato in hoc mundo homine lætatur:ita eccleſia nato in uitam æternam fidelium populo,exultatione repletur.Beda: Nec nouum debet uideri,ſi natus dicatur,qui ex hac uita migrauerit.Sicut enim cõſuetè naſci dicitur, cùm quis de utero matris

E procedens in hanc lucem progreditur: ita poteſt natus appellari, qui ſolutus à uinculis carnis ad lucem æternam ſublimatur. Vnde ſanctorum ſolennia non funebria, ſed natalitia uocantur. Deinde concludit concluſionem principaliter intentam:ad hoc enim dixit prædicta omnia, ut firmarentur contra tribulationes eius imminentes,& aduerſa.Vnde ait:*Hæc omnia quæ dixi,in ſermone iſto,locutus ſum uobis*, ſcilicet ad hunc finem,*& ideo ut in me pacem habeatis*:aduenientibus tribulationibus futuris:quia ſicut graue quietatur in loco proprio,ita cor humanum in Deo. Et inde eſt quòd homines mundani, qui Deo per amorẽ non ſunt coniuncti,habẽt tribulationes abſque pace:

ſed

Matth.28. — *Acto.14.* — *Mulier pariens eccleſia eſt.* — *Ephe.5.* — *Beda hom. dominica iubilate.*

ſed ſancti, qui Deum per amorem habent in corde, etſi ex mundo habent tribulationes,in Chriſto habẽt pacem.Hic finit ſermonem ſuum, ut pius pater utiliora ponens in fine:ſcilicet de pace ad quam omnes conatur inuitare.Vnde gloſa:Non ſolum quæ in cœna, ſed etiam quæ ab initio prædicationis ſuæ, & maximè quæ in cœna hac de cauſa dicit, ut in illo pacem habeant:pacem pectoris in præſenti,pacem æternitatis in futuro. Hæc pax eſt pro qua Chriſtiani facti ſumus,pro qua ſacramentis imbuimur,pro qua flagellis & aliis modis erudimur, pro qua ſpiritus pignus accepimus,pro qua in eum credimus & ſperamus,& amore eius accendimur.Hæc eſt in preſſuris conſolatio & liberatio, ut hac in fine fœliciter regnemus cũ Chriſto.In hoc ergo ſermonem concludit, quia ipſe eſt comſummatio uiæ,& beatitudo patriæ. Auguſt. Hæc pax finem temporis non habebit:ſed omnis piæ noſtræ intentionis,actionisq; finis ipſa erit.Et ſubiũgit: *In mundo preſſuram habebitis*, ſcilicet ab humanis hominibus uos perſequentibus:in me autem pacem: quaſi diceret,ſecundum Gregorium:Sit uobis de me interius,quod conſolando reficiat:quia erit de mundo exterius,quod ſæuiendo grauiter premat. Sancti enim uiri non habent tribulationes puras,quia habẽt conſolationem Dei admixtam: ſed mali habent eas puras,non habentes conſolationem iſtam. *Sed confidite*,id eſt fiduciam in me habete:quia ego pro uobis uici mundum,& non præualebit:quaſi diceret, recurratis ad me,& habebitis pacem in me: Chriſtus uicit mundum,diripiendo & auferendo arma eius quibus impugnat:hæc autem ſunt eius concupiſcibilia: *Nam omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis*: quam deſtruxit per afflictionem & laborem:*aut concupiſcentia oculorum*,quam deſtruxit per paupertatẽ: *aut ſuperbia*, quam deſtruxit per humilitatem. In hac uictoria Chriſti debent confidere ſancti, quia conſideratione eius armati,& uirtutibus muniti, faciliter ſuperant tentationes mundi: propter quod dicit Petrus Chriſto in carne paſſo: & uos eadem cogitatione armamini. Qui ergo ſicut Chriſtus iſta concupiſcibilia uincit mundum. Et hoc,ſecundum Ioannem, facit fides noſtra:quia cùm ſit ſubſtantia ſperandorũ, quæ ſunt bona ſpiritualia & æterna, facit nos contẽnere bona corporalia & tranſitoria. Et alia plura his ſimilia tunc dicebat. Quintò,circa ſermonem mediteris,qualiter ipſe Dominus Ieſus, eo qui erat ad diſcipulos ſermone finito (de quo, ſecundum Bedam, in cœna locutus eſt uſque ibi:ſurgite eamus hinc) deindeſtando uſque ad hymni finem, cuius hoc initium eſt,tandem *ſubleuatis oculis*, aſpiciens in cœlum ſe ad patrem conuertit:& uerba ad ipſum dirigens orare cępit.Chriſtus non tantum orauit ad aliquid impetrandum,ſed etiam ad dandum nobis orandi exemplum: & ideo oratio ſua hic deſcribitur optimis circunſtantijs diſpoſita.Primò,reſpectu præcedẽtium,quia poſt ſermonem,& diſcipulorum inſtructionem, conuertit ſe ad orationem: ad oſtendendum quòd complementum boni operis eſt à Deo requirendum: & ut quos inſtruimus uerbo, iuuemus orationum ſuffragio: quia ſermo diuinus maximè habet effectum in cordibus audientium,cùm fulcitur oratione,per quã diuinum imploratur auxilium: & ideo finis ſermonis noſtri debet ad orationem terminari.Secundò, reſpectu præſentium: qui orando principaliter oculos leuauit ad cœlum, ad denotandum quòd in oratione mens debet eleuari in Deum:quia ſecundum Damaſcenum, Oratio eſt aſcenſus mentis in Deum. Inter

Pacis commendatio. — *Auguſti. tract. 104. in Ioãnem.* — *Gregorius, lib.26.Moral.ca.12.* — *1.Ioan.2.a* — *Fides.* — *Damaſcenus lib.3. de fide cap. 24.*

A alias autem partes corporis: diſpoſitio interior mentis maximè relucet in oculis:ubi enim amor,ibi oculus.Chryſoſto. Propter hoc in cœlum oculos leuauit,ut ſtantes ſurſum aſpiciamus,non oculis carnis ſolum, ſed & mentis. Sancti ergo quandoque erecti & eleuantes oculos ad cœlum orant,non ut ſuperbi,ſed ut humiles: ut orationem ad Deum dirigendam, & cœleſtia tantum petenda eſſe oſtendant. Vnde Pſal. *Ad te leuaui oculos meos,qui habitas in cœlis*. Et non ſolum oculos, ſed & operationes noſtras in Deum referre debemus:ſecundum illud Threno. *Leuemus corda noſtra cum manibus ad Deum in cœlis*:per manus enĩ deſignantur operationes.Tertiò,reſpectu ſequentiũ: quia articulo paſſionis ſibi imminente, & preſſuris

B diſcipulorum prædictis orauit ad patrem ſuum: ad deſignandũ, quòd preſſuris & tribulationibus imminentibus debet homo per orationem recurrere ad Deum:ſicut Moyſes,Suſanna, & alij plures clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & liberauit eos. Orat autem Chriſtus primò pro ſe, deinde pro membris.Pro ſe orat,tum ſecundum humanam naturam,tum ſecundum diuinam: ſecundum humanam naturam,pro clarificatione in paſſione,pro clarificatione reſurrectionis, pro clarificatione aſcenſionis, pro clarificatione iudicij quam habebit in eo poſt illud Secundum diuinam naturam orat pro notitia,& manifeſtatione claritatis patris & filij: in quibus intel

C ligitur nexus & amor amborum,ſcilicet ſpiritus ſanctus:quia medium ſæpe intelligitur in extremis.Horum trium eadem eſt claritas,natura,eſſentia,eadem potentia, ſcientia, bonitas. Poſtulat ergo ipſe Chriſtus claritatem ſuam,ab æterno patre habitam,ad humanam cognitionem & notitiam peruenire: ne ipſum purum hominem arbitrantes, de paſſionis ignominia uerecundiam recipiant, ac de reſurrectionis gloria deſperantes à fide deficiant. Pro membris dupliciter orat.Primò,pro membris credentibus,& iam capiti adhærentibus:ſecundò, pro credituris per uerbum iam credentium.Orat ergo pro diſcipulis & mẽbris iam credentibus, & recommendat eos patri dicens:*Pater ſancte ſerua eos*,conſeruando à malo,& cu

D ſtodiendo in bono:*in nomine tuo*,id eſt,in fide ac cõfeſſione,& ueritate & uirtute nominis tui: *quos dediſti mihi*, pro fundamento eccleſiæ per eos fundandæ, per ſpiritualem amicitiam eos mihi coniungendo, *vt ſint vnum*, & uniti per charitatem, *ſicut & nos* ſumus vnum, per naturam: ita quòd, ſicut, non importat æqualitatem, ſed quandam ſimilitudinem & imitationem longinquam. Sum ego filius tuus per naturam: ſicut & illi filij tui & fratres mei per gratiam.Vel ſecundum Auguſtinum: Vt quemadmodũ pater & filius non tantum æqualitate ſubſtantiæ, ſed etiam uoluntate unum ſunt:ita & hi non tantum per hoc quòd eiuſdem naturæ ſunt, ſed etiam per eandẽ

E dilectionis ſocietatem unum ſint. Cuiuſcunque perfectio nihil aliud eſt quàm participatio diuinæ ſimilitudinis:intantum enim boni ſumus, inquãtum Deo aſſimilamur. *Ego pro eis rogo*,quò ad efficaciam: *quia tui ſunt*,per æternam prædeſtinationem:*non pro mundo*,id eſt, mundi dilectoribus, & perditis ſecundum tuam præſcientiam. Hoc dicitur, quia efficacia ſuæ orationis tantummodo ad electos ſe extendit.Quanuis enim in ſe ſit efficax pro omnibus,tamen mali ponunt ſibi impedimentum,ne ſint participes ipſius.Et licet iam non eſſent de mundo, adhuc tamen neceſſarium erat eos eſſe in mundo: ideo ſubdit, *non rogo vt tollas eos de mundo*,uel propter aliorum ſalutem, quia

adhuc

Chryſoſto. hom.79 in Ioannem. — *Pſal.122.* — *Threno.3.* — *Orauit Chriſtus pro ſe & ſuis.* — *Auguſti. tract.107. in Ioan.* — *Oratio pro apoſtolis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Beda in ca. 17. Ioan.

adhuc sunt mundo necessarij: uel propter eorum uti
litatem, quia in meritis non sunt consummati. Vbi Be
da, quasi diceret: iam imminet tempus ut ego tollar
de mundo, ideoque necesse est ut isti nunc non tollã
tur de mundo, ut te & me primum annuncient mun
do. *Sed ut serues eos à malo*, & defectu, in pressuris eri-
piendo de periculis & dando eius permanentiam in
fide, & constantiam in tribulationibus imminẽtibus.
Hinc habes quia sancti non debent rogare, ut transe-
ant de mundo, si adhuc eis conueniens non est, si-
cut nec istis conueniens erat: *sanctifica eos*: id est con-
firma in ueritate fidei catholicæ, ac uitę & doctrinę:
sanctum enim uno modo significat idem quod fir-
mum. Ista autem confirmatio apostolorum facta est
à Deo patre, quando in die pentecostes misit eis spi-
ritum sanctum. Deinde orat pro toto fideli populo,
dicens: *Non pro eis rogo tantum: sed & pro eis qui* per
totum orbẽ *credituri sunt in me*, per uerbum eorum:
scilicet per uerbum fidei & euangelii quod prædica-
uerunt: per quod omnes in Christum crediderunt,
qui fidem illum habuerunt quam apostoli prædica-
uerunt. Quod uerbum, dicitur eorum, non quòd per
eos tantum sit prædicatũ, imò & per Paulum & alios
quoslibet prædicatores: sed eis primò & principali-
ter commissum est ad prædicãdum, & ab ipsis est pe
nitus ac præcipuè prædicatum. Hoc est uerbum fidei
prædicatum, uerbum Dei inspiratum: per quod cre-
didit latro, credidit Paulus, & quicunque unquam cre
didit in Christum. Vnde, secundum Augustinum,
omnes suos ibi intelligi uoluit: non solum qui tunc
erant in carne, sed etiam qui futuri erant. Quotquot
enim postea crediderunt in eum, per uerbum aposto
lorum sine dubio crediderunt, & donec ueniat credi
turi sunt. Per hos euangelium ministratum est, & an-
tequam scriberetur: & utique quisquis in Christum
credit, euangelio credit. Hæc Augusti. *ut omnes unum*,
unitate *sint* fidei & charitatis, *sicut & tu pater in me: &
ego in te unum sumus*: in unitate naturę & substantiæ:
ut & ipsi in nobis unum sint, fide & charitate. uel secun
dum Augustinum, potest referri ad unitatem amo-
ris, sic: *Sicut tu pater es in me, & ego in te*, per amorem:
ita & ipsi sint unum in nobis, per amorem: quia chari-
tas facit unum esse cum Deo: quasi diceret, sicut pa-
ter diligit filium, & econuerso filius patrem, ita ipsi di
ligebant filium & patrem. Fructus autem unitatis est,
ut mundus totus prædicatione eorum conuersus *cre-
dat* & cognoscat: *quia tu me misisti*, & quòd doctrina
quam dedi eis sit à te: sic enim omnes unum erunt.
Nam per nihil aliud manifestatur ueritas euangelij,
sicut per charitatem fidelium. Vnde Chrysostomus:
Nihil enim scandalizat omnes, ut ab inuicem diuidi:
quòd credentes fiant unum, hoc ædificat ad fidem.
Et ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis: quia pote-
statem miraculorum per quam declarata est diuini-
tas Christi, dedit apostolis. Vnde Chrysosto. Clarita
tem dicit gloriam, quæ est per signa & dogmata: & ut
unanimes sint. Vnde subdit: *Vt sint unum sicut & nos
unum sumus*: id est, ut sint in uera unitate ecclesiæ, abs
que schismate. Vnde Chrysosto. Hæc enim gloria, ut
sint unum, etiam signis maior est. Ego in eis per gra-
tiam & per charitatis spiritum, & tu in me per unitatẽ
naturæ & substantiæ, & per consequens etiam tu in
eis per eundem spiritum. Vel secundum Hilariũ: Ego
in eis, scilicet sum per unitatem naturæ humanæ, quã
eandem habeo cum ipsis: & etiam quia do ipsis cor-
pus meum in cibum sacramentalem: & tu in me per
unitatem essentiæ: ut sic sint consummati, id est, per-

Augusti. ibidem.

Chrysosto. hom. 81. in Ioannem.

Idem ibidem.

Ibidem.

Hilarius lib. 8. de trinitate.

fecti in unum: quia per unionem humanitatis Chri-
sti an Deum facta est unio totius creaturæ. Vt sint,
inquit, consummati in unum in præsenti, in unitate
charitatis & gratiæ per fidem: & in futuro in unitate
gloriæ, & fruitionis diuinæ per speciem. Ad hoc enim
tota tendit oratio, in qua pluries inculcat orando ut
sint unum. Sic omnes orare debent pro unitate gratię
in uia, & pro consummatione gloriæ in patria: ut hic
habeant unitatem charitatis & gratiæ per fidem, &
ibi unitatem fruitionis & gloriæ per speciem. In unio
ne charitatis consistit perfectio Christianæ religio-
nis: quia per hoc membra ecclesiæ coniũguntur adin
uicem, & capiti homini Christo, & ulterius ipsi Deo:
quia qui adhæret Deo, unus spiritus est: & sic per cõ-
sequens primum principium quod est Deus, coniũ-
gitur homini, qui est quodammodo omnis creatura.
Finis autem unitatis est *ut cognoscat*, tunc per speciem
mundus, ex inimico amicus effectus id est, credentes
quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut & me dilexisti.
Vnde Augustinus: In filio quippe pater nos diligit:
quia in eo nos elegit. Cùm igitur eorum quæ fecit
nihil oderit, quis dignè possit loqui quantum dili-
gat membra unigeniti sui, & quanto amplius ipsum
unigenitum? Deinde petit coniunctionem mem-
brorum ad caput, dicens, *pater quos dedisti mihi*: per
ueram fidem in tua prædestinatione ab æterno: *uo-
lo*, id est, oro & desidero: *ut ubi ego sum*, citò futu-
rus, *& illi sint mecum*, id est, in æterna beatitudine:
in qua etiam iam erat Christus actualiter, quan-
tum ad animam, quæ est pars principalior hominis,
ut uideant claritatem meam quam dedisti mihi: id est, di-
uinitatem meam: uel claritatem corporis mei gloris
cãdi, utranque enim claritatem, & secundum diuinita
tem, & secundum humanitatem sancti in gloria uide
bunt: *quia dilexisti me*, essentiali dilectione *ante mundi
constitutionẽ*, & ab æterno: hoc patet quantũ ad Chri
sti deitatem, similiter quantum ad humanitatem, in-
quãtum Deus pater æternaliter prædestinauit ipsam
ad hanc gloriam & exaltationem. In ipso etiam dile-
xit nos ante mundi constitutionem prædestinatione:
quia membra eius sumus: & diligimur in illo qui to-
tus diligitur: id est, caput & corpus. Est enim in nobis
tanquam in templo suo, nos autem in illo secundum
quòd caput nostrum est. Vbi Augustinus: In magnã
spem Dominus Iesus suos erigit, qui maior esse non
possit: audite & estote in spe gaudentes, ut esse possi
tis in tribulatione patientes: audite inquam, in quo
spes nostra leuetur attendite. Christus Iesus dicit au-
dite, credite, sperate, considerate quod dicit. *Pater, in-
quit, quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & illi sint me-
cum*. Qui sunt isti quos ait à patre datos sibi? Nonne
illi de quibus alio loco dicit, nemo uenit ad patrem ni
si pater qui misit me traxerit eum? Et iterum: Quapro
pter omnibus membris suis promittit hoc præmiũ,
ut ubi est ipse & nos cum illo simus. Nec poterit non
fieri, quod omnipotenti patri se uelle dixit omnipo-
tens filius. Hæc Augustinus. Vnde & Anselmus: Inter
hæc cùm discipulos sacratissima illa oratione com-
mendãs pater dixerit, pater serua eos in nomine tuo,
inclina caput tuũ, vt mereari audire, uolo ut ubi ego
sum & illi sint mecum, bonum est tibi hic esse: sed exe
undum est. Hæc Anselmus: O quàm dulcissima ora-
tionis uerba, antidotum & remedium ad omnem ad-
uersitatem & peccatum, cuius dulcissimæ orationis
uerba, antidotum & remedium ad omnem aduersita
tem & peccatum: cuius dulcissimæ orationis princi-
pium & finis in pace & dilectione consistit: ad quam

Beda in ca. 14. Marci.

Augusti. tract. 110. in Ioan.

Ioan. 6.

Augusti. tract. 111. in Ioan.

Orationis dulcedo.

præci-

præcipuè (ut dictum est) tendit. Et multa alia Domi-
nus Iesus discipulis dicebat, quæ uerè corda deuota
scindebant. Si ergo in sermone quæ dicta sunt attenẽ-
tè discusseris, & diligenter meditando ruminaueris, in
eorum dulcedine requiescens: meritò inardescere po
teris ad tantam dignationem, benignitatem, prouidẽ
tiam, diligentiam, & charitatem: & circa alia per Do-
minum hoc sero gesta. Ex quibus poteris colligere sa
scisculum contra omnẽ tentãtionem & aduersitatẽ,
salubre consolationis remedium. Inter omnia enim
memorialia Christi, præcipua recordatione constat
esse dignissimum finale illud sacratissimæ cœnæ con-
uiuium, in quo non solum agnus paschalis proponi-
tur ad edendum: uerumetiam agnus immolatus, qui
tollit peccata mundi, sub specie panis præbetur in ci-
bum. In quo quidem conuiuio mira dulcedo bonita
tis Christi refulsit, quando cum pauperculis illis disci
pulis & Iuda proditore, eadem mensa & scutella cœ-
nauit. Mirum claruit humilitatis exemplum, dum pe-
des piscatorum & proditoris sui rex gloriæ præcin-
ctus lintheo studiosissimè lauit. Mira patuit munifi-
centiæ largitas, dum sacerdotibus illis primis, & per
consequens toti ecclesiæ & orbi terrarum corpus suũ
sacratissimum, & sanguinem uerè in cibum dedit &
potum. Mirus tandem emicuit dilectionis excessus,
quando in fine diligens suos tam dulci exhortatione
confortauit in bono, Petrum specialiter præmonens
ad fidem & robur, & Ioanni conferens pectus ad re-
cubitum dulcem & sacrum. O quàm mira sunt hæc
omnia repleta dulcedine, illi duntaxat animæ quæ ad
tam celebre uocata conuiuium, tanto mentis currit
ardore, ut possit illud propheticum cantare: *Quemad
modum desiderat cervus ad fontes aquarum, &c.* Conspi
ce ergo Dominum dum loquitur, quomodo efficaci
ter, deuotè & delectabiliter loquens, imprimit disci-
pulis suis quæ narrat: & pascharis in amenitate aspe-
ctus & uerborum eius. Conspice etiam discipulos,
quomodo sunt mœsti, lachrymantes & suspiria dan-
tes. Pleni enim sunt tristitia, ut de hoc ipsa ueritas te-
stimonium fert dicens: *Quia hæc*, scilicet de recessu
meo, *locutus sum uobis, tristitia implenit cor uestrum*: &
doletis me corporalibus subtrahi oculis. Inter alios
autem conspice Ioannem, eidem familiarius cohæren
tem, qualiter attentè & diligenter hunc dilectum suũ
aspicit, & tenerius anxiatus omnia uerba eius recol-
ligit. Ipse enim solummodo ea describens tradidit no
bis. Benedictus ipse Ioannes, qui supra pectus Domi
ni recumbẽs hæc potauit, & memoriter retinens no-
bis ea scripsit. Nullus sic fideliter & familiariter Do-
mino adhæsit, ut Ioannes. In cœna iuxta eum sedit,
licet esset iunior aliorum: & quando captus fuit, secu
tus est eum in atrium principis sacerdotum: & nec in
crucifixione nec in morte, nec post mortem eum di-
misit, quousque sepultus fuit. Et quia Dominus uide
bat discipulos formidare & timere: tum ratione tem
poris, quia nox erat: tum ratione loci, quia in ciuitate
manifestè sistebant, ita ut frequenter circumuolue-
rent oculus ad ostium domus, quasi imaginantes &
expectãtes inuadi & capi ab hostibus: & propter hoc
minus intendentes his quæ dicebat: ideo ut melius
uerba quæ dicturus erat intelligerent, & ut ad locum
unde tradendus erat ueniret, inter alia eis discumben
tibus dixit: *Surgite eamus hinc*: scilicet ad locum aliũ
magis securum & secretum: ubi æstimantes uos secu
ros attentius audiatis uerba mea, & melius attenda-
tis ad ea quæ sunt uobis dicenda: ad locum unde tra-
dendus sum ad mortem, ad separationem à uobis cor

Cœna excellentia.

Miranda in cœna.

Psal. 41.

Ioannis benedictio.

poraliter in hoc mundo, ad angustiam & passionem
meã: & quicunque uoluerit post me uenire, abneget
semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me. Et
ora eum ut non sinat te à suo latere separari: sed con-
cedat tibi secum ire, & eum sequi, siue ad mortem, si
ue ad uitam. O quantus pauor in discipulos intrauit,
nescientes quo uel qualiter ire deberent, & de ipsius
separatione plurimum formidantes. Meritò autem
de tanto conuiuio gratiæ reddendæ erant Deo: &
ideo post cœnam hymnum, id est, canticum diuinæ
laudis dixit: & gratias egit, sicut & ante cœnam fece-
rat: ut scilicet addiscas, & ante cibum & post cibum
gratiarum reddere actiones. Vnde Chrysostomus:
Audiant quicunque uelut porci simpliciter mandu-
cantes cum ebrietate surgunt, cùm deceret gratias
agere, & hymnum concinere, & mensam desinere: au
diant quicunque ultimam orationem in sacris myste
rijs non expectant: ultima enim oratio missæ, illius
hymni est signum. Gratias ergo egit antequam sacra
mysteria discipulis daret, ut & nos gratias agamus:
hymnum dixit post quam dedit, ut & nos hoc ipsum
faciamus. Hæc Chrysost. Vbi & Beda: Simul etiam &
hoc ostendit, quòd amplectibile erat sibi pro nobis
mori: quia cùm tradendus erat Deum laudare digna
tus est, docet & nos cùm in angustias incidimus, pro
pter multorum salutem non contristari: sed Deo gra
tias agere, qui in nostra tribulatione operatur multo
rum salutem. Tandem multis completis mysteriis, &
hymno dicto, pro sacramenti institutione, & nouę ui
tæ denunciatione, hora completorii egreditur de lo-
co cœnæ, cum discipulis suis, ad locum extra ciuita-
tem, ad quem sciebat uenturum proditorem, ultrò se
offerens passioni: ut ostenderet se uoluntariè subi-
re mortem, & desiderare nostram redemptionem. Il-
le enim locus erat aptus ad capiendum Christũ: quia
erat à ciuitate remotus. & ipsi quærebant capere eum
sine strepitu turbarum. Precedit ipse, tu eum sequę-
re, & cõspice discipulos euntes post eum, & cum eo,
quomodo quilibet qui magis potest, magis eidem
approximat, & congregatim pergentes (sicut moris
est pullorum pergere post gallinam) impellunt eum
modo unus, modo alius ex desiderio appropinquan
di & audiendi uerba ipsius. Ipse uerò libenter & pa-
tienter sustinebat ab eis, & tunc locutus est eis com-
plendo sermonem, eundo per uiam & in horto. Et
iuit cum illis uersus Orientem, *trans torrentem Cedrõ*,
& uallem Iosaphat, quæ est inter Hierusalem & mon
tem Oliueti à Septentrione in Austrum porrecta, per
cuius uallis medium currit idem torrens Cedron.
Est autem cedron genitiuus pluralis, qui Latinè ce-
drorum dicitur: de quibus arboribus copia ibi erat in
ripis torrentis eiusdem: unde sic appellatur. In hac val
le est parua campi planities irrigua & nemorosa, ple-
naque delitijs. Vallis uerò nomen accepit à rege Iosa
phat ibi sepulto: ubi à parte montis Sion in pede mõ-
tis Oliueti: in ipsam uallem descendendo, est turris se
pulchrum eius continens. Cuius ad dexteram de ru-
pe montis Oliueti, excisa & separata domus duo ca-
uata habet sepulchra, scilicet Simeonis senis. & Ioseph
sponsi Mariæ uirginis. Et *uenit cum illis in uillam, quæ
dicitur Gethsemani*, ad radicem, seu pedem montis Oli
ueti iuxta campum, qui Gethsemani dicebatur: unde
& uilla sic uocatur, ubi est ecclesia adhærens rupi, sub
qua apostoli erant somno prægrauati, & intra erant
canonici regulares cum abbate, secundum regulam
beati Augustini, Domino seruientes. Et intrauit cum
ipsis in hortum, qui in fine uillæ erat, & ad uillam per

Chrysosto. hom. 83. in Matthæũ.

Beda in ca. 14. Marci.

Vallis Iosaphat.

Ioseph sepulchrum.

Introitus in hortum.

tinebat,

Universidad de Deusto Biblioteca

tinebat, ubi traditor em ſuum & armatos expectabat, ſciens omnia quæ uentura erant ſuper eum, ſecundũ altisſimæ diſpoſitionis arcanum. Et qui perſecutores ſuos, & omnia in manu ſua accepiſſe ſe nouerat: quia omnia dedit ei pater in manus, ſponte in manus perſequentium ſe ponebat. *Sciebat autem & Iudas traditor locum, quia frequenter Ieſus cum diſcipulis ſuis illuc uenire conſueuerat*, cauſa orandi ſecretius extra tumultum ciuitatis, & cauſa ſecretius loquendi cum diſcipulis familiariter inſtruendis. Itaque tradendus à diſcipulo, conſueti ſeceſſus locum & Iudæ notum adiit, quò facillimè reperiri poſſet: manifeſtum ſedans ad capiendum, ne morte timere, uel inuitus crucifigi putaretur. Vnde bene dicitur, quòd *hymno dicto exierũt*, ſecundum conſuetudinem, *in monte Oliueti*: id eſt, uerſus montem Oliueti: quia conſuetus erat illuc ire, & morari de nocte, cauſa orationis. Nam ſecundum Chryſoſtomũ, conſueuerat frequenter extrà in oratione pernoctare, & ſtratus mollitiẽ declinare: &, ſecundum eundem, conſuetudo Chriſti erat, maximè in ſolennitatibus, poſt cęnam diſcipulos ſeorſum ducere, & purum à tumultibus locum inquirere, ne mens impediretur ab auditione, & aliqua ſublimia de feſto docere, quę non erat phas alios audire. Completoriũ poteſt dici: quia in ipſo completur curſus diei. Similiter Dominus noſter Ieſus Chriſtus, completo curſu prædicationis, & cœna illa ſingulari tam glorioſisſimè celebrata & facta cum diſcipulis ſuis, de qua cœna & de ſacratisſimo dono corporis & ſanguinis eius, ibi tradito debes frequenter deuotisſimè cogitare: & quòd lotis diſcipulorum pedibus, ac facto ſermone & dicto hymno, id eſt, gratiarum actione, exiuit cum diſcipulis ſuis uerſus montem Olíueti, ubi capiendus erat & ab amicis ſeparandus. Et quando complendum erat quod propheta dixerat, *percutiam paſtorem & diſpergentur oues gregis*. Vade & tu ſemper cum eo, & noli eum deſerere, ne & ipſe deſerat te. Myſticè, Egreſſus eſt Ieſus extra ciuitatem, ut nos egreſſuros de mundanis, & mundi habitatione ſignificaret, quando ſacrificium Deo offerre uolumus: & ut tumultum hominum fugere doceret, quando orare uel familiaria cum noſtris tractare intendimus. *Egreſſus autem iuit trans torrentem Cedron*, qui interpretatur triſtis męror, & ſignificat uiam paſsionis, quam Chriſtus perambulare uoluit: quia ſicut torrens torrore caloris ſolis cum impetu deſcendit, ſic Chriſtus calore charitatis & luce ueritatis ſuccenſus fluctus paſsionum impetum propriæ uoluntatis ſuſtinuit. Per hoc ergo quòd Chriſtus iuit illuc imminente ſua paſsione, ſignificatur quòd Chriſtianus ire uolens ad martyrium, debet imminens ſupplicium præcogitare, & per patientiam ſe armare. quia ſecundum Gregoriũ, Minus feriunt iacula quæ præuidentur: & tolerabiliora ſunt mala quæ præſciuntur. *Et uenit in uillam Gethſemani*, quæ interpretatur uallis pinguedinis: quæ interpretatio oſtẽdit, quàm humilis, quàm deuota fuit Chriſti oratio quam ibi fecit in ualle enim humilitas, & in pinguedine deuotio notatur: ſecundum Remigium, Dominus appropinquans paſsioni in ualle pinguedinis orauit, ut demonſtraretur quia per uallem humilitatis & pinguedinem charitatis pro nobis mortem ſuſcepit. Humiliauit enim ſe uſque ad mortem, & ex charitate poſuit pro amicis animam ſuam. In horto etiam orauit & capi uoluit, ut oſtenderet quòd ſatisfacere uenerat pro peccato primorum parentũ commiſſo in horto: id eſt, in terreſtri paradiſo: uel quòd per paſsionem ſuam nos in hortum paradiſi co-

Chryſoſto. hom. 84. in Matthæũ. In oratione pernoctare ſolitus erat Dominus. Completorium unde dictum.

Zacha. 13. Myſticè.

Gregorius hom 35. in euangelia.

Remigius in cap. 26. Matth. Cur in horto orauit & captus eſt.

A ronandos introducit. Dicitur etiam poſt communionem in montem Oliueti exiſſe & oraſſe: quod reprę ſentat proceſsio fratrum, quando poſt refectionem exit in oratorium, ad gratias agendum. Per quod etiã datur intelligi, quòd virtute dominici ſacramenti aſcẽditur ad culmen gratiæ & gloriæ. Signanter autem, ſecundum Orige. hymno dicto exierunt in montem Oliuarum: per hoc deſignans quòd poſt perceptionem tanti ſacramenti fidelis homo nihil debet agere in conualle, nec circa aliquod terrenum ſe occupare. Sed, ſecundum Hieronymum, debet aſcendere in mõtem Oliueti: id eſt, in uirtutum ſublimia, ubi eſt laboris refectio, & doloris ſolatium, ac ueri luminis notitia apprehenditur. Orauit ergo Dominus in monte

B Oliueti, ſiue in horto ad radicem eiuſdem montis: quod totum uiuũ eſt, & plenum figuris. Cùm enim in monte orat: ſurſum nos, & pro cœleſtibus habere cor in oratione, & ſublimia tantum orando inquiri debere docet: cùm in ualle, & hoc in ualle pinguedinis, docet nos in oratione humilitatem & internæ deuotionis ac dilectionis pinguedinem ſeruare: & ut non geſtemus cor aridum à charitatis pinguedine. Meritò autem paſſurus Dominus aſcendit in illum montem, unde erat aſcenſurus in cœlum, ut per hoc oſtenderetur quòd per tolerantiam paſsionis aſcenditur ad quietem cœleſtis manſionis. Vnde Hieronymus: In monte quidem Oliueti Ieſus uigilat & orat,

C tenetur ac ligatur: ac inde ad cœlos aſcendit, ut nos ſciamus quia inde ad cœlos aſcendimus: unde uigilamus & oramus, ligamur, & non repugnamus in terra. Hic mons Oliueti omni acceptione eſt dignus, in quo Dominus frequenter morari & orare, ac multa & mira operari dignatus eſt. Eſt autem in hoc monte eccleſia, in qua cum abbate nigri monachi eſſe ſolebant. Potes autem meditari, quòd Dominus Ieſus dedit nobis in iſto ſero exemplum quinque magnarũ uirtutum: ſcilicet humilitatis, in lauando pedes diſcipulorum: charitatis, in ſacramento corporis & ſanguinis ſui, & in ſermone qui eſt monitis charitatis plenus: orationis, in orando in horto tribus uicibus: patientiæ, in ſuſtinendo proditorem ſuum, & multa

D opprobria, quando fuit captus & ductus ut latro: obedientiæ, in eundo ad paſsionem & mortem ex patris præcepto. In his ergo uirtutibus & aliis cum pro poſſe imitari coneris.

Egreſſus in Oliuetum.

Origenes tracta. 35. in Matt.

Hierony. in cap. 14. Marci. Oliueti mõtis dignitas. Quinque uirtutum exempla.

ORATIO.

BENIGNISSIME *Ieſu, qui pro credentibus & crediturís in te, ante tempus paſſionis patrem ſupplíciter exoraſti: rogo Domine tuam clementiam & miſericordiam pro illis, & pro me, & pro omnibus mihi conſanguinitate, affinitate, familiaritate, beneficio, oratione, recommendatione, uel quocunque con-*

E *iunctis, ſeu cordi meo inſertis: & uniuerſaliter pro omnibus fidelibus, tam uiuis quàm defunctis. Vt nobis uiuis & gratiam in præſenti, & gloriam in futuro exhibeas: ac defunctis miſericordiam & requiem æternam indulgeas: & tu qui omnium redemptor es, etiam eorum ſaluatorem te oſtendas. Amen.*

De paſsione Domini noſtri. Cap. LVIII.



OCCVRRIT nunc, ut paſsionem Domini noſtri Ieſu Chriſti tractemus, de qua ad minus ſepties in die recordari deberet Chriſtianus. Vnde dicit Bernar. Quòd quotidiana lectio Chriſtiani, debet eſſe recordatio dominicæ paſsionis: & quòd nihil ita accendit cor humanum, quemadmodum ſæpe & ſedulo recogitata paſsio & humanitas ſaluatoris. Qui ergo in cruce & paſsione Domini deſiderat gloriari, ſedula meditatione debet in ea perſiſtere: quæ præcipuè inter cætera debet cordi noſtro eſſe infixa: ut ſicut in ſuo corpore cicatrices & vulnera ſemper tenet, & de eius corpore non delentur: ita & in corde noſtro per memoriam noſtri teneri, & nunquam de eo deleri debet. Cuius quidem paſsionis myſteria, & quæ circa eum facta ſunt, ſi toto mentis intuitu perſpicerentur, in nouum utique ſtatum meditantem adducerent. Nã ex profundo corde & totis uiſcerum medullis eam perſcrutanti, multi paſſus inſperati occurrerẽt ex quibus nouam compaſsionem, nouum amorem, nouas conſolationes, & per conſequens nouum quendam ſtatum dulcedinis ſuſciperet, quæ ſibi præſagia & participalia gloriæ uiderentur. Vnde quædam monialis deuota intãtum circa paſsionem Chriſti erat affecta, ut nunquam crucifixi imaginem inſpicere poſſet, niſi cadens in terram quaſi totaliter abſorpta à ſe deficeret. Oportet ergo quòd quis præſentem ſe exhibeat affectuoſe diligenter & moroſe omnibus & ſingulis quæ circa dominicam paſsionẽ contigerunt: & quòd illuc totam mentis aciem uigilantibus oculis cordis, oblitisque aliis curis & ſollicitudinibus exterioribus dirigat perſeueranter. Et ſcias quòd ſi in hac ſcientia (quæ ſuper omnes alias ſcientias eſt) uolueris proficere, cum magno ſtudio oportebit te à cibo & potu delicato abſtinere, & ad neceſsitatem tantum parcè de utroque ſumere. Cœna quoque nocturna ſiue potus, multum impedit orationem & contemplationẽ: quapropter eſſet pro poſſe abſtinendum. A ueſtibus quoque ac lectis mollibus & delicatis abſtineas, & in ueſtitu ſicut & in uictu humilieris, groſsioribus utẽdo & uilioribus. Oportet etiam quòd caueas à multiloquio, ac lætitia uana & inepta: quia non deceret eũ qui vult Chriſti dolorem ſentire, in uerbis, riſibus, luſibus & gaudio uano ſe inutiliter occupare. Neceſſarium enim erit, ut aliquando ita cogites te pręſentem cogitatione tua, ac ſi tũc temporis ibi præſens fuiſſes quando paſſus fuit: & ita te habeas in loquendo, in

Bernardus ſermone de paſsione.

Proficere uoles in paſsionis dominica ſcientia, quid faciat.

A uiuendo, in dolendo, ac ſi Dominum tuum coram oculis tuis cerneres patientem. Ita enim & ipſe Dominus in ſpiritu tibi præſens erit, ſicut à te cogitabitur præſens eſſe: & accipiet tua uota, & acceptabit tua facta. Et (ut breuiter dicam) oportebit te à delectatione & conſolatione carnali, cum magna diligentia elongari, & ut amara & dura tibi dulceſcant, & ſuauia fiant ſi in Chriſti doloribus & paſsione conſolationem, & dulces animæ tuæ dapes cupis inuenire. Non enim bene conueniunt conſolatio carnis, & cõtemplatio dominicæ paſsionis: ſed contraria quaſi nomina ſortiuntur, nec poſſunt ſimul caro & ſpiritus delectari: imò, ſecundum apoſtolum, ſibi adinuicem ad uerſantur. Vnde Bernardus. Crux Chriſti uoluptati

B aduerſatur, & uoluptas cruci: & quomodo poſſunt excuſari uoluptatum amatores, ut non ſint Chriſti perſecutores? Rei enim fiunt mortis Chriſti: & ſi non ut perſecutores, tamen ut tantæ rei contemptores. Et iterum: *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini mei Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo*. Non ſolum, inquit, mortuus mundo: ſed & crucifixus, quod eſt ignominioſisſimum genus mortis. Ego illi, & ipſe mihi. Omnia quæ mundus amat crux mihi ſunt: delectatio carnis, diuitię, honores, uanæ hominum laudes. Quæ uerò mundus reputat crucem: illis affixus ſum, illis adhæreo, illa toto amplector affectu. Quanuis in his apoſtoli uerbis, il-

C lud quoque non incongruè poſsit intelligi, crucifixum ei mundum reputatione: ipſum uerò mundo crucifixum, compaſsione. Crucifixum enim uidebat mundum obligationibus uitiorum, & ipſe crucifigebatur ei per compaſsionis affectum. Hæc Bernardus. Et quia, ut dicit Gregorius, ſine delectatione anima nunquam poteſt eſſe: nam aut infimis delectatur, aut ſummis: ideo heu multi conſolationem diuinam non inuenientes, protinus inhiant ad aliam, & ſic ſibi iuſtè ſubtrahunt diuinam. Vnde Bernardus: Renuit cõſolari anima tua in aliis, ſi uis in Dei memoria delectari. Cuius ad alias conſolationes mens inhiat, & nõ penitus in caducis & tranſitoriis renuit conſolari, ipſe ſibi profecto cęleſtis ſubtrahit gratiam conſolatio

D nis: quam ſi digna deuotione, pleno affectu, deſiderio uehementi petere, quærere, pulſare, ſatageret, ſine dubio petens acciperet, quærens inueniret, pulſanti aperiretur. Non ergo quæras conſolationem aliã, ſi cupis habere diuinam: quia, ut idem dicit Bernard. Delicata eſt diuina cõſolatio, quæ non datur admittẽtibus alienã: nec duplici uia, nec duplici affectu quæras diuinã conſolationẽ: quia indignũ te redderes ad eandẽ. Vnde iterum Ber. Indignus benedictione cęleſti conuincitur, qui dubio quærit affectu, duplici petit intentione: aliud ſibi refugium parãs, ſi fortè eam non obtinere contingat. Hæc Bernardus. Manna defecit filijs Iſrael poſtquam comederunt de frugibus

E terræ: per manna quod habebat in ſe omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatem, ſignificatur ſuauitas Ieſu: quæ deficit filijs Iſrael, id eſt, clauſtralibus, cùm incipiunt comedere de frugibus terræ, id eſt, dare ſe terrenis conſolationibus. Vnde Auguſtinus: Si animus habet unde delectatur extrinſecus, ſine delectatione manet intrinſecus. Ideo uir ſanctus debet dicere cum propheta: *Renuit conſolari anima mea*, ſcilicet exterius: & ideo ibi ſequitur, *memor fui Dei, & delectatus ſum*. Vnde Richardus: Nunquam intellectus ad cœleſtium contemplationem perfectè attrahitur, niſi caro in neceſſarijs fortiter retrahatur. Vnde & Gregorius: Si à carne hoc quodlibet abſcindi

Galat. 5. Bernardus ſermo. 6. in quadrageſima.

Galat. 6.

Gregorius lib. 18. moral. cap. 6.

Bernardus ſermone de paſsione. Manna defectus.

Auguſti. ſermo. 17. de uerbis Apoſt. Pſal. 76. Richardus li. 2. de ſtatu interioris hominis. Gregorius ubi ſupra.

Universidad de Deusto Biblioteca

scindimus,mox in spiritu qđ delectet inueniemus. Cõpatiaris igitur saluatori nostro Iesu, memoriam passionis & vulnerum eius in corde tuo habendo: certissimè confidens quòd eius consolationis socius in futuro efficieris, si eius tribulationis in præsenti socius inueneris. Nec enim pro ipso piè lugentibus gloriã suam negabit, qui nec Magdalenæ dolenti & ipsum quærenti resurrectionem suam occultari uoluit. Quod bene propheta innuit dicens: *Qui seminant in lachrymis,in exultatione metent.* Vnde Apostolus: *Si tamen compatimur,ut & simul glorificemur.* Vnde & Bernardus. Qui manducat carnem meam,& bibit sanguinem meum,habet uitam æternam.hoc est, si compatimini, & conregnabitis. Sed non solum corde, uerum etiam corpore compatiendum est Christo. Vnde Ambrosius: Qui autem compatitur, non perfunctoriè compatiatur: sed ut tribulationes Christi in corpore suo impleat,sicut implebat & Paulus. Vnde & in Canticis: *Pone me ut signaculum super cor tuum*: diligendo,scilicet me per affectum & mihi te conformando per affectionem dilectionis:& ut signaculum super brachium tuum, diligendo etiam me per effectum, & mihi te conformando per amorem operationis: signaculum enim formam suam imprimit rei quæ sigillatur. Et meritò debes me diligere utroque modo: quia fortis est ut mors dilectio: hoc est, tam fortiter te dilexi,quòd pro amore tuo mortuus sum. & dura sicut infernus æmulatio: quia in nullis tentamentis hostium à nostræ salutis cura reuocare potuit,sicut infernus nullus miserorum cruciatibus mitigatur. Permultas ergo tribulationes oportet nos intrare in regnum cęlorum: quod bene figuratur per hoc quòd crux ponitur inter chorum & cancellos ecclesiæ, ut qui chorum intrare uoluerint, uadant sub cruce: quia ab ecclesia militante ad triumphantem, nemo nisi per crucem potest intrare. Multum quippe placet Deo, quòd homo memoriam passionis & vulnerum eius portet in corde suo. Narratur enim quòd cùm quidam eremita sanctissimæ uitæ instanter Dominum exoraret, ut sibi ostenderet quod sibi inter cætera seruitia magis acceptaret: uidit hominem nudum trepidantem frigore, & crucem magnã super se baiulantem,& sibi quis esset interroganti dicentem: Iesus Christus ego sum: Rogasti enim me ut tibi ostenderem quod inter cætera seruitia mihi magis complaceret,& nunc tibi dico quòd hoc: scilicet quòd quis homo iuuet me portare crucem meam, & vulnera,& passionem in corde suo. Et hæc dicens euanuit. Crucem Domini debemus baiulare, & iuuare eum portare: & hoc in corde, per recordationem & compassionem: in ore, per crebram & deuotam gratiarum actionem: in corpore, per flagellationem & castigationem: ut saluatori nostro corde, ore, & opere gratias agamus. Cuidam etiam seni matronæ reclusæ multitudinem & numerum omnium vulnerum Christi scire cupienti,& pro hac re flebiliter Deũ oranti, uox cœlica missa dixit: Quinque milia quadringenta nonaginta vulnera mei corporis extiterunt: quæ si venerari volueris,orationem dominicam cum salutatione angelica quindecies quotidie in memoriam passionis meæ replicabis: sicque anno reuoluto unumquodque vulnus uenerabiliter salutabis. Hæc oratio ualde placet Deo, prout postmodum reuelatum fuit cuidam solitario. Et accipitur hic numerus secundum annum bisextilem,ut semper sufficere possit: quia minor numerus quem quidam ponunt, scilicet quinque milia quadringenta septuaginta quinque alijs annis tantum,sed non hoc sufficit. De numero vulnerum Christi sunt uersus isti.

Psal. 125. Roma 8. Ioan. 6. Bernardus tractatu de diligendo Deo.

Ambrosius in cap. 9.

Roma. Cant.i.8. Ibidem.

Crucis locatio & eius significatio.

Memoria passionis.

Crux Domini nobis baiulãda.

Vulnerum Christi numerus. Oratio quindecim Pater noster.

Mittitur ut legitur olim, uox cœlica lenis.
Cor refouendo senis flebilis, ut sequitur:
D. duc undecies decem dempta simplice, Christi,
Vnder euixisti vulnera cuncta scies.

Tot quippe fuerunt vulnera Christi, accipiendo uidelicet quamlibet plagam flagellationis pro vulnere uno:& puncturam cuiuslibet spinæ pro uno. Cuius quidem numeri partes singulæ congruunt mysterio passionis Dominicæ. Millenarius enim, qui est ultimus limes numerorum, ultimam & supremam perfectionem in hac uita homini possibilem insinuat, quã utique Christus in sua passione & summè adimpleuit. Quinarius autem ad quinque sensus refertur: in quibus omnibus Christus passus fuit,ut sensus nostros nostris peccatis corruptos reintegraret. Centenarius etiam perfectionem notat. Et ideo per quadringenta perfectio noui testamenti, quod in quatuor euangeliis consistit, accipi potest: quod quidem testamentum in sanguine passionis Christi dedicatum est. Nonagenarius uerò, qui constat ex ductu denarij in nouenarium, designat nouem ordines angelorum. Inter quos ducimur per obseruantiam præceptorum decalogi,& hoc non nisi per meritum passionis Christi. Multa quidem & magna bona proueniũt homini passionem Christi frequentanti, & se circa eam sedulo occupanti. Si enim ad diuinitatis cognitionem peruenire desideras, restat ut per assumptam humanitatem, & humanitatis passionem tanquam per uiam regiam gradatim ascendere ad altiora discas. Quia non datur peruenire ad diuinitatis altitudinem,uel inusitatam dulcedinem,nisi tractis pio quodam fidei ac dilectionis affectu, per humanitatis Christi amaritudinem. Et quanto hac neglecta quis ascenderit altius,tanto cadit profundius. Hæc est uia per quam itur. Hæc est porta per quam introitus ad desideratum finem conceditur. Per fructiferam nanque ac uenerabilem Christi passionem, cunctorum nobis spiritualium bonorum materia copiosissimè ministratur: ubi enim est gloriatio nostra, ubi spes & lætitia cordis nostri? Reuera in Christo uno summo & uero bono, & preciosissimo eius passionis thesauro. Et ideo tam impreciabilem thesaurum delectat iugiter in corde retinere, & continuè de ipso loqui, ac omni tempore mente & corpore cum ipso occupari: utinam quoque & in cordibus nunquam marcescat, sed semper rediuiua pullulatione nouus existat. Fœlix proinde tu ò gloriosissimum lumen ecclesiarum, qui arcanum diuinitatis attingens, abyssum claritatis diuinæ oculis purioribus intuendo introisti: ac uerba quæ non licet homini loqui audisti, & tamen ad ima descendens affectu quodam mellito passionis huius ob preconium de cordis thesauro in medium eructasti dicens: *Nihil arbitratus sum me scire inter uos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* O uerbum mellifluum, dulcius super mel & fauum, deuotis mentibus iugiter ruminandum, de quo liquor emanat, qui miseris largiter gaudia salutis propinat. Cæterùm quicunque æternam salutem, & præmiorum magnitudinem desiderat habere: arcem quoque cunctarum uirtutum optat conscendere, scientiam etiam atque sapientiam obtinere, inter prospera & aduersa æquanimiter stare, & securam uiam ambulare, necnon amaritudinem passionis Christi eiusque consolationis potum suauissimum desiderat prægustare, debet Iesum Christum, in-

quam

D. notat quingenta qua undecies notant mille quingenta, unde demuntur decem. Numeri mysterium.

Bona ex meditatione passionis.

1.Cor.2.

quam crucifixum, iugiter in suo corde portare. Frequens passionis huius memoria indoctum quemquã reddit doctissimum,ac imperitos & idiotas facit proficere in magistros: magistros inquam non scientiæ quæ inflat, sed charitatis quæ ædificat. Ipsa est uelut quidam liber uitæ,in quo omnia saluti necessaria inueniuntur. Hic liber de omnibus docens mellea quadã dulcedine perunctus sentitur. Fęlix qui eius studio seriose intendit: quia contemptu mũdi & in amore Dei proficiet, cunctarumque uirtutum ac gratiarum incrementum sumet. Memoria passionis Christi debet fieri nõ perfunctoriè, nec cum festina acceleratione, maximè cùm tempus aderit sufficiens & opportunũ: sed cum matura & morosa ac præcordiali rememoratione,& flebili quadam compassione. Nisi enim hoc dulcissimum lignum dentibus affectuosæ discretionis masticatum fuerit, sapor eius licet immensus nequaquam mouebit. Quòd & si quidem flere cum flente,aut dolere cum dolente non potes: saltem affectu deuoto de tantis beneficijs tibi per eam gratuitò exhibitis gaudere & gratias agere debes. Quòd si nec affectu compassionis, nec gratulationis desiderio moueris: sed dura quadam affectione te in eius recordatione deprimi sentis: nihilominus in duricia cordis tui ad laudem Dei, memoriam huius salutiferæ passionis qualitercunque percurre, & quod à te habere non potes,ipsius manibus pijssimis committe. Percutebis silicem: interiori uidelicet recordatione, & corporali nihilominus labore,te exercens ad pietatẽ, per extensionem manuum,seu oculorum ad crucifixum subleuationem,uel pectoris tunsionem,aut genuflexiones deuotas,seu disciplinas & flagellationes: uel cætera similia pietatis officia continuando,donec egrediantur aquæ lachrymarum largissimæ: ut & ratio bibat deuotionis aquas,& corpus animale eius experientia accensum ad gratiam habilitetur. Porrò passionis Christi frequentem meditationem inter alia innumerabilia ad quator præcipuè tibi noueris prodesse solatia: uidelicet ad tria principalia uitia,quæ in mũdo sunt, repellenda: ad tribulationem & pęnitentiam mitigandã, ad tristitiam inordinatam repellendam,& ad pœnam purgatorij diminuendam. De primo patet in Threnis,ubi dicitur: *Recordare paupertatis meæ transgressionis*: id est, uilitatis transgredientis omnes alias uilitates & fellis. Concupiscentia ergo carnis debet crucifigi, per crucifixi amaritudinem. Concupiscentia oculorum,per eius paupertatem: superbia uitę,per eius uilificationem. Sed uoluptuosi contrariantur cruci Christi: quia Christus in ea sustinuit amaritudinem. Item uanè gloriosi: quia Christus in ea sustinuit ignominiam. Item auari quia Christus in ea sustinuit paupertatem. De secundo etiam ex hoc apparet,quia cibus aliquãdo de se insipidus, per salsam appositam, uel condimentum fit sapidus: sic tribulatio & pœnitentia de se sunt insipida: sed apposita salsa passionis Christi,quæ fuit amara, efficiuntur dulcia & sapida. Tertium autem,scilicet,qualiter dolorem animi expellat, exemplo tibi potius quàm uerbo monstrabo. Erat namque quidam quem circa cõuersionis suę initia quædam tristitia inordinata lætaliter oppressit: ita ut nec legere,nec orare, nec quicquã boni pro tũc facere posset. Qui dum die quadam in cella residens, ab hac passione grauiter urgeretur: & incredibili dolore affligeretur, facta est ad eum desuper quasi uox intellectualis,dicens: Quid hîc sedes ociosus, & in te ipso tabescẽs? Surge nunc & meam deuotè pertracta passionem,& in amaritudine tuum deuinces dolorẽ: quo audito ille frater surrexit, & se ad meditandum passionem contulit: & extunc medicina hac salutari sanatus, per eius continuam replicationem, nequaquam plus de cætero talem unquam sensit animi passionem. Quartum uerò, scilicet qualiter hęc utilissima meditatio pœnam purgatorij relaxare habeat,tibi indicabo. En author naturæ nil inordinatum in sua natura relinquit, sed nec diuina iustitia quicquam impunitum dimittit: quod non aut hîc,aut in futuro debitę correctioni subiiciat. Quando igitur putas quòd finẽ habitura esset pœna alicuius peccatoris,qui multis criminibus obnoxius condignam satisfactionem pro quolibet mortali, pro millesima parte non impleuisset, quam exoluere in locis purgatorij decedens cogeretur usque ad minimũ quadrãtem. O nimis longa miseræ animæ expectatio. O diutina & acerba nimiũ cruciatio,dolor perseuerans & immensus, pœnitẽtia grauior omni terrestri cruciatu. Sed uide quòd hanc pœnam leuissima & breuissima satisfactione compẽsare posset, quicunque ipsam de thesauro passionis agni immaculati recipere sciret. Hic namque thesaurus preciosissimus, propter charitatem maximã personamque dignissimam,ac dolorem immẽsissimum, sufficiens est & superabundans. Et ideo taliter posset se homo ad hunc applicare,& de eius merito & satisfactione tam deuotè ad se trahere: ut si mille annis purgari deberet,in breui de toto liberaretur. Si ergo uis pœnam purgatorij longam & acerbam in temporalem,breuem,& leuem commutare: studeas hæc facere. Primò omnium,debes corde compuncto & spiritu contribulato cum gemitu cordis enormitatem peccatorum tuorum grauissimè ponderare, confitẽdo aduersum te iniustitiam tuam Domino, amarissimè recogitando quid feceris, quem offenderis, quid ue merueris: peccaui,inquiens, Domine super numerum arenæ maris. Deinde debes teipsum corãm oculis æterni iudicis humiliter despicere,& uilem æstimare: ita ut cum publicano oculos immũdos nec audeas ad cœlum leuare,nec labijs pollutis nomen illlud gloriosum nominare: sed neque teipsum hominem, sed uermem immundum æstimare, & opera tua satisfactoria quasi nullius momenti sint annihilare, & sic miser & miserabilis ante fores gratiam iudicis, & cũ profundo gemitu cordis tui petere:& dicere, *Pater mi,peccaui in cœlum & coram te,& non sum dignus uocari filius tuus: fac mihi sicut uni ex mercenariis tuis.* Postea meritum passionis Christi debes cum summo affectu extollere & magnificare, cogitando quoniam apud eum copiosissima est redemptio:& quòd minima gutta preciosissimi sanguinis, qui per omnes partes corporis sui vulneribus repleti largiter effluxit, pro redemptione & satisfactione totius mundi suffecisset: sed copiose ipsum effundere uoluit, ĩ argumẽtum magni amoris,& supereffluentissimæ pietatis,in solamen omnium miserorum. Tandem debes humili quidem,sed feruido affectu manum auxiliatoris quærere,& misericordissimi redemptoris meritum infinitum in subsidium postulare,nihil hæsitans: quia pronior est fons ille pietatis iugiter scaturiens ad miserẽdum, quàm tu ad petendum? O uerbum gratiosum & præcipuũ, miseris peccatoribus cum summa exultatione suscipiendum, eo quòd in Christi passione sic in promptu inuenimus unde possimus peccata abluere,pœnas delere, gratiam inuenire, & gloriam sempiternam promereri. Memoriam igitur passionis Christi semper debes in corde tuo habere, & omnes tribulationes & aduersitates quas pateris ad ip-

sam

Passio Christi doctum efficit.

Passionis memorãde modus.

Deuotionis excitandæ modus.

Solatia ex passione quatuor.

Threno.3.

Exemplũ doloris pellendi.

Purgatorij relaxatio p passionem Christi.

Luca 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sam referre: ipsius que similitudinem, quantum possibile est induere. Et cùm ex occulta dispensatione tibi consolatio interna subtrahitur, & desolatus relinqueris: debes instar ueri crucifixi non aliunde consolationem quærere, sed patienter expectare, & sursum ad patrem qui in cœlis est respectum habere: teipsum deserendo, & omnem cogitatum tuum in ipsum iactando. Tunc sine dubio quanto fuerit maior hominis exterioris pressura, & desertio hominis interioris cum uoluntate Deo unitate: tanto similior crucifixo, & amabilior patri per amando eris: quia reuera hoc est punctum aduersitatis, per quod milites probatissimi in acie Christi cõstituti strictissimè examinantur. Item omnia infortunia & cuncta tristabilia clementiæ Dei debes committere: & sic te liberè in omni facto tenere, quasi homo qui in procinctu migraturus est de hoc mundo. Refugium quoque continuum in uulnere lateris Iesu Christi debes quærere, tanquam columba in foraminibus petræ: quia in hoc loco semper inuenies copiosissimam peccatorum remissionem, gratiarum plenitudinem, & à cunctis malis imminentibus securam protectionem.

Narratio historia passionis.

Ad narrationem itaque propositi accedamus. Si igitur uigilanter attendisti præmissa, quæ de uita Christi sunt dicta, hic multo uigilantius totum apponas animum, totam uirtutem: quia hîc maximè apparet illa eius charitas, quæ corda nostra deberet totaliter concremare. Non solum autem illa pœnalis & mortalis crucifixio Domini, sed & ea quæ eandem præcesserant, sunt uehementissimæ compassionis, & amaritudinis, & stuporis. Quid enim est cogitare quòd ipse Dominus noster, super omnia benedictus Deus, ab hora quia de nocte cum facibus & armis tanquam latro quæsitus fuit, & captus, usque ad sextam crucifixionis suæ scilicet horam, fuit in bello cõtinuo doloris, magnis opprobrijs, & tormentis. Non enim sibi datur uel modica requies: sed in quolibet bello & conflictu audi & uide: Alius eum tradit, alius comprehendit, alius ligat, alius ducit, alius impellit, alius exclamat, alius insurgit, alius vexat, alius circumuoluit, alius interrogat, alius contra eum falsos testes inquirit, alius inquirentem associat, alius falsum testimonium contra eum dicit, alius accusat, alius deludit, alius blasphemat, alius in eum expuit, alius oculos uelat, alius in faciem cædit, alius colaphizat, alius ueste alba induit, alius spernit, alius illudit, alius ad columnam eum ducit, alius dum ducitur percutit, alius uociferatur, alius eum insultanter ad vexandum suscipit, alius in eum impetum facit, alius expoliat, alius eum ad columnam ligat, alius flagellat, alius eum purpura in contumeliam vestit, alius spinis eum coronat, alius arundinem in manu eius ponit, alius furibũdè reaccipit ut spinosum caput feriat, alius nugatoriè genuflectit, alius ut regem salutat. Hæc & multa similia non solum alius, sed & alij plurimi intulerunt. Ducitur & reducitur de iudicio in iudicium, de opprobrio in opprobrium, de supplicio in supplicium: spernitur & reprobatur, voluitur & circumflectitur, huc atque illuc tanquam stultus & imbecillis, sed & tanquam latro & impijssimus malefactor, modo ad Annam, modo ad Caiphã, modo ad Pilatum, modo ad Herodem, & iterum ad Pilatũ: & ibidem modo intus, modo foris. Deus meus quid est hoc? Nonne hoc tibi uidetur durissimum, amarissimum, & cõtinuum bellum? Sed expecta parumper, & duriora uidebis. Astant contra eum, constant & uiuacissimè principes, Scribæ & Pharisæi, & milia populi. Acclamatur ab omnibus unanimiter vt crucifigatur. Crux humeris suis iam fractis & laceratis imponitur, in qua crucifigatur. Concurrunt undique ciues & aduenæ, tam maiores quàm etiam uilissimi ribaldi, uiniq́ue potatores: non ad compatiendum, sed ad deridendum. Nemo est qui eum recognoscat: sed luto & immũditijs eum impetunt & affligunt. Et dũ suam portat ignominiam, factus est illis in parabolã. *Psal.68.* Contra eum loquebantur qui sedebant in porta, & in eum psallebant qui bibebãt uinum. Impellitur & anxiatur, trahitur & acceleratur: & sic fatigatus, flagellatus, cruciatus, totus que maceratus, & opprobrijs saturatus usque ad summum non finitur requiescere, non esse in ocio. Vix potest refocillare spiritum quousque perueniatur ad Caluariæ locum. Et hæc omnia cum impetu & furore fecerunt. In ipso autem loco finis & quies negocio, de quo tractamus imponitur. Sed quæ est illa quies? Crucifixio, & lectus doloris. Ecce qualis. Aspicior bello est. Vides ergo quomodo usque ad horam sextam passus est longum & durum bellum. Verè intrauerunt aquæ usque ad animam suam. & uerè circundederunt eum canes multi & feroces & terribiles, qui dirè & ut gladiũ bis acutũ exacuerunt in eum linguas & manus suas. In passione autem Christi tria fuerunt in summo, ad quæ rediguntur cætera omnia, & in quibus pœnitentiæ summa exprimitur: & ueræ patientiæ perfectio experitur. Primum, est rerum ablatio & nudatio. Secundum, contemptus & irrisio. Tertium, pœna & corporalis afflictio: quæ omnia in Christo Domino fuerũt in summo. Nudatus est à crucifixoribus, ita ut nec ę moralia in eo remanerent. quod nulli unquam latronum factum fuisse legimus: & panniculis à pia matre sua non incongruè creditur inuolutus. Nudam ergo crucẽ ita nudus ascendit, ut si per sepulchrũ illius terram matrẽ omniũ corporum uelimus intelligere, rectè posit ei & ad literam cõuenire quod sanctus Iob ait: *Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Vnde Ambrosius. Restat igitur considerare crucem Dominus qualis ascendat. Nudũ uideo. Talis ergo ascendat, qui seculum uincere pensat, ut se culi adiumẽta non quærat. Vinctus est Adam qui vestimenta quæsiuit, uicit ille qui tegumenta deposuit. Et talis ascẽdit, quales nos (authore Deo) natura formauit. Talis in paradiso homo primus habitauerat, talis ad paradisum homo secundus intrauit. Hæc Ambro. Sed quis narrare sufficiat qualia & quanta ludibria, qualis & quantus, à quibus & à qualibus passus sit? Hæc enim & à parte patientis, & à parte inferentis, & à parte illatorum pensanda sunt: nec aliter (& utinam) vel sic dignè pensari possint. Vide qualia passus est. Etenim cum gladijs & fustibus tanquam ad latronem exierunt comprehendere eum: traditus, captus est, ligatus, uelatus, cõsputus, alapis & colaphis cæsus, accusatus: in ueste alba illusus, flagellatus, purpura in opprobrium indutus, spinis coronatus, arundine pro sceptro insignitus, & capite percussus: derisorie adoratus & salutatus, ac multis aliis illusionibus & contumeliis affectus, & demum cruci est affixus. Ad cõsummandã quippe hominis humilitatem, uniuersa in eum contumeliarum genera exercebantur. Sed quis nouit quanta passus est? Credimus enim sanctos euangelistas breuitatis causa irrisionum tãtum species, non etiam numerum expressisse. Quis enim scire, quis narrare sufficeret, quot & quotiens in tanta multitudine quæ tunc ibi erat, eum irriserunt? In augmentũ etiã irrisionis & uerecundiæ, confusionis

Tria principalia in passione.

Passio nõ tota scripta.

Locus passionis.

nis & ignominiæ accedit, ubi & quando passus est. Vbi? utique inter cognatos, & notos, in Hierusalem, in ciuitate regia, famosa & populosa, extra portam, in loco punitionis scelleratorũ, scilicet in loco Caluariæ fœtido & immundo: ubi occidebantur homicidæ & latrones. Vbi? in medio latronum, in cruce qua si ad spectaculum eleuabatur flentibus amicis, & insultantibus inimicis. Quando? In præcipua solennitate Iudæorum, ad quam propter reuerentiam templi & pulchritudinem, & propter ipsam festiuitatem confluebat non solum ex Iudæa, uerumetiam ex diuersis gentium nationibus maxima multitudo: & quæ maximè illa die ad tantum spectaculum concurrebat: coram quibus Dominus noster ludibrio expositus, omnibus spectaculum est factus. Sed de afflictione corporali, quid dicturi sumus? Caro enim Christi beatissima atque mundissima, quanto natura purior, quanto ab omni labe peccati sincerior fuit, tanto utique passibilior extitit ad tormenta. Vnde in persona ipsius Hieremias lamentabatur, dicens: *O uos omnes qui transitis per uiam, attendite & uidete si est dolor, sicut dolor meus:* quasi diceret, Non. Quamuis enim multi martyres multa & magna tormentorum passi sunt genera, nullus tamen in carne ex peccato corrupta tã sensibilis esse potuit ad tormenta: quin etiam cùm ipse martyres suos in passionibus nõ solum roborauerit: verumetiam ipsum dolorem mitigauerit, aut certè in refrigerium & oblectamentum frequenter conuertit. Et quãuis hæc martyribus suis Christus ex potentia diuinitatis contulerit beneficia, piè tamẽ credimus, & fiducialiter confitemur, eum, non sibi, hoc est suæ humanitati beneficium hoc præstitisse: sed in carne illa mundissima, quantum dolorem naturaliter sustinere potuit, tantum usque ad exitum animæ sustinuisse, & uim doloris uirtute patientiæ tolerasse. Ecce qualia & quanta passus sit, uidimus. Sed iam qualis & quantus sit, qui hæc passus est, uideamus. Nonne ipse est innocens manibus & mundo corde: qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius? Nonne ipse mitis est, & humilis corde? Nonne ipse est qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt? Nonne ipse est qui cuncta quæ fecit tenet, regit, gubernat, & protegit? Nõne ipse est qui intuetur abyssos, cuius oculis omnia nuda sunt & aperta, qui nouit omnia antequam fiant? Nonne ipse est qui nouit cogitationes angelorum & sanctorum omnium: & quas ipse nec inspirat, nec informat, dæmonum & hominum peruersorũ? Nonne ipse est qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire? Ipse quippe est Dei filius, Deus uerus, summè potens, sapiens, & bonus. Videamus etiam à quibus & à qualibus hæc omnia passus sit. In augmentum enim doloris & dedecoris non hæc ab extrancis, sed à domesticis passus est: nec à quibuslibet uicinis & notis, sed à filijs & fratribus: de quibus ipse dixit, *Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus.* Iudæos utique filios uocans, & gentiles canes: & Dauid in persona ipsius loquens ad patrem: *narrabo*, inquit, *nomen tuum fratribus meis:* id est, Iudæis, ex quibus erat secundum carnem. Qui etiam filij & fratres quales fuerint, ostendit in Esaia: Vbi ait: *Filios enutrui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.* Et in Canti. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Contra quos in euangelio sæpe inuchitur, & uæ æternæ damnationis eis comminatur. Ecce qualia & quanta, qualis & quantus, à quibus & qualibus passus est Dominus: ut ex omnibus aduertamus quantum ipsi Domino qui pro nobis nequam mancipijs, hæc omnia uoluntariè passus est, unusquisque debeat Christianus. Lætali duritia laborat, qui taliter amantem non amat. Ad intrandum autem ad saporem dominicæ passionis, & ad compatiendum Domino nostro Iesu crucifixo, hæc attende. Primò studeas, quantum potes, te unire illi per feruentem amorem: nam quanto feruentius eum diliges, tanto magis suæ passioni compatieris: & quanto plus ei compassus fueris, tanto plus erga eũ tuus affectus accendentur: unde sic se mutuò augebunt dilectio & compassio, donec uenias ad perfectionem, nisi hoc remanserit propter aliquam tuam miseriam: & præcipuè studeas abiicere omnem præsumptionem, diffidentiam, & negligentiam. Debet enim homo tam nobile opus aggredi humiliter, confidenter & instanter, & cum quanta potest munditia cordis. Et quamuis homo sibi uideatur indignus, tamen nequaquam desistat: quia ipse Christus pro peccatoribus crucifixus ẽ. Primò igitur sic uniris sibi amore, ut cor tuum intret in ipsum totaliter: & extra ipsum reputa nihil esse, ac de te extra ipsum tãquã de nihilo curabis. Tota cura tua vertatur ad pẽsens circa Dominũ tuũ passum, nec de te aliq̃d exhibeas alteri: nã eius es q̃cquid es. Sic ergo totaliter trãsformatus in ipsum, nõ possum credere quin eius uulneribus uulnereris & perfundaris eius contumelijs, illusionibus, & opprobrijs. Et ad hæc omnia addas orationem, ut quasi continuè depreceris Dominum Iesum Christum, ut suis uulneribus uulneret mentem tuam: & ad ipsa uulnera quasi semper dirige cordis affectum, ut per tuam nimiam importunitatem, à sua misericordia impetres quod intendis. De modis autem exercitij passionis Iesu Christi scire debes, quòd circa passionem Domini potest homo se habere sex modis. Consideret eam primò, ad imitandum. Secundò, ad compatiendum. Tertiò, ad mirandum. Quartò, ad exultandum. Quintò, ad resoluendum. Sextò, ad quiescendum. Primò ad imitandum consideret: nam imitatio Christi, est summa & perfecta religio perfecti. Hæc est regula & exẽplar perfectionis omnis uitæ & uirtutis, scilicet Christum imitari in passione, & in morte. Sit ergo nostra regula uiuendi, passio saluatoris: nam tanto amplius desolamur, quanto ab hoc exemplari & regula amplius elongamur. Semper ergo, quantum in nobis est, uelimus ab omnibus conculcari, deijci, & vilipendi, illudi, persecutionem pati, flagellari, & in diuinis obsequiis ab omnibus exprobrari. Simus nudi cum nudo, & nihil penitus cupiamus habere: imò habere aliquid sit nobis grauissima pœna & dolor intensus. Abhorreamus delectabilia & dulcia degustare, & potius uelimus uilibus & amaris cibari quia ipse fuit felle & aceto potatus. Et ut breuiter dicam, consideremus quæ pro nobis sustinuit & qualiter se in passionibus habuit, & nos pro modulo nostro quantum possumus conformemur eidem. Secundò debemus considerare eam ad compatiendũ. Debemus enim considerare ipsius flagella, illusiones, & opprobria: & in corde nostro ruminare et imaginari, quanta sit deiectio & contemptus erga Dominum nostrum: quantus dolor, quanta ue afflictio in corde & corpore suo: et quòd ratio passionis et compassionis suę peccata nostra sint. Magnam habemus materiam flendi, et causam lugendi, si intimè cogitemus quòd sumus occasio necis unigeniti filij Dei, rei lesæ maiestatis eius. Consideremus quãta tũc

Saporis dominica passionis exercitatiua.

Modi exercendi se in passione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

amaritudine repletus erat angelorum dulcedo: quantum etiam aggrauabat eum non tantum pœnæ illatio & nostra ingratitudo, sed etiam assistentis matris afflictio: quam sic diligebat, & quasi deficere præ cõpassionis dolore videbat. Iam ergo transfigant cordis nostri intima eius conuitia, flagella & uulnera: nec in nobis sit quod non perfundatur ex compassione, & non affligatur dolore immenso. Tertiò consideremus quis, quæ, & pro quibus passus est: & multum mirari debemus. Quis, scilicet Dei filius, Deus uerus, summè potens, sapiens, & bonus. Sed quæ? peregrinationem, fugam, famem, sitim, frigus, calorem, tempestates, horrores, persecutiones, obseruationes, uincula, flagella, illusiones, & dolores. Cõspuitur gloria, cõtenitur iustitia, iudex iudicatur, innocens inculpatur, innocens infamatur, Deus blasphematur, Christus conculcatur, uita occiditur, sol obscuratur, luna denigratur, sidera dispergũtur. Sed pro quibus hęc patitur? pro sceleratissimis inimicis, pro nequissimis mancipijs, pro contẽptoribus diuinæ maiestatis, & pro ingratis diuinæ pietati. Ergo talis & tãtus, talia & tanta, pro tam uilissimis & abiectis passus est. Sed à quibus? à specialiter dilectis, quibus omnem benignitatem ostendit & à uilissimis, à stultissimis, ab impijs, maximus, sapientissimus, summè pius: & à sanie fœtidissima splendor æternus. Et in his omnibus in diuinæ pietatis admiratione eleuemur. Quarò consideremus eam ad exultandum. Exultare in ea debemus de redemptione humana, restauratione angelica, & clementia diuina. De redemptione humana sine dubio nimis gaudere debemus, facta per Christi passionem & mortem. Quis quæso nõ exultet & gaudeat, cùm cernat se per hanc redemptum à damnatione æterna, à culpæ ignominia, à potestate diabolica. Exultemus etiam quòd per Christi passionem restaurata est angelica ruina. Magna preciositas debet esse nobis cùm uidemus per Christi mortem tam nobile collegiũ reparari de nobis, ut fiat unum ouile & unus pastor, & simus unum de uno. Præcipuè autem exultare debemus cernentes in prædictis omnibus summam Domini nostri clementiam. Vbi quæso magis apparet benignissima Domini clementia, quàm in passione suaꝰ ubi tam turpia & grauia sustinere uoluit pro inimico suo liberando & glorificando, qui puniendus erat quadam morte æterna. Quinto consideremus beatissimam Christi passionem, ad cordium nostrorum resolutionem in Christum: hoc est per perfectam transformationem in ipsum: quod fit quando non solum imitatur, compatitur, admiratur & exultat: sed etiam totus homo quodammodo conuertitur in ipsum, scilicet Dominum Iesum Christum crucifixum: ut iam quasi ubique & semper sibi crucifixus occurrat: imò tunc uerè in ipsum resolutur, quando ex se exiens homo, & suprapositus uniuersõ, imò totus supra se totum abstractus ab omnibus, totus est conuersus in Dominum suum passum, ut non uideat sentiatque intra seipsum nisi Christum crucifixum, illusum, exprobratum & passum pro nobis. Sextò consideremus illam beatissimã passionem, ad quietem dulcoris: quod fit cùm iam resolutus ut dixi suauitudo eandem passionem ruminare nõ cessat, intrans secundum posse in illum passionis thesaurum humiliter & deuotè, & liquefit amore deuoto, & feruida deuotione deficit à se & quiescit in Christo crucifixo. Sed quanto plus deficit à se amore & deuotione, tanto plus eidem dilecto pro se mortuo inhæret, & plus requiescit in ipso. Et sic mutuo se auget adhæsio & amoris deuotio, donec totus deficiens absorbeatur ab illo camino amoris passionis dilecti. Sicut in amplexibus sponsi sponsa quiescit, quæ clamat & dicit: *Adiuro uos filiæ Sion, ne euigilare faciatis dilectã, donec ipsa uelit.* Sic circa passionem Domini debet esse imitatio ad purgationem & directionem, compassio ad unionem & amorem, admiratio ad mẽtis eleuationem, gaudium & exultatio ad cordis dilatationem, resolutio ad perfectam conformationem, quies & pausatio ad deuotionis consummationem. Docet autem passio Christi tria, scilicet quàm odiosa sint Deo uitia, quàm lachrymosa inferni supplicia, quàm gratiosa cœli gaudia. Christus enim passus est pro culpis delendis, pro supplicijs nobis auferendis, & pro gaudijs cœli conferendis. Hæc in quadam generalitate sunt dicta: sed uideamus diligenter singula. Non enim nos decet tædere, illa cogitare quæ Christum Dominum nõ tæduit tolerare. Et prout dicitur non solum semel pro omnibus hæc tolerare: sed etiam iteratò pro peccatoribus singulis si necesse esset omnia sustinere deliberauit & paratus fuit. O Deus meus misericordia mea. Quid est hoc? Quis ad tantam pietatem non obstupescit? Vnde sanctus uir Carpus dicebat se aliquando contristatum à quodam infidelium, qui quendam bonum ab ecclesia seduxerat. Cumque staret in diuino colloquio, indignatus non esse iustum: dicens: si uiderent impij subuertentes rectas uias Domini, petijt à Deo igne cœlesti utrumque immisericorditer consumi. Et uidit subitò in uisione Iesum humaniformiter in dorso cœli, angelis ipsi astantibus dictem sibi, Carpe Carpe paratus sum pro hominibus resaluandis iterum pati.

Cantic.

Tria quæ passio docet.

Carpi uisio.

ORATIO.

DVLCISSIME Domine Iesu infunde obsecro multitudinẽ charitatis tuæ mihi peccatori, ut nihil terrenum uel carnale desiderem: sed te solum super omnia diligam, ut penitus renuat consolari anima mea nisi in te Deo meo dulcissimo. Scribe digito tuo in tabulis cordis mei eorum quæ pro me pertulisti memoriam, ut ea semper præ oculis habeam, & dulceſcat mihi nõ solum illa cogitare: sed etiam si necesse sit pro meo modulo tolerare, & non solum tibi ex omnibus uiribus obsequi: sed etiam propter te contumeliis affici, aut certè morte turpissima condemnari. Amen.

De primo completorio in passione Domini. Cap. LIX.



Reassume

Matt. 26. Marc. 14. Luce. 22. & Ioan. 18.

REassume igitur à principio passionis meditationes istas, & prosequere per ordinem usque ad finem, & attende ad singula ac si præsens esses. Conspice itaque Dominum Iesum attentè cùm à cœna exiens hora completorij, in hortũ cum discipulis suis uadit, ultimo nunc ab eis associandus itinere, quomodo affectuosè, socialiter ac familiariter eis loquitur, & eos ad orationẽ hortatur: & cùm intrasset in hortũ cùm discipulis suis, dixit: *Sedete hic*, id est expectate, nõ moueamini: sicut nec loco, ita nec mẽte: *donec uadam illuc & orem.* & uos etiam orate ne intretis in tentationẽ, per consensum: nec scilicet succumbatis tentationi. vt ait Hierony. separantur in oratione, qui separantur in passione. Et Chrysostomus: Cõsuetudo enim ei erat sine eis orare, hoc autẽ faciebat, erudiens nos in orationibus quietem constituere nobis ipsis, & solitudinem multã quærere. Vnde & Cyrillus: Semotim orat, ut discas quòd animo attento & corde quieto colloquẽdum est cũ Deo sublimi: hæc autẽ dixit octo apostolis, quia Iudas ibi nõ erat: & tres secũ duxit, scilicet Pettrum, Iacobum, & Ioannem. Per hoc q̃ Christus uolens orare, assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannẽ: docet nos q̃ omnis uolens deuotè orare, debet habere tres comites: scilicet fidei firmitatem, designatã in Petro, qui interpretatur agnoscens: & temporalium abdicationem, ea sub pedibus per contemptum ponendo: & nihil de temporalibus dum orat cogitãdo: hoc designatur in Iacobo, qui dicitur supplãtator: ac ponere se in statu gratiæ, & habere gratiæ feruorem, quæ designatur in Ioãne, qui interpretatur in quo est gratia. *Assumpto igitur Petro & duobus filiis Zebedæi*, specialiter tanquam de suis secretarijs & magis familiaribus: ut quibus in transfiguratione ostenderat gloriam suę maiestatis, eisdem reuelaret etiam tristitiam suæ passionis: & qui uiderant gloriosa, viderent & humilia, *cœpit* ille cuius sunt omnia, & ĩ quo aduersarius nihil habebat: qui peccatũ non fecerat morte sibi imminente, *contristari & pauere*: quid ergo nos oportet facere? Vnde Hieronymus: In hoc pauere & tristari docemur ante iudicium mortis: qui non possumus per nos dicere nisi per illum, uenit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Hæc autem tristitia domini maximè fuit: quia tunc *ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem.* Vsualiter dictum est, id est, multũ tristis est anima mea: quia tristitia tantum intensa erat, quãtum esse poterat: vel tristis est usque ad timorem mortis, & pro timore mortis: quia mortem naturaliter timebat: uel usque, potest esse exclusiuum: tristabatur enim donec se & suos morte liberaret: mors quippe corporis, absolutio est doloris in Christo & suis: uel potest esse inclusiuum, scilicet donec post mortem suam rediret apostoli ad eius fidẽ. Vnde Anselmus: Dato autem charitatis & patientiæ salutari mandato, & dispositio fratribus regno patris tui, ad locum proditori tuo notum cũ illis diuertisti, sciens omnia quæ uentura erant super te. Ibi animæ tuæ tristitiam, quam ex imminente passione sponte assumpsisti, sicut & cætera quæ passus es in auribus fratrum profiteri non erubuisti, dicens: tristis est anima mea usque ad mortem. Et iterum præcedit ipse ad montem Olueti, tu eum sequere. *Et licèt assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi*, ad secreta secesserit: uel à longè intuere quomodo in se nostram transtulerit necessitatem. Vide quomodo ille cuius sunt omnia, *pauere cœpit & tædere*, tristis est inquiens anima mea usque ad mortem. Vnde hoc Deus meus? Ita compateris mihi exhibens hominem, ut quodammodo uidearis nescire quòd Deus es? Hæc Anselmus. Assumpsit autem Christus istum pauorem & tristitiam propter plura, Primò, secundum Hieronymum, ut ueritatẽ assumpti hominis probaret. Naturale enim est homini timere mortem. Ex hac naturali tristitia verè contristatus est Dominus. Sed sciẽdum, quòd quædam est tristitia & quidam timor rationem submergens, & hominem contempto Dei præcepto in peccatum ducens: sicut Petrus timore negauit Christum, de huiusmodi loquuntur expositores, quando dicunt Christum non timuisse: quippe qui ad hoc uenerat ut pateretur, & Petrum temeritatis arguerat, cùm eum uellet auertere à passione, dicẽs: *Absit à te Domine, non erit tibi hoc.* Est & alius timor moderatus, qui naturaliter inest omni homini, & est sine peccato, sicut & fames, & sitis, & tales passiones fuerunt in Christo. Vnde ipse naturaliter horruit mortem, & pœnas acerbissimas, quas præsciuit se passurum de proximo. Aliter tamẽ huiusmodi passiones fuerunt in Christo quàm in nobis. In nobis enim plerunque huiusmodi passiones præueniunt iudicium rationis, & imperium uoluntatis. In Christo autem semper sequebantur rationem & uoluntatem: unde uolens esuriuit & sitiuit, uolens timuit & contristatus est. Nihil enim coactum in Christo consideratur: sed omnia uoluntaria creduntur. Ista ergo tristitia ita fuit naturalis, quòd tamen fuit uoluntaria & rationalis. Et ideo signanter dicunt hic euangelistæ quòd cœpit contristari, & quòd cœpit pauere: nõ dicunt, fuit contristatus, uel pauefactus: quia ipse motus tristitiæ non ei dominatus est: sed ipse eum statim assumpsit, & uolũtati diuinæ subiecit. Aliud est enim contristari, & aliud incipere contristari. Vnde contristat eum propassio: sed passio non dominatur eius animo. Propassio enim dicit inceptionem, sed passio continuationem. Quia ergo timor & tristitia ceperunt surgere in parte sensitiua, sed nondũ peruenerũt ad eius animum siue mentem: ideo dixit: *tristis est anima mea usque ad mortem*, ubi anima sumitur pro parte sensitiua, in qua sunt passiones: non autem in ratione, sicut etiam alibi dixerat: Nunc anima mea turbata est. Poterat quidem Christus natura non mori: sicut Adam potuit non mori ante peccatum: in eo enim nullum culpæ debitum, nullius peccati fuit uestigium. Sed sicut ueram humanitatem: ita & humanas infirmitates nostras assumpsit, quæ à Deo non separant: uelut econtra ignorantia, impotentia, concupiscentia, & huiusmodi faciunt.

Hieron. in cap. 26. Matth.

Matth. 16.

Passiones nõ uitiosa, quæ nos præueniũt, sequetur Christum.

Et nota quòd compassio turbans potest in anima tripliciter accidere: aut præter imperium & iudicium rationis, ut motus subitus, qui appellatur propassio: aut contra imperium & iudicium rationis, ut motus progressiuus usque ad perturbationem rationis: vel à sua rectitudine, ut in malis: uel à sua tranquillitate, ut in bonis imperfectis: aut secundum imperium & iudicium rationis, ut motus à ratione imperatus & ordinatus: ut turbatio pœnitentis & compatientis. Primo modo, passiones sunt in omnibus puris hominibus etiam perfectis. Secundo modo, in imperfectis solum. Tertio modo, in Christo: quia in eo totaliter subdita erat sensualitas rationi, & ratio inferior superiori, & superior Deo: nec tamen una potentia impediebat aliam in opere suo naturali. Contristabatur etiam Christus, secundum Hieronymum, non solum timore imminentis mortis, quam

Passio turbãs accidit tripliciter in anima.

Tristitia Christi causa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa natura abhorret & recusat: sed & propter infœlicitatem Iudæ, & scandalum discipulorum, & deiectionem Iudæorum, & euersionem Hierusalem misertus his & compassus. Et possumus etiam addere quòd ideo tristabatur: quia præsciuit quòd tam acerbę passionis suæ flagella & vulnera & mors amarissima, in multis adhuc hodie miseris & obstinatis peccatoribus frustrari deberent. Secundò, assumpsit pauorem & tristitiam pro nobis membris suis, ut ipse nostras tristitias in se vinceret, sicut & mortem nostram sua morte destruxit: & sicut suscepit tentationem & passionem, ut nos à tentatione & passione liberaret. Tertiò quoque huiusmodi pauorem & tristitiam assumpsit, nobis in exemplum, & doctrinam moralem ut sequitur: ex hoc enim articulo qui est pauoris & tristitiæ assumptio, plura habemus documenta. Primum est, ut nos exemplo Christi discamus timores & tristitias ac passiones alias in nobis insurgentes freno rationis cohibere, ne usque ad animam pertingant: sed in inferiori parte animæ sub uoluntatis imperio constringantur: ut dictum est de Christo. Secundum est, ut eius exemplo discamus nos desperare non debere: si aliquando nobis surrepat tristitia, timor, uel pusillanimitas in obsequio & opere diuino. Vnde Augustinus: Moriturus tristatus est Christus, ut doceret martyres suos non debere desperare, si in hora passionis surrepat tristitia quã tamen uincant. Tertium est, ut nos discamus contristari pro proximis & necessitatibus eorum, sicut Christus tristatus fuit non pro se, sed pro alijs, ut dictum est secundum vnum intellectum. Quartum documentum est, ut exemplo Christi discamus tristitias & turbationes nostras ad Deum cum oratione referre, sicut fecit & ipse. Nam statim ut dixerat, tristis est anima mea, iuit ad orandum. Quintum documentum est, quòd nos orare uolentes deuotè, debemus secedere ab hominibus ad aliquem locum secretum, sicut fecit Christus, dans nobis exemplum. Sextum est, quòd omnes tristitias, tribulationes, pœnas, aduersitates, & infirmitates nostras etiam si petamus ab eis liberari, sicut Christus fecit, semper post orationem committamus uoluntati diuinæ: ac per hoc eas quasi in cor Christi reponamus, orantes ut ipse eas in unione suæ passionis perficiat, & offerat eas Deo patri ad laudem & gloriam suam. Et ex hoc nostrę tribulationes, & passiones multum nobilitantur. Nam sicut passio Christi in cęlo & in terra infinitum attulit fructum: sic pœnæ & quæcunque tribulationes nostræ hoc modo Christo commissæ, in unione passionis suæ tam fructiferæ erunt, ut angelis in cœlo gloriam, iustis in terris meritum, peccatoribus veniam, purgandis animabus conferant releuamen. In recogitando istum articulum studeat homo semetipsum contristare cum gemitibus, cõpatiẽdo, Christo de sua tristitia propter nos assumpta, & si ĩ aliqua turbatione uel aduersitate sit, ueniat illam cum tristitia & aduersitatibus Christi: ut ex unione ipsarum dulcescant, & Deo in summa patientia redoleant. O Domine Iesu Christe qui tristari pro me misero uoluisti, da mihi omnes tristitias meas ad te iugiter sufferre: tuúque eas in unione tuæ tristitiæ mecum digni sufferre. Deinde Dominus Iesus uolens se etiam sequestrare à tribus apostolis secum assumptis, dixit eis: *Sustinete hic*, expectando: *& uigilate mecum*, non cum diabolo uel cũ mundo, tanquã amici speciales præ cæteris, qui debent in angustijs asistere amicis. Sustinete pondus tentationis, vigilantes à somno infidelitatis,

Documentum ex pauore Christi.

Augusti. sermone de passione.

Contristemur cum Christo.

& torpore mẽtis, ne ingrauante diabolo obrepat vobis. Cæteris quidẽ iussi sedere ibi, quasi inferiores ab agone isto seruans eos securos: uos autem quasi firmiores usque huc adduxi, ut collaboretis mecum in vigilijs & orationibus: sed nolo uos progredi ulterius, nondũ enim potestis. Propter hoc manete hic vigilãtes, sicut & ego vigilo, ut unusquisq; in gradu suę uocationis consistat: quia & omnis gratia, quamuis magna fuerit, superiorẽ habet. *Et progressus est ab eis pusillum.* s. quãtum iactatus est lapidis, *& positis genibus procidit in faciem suam*, super terram ut humilitatẽ mentis ostenderet habitu corporis, & orabat corde, *dicens* ore: *Abba pater, si possibile est*, salua congruentia redemptionis humanæ, & si moritur mors me secundũ carnem non moriente, *transfer calicem hunc*, id est, experimẽtũ passionis, *à me*. Quasi diceret: Si possibile est sine morte mea temporali saluari genus humanum, transfer calicem amaræ passionis à me. Per orationem offerebat spiritum Deo patri, quæ quidẽ oratio ex pluribus ostenditur perfecta. Primò, quia solitaria erat: est enim oratio, eleuatio mẽtis in Deũ: quod melius fit quãdo homo est sequestratus ab alijs. Secundò, quia humilis, cùm in faciem suam procidit. Tertiò, quia deuota, cùm ad Deũ patrem recurrit. Quartò, quia recta: cùm uoluntatem suam uoluntati diuinę submittit. Quintò, quia charitatiua, cùm interim dulciter discipulos uisitauit. Quia dicit *Abba pater*, utriusq; populi patrem & saluatorem Deũ esse innuit & ostendit. Idẽ enim significat Abba, quod pater: sed Abba est Hebræũ, pater uerò Græcũ & Latinum. Ergo utroq; primus ipse inuocat, ut utrumque populum in eum crediturum, & ab utroq; eũ inuocandum esse doceat: quia non est distinctio Iudæi & Græci. Quia autem dicit, *si possibile est*, ad potentiam Dei pariter & iustitiam refert. Quoniam quantũ ad iustitiam eius qui non solum potens est, sed etiam iustus, non sunt possibilia, nisi ea quæ iusta sunt. Vnde & uerus homo horrebat mortem: & uolũtate sensualitatis vellet non mori, si de iustitia posset fieri. Habebat autem iustitia patris ut Christus pateretur, & à constitutione mundi hoc nostræ salutis sacramentũ erat ab eo præostensum. Angustia ergo mortis, & tolerantia passionis non placebat Christo per se, & tanquam finis qui per se appetitur: ideo simpliciter loquendo pati nolebat, sed propter obedientiam patris, & salutẽ humani generis, passionẽ & mortẽ uoluntariè sustinebat: sicut infirmus uoluntariè recipit potionẽ amarã, non propter potionẽ, sed propter sanitatem consequendam. Hæc uoluntas, non morientis, glorioſos martyres facit. Nõ enim vult sensus carnis nisi quod delectat: si autẽ delectaret eos mori, nõ inde viderentur mereri. Sed quia hanc uoluntatẽ nõ moriẽdi Deo subijciunt: & quod naturaliter fugiũt, propter Deũ uolũt: ideo merentur: vnde & Christus subdit dicens: *Veruntamen non quod ego uolo*, humano affectu: *sed quod tu*. Quod enim ex humana infirmitate trepidanter renuerat: reuertẽs in seipsum, per obedientiam & fortitudinem mentis cõfirmat. Nõ, inquit, hoc fiat quod humano affectu loquor, sed ad quod missus sum, & propter quod ad terras tua uoluntate descendi. Vnde alibi: *Non ueni facere uoluntatem meam*, scilicet quam temporaliter sumpsi ex uirgine: *sed uoluntatem eius qui me misit*, quam uidelicet communem habui æternus cum patre, & quam semper approbo animæ ratione. Non meã, non propriã: non meã, nõ filij hominis: nõ meã, q̃ resistat Deo. Et utiq; uolũtas Christi, non erat cõtraria uoluntati patris:

Oratio Christi.

Perfectio orationis Christi.

Abba pater.

Possibilia apud Deũ.

Martyrũ gloria.

Ioan. 5.

Voluntas Christi.

tis: sed qui uenerat obedientiam docere, non inueniretur obediẽs si propriã faceret uoluntatem. Quã to ergo magis nos non iudicabimur obedientes, si faciamus proprias uoluntates: Vnde Augu. Filius unicus dicit, non quæro uoluntatem meam: & homines uolunt facere uoluntatem suam. Ille tantum se humiliat, qui est æqualis patri: & tantum se extollit qui in imo iacet, & nisi manus ei porrigatur non surgit. Et iterum. Transfigurat in se suos: & qui nihil aliud vult quàm pater, docet eos priuatam uoluntatem corrigere, & dirigere iuxta diuinam. Vnde Hiero. Vsque in finem non cessat docere nos patribus obedire, & uoluntatem eorum uoluntati nostræ præponere. Ostẽdit itaque, secũdum Bedam, Dominus Iesus, ut cùm mors uel aliud quod fieri nolumus imminet, sic per infirmitatem petamus ut non fiat, quatenus per fortitudinem parati simus ut uoluntas conditoris nostri etiam contra nostram uoluntatem fiat. Nam sicut multum confidere non debemus, ne nostram uirtutem videamur profiteri: sic multũ pusillanimiter agere & diffidere non debemus, ne Dei adiutoris nostri impotentiam videamur pronunciare. Et iterum: Multi adhuc infirmi contristantur futura morte: sed si habeant rectum cor, uitent mortem quantum possunt: sed si non possunt, dicant quod Dominus dixit, *pater si fieri potest transeat à me calix iste*. ecce habes uoluntatem humanã: uide iam rectum cor, *sed non quod ego uolo: sed quod tu*. Hæc Beda. *Et rediens*, de loco in quo orauerat, *ad tres discipulos suos*, scilicet Petrum, Iacobum, & Ioannem, *inuenit eos dormientes*, iam vicina tentatione incipiebant oculi eorum languescere: quia dormitio erat quasi præfiguratio negationis & fugæ. Vnde Beda: Somnus corporis, præfiguratio erat quòd in proximo grauandi erant somno infidelitatis. Et Petro ironicè dicit sic: *Simon dormis?* quasi diceret, Si erat faciendum? uel, sic imples quod promiseras? *Non potuisti una hora uigilare mecum?* qua si diceret, Quia una hora non potuisti vigilare mecũ, quomodo mortem spernes tu qui spondes mori me cum? Non ostendis tantum feruorem facto, quantum uerbo. In hoc apparet tua infirmitas. Per hoc quòd dicit, una hora: ostendit, quòd breuis est molestia tentationis, respectu remunerationis. Vt ergo dicit Tullius: Omnia quæ breuia sunt, tolerabilia debent esse, etiam si magna sint. Quamuis autem omnes dormirẽt, Petrum tamen potius increpabat: quia enim præ cæteris fuerat gloriatus, ideo præ cæteris erat increpandus. Item quia inter eos principalis erat, ideo in ipso alios reprehendebat. Item quia in eodẽ defectu prælatus magis est increpandus, quàm alij: cæteris paribus. Qui etiam iam infirmitate depressus, non Petrus uel Cephas, sed antiquo nomine Simon à Domino hic uocatur. *Vigilate*, attentè, oculis mentis & corporis: *& orate* deuotè, uerbis cordis, & oris: *ut non intretis in tentationem*, negandi me, & recedendi à me. Non dicit, ne tentemini, quia impossibile est hominem non tentari: sed, *ne intretis in tentationem*, & incidatis in eius profundum: id est, ne tentatio uos superet & includat, per consensum uel opus: tentationis enim initium, est suggestio mali: mediũ, consensus in delectationem, uel opus: consummatio, est opus ipsum. Ad euitandum autem tentationẽ, & ad resistendum eidem, recurrẽdũ est ad orationem. Oratio enim est eleuatio mentis in Deũ: quanto autem mens in Deũ eleuatur, tanto facilius tentatio ab ea separatur. Et sicut fur, audito clamore, fugit, & vicini veniũt ad succursum: ita clamor orationis diabolum fugat, & sanctos ad succurrendũ excitat. Vnde Isidorus: Hoc est remediũ eius qui vitiorum tentamentis æstuat, ut quotiens quolibet uitio tangitur, totiens orationes fundat: quia frequens oratio impugnationem uitiorum extinguit. Et sicut seruus qui sentit furẽ in domo, & non clamat, fauet furi, & proditor est Domini sui: sic qui scit tentationem esse in corde, videtur Christum prodere, & diabolo consentire, nisi statim per orationem exclamet. Et ideo quia diabolus semper tentat, semper debemus orare, & nũquam deficere. Sed oratio debet ordinari non ad hoc ut non tentemur, sed ad hoc q̃ non intremus in tentationẽ. Multum autem ualet ad expulsionem tentationis cogitatio, & timor æternæ mortis. Vnde Aug. Timor de futura morte mentẽ concutit, & quasi con clauatos omnes corporis motus superbiæ ligno crucis affiigit. *Spiritus quidem* de se & natura sua, *promptus est*, in me & in vobis ad confitendum: *caro autem infirma*, in uobis, non autem in me, ad tolerandũ: quia caro corrupta semper deprimit, & aliquando vincit spiritum: & ideo est orandũ. Nam quasi promptum habuisti spiritũ, in promittendo mori etiam pro me: sed nunc patet carnis infirmitas, ad sustinendum imminentem tentationem: quia ipsa dormitio corporalis, indicium est & quasi prænuncia uestræ infirmitatis: nõdum enim uirtute ex alto induti estis. Vbi Hierony. Hoc autem aduersus temerarios dictũ est: qui quicquid crediderint, putant se consequi posse. Itaq; quantum de ardore mentis confidimus, tantũ de fragilitate carnis timeamus. Hæc Hierony. Tu Domine qui mandasti q̃ vigilemus & oremus, da nobis gratiam ad hoc faciendum: quia licèt spiritus promptissimus sit, caro tamen infirma est, & tota pigra & tota somnolenta: nec potest sustinere ut uix per unam horam perfectè tecum uigilet, & tecum oret, ne cadat in tentationem. Deinde *iterum secundò abijt & orauit dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat uoluntas tua*. Ostendit hîc, ut ait Chrysosto. quoniam valde concordat uoluntati Dei. & quoniam ubiq; hãc sequi oportet, & hanc inquirere. Vellet qui dẽ trãsire calicẽ, q̃a homo est: sed perficit dispensat o nẽ, q̃a patri obediens est. Vnde & Leo papa: Hęc uox capitis, salus est totius corporis: hæc uox omnes fideles instruit: omnes cõfessores accẽdit, omnes martyres coronauit. Nã quis mundi odia, q̃s tẽtationũ turbines: quis posset persecutorũ superare terrores: nisi Christus in omnibus, & pro omnibus patri diceret, fiat uoluntas tua? Discant igitur hanc uocem omnes ecclesiæ filij, ut cùm aduersitas uiolentiæ alicuius tẽtationis incumbit: superato tremore formidinis, accipiant tolerantiam passionis. *Et reuersus denuò, inuenit eos dormientes præ tristitia, erant enim oculi eorum grauati*, & depressi: interiores quidem, languore terroris & tristitiæ: exteriores verò, uigiliarum longitudine: nam tristitiæ magnitudine somnum non poterant uincere: timentes tum pro capite, tum pro se: sed sicut dormiebant mente, ita & corpore: quia ex torpore animæ, quandoque prouenit somnus naturæ: *& ait illis*: Quid dormitis? scilicet in tanti constituti periculis, cùm sit tempus uigilandi, propter instantiam grauissimæ tentationis uobis imminentis. *Surgite*, à torpore mentis: *uigilate*, animi vigilantia: *& orate*, *ne intretis in tentationem*: scilicet per consensum: id est, ne tentatio uos superet, & intra suos cassos teneat. *Et abijt iterum, & orauit tertiò, dicẽs eundem sermonem* orationis, scilicet *pater mi, &c.* Tertiò Christus idem orauit, ut orationis frequentiam

Augusti. tract. 23. in Ioan.

Hieronym. in cap. 14. Marci.

Beda in c. 14. Marci.

Idem ibid.

Augusti. in Psal. 118.

Promptitudo spiritus Petri.

Hieronym. in cap. 26. Matth.

Chrysostom. hom. 84. in Matth.

Leo sermone. 7. de passione.

Universidad de Deusto Biblioteca

Orationes iteranda.

tiam ostenderet, & nobis spei longanimitatem exhiberet. Iterat orationem, ostendens quòd oratio debet esse continua. Similiter iterat visitationem discipulorum suorum: quia operá charitatis debent orationi esse coniuncta. Et sic prælatum instruit & sibi & gregi intendere, & nunc contemplatiuam, nūc actiuam uitam exercere. Huic non obstat, quod dicitur in Ecclesiastico: *Non iteres uerbum in oratione tua*; quia illa authoritas sic intelligenda est, non iteres; id est, ita sis diligens in proferēdo intergè & deuotè uerba orationis tuæ, ut postea propter omisionē uel negligentiam non oporteat iterare: sed tamen iterare propter deuotionem, uel instantiam, bonum est. Sic & eundem sermonem, in prædicando diuersis, bonum est quandoque iterare.

Eccle.7.

Christus ab angelo confortatus.

Cùm autem oraret & anxiaretur Dominus Iesus, *ecce angelus* princeps Michael astitit confortans in eo motum sensualitatis, secundum quam minoratus est paulominus ab angelis illum scilicet motum qui exhorrebat mortem. Statim postquam Christus se uoluntati patris submisit, angelus eum confortauit. In quo innuitur quod licet quandoque non fiat quod petitur: quia fortè non expedit: semper tamen oranti mentalis consolatio confertur. Et, secundum Theophilum, ut nobis innotesceret orationis uirtus, quatenus eam in aduersis prę ponamus, orans Dominus ab angelo confortatur.

Psal.8.

Et humilis Dominus reuerenter & humiliter suscipit hanc confortationem, etiam à sua creatura, considerans se esse minoratum paulominus ab angelis, dum est in hac lachrymarum valle: & sicut contristabatur vt homo, sic ex verbis angeli sui fuit confortatus ut homo. Nec putandum quòd hic angelus, uel alius, fuerit in eius custodiam deputatus: quia hoc non decuit, & Christus non indiguit.

Beda in c. 22. Luca. Matth.4.

Secundum Bedam: Alibi quòd angeli ei ministrauerint, hîc quòd angelus eum confortauerit dicitur: ut utraq; natura designetur. Nam diuinæ naturæ angeli ministrant, humanam uerò confortant.

Angelus in forma humana.

Apparuit autem ei Angelus, visione corporali in assumpto corpore humano, consolans eum per modum seruientis: non propter se & sui indigentiam, sed magis propter discipulorum asistentium consolationem, & ad confirmandum fidem in eis, quòd Christus sit maior angelis, ratione deitatis: ac propter nostram instructionem, ad ostendendum scilicet quòd angeli asistunt nobis orantibus, confortantes nos in oratione: & ut ex sua post tristitiam consolatione sciremus quòd tribulatis pro Christo non deest diuina consolatio: iuxta illud Psalmistę,

Psal.93.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

Beda ibid.

Nam, secundum Bedam, creator non indigebat creaturæ subsidio: sed homo factus sicut nobis & propter nos est contristatus, sic nobis & propter nos est cōfortatus. Sed & ipse Dominus ratione se confortabat, dicēs ad patrem: Non sicut ego uolo, sed sicut tu.

Michaelis sermo.

Aiunt autē quidam Michael astitisse oranti & dixisse se patri orationis tenorem retulisse, omnesque procidentes angelos pro hoc ipso orasse: & respondisse patrem, nouit dilectus filius meus quòd humani generis redemptio, quam sic optamus, sine sui sanguinis effusione decenter fieri non potest.

Cōfortatio Angeli qualis.

Angelus autē post hæc confortauit eum: vel de sui præsentia, sicut amicus de sua præsentia confortat amicum. Vnde confortauit: id est, ad modum confortantis se habuit: scilicet ei asistendo: uel fortè aliqua uerba consolatoria dicendo: quia scilicet hîc uincetur Lucifer sicut victus est in cęlo: uel quia magnanimum magna sustinere deceret; uel quia passio citò transiret, & eius fructus esset perpetuus: scilicet redemptio humani generis, & restauratio angelicæ ruinæ, uel aliquod simile. uel secundū quosdam, ut dicit Theophilus, ista angelica confortatio, fuit Christi glorificatio: dicebat enim angelus glorificans eum, Domine tua est uirtus, tu potes cōtra mortem & infernum genus liberare humanum: & similia. Iesu qui in oratione positus ab angelo cōfortari uoluisti, da mihi per uirtutem orationis tuæ, ut oranti mihi semper asistat angelus tuus me confortans. Hic animaduerte contra impatientiam nostram, quia Dominus Iesus pluribus uicibus orauit, antequam à patre acciperet responsionem, & cōfortationem. Sicut autem ter fuerat tentatus in tribus locis, sic ter orauit: non in eodem loco, sed in tribus diuersis locis, distantibus abinuicem per iactum lapidis. Et (ut dicitur) adhuc ipsis locis uestigia ecclesiarum sunt, quæ ibi factæ fuerunt. *Et factus in agonia prolixius orabat*: ostendens & docens quòd nos in agonia, uel quacunque necessitate constituti, debemus ad orationem confugere: & in magnis periculis ac maiori necessitate, magis & instantius orationi insistere. Agonia ista potest dici certamen contra mortem, uel mortis anxietas, quam quasi præsentem præuidebat: & ideo dicitur tunc fuisse in agonia, sicut infirmi in extremis laborantes dicuntur esse in agone. Vel potest dici certamen & reluctatio sensualitatis ac rationis: quia agonizabat & certabat in eo mirabili pugna sensualitas, naturaliter mortem horrens & recusans: ac ratio uoluntati diuinæ obtemperans, & ipsam mortem pro salute humana zelans: quia uirtute diuina quælibet pars permittebatur agere uel pati quod proprium erat sibi. Iam tamen uincebat mortem animo dum etiam mori uolebat, quam post uicit actu ipso, scilicet resurgendo. Sed heu colluctatio carnis ad spiritum, siue sensualitates ad rationem, quosdam hominum facit retroire uel exorbitare: ut illos qui peccant mortaliter: & quosdam lētè incedere, siue in uia morari, ut illos qui peccāt uenialiter.

Orandum prolixius.

Vnde in huiusmodi pugna prolixius est orandum, ut oratio sit recta, & uoluntas cōstans, ac sensualitas rectæ orationi & ratio diuinæ voluntati non obsistat, sed obediat: & dicamus, nō mea, sed tua uoluntas fiat. In statu mortis, districtum iudicium, & ea quæ homo nunquam antea recoluit, ei veniunt in animum. In cuius figura Christus appropinquante morte, factus est in agonia.

Gregorius lib.24. moral.

Vnde Grego. Appropinquante etiam morte, nostræ mentis in se certamen expresit, qui uim quandam terroris & formidinis patimur, cùm per solutionem carnis æterno iudicio appropinquamus. Nec immeritò tunc anima terretur: quoniam post pusillum hoc inuenit quod in æternum mutare non posit. Si enim consideremus quòd uiam uitæ præsentis nequaquam sine culpa trāsire potuimus: & quòd nec hoc ipsum sine reatu nostro est quod laudabiliter gesimus, si remota pietate iudicemur: meritò in agonia constituimur.

Sudor sanguinis Christi.

Et cùm Dominus prolixius oraret, interim sudor feruentisimus, in modum sanguinis erumpens in hac agonia, siue certamine usque in terram abundanter currebat. Ex feruore enim orandi, & ex apprehensione imminentis periculi, ac uehementi anxietate sensualitatis, quæ permittebatur agere & pati quod erat proprium sibi, inflammabatur cor & corpus, ut apertis poris efflueret sudor rubicundus & sanguineus. Iste sanguis fuit verus & naturalis, quantum ad ueritatem suæ existentiæ, & de purisima Christi carne: sed miraculosus

raculosus

Beda in ca. 22. Luca.

& non naturalis, quantum ad modum profluentiæ: quia, secundum Bedam, cōtra naturam est sanguinem sudare. Sic etiam oportet dicere de sanguine & aqua lateris Christi, iam mortui, quòd fuit verus sanguis & uera aqua: sed miraculosè effluxerunt de mortuo corpore.

Anselmus in speculo euangelici sermonis.

Ad hunc suauisimi sudoris balsamum, ægrotis proficuum, festina ne tardaueris, ut inde sanari merearis. Vnde Anselmus: Quid stas? accurre, & suauisimas illas guttas lambe, & puluerem pedum illius linge: noli dormire cum Petro, ne merearis audire, sic non potuisti una hora vigilare mecum? Hæc Anselmus. Surgit igitur tertiò ab oratione in qua stabat, flexis in terram genibus, totus sanguine madefactus: quem conspice tergentem sibi vultum, uel fortè etiam in torrente lauantem, totumque afflictum reuerenter cerne, & considera quanta tunc fuerit animæ suæ angustia: cuius testes sunt guttæ sanguineæ decurrētes in terram, & ei intimè compatere: quia non sine ingenti acerbitate doloris hoc sibi potuit contingere.

Dolor pasionis dominica.

Nunquam enim aliquis mortalium, ob mortis horrorem auditur sudorem fudisse sanguineum. Vnde patet eius nunquam similem fuisse dolorem. In hoc quidem apparet quanta fuerit amaritudo pasionis Christi, cuius sola cogitatio tantum naturam immutauit quòd præ angustia sanguinem sudare cogit. Hæc pugna eius & anxietas, martyrum certamina, & agones significans, plurimū consolatur & confortat pusillanimes & infirmos, & ad amorem incitat tepidos & ingratos.

Idem ibid.

Vnde Anselmus: Positis quoque genibus in terra, procidisti in faciem tuam adorans in agonia, & dicens: Abba pater mi, si posibile est trāseat à me calix iste. Et angustias quidem cordis tui dulcisimi certisimè indicabat sudor ille sanguineus, qui orationis tempore de sanctisima carne tua guttatim decurrebat in terram. Dominator Domine Iesu unde animæ tuæ tam vehemens tristitia: vnde tanta sudoris anxietas, & tam anxia supplicatio? Nonne uolūtarium omnino sacrificiū Deo patri obtulisti, & nihil inuitus pertulisti? utique Domine. Arbitramur autem quòd & hoc quoque ad cōsolationem infirmorum membrorū tuorum assumpsisti, ne forte desperet quis, si caro infirma remurmuret, ubi ad pasionem promptus est spiritus. Nimirū & ut maiores erga te amoris & gratitudinis stimulos haberemus, naturalem carnis infirmitatem huiuscemodi indiciis in te expresisti: quibus docemur, quia verè languores nostros portasti, & non absque sensu doloris pasionum sentes percurristi. Vox enim illa vox carnis fuisse uidetur, non spiritus, eo quòd subiūxisti: *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma*. Hæc Anselmus. Voluit autem Dominus sanguinem sudare, pluribus rationibus. Prima est, secūdū Augustinum, ad figurandum quòd de corpore suo toto, quod est ecclesia, sanguis effundendus, & emanatura erant sanctorum martyria.

Beda in c. 22. Luca.

Secunda est, secūdum Bedam, ut per terram sanguine irrigatam, declararet terrenos homines sanguine suo redimendos & mūdandos. Tertia est secundum Glosam, ut totum mundū peccatis mortuum ad uitam resuscitaret: ideo sudorē suum sanguineum ad terram decurrere uolebat.

Bernardus sermone de pasione.

Itē, secundum Bernardum, non solum oculis, sed quasi membris omnibus fleuisse uidetur: ut totum corpus eius, quod est ecclesia, totius corporis lachrymis purgaretur. Insuper etiam sanguis decurrebat in terram: ad ostendendum quod pro terra, id est, ecclesia adhuc militante in terra, orabat: & sanguinem suum fundebat: & ipsam suo irrigatam sanguine fœcundabat. In sudore autem notatur feruor: in sanguine, precium: in decursu, abundantia: in guttis, particularis efficacia, quamuis esset uniuersalis sufficientia.

Documentum.

Ex isto articulo, qui est sudoris sanguinei defluxio, habetur documentum salutiferum, quòd & nos in oratione debemus ita esse intenti & feruidi, ut ex uehementia intentionis, & feruore deuotionis, sudemus quasi sanguinem: per configurationem pasionis Christi, & ardorem dilectionis ad Deum. Quod fit, dum quis orans in tanto ardore deuotionis accenditur, quòd pro amore Dei si oportet sanguinem suum fundere non ueretur: & talis sic incalescit spiritu, ut totus sanguis in corpore, quasi spiritui alludens, pronum & promptum se exhibeat ad exsudandum: quia verò caro ex infirmitate sua tam uehementem ardorem deuotionis sufferre non præualet: ideo sudorem quasi sanguinem euaporat, uel saltem pro sanguine ardentes lachrymas per oculos effundat. Et quoniam nos tam vigorosam orationem effundere non ualemus, adiungamus orationem nostram orationi Christi, qui est aduocatus noster apud patrem, & ipse interpellat pro nobis, imò orat nobiscum. Et illa oratio est efficacisima, & Deo patri accepta, quæ scilicet in unione orationis Christi offertur.

Oratio cū lachrymis cōpasionis.

Quàm efficaces etiam sint lachrymæ orationis, & maximè illæ quæ in recordatione pasionis Christi funduntur, patet ex quadam reuelatione facta cuidam personæ, de qua legitur quòd apparens ei Dominus in spiritu ait: Si quis in recordatione meæ pasionis lachrymas cū deuotione fuderit, suscipere uolo ac si ipse pro me passus sit. In recolendo istum articulum procidat homo in faciem super terram, orando intentè, & cogitet angelicam præsentiam sibi tunc adesse: recogitet etiam agonem suum, & conetur quantum potest habere lachrymas ex cōpasione & amore Christi. quas si habere non potest per oculos, fundat saltem lachrymas cordis. Et sicut Christus Dei filius imminente sibi pasione horrenda, cum præ angustijs superuenturæ mortis guttas sanguineas in terram funderet: nihilominus tamen liberè uoluntatem suam uoluntati patris commisit, & quod cœperat deuotè perfecit: sic quilibet deuotus in omni aduersitatis pressura, & tribulationis angustia (licet fortè naturam reluctantē habeat) se paternæ voluntati cōmittat: & hoc quod occurrit, deuotè suscipiat. O pie Iesu, qui factus in agonia guttas sāguinis mirabiliter desudasti: da mihi ut recordatione tuæ pasionis accēsus, lachrymarū guttas pro sanguine, in cōspectu tuo merear dulciter desudare. Respice nunc qualiter iacebāt discipuli dormiētes: & qualiter Dominus ostendit eis modū orādi in gestu corporis, & in uerbo pio, & per angelum ibi apparētem: quē modū & tu tenere debes: scilicet te prosternendo, ac proprium defectum & fragilitatem recognoscendo, & cadendo in faciem tuam, non post faciem ut ea quæ rogas corā te habeas, & in mente teneas, non retrò: ut unum ore dicendo, & aliud corde cogitando: & ut humilitatem mentis ostendas habitu corporis (casus enim in terrā, docet nos magis humiliari, si posset fieri) & quòd uoluntas patris semper præcedat, & quòd nō tepidè, sed cum magno feruore ores, sicut Dominus fecit: & quòd non parum, sed prolixè & distinctè, non sicut illi qui festinanter horas soluendo: & si non uerbo, facto tamen dicunt expediamus nos de istis: quia habemus facere alia magis necessaria, quasi festinantes ad utiliora & maiora. Et uide quomodo stati ade

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit tibi angelus qui te adiuuet & confortet,& oratio nem tuam Deo præsentet: propter exemplum enim nostrum ille angelus apparuit confortans Dominũ. Et semel, sed frequenter est orandum, sicut ipse ostendit nobis per trinam orationem suam: docens vt non deficiamus,sed in oratione permaneamus,do nec impetremus ea quæ postulare iam cœpimus.

Orandum frequenter.

Et tu ora pro mortuis, pro uiuis, tam peccatoribus quàm iustis. Vel orauit ter, ut & nos de peccatis præteritis veniam, de præsentibus emendationem, & de futuris cautelam à Deo postulemus. Vel vt hæc tria: scilicet ueniam, gratiam,& gloriam, in oratione petamus: uel ut contra trinam concupiscentiæ, seu cupiditatis tentationem orationis clipeo tueamur.

Dominus cur ter orauit.

Vel ut ad trinitatem,scilicet patrem,& filium, & spiritum sanctum orationem dirigamus. Per hoc etiã docuit nos orare perfectè: quia perfectio consistit in tribus: scilicet in principio,medio,& fine. Cõpatere nũc Domino, & admirare profundissimam humilitatem suam: quia cùm sit Deo patri suo coæqualis & coæternus, prostratus tamen Deum orat, & tanquam quilibet de populo homũculus. Orare quidem patrẽ conuenit Christo ratio humanitatis, in qua est minor patre: non autem ratione deitatis, in qua est æqualis patri: ut homo rogat patrem, qui vt Deus est unus cum patre. Considera etiam perfectissimam eius obedientiam. Quia enim pater uult quòd moriatur, ipse hanc obedientiam reuerenter suscipit & exequitur. Vide tertiò indicibilem ad nos charitatem, tã patris, quàm filij: pro nobis enim hæc mors indicitur & sustinetur propter nimiam ipsorum charitatem quã ad nos habent. *Venit autem*, post hæc Dominus Iesus *ad discipulos suos*, & quasi compatiens eis, propter tentationem de proximo eis imminentem, *dixit eis: Dormite iam & requiescite*: quasi diceret, Parum potestis hoc facere. Qui ibidem aliquantulum dormierũt. Iubet eos dormire ut ostendat suam ad eos compassionem, quia grauati erant: & ut cognoscant suam infirmitatẽ, quia cum ipso uigilare non poterant: & ut somno recreati fugere possent de manibus eorum qui statim Christum erant capturi: & in figura, quòd in proximo infidelitatis somno erant grauandi. Considera in Christo mansuetudinem piam: quanto enim magis appropinquat ad mortem, tanto magis ostendit cordis sui dulcedinem. Bonus pastor vigilabat super custodia pusilli gregis sui. O grandis amor. Verè bonus & pius est hic pastor. Verè in finem dilexit eos, cùm in tanta agonia positus illo modico tẽpore quietem eorum procurat: nõ sic hodie multi pastores faciunt, qui subditis vigilantibus & in agonia positis, dormiunt suauiter & quiescunt. Dum ergo uidebis discipulos dormientes in tanto periculo,& Dominum uigilantem, si deuotus es, multa inuenire poteris quæ dicas tam Domino tuo, quam discipulis suis. Videbat tandem à longè aduersarios suos uenientes cum facibus & armis, nec tamen discipulos excitauit, nisi cùm propè & quasi iuxta eos fuerunt. Tunc autem euigilans discipulos, dixit eis: *sufficit*: scilicet quia iam quieuistis, & satis dormistis: ergo parum est dormiendum. Vnde quidam patres, non nisi stando uel sedendo somnum capere consueuerunt permodicum. Ter discipuli dormiunt: ter Dominus orans suscitat: quæ trina dormitio & suscitatio, tres mortuos quos Dominus suscitauit significat. Et subiunxit: *Venit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum*. vbi Origenes: Sed & nunc Iesus in manus peccatorum traditur, quando hi qui uidentur in Iesum credere, habent eum in manibus suis, cùm sint peccatores: sed & quotienscunq; iustus habens in se Iesum, in potestate factus fuerit peccatorum: Iesus est traditus in manus peccatorum. Hæc Origenes. *Surgite eamus*: scilicet obuiam Iudæ proditori, & suis complicibus: *ecce qui me tradet, propè est*: quem nolo declinare, quamuis possem hoc facere: acsi diceret, Non nos inueniant latentes, ac quasi timentes & retrahentes: ultrò eamus eis obuiam, & pergamus ad mortem: ut passuri confidentiam & gaudium uideant, & passionem omninò uoluntariam sciant. Vltrò nos debemus offerre, quando non expedit mortem effugere: ubi ostenditur Christi desiderium ad nostram redemptionem: quia non solum proditorem cum turba uenientem expectauit, sed etiam eis occurrit: ubi etiam docet, ut si tribulari nos oportet, cum gaudio & confidentia sustineamus. Moraliter quoque monet nos ad tria. Primò, ad tentationes nos præparare: cùm dicitur, *surgite*. Secundò, in bonis operibus proficere: cùm subditur, *eamus*. Tertiò, omni hora quasi tentationem proximam expectare: cùm additur, *ecce propè est. Et adhuc eo loquente cum discipulis suis: ecce Iudas* mercator pessimus: *unus de duodecim*: scilicet numero, non merito: quod dixit ad ostendendum immane facinus illius, qui de apostolica dignitate proditor fuerat factus: *accepta à præside cohorte* militum Gentilium, quorum intererat capere malefactores, cum tribuno qui præerat eis: ac turba plurima Iudæorum ministrorum, accepta à pontificibus & principibus sacerdotum, crudeli utique & pessima societate impiorum, tanquam ad tenendum reum, antecedebat eos tanquam ductor eorum, qui uolebant cõprehendere Iesum: & uenerunt illuc *cum laternis & facibus*, ut si in tenebris latere uellet: his quæreretur: nec non *cum gladijs, fustibus, & armis*, ut captionem eius impedire uolentibus his resisteretur. secundum Hieronymum. Incumbit uirtuti seculi, qui desperat de adiutorio Dei: habebat itaque fulcimentum ab utraque curia, scilicet imperatoris & pontificis, quasi seruato ordine legitimæ potestatis, ut nemo tenẽti bus auderet obsistere: cùm hîc milites præsidijs, inde ministri Pharisæorum, qui in lege summi & iudices uidebantur, illum tenerent: uel etiam si quis auderet, contra tot non posset: timebant enim plebem, ne per hanc defenderetur contra eos: & ideo etiam nocte traditur, ut sine turbis quæ in die frequenter propter instructionem aderant, inueniretur. Antequam autem Iudas cum turba ueniret ad hortũ, ubi Iesus cũ discipulis erat, dedit eis signum dicens: *Quẽcunque osculatus fuero, ipse est*, scilicet Christus: *tenete eum, & ducite cautè*: scilicet cauendo à populo, ne eũ de uestris manibus eripiat: populus enim communis deuotionem ad eum habebat: hoc autem fecit Iudas, & propter Romanorum milites, qui Christum non cognoscebant: & propter alios, ne loco Christi caperent Iacobum minorem, qui in facie Christo simillimus erat: propter quod specialiter frater Domini dicebatur: & quia timebat ne se trãsformaret, & de manibus eorum elaberetur: quia pluries detentus ab ipsis pertransiit, nescientibus eis: & ideo osculari eum uoluit, ut in osculando teneretur ne euaderet. Et cùm uenissent ad hortum *tunc Iesus sciens omnia quæ* ex dispositione diuina *uentura erant super eum: processit* ultrò *in occursum illorum*, sicut paratus ad passionem. Ex quo patet, uoluntariè eum captum fuisse & passum: discipuli quoque sequebantur eum timentes: sed ipse confortabat eos ne timerent. Vnde

Dormire cur permisit Apostolos.

Vigilia Christi.

Origenes tract. 35. in Matth.

Moraliter.

Iuda aduentus.

Hieronym. in cap. 14. Marci.

Iacobi minoris similitudo ad Christum.

Anselmus:

Anselmus in speculo euangelici sermonis.

Anselmus: Quàm promptus, bone Iesu, spiritus tuus ad passionem fuerit, euidenter ostendisti, quando ve nientibus unà cum proditore tuo uiris sanguinum, & quærentibus animam tuam cum laternis, & facibus, & armis: per noctem ultrò occurristi. *Et dixit* Iesus occurrẽtibus, offerens se uoluntariè eis: *Quem quæritis?* Non interrogat, quasi ignarus uoluntatis eorũ: sed mori paratus interrogat, ut sciant esse eum quem quærebant. *Responderunt ei, Iesum Nazarenum*. Non erat quærendus ad mortem, quem profitentur esse salutis authorem nec erat persequendus, quẽ dicunt esse florem honoris & honestatis. *Dixit eis Iesus*: semetipsum manifestans & offerens: *Ego sum*: scilicet quem quæritis. quasi diceret Quid pro signo sumitis osculum proditoris? quid quasi latentem me quæritis cum facibus & laternis? *Ego sum* Non se occultauit, nec se abcondit, sed magis quærentibus obuiam iuit, & se ostendit. Vbi Chrysostomus; Fecit autẽ hoc Iesus, ostendens quoniam non solum comprehendere eum non possent: sed nec uidere in medio existens sẽ, nisi ipse cõcederet. Hęc Chrysostomus. Virtute n. diuina factum est, ut uenientes ad capiendum eum, primò non cognoscerent: etiam suus discipulus qui uenerat ad tradendum: quod maximè est potentiæ eius ostensiuum; vt per hoc secundò ostenderetur q̃ de uoluntate sua caperetur: quia incognitus ab eis recedere poterat, si uoluisset. Sed & manifestius patet p hoc quod subditur, quia audito uerbo uirtutis & diuinitatis, quod est ei cum patre & spiritu sancto cõmune, à uoce tonitrui huius formidantes, *abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram*, resupini, tam Iudas q̃ alijs, potentia diuinitatis ipsius deiecti: ita erat eis impotabile quod dicebatur. Item ideo, ut etiam quantum in se est, daret Iudæis materiam conuersionis, uiso potentiæ suæ miraculo: & ideo cùm statim ad ostensionem suæ potentiæ conuersi non fuerunt, se eis capiendum sponte obtulit. *Ceciderunt retrorsum*, & resupini, sicut cadunt iniqui: non antè & in faciem, sicut cadunt iusti: qui autem ante se cadit, uidet quò cadat: qui autem retrò cadit, non uidet sui casus periculum. Iniqui ergo retrò cadunt, quia non uident sui casus miseriam. & quod eos sequatur: iusti uero qui in istis uisibilibus semetipsos spontè deiiciunt, ut in inuisibilibus eriganturin faciem suam, & antè cadere dicuntur: quia casum uident, & timore compũcti humiliantur. Hinc ergo pensandum est, quàm aspera erit uox irati, cuius uerba dulcia pati non potuerunt: hoc autem factum est ex diuina ordinatione, ut p̃ hoc declararet uirtus suæ diuinitatis. Vnde Augustinus exclamans ait: Vbi nunc militum cohors, & ministri principum ac Pharisæorum, ubi terror, & munimen armorum? Nempe una uox dicentis, *Ego sum*, tantam turbam odijs ferocem, armisque terribilem, sine telo ullo percussit, repulit, strauit uirtute diuinitatis latentis. Deus enim latebat in carne: quid iudicaturus faciet, qui iudicãdus hoc fecit? quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit? hęc Augustinus. Poterat Christus omnes hostes suos destruere, si uellet se defendere: sed noluit nisi ad modicum eos prosternere, hoc ideo fecit, ut ostenderet se mortẽ uoluntariè sustinere: & si uellet reniti, non possent eum capere, uel tenere. Hæc hostium Christi uictoria, fuit olim in Sampsone & Sangar, & Dauid præfigurata. Sampson cum mandibula asini strauit mille uiros: & Sangar cum uomere interfecit uiros sexcentos: & Dauid uno impetu, occidit uiros octingẽtos. Sed si isti Dei adiutorio tot hostes prostrauerunt, nõ est mirum quòd coram Christo omnes hostes corruerunt. Et cùm tremuli surrexissent, *iterum eos interrogauit quem quæritis?* quæstionem iterat, ut fideles sua passione liberandos ostendat. *Illi autem* adhuc in malitia sua perseuerantes, *dixerunt, Iesum Nazarenum*, non enim cognoscere, uel capere poterãt eum, donec ipse uellet: propter hoc subditur, *Dicit eis Iesus*: dixi uobis, quia ego sum: qui uoluntariè me offero: & tunc habuerunt ipsius notitiam, & capiendi licentiam, propter quod sequitur: Si ergo me quæritis, sci licet comprehendere, faciatis id quod intenditis: sed tamen *sinite hos*, scilicet discipulos meos, *abire*, quia non est tempus modo, quòd tollantur de mundo. In quo patet quòd ipse dedit eis potestatem capiendi eum: nam sicut ex sua potentia discipulos suos seruauit, ita & multo magis seipsum seruare potuisset: qua si diceret, Sic do uobis potestatem me capiendi: ut tamen meis discipulis non faciatis aliquid mali. Hoc dixit: quia seruandi erant discipuli, ut uerbum salutis per eos diuulgaretur. Vsque ad ultimam horã eius, quam ad eos habuit dilectionis conseruantiam demonstrauit: per hoc ostenditur quòd superiores debent suos subditos fideliter adiuuare: & pro eorum defensione se mortis periculo exponere (ut ait Augustinus.) Faciunt quod iubet: sinunt eos abire quos non uult perire, & impletur quod dixerat, *quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam*. Tũc *accedens* ille nequam, & Dominum suum subdolè salutans *dixit, aue rabbi: & osculatus est eum*. Accessit tanquam domesticus, sed fur erat: salutauit tanquam discipulus, sed insidiator erat: osculatus est tanquã amicus, & inimicus erat. Dicitur quòd erat consuetudo Iudæorum: in aduentu suo osculari, ad significandum quòd ingressus erat pacifisus: & q̃ moris erat Domini Iesu discipulos, quos emittebat, in osculo pacis recipere redeuntes: & propterea proditor illis osculum in signum dedit, & alios tanquam dux exercitus, & ductor ad malum præcedens, cum osculo ficto rediit, quasi diceret: Nõ sum ego cum istis armatis: sed rediès more solito te osculor, & dico: aue rabbi, o uere proditor. Huic similes sunt multi prælati, qui uerbo uel facto alios scandalizando, & post se trahendo antecedunt ad malum: & ideo etiam antecedunt ad infernum. Iudas beneficijs Christi abutẽs mala pro bonis reddebat: cui etiam similes sunt, qui similia facere non erubescunt. Secundum Bedam, Suscepit osculum Dominus, non quòd simulationem nos doceat: sed ne proditorem fugere uideretur, & plus afficeret proditorem, cùm amoris officium nõ negaret: simul & illud Psalmistæ, complẽs: Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. *Et* suscepto osculo *dixit illi Iesus: Amice ad quid uenisti?* Vocat eum amicum, secundum statum pristinum: amicabiliter enim fuit electus à Domino in apostolum, ac si diceret: Ad quod scelus dilapsus es, ut discipulus traderes magistrum, & dum esses apostolus, factus es traditor. uide quid feceris, & considera finẽ tuũ malũ: uel amice, quia diligo te: sed inimice, quia me tradis? uel uocat eum amicum ironicè, improperans simulationes. Tanquam secundum Augustinum diceret: Oscularis, & insidiaris: noui quare ueneris: amicum fingis, cum proditor sis: ostendis amicitiam signo, & agis proditionem de facto. Amicitiæ signis proditores utuntur, ut eorum dolus latẽtius peragatur. Vnde apertius ei dixit: *Iuda osculo filium hominis tradis*: id est, in signo charitatis, proditionem homicidij facis. Infelix signum ubi per pacem bellum, pro osculũ homi-

Polus Christi uirtus.

Augusti. tract. 112 in Ioannem.

Figura nitentia Christi.

Iudic. 15. Ibidem 3. Reg. 22.

Chrysost. hom. 82. in Ioannem.

Iuda similes.

Beda in ca. 14. Marci.

Psal. 119.

Augusti. sermone de passione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ambro. in cap. 22. Luc.

homicidium, per salutationem condemnatio procu-
ratur. Vbi Ambrosius: Illud plus confutat ingratum
quòd cum tradiderit, qui cùm esset Dei filius, ꝓpter
nos filius hominis esse uoluisset: quasi diceret, ꝓpter
te suscepi ingratè, quod tradis hypocrita. Et secundū
eundem, quasi amantis affectu corripuit proditorē:
& ideo etiam secundum Chrysostomum, proprium
nomen posuit, quod magis dolentis erat & reuocan
tis, quàm prouocati ad iram. Vnde Anselmus. Signo
quod acceperant à duce flagitij, teipsum manifesta-
sti. Nam accedētem ad osculum sanctissimi oris tui
cruentam bestiam auersatus non es: sed os in quo do
lus, inuentus non est, ori quod abundauit malitia dul
citer applicuisti: ò innocens agne Dei, quid tibi & lu
po illi? *Quæ conuentio Christi ad Beliar?* sed & hoc benig-
nitatis tuæ erat Domine, ut omnia illi exhiberes, q̄
praui cordis sui pertinaciam emollire potuissent. Nā
& ueteris amicitiæ illum commonuisti, dicens: Ami
ce, ad quid uenisti? Et horrore sceleris sui cor impiū
ferire uoluisti, cùm dicebas: Iuda osculo filium ho-
minis tradis. Hæc Ansel. Hoc idem potest dici indi-
gnè sumentibus corpus Christi, scilicet *Iuda osculo fi
lium hominis tradis*. Moraliter Iudas est mundus: qui
quando ad libitum dat diuitias, tunc ridet: quādo dat
solatia, & delitias, tunc osculatur: quando dat hono-
res, tunc amplexatur: sed omnibus istis modis nos de
cipit, & morti æternæ nos tradit. Teste beato Iob, q̄
dicit: *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infer-
num descendunt*. Vide hic maximam mansuetudinem
Domini, quia osculum proditori suo dedit, & uerbis
blandissimis alloquens amicum ipsum uocauit. O
quod sunt hodie tales, qui uidentur amici esse Domi
ni, & nō sunt eius amici. Amicis enim suis omnia no
ta facit, scilicet mundum contemnere, carnem doma
re, & diabolum cum suis tentationibus uincere. Sed
multi abeuntes retrò post concupiscentias suas, cum
Iuda proditore abierunt ad pœnas. Quot sunt etiam
hodie, qui inter se uidentur amici: sed sunt ficti, & pe
iores quàm inimici aperti. Inimicus enim manifestus
melior est quàm amicus fictus. Ille dum timetur, fa-
cilè uitatur: iste prævalet dum non cognoscitur. In
isto articulo traditionis exprimuntur tria quæ specia
liter traditionem istam reddebant Christo multum
dolorosam, & factum Iudæ aggrauabant ualde. Vnū
est, quòd ficbat à suo seruo, à suo discipulo, & uno ex
duodecim, de toto mundo ad tantam dignitatē apo
stolatus specialiter electus ab eo. Vbi, secūdum Am-
brosium, seruus Dominum, discipulus magistrum,
electus authorem prodit. Secundum est, quòd signo
pacis & amicitiæ, scilicet osculo, tam fraudulenter &
dolosè tradebatur. Vnde Ambro. Amoris pignore
uulnus infligis, & charitatis officio sanguinem fun-
dis, & pacis instrumento mortem irrogas. Tertium
est, quòd illud fœdum os proditoris, ut pote cuius
cor Sathanas, & omni spurcitia eum repleuerat: tam
amorosum & mellifluum os uerbi æterni continge-
re audebat. Et tunc, secundum Chrysostomum,
Agno miti basia lupus dedit uenenosa. Ex hoc articu
lo tria habemus documenta. Primum est, ut cauea-
mus ne & nos Christi proditores efficiamur: quia ut
dicit Origenes, Omnes proditores ueritatis, amare
ueritatem fingentes, osculi signo utuntur: omnes ēt
hæretici, sicut Iudas, Iesu dicūt, aue rabbi. Item Chri
stum quis dolosè salutat & tradit osculo: in proximo
uel etiam in seipso. In proximo quidem, dum quis ꝓ-
ximum diligere se simulat, & malum contra eum ma
chinatur: quam traditionem sibi Christus assumit.

Anselmus in speculo euang. sermonis. 2. Corin. 6.

Moraliter.

Iob 21. Amici fraudulenti.

Traditionis tria amara.

Ambro in cap. 22. Luc.

Idem ibidē

Chrisost. hom 74. in Matth. Origenes tracta. 35. in Matth.

A Iuxta illud: *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feci
ſtis*. Item Christum dolosè cum Iuda salutat, & oscu
latur, qui proximo suo promittit & non seruat: uel
fraudulenter adulatur. In seipso etiam Deum salutat,
& osculo tradit: qui ore dicit se nosse Deum, & crede
re in eum, factis autem negat. Item cum Iuda Domi
num salutat, & osculo tradit, qui cum mortali pecca-
to ad corpus Domini accedit. Secūdum est, ut disca
mus patienter ferre malorum hominum fraudulen-
tias: sicut Christus patienter sustinuit proditoris sui
fallacias. Tertium est, ut calumniatores nobis malū
imprecantes non odiamus: sed amantis affectu, exē-
plo Christi, eos corripiamus. In recolendo hunc arti
culum de falso osculo Iudæ, poterit homo per con-
B trarium cum syncera fide & deuotione osculari pe-
des crucifixi, indignum se reputans osculo oris, ad
quod ille infœlix Iudas accedere præsumpsit: quòd si
imaginem crucifixi ante se non habeat, osculetur ter-
ram, repræsentando hoc idem: & aliter prout Deus
inspirabit. *O Domine Iesu, qui à Iuda osculo* tradi pertu-
listi: da mihi nunquam in proximo, uel in memetipso
te tradere, & calumniatoribus meis, & īsidiatoribus
fraterni amoris officium non negare. Ista iniqua salu
tatio Christo facta, olim fuit in Ioab & Amasa præfi
gurata. Ioab Amasam salutans, dolosa mēte fratrem
uocabat: & Iudas Christum salutās, iniqua intentio-
ne magistrum appellabat. Ioab dextera mentū Ama
si quasi deosculans tenebat, & in sinistra gladiū edu-
C cens ipsum perimebat: sic Iudas, quasi dextra mentū
Christi tenuit, Aue rabbi, blandè sibi dicens, & quasi
sinistra gladium eduxit, & ipsum perfodit, insidias,
sub uerbis blandis occultans. Iudam & Iudæos, ma-
lum pro bono reddentes, olim Saul præfiguravit: qui
genero suo Dauid malum pro bono reddidit. Dauid
hostem Saulis, scilicet Goliam superauit, & in multis
ei uilis fuit: sed Saul sibi tanquam hosti insidias para
uit, & ei mortem inferre affectauit. Sic Deus Pharao
nem, & inimicos Iudæorum sæpe deuicit, & semper
eis profuit: nunc autem in mortem eius arma parant
& ad occidendum eum se armant. Similes etiam sunt
Cain, qui fratri suo sine causa inuidit: & ipsum qui ni
hil mali fecerat, occidit. Cain eduxit fratrem suū uer
bis blandis & eductum crudeliter interfecit, sic & Iu
das uerbis blandis Christum, fratrem nostrum, & pa
trem salutauit, & hostibus ad interficiendum nequi
ter præsentauit. Et cùm Petrus cæteris ardentior, ser
uo pontificis, cui nomen erat Malchus, qui ad Chri-
stum capiendum magis de propè se ingerebat, & fe-
rocius instabat: auriculam dextram ob zelum ampu
tasset: putans eum magis lædere & grauiter uulnera
re, uel ei caput amputare & interficere: sed diuina di
spositione ictus declinauit, & relapsus est ad aurem:
Dominus eū à lęsione aduersariorum compescuit di
cēs: *conuerte gladium tuum in locum suum*, seu *uaginam*,
quasi non esset locus defensionis, sed patientiæ: nec ci
licitus usus gladij materialis: quasi diceret, Noli eo
uti ad defensionem meam: quia non licet uiris apo-
stolicis uti gladio materiali. Vbi considerandum se-
cūdum Chrysostomum, quòd licēt Christus Petro
& alijs discipulis prius præcepit, dicens: *Si quis te per
cusserit in una maxilla, præbe ei & aliam*. Ex sermone
tamen Christi, quem fecit post cœnam, Petrus in tā
tum amorem exarserat, quòd de illo præcepto non
recolens, solum magistri sui defensionē intendebat.
Ex hoc autem quòd Christus defensionē prohibuit,
ostenditur promptitudo eius, quam ad patiendum
habuit: recondi gladium præcipit, ut patiēdam, non
uindi-

Matth. 25.

Figura proditorij osculi. 2. Reg. 20.

1. Reg. 20. & alibi.

Gen. 4.

Petri seruor.

Beda in cap. 22. Luc.

Chrysost. hom. 85. in Matth.

Rabanus in cap. 26. Matth. Ambrosius sermo. 46.

uindictam doceat. Vnde Rabanus: Oportuit ut au-
thor gratiæ fideles patientiam suo doceret exemplo,
& potius ad sustinendum aduersa fortiter instrueret
quàm ad uindicandum prouocaret. Prohibet ergo
Dominus defensionem armorum, ne clericus armis
pugnare præsumat. Vnde Ambrosius: Arma mea sūt
lachrimæ & orationes: aliter non possum, nec debeo
resistere. Sed hoc hodie prælati parum attendūt, qui
regalia à regibus ad pugnandum accipiunt: cùm po-
tius reges ab eis cilicia ad pœnitendum accipere de-
berent. Et adiecit Dominus, *Omnis enim qui acceperit
gladium*: id est usus fuerit gladio: scilicet propria au-
thoritate, & nulla superiori aut legitima potestate
uel iubente, uel concedente, seu iniustè, & pro crude
litate uindictæ, non justè & amore iustitiæ: *gladio pe
ribit*: id est ipsa uindicta erit ei causa perditionis, quia
dignus est gladiari. Quicunque molitur lædere aliū,
seipsum proprio iaculo percutit: & incidit in foueam
quam fodit. Et subdit Dominus, *An putas quia non
possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quā
duodecim legiones angelorum*: tanquam sibi dicat, per
aliam uiam possum euadere, si uellem: non indigeo
auxilio duodecim apostolorum, qui possem si uellē
habere duodecim legiones angelorum. Cùm ergo
posset accipere legiones, nolebat accipere: ut per pa-
tientiam eius implerentur scripturæ, prophetantes
de ipso, quoniam ita eum pati conueniebat ad nostrā
redemptionem: quia & si nostræ liberationis alius
modus fuisset possibilis, nullus tamen ita conueniēs:
& ideo non erat locus defensionis & resistentiæ, sed
magis patientiæ. Non solum autem minis eum cohi
buit: sed & aliter consolatur eū, dicens: *Calicem quem
dedit mihi pater, non bibam illum?* quasi dicat, Si rectè sa
pis, debes uoluntatem tuam diuinæ uoluntati cōfor
mare: aliter enim erit Satanas, non sapiens quæ Dei
sunt. Secundum Chrysost. In eo quòd ipsam mortē
calicem dicit quàm sit grata & acceptabilis pro salu-
te mortalium mors, ut uidetur, edisserit. Iesus autem
seruum sanauit, auriculam eius tangendo, & ei resti-
tuendo: ut adimpleret quod prædixerat, *Benefacite his
qui oderunt uos*. In quo maxima Christi saluatoris
charitas, & pietas apparet, & beneficia uirtus eius ostē
ditur: quam exhibet, hostem suum, qui ad ipsum cō-
prehendendum uenerat, sanando, & per hoc inimi-
cos eum persequentes ad fidem admonendo, & insu
per discipulos in fide confirmando, & nos, quia no-
luit quenquam propter se lædi: & ut inimicis nostris
benefaciamus instruendo. In quo etiam suam uirtu-
tem & potestatem reuelat, quòd non de necessitate,
sed uolūtariè captus esset. Vbi Beda: Nunquā enim
pietatis suæ Dominus obliuiscitur, qui etiam hostes
suos non patitur uulnerari. Illi iusto mortem inferūt:
iste persequentium uulnera sanat: mysticè docens &
ipsos, si conuertantur, posse sanari, qui in suę sunt mor
tis consensione uulnerati. Tunc Iesus conuertit se ad
turbam, non impatienter, sed rationabiliter eam allo
quendo: dicens lamentabiliter, & quasi ad lamentum
auditores prouocando: *Tanquam ad latronem existis,
cum gladiis & fustibus comprehendere me*: quasi diceret
sine causa feciſtis hoc. Cuius rationem assignat, di-
cens: *Quotidie* id est frequenter, pacificè, & sine armis
apud uos eram docens in templo: in loco ubi potestatē
habetis, & tunc sine uiolentia armorum me compre
hendere potuistis, *sed non me tenuistis*: tunc nec cepi-
stis, quia nolebam: sed nec nunc posſetis nisi permit-
terem, & me sponte uestris manibus subijcerem.
Vbi Remigius, ac si diceret: Latronis officiū est no-

Chrysost. hom. 82. in Ioannem. Matth. 5.

Remigius in Matth.

A cere, & latitare: ego uerò nemini nocui: sed plures sa
naui, & insynagogis semper docui. Vbi & Hieronymus, Stultū est, inquit, eum cum gladijs & fustibus
quærere, qui ultro se tradebat uestris manibus: & in
nocte quasi latitantem, & uestros oculos declinan-
tem, per proditorem inuestigare, qui quoti die in tē-
plo docebat: ideo autem, ut dicit Chrysostomus, eū
in templo non tenuerunt: quia non ausi erant, ꝓpter
turbam, propter quod & Dominus foras exiuit, ut
ex loco & tempore daret aptitudinem se capiendi.
Hic, secundum Anselmum, mansuetudo Domini no
tanda est, quæ tam dulciter persecutores suos allocu
ta est, tam dulci allocutione redarguit: ut ipsorum ne
quitiam compesceret, & nos ad imitationem suæ be-
B nignitatis utiliter inuitaret. Et subdidit Dominus: *sed
hæc est hora uestra*, id est uobis concessa ad me com-
prehēdēdum, *& potestas tenebrarum harum*: q̄a diabo
lus princeps tenebrarum incitabat eos ad hoc facien
dum: & hæc potestas est tenebris data, id est diabo-
lo, & Iudæis insurgendi in Christum. & ideo aduer-
sum me in tenebris congregamini: & potestas uestra
qua contra lucem armamini, in tenebris est. ut autem
ait Theophylus, Peractis cunctis quæ sufficienter se
habebant ad prohibendum Iudæos, cùm illi hoc ne-
quaquam discernerent, tunc duci se permisit. Vnde
dicitur *cohors ergo militum, & tribunus*, qui eis præ
C rat, *& ministri Iudæorum* accesserunt, sicut lupi ad a-
gnum, unanimiter & impetuosè: & manus sacrilegas
iniecerunt in Iesum, omnium saluatorem, irreueren
ter & indebitè: & tenuerunt eum, in ipso permitten-
te: & quando enim uoluit tentus est, & non antè: &
sic fuit captiuatus propria uoluntate. Nam, ut dicit
Remigius, frequenter eum comprehendere uolue-
runt, sed nō potuerūt: sicut nec nūc potuissent, nisi ip
se uoluisset. Sicut enim eos solo uerbo prostrauit: sic
solo uerbo eos fugare, uel annihilare potuisset, si uo
luisset. Ex quo patet obstinatio eorum: quia non fue
runt auersi à suo malo, uisis prædictis signis: sed ma-
gis attribuebant artibus magicis. Cogita hic quòd
si pœnale est cuilibet homini capi, pro eo quod per
captiuitatem adimitur homini libertas, tam cōditio-
nis, quia redigitur in seruitutem captiuatoris, secun-
dum leges ciuiles: quàm actionis, quia captus nō po
test facere quod uult: quantomagis pœnale fuit Chri
sto, qui est Dominus cœli & terræ: & quem cœli &
terra capere non poterant, uiolentorum, quantum
ex parte ipsorum erat, manibus capi & teneri. Ex hoc
articulo habemus morale documentum: quòd sicut
Christus amore nostri semetipsum uoluntariè tradi
dit captiuum Iudæis: sic & nos pro eius amore nosip
sos. id est omnes sensus nostros debemus captiuare
in obsequium Christi: uidelicet ut oculi captiuentur
ab illicito usu, aures à noxio auditu, lingua ab ocio-
sis & nociuis locutionibus, manus à malis operibus,
pedes à uano & uago incessu, maximè ad peccandū:
sicut n. Christus fuit captiuatus, ne quò uellet posset
abire: sic homo seipsum debet captiuare, ne sequatur
concupiscentias carnis, & sensualitatis appetitum ad
nociua trahentem. Cor etiam captiuetur à malis co-
gitationibus intellectus ab erroneis sensibus, & falsis
dogmatibus: uoluntas ab omnibus à diuina uolun-
tate discrepantibus. Vnde Apostolus: *In captiuitatem
redigentes omnem intellectum in obsequium Christi*: ubi
per omnem intellectum possunt omnes sensus, & ui
res animæ ad operationem intellectus deseruientes
accipi. Aliud documentum est huic connexum:
quòd homo libenter debet esse captiuus Christi, ut
mortem

Hieronym. in cap. 26. Matthæi. Chrysostom. hom. 85. Matt. Anselmus in medit.

Captio Christi.

Remigius in Matt.

Documentū morale.

2. Cor. 10.

Captiui debemus esse Christi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortem euadat æternam. Sicut enim homo in belli
periculo constitutus, libenter dat se alicui nobili &
Iob 7. Luc. 20. g. benigno Domino captiuum, ne ab aliis ferocibus
Meditatio. occidatur: sic nos in hac uita sicut in bello constituti
quia militia est uita hominis super terram, tradamus
nos benigno Domino Christo captiuos: qui non est
Dominus mortuorum, sed uiuorum: ne ab hostibus
æterna morte ferociter occidamur. In recolẽdo hũc
articulum recogitet homo, se quasi in cãpo bellico
cum hostibus conclusum: nec posse euadere poten-
tiam aduersariorum, id est dæmonum: nisi se tradat
Christo benignissimo Domino in seruitutem cap-
tiuum: & sic aliquo gestu corporis tradat se totum
Christo captiuum, clamans, & dicens ad eum: Iesu
quia à Iudæis sponte capi, & teneri uoluisti: da mihi
omnes sensus uiresque in obsequium tuum iugiter
captiuare: ut à morte perpetua bonitate tua merear
2. Reg. 20. præseruari. Deosculatio & comprehensio Christi p̃fi
gurata fuit in Ioab: qui Amasam deosculans interfe-
cit. Tenentes autem Iesum: dulces illas manus suas
uinculis strinxerunt: & ligauerunt eum ignominiosè
quasi latronem, & morte dignum à quo potius solui
uelle debuerũt, quia omnium uenerat absoluere uin
cula infirmitatum & peccatorũ, ac mortis & inferni.
Et erant fortè in eis qui postea liberati ab eo dixerũt,
Psal. 111. *Disrupisti Domine uincula mea.* Ecce adest Ioseph liga
tus uenditus à fratribus: & Sampson uinctus à Dali
da: id est à synagoga. Vnde Anselmus: Sed ecce iam ꝓ
ditorem præeuntem impiorum turba prosequitur: &
osculum præbẽte Iuda manus iniiciunt in Iesum. Do
minum suum tenent ligatum, & illas dulces manus
uinculis stringunt. Quid fecerat? Scio occupat nunc
cor tuum pietas: omnia uiscera tua zelus inflammat.
Sine rogo patiat̃, q̃ pro te patitur. Quid optas gladiũ?
Quid irasceris? Quid indignaris? Si instar Petri cuius
libet auriculã absciderıs: si ferro brachiũ tuleris: si pe
dẽ truncaueris: ipse restituet omnia qui etiam, si quẽ
occideris absque dubio suscitabit. Hæc Anselmus. Li
Ligandi Christi causæ tres. gauerunt autem eum propter tria. Primò, ne manus
eorum effugeret: dixerat enim eis Iudas, quòd eum
tenerent, & caute ducerent. Secundò, ut eum morte
dignum ostenderent: quia mos erat Iudæis, ut quem
morte dignum iudicarent, uinctũ præsidi traderent.
Tertiò, propter mysterium, licèt ipsi hoc ignorarẽt:
quia enim Christus nos peccatis ligatos, & in lymbo
uinculatos soluere debebat: ideo ipsum pro nobis li-
gari oportebat: cuius uinculis liberati sumus. Vo-
Furtum quid. luit quippe Christus, tanquam latro comprehendi,
& ligari. Adam enim cum latrocinio furtum commi
sit, quando pomum sibi uetitum attrectauit: nam fur
tum est contrectatio rei alienæ inuito Domino: &
huius rei causa, totum genus humanum à diabolo
comprehensum tenebatur ligatum: pro cuius satisfa
ctione Iesus, tanquam latro uoluit comprehendi, q̃
incomprehensibilis est: & ligari, qui ligatos uenit sol
Latronibus associatus Christus. Ligatus ter. uere, & uincula eorũ dirumpere. Et nota quòd Chri
stus filius Dei, tãquam latro cum latrone: scilicet Bar
raba est captus, inter latrones crucifixus: à latroni-
bus occisus, propter latrones passus: soluens quæ nõ
rapuit. Legitur autem Dominus ter ligatus. Primò,
statim cùm captus esset, & duceretur ad Annam. Se-
cundò, cùm de Anna duceretur ad Caipham. Tertiò
cùm duceretur ad Pilatum. Nam secundum Bedam
potuit fieri, ut ad horam solueretur, quatenus discu-
teretur, & post hæc discussus iterum ligaretur. Quar
tò potest addi, quòd etiam ligatis fuit ad columnam
cùm flagellaretur: licèt hoc in euangelio non expri-

A matur. Insuper in cruce clauis fuit uinctus: & sic etiã *Documenta ex ligatione Domini.*
ligatus. Ex hoc articulo trahuntur plura documenta
salubria. Primum est, quia sicut dictum est Dominus
ligari uoluit: ut ipse peccatorum nostrorum uincula
solueret: ideo nos debemus esse grati de solutione no
stra, & cauere ne rursus eũ nostris peccatis ligemus,
quod fit quotienscunque mortaliter peccamus. Ma-
nus etiam Christi uidentur cum funibus peccatorũ
colligere, qui non credunt Deo, quòd possit eis ne-
cessaria sua dare. Secundum est, quòd Christus ligari
uoluit: ut nos sibi alligaret uinculo charitatis, unde
studeamus & nos sibi tam fortiter charitate astringi,
ne leuiter ab ipso possimus separari: ipsa enim chari-
tas est uinculum, in quo anima Deo alligatur. Tertiũ
B documentum est, ut nos ligemus omnia membra no
stra: & ipsam linguam funibus præceptorum Dei, ne
laxentur ad aliqua contraria diuinis præceptis, uel di
uinæ uolũtati: ut nihil operemur, aut loquamur, quo
Deus uel proximus offendatur. Quartum est, ut si-
mus uinculo fraternæ charitatis proximis colligati,
ita ut omnem gratiam diuinitus acceptã studeamus
eis impartiri: sicut apostolus omnes fideles hoc uin-
culo sibi colligatos habuit: eosque socios sui gaudij es
se cupiuit. *Quintum est, quòd nos uolentes sequi* Christũ,
debemus nosmetipsos ligare uinculo professio-
nis obedientiæ, propter eum qui pro nobis uoluit
ligari: itaut amplium pro nostro uelle nos mo-
C uere non possimus: & sic cum Isaac colligati, & in al-
tari mactationis propriæ uoluntatis positi, quotidie
in holocaustum uiuum Deo immolemur. Ad cõfor
mandum se huic articulo, recogitet homo qualiter
Dominus ligatus fuit ꝑ uincula peccatorũ nostrorũ
soluenda: & ut uinculo charitatis nos sibi alligaret: &
poterit in recompensam aliquam seipsum Deo liga-
re aliquo bono proposito, uel etiam uoto. Quo si iã
ligatus sit in religione, uel alias: desideret à Deo adiu
uari ad perficiendum huiusmodi obligationem ad
laudem suam. O Iesu qui iniquorum manibus ligari
uoluisti, absolue quæso nostrorum uincula peccato
rum: atque ita charitatis uinculo, præceptorumque
tuorum funibus me constringe, ne unquam mẽbra
D corporis, aut uires animæ meæ laxentur, ad quæuis
contraria tuæ uoluntati. Capto autem & ligato Do-
mino: *discipuli omnes* perterriti, *relinquentes eum fuge-
runt*: & magistrum suum, sicut latronem ad uictimã
deduci dimiserunt: sicut prædixerat eos scãdalum in *Beda in ca. 14. Marci.*
se passuros. Cõprehenso pastore, disperguntur oues,
capto magistro, fugiunt discipuli. Vnde Beda: Imple
tus est sermo Domini, quo dixerat, quòd omnes di- *Hierony. ibidem. Psal. 87.*
scipuli scandalizarentur in illo in ipsa nocte. Et Hie-
ronymus. Tunc adimpletum est, *Elongasti à me ami-
cum & proximum: & notos meos à miseria.* ut autem di
cit Theophilus, Permisit eos Dominus cadere: ut nõ *Remigius in Matth.*
in seipsis confidant. Vnde Remigius: In hoc facto de
monstratur fragilitas apostolorum. Qui enim de ar-
E dore fidei promiserant se mori cum eo: timore fugi-
unt, immemores suæ promissionis. Quod etiam ui-
demus impleri in his, qui pro amore Dei magna se ꝓ
mittunt facturos, & postmodum non implent: non *Rabanus in Matth.*
tñ desperare debent: sed cum apostolis resurgere, &
per pœnitentiam resipiscere. Vbi & Rabanus. Mysti
cè autem sicut Petrus, qui culpam negationis pœni-
tentiæ lachrymis abluit: recuperationem eorum ostẽ
dit qui in martyrio labuntur: ita cæteri discipuli, qui
articulum comprehensionis fugiendo præuenerunt
cautelam fugiendi, docent eos qui se minus idoneos
ad toleranda supplicia sentiunt: quibus tutius latere,
quàm

quàm se discrimini certaminũ exponere. Sed quare
non comprehenderunt apostolos, & maximè Petrũ,
qui percusserat cum gladio? Dicendum quòd nihil
Fides in sola Maria. Candelarũ extinctio. eos detinuit: nisi uirtus diuina, quæ etiam prostrauit
eos rasupinos. Tunc omnes discipuli peccauerunt: &
in fide per illud triduum extincti fuerunt: præter bea
tam uirginem, in qua sola fides ecclesiæ inconcussa
permansit: ob cuius repræsentationem in matutinis il
lius tridui omnes candelæ, extinguuntur excepta vna
sola, quæ remanet accensa. In huius signum etiam de
nudantur altaria, quia Christus per altare designatus
relictus fuit ab apostolis, signatis per ornamenta. In
illo etiam triduo officium nocturnum altè cantatur,
per quòd prophetiæ de Christo signantur: diurnę ue
rò horę sub silentio dicuntur, quia apostoli tunc præ
dicare non audebant: unde & campanæ non pulsan-
tur, quia tunc sonus prædicationis cessauit. A parte
montis Sion in uallem Iosaphat descendendo, sunt ca
uernæ apostolorum, ubi latuerunt tẽpore passionis
Christo relicto. *Adolescens aũt quidem sequebatur Ie-
sum, amictus sindone*, id est lincea ueste quæ innocen-
tiam significat *super nudo*, scilicet corpore: quia non
habebat aliud indumentum super tunicam & ab ex-
trà, quàm solam sindonem, qui dicitur fuisse Ioãnes.
Beda in c. 14. Marci. Vnde Beda: Iuuenem istum nil uetat intelligi fuisse
Ioannem, cuius longa post hæc in carne uita indicio
est. Hic cum teneretur ab impijs, reiecto uestimen-
to elapsus manibus tenẽtium: nudus profugit ab eis:
quorum scilicet & præsentiam detestabatur & facta:
non à Domino, cuius amorem etiam absens corpo-
re fixum seruauit in mente: nondum fuit in eo perfe
cta charitas, quæ foras mittit timorem: sed pro tãto
plus aliis de amore habuisse uidetur, quia plus cæte
Beda ibidẽ ris magistrum sequebatur. In facto autem suo, secun
dum Bedam, designat illos qui ut securiores ab in-
cursibus hostium fiant quicquid in hoc mundo pos-
sidere uidentur abijciunt: ac nudi potius Deo famu-
lari, quàm adhærendo mundi rebus materiam tentan
Gene. 39. di, & à Deo reuocandi aduersarijs dare didicerunt:
Paulus primus eremita. iuxta exemplum beati Ioseph, q̃ relicto in manibus
adulteræ pallio, foras exiliuit; malens nudus Deo, q̃
indutus cupiditatibus meretricis seruire. Sic Paulus
primus eremita, uidẽs alios deficere in exquisitis tor
mentis fugit, & ad solitudinem se transtulit. Et tu nu
Hierony. ibidem. dus euola ad uexillum crucis, potius quàm diuitijs al
liciaris & detinearis à mundo, quò minus Christum
imiteris. Vnde Hieronym. Qui uult effugere manus
iniquorum, relinquens mente quæ mũdi sunt, fugiat
post Iesum. Ioannes uerò mox recuperato & resum
pto uestimento redijt, & Dominum ut prius seque-
batur. Potuit enim fieri, ut sub dubia noctis luce sese
turbis ducentium Iesum, quasi unus ex ipsis immi-
scuerit donec ad atrium pontificis: cui notus erat, ꝓ
ueniret. Ioannes sudario simplici, & tenui erat super
uestitus: sed nunc uestes extendimus in particis: & pli
camus in capsis, ac uestium deportãdarum habemus
summarios, quadrigas & currus: & etiam earum cau
das post nos trahimus, uel portare facimus. Ex hoc
Documenta ex fuga apostolorũ. Fugere à Christo. articulo, scilicet fuga discipulorum, trahuntur qua-
tuor documenta. Primum est, quòd nos caueamus,
ne & nos unquam à Christo, fugiamus. Fuit autem à
Christo, qui propter timorem humanum, uel ex ten
tatione diabolica, uel alias propter quamcunque pas
sionem, seu affectionem corruptam relinquit iusti-
tiam aut ueritatem: nam Christus est iustitia & ueri
tas. Et uniuersaliter in omni peccato mortali fugit
homo à Deo. Secundum est, quòd si nos aliquando

A ex fragilitate ad horam à Christo recedamus peccã
do: non ideo debemus desperare, sed cum apostolis
resurgere, & per pœnitentiam resipiscere. Tertium
est: quia (ut supra dictum est) ex fuga cæterorum di
scipulorum docetur cautela fugiendi minus idoneis
ad toleranda supplicia & aduersa, sicut ex pœnitẽtia
Petri ostẽditur reparatio lapsorum in martyrio pro
pter illa. Quartum est, si interdum hi qui uidẽtur ami
ci nostri, & proximi recedãt à nobis tempore neces
sitatis, uel aduersitatis, æquanimiter hoc feramus: me
mores, quòd & apostoli recesserunt à Christo his in
cumbentibus. In conformando se isti articulo reco-
gitet homo, quantum se elongauerit à Deo peccan- *Psal. 72.*
do, & ruminet illud Psalmistæ: *Quoniam qui elongant
B se à te, peribunt, perdidisti omnes qui fornicantur abs te,*
mihi autem adhærere Deo bonum est: ac oret Deũ
dicendo. Iesu qui electos discipulos tuos omnes à te
fugere permisisti, suscipe me fugitiuum seruum tuũ,
& tene uirtute omnipotentiæ tuæ, nec sine me abs te
propriæ uoluntatis arbitrio euagari. Attende nunc
diligenter, & uide quomodo Dominus Iesus patitur
se capi & ligari, & à discipulis derelictũ duci ad mor
tis suppliciũ: ac si esset malefactor, & omnino ĩpotẽs *Contemplatio.*
ad se defendendum. Cum quanto clamore putas ma
nus in eum iniecerunt: quàm crudeliter eum ligaue-
runt, quàm dirè strinxerunt, & quàm irreuerẽter tra
xerunt: considera etiam quomodo discipulis suis fu-
C gientibus, & errantibus compatitur: & quis fuit do-
lor quem discipuli amantissimi habuerunt, quando
oportuit quòd à magistro suo dilectissimo separarẽ
tur. O quàm inuiti, ò quàm tristes, ò quam desolati,
ò qualiter plorantes, ò quales uoces & clamores, ge-
mitus & suspiria dantes, sicut orphani & timore per-
territi recedebant. Et perpendere potes, quòd recedẽ
tes dicebant. O magister bone, ò dulcis pater, ò beni-
gne Domine, quomodo ita separamur à te? quomo
do pater sancte filij tui fugiũt à te? quò ibimus Domi
ne? hæc & multa alia dicere poterant. O quotiens re-
trò respiciebant, uidẽtes qualiter Dominus suus liga
tus & sine honore trahebatur. O quotiens se in terrã
ꝓiicebãt, & ad cęlũ clamabãt. Ex hoc. n. magis, & ma
D gis eorũ dolor augebat̃: q̃a uidebãt magistrũ & Do-
minũ suũ sic uiliter trahi, & canes illos pessimos mor
dentes, & ad uictimã eũ trahentes, quasi agnũ mãsue
tissimum sine clamore, & resistentia sequi. Quis enim
tũc doloris aculeus discipulorum corda penetrauit?
quando uidebant dilectissimum magistrum, & Do
minum suum tanquam malefactorem duci ad mor-
te? cùm & ille impijssimus Iudas pœnitẽtia ductus,
tanta postmodum fuerit ex hoc repletus amaritudi
ne, ut maluerit mori quàm uiuere: cogitare potes si
Domina mater sua ibi fuisset, quid fecisset? O Domi
na mea, quàm mala, & quàm amara erit tibi dies cra-
stina quando audies, & q̃ñ uidebis tã crudele specta
E culum? O Domine Iesu, quæ anima hæc cogitans po
test sustinere quòd non rumpatur præ dolore? Con
spice igitur eum quomodo ducitur ab illis nequissi-
mis de torrente sursum uersus Hierusalem festinãter,
& cum impetu: manibus retrò e regione dorsi ligatis:
& ut dr̃, catena collo suo ĩposita, exchlamidatus tuni
ca, nõ curiosè succinctus, capite discoopertus, & cur
uus ex fatigatiõe, & uehemẽti acceleratione ĩcedẽs:
& quomodo agnus innocẽs inter lupos ibat morda
ces. O q̃ violenter eũ impellebant per vallis Iosaphat
medium, & ad montis ascensum, quàm fatigatus, &
molestiis afflictus transiit per torrentem Cedron:
vt adimpleretur scriptura quæ dicit: de torrente, ama
ræ

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal.109. ræ scilicet passionis, in uia bibet. Et sic cum impetu tanquam contra latronem stridentes, & cum percutientes duxerunt eum per portas aureas, per quas in die palmarum intrauerat: quæ modo clausæ sunt: *& adduxerunt eum*, ligatum tanquam morte dignum *ad Annam primùm*, id est primo. Pluribus autem de causis ducebāt eum primò ad Annam. Quarum una est qa domus Annæ prior eis in uia occurrebat: & ideo turpe ei esset, & contemptus uideretur si domum suā antepositam præterissent: uel fortè illuc diuertebant, ne in uia longiori tumultus in populo fieret. Vel ministri faciebant hoc de uoluntate Caiphæ, uolēs Annam socerum suum honorare: ut diuino iudicio, qui erant affines sanguine, sociarentur in scelere. Itē quia Annas senior fuit quàm Caiphas: iudicium autem primò referebatur ad seniores, ut magis iustum appareret coram hominibus: ideo fecit eum Annæ primò præsentari, ut excusabilior esset, si ab Anna condemnatum ipse postmodum condemnaret. Item qa hi duo sacerdotium uicissim à gentibus emebant: & sibi per annos uicissim succedebant, & utilitatem in communi habebant: & ideo fecit eum præsentari Annæ tanquam coniudici, ad quem scire de iudicio pertinebat: & ut Christus magis dignus morte, & per cōsequens ipse Caiphas minori culpæ uideretur: si alterius quoque consacerdotis sui sententia, & coram iudicibus pluribus Christus condemnaretur. *Pōtificum iurisdictio.* Et licèt isti pontifices Iudæorum, non haberēt iudicium sanguinis: habebant tamen iudicium examinis: quia ipsi examinabant causas ad ritus Iudæorum spectantes: & postea miserūt ad præsidem Cæsaris causas instructas. secundum legem unus summus sacerdos per totam suam uitā officio pontificii fungebatur, cui post mortem filius succedebat, ut generationis in sacerdotibus series texeretur. Postmodum uerò inuidia & ambitione principum crescente, non solum patri nō succedebat filius, sed nec ultra annum quis officio fungebatur pontificatus, & hoc ipsum pecunia procurabat à Romanis. *Annas & Caiphas.* Vnde hi duo, scilicet Annas & Caiphas principes sacerdotum erant: licèt de tribu Leui non essent: & per uices annuas alternatim sacerdotium ministrabant: quod quolibet anno pro suis uicibus ab Herode emebant, & erat tunc annus Caiphæ cùm passus est Dominus, quia *erat pontifex anni illius*, id est administrationem anni illius habebat, quā uis iudicium & utilitas iudicij communiter amborū esset. Non ergo mirum si iniqui pontifices iniquè iudicauerunt: & officium pontificatus, tam nequiter adepti, rem sic nephariam gesserunt. Sæpe enim qui per auaritiam uel ambitionem ad sacerdotium & dignitatem accedit, per iniustitiam in eis seruatur, & sceleratum initium funesto fine consummatur. Vide simonia, ambitione, & schismate sacerdotium synagogæ deperisse: caueat hæc ecclesia, ne sibi contingat simile. *Ductus est Christus nouies.* Circa hunc articulum, scilicet ductionem Christi, est considerandum, quòd Christus in processione passionis suæ nouies hodie ductus fuit. Primò.n. mox ut captus fuit & ligatus, duxerunt eum ad Annam. Secundò, ab Anna ad Caipham. Tertiò, à Caipha ad Pilatum. Quartò, à Pilato ad Herodem. Quintò, ab Herode reductus est ad Pilatum. Sextò, milites duxerunt eum intrò in atrium prætorii, ubi illuserunt ei. Septimò, Pilatus duxit eum foras de prætorio portantem coronam, & uestem purpuream. Octauo, duxit eum foras prætorium, ad locum ubi sedit pro tribunali. Nonò, duxerunt eum ad crucis patibulum: *Visitatio nouem templorum.* & in qualibet istarum ductionum

A semper singulares pœnas, & contumelias passus est, sicut de singulis in suis locis patebit. Has nouem ductiones usque ad meridiem factas repræsentant fideles, qui hodie usque ad nonam circumeuntes uisitāt nouem ecclesias, in memoriam quòd Christus post quam captus fuit ductus est ad nouem loca. Et meritò fideles hodie sanctorum ecclesias uisitant, ut ab ipsis beneficia obtinere ualeant: nam hodie sancti ualde liberales esse debent quia hodie de carcere fuerūt liberati, & in cœleste imperiū sublimati. Si quis enim de carcere liberaretur, & in imperium sublimaretur, illam diē multum diligeret, & in illa die multum liberalis esset: sic & de sanctis credendum est. Fuit autem ductio Christi uiolenta: quia manu armata, & cū turba. B Fuit & ignominiosa: quia ducebatur uinctus, sicut malefactor, & morte dignus. Fuit etiam dolorosa: qa quantumcunque ipse uoluntariè cum eis iret: tamen in fune eū trahebāt ac impellebant, & pressuris obruebant: ita ut dicere posset illud Paralip. *Ex omni parte angustiæ me premunt.* *1. Paralip. 12.* Ex hoc articulo habentur quatuor documenta. *Documēta quatuor.* Primum est, quòd fideles in die parasceues nouem ecclesias, secundum nouem ductiones, in prima ecclesia rememorari debent, quid Christus passus fuit coram Anna. In secunda, quid coram Caipha. In tertia, quid coram Pilato: & sic deinceps, ut uidere potes in ordine supradicto. Secundum est, C quòd si quando forsitan causa Dei ducamur ad pœnam: cùm patientia toleremus, amore & exemplo eius, qui pro nobis ductus est innocens, sicut ouis ad occisionem. Tertium est, quòd licèt nos aliquando ducamur ad malum pœnæ: nunquā tamen patiamur nos duci ad malum culpæ: quia talibus ductionibus nullatenus consentire debemus: imò nec ad huiusmodi inuiti trahi, uel duci possumus: & ideo si quando inducamur ad tentationem: nequaquam tamen ducamur in tentationē, per peccati consensum. Quartum est, ut nos simus de facili ducibiles ad uiam iustitiæ, sicut Christus ualde faciliter, imo desiderāter ducebatur ad passionem: non repugnans nec renitens, nec remurmurans, & sicut ouis os suū non aperiens. D In conformando se isti articulo, recogitet homo quā exprobrabiliter, sicut fur uel latro Christus ductus fuit: & poterit etiam mentaliter uisitare nouem ecclesias, sicut deuotio dabit. Item formet sibi homo propositum se uelle cum gratia Dei ducibilē esse ad omne diuinum beneplacitum: & oret, dicens: *Iesu qui* uinctus uelut malefactor ab iniquis de loco ad locū exprobrabiliter duci uoluisti: da mihi uirtutem, ut ad nullum à spiritu maligno, uel homine malo seducar peccatum, sed spiritu tuo bono ducar ad omnia tuæ beneplacita uoluntati. *Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus*, scilicet Ioannes, sed à longè ex timore. Licèt enim isti sicut & alij primò ex timore fuissent: E postea tamen ex deuotione Iesum secuti sunt: quia feruentiores aliis erant, & præ cæteris Christum diligebant: & quia maior eos adinuicē uis dilectionis uniebat. Quòd Ioannes & Petrus Dominū ad passionē euntē sequuntur, significat ecclesiā de Iudæa & Gentibus Domini passionem secuturam: id est, imitaturam sed à longè & differenter: ecclesia enim pro se patitur, sed ille pro ecclesia: & passio sanctorum à longè imitatur passionem Christi, quia nō est dolor similis dolori eius. *Vita duplex.* Mysticè per hos duos discipulos duæ uitæ intelliguntur, qui Christum sequūtur: scilicet actiua, quæ per Petrum: & contemplatiua, quæ per Ioannem significatur. & actiua quidem sequitur Christum obediendo, contemplatiua verò cogno-

cognoscendo & contemplando. Et quia Ioānes erat notus pontifici, introiuit cum Iesu in atrium pontificis: quia propter notitiam permissus est intrare cum aliis. *Ioan. cur notus pōtifici.* Causa autem suæ notitiæ hæc esse poterat: quia fortè missus à patre suo pisces ad domum pontificis pluries portauerat. Vel fortè quia aliquis de cognatione eius ibidem seruiebat: uel, secūdum aliquos, de Dauid descenderat, quas genealogias sacerdotes habebant. *Et dixit Ioannes ostiariæ, & fecit introduci Petrum*, qui ex timore stabat foris ad ostium, quasi præsagiens futuræ negationis factum. Vnde in Psalm. *Psal.30.* *Qui uidebant me foras fugerunt à me.* Mysticè autem Ioannes intrauit cum Iesu, quia uita contemplatiua est ei familiaris: sed Petrus foris stabat, quia actiua uita circa exteriora occupatur. Per hoc autem quòd Ioannes fecit introduci Petrum, mysticè intelligi datur ꝙ per contemplatiuam introducitur ad Christum uita actiua: sicut enim ratio inferior dirigitur per superiorem: ita actiua per contemplatiuam. Sequere & tu eū usque ad atrium principis, & intra cum eo si poteris: ut singula quæ fiunt uidere merearis. Atrium uocabatur platea sub dio inter primam portam & secundam, ubi erant ministri principis circunsedentes ad ignem: inter quos stabat Petrus calefaciens se. Intus autem erant in consilio principes sacerdotum & scribæ, & seniores: & Dominus cum eis, sicut agnus inter lupos. *Negationis initiū.* Hic trina negatio Petri fuit inchoata: sed postea in domo Caiphæ consummata: & ideo propter continuationem materiæ, simul omnes tres infra sunt positæ. Ibidem ergo Domino Iesu in bello & conflictu duro & aspero permanente: tu aliquantulū non sine compassione & gemitu dormitabis & quiesces: si tamen poteris hoc facere.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui in agonia sanguinem sudasti: da mihi in ærumna peregrinationis huius tecum sudare, ut ociosa non marcescam requie, sed in sudore uultus mei uescar te pane uiuo: tuiq; sudoris sanguinei balsamum me ægrotum sanet, & cœlesti curiæ locum repræsentet: & qui Iudæ osculo te tradi in manus impiorum, & ligatum adduci ad Annam permisisti, ac uincula mortis æternæ nobis abstulisti, non permittas me tradi in manus crudelium: & rumpe uincula conscientiæ meæ malæ, ut securus decantem*: dirupisti uincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis. *Amen.* *Psal.115.*

De matutinis. Cap. LX.



A HORA matutinali excitaberis à somno tuo, plenus lachrymis, & dolore confectus: propter ea quæ post completorium cogitasti, & tunc meditaberis, & in spiritu tuo uidebis qualiter Dominus tuus sedet inter inimicos despectus & inhonoratus, & à suis discipulis, & amicis derelictus: & tot malis hominibus sociatus. *Matth.26. Marci.14. Lucæ 22. & Ioā.18.* O Domine Iesu, quomodo ita sedes tam contēptus & desolatus: ubi sunt discipuli tui, & amici? O unicum bonum meum. O singulare gaudium meū, quid faciam cùm te sic uideam? Certè Domine sedebo in terra tecum, & associabo te, quia non video hic qui diligat te: sed potius inimicos tuos insanos & demētes, q odiūt te. Iesu ergo statuto & stāte ligato ante B Annā pontificē *interrogauit* dolosè *Iesū pontifex de discipulis suis*: fortassis ubi essent, & cuius gratia eos colligit, ut uideret si posset eum deprehendere quòd ab eo seducti fuissent: *& de doctrina eius* non cognoscendæ ueritatis amore, sed ad uidēdum si posset ibi falsitatem, uel calumniam, & aliquid dictum contra legem inuenire: & sic causam haberet qua posset accusare eum, & tradere Romano præsidi ad damnandum. Duo enim imponebantur Christo à Iudæis: scilicet falsa doctrina & noua, ac seductio & attractio hominum ad se: & ideo pōtifex examinat eum de utroq;: uidelicet si esset seductor hominum, & doctor falsæ doctrinæ & primò de discipulis eius, quos uidebatur seduxisse. C Secundò, de doctrina eius, quasi notans eam falsam esse: dicitur autem Annas pontifex, non quia tunc actu esset, sed quia antè fuerat, & post esse debebat. Iesus uerò de discipulis omnino tacuit: quia tunc de ipsis nihil boni dicere potuit, qui iā fugerūt: dans nobis exemplum quòd malum de aliis non debemus dicere, nec peccatum alterius propalare. Sed de doctrina sua respondit: ostendēs quòd nō mala uel suspecta, sed bona & sana erat: quod declarat ex loco, & auditorum testimonio, dicens: *Ego palam locutus sum mundo*: id est in publico & multis audientibus: *ego semper docui in templo & synagoga* Iudæorum, locis publicis & Iudæis præsentibus, *& in occulto locutus sum nihil*: scilicet ideo ut occultaretur D & non innotesceret multis: *quid me interrogas*? à quo ueritatem audire non desideras: *interroga eos qui audierunt*: de quorum dictis nō habeas inuidiam uel suspicionem: quasi diceret, Paratus sum testimonium eorum subire, quod tibi magis quàm dictum meum est credibile. Vnde Chrysostomus. *Chrysosto. hom.82. in Ioan.* Quid agit me de discipulis meis interrogas? Interroga inimicos meos, qui insidiātur mihi hi dicant. Hæc enim est ueritatis inaltercabilis demonstratio, cùm inimicos quis eorū quæ dicit inuocat testes ipsos: ita Dominus responsionem temperauit, ut ueritatem taceret ne se defendere uideretur: dans nobis formam temperatè respōdendi hostibus: ita ut nec ueritatem celemus, nec eos contra nos dictis prouocemus. E Tunc unus ministrorum pontificis qui dicitur fuisse Malchus cuius sanauerat auriculam, ingratus accepti beneficij *dedit Iesu alapam*: repræsentans peruersos qui beneficijs impensis mala rependunt: & dixit, *sic respondes pontifici?* Ille enim minister sceleris accepit respōsionem Iesu: qua si notasset pontificem de stulta interrogatione: & dās sibi alapam, ad improperium, uoluit uindicare quod placabiliter non responderat pontifici, planè confitēdo, uel negando: quia alapa ut plurimum pro uindicandis offensionibus uerborum solet dari. In hac alapa impleta est prophetia illa: *Dabit percutienti se maxillam.* *Thren.3.* Est enim alapa, percussio in maxillam: sicut colaphus,

Universidad de Deusto Biblioteca

colaphus,est pcussio in collum. Ipse uerò Dominus longanimis & patiens, malum pro malo nõ reddidit: sed hanc contumeliam, sicut multas alias, quæ sequũtur, pro nobis cum omni patientia & mansuetudine tolerauit:& patientiam docuit, humiliter uultu placido,& submisso sermone modestè respondẽdo, & ueritatem ostendendo:ac ministrum, cui quamlibet pęnã solo iussu irrogare poterat, blandè & charitatiuè corripiendo. *Si* inquit, *malè* & contra ueritatem *locutus sum*,& habes reprehendere quæ dixi, demonstra *& testimonium perhibe de malo*:& proba me mendacẽ. *Si autem bene*,& non habes reprehẽdere, *quid me cedis iniustè*? Quid ista responsione uerius, mãsuetius,& iustius? Hinc colligimus nos posse increpare nobis iniuriantes,& arguere, ita tamẽ quòd moderatè & pecatè.

Prouer. 26.

Respondendum est enim, quãdoque stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens uideatur. O uerax & pie Iesu: quæ nam anima tibi deuota hæc cernens & audiens, ualeat se cõtinere à lachrymis & dolorẽ occultare ĩternæ passionis?

Chrysosto. hom. 82. in Ioan.

Vnde Chrysostomus: Vnus dedit alapam Iesu hæc dicẽti. Quid hoc fiet utiq; stultius? horreas cœlum, excessum mentis patiaris terra: dominatoris longanimitate, & seruorum indeuotione.

Augusti. tracta. 113 in Ioan.

Vnde & Augustinus: Si cogitemus, quis accepit alapam, nonne uellemus eum qui percusit aut cœlesti igne consumi, aut terra dehiscente absorberi, aut correptum dæmonio uolutari, aut aliqua huiusmodi qualibet pœna, uel ẽt grauiore puniri? Quid.n. horum per potentiam iubere non potuisset per quẽ factus est mundus: nisi patientiam nos maluisset docere, qua uincitur mundus? Hæc Augustinus.

Actiuũ. 1. Idem ibidem.

Sed, secũdum eundem Augustinum, dicet fortè aliquis: Quia cœpit Iesus facere & docere: cur non fecit quod docuit, præbendo alteram maxillam? Dicendum, ꝙ dicta & præcepta sacræ scripturæ ex factis Christi, & sanctorum debent interpretari: sic ergo sacra scriptura interpretanda est, secũdum quod Christus, & sancti eam seruauerunt. Christus autem qui utique præcepta quæ docuit prius impleuit,& in homine quem suscipere dignatus est, uiuendi nobis exemplum tribuit; nõ præbuit isti aliam maxillam, nec Paulus (ut in actibus legitur) hoc fecit: ostendens percutienti maxillam non actu ipso præbẽdam esse alteram, sed animo paratam esse ad patiendum si opus sit. Fieri enim potest, ut alteram maxillam uisibiliter homo prębeat & iratus. Sed beatus est qui in omnibus quæ iniustè pro iustitia patitur, potest ueraciter dicere: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.*

Psal. 56. Præcepta nõ secundũ literã intelligẽda.

Vnde istud Christi præceptum: de præbendo maxillam aliam: & similiter de non resistendo malo,& plura alia, non dãtur & intelliguntur absolutè & ad literam, sed magis secundum animi præparationem: ut homo habeat animum præparatum ad hæc faciẽda, ubi uiderit expedire ad Dei honorem,& ecclesiæ utilitatem: aliàs autẽ non:& hoc Dominus seruauit, qui paratus erat dare aliã maxillã (si opus fuisset) percutienti: quia totũ corpus suũ pęnis acerbissimis præbuit & occisioni, imò aliqñ expedit iniuriantibus respõdere ad ipsorũ & aliorum instructionem, sicut fecit hic Christus: Et ut in Actibus legitur Paulus.

Acto. 23.

Et aliquãdo ẽt facto resistere, ne detur occasio agendi malè. Sic ergo excusatio Domini, qua sic respondit, utilis ad instructionẽ fuit. Et multis aliis conuitiis ibidem fortè eum affecerunt: de quibus euangelistæ tacent. Ex hoc articulo alapizationis, habentur tria documẽta. Primum est, quia Christus pro nobis alapizari uoluit, ut nos ora nostra cõpescamus, ne quid contra diuinum honorẽ loquamur: & etiam ut ad bonum loquendũ uel agendum excitemur: sicut aliqñ aliquis percutitur, ut à torpore excitetur. Secundum est, ut & nos discamus in iniuriis & contumeliis nobis illatis patiẽtiam habere, imitatione Domini, q in hoc specialiter exemplũ magnæ patiẽtiæ dignatus est nobis pbere. Et sicut Christus eadem nocte omnes illusiones & uerecundias, ab iniquis sibi factas, patienter sustinuit: sic homo cõtumelias & opprobria, ac cuncta mala in uerbis, seu factis, ab importunis hominibus sibi illata patiẽter ferat amore sui redẽptoris, similia & multo maiora pp ipsum patientis. Tertium est, ꝙ cõsilia euangelica nõ semper oportet seruare ad literã: sed aliquando secundũ animi præparationem & maxime ubi de hoc ex factis Christi & sanctorum informationẽ habemus & authoritatẽ. Ad conformandũ se isti articulo, poterit homo sibiipsi dare alapam moderatã ad repræsentandum alapam Christi, pro oĩbus uerbis suis ociosis, uel etiam prauis & mendosis: & orare, dicens. Iesu q ab Annæ ministro cædi alapa uoluisti: da mihi quæso gratiam tuam, quæ me à tua laude nunquã cessare faciat, & ab ocioso sermone cõpescat. *Et misit Iesum Annas ligatũ*, quasi reum & morte dignũ, & iam corã eo condemnatũ *ad Caiphã põtificem*, quia Christi examinatio principaliter pertinebat ad ipsum: *& cõuenerunt omnes sacerdotes*, id est principes sacerdotum, *& scribæ*, id est legisperiti: *& seniores*, id est iudices ordinarii: ad examinandũ Christũ: & iudicandũ & ad tractãdũ de ipsius condẽnatione & morte. Cùm aũt pręsentatur cõsilio malignãtium aduersus eũ: illi quasi leo capta præda exultãt. Bene potes cogitare q̃ malè eũ receperũt, & quomodo sine honore fortè in terra uiliter corã ipsis sedere fecerunt.

Petri timentis charitas

Petrus autẽ & hic *usq; in atrium*, id est usquequo puenit ad atrium *principis sacerdotum, sequebatur eum*, ex deuotione & amore: quãuis à lõgè, pp timorẽ. Quem charitas trahebat timor retrahebat.

Beda in ca. 14. Marci.

Verùm, secundũ Bedã, in hoc maxima nobis est admiratione uenerãdus, ꝙ Dominũ non reliquit, etiam cùm timeret. *Et ingressus intrò*, scilicet in ipsum atrium, deductus per ostiariam similiter ut suprà: *sedebat cum ministris ad ignem, quia frigus erat*, sicut solet esse in Martio. Post mediam noctem *ut finem* negocii *uideret*, & quid pontifex de Domino iudicaret. *Principes autem sacerdotum & omne consilium*, qa uerũ *testimonium* inuenire nõ poterãt, *falsum quærebant*, procurando & subornãdo: *& non inuenerunt* unde eum tanquam morte dignum coram Pilato accusare possent, licèt multi falsi testes ad id procurandũ accessissẽt, quorũ testimonia nõ erãt cõueniẽtia: & sic defecerunt scrutantes scrutinia: mentita est.n. iniquitas sibi: ut regina aduersus Ioseph, & sacerdotes aduersus Susannam: quia ignis sine materia deficit.

Psal. 26. Gene. 39. Danie. 13. Origenes tracta. 35. in Matth.

Vbi Origenes: Falsa enim testimonia tunc locũ habent, quando cum colore aliquo proferuntur, sed nec color inueniebatur, qui posset contra Iesum adiuuare mendacia, quod maximam laudem exhibet Iesu, qui sic omnia irreprehensibiliter dixit & fecit, ut nulla uerisimilitudinẽ inuenirent in eo reprehensionis, mali & multi astuti. Hæc Origenes. Sed de omniũ testimoniis solum duorum testimonium exprimitur. de quibus subiungitur, *Nouissimè autem* scilicet post multorum falsa testimonia: *duo falsi testes dixerunt: Nos audiuimus eum dicentem, Possum destruere templum Dei hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactum ædificare.* Ex hoc aũt conabantur probare, ꝙ ipse diuinã potẽtiam quasi Deus sibi usurparet: sed falsi testes erant: quia & sensum, & uerba Christi mutabant:

mutabant: ad quod Christus nihil respondit: quia mẽtiebantur apertè: non.n. dixerat de hoc templo Salomonis, sed proprij corporis.

Hierony. in cap. 26. Matth.

Vnde Hierony. Falsus testis est, qui non eodem sensu dicta intelligit quo dicuntur. Dominus.n. dixerat de templo corporis sui: sed in uerbis calumniantur: & paucis additis, uel mutatis, quasi iustam calumniam faciunt: saluator dixerat, soluite hoc templum: illi commutant & aiũt, possum destruere templum Dei: uos (inquit) soluite, nõ ego: quia illicitũ est ut ipsi nobis manus inferamus: deinde illi euertunt, & post triduum ædificabo illud, ut propriè de templo Iudaico dixisse uideatur: Dominus autẽ ut ostenderet animale & spirans templum: dixerat, & ego in triduo suscitabo illud: aliud est suscitare: aliud est ædificare. Hæc Hieronymus. Dicẽs aũt Dominus; soluite: non dicit præcipiendo, sed prædicendo eis quid essent facturi: prædicens mortẽ suã, in qua corpus eius quod erat templũ deitatis, solutum est. Vnde sẽsus est, soluite: id est, soluetis corpus meũ per mortem, quam mihi inferetis, & in tribus diebus excitabo illud.

Excitare quid est.

Excitare est enim à somno mortis reuocare, quod propriè competit templo spirituali. s. suo corpori, sed reædificare propriè competit tẽplo materiali. Non maius tamẽ miraculum erat, tẽplum manufactum in tribus diebus reædificare, q̃ seipsum post mortem die tertia resuscitare. Item possent dici falsi testes ex falsa intentione: quia intendebãt mortem innocentis procurare.

Documenta de falso testimonio.

Ex hoc articulo. s. delatione falsi testimonii, sumuntur tria documenta. Primũ est, ꝙ nos falsum testimonium imò omnem falsitatẽ & mẽdacium summè detestemur: quia mendacijs & fallaciis Christus morti est addictus: & nos quotiens cunq; falsum testimonium & mendacium cõtra proximum proferimus, Christum (quantum in nobis est) morti addicimus.

Testis falsidicus tribus obnoxius.

unde quã detestabile sit istud crimẽ, ostẽdit Isidorus, dicẽs: Testis falsidicus tribus personis est obnoxius. Primùm Deo, quem periurãdo contemnit: consequenter iudici, quẽ mentiendo fallit: postremùm innocenti, quem falso testimonio lædit. Secundũ est, ꝙ nos discamus incriminationes, si nobis inferantur, amore Dei patienter sustinere: sicut Christus pro nobis ad omnes falsas ĩcriminationes simpliciter tacuit:

Mendacia aperta.

quia secundum Augustinum, Aperta mendacia non sunt responsione digna. Tertium est, ut nos fallacias studeamus, quantum cum Deo possumus, declinare: ad hoc.n. Dominus falsos testes sustinuit, ut nos ab eis eriperet: sicut etiã mortem sustinuit, ut nos à morte liberaret.

Conformatio.

Ad cõformãdum se isti articulo gratias homo referat Christo ꝙ falsos testes cõtra se admisit, ut nos ueritate fulciret, & sic oret: Iesu qui à Iudæis falsis testimoniis accusari uoluisti: da mihi nemini falsas calũnias inferre, & illatas pro tuo honore patienter sufferre. Vidẽs autẽ Caiphas princeps sacerdotum, ꝙ Iesus tacebat, & ꝙ testimonia cõtra eum producta ad eius cõdemnationẽ non sufficiebãt: perturbatus, quia non inueniebat locum calumniæ, & unde posset Iesum iustè cõdemnare: sicq; ira commotus, & uæsania mentis agitatus, *surgens* ex impatientia *in medium* de solio sacerdotali, ait illi: *Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersus te testificantur?* motu corporis insaniã mẽtis demonstrat: cũ temperantia & grauitas in verbo, opere, & gestu iudicem & prælatum deceat. secundum Bedam: Ad responsum prouocat: ut ex occasione sermonis locũ accusandi inueniat.

Tacendi ratio in Christo.

Iesus autem tacebat, et nihil respondit. Primò, ut ostẽderet suã iustitiam, quia & illi indigni erant, & ea q̃ contra ipsum dicebantur erant falsa, & responsione indigna. Secundò, suã misericordiã: ne illi amplius peccarent, si in malicia pdurarent. Tertiò, suã sapientiã: quia sciebat (ut Deus) ꝙ q̃cquid respõdisset, traxissent in calumniã, & responsio excusationis, nullo audiente, fuisset inutilis. Quartò, suã patientiam: ut exemplum daret contemnere calumniantiũ uoces, & potius fortiter silere, q̃ sine ullo pfectu defendere.

Quando nõ respondendum.

Hinc colligimus, porcis, & canibus, & detractoribus, uel quibuslibet, non esse respondendum, cùm nulla secutura sit utilitas, sed potius incõmoditas. Quanto aũt magis Iesus ad indignos respõsione eius tacebat, tanto magis pontifex furẽs eũ ad respõdendũ prouocabat, ut ex uerbis eius occasionem calumniandi captaret. Tunc.n *princeps sacerdotum* rursus interrogans dixit ei: *Adiuro te per Deum uiuum, ut dicas nobis si tu es Christus filius*. s. naturalis, *Dei benedicti?* Qui ad eum capiendum, quasi latronem miserat, nunc de furto & usurpatione deitatis examinat. Nõ tñ ueritatem Dei desiderat sed magis calumniam parat. Ad hoc aũt Iesus respondit, pp reuerentiam diuini nominis inuocati, *Et dixit illi: Tu dixisti, quia ego sum.* Veritatẽ eis respondit, ut inexcusabiles essent, & ne nomen Dei spernere uideretur. Et adiecit Dominus Iesus. *Veruntamen dico uobis, Amodò uidebitis* oculis corporeis, *filium hominis*. s. me quem modo cõtemnitis & ignominiosè tractatis, in die iudicij *sedentem*, ut iudicem, *à dextris uirtutis*, id est, maiestatis *Dei* patris, id est ĩ æqualitate & plenissima potestate patris.

Hierony. in cap. 26. Matth.

Hoc est, secundũ Hieronymũ, In uita regnãtem sempiterna, & uirtute diuina, *& uenientem*. s. ad iudicium secundum formam humanã *in nubibus cęli*, sicut ascẽdit, ubi uidebit eum oĩs oculus, & qui eum pupugerunt. Quasi dicat, uos me ut purum hominẽ contemnitis, & quasi impium condẽnatis, sed tñ propter hoc me exaltatum super omnes cęlos, & iudicem uidebitis. *Tũc princeps sacerdotum*, qui surrexerat in furore, magis insaniens *scidit uestimenta sua*, in rabie,

Beda in ca. 14. Marci.

quia secundũ Bedã, Quẽ de solio sacerdotali furor excusserat, eundem rabies ad scindendas uestes prouocat. Et in hoc facto Caiphas prophetauit, quanuis ipse nesciuerit. Bis.n. nesciens prophetauit: semel uerbo, qñ dixit, Expedit ut unus homo moriatur p populo, altera uice facto, ut patet in hoc loco,

Hierony. in cap. 26. Matth.

quia secundum Hieronymum, Per hoc ostendit Iudæos sacerdotalem gloriam perdidisse, dum enim uestem sibi discidit, ipsum quo tegebatur, uelamentum legis abiecit.

Beda in ca. 14. Marci.

Vnde & Beda. Altiori autem mysterio factum est, ut in passione Domini pontifex Iudæorum uestimenta sua scinderet: hoc est Ephod, cùm tunica Domini, nec ab ipsis qui eum crucifigere militibus scindi potuerit. Figurabatur enim quòd sacerdotium Iudæorum, pro sceleribus pontificum esset scindendum, & à statu suæ integritatis soluendum & auferendum, cùm soliditas ecclesiæ, seu fidei (quę uestis Dei solet appellari) nunquam ualeat scindi, uel disrumpi. Hoc est iam oculis cernere, quia uidemus Iudæos sacerdotii gloriam perdidisse & sedem à cæremonijs uacuam esse, ecclesiam uerò & fidem eius, quia supra petram fundata est, in sua soliditate permanere. Hæc Beda. Mos quippe erat Iudæis scindere uestimenta, in signum doloris & detestationis criminis, cùm aliquid blasphemię, & quasi contra Deum audiebant, sicut Paulus & Barnabas sciderũt uestes, cùm cultu diuino se honorari uidebant. Hoc autem tam enorme peccatum, princeps sacerdotum imponebat Christo, dicens exclamando: *Blasphemauit*, scilicet attribuendo sibi quod Dei est. Blasphemia enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,attribuere creaturæ quod solius Dei est, uel Deo quod solius creaturæ est. *Quid adhuc egemus testibus?* Quasi diceret,pro nihilo laboramus quærẽdo testes. *Ecce nunc*,id est in aperto & coram omnibus *audistis blasphemiam*. O miser & princeps nequam : non dixit Christus blasphemiam,sed veritatem:tuipse blasphemas,qui quod Dei est Deo non attribuit: sed filium Dei puram creaturam credis:& ideo blasphemia tua tecum est in perditionẽ. Sicut ergo Christus in mortis discrimine ad Caipham ductus ueritatem non deseruit: sed constanter se Dei filium cum omni modestia confessus fuit:sic uerus ipsius seruus,pp nullum temporale periculum debet ueritatem deserere : sed usq; in mortem constans perseuerare. Ex hoc articulo,impositionis blasphemiæ,sumitur documentũ qp nos debemus esse ab omni blasphemia puri & immunes,tã quò ad nos q̃ quò ad alios. Quũad nos quidẽ, ut nihil committamus,uel dicamus quo nomen Dei blasphematur. Quod fit multipliciter, ut siue quis expresse maledicat Deo,uel sanctis, siue quis blasphemet baptismum,uel alia ecclesiæ sacramenta. Blasphemat ẽt uerbum Dei qui contẽnit : & spiritum sanctũ blasphemat, qui sacris canonibus derogat. Christus igitur licèt non solũ à blasphemia,sed ẽt ab omni pecato purissimus fuerit, blasphemiam tñ sibi imponi ptulit ut nos puros à blasphemia custodiamus. Quò ad alios etiã,ut nos aliis blasphemiã non inferamus: ita qp per os nostrum nunquã uerbum blasphemiæ, uel maledicti exeat cõtra aliquẽ etiã maledictione digNum : sicuti iste Caiphas eo ipso blasphemus fuit, quo blasphemiã creatori impoSuit: & potuisset Christus respondere,nõ ego sed tu blasphemas:sed noluit Dominus per os suum exire aliqd̃ blasphemiæ uerbum,nobis in exẽplum. De quo ẽt pulchrã doctrinã habemus in epistola Iudæ,ubi dr̃ qp *Michael archãgelus cùm altercaretur cũ diabolo de Moysi corpore,nõ est ausus iudiciũ blasphemiæ inferre diabolo:sed dixit, imperet tibi Dominus.* Sup quo uerbo dicit Hierony. Si Michael non fuit ausus diabolo, certè maledictionis digniSimo,iudicium inferre blasphemiæ:quantomagis nos ab oi maledicto puri esse debemus? Merebat diabolus maledictũ,sed per os angeli blasphemia exire nõ debuit:Hęc Hierony. Si igitur diabolus,licèt uoluntate malus,in substãtia tñ bonus,ab angelo nõ blasphematur,quia aliquid proferret aduersus bonam naturã,quæ Dei est creatura,quãto magis ab hominibus blasphemia est cauenda in quamcunq; creaturam, & maximè in creatorem. Ad conformandum se isti articulo per contrarium benedicat homo Deo dicẽs illud : *Sit nomẽ Domini benedictũ: ex hoc nunc & usq; in seculum* : uel aliquid huiusmodi. Iesu qui blasphemiæ crimen falso tibi imponi uoluisti:custodi ne unquam per me nomen tuum uerbo,uel facto blasphemetur, nec per os meum blasphemia,uel maledictũ proferatur. Cùm autẽ princeps sacerdotũ dixisset : *ecce nunc audistis blasphemiam*:adiecit, *Quid uobis* nunc secundũ legem de hoc *uidetur*? Tunc illi omnes condemnauerunt eum:& *respondentes dixerunt reus est mortis*:cum tñ ueritatẽ dixisset eis. Ipsi erant accusantes:ipsi discutientes:ipsi sententiam proferentes. Secundum Bedã: Sententia sua se condẽnant, qui eum morti adiudicãt: quem & oris,& operis sui testimonio Deum esse cognoscere possunt. Et quidẽ in hæc uerè respõdisset, suppoSita ueritate facti: omnis.n.qui blasphemat nomen Dei,secundum legem reus est mortis: quia debet lapidari : sed quia factum super quo fundabatur quæstio fuit falsum:ideo responSio fuit falSa,ac prophana, & iniqua. Ex hoc articulo, condemnationis Christi ad mortem,habemus duo documẽta. Primũ est,ut caueamus ne unquam illa uox Iudęorum,reus est mortis,quæ Christi auribus innocenter insonuit nostris mentalibus auribus insonet : & in nobis locũ ueraciter habeat:nam de quocunq; existente in mortali peccato uerum est dicere reus est mortis. Secundum est,ut si qñ nos propter Christum à persecutoribus condemnemur ad mortem,non perturbemur: sed potius gaudeamus respiciẽtes ad mercedem. Ad conformandum se isti articulo, recogitet homo qualiter ipse sæpe propter demerita sua reum mortis se fecerit:sed dei misericordia sit hactenus cõseruatus pro sua emendatione,uel alias prout Deus inspirauerit. Iesu qui prophanã impiorum uocem.s.reum te esse mortis, minimè timuisti : custodi me ne in oculis tuis ęternæ mortis reus inueniar. *Tunc* qui circunstabãt omnes, ferè insimul irruerunt super Dominum Iesum,& illudebãt ei. *Alij spuebant in uultum eius* benigniSimum,tanquam in hominem uilem & pestiferum,& morte dignum.s.cõfessum se esse Deo æqualem:ut compleretur quod dictum est : *Faciem meam non auerti à confusione sputorum.* Proprium.n.Iudæorum erat,in cõtemptum ad uituperium & despectũ, spuere in faciem eius quem abiiciebant Et tam horribiliter & incessanter in facies hominum spuebant, ut quando eos suffocarent. Quid turpius? quid despectius ? quid ignominioSius & uituperioSius, q̃ in faciem expuere:& maximè in illam faciem speciosiSimam,in quã desiderant angeli prospicere? O quàm cæca æmulatio infœlicium Iudæorum,qui nõ exhoruerunt turpiSimis sputis suis maculare & deturpare faciem tam amabilem . Et nõ tantum simplicibus saliuæ sputis:sed ueriSimiliter ẽt execrationibus suis fœtidiSimis. Vnde Matthæus non dicit, spuerunt : sed,*expuerunt* quaSi excreando spuerunt. Marcus autem dicit, *conspuerunt*:quia non tantum unus,sed plures simul conspuerunt Et sic illa facies benedicta facta est,ita abominabilis,quaSi esset leprosa, ex sputis & uerberibus,quę ei ut subditur.*in faciem eum palmis dederunt* .Hoc est cõtra illos qui adulterinis coloribus ornare suas nituntur facies. Ex hoc articulo cõSputionis in facię, sumuntur duo documenta. Primũ est, qp nos diligenter caueamus ne & nos unquã, cum Iudæis,Christi faciem conspuamus: quod modis pluribus fit. Primò nanq;,secundum Hieronymum,faciẽ Christi cõSpuunt,qui conscientiã suã fędis cogitationibus & actionibus polluunt. Quia enim Christus cõScientiam sanctam inhabitat, in qua Dei facies, id est imago relucet:hinc est, qp qui conscientiam suam peccatis polluit,quaSi sputum in Christi faciem proicit Et ideo dicit Hieronymus, qp Dominus noSter in faciem suã conspui uoluit,ut sputaminibus suSceptis faciem animæ noStræ lauaret. Secundò,secundũ Rabanum,Illi in faciem Christi expuunt : qui præSentiã gratiæ eius execrãdis uerbis,ex interna cæcæ mẽtis insania cõceptis,respuunt, & eum in carne ueniSse negant. Tertiò,secundum Gregorium,in faciem Christi conspuunt, qui iuStos & sanctos in præSenti uita confutant,& in eorum contumelias fluxa uerba,quaSi fluentes saliuas mittunt . Quartò potest dici, qp ad literam Christum in faciem conspuunt, qui eucharistiam indignè sumunt. Quicunque enim polluta conscientia corpus Christi in os suum accipiunt:hi saliua suapeccato infecta, sacramentum cõtingunt,maculant & deglutiunt,ac per hoc infaciem Christi conspuunt. Quintò in faciem Christi conspuunt, qui prælatos suos contemnunt. Item sextò in faciẽ Christi despectiuè conspuunt, qui gratias Deo de quolibet sibi dato munere non agunt. Secundum documẽtum est,ut nos ista sputa turpiSima,& alia facta exprobrabilia paSSionis Christi,nobis ad magnam gloriam reputemus. Vnde Chrysostomus : Attende qp euangelista , cum summa diligentia ea quæ uidentur esse exprobratiSima exponit:nihil occultãs uel omittẽs,aut uerecundans,sed gloriam exiStimãs maximã, dominatorem orbis terrarum pro nobis talia SuStinere. Hæc aũt legamus continuẽ,hæc noStræ menti inscribamus, & in his gloriemur. Hæc Chrysostomus. Et si quidẽ istud documẽtũ poSsit referri ad singula puncta dominicæ paSSionis, ſcipuè tũ ad istud quod sic exprobratiSimũ fuit. Ad conformandũ se huic articulo formet homo in mẽte sua Christũ, tã horribiliter sputis in facie deturpatũ : & regratietur sibi pro magna gloria noStra Recogitet ẽt quotiẽs ipse faciẽ illam SpecioSiSimã in conscientia sua polluit. Itẽ quotiens indignè cõmunicando sputi sui contactu Christũ sordidauerit. Iesu q̃ immũdis Iudæorũ sputis pulcherrimã faciẽ tuã maculari voluiSti: da mihi tuę imaginis faciẽ in me nunquã meis sordidis actibus , tuã maculari uoluiSti:da mihi tuæ imaginis faciem in me nunquã meis sordidis actibus, aut cogitationibus in quinari. *Alij uelabant faciem eius*, qđ uelamen manet uSq; hodie sup corda eorum:q̃a ab eis faciẽ suam abscõdit. O insana cæcitas:& cæca insania infœlicium Iudæorum:q̃a illam desiderabilem faciem , quam aduẽturam patres eorum,& ,ppheтæ cum longo suSpirio desiderauerãt:ipSi infœlices cùm pSentem habuerũt, tam ignominioSè uelauerũt. Velauerũt, inquam (ut ait Beda) non ut ipse illorum scelera non uideat : sed ut à seipSis faciẽ & gratiã cognitionis eius abscõderent. Oftenderunt per hoc ẽt neScienter, qp in faciem Christi nullus infidelis & auerSus à Deo intueri põt: q̃a est ab eis uelata. Et similis rõ est de falSis Christianis. Sed sicut dicit Apostolus : Cùm q̃s cõuerSus fuerit ad Deum,tunc auferetur uelamen. Ex hoc articulo,uelationis faciei, habentur plura documenta. Primũ,qp nos summè caueamus,ne uelamen ante Christi faciem ponamus. Sed heu multi Christiani uelamẽ ante Christi faciẽ ponũt,qu ales sunt q̃ infronitè peccant. quaSi Deus cos nõ uideat, quales ẽt sunt q̃ sub uelamine cuiuSdã liberatis liberè peccant. Item uelamen ante Christi faciem ponunt,q̃ imaginem Dei in Se uelamine culpæ & ignorantiæ obtegunt & obScurãt. dicit.n. Hieronymus,qp ideo Christus pro nobis uelari uoluit,ut uelamine faciei suæ uelamen culpæ, & ignorãtię à cordibus noStris auferret. InSup faciẽ Christi uelant, q̃ à seipSis gratiã cognitionis eius abscõdunt. Item oculos Domini omnia uidentis uelãt: q̃ malum pro bono dant uel uendũt. Item hic est documentum,qp & nos debemus interdũ facies noStras uelare,ne oculi noStri uideãt uanitatem,uel saltẽ oculos habere defixos in terram:& sic faciem quaSi habere uelatam,ne capiatur in exteriorum aSpectu & concupiScentia. Ad conformandum se huic articulo recogitet homo, quomodo omnia nuda & aperta sunt oculis Dei,ut ex hoc trahatur à peccãdo. Itẽ memoretur, quomodo ipse luminoSam faciẽ imaginis Dei in se obtexit,& obScurauit peccatis. Iesu q̃ faciẽ tuam gratiSimã uelari uoluiSti:illuStra q̃So faciem tuam SuSper indignũ seruum tuum, & imaginem tuam in me non Sinas obScurari:uelamen quoq; culpæ & ignorãtiæ à corde meo digneris auferre. *Alij colaphis eum ceciderunt*:id est in collo pcusserunt. Solent in collo per cuti fatui, & despectibilis pSonis. Vnde in hoc qp Iudæi Christũ colaphizabant,non tam attenditur lęSio pcuSSionis q̃ maxima cõtumelia despectiõis. Ex hoc articulo colaphizationis tale habeẽt documentum:qp caueamus ne & nos aliqñ Christum colaphizemus. Secundũ Bedam, oẽs falli Christiani Christũ colaphizant:q̃ ore cõfitentur Christum,factis aũt negãt. Colaphus datur à retrò. Illi ergo colaphizant Dominum Christũ,q̃a ei blandiuntur,ore eum confitentur:sed retrò,quò deberent eum seq̃ per bonam uitam,colaphizant eum, malis operibus Christo contradicẽdo. Item Secundum Auguſtinum, Colaphis Christũ cædunt,q̃ ei honores pferunt. Item à tergo Christũ colaphis uerberat:qui proximum poSt tergum Suum infamat. Item est documẽtum,qp Sicut Christus ,p nobis est colaphizatus:Sic & nos colaphizationes Suas SpirituaLes quas plerunq; nobis infligit, non solũ patienter,sed & prudenter portemus:Sicut fecit Apoſtolus, q̃ dicebat : *Datus est mihi stimulus carnis meæ: angelus Satanæ qui me colaphizet: &c.* Ad cõformandum seSe huic articulo poterit homo sibiipSi dare colaphũ, in memoriam colaphorũ Christi. & Sic orare, Iesu qui à Iudæis colaphizari uoluiSti:da mihi Sic te ore confiteri,ut cõtrariis operibus nullatenus colaphizẽ. *Alij palmas in faciem ei dederunt* & faciem eius pcuSSerũt. Dr̃ autem palma(Secundum Papiam) manus extẽSa, uel applicata:Sic ut pugnus dr̃ manus compoSita. Manibus ergo extẽSis & palmis,eum in faciẽ pcuSSerunt ex qua pcuSSione plus affligitur homo, q̃ de pcuSSione in collo. In facie.n Sunt oẽs SenSus:& Sunt ibi membra tenera, facilè læSibilia. Vnde ueriSimile est , qp ex tali paSSiõe fluxerit Sanguis p nares & os, licèt hoc ab euangeliStis non exprimatur. O q̃ horrendum Seclus impiiSSimorum Iudęorum, quòd faciem tam formoSam,tam crudeliter uerberibus affecerunt. Secũdum Hieronymum : uoluit alapis expalmari : ut nos ei in laudem noStris manibus , Scilicet operibus & labijs applauderemus. Ex hoc articulo, percuSSionis in facie, habentur plura documenta. Primum est, qp nos exemplo Christi diScamus patienter SuStinere, Si quis nos in faciem cædat:Sicut Apoſtolus quoSdam in hoc commendat. Quod non Solum accipiendum est ad literam, Sicut in ,ppoSito Christus ad literã cæSus fuit in faciem, Sed etiam myStice, quia Sicut dicit gloSa ibidem, in faciem ęditur, in cuius os iniuria irrogatur. Nã & iSto modo Christus in faciem cæSus fuit , pro quãto multas iniurias & improperia ei in faciẽ obiecerunt. Sicut ergo Dominus noSter ab oĩbus talibus increpationibus, blasphemijs, pcuSSionibus, & sputis, faciẽ nunquã auertit: qnimmo uoluntariè ad omnia illa faciem Suã eis pro nobis obtulit: & Sic nos casu ingruente SuStinere Similia pro Christo non recuSemus. Secundum documentum est, ut caueamus ne & nos demus palmas in faciẽ Christi. quia Secundum Auguſtinum, Illi palmas in faciem Christi dant, qui perfidia cæcati eum in carnem non ueniSSe affirmãt: tanquã pSentiam eius exterminantes & repellentes. Item in faciem Christi illi sacerdotes palmas dãt, qui pollutis manibus corpus Christi tangunt, & contrectant. Item faciem Christi alapis contundit, qui proximum in præSentia Sua confundit. Ad conformandum se huic articulo, recogitet homo quotiens ipSe imaginem Dei in se offenderit, & paratus Sit Secundũ præparationẽ animi, pro Christo libenter uelle in faciem cædi: nõ Solum uerbaliter, Sed etiam realiter caSu oportuno . Item recogitet sacerdos, quotiens manus Suas pollutas in faciem Christi iniecerit: corpus

Universidad de Deusto
Biblioteca

suũ indignè tractãdo. Iesu qui Iudæorum manibus faciem tuam speciosissimam cædi uoluisti: da mihi imaginis tuæ faciem in me semper illibatã, illæsamq; conseruare: neq; iniquitatum mearum sceleratis manibus meis uioletur. *Et ministri alapis eum cædebant*: hoc est, in maxillas eum percutiebãt. de quo poteris meditari, sicut dictum est suprà de alapizatione corã Anna pontifice facta. Percutientes autem eum in capite, interrogabant eũ, dicentes: *Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?* Sed in qua nam parte capitis pcusserint eũ, tunc qñ hoc dicebãt, de hoc euãgelistæ diuersimodè loquũtur. Vnde potest dici, quòd cùm uelassent faciem eius, quilibet eorum percusit eum ubi uoluit: aliqui in collo, alij in facie, alij in maxillas: & sic *percutientes interrogauerunt eum, dicentes*: *Prophetiza nobis Christe, quis eſt qui te percussit?* Et hoc deriso riè dicebãt, quasi in contumeliam eius, qui se prophetam à populo haberi uolebat: & quem populus magnum prophetam reputabat: per hoc. n. designabant q̃ falsus propheta esset: & q̃ ignoraret quis eum percussisset. Vnde Theophilus dicit, q̃ Dominus prophetarum, ut pseudopropheta deluditur. Et quoniã ipsi eum illis uerbis irridebant, & quasi ludibrium de eo faciebant: idcirco eis nihil respõdebat. vt enim dicit Hieronymus: Stultũ erat uerberantibus respondere, & prophetare cẽdentem, cùm palàm percutientis insania uideretur. Ex hoc articulo ludibriosæ expetitionis prophetandi, habentur quatuor documenta. Primum est, q̃ non illudamus Christo, putantes mala nostra non uideri ab eo. Nam, secundum Bedam, Quicunq; reprobis actibus eum exacerbant, dũ suas cogitationes & opera tenebrarum ab eo uideri non putant: quasi illudẽtes dicũt, quis est qui te percusit? Secundum est, quòd consideremus nosmetipsos, si unquam manu praui operis Christum pcusserimus: quod si nescimus, expetamus pia fide à Christo qđ Iudæis irrisoriè ab eo exegerunt: ut prophetizet nobis, docendo nos cognoscere culpas nostras. Tertiũ est, quod nos cauere debemus: ne à Christo prophetiam, uel miraculum tentatiuè expetamus. Vnde Augustinus, Quantis mecum suggestionum machinationibus agit inimicus, ut signum aliq̃d petã? Sed obsecro te Domine, ut quemadmodum à melongè est ista cõsensio, ita sit semper longè atque longius ipsa cogitatio. Quartũ est, q̃ indignis non est effundendũ donum Dei. Vnde licet Christus esset uerus prophe ta, noluit tamen prophetizare irrisoribus suis. Sic & doctores pro tempore & loco debent uerbum Dei subtrahere auditoribus indignis. Ad conformãdum se huic articulo, recogitet homo quantam irrisionem & infatuationem Dominus noster in hoc facto est passus: & quomodo Iudæi ludum quasi puerorum fecerũt de eo: & oret dicẽdo, Iesu qui ludibrijs Iudęorum percussus in capite prophetizare exactus fuisti: prophetiza tu mihi obsecro Christe, ut cognoscam quis & qualis ego miser sum, qui totiẽs manu praui operis proh dolor te percusi. Insuper potes etiãme ditari, q̃ alii manu reuersa dulcissimũ & mellisfluũ os eius percutiebant: alij pugnis eum cædebant: alij sanctissimam barbã eius euellebant: alij per suos uenerabiles capillos ipsum trahebant: & uiliter inter pedes cõculcabãt, ac sine reuerẽtia & pietate aliqua Domiñ angelorũ malè tractabãt. Et nihilominus alia multa blasphemãtes dicebãt in eũ, & faciebant. Cùm. n. crudelissimi, & sine misericordia essent, omnia mala, & uituperia, q̃ poterãt, ei faciebãt: alij ex sua mala uolũtate ad hoc moti: alij ut placerẽt maioribus, q̃ erãt immanissimi. Quid ergo tu faceres si hæc uideres? nũ quid nõ te proijcere sup ipsum Dominũ, dicẽs: Noli te iã, nolite facere tãtum malum Domino meo, ecce me, facite mihi: ecce pcutite me, & Domino meo tãtas iniurias irrogare nolite. Et tũc amplexareris flexis genibus Dominũ & magistrũ tuũ: & sic suscipieres libẽter sup te pcussiones, ad tuẽdum ipsum. Qđ ita mẽ te facere recogites: & totũ sicut si pśens esses te factu rũ æstimes. Cõspice igitur singula, quomodo illi maledicti Dominum uexãt: falsos testes ꝓcurãt: ipsum examinant: & ueritatẽ. s. se filium Dei esse cõfessum, quasi blasphemũ condẽnãt; & quomodo opprobrijs uexatus in oĩbus patienter se habet: & cõpatere sibi, q̃ pro te oĩa sustinet, iugiterq; lachrymas fundẽs, spe ciosissimã facie eius, quã illi impudẽter suis illiniunt sputis, tu reuerẽter tuis laua lachrymis: q. s. n. audiẽs, uel mente pertractans: quomodo fuit factus opprobrium hominũ, ipse Dominus & gloria angelorum: & abiectio plebis, filius Dei patris, poterit se cõtinere à lachrymis? Vnde Anselmus: Cõcilio malignantium aduersum te pontificum pśentatus es, & ueritatẽ pro ut oportuit confessus, quasi de blasphemia adiudicatus es morti. Amãtissime Domine Iesu quãta illic indigna à ꝓpria gẽte ptulisti. Vultum tuum honorabilẽ in quem desiderant angeli prospicere, qui omnes cœlos adimplet lætitia, quẽ deprecantur omnes diui tes plebis, pollutis labijs, & sputis inquinauerunt, sacrilegis manibus cæciderunt, uelo operuerunt in derisionem, & te Dominum uniuersæ creaturæ, tã quã seruum cõtemptibilẽ colaphizauerunt: sed (ut ait Beda) ipso dispensante qui patitur, omnia ꝓ nobis fiũt, ut sicut Petrus hortatur, Christo in carne passo, nos eadem cogitatione armemur, atque ad tolerãda pro nomine eius irrisionum opprobria præparemur. Iudæi qui Christum deluserunt, olim in Philistæis hostibus Sampsonis præfigurati fuerunt. Sãpson enim quadam uice uoluntariè se ligari fecit: quẽ Philistæi captum excæcauerunt, & ei illudentes in derisionẽ ipsum habuerunt. Sic Christus sponte à Iudæis ligari, uelari illudiuoluit, & derideri, quadam autem uice dum Sãpsoni placuit, tunc se de inimicis horribiliter uindicauit. Sic in fine seculorum de inimicis Christi erit cùm ipse in maiestate, & potestate ad iudicium uenerit. Cõspice igitur Iesum præ cunctis meritò honorandum, indignè & uiliter tractari, & eum imitando discẽ humiliari, gratiamq; honoris spernere, & laudem humani fauoris contemnere. Cùm ergo homo foris uidens reputat te uilem in oculis suis: tu uilem te reputa in oculis Dei, nec murmures uel indigneris, si coram hominibus uilis reputaris, sed magis in oculis Dei, qui omnia nouit occulta, confundaris. Et caue ne malorum exemplo corruptus, Dominum potius exhortari uidearis, quàm imitari, qui enim tunc exhortatus est blasphemiis Iudęorum & infidelium, etiam nunc exhortatur uæsanis opprobrijs falsorum Christianorum: & nomine tenus fidelium, prout suprà in articulis illusionum huiusmodi est tactum. Cogita etiam qualiter dolebant Petrus & Ioannes, hæc percipientes, uel fortè uidentes. Et qualiter Petrus iam torpens frigore infidelitatis, *sedet calesaciens se*: exterius, cui calor charitatis & uerus ignis extinguebatur interius, & negat ter Dominum suum, timore perterritus. Nec mirum si accedit ad eum tentatio, qui se elongat à Christo. Primò quidem in atrio ab ancilla hostiaria compellatur, & negat. Vnde Gregorius: Vnius ancillæ uoce percussus, dum mortem timuit, uitam negauit. Sed cur ab ancilla prius prodatur Petrus, quàm à uiris, una ratio est ad cõfutationem præsumptionis: quia a muliere, non à uiro: ab ancilla, non à libera primò uictus est. Secunda ratio est, ut ostendatur omnis sexus & conditio in Domini peccasse nece, & redimi per eius passionem. Deinde post negationem, timens Petrus inter Iudæos diu stare, *exiuit foras ante atrium, & gallus cantauit*. Exeũdo autem animaduertit *eum alia ancilla*: & dum foris esset, *dixit ministris*, qui se calefaciebãt: & *hic cum Iesu erat*: sed postquam rediit quod dictum fuerat, Vnus de circunstantibus, secundum Lucam, sed plures de eis secundum Ioannem, ei idẽ dixerunt: & negat cum iuramento: Ecce argumentũ, q̃ ex uno peccato homo ruit in aliud grauius: Vnde Rabanus: Mora in peccato, dat incremẽtum scelerũ. Et Gregorius: Peccatũ quod pœnitentia non diluit, mox suo pondere ad aliud trahit. Et timens Petrus, iterum foras exiuit. *Et interuallo facto*, quasi horæ unius, *reuersus iterum*, secundum Mathæum & Marcũ, à multis, & secundum alios ab uno qui cognatus Malchi erat compellatur: & negat cum iuramento & detestatione, *& statim gallus*, secundò *cantauit*. Potest esse quòd multi tumultuantes, ibi stantes, Petro hoc dixerunt: uel unus eorum pro omnibus: & quasi in persona omniũ expressius, & acrius dixit ei. Et sic semel negat ante primum gallicantum: bis ante secundum. Non enim solum negat Christum, qui dicit eum nõ esse Christum, sed etiam qui cum sit negat se eius discipulum, uel membrum, uel qui negat se esse Christianum, Dominus enim non ait Petro, discipulum meum te negabis: sed, me negabis. Negauit ergo Petrus Christum, cum se negauit eius discipulũ: & isto modo se ẽt negauit Christianũ. Vbi Augustinus, Ecce medici completa est conditio, ægroti conuicta est præsumptio. Non enim factũ quod iste dixerat, animam meam pro te ponam: sed factum est quod ille prædixerat, ter me negabis. Et grauator in Petro culpa: & exaggeratur crimen, secundum processum negationũ, q̃a primò simpliciter negauit, secũdò negationi periuriũ addidit, sed tertiò adiecit piurio detestationẽ: *& cœpit anathematizare*. id est maledicere si biipsi, & maledictiõi se obligare, si cognouisset Iesũ. Anathematizatio. n. significat iurationẽ, q̃ est ꝓ execrationem, & cum imprecatione maledictionis, scilicet qñ aliquis imprecatur sibiipsi malũ pœnæ, & obligat se maledicto si ita sit sicut imponitur ei, uel nisi illud quod dicit sit uerum. Quidam dicunt totam tri nam negationẽ factam in atrio Annæ: & quæ dicta sunt inde, post missum Iesum ad Caipham, recapitulando dicta. Alii uerò dicunt, in atrio Caiphæ totã fatã: & secundũ hoc Ioannes anticipauit primã. Sed cõmunior opinio est, q̃ trina negatio incœpit in atrio Annæ, & cõpleta est in atrio Caiphę. Et hoc uidetur patere ex textu Ioannis: qui cùm non faciat mentionem de Caipha, sed solum de Anna: ponit primò unam negationem: deinde ea quę Annas interrogauit de Christo, & tandem prosequitur alias duas negationes, quæ factæ fuerunt postea in atrio Caiphæ. Et potuit esse quòd Ioannes esset notus utrique pontifici, & similiter introduxit Petrum in domũ utriusque prout suprà patuit, ubi Annas Iesum ad Caiphã misit. Cogita ẽt quomodo Dominus benignus magnus magister, conuersus à iustitia ad misericordiã, respexit diuinitus Petrum dilectum discipulum, in tertia uice, respectu miserationis & gratiæ: quia misericordia prouocat ad pœnitentiã, & est necessaria ad eã. Conuersio quidẽ ista & respectus fuit interior, &

Hierony. in cap. 26. Matthæi.

Beda in ca. 14. Marci.

Augusti. in soliloq.

Anselmus in speculo euangelicæ sermonis cap. 9.

Beda in ca. 14. Marci.

Figura illa sponsi Christi. Iud. 16.

Gregorius in 3. Ezech. pœnitentia lem.

spiritualis: non exterior, & corporalis: quia Dominus erat intus in auditorio, & superius cum principibus: Petrus autem foris in atrio, & inferius cum ministris & unus alium uidere non poterat oculis corporalibus. Vnde Leo papa: Dominus autem Iesus, qui intra pontificale cõcilium corpore tenebatur, trepidationẽ discipuli foris positi solo diuino intuitu uidit: pauentisque animum mox ut respexit erexit, & in fletum pœnitudinis concitauit. Vnde secũdum Augusti diuina Petri respectio nihil aliud fuit, nisi traditio in mente eius, quotiens iam Dominum negasset, & hoc quod Dominus ei prædixisset: atque ita misericorditer Domino eum respiciẽte pœniteret & fleret, sicut solemus dicere: Domine respice me, & respexit eũ Dominus, qui absq; periculo diuina misericordia liberatus est. Hæc autẽ recordatio fuit initiũ pœnitẽtię eius, quia secũdũ Chrysost. nihil ita curat delictũ, ut memoria Domini continua. Vnde & Beda: Respiciẽte Domino, Petrus ad eor reuersus maculam negationis pœnitentiæ lachrymis tergit: quia non solũ cùm agitur pœnitentia, uerumetiam ut agatur Dei misericordia necessaria est. Vnde Psal. *Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me, respice & exaudi me Domine Deus meus*: id est, miserere & adiuua. Hęc Beda. *Petrus autẽ* cognoscẽs q̃ Dominus eum audierat & respexerat: & hoc respectu cõmonitus, & ad amaras lachrymas prouocatus: *statim exiuit foras* de medio malorũ inter quos eum negauerat, & fugiens in caueam, seu foueam quæ modo gallicãtus appellatur: *fleuit amarè*: id est ex cordis amaritudine, & fletu contritionis qui amarus est. Fletus autẽ deuotionis est, suauissimus, intãtum ut pro cibo reputetur: secundũ illud Psalm. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte*. In ipso autem loco ubi post negationem fleuit, & pœnitentiẽ fecit, in memoriã amari fletus & pœnitẽtiæ eius, ædificata est ecclesia sancti Petri, qui locus est inter montem Sion, & ciuitatem Hierusalem. Exinde tunc Petrus traxit in consuetudinẽ, ut singulis noctibus surgens à primò gallorum cantu, usque ad horã matutinã staret in oratione, flens pro ista negatione: ita ꝙ facies eius uidebatur adusta ex fluxu lachrymarũ, & semp in sinu suo sudariũ portabat, quo crebrò fluentes lacrymas tergebat: quia quandocunque gallum cantantẽ audiebat, & quãdocunq; denegationẽ Christi recolebat, amarissimè flebat: tã pro peccato negationis, q̃ pro dulcedine amoris Domini. Vnde secundũ Chrysostũ. Flebat non ꝓ pœnam, sed quia dilectum negauerat: quod ei quolibet supplicio molestius erat. Attẽde nũc ubi Petrus negauit, & fuge omnem locum qui occasionẽ peccandi inducit. Vnde Ambro. Vbi tã negauit Petrus? nõ in mẽte, non in tẽplo, non in sua domo: sed in prætorio Iudæorum, in domo principis sacerdotum. Ibi negat, ubi Iesus ligatus est: ubi ueritas non est. unde & Hierony. In atrio cum ministris calefacit se ad ignẽ. Atrium sacerdotis, circuitus est secularis: ministri, dæmonia sunt: ignis, desideriũ carnale: cum q̃bus q̃ manet, flere peccata non põt. Hæc Hierony. Hinc nota q̃ malum est conuersari in curiis magnatum: Petrus. n. semel curiã intrauit: & ibi animi uigorem perdidit, & Christum negauit. Quid si diu ibi mansisset? unde nõ ibi, sed foris pœnituit. Sic stella à magis in curia Herodis disparuit, quibus inde egressis reapparuit. Exiuit itaque Petrus de atrio principis, ut liberum locum flẽdi haberet: quia inter impios pœnitentiam agere non ualebat: & cùm uellet flere, egressus est foras: quia palã flere non audebat: ne. s. ab alijs uideretur, & à lachry-

Mora in peccato. Gregorius hom. 11. in Ezechiele.

Leo papa sermone 9. de passione.

Augustii. li. 3. de consensu euãg. cap. 6.

Beda in ca. 22. Luce

Psal. 26.

Fletus Petri. Psal. 41. a

Flendi consuetudo.

Ambro. in cap. 22. Luca.

Exitus Petri de atrio

Anathematizatio, quid.

Contemplatio.

Conuersio Domini ad Petrum.

Universidad de Deusto Biblioteca

mis deprehenderetur. In quo & nos instruimur, ut uolētes insistere lachrymis, secretum locum quæramus. Vnde Beda: Quam nociua sane alloquia perfidorum: Petrus inter Iudæos, uel hominē se nosse negauit, quem inter condiscipulos Dei filium confessus erat. Sed nec in atrio Caiphæ retentus poterat agere pœnitentiam: egreditur foras, ut ab impiorum consilio secretus, pauidæ negationis sordes liberis fletibus abluat. Hæc Beda. Sic hodie multi in atrio magnorum introducti, Christum malis operibus negāt, & uix aut nunquam dum ibi sunt pœnitent: quia in magnatum domibus non est congruus pœnitentiæ locus: & ideo qui uult peccata uitare, & mala quæ fecit emendare, debet egredi de mala societate. Vnde Bernar. Periculosum est ualde si quis uelit inter turbas seculi pœnitentiam agere: ubi inimicorum alii uenenatis persuasionibus: alij undique exemplis peioribus ad peccandum alliciunt, alii adulationibus in uanam gloriam trahunt, alii detractionibus in impatientiam deiiciunt. Hæc Bernardus. Imitare ergo Petrum qui uoluntate, uerbo uel facto procaciter negasti Christum pro te passum. Cognoscit Petrus reatū suum dolet & pœnitet, egreditur foras, relinquit cōsilium malignantium, locum petit secretum, lachrymis & pœnitentiæ amicum. flet amarè: certissimè intelligens quia sacrificium Deo est spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Tu quoque rememorans passionem dilectissimi magistri & tuum reatum: foras cum Petro egredere ut teipsum defleas amarissimè, si quādo te respiciat, qui Petrum lachrymantem respexit. Hic est pœnitētiæ modus. Peccasti, quiesce, dole, & lachrymare, & disce cum Petro flere amarè: & si uis mereri ueniam, dilue lachrymis culpam tuam. Geminæ quoque amarificationis, scilicet contritionis pro te, & compassionis ad Christum inebrieris absinthio, ut expiatus cū Petro à reatu sceleris, replearis cū Petro spiritusanctitatis. Quia uerò dicit Ambrosius, De Petro nō inuenio quid dixerit: inuenio quòd fleuit: eius lachrymas lego, satisfactionem non lego. Videtur ex hoc quòd tanta fuit eius contritio, quòd sufficiebat pro eius satisfactione. Vnde Leo Papa: Fœlices o Apostole lachrymæ tuæ, quæ ad diluendam culpam negationis, uirtutem sacri habuere baptismatis. Inde est argumētum quòd contritio potest esse tanta quòd tollat omnem pœnam. Et nota ordinem pœnitentiæ Petri. Primò gallus cantauit: deinde Dominus Petrum respexit. Tertiò, Petrus flere cœpit: & tūc egressus foras, amarè fleuit. Sic hodie fit. Nam secūdum Gregorium Tunc nobis gallus cātat, quando prędicator q̄sque corda nostra ad compunctionem excitat. Sed cātus galli nō sufficit, nisi Dominus oculo pietatis peccatorem respiciat: quia oportet ut miser in tenebris permaneat, quandiu eum lux mūdi nō illuminat. Tūc autē tertiò, secundum Gregorium, incipimus flere, quando ignimur intus per scintillā conscientiæ. Et tunc foris eximus, cùm extra q̄d fuimus egredimur. Vnde & Beda: Petrus q̄ media nocte negauit, ad gallicantū pęnituit: & q̄d in tenebris obliuionis errauit, speratæ iā lucis rememoratiōe correxit. Hūc opinor gallum aliquem doctorem intelligēdum, qui nos iacētes excitat, & somnolentos increpat, dicens: euigilate iusti, & nolite peccare. Hæc Beda. Cogita nunc qualiter Petrus pro Domino suo, & ꝑ peccato suo plāgebat: & quomodo recogitabat bona quę sibi Dominus fecerat, & qualiter ipse eum negauerat. Dominus quidē intuitu suo spirituali prouocauit Petrū ad lachrymas: nec mirū: oculi enim Domini uelut flāma ignis: Petri uerò ut glacies erāt: & ideo intuitu suo resoluerūt illos sicut ignis glaciem resoluere solet, nec poterat in negationis tenebris permanere, quem lux mūdi respexit. O beati oculi tui Domine Iesu, qui ita calefaciunt cor frigidum, & accendunt in amorem tuū, & illuminant ut uideat homo creatorem & errorem suum. O q̄ citò gelicidium pectoris liquefaciūt, & in aquas amaritudinis & deuotionis cōuertūt. Vnde Anselmus: Intuere quàm piis oculis, q̄ misericorditer, quàm efficaciter tertiò negantē respexit Petrū: q̄n ille cōuersus, & in se reuersus, fleuit amarè. Vtinā bone Iesu tuus me dulcis respiciat oculus, qui totiēs ad uocem ancillæ procacis, carnis. s. meæ, prauis operibus affectibusq; negaui. Hæc Anselmus. Moraliter per primam ancillā ostiariā, quæ Petrum negare cogit, designatur cupiditas: per secundam, carnalis uoluptas: per unum seu plures qui astabāt, intelligūtur dæmones: his enim ad Christi negationem trahūtur homines. Prima ancilla. s. auaritia, quæ hodie in domibus multorum principum est ostiaria, quasi omnes intrare facit: q̄a sicut ostiarius intromittit quos uult: sic & auaritia idem facit. Vnde in Prouerbiis: *Donum hominis dilatat uiam eius, & ante principes spacium ei facit*: Timendum est ne expulsa charitate à domibus prælatorum, tanquam domina incipiat principari ancilla: quia charitas expellitur, dum cupiditas ingreditur: nā uenenū charitatis est cupiditatis. Huic carnalis delectatio & dæmones adhęrent qui Christum negare suadent. Per Petrum autem, qui interpretatur agnoscens, intelligi potest clericus, qui à longè sequitur Dominum: quia fortè nō ꝓp se, sed propter sua, qui multotiēs cupiditate deuictus negat Christum. O quot sunt hodie miseri curias principum sequētes, uix aut nunquam pœnitent dum sunt ibi. Ex hoc articulo negationis Petri plura habentur documenta. Primum est, q̄ prælatus ecclesiæ debet esse talis, qui infirmitatibus subditorum compati sciat, quia, secundum Gregorium, ideo Dominus Petrum cadere permisit, ut & fortius post casum resurgeret: & ut is qui futurus pastor ecclesiæ erat, in sua culpa disceret qualiter aliis misereri debuisset: & ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer aliena infirma toleraret. Et, secūdum Chrysostomum, Christus permisit Petrum labi, ut prælatis exemplum præberet fragilitati subditorū melius compatiendi. Nam, secundum eundem, ideo angelis nō est commissa sacerdotii potestas, ne cùm ipsi minimè peccarent, de sua innocentia præsumentes alios sine misericordia iudicarent: sed potius est collata homini fragili & peccanti, ut circa aliorum lapsum se mitē præbeat & benignū. Secundum est, quòd nullus debet se iactare & extollere: aut de sua uirtute, & uiribus præsumere. Vnde Leo papa: Ob hoc Petrus hęsitare permissus est, ut in ipso ecclesiæ principe conderetur remedium pœnitētię: & nemo auderet de sua uirtute confidere, quādo mutabilitatis periculum nec ille tātus potuisset euadere. Vnde Chrysostomus: Quod euāgelistæ scripserunt nos erudire uolentes, quantum malum sit non Deo totum concedere sed in seipso cōfidere. Vnde etiam Ambrosius. Hæc autem ideo scripta sunt, ut sciamus neminem se iactare debere. Nam si Petrus lapsus est quia dixit, & si aliis scādalizati fuerint in te, ego nō scādalizabor: quis alius iure de se præsumat? Denique & Dauid qui dixerat: *Ego dixi in abundantia mea nō mouebor in æternum*: Eam sibi iactantiā obfuisse profitetur, dicens: *Auertisti faciem tuam à me:*

&

Beda in ca. 14. Marci. — *Petrus imitādus in pœnitentia.* — *Psal. 50.* — *Ambro. in cap. 22. Lucæ.* — *Leo papa sermone 9. de passione.* — *Ordo pœnitentiæ in Petro.* — *Gregorius lib. 30. moraliū ca. 4.* — *Beda in ca. 22. Lucæ.* — *Anselmus de redēpt. gen. hum.* — *Prouer.* — *Gregorius hom. 21. in euang.* — *Chrysost. hom. 83. in Matth.* — *Leo sermone 9. de passione.* — *Chrysosto. hom 83. in Matth.* — *Ambro. in cap. 22. Lucæ.* — *Psal. 29.* — *Ibidem.*

& factus sum conturbatus. Tertium est, quòd in principio obstandum est peccatis: quia unum semper trahit ad se aliud grauius. Sicut ī ꝓposito primo fuit nuda negatio. Secundò, negationi accessit periurium. Tertiò, periurio accessit maledictio. Vel, sicut dicit Hieronymus, Prima ancilla, titubatio. Secunda, consensio. Tertius uir, actus est. Hæc est trina negatio, quā abluit per fletus uerbi Christi recordatio. Quartum est, quòd si nos quandoque ex fragilitate peccemus, nullo modo in peccato perseueremus: quia secūdum glosam, Perseuerare in peccato, dat incremēta scelerū: & q̄ spernit minima, cadit in maiora. Et secundū Grego. Peccatū q̄d pœnitentia nō diluit, mox ad aliud trahit. Ecce enim beatum Petrum ad primā negationem impulit una tantum ancilla: ad secundā, duo: scilicet ancilla & uir: ad tertiam, plures. Quintum est, quòd nullus peccator debet desperare, quantumcunq; peccata sint grauia: sed debet pro peccatis suis flere, exēplo beati Petri, qui culpā negationis abluit lachrymis pœnitentiæ. In hoc enim remedium nobis pœnitentiæ ostenditur, & in maximis excessibus ueniam sperare conceditur: cum Petrus post tantum peccatum factus sit ianitor cœli, ac omnibus norma & regula pęnitendi. Sextum est, quòd nos caueamus ne unquam Christum negemus. Christum namque negat quis in omni mortali peccato: quia consentiendo diabolo, abnegamus Christum, & recedimus ab eo. In conformādo se huic articulo, cogitet homo q̄ piè ipsum Deus respiciet, & tunc instar beati Petri rememoretur peccata sua breuiter & summariè: & ca quantum potest lachrymis saltem cordis defleat. Iesu qui à beato Petro apostolorum tuorum principe ter negari te pertulisti, quiq; eū misericorditer respiciens reatum suum amarè flere fecisti: respice quæso me oculo clementiæ tuæ, & concede me uerbis uel factis te nūquam negare, & peccata mea dignè deflere. Tandem fatigati principes Iudæorum, & ministri iniquitatis, & cæteri Iudæi recesserunt euntes ad dormiendum, & mittentes Dominum Iesum in quendam carcerem ibi subtus solarium, cuius adhuc uideri potest uestigium, ligauerunt eum ibi ad quandam columnā lapideam, cuius pars ibidem mutata fuit: & adhuc ut dicitur apparet. Dimiserunt nihilominus cum eo aliquos armatos, ad tutiorem custodiam, qui eum uexauerunt per totam noctem residuam, quasi non sufficeret dies ad complendum malitiam suam, derisionibusque & maledictionibus uacantes conuitiabantur ei dicentes: Putabas esse prudentior principibus, & melior Pharisæis: Nunc tua stultitia apparet, modo stas ut conuenit: & morte crudelissima citò morieris. Intuere igitur qualiter illis audaces & pessimi conuitiantur eidem & insultant: & modo unus, modo alius uerbis, & fortè etiam factis contra eum insurgunt. Tanta enim dicunt & faciunt, & irreuerenter huiusmodi mercennarii & uilissimi quanta possunt. Vnde Anselmus: Nox insomnis tota ducebatur nulla prorsus requies Iesu præstabatur: ministrorum impia plebs iniuriatur, alapis & colaphis innocens mactatur. Intuere nunc opprobriis Dominum uerecundum, in tormentis uerò patientem, & uultū semper ad terram habentem, & silentem ad omnia, tanquam uerè esset deprehensus in culpa, & mira cordis contritione compatere creatori. Hæc Anselmus. Et sic stat Dominus rectus ad istam columnam ligatus & saturatus opprobriis usque mane, afflictus nimis frigore & labore: quia hyems erat & noctes longæ. Tu ergo ibis ad eum, & uehementer sibi compatiēs dices ad ipsum. O Domine ad quorum manus uenisti? Quanta est patientia tua: Verè ista est hora tenebrarum. Et tunc deuotissimè osculaberis manus & pedes eius uenerabiles, & uincula illa durissima, & sedebis ibi ad pedes illius dolens & lugens & dices: O Domine Iesu saltem requiescat caput tuū super humerum meū, ex quo te liberare non possum. Et tunc recommendabis te ei, & omnes amicos tuos, & totum absque dubio concedet tibi quicquid rogaueris & petieris ab eo. Et dices ei: O Domine quid dicam in crastinum dignissimæ matri tuæ? Et sic ad pedes beatissimos aliquantulum dormitabis & quiesces, si tamen dormire potes in tali statu Dominum tuum uidens.

Principiis obstandum. — *Hierony. in cap. 14. Marci.* — *Gregorius hom. 11. in Ezechielem.* — *Anselmus in speculo. Contemplatio.*

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui hora matutina coram Anna à ministro alapam suscepisti, & te ligatum ad Caypham duci permisisti, & tota nocte multa opprobria & incommoda pertulisti: tribue quæso mihi peccatori ut similia pati gaudeam pro gloria tui nominis, & gaudijs perfrui merear æternis. Illis quoq; tuæ pietatis oculis quibus tunc Petrum respexisti, me miserum frequenter respicias: qui te totiens prauis cogitationibus, locutionibus, operibus, negligētijsque negaui: ut ualeam defectus meos cognoscere & inde pœnitere: ac ueniam & gratiam merear apud te inuenire. Amen.*

De prima. Cap. LXI.



HORA primè corde doloroso & mœsto meditaueris, qualiter *mane quando dies est factus* tempestiuè *conuenerunt*, apud Caipham *principes sacerdotum*, id est, pōtifices, qui præcellebant reuerentia dignitatis: *ac seniores populi*, qui præcellebant reuerentia ætatis: *& scribæ*, qui præcellebant reuerentia doctrinæ legalis: *ad consilium aduersus Iesum, ut traderent eum morti*, & fecerunt Dominum tuum dulcē Iesum nimis afflictū ibi adduci. Hic est cōuentus malignantiū, cuius prior siue abbas erat Caiphas, qui erat pōtifex anni illius. Cùm autem uolunt eum de domo ducere, dicunt ei: Iesu quid facis: ibimus an non? Veni quia principes & sacerdotes mandant, quòd ducaris ad consilium, ubi te expectant cum populo, uolentes te tradere Pilato ut moriaris. Tu autem si adhuc cogites te cum ipso esse, dices cum magna compassione: Heu Domine mi, heu magister bone: quia iam te uolunt per-

Luca 22. & 23. Math. 27. Marci 15. & Ioā. 18.

 dere.

Universidad de Deusto Biblioteca

dere. Iam volunt te morti tradere. O Domine quid ego miser faciam? O quàm crudeles, & quàm dolorosi rumores? O Domine quàm lugubrem uisionem habebit tua mater dulcissima, quàm amaros rumores audiet tam ipsa quàm omnes qui te diligũt cũ ea. O Domine quid ego miser faciã? Ibo tecũ Domine, uel ibo nunciare & dicere, Dominæ meæ benignæ matri tuæ ut ueniat ad te. Postea uidebis quomodo ducunt eum tanquam agnum mansuetum, qui portatur ad uictimam, & quomodo intrat ligatus & afflictus, & omnes in eum respiciunt, & insultantes ei dicunt: O bone Iesu hic es? Quomodo si propheta eras, istud non præuidebas? Talia & multa similia poterant ei dicere illi maledicti. Cõsidera modo quantũ Iudæi sitiebant sanguinem Iesu Christi, qui summo mane quærebant sententiam de morte eius dari. Nã tanta erat eorum nequitia, ut nulla mora interponeretur, quin occidendus Pilato traderetur. Et sic bis fuit consiliũ impiorum aduersus Iesum: primò, ante gallicantum, ut uisum est superius: secũdò, mane quãdo dies est factus. Quia enim ex testimonijs præhabitis nõ habebat aliquid, unde coram Pilato sicut reus mortis accusari posset: ideo ulterius cõsulebant, qualiter eum morte dignum accusarẽt. Et tunc dixerunt ei: *Si tu es Christus*, id est, rex & unctus, *dic nobis*. Vbi *Beda in ca. 22. Lucæ* Beda: Non ueritatem desiderabant: sed calumniam præparabant. Siquidem Christum hominem tãtum modo de stirpe Dauid uenturum sperantes, hoc ab eo quærebant: ut si diceret, ego sum Christus, calumniaretur quòd sibi regiam potestatem arrogaret: & ob hoc à rege puniendus esset. Et ait illis: *Si uobis dixero* scilicet ꝙ sim Christus, *non creditis mihi*: sicut & alias non credidistis nec uerbis meis, nec factis. *Si autem interrogauero uos, non respondebitis mihi*: sicut nec alias respondistis, cùm interrogarẽ, Quomodo Christus filius Dauid esset: *neque dimittetis* scilicet me, qui tamen sum innocens. *Ex hoc autem*, scilicet tempore: id est, post tempus passionis & ascensionis, *erit filius hominis sedens a dextris uirtutis Dei*, id est, in potioribus bonis patris, secundum humanitatem: sed in æqualitate patris, secundum diuinitatem. Vnde bene dixit, *filius hominis*: quia inquantum filius Dei semper fuit æqualis patri, & sedens ad dexteram patris: quasi diceret, Ero in uita regnans sempiterna & uirtute diuina, cùm hic infirmus coram uobis appaream. Vbi Theophilus: Quasi diceret, Non est uobis de cætero tempus sermonum & doctrinæ, sed deinceps iudicij tempus erit, cùm uidebitis me filium hominis sedentem à dextris uirtutis Dei. Tunc *dixerunt omnes: Tu ergo es filius Dei*, scilicet naturalis. Qui ait: *Vos dicitis: quia ego sum*. Quasi diceret: Ego nec dico, nec nego: sed uos dicitis, quamuis non credatis. Sua ergo sententia condemnantur. *Beda ibidẽ.* Vbi Beda. Ita responsionem suã temperat, & ut uerum dicat, & sermo eius calumniæ non pateat. Maluit.n.se Christum filiũ Dei probare, q̃ dicere: ut condemnandi cã toleretur his, qui quod obiiciunt hoc ipsi fatentur. Quam tñ responsionem ipsi blasphemiam reputantes dixerunt: *Quid adhuc desideramus testimonium*? s. ad probãdum ꝙ se Christum dicat, & Dei filium. Hæc duo grauius ponderabant: scilicet ꝙ se Christum & Dei filium dicebat, eo quòd unum uidebatur esse contra Deum: reliquum cõtra Romanum imperium. *Ipsi enim audiuimus de ore eius.* O insensati, excęcauit uos malitia uestra. Audistis ex ore eius Dei reuerentiam qua erat colendus, & non *Beda ibidem.* blasphemiam qua esset crucifigẽdus. Ergo, ut ait Beda, sua se sententia condemnant, qui eum morti tradunt: quem oris, & operis testimonio Deum esse cognoscunt. Et post multa quæ contra eum fecerunt, ut æstimo, sicut in nocte fecerant, *adduxerunt eum uinctum*, *Adductio ad Pilatũ.* à domo Caiphæ pontificis, ad domũ Pilati præsidis Romanæ potestatis, ad quem ꝑtinebat iudiciũ in causa sanguinis: ut.s. Pilato totum imponeretur, & ipsi immunes reputarentur: duxerunt, inquam, eum uinctum, manibus post tergum ligatis, & cum multis conuiciis ac contumelijs: & ut dicitur catena in collo eius posita, quæ postea ostendebatur in Hierusalem peregrinis pro deuotione magna, qui & ipsi submittebant in ea colla sua. Cogita nunc, cum quanto opprobrio ducitur per medium ciuitatis Hierusalem, conuitiantibus principibus Sacerdotum & Pharisęis atq; dicentibus: Veni nobiscum latro, & deceptor populi, nunc tua maleficia finem habebũt in breui: Horrẽda prorsus impietas, quæ tantis iniuriis satiari non potuit: quin potius ferali rabie fremens, impio iudici, tanquam rabido cani, animam iusti deglutiendam exposuit. *Tunc uidens Iudas quòd Iesus damnatus esset*, cõsilio sacerdotum & seniorum, id est, dãnationi & morti adiudicatus: consuetudo.n.erat Iudæorum, ut quem reum mortis iudicassent, uinctũ præsidi traderent: ut dum præses uinctum teneret, morti addictũ *Cõsuetudo damnati.* intelligeret: *pœnitentia ductus* infructuosa tamen, quia sine spe ueniæ erat: *retulit precium*, scilicet triginta argenteos, *principibus sacerdotum & senioribus populi*, à quibus malè acceperat: in tua potestate esset persecutorum sententiam mutare: & quasi eodem precio quo Christum Dominum uendidit, posset eum redimere. Multi enim possunt alicui mala persuadere, quę tamen pœnitentia ducti post non poterunt dissuadere, uel in bonum cõuertere. Si ergo Iudas restituit pecuniam malè acquisitam: quomodo usurarius tenet usuram, & simoniacus præbendam, uel quicunque rem alienam? Credibile est quòd lata sententia contra Christum, illi qui principales fuerunt in morte Christi, redierunt ad templum: & tunc uenit Iudas, *pœnitentia ductus*, id est, angustia quadam & tristitia tactus, quæ tamen non ualuit: quia non propter amorem Dei, sed propter enormitatem rei tristis fuit: *& retulit argenteos, dicens: Peccaui tradens sanguinem iustum*. Non ualuit Iudæ ista confessio, quia deerat spes uenię & salutis. Vbi Chrysostomus: *Chrysosto. hom. 86. in Mathæum* Vide ueritatem undiq; fulgẽtem, proditor de seipso dat testimonium, & eorum q condemnauerũt oppilat ora. *At illi* deridentes eum, *dixerunt: quid ad nos*.s. de peccato tuo, q nõ sumus rei in hoc facto: *Tu uideris* & senties te peccasse: sed nihil ad nos ꝑtinet, & nobis de hoc non est cura. Professio hæc audax est, atq; cæca. *Professio Iudæorum audax & cæca.* Emisse se iusti sanguinem audiunt, & tñ extra reatum se esse credunt, & in uendente scelus constituunt. Vnde secundum Chrysostomum, Accusatio *Idem ibidem.* sacerdotũ est, qui non egerunt pœnitentiam ẽt Iuda pœnitente. *Et* uidens Iudas ꝙ eum deridebãt, lapsus in desperationem, *proiectis argenteis in templo*, unde receptierant, *recessit: & abiens laqueo se*, ex desperatione *suspẽdit*, ex quo patet ꝙ cupiditas sua nihil sibi ualuit. Maluit se quàm denarios perdere: denarios templo, seipsũ diabolo tradidit & laqueo. Hic habemus duo exempla. *Auaritia laqueus diaboli.* Primum est, quòd auaritia non est aliud q̃ quidam laqueus diaboli, per quem suspẽdit auaros. Secundum exemplum est, quòd crudelitas præsidentis, est occasio desperationis peccatoris. *Desperatio subditorũ unde.* Iudas enim retulit pecuniam, pœnitentia ductus, & peccatum suum est confessus: sed quia principes durè responderunt sibi, dicentes: *quid ad nos? tu uideris*: desperatus

ratus *abiens laqueo se suspendit*. sic frequenter circa peccatorem accidit. Iudas laqueo se suspendit in terræ meditulio, indignus hominum & angelorum consortio. Indignus colligi inter angelos qui in cœlis sunt, indignus etiam colligi inter homines qui in terra: socius factus dæmonum, quibus deputatus est aer iste caliginosus in carcerem, usque ad iudicium. Sunt autem tres rationes, quare tali morte decuit proditorẽ interire. Prima, ut eleuatus in aere, socium se ostenderet dæmonum, in hoc aere caliginoso habitantiũ. Secunda, quia paciscendo locutus fuerat, in gutture punitur: ut arteriæ quæ uocem proditionis emiserant punirentur: quia per quæ peccauit quis, per hæc & torquetur. Tertia, ut cœlo & terræ exosus ostenderetur: quia non solum proditionis culpam emendare nequiuit, sed etiam homicidij proprij scelus addidit. *Iudæorum duritia.* Mirabilis duritia Iudæorum: quos nec confessio peccati, nec restitutio precij, nec operatio proprij suspendij emolliuit: quia nec pęnitenti, nec proijcienti, nec suspendenti Iudæ crediderunt. Cum Iuda quippe seipsos suspendunt, qui ueniam petere & satisfactioni intendere nolunt. *Cur medius crepuit Iudas.* *Et crepuit medius* effusis uisceribus: rupto enim laqueo putatur cecidisse, & crepuisse: & in hoc quodammodo delatum est ori quo osculatus Dominum fuerat, ne per os damnata anima exiret: non enim tam uiliter inquinari debuit, quod tam gloriosum scilicet os Christi contigerat. Dignum enim erat ut uiscera quæ proditionem conceperant, rupta caderent: & guttur quo uox proditionis exierat, laqueo arctaretur. Sæpe enim modus pœnæ exprimit modum culpæ. Væ Iudæ, quia ad fontem misericordiæ per spem ueniæ non rediit: sed proprij sceleris immanitate perterritus desperauit. Et *Hierony. in cap. 27. Matth.* ideo dicit Hierony. quòd magis Iudas offendit Deũ quando se suspendit, quàm in hoc quòd eum prodidit. *Dixeruntque* sacerdotes, *quia non liceret* ipsos argenteos *mitti*, id est remitti, *in corbanum*: id est, in gazophilacium, unde eos tulerant: *quia precium sanguinis & mortis erat*: quod ibi mittere noluerunt, cauentes scilicet ne sacros loculos pecunia cruenta pollue- *Matt. 23. Hierony. ibidem.* rent. Secundum Hieronymum, Verè culicem liquantes, & camelum glutientes. Si enim ideo pecuniam, quia precium sanguinis est, in corbanum hoc est in gazophilacium, & inter dona Dei non mittunt: cur ipsum sanguinem fundunt? Vnde & Augustinus. Qualis illa innocentiæ simulatio fuit, pecuniam sanguinis nõ mittere in arcã, & ipsum sanguinẽ mittere in conscientiã? Et *consilio* inter se *habito emerũt ex eis agrum* cuiusdam *figuli, in sepulturam* mortuorum, scilicet *peregrinorum*, qui non habebant sepulchrum proprium: qui dictus est *acheldemach*, id est, ager sanguinis, in detestationem proditoris Iudæ & memoriam passionis Iesu Christi: quia enim preciũ mortis fuerant, in usum mortuorum, & hoc peregrinorum eos tradiderunt. Quod fecerunt, non in misericordiam, sed in saluatoris infamiam: simulando pietatẽ, & intẽdendo iniquitatem: ut longè lateque diffamaretur emptio, & propter hoc addita est impositio nominis, & uocatus est *ager sanguinis*, id est, emptus precio sanguinis: ut esset frequens rememoratio facti in detestationem nominis Christi. A parte montis Sion in uallem Iosaphat descendendo, iuxta natatoriam Siloe contra Austrum, ad iactum lapidis ultra uallem, est ager acheldemach, ubi est sepultura peregrinorum, ubi fuit monasterium seu ecclesia omniũ sanctorum. *Mysticè.* In hoc quòd de precio sanguinis emerũt agrum in sepulturam peregrinorum, Mysticè datur intelligi, quòd Christus per suum sanguinem nobis peregrinis emit quietem perpetuam, & gaudium paradisi. Vnde Glosa: Magnum sacramentum latet in factis iniquitatis. Figulus est Deus, in cuius manu est ex eodem luto facere aliud uas in honorem, aliud in contumeliam: ager eius est seculũ, quod uniuersum precio sanguinis eius emitur: ut ei commortui sepeliantur peregrini, non utique Israel: sed alieni qui in precio sanguinis eius sepulti æternam requiem sortientur. Vnde & Hieronymus: *Hierony. in cap. 27. Matth.* Nos ergo qui peregrini eramus à lege & prophetis, praua Iudæorũ studia in salutẽ suscepimus, & in precio sanguinis Christi requiescimus. Vnde etiam Augustinus: *Augusti. serm. 128. de tẽpore.* Peregrinis, inquam, qui sine domo & patria & toto orbe exules iactabãtur, requies Christi sanguine prouidetur. Istos autem peregrinos dicimus esse deuotissimos Christianos, qui renunciantes seculo, & nihil possidentes in mundo, in Christi sanguine requiescunt. Hæc Augustinus. *Maria resciẽs filiũ captum.* Cùm autẽ per omnes plateas Hierusalem diceretur quòd Dominus Iesus captus esset, & quomodo Iudæi eum crucifigere uellent: percipiẽs hos rumores terribiles dolorosa mater eius, quę tamen cum primò caperetur, hoc in spiritu (ut dicitur) cognouerat: ducta est cum inæstimabili lamento & fletu, & planctu à sororibus suis & alijs, quasi mortua. Et uenit ad uidendum filium suum dilectũ, plorans incessanter per ciuitatem Hierusalem, & dicens: Heu me, ubi est nunc amãtissimus filius meus? Vbi es dulcissime fili? Vbi te inueniam? quis te cepit charissime? Quare te mihi abstulerunt benignissime? Hæc & his similia poterat dicere, & multomagis mouentia mentes audientium, etiam infidelium, ad deuotionem & compassionem. Aestimo quòd omnes qui uiderunt eam dicerent: O quàm malè est isti bonę mulieri. Si uidistis parem dolorem? Et cùm ipsa ac sorores eius & alij qui secum uenerant, uiderẽt eum sic ligatum, afflictum, consputum, ab omnibus despectum, à discipulis derelictum: ac omni solatio & auxilio destitutum, non loquentem, non se excusantem, sic uituperabiliter, & sic enormiter à tanta multitudine armatorum crudelium duci, ad sistendum tribunali iudicis iniqui, & condemnandum eum morti: quanto sunt dolore & amaritudine repleti nõ posset dici, uel sermone explicari. Credo quòd quasi mortui in terram prosternebantur coram eo. Dominus etiam uidens matrem, & alios in tãto dolore, ualde dolebat & ipse. Multum enim affligebatur ex compassione quam ad suos & maximè ad matrem habebat: sciebat enim quòd pro ipso usque ad euulsionem animæ à corpore dolebant. Et sic Domino ubique & semper dolor multiplicabatur non modicum: dolorem enim matris & suorum reputabat suum: in illo ergo mutuo conspectu magnus ualde dolor fuit utrinque. Sequuntur uerò à longè, quia non possunt appropinquare. Considera & intuere ista diligenter per singula, quia multum sunt compassiua. Cogita (si potes) tantam amaritudinem, si piam habes animam: quia longum est cogitare animæ habenti deuotionẽ. Sicut ergo dulcissima mater filio suo sic angustiato uiso ualde doluit, ac ei ex intimis compassa fuit, & amarissimè fleuit, similiter & Dominus matri & alijs compassus etiam multum doluit, sicut fidelis amicus suo amico & proximo mala patienti compati & condolere debet. *Et adduxerunt Iesum uinctum*, & cum Pilato præsidi incircunciso cani glutiendum tradiderunt, *in prætorium*: quod erat in domo Pilati locus quidam ubi iudicabat, & prætoris, seu iudicis sedem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Beda in c. 18. Ioann.

sedem & locum tenebat. Vnde Beda: Prætoriũ enim dicitur sedes prætoris: Prætores autem dicuntur præfecti, siue præceptores, eo quòd ciuibus præcepta ponent. Tradiderunt eum potestati Romanæ, ut eo modo alienos se ostenderent ab eius interfectione: in quo non eorum innocentia, sed magis demonstratur insania. *Et* ipsi qui ducebant eum, *non introierunt in prætorium, ne contaminarentur*: intrando domum gentilis: *sed ut manducarent pascha*, id est, azimos panes, quos non licebat comedere nisi personis mundis: dies enim agere cœperunt azimorum, quibus diebus contaminatio illis erat in alienigenæ intrare habitaculum. Timebant contaminari ex ingressu domus hominis gentilis, & non timuerunt inquinari ex procuratione mortis Christi innocentis: ex quo patet superstitio eorum uana, sicut in multis alijs. Vnde Augustinus: O impia cæcitas. Habitaculo uidelicet contaminarentur alieno, & non contaminarentur scelere proprio. Alienigenæ iudicis prętorio contaminari timebant, & fratris innocentis sanguinem effundere non timebant. Hæc Augustinus. Istis sunt similes qui conscientiam magnam de minimis faciunt, & multo grauiora committunt. Cùm ergo Iesus esset in prætorio, *Pilatus*, obseruantijs Iudæorum, qui domum eius ingredi non audebant deferens, *exiuit ad eos foras*, de prætorio. Ipse enim erat quasi medius hinc inde discurrens, & quærebat quam accusationem aduersus eum in iudicio afferrent, quę reum mortis iudicabant. Videbat enim eum in signũ damnationis ligatum, & à tot ductum ad damnandum: & ideo de causa ab eis quærebat, uolens modum tenere Romanorum à quibus missus erat: quibus consuetudo erat nullum condemnare nisi prius accusationem suam audirent, & ille locum defendendi haberet. *Et dixerunt ei. Si non esset hic malefactor*, quẽ Deus in lege præcipit non pati uiuere, *non tibi tradidissemus eum*: nos qui sumus tantæ religionis & authoritatis. Quasi dicerent: Nos sumus tantæ ueritatis & iustitiæ, quòd nobis deberet credi simplici uerbo, sine aliqua disquisitione: nos enim factum diligenter examinauimus, & eum dignum morte inuenimus: & ideo iam condemnatum tradimus eum tibi puniendum: nec oportet aliam facere examinationem. sic homines malicioſi coram iudicibus seiustificant, ut innocenti magis nocere ualeant. Miseri Iudæi dicunt eum esse malefactorem, qui pertransiuit benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo: & faciunt secundum illud quod de eis per prophetam iam ipse prædixerat, retribuebant mihi mala pro bonis. *Et Pilatus*, quasi indignatus ex eorum responsione, quia sciebat eos per inuidiã ipsum tradidisse, *dixit eis: Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicate eum.* Quasi diceret: Si sufficit uestra examinatio, sufficiat uestra sententia: ego nequaquam talis iudex essiciar. Per quam responsionem mortem Christo inferre inhibebat, quia Romani aliqua minora iudicanda Iudæis dimiserant: sed causam sanguinis & altam iustitiam sibi retinuerant. Vnde *dixerunt Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam*: scilicet propter potestatem ad alios translatam. Tamen contra seipsos dicebant: quia interficiebant, quem iniustè interficiendũ offerebant: & sanguinem innocentem fundebant, quem fundendum alteri tradebant. Argumentũ contra sentientes, uel procurantes, aut simulantes fraudem inferendam proximo, cùm possint obuiare malo: quia tales similes sunt Iudæis hæc dicentibus, & sub prætextu iustitiæ uel cuiuscunque causæ suam ne quitiam defendentibus. Multi etiam mali clerici sic dicunt, scilicet nobis non licet interficere quenquam: intelligentes de morte corporali, qui tamen pro modico habent multos interficere suo malo exẽplo mortę spirituali, quæ peior est interfectione corporali. Vel dixerunt Iudæi, sibi non licere illis diebus, propter festi solennitatem & sanctitatem, quod celebrare iam cœperant: propter quod de ingressu etiã prætorii contaminari metuebant. Vnde Augustinus: Si malefactor est, cur non licet interficere? Si propter festum non licuit interficere, cur crucifige crucifige eum clamastis? Vel quia crucifigi eum, ut etiam modo mortis infamaretur, cupiebant: & hoc eis secundum legem non licebat: licet alio modo possent blasphemos interficere, qualem Christum reputabant, ut patuit in Stephano ab eis lapidato. Hoc autem factum est *ut sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus*: id est, à quibus: non enim mortem crucis hîc significat: sed quia à gentibus esset moriturus, & quòd Iudæi eum fuissent gentibus tradituri ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: hæc enim tria Dominus à gentibus est passus. Quia enim propriis manibus noluerunt eum interficere: ut sic qui magis peccabant quasi alieni essent à scelere, impletus est sermo Iesu quem de sua morte prædixit, ut à Iudæis traditus occideretur à gẽtibus. Et *cœperunt accusare* eum falsè in multis, de quibus solum tria exprimuntur, quæ Lucas ponit dicens: *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram*, scilicet Iudæorum, à cultu legis, falsam doctrinam seminando: *& prohibentem dari tributum Cæsari*, & sic quasi cõtra ipsum seditionẽ faciendo: *& dicentem se Christum regnum esse*, quasi uolens sibi regnum Iudęorum usurpare. Nomine Christi reges Iudæorum appellabantur, propter unctionem: sed addebant regem, dicendo Christum regem, gratia explanationis, quia Pilatus gentilis erat: gentiles verò reges suos non ungebant sicut Iudæi faciebant & ideo si ei quod est Christum, id est unctum, non addidissent regem, Pilatus non intellexisset. Sed falsæ erant accusationes. Vnde non bene dicebant inuenimus, quia quod ei imponebant nõ erat rei ueritas, sed humana fictio & inuentio. Non enim subuertit gentem à lege, quia non uenit soluere legem sed adimplere: nec subuertit, sed conuertit, quos docuit in ueritate. Nec prohibuit tributa Cæsari dari. Sed dixit reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo: & liber à tributo, ne scandalizaret, soluit tributum pro se & Petro. Dicens quoque se Christum regem esse, uerum dixit, licet regnum in hoc mundo habere nollet: quia cùm ipsi uellent eum regem facere, fugit, & regnum respuit. Igitur, ut ait Beda, arguuntur impietatis Iudæi, quòd accusantes saluatorem, & falsò quidem, nec aliquid uerisimile quod ei obiicere possint inueniunt. De prima igitur accusatione, tanquam friuola & ad eum non spectante Pilatus parùm curabat: quia enim erat homo gentilis, non curabat de obseruatione seu uiolatione Moysaicæ legis, & secundam tanquam falsam & mendosam paruipendens nullam reputabat: quia fortè per reuelationem audierat Iesum dixisse aliquando, reddite quæ sunt Cæsaris Cęsari, & quæ sunt Dei Deo. Vnde transit ad tertiam, quæ magis tangebat eum, & Romanum imperium, & uidebatur contra imperatoris honorem, scilicet quòd dicebat se esse Christum: id est unctum, siue regem: nam directè contra imperatorem erat quòd aliquis se esse regem Iudæorum diceret, qui imperatori

Psal. 37.

Clerici Iudæis similes.

Augustin. tract. 114. in Ioan.

Matth. 22.

Matth. 17

Beda in c. 23. Luce.

tori Romano sub tributo in signum subiectionis seruiebat. propter quod Romani nomen regium ab eis abstulerant, ut eorum superbiam frangerent, & rebellandi occasionem tollerent. Et intrans Pilatus in prætorium, ut ibi Christum magis pacificè & exquisitè examinaret extra tumultum & strepitum Iudæorum qui non audebant intrare prætorium, *interrogauit eum dicens: Tu es rex Iudæorum?* quasi diceret: Est hoc uerum quod tibi imponitur: scilicet quòd uelis tibi usurpare regnum, uel quòd sis rex Iudæorum, secundum quod accusant te? Quærebat utrum esset rex de iure: quia de facto constabat ipsum regem nõ esse. Et, secundum Theophilum, hoc interrogauit Pilatus, contemptum obiecti criminis, & accusationem Iudæorum subsannando. quasi diceret, Tu pauper, humilis, nudus, cui nullus adiutor, accusaris de regni ambitione, ad quod opus est multorum adiutorũ & sumptuum. Et *respondit Iesus: A temetipso hoc dicis*, hoc est quòd tu æstimes, qui nunquam me uidisti talibus intendere. *An alij tibi dixerunt de me?* Et tunc cognosce radicem dicti, ex quo nullum signum talis accusationis in me unquam uidisti: *respondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus sum?* Quasi diceret, non sum Iudæus: & ideo de istis quæstionibus à meipso non loquor, & per meipsum hæc scire non ualeo: *sed gens tua & pontifices*, qui te ab alienigenis deberẽt defendere, *tradiderunt te mihi*, pro malefactore. Tu ergo dic, *Quid fecisti?* Interrogatus itaq; Iesus de regno respõdit Pilato cũ erudiẽs, & ad altiora reducẽs. *Regnum, inquit, meum non est de hoc mundo*: id est, secũdum Chrysostomum: Potestas mea, & authoritas mea qua sum rex, non habet originem & principium ex causis mundanis & hominum electione: sed aliũde, scilicet à patre: quasi diceret: Rex sum, non quidem talis qualem suspicaris, sed multo maior & clarior. Temporale quippe regnum fugi, & nullum de hoc signum ostendi. Vnde Chrysosto. Nihil denique monstrauit tale. Neque enim milites, neq; principes, neque equos, neque mulorum iugum, neque aliud quid tale habebat circa semetipsum: sed humilem hanc & inopem uitam pertransibat, duodecim uiles homines secum circunferens. Hæc Chrysostomus. Secundum diuinitatẽ omnia sunt subiecta Christo: tamen quantum ad humanitatem in primo aduentu suo non uenit ad dominandum temporaliter, & regnandum, sed magis ad seruiendum & patiendũ. Vnde non negat se esse regem, sed magis concedit: quia secundum ueritatem ipse erat rex regum, uerum tamen ad tollendum occasionem euadendi, temperat suam responsionem dicens, quòd non quærit huius mũdi temporalem dominationem: quia regnum suũ non est de hoc mundo, quantum ad temporalia ista quærenda, & habenda. Et ergo regnum eius neque Iudæis, neque Romanis aduersum erat: nec dominationem eorum impediebat: quia ipsi tãtum de regno terreno, quod de hoc mundo est, curabant: quasi diceret eis, decepti estis, non impedio dominationem uestram in hoc mundo, ne uanè timeatis & sæuiatis: sed ad regnum cœleste quod non est de hoc mũdo, uenite credendo, ad quod uos inuito prædicando. Christus dixit, *regnum meum non est de hoc mundo*: sed tamen multi prelati qui sunt eius uicarij, contrarium uidentur dicere facto, in pompis se principibus terre nis æquantes, uel etiam eos excedentes. Et subiungit: *Si ex hoc mundo esset regnum meum*, tunc *ministri*, regni *mei* terreni, unde post regem etiam regnum temporale habet firmitatem, *utiq; decertarent* contra aduersarios, *ut non traderer Iudæis*, per quod patet quòd non est mundanum regnum meum. Vnde sequitur: *Nunc autem regnum meum non est hinc*: id est, de hoc mundo: est tamen hîc, quia ubique attingit à fine usque ad finem. Vnde Augustinus: Non dicit, non est hîc: hîc est enim regnum eius usque in finẽ seculi, habens in se commixta zizania usque ad messem: sed tamen non est hinc: quia peregrinatur in hoc mundo. Vnde & Theophilus, Non dicit, non est hîc: sed non est hinc. Nam regnat in mundo, & utitur illius prouisione: & iuxta uotum cuncta disposuit. Non est autem ab infimis constitutum regnum eius, sed cœlitus & ante secula. Vnde etiam Chrysostomus: Sed cùm dixit, regnum meum non est hinc: non priuat mundũ de sua prouidentia & prelatione, sed ostendit regnũ suum nõ esse humanum neque corruptibile, quoniã desuper habet principatum: quia non est humanus, sed multo maior & clarior. *Dixit itaq; ei Pilatus, Ergo rex es tu?* ex quo alibi est regnum tuum. *Respondit Iesus: Tu dicis quia rex sum ego*. Quasi diceret: Ego nec nego, nec affirmo: sed tu dicis non tamen asserendo, sed interrogando. Eodem uerbo præsidi quo & principibus sacerdotum respondit, ut propria sententia condemnentur. Noluit dicere, non sum, ne falsum diceret: noluit etiam dicere ego sum, ne calumniæ occasionem daret. Vnde sic temperauit responsionem, ut & uerum diceret, & sermo eius calumniæ non pateret, & penitus nulla culpa eo cognosceretur. Deinde determinat sui regni conditionem dicens: *ego in hoc natus sum* temporaliter: *& ad hoc ueni in mundum*, per carnis assumptionem: *ut testimonium perhibeam ueritati*: dicendo & radicando ueritatẽ de diuinis in cordibus fidelium. Et ideo *omnis qui est ex ueritate*, prima, quę Deus est, non solum per creationem, sed etiã per imitationem & subiectionem, *audit uerba mea*: credendo, & operè adimplendo, & per cõsequens in talibus spiritualiter regno. *Dixit ei Pilatus: Quid est ueritas?* Et huius quæstionis responsum non expectauit: quia Iudęorum malitiam, & Christi innocentiam percipiens, ad eius liberationem festinauit: uel quæstionem de ueritate tantum facere potuit, sed responsum finale audire non meruit: quia iudicium suum à ueritate inchoauit, & non in ueritate sed in peruersitate finiuit. Legitur tamen in euangelio Nazarænorum, & etiam uidetur dicere Augustinus, quòd Christus respondit, quòd ueritas est de cęlo, & non erat in terra: sed Pilatus non audiuit, uel quia exiuit ad Iudæos, uel propter tumultum clamantium. Pilatus quæstionem de ueritate fecit: sed de responsione non curauit. Veritas enim est sicut aqua benedicta, ad quam omnes currunt, tamen manus faciei apponunt, ne super faciem aqua cadat. Sic multi quærunt de ueritate: tamen nolunt quòd eis ueritas de suis defectibus dicatur, etiam pro eorum salute. *Et cùm hæc dixisset*, quærendo quid est ueritas, *iterum exiuit ad Iudæos*, ut pro innocentia Domini loqueretur, *& dixit ad eos: Ego nullam in eo inuenio causam*, scilicet morte dignã. Quia enim Pilatus, & imperator Dominus suus, non curabant nisi de regno terreno: ideo Pilatus habuit Iesum excusatum, dicens se nihil criminis inuenire in eo. Ergo Iudæi inuidia stimulati sunt, qui iustum mendaciter damnare laborauerunt. Sed hic est modus malorum, quòd per mendacia quærunt condemnationẽ iustorum. Ex hoc etiam patet q̃ aliquãdo iustius agitur i curia laicali, quam clericali: principes enim sacerdotum Christum condemnauerũt tanquam mortis reum, quem Pilatus pronũciat innocentem & iustũ.

Augusti. tract. 115. in Ioan.

Theophi. in Ioan. c. 18.

Chrysosto. hom. 82. in Ioannem.

Chrysosto. hom. 84. in Ioannem.

Idem ibid.

Esse ex ueritate.

Veritas ut aqua bene dicta uitanda.

Sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clericorũ iudicium.

A

Sic & hodie fit in pluribus locis quòd malefactores qui per seculares iudices punirentur, per ecclesiasticos uiros (in magnum scandalum populi) tuentur. Iudæi verò cùm nihil aliud facerent calumniæ eorũ, recurrebant ad subsidia clamorum. Vnde quia deficiebant rationibus, inualescebant uocibus, dicentes: *Commouit populum*, docens per uniuersam Iudæam, & incipiens à Galilæa usque huc. Quasi dicerent: Peruertit populum, & turbauit pacẽ communem: nec in una parte tantum, sed à Galilęa incepit & hucusq; peruenit. Secundum Bedam, Hic accusantium sermo magis, & eum qui accusatur docet innoxium, & eos qui accusant docet esse peruersos: docuisse enim populũ, non criminis sed virtutis cõstat esse indicium: nec commouit populum, qui pacis condidit testamentũ.

Beda in c. 23. Lucæ.

B

Mysticè commouit populum salubri commotione, uiam ueritatis docendo: de qua motione dicitur in Psalmo. *Commouisti terram & conturbasti eam, sana contritiones eius quia commota est.* Clamoribus igitur inualescebant, qui in rei ueritate deficiebant: ut sit clamorosa non iusta accusatio: quia per clamorẽ uoluerũt obtinere, quod non poterant per rationem habere. Sic faciunt maligni, quærentes obtinere per uerba & contentionem, quod non possunt per iustitiã & ueritatẽ. Nunc considera inquantum se humiliauit iudex totius creaturæ cõstitutus à patre, ut acquiesceret stare ante iudicem terræ Iudææ. Et sicut Christus cùm ante pręsidẽ statueretur, & iniquis accusationibus falsè urgeretur, omnem mansuetudinem & patientiam ostendit: sic uerus Christi imitator nõ murmuret, aut reclamet, nec contradicat, cùm indebitè ab æmulis lęditur, aut impugnatur. Ex isto articulo, accusationis Christi de falsis, datur documẽtum, quòd caueamus ne & nos de falso uel falsè accusemus Christum.

Psal. 59.

C

Isti enim accusant Christum de falso, qui sibi falsum imponũt. sicut Iudæi, pagani, hæretici, ac cõsules qui de ipso Christo aliter quàm debent sentiunt. Sunt & alij qui accusant eũ de uero, sed falsè: sicut mali Christiani, qui retorquent peccata sua in Deum, dicẽtes: Deus hoc uoluit, uel stellæ fecerũt me peccare: Deus autem fecit stellas, & sic Deus fecit me peccare. Falsè imponis peccatum tuum Deo. Verũ quidẽ est quòd

D

Deus fecit & te & stellas, & hæc omnia bona: sed ꝙ Deus creauit non te cogit ad peccandum, sed malitia uoluntatis tuæ: ergo imputando Deo peccatum tuũ, tu accusas Deum falsè. Item alio modo quidam accusant Deum falsè, mali scilicet Christiani: habentes quidem fidem veram, sed informem: qui cognoscũt Christum per fidem, sed non glorificant eum per vitam. Ad cõformãdum se huic articulo, recogitet homo, quomodo ille qui est ipse ueritas, propter nos falsitatibus calumniari dignatus est, ut nos in ueritate fundaret: & sic oret: Iesu qui coram Pilato de multis falsis accusari uoluisti, doce me iniquorum fallacias euitare, & fidem Christianam bonis operibus ueraciter profiteri.

E

Cùm autem Pilatus audisset, quòd Iesus homo Galilæus, & de Herodis tetrarchæ *potestate esset*, quia in Galilæa nutritus & multum conuersatus fuit: habẽs occasionem dimittendi eum, misit eum ad Herodem, præpositum Galilææ, *qui tunc etiam erat Hierosolymis*, propter solennitatem paschalem: quia Iudæus natu erat. Pater enim suus amore vxoris suæ, quę Iudæa erat, transiens ad ritum Iudaismi se circuncidi fecerat. Misit, inquam, eum uolens Herodi honorem deferre: ut ipse Dominus Galilææ, hominem Galilæum, uel absolueret uel damnaret, dans exemplum ne quis falcem in messem & potestatem alterius (e-

Herodes Iudaizãs.

A

tiam inimici) immittat: & quia credebat quòd libenter hominem de terra sua & maximè innocentem liberaret: & ne contra eum quem insontem & per inuidiam traditum cognouerat, sententiam dare coactus esset. Et dum mittitur, fit concursus magnus populorum eum sequentium O Domina qualiter ibas, uel quis te iuuabat ut ires in tanta pressura? Certè exemplum doloris eras omnibus Christum amantibus. Tu autem charissime cogita quàm libenter iuuares eã, & associares sic tristem & mœstam. *Et uiso Iesu, gauisus est Herodes*, ex multo enim tempore, scilicet ex tempore decollationis Ioannis baptistæ, *Iesum uidere cupiebat: quia multa* de miraculis & doctrina eius *audierat: & sperabat aliquid* de suis miraculis *uidere*, &

B

ab eo quædã insolita audire. *Interrogabat autem illum multis sermonibus*: non sicut studiosus, sed sicut curiosus: non sicut veritatis amator, sed sicut tentator, non tanquam lucratiuus aliquam utilitatem, sed patiẽs nouorum cupidinem: & propter hoc, *nihil respondit*, nec etiam signum aliquod coram eo fecit. Stans quidem Iesus sicut agnus mansuetissimus ligatus coram eo, inquisitus tacuit, & expectatus miracula adhibere cõtempsit: quia Herodis incredulitas & curiositas, diuina, nõ merebatur audire uel uidere, & Dominus suã iactantiam & ostẽtationem declinabat, suamque nolebat passionem impedire. Vnde, secundum glosam, quia Herodes non reputabat Christum saluatorem,

Herodis de Christo opinio.

C

sed incantatorem: ideo non erat dignus nec uerbis, nec miraculis Christi. Et secundum Ambrosium, Herodes ex quadã curiositate miracula fieri petijt, quod Christus renuit, docens nos per hoc iactantiam declinare. Per hoc quòd Christus coram Herode incæstuoso & homicida noluit miracula facere, nec suis interrogationibus respõdere, significauit quòd tales & omnes impij non sunt digni opera diuina uidere, nec eius responsa habere. Ex hoc articulo, derisionis habetur documentum, secundum Gregoriũ, ut quotiens auditores nostri nostra uolunt quasi laudanda cognoscere, non autem sua peruersa mutare, omnino taceamus: ne si ostentationis studio verbum Dei loquimur, & eorum quæ erat culpa esse non desinat,

Ambrosius in cap. 23. Lucæ.

Gregorius lib. 22. moral. ca. 12.

D

& nostra quæ non erat fiat. Multa autem sunt quę audientis animum produnt, maximè si auditores nostri & semper laudant quod audiunt, & nunquam quod laudant sequuntur. Ad conformandum se huic articulo, rememoretur homo factum articuli, & oret dicendo: Iesu qui ab Herode derisoriè multis interrogari sermonibus uoluisti, nec ei ad ullum verbum respondere curasti: da mihi amore tuo (quãdo oportet) sermones derisorios patienter audire, meamque iactantiam cum silentio declinare. *Stabant autem & principes sacerdotum & scribæ constanter accusantes eũ*, corã Herode. De quibus uerò ibi eum accusauerũt, euangelistæ non exprimunt, sed fortè de eisdem tribus de quibus coram Pilato eum accusauerant, ma-

Accusatio Christi corã Herode.

E

ximè hoc coram Herode aggrauantes, quomodo commouisset uniuersum populum incipiens à Galilæa, scilicet dominio Herodis, ut ex hoc magis sibi animo assumeret, quia in suo dominio commotionem suscitasset: unde ad istas accusationes Christus nihil respondit, nec Herodi, nec accusatoribus: sed tacuit, non concedendo eorum accusationes taciturnitate, sed despiciendo tanquam indignas responsione: ad commendãdam quippe patientiam tacuit, & nihil respondit. secundum illud Esaiæ: *Quasi agnus coram tondente se obmutescet*. Ex hoc articulo accusationis, trahitur documentum, quod non omni lo-

Esaia 53.

co,

A

co, & tempore, & coram quibuslibet, ueritas est manifestanda: sed plerunque silentium diuinum est. Ad conformãdum se isti articulo, memoretur homo grauitatem articuli, & oret dicens: Iesu qui coram Herode constitutus falsas incriminationes, nec uerbo refellere uoluisti: da mihi iniquorum non frangi iniurijs, nec sacra mysteria propalare indignis. Videns autem *Herodes*, quod Christus nullum signum faceret, nec uerbum aliquod ad interrogata respõderet, nec contra accusatores suos aliquibus responsionibus se defenderet: reputauit eum idiotam ac fatuum, & non sanæ mentis, ac per hoc *spreuit eum*, ipse & similiter *exercitus eius*, ut omnes in eadem culpa monstrarentur esse pares. Sic hodie sectatores Christi à malis hominibus spernuntur, & ab eis fatui reputan-

B

tur: Iesum hodie multi cum Herode spernunt, qui signa fieri quærunt, conquerentes quòd modo miracula ab eo non fiunt, cùm modo non sit tempus signorum, sed operum. vnde Dominus: *Habent Moysen & prophetas, audiant ipsos*: modo autem præter hæc habemus & euãgelium, & apostolum, & adhuc signa quærimus, non euangelium implemus, sed spernimus. Ex hoc articulo despectionis, trahitur documẽtum quòd nos potius uelle debemus à malis despici, quàm ab adulatoribus laudari, sicut Dominus noster. Vt ait Gregorius: Magis eligebat apertè à superbientibus despici, quàm à non credentibus uacua uoce laudari. Iesu qui ab Herode & exercitu suo sperni non spreuisti: da mihi mundanum fastum despice-

Lucæ 16.

Gregorius lib. 10. moral. ca. 17.

C

re, & iniquorum despectus pro iustitia non curare: non solum autem Herodes eum spreuit, sed etiam illusit, induendo veste alba: & hoc in derisionem & signum illusionis, sicut fatui solent aliqua veste ludicra indui, qua cognoscantur ab alijs: & fortè tunc tẽporis derisorium fuit portare desuper vestẽ albam, eo quòd sic illuderetur tunc fatuus: hæc autem vestis erat (ut dicitur) ad modum scapularis religiosorum, sine caputio, dependẽs à collo antè & retrò. Fortè subitò peciam panni albi accipientes, foramen in medio eius fecerunt, & sic collo suo imposuerũt. Sed quantumcunque Herodes hoc in illusionibus fecerit, non tamen à mysterio uacat, sicut & omnia alia circa Christi passionem gesta. In ueste enim alba, in-

Veste alba Christus indutus.

D

nocentia & castitas assumptæ humanitatis & gloria regni immortalis, quam per passionem accepit, designatur: & quòd pro peccatis totius mundi in carne casta & innocente immaculatus agnus est passus. Tu quoque non nisi in ueste alba, scilicet sine macula & causa illudaris, & spernaris: alioquin illusio erit tibi pœna peccati: & magis dolendum de causa & materia irrisionis, quàm de irrisione ipsa. Designauit ergo Herodes suo facto, nesciens fortè quid agebat, quòd Christus albedine puritatis & ĩnocẽtiæ indutus erat. Vnde Ambrosius: Non ociosum quòd veste alba induitur ab Herode, immaculatæ tribuens indicia passionis, quòd agnus Dei sine macula cum gloria pec-

Ambro. in cap. 23. Lucæ.

E

cata mundi susciperet. Hanc autem uestem albam, repręsentat hodie alba sacerdotalis. Vnde mysticè notandum, quòd pontifex noster in sua passione habuit omnia pontificalia. Amictum suscepit, cùm uelatus est coram Caipha à Iudæis. Albam habuit, cùm ueste alba indutus est ab Herode. Casulam accepit, cùm milites circundederunt ei purpureũ uestimẽtum coram Pilato. Et ne quid sibi desit, cingulũ habuit, cùm ad columnam ligatus est. Stolam habuit, quando ad collum ligatur. Manipulum habuit, quando cum fune manus eius ligauerunt: sed hunc soluerunt, quan-

Põtificalia Christi indumenta.

A

do ei arundinem in dextera manu dederunt, & funis mansit pendens in sinistra: ad quod designãdum manipulus ponitur in brachio sinistro. Coronam spineã super caput habuit pro mitra pontificali, & arundinem in manu pro baculo pastorali. Chirothecas autem habuit & sandalia, cùm manus eius & pedes toti fuerunt sanguine rubricati: ad quod designandum sandalia debent habere aperturam, cum aliquo rubro serico panno. Chirothecæ etiam habent desuper aliquod monile rotundum, quod debet similiter habere aliquid de rubro, ad designandum stigmata Christi. Hæc omnia sunt insignia pontificalia, quæ in memoriam passionis Christi gestat pontifex, in consecratione ecclesiæ uel altaris: in cuius etiam memoriale conficitur sacramentum altaris. Patet ergo

Illusio Domini in omni ueste.

B

ex dictis, quòd illusus fuit Dominus in omni ueste & ornamento, tam sacerdotali, quàm pontificali: & quod peius est, hodie illuditur ei in omnibus vestibus prædictis, non minus quàm tũc: quia & à maiori multitudine & longiori tempore, & modo fraudulentiori: quia isti verè, illi quasi figuratè. Illa enim multiplex illusio quæ facta fuit ei tunc, figura erat & signum illusionis futuræ, quæ à multis impletur nũc. Notandum etiam, quòd ille qui eis vtitur, debet ea habere in intellectu, per meditationem: in memoria, per recordationem: in affectu, per compassionẽ: & se Domino pro posse in apparatu conformare: cùm enim aliquid talium accipit, nihil aliud pro-

C

testatur facto suo, quàm si uerbo diceret, ita credo Dominum nostrum fuisse indutum, & ĩ talibus illusum: in cuius signum & memoriam sic induo meipsum: & ut in me sentiam quod & in ipso Christo Iesu. Qui ergo talia ferunt exterius, nihil sentientes vel compatientes interius, profectò Christo illudunt: faciunt enim ac si dicerent: signo tibi compatimur, & tuas illusiones in nobis ostendimus, sed in nullo tibi compatimur. Moraliter amictus capitis, significat spem, quam apostolus uocat galeam salutis: spes autem æternorum, facit contemptum terrenorum. Cùm ergo sacerdos se uelat amictu, ostendit se terrena contẽnere: & si ita non est, Christo illudit. Alba autem longa & lata, mentis & corporis significat castitatem: cin-

Vestimẽta sacerdotiũ quid designent.

D

gulus uerò, & stola, & manipulus, & huiusmodi ligamenta, præcepta & cõsilia, & religionem cui se obligat, qui tales ordines assumit: obligatos se ostendũt, qui talia induunt. Casula desuper tegens per totum, & cęteris supereminens ornamentis, charitatem significat, quam apostolus supereminentiorem viam uocat: & ideo qui non diligit Deum plus quàm sua, uel suos, uel se, nõ est dignus tali officio. Mitra verò episcopi, significat ipsum habere scientiam duorum testamentorum, propter duo cornua: quã (inquam) scientiam debet habere, non tãtum in corde per habitum, sed etiam in ore & manu per usum: unde duæ linguæ depẽdentes à mitra super humeros significant ipsum episcopum debere habere duplex documentum, sci-

Casula.

Mitra.

E

licet verbi & exempli. Baculus uerò pastoralis in manu, significat executionem officij pastoralis: quòd consistit in tribus, quæ significãtur per triplicem partem baculi. Primum, est uocatio peccatorum. Secundum, directio uocatorum. Tertium, est exhortatio directorum. Vnde est uersus.

Baculus pastoralis.

Attrahe per primum, medio rege, punge per imum.

Sic itaq; uides, qualiter Dominus non solum malefactor, sed etiam stultus est reputatus. Ipse autem omnia patientissimè tolerabat. Patientiam ergo habeas & tu, si malefactor uel stultus iniustè fueris reputatus.

Patientia Domini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

putatus. Nam sicut diuina sapientia, tanquam fatuus spernitur & irridetur: sic omnes irrisiones quæ solēt à uanis mundi huius hominibus (Deū præ oculis nō habentibus) homini spirituali irrogari, debent patiē ter sufferri. Ex hoc articulo illusionis, sumuntur tria documenta. Primum est, q̄ omnes qui piè & innocē ter volunt uiuere, secundum nouū hominem, ab his qui uiuunt secundum hominem veterem illuduntur, & ab eis pro fatuis habentur. Sed propter hoc nō debēt turbari uiri spirituales, imò potius gaudere: quia nouus homo saluator noster Christus indutus alba veste quæ innocētiam significat, illusus & derisus est à filijs huius seculi, apud quos alba uestis exprobrabilis est: sed sicut crux ante passionem Christi exprobrabilis fuerat, quæ postea facta est honorabilis, ita ut etiam portetur in frontibus regum: sic alba uestis post Christi passionem facta est ualde honorabilis, & innocentiæ signum. Vnde quilibet post baptismum renouatus induitur veste alba, in signū innocentiæ quā confert baptismus, in cuius etiā signum Christo passo angeli in uestimentis albis apparuerunt in eius resurrectione, & similiter in eius ascensione. Secundū documentum est, quòd pro tempore & loco expedit stultitiā simulare. Vnde quòd Dominus ipse fons sapientiæ corā Herode pro stulto haberi dignatus est, ex incomprehensibili sapiētia sua processit: quia si sapientem verbis uel factis se ostendisset, Herodes utique passionem eius impediuisset. Tertium est, quòd homo nihil quærat in uestibus: non ornatum, nō preciositatem, sed solum necessitatem: quia saluator noster in veste uelut fatuus est illusus. Ad cōformandū se huic articulo, regratietur homo Deo, q̄ ipse nobis cum sua illusione vestem innocentiæ conferre dignatus est. Item recogitet qualiter ipse candidam vestem innocentiæ baptismalis quam Christus nobis prætulit sæpe peccatorum malis denigrauit: & oret dicens, Iesu qui veste alba indui, & ut stultus ab Herode illudi uoluisti: da mihi mundi huius prudētiam, quæ stultitia est apud te, cautius declinare, & ad te qui uera es sapientia peruenire. Herodes autem cùm non inueniret in Christo causam mortis, *illusum & indutum veste alba remisit ad Pilatum*, ut eum honoraret, sicut Pilatus sibi detulerat. In quo ipse probatur in necē Domini consensisse: quia enim fuit sibi missus tanquam homo suæ ditionis, cùm nō inuenit in eo causam, debuisset eum absoluere, & non alieno iudici remittere. Remisit ergo eum Herodes Pilato: quasi diceret, fac de eo quicquid volueris. Et fortè similia verba sibi remandauit. Et sic Dominus cum nota illusionis portando uestem albam redijt, & Herodis consensum de sua nece secum detulit. Hic autem cōsensus apparuit signo & facto: signo quidem, in uestis albæ illusione: facto, in amicitiæ confœderatione: nam & ipsa die facti sunt amici Herodes & Pilatus, propter mutuam reuerentiam sibi inuicem factam. Antea quippe inimici erant adinuicem, propter necem Galilæorum, qui de Herodis præpositura & dominio erant, quos Pilatus occiderat miscens sanguinem eorum cum sacrificijs quæ offerebant: sed nunc super hoc reconciliatus est Pilatus Herodi: quia pro bono habuit Herodes quòd Pilatus sibi detulerat, mittendo sibi hominem suæ iurisdictionis, & præsertim talem hominem quem ipse uidere diu desiderauerat. Sic multi frequē ter amici & concordes in condemnatione uel nocumento innocentium fiunt, qui antea sibi inuicem cōtrarij fuerunt. Hæc autem amicitia Pilati & Herodis, fuit signum quòd Iudæi & gentiles conuenirent in persecutione Christianorum. Vndè Beda: Hoc nephandissimum Herodis & Pilati fœdus, quod in occidendo Christo pepigerunt, hactenus eorum uelut hæreditario iure successores custodiunt, quādo gentiles & Iudæi sicut genere & religione, ita etiam mente dissidentes, in Christianis tamen persequendis, Christique in eis side perimenda, consentiunt. Hæc Beda. Potest etiam hæc amicitia in bono accipi: & per concordiam Herodis & Pilati, concordia populi Iudaici & gentilis significari. Sicut enim Pilatus primò misit Iesum ad Herodem, & Herodes postea ei remisit: sic uerbum salutis primò recepit populus gētilis, & annunciauit Iudæis: in fine autem mundi iterum Iudæus remittet ad gentilem, quando per Heliam & Enoch multi conuertentur. Isti duo populi ante mortem Christi erant inimici sibi inuicem & discordes, sed post mortem Christi facti sunt amici & concordes in fide eius: quia ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum. Vnde Ambrosius: In typo etiam Herodis atq; Pilati, qui amici ex inimicis per Iesum Christum facti sunt, plebis Israel & populi gentilis figura seruatur, quòd per Domini passionem utriusque sit futura concordia: ita tamen ut prius populus nationum capiat Dei uerbum, & ad populum Iudæorum fidei suæ deuotionem transmittat. Hæc Ambrosius. O quanta humilitas & patientia Domini Iesu, qui de se quasi de fatuo permittebat malos ludere: mittere se, & remittere, & quod uolebant facere. Hanc autem missionem & remissionem ipse Dominus fieri uoluit ad maiorem & euidentiorem suæ innocentiæ ostensionem. Intuere eum nunc bene, dū ducitur & reducitur, demisso uultu & uerecundè incedentem, & omnium clamores conuitia & subsannationes audientem, & fortè lapidum percussiones & immunditiarum susципientem. Et cogita quomodo habebat illos pedes sanctissimos cōfractos: q̄a cū magna festi natione duxerunt & reduxerunt eum, nudis pedibus incedentem. Intuere etiam matrē & suos cum indicibili mœrore à longè sequentes & ista videntes, & cogita quàm libenter tu iuuares & associares sic tristes & dolētes. Ex hoc articulo habetur documentum, quòd tantam vim habet natura boni, q̄ respectu sui confœderat etiam malos. Inimicitia enim respectu boni, parit amicitiam inter malos: non timeat ergo iustus si uiderit malos contra se colligari: quia hoc testatur in eo aliquid esse boni, & per hoc ipse conformatur Christo, contra quem omnes conuenerunt in unum etiam inimici. Ad conformandū se huic articulo, recogitet homo si habeat inimicitiā cum aliquo, & dimittat eam de corde amore Christi, qui pro nobis in sua passione etiam malos aduersum se concordauit. Iesu qui contra te inter Herodem & Pilatum amicitiam fieri voluisti, da mihi iniquorum aduersum me colligantiam non timere: sed eorum potius exercitatione me proficere, quatenus tibi merear conformari. Considera nunc quanta fatigatio fuerit Christo sic duci & reduci de iudice ad iudicem: quia magna pœna est cuilibet homini mitti de uno iudice ad alium. Fuit enim primò præsentatus Annæ. Secundò, Caiphæ. Tertiò, ductus ad Pilatum. Quartò, missus ad Herodem. Quintò, remissus ad Pilatum: quæ omnia ad vnum possunt reduci articulum, ex quo plura sumuntur documenta. Primum est, quòd non debemus formidare præsentari potestati temporali, uel ad malos iudices trahi, propter Christū: quia quanto potestas iniquior, & iudices nequiores, tāto faciunt martyres gloriosiores.

Stultitiam simulare expedit. Quid in ueste requirendum.

Amicitia confœderatio.

Amicitia Pilati & Herodis.

Beda in 23. Luca.

Ambro in ca. 23. Lucæ.

Humilitas Domini.

Contemplatio.

Documentum.

res. Secundum est, quòd non omnes actus, uoluntates & desideria nostra antequam perficiamus debemus ad examen rectæ rationis, quæ per iudicem intelligitur, præsentare: & nihil præcipitanter agere: omnia quoque mala quæ fecimus debemus conspectui conscientiæ nostræ præsentare, & sic eam coram Christo iudice examinandam statuere. Tertium est, quòd religiosi, qui specialiter debent esse imitatores Christi, non debent turbari si interdum sub obedientia mittantur de loco ad locum, de prælato ad prælatum: quia Christus propter nos sub obedientia patris dignatus est mitti de iudice ad iudicem. Item sicut Christus stabat ante iudices, & nullum irreuerētiæ uerbum est locutus: sic & nos cum reuerentia stare debemus coram prælatis nostris & iudicibus, etiam malis. Ad conformandum se isti articulo, formet sibi homo imaginem Christi in mente sua. Statuens coram eo conscientiam suam misericorditer examinandam, pro eo quòd Christus coram iudicibus malitiosè fuit examinatus. Recogitet etiam homo quomodo oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi, & idcireo ipse pius pro nobis impijs exhiberi voluit ante tribunal iniqui iudicis, ut nos iniusti ante tribunal iusti iudicis fiduciāliter comparere possemus. Iesu qui de iudice ad iudicem mitti, & coram eis examinari voluisti: da mihi amore tui nominis, malorum iudicum uersutias non metuere, & in conspectu tuo me tuta conscientia comparere: ac bono animo maiorum imperijs me subdere, & alacri corde ad obedientiam sine mora concurrere.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui hora diei prima permisisti te ligatum adduci in concilium Iudæorum, ac post multas iniurias & conuitia de Caipha duci ad Pilatum, ubi à Iudæis reus mortis & malefactor fuisti iudicatus, & in multis falsè accusatus: ac deinde à Pilato ad Herodem te mitti, & ibidem accusari & fatuus reputari, ac sperni, & in veste alba illudi pertulisti, tandemque sic illusus, & in veste alba indutus ad Pilatum es remissus: fac me quæso iniurias & conuitia patienter & gaudenter pro tui nominis gloria tolerare, & in conspectu tuo cum gaudio apparere, ac uultum tuum desiderabilem semper respicere. Amen.*

De Tertia in passione Domini. Cap. LXII.



ORA tertia cogitabis mœstus & tristis qualiter reducto Domino ad Pilatum, illi canes lætātes de fœdere Herodis & Pilati, cum audacia magna prosequuntur accusationes suas: quamuis neque Pilatus, neque Herodes diligenter eum interrogando & examinando inuenirent in eo causam mortis. Vnde ad exprobrandam duritiam Iudæorum & gentilium Pilatus fatetur nec se, nec Herodem, neque in occidendo, neque in illudendo, in Christo causam seu aliquid dignum morte inuenisse. Vbi Beda: Hoc dicendo Pilatus absoluit quidem Iesum, quem probauit insontē: sed quem absoluit iudicio, crucifigit ministerio. Audi cæce Iudæe, audi crudelis pagane. Pilatus ipse fatetur neque se, neq; Herodem dignum quid morte in Christo reperisse: sed tantum in occidendo uel illudendo innoxio, alienæ crudelitatis obtemperasse clamoribus. Hæc Beda. Magnum dimittendi Iesum studium gerebat Pilatus. Sed quanto curiosius dimittere quærit, tāto criminosiores ad mortem eius inuenit. *Et cum accusaretur*, Dominus mendaciter *à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit*: nec ad sui excusationem, nec ad dictorum refutationem, nec ad dicentium improperationem: sed magis accusationes viriliter sustinuit & tacuit. Et *tunc* cùm sic accusaretur ab eis, *dixit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia?* secundum Chrysostomū. Ideo hoc dicebat: quia uolebat liberare eum, dum se excusando responderet. *Sed Dominus non respondit ei ad ullum uerbum, ita ut miraretur præses uehementer*, de cius patientia & constantia: quòd ille quem in lege peritum & ad omnia respondere potentem audierat, nihil responderet: & quòd exhibitus ad criminale iudicium, & stans ante mortem, quæ apud omnes homines æstimatur terribilis, ipse imperturbabilis remanet. In hoc autem docet, accusationes & criminationes patienter esse sustinendas: hoc enim magis mirabilem facit sanctorum patientiam, quàm defensio. Vnde Ambrosius: Accusatur Dominus & tacet, quia defensione non indiget: nec accusationem tacendo confirmat, sed despicit non refellendo. Ambiunt defendi, qui timent uinci. Melior est causa quæ non defenditur & probatur. Susanna tacuit, & vicit. Hæc Ambrosius. Iudex ergo omnium ante tribunal iudicis uilis & indigni, mansuetus & tacitus stetit, & accusatus nihil respondit. Sunt autem quatuor rationes huius silentij & taciturnitatis Christi. Tacuit enim Christus primò iustè, quia propter fallitatem accusationum & corruptum iudicium indigni erant audire. Secundò misericorditer, ne scilicet ex responsione sua peiores fierent, si sibi non crederent, uel non obedirent. Tertiò dispensatiuè, ne si se excusaret dimittere tur: & crucis utilitas, scilicet nostra salus & redemptio differretur. Quartò exemplariter, ut daret nobis patientiæ exemplum, & impleret illud de se scriptum: *sicut agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum*. Igitur, ut dicit Anselmus, Vide attentè quomodo stat ante præsidem inclinato capite, demissis oculis, uultu placido, sermone raro, paratus ad opprobria, promptus ad verbera: quandoque Dominus respondet, quandoque non respondet. Vbi respondet, quasi pastor bonus docet, & pro creditis sibi ouibus contra luporum latronumque insidias pugnat: ubi uerò non respondet, quasi agnus pro toto grege immolandus silet, & patientiam præstat: & utinam modo innotescēret quando quasi agnus, & quando quasi pastor quiuis esse debeat:

Matt. 27. Marci 15. Luca. 23.

Ioan. 18 & 19.

Innocentia Christi.

Beda in ca. 23. Luca.

Tacit urni tatu Christi causa.

Cur accusatus tacuit.

Ambro. in cap. 23. Luca.

Danie. 13.

Esa. 53.

Anselmus in speculo.

Universidad de Deusto Biblioteca

deberet: ut sciret quando tacere & respondere haberet. Quanuis ergo quibusdam interrogationibus sæpe responderit, quando tamen respondere noluit, non sicut reus & malè sibi conscius, qui de peccatis conuincebatur suis: sed sicut innocens & mansuetus, qui pro peccatis immolabatur alienis. Et ideo similitudo de agno data est, ut in suo silentio nō reus sed innocens haberetur. *Per diem autem festum paschæ, consueuerat præses unum uinctum dimittere populo*, id est ad petitionem populi, *quem uolebant*, sine meritorum discretione, in memoriam liberationis filiorum Israel de Aegyptiaca seruitute: cuius beneficij memoria in solennitate paschali fiebat, quòd ea die de seruitute Pharaonis egressi erant: in alijs autē festis non sic fiebat. Quia enim in nocte paschæ angelus Domini saluauit Hebræos, & percussit primogenita Aegyptiorum: ideo ad hoc repręsentandum, & in memoria huius beneficij, in hac solennitate saluabant unum morti propinquum, & aliquos interficiebant deuinctis qui custodiebantur ad occidendum. Vel hoc faciebant in memoriam transitus maris rubri, in quo filij Israel fuerunt liberati, & Aegyptij submersi. Et istam consuetudinem eis conseruari impetrauerant ab imperatore Romanorum, sicut fuerat obseruata antequam Iudæa esset Romanis subiecta: si adhuc singulis annis aliquem occidunt Deus scit, & ipsi sciunt. Pilatus ergo sciens eos cupidos de obseruanda illa consuetudine, & ex altera parte quòd Barrabas esset pessimus, & populo odiosus, proposuit eis sub distinctione optionem dicēs, quòd ad honorem festi liberaret eis Barrabam uel Iesum, & nullum alium, per hoc subtiliter credens liberare Iesum de consensu eorum: quia non credebat aliquo modo quòd peterēt liberationem Barrabæ qui erat homicida & seditiosus, ac pessimus & insignis, non nobilitate generis, sed ex famositate sui criminis: quia erat latro publicus, & ī malitia uulgatus & famosus, & ideo credebat meritò Iesum esse præeligendum, sciens eum innocentem & per inuidiam traditum: quia publicè arguebat uitia eorum. Magnum (vt dictum est) diligentiam Pilatus ostendit, ut Christum liberaret. Primò, per innocētiam: quia manus Herodis euaserat. Secundò, per consuetudinem: quia eum præeligendum credebat: in quo datum est exemplum laborandi ad liberationem innocentum. Vnde Chrysost. Et intuere sapienter: non enim dixit quia peccauit & dignus est morte, donari eum ex festo: sed primùm eum excusans & eruens à causa omni, tamen rogat ex superabundanti: ut si nollent innoxiū dimittere, saltem ut obnoxium donarent festo uel tempori. Tunc *misit ad Pilatum pro tribunali sedentem uxor sua*, nomine Procula *dicens, nihil tibi & iusto illi*, sit causæ uel contra iustum illum: quasi diceret, nihil habeas causæ: nec intromittas te ad interficiendum hominem illum, quia iustus est: *multa enim passa sum hodie per uisum*, & in somnijs *propter eum*. Vxor itaque gentilis uiri hoc in uisionibus & somnijs intellexit, quod Iudæi uigilantes nec credere, nec intelligere voluerunt. Diabolus quippe apparuerat ei, mouens eam terroribus, ad liberationem Christi: nunc enim demum diabolus intelligens per Christum sua spolia, siue in mundo siue in tartaro se amissurum, pœnituit quòd fecerat comprehendi eum: & ideo immisit uisiones huic mulieri ut per eā impediretur mors Christi: & sicut prius per mulierem intulerat mundo mortem, ita modo satagit Christum de manibus Iudæorum liberare per mulierem, ne per Christi mortem mortis amittat imperium. Iam quidem Dei nutu & uirtute poterat mysterium crucis cognoscere, & ideo laborabat ne Christus moreretur. Fortè iam sancti in inferno gaudebant, unde hoc nouerat. Nam, ut ait Augustinus, anima Lazari reuocata ad superos, animæ in inferno cognouerunt Dominū de proximo descensurum ad inferos: unde extunc lætabantur: & maximè diabolus hoc cognouit, cùm Dominus clamore ualido animam exhalauit. Vel etiam per scripturarum impletionem hoc perpendit, quia in Domino eas impleri uidit: quòd ergo uxor Pilati & ipse Pilatus fecerunt tantum pro liberatione Christi, totum putatur fuisse ex instinctu diaboli: qui per Pilatum & eius uxorem nitebatur impedire nostram redemptionem, sicut olim per Adam & Euam fecit nostram damnationem. Pilatus ergo quærebat ab eis, quem uellent propter honorem festi sibi dimitti de duobus prædictis: & quasi exhortatiuè expressit Christū, quærens si uellent dimitti regem Iudæorum. Ipsi uerò nimio odio contra Christum moti, & obstinato corde in malitia perdurantes, ne Christus liberaretur præelegerunt & petierūt Barrabam hominem pestiferum dimitti & liberari, Christum verò innocentem tolli de medio & crucifigi. Putabant enim, ut dicit Chrysosto. hoc se posse astruere, quòd Iesus deterior esset latrone, & adeo nequam ut neque pro festi prærogatiua deberet liberari. In quo facto eorum ostenditur futuræ infidelitatis arcanum, scilicet antichristum Christo præferendum. Latrones latronem petierunt, & homicidam authori uitæ prætulerunt. Quod improperans eis beatus Petrus postea dicebat: *Vos sanctum & iustum negastis, & petystis uirum homicidam donari uobis, authorem uerò uitæ interfecistis*. O quanta infelicium Iudæorum iniquitas & malitia, qui ad procurandum Christi mortem petierunt latronis publici liberationem, contra bonum publicum, & iustitiam: mortem uitæ, tenebras luci, filium diaboli filio Dei tam stultè quàm impiè præferentes. Vnde Augustinus: O cæcitas Iudæorum, ò furia phreneticorum: *noli dimittere hunc, sed Barrabam*: quid fuit aliud dicere, quàm occidatur ille qui suscitauit mortuos, & dimittatur latro ut iterum occidat uiuos? Vnde Anselmus: Adhuc autem & animam tuam incircuncis o cani glutiendam tradiderunt: vinctum siquidem ante faciem Pilati præsidis te perduxerunt, postulantes supplicio crucis interimere qui peccatum non feceras, & virum homicidam donari sibi: agnum lupo, aurum luto postponentes. O indignum & infelix concambium: Vnde etiam Beda: Hæret autem Iudęis usque hodie sua petitio quam tāto labore impetrauerūt. Quia enim data sibi optione pro Iesu latronem, pro saluatore interemptorem, pro datore vitæ elegerunt peremptorem: meritò salutem uitamque perdiderunt, & latrocinijs se ac seditionibus intantum submerserunt, ut & patriam regnumque suum quod plus Christo amauere perdiderunt, & hactenus eam quam uendidere uel animæ uel corporis libertatem recipere non meruerint: atque ideo Iudæi pacem habere non possunt, quia seditiosum principem, id est, diabolum qui usque hodie regnat in eis, magis quàm Dominum eligere maluerunt. Hæc Beda. Similiter adhuc hodie aliqui magis nituntur saluare & etiam promouere malos homines quàm bonos, & in multis electionibus ac prouisionibus Iesus, id est, uir bonus ac dignus, & Dei amicus, q̄ se & alios saluare uellet reprobatur: &

Liberandi malefactoris institutio. — *Chrysosto. hom. 83. in Ioannem.* — *Christum agnouit diabolus.* — *Augusti. sermo. 12. de uerbis Apost.* — *Chrysosto. hom. 87. in Matth.* — *Acto. 3.* — *Augusti. tract. 115. in Ioan.* — *Anselmus in speculo cap. 9.* — *Beda in c. 23. Lucæ.*

& Barrabas latro insignis, id est, malus ac indignus & Christi hostis, qui se & alios in anima perimit, eligitur. Vnde qui in talibus promotionibus faciendo uel consentiendo culpabiles sunt, ipso suo facto uel cōsensu condicunt Iudæis: *non hunc, sed Barrabam*. Iesus uerò ad omnia tacet patienter canes oblatrantes tolerans, & sua patientia nos armans. Considera hîc quantum Christi animum sauciare potuit, quòd tam sceleratus & uilis homo præferebatur sibi homini Deo intantum, ut peterent illius uitam, & istius mortem: peccauerunt autem in duobus, scilicet quia reū petebant liberari, & innocentem damnari. Vnde in Prouerb. *Qui iustificat impium, & condemnat iustum: uterque abominabilis est apud Deum*. Ex isto articulo trahuntur duo documenta. Primum est, quòd nos æquanimiter toleremus, si aliquando pręferantur nobis personæ infimiores & humilioris conditionis: quia latro Christo fuit prelatus. Secundum est, quòd caueamus ne & nos Barrabam Christo pręferamus. Multi enim adhuc hodie desiderant Barrabam sibi solui, & Christum uinctum esse: quia ut dicit Origenes, Omnes qui Iudæis sunt similes, siue in dogmate, siue in uita, Barrabam sibi solui desiderant: quicunq; enim male agit, solutus est in corpore eius Barrabas, Christus autem uinctus: qui autem bonum agit, Christum habet solutum, Barrabā uinctum: & ideo sicut Iudæi postquam pro Christo elegerunt Barrabam latronem, latrocinijs & seditionibus sunt subuersi. sicut & nunc quæcunque anima præelegit Barrabam, illa semper latrocinijs diabolicis exterminatur. Vbi enim non est Iesus, ibi lites & prælia sunt: vbi autem est Iesus, ibi sunt omnia bona & pax. Hæc Origen. Spiritualiter homo uinctus est per peccatum positus in carcere secundum corpus, & animam: ita q̄ sint duo uincti, corpus & anima: sed de his unus, scilicet anima poterit liberari, si tamen corpus pœnitētiæ & flagellis exponatur: quia sicut animam à culpa & à pœna liberabit. Si uerò corpus liberetur, adhuc manebit uincta anima, & supplicijs ac flagellis exponetur æternis: & ideo melius est q̄ anima liberetur quàm corpus: quia si corpus suspenditur in cruce pœnitentiæ, tunc animam liberabit à morte. Vnde Grego. Si magnæ mercedis est eripere à morte carnem moritu ram: quanti meriti est liberare animam in cęlo sine fine uicturam? Ad conformandū se huic articulo, recogitet homo si ipse vnquam Barrabam Christo pręelegit, & doleat ac oret dicens; Iesu qui non dedignatus es à Iudæis reprobari petentibus sibi Barrabam latronem dimitti, te uerò authorē uitæ crucifigi: da mihi te creatorem meum semper eligere præ omnibus, & pro nulla re creata te vnquā reprobare. Pilatus autē uolens dimittere Iesum, iterum locutus est ad illos, quærens quid faceret de Iesu rege Iudęorum, & quid mali fecisset, & asserens quòd nullam causam mortis in eo inuenerit: sed quantoplus uidebant quòd Christum liberare uellet, tantomagis iterum & iterum clamabāt, uocibus magnis instabant, postulantes ut crucifigeret eum: & inualescebant uoces eorū. Mala fuit Barrabæ præelectio, sed peior hæc sententiatio. *Videns autem Pilatus quia nihil proficeret*, ad liberationē Christi saluo fauore populi, *sed magis tumultus* & strepitus *fieret*, populi clamantis ad contrarium per seductionē sacerdotum, uolentium per clamorem & tumultum populi obtinere quod non poterant per rationem habere: & uolens populo placere & satisfacere *dimisit illis Barrabam*, quem petebāt, quanuis Christum præferendum non dubitaret. Ecce quòd Christus innocens damnatur: & Barrabas latro liberatur. Ita contingit hodie in curiis principum & prælatorum: quia innocentes damnātur, & peruersi peccatores liberantur: minora puniuntur, sed maiora dissimulantur: puniuntur transgressores decretalium & statutorum, & dimittuntur impuniti transgressores diuinorum mandatorum. *Et* ut Iudæi de morte Iesu totum peccatum super se acciperent, & ipse immunis esset à peccato, *accepta aqua lauit manus suas coram populo dicens: Innocens ego sum à sanguine*. i. sanguinis effusione, *iusti huius*: & sicut lauo manus, sic & conscientiam: quia ego uolui liberare innocentē, & solum minister legis sum, *uos uideritis*, quid cōtinget uobis quantum ad supplicium pro culpa quam committis: quia uox uestra sanguinem iusti fundit, unde pœnam sentietis. Mos enim erat apud antiquos, ut cùm quis uellet se ostendere immunem à crimine aliquo, accepta aqua lauaret manus suas corā populo. Lauit ergo manus coram populo: ut quos non poterat mouere suasione, moueret significatione, qua significabat iniquam mortem Christo inferre, & se innocentē à tanto scelere. Lauit manus suas, imponens peccatum de morte Christi Iudæis, ipsis hoc recipiētibus, quanuis non esset per hoc secundum ueritatē excusatus: quia non lotus fuit aqua suus reatus: mentiebatur ergo dicēdo se innocentem, quia *sciebat quòd per inuidiam eum tradidissent*, & quòd iustus ac innocens erat: & ut ipsemet confitebatur, eum liberare poterat. Particeps ergo erat criminis: sed innocentior illis. Vnde Leo Papa: Excessit ergo Pilati culpam facinus Iudęorum: sed nec ipse euasit reatum qui reliquit proprium iudicium & in crimen transtulit alienum. Huic Pilato similes sunt excusantes se à criminis cōsensu, cùm possint reclamare cum effectu. *Et responderunt omnes, Sanguis eius*. i. culpa & pœna, seu ultio & uindicta effusionis sanguinis eius, *super nos & super filios nostros*. Optimam hæreditatem reliquerunt Iudęi filiis suis: perseuerat enim usque hodie super Iudæos hæc impręcatio pœnæ & criminis; & sanguis Christi non aufertur ab eis: unde in singulis lunationibus, ut dicitur, fluxum patiuntur sanguinis. Percussit enim eos Dominus in posteriora, & opprobrium sempiternum dedit illis: suntq; uagi & profugi sub seruitute: & nisi lauerint manus suas per baptismum ab isto sanguine pœnam criminis sustinebunt continuè: ut autem dicit Hierony. uerbum optimum & salutiferū responderunt Iudæi: sed intentione pessima. Optandum est ergo ut sanguis ille ueniat super nos: sed in ablutionem. secundum illud Apocalypsis, *Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo*. Pilatus itaque causam mortis in eo non inueniēs, nitebatur eum dimittere: non enim in eo, sed in nobis causa mortis eius fuit: passus est pro nobis, non pro se, non habens culpam & sustinens pœnam: ut & culpam nostram solueret & pœnam. Vnde Bernardus: O pijssime Iesu, quid tibi & morti? nos peccauimus & tu luis, nos debuimus & tu soluis. Nullam itaque causam mortis in eo inueniens, dixit illis: *Corripiam ergo eum*, scilicet flagellando: ut si qua in uestris ceremonialibus commisit, uel in aliquo deliquit, pro ipsis correptus emendetur, & sic emendatum & disciplinatum dimittam à morte liberum. Flagris & ludibrijs eum afficiam quantum ipsi iubetis, dummodo innoxium sanguinem non sitiatis uel fundatis. Videns enim ex clamore eorum quòd nullo modo poterat dimittere Iesum omnino liberum cum pace ipsorum, & ex altera parte durum sibi erat inter-

Prouer. 17. — *Documenta.* — *Origenes tracta. 35. in Matth.* — *Iniusta dānationes iustorū in curiis principum sunt.* — *Lauādarū manuum mos.* — *Leo sermone 8. de passione.* — *Sanguinis fluxum Iudæi patiūtur.* — *Hierony. in cap. 27. Matthæi.* — *Apoca. 1.* — *Bernardus sermone de passione.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficere innocentem: ideo ad satisfaciendum eis fecit Christum flagellari & illudi, ut uidentes eum sic punitum & illusum ultra condignum, pœnis eius & opprobrijs crudelitas eorum satiaretur, ac mitigaretur: & sic sufficere sibi æstimantes ultrà sæuire desisterent, & mortem eius non sitirent. Vnde Augusti. Non persequendo Dominum flagellauit, sed illorũ furori satisfacere uolens: ut uel sic iam mitescerent, & silerent, & desinerent uelle occidere eum quem flagellatum uiderent. Hęc Augustinus. Vnde etiam propter hoc cohortem suam ei illudere permisit, aut forte iussit, ut eorum iram molliret: & à morte eius desisterent. Naturale enim est ut ira quiescat, si eum contra quem irascitur humiliatum & punitum uideat.

Augusti. tracta. 116. in Ioan.

Quod quidem uerum est in ira quæ cum mensura quærit proximi nocumentum, sed non in odio quod totaliter quærit eius qui odio habet exitium. Isti autem ex odio mouebantur contra Christum: & ideo flagellatio eius non sufficiebat nisi uiderent & ciùs interitum. O Pilate, Pilate, tu uis Dominum castigare. Nescis quid agis: quia nec flagella meretur, sicut nec pœnam mortis. Rectius ageres si te ad suum nutum corrigeres: unde intentio non excusat Pilatum in toto, quia nullum per se malum potest propter bonam intentionem effici totaliter bonum: nec facienda sunt mala ut ueniant bona: affligere autem innocentem, & præcipuè Dei filium, est maximè malum, & ideo nulla intentione est excusabile: & cùm iudex esset nõ debebat ei quem innocentem sciebat etiam minimâ inferre pœnam. Ob hoc etiam secundum Hieron. eum flagellari uoluit, ut Romanis legibus seruiret? quibus sanctum erat ut crucifigendus flagellaretur prius, fortè ad extorquendum ab eo socios sceleris: & sic Christus, si crucifigi deberet: iam flagellatus esset. Ipse quoq; Dominus flagellari uoluit: ut, quia

Psal. 31.

scriptum est, *Multa flagella peccatoris*, nobis parceretur: & nos suo flagello à perpetuis flagellis liberaremur: sicut pia mater quando uidet patrem uelle flagellare aliquẽ de filijs suis: extensis occurrit brachijs, & eum protegit, exponens se pro eo flagellis: homo enim Deum offenderat, & ideo disciplinari debebat: Christus ergo disciplinari uoluit, & sic Deum placauit: & ideo dicitur, *disciplina pacis nostræ super eum.*

Esaia. 53.

Et si tam grauiter flagellatus est innocens pro peccatis alienis: quàm grauiter putas noxios, nisi se correxerint, flagellandos pro peccatis proprijs? Cùm ergo Dominus flagellari iubetur, spoliatur per milites, apparitores præsidis, & uestibus quibus indutus erat exuitur, & coram omnibus denudatur.

Exutio uestis alba.

Est autem intelligendum, quòd sicut remissus fuerat ab Herode cum alba ueste, sic remansit in eadem ueste usque ad horam flagellationis, & tunc exuerũt eum hac ueste & suis. Ex hoc articulo exutionis uestium, habemus duo documenta. Primum est, ut caueamus nos à nuditate, tam corporali, quàm spirituali: ne fortè unquam nudi appareamus coram Deo & angelis, & hominibus: nam & si homo interdũ non uideatur ab hominibus: erubescat tamen nuditatem suam coram Deo & angelis. unde primi parẽtes erubuerunt à facie Dei, qui ubique apud nos est cum angelis suis. De nuditate uerò spirituali est illud apostoli: *si tamen uestiti, & non nudi inueniamur.* Item est illud Apocalypsis, *Vestimentis albis induaris, ne appareat confusio nuditatis tuæ.* Vbi per uestimenta alba intelligitur candor sanctæ conuersationis, quæ instar uestimenti multis debet esse contexta uilis: his uestimentis semper induta debet esse anima fidelis, ne cõfusio

Documẽta. Nuditas uitanda.

2. Cori. 5. Apoca. 3.

nuditatis eius à uirtutibus, appareat coram Deo, & angelis & hominibus. Secundum documentum est, quòd sicut exutus fuit uestimẽtis suis: sic & nos exuamus ueterem tunicam, & nudemus conscientias nostras coram Deo, per nudam & puram confessionẽ peccatorum: deponentes omne pallium excusationis: quia nuda & aperta sunt omnia oculis eius. Ad conformandum se huic articulo, recogitet homo quàm miserabiliter, & cũ quanta iniuria & uerecũdia Christus fuit exutus uestibus suis, & denudatus pro nobis, ut nos uestiret uirtutibus: & oret hoc modo: Iesu qui uestimentis tuis exui, & ad flagella nudari uoluisti: Da mihi nuda peccatorum meorum confessione ueterem hominem cum actibus suis exuere, & in

Contemplatio.

conspectu tuo nudum à uirtutibus me nequaquam apparere. Deinde Dominus ad columnam dirisimè ligatus, ille qui soluere cõpeditos solet: & plena Deo mẽbra uerberibus subdens immanissimè flagellatur, *& undique flagellis atteritur*, uerberibus cruciatur. Stat nudus coram omnibus amantissimus iuuenis, elegans & uerecundus, & silet ad omnia quasi agnus.

Psal. 44.

Speciosus forma præ filijs hominum suscipit dura, aspera, & dolorosa flagella spurcissimorum. Caro illa innocentissima, & tenerrima, mundissima & pulcherrima: flos omnis carnis & totius humanæ naturę, repletur plagis, liuoribus, & fracturis: uulneratur per totũ corpus illud sanctissimum, à planta pedis usque ad uerticem eius non remanet sanæ partis uestigium, & totum fit rubrum uestimentum suum. Fluit undique regius & preciosissimus sanguis de omnibus partibus corporis, & eius corpus candidissimum cruore eius roseo rubricatur per totum. Superadditur, reiteratur & spissatur plaga super plagam, liuor super liuorem, fractura super fracturam, sanguis super sanguinem, quousque tam tortoribus quàm inspectoribus fatigatis soluit iubetur à columna, cui fuit alligatus. Cuius columnæ aliqua pars ostenditur Romæ in

Columna pars, Roma.

ecclesia sanctæ Praxedis: maior autem pars fertur esse in ecclesia montis Sion, in loco ubi pronunciatur euangelium: quæ secundum Bedam, dominici cruoris usque hodie cernentibus uestigia certa demonstrat. Quot autem & quãtæ plagæ, uel uulnera in hac flagellatione sibi infligebantur, pro certo sciri nõ potest, nisi per reuelationem ut supra dictum est: sed oportuit ea esse quasi innumerabilia. Si enim, ut dicitur in Deuteronomio: *Pro mensura peccati erit plagarum modus*: Christus autem flagellabatur pro peccatis nostris, quæ utiq; sunt innumerabilia: quare & plagæ innumerabiles. Et hoc est quod dicitur in Esaia:

Deut. 25.

Esa. 1.

A planta pedis usque ad uerticem, non est in eo sanitas. Tunc impletum est quod ibidem dicitur: *Non est ei speciem neque decor: & uidimus eum, & nõ erat aspectus: & quasi absconditus uultus eius & despectus: & reputauimus eum quasi leprosum, percussum à Deo & humiliatum.* Vnde Augustinus. De uultu illius pulchritudo efflu-

Augusti. tracta. 116. in Ioan. Contemplatio.

xerat omnis, & qui erat præ filijs hominum speciosus, uidebatur omnium indecorus: quia iniquorum liuor sacrum illius uultum fœdauerat uerberibus. Considera eum hic diligenter per longam moram & spaciosè, & si hìc ei non compateris, cor lapideum reputa te habere. Et tunc exclamabis: O bone Domine Iesu, quomodo tu denudaris qui nudos uestis? quomodo tu ligaris, qui compeditos soluis: & ligatos à dæmonibus & ab infirmitatibus detentos liberas? quomodo tu flagellaris, qui nos à flagellis eruis? quis fuit ille tam audax, qui te spoliauit? quis tam temerarius, qui ad columnam te ligauit? quis tam sacrilegus,

sacrilegus, qui te flagellauit? Sed tu sol iustitiæ tuos radios subtraxisti, & ideo sunt tenebræ ac tenebrarum potestates: omnes sunt te potentiores: nobis debebãtur flagella æternæ afflictionis, tu flagellari uoluisti pro nobis, ut nos misericorditer crueres ab illis. Vnde Anselmus: Et quidem non ignorabat impius ille per inuidiam omnia in te fieri, nec tamẽ abstinuit temerarias à te manus: sed amaritudine repleuit animã tuam sine causa. Illudendum te misit Herodi, illusum recepit, nudum in cõspectu irrisorum stare te iussit: nec pepercit amarissimis uerberibus uirgineam carnem tuam deuellere, plagas plagis, liuores liuoribus infligens. Electe puer Domini Dei mei quid tanta amaritudine, quid tanta confusione dignum commiseras? Prorsus nihil: ego homo perditus totius cõtritionis, totius confusionis tuæ causa extiti: ego Domine uuam acerbam comedi, & dentes tui obstupuerunt: quia quæ non rapuisti tunc exoluebas. Amor tuus & iniquitas nostra sic te fecit imbecillẽ. Maledicta sit tanta iniquitas, pro qua sic affligeris. In omnibus his non est satiata persidorum Iudæorum impietas. Hæc Anselmus. Vide nunc, attende quanta & qualia ab impio Pilato & suis sine causa Dominus passus est pro te, & exemplo eius ad patientiam in laboribus & aduersitatibus confortare. Sicut enim Christus uerberatur & flagellis nodosis caro illa sanctissima, & membra dei catissima acerrimè dilacerantur, ac corpus eius formosum plagis liuet, & sanguine undique rubet: sic miles Christi strenuus debet corpus suum per asperitates & duritias debitas castigare, ne inobedienter incipiat recalcitrare. Flagellatio Domini præfigurata fuit per Achior principem ligatum ad arborem. Achior ligatus fuit ad arborem, per Holofernis satellites: Christus ad columnam, per Pilati milites. Achior propter ueritatem quam dixerat, fuit ligatus: Christus propter ueritatem quam prædicauerat, fuit flagellatus. Achior ligabatur, quia noluit Holoferni loqui placentia: Christus, quia reprehendit Iudæos cum eorum displicentia. Achior ligatus est, quia gloriam Dei magnificabat: Christus flagellatus est, quia nomen patris sui manifestabat. Flagellatio etiam Christi, in flagellatione Hieremiæ præfigurata fuit, quẽ Phassur flagellauit. Soluto autem Domino à columna, ducunt eum sic nudum, sic flagellatum, per domum pro pannis suis colligendis, qui sparsim per domum ab expoliatoribus proiecti fuerant. Intuere bene eum sic afflictum, sic trementem propter frigus: quia hyems erat. Attende diligenter, & considera statum eius in actibus singulis: ut intimè compatiaris, ac simul pascaris: auerte autem parũper oculos à diuinitate, & eum purum hominem considera: & uidebis iuuenem elegantem, nobilissimũ, innocentissimum, & amantissimum, totum autem flagellatũ, & sanguine liuoribusque respersum: pannos suos undique sparsim proiectos de terra recolligere, & cum quadam uerecundia & rubore nudum coram illis semper ipsum deridentibus se reuestire, ac si foret omnium infimus, à Deo derelictus, & omni auxilio destitutus. Intuere ergo eum diligenter, ac pietate & compassione mouearis. Redeas postea ad diuinitatẽ: & considera illam immensam, æternam & incomprehensibilem, & imperatoriam maiestatem, incarnatã, se flectentem, & humiliter ad terram inclinantem, pãnos recolligentem, & se cum reuerentia, rubore simul liter reuestientem; ac si esset homo uilissimus, imò quidam seruus empticius, sub illorum dominio constitutus, & ab eis pro aliquo excessu correptus & castigatus. Intuere & nunc eum diligenter, ac humilitatem suam admirare, & pro posse imitare. Secundum eãdem etiam considerationem intueri potes eundem cùm post coronationem purpura spoliatus se uultre uestire. Ex hoc articulo flagellationis, habentur duo

Documẽta.

documenta. Primum est, quòd nos flagella Dei libenter debemus sufferre, ut unusquisque nostrum possit cum Psalmista, dicere: *Quoniam ego in flagella paratus sum.* Et meritò, quia si unicus Dei filius paratus fuit suscipere in se nostra flagella ex obedientia patris: cur & nos adoptiui non essemus parati sufferre flagella eiusdem patris, quæ ipse per se uel per ministros, seu instrumenta sua media nobis misericorditer infligere dignatur ad emendationem nostram. Nam secundum Sapientem, *quem diligit Deus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit.* Secundum est, quòd diligenter caueamus ne & nos iteratò Christum flagellemus: quod fit quotiescunque moraliter peccamus. Cùm enim Christus flagellatus sit pro peccatis nostris, quandocunque peccamus tunc Christo unum ictum flagelli quantum in nobis est incutimus: sicut apostolus de quibusdam dicit, rursum crucifigentes in semetipsis filium Dei. Ad conformandum se huic articulo, poterit homo flagello uel uirga seipsum cædere, si gratiam habet: uel saltem compatiendo flagellato Christo, mentaliter se flagellet & sic oret: Iesu qui pro nobis flagellari undique uoluisti: da mihi flagella tuæ paternæ correptionis libenter suscipere, & de peccatis meis nunquam denuo flagellare. Cùm igitur post flagellationem Iesus reuestire se uellet, contendunt impiissimi quidam Pilato dicentes: Domine hic se regem fecit, uestiamus & coronemus eum more regio. Miseri ad plenum sibi illudere uolebant, antequam eum morti traderent. Vnde Anselmus: Notissime autem Domine Iesu in manus incircuncisorum militum deuolutus es, morte turpissima cõsummandus: parum erat sacrilegis manibus suis crucifigere te, nisi prius repleuissent illusionibus animam tuã. *Et* consentiente Pilato, *congregauerunt ad hoc uniuersam cohortem in prætorium*, ubi sedebat præses & senatus, ut omnes interessent tali spectaculo, & ut magis ei illuderent in loco patenti & coram multitudine, & eum uix reuestitum, *exuentes uestimentis suis induerunt eum ueste*, seu tunica, *purpurea, & circũdederunt ei chlamydem cocineam*, id est, pallium siue mantellum, non consutum: sed fibula infrenatum coccinei coloris, qui est inter rubeum & purpureum, in opprobrium regij nominis: quod ipse (ut Iudæi asserebat) indebitè usurpabat. & ad deridendum eum, sicut regem falsum, ac ceperunt purpuram & chlamidem: non nouam, sed ueterem, in confusionis augmentum: quia enim rex dicebatur, induunt eum uestibus quibus reges uetères utebantur. Christus illa die fuit indutus triplici ueste: scilicet alba, rubea, & coccinea: ad designandum quòd qui uult esse de Christi familia, debet portare uestem albam innocentiæ, rubeam charitatis & obedientiæ, & coccineam pœnitentiæ: sic ergo nunc pura & chlamide induerunt eum: & unus euangelista exprimit unum, alius aliud: quia si tantum chlamydẽ ei circundedissent, non cum nudassent: sicut non legitur nudatus ante Herodem, ubi imposuerunt sibi albam uestem. Et bene conueniebat uestis alba & rubra tali corpori, ut pote toti sanguine rubricato ex flagellatione: ut impleretur illud Esaiæ, *Quare rubrum est indumentum tuum, & uestimentum, sicut calcantium in torculari?* & hæc quæstio, secundum glosam, fuit angelorum uidentium, & mirantium,

Anselmus in speculo euangelicæ formæ cap. 9.

Psal. 37.

Hebr. 12. Apoca. 3. Flagellantes iterum Christum.

Anselmus in speculo cap. 10.

Chlamys coccinea.

Vestitus triplicitèr Christus uno die.

Esaiæ. 63.

Universidad de Deusto Biblioteca

uòd Christi corpus quod de vtero virginali tantum candorem habuit, quantum fullo non potest facere super terram, intãtum fuit sanguine rubricatum. Ad quam quæstionem ipsemet ibidem respondit dicens:

Ibidem.

Torcular calcaui solus: quasi diceret, secũdum glosam, Ego solus sustinui pressuram crucis, flagellorum, & omnium tormentorum passiones, in quibus quasi prælo pressus sum, sanguine proprio per totum corpus meum pro salute mundi aspersus. In purpureo ergo uestimento caro eius passionibus obiecta significatur. Per hoc etiam significatur passio martyrum, qua totum corpus Christi, id est, ecclesia rubricatur: & sic etiam purpura uestitur, cum de triumphis sanctorum martyrum gloriatur. Ex hoc articulo trahuntur duo documenta. Primum est, quòd nos peccata

Documenta.

nostra operire debemus operibus charitatis: ut sicut Christus nostrorum peccatorum flagellis cruentatus purpura cooperiri uoluit: sic & nos opera nostra cruenta, id est peccata nostra cooperiamus purpura

1. Petri 4.

uernantis charitatis: quia, ut ait Petrus, *charitas operit multitudinem peccatorum*. Vel etiam per purpuram significatur memoria dominicę passionis. Vnde in Cãticis,

Canti. 7.

comæ capitis sponsæ, id est, animæ fidelis dicuntur esse sicut purpura regis: quia cogitationes mentis nostræ, quæ per comas capitis intelliguntur, uersari debent assidue circa passionem redemptoris, uel etiam circa opera charitatis. Secundum documentum est, quòd per hoc quòd Dominus noster ueste regali indui uoluit, secundum Theophilum, docemur quòd

Theophilus ĩ c. 23. Lucæ.

& nos habitu mentis ueste regia induamur, & simus uere reges calcantes super serpentes & scorpiones: id est, omnia uitia suppeditantes. Vnde dicimur Christiani, id est, uncti quasi reges. Ad conformandum se isti articulo & septem sequentibus illusionum articulis, recogitet homo factum cuiuslibet articuli cum aggrauationibus suis: & oret sicut in quolibet articulo deuotio ministrabit: Iesu qui ueste purpurea illusoriè indui uoluisti: da mihi iugem tuæ passionis memoriam induere, & peccata mea charitatis purpura operire. Pro diademate autem seu corona regali, *plectentes*, complicando seu plicantes, id est, componentes connectendo *coronam*, id est, sertum ad modum

Coronatio Christi.

coronæ capitis *de spinis*, hoc est de iuncis spinosis & aculeatis, ualde acutos angulos habentibus, *imposuerunt capiti eius* reuerendissimo & tenerrimo, aculeis ad caput uersis: ut pęna punctionis cumularetur probro irrisionis: qui attentius considerasse se dicunt, spinas illas iuncos fuisse marinos asserũt: quorum acies

Iunci marini.

non minus dura & acuta, aspera & pungitiua ac penetratiua spinis esse dicitur, intantum ut etiam homines calciati desuper calcantes inde vulnerentur. Vnde Poëta.

Et acuta cuspide iunci.

Suauissimum mihi ceruical sit illa spinea corona Domine capitis tui, super quam dulciter caput meũ requiescat. Ex hoc articulo tria habentur documenta.

Documenta.

Vnum, quòd nos peccata nostra per recordationem semper in mente portemus, sicut Christus spinas peccatorum nostrorum in suo capite portauit: quia secundum Bedam, In corona spinea quam portabat, nostrorum susceptio peccatorum ostenditur: quorum spinas remouit, per spinas quas portauit.

Beda in ca. 19. Ioan.

Gene. 3.

De his spinis dictum erat primo homini: *Terra spinas & tribulos germinabit tibi*: quia terra nostri corporis peccata germinat, quæ suis aculeis conscientiam nostrã sicut spinæ pungunt. Has ergo spinas Christus suscepit portandas pro corona uictoriæ. Solent enim uictores arma deuictorum hostium pro signo uictoriali gestare, & de his gloriari. Arma diaboli sunt peccata nostra, quibus armatur contra nos: quæ Dominus in passione sua abstulit: ipse enim est agnus qui abstulit peccata mundi. Idcirco spineam coronam, ut pote uictorialem in suo capite gestare dignatus est.

Corona spinea causa.

In ista corona uidere regem nostrum desiderabile est omni animæ amanti. Vnde ad hoc sponsa in Canticis, omnes fideles animas euocat dicens:

Canti. 3.

Egredimini filiæ Sion, & uidete regem Salomonem in diademate quo coronauit mater sua, scilicet synagoga ad literam: uel mater sua, id est, charitas quantum ad tropum pręsentem. Aliud documentum est, secundum Theophilum, ut & nos sumamus coronam spineam: id est, festinemus coronari uita arcta, abstinentijs & puritate conscientiæ: hæ enim sunt quædam spinæ propter austeritatem quam habent. Tertium documentum est, ut & nos conemur coronari spinis tentationum. Quælibet enĩ tentatio nos impugnans, est quasi quædam spina caput mentis nostræ pungens, quam dum homo superat, spina illa cedit sibi ad coronam. Vnde quot spinas tentationum homo in hac uita sustinet & superat, tot gemmas preciosas ad coronam suam comparat. Iesu qui spinis coronari uoluisti: fac me pœnitentiæ spinis sic dignè compungi ut a te merear in cœlestibus coronari. Pro sceptro quoque regali, *dederunt arundinem in dextera eius*: dehonestantes arundine dexteram quę cœlum regit & terram, & per hoc signãtes regnum quod sibi usurpauit, dicendo se regem, ad modum arundinis esse uacuum & infirmum, ac ipsum regno uacuum: non attendentes, quòd ipse dixerat regnum suum non esse de hoc mundo: sed in alio mundo, scilicet æternitatis, ubi regnum est firmissimum. Ex hoc articulo trahitur documentum, quòd nos attendere debemus, nos ex nobis esse infirmos & fragiles, ac omni bono vacuos, nisi dextera Dei nos manu teneat: sicut arundo in se habet uacuitatem & imbecillitatem, sed manu Christi apprehensa firmatur. Vt dicit Hilarius: Idcirco ergo Dominus noster arundinem in dextera tenere uoluit, ut per hoc ostenderet se nos fragiles uacuos & infirmos manutenere, & omnibus bonis implere.

Hilarius in cap. 27. Matthęi.

Item arundo, siue calamus, est instrumentum scribendi: & idcirco secundum Hieronymum, Christus calamum in manu tenere uoluit: ut sacrilegium Iudæorum scriberet: & ostenderet se illum esse, qui electos suos scriberet in libro uitæ. Iesu qui arundinem pro sceptro in dextera tibi dari uoluisti: imbecillitatem quæso meam dextera tuæ potentiæ sic sustentare digneris, quatenus in me regnum tuum iugiter conformetur. Sic ergo tria instrumenta illusionis introducuntur: scilicet uestis purpurea & coccinea, corona spinea, arundo uacua. Vestis corpori, corona capiti, arundo pro sceptro manui imponitur. Ad literam hæc sunt tria regalia insignia contumeliose & in derisionem sibi impensa, ut reus ostendatur lęsæ maiestatis, eo quòd regnum vellet sibi usurpare: nec posset obtinere. Moraliter sicut Christus illusus fuit tripliciter: sic tripliciter anima frequenter illuditur & per peccatum capitur.

Moraliter. Illusio triplex animæ.

Primò, in ostentatione humanæ potentiæ, quæ significatur per uestem purpuream & coccineam: quæ est uestis regum & potentum. Secundò, in cupiditate affluentis opulentiæ: quæ notatur per coronam spineam, diuitiæ enim spinis & curis sunt plenæ. Tertiò, in uanitate mundanæ sapientiæ: quæ significatur per arundinem, quæ pulchra, sed uento plena & uacua est: mundana enim sapientia in qua confidunt homines,

mines, & qua quis non ad Dei laudem, sed ad gloriã suam utitur, est quasi baculus arundineus & confractus.

Obedientia Christi.

Vide hîc quomodo Christus in omnibus non tantum patri, sed suis etiam illusoribus obedit. Purpuram suscipit, caput coronæ parat, arundinem manu tollit. Sicut ergo Christus rex gloriæ spinea corona coronatur, purpura ac sceptro subsannatoriè deluditur: sic etiam cùm seruus Christi in hoc mundo uilipenditur, & uelut omni honore indignus abiicitur, & à pręsumptuosis despicitur, & illusionibus molestatur, cogitet quòd seruus non est maior Domino suo, nec pro malo habeat si patiatur similia regi summo.

Ioan. 13.

Deinde cùm signa regalia ei adhibuissent, flectebant genua coram eo: ac derisorie eum ut Deum adorantes, & ut regem salutantes, *illudebant ei*, tanquam regnare uolenti & non ualenti: ac irridentes, dicebant ei, *Aue rex Iudæorum*: quasi dicerent, Voluisti regnare: sed non potuisti. Regem Iudæorum eum uocãtes, uerum dicunt, etiam nolentes & irridentes. Et sic, secundum Bedam adorabant eum, quasi qui Deum se ipsum falso dixisset: & salutabant eum, tanquam qui seipsum falsò regem fecisset.

Beda in ca. 15. Marci.

Quod fecerunt, ut eorũ illusio responderet Iudæorum accusationi: quia de utroque accusabatur à Iudæis: detestabilis mentis affectu hæc faciunt, quia compungentes coronant, ac illudentes adorant & salutant. Et licet gentiles hoc facerent, tamen Iudæi hoc luunt, qui tanti criminis authores erant: & ideo in parasceue cùm pro perfidis Iudæis oratur, genua non flectimus, cùm fortè Iudæi hoc agebant cum gentilibus. Vbi Chrysostomus dicit, quòd milites pecunia corrupti hoc ad gratiam Iudaicam faciebant. Augustinus autem dicit hoc esse factum mandato uel permisione præsidis: ut scilicet magis Iudæorum odia saturarentur, & facilius eum eriperet.

Chrysosto. hom. 83. in Ioannem. Augusti. tracta. 116. in Ioan.

Ex hoc articulo habetur documẽtum, quòd nos caueamus ne Christum falsò adoremus, uel salutemus. Mysticè falsò Christum adorant & salutant, qui in eum credunt, sed peruersis actibus despiciunt: ore eum confiteantur, sed factis negant. Item falsò adorant uel salutant, qui inter orandum aliquid quod est contra diuinum honorem mente pertractant. Itẽ qui in ecclesijs signa deuotionis ostendunt, & postea iniurias Christo graues in membris suis faciunt. Item falsò Christum adorant & salutant omnes pseudochristiani. Iesu qui irrisoriè adorari & salutari voluisti: da mihi te Deum meum uerum adorare in spiritu & ueritate, & te solum uerum regem uenerabiliter salutare. *Et* ut illuderent factis, sicut illuserant signis & uerbis, *dabant ei alapas*, in augmentum illusionis: & hoc ideo, ut ipso opere ostenderent illusorium esse quòd ei talem honorem exhibebant. In hoc enim illusionem suam magis despectiuam fecerunt, quòd uelut adorantes Deum, & salutantes regem, eum alapizauerunt. Et differt illa alapizatio ab illa quæ in domo Annæ fuit facta: quia ibi una alapa ab uno ministrorum, hîc autem plures alapæ à diuersis dabantur: & illa dabatur causa ultionis, istæ causa illusionis. Documenta autem possunt hîc accipi ibi. Iesu qui alapis cædi uoluisti fac me ore & uita tibi semper plaudere, & aliorum opera licet mala sint, mihi in bonum cooperari concede. *Et expuebant in faciem eius*, sicut personæ uiles & contemptibiles. O quàm uilis actus militum. Ex hoc apparet quòd isti dicuntur milites, non secundum nomen militiæ pręsentis temporis, quo generosi & nobiles qui equites nominantur de calcaribus deauratis: tales enim nobiles personæ non illuderent, non conspuerent, nec crucifigerent, nec uestes crucifixi sibi diuiderent quod ad carnifices potius pertinet. Sed dicuntur milites, secundum antiquam consuetudinem, stipendiarii & seruientes pedites. Sicut patet in gestis Iulij Cæsaris. Vbi milites ab equitibus distinguuntur. Et in actibus apostolorum. Vbi dicitur: Quòd Paulus cum militibus ducentis, & equitibus septuaginta de Hierusalem missus est Cæsareã.

Acto. 23.

Ergo milites in hoc loco intelligimus uiles stipendiarios carnifices, quales nullam perhorrescunt insolentiam: qui dicti sunt milites, non à nobilitate, sed à fortitudine: erant enim robusti corpore, & ad omne malum expositi, ut dicit Chrysostomus: de quibus dicit Theophilus, quòd in istis illusionibus militaris uana gloria semper inordinatis gaudens opprobriis sibi propria ostendebat.

Theophilus in c. 15. Marci.

Documenta hic possunt sumi sicut suprà de conspuitione in domo Caiphæ facta. Iesu qui in deliciosissimam faciem tuam conspui uoluisti: da mihi faciem tuam in sacramenti eucharistiæ sumptione indigna non polluere, & conscientiam meam immundis cogitationibus non fœdare. Et accipiebant arundinem de manu eius: *& percutiebant* sacrum *caput ipsius*: & ratione doloris infligendi, ut aculei spinarum fortius infigerentur capiti: & ratione contemptus: in signum uacuitatis & nihili: non enim tantum causa lædendi eum, per puncturas spinarum & per ictus baculi, quantum causa illudendi & uilificandi hoc fecerunt: nam uiles personæ baculis sicut bestiæ percuti consueuerunt: quasi dicerent ad eum, O tu homo uilis, ut quid te regem facis? In hoc fiebat ei sicut furi qui fune capiti circumposito torquetur, ut recognoscat mala quæ fecit: & sicut funis constringitur, ut se amplius profundet uel grauius torqueat, sic & Iesum coronatum arundine percutiebant. Percutiebant arundine caput pauendum, dæmonibus tremendum, ac reuerendum cunctis cœlorum uirtutibus, & uenerandum sanctis omnibus, caput benedictum in secula: à quo omnis benedictio non solum in barbam, uerum etiam in oram uestimenti totius ecclesiæ manat, O miseri quomodo uobis adhuc tremendum apparebit caput illud, quod nunc sic percutere non formidatis? Et tunc sanguis per aculeos coronæ de capite extractus, & largiter fluens, tinxit caput & genas eius, ita ut appareret quasi leprosus: quia sanguis & sputa apposita faciebant eum leproso similem. Tinxit ergo sanguis totum caput eius: sicut cruor flagellis extractus, & sudor sanguineus tinxit omnes alias partes corporis, ut non tantum manus & pedes & latus dicamus sanguine respersa: sed tota ueste tincta Christum ascendisse de Bozra.

Contemplacio.

Cerne igitur eum cum cordis amaritudine in singulis suis afflictionibus, quia omnia sustinet quæ ipsi uolunt quasi eorum seruus, & ad omnia tacet quasi mutus. Et maximè cerne eum cùm caput eius spinis plenum arundine grauiter & sæpe percutitur, quomodo depresso collo patienter, cum dolore tamen magno, acerbos ictus suscipit & patitur. Perforabant namq; caput sacratissimum acerbissimæ illę spinæ, ac totum madefaciebant sanguine. Ex isto articulo trahitur documentum, quòd caueamus ne & nos caput Christi cum arundine percutiamus.

Documentum.

Caput quidem Christi percutiunt, qui diuinitatem eius impugnant: & eum Deum esse uerum denegant. nam secundum Apostolum, *Caput Christi est Deus*: id est diuinitas creans, est caput creaturæ assumptæ. Arundo autem uel calamus, significat scripturam diuinam, calamo spiritussancti scriptam. De qua in Psalmo dicitur: *Lingua mea calamus scribæ*. Calamo igitur

Psal. 44.

Universidad de Deusto
Biblioteca

(ut dicit Beda) caput Christi percutiunt, qui diuinitati eius contradicentes, errorem suum authoritate sacræ scripturæ, quæ calamo scribitur, confirmare conãtur. Quales sunt, qui eum purum hominem fuisse dicunt. Item arundine caput Christi percutiunt, quando propter aurum mundani fauoris, quæ per arundinem significatur, Deus offenditur. Item caput Christi calamo percutiunt, qui ex scriptura diuinitatem, plusquam oportet inuestigare satagunt: unde & interdum sanguinem erroris eliciunt. Item cum arundine Christum in capite percutiunt, qui per uacuam, id est ociosam vitam Christum offendunt: qui est caput nostrum: à quo in omnes sensus nostros uitales operationes defluunt, qui & operum nostrorum exempla nobis præbuit. Vnde in quolibet ocio, cùm adest nobis oportunitas bonum faciendi, homo ociosus Christum quasi in capite percutit: ita ut ex tali percussione & spinarum punctione sanguis de capite Christi emungatur. hoc est: quia Christus dolet & pungitur usque ad sanguinem de ocio nostro: quia uidet quòd exempla sua non fructificant in nobis. Iesu qui nobile caput tuum arundine percuti uoluisti: da mihi te caput nostrum per inanem uitam non offendere: sed tibi placitis moribus deseruire. Coronatio & illusio Christi, ac eius patientia præfigurata fuit in rege Dauid, quando ab inimico Semei, tanta mala patienter tolerauit. Semei proiecit super Dauid lapides, ligna, & lutum: sic synagoga iniecit in Christum palmas, spinas, & sputum. Semei Dauid uirum sanguinum, & uirum Belial uocauit: synagoga Christum seductorẽ, & maleficum appellauit. Sed Abysai cùm uoluisset Semei occidere, Dauid prohibuit: & angeli occidissent derisores Christi, sed ipse non permisit. Christum etiã præfigurauerunt nuncij regis Dauid, quos Amõ rex Amonitarum tam turpiter dehonestauit. Dauid misit Amon nuncios ad pacem instaurandam: quorum uestes ipse præcidit usque ad nates, & radi fecit mediam barbam: sic Deus filium suum ad pacem faciendam in mundum misit, quem synagoga nudans uestibus barbam ipsius sputis maculauit. De præmissis Domini contumelijs dicit Augu. sic enim implebantur quę de se dixerat Christus: sic martyres informabantur ad omnia, quæ persecutores libuisset facere perferenda: sic paulisper occultata tremenda potentia, commendabatur prius imitanda patientia: sic regnum quod de hoc mundo non erat, superbum mundum non atrocitate pugnãdi, sed patiendi humilitate vincebat: sic illud granum multiplicandum seminabatur horribili contumelia, ut mirabili pullularet in gloria. Hæc Augustinus. Væ igitur semel, uæ uæ bis, & uæ iterum his, qui post tam præclarum humilitatis speculum superbia tolluntur in altum: opprobria refugiunt, & ad honores aspirant: rursus contemptui habentes Dei filium, quem tanto ab hominibus amplius omni constat honorificentia dignum, quanto pro hominibus indigniora sustinuit. Vnde Chrysosto. Tot autem & talibus factis ipse instabat silens: tu uerò audiens hæc in mente habe continuè, & regem orbis terrarum & angelorum Dominum uidens contumeliam patientem, & omnia ferentem silentio imitare. Et iterum: Quæ igitur est nobis cura decætero, si contumelias ab aliquo patiamur: postquam hæc Christus passus est? Etenim quod fiebat in Christo, ultimus contumeliæ terminus erat: nec una particula tantum, sed uniuersum corpus patiebatur iniurias: caput per coronam, & arundinem, & colaphos: facies, quia conspuebatur: genæ, quia alapis cædebantur: corpus totum, per flagella: & quia denudatum est, & per circundationem chlamydis, & per fictam adorationem manus, per arundinem, quam dederunt ei pro sceptro: ac si timerent ne prætermitterent aliquid grauissimæ præsumptionis. Vnde Anselmus: Regali purpura induitur: sed plus in ea despicitur, quam honoretur. Sceptrum in manu gestat: sed eo ipso reuerendum caput eius feritur. Adorant coram ipso positis genibus in terra, & regem conclamant, & continuò ad conspuendum amabiles eius genas subsiliunt: maxillas palmis concutiunt, & honorabile collum exhonorant. Hæc Anselmus. Omnes uerò istę illusiones militum, & contumeliæ Iudæorum Christo illatæ nobis tribuunt mysteria: licet alia intentione ab eis sint facta, prout sæpius tactum est suprà. Hęc autem secundum Ioannem ante sententiam Pilati facta sunt: sed Matthæus & Marcus, post sententiam ea quæ omiserant recordando ponunt: sic ergo (ut dictum est) martyres informabantur ad perferenda omnia, quæ à persecutoribus inferebantur. Quod enim in uestę duplici, scilicet alba & rubea Christus illusus esse perhibetur: in uno puritas suæ humanitatis: in altero ueritas passionis exprimitur. Hoc etiã significat duplex martyrij genus, quo in passionibus ecclesia adornatur, ut sit candida uirginitate, & rubicunda sanguine. Et ipsa ecclesia uarijs membrorum suorum flosculis uernans in pace lilia gignit, in bello rosas. Vnde dicit admirando. *Dilectus meus candidus & rubicundus*: candidus, scilicet actione: & in pace lilium uirginum: ac rubicundus sanguine, & in bello rosa martyrum. In utroque ergo habitu Domini, potest omnis multitudo electorum intelligi: alba enim uestę induuntur uirgines & confessores, & rubea martyres. Vnde & Dominus alba uestę induitur, cùm munda iustorum confessione circundatur: rubea uestitur, cum in triũphis uictoriosorum martyrum gloriatur. Si autem te nudum absque his uestibus inueneris, uestę Christi rubea induere, & totus Christi passionibus adornare, sed nec illis sufficiebat quòd ad maiorem illusionem totam cohortem militum congregauerant: sed & Pilato iubente coram ipso & toto populo Iudæorum foris expectante, qui propter festum non introibant in prætorium, adduxerunt foras Iesum sic illusum, & ad derisionem & confusionem paratum omnibus demonstrandum. *Exiuit ergo iterum Pilatus* de prætorio *foras* ad Iudæos, *& dixit eis. Ecce adduco uobis eum foras*: postquam diligenter examinaui, & puniui, ad uobis satisfaciendum: *ut cognoscatis quia nullam in eo causam*, scilicet mortis, *inuenio*: licet afflictus & illusus sit, & hoc ad uoluntatem uestram innocenti fecisse sufficiat. In eo habitu illum ostendit, in quo illusus est à ministris: ut saltem sic quiescant uidentes eum plenum opprobrijs. *Exiuit ergo Iesus* ex præcepto Pilati, *portans spineam coronam, & purpuream tunicam*, & clamydem coccineam, turpem & ueterem: ac sceptrũ arundineũ. Ecce quàm lamẽtabile spectaculum. Incedebat quasi in habitu regali, sed patebat undiq; despectui. Ecce quomodo rex & dux tuus confusione repletur & humiliter sustinet, ut te ab æterna confusione eriperet, & à superbiæ peste sanaret. Hic ergo instruimur, ut opprobria omnia pro nomine Iesu Christi sustinere parati simus, & in omnibus humiliari studeamus. Vnde Anselmus: Attende anima mea quis est iste, qui ingreditur habens imaginem quasi regis, & nihilominus serui despectissimi confusione repletus est: coronatus incedit, sed ipsa eius corona cruciatus est illi, & mille punctu-

Beda in ca. 15. Marci.

Oculi detestatio.

Coronationis & illusionis figura. 2. Reg. 16.

2. Reg. 10.

Augusti. tract. 116. in Ioan.

Superbia execratio.

Chrysosto. hom. 88. in Matthæũ.

Corporis totius contumelia.

Anselmus in speculo cap. 12.

ris speciosum eius uerticem diuulnerat. Hæc Anselmus. *Et* tunc quasi despectiuè loquendo, uel eos ad misericordiã prouocãdo, *dixit eis Pilatus, ecce homo*: ecce de quali homine creditis q̃ uellet sibi regnum usurpare: & quasi diceret, & si in aliquo malè egisset: tamen ultra condignum punitus est: & ideo sufficere uobis deberet: uidete caput eius perforatum: totum corpus laceratum: faciem consputam: & pro Deo cõpatiamini sibi, quia frater uester est: uolebat enim Pilatus ut sensibiliter uiderent qualiter fuisset punitus & illusus, ut sic mouerentur ad compassionem, qui animo liberandi eum fecit hanc ostensionem. Vnde Chrysostomus: Propterea coronatum Iesum eduxit ad eos, ut conuitium quod à militibus factum erat in eum, uidentes parum respirẽt à passione & uoluptate uenenum. Vnde & Augustinus: Hinc apparet non ignorante Pilato hæc à militibus facta: siue iusserit ea, siue permiserit: illa scilicet causa, ut hæc eius ludibria inimici libentissimè uiderent, & ulterius eius sanguinem non sitirent. Egreditur ad eos Iesus portans spineam coronam, & pupureum uestimentum: non clarus imperio, sed plenus opprobrio: spinis punctus, sputis illusus, flagellis afflictus. Et dicitur eis, ecce homo: quasi dicat, si regi inuidetis: iam parcite, qa deiectum uidetis: flagellatus est, spinis coronatus est, ludibrioſa uestę amictus est, amaris conuitiis illusus est, alapis cæsus est, feruet ignominia, frigescat inuidia. Sed nõ frigescit: inardescit potius, & ĩcrescit. Hęc Augst. Ex hoc articulo sumitur documentũ, q̃ nos Christũ illusum ante mẽtis nostrę oculos habeamus: & in uestitu & in exteriori apparatu nõ uanè gloriemur: quoniã Dominus noster ĩ uestitu illusus est. Et maximè in hoc sequi Christum debent religiosi & monachi, qui Christum illusum repręsentant in habitu, tonsura, & ferulis: habitus enim monachalis despectibilis est, & quasi illusorius hominibus mundanis: corona autem capitis monachalis, repręsentat coronam spineam: baculi seu ferulæ, quos antiquitus monachi portare consueuerunt, repręsentant arundinẽ. Et sicut Christus non dedignabatur habitu illusorio populo Iudæorum ostendi: sic non erubescant monachi & alii mundi contemptores, qui secundum apostolum spectaculum facti sunt mundo in habitu contemptibili, & insigniis regalibus illusoriis prædictis Christum regem imitari. Item est hic documentum, quòd istam ostentationem Christi repręsentat sacerdos in eleuatione hostiæ: quasi diceret ipse, *Ecce homo*. Quia enim sacramẽtum altaris est memoria le dominicæ passionis, & Christus est passus, secundum humanitatem: secundum diuinitatem uerò est ipassibilis, ideo sacerdos ostẽdẽs ibi Christũ, cõgruẽ tius dicit, ecce homo: quàm, ecce Deus: licèt ipse sit & homo & Deus: sed homo patens fuit in illa ostensione, & Deus latens. Item est documentum, q̃ nos debeamus eum eisdem insigniis mysticè acceptis, put dictum est, suis locis ante conspectum Christi regis nostri in iudicio apparere, cum quibus ipse dignatus fuit Iudæis ostẽtari: Iesu qui cũ illusionis insigniis Iudæis ostentari uoluisti: da mihi ostentationem uanæ gloriæ deuitare, & cum eisdem insigniis mysticis ante conspectũ tuum in extremo iudicio cõparere. Sed licèt Pilatus hæc agat: tamen insatiabilis sacrileg orũ furor non cessat, sed magis instat. Ecce magna pertinacia Iudæorum, in procurando mortem Christi, nam obstinata nequitia non emollitur misericordia. Tunc enim illi Iudæi, filij diaboli, cùm uidissent eum sic punitum & illusum, & cognoscerẽt quòd Pilatus sic uolebat dimittere eum: in nullo compatientes ei, sic punitionis correptione, & illusionum opprobrio nõ cõtenti, nec Pilati excusatione placati, *clamabant* tumultuosè, & alios ad clamandum excitabant: *dicentes, crucifige, crucifige eũ*: quasi dicerent, hæc pœna nullo modo nobis sufficit: sed petimus quòd moriatur. Videntes eum magis commouebantur, quia ex aspectu eius qui odio habetur magis cõtra eum corodientis inflammatur. Ingeminant autem crucifige, propter desiderij uehementiam, & quia uoluntate & opere crucifixerunt eũ. Magna crudelitas: quia nõ sufficit eis alterũ, scilicet uel flagellare, vel occidere, sed utrumque: nec contenti sunt quacunque morte, sed turpissima & durissima: scilicet crucis desiderant occidere. Clauis affigi ad lignum quærunt, ne dolor citius finiatur: sed morte producta moriatur, & ut in cruce diutius uideatur, & modo mortis diffametur. Et secundum Chrysostomum: Formidantes ne aliqua eius post ipsum fiat memoria: studeant & ad suppliciũ ducere maledictum. Verùm, ut dicit Rabanus, Iudæi de morte pessima cogitabant: sed à Domino non intelligentibus eis electa erat. Ipsam enim crucem, diabolo superato erat tanquam trophæum in frontibus fidelium positurus. Cerne etiam nunc quo modo sic contumelioſè uestitus & coronatus, & cũ sceptro incedit, & quomodo facie dimissa stat coram tanta multitudine uociferante & clamante, crucifige crucifige: ac semper eum deridente, & sibi insultante, quasi sapientiores eo fuerunt & sic non solum dolores & pœnas, sed etiam contumelias & terrores recipiebat ab eis. Ex hoc articulo, qui in clamore consistit, trahitur documentum, quòd non refert ad culpæ intentionem occidere hominem lingua uel gladio. Vnde Psalmus: *Lingua eorum gladius acutus*: & loquitur ad literam de Iudæis clamantibus, crucifige. Super quo Augst. Noli attendere inermes manus, sed os armatum: inde gladius processit quo Christus occideretur. Caueant ergo sibi detractores & proximorum infamatores, ne exacuant ut gladium linguas suas: quia sicut gladio corpus, sic lingua fama hominis perimitur. Vnde dicitur in Prouerb. *Mors & uita in manibus linguæ*. Item est documentum, q̃ non semper ad quælibet interrogata est respondendum. Ad conformandum se huic articulo, recogitet homo quàm terribiles fuerunt illi clamores Iudæorum: & rememoretur an ipse unquam iniquis hominum iudicijs, aut oblocutionibus, seu detractionibus contra proximum per consensum conclamauerit, uel alias prout Deus dederit: & sic oret: Iesu qui terribiles Iudæorum uoces, crucifige crucifige clamantium, audire minimè expauisti: da mihi inimicorum tuorum uerbis execrabilibus non terreri, & lingua mea nocumentum proximo non inferre. Sed Pilatus uidens Christi innocentiam, & Iudæorum malitiam impellentium ad rem illicitam, & recusans crucifigere Iesum, dixit eis: *Accipite eum uos, & crucifigite*: qui sine causa consueuistis innocentes condemnare: *ego enim noninuenio in eo causam*, scilicet crucifigendi, & dandi talem sententiam. Verum dixit Pilatus, quia Christus, peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. vn de bene dicit, in eo: quia causa mortis Christi non fuit in eo, sed in nobis, & ideo dicit Bernardus: O piissime Iesu, quid tibi & morti? nos peccauimus, & tu luis: nos debuimus, & tu soluis: ac si diceret Pilatus, Mihi non licet crucifigere innocentem: uos crucifigite, si uultis. Derisorie & indignanter hoc di-

Chrysosto. hom. 83. in Ioan.

Augusti. tract. 116 in Ioan.

Eleuatio hostiæ.

Pertinacia Iudæorum.

Pœnam cũ sanguine poscunt.

Chrysosto. hom. 83. in Ioan. Rabanus in cap. 27. Matth.

Documẽti.

Psal. 56.

Augusti. tractat. 116 in Ioan.

Proner. 18.

1. Petri 2.

Bernardus sermone passionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xit, quia non habebant potestatem iudicandi aliquē ad mortem. Vnde, secundum Chrysosto. quòd dixit crucifigite, execrantis fuit hoc uerbum, & ad rem nō concessam illis impellentis: uidentes autem Iudæi ꝙ Pilatus clamoribus eorū non acquiesceret, incēpe runt allegare rationes alias, quam supra allegauerāt, & accusabant eum, quia contra legem Dei filiū Dei se fecit: & ideo ut blasphemus, secūdum legem quam habebant, mori deberet. Erras ò Iudeæ, quia se Deū non fecit: sed pater eum genuit Deus Deum: & ergo filium Dei se dicendo, non blasphemau it, sed ueritatem dixit. Vnde Augusti. Ecce altera maior est inui dia. Parua quippe illa uidebatur uelut affectatæ illicito ausu regiæ potestatis: & tamen neutrum sibi Iesus mendaciter usurpauit: sed utrumque, scilicet quia erat rex, & filius Dei, uerum est: & unigenitus est Dei filius, & rex à Deo constitutus super Sion montē sanctum eius: & utrumque nunc demonstraret, nisi quā to erat potentior, tanto mallet esse patientior. Hæc August. *Tunc ergo Pilatus magis timuit*, ne fortè uerū esset quòd esset Dei filius, & sic factum enorme fecisset ipsum puniendo & illudendo, & ne uideretur iniquè agere occidendo. Illi uerò hoc dicentes non horruerunt: sed interficiunt eum, pro quibus oportuerat adorare. Secundum Augustinum: Pilatus non timuit legem eorum, ut occideret: quia alienigena erat, & le gem non obseruabat: sed magis timuit, filium Dei ne occideret. Prius timuit occidere innocentem: nunc magis timet occidere Dei uirtutem. Et ideo uolens de hoc secretius inquirere: nō amplius interrogauit, quid feci sti: *sed ingressus est iterum prætorium cum Iesu*, ut ueritatem magis posset cognoscere extra tumultū Iudæorum: *& dixit ad eum: unde es tu?* id est, unde duxi sti originem? per hoc quærebat, utrum esset Deus originem habens diuinam: uel homo, habens originem terrenam. *Iesus autem non dedit ei responsum*: implens illud propheticum *sicut ouis non aperuit os suum*: ut nobis daret patientiæ exemplum. Quia enim Pilatus altam quæsiuit quæstionem non audiuit responsionem: nam diuina generatio infideli & incredulo explicanda non erat: & quia suam passionem impedire nolebat: cùm ad hoc uenisset, quòd pro nobis pati uellet. *Dixit ergo ei Pilatus*, prouocans eum ad respōsum aliquod, per quod illa accusatio excludi posset: *Mihi non loqueris?* Mirabatur de eius taciturnitate, cùm esset in puncto liberationis, uel condemnationis suæ. Ideo sequitur: *Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?* quasi diceret, mihi saltem deberes respondere. Tua Pilate uoce constrin geris: tua sententia damnaris. Si enim in te totum est positum, quare innocentem, in quo nullam causam inuenis, non absoluis? pro potestate ergo, non pro æquitate crucifigendum Dominum tradis: per potestatem latronem absoluis, authorem uerò uitæ interficis: & quia gloriatur de sua potestate, ideo respondit Iesus ad reprimendum eius iactantiam & tumorem, dicens: *non haberes potestatem aduersum me ullam* quantulamcunque habes: *nisi* hoc ipsum quicquid est *tibi esset datum* & concessum *desuper*, scilicet à Cæsare, & ulterius permissum à Deo, qui est potestas superior: & à quo est omnis potestas. Et ex hoc arguit eius peccatum, quia non acceperat potestatem à Cæsare & à Deo condemnandi innoxios, sed magis liberandi eos: & quia Pilatus Gentilis erat: & superioris potestatis timore angebatur: dicit eum minus peccare quàm Iudæos, qui legem nouerant, & inuidia mouebantur. Vnde Augustinus, quia plus peccat qui potestati innocentem occidendum liuore tradit, quàm potestas ipsa si eum timore alterius maioris potestatis occidit: nec timendo quidem, præsertim innocentem hominem, homo debet occidere: sed tamen id zelando facere, multomagis malum est quàm timēdo. Hęc August. Et similiter traditor plus peccauit, qui pro quæstu eum Iudæis tradidit. Maius ergo erat peccatū Iudæ & Iudæorum, quàm Pilati: quia ad occisionem Christi Iudas fuit motus cupiditate, Iudæi autem rācore, sed Pilatus humano timore. *Et exinde*, id est ex hac causa, & propter hoc, scilicet ne peccaret & peccatum haberet occidendo innocentem, & Dei filium: *quærebat Pilatus dimittere eum*, absolutum: quanuis minus esset peccans quàm alij qui tradiderunt illum: nō quòd tunc primum conciperet: sed si prius uolebat, modo quærebat. Suprà enim tentabat eum dimittere: sed extunc omnino & constanti animo quærebat hoc facere. Iudæi autem non ualentes per falsas accusationes circumuenire iudicem, nituntur ei de iniuria Cæsaris ingerere timorem: & ideo de hoc magis quàm de omnibus superius dictis eum terrere putantes, *clamabant dicentes: Si hunc dimittis*, qui se regem facit: *nō es amicus* & fidelis minister, *Cæsaris*: id est non zelas pro honore & statuto Domini tui custodiēdo: & ideo amicitiam eius amittes. *Omnis enim qui se regem facit*, usurpando potestatem sibi, *contradicit Cæsari*. Imperatores enim Romani abstulerant à Iudæis regiam dignitatem: & ideo qui inter Iudæos dicebat se regem, uidebatur facere contra Imperatoris ordinationem: sine cuius consensu non solebat quis titulo uti regio: hæc enim potestatis est terrenæ natura, quòd una est impatiens consortij aliarum. Vnde & ideo Cæsar nō patiebatur alium dominari. Vbi Chrysostomus, Et unde habetis demōstrare hoc: à purpura, à diademate, à curia, à militibus: nōne solus semper cum discipulis incedebat? per omnia uiliter transiens, & cibum, & scholam, & habitationem. Hæc Chrysostomus. *Cùm autem Pilatus audisset*, minas sibi inferri à populo de indignatione Cæsaris, adhuc plus timuit. Nam, secundum Augustinum, Non sic potuit Pilatus contemnere Cæsarem authorem potestatis suæ: quemadmodū legem gentis alienæ. Timens ergo Cæsarem, & non audens etiam secundum minimam apparentiam facere contra eius honorem: *adduxit Iesum foras*, extra prætorium, *& sedit pro tribunali*: id est ante tribunal, uel in tribunali: nam apud Græcos hæc propositio pro, idem est quod ante, uel in: hoc est, sedit in loco sedis iudicare: seu, ad iudicandum: quod est officium sedentis in tribunali. Est enim tribunal sedes iudicum, sicut thronus uel solium regum, & cathedra doctorum. Et dicitur tribunal, quia apud Romanos tribuni causas particulares decernebant: dicti à tribubus quibus præponebantur. Sedit uerò *in loco qui dicitur Græcè λιθόστρωτος*, id est lapidum stratura, siue pauimentū uarietate lapidum stratum: dictum à *λίθος*, quod est lapis: & *στρωτὸν*, quod est stratura, seu pauimentū: quia ille locus diuersis lapidibus erat pauimētatus, & erat ante domum Pilati: & idem locus dicitur *Hebraicè gabatha*, id est collis, siue sublimitas, ex coaceruatione lapidum: quia locus fuit sublimis uario lapide stratus, in quo tribunal erat. *Erat autem parasceue*, id est præparatio paschæ, *hora quasi sexta*. Græcis admixti Iudæi, Græcis crebrò utebantur uocabulis. Παρασκευὴ autē Græcè, dicitur præparatio Latinè. Sic dicebatur feria sexta: quia in ea præparabant necessaria pro sabbato, in quo aliquid decoqui, uel operari non licebat: sicut & in deserto duplex manna feria sexta, propter sabbatum colligebant: dicitur etiam feria sexta præparatio, quia Iudæi præparabant se mundando. Et congruè sexta die crucifigitur Dominus: quia per crucem reparauit hominem, qui sexta die à Deo est factus. Sexta etiam hora Dominus pro homine est crucifixus: quia sexta hora homo in peccatum est lapsus. Nam ut dicit Hierony. Qua hora primus Adam mortem peccando induxit, eadem hora secundus Adam mortem moriendo destruxit. Sexta quoque hora, qua maior feruor diei est, crucifigi uoluit: ad ostendendum quòd ex magno feruore charitatis passus sit. Tunc Pilatus iussit Iesum sisti iudicio, & allegans pro eius liberatione *dixit Iudæis*, quasi eos subsannādo, *ecce rex uester*: prius dixerat, Ecce homo: ignominiam suam demonstrans, ut eos ad miserendum moueret: nunc uerò ut eos magis moueat, ironicè eis insultat, dicēs: *ecce rex uester*. Primò conabatur eum liberare, per Christi ludibrium. Secundò, per Iudæorum opprobrium: quasi diceret eis: Mirum est quòd hunc hominem flagellatum, illusum, & abiectum dicitis usurpare sibi regnum. Talis homo est quòd regnum inuade re, uel captare non possit. Vnde erubescere debetis quòd eum esse regem formidatis. Compatiamini ergo illi: quia de eo timere nō oportet, uel tale quid suspicari. Et tamen Pilatus super hoc timet ab eis apud Cæsarem accusari, & sua potestate priuari. Vbi Chrysosto. Et nimirum quæ dicta sunt erant sufficientia, ut facerent eos de cætero ab ira cessare: sed trepidabant ne dimissus rursus turbam ducat, & omnia pro hoc agebant. Amor enim principatus, uersutum quid est, & animam sufficiens perdere: propterea magis insistunt. Hæc Chrysostomus. Vnde Iudæi sicut furibū di *clamabant*, & ex abundantia malitiæ ingeminando, dicebant: *Tolle, tolle*, scilicet ad mortem: & non quam cunque, sed turpissimam. Et explicantes genus mortis, addiderunt *& crucifige eum*. Interficere enim eum conabantur, & morte exprobratissima: formidantes ne aliqua eius post ipsum fiat memoria: quasi dicerēt, Tolle eum à nobis, & conspectu nostro: grauis enim est nobis ad uidendum, nec possumus eum uidere: auferque eum de medio, & interfice. Quanto plus audiebant, quòd Pilatus uellet liberare eum, tātomagis clamabant in contraium. Vbi Beda: Quia totam accusationem, quam aduersus Dominum detulerant, crebra & sollicita Pilati interrogatione uidebant euacuatam: tandem impudici ad solas se preces conuertunt: ut quod criminando, & quasi ratiocinando nequiuerant: iam postulando & uociferando perficiant. Quē exinde ordinem sæuiendi, etiam beatorum martyrū persecutores tenuisse, satis ecclesiastica demonstrat historia. Hæc Beda. Dulcissime Iesu, quis tam durus & impius erit, ut clamores illos horribiles, *tolle tolle crucifige eum*, sine gemitu & clamore spiritus aure corporis ualeat audire, seu mente tractare? Pilatus uerò terrorem, quem de Cæsare ingerunt, adhuc superare conatur: & uolens de ipsorum ignominia eos frā gere, quos de Christi ignominia non potuit mitigare: allegansque in Christi crucifixione eorum uerecundiam: dixit eis, quasi subsannando: *regem uestrum crucifigam?* quod redundat in uestram ignominiam: quasi diceret, Ex quo eum regnare formidatis, & iam de hoc fama magna fuit: non est honor uester quòd rex uester condemnetur, & erit uobis uerecundia si mortе sic abiecta moriatur. Et ideo si non mouearnini ab eius humilitate, debet uos mouere uestrum opprobrium, quod esset si crucifigerem eum. Sed illi se à libertate regni Dei & Christi excludentes, iugum diaboli sumpserunt: ac perpetuæ seruituti & tyrannidi se subiecerunt, dicentes: *non habemus regem nisi Cæsarē*. Ex quo patet quòd extunc perpetuæ Romanorum se obligauerunt subiectioni: renunciantes omni alteri regiæ dignitati: patet etiam eorū obstinatio ad procurandum mortem Christi, cùm pro eius procuratione confessi sunt in perpetuum seipsos subiectos seruituti. Vnde Chrysostomus: Abnuerunt Dei regnum, & traditi sunt regno Romanorum, quia quod habebant non intellexerunt, & ideo quod petierunt acceperunt: hoc idem etiam facto clamant nostra pontifices & prelati, seu curati, qui suas ecclesias dimittentes ingerunt se negocijs temporalibus principatus, uel regni. Per hoc autem iterum Iudæi timorem Pilato ingerebant. Vt enim dicit Augusti. Apertissimè contrà Cæsarem uenire uideretur, si regem se non habere nisi Cæsarem profitentibus, alium regem uellet ingerere: dimittendo impunitum, quem propter hos ausus ei tradiderant occidendum. Ex quo articulo adductionis Christi ad tribunal, habentur duo documenta. Primum, quòd nos debemus tribunal in mente nostra constituere, & ibi iudicio astare, sicut Christus stetit ante tribunal propter nos: ut nos districtū Dei iudicium possimus declinare. Iuxta illud Apostoli: *Si nosmetipsos diiudicaremus, non utique iudicaremur*. Secundum est, quod tempore aduersitatis iudicū Dei cum patientia subeamus: sicut Dominus noster pro nobis ductus ante tribunal hominis obmutuit, & nō aperuit os suum, cum omni patientia subiens iudicium: nos quippe tempore aduersitatis, quasi ante tribunal Dei sistimur. Vnde Apostolus, post uerba præallegata, subdit: *Cùm autem iudicamur*, scilicet temporalibus pœnis, *à Domino corripimur*, quia ut dicit glosa: Pœna ipsa nobis propria est purgatio, ut non cum hoc mundo damnemur: quasi diceret, Ideo est bonū hîc per punitionem temporalem iudicari à Deo: ut hîc correpti non damnemur in iudicio futuro. Ad cō formādum se huic articulo, attendat homo documēta iam præmissa, & oret mente deuota. Iesu qui ante tribunal Pilati adduci, & in iudicio sisti uoluisti: da mihi ante tribunal mentis meæ conscendere, & meip sum de culpis meis cōscientiæ testimonio districtius iudicare: iudicium quoque tuum in aduersis tam patienter hic subire, ut iudicio tuo extremo ualeam securus astare. Sed Pilatus timore mox uincitur: & à tramite ueritatis & iustitiæ detorquetur. Petēte enim tota Iudæorum multitudine uocibus magnis, ut crucifigeretur: tandem miser præses Pilatus motus timore imperatoris, & fauore Iudaici populi, cui ipse præerat: & à quibus pecunias sperabat leuare contra iustitiam, & contra conscientiam, qua Christum innocentem nouerat: & in quo nulla causa erat: dedit sententiam crudelissimam de morte innocentis: & per sententiam diffinitiuam, *tradidit Iesum, ut crucifigeretur* iudicio & potestate præsidis: non dixit euangelista, ut crucifigerent eum: sed ut crucifigeretur, per præsidis iudicium. Sed ideo illis traditum dixit, ut eos crimine implicatos, à quo alieni esse conabantur, ostenderet. non enim Pilatus hoc faceret, nisi ut id quod eos cupere cernebat impleret. Itaque Pilatus ambitiosus nolens amittere principatum, quanquam pronunciasset Christum innocentem: ac per eum dimittendum: uolens tamen ad complacendum clamoribus populi satisfacere: id est eorum uoluntatem facere: & nō quod erat placitum Deo & iustitiæ: timensque ne accusaretur de Cæsaris rebellione, cum hoc nullum suspicans periculum, si innocentem pauperem morti adiudicaret:

Chrysosto. hom. 83. in Ioannem.
Augusti. tracta. 116. in Ioan.
Idem ibid.
Esa. 53.
Augusti. tract. 116. in Ioan.
Potestas Pilati unde.
Chrysost. hom. 83. in Ioannem.
Augusti. tract. 116. in Ioan.
Hierony. lib. 3. comment. ad Ephesios.
Beda in cap. 23. Luc.
Pilati delictum.
Tribunal. Thronus. Solium. Cathedra.
Lithostroton.
Parasceue.
Iudæorum subiectio.
Chrysosto. hom. 83. in Ioannem.
Augusti. tract. 116. in Ioan.
Documenta.
1. Cor. 11.
Ibidem.
Iudicium Pilati.
Ambitio Pilati.

Universidad de Deusto Biblioteca

ret:maximè quia contradictor aliquis nō apparebat: protulit ſententiam, & iudicauit eum ob culpam affectati regni eſſe crucifigendum: quia enim Iudæi Cæſarem regem & Dominum profeſsi ſunt: uidēs quòd ſic ſe poteſtati Romanorum ſubiecerunt, condemnauit Ieſum, quaſi uſurpantem Cæſaris poteſtatem: *& tradidit eum uoluntati ipſorum* ad crucifigendum. Quæ autem fuerit forma ſententiæ, non eſt expreſſum ab euangeliſtis: in euangelio tamen Nicodemi ſcribitur, quòd Pilatus protulerit ſententiam ſub his uerbis: Gens tua comprobauit te regem: propterea pręcipio te primùm flagellari, ſecundum principum ſtatuta: deinde in cruce alleuari. Peccauit Pilatus, nec excuſatur: quia cùm iudex eſſet, tenebatur ex officio ſeruare iuſtitiam: & nec timore cædere debuit, nec amore, ut faceret contra eam: qui ſi omnino uoluiſſet, quem iuſtum pronunciauerat, eripere potuiſſet. Minus tamē peccauit quàm Iudæi: inſtitit enim quantum potuit, ut illum ex eorum manibus liberaret: & eius motiuū fuit minus malum, quia Iudæi ad occidendum Chriſtum moti ſunt per rancorem & odium: Pilatus uerò propter timorem Cæſaris & fauorem Iudæorum. Sic ergo eis conſenſit, quia cum effectu furori eorum obuiaſſe potuit: conſentit enim, qui cùm poteſt arguere non arguit: non conſenſit etiam conſenſu pleno, ſed coacto.

Pilati imitatores.

Sicut autē tunc Pilatus, ſic hodie faciunt multi iudices, timore uel fauore à ueritate iudicij declinātes, & iuſtitiam ſubuertentes: ecce quomodo innocētiſſimus agnus, ut te à iudicio & lamento iuſtę & ęternæ damnationis eriperet, iniuſtè propter te iudicio damnari prælegit: ecce quæ non rapuit pro te ſoluit: & tu anima mea nequam & impia, nec deuotionis ſoluis pinguedinem, nec compaſſionis refundis affectum. Cogita quantum amici eius clamauerunt, quādo illam ſententiam audiuerunt. Sed maledicti gaudent & exultant, quòd intentum ſuum prauū habent. Rident, & eum qui eſt uerus & æternus Deus derident, & eius mortem quantum poſſunt accelerant: non beneficiorum & operum eius recordantur: non propter innocentiam eius mouentur: & (quod crudelius uidetur) nō propter afflictionem quam in eo uident retrahuntur. Et ſic hora tertia crucifixus eſt Dominus linguis Iudæorum: & ſexta manibus militum. Vnde Auguſtinus:

Auguſti. tract. 117. in Ioan.

Quoniam Iudæi facinus interfecti Chriſti à ſe in Romanos, id eſt Pilatum & eius milites transferre conati ſunt: propterea Marcus ea hora qua Chriſtus à militibus crucifixus eſt, quæ agi ſexta iam cœperat prætermiſſa: tertiam potius horam recordatus expreſſit: qua hora intelliguntur clamare potuiſſe, crucifige crucifige: ut non illi tantum reperiātur crucifixiſſe Ieſum, id eſt milites qui cum ligno ſexta hora ſuſpenderunt: uerumetiam Iudæi, qui ut crucifigeretur hora tertia clamauerunt. Et iterum apparitores poteſtatis hora ſexta crucifixerunt: præuaricatores legis hora tertia clamauerunt. Quod illi manibus hora ſexta: hoc iſti lingua hora tertia. Rei magis iſti, qui clamando ſæuiebant, quàm illi qui obtemperando adminiſtrabant. Hæc Auguſtinus. Alij dicūt quòd in hora tertia Dominus iam condemnatus ſit, & in hora tertia incœpta eſt crucifixio eius: & occupatis eis in crucifixione, fluxit tempus uſque ad ſextam: & in hora ſexta crucifixio fuit conſummata: & ideo quod dicitur de tertia, uerum eſt de crucifixionis principio: & quod dicitur de ſexta, intelligitur de crucifixionis conſummatione: ſecundum ueritatem poterit eſſe meditullium horarum, & hora media inter ſextam & tertiam: & quia medium denominatur ab utroque extremorum, ideo ab euangeliſtis quandoque dicitur tertia: aliquando dicitur ſexta. Vnde etiam in ſignum huius eccleſia communiter, inter tertiam & ſextam celebrat miſſas ſolennes: quia miſſa in memoriam celebratur paſſionis.

Hora miſſæ celebranda.

Ex hoc articulo cōdemnationis Chriſti ad mortem per ſententiam trahitur documētum, quòd nos caueamus ne unquam iuſtam mortis ſententiam animæ uel corporis mereamur.

Documentum.

Item ſicut Saluator noſter ſuſtinuit pro nobis iniquam, ab homine, contra ſe ferri ſententiam: ſic & nos pro Deo curare non debemus iniqua hominum iudicia. Vnde Apoſtolus: *Mihi*, inquit, *pro minimo eſt ut à uobis iudicer, aut ab humano die*. Ad conformandū ſe huic articulo, oret homo dicendo: Ieſu qui ſententiam condēnationis ad mortē, mortē autē crucis, innocenter ſubire uoluiſti: fac me iuſtam mortis ſententiam, ſiue in corpore, ſiue in anima non mereri: & tui amore iniqua hominum iudicia non timere.

1. Corin. 4.

Data autem ſententia reducitur Dominus intus, & ſpoliatur *chlamyde & purpura*, quibus fuerat ab illis indutus: & adhuc nudo coram eo exiſtenti, uix datur ſibi licentia ueſtiendi. Intuere & hîc Dominum, ſecundum conſiderationem ſupra de flagellatione poſitā. tandem *ueſtimentis ſuis*, quibus eum ſpoliauerant reinduerunt eum, ut ductus ad mortem magis cognoſceretur in ueſte propria, quàm in aliena: & cum eſſet ueſtimentis ſuis reueſtitus, ducunt eum foras quanto citius, ne mortem eius differant amplius: ubi ligātes fune manus & collum ipſius, iudicium ſuę mortis ei imponunt, & ipſum tanquam malefactorem extra propriam ciuitatem eiiciunt.

Lignum crucis.

Nam uenerabile lignū crucis longum & groſſum & multum graue ponunt ſuper humeros ſuos delicatiſſimos, ut portet ipſum ad locum ubi erat crucifigendus. Vt enim dicitur in hiſtorijs: opinio eſt crucem quindecim pedes habuiſſe in longitudine.

Longitudo crucis.

Et quia lignum illud reputabatur prophanum & immundum, & mors crucis ignominioſiſſima: quia ut dicitur in Deut. *Maledictus qui pēdet in ligno*: ideo nullus eorum lignum illud nedum portare, ſed nec tangere uoluit: & ideo impoſuerunt illud Ieſu ut iam damnato: agnus autem manſuetiſſimus patienter ſuſcipit, & portat patibulum ſuis humeris in angariam mortis, tendens ad locum paſſionis.

Deut. 21.

Vnde Auguſtinus: Hîc adimpletur illud Eſa. *Cuius principatus ſuper humerum eius*. Principatus enim Chriſti eſt crux eius propter quam (ſecundum Apoſtolum) *Deus eum exaltauit*: & ſicut ſignum dignitatis alij baltheum, alij mitram portant, ſic & Dominus crucem: & ſi inquiras, inuenies non aliter in nobis regnare Ieſum, niſi per aſperitates: quo fit ut delitioſi inimici ſint crucis. Hæc Auguſtinus.

Auguſti. ſermo. 71. de tempore. Eſaiæ 9. Philip. 2.

Completur etiā nunc figura Iſaac obedientis, & ad patris iuſſum ligna pro ſui immolatione portantis.

Gene. 22.

Et, ſecundum Chryſoſtomū, Quomodo Iſaac dimiſſus eſt, & mactatus aries: ſic & hic diuina natura manet impaſſibilis: ſed mactata eſt humanitas, hærens cornibus inter uepres: id eſt inter retinacula peccatorum, quibus natura humana detinebatur. Hic etiam completur uiduæ Sareptanæ figura, quæ collegit duo ligna.

Chryſoſto. hom. 84. in Ioan. 3. Reg. 17.

Vnde Anſel. Vide anima mea quomodo per omnia uir iſte coarctatur & ſpernitur. Sub crucis onere dorſum incuruare iubetur, & ſuiipſius portare ignominiam. O ſpectaculum, uides ne? Ecce principatus eius ſuper humerum eius: hæc eſt uirga æquitatis, uirga regni ſui.

Anſelmus in ſpeculo cap. 12.

Vnde & Hieronymus: Hic educitur Abel in agrū à fratre, ut perimatur: hic adeſt Iſaac cum lignis, & Abraham cum ariete uepribus hærente: hic adeſt Io

Hierony. in cap. 15. Marci.

ſeph

Gene. 4. Gene. 22. Gene. 37. Nume. 21. Nume. 13. 4. Reg. 6.

ſeph cum gramineo faſce ſomniato, & tunica talari ſanguine lita: hic adeſt Moyſes cum uirga & ſerpente ſuſpenſo in ligno: hîc adeſt botrus in ligno portatus: hîc adeſt Heliſæus cum ligno, ad quærendum ſecurim, quæ in imo demerſa erat, & natauit ad lignū: id eſt genus humanum, quod à ligno uetito in infernum decidit: per lignum crucis Chriſti, & baptiſmū aquæ ad paradiſum natauit: hîc adeſt Ionas de ligno forti in mare uentremque ceti triduo miſſus.

Ionæ 1. & 2.

Vnde Auguſtinus: Grande ſpectaculum. Si ſpectet impietas, grande ludibrium: ſi pietas, grande myſterium. Si impietas ſpectet, grande ignominiæ documentū: ſi pietas, grande fidei munimentum: ſi ſpectet impietas, uidet regem pro uirga regni lignum ſui portare ſupplicij: ſi pietas, uidet regem baiulātem lignum ad ſeipſum figendum, quod fixurus fuerat etiam in frontibus regum: in eo ſpernendus oculis impiorum, in quo erant gloriatura corda ſanctorum. Dicturo enī Paulo: *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti*: ipſam crucem ſuam geſtans humeris commendabat: & lucernæ arſuræ, quæ ſub modio ponenda non erat candelabrum ferebat. Hæc Auguſt.

Auguſti. tract. 117. in Ioan. Galat. 6.

Portat autem Chriſtus crucem ut rex: ſceptrum in ſignum gloriæ, quæ eſt uniuerſale rerum omnium dominium. Item ut uictor trophæum, & ſignum ſuę uictoriæ: quo principatus & poteſtates expoliando triūphauit. Item & doctor portat candelabrum, in quo ponenda erat lucerna ſuæ doctrinæ: quia ſignum crucis fidelibus eſt uirtus Dei.

Figura.

Et ſicut ſummus ſacerdos, quando ibat ad tabernaculum ut intraret ſancta ſanctorum, portabat clauem ſuper humerum ſuum: ſic Chriſtus uadens ad tabernaculum ſancti ſanctorum, & uolens nobis aperire, portauit clauem, ſcilicet crucem, ſuper humerum.

Gene. 22.

Baiulatio crucis pręfigurata fuit in Iſaac filio Abrahæ. Iſaac enim ligna propriis humeris ferebat, in quibus eum pater ſuus immolare uolebat: ſic Chriſtus propriis humeris crucem baiulabat, in qua ipſum gens Iudæorum ſuſpendere affectabat. Iſaac ad obediendum patri ſe voluntarium exhibuit: ſic filius Dei patri ſuo cœleſti uſque ad mortem obediuit: duo autem populi Ieſum ad interficiendū eduxerunt, uidelicet Iudæi qui corde, & Gentiles qui opere hoc fecerunt.

Nume. 13.

Iſti olim per duos exploratores præfigurati erant, qui botrum de terra promiſſionis ad deſertum afferebant: per botrum præfigurabatur filius Dei Ieſus Chriſtus, qui per hos duos populos de Hieruſalem in locum Caluariæ eſt ductus: per botrum illum probabant filij Iſrael terræ promiſſionis bonitatem: per doctrinam Chriſti poſſumus conſiderare patriæ cęleſtis ſuauitatem. Eduxerunt autē eum extra ciuitatem: quorum enim animalium ſanguis inferebatur in ſancta ſanctorum: horum corpora educebantur extra caſtra, cùm cremabantur & immolabantur. Baiulans uerò crucem, per hoc nos inducit ad ſui ſequelam, ſicut ante dixerat monendo ad eam:

Matt. 16.

Si quis uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Sicut enim Chriſtus author uitæ ſententia mortis ſuper eum data, crucem ſibi baiulās confeſtim ad locum ſupplicij foras educitur, tanquam malefactor, qui huius mundi uita indignus æſtimatur: ſic uerus Chriſti imitator ſeipſum abneget, crucem ſuam tollendo, & extra caſtra ſecum improperia eius portando: tanquam purgamentum huius mundi factus: ſemperque mortificationem Ieſu in corpore ſuo circunferat, ut & uita Ieſu in corpore ſuo tandem manifeſtata fiat. Et nota quòd hęc tria ſcilicet quia exuerunt eum ueſte regia, *& induerunt eum ueſtimentis ſuis, & duxerunt eum ut crucifigerent*: figuratiua ſunt paſſionis in corpore myſtico ſcilicet eccleſia: maximè temporibus Antichriſti. Exutio regiæ ueſtis, eſt ſpoliatio terrenæ poteſtatis: induitio propriæ ueſtis, eſt reuerſio priſtinæ paupertatis: ductio ad crucifigendum, eſt uiolentia perſecutionis finalis.

Chriſtus ad ſupplicium trahitur.

Cùm igitur Chriſtus Pilato imperāte, præcone clamante, baiulans ſibi crucem traheretur ad ſupplicium: tunc eum ducendo & accelerādo, & opprobrijs ſaturando, factus eſt concurſus populorum poſt ipſum euntium: alij ſuper ipſum plangebant, alij illudentes irridebant, alii lutum & immundicias in caput & in faciem eius proiiciebant. Sed ipſe quaſi agnus innocens, & ut ouis coram tondente ſe, inclinato capite incedens, ad omnia tacebat: quoniā *tanquam ouis ad occiſionem: & quaſi agnus ad immolandum ductus eſt, & non aperuit os ſuum*.

Eſa. 53. Turba triplex Chriſtū ſecuta.

Et ſequebatur eum triplex turba. Prima carnificum, quæ eum premebat. Secunda Iudæorum, quæ eum irridebat. Tertia amicorum, quæ anxiè lugebat. Et inſuper quarta illorum, qui ad uidendum ſpectaculum ueniebant: unde non eadem mente ſequebantur: ſed quidam ut lęti morientem aſpicerent, quem uiuentem oderunt: alij ut morientem plangerent, quem uiuentem dilexerunt: ductus eſt autem cum ſocijs, duobus utique latronibus, per medium urbis, ubi eius confuſio patebat ſingulis ad hoſtia & fores confluentibus: hæc eſt ſocietas ſua.

Verecūdia Chriſti.

O bone Ieſu quantam tibi uerecundiam iſti faciunt: latronibus te aſſociant ſed & deterius tibi faciunt, quia crucem portandam imponūt, quod de latronibus non legitur. unde non ſolum cum iniquis deputatus es, ſed & iniquorum iniquior. Indicibilis eſt Domine patientia tua: hoc ad literam procuratū fuit per principes Iudæorum, ut Chriſtus infamaretur ſocietate latronum: & à vulgaribus uideretur in criminibus eorum participaſſe, & ſic ipſi uiderentur iuſtè mortem eius procuraſſe. Sic & hodie frequenter maligni faciunt, qui ſuam nequitiam, per bonorū infamiam operire quærunt: per iuſtitiæ etiam ſubuerſionem hodie in multis locis deputantur iuſti cum iniquis. Chriſtus autem permiſit hoc fieri, ut oſtenderet quòd pro peccatoribus uellet pati. Vnde Beda:

Beda in ca. 23. Lucæ.

Sed ille cum iniquis deputatus eſt in morte, ut iniquos iuſtificaret in reſurrectione: qui cùm in forma Dei eſſet propter homines homo factus eſt, ut hominibus poteſtatem daret filios Dei fieri. Hæc Beda.

Contemplatio.

Occurre igitur nunc anima mea, & uide amatorem tuū & Dominum, pro te crucem baiulantem, & ad patibulum properantem, ac tua crimina ſuis pœnis expiātem. Cerne eum quomodo ſub onere crucis curuus incedit, & uehementer anxius anhelat. Compatere ei quantum potes, in tot anguſtiis & ludibriorum renouationibus poſito. Certè benefaceres ſi iuuares Dominum deum tuum: & diceres, date obſecro mihi crucem Domini mei, & ego portabo eam.

Mariæ occurſus.

Quia uerò mœſta mater & mœrore confecta, propter multitudinem populi appropinquare ei non poterat, nec eū uidere, iuit celeriter per aliam uiam breuiorem, & compendioſam cum ſociabus ſuis & Ioanne, ut alios præcedens ualeret eidem approximare: cùm autem extra portam ciuitatis in concurſu uiarum eum obuium haberet: cernens eum ſic oneratum ligno tam grandi, quòd ante non uiderat, ſemimortua facta eſt, & penè exanimata præ anguſtia: nec ei uerbum dicere poterat, nec Dominus ſibi, acceleratus ab his qui eum ducebant. O quàm triſtes & dolentes: quàm clamantes & plorantes, ibant mulieres ſanctæ, ſuſtentā-

tes dem.

Universidad de Deusto Biblioteca

tes dominam noſtram matrem eius, non ualentem ſe ſuſtentare uel ſuſtinere: imò dicitur in terram corruiſſe. Credo quòd ipſa libenter crucem portaſſet, ſi potuiſſet: & quamuis non poſſet, libenter accepiſſet. Vnde ſecundum Anſelmum: Hac uoce ut reor ſequebatur, dicens: Vadis propiciator ſolus ad immolandum pro omnibus: non tibi occurrit Petrus qui dixit, pro te moriar. Reliquit te Thomas, qui ait: Cum eo omnes moriamur: & nullus de his niſi tu ſolus duceris: qui me caſtâ conſeruaſti filius meus & Deus meus: uerū hæc uerba ex magnæ pietatis affectu producta, ita ad hoc memoraſſe ſufficiat, ut oculus ea pietatis attēdens dū tantæ matris gemebūdis affectibus cōpatitur, fructu pii amoris illius aliquādo remunerari mereatur. Hæc Anſelmus. Vlterius autem Dominus procedens, parum poſt uertit ſe ad ipſas mulieres ſequētes & flentes. Quia enim nouit Dominus qui ſunt eius, prætermiſſa furentis populi turba, ad amantes & plangentes ſe fęminas oculos & ora conuertit: ſuos enim Dominus libenter reſpicit, & dixit eis: *Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſuper me*, nec lamentemini me moriturum: cuius citò reſurrectio mortem ſoluere poteſt: cuius mors & omnem mortem, & ipſum mortis authorem deſtruet. Non enim oportet flere eum, qui propria patitur ſponte: ſed magis ei applaudere. Vbi cùm filias Hieruſalem appellat, datur intelligi quòd non ſolum mulieres de Galilæa eum ſecutæ ſunt: ſed etiam aliquæ mulieres eiuſdem urbis per deuotionē ei adhęſerunt. Typum gerebant iſtę mulieres eorum, qui alijs compatiuntur & miſerentur, ſed non ſibi: aliorum peccata deplorant & accuſant, ſed de ſuis moribus non curant: contra quod dicitur in Eccleſiaſtico: *Miſerere animæ tuæ placens Deo*. Non ergo prohibet Dominus compaſſionem: ſed prædicit aliam luctus cauſam. Vnde ſubiungitur: *Sed ſuper uoſipſas, & ſuper filios ueſtros flete*, & ſuper imminenti excidio urbis & gentis ueſtræ uoſque ipſas, & ueſtram progeniem dignis lachrymarum fletibus abluite, ne in ultionem meæ mortis damnemini etiam cum perfidis. Secundum ſenſum literalem, fletus ad quem induxit Chriſtus mulieres, fuit propter miſeriam per Romanos ſuper Iudæos uenturam: & illa miſeria figura fuit miſeriæ ſuper incredulos per ſpiritus malignos uenturæ: pro cuius euaſione flendum eſt, & orandum ante terminum huius uitæ. *Quoniam ecce uenient dies*, ſcilicet quadrageſimo anno poſt paſſionem Chriſti, *in quibus ſteriles, quæ non genuerunt & lactauerunt, dicentur beatæ*: quia agiliores erunt ad fugiendum, quàm grauidæ, & pro ſe ſolum anxiæ. In die quoque iudicij parentes dicent filijs ſe eſſe damnatos, propter amorem nimium filiorum: & econuerſo filij dicent ſe eſſe damnatos, propter amorem & ſequelam parentum. *Tunc incipient dicere montibus, cadite ſuper nos: & collibus, operite nos*: quia aliqui præ horrore miſeriæ tunc dicebant: utinam montes caderent ſuper nos, & colles operirent nos. Similiter in die iudicij hoc dicent reprobi, optantes abſcondi à facie Domini. *Quia ſi in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Chriſtus hic dicitur lignum uiride faciens fructum: & per conſequens indignum abſciſſione per mortem. Populus autem Iudaicus, lignum aridum infructuoſum: & per conſequens dignum abſciſſione per mortem. Viride etiam lignum & fructiferum, ſunt iuſti & electi: ſed aridum infructiferum, peccatores & impij. *Si ergo in uiridi ligno*, id eſt in Chriſto omnium uirtutum uirore uirenti, *hæc faciunt*: id eſt tot tormenta inferunt: *in arido*, id eſt in populo Iudaico & peccatore, ab omni

Anſelmus in ſpeculo.

Eccle. 30.

Lignū uiride dicitur Chriſtus.

A honore gratiæ deſtituto & arefacto, *quid fiet?* Certè grauius punietur. Quaſi omnibus diceret: Si ego qui peccatum non feci, & fructuoſus ſum, ſine igne paſſionis de mundo non exeo: quæ tormenta manent peccatoribus & impijs, qui fructibus ſunt uacui? Certè Domine Ieſu uerum eſt: quia ſi tu arbor ſancta lignum uitæ fructuoſum & benedictum tanta pateris, & ramis tuis ſpoliaris: quid erit de nobis miſeris, qui ſumus lignum infructuoſum & ſiccum, aptum pro igne & gehennæ incendij? Si ergo *incipit iudicium de domo Dei, & omnes qui uolunt piè uiuere in Chriſto, perſecutionem patiuntur*: quis finis eorum qui non credūt Dei euangelio, & impiè uiuunt? Vnde Auguſtinus: Si hinc ſine flagello non exiit, qui huc ſine peccato uenit: B quomodo flagellis digni non ſunt, qui huc cum peccato uenerunt? Vnde & Gregorius: Quotiēs mortem ſaluatoris attendo, & patientiam Iob, & mortem Baptiſtæ conſidero: dico tibi ò peccator, hinc conſidera, quid paſſuri ſunt illi quos reprobat, ſi tanta paſſi ſunt quos amat? Hæc Gregorius. Bonum eſſet de his cogitare, ut cogitatio tantæ anguſtiæ nobis timorem incuteret: & timor incuſſus à nobis peccatū perpetratum expelleret: uel à perpetrando arceret: exemplo Hieronymi dicentis, Siue comedam, ſiue bibam, ſiue aliquid aliud faciā, ſemper uidetur auribus meis inſonare illa uox terribilis: ſurgite mortui, uenite ad iudicium. In prædictis duobus locis, quę modo ſunt C in ipſa ciuitate: ſed extra eccleſiam ſepulchri, ſcilicet ubi Chriſtus obuiauit matri: & ubi ſe uertit ad mulieres: adhuc (ut dicitur) apparent ueſtigia eccleſiarum, quæ ibi factæ erant in horum memoriam. Cùm ergo Dominus ulterius proceſſiſſet, & ita fatigatus ac fractus, & ex afflictione præcedenti debilitatus eſſet, quòd lento gradu incederet, & amplius crucem portare non poſſet: depoſuit eam ut aliquantulum pauſaret & reſpiraret. Illi autem peſſimi nolentes differre mortem eius: timentes ne Pilatus ſententiam reuocaret, quia uoluntatem dimittendi eum oſtenderat: *coegerunt Simonem Cyrenæum*, dictum à Cyrene ciuitate Lybiæ *patrem Alexandri & Rufi* diſcipulorum Domini: *de villa venientem*, & ad ciuitatem eundo eius oc- D currentem, *vt portaret crucem*, poſt Ieſum uſque ad crucifixionis locum. Hoc autem non fecerunt ex cōpaſſione ad Chriſtum: ſed ut citius duceretur ad crucifigendum. Item ut oſtenderent eum eſſe hominem fatigatum & infirmum, & ſic non crederetur Dei filius. Vt autem ait Chryſoſto. Nullus aliorum acceptabat crucem baiulare, eo quòd lignum deteſtabile putabatur: & ideo Simoni Cyrenæo, quaſi in quandā iacturam impoſuerunt crucem portandam, quā alij recuſabant. Qui portauit eam corporaliter & inuitè: non ſpiritualiter & uoluntariè: tum quia hoc erat turpe: tum quia forſitan erat Ieſu diſcipulus, licet occultus. Et ut dicit Hieronymus, Nomen iſtius Simonis E hic exprimitur, ratione filiorum ſuorum, qui erant Chriſti diſcipuli. Crucem Ieſus diu portare non poterat, quia ex afflictionibus præcedentibus fatigatus erat: & ideo Iudæi crucem Simoni portare poſt Ieſum imponebant. In quo docemur quòd quilibet debet portare crucem pœnitentiæ quandiu poteſt: ſed cùm ulterius non poteſt, tunc placet Chriſto quòd alius pro eo portet. Iſte Simon, ſecundum quoſdam, nō fuit Hieroſolymita: ſed peregrinus & aduena: quia fuerat Gentilis, & factus fuit proſælitus. Et licet ipſi tanquam contemptibili impoſuerunt crucem Ieſu: hoc tamen non uacat à myſterio. Significabat enim quòd Gentilitas ab ipſis humeris immediate crucem ſuſceptu-

2. Timo. 3.

Auguſti. in pſal. 88. concione ſecunda.

Hierony. ad Heliodorum.

Simon Cyrenæus cur crucem portare cogitur.

Chryſoſto. hom. 84. in Ioannem.

Hierony. in cap. 15. Marci. Documentum.

Myſteriū in Simone Cyrenæo.

ſuſceptura ad redemptionem erat, quæ & tenebras ignorantiæ idololatriæ extirparet, quod Alexander interpretatur: & totam eccleſiam de Gentibus ſanguine ſuo decoraret, quod ſignat Rufus: & per omnia mœrorem gentium, per obedientiā deponeret, quod interpretatur Simon: & hæredes regni faceret, quod interpretatur Cyrenæus: & crucem Chriſti in altum per pœnitentiam extolleret, quod ſuſtollere crucem Chriſti ſignificat: & ad hoc compellerent Iudæi, per hoc quòd uerbum crucis reiecerunt, quod ſignificat angaria. Ipſe ergo Chriſtus primus paſſionem crucis ſuſtinuit: & poſtmodum alij, & maximè aduenæ Gentiles, eum imitando. Sapientia enim diuina ordinauit, ut ipſe Dominus crucem primò portaret, & portando nobis portandam præberet. Vnde Hilarius: Indignus enim Iudæus erat Chriſti crucem ferre: quia fidei gentium erat in reliquum, & crucem accipere, & compati. Vnde & Glo. Ecce non Hebræus, ſed alienigena & peregrinus opprobrio Chriſti ſubditur, ut plenitudo ſacramentorum tranſire à Iudæis ad Gentes oſtēdatur. Simon quippe obediens interpretatur: Cyrenæus hæres. Vnde bene per eum deſignantur Chriſtiani ex gentibus conuerſi, qui quondam peregrini erant teſtamentorum Dei: ſed nunc credendo & obediendo diuinis mandatis, facti ſunt ciues ſanctorum & domeſtici atque hæredes Dei: cohæredes autem Chriſti. Hæc Glo. De uilla ergo Simon egrediens crucem portat poſt Ieſum, cùm populus nationum paganis ritibus derelictis ueſtigia dominicæ paſſionis obedienter amplectitur: Villa enim Græce pagos uocatur, à qua pagani nomen trahunt. Vnde paganos appellamus eos, quos à ciuitate Dei alienos uidemus. Vnde Theophilus: Ille tollit crucem ſuam, qui uenit à uilla, id eſt, qui dimittit hunc mūdum, & opera eius: in Hieruſalem, id eſt in ſupernam ciuitatem tendens. Ex hoc articulo, baiulationis crucis, ſumuntur duo documenta. Primum eſt: quòd nos Chriſtiani crucem portare debemus poſt Ieſum: quia *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut ſequamur ueſtigia eius*. Vnde Glo. Prior Dominus crucem portat, qui prior paſſus eſt: poſtea impoſita eſt Simoni Cyrenæo, poſt Chriſtum portanda: quia debemus ſequi ueſtigia eius. Vnde (ut dicit Ambro.) Non præceſſit Simon: ſed ſequebatur. Hinc Dominus in euangelio: Si quis poſt me vult uenire, tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me. Vbi tria innuit neceſſaria, portanti crucem poſt Ieſum. Videlicet quòd porret eam uoluntariè, & non angariatus, ſicut Simon iſte. Vnde dicit: ſi quis vult, & cætera. Itē quòd portet crucem ſuam: ſcilicet propriam, non ſicut iſte Simon alienam: unde dicit crucē ſuam. Item quòd portet crucem, non pro inani, ſed Dei gloria: unde dicit, & ſequatur me. Notandum autem (ſecundum Auguſtinum) quòd crux Domini non tantum illa dicitur, quæ tempore paſſionis Chriſti, ligni affixione conſtruitur: ſed & illa quæ totius uitæ curriculo cunctarum diſciplinarum uirtutibus coaptatur. Intelligendum ergo crucem, non ligni patibulum: ſed uitæ uirtutiſq; propoſitum. Tota igitur uita Chriſtiani hominis, ſi ſecundum euangelium uiuat, crux atque martyrium eſt. Hæc Auguſti. Et iſta eſt crux, quæ quotidie eſt portanda. Hanc autem quidam portant uoluntariè: ut uiri perfecti, imitatores Chriſti: quidam inuitè, ſicut qui cum murmure & coacti alicui ſe diſtrictioni ſubiiciunt, uel bonum faciunt. Quidam etiam portant crucem alienam, non ſuam: ſicut qui abſtinentiam & diſtrictionem ſanctorum prædi-

Hilarius canone 33. in Matth.

Documēta duo.

1. Petri 2. Crux portāda cuiq;

Ambro. in cap. 23. Lucæ.

Luc. 9.

Auguſti. ſermone 7. de uerbis Apoſto. Crucē portantes.

A cant, ſed in ſe non ſeruant: uel qui ſub regula arctiſſima ſe militare gloriantur, ſed per eius obſeruantiam non mortificantur. Quidam inſuper crucem portant, ſed Chriſtum non ſequuntur: ut qui pro laude humana laborant, ſed adhuc Dei dilectione non trahuntur. Vnde & ſicut Simon crucem portant, ſed non moriuntur: quia corpus quidem per laborem affligunt, ſed per deſiderium gloriæ mundo uiuunt. Primi figurantur in Domino, & faciunt pœnitentiam meritoriam. Alij figurantur in Simone, & hi faciunt pœnitentiam, ſed non meritoriam. Vnde Bernardus: Væ ſemel, uæ iterum crucem portantibus, & non ſequentibus Chriſtum: uæ portantibus crucem, non ſicut Saluator ſuam, ſed ad angariam ſicut Cyrenæus B alienam. Si crucem portas cum crucifixo, cur nō moreris mundo? Hæc Bernardus. Sponte igitur & Chriſti amore crucem tuam porta poſt Ieſum quotidie, & ſemper oculum mentis in eum dirige, & leuius portabis quæcunque pateris. Vnde Auguſtinus: Quātumcunque propinat nobis præſentis temporis tribulatio: parua patimur, ſi recordamur quis pro nobis ierit ad crucis patibulum: quis nos inuitat ad gloriā. Caue etiam ne unquam crucem Chriſto fabrices, uel dorſo eius imponas. Crucem enim Chriſti ad crucifigendum ipſum perhibetur carpentare, qui ad perpetrandum mala conatur conſilium & auxilium pręſtare. Et dorſo Chriſti crucem baiulandam imponit, qui C peccatum ſuum diuinæ ordinationi attribuit. Secundum documentum eſt (ſecundum Theophilū) quòd qui ad modum Chriſti magiſter eſt, debet ipſe primò tollere crucem, & timore Dei propriam carnem crucifigere, & ſic ſubditis & obedientibus ſalutari eā angaria imponere. Ad conformandum ſe huic articulo, rememoretur homo quanta charitate Chriſtus crucem portauit, & quanti ponderis illa crux fuerit, cui omnia peccata mundi impoſita erant: quæ omnia agnus immolandus in humeris ſuis portauit. Poterit etiam homo per imaginem recolere, quaſi ipſe portet crucem poſt Ieſum: & cum Ieſu inſtar Simonis Cyrenæi, uel alias prout deuotio miniſtrabit: Ieſu qui crucem tuam proprijs humeris baiulare uoluiſti: fac D me crucem arctioris continentię ſponte apprehendere, eamque poſt te quotidie baiulare. Et nota quòd quatuor portauerunt crucem etiam materialem, ſcilicet latro ſiniſter, qui ſignificat impœnitentes: qui de cruce præſentis pœnalitatis, tranſeunt ad crucem æternæ calamitatis. Latro dexter, qui ſignificat uere pœnitentes. Simon, qui ſignificat de pœnitentia murmurantes. Chriſtus, qui ſignificat innocentes, aliorum peccata portantes. Primi ſuſtinent pœnam, ſed non faciunt pœnitentiam. Secundi faciunt pœnitentiam, meritoriam & propriam. Tertij faciunt pęnitentiam, ſed non meritoriam. Quarti faciunt pœnitentiam nō propriam, ſed meritoriam. Primò itaque Ieſus crucē E ſuam quandiu poterat baiulauit: poſtea impoſita eſt Simoni congruo ordine myſterij. *Ieſum autem* ſic exoneratum: ſed ut latronem ligatum: *duxerunt in Golgotha* (quod interpretatur caluariæ locus) *ad crucifigendum*: clamantes & uociferantes poſt ipſum: & iſta ductio fuit exprobroſior & pœnoſior inter omnes, de quibus dictum eſt ſupra, pluribus de cauſis. Primò ratione ignominiæ: quia ualde ignominioſum eſt, duci ad patibulum. Secundò, ratione ſocietatis: quia *ducebantur cum eo & alij duo nequam* ut interficerentur: quod ſpecialiter factum eſt ad maiorem ſuam confuſionem, ut non uideretur diſtinctio inter Chriſtum, & alios nequam. Tertiò, ratione multiplicis comitiuę

&

Bernardus ſermone de paſſione.

Crucem Chriſto fabricare.

Crucem portantes quatuor.

& turbæ quæ eum ſequebantur:ſed non una eademque mente. Quartò, ratione loci ad quem deduxerũt eum, qui horrorem præſtabat pariter & fœtorem.

Documenta.

Ex iſto articulo, deductionis in Golgotha ad crucifigendum, tria trahuntur documenta. Primum eſt, quòd ſicut Chriſtus uoluntariè ductus eſt ad patibulum, tanquam ouis ad uictimam: ſic & nos uoluntariè ducamur ad obedientiam mandatorum Dei, & prælatorum uice Dei qua propria uoluntas mactatur. Secundum eſt, quòd nos ſequi debemus Chriſtum euntem ad locum ſuæ paſſionis, ſuper noſipſos flentes cũ mulieribus miſeriam noſtræ fragilis cõditionis.

Theophilus ĩ Lucã cap. 23. Proceſſio et letania.

Quia (ut dicit Theophi.) Mens infirma, quæ ſignificatur per fœminam: ſi ſumpta cordis contritione per pœnitentiam flet, ſequitur Chriſtum. Vnde hanc proceſſionem plangentium & lugentium poſt Dominum repræſentamus: quando proceſſiones & letanias pro aliquibus imminentibus periculis facimus, ſequentes crucem quæ ante proceſſionem baiulatur: quaſi dicamus, exeamus ad eum extra caſtra: improperium eius portantes: & ſic iuxta mandatum Domini plãgimus ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Similitudinem ergo proceſſionis illius amariſſimæ, quam Chriſtus condemnatus fecit, dum ad locum paſſionis educeretur explendo: animo dolenti conqueraris crucifixo, quòd affectum tam feruidum ad ſuam paſſionẽ, prout dignum eſt, non habeas: nec hactenus habuiſti. Tertium eſt, quòd peregrini pro pœnitentia, & religioſi pro obedientia per uias euntes, ſi aliquando laſſantur, rememorari debent iſtius itineris Chriſti, quo ad patibulum ducebatur: quoniam ita laſſus fuit, quòd crucem per ſe amplius ferre nequiuit: nimirum cùm per totam noctem & diem illam multipliciter fatigatus fuerit. Si igitur Saluator noſter tantam laſſitudinem cum tanta ignominia pro nobis ſufferre eſt dignatus: cur & nos propter eum modicum laborem viæ, & cum noſtro honore non ſuſtinemus? Ad conformandum ſe huic articulo, recogitet homo, cum quanta ignominia Dominus noſter ducebatur ad patibulũ pro noſtra magna gloria: & fleat cum ſanctis mulieribus, fundendo lachrymas ſaltem cordis, & ſic oret: Ieſu qui ad crucifigendũ in Golgotha duci uoluiſti, deduc me in ſemita mandatorum tuorum: ut cum ſanctis mulieribus tuæ ſequar uias paſſionis, & ſuper meipſum fleam miſeriam propriæ conditionis. Vides itaque quomodo hæc quæ in hora completorij, matutinali, prima & tertia paſſus eſt Dominus, abſque aliqua crucifixione, uehementiſſimi & amariſſimi doloris ſunt, & horroris ualde ſtupendi. Cùm enĩ in manus impiorum deuolutus eſſet morte turpiſſima conſummandus: parum erat ſacrilegis illis crucifigere eum: niſi prius doloribus & illuſionibus animam eius repleuiſſent.

ORATIO.

DOMINE *Ieſu Chriſte, qui hora diei tertia pro nobis flagellari uoluiſti: libera me ab æternæ iræ flagellis quæ merui: per ſacratiſſimi capitis tui punctiones punge mentem meam, ut noxias delectationes uitare præualeam: & da mihi poſt pœnitentiam pertingere ad coronam. Qui etiam multipliciter deriſus, tandem ſententialiter condemnatus es ad mortem: fac me euadere diabolicam deriſionem & mortem æternam. Portaſti tibi crucem Domine: da mihi tollere crucem meam, & ſequi te: meam utique, quæ debetur peccatis meis, meam etiam ſpontaneam & deuotam: ut per hanc perueniam ad gloriam. Amen.*

A

De ſexta in paſsione Domini. Cap. LXIII.



B

Matt. 27. Marci 15. Luc. 23. et Ioan. 19.

HORA ſexta cogitabis dolens & triſtis, quomodo Dominus Ieſus præcone clamante, & uituperabiliter ductus extra portam Hieruſalem peruenit ad locum caluariæ, utique fœtidum: Hebraicè Golgotha dictũ, & Latinè decollationis interpretatum: ubi malefactores puniebantur, & publicum erat patibulum.

Caluaria.

C

Eſt autem Caluaria teſta capitis, pilis & pelle denudata: & quia ibi decollabantur & ſuſpendebantur rei: & ſparſa erant multa oſſa corporum humanorum, & maximè capitum: ideo dicebatur locus Caluariæ, ſeu Caluariarum. Et idcirco Ieſus pro omnium ſalute in loco peccatorum eſt paſſus: ut oſtenderetur pati pro peccatoribus: ut ubi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrum: & vbi abundauit peccatum, ſuperabundaret gratia Dei: & in hoc oſtenderetur ꝙ per tolerantiam ſupplicij, peruenitur ad coronam martyrij. Ibi Chriſtus decaluatur, id eſt à carne ſua ſcilicet carnali Iudæa ſeparatur.

Turpitudo mortis Chriſti ex multis.

D

Et ſic patet mortis Chriſti turpitudo ex conditione loci: quia in loco ubi puniebantur malefactores & rei: & ex modo mortis, quia crucifixio erat turpiſſimum genus mortis: & ratione ſocietatis, quia inter duos malefactores, quaſi noxius eſt crucifixus: per quod Iudęi intendebant inducere ſuſpitionem populo, quòd Ieſus eſſet particeps, & principalis in eorum malefactis: quia eum uilificare intendebant in omnibus. Crux verò, quę tunc erat ſupplicium latronum & multæ ignominiæ: nunc à locis ſuppliciorum fecit tranſitum ad frontes imperatorum, & eſt immenſæ gloriæ. Tempus etiam paſſionis Chriſti erat tempus ſolenne: & ideo tempus gaudij & miſericordiæ: & per conſequens maior fuit dolor tantam crudelitatem & afflictionem tali tempore ſuſtinere.

Cur extra ciuitatem paſſus.

E

Extra autem ciuitatem paſſus eſt. Primò, ut oſtenderet uirtutem paſsionis ſuæ non eſſe includendã intra terminos gentis Iudaicæ. Vnde Chryſoſtomus, Non autem uoluit Dominus pati ſub tecto, non in templo Iudaico, ne putares pro illa tantũ plebe oblatum: & ideo foras ciuitatem, foras muros: ut ſcias ſacrificium eſſe commune, quod totius terrę eſt oblatio, quod communis eſt purificatio. Secundò, ut oſtendat quòd quicunque ſequi uolunt paſſionis fructum, debent exire mundum, ſaltem per affectum. Quia ergo Chriſtus extra portam paſſus eſt, ſequamur eum, & exeamus ad eum extra caſtra, & mũdanam conuerſationem, improperia ipſius & pęnam portantes.

Bernardus lib. de paſſione.

Vnde Bernardus. Chriſtus extra portam

paſſus

paſſus eſt: ad quem egrediamur mundanæ conuerſationis contemptu, quod eſt egredi de ciuitate huius mundi: & hoc tribus modis. Affectu, ut mundum nõ diligamus. Effectu, ut eum mente & corpore funditus deſeramus. Profectu, ut cum Domino ſpiritus unus fieri anhelemus.

Gregorius lib. 8. moral. cap. 6.

Quia ut ait Gregorius: Tanto quis Deo eſt proximus, quanto ab amore mundi eſt alienus. Hic locus, ſeu mons Caluariæ, ſanctus magnam inter loca ſancta obtinet dignitatem, & maximam ob memoriam dominicæ paſſionis habet compunctionis uirtutem: in quo Dominus noſter magna & ſtupenda operari dignatus eſt: quibus ad memoriam reductis cor contritum & humiliatum compungitur, & quaſi torculari paſſionis lachrymæ compaſſionis exprimuntur.

Meditatio.

De hoc ergo monte ſeu loco, & his quæ ibi fiebant, debes ſæpe & maximè in tentationibus recordari & quando tibi extinctus eſt ignis deuotionis, perge illuc, & collige de lignis crucis, & per hæc ignem huiuſmodi iterum ſuſcitabis.

Mons Caluaria.

Mons autem Caluariæ, in quo crucifixus eſt Dominus, prope quem ad quinquaginta paſſus eſt ſepulchrum eius, erat extra ciuitatem ad Aquilonem: Dominus enim paſſus & ſepultus eſt extra portam, quẽ montem & locum ſepulturæ Domini Helius imperator Adrianus incluſit intra urbem, amplians eam uerſus Aquilonem, & à capite uſque ad pedes muro cingens eandem. In quo loco poſtea Chriſtiani eccleſias duas, ſub uno tamen tecto conſtruxerunt: montemque Caluariæ & locum ſepulturæ, & multa ſacra loca intra eas concluſerunt. A monte enim Caluariæ uerſus Occidentem deſcendendo, ad duas cannas eſt Golgotha ſiue Caluaria, ubi eſt eccleſia oblonga in qua apparet rupis illa in qua crux ſancta cùm portaret Dominum erat fixa patente adhuc foramine in rupe ipſa, qui locus crucis diſtat tribus cannis, uel circa, ſcilicet ſedecim gradibus à ſuperficie terrę: hoc eſt à pauimento eccleſiæ. Eſt etiam ibi alia grandis ſciſſura per totam petram, quæ teſtimonium perhibet per ſuam ſciſſuram, ſanguinem ſui fabricatoris ſe ſuſtinere nequaquã potuiſſe. Ipſa verò petra altior eſt quàm pauimentum, uſque ad genua circunſtantium. Deinde ad quinquaginta paſſus, uel circa, eſt ſepulchrũ Domini: ubi eſt eccleſia ſancti ſepulchri, ſeu reſurrectionis dominicæ rotunda: ſed chorus protenditur in longum cum ſanctuario: in quo eſt ſummum altare, & ſuſtentatur duodecim columnis: ſed utraque eccleſia, ſcilicet iſta & Golgotha uno tecto eſt tecta. Vnde quidam hanc & illam unam dicunt eſſe, nominantes eam eccleſiam ſancti ſepulchri, ſeu reſurrectionis dominicæ. Locus autem crucis prędictus talis eſt, ut poſitus in medio terræ ad capeſſendam Dei cognitionem omnibus gentibus eſſet æqualis. Vnde ſuper hunc locum ſcriptum eſt Græcè: Hic Deus noſter ante ſecula, operatus eſt ſalutem in medio terræ.

Hierony. in cap 15. Marci. Auguſti. ſermone 71. de tempore.

Tradunt autem Iudæi (ut Hieronymus ait) quòd in hoc loco montis immolatus eſt aries pro Iſaac. Vnde Auguſti. Hieronymus presbyter ſcripſit ab antiquis & ſenioribus Iudæis ſe certiſſimè cognouiſſe, quòd ibi immolatus ſit Iſaac, ubi poſtea Chriſtus crucifixus eſt. Sub iſto loco eſt locus carceris Chriſti, ubi ſtetit ligatus, quando præparabatur crux, in qua debebat affigi.

Hieruſalẽ ſitus.

Et nota quòd Hieruſalem ciuitas Dei ſummi, domina mundi, de qua dicta ſunt & dicuntur glorioſa: ſita eſt in decliui latere montis dupliciter, & ab Auſtro uidelicet & ab Occidente. Ab Auſtro quidem ſita eſt in latere montis Sion: & inde deſcendit longitudo eius contra Aquilonem: & ab Occidente

A

habet montem Sion: & dependet ab ipſo eius latitudo contra Orientem, uſque ad torrentem Cædron, ſiue uallem Ioſaphat. Situs ergo ciuitatis ab Auſtro eſt eleuatus, ſimiliter per totum latus Occidentis, & in parte Orientis omnino eſt demiſſus: ita ut ſordes ciuitatis, tempore pluuiæ, deſcendant per portam ſterquilinij in torrentem Cædron. Nunc ergo conſpice operarios malos, undique nequiter operari. Intuere diligenter ſingula, quæ fiunt contra Dominum tuum: & quæ dicuntur, & quæ fiunt ab ipſo & per ipſum & his toto mentis intuitu exhibe te præſentem. Videas igitur oculis mentis alios cùm uidiſſent eum fatigatum, ſibi dare uinum myrrhatum, ſiue cum felle mixtum. in hoc etiam interiora dulciſſimi Domini

B

amaricare uolentes, & ſuam amaritudinem declarantes: quod, ſecundum Matthæum, cùm guſtaſſet noluit bibere.

Chryſoſto. hom. 88. in Matthæũ.

quia (ut dicit Chryſoſtomus) Nihil diſtat ſimpliciter guſtare & non bibere: ſed unum quidem & idem ſignificant Et ſecundum Marcum non accepit, id eſt non bibit, uel non ſcilicet perfectè ut biberet: quod enim guſtamus, non accipimus. quia non traiicimus illud in corpus, ſed ſtatim reiicimus. Aliquid ergo accepit ad guſtandum modicum, ut quod ſcriptum erat impleretur, ſcilicet:

Pſal. 68.

Et dederunt in eſcam meam fel: & in ſiti mea potauerunt me aceto: & quia illud quod modicum eſt, quaſi nihil reputatur: ideo hîc dicitur quòd non accepit, ſcilicet ad perfectè bibendum, quia felleam amaritudinem hominibus dulcis & rectus Dominus, nũquam acceptauit.

C

Bibere cur noluit.

Vel cùm guſtaſſet, id eſt ori appoſuit, noluit bibere: propter duo. Primò, ut oſtenderetur iniquitas talem potum propinãtium. Secundò, ut ſignificaretur uelocitas reſurrectionis ipſius. Vnde Gregorius. Guſtauit uinũ, ſed noluit bibere: quia mortis amaritudinem, quam guſtaturus erat, momentaneam & citò in dulcedinẽ conuertendam ſignificabat: quia tertia die reſurrecturus erat.

Hierony. in cap 15. Marci. Pſal. 68.

Vnde & Hieronymus. Hoc aceto ſuccus lætalis pomi abſtergitur, & non accepit id pro quo patitur. Vnde de eo dicitur, *quæ non rapui tunc exoluebam*. Vinum myrrhatum Domino propinat: qui hæreſes ſub pallio ueritatis docet.

D

Acetum cum felle mixtum Domino propinat: qui de malè acquiſitis Domino ſacrificat Hoc etiam facit, qui membra eius amaritudinibus affligit. Et uniuerſaliter uinum myrrhatum uel cum felle mixtum, eſt bonum opus cum culpa factum: quia ſicut modicum myrrhæ, uel fellis, bonum uinum corrumpit: ſic modicum culpæ mortalis, totum bonum opus deſtruit.

Spoliatio Chriſti ante crucem.

Videas & alios quæque ad hoc opus neceſſaria diſponere, & alios ipſum ſpoliare. Spoliatur itaque ſuis ueſtibus: & ad pudoris tumultum etiam fœmoralibus, ut uentis & frigori exponatur nudus. Spoliatur autem cum maximo dolore, & renouantur in eo fracturę: quia ueſtis interior, propter ſanguinem flagellationis fortiter corpori adhærebat.

E

Nudus crucifixus.

Et tunc corpus eius, tam eleganter formatum, apparuit totum cruentatum & liuoribus repletum. In hoc etiam apparuit paſſionis eius ignominia, quòd nudus eſt crucifixus: quia hoc non fit niſi perſonis abiectis & uilibus. O quantus dolor erat tibi mater ſanctiſſima, cùm oculis tuis aſpiceres iſta? Nunc enim primò conſpiciens mater ſua filium, ſic vulneratum & diſpoſitum, dolore mentis nimio affligitur. Triſtatur autem ſupra modum, quia eum uidet ſic nudatum. Accelerat igitur mater, & filio ſuo approximat, ac uelo capitis ſui eum cingit & uelat. O in quanta amaritudine eſt nunc anima ſua? Nõ credo quòd uerbum facere potuiſſet. Differt autem iſte

articulus

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

articulus expoliationis, ab articulo exutionis in flagellatione: quia ibi exuebatur in prætorio coram prȩside & suis ministris, hic autem in publico corã omni populo. Item ibi exuebatur reinduendus, hic autẽ nunquam reinduendus: & ideo signãter dictum est, quòd exuerunt eum: hic autem dicitur quòd expoliauerunt eum, quasi nunquam amplius uestes rehabiturum. Ex hoc articulo documenta possunt accipi, sicut ex illo.

Documenta.

Item est documentũ, quòd nos debemus nudari ab omnibus rebus & actibus mundanis, saluti nostræ contrarijs: ut, secundum Hiero. nudam crucẽ nudi sequamur.

Hierony. ad Heliodorum.

Item est documentum, quòd si quẽ Christianum contingat à prædonibus uestibus suis spoliari, recordetur & Christũ à suis crucifixoribus spoliatum: & erit sibi materia patientiæ. Ad conformandum se huic articulo, rememoretur homo substantiam actus articuli, & oret dicendo: Iesu qui ante crucem uestibus expoliari & nudari uoluisti: fac me ab omnibus mundanis rebus, inquantum contra salutem meam sunt, denudari: quatenus nudum crucifixum & nudam crucem nudus sequar. Deinde eripitur furibundè filius de manibus matris dolorosæ, nõ sine magnis doloribus, gemitibus, & suspirijs: & ducitur ad mortem crucis. Et nudus super lignum crucis, quæ in terra erat posita, dirè proiectus, crudeliter expãsus & tractus, strictissimè, in modum pellis hinc inde est extensus. Dicitur enim quòd foramina fecerũt prius in cruce: & quia brachia, & pedes Christi non poterant foramina attingere: ideo ligatis funibus in brachiis & pedibus tantum traxerunt, ac dulces manus & pedes ita atrociter extenderunt, quòd omnes iuncturæ ossium dinumerari potuerunt. Iuxta illud Psalm. *Dinumerauerunt omnia ossa mea*: id est, dinumerabilia fecerunt. Vbi, secundum Augustinum, Ad literam describitur extensio corporis Christi in ligno: nec poterat melius describi huius extensio.

Psal. 21.
Augusti. in Psal. 21.
Extensio Christi in cruce.

Hæc autẽ extensio multum pœnosa fuit, & maximam pœnam Christo intulit. Vnde legitur, quòd cùm quædam deuota persona, in quadam reuelatione interrogaret à Domino, quid in omnibus, quæ pro nobis pertulit, maximè doluisset. Respondit quòd in cruce extensus fui, ita quòd omnia ossa mea numerari poterant: & quicunque pro illo dolore mihi gratias egerit: ita gratum obsequium mihi præstabit, ac si omnia vulnera mea unguento suauissimo deliniret. Ex isto articulo, extensionis in cruce, sumuntur duo documenta.

Documẽta.

Primum est, quòd & nos omnia membra & organa corporis nostri extendere debemus in obsequium Christi: manus uidelicet & brachia ad operationem: pedes ad ambulationem, genua ad orationem, omnes quoque sensus ad suorum actuum sanctam & castã exercitationem, ut possimus dicere cum Psalm. *Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi?* Vnde Cassianus in collationibus patrum docet quòd religiosæ & deuotæ personȩ debent omnium membrorum suorum primitias Domino offerre.

Psal. 34.
Cassianus collat. 21. cap. 26.
Primitiæ membrorũ Deo offerenda.

Mox enim ut à somno excitati de lectulo surrexerint, debent primo oris & linguæ motu orando laudes Deo offerre: & priusquam membro aliquo suo fungantur officio, circa curã rei familiaris, debent ea ad diuina obsequia extendere: caput & faciem cum omnibus sensibus ad cȩlum leuando: manus ad Deum in oratione eleuando, brachia in modum crucis expandendo, genua ad orationem incuruando: totum corpus nunc stando, nunc in terram ad ueniam prosternendo: cum reuerenti & honesta omnium membrorum, & uirium totius corporis extensione, & spiritualium uirium intentione in sacrificiũ iustitiȩ Deo offerendo. Secundũ documentũ est, quòd cordis oculis aspiciamus saluatorem nostrũ in cruce expansis manibus extensum, quasi paratum nos recipere ad amorosum amplexũ suum.

Contemplatio.

Vnde August. Christus extendit brachia sua in cruce: & expandit manus suas paratas in amplexus peccatorũ. Inter brachia Saluatoris mei & viuere volo, & mori cupio: ibi securus decãtabo: *Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me.*

Augusti. in manuali cap. 23.
Psal. 29.

Ad conformandũ se huic articulo, poterit homo brachia & omnia mẽbra sua, siue stando, siue procũbendo in modũ crucis, etiã corporaliter, & uires spirituales intentionaliter ad laudẽ Dei extẽdere: rememorando illos amorosos amplexus extensionis Christi cũ Augu. Iesu qui in cruce extendi uoluisti ita atrociter, ut omnia ossa tua possent numerari: fac me omnia mẽbra, uiresq; corporis & animæ meæ ad laudẽ tuã extendere: & ad amorosos amplexus tuos dulciter aspirare.

Augusti. in meditationibus.

Ipse autẽ Dñs noster nõ solũ dignatus est in cruce extendi: sed & uoluit cruci affigi: ut commẽdaret nobis indissolubilẽ charitatẽ suã, qua salutẽ nostrã firmauit.

Cur crucifigi uoluit.

Extensis ergo neruis & uenis: ac protẽsis ossibus & iuncturis: violẽta extẽsione affixus est cruci in manibus & pedibus durissimè perforatis, & sauciatis cũ clauis grossis & durissimis, cutẽ & carnẽ, neruos & uenas, ac cõpages ossiũ dissipantibus: quorũ stimulis excita & tu manus & pedes tuos ad omne bonũ opus.

Ada cõformitas ad Christum.

Quia.n. primus homo ad lignum præuaricationis manus extẽdẽdo, & pedibus accedẽdo, chirographũ dãnationis nostræ diabolo confecerat: ideo saluator noster, vt chirographũ illud deleret, manibus & pedibus ligno salutiferæ crucis affigi uoluit clauis inuictissimæ charitatis: delens ꝑ hoc chirographũ decreti quod erat cõtrariũ nobis, & ipsum tulit de medio affigẽs Illud cruci. O quã libenter crucẽ ascẽdit, & quanto amore omnia pro nobis sustulit. O quãta patiẽtia obediuit & quantũ pater in ipsius obedieutia delectatus fuit. O quantæ uoces ac tristes vlulatus & gemitus, ibi ab amicis suis, & præcipue à matre sua mœstissima audiuntur, cùm sic crudeliter extenditur, clauatur, & foditur, & toto corpore dissipatur. O stupor, ò pietatis abyssus: ò charitatis incẽdiũ, ò mira circa nos tuæ pietatis dignatio, ò inæstimabilis dilectio charitatis. Sed caue ne tu clauos crucis Christi fabrices, uel manus aut pedes Domini eis vulneres, aut configas. Clauos enim crucis Christi fabricat, qui inter proximos discordias seminat. Manus uerò Domini uidetur clauis vulnerare & configere, qui de bonis à Deo datis, non vult eleemosynas erogare. Pedes autem Christi clauis ferreis perforat, qui theatra seu spectacula & tabernas magis quàm ecclesias uisitat.

Clauos Christo fabricare, aut ipsum crucifigere, quis dicatur.

Ex hoc enim articulo crucifixionis, trahitur documentum, quòd & nos crucifigere debemus carnem nostrã cum uitiis & concupiscentijs: ut simus fixi clauis .i. præceptis iustitiȩ, sicut Christus clauis cõfixus fuit in cruce.

Documentum.

Sic fecit ipse Apostolus qui dicebat: *Christo confixus sum cruci*.i. crux Christi extinxit in me ardorẽ peccati: timore Dei, quasi clauis affixas habens carnes. Et hoc est quod orat propheta: Confige clauis à timore tuo carnes meas: secundũ translationẽ, qua utitur Augu.

Galat. 2.
Psal. 118.

Ad conformandũ se huic articulo, memoretur homo continentiã eius, & sic oret Iesu qui durissimis clauis cruci affigi uoluisti: ac per hoc chirographũ peccatorũ nostrorũ, & mortis eidẽ cruci affixisti. Cõfige quȩso timore tuo carnes meas, ut præceptis tuis firmiter inhærẽs, semꝑ tibi cõfixus sim cruci. Cùm ergo crucifixio facta esset cruce ĩ terra iacẽte: postea Christũ affixũ leuauerũt cũ cruce. Et

hoc uidetur sentire Hieronymus: & in quadam oratione expresȩ̀ hoc dicit Innocentius papa tertius. Et hoc fortè reprȩsentat ecclesia, in eo quòd in die parasceues crux deosculando iacet ad terram appodiata. Ista autem leuatio non dubium, quin maximi doloris fuerit, eo quòd tunc lacerabantur uulnera manuum & pedum ex ponderositate corporis: profluxeruntque copiosi riui sanguinis undique ex illis magnis scissuris & fontibus saluatoris. In alto autem (secundum Augustinum) eleuari, & non sub tecto pati Dominus voluit, ut etiam ipsius aeris natura mũdaretur, scilicet à dȩmonibus & infectione peccatorum: sed & terra per sanguinem decurrentem similiter mundabatur.

Augusti. sermo. 130. de tempore.

Et secundum Theophilum, ut sanctificaret aerem, qui sanctificauerat terram, ambulando in ea. Et secundum Chrysostomum, ut à dæmonibus expiaret aerem & ascensum nobis pararet in cȩlum. Ideo etiam sic eleuari uoluit, ut in cruce pendẽs in aere, se inter Deum & hominem mediatorẽ ostenderet: & per passionem crucis, cuius cùm eleuata fuerit una pars ad cœlum, altera uerò in terram respicit, humanam naturam ad consortium angelorum reuocaret. Vnde Anselmus. Mediator Dei & hominũ, inter cœlum & terram medius pendens, ima superis unit: cœlestibus terrena coniungit.

Anselmus de mediat. redẽpt. generis huma.
Documentum.

Ex hoc articulo, leuationis in cruce, habetur documẽtum, quòd nos passionem Domini recolentes, debemus exaltari à terra id est, à terrenis affectibus: uel etiam à terrena conuersatiòne, saltem quò ad mentalem abstractionem, ut uel sic à terra sursum trahamur ad Christum in cruce pendentem: quatenus simus de illorum numero, de quibus ipse pollicens dixerat: Omnia traham ad meipsum. Ad conformandum se huic articulo, poterit homo ex deuotione sua mentem sursum erigere, quasi Christo coram eo pendente in cruce: & poterit hoc etiam aliquo gestu corporis reprȩsentare, & sic orare. Iesu q̃ in cruce leuari, & sic à terra exaltari uoluisti: fac me quæso à terrenis affectibus subleuari, & mente in cœlestibus conuersari. O quàm malè prouisum fuit Iesu in sua minutione: fuit enim in sua minutione, usq; ad sudorem calefactus, firmiter ligatus, profundè uulneratus, sed malè procuratus. In tribus nãq; prouidetur minutis: scilicet in alimoniȩ recreatione, in quieta pausatione, & in luminis absconsione. Sed dulcis Iesus pro recreatione habuit fel & acetum: pro quiete, uexationem corporis & afflictionem animæ: pro luminis temperatione, splendorem meridianum.

Contemplatio.

Hic siste anima mea: hic siste Christi sanguine redempta. Ecce Abel occisus à fratre. Ecce Isaac ligatus à patre. Ecce serpens æneus in deserto exaltatus à Moyse. Ecce agnus, immolatus in lege. Ecce Deus, occisus ab homine. Ecce Iesus, crucifixus in carne. Ecce rex tuus, suspensus in cruce. Ecce Dominus tuus, condemnatus morte. Ecce homo mitis & innocens, inuolutus sanguine. Ecce homo vita tua, quasi pendens ante te: Fixis in illa vulnera oculis, interna pietate considera illud corpus tenerum, corpus illud innocens, corpus immaculatũ: graui crucis extensione grauiter laceratum. Attende & uide, si est dolor sicut dolor eius. Et licèt non ignores quid boni illa passio conferat mundo: tamen si qua sunt in te pietatis, si qua charitatis, si qua compassionis viscera, pietatis affectu compatere & emitte lachrymas: clama & dic.

Flecte ramos arbor alta
Tensa laxa uiscera
Et rigor lentescat ille,
Quem dedit natiuitas,
Vt superni membra regis
Mitti tendas stipite.

Sic enim crucifixus est Dominus Iesus, & in cruce extensus, quòd dinumerari possent omnia ossa eius: & sic angustatus undique quòd se mouere non posset, nisi in capite. In hora enim & in tempore illo flebili spaciosa terræ latitudo sibi defecerat: ita ut non haberet, ubi caput miserijs fessum reclinaret: sed inclinatum dependebat. Claui ferrei sustinent totum pondus totius corporis eius: dolores acerrimos tolerat, & ultrà quàm dici uel cogitari posit, affligitur. Vide cum quanto labore, & dolore Dominus stat in cruce, & non tædeat te in seruitio suo stare. Quia (ut ait Petrus Damianus) Quò laboriosus in conspectu supernȩ maiestatis se conspicientis quis assistit: eo suauius dulcedinem intimæ quietis acquirit: quantoque difficilius sui corporis grauedinem tolerat, tanto copiosius eum ad Dei meritum leuat. Stat etiam Dominus nudus corpore, ac uento & frigori expositus: sed vestitus amore, & amoris calore inflammatus à planta pedis usque ad verticem: à leua in dextram intus & exterius cruciatus. Crux quippe à cruciatu dicitur, vbi dolores acerrimi exagitant: vbi diu viuitur, & mors ipsa protenditur, ne dolor citius finiatur: quod genus mortis intantum durissimum atque turpissimum apud Iudæos erat, ut non solum ipse vituperabilis esset quem crucifigi contigisset, sed etiam tota domus eius, domus crucifixi appellaretur.

Crux unde.

Vt ergo Dominus à turpissima & durissima morte nos liberaret: non solum durissima, sed etiam turpissima morte se condemnari permisit: & ut maledictionem quam incurreramus supportaret, maledictam mortem scilicet crucis suscepit. secundum illud: *Maledictus qui pendet in ligno,* Vnde Apostolus ait: *Factus maledictum ut nos à maledictione liberaret*. Vnde Augustin. Illa morte nihil peius fuit. Inter omnia genera mortis, elegit extremum & pessimum genus mortis: qui omnium fuerat ablaturus mortem, de morte pessima occidit omnium † mortium. Hæc Augustinus.

Crucis mortem cur elegit.
Deut. 21.
Galat. 3.
Augustin. tracta. 36. in Ioann.

Hanc autem crucifixionem Christi Esaias præfigurauit, quem gens Iudaica serra lignea per medium secauit. Iudæi enim cum serra lignea Christum per medium diuiserunt: quia animam & corpus eius, per crucem, ab inuicem separauerunt.

Figura.
† alias mortem.

Congruè autem Dominus tale genus passionis elegit, quod primæ præuaricationis reatum absolueret: ut qui per lignum uetitum cecideramus, per lignum sanctæ crucis resurgeremus. Et qui per lignum præuaricationis mortui iacebamus: per lignum reconciliationis, ad uitam reuocaremur. In cruce ergo Christus mori, & sic genus humanum saluare voluit, ut morbo conuenienter medela responderet: ut uidelicet unde mors oriebatur, inde uita resurgeret: & diabolus qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur per Christum.

Crucis lignum redemptioni aptum.

Per lignum enim præuaricationis, mors inducta fuerat: & necessarium erat, ut per lignum passionis pelleretur: & de ligno crucis & cruciatus lignum concupiscentiæ excluderetur: & ut Dominus per ligni dolores inuictus transiens, delectationes ex ligno prouenientes confutaret. Expandit in cruce immaculatas manus, pro manibus incontinenter extensis. Pro suaui cibo arboris uetitæ escam fellis accepit: & in se suscipiens mortem, nostram mortalitatem abstulit. Vnde Bernardus: Quid commisisti, dulcissime puer? Quid fecisti amantissime iuuenis?

Contemplatio.
Bernardus lib. de passione.

quæ tua noxa, quæ tua cauſa damnationis? Ego certè tui ſum cauſa doloris: quod perpetrauit ſeruus, Dominus ſoluit: quod commiſit iniuſtus, ſoluit iuſtus. O nate Dei, quò tua deſcendit humilitas? qui factus es obediens pro me, Deo uſque ad mortem: mortem autem crucis. Me ad illicita, traxit concupiſcentia: te pro me ſancta charitas, traxit ad crucem. Ego pomum accepi, tu clauis laniaris. Ego pomi dulcedinem: tu fellis guſtas amaritudinem. Mihi miſero congaudet Eua: tibi crucifixo plorans compatitur Maria. Hæc Bernardus. Quis det mihi ut totus totaliter carne & ſpiritu transfigar, crucisque affigar patibulo cum dilecto, ut nec aliquid ſentiam niſi Ieſum & hunc crucifixum: & clamabo toto corde: Quis mihi det, ut ego pro te moriar Deus meus? Dulcis mihi lectus ſit illud lignum crucis tuæ Domine, ut ego pro te moriar, in quo dulciter requieſcam. Manus tuæ, quæ me fecerunt, expoſitæ ſunt clauorum aculeis: placeat tibi ut non extendam ultrà ad iniquitatem manus meas: ſed per ſanguinem, qui de manuum tuarum plagis exiuit, purifica manus & opera mea: ut ſine ira & immundicia leuem eas ad te, & ad opera pietatis. Sana Domine uulnera conſcientiæ meæ, quæ inflixi mihi manibus proprijs in operibus uoluptatum. Beatos pedes tuos, quorum ſcabellum terra eſt, ligno crucis paſſus es clauis affigi duriſsimis: per hoc te obſecro Domine dele errata pedum meorum, & perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut non moueantur ueſtigia mea: ſed ſemper ſint ſtabiles in opere ſancto.

Tituli deſcriptio.

Scripſit autem Pilatus, in quadam charta tabulæ affixa *titulum*, & poſuit tabulam cum cauilla *ſuper crucem*, ut eminentius appareret, & in titulo cauſa mortis eius. *Ieſus*, in quo exprimitur proprium nomen eius *Nazarenus*, quò ad patriam, quia ibi fuit nutritus: *rex Iudæorum*: in quo exprimitur cauſa mortis ipſius: quaſi diceret, Ideo crucifixus eſt, quia erat rex Iudæorum. Mos enim erat Romanorum, ſuper lignum crucis ponere cauſam mortis crucifixorum. Ipſe autem accuſatus fuerat, quòd ſibi regnum Iudæorum uſurpare volebat. Pro hac ergo cauſa Iudæi eum Pilato tradiderant: & Pilatus eum ad mortem condemnauerat. Et quia Iudæi contra voluntatem Pilati petierunt Chriſtum crucifigi: ideo uolens ſe vindicare de eis, per talem modum ſcripſit titulum, ut redundaret in uerecundiam ipſorum.

Chryſoſto. hom. 84. in Ioannem.

Vnde Chryſoſtomus. Sicut in trophæo literæ ponuntur victoriam oſtendentes: ita Pilatus titulum cruci Chriſti inſcripſit: ſimul quidem pro Chriſto reſpondens, ut eum à communione latronum diſcerneret: ſimul autem & de Iudęis ulciſcens, oſtendens ſcilicet ipſorum malitiam, dum in ſuum regem inſurrexerũt.

Theophilus in cap. 15. Lucæ.

ſecundum Theophilum: Iudæi procurabant ſcribi titulum, & intendebant per hunc illuſoriè uituperare opinionem eius qui regẽ faciebat ſeipſum: ut ſic prętereuntes ſui miſereri non ualerent: ſed magis ei tanquam tiranno improperarẽt. Sed Pilatus non ſcripſit ſicut uolebant.

Hieronym. in cap. 27. Matthæi.

Vnde & Hieronymus. Iudæi illudentes, & irridentes hoc fecerunt: ſed in intentione Pilati aliud fuit. Operabatur enim, ſecundum gloſam, diuina uis in corde neſcientis. Diuinitus namque, ſecundum Remigium, hoc procuratum fuit, ut talis titulus ſuper caput eius poneretur: ut ꝑ hoc Iudæi agnoſcerent, quòd eum occidẽdo nihilominus regem haberent.

Remigius ibidem.

Beda in Ioãnem. ca. 19.

Vnde & Beda, in quo monſtrabatur iam nũc regnum ipſius, non ut ipſi putabant deſtructum, ſed potius augmentatum. Titulus enim poſitus ſuper crucem eius, illud oſtendit, quia nec etiam occidendo efficere potuerunt ut eum regem non haberent, qui eis ſecundum opera ſua redditurus eſt.

Tituli conuenientia.

Hęc autem tria uerba, ſcilicet Ieſus Nazarenus rex Iudæorum: ſatis conueniunt ad crucis myſterium. Nã hoc quod dicit Ieſus, quòd interpretatur ſaluator, conuenit ad uirtutem crucis, per quam facta eſt nobis ſalus. Hoc uerò quòd dicit Nazarenus, quod interpretatur floridus, pertinet ad patientis innocentiam: qui eſt flos qui de radice Ieſſe aſcendit: ſed hoc quòd dicit rex Iudæorum, pertinet ad patientis poteſtatem & dominium, quod ex paſsione promeruit: quia propter hoc Deus illum exaltauit. Sed licèt ipſe per crucem ſit non ſolum rex Iudæorum, ſed & gentiũ: tamen ſcripſit rex Iudæorum tantum: quia ipſi Gentiles conuerſi ad fidem ſpiritualiter Iudæi dicuntur, id eſt confitentes: non circunciſione corporis, ſed Chriſti: & ideo per hoc quòd dicit rex Iudæorum, intelliguntur etiam Gentiles conuerſi: ut autem dicit Beda, pulchrè titulus, qui Chriſtum regem teſtetur non infra, ſed ſupra crucem ponitur: quia licèt in cruce pro nobis hominis infirmitate dolebat, ſuper crucem tamen regis maieſtate fulgebat.

Beda in c. 23. Lucæ.

Tituli ſuper crucem poſitio. Ambroſius in cap. 23. Lucæ.

Vnde & Ambroſius, Meritò autem ſupra crucem ponitur titulus: quia non humani corporis, ſed diuinæ poteſtatis eſt regnum, quod habet Chriſtus. Scripſit autem titulum illum non in una lingua, ſed in tribus linguis famoſis: ſcilicet, *Hebraicè, Græcè, & Latinè*: & in qualibet lingua integrè: ut diuerſarum linguarum homines, qui ad diem feſtum conuenerant, legere & intelligere poſſent cauſam mortis ipſius: & ut omnis lingua confiteretur, quia Dominus Ieſus Chriſtus eſt rex regum, & Dominus dominantium, in gloria Dei patris: & ut omnis lingua commemoret perfidiam Iudæorum: & ad oſtendendum ipſum pati pro populo omnis linguæ, & eis dominari in perpetuum. Cuius ſignum eſt, quòd Pilatus titulum delere noluit, uel mutare, licèt Iudæi hoc peterent: quia uidebant quòd in uerecundiam eorum redundabat, eo modo quo ipſe ſcripſit. Vnde pontifices Iudæorum, uolentes titulum corrigere, dicebant Pilato: *Noli ſcribere, rex Iudæorum: ſed quia ipſe dixit, rex ſum Iudæorum.* Nam in hoc quòd ponit, rex Iudæorum, oſtenditur Chriſti præconium, & Iudæorum opprobrium: quia contumelioſum erat Iudæis quòd crucifigi fecerunt regem ſuum. Sed ſi poneretur, quia dixit rex ſum Iudæorum, hoc redundaret in Chriſti opprobrium: & indicaret eius culpam: & hoc ipſi intendebant: ut ſcilicet crucifixi famam auferrent: qui iam uiuo uitam abſtulerant. Pilatus uerò magis confirmauit, dicens: *Quod ſcripſi ſcripſi*: id eſt immobiliter & indelebiliter ſcripſi: quaſi diceret, hoc eſt uerum quod ſcripſi: ideo non mutabo. Non corrumpo ueritatem, etſi uos diligitis falſitatem. Iteratio uerbi, confirmatio eſt tituli, & regni Chriſti. Immobilitas tituli, immobile regnum ſignificat Chriſti.

Auguſt. tractatu 117. in Ioannem.

Fuit autem ſecundum Auguſt. titulus iſte immutabilis: non quia Pilatus ſcripſit: ſed quia veritas dixit. Rex, inquit, ſum Iudæorũ. unde exclamat idem Aug. O ineffabilem uim diuinæ operationis: etiam in cordibus ignorantiũ. Nonne occulta quædã uox Pilato intus quodã (ſi dici poteſt) clamoſo ſilentio perſonabat, quod tacito antè in Pſalmorũ literis prophetatũ eſt: ne corrũpas tituli inſcriptionẽ. Ideo .n. Pilatus quod ſcripſit ſcripſit: quia Dñs quod dixit, dixit. Hæc Auguſtinus.

Mortis Chriſti cauſa.

Cõmendauit autem eũ Pilatus, licèt neſciens, in hoc titulo à tribus. Mors enim Chriſti, cauſa erat remiſsionis culpę: quia Ieſus,

collationis

collationis gratiæ: quia Nazarenus: adeptionis gloriæ: quia rex Iudęorum in quo omnes erimus reges.

Linguarũ triũ excellentia.

Tres uerò linguæ prædictæ ad principatum in crucis titulo ſunt cõſecratæ, qui illæ ꝑ cæteris eminebant & principales erant: Hebræa propter religionem, & Iudæos in lege Dei gloriantes. Græca, propter ſapientiam & gentium ſapientes. Latina, propter potentiam, & Romanos, multis, ac penè omnibus, iam tunc gentibus imperantes: ac ſi diceretur, Hic eſt rex totius religionis, totius ſapientiæ, totius potentiæ.

Auguſti. tractatu 117. in Ioãnem.

Hæ ergo tres gentes (ut ait Auguſtinus) ſibi dignitatem in cruce Chriſti uendicant: in quo ſignatur quàm per crucem Chriſti ſubiugari & conuerti deberent deuoti & religioſi, qui ſignantur per linguam Hebræam: ſapientes, qui per Græcam: & potentes, qui per Latinam. Velit nolint ergo Iudæi, diuerſæ linguæ, omne mundi regnum, omnis mundana ſapientia, omnia diuinæ legis ſacramenta teſtantur, quia Ieſus rex eſt Iudęorũ, hoc eſt imperator credentium, & confitentium Deum.

Hieronym. commentar. miſſ. 14.

Et notandum, ſecundum Hienymum: quòd triplex diſtinguitur titulus. Memorialis, quando ſcilicet aliqua ſcribuntur ad memoriã facti, maximè mortuorum: ſic fit inſcriptio ſuper ſepulchra eorum. Præconialis, qui ſcilicet inſcribitur in præconium & laudem viuorum: ſic fit in portis domorum uel ciuitatum, quando res actu deſcribitur. Triumphalis, qui ſcilicet continet cauſam & ordinem alicuius triumphi: & talis fit hic titulus, de quo nunc dicitur. Poſt victum enim diabolum, ſuper caput eius fuit ſcriptum, hic eſt rex Iudæorum; ſcilicet corde circunciſorum: ſpiritu, non litera: & per hoc quòd etiam in morte dicitur, rex Iudæorum: oſtenditur quòd nec in morte perdidit regnum Iudæorũ, ſed magis acquiſiuit: uerorum, ſcilicet Iudæorum: ipſum corde, ore, & opere confitentium.

Documentũ.

Ex iſto articulo, ſuperſcriptionis tituli, habetur documentum, quòd quandocunque impugnamur à dæmone, opponamus ſibi titulum iſtum, Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. Qui ideo titulus triumphalis dicitur, quia triumphum Chriſti contra diabolum euidenter exprimit. Quod ſentiens diabolus, mox affixo titulo cruci, Iudęos inſtigauit ut à Pilato tituli mutationem peterent: ſed Pilatus diuino inſtinctu in hoc facto motus, immutabilem eſſe titulum aſſeruit.

Titulus in corde habendus.

In omni ergo impugnatione diabolica, Chriſtianus hunc titulum in corde & ore, uel etiam in ſcripto gerat: quia inter omnia arma paſsionis dominicæ diabolus hunc titulum triumphalem maximè perhorreſcit: prout metipſe diabolus cuidam perſonæ deuotæ in uiſione quadam exactus aſſeruit. Ad conformandum ſe huic articulo, qui illuſorius fuit ex intentione Iudæorum, attendat homo documentum, & ſic oret: Ieſu, qui tituli triumphalis ſuperſcriptione luſoriè diffamari uoluiſti: da mihi ſub eodem titulo tuo ſic ſtrenuè militare, ut trophæo tuo hoſtis perterritus mihi nõ audeat propinquare.

Crucis forma.

Ad literam nota, quòd crux nõ habebat aliquid ſuper lignum tranſuerſum, habens tria brachia ad ſimilitudinem literæ T: ſed loco quarti brachij, Pilatus ſuperpoſuit cauillam & tabulam, ſimiliter ad modum Tau, ei affixam, & in tabula ſcriptus erat titulus. Creditur autem crux Domini quindecim pedes habuiſſe in altum, & tabula ſuperpoſita pedem & dimidium.

Ligna crucis quadruplicia.

Dicuntur quoque in cruce Domini fuiſſe quatuor ligna diuerſa, & generum diuerſorum: ſcilicet ſtipes, ſiue truncus in rupe defoſſus, cui crux erat infixa, de cædro. Palus, ſiue lignum erectum de cypreſſo. Tranſuerſale, ſiue lignum tranſuerſum, de palma. Tabula ſuperpoſita, de oliua. Vnde eſt iſte uerſus.

Ligna crucis palma, cædrus, cypreſſus, oliua.

Signat autem cædrus, altitudinem contemplationis: cypreſſus, famam bonæ opinionis: palma, fructũ iuſtitiæ: oliua, læuitatem miſericordiæ. Crux uerò quadripartita, quadrifariam partem mundi deſignat: nam ſi rectè iacẽdo in terra proiiciatur: alia pars eius ad orientem, alia ad occidentem, alia ad meridiem, alia ad Septentrionem reſpicit. Cùm ergo Dominus huius genus mortis ſuſtinere voluit: oſtẽdit quia quadrifidum mundum ſaluaturus erat: & ex quatuor mundi partibus electos ad ſuam fidem collecturus erat: & quòd uirtus paſsionis & crucifixionis ſuæ, ad has plagas mundi per crucem expandi debebat. Siue etiam tale genus mortis ſuſtinere uoluit, ut oſtenderet pro quibus reſtaurandis patiebatur: ſcilicet pro ſupernis angelorum ruinis replendis, pro iuſtis de limbo educendis, pro amicis colligendis & adunandis, pro inimicis reconciliandis. Primum, deſignatur per brachium ſuperius. Secudũ, per inferius. Tertium, per dextram. Quartum, per ſiniſtram.

Chryſo. ſermo. de latrone. Cur expãſis manibus.

Et ſecundum Chryſoſtomum, In cruce etiam expanſis manibus moritur: ut altera quidem manu ueterem populum, altera eos qui ſunt ex gentibus trahat, utroſque ſibi coniungens.

Ephe. 3.

Moralem verò ſacroſanctæ crucis figuram deſcribit apoſtolus, ubi dicit: *In charitate radicati & fundati: ut poſsitis comprehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit longitudo, & latitudo, altitudo, & profundum: cognoſcere etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti.* Vbi oſtenditur quòd hi qui carnẽ ſuã cum vitijs, & concupiſcentijs crucifigunt, latitudinem debent habere in bona operatione: longitudinem, in bona perſeuerantia: altitudinem, in ſpe cœleſtium præmiorum: profundum, in cautela inſcrutabilium iudiciorum Dei.

Auguſtin. tractatu 118. in Ioã. Latitudo crucis.

Secundum Auguſtinũ enim, in latitudine crucis bona opera, in latitudine charitatis facta ſignificantur: quia charitatis opera ſunt generaliter extendenda, & hoc eſt in ligno tranſuerſo, quo extenduntur manus, propter operum ſignificationem: per manus enim opera intelligimus, per latitudinẽ hilaritatem operantis: quia triſtitia facit anguſtias.

Longitudo.

In longitudine perſeuerantia boni operis, & ſanctæ conuerſationis: quæ in tota longitudine temporis eſt habenda uſque in finem: & hoc eſt in ligno à tranſuerſo vſque in terram: ubi corpus crucifixũ ſtare uidetur: quod ſignificat perſiſtere, hoc eſt longanimiter permanere.

Profunditas.

In altitudine ſpes cœleſtium præmiorum & intentio recta, qua in Deum tanquam in finem ultimum, cũcta bona opera referuntur, & hoc ab ipſo ligno tranſuerſo ſurſum uerſuſque ad caput eminet, propter expectationem ſupernorum, ne illa opera bona atque in eis perſeuerantia, propter temporalia Dei beneficia credantur facienda: ſed potius propter ſempiterna ſperanda. In profundo inſcrutabilia iudicia Dei, vnde iſta gratia Dei in homines uenit: & hoc eſt in illa parte ligni, quæ terræ abdito defixa latet: ſed inde cõſurgit illud quod eminet, quia cuncta eis apparentia & eminentia inde conſurgunt: ſicut bona noſtra de profunditate gratiæ Dei, quæ comprehendi ac iudicari non poteſt, uniuerſa procedunt: quia ex occulta Dei uoluntate vocatur ad participationem tantæ gratiæ, alius homo ſic, alius autem ſic. Supereminentem verò ſcientiæ charitatem Chriſti, eam profectò dicit, ubi pax illa eſt, quæ præcellit omnem intellectum. Secundum Bernardum, Chriſtus in cruce patientiam exhibet: obedientiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bernardus sermone de passione.

implet: humilitatem commendat, & charitatem perficit. His ergo quatuor uirtutum gemmis, quatuor brachia crucis decorantur. Supereminens, est charitas: à dextris, obedientia: à sinistris, patientia: in profundo, radix omnium uirtutum humilitas. Hæc Bernardus. In quatuor etiam brachijs crucis, notantur quatuor crucis beneficia. Signat enim pars superior, ianuæ cœlestis apertionem: inferior, inferni destructionem: à dextris, gratię collationem: à sinistris, peccatorum remissionem. *Crucifixi autem sunt cum Ie su duo latrones*, propter scelera damnati: *unus à dextris*, qui in fine pœnituit: & alius à sinistris, qui in pertinacia permansit: & Iesu in medio, qui mediator ad reconciliandum fuit. Sed hoc quantum ad intentionem Iudæorum, factum est ei ad ignominiam & opprobrium: ut scilicet causa mortis eius, similis iudicaretur causæ mortis latronum, ac particeps in malefactis eorum uideretur: & eorum societate infamaretur. Sed si ad mysterium attendatur, hoc ad claritatem Christi pertinet: nam per hoc ostenditur, quòd per passionem suam merebatur iudiciariam potestatem: medium enim tenere propriè pertinet ad iudicem. Vnde Chrysostomus: Pariter crucifigunt latrones, non tanquam inimici latronum: participes enim erant sceleris eorum: sed ut infamarent Dominum suum: quòd non sine causa crucifixus sit, sed quasi qui facinorosus inuentus sit. Vnde & Ambrosius, quàm execrabilis in facto inquitas Iudęorum, ut qua si latronem crucifigerent omnium redemptorem?

Cruc⁹ beneficia quatuor.

Latronum crucifixio.

Mysteriũ.

Chrysost. hom. 84. in Ioan.

Ambro. in in cap. 23. Luca.

Cur cũ peccatoribus crucifixus.

Ipse verò hoc permisit, & cum peccatoribus voluit crucifigi, ut ostenderet se pro peccatoribus pati & mori: & ut impleretur scriptura Esaiæ, quæ diu antè dixerat, *Et cum sceleratis reputatus est*. Cum iniquis ergo reputatus est in morte: ut iniquos uiuificet in resurrectione. Hæc Ambrosius. Pendet ergo Dominus inter duos latrones, quasi dux & magister criminum in medio locatus. In hoc autem mysterium finalis iudicij designatur: quãdo ueniet filius hominis, & iudicandos statuet hos, scilicet agnos à dextris: & alios, scilicet hœdos à sinistris. Vnde Hieronymus: Cum iniquis ueritas deputata, unum reliquit sinistrum, alterum assumpsit dextrum: sicut in die iudicij faciet. Confessio breuis, uitam acquisiuit longam: & blasphemia finita, pœna plectitur æterna. Vnde & Augustinus. Ipsa crux, si attendas, tribunal fuit. In medio enim iudice constituto, unus latro (qui credidit) liberatus: alter (qui insultauit) damnatus est. Iam significabat, q̃d facturus est de uiuis & mortuis: alios posituros est ad dexteram alios ad sinistram. Iu dicabatur, & iudicium minabatur. Ex hoc articulo crucifixionis latronum cum Christo, trahitur documentum, quòd & nos cum Christo crucifigi debemus in medio latronum. Nam sicut ibi sunt tres crucifixi: duo latrones, & medius Iesus: sic in nobis moraliter crucifigenda sunt tria: scilicet caro & mundus, qui per duos latrones: & spiritus noster, qui per Iesum designatur. Caro crucifigenda est, sicut latro dexter: ut spiritui subiiciatur, & ei consentiat: secũdum illud Apostoli, *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs*: mundus sicut latro sinister, ut bono insultans relinquatur: secundum illud eiusdem apostoli, *Mihi mundus crucifixus est: & ego mundo*. Istis latronibus in nobis crucifixis, spiritus in medio crucifigatur cum Christo: ut dicat cũ apostolo: *Christo confixus sum cruci: uiuo autem iam non ego, uiuit uerò in me Christus*. Est autem sciendum, quòd latro sinister crucifixus quidem fuit, non tamẽ saluatus, sed permãsit in perfidia sua: sic mundus licèt crucifigatur, remanet tamẽ in immundicia sua: caro autem crucifixa saluatur cum spiritu, quia in resurrectione sua glorificabitur: vnde latroni dextro dixit Iesus: *hodie mecum eris in paradiso*. Ad maiorem autem euidentiam prædictorum, est sciendũ quòd crux carnis est rigor disciplinæ: cuius quatuor sunt brachia: scilicet uigilia, abstinentia, asperitas uestium, & disciplinæ uerberum. Crux autem qua mundus crucifigitur, est paupertas spiritus: cuius etiam sunt quatuor brachia: scilicet contemptus gloriæ, pecuniæ, patriæ, & parentelæ. Crux verò spiritus, est feruor deuotionis: cuius similiter sunt quatuor brachia: scilicet amor, spes, timor, & dolor. Spes sursum, timor deorsum: amor à dextris, dolor à sinistris. Radix autem, ex qua omnia hæc pullulant, est charitas. Vnde Apostolus: *In charitate radicati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum*. Vbi figuram crucis & eius mysterium aptissimè exprimit Apostolus, secundum Augustinum & glosam. Ad cõformandum se huic articulo, recogitet homo quomodo Christus pendebat in medio latronum: & reuoluat in mente documentum, & oret: Iesu qui inter duos latrones crucifigi, & cum sceleratis reputari uoluisti: da spiritum meum in medio carnis & mũdi crucifigi: quatenus extremis mihi crucifixis, in te medio conquiescam. Nec tamen Christo sic angustiato à conuitijs parcunt: sed, quod pœna peius est, passum subsannant. Vndique pœnæ, undique opprobria, undique conuitia. Quidam, scilicet *milites*, quatuor qui eum crucifixerant: *acceperunt uestimenta eius*, excepta tunica: & iuxta numerum personarum diuiserunt, sibi ea in quatuor partes, in præsentia sua. Et tunicam superiorem similiter acceperũt, circa partes prædictas: quam nisi scinderetur partiri non potuerunt: quia *erat inconsutilis*, id est sine sutura & reticulato opere facta: qualibus indumentis pauperes in Palæstina uti cõsueuerunt: & ideo ne scinderetur, ad unũ eam integram peruenire sortione maluerunt. Dicitur autem quòd ad modum chirothecarum seu birretorum, & quorumdam ciliorum quodam opere textili facta fuit: & quòd beata uirgo proprijs suis manibus eam fecerit: & quòd cum Iesu crescente paulatim etiam creuerit. *Et erat desuper contexta per totum*: quia (ut dicitur) ab extra per totum de panno aliquo erat appositum, ad eam fortificandum magis & conseruandum. Vnde secundum Chrysostomũ, Hoc dicens euangelista, occultè uestis uilitatem insinuat: nam in Palæstina est quoddam genus uestium, propter pauperes ex multis pannis contextum, quasi unus pannus super aliũ. *Hoc autem factum est, ut adimpleretur* consecutiuè, id est, ad hoc & ex hoc adimpletũ est: *quod dictum est per prophetam*, ex persona Christi: *Diuiserunt sibi uestimenta mea*, scilicet alia à tunica: *& super uestem meam*, scilicet tunicam inconsutilem, *miserunt sortem*. Secundum Augu. Quadripartita uestis Domini Iesu Christi, quadripartitam figurauit eius ecclesiam: toto orbe scilicet (qui quatuor partibus constat) terrarum diffusam: & in omnibus eisdẽ partibus æqualiter. id est, cõcorditer distributam: ad quas uirtus crucifixi expanditur per quatuor partes crucis. Tunica uerò illa sortita, omnium partium significat unitatẽ, quæ charitatis uinculo continetur. Si enim charitas supereminet, & super omnia præcepta est: meritò uestis, qua significatur, desup cõtexta perhibetur. Et addidit, per totum: quia nemo eius est expers, qui pertinere inuenitur ad totum, à quo toto catholica uocatur ecclesia. Inconsutilis autem dicitur, ne aliquando dissuatur. Et ad unum peruenit, quia in unum omnes colligit. In sorte autem, Dei gratia commendata est: quia cùm sors mittitur, non personæ cuiusquam uel meritis, sed occulto iudicio Dei in unitate fidei conceditur. Secundum Hieronymum, uestimenta Christi sunt, quibus tegitur corpus eius, scilicet ecclesia: quatuor milites quibus diuisa sunt, quatuor genera hominum quibus data sunt præcepta: scilicet coniugati, uiduati, prælati, religiosi, seu continentes. Hi omnes dicuntur milites, quia debent militare Christo, per obedientię perfectionem: non mundo, per temporalium amorẽ: non diabolo, per peccatorum perpetrationem. Tunica inconsutilis & indiuisa, est unitas ecclesiastica usque in finẽ duratura. Sors quæ hanc tunicam uni assignat, non alij. s. fideli, non infideli: est gratia Dei, quæ etiam huius unitatis integritatem conseruat. Christi ergo tunica partita non fuit: sed heu hodie peccatis exigentibus Christi tunica inconsutilis, scilicet ecclesia militans prauè scinditur, dissuitur, & sortitur. Quod gentiles facere noluerunt, hoc proh dolor Christiani facere non uerentur. Scindunt eam hæretici, contra ipsam diuersas sententias inducendo: scindunt eã laici, affligendo. Eandemque inter se clerici sortiuntur, & cuius erit eam dolo & fraudibus partiuntur. Vnus dicit hîc est, alius hîc ẽ. O Christi tunica quàm pesima est diuisio tua. Vestimenta etiam Christi diuidit, qui ecclesias spoliare, uel res proximorum distrahere psumit. Vides ergo quomodo uestes Christi dantur in prædam militibus, sicut uestes interfectorum dari solent tortoribus. Ex quo apparent duo documenta. Primũ, passionis Christi ignominia, in hoc quòd nudum eum crucifixerunt: quod non fit nisi ulibus personis. Secundum, crucifigentium auaritia: quia uestes Christi quamuis parum ualerẽt, omnes tamen sibi rapuerunt. Vnde Chrysostomus: Diuidunt uestimenta, quod in ualde uilibus & abiectis condemnatis fit, & nihil aliud habentibus. Quasi enim in dehonoratum, & abiectum, & omnium uilissimum hoc ita audebant: in latronibus quippe nihil tale operati sunt: sed in Christo omnia ausi sunt. Dicit etiam Theophilus, quòd forsitan plures eorum egebant, uel fortè magis ad opprobrium, & ex quadam lasciuia hoc faciebant: quasi subsannatiuè dicerent. Quia iste dixit se regem, habeamus singuli aliquid de regalibus uestimentis eius. Est autem miranda patientia & dispensatio misericordiæ saluatoris, qui sicut agnus tondentem & occidentem se suo uellere uestit: ita se tondentes seu spoliantes & occidentes suo uestitu uestiuit, ostendens quòd nisi suis exemplis uestirentur, ignominiosè nuditas eorum esset coram oculis Dei & angelorum apparens. Ex isto articulo diuisionis uestimentorum Christi, plura habentur documenta. Primum est, quòd libenter debemus participare exempla sanctorum, quæ per uestimenta Domini signantur. Itẽ est documentũ, secundum Hieron. q̃ obseruantia mandatorum Dei, quæ etiam per uestimenta signantur, est diuidenda inter Christianos secundum diuersos hominum status. Item est documentum, quòd bonum est diuidere reliquias sanctorum, pro deuotione, ad eorum honorem ampliandum. Quod enim isti milites pagani fecerunt Christo in opprobrium & derisionem hoc boni Christiani conuertere debent ad Christi & sancto

Diuisio uestimentorũ Christi.

Tunica inconsutilis.

Chrysost. hom. 88. in Matthæ.

Theophilus in c. 15. Marci.

Chrysost. hom. 84. in Ioannem.

Psal. 21.

Augustin. tract. 118. in Ioan.

Hieron. in cap. 15. Marci.

Inconsutile. quid.

Mysteriũ. Hieronymus cap. 15. Marci.

Tunica inconsutilis nunc diuiditur.

Documentum.

Augustin. tract. 118. in Ioannem.

rum præconium & honorem: sicut multos ritus paganicos Christiani conuertunt ad cultum Dei. Item est documentum, quòd charitas, quæ secundum Augustin. significatur per tunicam inconsutilem, diuidi non potest: cùm ipsa cæteras uirtutes connectat. Item, quòd nemo debet schismate dissuere unam sanctam catholicam ecclesiam quæ in unum omnes colligit, quæ etiam per tunicam inconsutilem significatur: propter quod etiam, secundum Chrysostomũ, non caput ei amputatur ut Ioanni, neque sectus est ut Esaias: ut corpus integrum & indiuisibile morti seruet, & non fiat occasio uolentibus ecclesiam diuidere. Ad conformandum se huic articulo, imaginetur homo exempla Christi & sanctorum, quasi quædam preciosa uestimenta, quæ participare quantum possumus studeamus: & sic oret: Iesu qui uestimenta tua inter crucifixores tuos diuidi, super tunicam autem tuam inconsutilem sortem mitti uoluisti: da mihi sanctorum tuorum exempla cum mandatorum obseruantia participare, & charitatem semper integram conseruare. Et sedentes iuxta crucem obseruabant eum quando expiraret: & ne euaderet: uel ne aliquis eum de cruce uiuum deponeret. Et sic uolebant suam impotentiam ostendere: ac si impeditus à custodibus non posset se iuuare. Vbi Hieronymus: Diligentia militum & sacerdotum nobis profecit, ut maior & apertior resurgentis uirtus appareat.

Hieronym. in ca. 27. Matth.

Illudentiũ Christiũ in cruce differentia quatuor. Virtutem Christi abnegantes.

Illudebatur quippe & deridebatur in cruce à pluribus, & diuersis uicibus. Vnde nota, in serie literę quatuor differentias illudentium Christo in cruce. Prima est sedentium, qui eum obseruabant. Secunda prætereuntium, qui eum blasphemabant. Tertia, stãtium sacerdotum & seniorum. Quarta, pendentium latronum. Per hos significantur quatuor genera hominũ, uirtutẽ eius abnegantiũ. In sedentibus, delicios, & accidiosi, q̃ delicijs carnis intẽdũt. In prætereuntibus, cupidi & auari, qui prætereuntia sequuntur, & uiam iustitiæ prætergrediuntur. In stantibus, superbi & elati, qui stant per appetitum excellentiæ. In pendentibus, impatientes & querulosi de aduersitate. Quibusdam ergo sedentibus & eum obseruantibus, alij prætereuntes iuxtà per uiam, hoc est uulgares homines circa locum crucis transeuntes & concurrentes, blasphemabant eum, mouentes capita sua in signum irrisionis, & dicentes improperando: *Vah*, quod est interiectio insultantis, seu deridentis & subsannantis, *qui destruis templum Dei*: sicut dixisti, *& in triduo illud reædificas*, uirtute tua quæ apparet nunc tamen infirma. Repetunt dicta falsorum testium, & eis concordant qui sibi imponebant quòd hoc dixerat: sed hoc falsum erat. *Saluum fac te ipsum*, uirtute quam de te prædicasti in potestate reædificandi templũ, *descendens de cruce*, qui promittebas te in triduo templum reædificare. Et iterũ dicebant: *Si filius Dei es, descende de cruce*: id est, si potes amoue dolores quos sustines: quasi dicerent, non potes, ex quo falsitas tua patet: sed mẽtita est iniquitas sibi: plus enim fecit de sepulchro resurgendo, q̃ fecisset de cruce descendẽdo. Vnde Greg. si tunc de cruce descendisset, nimirũ insultantibus cedens, uirtutẽ nobis patientiæ non demonstrasset. Sed expectauit paululum, tolerauit opprobria, irrisiones sustinuit, seruauit patientiã, distulit admirationem. Et qui de cruce descẽdere noluit, de sepulchro resurrexit: plus igitur fuit de sepulchro resurgere, quàm de cruce descendere. Plus fuit mortem resurgendo destruere, quàm uitam descendendo seruare. Vide etiam, secundum Chrysosto. in

Gregorius. hom. 22. in euang.

Chrysost. serm. de cruce & latrone.

Universidad de Deusto Biblioteca

uerbis istis uocem filiorum diaboli, quomodo imitantur uocem paternam. Diabolus dicebat, si filius Dei es mitte te deorsum:& Iudæi dicunt, *si filius Dei es descende de cruce. Similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis*, id est, legisperitis *& senioribus*, id est, iudicibus ordinarijs *dicebant*, ad alterutrum irridendo: *Alios saluos fecit*, & utique tam spiritualiter quàm corporaliter, *se saluum faciat*, id est, supplicio crucis eruat, *si hic est Christus*, id est rex siue Messias, *Dei electus*, id est: Dei filius. Vnde Beda: Imò se saluū facere de cruce descēdēdo noluit: quia ipse est Christus Dei electus. Nā qui ideo uenit ut pro nobis crucifigeretur: ideo seipsum saluare de cruce descendendo neglexit: quia cum cæteris peccatoribus etiam illos qui eum crucifixere saluare moriendo curauit.

Beda in c. 15. Marci.

Et iterum dicebant: *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere*. Vnde Hieronymus: Etiam nolentes confitentur scribæ & pharisæi, quòd alios saluos fecerit. Itaque vestra uos condemnat sententia. Qui enim alios saluos fecit: utique, si uellet, & seipsum saluare poterat: Et iterum dicebant: *Si rex Israel est*, non quicunq;, sed Messias promissus in lege, sicut ipse dicebat de se, *descendat nunc de cruce*, ut videamus scilicet virtutem ipsius: quia alij reges non possunt talia facere, *& credimus ei*: sed mentiebantur dicentes, credimus. Vnde Hiero. Fraudulenta promissio. Quid est enim plus de cruce uiuentem descendere, an de sepulchro mortuum resurgere? Et surrexit, & non creditis ei: ergo etiam si de cruce descenderit, similiter non credetis ei. Sed mihi videtur hoc dæmones immittere. Statim enim ut crucifixus est Dominus, senserunt virtutem crucis, & intellexerunt fractas esse vires suas: & hoc agunt vt de cruce descendat, ne faceret salutem quam inchoarat. Sed Dominus sciēs aduersariorum insidias, permanet in patibulo, ut diabolum destruat. Hæc Hieronymus.

Hierony. in cap. 27. Matthæi.

Idem ibid.

Tamen in Tobia super exenteratione piscis legitur dæmonem stetisse super brachium crucis, & considerasse an Christus aliquā maculam peccati haberet. Vnde discipulis in cęna dicebat: *Venit enim princeps mundi huius*, id est, amatorum mundi: scilicet aduersum me, *sed in me non habet quicquam*, quod ad se pertineat. Et quamuis peccatum non haberet: & ideo morti obnoxius non esset, mori tamen uoluit, quia pater mandauit: & ideo subiecit, sed ut cognoscat mundus, *quia diligo patrem: & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio*: scilicet pro hominibus moriendo. Considera modo quid in aliorum exitu dæmon facit, qui contra ipsum mundi saluatorem & Dominum uenire præsumpsit, Vnde Gregorius: Curandum nobis est, & cū magnis quotidie fletibus cogitandum: quàm sæuus, quàm terribilis sua in nobis opera requirens, in die nostri exitus princeps huius mundi veniat, si etiam ad Deū in carne morientem uenit, & in illo aliquid quęsiuit in quo inuenire nihil potuit. Prius verò eum in miraculis Deum cognouerat, sed de cognitione sua ad dubitationem cecidit, quando hunc passibilem vidit. Hæc Gregorius. In cruce ergo tanquam in decipula, captus est diabolus & victus. Vnde Augusti. Ipsa morte Christi est diabolus uictus, tanquam in muscipula escam accepit. Muscipula diaboli, crux Christi: esca qua caperetur, mors Domini. Et iterū dicebant: *Confidit in Deo, liberet eum nunc si uult. Dixit enim quia filius Dei sum*, quasi dicerent: Si uerum dixit, liberationē suā à Deo statim impetrabit: quia pater filios libenter liberat. Item *illudebāt ei & milites accedentes* prope crucem corpore, sed longè recedentes mente: *& acetum*

Tobiæ. 6. Diabolus supra crucem stetit. Ioann. 14.

Gregorius, hom. 39. in euangelia.

August. in Psal. 30.

A *offerentes illi*, scilicet postea quando dixit sitio, *dicentes: Si tu es rex Iudæorum* sicut dixisti *saluum te fac*, scilicet à morte liberando. O miseri, & rex Iudæorum, id est, credentium & Deum confitentium est: & se saluum faceret, de cruce descendendo, si uellet. Miseri & cæci deberent supplicare, saluos fac nos qui indigemus, non saluum te fac: cùm ipse esset & saluus, & salus. Sed Dñs Iesus non acqeuit, docens nos in tribulatione habere pseuerantiā, vide quomodo nō Iudęis suffecit, & alijs qui Christū crucifigerūt: sed etiā crucifixum eum diuersimodè deriserunt. Ita multis non sufficit Christum crucifigere peccando: sed etiam derident crucifixum peccata iterando, uel de peccatis se iactando. Dominum etiam deridet & subsannat, qui

Documentum de tribulatione.

B ꝓ laude humana orat, uel eleemosynas dat, seu quodcunque bonum facit. Ex hoc articulo illusionis crucifixi habetur documentum, quòd nos quando fuerimus in sublimi contemplationis, uel sacræ actionis, aut sanctæ religionis positi, non debemus ad uerba subsannantium descendere ad mundanas occupationes, sed potius sustinere peruersorū subsannationes: sicut Christus ad Iudæorum insultationem & tentatiuam exprobrationem de cruce descendere noluit, sed ibi usque ad mortem perseuerauit. unde dicebat vitis, *Nunquid possum deserere uinum meum quod lætificat Deum & homine, & inter cætera ligna promoueri?* Similiter & oliua, & ficus dicebant: Sic est in proposito. Cùm autem tempus sit crucis, quādiu exterior

Iudiciū 9.

C homo corrumpitur, ut per eam interior homo renouetur: & euacuetur corpus peccati quidam tamē pro modica contumelia descendunt de cruce patientiæ. Alij de cruce macerationis carnis & pœnitentiæ, pro lenticula rufa & cibo delectabili. Alij de cruce compassionis, pro auaritia, claudentes uiscera sua cùm vident proximum suum necessitatem habere. De cruce sanguinis & martyrum nō descendimus, quia nec eam ascendere volumus. Petitionem verò prædictā sæpe facit diabolus pœnitenti, scilicet ut descendat de cruce: quia homo cadit facilius descendendo: & ideo uult diabolus ut descendat de cruce pœnitentiæ, eam deserendo. Vnde quidam nouitius Parisiēsis matri suæ uolenti eum de religione extrahere, sic

Religiosi Parisiensis respōsio ad matrem.

D legitur respondisse: Christus propter matrem suam non descendit de cruce: sic nec ego propter te deseram crucem pœnitentię. Ad conformandum se huic articulo, rememoretur homo sensum documenti, & oret: Iesu qui in cruce positus exprobrabilibus uerbis illudi uoluisti: da mihi pro nulla diabolica vel humana suggestione de sublimi sanctæ religionis & conuersationis descendere, sed in tui amoris amplexu fixum iugiter permanere. Itē latrones cum Christo crucifixi, illudendo idipsum, simile improperiū, seu uerba improperij præmissa improperabant ei, & conuitiabantur blasphemantes. secundum Augustinum, Duo dicuntur pro uno, & pluralis pro singulari. Vel secundum Hieronymum: Primò uterque

August. lib. 3. de cōsen. euan. ca. 6. Hieronym. in cap. 27. Matthæi.

E blasphemauit: sed visis signis in elemētis & rebus insensatis, unus in Christum credidit, & priorem negationem sequenti confessione emendauit: unde cùm unus qui Iudæos fidem respuentes signat, blasphemando diceret, *si tu es Christus*, id est rex, siue Messias, *saluum fac temetipsum & nos*: scilicet salute corporali & à morte liberando: non enim curabat de salute spirituali, uel animæ commodo: alter qui gentes fidē sequentes, signat, increpabat eum dicens: *Neq; tu times Deum qui in eadem damnatione es*, scilicet mortis & pęna simili: quasi diceret, licèt homines non ti-

mueris: tamen Deum timere deberes, maximè in articulo mortis ī quo nunc es. *Et nos quidem iustè in hac damnatione sumus. Nam digna factis* supplicia, & secū dum factorum nostrorum exigentiam *recipimus*: Ecce cōfitetur culpam suam: ut dicat, iniquitatem meā ego cognosco: & ideo meretur misericordiam. Confitetur etiam Christi innocentiam dicens, *hic uerò nihil mali gessit*: quia peccatum non fecit, & sine peccato conceptus fuit. Vbi quęrit Augustinus: Quis, inquit, illum docebat: nisi qui iuxta illum pendebat? Erat enim illi fixus in latere, sed hærebat in corde. Vnde conuersus ad Iesum, qui nouit præcordia, dixit: *Memento mei Domine dum ueneris in regnum tuū.* Manifestè patet quòd non loquebatur de regno temporali, sed æterno: non de præsenti, sed de futuro. Magna fides huius latronis fuit: qa nō timore Iudęorum astantium, nec proprij doloris acerbitate, nec socij sui blasphematione, nec carnis Christi apparente infirmitate, nec apostolorum fuga & negatione, retrahitur à ueritatis seu ueræ fidei confessione: vnde fuit ei remissio culpæ, & totius pœnæ. Apparet quidem hîc illius conuersio quò ad plura. Primò, quò ad profectum charitatis, quam uiuaciter in morte sua tenuit, fratrem & conlatronem pro simili scelere morientem, de iniquitate sua redarguendo, & ei uitā quam cognouerat prædicando. Secundò, quò ad fidei & ueræ confessionis sinceritatem, eum quem secum pariter morientem uidit, Deum & Dominum regnaturum credendo, & publicè prædicando. Tertiò, quò ad iustitiæ & ueritatis propalationē humiliter & uerus pœnitens reatum suum fatendo: unde qui fictè confitetur, uel in confessione mentitur, Dominum cum sinistro latrone subsannare uidetur. Quartò, quò ad spei firmitatem regni Dei aditum & consortium postulando, nec propter peccatorū suorum magnitudinem uel multitudinem desperando.

Confessio latronis boni.

Fides latronis.

Cōuersio latronis per charitatem, fidem, & confessionem, &c.

Iste latro de nullo nisi de corde & lingua se iuuare poterat, quæ Deo totaliter offerre curauit: cor quidē in contritione & intima compassione: quia, secundū Glosam, plus uidebatur affligi ex Christi compassione quàm ex sua propria passione: imò plus plangens Christi supplicium, quàm suum proprium: & linguā (ut dictum est) in ueritatis confessione. Vnde Gregorius: In cruce claui manus pedesque ligauerant, nihilq; ei à pœnis in eo liberum nisi cor & lingua remanserat. Inspirāte Deo totum illud ei obtulit quod in se liberum inuenit, ut iuxta hoc quod scriptū est, Corde crederet ad iustitiam, ore confiteretur ad salutem. Vnde Beda: Quis huius latronis animum non miretur? imò iuuantis Domini gratiam, quis digne miretur? digna gratiarum actione ueneretur? Ille qui talis ad crucem uenit ex culpa, ecce qualis à cruce recedit ex gratia. Confitebatur Dominum, quem videbat secum humana infirmitate morientem: quando negabant apostoli eum, quem miracula uiderant diuina virtute facientem. Hæc Beda. Obsecro te Domine, da mihi primò cum latrone isto cognoscere, & deinde cognoscere te me sicut verè peccatorem confiteri & magnificare te, qui sine culpa passus es iustus pro iniustis. Desiderē quæso Domine, petā & impetrem eisdē uerbis cum eodē, memento mei Domine dū ueneris in regnū tuū. Per istos duos latrones signantur illi qui pro peccatis suis expiādis cum Christo crucifiguntur, per professionē in religione factā: sed aliqui reuertuntur actu, etsi non habitu ad secularem uitam. De quibus dicit apostolus: *Nomen Dei blasphematur per uos inter gentes*: quoniam scandalizant

Satisfactio latronis.

Gregorius lib. 18. mor. capit. 23.

Roma. 10.

Roma. 2.

A seculares: & isti signantur per latronem blasphemantem. Alij uerò professi crucem pœnitentiæ sustinent deuotè, per patientiam: & isti signantur per latronem Christum confitentem. Vnde Beda: Mysticè latrones qui cum Domino hincinde sunt crucifixi, significant eos qui sub fide & confessione Christi, uel agonem martyrii, uel quælibet continentiæ seu disciplinæ arctioris instituta subeunt. Sed quotquot hæc pro æterna solum, cœlestique gloria gerūt, hi profectò dextri latronis merito & fide designantur. At qui uel humanæ laudis intentu, uel qualibet minus digna intentione seculo abrenunciant, non immeritò blasphematoris & sinistri latronis mentem & actus imitantur. Quidam duos latrones

Mysticè. Beda in c. 23. Lucæ.

B nes cum Domino crucifixos, duobus baptizatorum generibus coaptant. *Quicunque enim baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.* Ambo namque similes crucifixi: sed unus in cruce blasphemus peior, alter est confessione martyr effectus: quia ꝑ baptismū quo cùm peccatores essemus abluimur. Alii dum Deum in carne passum, fide, spe, charitate laudant, coronātur. Alii dum aut fidem, aut opera baptismatis habere renuunt, dono quod accepere priuantur. Hæc Beda. Quòd etiam alter latronum murmurabat, alter non: significat quòd tribulationem alii patienter sustinent, & coronam meren-

Galat. 3.

Latronum differentia.

C tur: alii non sustinent patienter, & damnationem consequuntur: unde de impatientibus ait Hugo, Dicunt homines quando pœnam sustinent, Si meruissemus non erubesceremus: nunc autem iniustè pati & sine culpa, nobis ignominiosum est: imò uerò si pro culpa pateris, erubesce: si sine culpa, gloriare. Latro magis uis esse, quàm Christus, & fortè sinister & blasphemator: non confessor. Tu enim pro culpa pateris, & culpam agnoscis, & iudicem non ueneraris. Considera nunc quàm magni despectus fuit illusio latronis sinistri, eo quòd tam uilis & sceleratus homo & iam ad mortem damnatus, & mox pro suis uulneribus moriturus insultauit vitæ authori. Ex hoc articulo illusionis latronis habetur documen-

Pati sine culpa Christi, est cum culpa latronis.

Documentum.

D tum tale, quòd discamus exemplo Christi calumnias etiam à uilibus personis patienter supportare. Item est documētum in latrone dextro, quòd iniurias Dei nullatenus tolerare debemus, sed reprehendere sicut fecit latro iste. Item documentum, quantūcunque simus scelerati peccatores, de Dei tamen misericordia nullatenus desperemus: exemplo istius peccatoris: qui ut dicit Augustinus, per unum uerbū factus est hæres paradisi. Ad conformādum se huic articulo, attendat homo documenta, & oret dicendo: Iesu qui tibi ab uno latronum exprobrari & ab alio uenerabiliter confiteri uoluisti: fac me pro tui nominis gloria malignorum improperia æquanimiter su-

Augusti. sermo. de cruce & latrone.

E stinere, & cum illo latrone uenerabili paradisi gaudia possidere. Et multa alia conuitia dicebant tūc maledicti, q̄ aderant ibidē, Domino Iesu & faciebāt. Ipse verò docens nos in tribulatione habere patientiā & perseuerātiā, nihilominus perseuerabat & permanebat in cruce usq; ī finē: ut diabolū prorsus destrueret, & spolia sua ei auferret. Omnia autē ista dicūtur & fiunt męstissima matre sua præsente, q̄ stabat iuxta crucē cū sororibus suis, & Maria Magdalenæ & Ioāne, cuius matris cōpassio multū augmētabat filio passionē. Et econuersò ipsa cum filio in cruce pendebat mētali dolore: & potius elegisset cū ipso mori, quàm amplius uiuere. Vnde Bernardus: O bone Iesu magna pateris exterius ī corpore: sed multo maiora inte-

Bernardus lib. de passione.

Universidad de Deusto Biblioteca

rius in corde, ex compassione matris omnia tecum participantis. Hæc Bernardus. Vndique sunt angustiæ, undique tormenta & pœnæ. Sentiri potuerunt, narrari non possunt. Stabat Maria cum cæteris iuxta crucem corpore: sed in cruce tota migrauerat mente. Non auertebat oculos à filio, angustiabatur ut ipse, & toto corde orabat patrem pro eo, & filius similiter orabat pro matre.

Ambro. in cap. 23. Lucæ.

Vnde Ambrosius: Fugientibus apostolis Maria ante crucem stabat, & pijs spectabat oculis filij uulnera: quia expectabat non pignoris mortem, sed mundi salutem. Aut fortasse quia cognouerat per filij mortem mundi redemptionem, aula regalis putabat se & sua morte publico muneri aliquid additurum. Sed Iesus non egebat adiutore ad omnium redemptionem.

Chrysosto. sermone de passione. Maria filiū offert.

Vnde & Chrysostomus, In passione Christi duo videbis altaria: unum in pectore Mariæ, aliud in Christi carne: Christus carnē, Maria immolabat animam. Optat quidem ipsa ad sanguinem filij addere sanguinem carnis suæ, & cum Domino Iesu corporali morte redemptionis nostrę cōsummare mysterium: Sed hoc solius summi sacerdotis erat priuilegium, ut cum sanguine intraret in sancta sanctorum. Ideo nec uirgini, nec angelo, nec vlli homini potuit in reparatione hominis esse communis authoritas. In hoc autem grauissimè patitur pia mater: quia quod filius eius corpore, ipsa sustinet corde. Hæc Chrysostomus. Et quia Ioannes crucifixioni astitit: ideo ea die passio secundum ipsum legitur, licet etiam meritò postremus legatur: quia postremus scripsit.

Magdalenæ fletus.

Omnes igitur & maximè Magdalena sua dilecta discipula vehementer flebant nec consolari de suo dilecto Domino & magistro poterant. Compatiebantur Domino, & etiam dominæ, & sibiipsis. Sæpe eis dolor renouabatur: quia semper passio Domini sui, uel in conuitijs uel in factis augebatur. *Stabant à longè* aspicientes, & à nullo consolabantur. O quantæ uoces & tristes ululatus ibi audiebantur ab amicis suis. Quòd autem Ioannes dicit *iuxta crucem*, & alij euangelistæ dicunt à longè mulieres stetisse,

Augusti. lib. 3. de cōsensu euan. cap. 21.

intelligendum est secundum Augustinū, quòd eo interuallo erant ut & iuxtà dici possent: quia in conspectu eius præsto aderant, & sic propè quòd uerba Christi audire poterant: & à longè, in comparatione turbę comprimentis, propinquius circūstantis, cum Centurione & militibus. Vel erant longè, respectu militum Christum crucifigentium & custodientium: sed propè, respectu aliorum astantium & aspicientium. Sic ergo possunt dici longè & propè stetisse diuersis respectibus. Vel primò erant prope crucem, & post commendantionem matris abierūt: ut à densitate turbæ se exuerent, & cætera quæ facta sunt longius intuerentur, ut euangelistæ, qui post mortem Domini eas commemorauerunt, & longè stantes commemorarent. Quòd autem mulieres stabant iuxta crucem, discipulis fugientibus, commendat deuotam cōstantiam in mulieribus.

Chrysost. hom. 84. in Ioann.

Vnde Chrysostomus: Mulieres astiterunt cruci, fugientibus discipulis: & quod imbecillius genus est, virilius apparuit tunc: ergo sicut nec à salute, ita nec à mysterio crucis, & scientia resurrectionis excluduntur & repelluntur mulieres.

Situs Mariæ sub cruce.

Et nota, quòd beata uirgo non stetit sub cruce ad Aquilonem, ut quidem fabulantur, & sicut in picturis ponitur: sed contra faciem filij ad Occidentem aliquantulum, tamen declinans ad Austrum. Monstratur enim iuxta montem Caluariæ quidam locus, & à fidelibus veneratur, ubi ipsa cum alijs mulieribus iuxta crucem filij sui stetit, plorans & lamentans eum: in quo loco est una capella extra ecclesiam sancti sepulchri, sed coniuncta muro eiusdē ecclesiæ.

Iuxta crucem standum.

Sta & tu iuxta crucem cum ea, & lamentare Dominum pro te mortuum. Iuxta crucem libenter debemus stare, & potius mente quàm corpore, habendo memoriam saluatoris secundum statum in quo fuit in cruce.

Crucis memoria utilitas.

Vtilis enim ualde est nobis memoria talis. Ibi est nobis refugium, contra mala culpæ: refrigerium, contra mala pœnæ: ibi erudimur circa bona gratiæ: ibi ostenditur nobis uia ad bona gloriæ. Bona & desiderabilis est umbra sub alis Iesu ubi tutum est fugientibus refugium, gratum fessis refrigerium. Vna ala potest intelligi protectio in prosperitate: alia, protectio in aduersitate. Vna ala contra mala culpæ: alia, contra mala pœnæ.

Bernardus lib. de passione. Nume. 21.

Vnde Bernar. hac memoria absorptus, ait: Domine quocūque iero, semper te in cruce uideo. Considera nunc qualiter ipse est exaltatus: prout prædixerat, sicut Moyses exaltauit, scilicet super palum serpentem in deserto, ita scilicet exaltari in cruce oportet filium hominis. Ille enim serpens æneus in deserto exaltatus, figura fuit huius exaltationis: quia sicut ille serpentis quidem similitudinem habebat, serpentis autem venenum non habebat, quia æneus erat: sic Christus cū iniquis deputatus, & inter latrones suspensus, carnis quidem similitudinem habebat, peccatum autē nullum habebat. Et sicut qui mordebantur à serpente, inspiciendo serpentem in palo exaltatum, sanabantur: sic contra morsum & tentationem diaboli non est melior medicina, quàm in cruce pro nobis passum aspicere saluatorem, Si enim aspectus illius serpentis ænei saluauit à morte corporali: multo fortius fides Christi crucifixi saluat à morte spirituali.

Verba Christi in cruce.

Vide etiam Dominum tuum stantem super solium excelsum, & paratum ad iudicandum: & ideo duo homines hincinde ponuntur, quorum unus saluatur, alter condemnatur: uide etiam Christum, qui est pontifex futurorum bonorum, qualiter extensis brachiis & manibus offert hostiam puram, scilicet carnē suā preciosam pro nobis super altare crucis. Vide etiam magistrū tuū qualiter stat in alto & prædicat. Dominus enim etiā in cruce pendens, etiā usq; ad exitū spiritus non fuit ociosus: sed faciebat & dicebat utilia pro nobis.

Augustin. tractatu 119 in Ioā.

Vnde, secundum Augustinum, se habuit sicut magister in cathedra: & lignum pendentis, factum est cathedra docentis: ubi septem uerba sacratissima quæ dixit in cruce positus, breuiter tibi nota, & ea frequenter cum deuotione pertracta. Per hæc autem septem uerba possumus facere exclamationes nostras, modo tenēdo partem Domini nostri, & causando cōtra Iudæos, modo cōpatiendo Domino nostro, modo matri eius: modo nobis miseris, & in fine cuiuslibet uerborū facere orationem.

Verba septem uel octo.

Quidā tamen uerba octo distinguūt, & uerbum tertium in duo diuidunt: ita ut dixerit duo pro peccatoribus: scilicet, *pater ignosce illis: & hodie mecum eris in paradiso*: duo pro bonis: scilicet, *mulier ecce filius tuus*: &, *ecce mater tua*: duo pro uniuerso mundo scilicet, *sitio*: &, *consummatum est*: duo pro seipso, scilicet, *Deus meus ut quid dereliquisti me*: &, *pater in manus tuas commendo spiritum meum*.

Primum uerbum.

Primū uerbum fuit in ipso actu crucifixionis, cùm pro suis crucifixoribus inimicis crudelissimis, ipsum ad crucem fabricantibus, orauit dicens: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*: scilicet bonum mihi & malum sibi. Reuera ita est: quia qui alteri malum facit, nescit quantam pœnam & culpam sibi inferat, quantamque gratiam & coronā alteri acquirat.

Chrysost. de cruce & latrone.

quirat. Vel, *nesciunt quid faciunt*: ignorant enim quòd filius tuus sum quē crucifigūt. Vnde Chrisostomus: Quia Dominus dixerat, orate pro persequentibus uos: hoc etiam crucem ascendens fecit, dicens, pater dimitte illis: Non quia non posset ipse relaxare, sed ut nos pro persequentibus orare doceret: non solū uerbo sed opere. Dicit autem, dimitte eis si pęnituerint: fauet enim pœnitentibus si uellent post tātam nequitiam reatus per fidem diluere. Hæc Chrysostomus.

Pro nescientibus orat. Beda in ca. 23. Luca.

Cùm ergo dixerit, *quia nesciunt quid faciunt*: patet secundum Bedam, quòd non pro eis orauit qui per inuidiam & superbiam eum, quem filium Dei intellexerunt, negantes crucifixerunt: sed pro eis qui zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam, nescierunt quid fecerunt. Erant enim ibi aliqui simplices & illiterati, à sacerdotibus Iudæorum decepti, qui persequebantur Christum zelo legis, & pro istis orauit Christus. Alii autem erāt literati, qui ipsum esse Christum probabiliter nouerant, seu cognoscere debuerant, sed ex odio & inuidia excæcati fuerunt, & Christum usq; ad mortem persecuti sunt, & pro illis non orauit.

Beda ibidē Act. 2.

Secundum Bedam, Nō frustra orauit, sed eis qui post eius passionem crediderunt impetrauit. Vnde dicitur in Actibus, quòd conuersi sunt una die tria milia, & alia die quinque milia. Nec dubium quin hoc prouenerit ex uirtute huius orationis Christi. Ad quam etiam uocem multi de turba Iudæorum astantium compuncti sunt corde & pœnituerunt: vt dicitur in euangelio Nazaræorum: & ponitur in glosa

Esaia. 53.

Esaiæ super illo uerbo, & pro transgressoribus exorauit. O quàm dulcis in oratione Christi ad crucifixorum malleationem erat melodia, de cuius consonantia conuersa sunt tot milia. Nec mirum: quia ipse tantam mansuetudinem seruans in contumeliis, tantam patientiam ostendens in tormentis, sic miram benignitatem exhibens crucifixoribus euidentius declarauit se filium esse patris quem orabat. Quid enim maius miraculum hac benigna pietate? hoc quippe uerbum magnæ patiētiæ & mansuetudinis, magni amoris & indicibilis bonitatis, magni dulcoris & ueniæ fuit.

Charitatis actus triplex in primo uerbo.

In quo triplex actus charitatis maximæ apparuit primò, quia pro crucifixoribus affectuosissimè orauit: secundò, quia orationi lachrymas adiūxit: tertiò, quia cum ualido clamore, & lachrymarum effusione pro ipsis preces obtulit.

Bernardus sermone de passione do.

Vnde Bernardus: Christus flagellis cæsus, spinis coronatus, clauis confossus, crucifixus, opprobriis saturatus, omnium dolorum immemor, ait: Pater ignosce illis. Hinc multæ miseriæ corporis, hinc multæ misericordię cordis. O quàm firmata est sup ipsos misericordia tua, & quàm magna multitudo dulcedinis misericordię tuæ, quoniam potabis Domine desiderantes te torrente uoluptatis tuæ. Hæc Bernardus. Non ergo desperet amodo qsquam pœnitens pro peccatis, pensando copiam gratiæ saluatoris.

Augu. de cruce & latrone.

Vnde Augustinus: Quid autem cōuerso non ignoscitur, si fusus Christi sanguis cognoscitur? Quis homicida desperet, si in spem redditus est, à quo etiam Christus occisus est?

Documētū

Per hoc uerbū primum docemur petētes nos citò exaudire, iniuriasq; remittere, & uindictas non expetere: ac etiam pro inimicis intercedere & orare, eosque diligere.

Psal. 94. Ignoscere debemus.

Ad uerbum igitur tantæ pietatis emolliatur cor nostrum, sicut dicitur in Psalmo: *Hodie si uocem Domini audieritis, nolite obdurare corda uestra*: ut dimittamus offensas debitoribus & iniuriatoribus nostris: & non solū dimittamus offensas, sed etiam pro ipsis oremus intuitu eius qui patrem exorauit pro psecutoribus suis & crucifixoribus.

Aug. sermone de S. Stephano.

Vnde Aug. Vide charitatis affluentiam, & mirabilem patiētiā: pro inimicis facit orationem: remittit, & non expetit ultionem. Cur igitur formica, festuca, cinis, puluis, & fauilla uindictam expetis, remissionem protrahis: cùm uideas regem glorię dominumque uirtutum remittentem minas, contumelias, & blasphemias, & condonantem crucis molestias, & reales iniurias?

Anselmus speculo euang. sermonis cap. 12.

Vnde & Anselmus: Ad locū deductus supplicij, mirrha potatur & felle. Ita in cruce leuatur, & dicit: pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Qualis est hic qui in omnibus pressuris suis, nec semel os suum aperuit: ut aut querelæ, aut excusationis, aut comminationis, aut maledictiōis uerbum aduersus maledictos canes illos proferret, sed nouissimè uerbum benedictionis, quale à seculo nō est auditum, super inimicos suos effudit. Quid hoc viro mansuetius, quid benignius anima mea uidisti? Et iterum: In omnibus his considera illud dulcissimum pectus, quam tranquilitatem seruauit pietatis. Non suam attendit iniuriam, non pœnam reputat, nō sentit contumelias: sed ipsis potius à quibus patitur, ille compatitur: à quibus uulneratur, ille medetur: uitam procurat à quibus occiditur. Cum qua mentis dulcedine, cum qua spiritus deuotione, in qua charitatis plenitudine clamat, pater ignosce illis? Ecce ego Domine, tuæ maiestatis adorator, non tui corporis interfector: tuæ mortis uenerator, non tuæ passionis derisor: tuæ misericordiæ contemplator, non infirmitatis cōtemptor: interpellat pro me tua dulcis humanitas, commendet me patri tuo tua ineffabilis pietas. Dic igitur dulcis Domine, pater ignosce illi. Hæc Anselmus.

Oratio.

O clementissime Domine, quanta est patientia tua? semp insidiati sunt tibi, & psecuti sunt te & tuos: proditiosè te ceperunt, & maliciosè te crucifixerunt, & modo petis ut ignoscatur illis? Domine Iesu, pater misericordiarū, oro te, ut sicut tu pepercisti tuis crucifixoribus, & rogasti pro eis, fac ut amore tui parcā ego cunctis mala facientibus, & tu Domine parcere digneris omnibus iniquitatibus meis, & patri tuo in conspectu gloriæ tuæ me miserum commendare: sæpe enim Domine te offendo, & (quantum in me est) peccatis meis crucifigo: tamē Domine tu scis qa in te credo, & te Dominum meum & Deum uerum confiteor, à quo ueniam peccatorum postulo impartiri mihi misero & indigno.

Verbum secūdum. Paradisus.

Secundum uerbum fuit ad latronem pœnitentem & confitentem, cùm dixit: *hodie mecum eris in paradiso*. Non intellige de terreno paradiso, uel horto uoluptatis, unde Adam est expulsus, nec de paradiso angelico, uel cœlo empyreo, quia ad illum ante Christum nemo ascendit: sed de limbo sanctorum, & sinu Abrahæ, ad quem anima Christi & latronis descendit: uel *in paradiso*: id est, in fruitionis gaudio & fruitione beata, quam habuerunt sancti patres in limbo, cū ad eos descendit Christi anima: & eadem die descendit illuc anima huius latronis, facta particeps beatæ fruitionis. Vel *in paradiso*, id est, in requie, quod est esse cum Christo, uel *hodie eris mecum*, quod est esse *in paradiso*: quia ubi est Christus, qui est paradisus, ibi est & paradisus: sicut ubicunque est Papa, ibi dicitur esse Romana curia.

Paradisus est, ubi Deus.

Vnde Anselmus: Credo Domine, credo certè quòd ubi tu uis, & ubi tu es, ibi est paradisus: & esse tecum, hoc est esse in paradiso: quoniam uenerabilis ille confessor & gloriosus martyr tecum fuit per totū illud hodie, & postea omni tempore. O quàm beatum est esse tecum, ò quàm beati sunt illi qui tecum sunt? Illi uerè sunt in paradiso, uerè sunt in requie, qui tecū

sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pœnitentiæ consolatio.

sunt fide & dilectione. Hæc Anselmus. Hoc etiam dicens magnam consolationem dedit pœnitentibus, & peccata sua confitentibus: nam reuera hodie & quotidie ita accidit: quia qui deuotè & purè cõfitetur peccata sua, statim cum Domino est in paradiso per gratiam, & postea erit per gloriam: uel est in paradiso: id est, in quadam requie & securitate suæ conscientiæ: quia *secura mens quasi iuge conuiuium.* Ecce quàm liberalis, imò quàm prodigus hodie factus est Christus: quia latroni regnum, crucifixo cœlum, damnato paradisum, pro breui petitione est largitus. Misericordia obtulit, quod miseria distulit. Hoc uerbum secũdum magni amoris & gratiæ ac consolationis fuit: in quo Christus nobis exemplum perfectæ spei & fiduciæ reliquit: ut nullus de uenia peccatorum quantumcũque enormium, nec dum in uita, imò nec in mortis articulo desperare debeat: cùm iste latro qui nihil boni fecerat, sed suo testimõio mortis supplicio dignus erat, ueniam consecutus fuerit. Et hoc rationabiliter: nam ipse solum de corde & lingua iuuare se potuit, quorum utrunque Deo perfectissimè obtulit: cor quidem in perfecta contritione: linguam in pura & uera confessione: & ideo non mirum si ueniam impetrauit. Sed exemplo istius latronis nullus debet suam pœnitentiam differre usque ad mortem: quia priuilegia paucorum, non faciunt legem communem: & pauci sunt qui in morte uerè pœniteant. Nam sicut monstruosum esset, quòd lupus caudam ouis haberet: ita mõstruosum uidetur quòd uita mala bono fine claudatur. Euoluit iste latro, propter fidei meritum, & crucis quodammodo martyrium: ac nobis cõuersionis & pœnitentiæ reliquit exemplum. Vnde Hieronymus, Christus de cruce latronem in paradisum intulit: & ne quis aliquãdo conuersionem seram putaret, fecit homicidij pœnam martyrium. Vnde & Ambrosius, pulcherrimum autem datur affectandæ conuersionis exemplum, quòd tam citò latroni uenia relaxatur, & uberior est gratia quàm precatio. Semper enim plus Dominus tribuit, quàm rogatur. Ille enim rogabat ut memor sui esset Dominus cùm uenisset in regnum suum: Dominus autem ait: amẽ dico tibi, hodie &c. Vita est enim esse cũ Christo: q̃a ubi Christus, ibi regnum. Citò ignoscit Dominus, quia ille citò cõuertitur. Vnde etiam Augustinus: Dixisti latroni, hodie mecũ eris in paradiso: ut desit locus desperationis, qui parcis latroni, ut ostendas fructum pœnitentiæ, frontem misericordiæ, celeritatem indulgẽtiæ. Tu enim saluas latronem scipsum accusantem, te ipsum excusantem, misericordiam inuocantẽ, & blasphemantem socium increpantem. Vnde & Chrysosto. O res mirãda: non Abrahæ data est promissio paradisi, non patribus, non prophetis, sed primò latroni dicitur: hodie mecum, &c. Credidit Abrahã Deo, non sub tali conditione posito, sed de cœlo loquẽti. Credidit Esaias, sed sedenti super solium excelsum & & eleuatum. Credidit Ezechiel, sed ei super quẽ cherubim contemplatus est. Credidit Moyses, sed de medio ignis loquenti. Sed iste uidit Saluatorem non in regali throno, sed in pœna sociatum latronibus. Videt in cruce pendentem, & orat quasi in cœlis sedentem: uidet condemnatum & inuocat regem. O admiranda latronis conuersio. Iudæi crucifigunt, qui nouerunt legem & prophetas, & tu latro unde talia philosopharis? Hęc Chrysosto. Sed clemẽs oculus tuus ò Domine Iesu respexit super eum uocasti ipsum interna uocatione ad pœnitentiam. Quis non debet in te sperare, te laudare, & benedicere, & amare, cũ ita

Desperandi non est.

Latronis meritum.

Ambrosius in cap. 23. Luc.

Augusti. in soliloq.

Chrysosto. sermone de latrone.

A

B

C

D

E

de facili pepercisti ei qui tam malè consumpserat uitam suam? Respira ergo nunc in spem ueniæ quæcunque peccatrix anima, si tamen patientis pro te Domini tui non horres sequi uestigia. Sed ne procrastines usque ad horam mortis, exemplo huius latronis, pœnitere, & iuenire locum Domino. Etsi enim optimũ sit & salubre consilium de misericordia Dei quærere refugium, & totum tamen hominem ex ea pendere stultissimum est solatium: quia misericordia & ueritas in eo obuiant sibi. O pater clementissime rogo te ego miser dignus infernali supplicio, ut sis memor mei in regno tuo, ego enim Domino latro sum pessimus, qui me & multos in anima occidi: sed tu Domine misericordissime memento mei in bonum. Ecce adoro te quẽ latro adorabat, & oro sicut ille orabat, *Memento mei Domine dum ueneris in regnum tuum.* Recognosce in me Domine hanc orationem, sicut recognouisti eam in latrone, suscipe hanc à seruo sicut suscepisti eam à famulo tuo: memento mei de regno, sicut fuisti memor illius de ligno. Dic igitur, dic quęso Domine, dic seruo tuo, loquere ad cor meum: dic animæ meæ, *hodie mecum eris in paradiso*, & ego cõfortatus desiderabili tua promissione, fideliter p̃maneã in tua fide & dilectione. In splendore fidei & confessionis tuæ tecum sim per tuam gratiã spiritus unus, & sic tecum ero in paradiso, si uidelicet in terra amoris tui delitias gustem, quibus in paradiso reficis spiritus beatorum: uerè enim gustare de tuo amore, est tecum esse, & fac me ita uiuere, ut aliquando cùm tuæ pietati placuerit, dicas animæ meæ, hodie mecum eris in cœlo. Tertiũ uerbum fuit, cùm ut matrem & discipulũ inter angustias positos aliqualiter consolaretur, commendauit matrem solatio destitutam ac mœstam, & quasi morientem discipulo, & discipulum matri, dicens matri: *Mulier ecce filius tuus*: hoc est, qui loco filii tui tibi debet obsequi, & affectione coniungi: quasi diceret ei, usq; modo sui obsequiũ tibi, & tui curam habui: sed de cætero istum derelinquo tibi, q̃ erit loco mei: & discipulo, *ecce mater tua*, hoc est cui reuerentiam & seruitium debes ut filius matri: quasi diceret ei, deputo te ad eius obsequium & curam loco mei. Hoc tertium uerbum Christi fuit maximæ solicitudinis & pietatis, eo quòd in tantis doloribus constitutus matris mœstissimæ curam gessit, & ei de ministro prouidit. In quo docuit nos compati parentibus nostris afflictis, & in necessitatibus subuenire: ac eis, quan do indigẽt, curam & debitum obsequium impendere: & in quocunque statu simus parentes (quantum bono modo fieri potest) honorare: quod prius mandauit dicens, honora patrem & matrẽ, hoc nũc suo exemplo docuit & fecit, quod faciendum admonuit. Pro se enim matri, quam moriens relinquebat, alterum quodammodo filium ad eius curam & obsequium prouidebat. In hoc autem quòd Ioanni matrem commendauit, magna ostẽditur dignitas Ioannis, & quanto eum honore honorauit. Et, ut dicit Hieron. Pudicitia uirginis nulli discipulorum rectius quàm uirgini commendata est, ut esset adinuicẽ grata societas, & floridus aspectus, necnon & uenustus conuersandi uernãs alternatim pudicitiarũ splendor decoratus. *Et ex illa hora*, quandiu uixit Maria, *accepit eam Ioannes in suam.* I. matrem secundum quosdam: sed congruentius subauditur, in suam curam & solicitudinem, quam de cętero specialiter de ea gerebat, quia quicquid ei necessarium erat, ad ipsius curã pertinebat. Tradit Dominus matri Ioannem pro Iesu, seruum pro Domino, discipulum

Oratio.

Tertium uerbum.

Verbum solicitudinis.

Ioannis dignitas.

Hieronym. sermone de assumptione Mariæ tomo 4.

Cõmendatio iniqua.

lum pro magistro, hominem pro uero Deo: filium Zebedæi, pro filio Dei: nepotem pro filio suo, q̃ erat totum suum gaudium, ac uita sua & solatium. Quæ mutatio ipsam intus cruciat, ac matri amarior omnibus doloribus corporeæ passionis existit, & cætera corda humana, licèt saxea, licèt ferrea, scindit. Quis enim sine singultu audiet eum hæc uerba dicentẽ? nõ dixit ei, mater: sed, mulier: ne matris dolorẽ amplius excitaret. Vnde Chrysostomus hic mouẽdo quæstionem, sic dicit: O bone Iesu, qui matrem tuam dulcissimam, quæ ita diligenter te nutriuit, reuerenter tractauit, & dulciter lactauit, adeo indulciter alloqueris? Sed ut dictum est, non uocauit eam matrem, sed cõmuni nomine: & pro materni nominis (si exprimere tur) & uehementis amoris teneritudine ag grauaret. Virginis animus: ac uidens filii passionem, & audiens matris nomen doleret amplius: tunc enim non erat tempus ipsam dulciter alloquendi, nec matris nomen exprimendi: quia si Christus dulcius sibi locutus fuisset, fortè cor Virginis crepuisset. Stans autem Dominus in cruce, faciem uersus Occidentem tenebat, sed Maria & Ioannes uersus Oriẽtem ad Christi faciem respicientes iugiter lachrymas fundebant: unde non stetit beata Virgo sub cruce ad Aquilonem, ut quidam fabulanter, sed contra faciem filii ad Occidentem aliquantulum tamen declinans ad Austrum. Mõstratur enim locus & à fidelitibus ueneratur, ubi cum aliis mulieribus ipsa stetit. Cõtemplare & tu Dominum tuum, ut mouearis ad compatiẽdum. Vnde Anselmus: At tu cum matre & Ioanne accede ad crucem, & perfusum pallore uultum Iesu cominus intuere. Quid ergo? Tu sine lachrymis amãtissime Domine tuæ lachrymas uidebis? Tu siccis manes oculis, & eius animam pertransibit gladius doloris? Tu sine sin gultu audies dicentem matri, mulier ecce filius tuus: & Ioãni ecce mater tua. Et iterum, mulier (inquit) ecce filius tuus? O commutatio, pro æterno & incõmutabili Deo, purum & corruptibilem hominem: p̃ naturali & unico filio, seruum accepit in filium. O Domina qui (precor) cogitatus in te succedebant, cùm tam ineſtimabilem cõmutationem ab ipso, quem supomnia diligebas, tibi fieri audiebas? Verè tuam animã pertransiuit gladius doloris: quoniam tibi amarior extitit omnibus doloribus cuiusuis corporeę passionis. Quicquid enim crudelitatis inflictũ est corporibus martyrum, leue fuit, aut potius nihil, comparatione ipsius tuę passionis, quę nimirum sua immẽsitate trãsfixit tua penetralia tui benignissimi cordis. Hæc Anselmus. Vnde & Augusti. Matri Dominus, in cruce iã anxius, & oculis & uultu annuens, de Ioanne ait: Mulier, ecce filius tuus. Ecce Ioannes, qui est nepos tuus de cætero reputabitur tibi filius: & curã habebit tui, erit solatium tibi fidelissimum. Inde intuitus Ioannẽ dixit, *Ecce mater tua*: ei seruias, & curam illius habeam tibi commendo, suscipe matrem tuam, imò magis suscipe matrem meam. Dum hæc pauca diceret, illi duo dilecti lachrymas fundere non cessabant. Tacebant ambo illi martyres, & præ nimio dolore loqui non poterant. Isti duo uirgines audiebant Christum uoce loquentem tanta, & ipsum uidebant paulatim morientem. Amarè flebant, quia amarè dolebant, nã gladius doloris Christi, animas utrorumq; transibat: quæ magis amabat, seuerior fiebat in matre. Et iterũ: Eructauit etiam os tuum uerbũ bonum, cùm diceres: *Mulier, ecce filius tuus.* Cruciat te Domine Iesu crux tua, sed non minus mater tua: cruciat te dolor tuus, sed non minus dolor eius. Non est mirum si doles &

Mulier.

Cur matrem nocauit.

Status Mariæ sub cruce.

Anselmus de excellen. B. Virginis cap. 5.

Mariæ martyrium.

Augustin. sermone de passione do.

Maria & Ioannes uirgines & martyres.

A

B

C

D

E

condoles, si pateris & compateris, bone fili in desolatione matris, in separatione matris, in commendatione matris. Nunquam enim te deseruit: nõ in infantia, nõ in adolescentia, non in iuuentute, non in passione tua. Nunquam defuit tibi eius solatium: sed nec eius obsequium. Lactat infantem, audit & sequitur pdicantem, uidet & comitatur patientem: contemplatur opprobria, intuetur uulnera, audit tua uerba. Tu uerò bone Iesu quanquã esset dolor intolerabilis, plaga insanabilis in agonia mortis, & ultimo spiritu cõsti tutus nõ obliuiscris matrẽ tuã: caput ĩclinas, & eã in matrem Ioanni cõmendas, & eum sibi in filium adoptas: fœlix depositum, singulare priuilegium, insigne solatium. Vrgebat te siquidem Domine Iesu præceptum: iusisti, honora patrem tuum & matrem tuam: seruitium, quod ipsa exhibuit tibi: exemplum, posteris relinquendum. Considerare libet bona mater, & genitrix, & nutrix, & filia desolata, quis sit dolor tuus: angustia tua. Vides enim crucifixum unigenitũ tuũ, natas filium, magistrum in discipulum, regem in militem, Dominum in seruum, omnipotentem in deficientem. Reu era uiscera tua penetrat gladius, cõfigit animam tuam lancea & clauus, laniat mentem tuam spinarum aculeus, lacerat cor tuum filii tui amarus aspectus, deest tibi præ amaritudine lachryma: desunt uerba, deest fortitudo, marcescit pulchritudo. Vulnera filii tui, sunt uulnera tua: crux filii tui, est crux tua: mors eius, mors tua. Nutrix quo dimittis alumnum mater filiũ, ancilla Dominũ? una die orbaris patre & filio. Hæc Augusti. Cõpatiebatur itaq; filius matri cõpatiẽti sibi: cõmota sunt quippe oĩa uiscera eius sup matre sua. Sciebat. n. ipse anguſtias materni cordis, nouerat dolorẽ animę eius. Et, ut dicit Damascenus, quia dolores quos ipsa in sua non senserat parturitione, nunc geminabantur sibi in eius passione, ideoque & ipse geminum dolorem patiebatur: scilicet, crucis & matris. Ad conformandum nos huic articulo, cõpassionis materni doloris, meditemur quãtus fuerit dolor piæ matris, & talis matris, pro filio tali, quem uidebat tam crudeliter tractari, & tã miserabiliter mori. Pensemus etiam quantus fuerit dolor cõpassiuus filii matrem sibi compatientem: quantus amor filii ad matrem, tam cordialiter eam discipulo commendantis. Pensemus insuper qualiter in illa commendatione cor uirgineum anxiebatur, cùm ei pro filio alienus, & pro homine Deo homo purus dabatur. O quàm miserabilis commutatio? Quis itaque ista deuota meditatione pensans, poterit se continere à lachrymis? Quis non compatitur matri totius pietatis? Quis nõ misereatur matri misericordiæ? Si ergo quò ad hunc articulum uolumus nos Christo conformare: cõpatiamur dolenti matri suæ, quia compassus est & ipse. Iesu qui in cruce maternæ compassioni compatiens, ipsam tuo dilecto discipulo, & ei discipulum commẽdare curasti: commendo me tibi in illa fide & dilectione quæ eos adinuicem commendasti: & supplicio tibi ut per tantæ dilectionis pignora facias me ad amorẽ tuum ueraciter peruenire, & me eorum commenda custodiæ, ut inter huius uitæ discrimina ab omni aduersitate, & in omni sanctitate ac puritate & castitate mentis & corporis uitam meam custodiant, & post huius uitæ exitum ad te, te miserante perducant. Hic nota, quòd erat quidam religiosus, qui tantam habebat deuotionem in isto uerbo: scilicet, *mulier ecce filius tuus*: quòd ferè per uiginti annos continuauit lachrymas in tanta abundantia, quòd multum de illis bibebat. Vnde quando incipiebat cogitare totã passionem

Mariæ obsequium.

Mariæ dolores.

Damascen. lib. 4. defide cap. 15.

Exemplum cõpassionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

sionem Domini,& ueniebat ad locum istum, totus in lamenta & lacrymas dissoluebatur,& dicebat matri:O mater mea, ecce qualiter pendet in cruce filius tuus:uide quomodo derelictus est,& moritur filius tuus.Item dicebat filio:Ecce mater tua lachrymosa & dolorosa,uide quomodo stat dilectissima mater tua derelicta.Tu ergo charissime frequenter ita cogita, & loquere ad filium pro matre,& ad matrem pro filio ut gratiam obtineas utriusque.In hac autem recõmendatione intelligimus non solum Ioannem,sed & totam ecclesiam & quamlibet fidelem animam in Ioanne beatæ Virgini commendatam, ac eius seruitio & obedientiæ subditam,ipsamque ecõtra toti populo Christiano usque in finem mundo pro consilio & auxilio relictam,ut ipsa nos habeat in filios:diligẽdo nos,& bonum nostrum procurando affectu materno,& nos habeamus eam in matrem dilectissimam, ipsam semp amãdo, & post Deum super oĩa honorãdo. Vnde Hugo de sancto Victore,Ex hoc articulo ubi dictum est,ecce mater tua,intelligitur quòd Virgo beata non solum Ioanni in matrem traditur,imò toti ecclesiæ uniuersisq; peccatoribus in matrem assignatur,cùm dicitur:ecce mater tua.O peccator desperate, ecce mater tua:ò uerbum dulce,ò uerbum solatiosum, ò uerbum gaudiosum, ecce mater tua. Ipsa enim est mater Dei & hominis, mater rei & iudicis: non decet ut inter filios discordiam esse permittat.Si enim ò peccator, Maria est mater tua,ergo & Iesus est frater tuus:& pater eius,pater tuus:ergo & regnũ & hæreditas tua:ergo gratia Mariæ,quam inuenit apud Deum,est thesaurus tuus.Ergo dilige eam & uenerare tanquam præsentem tibi ubique, & amplius noli morari:sed ab hac hora accipe illam in tuam, ut ipsa tãdem recipiat te in gloriam suam.Hęc Hugo.Sicut ergo necessaria fuit nobis passio Domini ad saluandum,ita necessaria fuit hæc recõmendatio ad nostrum auxilium & cõsilium.Et propterea securè currendum est ad eam,pro quacunque necessitate & utilitate.Ipsa enim mater misericordiæ, nulli consueuit misericordiam denegare.Vnde Bernardus:Sileat misericordiam tuam uirgo beata, si quis est qui inuocatam eam in suis necessitatibus meminerit defuisse. Hæc quippe misericordia,nobis miseris est multum necessaria.Vnde idem Bernardus: Nos quippe in cæteris uirtutibus congaudemus tibi: sed in misericordia tua potius nobisipsis.Laudamus virginitatẽ,humilitatẽ miramur,sed misericordia miseris sapit dulcius, hanc amplectimur charius,recordamur sæpius , crebrius inuocamus.Ne timeas ad cã accedere:qa mitis & dulcis est ualde.Vnde iterum Bernardus:Reuolue totam seriem euãgelii,& si quid asperum,si quid durum inueneris in Maria, deinceps eam suspectam habeas,& ad eam accedere uerearis.Non igitur studeamus ut exemplo Ioannis Virginem beatam in matrem habeamus,si ipsam uolumus habere adiutricẽ. Cùm enim sit triplex status hominis:scilicet in uita, in morte,& post mortẽ:ipsa in hoc triplici statu adiuuat filios suos,qui eam habent in matrem.Vnde cantat ecclesia,Maria mater gratiæ,mater misericordiæ &c. Adiuuat ergo in uita:sed in uita quidam sunt iusti,& istis impetrat perseuerantem gratiam:ideo dicitur mater gratiæ, scilicet datrix & conseruatrix: alii sunt peccatores,& istis impetrat peccatorum ueniã & Dei misericordiam:ideo subditur , mater misericordiæ.Secundus status, scilicet in morte , est periculosus:quia hostes, id est dęmones ad morientes accedũt,& si quod ius habẽt exquirunt, sed beata Virgo animas in morte protegit,& hostes expellit:ideo subiungitur,tu nos ab hoste protege. Tertius status,scilicet post mortem & animæ egressum , similiter est periculosus: quia ibi sunt dæmones rugientes , animam deuorare uolentes: sed beata Virgo animas in morte susçipit & in cœlum deducit:ideo subinfertur, & hora mortis susçipe.O Domine Iesu,magister bone,recommendationem quã fecisti inter nos & matrem tuam conserua in æternum: & da nobis gratiã ut ei ualeamus taliter deseruire, quòd dignè mereamur eius filij nuncupari,& ipsa dignetur mater & domina nostra dici. *A sexta autem hora factæ sunt tenebræ,* uisibiles, *usq; ad horam nonam super uniuersam terram.* Quia enim agnus innocens & uerus sol iustitiæ eclipsim patiebatur,sol iste visibilis clarissimum mundi lumen,factori suo compatiens,lucis suæ radios retraxit & occultauit: non ualens intueri pendentem Dominum, ac mortis eius uilitatem & acerbitatem. Vnde Chrysost. Sol obscuratus est: non enim ferre poterat creatura iniuriam creatoris. Retraxit radios suos,celauit igneum iubar,ne uideret impiorum facinora. Hæc Chryso. Hoc autem factum fuit triplici ratione. Primò, ut natura insensibilis, Christo compatiens , corda lapidea ad ueram Christi compassionem emolliret.Secundò,ut eclipsatio luminis solaris, subtractionem ueri luminis in cordibus Iudæorum, & militũ Christum crucifigentium,ostenderet.Tertiò,ne corpus Christi nudum in cruce & mortẽ eius exprobratissimam ab impijs cum gaudio uideri, uel eos sua luce frui permitteret.Non fuit ista eclipsis naturalis: quod patet ex ratione durationis : quia nunquam potest fieri naturaliter per tres horas. Secundò,ratione temporis: quia impossibile est fieri eclipsim,nisi in coniunctione solis & lunæ: sed tunc luna erat plena & è regione ad solem. Tertiò, ratione generalitatis : eclipsis enim nunquam potest esse super uniuersam terram,sicut dicitur hîc: quia apud Athenas hoc uisum fuit. Vnde Dionysius apud Heliopolim tunc præsens, uidit hoc fieri per interpositionem lunæ, in terram & solem, sicut fit in eclipsi solis:quia uidit lunam ab Oriente ascendentem uersus meridiem,& se supponentem soli,& transacta eclipsi luna redijt ad Orientem: ita quòd in uespere fuit in Oriente,sole existente in Occidẽte, & sic orbes totum sunt ad pristinum statum restituti: unde patet etiam defectũ & repugnationem solis non ex eadem parte, sed econtraria secundum diametrum incepisse. Item illæ tenebræ palpabiles erãt & obscuræ, & nigræ sicut tenebræ Aegypti sub Pharaone, tenebræ autem ex eclipsi solis naturali ferrugineæ sunt & aereæ & aliquantulum claræ. Patet ergo , quòd illa eclipsis non potuit naturalis esse, sed miraculosa:& soli Christo, qui est causa omnium,manifesta.Et quia tribus horis protensæ sunt tenebræ, ideo has tres horas repræsentamus tenebris trium noctium: uel potius in memoriam triduanæ sepulturæ tribus noctibus celebramus, quasi triduanas exequias Christi mortui : quia nec alibi monachi nouem lectiones faciunt , nisi hîc & pro mortuis. Et tunc etiam primatus tenebrarum insinuatus est:quia in illis diebus tenebræ ceperũt diẽ præcedere. His etiam horis , scilicet à sexta usque ad nonam magis obtenebrantur homines commessationibus & ebrietatibus uacando.O quanti & quales etiam religiosi, his horis tenebris uoluptatum effrenatè se immergunt: quia ea quæ Christus tunc passus est , tanquam ingrati parum cogitant uel attendunt. Tibi Domine Iesu morienti compassus est sol, proinde

Tenebræ facta.

Eclipsis nõ naturalis.

Dionysius in epist. ad Polycarpũ.

Bernardus sermone 4. de assumptione. Idem ibidem.

Idem sermo.de uerbis Apocal.

Maria in triplici statu nos adiuuat.

Hugo de passione Christi. Maria mater ecclesia totius.

inde precor & obsecro, ut me quem rationalem condere dignatus es,sic facias tua pietate cõpati tibi morienti,& pro nobis impijs in crucis squalore pendenti ut in uita mea non gaudeam in luce gloriæ temporalis,neque diem hominum desiderem,sed toto mẽtis ardore desiderem diem tuum. Quartum uerbum fuit, quando circa horam nonam præ nimia doloris angustia clamans uoce magna, dixit: *Eli Eli lamma azabthani.*Et quod Hebraicè dixit, euangelista exponit,dicens: hoc est: *Deus meus* , cuius sum filius(per naturam) inquantum Deus : *Deus meus* , cuius sum filius(per unionis gratiam)inquantum homo, & sic geminatio duplicem ostendit naturam in eo: *ut quid de[re]liquisti me?* id est, pœnis & morte exposuisti ? Hoc non loquitur deitas , quæ passa non fuit:quia diuinitas in Christi passione semper illæsa mansit. Sicut si sole superlucente in ligno, securis lignum incideret, sol impassibilis permaneret;multo magis uerbi diuinitas, secundum hypostasim carni unita,carne patiente manet impassibilis & illæsa.Sed loquitur hoc humanitas,quæ uidebatur derelicta:& dolorem sustinuit , quia illa morti tradita & passa fuit:quasi diceret, Pater intantum mundum dilexisti:quòd me proipso tradidisti,& dereliquisti Iudæis & morti. Subtraxit enim protectionem,sed non soluit unionem. Hoc etiam dixit,ut magnitudinem suæ pœnæ ostenderet. Ita enim grauiter dolebat,ac si non Dei filius sed inimicus esset. Et ideo penitus uidebatur derelictus à Deo, nullũ refrigerium uel iuuamen recipiẽs ab eo. Derelictum ergo se clamat: quia licèt multi multa propter Deum passi sint, omnibus tamen Deus aliquid consolationis & refrigerii ministrabat: Christũ uerò totaliter dolori subiecerat:ut doleret quantum dolere poterat. Vnde non est intelligendum, quòd diuinitas humanitatem deseruerit, uel ab ea separata fuerit:Deum enim,quem inuocabat, inseparabiliter semper secum habebat:quia nunquam desinebat esse Deus , siue anima coniuncta corpori , siue separata: nam & tunc anima illa erat Deus,& corpus mortuum erat Deus:sed quia traditus erat ita calamitatibus, quòd uidebatur à Deo derelictus : quasi secundum hunc sensum diceret : Vt quid tam immanibus & intolerabilibus me exposuisti doloribus & pœnis , ac si me dereliqueris? Vehementissimo enim dolore in carne sua tenerissima tenebatur,& amarissimo dolore pro compassione suæ matris & aliorum in anima torquebatur Et tamen pro bono nostra ipsemet uoluit hæc transire:& sic sustinebat, ut nos aliquãdo exemplo suo taliter patiamur,ac si Deo derelicti uideamur. Siue quando Dominus uult nos probare: uel nosmetipsi uolumus nobis etiam aliquas pœnas inferre, ut sic Domino nostro conformemur in pœna,ut ei possimus conformari in gloria.Vel se derelictum à Deo patre dicit: quia tunc ferè inutilis uidebatur eius passio: de toto.n. genere hominũ nõ uidebatur aliquis redimi nisi latro, qui ferè solus in eũ credebat:excepta beata Virgine,quę tũc etiam credidisse non ambigitur: in huiusmodi enim ipsa semper excipitur.O domina mea quãto dolore tenebaris, quã do filium tuum sic clamantem audiebas?Et attende, q̃ in isto clamore non erant adhuc tenebræ , & ideo quod de tenebris est dictum,est per anticipationem accipiendum Hoc quartum uerbum Christi fuit magnæ acerbitatis:quia clamando ostendit magnitudinem sui doloris qui tantus fuit,quòd præ eius acerbitate se clamat à patre derelictum:in acerbitate passionis,omni solatio destitutum.Quæ quidem acerbitas passionis ex hoc apparet,quòd ipse patiebatur exterius in toto corpore,& ex omni parte sensuum,& ex omni genere tormentorum: intus uerò ex materna compassione,quæ omnes Christi dolores corporales in seipsa per materni cordis compassionem plenissimè transformabat:& ex discipulorum lapsu,& excæcatione,qui omnes tunc à fide exciderant:nec non ex preciosi sanguinis tam multiplici deperditione, quia considerauit quòd precium suæ redemptionis in tot hominibus ingratis annihilari debuit:hoc enim,secũdum Bernardum,maiorem dolorem ei intulit,quàm omnes pœnæ quas extrinsecus pertulit.Vnde bis ingeminat,Deus meus,ut ex hoc ostendatur immensitas sui doloris,tam in carne quàm in anima,quantum ad uires inferiores corpori affixas: quia in superioribus uiribus animę fruebatur perfectè,licèt in inferioribus torqueretur acerbissimè. Clamauit etiam uoce magna peccatum inclinando quod fuerat tantæ mortis & miseriæ causa:quia secũdum Ambrosium, quorum susçepit naturam,horum plorauit miseriam : & ut duritiam humani affectus ad sui excitaret cõpassionem.Sciendum tamen,quòd homo rationabiliter debet moueri ad compatiendum Christo triplici ratione. Primò , ex motu creaturæ insensibilis , quæ tota Christo morienti compassa fuit.Secundò, ex conditione suæ propriæ naturæ , natura enim tot membra prouidit corpori humano,quot sunt dies in anno(vt dicunt physici)ad designandum quò dnõ sit dies uel momentum , in quo homo beneficium redemptionis affectuosè & cum gratiarum actione non debet recordari.Tertiò,ex diuinæ uocis imprecatione : qa ipse sponsus amaritudinem suæ passionis iubet sine interuallo imprimi nostris mẽtibus,dicens: *Pone me sicut signaculum super cor tuum.* Cui uoci anima deuota obtemperans respondet , *fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter ubera mea commorabitur.* De hoc clamore appropriatè dici possunt uerba beati Augustini,in sermone:Satagentis & solliciti pro nobis in tribulatione positi,uerba sunt ista:uerba quidem tenebritudinis & mœroris, uerba amaritudinis & doloris. Nam qui deuotè consideraret ex quàm anxio gemitu,ex quàm alto singultu, ex quàm profundo luctu, ex quàm amaro planctu hæc uox in cruce proruperit ab ore Domini Iesu : nullus est si haberet pectus ferreum,quin molliretur compunctione: si saxeum, quin scinderetur compassione:si ligneũ, quin flecteretur condilectione:si æreum,quin liquaretur contẽplatione.In hoc uerbo duplex natura in una personа Christi,clamauit ad duas personas in una essentia Dei & ideo geminatur persona sub eodem actu uerbi, Deus meus,Deus meus,ut quid dereliquisti me? Clamabat enim in Christo affectio rationalis naturę,propter zelum ardentissimæ compassionis:clamabat afflictio sensualis iacturæ, propter telum acutissimæ passionis. Clamat affectio rationalis , Deus Deus meus,ut quid dereliquisti me? in tanto mentis suspirio & mœrore,qui non derelinquis clamantes ad te. Clamat afflictio sensualis,Deus meus, Deus meus : ut quid dereliquisti me?in tãto carnis supplicio & dolore,qui non derelinquis præsumentes de te.Magnã enim patiebatur exterius amaritudinem : sed longè plus cruciabatur interius propteringratitudinem.Vnde Hugo inducit eum in cruce sic loquentem:

Cerne homo quid pro te patior,
Vide pœnas quibus afficior,
Vide clauos quibus confodior,
Cùm sit tantus dolor exterior,

Intus

Quartum uerbum.

Derelictus non dicitur Christus.

Verbũ aeternitatis.

Bernardus sermone de passione.

Ambro.in cap. 23. Lucę.

Canti 8. Canti. 1.

Augustin. sermone de passione.

Duplex natura in Christo.

Hugo de passione Christi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intus tamen planctus est grauior,
Tam ingratum dum te experior.

Documentum. Augusti. in medit. Per hoc uerbum quartum, docemur ad Deum in necessitatibus clamare, & in periculis ad orationem recurrere. Vnde Augustin. Insuper addidisti Deus meus, ut quid dereliquisti me? ut ostenderes effectum orationis, quæ sicut scutum accipienda est contra iacula tentationis, in tempore tribulationis, quæ sicut scutum accipienda est contra iacula tentationis, in tẽpore tribulationis. Orauerat siquidẽ Dominus Iesus in horto: orat & in patibulo: q̃a reuera oratio: est subsidiũ in periculo. Ascẽde igitur anima mea turrim & castrũ orationis: ipsa etenim est unguentum ægrotorum, scutum infirmorum, odoramentum ciuium supernorum. Hæc Augusti. *Documẽtũ* Ex hoc ergo articulo derelictionis Christi à Deo, habetur documẽtum, quòd in nostris tribulationibus debemus ad Deum recurrere, & ei desolationem nostram conqueri orando, ut ipse tribulationem nostram dignetur respicere: Sicut Christus qui in angustia tribulationis positus clamauit ad Deum patrẽ, dicens: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Quod, secundum glosam, non solum fuit uerbum conquestionis: sed & orationis. *Psal. 21.* Quæ quidem oratio hic subintelligitur, & in psalmo illo ex quo Christus hoc assumpsit exprimitur. Vbi dicitur: *Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti?* Vbi hoc quod dicitur Respice in me: est oratio, & non est in Hebræo: sed additum à septuaginta interpretibus, magis sensum quã uerba sequẽtibus. Quod uerò sequitur, quare me dereliquisti? est conquestio. In hoc ergo uerbo Christi, fuit oratio implicita: & cõquestio explicita. De qua oratione uidetur loq. Apostolus, dicens de Christo: *Heb. 5.* *Qui in diebus carnis suæ preces cum clamore ualido & lachrymis offerẽs, exauditus est pro sua reuerentia.* Igitur & nos cõquerentes Deo tribulationẽ nostrã, semper subintẽdamus orationẽ, ut ipse in nos respiciat & adiuuet. Exprimit ergo hic Dominus formam tentati, & liberati: qui dum est in tribulatione, putat se quasi derelictum à Deo, cùm tamen propior sit Dominus homini in tribulatione posito. *Psal. 4.* Iuxta illud Psal. *Cum ipso sum in tribulatione.* Dereliquit quippe Dominus amicos suos, dum tribulationibus exponit ad tẽpus, ut misereatur in æternũ. Dereliquit: id est, ad modum derelinquẽtis se habet: quia protectionem suam subtrahit. Sicut enim Deũ pœnitere, est ad modum pœnitentis se habere: ita hic Deum aliquem derelinquere, est ad modum derelinquentis se habere. Ad conformandum se huic articulo, meditetur homo quàm atrocibus pęnis expositus fuerat Christus, quando sic clamauit ad patrem: & recolligat omnes passiones & tribulationes suas, & cõquerat ur eos Deo patri in unione passionum Christi: clamans in toto corde, simul cum Christo, uerba hæc: *Deus meus, Deus meus, respice in me, ut quid me dereliquisti?* Nec miretur uel deficiat, si tribulari permittitur: quia sic suo capiti conformatur. Domine Iesu, qui pendens in cruce preces ad patrem cum clamore ualido & lachrymis obtulisti: da mihi in omni tribulatione & angustia mea ad te clamare, nec tu me patiaris (uelut derelictum) à tua misericordia reprobari: sed exaudias de cœlo uocem meam, & facias in tribulatione prouentum, ut sentiens me tua misericordia saluatum, possim cantare gloriam & laudem tuam: dicens: Voce mea ad Dominum clamaui: uoce mea ad Deum, & intendit mihi. *Quidam autem illic stantes, & audientes* hoc uerbum Domini: *dicebant, Heliam uocat iste,* *Hierony. in cap. 27. Matthæi.* hi (secundum Hieronymum) Romani milites ipsum custodientes fuisse uidentur, qui erant gentiles, non intelligentes Hebræum, & putãtes propter sonum & quandam affinitatem uocabuli Eli, idem quod Heliam sonare: & Heliam uocari. Vel fuerunt Iudæi, Dominum imbecillitatis infamãtes, quòd Heliæ deprecaretur auxilium: reputãtes eum minorem fuisse Helia. Vel fortè ipsi Iudæi potuerũt hoc dicere, nõ bene intelligentes qđ dicere, pp tumultũ obstrepẽtem circumquaq;. *Quintum uerbum.* Quintum uerbum fuit, cùm *Iesus sciens omnia consummata*, quæ lex & prophetæ prædixerant de eo, & quæ erant scripta de Christo passuro, & quæ oportebat fieri antequam acciperet acetum, & traderet spiritum, ut hoc etiam cõsummaretur quod in scriptura prædicta restabat: & consummandum erat, scilicet, In siti mea potauerũt me aceto: *dixit, Sitio*, ac si diceret: Hoc solum ex scripturis implendum restat: perficite quod prædixit, Vnde cũ dicitur, *ut consummaretur scriptura*: ut, nõ ponitur causatiuè, sed consecutiuè: non enim ideo Christus hoc fecit, quia scriptura hoc prædixerat: nam tunc sequeretur quòd nouum testamentum propter uetus & eius impletionem esset, cùm tamen e conuersò sit: sed ideo prædictum est, quia per Christum consummandum erat: hoc enim facto impleta est scriptura prophetiæ, & sic in aliis suo modo intellige. *Sitis Christi.* *Dixit ergo, Sitio*: scilicet hominum salutem, quia hâc desiderio cordiali sitiuit: uidelicet sitim sitiens: id est, desiderans: ut nos sitiremus fontem uiuum. *Verbũ consolationis.* Hoc quintum uerbũ, fuit maximè consolatorium omnium totius ecclesiæ fidelium, quando dixit, sitio, scilicet salutem humanã feruentissimo desiderio. In hoc enim ostenditur eius ardens desiderium de salute generis humani q̃ uult omnes homines saluos fieri: nam uehemẽs desideriũ exprimere consueuimus per sitim. Vnde dicit Psalm. *Psal. 41.* *Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum.* *Sitis Christi.* Vnde Bernardus. Sitio, ait Christus, non doleo. O Domine quid sitis? Fidem uestram, salutem uestram, gaudium uestrum: plus animarum uestrarũ quàm corporis mei cruciatus me tenet: & si non mei, saltem uestri miseremini. Et iterum: O bone Iesu coronam spineam sustines de tua cruce, & de uulneribus tuis taces, & pro sola siti clamas dicens, sitio, quid ergo sitis? Certè solam redemptionẽ hominis, & gaudium humanæ salutis. Per hoc uerbum quintum, docemus salutẽ nostram desiderare, & æternam uitam appetere. *Augusti. in meditat.* Vnde Augusti. Adiecisti etiam Domine Iesu Christe, sitio: quid sitis Domine Iesu? uinum de uite, aut aquam flumine? Sitis tua, salus mea, cibus tuus, redemptio mea. Siti igitur anima mea, & desidera, sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, illum uidelicet qui sitiuit te: nonne tedet te anima mea intemperies aeris, molestia carnis, & cordis pugna cum uitiis, uarietas formę, mutatio & incertitudo tẽporis, expectatio & timor mortis? Cur igitur non cupis dissolui, & esse cum Christo? Cur te retardat uita mortalis: & non prouocat te uita uitalis, beatitudo fontalis, societas & lętitia spiritualis. Desidera igitur, & considera quam magna multitudo dulcedinis tuæ, quàm gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, ubi est lumẽ uitæ, fons totius dulcedinis, & beatitudo utriusque hominis. Hæc August. *Compassio Mariæ non habentis potum.* In hoc uerbo Domini fuit magna compassio matris, & sociarum eius, & Ioannis, & maxima exultatio illis pessimis, nam licèt exponi possit quòd sitiebat salutem, tamen ad literam æstimare potes quòd in ueritate multum sitiebat, quia propter nimium laborem, & sanguinis emanationem, totus desiccatus intus & arefactus

arefactus

arefactus & adustus erat: & propter hoc sitiebat supra modum: & talis sitis est maximum tormẽtum. Et cùm illi maligni cogitare non posset in quo amplius ei nocerent: acceperunt uexandi materiam, *& dederunt ei in spongia*, quæ propter porositatem de aceto multum imbiberat, *arundini imposita*, ut rursum ad os pertingeret: ac *hyssopo circumposita* & circunligata: ut per hyssopum herbam amaram de spongia sugeret *acetum* seu uinum acetosum, *cum felle mixtum seu mirrhatum*, quale etiam sibi priusquam crucem ascenderat propinauerant. *Potatus bis & causa potationis.* Sic ergo bis potatus fuit: & ante crucifixionem, & in crucifixione. Et est ratio potationis, & ratio geminationis huius. Dicunt enim quidã crucifixos citius mori si aceto potentur: & ideo potatus est iste, & non alij, ut citius moreretur: & hoc uel instinctu Iudæorum, qui captabant maximè mortẽ Christi: uel ex tædio militũ, ut citius à custodia eius absoluerentur: quia tædebat eos ibi morari. Competit autem mysterio gemina potatio, propter geminã personam quæ peccauerat, gustato ligno uetito, ex qua dãnata erat generis humani propagatio. *Iudæorum peruersitas* In hoc etiam potu amaro, amaritudinem suæ peruersę uoluntatis ostenderunt, quia quantum poterãt, tantum ei nocuerũt. *Chrysosto. hom. 84. in Ioan.* De quorum malitia, sic dicit Chrysostomus. Tu autem mihi temeritatem eorum qui assistebant cogita. Et si decem milia habuerimus inimicorum, & si insanabilia passi sumus, uidentes eos interfici flectimur: hi uerò neque in his quæ uidebant facti sunt mansueti: sed sæuiebant magis & insaniam intendebant, & spongiam afferentes aceto potabant. Hæc Chrysostomus. *Remigius in cap. 27. Matth.* Vnde secundum Remigium, Ipsi Iudæi erant acetum, degenerantes à uino patriarcharũ & prophetarum in acetum, id est, in malitiam & crudelitatem, habẽtes fraudulenta corda, quasi spongiã cauernosis atque tortuosis latibulis. Ob hoc signanter fel cum aceto sibi porrexerunt, ut in omnibus sensibus ipsum amaritudine replerent, iam enim uelatus fuerat oculis, contra ligni uetiti procacem visionem: iam maxillas eius pugnis attriuerant, contra pomi uetiti masticationẽ: iã collũ eius alapis cæciderant, contra cibi uetiti traiectionẽ. solũ restabat os & nares affligere, & ideo nares Christi affligebãt tã cadauerũ fœtore, q̃ aceti odore: os uerò affligebant, fellis amaritudine. At ipse acetum quidem accepit, non ut biberet, sed gustauit: ut scripturam, seu quod scriptum erat, adimpleret. Et quia Eli Eli clamauerat, cæteri potum ei dantes dicebant: *Sine*, id est expecta, *uideamus*, per experimẽtum *an ueniat Helias liberans eum*. Quia uerò uocem Domini malè intellexerant, non enim Heliæ, sed Deo loquebatur: ideo frustra & inaniter aduentum Heliæ expectabant. Ecce qualis cœna dabatur Domino nostro: hora autem iam cœnãdi: sed præ labore & dolore non petiit aliud pro cœna nisi potum, & filii diaboli dederunt ei pro cibo, fel: & pro potu, acetum. *Contra gulosos.* O nos miseri quid faciemus, qui aliter cœnare, & aliter potarę uolumus, & delitias q̃rimus. Certè si mille annis homo uiueret, & quotidie in pane & aqua ieiunaret, unicam cœnam illam sufficienter compensare non posset. Veruntamen qui potest capere capiat: quia durus est hic sermo pro carnalibus: & ideo non sapiunt, non sentiunt cùm sapore quæ Dei sunt, & cõsolationes internas amittũt. Quia si acetum Domino propinatum ad mentem reducerent, in cibo & potu quantumcunq; uili saporem inuenirent. *Bernardus sermone de passione.* Vnde Bernardus: Non est cibus adeo aridus, qui nõ efficiatur sapidus, si illius aceti quod propinatum est condimento fuerit temperatus. Si ergo cibus ex defectu salis, uel alia causa fuerit tibi insipidus: non apponas ibi sal, uel condimentum aliud, sed propter Christum felle & aceto potatum sensualitati resistas: cogitans quòd pro peccatis tuis in pane & aqua abstinere debes, & q̃ multi pauperes sibi ista reputarent ad delicias: & tũc uidebitur tibi magna gratia aliquid adiecisse ad hæc ipsa. *Documẽta* Ex hoc articulo, potationis aceti, trahuntur plura documenta. Primum accipiẽdo ista mysticè in bono sensu, sicut Iudæi & milites multa fecerunt mala intentione, quæ tamen mysterium boni nobis important & secundum hoc docemur hic, quòd & nos uinum deuotionis, admixtũ mirrha mortificationis carnis, & felle amaræ compũctionis Christo propinare debemus. Tale enim uinũ mirrhatum & fellitum Christus nobis sitit, & oblatũ libenter gustat: sed non uult bibere & in se traiicere, quia ipse bonorum nostrorum nõ eget. Quid enim Christo de nostra deuotione, mortificatione, & cõpunctione accrescit? Sed talia ab eo gratanter gustata nobis relinquit, quibus omnia illa cooperantur in bonum imò & amara fiunt nobis dulcia, merito suæ passionis. Aliud documentum est, accipiendo ista in malo sensu, quòd nos caueamus ne uinum mirrhatũ uel fellitum Christo bibẽdum offeramus: quia sicut tunc Iudæi, ita etiam mali Christiani dant Deo bibẽdum amarum potum, & Christo sitienti salutem animarum, offerunt amaritudinem peccatorum. Quicũque enim rectè credunt, sed malè uiuunt: hi Christo dant bibere uinum cum mirrha & felle mixtum: q̃a uinum Christianæ professionis uel deuotionis, miscent cum mirrha & felle scandalosæ conuersationis, inquantum malè uiuendo scandalizant ecclesiã, quales sunt præcipuè mali prælati, sacerdotes, & monachi, & aliæ personæ religionis speciem prætẽdentes, qui specialiter se ad cultum Dei deuouerũt. Qui præ cæteris Christianis uinum deuotionis, quod Deum & homines lætificat, Deo offerre deberẽt: sed per suã scandalosam conuersationem uinum suum mirrha & felle malorum exemplorum miscent, & hoc Deo offerunt: quibus Dominus exprobrat dicens: *Hiere. 2.* *Vinea mea electa ego te plantaui: quomodo conuersa es in amaritudinem?* Alij sunt qui acetum in spongia cum calamo Domino offerunt, qui extraneas & à ueritate alienas sententias ex scriptura applicant Christo, quasi eas dicenti quales sunt qui singulares sensus, à communi ecclesiæ doctrina extraneos, ex scriptura trahere moliuntur, & sic in errores homines mittunt. Hi enim spongiam aceto implentes, calamo scripturam imponunt, & ori eius offerunt: & talis potus est Christo insipidus: nam *cùm gustasset noluit bibere.* Ex quo et nobis datur documentum, quòd sicut Christus nõ dedignatus fuit pro nobis acetum gustare, sed nõ bibit: sic & nos suo exẽplo discamus prædictos aridos homines tam scandalosos in uita, quàm superstitiosos in doctrina, gustare quidem; id est pati & tolerare: sed nequaquam bibere, & eorum uitam & exẽpla nobis incorporare: quẽadmodum Dominus noster acetum non bibit: quia tales in corpus eius traiici nõ possunt. Item est documentum pro religiosis & pœnitentibus, quòd si quando eis apponitur cibus uel potus pœnitẽtialis & minus sapidus, recogitẽt Christum felle & aceto pro nobis potatum. *Eccle. 18.* Post cõcupiscentias ergo tuas non abeas: sed eas uiriliter frãgas, & nũc felle amaritudinis cum dilecto tuo potaberis. Ad conformãdum se huic articulo, recogitet homo quanto desiderio Saluator noster salutem nostram sitiuit, pro qua etiam acetum cum mirra & felle acci

pere

Universidad de Deusto
Biblioteca

pere non dedignatus fuit:ad ostendendum quòd nõ
salutem,quæ est uita æterna,consequi ualeamus, nisi
prius amaritudinem uitæ præsentis gustemus. Iesu
qui nostram salutem sitiens aceto & uino mirrhato
cũ felle potari uoluisti:salua me tua gratuita gratia in
numero saluãdorũ:& da mihi uersa uice sitire te fon-
tem uitæ & aquæ uiuæ,corde diligendo,ore laudan
do & prædicando,& amorem ad te habitũ operibus
ostendendo, fac me uinum deuotionis, cum mirrha
mortificationis carnis,ac felle pœnitentialis compũ-
ctionis,tibi dignè offerre:& da mihi acerbitatem cali
cis tui non horrere:sed cum gaudio amplecti & bibe
re ad salutẽ,ut ꝓ amore tuo animę meæ sitiẽti amara
dulcia uideantur.Sextum uerbum fuit,cùm dixit:*Con
summatum est*.id est, totum completum est in opere
etiam usq; ad aceti potum, quicquid de me lex & ꝓ
phetæ prædixerant:& quicquid de me scriptum erat,
& opus redemptionis humanæ, & omne opus meũ
quod in mundo facere debui, consummatum est &
perfectum:ac etiam omnis pœna & omnis pugna cõ
summata est & cõpleta:omnisq; labor & dolor, quẽ
susciperе ueneram,est finitus:tempus quoq; quo in-
ter homines esse debuit,ad honorẽ Dei patris & utili
tatem fidelium,est completum:& obedientiam, quã
dedit mihi pater,perfectè cõpleui:& quicquid opor-
tebat fieri antequã morerer factum est:& nihil rema
net,nec quicquã iam restat quod antequã moriar ad
huc fieri oporteat.Et hanc consummationem etiam
ipse prædixerat,*Consummabuntur*,inquiẽs, *omnia quæ
scripta sunt per Prophetas de filio hominis*.Acetoso igi-
tur & felleo poculo propinato,intulit,*consummatum
est*:tanquã si in gustu aceti & fellis totius amarissimæ
passionis consummata plenitudo cõsisteret. Per hoc
diluitur primus ille malè delectabilis gustus.Nam cũ
per gustũ ligni suauis & uetiti totius nostræ perditio
nis causa extiterit ꝓuaricator Adam:oportunũ fuit
& congruum,per uiam contrariã inuenire saluti no-
stræ remedium. Et cùm in singulis mẽbris ipsius acu
tissimarũ passionum militantes sagittæ crebrescerent
quarum indignatio ebibebat spiritum eius: decebat,
ut cibi uerbiq; uehiculum nequaquã maneret immu
ne:ut uerificaretur illud prophetæ,*Replenit me amari
tudine:inebriauit me absinthio*.Hoc uerbum sextum ma
gnę perfectionis fuit,cùm dixit:*consummatum est*:per
hoc insinuans,quòd omnia cõsummauerat, quę pro
salute humana ipsum Christum pati uel agere opor-
tebat.Et exemplariter:Nam sicut bonus medicus pri
mò pro infirmo diætam taxat:secundò sudorem pro
curat:tertiò si prædicta non sufficiunt,indicit minu-
tionem,pro humorũ correctione: quartò ministrat
potionem pro malæ materiæ euacuatione:sic Chri-
stus(ut nos à morbo peccati saluaret)pro nobis pri-
mò quadraginta diebus ieiunauit:secundò sudorem
sanguineum pro nobis exhalauit, tertiò per totũ cor
pus suum minutionem celebrauit,quando pro nobis
totum sanguinem suum abundantissimè sine nume
ro & mẽsura fudit,sic quòd corpus suum in cruce pẽ
dens tãquam cremium exaruit:quartò & ultimò,ꝓ
dictis antidotis non contentus, potionem amarissi-
mam sumpsit,quando pro nostra ægritudine fugan
da,felle & aceto se potari permisit:& ideo rationabili
ter dixit,*consummatum est*,innuens per hoc quòd om
nia cõpleuerat,quæ pro nostra salute fienda erant.Per
hoc uerbum sextum, docemur pœnitentiam inchoa
tam cõsummare,& uitam nostram sine debito termi
nare, ac omnia opera nostra ad uirtutũ perfectionẽ
& debitam perducere cõsummationem. Vnde Augu

Sextum uerbum.

Luce 18.

Verbũ 3. Verbũ perfectionis.

Augustin. sermone de passione.

A stinus. Dixisti etiam Domine,consummatum est.cõ
summata etenim erant uaticinia prophetarum,figurę
hostiarum,acerbitas & diuersitas pœnarum, emẽda
tio culparum.Fœlix qui poterit dicere cum Iesu,con
summatum est:cum Iesu qui est alpha & ω:& sermo-
num consummatio non est prærsũ in inchoatione,
sed in consummatione:non datur denarius incipien-
tibus,sed finientibus:& corona non currẽtibus: sed
peruenientibus.Inchoa igitur pœnitentiam, & con-
summa:ut ad crucẽ sicut Christus, sicut latro curras
ad pœnit entiam non descendas de cruce,ut salutem
consequaris perseuerantia.Hæc Augustinus. Scien-
dum autem, quòd cõsummare idem est quod simul
summare:unde tunc aliquid consummatur, quando
B omnia singillatim acta uel passa simul summãtur: id
est,in summa recolligũtur.Sic fuit in proposito: Nã
postquam Christus omnes pœnas passionis suæ si-
gillatim pertulerit,& nihil amplius circa mortem pa
tiendum restaret:tunc demum omnia perpessa reme
morans,recolligit ea simul in unam summam: & ob
tulit ea Deo patri, dicens,*consummatum est*: quasi di-
ceret,consummatum est opus obedientiæ, quam as-
sumpsi:cõsummatum est opus totius passionis meę,
quod tibi Deo patri meo offero pro salute generis hu
mani.Vnde Apostolus:*Consummatus factus est omni-
bus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ*.Et aduer
te,quòd hæc cõsummatio nõ fuit sine notabili pœna:
C sicut qui pertrãsiuit multa pericula,uel gratia suppli
cia, non sine magno horrore potest cogitare ea, licèt
ex alia parte gaudeat ea in præteritum pertransisse:
talem horrorem doloroſum non dubium quin Chri
stus habuerit in consummando omnia perpessa:nec
mirum,quia talis consummatio uirtualiter,uel etiam
integraliter cõtinebat in se omnes partes passionis,
quas simul in summa significabat cùm dicebat,con-
summatum est: Quod uerbum magnæ efficaciæ esse
in periculis,perhibetur ab expertis.Et specialiter ua-
lere dicitur in moderato fluxu sanguinis è naribus,
si cum eodem sanguine scribatur idem uerbũ in fron
te patientis.Et non mirum si magnæ efficaciæ sit uer
bum istud,in quo tota summa passionis Christi con
tinetur.Ex hoc articulo, cõsummatiõis totius passio
nis,habetur documẽtum,ꝙ nos in fine cuiusllibet bo
ni operis partes habentis,debemus facere summam
uel epilogum,& sic in summa illud offerre Deo:uer
bi gratia,Si quis pro Deo uadat Romam perueniens
ad terminum,omnes passus & omnia uestigia sua of
ferat Deo & beato Petro,dicens: cõsummatum est.
Similiter si quis legat psalterium:in fine omnes psal-
mos,uersus,& uerba totius psalterii in summa offerat
Deo,& sic de similibus .Ita etiam facimus in officio
ecclesiastico, quod semper in fine cum collecta con
clu ditur, quæ & idcirco collecta dicitur, quia in illa
oratione tota uis illius officii quasi in summa est col
lectio.Eodem modo hoc uerbum, consummatum
E est,fuit collecta totius passionis Christi citra mortẽ.
Ad conformandum se huic articulo,recolligat homo
breuiter in summa omnes articulos passionis prælibа
tos & agat pro eis gratias Christo & Deo patri: di-
cens,consummatum est, uel alias prout deuotio mi-
nistrabit.Iesu saluator noster, & consummator glo-
riosi operis,quod accepisti à patre consummãdum,
qui incepisti opus tuum cum multis laboribus,& cõ
summasti cum maximis doloribus,& tandẽ consum
mationem totius passionis tuæ in summa Deo patri
obtulisti,dicens,*cõsummatum est*:benedictum sit Do
mine ex hoc nomen sanctum tuum, quia ad hoc cõ-
summa-

Hebr. 5. cõsummatio pœnosa.

Documẽtũ Cõsummationis Deo dicendę ratio.

Collecta.

summasti,ut nos simus in bono consummati, & inimi
A ci nostri omnes consumpti: rogo te da mihi man-
data tua perficere, & in tuis uirtutibus proficere: ac
omnia per me(te operante) bene acta & passa ad tuã
laudem cõsummare: consummata tibi & per te Deo
patri offerre: ut in hora mortis possim dicere, ecce
Domine consummaui & perfeci opus quod dedisti
mihi ut facerem,& nunc uenio ad te magistrum meũ
& Dominum Iesum Christum:& tunc merear uide-
re facie ad faciem,& omnis consummationis finem.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui hora diei sexta sus-
tinente crucem uino mirrhato seu fellito pota-
tus,ac denudatus,& tuis uestibus spoliatus,*
B *in manibus quoque & pedibus clauis acutissimis perfora
tus, & durissimè cruci affixus: in cruce autem positus, à
multis blasphematus & derisus: & iterum aceto seu ui-
no acetoso potatus: da mihi, qui peccatis meis crucem
merui, ut in te aspiciens, totus totaliter carnè & spiritu
transfigar, omnique iniuria & contumelia ac confusione
contempta tecum cruci affigar: ut nec aliquid sentiam, ni-
si te Iesum, te inquam crucifixum. Amen.*

De nona in passione Domini. Cap. LXIIII.



C

HORA nona cogitabis mente lugubri & deuota, si piam habes animam,qualiter
ficcatur ipse fons uitæ, & dulcedo cor-
dium nostrorum, Iesus Dominus tuus
amantissimus,& omni gratiositate acceptissimus,ve
nis iam ex sanguinis effusione exhaustis, & uiribus
deficienti appropinquans morti incipit oculos lãgue
scentes deprimere & facie pallescere. Et quomodo
incipit inclinare caput uersus matrẽ suam,quasi dans
ei aue ultimum: aue inquam doloris & omnis desola
tionis,quod non poterat ore & uerbo exprimere prę
nimia passione & inæstimabili dolore: & quasi com-
mendans ei corpus suum,tam crudeliter fossum,ac la
ceratum & dissipatum undique. Et etiam uersus pa-
trem suum:quasi ostendens ex modo moriẽdi,quòd
moriebatur ex obedientia patris,& non inuolũtariè:
& quasi gratias agens eidem,quòd ipsum reuocabat
ad se: docens nos similiter gratias in aduersis agere,
& significans se per uarias tribulationes ad præmia se
quendum, & quasi tradens ei spiritum suum. Etiam
quasi declinare à crucis titulo se ostẽdens,& uanam
gloriam uitare nos docens:ac si diceret, Nolo hic re-
gnare,nolo scribat aut nominet me regem Pilatus. Et
etiam quasi me patri reconciliato, nuncians mihi pa-
cem,me salutet;& osculũ mihi præbet; & aures meis

Matth.27. Marci 15. Luce 23. Ioan. 19. Contemplatio Christi moriẽtis.

D

A precibus,quæ prius non profecerunt,ad exaudiendũ
inclinat.Quo facto concluſit ultimũ uerbum.s.septi-
mum,cum clamore ualido & lachrymis, dicens: *Pa-
ter in manus tuas.s.i.* in potestatẽ tua, *commendo spiritũ
meum*. Per quod uoluit nobis declarare, ꝙ sanctorũ
animæ ex tunc in manus Dei ascendunt: nam prius
ab inferis omnium animæ tenebantur, donec uenit
qui captiuis redemptionẽ prędicauit.Vnde Cyrillus:
Hæc autẽ uox edocet,ꝙ animæ sanctorum non dein
ceps in inferno clauduntur,ut prius:sed apud Deum
sunt,huius rei facto Christo principio.Vnde & Atha.
Commendat .n. patri per se uniuersos mortales in se
uiuificatos:nam sumus membra eius:secundum illud
B Apostoli,*Omnes unum estis in Christo*. Prius ergo Dñs
clamauerat, *Eli, Eli:* & modo clamat, *Pater in manus
tuas*.Vnde quidam dicunt, ut Hierony.ꝙ ab illo Psal.
Deus Deus meus respice in me:usque ad istum uersum,
In manus tuas:ubi sunt psalmi decẽ: & uersus centum
quinquaginta, Christus dixerit eos omnes:primũ ui-
delicet & ultimum uersum cum clamore, sed inter-
medios sub silentio. De isto clamore Christi, sicut &
de superiori,uidetur loqui Apostolus,cùm dicit: *Qui
in diebus carnis suæ preces cum clamore ualido & lachry
mis offerens,exauditus est pro sua reuerentia*. Et ex hoc
uidetur,ꝙ Christus tam in illis uerbis *Eli, Eli*: quàm
in istis.*Pater in manus tuas*: lachrymatus fuerit. Alij
uerò dicunt,ꝙ Christus totum psalmum, *Deus Deus
meus respice in me*:& deinde psalmũ, *In te Domine*,usq;
C ad uersum,*In manus tuas*: concluſiuè decantauit.Cõ
mendauit Dñs Iesu patri spiritum:non ꝙ egeret, sed
ut nos instrueret In hoc.n. septimo uerbo,quod ma
ximę deuotionis fuit,exemplum multiplicis informa
tionis nobis reliquit, prout infrà in documentis arti-
culi patebit.Hoc autem uerbo ultimo dictõ, *inclina-
to capite tradidit seu emisit spiritum*: non coactus & in-
uitè, sed quando uoluit & uoluntariè sine coactione
expirauit .i. spiritum extra corpus sponte & propria
potestate misit:non alius extorsit.Vnde Aug. Quis ita
dormit quando uoluerit,sicut Iesus mortuus est quã
do uoluit? Quis ita uestem ponit quando uoluerit,si
cut se carne exuit quando uoluit? Quis ita quando vo
luerit,obit:quomodo cum uoluit obiit? Quanta spe-
randa uel timenda est potestas iudicantis,si tanta ap-
paruit morientis? Hæc Aug. Hic ergo apparet ꝙ Chri
stus tradidit spiritum clamando,orando & lachrymã
do.In primis duobus:s.in tradendo spiritũ,& claman
do diuinitas apparuit,& deitatis suæ potentiam Chri
stus declarauit.Tradere.n. uel emittere spiritum pro
pria uirtute diuinę potestatis indicium est,& nemini
nisi Deo conuenit. Et per hoc ꝙ moriens clamauit,
apertissimè se Deum uerum ostendit: nam homines
alij morientes non clamare,sed uix spirare, uel tenui-
ter loqui possunt.In alijs autẽ duobus .s.in oratione
& lachrymatione humanitas apparuit,& miseratio-
nis affectũ Christus manifestauit.Quando igitur Mat
thæus dicit, *Iesus autẽ iterum clamans uoce magna, emi
sit spiritum*:& Marcus,*Iesus autẽ emissa uoce magna ex-
pirauit*:quid hac uoce magna dixerit,Lucas apertè de
signat dicens,*& clamans uoce magna Iesus ait: Pater in
manus tuas commendo spiritum meum*:& hæc,inquit, *di
cẽs, expirauit*.Ioãnes uerò tacens de hac uoce,scribit,
*cùm ergo accepisset Iesus acetũ:dixit,consummatũ est:&
inclinato capite tradidit spiritũ*: emissa tamẽ prius uoce
prædicta.Fuit autẽ(ut dicitur)ita magnus & ualidus
clamor iste, ꝙ usq; in infernũ auditus fuit: & cœlum
terramque tremere fecit. Vox ergo illa non fuit na-
turalis,sed miraculosa: quia homo magno & longo

Verbum septimũ & ultimum.

Animæ sãctorũ cęlũ petũt nunc

Athana. lib. de incarnatione Christi. Galat. 3. Psal. 21. Hieron. in psal. 21.

Heb. 5. Lachryma Christi in cruce.

Verbũ deuotionis. Emissio spiritus Christi.

Augustin. tractat 119. in Ioannẽ.

Tradere spiritum.

Clamor Christi validus.

Universidad de Deusto Biblioteca

cruciatu afflictus, & ex tali afflictione morti sic proximus, non posset sic clamare uirtute naturæ: & ideo sequitur quòd nox illa sit formata Dei uirtute.

Hora mortis Christi. Gene. 3.

Hic nota quòd eadem hora qua primus Adam peccauit, secundus expirauit. Primus enim post meridiem peccauit: quia mox ut peccauit, uocem Domini ambulantis ad auram post meridiem audiuit: & tunc circa horam nonam secundus Adam expirauit. Vnde qua hora primus Adam peccando mortem huic mundo induxit, eadem hora secundus Adam mortem moriẽdo destruxit. Et qua hora illi paradisus est conclusus, eadem hora iste paradisum aperuit: quia secundum

Beda in ca. 15. Marci.

Bedam, ordo poscebat ut eodem temporis articulo. quo Adæ peccanti concluserat ianuam paradisi, panderet eam latroni pœnitenti. Et secundum glosam, cùm sol à feruore tepefactus est, passionem consummat, ostendens se mori propter peccata, quibus à diuina luce & dilectione in hanc noctem cecidimus. Item hac hora mortuus est: quia per eum nouem ordines angelorum reparantur.

Diabolus super brachiũ crucis.

Notãdum etiam quòd sicut dicitur in glosa Thobiæ, Domino in cruce passo, diabolus (quo procurante crucifixus erat) aduenit, quærens si quid peccati in ipso inueniret. Et dicit magister in historijs, quòd stabat supra brachiũ crucis, donec Christus expirauit. & tunc uidens se confusum recessit: & ueniens ad tartara, inuenit ibi animam Christi portas & seras confringentem, & iustorũ animas inde educentem.

Gladius uersatilis.

Et tunc mox remotum est diuinæ uisionis impedimentum, quod figurauit gladius flammeus & uersatilis positus ante paradisum. Sciendum autem quòd inter omnes pœnas passionis Christi, ista pœna mortis fuit acerbissima: quia inter omnia terribilia terribilissimum est mors. & hoc est secundum Damascenum, propter naturalem inclinationẽ animæ ad corpus.

Damascenus lib. 3. de fide.

Et fuit specialis ratio in Christo de tali anima & de tali corpore, cui utrique diuinitas unita fuit in unitate suppositi. Vnde oportuit quòd illa separatio esset maximè pœnalis. Ex isto articulo expirationis, seu mortis Christi habentur plura documenta.

Documẽta.

Primum est, quòd nos debemus commori Christo, moriendo uidelicet mundo & peccatis, si cum Christo in æterna uita uiuere uoluerimus. Vnde Apostolus: *Si commortui sumus cum Christo, & conuiuemus*. Et de talibus idẽ Apostolus ait: *Mortui enim estis*: scilicet mundanis & caducis, *& uita nostra abscondita est cum Christo in Deo*.

2. Timo. 2. Colo. 3.

Secundum est, quòd Christus in angustia mortis uoce alta clamans ad patrem, & commendans ei spiritum suum, reliquit nobis exemplum intimæ deuotionis: docens nos in hoc ipse bonus magister quid nos in articulo tentationis, & specialiter ĩ agone mortis positi facere debeamus. Semper enim debemus auxilium nostrum in Deum ponere, & eum inuocare, ac spiritus nostros ei commendare: quorum corpora quotidie tendunt ad mortem, & penitus ignoramus diem & horam. Et specialiter in hora & articulo mortis debemus hoc facere: quia maximè tunc est necesse, & propter hostis importunitatem maiorem, & propter nostræ uirtutis debilitationem. Reliquit etiam nobis exemplum perfectæ fiduciæ paternæ defensionis: per hoc enim ꝙ in manus patris cœlectis homo spiritum suum commendat, securus esse debet quòd diuina uirtute ab incursu malignorum spirituum defensatur.

Religionem ingredientes.

Tertium documentum, specialiter pro religiosis, qui moriuntur mundo in religionis ingressu, est, quòd ipsi debẽt spiritum .i. uoluntatem & sensum suum tradere in manus spiritualis patris .s. prælati: sic quòd amplius non resumant usq; ad diem resurrectionis: exemplo Christi, qui spiritum suum, quẽ moriens in manus patris commendauerat, ulterius non nisi in resurrectione sua resumpsit. Commendans enim spiritum Deo patri, exemplũ perfectæ obedientiæ & subiectionis reliquit, qua quilibet subditus suo prælato spiritum suũ gubernandum & dirigendũ committit. Vnde quilibet subditus, uoto obedientiæ superiori astrictus, humiliter habet dicere suo prȩlato, pater in manus tuas cõmendo spiritũ meum. Illi ergo religiosi, qui nunquã deposuerunt spiritũ suum, uel ante resurrectionẽ resumunt: puta qui secundũ uoluntatẽ suam facere, & sensum suum sequi uolunt: mendaces sunt, & resurrectionem præueniunt, & ideo antichristi sunt. Quartũ documentum est, quòd ualde utile & salubre est legere illos decẽ psalmos, quos Christus orauit in cruce: quia nulli dubium quin deuotionis effectum legenti eos cõferant salutarem. Et dicitur quòd specialiter ualeant ad expiationem negligentiarum in horis canonicis negligenter dictis. Quintum documentũ est, quòd quantũcunq; aliqui sint iusti & sancti, nunquã tamẽ se putent securos de diabolo, cùm ipse nec Christum in cruce dimiserit quin eũ obseruaret. Quid ergo præsumere poterit homo miser & fragilis? Certè de nullo nisi solum de morte Christi:

Augusti. in manuali cap. 22.

Vnde Aug. Tota spes mea est in morte Domini mei. Mors eius, est meritum meum, & refugium meum, salus, uita, & resurrectio mea. Non possum terreri multitudine peccatorum meorum, si mors Domini in mentem uenerit: quia peccata mea illam uincere non possunt.

Diligendus Christus Augusti. ibidem.

Sextum documentum est, ꝙ nos multum tenemur amare Christum, qui pro nobis animam suam posuit: & caput suum ad nos in morte inclinauit. Vnde Augu. Saluator noster caput suum inclinauit in morte, ut oscula daret dilectis suis. Et nos totiens Dñm osculamur, quotiens in eius amore compungimur.

Morienti seruanda quinque.

Septimum documentũ est, ꝙ quilibet Christianus moriẽs debet illa quinq; supradicta seruare quantũ poterit, quæ Christus moriens seruauit. Ipse .n. orauit, clamauit, plorauit, animam patri cõmendauit, & spiritũ tradidit: sic & nos in extremis positi debemus orare, clamare, saltem corde, plorare pro peccatis, per uerã pœnitentiã animam Deo commendare, & spiritum tradere: uoluntariè .s. moriendo, & uoluntatẽ nostram diuinæ uolũtati tradẽdo. Ad conformandũ se huic articulo, recogitet homo quanto amore saluator noster mortẽ pertulit: ut nos uiuificaret, & quòd conditionem mortis subiit, qui uitam uniuersis creaturis tribuit: & mortuus est, qui mortuos suscitauit, & reuoluat in mente sua documenta præmissa. Iesu qui in cruce moriens animam tuam patri cõmendasti: da mihi in hac uita tibi spiritualiter sic commori, quatenus tu in hora mortis meæ digneris animã meam miserã habere commendatã. Ego autem Dñe in illas manus tuas extensas & perforatas, & sacro sanguine respersas cõmẽdo spiritum & corpus meũ: & supplico charitati tuæ, ut in nouissima hora possim cũ memoria integra, fide pura, & spe firma animã meam in manus tuas misericordissimas cõmendare, quas pro me saluando expandisti in cruce: & audire merear uerbũ illud dulcissimũ, hodie mecũ eris ĩ paradiso.

Velũ scissũ.

Et tũc hac uoce *uelũ templi*, quod erat foris ante faciẽ & introitũ tẽpli, prohibens aspectũ sanctorũ quæ erant intra tẽpli, *scissum est in duo à summo usque deorsum*: nõ illud plũ, quod erat intra tẽplũ inter sancta & sancta sanctorũ.

Vela duo. Origenes tracta. 35. in Matth.

Vnde Orig. Duo autẽ uela fuisse intelligũtur. Vnum quòd uelabat sancta sanctorum: alterum exterius, si-

ue

ue tabernaculi, siue templi. In passione ergo Domini saluatoris, uelum quod erat à foris, conscissum est à sursum usque deorsum, ut ab initio mundi usq; ad finem conscisso uelamine mysteria publicentur, quȩ usque ad Christi aduentum rationabiliter fuerant occultata. Cùm autem uenerit quod perfectum est: tũc auferetur etiam secundum uelum, ut uideamus etiã quæ intus sunt occultata, scilicet ueram arcam testamenti: & sicut ipsa se habet natura, uideamus cherubin & alia. Hæc Origenes. Per hoc ergo signum figurabatur reuelata esse mysteria & secreta sacramentorum legis, quæ antè uelata erant: ut uniuersis proderentur, & ad gentes transirent, & impletam esse ueritatem quæ in figuris latebat, & cȩlum apertum quod antè clausum erat.

Detectio crucis & cæterorum.

Vnde & nos in passione Domini & cruces, & reliquias, & cætera sacra detegimus in ecclesia, & patefacimus. Et in euangelio Nazaræorum legitur, superliminare templi infinitæ magnitudinis fractum esse, auditasque uoces in aere, & uirtutes angelicas præsides quondam templi tunc pariter clamasse, trãseamus ex his sedibus.

Chrysosto. sermone de cruce & latrone 10. 3.

Vt autem dicit Chrysost. hoc uelum scissum erat preciosissimum de purpura & bysso, & cocco & auro, & serico: & hyacintho contextum, quod in diebus celeberrimis suspendebatur.

Terra mota.

Hac quoque uoce *terra mota est*, quasi non ualẽs ferre Dominum suum pendentem, & non potens sustinere Christi mortem: capax enim huius mortui esse non poterat: & in signum quòd Iudæi de ea abijciẽdi & destruendi erant:

Petræ scissæ.

& petræ scissæ sunt, in signum conuersionis Gentilium: & in signum quòd corda quantumcunq; dura deberent compati Christo morienti. Dicitur autem quòd adhuc apparent ibi scissuræ, & deponunt ibi peregrini cruces suas.

Monumenta aperta.

Et monumenta aperta sunt, ad denotandum quòd mortis claustra erant reserata, & quòd resurrectio Christi & aliorum cum ipso resurgentum erat propinqua, & in signum resurrectionis quȩ expectatur futura.

Mortuorũ resuscitatio.

Et multi sanctorum surrexerunt à mortuis, non tunc quando monumenta aperta sunt: scilicet hora mortis Christi, sed quando resurrexit: quia cum eo surrexerunt tanquam teste suæ resurrectionis: & ideo non ante, sed cum eo debebant resurgere, ut ipsum ostenderent resurrexisse: & hoc est quod subditur, *& exeuntes de monumentis post resurrectionem eius*, id est Christi, *uenerunt in sanctam ciuitatem*, scilicet Hierusalem, *& apparuerunt multis* ad declarationem dominicæ resurrectionis.

Hierony. in cap. 27. Matthæi.

Vnde dicit Hierony. quòd cùm monumenta aperta sunt, non antè resurrexerunt quàm resurgeret Dominus, ut esset primogenitus resurrectionis ex mortuis.

Apoca. 1. 1. Cor. 15. Leo sermo. 10. de pass.

In Apoc. Christus dicitur *primogenitus mortuorum*: sed in epistola ad Corinthios, *primitiæ dormientium*. Hæc autem magnitudo signorum significat ut crucifixum Dominum suum cœlum & terra, & omnia quæ in eis sunt, demonstrarent. Voce quippe Christi mouentur elementa, & simul cum eo uult dissolui atque finiri omnis creatura. Vnde Leo papa: Pẽdente siquidem in patibulo creatore, uniuersa creatura congemuit. Debebat hoc testimonium suo mundus authori, ut in eius occasu uellent uniuersa finiri. Hæc Leo.

Anselmus in speculo euangelici sermo. c. 13.

Ecce quanta nunc apparet eius maiestas, cuius antè apparuit tanta infirmitas. Vnde Ansel. Etiam quidem infirma eius anima mea uidisti & misertaes: nunc & maiestatem eius attende, & miraberis. Qualis est hic? quia cœlum & terra compatiunrur ei: cuius & mors mortuos uiuificat.

Augustin. sermone de passione.

Vnde & Augusti. Quamquam autem tu iudiceris, ut maleficus: crucifigaris, ut flagitiosus & impius: quãuis uidearis à Deo derelictus, non desunt miracula, non deest uirtutum abundantia.

Chrysosto. hom 89. in Matthæũ.

Vnde etiã Chry. Intende quanta signa fecit, hoc quidẽ è cȩlo, hoc autẽ in terra, hoc autẽ in ipso tẽplo: simul quidẽ angustiam suã demõstrans. Etenim iræ Dei magnæ erant quæ fiebant, & non simpliciter signa, sed & furoris signa uniuersa erant tenebræ, scissæ petræ, uelum mediũ scissum, terræ concussio, & multȩ angustiȩ superabũdãtia erat. Hæc Chry. O quantũ pia mater eius tunc dolebat, quando fieri hæc uidebat.

Augustin. sermone de passione.

Vnde Aug. Cogitare libet quantus dolor tunc fuerit matri, cùm sic dolebant quæ insensibilia erãt. Non lingua loqui, nec mens cogitare ualebit, quãto dolore tenebatur tũc anima Mariæ. Hæc Aug.

Mysticè.

Mysticè hȩc signa prȩdicta habent fieri in resuscitatione & conuersione peccatoris. Dei quippe templũ est fidelis anima: cuius uelũ scinditur, quando uelamen hypocrisis & cuiuslibet peccati dissipatur. Sicut .n. uelum impediebat ne uideri possent sancta tẽpli, sic peccatũ impedit ne uideantur sancta paradisi: quod tamen, quantũ ad sufficientiã, fuit amotũ per mortẽ Christi. Velũ enim templi scissum fuit, in signum ꝙ per mortẽ Christi ablatũ est impedimentũ quod nos secreta gaudij paradisi prohibuit contẽplari: sicut uelum operiebat secreta tẽpli. Terra mouetur in peccati recogitatione, & per timorẽ compunctionis internæ: & quando per compassionẽ mortis Christi terrenũ desideriũ in amorẽ commutatur cœlestiũ. Terra .n. tremuit præ horrore ignominiosȩ mortis Christo inflictæ: ad designandũ quòd corda terrena Christo compatienti debent cõpati, & eius strictũ iudicium formidare. Quòd autẽ tremuit in resurrectione, hoc designat quoddã speciale tripudium: quo omnis creatura debet congaudere Christo resurgenti: sicut etiã cõpassa fuit Christo morienti. Vnde primus tremor designat metum & terrorẽ. Secundus autem, gaudiũ & exultationem. Petræ scinduntur in contritione: & per dolorẽ contritionis in corde: & quando duritia cordis per pietatem emolitur compassionis. *Petræ .n. scissæ sunt*, ad designandum ꝙ corda lapidea & dura, per dolorem contritionis, & intimæ cõpassionis scindi debent. *Monumenta aperiuntur*, in confessione, & per pudorem confessionis in ore: & quando fœtor, qui intus latet, foras per os prodit. *Mortui resurgunt*, in spirituali uiuificatione, & per laborem satisfactionis in opere, & quando ad boni operis exercitiũ excitatur somnus pigritiæ: & apparent in sancta ciuitate, in animæ illuminatione. In hora mortis tuæ Dñe *uelum templi scissum est*: rogo te aufer uelamen ignorãtiæ de corde meo: ut uideã uoluntatem tuam, & opere perficiam. *Terra contremuit*: da mihi obsecro, qui sum terra & cinis coram te stare cum casto timore & reuerentia filiali: & meã salutem cum timore & tremore operari. *Petræ scissæ sunt*: da mihi ut lapideum cor tuo scindatur timore, & inhians ardẽter à te rorem supernæ benedictionis arripiat: & tibi germinet fructũ uitæ. *Monumenta aperta sunt, & multa resurrexerunt corpora sanctorum*: da quæso Dñe animæ meæ à sepultura resurgere peccatorum.

Timor crucifigentiũ.

Visis autem his quæ fiebãt, .s. tot & tam mirificis signis in passione Christi, inter quæ etiam fuit ꝙ uoce magna clamans, sic citò & spõte expirauit: *Cẽturio* qui crucifixoribus præerat, & milites *qui cum ipso* constituti erant ad custodiendũ Iesum in cruce quousque expirasset *timuerunt ualde*, & diuinæ uirtuti, tot & tanta miracula ascribendo *glorificauerunt Deum*: fidei confessione, ac potestatẽ & ueritatem diuinitatis in Christo confessi sunt, *dicentes*: *Verè hic homo iustus erat: uerè filius Dei erat iste*: aliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

Testimonia in Christo.

enim tanta gloria in eius morte non appareret. Matthæus dicit, *uerè filius Dei erat iste.* Marcus, *uerè hic homo filius Dei erat.* Lucas, *uerè hic homo iustus erat.* Ibi resultat ueritas deitatis, quia uerè filius Dei: ibi ueritas humanitatis, quia uerè hic homo: ibi ueritas innocentiæ suæ & sanctitatis, quia uerè iustus erat. Et hæc tria necessaria erant ad redemptionem: scilicet homo qui deberet, Deus qui ualeret, iustus cui cõgrueret. Et ex istis aggrauatur scelus Iudæorum: quia occiditur Deus à seruis, homo à bestijs caninis, iustus ab iniustis. Multum quidem istos ad fidem diuinitatis Christi disposuit, quòd cum clamore magno sic potenter & dominatiuè spiritũ dimisit. Videbant enim quod clamor ille supernaturalis & miraculosus fuit: quia propter defectum sanguinis & effluxum spirituum, talis clamor fieri nõ potuit ab homine sic propinquo morti: & ideo concluserunt quòd esset factus uirtute diuina supernaturali: & per consequẽs quòd ipse esset filius Dei. Quod etiam ex hoc perpenderunt: quia quando uoluit, tunc spiritum dimisit. Vt enim dicit Hieronymus, nullus habet potestatem dimittendi spiritum, nisi ille qui animarum conditor est. Et secundum August. Cùm post illam uocẽ continuo tradidit spiritum, hoc maximè qui aderant sunt mirati: longa enim morte cruciabantur in ligno suspensi. De isto Centurione, sic dicit Bernard. Erat ille Centurio incircuncisus, sed non aure, qui ad unam expirantis uocem sub tot infirmitatum indicijs Dominum maiestatis agnouit: ideoq; nõ despexit quod uidit, quia credidit quod nondum uidit. Non autem credidit ex eo quod uidit, sed ex eo quod audiuit: quia *fides est ex auditu: auditus autẽ per uerbum Christi.* Et secundum Chryso. Centurio (ut quidam dicunt) non solum confessor fuit: sed etiam corroboratus in fide martyrium suscepit. Per hoc quòd Centurio Gẽtilis confessus fuit Christum tam clarè: significata fuit gloriosa confessio Gentilium, in eorum conuersione & duritia Iudæorum, in infidelitate. Vnde Hieronymus. Nouissimi autem nunc primi efficiuntur, quia Gentilis populus confitetur: & plebs Iudaica cæcata negat, ut fiat eis error nouissimus peior priore. Vnde & Beda. Quanta ergo cæcitas Iudæorum, qui tot per Dominum uirtutibus factis, tantis in morte eius apparentibus signis credere respuerunt: & insensibiliores Gentibus Deum glorificare, uel timere contẽpserunt: unde meritò per Centurionem fides ecclesiæ designatur: quæ uelo mysteriorum cælestium per mortem Domini reserato, continuò Iesum, & uerè iustum hominem, & uerè Dei filium synagoga tacente confirmat. Vnde etiam Ambro. O duriora saxis pectora Iudæorum: iudex arguit, credit minister, proditor scelus suum morte condemnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumẽta reseruantur: Iudeorum tamen immobilis duritia manet orbe concusso. Hæc Ambrosius. Considera ergo tu homo redempte, quis & quantus & qualis est, qui pro te pendet in cruce: cuius transitum & cœlum luget & terra: & lapides duri, quasi compassione scindũtur: cuius mors mortuos uiuificat: & quem omnis creatura Dominum suum confitetur. O cor humanum omnium lapidum duritia durius: si ad tanti rememorationem piaculi, nec terrore concuteris, nec compassione afficeris, nec compunctione scinderis, nec pietate molliris. Vnde Hierony. Omnis creatura Christo morienti compatitur: sol obscuratur, terra mouetur, petræ scinduntur, uelum templi diuiditur, sepulchra aperiuntur, sed solus miser homo non compatitur, pro

Roma. 10.

Chrysost. hom. 89. in Matthæũ.

Hierony. in cap. 27. Matthæi. & 15. Marci.

Beda in ca. 15. Marci.

Ambrosius in cap. 23. Luc.

Contemplatio.

A quo solo Christus patitur. Vnde Bernard. Ascendit Christus in altum, ut ab omnibus uideretur: alta uoce clamauit, ut ab omnibus audiretur: clamori fletũ admiscuit, ut homo compateretur. Qui ad hanc uocem non concutitur, terra grauior est, petra durior, sepulchro fœtidior. Hæc Bernardus. *Erant autem ibi* ad associandum, ad considerandum, ad compatiendum cum matre Domini, Ioannes & Magdalena, & duæ sorores Dominæ: scilicet Maria Cleophæ, & Maria Salomæ: & præter istas, quę principales erant, etiã plures aliæ *mulieres à longe stantes*, & uidentes, quæ fiebant: *quæ secutæ eum à Galilæa fuerant*, ex deuotione quam ad audien dum uerbum eius habebant: *ministrantes ei necessaria uitæ de substantia sua*, ut meteret eorum corporalia, cuius illæ metebant spiritualia. Consuetudinis enim Iudaicæ fuit, ut mulieres de substantia sua uictum & uestitum prædicatoribus & pręceptoribus suis ministrarent, & in alijs: ut in præparatione cibi, & in lotione uestium seruirent: quod & Dominus accepit, ut exemplum daret Apostolis, eorum consulens infirmitati: & ut euangelio magis uacarent: nec tunc hoc scandalum erat. Paulus autem supererogauit, qui cùm haberet potestatem circuducendi mulieres sicut alij: non tamen usus est ea, propter pseudoapostolos, ut eos à prædicatione reprimeret: & propter suspicionem remouendam, maximè inter gentes, ubi talis consuetudo nõ erat: & ideo scandalum facere poterat. Ministrabant autem Domino carnalia pro spiritualibus: non quòd indigeret Dominus creaturis: sed ut ostenderet typum magistrorum, quòd uictu atque uestitu ex discipulis debere esse contenti. Vbi Chrysostо. Hæ autem mulieres considerabant, quæ gerebantur, quę maximè erãt compassibiles: & quæ sequebantur ministrantes usq; ad pericula affuerunt, maximam fortitudinem ostendentes: quia dum discipuli fugerunt, ipse affuerunt. Hæc Chrysostо. O qualiter tunc anima matris intimi doloris gladio penetrata erat, cùm sic pœnosum filium deficere, languere, lachrymari, clamare, & mori: & se in mundo derelinqui in tanto dolore & anxietate uidebat & qualiter clamauit, si tamen loqui poterat, & dixit: O fili mi dulcissime, quid faciam ego mœstissima? Cui me miseram commendatam dimittis? Fili mi memento mei, & omnis familiæ tuę, quam ita desolatam relinquis. Memento etiam hominum, qui seruierunt tibi: fili mi & ego in manus tuas, & patris tui commendo meipsam, & totam ecclesiam nostram. O pater sancte Deus omnipotens, in manus tuas commendo filium meum: imò Dominum meũ, & filium tuum. Iam enim deficio, & ante filium meũ in eius conspectu mori desidero. Talia dicens, æstimo quòd propter anguſtiarum multitudinem uel ab sorpta erat, & quasi insensibilis, uel semimortua facta, & quòd se sustinere non ualens, corruit in faciẽ suam super terram. Nullus enim cogitare aut dicere posset, quanta mœstitia patientem & morientem suspirauerit & doluerit, unde ipsa sustinebat: tus quod filius tulit foris. Quid tunc Ioannes specialiter ab eo dilectus: quid Magdalena fidelis & dilecta discipula: quid ue sorores Dominæ faciebant? sed quid facere poterant? Repletæ erant amaritudine, completæ doloribus, inebriatæ absynthio: & intolerabiliter flebãt. O charissime, cogita & considera quanto dolore & eiulatu omnes amici eius plorabant: quia etiam hi qui sibi nihil attinebant: & cum eo nihil habere uidebantur, multum dolebant, sicut Centurio, & alij milites, qui Iesum crucifixerant, & eum quousq; expiras-

Bernardus ferm. 29. in cantica.

Mulieres astantes.

Prædicatiũ nutritiũ.

Pauli supererogatio.

Chrysost. hom. 89. in Matthæũ.

Mariæ dolor.

Plangentes pectora.

expirasset custodiebant: *& omnis turba eorum qui ad* uidendum *spectaculum* conuenerant, & *simul aderant, & uidebant quæ fiebant: qui pectora sua*, in signum pœnitentiæ & luctus, *percutientes* cum silentio *reuertebantur*, dolentes de Christi persecutione. Secundum Bedam, quòd percutiebant pectora, quia pœnitentiæ est & luctus indicium: potest dupliciter intelligi: siue enim eum, cuius uitam dilexerant, iniustè occisum dolebant: siue cuius mortem se impetrasse meminerant, hunc in mortem amplius glorificatum tremebant primum pertinet ad bonos: secundum, ad malos. Condolens ergo plora & tu cum mulieribus, & alijs, si piam animam habes, & uiscera pietatis. Vnde Ansel. Stupet cœlum, terra miratur. Quid tu? Non mirum si sole contristato tu contristaris: si terra contremiscente tu contremiscis: si scissis saxis cor tuum scindi tur: si flentibus iuxta crucem mulieribus, tu collachrymaris. Hæc Anselm. Ecce igitur pendet Dominus in cruce mortuus: recedit multitudo tota, remanet mœstissima mater cum Ioanne & Magdalena, cũ duabus suis sororibus. Sed quid tunc mater faciebat? leuabat manus præ cordis desiderio, tangere cupiens dilectum suum: ut uel sic dolori & amori melius cõsulere potuisset. Cumque aliud solatium non haberet, sanguinem fumantem, & ex uulneribus filij ad terram usque stillantem, nimia cum auiditate deosculabatur: intantum ut facies eius de cruore filij occisi sanguinolenta redderetur. Vnde Augusti. inter cætera, sic ait: Iuxta crucem stabat Maria, considerãs uultu benigno Christum pendentem in crucis stipite sæuo: pedibusque nitens, in altum manus leuabat, amplectens crucem ruens in oscula eius. Ex qua parte sanguinis unda crucem rigabat, illuc se uertebat: ut eam complecti ualeret: ex quo sursum manus extendere non ualebat. Volebat amplecti Christum in altum pendentem: sed manus inde frustra reuersæ in se redibant complexæ. Se leuans à terra, sursum erigebat ad Christum: & quia tangere illum nequibat, malè collidebatur ad terram. Mortis pallor eius perfuderat uultum, tamen genis & ore, Christi cruore rubea erat. Cadentes guttas sanguinis ore sacro lingebat: terram deosculans quã cruoris unda rigabat: ò quàm malè tunc illi erat. Hæc Augusti. Tandem ponunt se omnes ad sedendum iuxta crucem: contemplantur dilectum suum: expectant à Deo auxilium, quo modo ipsum deponere ualeant, & sepelire. Commorantibus igitur, & sedentibus eis prope crucem: & aspicientibus sine intermissione Dominum Iesum, sic pendentem in cruce inter latrones: sic nudum, sic deturpatum, sic afflictum, sic mortuum, & sic ab omnibus derelictum. Ecce armati multi ueniebant à ciuitate uersus eos, qui licentia Pilati habita, mittebantur à Iudæis, ut ipsis crucifixis crura frangerentur, ut citius morerentur, & taliter mortui tollerentur de patibulis, & sepellirentur. ne in magno die sabbati, qui â uespera sextæ feriæ incipiebat: & propter ipsum sabbatum, & propter festum azimorum ualde solennis erat, corpora eorum in cruce pendentia remanerent: & festum horrore diuturni cruciatus fedarent. Prima quidem dies Paschæ qua crucifixus est Dominus, solennis erat apud Iudæos. Secunda tamen dies, pro tunc fuit solennior, ratione sabbati apud eos: quia die sabbati, quæ intra octauas occurrebat, duplex festum erat: ideo hoc faciebant, quia in lege præceptũ erat, ut cadauera suspensorum propter delicta, usque mane non essent suspensa, ne inde polluretur terra. Vnde Theophilus: sic enim iubebantur in lege non occidere solem in hominis supplicio. Sed, secundum Chrysostо. Iudęi hoc quidẽ in paruis diligentes sunt, sed in magnis contempserunt: & cùm tantum fuissent operati audaciam, de die diligenter ratiocinantur: colantes culicem, & glutientes camelum. Appropinquant ergo ipsi armati cum furore & strepitu magno, & uidentes latrones adhuc uiuere, frangunt eis crura, & occidunt ac deponunt, & in aliquam foueã proijciendo (ne oleant) sepeliunt. Duo milites fregerunt crura unius latronis, & duo alterius, & sic simul uenerunt ad Iesum qui erat medius. Redeuntibus autem illis uersus Dominum, *ut uiderunt eum iam mortuũ*, eo quòd acerbiora supplicia quàm latrones pertulerat: uel quia fortè ante alios suspẽsus fuit: uel quia potestatẽ ponendi animam habuit: *non fregerunt eius crura*: quia hoc non fiebat, nisi ad hoc quòd euadere non possent depositi de patibulis: *ut impleretur* consecutiuè *scriptura*, qua dicitur in Exodo, *Os non comminuetis ex eo*: scilicet ex Paschali agno: qui uerum agnũ Dei, scilicet Christum præfigurabat, qui mortuus iã coctus ad esum fidelium erat. Ideo enim ordinatione diuina constitutum est, ut ossa agni Paschalis non frangerentur, quia ueri agni ossa in cruce fracta non sunt: ut sic figura & ueritas corresponderent. *Sed* ut certificarentur de morte eius, *unus militum* Lõginus nomine: tunc impius & superbus, post uerò conuersus & martyr factus: porrigens *lanceam* de longè, sacrum *latus Domini* Iesu dextrum uulnere grandi *aperuit: ut impleretur scriptura* qua per Zachariam dicitur: uidebunt in quem transfixerunt. *In qua prophetia* secundum Augustinum, promissus est Christus, in ea qua crucifixus est carne uenturus. Et nota quòd iste miles fecit hoc ad complacentiam Iudæorũ, de morte Christi certificari uolentium. In quo etiam patet nimia ipsorum crudelitas: quia non satiati pœnis quas Christo uiuenti inflixerant, etiam mortuum uulnerare conati sunt. Sic & hodie Christum semel crucifixũ conatur rursus uulnerare, qui sine timore peccare præsumit, uel de peccato seiactare. Vnde Theophilus: Vt Iudæis complaceant lanceant Christum, circa corpus exanime contumelias inferentes. Vnde & Chrysostо. Aperuerunt eius costam lancea: & mortuo corpori de reliquo conuitiantes: & in mortuum cõuitiari corpus militem, multo deterius fuit, quàm crucifigi. Qui autem eum lanceauit, cùm ferè caligassent oculi eius præ senectute & casu, uel potius nutu diuino: sicut & lanceauit, licèt nesciens, sanguine Christi, per lanceam defluente oculos tangeret: continuo clarè uidit, & protinus illuminatus in Christum credidit. Vnde & militiæ cedens, instructus ab apostolis, in Cęsarea Capadociæ triginta octo annis monachicam uitam duxit: & in omni sanctitate permanens, uerbo & exemplo multos ad Christum cõuertit. De eo quoque dicit Isidorus: Lancea Longinus latus saluatoris aperuit: & non tantum ueniam in uenit, sed episcopatus honorẽ & martyrij coronã pro meruit. Non suffecit Iudæis & alijs ꝙ Christum occiderunt, sed etiam post mortẽ diuersimode deriserũt. Istud olim fuit in Absalõ præostensum, quẽ legimus in arbore suspensum: & ueniens Ioab, tres lanceas in corde eius fixit: & armigeri Ioab gladijs ipsum crude liter inuaserũt. Sic & Christus in cruce lãcea militis, & insuper tribus lãceis. i. tribus doloribus est confixus: quorũ primũ habuit ex propriarũ pœnarũ magnitudine. Secundum, ex dilectæ matris suæ amaritudine. Tertium propter peccatores, quibus suam passionem præsciuit non prodesse: & insuper super hoc

Mariæ dolor.

Chrysost. hom. 84. in Ioannem.

Exod. 12.

Longinus.

Zacha. 12

Augustin. tractatu 120. in Ioannem.

Theophilus in c. 19. Ioannis.

Chrysostо. hom. 84. in Ioan.

Illuminatio Longini.

Longini uita.

2. Reg. 18.

Lancea dolores tres.

Dies festo Paschæ Dominicus.

Theophilus ca. 19. Ioan. Matt. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæi inuaſerunt eum gladiis linguarum ſuarum acu
tiſsimis. Hoc modo omnes uoluntarij peccatores
Chriſtum inuadunt, qui ſpontè peccando iteratò ip
ſum crucifigunt. Plus peccant, qui offendunt Chri-
ſtum regnantem in diuinitate: quàm qui crucifixe-
runt eum conuerſantem in humanitate. Sed contu-
melia à Iudæis illata in ſignum prodiit: quia de corpo
re extincto ſanguis uerus, & aqua pura miraculosè
Efficacia ſacramentorum.
manauit. Vnde ſequitur: *Et continuò exiuit ſanguis*
& aqua: ex quibus habent efficaciam eccleſiæ ſacra-
menta. Hoc autem factum eſt, ad oſtendẽdum quòd
per paſsionẽ Chriſti plenã conſequimur ablutionẽ. ſ.
à peccatis, & maculis: à peccatis quidem, per ſangui-
nẽ, qui eſt preciũ noſtræ redẽptionis. ſecundum illud
Petri, *Non corruptibilibus auro & argento redẽpti eſtis;*
1.Pet.1.
ſed precioſo ſanguine. A maculis uerò, per aquam, quæ
lauacrum eſt noſtræ regenerationis. ſecundum illud
Ezech.36.
Ezechielis: *Effundam ſuper uos aquam mundam, & mun*
dabimini ab omnibus inquinamentis ueſtris. Vel poteſt
referri ſanguis ad precium & noſtram redemptionẽ,
ut redimamur à pœnis: aqua, ad lauacrum & pecca-
Exod. 12. & 14.
torum ablutionem, ut purgemur à culpis. Sanguine
enim agni domus ſeruantur à percusſione angeli: &
aqua maris rubri extinguuntur inimici. Effuſus eſt
inquam ille, ad redemptionem: iſta, ad redempti ablu
tionem. Ille, ut redimeret captiuum: iſta, ut ablueret
immundum. Sed hic ſecundus ſenſus ſatis intelligi-
tur in primo: quia ubi eſt plena à peccatis ablutio, ibi
ſequitur & à pœnis redemptio: & ubi eſt à maculis
ablutio, ibi præcedit & à peccatis purgatio. Hoc etiã
Gene.2. Miraculũ aquę & ſãguinis defluentis.
factum competit figuræ: quia ſicut de latere Chriſti
dormientis in cruce fluxit ſanguis & aqua, quibus
conſecratur eccleſia: ita de latere Adæ dormientis in
paradiſo, mulier (quæ ipſam eccleſiam figurabat) eſt
formata. Et factum eſt hoc miraculosè: quia de cor-
pore mortui, in quo ſtatim per mortis frigiditatem
ſanguis coagulatur, & in tabem conuertitur, non ſo-
let ſanguis exire, nec de aliquo aqua pura manare. Il-
le autem ſanguis erat uerus & purus, & aqua uera &
pura: & non (ut quidam dixerunt) humor aquati-
cus, ſeu phlegma. Conſidera nunc quanta fuit mali-
cia Iudæorum, qui adhuc non fuerunt ſaturati pœ-
nis & opprobrijs Chriſto in uita eius illatis: quine-
tiam eum perſequerentur mortuum. Et quanuis
etiam iſtud uulnus lateris non ſenſerit, cùm corpus
mortuum fuerit: tamen per hoc contumeliæ, & con-
uitia ſibi inferebantur: quia omnes contumeliæ &
crudelitates illatæ mortuorum corporibus, repu-
tantur ac ſi uiuis inferrentur. Ex hoc articulo, lancea
Documẽta tria.
tionis lateris, habentur tria documenta. Primum eſt,
quòd nos cùm mortui fuerimus cum Chriſto: ſcili-
cet mundo & peccatis: tunc debemus & lanceari
Cant.4.
cum Chriſto, cuſpide uidelicet charitatis: ſicut ani-
ma illa ſe lanceatam gloriabatur, quæ dicebat, *uulne-*
rata charitate ego ſum. Hac etiam amoris lancea, cor
Auguſti. in meditatio. Oratio leati Auguſt.
ſuum perforari Auguſtinus petiit, dicens: Rogo te
Domine per illa ſalutifera uulnera tua, quæ paſſus es
pro ſalute noſtra in cruce: ex quibus emanauit ille
precioſus ſanguis quo ſumus redempti: uulnera hãc
animam meam peccatricem, pro qua etiam mori di-
gnatus es: uulnera eam igneo & potentiſsimo telo
tuæ potentiſsimæ charitatis. Confige cor meum ia-
culo tui amoris, ut dicat tibi anima mea: charitate tua
uulnerata ſum: ita ut ex ipſo uulnere amoris tui uber-
rimæ fluant lachrimæ die ac nocte. Percute obſecro
Domine hanc duriſsimam mentem meam ualida cu
ſpide piæ dilectionis, ut altius ad intima penetret uir

Chryſoſto. hom 84. in Ioannem.
A tute potenti. Hæc Auguſtinus. Secundum documen
tum eſt, ſecundum Chryſoſtomum, quòd nos per-
cipere debemus ſacramenta eccleſiæ ea intentione
ac deuotione, ac ſi nobis de latere Chriſti perflue-
rent. Vulnus enim lateris Chriſti, fuit oſtium ſacra-
mentorum: quia ſicut de latere primi Adæ, formata
Auguſti. tract. 120. in Ioan.
eſt Eua: ita de latere ſecundi Adæ, formata eſt ec-
cleſia. Vnde, ſecundum Auguſtinum, Vigilanti uer-
bo euangeliſta uſus eſt, ut non diceret, latus eius
percusſit, aut uulnerauit, aut quid aliud: ſed, aperuit:
ut innuat, quòd ibi quodammodo oſtium uitæ aper
tum eſt: quia inde ſacramenta eccleſiæ manaue-
runt, ſine quibus ad ueram uitam non intratur. Et no
ta ꝙ hoc, quod dicitur ſactamenta manaſſe de latere
B Chriſti: ſpecialiter intelligendũ eſt de duobus præci-
puis ſacramẽtis, ſine quibus nõ intratur ad uitã: uide
licet de ſacramento redẽptionis, & ſacramento ablu
tionis. Quorũ primũ pertinet ad ſacramentũ eucha-
riſtiæ, & ſignificatur per ſanguinem: imò eſt ipſe
idem ſanguis quem quotidie ſumimus, & qui fluxit
de latere Chriſti. Secundum uerò pertinet ad ſacra-
Idẽ ibidẽ.
mentum baptiſmatis, quòd ſignificatur per aquam.
Vnde Auguſtinus: Ille, inquit, ſanguis in remisſio-
nem fuſus eſt, peccatorum: aqua illa ſalutare tem-
perat poculum: hæc lauacrum præſtat & potum.
Idẽ ibidẽ.
Hoc prænunciabat, quòd Noë in latere archæ oſtiũ
facere iuſſus eſt, quo intrarent animalia, quæ non
Latronis baptiſmus.
C erant diluuio peritura: quibus præfigurabatur eccle-
ſia. De iſtis etiam ſanguine & aqua dicit idem Au-
guſtinus, quòd credibile eſt quòd latro ille, cui pro-
miſit Dominus paradiſum, aſperſus fuit aqua & ſan-
guine, de Chriſti latere exilientibus, & tali ſanctiſsi-
mo baptiſmate ſaluatus ſit: cùm ſine baptiſmate ne-
mo ſaluetur, uel martyrio. Tertium documentum
eſt, quòd nos omnem uoluntatem noſtram confor-
mare debemus uoluntati diuinæ: & quòd uoluntas
Dei in omnibus, & ſuper omnia ſit nobis accepta: eo
quòd cor Chriſti uulneratum eſt amoris uulnere pro
pter nos: quatenus nos per amorem reciprocum in-
trare posſimus per oſtium lateris ad cor eius, & ibi
omnem amorem noſtrum ad ſuum diuinum amo-
D rem counire, ut ſicut ferrum candens cum igne in
unum redigatur amorem. Homo enim omnia deſi-
deria ſua debet fundare & ordinare in Deum, amo-
re Chriſti: quia pedibus, per quos affectus accipiun-
tur, eſt crucifixus: & in omnibus bonis operibus
ſe exercere, ac cuncta mala opera deuitare, amore
Chriſti: quia manibus, per quas opera accipiuntur,
crucifixus eſt; omnem uerò uoluntatem ſuam con-
formare uoluntati diuinæ, pro illo amoris uulnere
quod in cruce pro homine accepit, cùm inuincibilis
Auguſtin. in manuali cap.23.
amoris ſagitta cor ſuum mellifluum perforauit. Per
iſtud uulnus quaſi per oſtium amoris Auguſtinus
intrauerat, cùm dicebat: Longinus, inquit, aperuit
E mihi latus Chriſti lancea, & ego intraui: ibi requie-
ſco ſecurus. Claui & lancea clamant mihi quòd uerè
reconciliatus ſum Chriſto, ſi eum amauero. Ad con-
formandum ſe huic articulo, rememoretur homo
quàm ſuperexcellentiſsimum amorem Chriſtus in
apertione lateris ſui nobis oſtenderit, in quo nobis
aditum patulum ad cor eius dedit. Feſtinet ergo ho-
mo intrare ad cor Chriſti: ac recolligat omnem amo
rem ſuum, & couniat amori diuino: reuoluendo in
mente ſua documenta præmiſſa. Recogitet etiam ho
mo, quãta charitate Chriſtus ex latere ſuo nobis pro
fuderit ſacramenta, quibus intremus ad uitã æternã:
uel alias, ſicut Dominus meditanti & oranti deuotio
nem

nem miniſtrabit. Ieſu qui latus corporis tui mortui,
lancea aperiri, & exinde ſanguinem & aquam exire
uoluiſti: uulnera quæſo cor meum lancea charitatis:
ut tuis dignus efficiar ſacramentis, quæ de eodem ſa
cratiſsimo latere profluxerunt. In apertura lateris tui
Domine, aperuiſti electis tuis ianuam uitæ. Hæc
porta tua Domine, iuſti intrabunt in eam. Noli Do-
mine quæſo iniquitatum mearum recordari, ut pro-
pter eas mihi claudas aditum iſtum, quem peccatori
bus & pœnitentibus prouidiſti. Et licet iſtud uulnus
Maria ſenſit uulnus lateris Chriſti.
lateris non ſenſerit Chriſtus: quia mortuus: beata ta-
men uirgo mater eius bene ſenſit: cuius fęlicisſimam
animam crudelis illa lancea tunc transfixit. Tunc ip-
ſa deficiẽs, & quaſi mortua cecidit inter brachia Mag
dalenæ in terram. Vides quotiens hodie mortua eſt.
Totiens certe, quotiens uidebat contra filium fieri
nouitatem. Vnde nunc perfectè uerificata eſt in ea
Luce.2.
Simeonis prophetia, qua ſibi dixerat: *Tuam*, inquit, *ip*
ſius animam gladius pertranſibit. Ex hac cordis Chriſti
ſciſsione, à cuius archano (tanquam à fonte) preciũ
noſtræ ſalutis copioſè eſt effuſum: meritò etiam ad
compatiendum, & amandum uulneratur cor noſtrũ:
quia hîc maximè apparuit, quàm copioſa apud eum
Bernardus ſermo. 22. in cantica.
redemptio fuerit. Vnde Bernardus: Ad cumulũ po-
ſtremò pietatis, tradidit in mortem animam ſuam, &
de proprio latere protulit preciũ ſatisfactionis, quo
placaret patrem: per quod illum planè ad ſe uerſiculũ
Pſal.129.a
traxit: *Apud Dominum miſericordia, & copioſa apud*
eum redemptio. Prorſus copioſa: quia non gutta, ſed
unda ſanguinis largiter per quinque partes corporis
Anſelmus in ſpeculo. cap.12.
emanauit. Vnde & Anſelmus: Adhuc autem attẽtius
eundem intuere, quàm grandi & tenerrima compaſ-
ſione dignus appareat. Vide nudum & uerberibus la
ceratum, in medio latronum cruci ignominiosè fer-
reis clauis affixum: aceto & felle potatũ: & poſt mor-
tem lancea in latere uulneratum: & copioſos ſangui-
nis riuos ex quinque uulneribus manuum, pedumq;
& lateris effundẽtem. Fletum deducite oculi mei: & li
queſce anima mea igne compasſionis, ſuper contri-
tione amabilis uiri huius: quem in tanta manſuetudi
ne tantis uides affectum doloribus. Hæc Anſelmus.
Quinque uulnerum ratio.
Quinque autem uulnera ſibi infligi permiſit, ut hu-
mani generis quinque ſenſus à diabolo captos redi-
meret. Chriſtus quippe hodie pro nobis ſanguinem
ſuum fudit pijsſimè, plenisſimè, & acerbisſimè. Pijsſi
mè fudit, ſi conſideretur cauſa: nam cauſa effuſionis
ſui precioſi ſanguinis, fuit pijsſima: quia ipſum fudit
ex charitate feruentisſima, ex qua uoluntariè pro no
Auguſti. ſer. de paſſione. Luca.15.
bis pati uoluit: quod pulchrè oſtendit Auguſtinus in
perſona Chriſti, ita dicens: O homo, recogita qualia
& quanta pro te paſſus ſum: cùm eſſes inimicus patri
meo, reconciliaui te, cùm tanquam ouis perdita ober
rares, quæſiui te, & in humeris meis portaui te. Patri
meo reddidi te: caput meum ſpinis oppoſui: manus
meas clauis obieci: ſanguinem meum pro te fudi: ani
mam meam pro te poſui: ut iungerem te mihi, & tu
diuideris à me? Conuerte ad me: & ego ſuſcipiam te.
Plenisſimè fudit, ſi conſideretur menſura: quia totũ
ſanguinem effudit, ita ut unica gutta in eo non rema-
neret. Nam ſanguinem intercutaneum fudit in flagel
latione: & quicquid ſanguinis habuiſſet in uertice &
capite, effuſum fuit in ſpinarum confuſione: ſangui-
nem uerò uenarum & neruorum, fudit in manuum
& pedum conclauatione: ſed ſanguinem qui reman-
ſit in corde, uel in membris interioribus, effudit in la
teris apertione: & ideo quia nihil in eo ſanguinis re-
manſit, non erat ei ſpecies neque decor. Acerbisſimè

A fudit, ſi conſideretur natura: nam quanto natura &
complexio eſt nobilior & delicatior, tanto eſt ſuæ læ
ſionis perceptibilior: & per conſequens pęna inflicta,
& eius ſenſibilitas eſt acerbior: ſed conſtat quòd com
plexio corporis Chriſti fuit delicatisſima, quia ſpiri-
tus ſancti artificio de uirginis ſanguine formata: & er
go ſui ſanguinis effuſio, & pœnarum illatio, fuit acer
bisſima: & ideo dicit, *attendite*, ſcilicet mentaliter:
& uidete, ſenſibiliter: ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor
meus: quaſi diceret, non. Surge ergo amica Chriſti:
eſto ſicut columba nidificans in ſummo ore forami-
nis: ibi, ut paſſer inueniens domum uigilare non ceſ-
ſes: ibi, tanquam turtur, caſti amoris pullos abſcõde:
ibi os appone, ut haurias aquas de fontibus ſaluato-
B ris. Hic enim eſt fons, egrediens de medio paradiſi:
qui in corda deuota diffuſus, fœcundat & irrigat uni
uerſam terram. Ecce oſtium in latere archæ, quo in-
Gene.7.
trant animalia non peritura diluuio. Ad huius ergo
petræ foramina, & maceriæ cauernam ſtude nunc, &
in die exitus tui recurre, & in eis latita: ut ibi ualeas
Anſelmus in medit. redempt. generis humani.
paſcua inuenire, & ora leonum euadere. Vnde Anſel
mus: Feſtina, ne tardaueris: comede fauum tuum cũ
melle tuo: bibe uinum tuum cum lacte tuo. Sanguis
tibi in uinum conuertitur, ut inebrieris: in lac aqua
mutatur, ut nutriaris. Facta ſunt tibi in petra forami-
na, in membris eius uulnera: & in corporis eius mace
ria, tua cauerna: in quibus inſtar columbæ latitans &
C deoſculans ſingula, ex ſanguine eius fiant ſicut uitta
coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Vnde &
Gregorius in cantica cap.2.
Gregorius: Per foramina petræ, vulnera manuum &
pedum Chriſti in cruce pendentis libenter intellexe-
rim: cauernam uerò maceriæ, vulnus lateris, quod lã
cea factum eſt, eodem ſenſu dixerim: & bene in fora-
minibus petræ, & in cauerna maceriæ, eſſe dicitur:
quia dum in crucis recordatione patientiam Chriſti
imitatur, dum ipſa vulnera (propter exemplum) ad
memoriam reducit, quaſi columba in foraminibus,
ſic ſimplex anima in vulneribus nutrimentum, quo
conualeſcat inuenit. Hæc Gregorius. In his etiam vul
In uulneribus Chriſti quærenda.
neribus ſaluatoris, ſecuritatem & protectionem, ac
conſolationem non modicam reperies. Vnde Ber-
Bernardus ſermone 61. in cantica.
D nardus quædam de uerbis Auguſtini aſſumens, ſic
ait: Et reuera ubi tuta firmaque infirmis requies, niſi
in vulneribus ſaluatoris? Tanto illic ſecurior habito,
quanto ille potentior eſt ad ſaluandum. Fremit mun
dus: premit corpus, diabolus inſidiatur: non cado,
fundatus enim ſum ſupra firmam petram. Peccaui
peccatum grande, turbabitur conſcientia: ſed non
perturbabitur, quoniam vulnerum Domini recorda
bor. Nempe vulneratus eſt, propter iniquitates no-
ſtras. Quid tam ad mortem, quòd non Chriſti morte
ſaluatur? Si ergo in mentem venerit tam potens, tam
que efficax medicamentum, nulla iam poſſum mor-
bi magnitudine terreri. Ego uerò fidenter quod ex
E me deeſt, uſurpo mihi ex uiſceribus Domini: quoniã
miſericordia affluunt, nec deſunt foramina per quæ
Pſal.21.
effluant. Foderunt manus & pedes, latuſque lancea
Pſal. 80.
perforauerunt: & per has rimas licet mihi ſugere mel
de petra, oleumque de ſaxo durisſimo: id eſt guſtare
& uidere, quoniam ſuauis eſt Dominus. Patet arca-
num cordis, per foramina corporis: patet magnum
illud pietatis ſacramentum: patent uiſcera miſericor-
diæ Dei noſtri, in quibus uiſitauit nos oriens ex alto.
Quidni uiſcera per vulnera pateant? In quo. n. clarius
quàm in vulneribus tuis elucet, quòd tu Dñe ſuauis
& mitis es, & multæ miſericordiæ? Maiorẽ. n. miſera-
tionẽ nemo habet, quã ut animã ſuã ponat quis pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

amicis suis. Tu Domine maiorem habuisti, qui animam tuam etiam posuisti, pro abditis & damnatis. Meum proinde meritum miseratio Domini. Nõ planè sum meriti inops, quandiu ille miserationum non fuerit: quòd si misericordiæ Domini multæ, multus nihilominus ego in meritis sum. Quid enim si multorum sum mihi conscius delictorum? Nempe ubi abũdauerunt delicta, superabundauit & gratia. Et si misericordiæ Domini ab æterno & usque in æternũ: ego quoque misericordias Domini in æternum cantabo. Quanta in foraminibus petræ multitudo dulcedinis: plenitudo gratiæ, perfectio q́ue uirtutum? Hæc Bernardus. O Domine sicut exiit sanguis tuus, copiosa redemptio nostra: non permittas me in hora mortis, uel in die iudicij perire cum impijs: sed me tuo pio cruore redemptum aggrega cum electis tuis, abscondendo me interim in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ: & vulnerando me charitate tua, ut amore langueam. Qui enim uerè te diligit: pro te vulneratur & languet: & donec te uideat, à mundi actionibus est uelut mortuus alienus. Fortis est enim, ut mors, dilectio tua: & dura uelut infernus æmulatio.

Cant. 8.

Considera nunc bene corporis Christi, in cruce positi, dispositionem: quia ex hoc in spem & fiduciam rapieris maiorem: attestante Bernardo, qui ait: Quis nõ rapiatur ad spem, & ad impetrandi confidentiam, qui eius attenderit corporis dispositionem? Vide caput inclinatum ad osculum, brachia extensa ad amplexum, manus perforatas ad largiendum, latus apertum ad diligendum, pedum affixionem ad nobiscum manendum: corporis extensionem, ad se totum nobis impendendum. Hæc Bernardus.

Bernardus sermone de passione.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui hora diei nona pendens in patibulo, & clamans uoce magna, in manus patris spiritum commendasti: & inclinato capite eundem spiritum emisisti: & iam mortuus uulnus lateris, de lancea militis susce pisti: dignare quæso nũc, & semper, spiritum meum tibi commendatum habere, & gladio charitatis cor meum transuerberare: eique vulnera tui corporis imprimere: & per hæc cogitationes illicitas ab ipso repellere: ac tandem in fine uitæ meæ, spiritum meum in manus tuas commendatum, cum beatis spiritibus collocare. Amen.*

De secundis uesperis. Cap. LXV.



A ORA uespertina meditaberis mente lugubri & lachrymabili, quomodo mater Domini, & alij quatuor, ponunt se iterum ad sedendum prope crucem, nescientes quid facere debeant. Corpus enim Domini deponere, & sepelire non possunt: quia nec uires sufficientes habent, nec instrumenta quibus deponãt. Recedere autem, eo sic manente, non audent: & diu manere nocte appropinquante non ualẽt. Vide in quãta sunt perplexitate, & eis corde compatere. Interim autem *Ioseph ab Arimathia*, ciuitate Iudææ, decem leucis ab Hierusalem distante, antiquitus dicta Ramatha: vnde fuerunt Helchana & Anna, parentes Samuelis: *dives & nobilis genere, & Decurio*: id est de ordine curiæ, & officia curiæ imperij Romanorum administrans: *uir bonus*, in se & quò ad Deum: *& iustus*, quò ad proximum: *ac discipulus Iesu*, non de duodecim, uel septuagintaduo: sed de multis alijs credentibus: quia omnes credentes à principio discipuli uocabantur: *sed occultus propter metum Iudæorum*: ne de synagoga expelleretur: *qui non consenserat* neci Domini, & *actibus & consilijs aliorum* Christum persequentium: *qui & ipse* sicut & alij discipuli *expectabat*, scilicet certitudine spei *regnum Dei*: nõ temporale & terrenum, sed cœleste & æternum: id est, regnum cœlorum, à Christo discipulis promissum: *uenit* ad sepeliendum Christum, antequam intraret sabbatum: in quo talia facere non erat licitum: quia enim erat discipulus Domini: ideo curam de corpore eius habere uoluit, ut cum honore sepeliretur, & nõ sicut damnati corpus proijceretur. Hic uirtute sanguinis Christi iam fusi roboratus, *audacter* omni timore deposito, & confidenter *introiuit ad Pilatum*, nec Iudæorum timens inimicitias, nec Pilati potestatem: *& petijt*, magno munere, *ut* de eius licentia *tolleret corpus Iesu*, de cruce: & sepeliret illud honorificè: hoc præferens omni thesauro quantumlibet precioso. Petiit autem hoc sibi concedi: quia (secundum leges humanas) corpora damnatorum, non debent sine licentia deponi, uel sepeliri. *Et permisit Pilatus*: tum propter petentis reuerentiã: tum propter Christi innocẽtiam sibi notam: & quia plura in morte eius uiderat miracula. In quadam historia dicitur, quòd Ioseph seruierat quinque annis Pilato, & pro seruitio petiit & obtinuit corpus Iesu ab eo. Fit autem hic secularis dignitatis Ioseph mentio: nõ quòd euangelista hanc commendet, sed quia ad præsidem nisi talis accedere non poterat: quia ergo diues erat ualde insignis, ac Pilato notus & familiaris, potuit de facili ad Pilatum intrare, & ab eo impetrare: quia verò bonus & iustus, dignus fuit hoc ministerio, & meruit corpus Iesu sepelire. Vnde Beda: Magnæ quidem Ioseph iste dignitatis apud seculum, sed maioris apud Deum meriti fuisse laudatur: ut & per iustitiam meritorum, sepeliendo corpore dominico dignus foret: & per nobilitatem potentiæ secularis, idem corpus accipere posset: non enim quilibet ignotus, aut mediocris ad præsidem accedere, & crucifixi corpus poterat impetrare. Vnde & Augustinus: Ioseph fiducia dignitatis, qua præditus erat, familiariter intrauit ad Pilatum: iam minus curans de Iudæis, quamuis antea in audiendo Domino deuitaret inimicitias eorum. Vnde etiam Gregorius: Fuerat quandoque Ioseph occultus Christi discipulus: denique uincula timoris rumpens, feruentior factus, dominicum corpus turpiter pendens à ligno deposuit: comparans preciosam margaritam uerborum modestia. Considera nunc fortitudinem Ioseph: quia nõ solum

Matt. 27. Marci 15. Luca. 23. Ioan. 19.

Ioseph quomodo Pilato notus.

Beda in ca. 15. Marci & in cap. 23. Luc.

Augusti. lib. 3. de cõsensu euan. cap. 22.

Gregorius Nazianzenus orat. in sanctum bapt.

solum audet corpus Christi petere, sed etiam sepelire: sicut homo potestatem habens, plus ex uirtute quàm ex adiutoribus. Vnde Chrysostomus: Inspice autem huius uiri fortitudinem: in mortis enim periculum se tradidit, inimicitiam ad omnes assumens, propter beneuolentiam Christi. Vnde & Theophilus: Audet ausum laudabilem. non enim excogitauit, à diuitijs decidam, & expellar à Iudæis: si corpus petam eius qui est blasphemijs condẽnatus. Hæc Theophilus. Qui ergo prius ex imperfectione meticulosus & occultus discipulus Domini fuerat, propter metum Iudæorum, uitans tunc inimicitias eorum: nunc exemplo mortis Christi animatus, ac uirtute & uigore auctus, manifestat se: ac palam & facto fatetur, & ostendit se Christi discipulum, petendo eius sepulturam, & exequendo: minus curans de illis, in hoc extremo officio. Concesso autem sibi corpore, uocauit ad se quendam uirum sapientem, & legisperitum, discipulum Christi similiter occultum, Nicodemum nomine. *Ioseph igitur mercatus sindonem*, id est pannum lineum, candentem & mundum, uenit ad crucifixionis locum, portans secum instrumenta quibus clauis euulsis corpus de cruce deponat: & ipsam sindonem, qua inuoluat. Iste pannus mundus & candidus, innocentiam Domini, & liliosam significabat castitatem: ut qui rubricatus fuerit sanguine passionis, candidaretur sindone innocentissimæ castitatis. In Canticis: Dilectus meus candidus & rubicundus. *Venit & cũ eo Nico demus*, se illi associans, in quo dolus non erat, *qui prius* timidus *nocte ad Iesum uenerat primùm*, scilicet ante passionem: *ferens se cum mixturam myrrhæ & aloes, libras quasi centum*, ad ipsum condiendum: quia hæc sua amaritudine arcẽt uermes à corporibus mortuorum: & quàm plurimum ea conseruant, nec citò corruptioni subijci permittunt. Iste ante passionem Christi sicut & Ioseph, erat discipulus Domini occultus: sed post passionem manifestauit se sicut & ille: & factus est publicus: sed nondum habens ueram fidẽ de resurrectione: quia attulit myrrham & aloë, quasi corpus eius muniri indigeret à putredine. Et ideo licet ex deuotione istam unctionem faceret, uidetur tamen quòd plenam notitiam de resurrectione Christi non haberet: quia de eo scriptum erat: *non dabis sanctum tuum uidere corruptionem*: propter quod non indigebat unctione conseruante contra putrefactionem. Vnde Chrysostomus: Adhuc enim ut de nudo homine disponebant: sed tamen multam dilectionẽ demonstrabant. De isto Nicodemo legitur in reuelatione corporis beati Stephani protomartyris. Per Ioseph, qui interpretatur accrescens, significabatur persona crescens in uirtutibus: quæ corpus Domini postulat, quãdo pro digna receptione eucharistiæ Deũ suppliciter orat. Per Nicodemum uerò peritum, significatur doctor bonus: ferens mixturam: id est, doctrinam ex authoritatibus sacræ scripturæ confectã, ad ungendum corpus Christi mysticum ad eius salutem. In sindone etiam munda, paupertas & castitas notantur: & in aromatibus, uirtutum uarietas designatur. Fœlix talis conscientia, cui non deficit defunctio paupertatis, contra mundum: mundicia castitatis, contra carnem: fragrantia virtutum, contra diabolum. Cùm autem Ioseph & Nicodemus fuerunt prope crucifixionis locum, genua flectentes adorauerũt Dominum. Quos dum uidit mater, uolentes deponere corpus, quasi de morte consurgens paululum reuixit spiritus eius. Et applicantes recepti fuerunt per eam reuerenter: & parauerunt se ad deponendũ eum, quibus ipsa quod poterat ministrabat adiutorium. Vnus clauos de manibus trahebat: alius ne corpus caderet exanime sustinebat. Stabat Maria leuans brachia in altum: & dum tangere eum ualuit, caput & manus eius dependentia trahebat supra triste pectus suum: & ruens in amplexus & oscula, de dilecto suo satiari non poterat: nec quis ipsam desuper corpus attrahere ualebat. Corpore igitur Domini in terram deposito, domina suscepit caput cum scapulis suis in gremio. Magdalena uerò pedes, apud quos olim tantam gratiam meruerat. Alij autem circunstant, & omnes planctum magnũ super eum faciunt. Omnes enim amarissimè plangunt eum, quasi unigenitum. Vnde Anselmus. Sed adhuc expecta, donec nobilis ille Decurio ueniens extractis clauis manus pedisque dissoluat. Vide quomodo fœlicissimis brachijs corpus amplectitur, ac suo astringit pectori. Tunc potuit uir ille sanctissimus dicere: *Fasciculus myrrhæ, dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur*. Cerne præterea, quàm dulciter, quàm diligenter beatissimus Nicodemus, sacratissima membra eius tractat digitis, souet unguentis. Hæc Anselmus. Venias & tu charissime deuotis gressibus, & spiritualibus accessibus, ad deponendum Dominum Deum tuum de cruce, & ad plangendum eum cum sua benedicta matre, & alijs qui ibi aderant & ad sepeliendum, & alia faciendum quæ ipsi faciebant. Vnde Ambrosius: Veni & tu uel sero, uel nocte, uel quacunq; hora: quacunque enim hora ueneris, Iesum inuenies ad susci piendum paratum: nec minorem serius uenientibus mercedem pia largitate soluentem. Nam & qui hora sexta uenit, non est mercede fraudatus: & qui undecima, plenitudinem mercedis accepit. Hæc Ambrosius. Deus meus bone Iesu: concede mihi quanquam per omnem modum immerito & indigno, ut qui his cum matre tua & alijs qui tunc aderant corpore interesse, & ea facere non merui: fideli tamen hæc eadem mente pertractans, illum ad te Deum meum pro me crucifixum & mortuum, compassionis affectum experiar, quem innocens mater tua, & pœnitens Magdalena in ipsa passionis tuæ hora senserunt. Et sciendum, quòd quãuis ista depositio Domini de cruce, non fuerit sibi in pœnam: quia corpus erat exanime: nec fieret ei in contumeliam, sed potius in honorem & reuerentiam, præsertim cùm non fieret à Iudæis sæuientibus, sed à deuotis fidelibus eum multũ diligentibus, imò etiam Iudæis & hoc dolentibus, quòd cum tanta solennitate deponebatur, condiebatur, & sepeliebatur: istud tamen factum depositionis, in se ualde miserabile fuit & lamentabile: quòd uidelicet corpus tantæ nobilitatis, tractabatur tanquam cadauer uile: licet in ueritate cadauer non fuerit, propter diuinum suppositum, in quo corpus illud imputribiliter subsistebat, & si corpus illud non sensit pœnam, beata tamen uirgo (quæ ibi aderat) pœnam in hoc facto sensit maximam. Ex hoc articulo depositionis Domini de cruce, habentur duo documenta. Primum est, quòd fideles communicãtes corpus Domini de altari, æquiparantur illis qui ipsum deposuerunt de cruce. Perinde enim est (imò plus) Christi corpus sumere de ara altaris, quàm de ara crucis. Illi enim acceperunt eum in brachijs & manibus: sed isti sumunt in ore & cordibus. Secundum documentum est, quòd & nos libenter debemus Christum cum Ioseph de cruce deponere. Quandiu enim peccator in peccatis est, Christum in cruce distentum, quantum in se est, uinculat & crucifigit: peccata enim nostra

Chrysostomus hom. 89. in Matthæũ.

Theophilus in cap. 15. Marci.

Sindon.

Cantic. 5. Nicodemus. Can. 19.

Depositio Christi de cruce.

Psal. 15.

Chrysostomus hom. 84. in Matthæum.

Anselmus in speculo. Cantic. 1.

Ambro. in cap. 23. Luca.

Documẽta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stra sunt in causa, quòd Christus crucifixus est. Sed mox cùm per pœnitentiam ad Deum conuertitur, ipsum de cruce soluit & deponit: & inter brachia sua eũ recipit. Sicut fecit Ioseph qui in deponendo Christum de cruce, inter brachia sua eum complectebatur. Vnde sicut quis complectens aliquem inter brachia, potens est de eo facere quicquid vult: maximè si illud non repugnet, sic peccator conuersus per pœnitentiam, constringẽs iam Christum brachiis amoris, potens est de eo omnia quæ uoluerit obtinere. Nequaquam enim Christus repugnat pœnitenti: sed paratior est ad dandum gratiam, quàm iste ad recipiendum. Ad conformandum se huic articulo, recogitet homo, quàm lamentabile factum fuit quòd tale corpus (quod erat Deus) sic tractabatur ad modum cadaueris: & quòd corona gloriæ, iacuit sic supina & prostrata in terra: qualem etiam planctum tunc beata uirgo fecerit super corpus dilecti & dulcis filij sui: uel alias, sicut dederit meditãti. Iesu qui de cruce nõ uiuus descendere, sed mortuus deponi uoluisti: vt de morte resurgeres ad electorum informationem: da mihi de sacro altari tuo, ac si de ara crucis corpus tuũ uerum dignè suscipere: & ut de hac cruce, quam suscepi in tui professione seruitij, quousque uixero nõ descendam: sed cùm tibi placuerit ab hoc corpusculo repetere animam quam dedisti, nunc te uocante de cruce deponar: & te inuitante ad requiem paradisi perducar.

Inungendi dilatio.

Post aliquam uerò morulam, rogat Ioseph domi nam, ut permittat corpus Domini perũgi, ac linthea minibus inuolui & sepeliri. Ipsa uero contendebat, dicens: Nolite amici mei tam citò mihi filium meum auferre, uel me secum sepelite. Illũ adhuc paululum relinquite mihi, ut faciem ipsius ualeam contemplari, & uidendo aliquantulum inde consolari. Illi uolebant eum tradere sepulturæ, & ipsa uolebat eum retinere: & sic erat hæc pialis & miseranda contentio inter eos. Flebat illa lachrymis irremediabilibus. Ipsius lachrymarum tanta ubertas fluebat, ut caro cum spiritu in lachrymis resolui putaretur. Rigabat lachrymis faciem & extinctum filij sui corpus, & perfundebat undique plagas eius. Lapidem quoque quo corpus eius positum & locatum fuerat, lachrymis madebat, in quo eius lachrimæ adhuc apparere dicuntur: qui nunc in ingressu ecclesiæ sancti sepulchri esse memoratur. Lauit & tersit vulnera eius cruẽtata, & oscũlabatur ea, & faciem eius sacratissimam. Aspiciebat ulnera corporis, & vultum eius & caput: uidebat spinarum puncturas, depilationem barbę, faciem ex sputis & sanguine deturpatam: & de aspiciendo & flendo non poterat satiari. Virginis dolores narrari non possunt: quia male illi erat, sicut esse poterat. Et ideo quantas lamentationes, ululatus, planctus & fletus super idem corpus unici filij sui tunc fecerit, uerbis explicari nõ posset. Credendum tamen est, quòd nullos planctus irrationabiles fecerit: quia dolor eius ad rationem superiorem non pertingebat. Magdalena uerò pedes Domini, quos alia uice lachrymis compunctionis rigauit: nunc multomagis undis lachrymarum compassionis largiter lauit. Aspiciebat pedes sic vulneratos & perforatos, desiccatos & sanguinolentos. & flebat amarissimè: & præ dolore uidebatur deficere. similiter flebant uehementer & alij, ac etiam angeli præsentes ibi. Vnde Augustinus: O quis angelorum uel archangelorum illic non fleuisset, ubi contra naturam author naturæ immortalis Deus mortuus homo, iacebat? Videbant Christi corpus sic malè tractatum: ab impijs sic laceratum iacere: & Mariam tõ tam suo cruentatam in cruore sic amarissimè flere: & nullo modo suas lachrymas poterant refrenare. Sicut enim possibile fuit, Deum per assumptum hominẽ mori; sic possibile fuit angelos bonos in morte Domini sui dolere. Hæc Augustinus. Plange ergo & tu charissime amare, & clama cum Bernardo dicente: O bone Iesu quàm dulciter cum hominibus conuersatus es: quàm magna & abundantissima eis largitus es, quàm dura & aspera pro eis passus es, dura uerba, duriora uerbera, durissima crucis tormenta. Hęc Bernardus. Contempleris etiam bene Dominum & saluatorem tuum: gira & regira, uolue & reuolue, à late re in latus, à planta pedis usque ad uerticem, & non inuenies in eo sanitatem sed undique dolorem, ubiq; cruorem. Non enim est in eo membrum, uel sensus corporis, qui suam afflictionem & infirmitatem, uel passionem nõ senserit. Vide quid in quolibet sensu, quid in qualibet parte sustinuit. In capite spinas: in auribus opprobria: in oculis fletum, in ore fel & acetum, in facie alapas & sputa, in collo colapho s: in naribus fœtorem: quia in loco ex cadaueribus corrupto fuit crucifixus: clauos in manibus & pedibus, flagella in dorso, lanceam in pectore. Quia enim genus humanum vulneribus peccatorum fuit plenum, secundum illud Esaiæ, *Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas*: ideo Iesus in omni parte corporis sui plagas suscepit: ut per eius liuores in toto sanaremur. Homo enim erat infirmus in capite: id est in intentione, quæ est caput animæ: quia in his quæ faciebat non sanam intẽtionem habebat. Erat infirmus in manibus, quia faciebat opera mala uel remissa: erat infirmus in pedibus, quia habebat affectionem immundam aut terrenam: pes enim animæ, est affectus & amor eius: quia sicut corpus uadit pedibus, sic anima uadit affectibus. Erat infirmus in corde, quia habebat cogitationes noxias & uanas. Erat infirmus in toto corpore, quia habebat totam uitam mundanam, & conuersationẽ uanam. Vt igitur Christus suis liuoribus & vulneribus nos sanaret: uoluit vulnerari in capite, ut sanaret omnes nostras obliquas intentiones: uoluit vulnerari in manibus, ut sanaret nostras malas & remissas operationes: uoluit vulnerari in pedibus, ut sanaret nostras immundas & terrenas affectiones: uoluit vulnerari in corde, ut sanaret noxias & uanas cogitationes: uoluit flagellari & vulnerari in toto corpore, ut sanaret totam nostram uitam & conuersationem. Vnde Bernardus: Meditare, inquit, positionem corporis crucifixi: & uide si aliquid est in eo quod non peroret pro te ad patrem. Diuinum illud caput multiplici spinarum densitate depressatur, usque ad cerebri teneritudinem confixum est. Ad quid hoc? Ne doleret caput tuum, ne tua vulneraretur intentio. Caligauerunt in morte oculi sui: & illa luminaria magna, quæ illuminant orbem, ad horam extincta sunt. Nõne illis obtenebrantibus tenebræ factæ sunt super vniuersam terram: & illa duo luminaria magna cum illis luminaribus semota sunt? Hoc autem totum factum est, ut auerterentur oculi tui, ne uiderent uanitatem: & si uiderent, non adhærerent. Aures illæ quæ in cœlis audiũt: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth: audierunt in terra dæmoniacorum uoces: crucifige crucifige. Vt quid istud? Ne aures tuę obsurdescerent ad clamorem pauperis: ne reciperent auditum uanum, ne detractionis uirus apertis poris usquequaque susciperent. Speciosa illa facies speciosi forma

Lachryma Virginis.

Augusti. sermone de sabato sancto.

Bernardus sermone de passione. Contemplatio.

Esaiæ. 1.

Infirmitas humana naturæ per Christum sanata.

Bernardus lib. de pass. Omnia membra Christi pro nobis orant.

formæ præ filijs hominum: sputis illita est, afflicta colaphis, addicta delusionibus. Quare hoc? Vt facies tua illuminaretur, illuminata conniteretur, & diceretur de te, Vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati. Os illud quod angelos docet, homines instruit, quod dicit & factum est, felle potatum est & aceto. Sed hoc factum est, ut ueritatem & iudicium loqueretur os tuum, & confiteretur Dominum Deũ suum. Manus illæ quæ fundauerunt cœlos, extensæ sunt in cruce: clauisque transuerberatæ durissimis, ut manus tuæ extenderentur ad inopem. Pectus illud, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi: lancea militari perfossum est, ut pectus tuum à prauis cogitationibus mundaretur, mũdatum sanctificaretur: & conseruaretur sanctificatum. Pedes illi, quorum scabellum adorare debemus, quoniam sanctum est: dura transfixione transfixi sunt, ne pedes tui festinarent ad malum, sed currerent uiam mandatorum Domini. Quid plura? Pro te carnem & animam posuit ut corpus & spiritum sibi uendicaret. Totum toto, se te comparauit. Huic igitur omnem uitam tuam ò homo debes, quia uitam suam pro tua posuit, & cruciatus amaros sustinuit: ne tu perpetuò sustineres. Cui uerò iustius uiuam quàm illi? qui si non moreretur, ego non uiuerem. Hæc Bernardus. Ad hoc etiam faciendum, & debitum Domino rependendum, idem Bernardus, quasi monendo sic dicit: O homo respice oculo mentali, quanto remunerationis debito astringaris Domino patienti. Recole sudorem sanguineum, triginta argenteos, fictionis osculum, alaparum contumeliam, flagellorum instantiam, ictus arundinis, coronam spinam, sputi ludibria, crucis angariam, patibuli suspendium, oculos languentes, oris pallorem, fellita cibaria, amara pocula, spongiæ obsequium, caput inclinatum, latus perforatum, ulnas extensas, manus transfixas, pedes confossos, uocem lamentabilem, latrones altrinsecos, garrulationes irrisorias, titulum famosum, uestimenti sortem, geminatum crucifige. Quid plura? Vilissimum mortis supplicium, & probra nephandissima. Et iterum: Vide homo, quo amore te dilexit Dominus Deus tuus, ut uestigia eius sequaris. Pro te ligatus est, ut te à uinculis peccatorum absolueret. Pro te flagellatus est, ut te à flagellis æternæ iræ eueret. Pro te iudicatus est, ut te à iudicio æternæ damnationis liberaret. Pro te coronatus est spinis, ut te coronaret in cœlis. Pro te vulneratus est medicus, ut tu sanareris ægrotus. Pro te crucifixus, ut tuas concupiscentias crucifigeret. Pro te mortuus est, ut te à mortuis suscitaret. Pro te sepultus est, ut in te uitia sepeliret. Hæc Bernardus. Multa igitur pro nobis sustinuit Dominus Iesus: sed nos miseri ad confusionem nostram uno sermone fatigamur, uno uerbo deiicimur. Omnia ergo quæ Dominus Iesus passus, quæ circa ipsum gesta sunt, mente reuolue, & diligenter pertracta: & ex his te ad patientiam in omnibus aduersis, quæ pateris, accinge uiriliter & arma. Vnde Chrysostomus: Armemus nosmetipsos aduersus omnem furorem, aduersus omnem iram: & si inflammatum uideris cor tuum, signa pectus, impone crucem. Conuiciatus est tibi aliquis: recordare omnium quæ in Christo gesta sunt, & omnia extinguentur. Non solum legamus hæc omnia, sed & mente feramus ea. Sufficientia enim sunt hæc, continuè reuoluta, uniuersam iram destruere. Et si contumeliam, & si iniustitiam patiamur, dicamus continuò, non est seruus maior Domino suo. Propterea enim hæc omnia sustinuit, ut secundum eius semitam gradiamur: & nos contumelias feramus, quia maximè conuitia à mente abiiciunt. Sed tamen ipse non solum tulit hæc: sed omnia egit ut saluaret eos qui hæc faciebant. Hæc & nos zelemur. Vnde Chrysostomus: Nihil enim Deum ita propitium facit, ut inimicos amare, & his qui officiunt benefacere. Cùm quis officit, non ad ipsum respicias, sed ad eum qui mouet, scilicet dæmonem, & iram uniuersam aduersus illum euacua: ipsius autem & miserere, qui ab illo mouetur. Cùm iniuriantem uideris, excogita quoniam diabolus est qui mouet eum: non enim Christianorum sunt iniuriæ. Cùm igitur quis iniuriatus fuerit, memento tui dominatoris, quoniam & per uerba, & per res ei detrahebant: & ironiam multam ostendebant: ipse uerò non solum non ulciscebatur: sed & contrarijs remunerabat in humilitate & mansuetudine: hunc itaque & nos zelemur: ita enim poterimus & à conuitio eripi omni. Si enim non doleueris, non conuitium patieris: quid enim doles? Si quidem iniustè conuitium pateris: hoc maximè tristari non oportet, sed illius misereri. Si uerò iustè, multo magis silere oportet: neque dolcas in uerbis, sed corrigas in rebus. Quare si uigilaueris, duplà lucraberis: & propitium facere Deum silentio, & actionem accipere: ex his quæ dicta sunt, corrigere ea quæ acta sunt: & gloriam hanc humanam despicere. Etenim hinc dolor nobis fit, quoniam multi ad insensatorum suspicionem inhiant. Hæc igitur uniuersa meditemur in operibus: si enim non hæc direxerimus, in niter & uane in mundum uenimus: magis autem & in malo. Non enim sufficit fides in regnum ducere: sed hæc maximè condemnare habet eos qui uitam malam demonstrant. *Qui enim scit uoluntatem Domini sui & non fecit, plagis uerberabitur multis.* Properemus igitur nos ad exitum: etenim multis nobis opus est uiaticulis: ut sufficientia æternæ uitæ accipientes uiaticula, uideamus Dominum nostrum Iesum Christum. Hæc Chrysostomus.

Chrysost. hom. 81. ad populum Antioch.

Luca. 12.

Chrysost. hom. 88. in Matthæum. Contra iram & passionis memoria.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, qui horâ diei uespertina à Ioseph de cruce deponi, & inter brachia eius recipi uoluisti: à matre quoque tua mœstissima, & aliis amicis tuis planctus fuisti: fac me quęso Ioseph crescentem in uirtutibus quotidie: & da ut peccata propter quæ crucifixus es, & iterum quasi in cruce ligaris, plangendo & deponendo merear te de cruce deponere: teque quasi fasciculum myrrhæ inter brachia amoris recipere: ubi digneris dilecte mi semper commorari, & me à laqueis diaboli custodire, ne unquam uel hic, uel in futuro ualeam à te seperari. *Amen.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De secundo completorio. Cap. LXVI.



ORA completorij cogitabis doloroſus & triſtis, qualiter tardante hora rogat Ioannes dominam, ut permittat aptari & ſepeliri corpus Domini noſtri, antequam intret ſabbatum, in quo non licet talia operari: & eo quòd propter nimiam moram poſſent à Iudeis pati calumniam. Tandem domina tanquam grata & diſcreta, & cogitans quòd ipſi Ioanni eſſet per filium commiſſa, amplius contendere noluit: ac ſignans & benedicens corpus, ut uolebant aptari permiſit: tunc unxerunt corpus: *& inuoluerũt in ſindone munda* quã Ioſeph emerat, *& ligauerunt illud lintheis*: etiam aliis, ſcilicet ſudario quod capiti adhibebatur: & intitis ſeu faſciis, quibus totum corpus alligabatur: quæ omnia etiam de lino erant, & (ut creditur) Nicodemus attulerat. ac etiam *cum aromatibus, ſicut mos Iudæis eſt ſepelire*: ſcilicet perſonas uenerabiles: hoc enim acceperũt à patribus ſuis & ſenioribus. Domina tamen ſemper tenebat caput ipſius in gremio ſuo, quod ſibi reſerua uit aptandum: & Magdalena pedes, apud quos miſericordiam eſt conſecuta: tandem uerò Magdalena pedes lachrymis rigatos deuotè abſtergit, amplexatur, oſculatur, & inuoluit: & aptat fideliter, quàm melius nouit. Sic ergo aptato reliquo corpore, reſpiciunt ad dominam, ut ipſa compleat, & omnes planctum reincipiunt. Omnes enim ſic amariſsimè flebant, ut uix quiſquam eorum loqui poſſet. Videbant matrem omni ſolatio deſtitutam: & ſuper illam dabant potius planctum, quàm ſuper extinctum Dominum ſuum. Reincipe etiam & tu planctum, ſi fortè dimiſeras eũ. Tunc domina uidens quòd amplius differre non poſſit: ponit uultum ſuper faciem filij: & ex inundantia lachrymarum, multomagis lauit faciem, quàm Magdalena pedes: abſtergit autem & deoſculans os eius, in quodam ſudario ipſum inuoluit, & diligẽter aptat: & iterum benedicit eum, & ſignat. Et tunc omnes adorantes flexis genibus, & pedes eius oſculantes, accipiunt & portant eum ad monumentum, quod à monte Caluariæ diſtat paſſibus quinquaginta: domina tenebat caput, & Magdalena pedes: reliqui uerò erant in medio. Vnde Anſelmus: Sequere & tu precioſiſsimum cœli terræque theſaurum: & porta uel pedes, uel manus, brachiaque ſuſtenta: terræ defluentes minutatim precioſiſsimi ſanguinis guttas curioſius collige: & puluerem pedum eius linge. Dolorem quem Maria in exequijs filij ſui tolerauit, olim Dauid in exequijs Abner præfigurauit. Abner à Ioab fraudulenter interfectus erat: cuius interfectionem rex Dauid, feretrum ſequens, deflebat. Dauid non ſolùm ipſe ſuper exequias eius plorabat, ſed etiam alios ad plorandum incitabat: ita beata uirgo & alij deuoti exequias Chriſti deplanxerunt, & corda ſua intima compaſsione ſciderunt. *Erat autem prope locum crucifixionis hortus, & in horto monumentum nouum* ipſius Ioſeph, ſumptuosè factũ: & in petra exciſum, id eſt in uno lapide, ſecundum quantitatem hominis concauatum: *in quo nondum quiſquam poſitus fuerat: in quo, quia iuxta erat, propter paraſceuen Iudeorum ſepelierunt eum*: reuerenter & deuotè, flexis genibus, magnis ſingultibus, & ſuſpirijs ualidis: & ſic Dominum uitæ, dederunt ſepulturæ mortis. Sepelierunt eum in loco propinquo: quia non poterant longè portare, propter ſolennitatem ſabbati imminentem. Vnde Chryſoſtomus: quia uerò breuitate temporis urgebantur, & ueſpera imminebat: ideo ponunt eum in proximum monumentum. Et Auguſtinus, Acceleratam uult intelligi ſepulturam, ne adueſperaſceret: quando iam propter paraſceuen facere aliquid tale non licebat. Tunc (ut ait Auguſti.) illius exequias angelorum milia milium decantabant: qui omnes conuenerant ad ſepulchrum Domini ſui. Illi cantabant laudes, ſed Maria dabat gemitus & ſuſpiria cordis. Diſpenſatiuè autem in nouo ponitur monumento, ubi nullus poſitus erat: ut, ſecundùm Ambroſium & Chryſoſtomum, non alius qui cum eo iaceret ſurrexiſſe à perfidis diceretur. uel ſecundùm Auguſtinum, Sicut in Mariæ uirginis utero nemo ante illum, nemo poſt illum conceptus eſt: ita in hoc monumento nemo ante illum, nemo poſt illum ſepultus eſt. Et ſecundum Hieronymum, In monumento exciſo in petra conditus eſt: ne ſi ex multis lapidibus fuiſſet ædificatum, ſuffoſsis tumuli fundamentis, ablatus furtò diceretur. Et ſecundùm Auguſtinum, Si etiam ſepulchrum fuiſſet in terra, dicere poterant: ſuffoderunt terram, & furati ſunt eum: quòd autem in alieno ſepulchro ponitur, paupertatem eius teſtatur. Vnde Theophilus, Attende etiam abundantiam pro nobis ſuſceptæ paupertatis. Namque domum in uita non habuit, poſt mortem quoque in alieno ſepulchro reconditur: & nudus exiſtens, à Ioſeph operitur. Vnde & Anſelm. Pauperitа fuit Chriſtus ut non in ſua, ſed in aliena domo naſceretur: & uiuens in hoc mundo, non haberet ubi caput ſuum reclinaret: nec moriẽs, unde nuditatem ſuam tegeret: nec mortuus, unde inuolueretur: nec ſepulchrum aut locum, ubi corpus ſuum poneretur. Ideo etiam, ſecundùm Ambro. & Auguſtinum, Saluator in aliena ſepultura ponitur, qui pro aliena moriebatur ſalute. Vt quid illi propria ſepultura, qui in ſe mortem propriam non habebat? Item, ſecundùm Ambroſium, ad oſtendendum quòd non debuit detineri à Morte. Non enim ille ſepulchrum mortis deſiderabat, qui de morte triumphum quærebat. ſecundùm Hierony. autem & Bedam, ex ſimplici ſepultura Domini, ambitio diuitum condemnatur: qui nec mortui & in tumulis poſſunt carere diuitijs. Sed (ut ait Auguſti.) Pompa funeris, agmina exequiarum, ſumptuoſa diligentia ſepulturæ, monumentorum opulenta conſtructio: uiuorum ſunt qualiacunq; ſolatia, non adiutoria mortuorum. Hæc Auguſti. Non fuit in ſepultura Domini aurum, non gemmæ, non ſericum: ſed lintheamen purum & nitidum Sindon enim pannus, ſeu tela de lino eſt: de quo etiam erant inſtitæ, quibus corpus eſt alligatum: & ſimiliter capitis ſudarium. Vnde ſecundùm

Matt. 27. Marci. 15. Luca. 23. & Ioã. 19.

Inungitur & inuoluitur corpus Ieſu.

Anſelmus in ſpeculo.

Dolor Mariæ in exequijs Chriſti.

2. Reg. 3.

Monumẽtũ Domini.

Chryſoſto. hom. 84. in Ioannem.

Auguſti. tract. 120. in Ioan.

Exequiæ Domini.

Monumentũ cur nouum.

Lapidis ſuper ſepulchrorum poſitio.

Auguſtin. ibidem.

Hieronym. in cap. 27. Matthæi.

Auguſti. ſermone de ſabbato ſãcto.

Hieronym. in cap. 27. Matthæi.

Myſtica ſepultura Chriſti in corde noſtro.

Theophi. in cap. 19. Ioan.

Anſel. in ſpeculo.

Ambroſius in Lucam cap. 23.

Hieronym.

Auguſti. de inuẽ. pro mortuis gerenda.

Sindon.

Hieronym. in cap. 27. Matthæi.

Lapidis ſuper ſepulchrorum poſitio.

Auguſti. de ſabbato ſanctõ.

Hieronym. in cap. 27. Matthæi.

Myſtica ſepultura Chriſti in corde noſtro.

ſecundum Hierony. poſſumus intelligere quòd corpus Domini: non auro, non gemmis, non ſerico: ſed lintheamine puro obuoluendum ſit. Vnde etiã quia in ſimplici ſindone inuolutum eſt corpus Ieſu, ideo Sylueſter papa inſtituit, ut ſacrificium altaris non in panno ſerico, uel tincto, uel auro texto: ſed puro lintheo terreno, & ſindone munda conſecretur & celebretur. Secundum Petrum cantorem, ex eo quòd dicitur, In ſindone munda, & in monumento nouo: colligi poteſt pallas altaris, dalmaticas, caſulas, albas, ſicut nec ſindonem fieri debere de aliqua ueſte prius in communes uſus aſſumpta: propter reuerentiam tanti ſacramenti: ſed ex noua, prius, non induta: quæ Domino conſecrata, non debet ad communes uſus aſſumi. Sed nonne corpus Chriſti ponitur ſæpe in aureis ſcyphis? Ita, ſed mediantibus pixidibus nouis.

Hæc Petrus. Sepulto autem Domino mater eius omni corde amplexebatur ſepulchrum, & qua poterat voce benedicebat filium ſuum. Ad ſepulchrũ ſedens innixa illi manus extendebat: & deſuper illud exoſculans, amaro nimis Dominum ſingulto deplorabat. Acceſsit Ioannes, & lugens ipſe multum leuauit eã lugentem: & exeuntes omnes de monumento, *poſuerunt lapidem*, quaſi pro clauſura *ad oſtium monumenti*, ne ipſe locus beſtijs eſſet peruius, ſcilicet magnum, qui nõ poſſet de facili, & ſine multorum auxilio amoueri: ne aliquis ueniens poſſet rapere Chriſti corpus: quia per illud oſtium erat ad ſepulchrum ingreſſus. In quo patet uirtus reſurgentis, quem non potuit retinere magnus lapis, & tollitur omnis in reſurrectione eius ſuſpitio, quia nec ab aliquo fieri potuit uiolẽtia, aut furtum, aut fictio. Vnde Auguſti. Si fuiſſet lapis paruulus ſuppoſitus: dicere poterant, dormientibus nobis tulerunt eum. Et Hieronymus, Saxũ enim magnum appoſitum, oſtendit nõ abſque auxilio plurimorum ſepulchrum potuiſſe reſerari. Myſtice, in actibus Ioſeph & Nicodemi ſignantur plura requiſita in nobis, ſi Chriſtus in corde noſtro debeat ſepeliri. Nam debet communicans eſſe inuolutus lintheaminibus: per mundam affectionem, & cõſcientię puritatem. In ſindone enim munda Ieſum inuoluit, qui eum pura mente & puro corpore ſuſcipit: decet namque non ſolum pura anima, ſed & corpore puro corpus Chriſti ſuſcipere. Inuoluere autem oportet: quia myſterium eius clauſum & occultum eſt. Debet etiã unctus eſſe aromatibus, per feruentem deuotionẽ. Cum mirrha enim & aloẽ Ieſum inuoluit, qui crucifixum in corde cum amaritudine pœnitentiæ & compaſsionis recondit. In nouitate uerò monumenti deſignatur, quòd cor debet eſſe per gratiam & puritatem innouatum, & ab omni uetuſtate peccati purgatum, priuſquam ad corpus Chriſti accedat: in quo corde etiam ponit eum quando de ipſo iugiter cogitat: quia monumentum dicitur, quaſi monens mentem. Sumpturus igitur euchariſtiã, uideat ut cor ſuum ſit quaſi monumentum nouum, in quo locetur: & quaſi hortus in quo delectetur, ne in monumento ſuo alius poſitus ſit, uel circa hoc quicquam inutile excreuerit: quod erit, ſi bene per pœnitentiam mundatum fuerit & innouatum: alioquin non poterit in eo dignè ſepelire Chriſtum. Per monumentum autem lapideum, in petra exciſum, deſignatur cordis ſtabilitas: quia debet in bono propoſito eſſe firmum: & fidei ſoliditas, in qua apud eccleſiam ſepultus eſt Chriſtus: hoc eſt fides Chriſti, ſupra quam petram ædificata eſt eccleſia. Sed pro cuſtodia omnium prædictorum, debet adhiberi longanimitas perſeuerantiæ: ut mens corpus Chriſti recipiens, in prædictis conditionibus intendat finaliter perſeuerare: & hoc deſignatur per ſaxum oſtio, monumẽti aduolutum. Ille etiam ſepulto Chriſto in corde ſuo aduoluit pro clauſura lapidem magnum ad oſtium: qui ſe claudit ne poſsit ingredi peccatum: & ponit diligens obſtaculum contra peccati recidiuum, ne Chriſtus eum deſerat & relinquat, do nec ipſum à mortuis reſurgere faciat. Vnde Ambroſius, Cui pulcherrimè lapis admotus eſt, ne pateret: quicunque enim in ſe humauerit Chriſtum, diligenter cuſtodiat ne eum perdat, ne perfidiæ ſit ingreſſus. Vnde & Hilarius, Et quia nihil præter eum oporteat in pectora noſtra penetrare, lapis oſtio aduoluitur: ut nihil abſque eo inferatur. Voluit autem Chriſtus in monumento iuſti, ſcilicet Ioſeph, ſepeliri; ad oſtendendum quòd non requieſcit niſi in corde iuſti: & quòd non amplius peccatorum conſortio uolebat: quia amplius pro ipſis non moriturus erat. Vnde Ambroſius, Myſticè autem iuſtus Chriſti corpus ſepelit (talis enim eſt Chriſti ſepultura) qui fraudem iniquitatemque non habeat. Iuſtus autem corpus Chriſti operit ſindone ueſti: & tu Domini corpus gloria ſua, ut & ipſe ſis iuſtus. Bene autem in monumento conditur iuſti: ut iuſtitiæ habitatione requieſcat. hæc Ambroſius. De monumento Domini fertur, quòd domus ſeu ſpelunca fuerit rotunda, de ſubiacente rupe exciſa: erat enim lapis ſeu rupes grandis in horto: in cuius latere erat monumentum exciſum ſeu ſpelunca, habens octo pedes longitudinis: & totidem latitudinis: & tantæ altitudinis, ut homo intrò conſiſtens, & in eius pauimento rectus ſtans, uix poſſet manu extenſa culmen attingere: introitum patulum habens ab Oriente: cui lapis ille magnus aduolutus atque appoſitus erat pro oſtio. In cuius monumenti parte Aquilonari ſepulchrum Domini, hoc eſt locus dominici corporis de eadem petra eſt exciſus, ſeptem pedes & medium habens longitudinis, & à cætero pauimento altius eminẽs: tres palmos & medium habens altitudinis: eiuſdemque exiſtens latitudinis cuius eſt altitudinis: Qui uidelicet locus non deſuper, ſed à latere Meridiano per totum eſt patulus. unde inferebatur corpus, ut eſſet quaſi ſarcophagus ſuperpoſitus fundamento, & inclinatus ſuper latus, aperturam habens à latere, & non ſuperius. Color autem eiuſdem monumenti ac loculi, rubicundo & albo dicitur eſſe permixtus. Monumentum ergo erat ad modum domunculæ factum: intra quod erat ſepulchrum Chriſti poſitum. Sic enim ſepulchra Iudæorum antiquitus, & maximè magnarum perſonarum ſolebant fieri: ut eorum filij poſſent ibi etiam ſepeliri. Propter hoc dicitur frequenter de regibus Iuda: Sepultus eſt in ſepulchro Dauid &c. Eſt autem ibi in eodem loco, ob reuerẽtiam dominici ſepulchri, ar tificioſo opere, forma rotunda, uno tantum foramine ſuperius aperto dominicæ reſurrectionis eccleſia maxima conſtructa, continens montem Caluariæ ac locum ſepulchri: & multa loca ſacra in qua ſepulchrum Domini eſt intra quandam cellam rotundam pulchris lapidibus conſtructam. Hæc ſiquidem eccleſia dominici ſepulchri eſt patriarchalis, & habebat canonicos regulares, & priorem, ſecundum habitum & regulam ſancti Auguſtini uiuentes, quibus loco abbatis patriarcha præerat, cui ſoli obedientiam promittebant. Hæc eccleſia inter ſancta & uenerabilia loca, non immeritò obtinet principatum, in cuius loco tam magna & mira, per Dominum ſunt facta & oſtenſa. *Et dies erat paraſceues*, id eſt, preparationis: ſcilicet

Cordiclauſura.

Ambroſius in cap. 23. Luca.

Hilarius cano. 33. in Matth.

Ambro. in cap. 23. Luca.

Sepulchri forma.

Sepulchri color.

Eccleſia ſepulchri.

Sextę ferię myſteriũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet sexta feria, in qua preparabantur illa quæ in sabbato comedi debebant, *& sabbatum illucescebat*, quia uespera ad sabbatum pertinens instabat, à qua solennitas sabbatii incipiebat. Vbi sciendum, quòd sicut homo sexta feria creatus est, & peccauit: sic Christus sexta feria pro homine mortuus est, & satisfecit. Vnde & dixit, *consummatum est*: opus scilicet recreationis, sicut eadem die consummatum fuit opus creationis: & sicut sabbato requieuit ab omni opere suo, sic sabbato quieuit in sepulchro: in signum quòd in hac sexta ætate pro eo operari, & pati debemus, ut in septima cum ipso quiescamus: donec in octaua, ueniente gloria resurrectionis, cum ipso simul gaudio perfruamur. Vnde Beda, Parasceue Græcè Latinè præparatio interpretatur: quo nomine Iudæi, qui inter Græcos conuersabantur, sextam sabbati, quæ nunc à nobis sexta feria uocatur appellabant: eo quòd in illo ab opere suo requieuit Deus. Vnde & hanc sabbatum, id est requiem uocari præcepit, rectè Dominus eadem die sexta crucifixus, humanæ reparationis impleuit arcanum: sabbato autem in sepulchro requiescens, resurrectionis, quæ octaua die uentura erat, expectabat euentum. Vnde nostræ simul deuotionis, ac beatæ retributionis prælucet exemplum: quos in hac quidem sexta mundi ætate pro Domino pati, & uelut mundo crucifigi necesse est: in septima uerò ætate, id est, cum leti quis debitum soluit, corpora quidè in tumulis, animas autem secreta in pace cum Domino manere, & post bona oportet opera quiescere: eo nec octaua tandem ueniente ætate, etiam corpora ipsa resurrectione glorificata, cum animabus simul incorruptionem æternæ hæreditatis accipiant. Vnde pulchrè septima dies in Genesi uesperam habuisse nō legitur: quia requies animarum, quæ in illo seculo nunc est, non consumenda mœrore: sed pleniori gaudio futuræ est resurrectionis ad augenda. Hæc Beda. Vbi etiam nota quòd inter cætera mysteria, quæ hodie ecclesia facit, hoc unum est: quia hodie pro omnibus orat. Cuius ratio est: quia Christus fuit hodie ualde pius, in parcendo: quoniam dixit, Pater dimitte illis: quia nesciunt quid faciunt. Fuit ualde liberalis, in largiendo: quia ad modicam petitionem dedit latroni regnum cœlorum. Fuit ualde largus, in remdendo, quia non guttam, sed totum sanguinē pro nostra redemptione dedit. Vnde in psalmo: *Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio*. Ideo ecclesia, ad similitudinem Christi, est hodie multum liberalis in orando, & multum pia in parcendo. Hodie etiam fideles ecclesias omnes, & altaria uisitare consueuerunt: cuius triplex ratio est: Prima est, quòd illa uisitatio repræsentat uisitationem apostolorum & sanctarum mulierum, quæ crebrò uisitabant sepulchrum. Secunda est, quia Christus hodie omnes sanctos, qui fuerunt à principio mundi usq; nunc præsentialiter uisitauit: dum ad limbum descendit. Tertia ratio est, quia sancti hodie debent ualde liberales esse: fuerunt enim hodie de carcere liberati, & in cœleste regnum sublimati. Si quis enim de carcere liberaretur, & in imperium sublimaretur, illam diem utique multum diligeret: & in illa die multum liberalis esset. Meritò igitur hodie fideles sanctos uisitant: ut ab ipsis de carcere liberatis, & in imperium sublimatis, beneficia ualeant obtinere. *Mulieres autem*, quæ erant Christo deuotæ, funus *subsecutæ* quomodo, & in quo loco corpus Domini poneretur, diligenter curauerunt respicere & notare: ut postea ei tempore congruo munus suæ deuotionis possent offerre, & officium funeri impendere: ac corpus eius inungere. Per hoc significatur: quia animæ deuotæ debent mysterium passionis Christi sollicitè considerare: & eam pro posse imitari. Vnde Beda, Sed & hactenus sanctæ mulieres die parasceues, id est præparationis, idem faciunt: cùm animæ humiles, & quò maiores sibi conscię fragilitatis, eo maiori saluatoris amore feruentes, passionis eius uestigijs in hoc seculo, quo requies est præparanda futura, diligenter obsequuntur: & si fortè ualeant imitari, pia curiositate quo ordine sit eadem passio completa, perpendunt. Qua lecta audita, recordata, mox ad parandum opera uirtutum, quibus Christus delectetur se conuertunt: ut finita præsentis uitæ parasceue, in requie beata expectent tempore resurrectionis occurrere Christo cum aromatibus spiritualium actionum. Hæc Beda. Ioseph autem & Nicodemus inclinantes Domino, & adorantes sepulchrum, recesserunt: Maria uerò & alij, qui arctius amabant, remanserunt *sedentes contra sepulchrum*, & lamentantes Dominum, & expectantes eius promissum. In quo ostenditur earū constantia, & feruor dilectionis erga Dominum: quia recedentibus discipulis, ac alijs notis, adhuc remanebāt circa sepulchrum. Vnde Hieronymus. Cæteris relinquentibus Dominum, mulieris in officio perseuerāt: expectantes quod promiserat Iesus: & ideo meruerūt primò uidere resurgentem: quia perseuerauerunt usque in finem. Vnde & Rabanus. Alijs notis Iesu ad sua redeuntibus, solæ mulieres, quæ ardentius amabant, obsequium funeris inspiciebant: expectantes quod promiserat: & ideo post resurrectionem primò Christum uident beatæ mulieres quæ ministrauerunt uiuenti, astiterunt morienti, obsecutæ sunt sepulto: & sic congauisæ sunt resurgenti. Vnde & Chrysostomus, Vidisti mulierum fortitudinem, uidisti dilectionem, uidisti magnanimitatem quæ usque ad mortem fuit. Imitemur has mulieres nos uiri: neque derelinquamus in tentationibus Iesum. Hęc Chrysostomus. Per deuotionem quippe harum mulierum ostenditur, quia deuotæ personæ mundo mortuæ, debent cum Christo per compassionem sepeliri: ut mereantur resurrectionis eius participes fieri. Laua ergo & tu lachrymis corpus eius sacratissimo sanguine aspersum: & unge ipsum unguentis sanctæ orationis: & porta brachijs charitatiuæ & humilis operationis: & sepeli cum aromatibus bonæ conuersationis: ac bonis doctrinis & exemplis: cum multis gemitibus ac planctibus & lamentis, & cooperi sub amoris & deuotionis pauimento conscientiæ tuæ in sindone & castitate mentis: ac sudario & labore pœnitentiæ, & sedebis ibi iuxta eum ad monumētum, donec uideas ipsum à mortuis resurgentem. Quęso ne mortuum pro te dilectum reiicias: sed totis desiderijs in sepulchro cordis recipias: stringas candidissimis cogitationum & purissimis affectionum lintheaminibus, roseas speciosissimas, amorosissimas eius plagas: do nec te ducat in resurrectionis suæ lætitiam mirabilibus dotibus decoratam, & in ascensionis suæ excellentiam super omnes cœli ordines eleuatam. Et nota, quòd licet in hac sepultura Christus nihil passus fuerit, quia mortuus: tamen hoc factum in se miserabile fuit & lamentabile: propter rationes & causas supra circa depositionem Domini de cruce tactas. Ex isto articulo sepulturæ trahuntur plura documenta. Primum est (secundum Theophilum) quòd nos simus imitatores Ioseph, in hoc quòd quando corpus Christi susceptum fuerit à nobis, & inuolutum: tunc

Beda in ca. 15. Marci.

Maria & cæterarum constantia.

Hieronym. in cap. 27. Matthæi. Rabanus ibidem.

Vespera sabbati nō lecta.

Oratio ecclesię in parasceue.

Psal. 129. Ecclesiarū & altariū uisitandorū causa.

Mulierum circa sepulturam deuotio.

Chrysolit. hom. 89. in Matthæū.

Sepultura lamentabilis. Documenta.

Theophil. in cap. 23. Marci.

debemus

debemus ipsum ponere in monumento nouo excisо in petra: id est in mente nostra. Dei imagine insignita: renouata & firmata in Christo, qui est petra. ut dicat illud Canticorum, *Tenui eum, nec dimittam*: Secundum est, quòd sicut Dominus passus, mortuus, & sepultus, lamentatus fuit: sic & nos lamentari eum debemus, per compassionem & ueram compunctionē. Tertium est, quòd sicut Christus sepultus custoditus fuit: sic & nos eum in mente nostra sepultum firmiter custodire debemus: ne latrunculi, id est dęmones sepulchrum cordis nostri subintrent, & furentur nobis Iesum. Quartum est, quòd & nos qui spiritualiter mortui sumus peccatis, consepeliamur etiā cum Christo: ita ut abscondamur & quiescamus à peccatis: sic quòd uetus homo in nobis amplius non resurgat. Vnde Apostolus, *Consepulti*, inquit, *sumus cum Christo per baptismum in mortem*: ubi Glo. Christus in persona ueteris hominis habebat membra confixa in cruce, ne ad priores actus mouerentur, à quibus etiam mortuus & sepultus quieuit humanis subtractus aspectibus: per hoc exigens à nobis ut membra nostra continentiæ & iustitiæ clauis confixa habeamus: ne ad priora mala redeamus: à quibus etiam ita perfectè quiescamus, ut nec eorum uisio, nec memoria habeatur. Et sic ueteri homine in nobis crucifixo, mortuo, & sepulto: ad bona resurgētes, in nouitate uitæ abluemus. Hæc in glosa. Ad conformandum se huic articulo, imaginetur homo quasi cor suum sit Christi sepulchrum: & inibi ipsum uenerabiliter recondat: recondi tum lamentabiliter defleat, & diligenter custodiat: ne ipsum amittat. Consepeliat seipsum in eodem sepulchro cum Iesu: & ruminet sensum documentorum, uel alias sicut Deus ministrabit. Iesu qui in monumētо sepeliri, lamentari, & custodiri uoluisti: da mihi te in corde meo spiritualiter sepelire, lamentari, & diligenter custodire: ut & ego tibi consepultus tecū merear ad resurrectionis gloriam peruenire: & qui positus in sepulchro à uisu hominum es segregatus in pace dormiens, absconde interim me seruum tuum in abscondito faciei tuæ, à conturbatione hominum: ut mundo mortuus tibi uiuens in te dormiam, & suauiter in te requiescam. Hic nunc uidendum est, qualiter debemus cum Christo sepeliri. Sepulchrum autem istud in quo debemus sepeliri, est ipsa religio, in qua ipse religiosus spiritualiter debet mundo mori & sepeliri. Assimilari autē debet religiosus mortuo & sepulto, quantum ad plura. Primò, quātum ad censum rerum: quia sicut mortuus & sepultus nihil propriū habet: sic & religiosus nihil proprium habere, sed omnia in communi diuidere debet. Secundò, quantum ad sensum carnis & motum: quia sicut mortuus priuatur sensu, nec sensibilibus gaudet: sic & religiosus debet esse mortuus quantum ad delectationes, quæ ad sensum carnis pertinent: & sicut mortuus, mouenti se non contradicit: sic & religiosus prælato, se regēti non debet contradicere: sed in omnibus obedire. Tertiò, quantum ad domicilium: quia sicut mortuus clauditur i sepulchro: sic & religiosus debet esse clausus in claustro: & sicut mortuus de monumento nō exit, nisi ad iussionem Dei: scilicet die iudicij: sic nec religiosus debet exire claustrum sine iussione prælati: & sicut mortuus non murmurat quando transfertur de monumento in monumentum, sic nec religiosus debet murmurare quando transfertur de monasterio ad monasterium. Quartò debet assimilari maximè morti Christi: in morte enim Christi anima fuit à carne separata: tamen anima & caro fuerunt djuinitati unitæ: sic in uero religioso anima debet esse separata à carne: ut scilicet carni non consentiat in aliquo carnali amore: anima tamen & caro Deo debent esse unitæ: anima, per amorem: caro, per incorruptionem: ut possit dicere cum propheta, *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum*. Sepulturā Christi olim filij Iacob præfigurauerunt: qui fratrem suū Ioseph in cisternam miserunt. Hanc etiam Ionas præfigurauit: quem proiectum de nau in mare cetus deuorauit. Ionas fuit per tres dies & noctes in ceto: ita Christus fuit usque ad triduum in monumento. Nūc recogita qualiter Dominus tuus septem horis prædictis pro te passus sit, & ausculta eum quasi te moneret & diceret: Cùm primo nocte surrexeris, ob reuerentiam illius amoris, quo me uinctum tradidi in manus malorum, & quo factus sum obediens usque ad mortem dispōnas in corde tuo obedire uelle ad omnia quæ tibi iniunguntur. Circa primam, ob reuerentiam humiliatis qua corāindigno iudice uelut agnus mansuetus steti: subijcias te omni creaturæ propter me, & ad quæque uilia opera sis paratus. Ad tertiam, ob amorem quo ego contemptus, consputus, & opprobrio saturatus fui: teipsum contemnas & uilipendas, & opprobria sustineas. Ad sextam crucifigas tibi mundum, teq; mundo: cogitans qualiter ego omniū creator pro amore tuo crucifixus sum: & ideo omnia delectabilia mundi sint tibi quasi crux amara. Ad nonam, moriaris mundo & omni creaturæ: scilicet ut amara mors intantum corde tuo dulcescat, ut omnis creatura despiat. Circa uesperam, qua de cruce depositus sum, recolas in gaudio qualiter post mortem & omnes labores tuos fœlici requie pausabis in sinu meo. Ad completoriū, memor sis unionis illius qua spiritus unus mecum effectus, meipso in summa experiētia perfrueris: quæ unio hic in uia incipit per voluntatis meæ & tuæ concordiam in omnibus, tam ad uersis quàm prosperis, & in futuro complebitur per æternam gloriam in cœlis. Appropinquante autē nocte, dicit Ioannes Dominæ quòd eis expedit recedere, quia non est conueniens ibi morari, uel de nocte ad ciuitatem redire. Tunc domina prout potest surgit, & ad monumentum genuflectit, & ipsum amplectitur ac benedicit. Nam cruciata gemitibus, fatigata doloribus, afflicta ploratibus, nequibat stare pedibus. Tamen sicut poterat mulieribus sanctis adiuta, cunctis plorantibus simul cum ea, cœpit recedere. Cùm autem uenerunt ad crucem, ibi ipsa genuflexit & crucem adorauit. Similiter & omnes fecerunt. Cogitare nanque potes, quòd ipsa fuit prima quæ crucem adorauit, sicut & prima quæ filium natum adorauit. Hæc autem sancta crux post passionem & resurrectionem Domini per Iudæos, cum crucibus latronum, sub monte Caluariæ profundè sub terra abscondita fuit, ubi ducentis annis & amplius usque ad tempora Constantini & Helenæ latuit: sed Helena in lapide plusquam uiginti passibus fodiens, ipsas tres cruces inuenit, quibus sublatis crucem Domini ab alijs signo resurrectionis mortui probauit & discreuit. Ipse autem locus in quo crux inuenta est, distat à loco Caluariæ decem pedibus uersus Orientem descendendo, ubi in ecclesia quæ continet montem Caluariæ, est scripta profunda, inferior pauimento quadraginta gradibus, uel circa: & sunt ibi quatuor colūnæ, quæ dicuntur mortem Domini fleuisse. Deinde recedunt uersus ciuitatem & per uiam sæpe domina se uertebat retrò, aspiciens per compassionem. Intrā tibus autem illis ciuitatem, multi uidentes dominam, moti

Cant. 3.

Psal. 12. Sepultura figura.

Gene. 37. Ioua 2. & 3. Memoria septem horarū dominicarum.

Crucē prima adorauit Maria. Crucis abscessio.

Crucis abscessa locus.

Universidad de Deusto Biblioteca

moti pietate super illius dolore ad luctum conuertebantur amarum:& concurrunt undique bonæ matronæ,& uirgines ambulantes post ipsam, & associantes eam per uiam,& consolantes, ac etiam lamentantes eam.Sed & boni homines,per quos transibat, compatiebantur eidem & mouebantur ad fletum. Vndique fit ploratus magnus & luctus. Nam dolor eius multos faciebat dolentes.Vix lachrymas cõtinere poterant,quicunque eam plorantem uidebant.Fiebat luctus quocunque transibat Maria:plorabat ipsa,plorabant & omnes ambulantes cum ea, plorabant & multi uenientes obuiam ei.Sic utique deducitur à plorantibus plorans,quousque peruentum est ad domũ Ioannis.Cùm autem uenerũt ad domum, tunc ipsa uertẽs se uersus dominas illas,inclinauit se agens gratias. Illæ uerò inclinantes se eidem ualedixerunt, & cum lachrymis recesserunt. Intrauit ergo domina domũ: ibi resedit,ibi permansit: & eam Ioannes in sua cura & custodia retinuit:ac super propriam matrem omni corde amauit. Flebat & plangebat ualde cum Ioanne,& Magdalena, & sororibus suis. Soluebat dolori amaras lachrymas, filij sui mortem nimis amaram in corde suo recolens:ac passionis loca, & cuncta quæ passus fuerat in animo uoluens, Tandem Ioãnes hortando quòd desisteret,cõsolatus est eam,ut poterat. Tu quoque experiaris uires tuas,si scires eam consolari:& confortare,quòd parum comedere,& alios comedere faceret: quia adhuc ieiuni sunt,& refectione indigent: ac eis parare, & ministrare coneris: & postea benedictione ab ea,& alijs singulis accepta recedere poteris.Hic nota quòd hodie,scilicet die parasceues, non consecratur hostia: quia uera hostia hodie est oblata. In hac etiam sexta feria, in qua passus est Christus, multa sunt facta diuersis annis & uicibus: de quibus sunt isti uersus.

Sextę ferię insignia.

Salue festa dies: quæ vulnera nostra coërces.
Angelus est missus: est passus & in cruce Christus:
Est Adam factus: & eodem tempore lapsus.
Ob meritum decimæ, cadit Abel frater ab ense.
Offert Melchisedech: Isaac supponitur aris.
Est decollatus Christi baptista Ioannes.
Et Petrus ereptus: Iacobus sub Herode peremptus.

Tædet iam audire, & recitare Iudæorum blasphemias: *Altera enim die, quæ est post parasceuem,* iam incepta:scilicet cùm iam sexta feria transisset,& sero facto post solis occasum sabbatũ iam intrasset: *conueniunt iterum sacerdotes & pharisæi ad Pilatum,dicentes: Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc uiuens, post tres dies resurgam.* Quod dicunt illi ex inuidia est: quæ etiam proprium nomen non patitur:& dicẽtes, seductor:hoc quod ipsimet erant Domine imponũt. Non sufficit seductoribus scelus mortis: nisi & post lacerent famam eius.Est autem seductio duplex: scilicet bona & mala. Prima,est seductio sanctitatis: scilicet à falsitate in ueritatem:de qua dicit Hieremias. *Seduxisti me Domine: & seductus sum.* Alia est seductio peruersitatis: scilicet à ueritate in falsitatem: & hanc imponunt Iudæi Christo:Vnde Hieronymus, Principes autem sacerdotum,licet immensum facinus in nece Domini perpetrauerint:tamen non sufficit eis,nisi etiam post mortẽ eius conceptæ nequitiæ uirus exerceant,famam eius lacerantes:& quem innocentẽ sciebant,seductorem uocant.Sicut autem Caiphas ignorans ante prophetauerat, dicens: expedit unum hominem mori pro populo,& non tota gens pereat: sic & modo: seductor enim erat Christus, non à ueritate in errorem mittens: sed à falsitate ad ueritatem, à

Iudæorum blasphemia & peruersitas. Proprij nominis expressio. Seductio duplex.

Hiere. 20.

Hierony. in cap. 27. Matthæi.

Seductor bonus Christus.

uitijs ad uirtutes,à morte ad uitam ducens. Hæc Hieronymus. *Iube ergo custodiri sepulchrum,ne discipuli furentur eum,& dicant alijs quòd surrexit a mortuis.* Stulti custodiam petunt:quasi in sepulchro teneri ualeat, qui ubique est,& omnia continet. Vbi Ambrosius: Quanta malitia sacerdotum, qui non tantum magistro, sed etiam discipulis detrahunt. *& erit nouissimus error peior priore.* Vbi Rabanus: In hoc autem ignoranter uerum dicunt:peior enim fuit contemptus pœnitentiæ in Iudæis, quàm error ignorantiæ. Peior erat infidelitas resurrectionis, quàm crudelitas passionis.Confitentur ergo planè quòd prius fuit error in nece Domini.Vbi & Chrysosto. Vide autem qualiter etiam nolentes concertant ad demonstrandam ueritatem. Irrefragabilis enim demonstratio resurrectionis facta est per ea quæ prætenderunt. Quia enim custoditum est sepulchrum: nulla fraus facta est.Si autem fraus facta non est: manifestè & irrefragabiliter Dominus surrexit. Hæc Chrysosto. Pilatus uerò iam fatigatus dixit eis, *Habetis custodiam*: id est,do uobis licentiam ponendi custodes, & concedo quòd accipiatis milites ad custodiendum eum pro uestra uoluntate. *Ite & custodite sicut scitis*: quasi diceret,Si debet resurgere,male poteritis custodire: quàm impius & fatuus erat Pilatus, qui sicut Christum permisit occidi, ita & custodiri: eum morti adiudicauit,eis etiam custodes dedit. Vadunt illi, & uenientes illud primò corpus eius inspiciunt, & eum qui author uitæ claruerat, in inferni claustris retentum se deprehendisse lætantes,sepulchrum muniunt: milites armatos custodes ponunt: lapidem qui erat in ostio monumenti, unde accessus in sepulchrum erat,sigillo præsidis,ac etiam sigillis suis signant: ne aliquis sine scitu eorum ingredi possit, & diligenter omnia faciunt.Et in hoc apparet malitia eorum:quia etiam in custodibus non confidunt:sed insuper sigilla apponunt. Hoc autem totum Dominus uoluit fieri,propter maiorem certitudinem resurrectionis suę, ut & ipsi quamuis nolentes,sibi tamen testes sint Dominum resurrexisse:& nullo modo sic positum furari potuisse. Non est enim consilium nec sapientia, nec fortitudo contra Dominum.Et rectè in tali loco Dominus sepulturam suam elegit,ubi nulla possibilitas fodiendi esset: quatenus omnem occasionem calumniandi Iudæis auferret: ne forte si in maceria circunclusus esset,uel quolibet pariete: dicerent ipsi discipulos illius furatos eum fuisse. Vnde & Hieronymus.Non suffecerat principibus sacerdotum,& scribis, & pharisæis crucifixisse Dominum saluatorem: nisi sepulchrum custodirent, cohortem acciperent, & signarent lapidem: & (quantum in illis est) manum opponerent resurgenti:ut diligentia eorum nostræ fidei proficeret Quanto enim diligentius seruatur: tanto magis resurgentis uirtus ostenditur: unde & Chrysosto. Et in durissimo lapide fuerat excisum, & grandis lapis positus est ad ostium, & custodia ponitur militum in circuitu: ut quanto fortius seruatur ne furari posset: tanto magis uirtus Dei appareat cum resurrexerit. Si enim sepulchrum fuisset in terra, dicere poterant. Suffoderunt terram,& furati sunt eum. Si fuisset lapis paruulus positus, dicere poterant,Paruulus lapis fuit,& dormentibus nobis tulerunt eum. Et iterum, Diligentia scribarum prodest fidei nostræ. Seruate pharisæi,seruate: Deus includi non potest, Deus in sepulchro teneri non potest: qui fecit cœlum & terram, cuius in pugillo terra est & cœlum, qui appendit mundum in tribus

Ambrosius in cap. 23. Lucæ. Rabanus in cap. 27. Matth.

Chrysosto. hom. 90. in Matthæi.

Sigillorum signatio.

Sepulchri soliditas calumniam pellit.

Hierony. in cap 27. Matthæi.

Chrysosto. hom. 89. in Matth.

bus digitis. Qui ergo appendit mundum,uno sepulchro nõ potest cõtineri.unde etiam Hilarius:Metus furandi corporis,& sepulchri custodia atq; obsignatio,stultitiæ atque infidelitatis testimonium est, cũ prius præcepto Domini conspexissent de sepulchro mortuum suscitatum.Pilatus autem prædictus,post modum in multis apud Tiberium Cæsarem à Iudæis accusatus:deportatus est in exilium Lugdunum,unde erat oriundus.Herodes uerò,qui consensit Pilato in nece Domini:deportatus est in exilium Viennam, & mortuus est ibi.

Hilarius canone 33. in Matth. Pilati exilium, mors, & patria: item Herodis.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui hora completorij aromatibus ungi & condiri, ac sindone & alijs lintheis inuolui, & ligari matre quoque tua & alijs amicis tuis lamentantibus ad sepeliendum portari & sepeliri uoluisti, da mihi, quæso,ut te aromatibus ungam per feruentem deuotionem, & bonam conuersationem:sindone & lintheaminibus te inuoluam, per mundam affectionem, & conscientiæ puritatem,lamẽter te lachrymis pœnitẽtiæ & cõpassionis,portẽq; brachiis charitatiuæ & humilis operationis: & sepeliã te in corde meo,per iugem recordationem,& memoriam ut,et ego tibi consepultus peruenire tecum merear ad resurrectionis gloriam. Amen.*

Epilogus dominicæ passionis, & de laude crucis. Cap. LXVII.



CONSIDERA nunc quæ pro salute hominis omni tempore, & specialiter hodie passus est Dominus:ut inde aduertas quãtũ sibi debeat quilibet Christianus: hæc enim quæ pro nobis passus est,super omnia quę operatus est,ualde amabilem eum nobis reddunt:& nos ad eum amandam fortius astringunt. Vnde Bernardus, Valde oĩno mihi amãdus est,per quẽ sum;viuo, & sapio. Pro his ergo ita sum amans te quantum possum.Sed est quod me plus mouet,plus urget,plus accẽdit.Super omnia(inquam) reddit amabilem te mihi,bone Iesu,calix quem bibisti,opus nostræ redemptionis:hoc omnino amorem nostrum facilè uẽdicat totum sibi.Hoc,inquam,est quod nostram deuotionem & blãdius allicit,& iustius exigit,& arctius stringit,& afficit uehementius.Multum quippe laborauit in eo saluator: nec in omni mundi fabrica tantum fatigationis author assumpsit.Ille deniq; dixit & facta sunt:mandauit & creata sunt. At uerò hic & in dictis suis sustinuit cõtradictores:& in factis,obseruatores: & in tormẽtis illusores,& in morte,exprobratores.Et iterum,Memẽto iam homo,etsi de nihilo te factum: non tñ de nihilo te redemptum. Sex diebus condidit oĩa,& te inter omnia. At uerò per totos triginta annos operatus est salutẽ tuam in medio terræ.O quantum laborauit sustinẽs?Hæc Bernardus. Vnde & Ambrosius, Plus itaq; mihi contulit Deus redimẽdo, q̃ creando.Creando quippe me mihi dedit:redimendo aũt, & seipsum dedit, & me mihi reddidit.Itaq; si me totum illi debeo pro me facto:quid iam addam pro me refecto?Nõ enim tam facilè sum refectus, quàm factus.Siquidẽ de omni quod factum est dixit & facta sunt.In me autẽ reficiendo: & dixit multa,& gessit mira, & pertulit dura,nec tantum dura:sed etiam indigna.Hæc Ambrosius. Non est aũt æstimãdum ꝙ passionis suæ pœna, in eius solum captione & traditione fuerit inchoata:sed potius ab instanti suæ conceptionis usq; ad mortẽ eius durauit. Cùm.n.mortẽ suam acerbissimam,quã pro salute nostra pati uoluit firmissimè præsciret: & eam futuram infallibiliter cognosceret:oportuit ꝙ in qualibet hora pro ea naturaliter doleret præsertim cùm cogitaret tantam mortis acerbitatem,& tantam doloris generalitatẽ: quæ per totum corpus & omnia membra corporis,& per omnes uires inferiores animæ diffundi debebat. Multa uerò de his Dominus passus est pro nobis,quæ colligi possunt ex uerbis Augustini, dicentis: Attende & intellige anima mea,tẽpus beatissimæ passionis. Passus est Iesus meus, amor meus, dulcedo mea,spes mea,beatitudo mea,consolatio mea,& in omni tẽpore,in toto corpore,& in oĩ suo opere.In tẽpore infantiæ,angustias uteri,paupertatẽ,asperitatẽ,& humilitatẽ præsepii,persecutionem aduersarii,fugam Aegypti. In tempore adolescẽtiæ,disputationẽ præcipitationẽ. In tempore iuuentutis,amarissimam & turpissimam passionẽ.Passus est ẽt in toto corpore:in oculis,effusionem lachrymarum:in auribus,auditum contumeliarum & blasphemiarum in genis,molestiam alaparum:in naribus fœtorem sputi:in ore,amaritudinem aceti & fellis:in manibus, uincula:& in pedibus afflictionem plagarum:in toto corpore flagellationẽ. Et in opere detraxerunt prædicationi, cõuersationi,miraculorum operationi. Traditur & ligatur iustus & innocens,sicut agnus ad sacrificium,& sicut latro ad suspendium:& tamen non quærit uindictã,non ostẽdit impatientiam, immo arguit Petrum amputantem auriculam, cùm posset obtinere à patre legionẽ angelicam duodenam.Ligatur ergo sicut latro, accusatur ut latro,condemnatur ut latro, expellitur ut latro, plectitur inter latrones, ut princeps latronum. Ligaris Domine, ut soluas uincula peccatorum, ut dissoluas colligationes impietatis,& fasciculos deprimẽtes Pungeris bone Iesu spinis,clauis,& lancea, vt sit in nobis recta intentio,discreta operatio,manifesta dilectio.Flagellaris,ut à me flagella tuę iracundiæ propulsares. Vulneratus es Domine Iesu propter peccata nostra,attritus propter scelera nostra:ut sint plagæ tuæ nostrorum uulnerum efficax medicina. Tempus etiam,dulcis Iesu,tuam aggrauat Passionẽ. Passus enim es tempore nocturno,diurno,frigido, æstiuo.In matutinis castigatus,in mane accusatus,in tertia acclamatus,in sexta condẽnatus, in nona cũ clamore & lachrymis expirasti. Plange igitur & dole, & satage anima mea, & deducant oculi tui lachrymas, & non taceat pupilla oculi tui super fratrem

Bernardus sermo. 20. in cantica.

Idẽ sermo. 2. de uerbis Aposto.

Ambrosius Redemptionis beneficium maius est, quàm creationis.

Passus est Christus in omni ætate.

Passus est Christus in omni membro.

Passus toto tempore.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuum decorum nimis, & amabilem super amorem mulierum, qui uestiuit te coccino, & præbuit tuo cultui ornamenta. Dolebis enim si consideras lachrymas mulierum, lachrymas piscatoris lachrymas insensibilium: si uideas obtenebrationem solis, ut eclaret membra Domini patientis: terræmotum, concussionem lapidum, resurrectionem corporum, apertionē monumentorum, & uelum dissolutum, lachrymas patientis, & lachrymas genitricis. Dolet enim beata uirgo mater de proditione & captione, de condemnatione, de crucifixione: potissime in commendatione & depositione. Locus etiam tuam, bone Iesu, aggrauat passionem. Passus est enim Dominus Iesu in præsepio, in deserto, in templo, in hospitio, in itinere, in horto, in atrio, i prætorio, in loco crucifixionis. In præsepio, indigentiam: in deserto, pugnam: in templo, resistentiā: in hospitio obseruationem detentoriam: in itinere, fatigationem & molestiam: in horto, sudorem sanguinis: uerbum & osculum proditoris: uexationem corporis: comprehensionem & ligationem cohortis. In atrio: in terrogationem, alaparum afflictionem, trinam inegationem, accusationem: in faciem conspuunt, colaphis cædūt, in faciem palmis percutiunt: insultando & illudendo prophetam eum dicitur. In prætorio iniquitatem testium, & accusationem infidelium: amarissimum flagellum, iniquum iudicium, illusionem persequētium. Et uide peruersitatem nimiam, iniquitatē maximam. Iudicatur iudex, deridetur rex, cruciatur pōtifex. Vide iniquum iudicium, ex parte testium: quia nō conueniunt ex parte rei, quia accusatur innocēs. Defecit etiā in isto iudicio rectitudo animi: sciebat enim quòd per inuidiā tradidissent eū. Defuit etiam iusta causa: quia non culpa propria, sed aliena, iustus ordo: quia capitur & ligatur ante sententiam. Admittit Pilatus accusationem falsam: condemnat innocentem ad crucis ignominiam. Erubesce Pilate iudex inique. Quomodo uinceris, superaris, subuerteris, seduceris? qui prius eum eripere conabaris iure communi, consuetudine loci, flagello corpori. Erubescite in fideles, perfidi Iudæi: qui magistrum uestrum, Dominum uestrum crucifigitis & percutitis. Plectitur in loco crucifixorio: patitur namque Dei filius, amor æternus, syncerus, dulcis & suauis: in mulieribus plāgentibus, in Iudæis infidelibus, in latrone blasphemāte, in populo acclamante, in matre lachrymante. Attende etiā & intellige anima mea genus mortis suæ. Illud enim genus mortis fuit turpissimum, uilissimum, amarissimum, acerbissimum. Spoliatur enim uestibus, expellitur à ciuibus, cruciatur cum latronibus, illuditur à militibus. Illuditur in domo Herodis, in ueste candida: in domo principis colaphis, sputis, & alapa: in prætorio iudicis, in ueste purpurea, in corona spinea, in salutatione, in genuflectione irrisoria, in cathedra crucis, in titulo, in consortio, in multiplici opprobrio. Fuit etiam amarissimum: si consideres causalitatem generalitatem, diuturnitatem, & acerbitatem. Causa enim non est tua, sed mea, Domine Iesu, tu enim solus fuisti absque macula. Passus es generaliter. Vt uideas igitur anima mea generalitatem hanc. Vide lectum sponsi: non est floridus, non est aureus uel argenteus, sed durissimus: nescit enim stramina, deest culcitra, lintheamina, coopertoria puluinaria. Vide titulum famosum, tripliciter à Pilato conscriptum: considera cibum eius & potum: comitatum eius, scilicet mulierum & latronum: uerba & uerbera, uincula & flagella, coronam & lanceam. Passus est etiam in omnibus partibus corporis, ut misericordia redemptoris, amoueret gransgressus præuaricationis. Acerbitatem etiam habet, bone Iesu, passio tua: & propter innocentiam, ex parte tui: excæcationem & ingratitudinem ex parte populi: & propter complexionem, ex parte corporis: compassionem, ex parte matris, & tui dilecti collegij: & quia pateris in partibus magis passibilibus & sensitiuis: quod accidit propter raritatem & teneritudinem, carnium, multitudinem ossium, & collectionem neruorum. Pateris igitur Domine Deus meus, dux meus, & notus meus: in latere, manibus, & pedibus, ut accelerares homini originalis, actualis, & uenialis criminis medicinam. Dedisti etenim, Domine Iesu Christe, sanguinem tuum in precium redemptionis, & in potum fidelibus inebriationis, in lauachrum coinquinationis, in antidotum curationis, in scutum præsentis impugnationis. Fuit igitur, bone Iesu, lectus tuus durissimus, cibus & potus amarissimus, crucia tus & singularis & acerbissimus, nec reuocat te, nec retrahit tenerrimus amor matris, aut timor turpissimæ mortis: non pudor spoliati corporis; non dolor singularis, aut fallacia sponsionis, quia indutus es ueste nuptiali, instructus lege legali, armatus armatura spirituali. Egredere igitur filia Sion, & uide gloriā Salomonis in equitatura: in rainis, in uestibus & laudibus. Quomodo igitur emarcuit tam citò flos gloriæ tuæ, umbra honoris tui? nimirum conuertunt honorem in opprobrium, dulcedinem absinthium. Portas etenim crucem in humeris, spoliaris uestibus tuis, cruciaris flagellis, satiaris opprobriis de urbe ex pelleris. Vide nostri sapientiam Salomonis, à parte temporis: passus est etenim sexta feria hora sexta: ut hominem lapsum sexta hora & die, per mortem suam repararet à parte medii: hoc enim opus nostræ salutis ordo depoposcerat. Vide & patienti ā ipse etenim tanquam agnus, qui portatur ad uictimā: & sicut ouis ad occisionā ductus est. Vide eius humilitatem: quia damnatur cū latronibus. Vide charitatem: quia indulget crucifigētibus. Vide & paupertatē pauper. n. fuit & in laboribus. Paupertatē tuā ostēdit mihi, pauper Iesu, mater tua, familia tua domus tua: domus (inquā) præsepij, cę naculi, patibuli & tumuli, in equitatura asinæ & pulli. Vbi sunt insignia tua, rex regnum, princeps pastorū? ubi est equitatura tua, uestis purpurea, palatium, sceptrum, solium, & diadema regni? ubi sunt ornamenta tua, sacerdos in æternum, & pontifex futurorum bonorū? ubi sunt preciosa, annulus & gemma, baculus & cappa serica, chirothecæ & sandalia? ubi sunt arma bellica fortis armate, & miles noue? Non defuit tibi in gloria alapa uestis alba, & purpurea: non defuit pugna: superasti latronem & mortem: spoliasti infernū omnia spoliantem: infunda uinculorum, in lapidibus quinque uulnerum, in baculo crucis. Vnde sunt codices tui, magister optime? liber tuus, corpus tuū, scriptus intus & foris, scriptus spinis & clauis, illuminatus unda sanguinis ligatus uinculis, signatus clauis. Attende & huius mortis diuturnitatem, & præpositiones acerbitatum: & pone super caput tuum, sicut signaculum: inter ubera tua, sicut fasciculum: sicut antidotum contra omnem morbum. Ascende super palmam crucis: per compassionem, meditationem, imitationem, ut apprehendas dulcissimos fructus eius. Vade ergo ò anima ad montem mirrhæ, & considera altitudinem paupertatis, latitudinem charitatis, longitudinem acerbitatis, amaritudinem &

Acerbitas passionis.

Virtutes Christi.

Insignia regalia.

Mortis diuturnitas.

Edulium anima.

Peruersio rerum.

Mortis genus turpissimum.

Lectus sponsi, crux.

& dolorem mortis: & affer ramum uirentis oliuę ad arcam tuæ conscientiæ. Accipe etiam columba mea granum frumenti, seminatum in incarnatione, in terra uirginis gloriosæ: præcisum in circuncisione: excussum & flagellatum in passione, candidum in mente, rubicundum in corpore, diuisum in latere, multiplicatum in morte, reconditum in horreo in ascēsione. Hoc sit tuum edulium, pulmentum, & uiaticum. Si autem fastidit appetitus, si lassescat interior gustus: adhibe agnum immaculatum, adiunge & piscem assatum in craticula crucis. Reuera bone Iesu agnus es, & propter medicinam tuam patientiam, & innocentiam atque notitiam: agnoscis quippè matrem tuam in patibulo, uirginem uirgini, euangelistam euangelistæ commendas. Si autē amplius desideret gustus tuus: si non quiescit appetitus, fac pulmentum de pisce assato, ut comedas. Piscis assatus, Christus passus est: nutritus in aquis tribulationis, apertus in latere, exquamatus in expoliatione, sallitus in sputorū multiplicatione, assatus in cruce. Huius felle piscis inunge oculos tuos, ut uideas si est dolor sicut dolor eius. Si contingat plerunque stare in acie, accipe scutum militiæ, ue xillum uictoriæ, arcum gloriæ. Scutum hoc, quod miles contra hostes debet accipere, propter figuram, picturam, efficaciam & materiam, crux Domini arbor salutifera est. Huius scuti cornua, in manibus crucifixi. Tria enim cornua tua exuperant prælia. Cornua enim paupertatis, superat auaritiæ prælium: cornu humilitatis, pugnam superbiæ: sed cornu aduersitatis, lasciuiam uoluptatis. Istud scutum fuit rubricatum & picturatum sanguine ueri agni: istud scutum fuit perforatum lancea, clauis, & spina. Si autem nondum bene uales resistere, uide arcum, & benedicqui fecit illum. Iste arcus habet chordam ex corpore, lignum ex cruce. Iste arcus percussit latronem, mortem, & uulnerauit hostem serpentem antiquum. Sed ne inermis & imparatus appareas, præcedat uexillum regis, crux: ostendatur sanguis Christi militibus, ut in prælium acuantur, & non formidabitur fortis armatus. Si insurgat flatus elationis, uentus tribulationis, naufragium suggestionis: ascende in nauiculam sanctæ crucis, bonis omnibus refertam, in dextro latere perforatam, ab hostibus uiolenter detractam, cātena uinculorum ligatam. In hac inuenies filium dormientem, uentis imperantem, & omnino naufragium propulsantem. Per hanc fugabis periculum, & appropinquabis ad portum optimum. Ipsa enim crux sancta, est lignum exiguum: per quod factum est iudicium ueritatis. Si sit tibi clausa ianua paradisi, adhibe tibi baculum sanctæ crucis, & pulsa, & aperietur tibi. Si autem ostium clausum est, & iam dormiunt pueri in cubili, & non habes quod ponas ante amicum tuum: accede ad arcam sanctæ crucis, ut inde tres panes accipias, quos apponas hospiti recumbenti: panem humilitatis maximæ, panem patientiæ, panem charitatis affluentissimæ. Si non potes tibi thesaurum sapiētiæ aperire, adhibe clauem Dauid, quæ aperit, & nemo claudit. Si grauat longitudo itineris, & concidit uultus tuus, & desperas de uiribus: accipe uirgam & baculum sanctæ crucis, quo Iordanem transeas huius mūdi: & uiaticum ligni uitæ, ne in uia deficias aut torpescas. Si uiator es in solitudine huius mundi, & serpentes igniti contra te morsum & mortem intentāt, aspice serpentem æneum positum supra palum, ne antiqui serpentis uirus inficiat aut irrepat. Si spiritus malus quenquam accipiat: arripiat citharam sanctæ crucis, & refocillabitur, leuiusque habebit. Si inua luerit ægritudo, aut infirmitas spiritualis: adhibe tibi huius precioſi sanguinis medicinam. Si desperas ex meritis, & uideas tua opera nequaquam tibi sufficere de statera crucis, accipe decorem precium animarū. Et accipe in ara crucis hostiam immaculatam, conscientiam ab operibus mortuis emundantem. Denique crux sancta & benedicta est in Christi corpore dedicata, & ex membris eius tanquam margaritis ornata, decorata regis purpura: quæ meruit Christi mēbra tangere: quæ sola digna fuit regem cœlorum & Dominum sustinere. Hæc Augustinus. Vnde beatus Andreas ductus ad crucem, & uidens eam, prorupit in laudem crucis, & salutauit dicens: Salue crux, quæ in corpore Christi dedicata es, & ex membris eius tā quam margaritis ornata: antequam in te ascenderet Dominus timorem terrenum habuisti, modo uerò amorem cœlestem obtines: pro uoto susciperis: securus ergo & gaudens uenio ad te: ita ut & tu exultans suscipias me discipulum eius qui pependit in te: quia amator tuus semper fui, & desideraui amplecti te. O bona crux, quæ decorem & pulchritudinem de membris Domini suscepisti, diu desiderata, solicitudine amata, sine intermissione quæsita, & iam concupiscēti animo præparata: accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo, ut per te me recipiat, qui per te me redemit. De laude etiā crucis sic dicit Chrysostomus. Si nosse desideras (charissime) uirtutem crucis, & quanta sit, ut possum ad eius laudem dicere. Audi Crux nobis totius beatitudinis causa est. Hæc nos à cæcitate liberauit erroris. Hæc è tenebris reddidit luci. Hæc debellatos quieti sociauit. Hæc alienatos Deo coniunxit, & longè constitutos proximos præsentauit. Hæc peregrinos ciues ostendit. Hæc discordiæ amputatio est. Hæc pacis firmamentum. Hæc omniū bonorum operum largitio. Crux est clauis paradisi, crux spes Christianorum, crux resurrectio mortuorum, crux cæcorum dux, crux errantium uia, crux claudorum baculus, crux consolatio pauperum, crux refrenatio diuitum, crux destructio superborū, crux malè uiuentium pœna, crux aduersus dæmones uictoria, crux deuictio diaboli, crux adolescentium pędagogus, crux sustentatio inopum, crux spes desperatorum, crux nauigantium gubernator, crux pericli tantium portus, crux obsessorum murus, crux pater orphanorum, crux defensor uiduarum, crux iustorū consiliarius, crux tribulatorum requies, crux paruulorum custos, crux uirorum caput, crux senum finis, crux lumen in tenebris sedentium, crux regum magnificentia, crux scutum perpetuum, crux insensatorum sapientia, crux libertas seruorum, crux imperitorum philosophia, crux Imperatorum lex, crux prophetarum præconizatio, crux annunciatio Apostolorum, crux martyrum gloriatio, crux monachorum abstinentia, crux uirginum castitas, crux gaudium sacerdotū, crux ecclesiæ fundamentū, crux orbis terræ tutela, crux tēplorum destructio, crux idolorum repulsio, crux scandalum Iudæorum, crux perditio impiorum, crux inualidorum uirtus, crux ægrotantium medicus, crux emundatio leprosorum, crux paralyticorum requies, crux esurientum panis, crux sitientium fons, crux mundorum protectio. Hæc Chrysostomus. Vnde & Rabanus, Quantos & quales fructus lignum sanctæ crucis germine suo proferat, dignum est commemorare. Cuius fructus æternus est, & radix perpetua. Cuius odor mundum replet, & sapor fideles satiat. Cuius solem splendor superat, & & cādor niuem obfuscat: cuius cacumen populū ex

Andreæ oratio ad crucem.

Chrysost. hom. de cruce & latrone 103.

Rabanus de laude crucis.

Crucis laus. Arma omnia in Christi cruce.

Crux aperit cœlum. Crux omnia confert indigenti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ced it: & cuius infimum inferna penetrat. Cuius infirmitas humillima exaltat. Cuius potentia exaltata humiliat. Omnium enim uirtutum iocunditas per ipsum & in ipso mundo collata est: quia in ipso rerũ perfectio completa est. In cruce insinuatur à morte redemptione, demonstratur sancta morum conuersatio, intimatus omnium uirtutum perfectio, promittitur ad æternam uitam resurrectio, æternæ beatitudinis speratur adeptio, & ueræ fœlicitatis acquisitio. O uerè bona, & uerè sancta crux Christi: quis te ritè totam enarrare potest, aut quis condige dignè laudare? Quæ cœlestium archanorum pia es reuelatrix. Quæ mysteriorum Dei sacra es conseruatrix, quæque sacramentorum Christi idonea es dispensatrix. In te angeli gaudia sua accumulata conspiciunt, in te homines iura salutis suæ cognoscunt, in te inferi iustam retributionem fraudis suæ recipiunt. Omnibus es æqua, omnibus bona, omnibus iusta: præterita renouas, præsentia illustras, futura præmonstras: perdita requiris, quæsita inuenis, inuenta custodis, lapsa restituis, restituta gradu munis, munita in uiã pacis dirigis. Tu quidẽ æterni regis es uictoria, & cœlestis militiæ lætitia, terrigenarumq; potentia: tu peccatorũ es remissio, pietatis exhibitio, & meritorum augmẽtatio. Tu infirmorum remedium, laborantium auxilium, & lassorum refrigerium: tu insanorum incolumitas: quietorum serenitas, & fortunatorum fœlicitas. Tu cura ægrotos medicans, tu gaudium mœstos consolans, tu sanitas dolentes lætificans, tu status credentium rectè, tu firmitas operantium bene, tu beatitudo perseuerãtium ritè. Sancta, pia, bona, iusta, benigna, rationabilis, laudabilis, uenerabilis, amabilis, fortis, suauis, mitis, sapiens, patiẽs, potens. Quicquid ergo corde dignè de redemptione nostra potest cogitari: uel quicquid ritè lingua loqui, omnia ad laudem tuam decentissimè possunt aptari. Quia quicquid in te laudatur, crucifixo in te Christo regi deputatur: & quicquid Christo honoris datur ad reuerentiã summi patris, cuius ipse unigenitus filius est, refertur. Et iterum: Grandis consolatio fidelium est spes sanctæ crucis, & materiam tribuit laudis: quia bonitatẽ nos facit scire creatoris. Crux Christi uia est iustorum, ascẽsus ad cœlum, rota de infimis ad superiora nos trahẽs, dux cœli, & ianua regni. Huius pars erecta, diuinum, & transuersa, commendat amorem fraternũ. Cuius amoris integritatem Christus nobis ostẽdit, ac suo exemplo nos instruxit, qui dilectam animam suam in cruce moriens pro amicis suis posuit, & nos idem facere docuit. Hunc amorẽ, ò deus semper laudabilis, tu pone in me, & timor noxius, atq; carnalis affectus procul recedãt à me, ut gloria sanctæ crucis aucta & multiplicata in uera ꝓmissione, dignaq; laude in æternum persistat: ipsaq; mihi carmine & amore uenerabilis: semper laus eius in ore meo, & in corde exultatio sempiterna permaneat: uos quoque precor cœlestes plebes angelorum, animasq; iustorum, qui in cõspectu diuinæ maiestatis ueraciter exultatis, ut sicut alleluia sine cessatione, & Amẽ Deo Christo in æternum cãtatis: ita quoque nostram sortem præcibus adiuuare studeatis, quatenus beatitudinem ueram quam tenetis iam perfectè tandẽ & nos per gratiam Christi mereamur accipere. Hæc Rabanus. unde & Cassiodorus: Crux est humilium inuicta tuitio superborum abiectio, uictoria Christi, perditio diaboli, infernorum destructio, cœlestium reformatio, mors infidelium, uita iustorum. Et, ut ait Hieronymus, Ligno hoc uehimur per mare undosum, ad terram uiuentium. De his etiã quę passus est Dominus, quasi concludẽdo cum gratiarum actione & oratione sic dicit Anselmus, Expergiscere nũc anima mea, excutere de puluere, & contemplare attẽtius uirum hunc memorabilem, quem ecce in speculo Euangelici sermonis, quasi præsentem intueris. Cognosce anima mea, cognosce. Hic est Dominus Iesus Christus, creator, & saluator tuus, unigenitus Dei filius: uerus Deus: uerus homo: qui solus sub sole sine macula inuentus est, & ecce quoniam cum sceleratis reputatus est, & quasi uir leprosus & nouissimus uirorum æstimatus, & tanquam abortiuum, quod proiicitur ab utero, & nemo curat, sic proiectus est ab utero matris suæ infœlicis synagogæ. Iste formosus præ filiis hominum, quasi deformis præ filiis hominũ factus. Siquidẽ uulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra, & factus est holocaustum suauissimi odoris in conspectu tuo pater æternæ gloriæ, ut auerteret indignationem tuã à nobis, & cõsedere sibi nos faceret in cœlestibus. Respice Domine sancte pater de sanctuario tuo, & de excelso cœlorũ habitaculo, & intuere hanc sacrosanctã hostiam, quam tibi offert magnus pontifex noster, sanctus puer tuus Dominus Iesus pro peccatis fratrum suorum, & esto placabilis super multitudinem malitiæ nostræ. Respice Domine in faciem Christi tui, qui tibi usque ad mortem obediẽs factus est, nec recedant ab oculis tuis cicatrices eius in perpetuum, ut memineris quantam pro peccatis nostris satisfactionem ab eo susceperis. Vtinam Domine appẽdas in statera peccata, quibus iram tuam meruimus, & calamitatem quam passus est pro nobis innocẽs filius tuus. Certè hæc grauior apparebit & magis digna, ut propter ipsam effundas misericordiã tuam super nos q̃ sint ista peccata, ut pro illis contineas in ira misericordias tuas. Gratias tibi Domine pater referat omnis lingua, super inenarrabili abundãtia pietatis tuæ, qui unico filio tuo nõ pepercisti, sed pro nobis illum tradidisti in mortẽ, ut tamen tanquàm fidelẽ aduocatum haberemus in cęlo corã te. Et tibi Domine Iesu, zelotes fortissime, quid gratiarũ, quid retributionis dignè tribuã ego puluis, & cinis, & uile figmentum? Quid.n. pro nostra salute facere debuisti, & non fecisti? Ab imo pedis, usque ad summum uerticis te totum in aquis passionis demersisti, ut me totum de illis extraheres. Nam & animam tuam in mortem per didisti, ut meam perditam mihi redderes. Et ecce me duplici debito obligasti. Nã & pro eo, quod dedisti, & pro eo quod mei causa perdidisti, debitor sum. Et pro anima mea quidẽ bis mihi à te data, semel in creatione, semel in redemptione: quid magis tibi iustè reddam quàm ipsam, non habeo. Pro tua autem preciosa anima ita tribulata, quid ab homine dignè repẽdi possit, non inuenio. Nam si cœlum & terram, & omnem ornatum eorum possem rependere, certè nec sic usque ad mensuram debiti ullatenus attingerem. Et si idipsum quod & debeo, & possibile mihi est tibi Domine retribuam, tuum Domine totũ est. Diligendus igitur mihi ex toto corde, tota anima, tota mente, & tua mihi sequenda uestigia, qui mori dignatus es pro me. Et quomodo fiet hoc in me, nisi ꝑ te? Adhęreat anima mea post te, quia tota uirtus eius pendet ex te. Et nunc Domine redemptor meus, te ut uerum Deum adoro, in te credo, in te spero, & quibus possum desideriis ad te suspiro. Adiuua imperfectionẽ meam. Ad tuæ passionis gloriosa insignia, in quibus salutem meam operatus es, me totũ inclino. Tuæ uictoriosæ crucis regale uexillũ in nomine tuo Christe adoro. Tuum spineum diadema, tuos rubentes sanguine clauos, tuo sacro lateri immersam lãceã, tua uulnera, tuũ sanguinem, tuam mortem, tuam sepulturam, tuam uictoriosam resurrectionem, & glorificationem Christe adoro supplex & glorifico, horum uiuifico odore spiritũ meum à peccati morte resuscita, horũ uirtute ab astutiis sathanæ me custodi, meq; conforta, ut & iugum mãdatorum tuorũ suaue mihi fiat, & onus crucis quod baiulare me iubes post te, humeris animæ meæ leue sit atque portabile. Quę enim fortitudo mea, ut iuxta præceptum tuum mundi pressuras tam multiplices inuicto animo sustineã? Sed audi quæso uocem meam, & inclina super seruũ tuum suauem crucem illam, quę lignum uitæ est his qui apprehẽderint illam. Istam inquam, diuinissimã crucẽ humeris meis impone, cuius latitudo est charitas super omnem creaturam se extendens, cuius lõgitudo æternitas, cuius sublimitas omnipotẽtia, cuius profundum inscrutabile est sapientia. Cõfige illi manus meas, & pedes meos, & totam passionis tuæ formam seruulo tuo imprime. Da obsecro mihi continere ab operibus carnis quæ odisti, & facere iustitiam quam dilexisti, & in utroque tuam quærere gloriam, & sinistram quidem meam, clauo temperãtiæ, dexteram uerò, clauo iustitię in illa sublimi cruce affixam arbitror. Da mẽti meæ iugiter meditari in lege tua, & deinde cogitatum iactare in te, & dexterum pedem meum eidem ligno uitæ clauis prudentiæ affigi. Da ut ministram spiritus mei sensualitatem non eneruet labentis uitæ infœlix fœlicitas, nec conturbet perennis uitæ præuia fœlix infœlicitas, & sinister quoque pes meus clauo fortitudinis in cruce tenebitur. Vt autem & spinarum tui capitis aliqua in me similitudo appareat, detur obsecro menti meæ, & salutis pœnitẽtiæ compunctio, & alienæ miseriæ compassio, & stimulus zeli æmulãtis illud quod rectum est coram te, & ad te conuertar in ærumna mea, dum triplex mihi configitur spina. Libet ut & spongiam per arundinẽ ori meo porrigas, & aceti amaritudinẽ gustui meo adhibeas, ut per scripturas tuas rationi meæ cõferas gustare & uidere, quoniam florens hic mundus tanquam spongia inanis est, & omnis concupiscẽtia eius aceto amarior. Ita pater ĩ me fiat ut calix iste aureus Babylonis inebrians omnem terram, nec inani splendore seducat, nec falsa dulcedine inebriet. Tuæ quoq; uiuificæ mortis Domine effigiẽ facies in me seruum tuũ, ut moriar quidẽ peccato secundùm carnẽ, uiuã aũt iustitiæ secundùm spiritum. Vt autem integram crucifixi imaginem portare me glorier, illius quoq; quod post mortem tuam insatiabilis malitia impiorum in te exercuit, hanc in me similitudinem exprime. Vulneret cor meum uiuus & efficax sermo tuus, penetrabilior omni lancea acutissima, & pertingens usque ad interiora animę meæ: producat ex ea tanquam à dextro latere meo uice sanguinis & aquæ amorem tuum Domine, & fratrum meorum. Postremò munda sindone primæ stolæ spiritum meum inuolue, in qua requiescam ingrediens ad te in locũ tabernaculi admirabilis, & abscondas me donec pertranseat furor tuus. Die autem tertio post diem laboris, post diem simplicis gloriæ, mane prima sabbati perpetuò inter filios tuos me indignissimum resuscita, ut in carne mea uideam claritatem tuam, & adimplear lætitia uultus tui. Hæc Anselmus. Imaginem itaque crucifixi secundùm modum præmissum, portans in te, ora & conare ut spiritus tuus inuoluatur munda sindone puritatis & innocentiæ, in qua absconsus à mundi uanitatibus sepeliaris in secreto mẽtis tuę, & ibi requiescas in meditatione passionis Dominicæ: mortuus quidem mundo, & uiuens Deo, & hoc apertè signatum est, ubi dicitur, quòd precio sanguinis Christi emptus est ager figuli, in sepulturam peregrinorum: ubi dicit Glosa, quòd sepultura Christi nihil est aliud quàm requies Christiani, & tũc cor tuum debet sigillari sigillo passionis Christi, & clausum teneri ac custodiri. Deinde sic sepultus in secreto mentis tuæ ab omnibus uanitatibus, gloriosum triduum mortis Christi peragas. Quorum primus dies, afflictionis & pœnitentię ut pro omnibus commissis uel omissis Deo uoluntariè satisfaciat. Secundus dies est quietionis & gratiæ, ut in solo Deo requiem mentis ponas, quia in eo solo pax inuenitur & tranquillitas. Tertius dies est præmiationis & gloriæ, ut eius coniunctionem & amplexum feruente desiderio iugiter concupiscas. Quibus transactis in mane prima sabbati, hoc est, in futura uita perpetua, inter filios & electos Dei gloriosè resusciteris, & in carne tua uideas gloriosam humanitatem Christi, in spiritu autem beatificè contempleris inęstimabilem claritatem Dei, & per hoc adimplearis perpetua lætitia uultus eius.

Cassiodorus de laude crucis.

Hieronym. in cap. 15. Marci.

Anselmus in speculo euangelici sermonis ca. 12. 14. 15. 16. & 17.

Passionis Christi meritum.

Gratiarũ actio, pro passionis beneficio.

Crux Domini, fortitudo nostra

Meditatio non optat passionis.

Triduum sepulturæ mysticæ.

ORATIO.

DOMINE Iesu Christe, qui pro redemptione mundi miserias & angustias, opprobria, & cõuitia, calumnias & iniurias, pœnas et afflictiones, passionem & mortem patienter ferre uoluisti: tu per hæc omnia quæ propter peccata nostra pertulisti, à peccatis omnibus & uitijs, ab omnibus huius seculi periculis, & infernalibus pœnis, à subitanea morte, & æterna me libera: & da mihi (obsecro te) omnia quæ pro me tolerasti non fugere, uel obliuisci: sed quæ oculis semper habere, & ardenter amplecti, ut laboris & doloris participem, etiam requiei & consolationis tuæ me uelis esse consortem. Amen.

De sabbato sancto. Cap. LXVIII.



MANE autem sabbati, stabãt simul in domo, ianuis clausis, domina & aliæ sociæ cum Ioanne, afflictæ & dolorosæ (tanquam orbatæ & plenæ mœrore) memorantes angustias tribulationis hesternæ. *Matth. 28*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sedebant simul, aspicientes se tantum adinuicem cũ lachrymis, sicut contingere solet magna pressura & calamitate grauatis. Successiuè autem ueniunt discipuli, plorantes & ipsi, tandem cessantes à fletu, loqui de Domino suo incipiunt, & cum lachrymis discipuli se redarguunt, quòd eum dereliquerunt. Et de his quæ fecerat Dominus Iesus cum eis, narrant adinuicem, modo unus, modo alius, & sic per ordinem. Intuere igitur eos diligenter, & eis compatere, quia in magna sunt afflictione. Quid enim est uidere quòd domina mundi, & principes ecclesiarum, & omniũ populorum, ducesque diuini exercitus, sic timorosi & afflicti stant in quadam domuncula recluſi, nescientes quid facere debeant, nisi quòd conferunt, & se confortant de uerbis & factis Domini suĩ? Domina tamen semper mente tranquilla, & pacata stabat: quia certissimam spem de resurrectione filii sui habebat, & in ea sola remansit fides ecclesiæ, in ipsa die sabbati, & propterea specialiter dies sabbati attribuitur ei. Et ideo aliis luminaribus extinctis, una candela in tenebris seruatur accensa, quia lumen fidei in sola remansit uirgine Maria. Vnde Augustin. Quem genuit uirgo, iniustè mori dolebat, sperans autem & firmiter credens ipsum, secundum promissum, tertio die morte deuicta resurgere, in hac enim sola interim fides ecclesiæ in triduo illo stabat. Et dum unusquisque uacillando hæsitabat: hæc quæ fide concepit fidem, quam semel à Deo suscepit, nunquam perdidit: speq; certissima resurrectionis gloriam expectauit. Hæc Augustin. Non tamen poterat ipsa domina gaudenter stare, propter memoriam mortis filii sui, passi iniustè. Et sabbato quidem siluerunt, secũdùm mandatum legis, ideſt, ab operibus quieuerunt: nam sabbatum custodire oportebat, & tunc neque uẽdere, neq; emere, neq; quid tale aliquid fieri licebat. Vnde & ipsum sabbatum, requies, seu intermissio est dictum. Magna est dignitas sabbati, quia in eo tota trinitas requieuit. Nam pater requieuit, ab opere creationis: quod fuit magnæ potentiæ. Filius, ab opere recreationis, quod fuit infinitæ sapientiæ. Spiritus sanctus requieuit hodie in uirgine, quod fuit magnæ & infinitæ bonitatis: quia ipsa stabat, cæteris, scilicet Apostolis & mulieribus, à gratia spiritus sancti cadẽtibus. *Cùm autem transisset sabbatum* sero facto, & stellis apparẽtibus post solis occasum, cùm operari erat licitum, *Maria Magdalenæ, & Maria Cleophæ, & Maria Salome* uadunt emere aromata, pro faciendis unguentis, ad corpus Iesu sacratissimum perungendũ. Intuere igitur eas diligenter, & quæ faciunt, quomodo eundo & redeundo mœstis uultibus, more uiduarum & orphanorum, incedunt. Emunt aromata, & redeuntes parant se ad faciendum contra corruptionem unguenta, quasi nescientes illud propheticum: *Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem*. Vnde Theophilus, Neque tamen fidem debitam adhuc habẽt, sed ei quasi puro homini aromata & unguenta parabant, more Iudæorum, qui talia exhibebant defunctis. Hæc Theophilus. Aromata dicũtur, quasi aeromata, quia diffundebant longè lateq; odorem in aerem, & significant uirtutes, quas in conuersatione mulieres habẽbat, & famam crucifixi, quæ longè lateq; diffundenda erat. Deuotæ ergo mulieres illæ & sanctæ, quæ fuerant iuuenti obsecuræ, ut etiã mortuo pietate officiosa famulatum possent impendere *emerunt aromata* & parauerunt unguenta, *ut uenientes* manè ex deuotione ad uisitãdum sepulchrũ *ungerent* corpus Iesu, sacratissimũ: neque.n. uespere sabbati, præoccupante iã noctis articulo, adire ualuerunt monumentum. Cõspice nũc quomodo fideliter & deuotè cũ lachrimis & suspiriis pro Domino suo laborant, secundùm q̃ melius sciunt. Et in huiusmodi operibus per totã noctẽ laborauerũt, & nihil uel parum quietis habuerunt. Domina uerò & Apostoli aspiciunt, & fortè adiuuant in quibus possunt. Adiuta & tu eas, si permitteris, & potes. Venit hic in cõsiderationem quid fecerit Dominus in triduo mortis suæ. Corpus quidẽ eius fuit in sepulchro, anima uerò cum sanctis patribus in limbo, & deitas utriq; cõiuncta. Nam quia passio nõ attingebat in Christo diuinã naturam, sed humanam: ideo in morte Christi facta est sic diuisio animæ à carne: ut tñ salua esset unio tam carnis quàm animę cum diuinitate. Vt.n. ait Leo Papa, forma serui, & forma Dei, quæ in unitatem conuenerunt, nec separationem possunt habere, nec finem, dum ita sibimet inhæserunt, ut siue in omni potentia, siue in contumelia: nec diuina in Christo careant humanis, nec humana diuinis. Tunc impletum est quod de seipso dixerat: *Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ*. Sepultura.n. Christi triduana, in Iona, qui triduo fuit in ceto, fuit præfigurata. hoc autem de sepultura Christi, secũdùm Augustinum, accipiendum est sinecdochicè. s. accipiẽdo partem pro toto. Fuit.n. Dominus in sepulchro per extremã partem paraſceues, per quã tota dies cum sua nocte iã præterita accipitur, & per totum sabbatum, quod integram diem & noctẽ complectitur, & per primam partem diei dominicæ, scilicet per noctem sequentẽ sabbatum, per quam tota dies dominica ad quã pertinet, intelligitur. Et sic sunt tres dies naturales, & q̃libet noctem suam habet præcedentem. Et tunc mutatus est ordo dierum naturalium: non quantum ad ordinem obseruationis, sed quantum ad ordinem creationis. Nam antè ordo erat ut dies præcederet noctem: quia primò creata est dies, & subsecuta est nox, sed deinceps creator tẽporum fecit, ut nox præcederet diem: quia nox qua surrexit, adiuncta est diei quæ se ostendit. Vnde Auguſt. Sicut primò computabantur dies propter hominis conditi lapsum à luce gratiæ, in noctem culpæ: ita nũc propter hominis reparationem, per passionem & resurrectionem Christi, à tenebris culpæ, in lucem gratiæ merito computantur. Vnde & Beda, Dominus author & ordinator temporum, qui in ultima noctis huius parte surrexit, totam eam nimirum eiusdem resurrectionis luce festiuam & coruscam reddit. Siquidem hucusque ab exordio mundanæ creationis, ita temporum cursus distinguebãtur, ut noctem dies præcederet, iuxta ordinem uidelicet primæ conditionis. Hac autem nocte temporum ordo mutatus est, per mysterium resurrectionis dominicæ. Nam quia nocte à mortuis resurrexit, die uerò sequẽti eiusdem resurrectionis, effectum discipulis ostendit, & participato cum eis conuiuio ueritatem uirtutis eius mirantibus, simul & gaudentibus astruxit, rectissimè nox illa sequentis diei luci cõiungitur: ac sic tẽporum ordo statutus est, ut dies noctẽ sequatur. Et quidẽ aptissimè quõdam nox sequebatur diem, quia homo à luce paradisi peccando lapsus in huius seculi tenebras errorum nasq; decidit. Aptissimè uerò nunc dies sequitur noctem, quando per fidem resurrectionis, à peccati tenebris & umbra mortis ad lucem uitæ Christo largiente reducimur. Vnde etiam Petrus Cantor: In exordio conditionis rerum computatur dies cũ nocte

Maria spes & fides.

Fides in triduo in sola Maria.

Sabbati cessatio.

Fides emẽtium aromata. Psal. 15. Theophilus in Marci cap. 16.

Aromata unde.

Diuinitas non dereliquit animã & corpus.

Leo sermone de passione.

Matth. 12. & Lu. 11. ad Ionæ 2.

Augustin. lib. 3. de cõsensu Euãgelist. cap. 24.

Augusti. lib. 4. de trinit. cap. 6.

Beda hom. 1. in euãg.

ẽte sequenti, quia in primaria creatione rerum præcessit dies noctem. Primò.n. facta est lux, postea uergẽte luce ad occasum, facta est nox, & ita fuit unus dies naturalis, dies præcedens cum nocte sequẽti. In passione uerò Domini facta est mutatio ordinis naturalis, ut.s. computetur nox præcedens cum die sequẽti pro mysterio, noxq; præcedat diem: ac super hoc dicatur mystice, *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in Domino*: & *Nox præcessit, dies autem appropinquauit*: hanc autem commutationem naturalis computationis in artificialem, uoluit Dominus præfigurare in legitimis. Ideoq; præcepit obseruantiã sabbati, & legalium fieri à uespera in uesperam. Hæc Petrus. Et sic, ut uisum est, quidam dicunt hanc mutationẽ factã in paraſceue, ut nox. s. quintæ feriæ, fuerit ẽt paraſceues: alii in nocte resurrectionis, ut nox illa cõmunis fuerit sabbato, & diei dominicæ, sed totum ad unum tendit sensum & effectũ. Illa ergo hora qua saluator noster inclinato capite spiritũ emisit, corpore in cruce derelicto, anima simul cũ diuinitate ad inferna spolianda descendit. Cùm aũt ad inferos descenderet, & chorus angelicus ante faciẽ eius, portas principũ tolli præciperet, sanctorũ populus qui tenebatur in morte captiuus, uoce lachrymabili clamabat: Aduenisti desiderabilis, quẽ expectabamus in tenebris, ut educeres uinculatos de claustris. Te nostra uocabant supiria, te larga requirebant lamẽta. Tu factus es spes desperatis, magna consolatio in tormentis. Sed quis per singula dicere ualeat, quãta ibi lætitia fuerit cùm Christus sol iustitiæ eius apparuit, & habitantibus in regione umbræ mortis, diu nouæ lucis expectata claritas radiauit. Et stetit Dominus cũ eis ibi, & tunc fuerũt in gloria: nã uisio Dei, pfecta est gloria. Ibidẽ fuit & latro, cui Dominus dixerat, hodie mecũ eris in paradiſo. Nomine paradisi notatur ibi Dei fruitio, & uisio diuina: quia peracta passione tã ipse latro, quàm alii qui erant in limbo, uiderunt Deum per essentiã. Istud quòd Christus infernum introiuit, & sanctos lætificauit, præfiguratum erat in tribus pueris in fornace Babylonis, ubi ad ingressum angeli ignis uersus est in suauitatem roris. Qui in fornace erant, fuerunt pueri, sic in limbo non erant nisi innocentes & puri. Qui enim ante plenariam satisfactionem decedebãt, in purgatorio purgabantur, & tunc ad limbum ascendebant. Istud etiam prefiguratum fuit per Danielem in lacu leonum, cui Dominus misit per Abacuch prandium. Dominus Danielem illæsum à leonibus custodiuit, & per angelum refectionẽ sibi misit. Sic Deus patres in limbo à dæmonibus defensauit. & tã dem ipse ueniens diuina refectione eos pauit. Et sciẽdum quòd nomen inferni sumitur dupliciter: scilicet pro pœna, & loco pœnæ. Secundùm primum modum dicitur, quòd dæmones semper infernum secum portant. Sed prout infernus pro loco pœnæ sumitur, sic quadrupliciter distinguitur. Vnus infernus damnatorum, in quo est pœna sensus & damni: id est, sensibilis pœna & diuinæ uisionis carentia, & sunt ibi tenebræ interiores, id est, absentia diuinę gratiæ: & exteriores, scilicet corporales. Super istum est limbus puerorum, in quo est pœna damni, & non sensus: & sunt ibi tenebræ interiores & exteriores. Super hunc est locus purgatorius, in quo est pœna sensus & damni ad tempus, & sunt ibi tenebræ exteriores, & non interiores: quia per gratiam habent lucem interiorem. Supremus locus inter hæc, est limbus sanctorum patrum, in quo fuit pœna damni, & nõ sensus, & fuerunt ibi tenebræ exteriores, & priua

Ephe. 5.

Descensus Christi ad inferos.

Figura descensus. Danie. 3.

Daniel. 14.

Infernus duplex.

Infernus patrum quadruplex.

tionis gratiæ diuinæ. An hunc locum Christus descẽdit: & suos qui non propter reatum personæ, sed propter reatum naturæ detinebantur, inde liberauit, & sic infernum momordit, quia partẽ eius abstulit, & partem reliquit: mortem uerò proſtrato mortis autore, quò ad electos, penitus destruxit, ut ille qui nihil iuris habebat in capite, quod inuasit, per iniustitiam plus petendi, etiam id perderet, quod habere uidebatur in corpore, quod deceperat. Christus enim secundùm naturam diuinam impassibilis & immortalis fuit, quia passio uel mors pœna est peccati, sed ipse sine peccato uenit, & absque peccato uixit: secundùm potentiam uerò & mortalis uoluit esse & passibilis. Mercedem quoque suę mortis dedit homini, p̃ quo omnia sustinuit: pro passione, impassibilitatem: pro morte, immortalitatem: pro peregrinatione, æternã patriam. Vnde Leo Papa, Perstitit improbus prædo, & auarus exactor in eum qui nihil ipsius habebat in surgere, ab illo iniquitatis exigens pœnã, in quo nullam reperit culpam, & per iustitiam plus petendi, totius debiti summa uacuatur. Fortis ille nectitur uinculis suis, & omne commentum maligni in caput ipsius retorquetur. Ligato mundi principe, captiuita tis uasa reperiuntur. Vnde & Anselmus: Vitã homo Deus cum ex debito mori nõ deberet, quoniam pec cator non erat, sponte sua dedit ad honorem patris, cùm eam sibi auferri propter iustitiam permisit. Dedit itaque humana natura Deo patri in illo sponte, & non ex debito quod suum erat: ut redimeret se in aliis, in quibus quod ex debito exigebatur, reddere nõ habebat. Sic homo ille redemit omnes alios, cùm quod sponte dedit Deo, computauit pro debito qđ illi debebant. Quo pretio non semel tãtum homo à culpis redimitur, sed quotiens cũ digna pœnitentia redierit, recipitur. Hæc Ansel. Nõ tñ Deus diabolum fefellit, aut fallere voluit: sed diabolus seipsum in Deũ insurgendo decepit. Vnde idem Anselmus, Cur bone Domine, pie redemptor, potens saluator, cur tãtam uirtutem operuisti tãta humilitate? an ut falleres diabolum, qui fallẽdo, hominem eiecit de paradiſo? Sed utique ueritas nullum fallit: qui ignorat, qui non credit ueritatem, ipse se fallit, qui ueritatem uidet, & odit, uel contemnit, ipse se fallit. ueritas utique nullum fallit. An ideo, ut ipse diabolus se falleret? Sed uti que sicut ueritas nullum fallit, ita non intendit ut ali quis se fallat: quanuis hoc dicatur facere, cùm permittit. Non.n. assumpsisti hominem, ut te notum operires, sed ut ignotum aperires. Verum Deum, uerum hominem te dixisti, & operibus ostendisti. Res per se fuit occulta, non studiosè occultata. Non sic est facta ut abscõderetur, sed ut suo ordine perficeretur. Nec ut aliquẽ deciperet, sed ut quemadmodũ oportebat, fieret. Et si dicitur occultata, non est aliud, quã non est omnibus reuelata. Nam & si ueritas non omnibus se manifestat, nulli tamen se negat. Ergo Domine, nec ut falleres, nec ut aliquis se falleret sic fecisti, sed ut faceres quod & quomodo faciendum erat in ueritate per omnia perstitisti. Qui ergo se fefellit in tua ueritate, non de te, sed de propria queratur falsitate. Hæc Anselmus. Prædictus quoque locus supremus, scilicet limbus patrum, ad quem Christus descendit, sinus Abrahæ dicebatur: quia ibi Abrahã fuit cum liberandis, cui primò huiusmodi liberatio est promissa, sed nunc cœlum empyreum sinus Abrahæ est, quia ibi iam est Abraham. A nullo autem prædictorum locorum est transitus ad alium, nisi de tertio ad quartũ: hoc est, de purgatorio ad limbũ

Morsus inferni.

Mercedem mortis suæ dedit Christus homini.

Leo sermone de passione.

Anselmus lib. cur Deus homo

Anselmus de meditatione redẽptionis generis humani cap. 2.

Sinus Abrahæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanctorum. Vnde quando cantamus, libera animas fidelium defunctorum de pœnis inferni: sumitur ibi infernus, pro purgatorio: sicut & ibi sumitur pro limbo, quando Christus dicitur ad inferos descendisse, uel infernum destruxisse. Igitur, secundùm Gregorium, quod ante passionem promisit, in resurrectione sua Dominus adimpleuit. *Si exaltatus*, inquit, *fuero à terra, omnia trahàm ad meipsum*: omnia uidelicet electa. Omnia namque traxit, qui de electis suis apud inferos nullum reliquit, quos suos in fide & actibus recognouit. Expansis in cruce manibus exaltatus à terra, traxisti ad te oĩa: præcor & obsecro te benigne Domine, noli me dimittere in cœno concupiscentiarũ: trahæ me ad te, ut crucifigar tibi, & mũdo mortuus, tibi uiuam: uiuam uerò iam non ego, uiuas autem in me Christe. Considera hic attentè, quanta fuit Christi benignitas in infernum descendere: quanta charitas, quanta humilitas. Poterat enim unum ex angelis ad eos mittere, & facere ipsos seruos suos liberari, & sibi præsentari, put uoluisset. si hoc suus amor & humilitas sustinuisset. Per seipsum ad inferna descendit, & non ut seruos, sed ut amicos Dominus omnium eos uisitauit, & ibidem usque ad diem Dominicum, prope auroram, cum eis stetit. Iubilauerunt sancti patres in suo aduentu: & repleti sunt iocunditate immẽsa, omni miseria procul pulsa. Et procidentes, adorauerunt, & surgentes, stabant in laudibus & canticis coram eo, cum reuerentia & ingẽti exultatione. Et in huiusmodi laudibus & canticis & iubilationibus steterunt in limbo usque prope auroram diei dominicæ, & in cõspectu etiam multitudinis angelorum ibi dem exultantium & iubilantium cum eis. Assiste & tu, ac in uoce m exultationis & iubilationis erumpe, sanctorumque melodiæ tuas preces interpone. O quàm dulce & quàm iocundum talibus interesse: uel saltem à longè talia contemplari. Tunc portis inferorum confractis, & diabolo magno alligato, accepit eos Dominus cum exultatione ab inferis educẽs: & ante eos cum gloria & triumpho lætus procedens: sanctorumq; exercitu comitante ad superos rediens posuit eos in paradiso delitiarum & uoluptatis, qui est ad Orientem, in extremis maris. Tunc uerus Sampson moriens, hostilẽ exercitum prostrauit: & agnus sine macula in sanguine testamẽti sui, de lacu, in quo non erat aquà, uinctos eduxit: Tũc quoque angelus Loth cum suis de Sodoma eripuit: & nepharios igne sulphureo inuoluit. Tunc etiam angelus Aegyptum deuastauit, & filios Israel ĩde liberauit. Cùm ergo fortis armatus, scilicet diabolus, custodiret atrium suũ, id est limbum, Christus fortior superueniẽs, atrium suum intrauit, & ipsum per crucem suam deuincẽs, alligauit. istud Banaias olim in figura demonstrauit, qui ad leonem in cisternam intrans, cum uirga sua ipsum prostrauit. Sic Christus intrauit ad diabolum in infernum: & per sanctam crucem prostrauit ipsum. Per fortissimum etiam Sampson, em, Christus fortissimus designatur: à quo infernalis leo, scilicet diabolus, superabatur, & potentia sua priuabatur, & tũc homo est liberatus de captiuitate diabolica, quæ olim fuit in captiuitate Aegyptiaca præfigurata. Filii Israel in Aegypto à Pharaone oppressi, clamauerũt ad Dominum pro sua liberatione: & misertus Dominus liberauit eos de captiuitate. Ita genus humanum à principe tenebrarum detentum, clamauit pro sua redemptione ad Dominum: & misertus eius liberauit ipsum. Hanc liberationem hominis Deus præfigurauit, quando Abraham de Hur Caldeorum liberauit.

Gregorius hom. 22. in euangelia.

Ioan. 12.

Humilitas Christi in descensu.

Sanctorum redemptio.

1. Paral. 11

Iudic. 14.

Exod. 2.

A Caldei enim hur, hoc est ignem pro Deo coluerunt, quod cùm Abraham renueret, ipsum in ignem proiecerunt. Deus autem uerus, quem ipse coluit, de igne eum liberauit: sic & sanctos de inferno redemit. Hãc etiam redemptionem hominis Deus præfigurauit, quando Loth cum suis de subuersione Sodomæ liberauit. Sed Sodomis tantum boni liberati fuerunt, mali autem igne & sulphure interierunt. Sic Christus bonos tantum de limbo liberauit, de inferno autem damnatorum neminem eripuit. Etiusti quidem cum tanta lætitia liberantur. Sed quid putas indicibilis amaritudinis & inconsolabilis doloris, imò extremæ dãnationis accidit remanentibus in igne in extinguibili, uerme immortali, tenebra palpabili, morte infinibili? Væ illis quibus datum est hoc potius experiri, quàm credere, uel timere. Aliqua uerò morula in paradiso facta cum eis, & etiam cum Helia & Enoch, ipsum recognoscentibus & exultantibus, dixit eis: quia esset tempus ut iret ad excitandum & reassumendum suum corpus. Qui omnes procidentes, adorauerunt, rogantes ut citò rediret: quia gloriosissimũ corpus suum uidere plurimum affectabant. Da & mihi Domine benignissime corpus tuum gloriosimum in secundo aduentu tuo cum gaudeo uidere, & de tua uisione æternaliter cum electis tuis gaudere. Considera nunc quomodo omnia quæ Christus pro nobis pertulit, pro nostra utiliter pati uoluit. Vnde Hieronymus quædam ex his colligens, sic dicit. Opprobria autem eis nostram abstulere opprobrium. Vincula eius nos liberos fecerunt. Corona spinea capitis eius, diadema regni adepti sumus: uulneribus eius sanati sumus. Sepultura eius resurgimus: & descensu ad inferos, ascendimus ad cœlos.

Gene. 15.

Gene. 14.

Dolorem antium in inferno.

Hieronym. in cap. 14. Marci.

ORATIO.

BONE *Iesu, nec adhuc satiata est tuæ ineffabilis clementia pietatis, nisi & inferni claustra penetrans tuos captiuos redimas. Descendit igitur illa fœlix tua & sanctissima anima ad inferos educens uinctos de tenebris & umbra mortis. Descendat & nunc Iesu misericors, per hanc ineffabilem pietatem tuam, gratia & misericordia tua super animas famulorum, famularumque tuarum, parentum & propinquorum meorum, familiarium, benefactorum & recommendatorum, ut eas à pœnis quas pro peccatis suis merentur eripias, & ad gaudia æterna perducas. Amen.*

D

De resurrectione Domini. Cap. LXIX.



E

NVNC

Matt. 28. Hieronym. in cap. 16. Marci.

NVNC, secundum Hieronymum, aromatibus redolentibus cũ sponsa & adolescentulis, quæ currunt post eam, conspergimus librum & cubiculum mentis nostræ. Nunc introducit nos rex in cellaria sua, nũc surgit amica Maria: hyems abijt, pluuia recessit, flores uisi sunt in terra nostra. *Vox turturis audita est in terra nostra. Vineæ florentes dederunt odorem.* Redit spõsus de umbra, sub qua dormit in meridie. Radix amara crucis euanuit, flos vitæ cum fructibus erupit: & qui iacuit in morte, surrexit in gloria: sol post occasum oritur, aquilæ ad corpus congregantur. Post sabbata tristia fœlix irradiat dies: quæ primatum in diebus tenet, luce prima in ea lucescente, & Domino in ea cum triumpho resurgente: & dicente, *Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Hæc Hieronymus. Vnde & Augustinus: Post illusiones & uerbera, post aceti & fellis pocula mixta, post supplicia crucis & uulnera, & postremò post ipsam mortem & inferos, surrexit de suo funere caro noua: redit ab occiduo latens vita: & in morte salus reseruata, resurgit pulchrior reditura post funus. Hæc Aug. Veniens itaq; Dominus Iesus die dominico, & summo mane, cum honorabili multitudine angelorum ad monumentum: & reaccipiens illud corpus sanctissimum propria uirtute resurrexit: & ex ipso inonumẽto clauso processit. Nemo quippe tam facilè excitatur & surgit à somno, quàm Christus surrexit à morte & sepulchro: quia excitatus est tanquam dormiẽs Dominus, qui etiam de se dicit, *Ego dormiui, & soporatus sum: & exurrexi, quia Dominus suscepit me.* Sicut autẽ Christus exiuit clauso uirginis utero, sic potuit clauso prodire sepulchro: hoc tamen aliter fuit: quia in resurrectione habuit corpus gloriosum, cui aliud non resistit: sed exitus de utero virginis miraculosus fuit. Vt autẽ ait Beda, resurrexit Dominus mane de monumento, in quo sero iam facto erat depositus: ut adimpleretur illud psalmistæ: Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. *Et ecce terræmotus* Domino resurgente *factus est magnus*: cuius causa subditur: *angelus enim Domini descendit de cœlo*, & virtute eius factus est terræmotus: quia corporalia obediunt angelis ad nutum, quantum ad motum localem. Sicut in passione Christi terra mota est in signum tristitiæ, sic in resurrectione eius mota est in signum lætitiæ. Vbi Beda: Quòd etiam terræmotus resurgente Domino de sepulchro, sicut & ipso morte in cruce factus est magnus: significat terrena prius corda per fidem passionis ac resurrectionis eius fore concutienda ad pœnitentiam, & saluberrimo pauore permota ad uitam sublimandum perpetuam.

Cant. 2.

Psal. 117.

Augusti. sermone de resurre. & resurrectio dominica.

Beda hom. 1. inter æstiuales. Psal. 49. Terramotus.

Beda ibid.

Vbi & Seuerianus: Si autẽ sic terra tremuit, cùm Dominus ad ueniam suorum resurgeret: quomodo contremiscet cùm noxiorum omnium resurget ad pœnam? Et quomodo Domini præsentiam sustinebit, quæ angeli præsentiam sustinere non ualuit? Et notãdum, quòd legitur terræmotus factus in legis datione. Vnde Psal. *Terra mota est: etenim cœli distillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.* In Christi passione mota est: ut uisum est suprà. In resurrectione mota est: ut hîc dicitur. In iudicio generali erit terræmotus, ut infrà patebit. Secundùm hæc moraliter in terræmotu significatur contritio, quæ prouenit secundum quatuor prædicta: uidelicet ex consideratione diuinorum mandatorum, hoc est in legis latione: ex consideratione passionũ Christi & dolorum, & hoc est in passione: ex consideratione amissæ uel dilatæ beatitudinis, & hoc est in resurrectione: ex consideratione pœnæ gehennalis, & hoc est in extremo examine. Meritò autem Christus exaltatus est à Deo vsque ad gloriam resurrectionis: quia propter obediẽtia Dei patris, se humiliauit usque ad mortem crucis. Vnde Anselmus: Resurrectionis sacræ gloria sublimãdus: ludibria perfidorum, asperitatem uerberum, crucis opprobrium, fellis amaritudinem, & ad ultimum mortem sustinuit: admonens suos, ut si post mortem ad gloriam peruenire contendunt, uitæ præsentis angustias & labores, prauorumque oppressiones, non solum æquo animo tolerent: sed omnia huius mundi aspera pro prẽmijs æternis ament, appetant, & gratanter suscipiant. Hæc Anselmus. Sicut ergo humiliatus est Christus per hoc, quòd mala sustinuit moriendo, ut nos liberaret à malis: ita & glorificatus est resurgendo, ut nos promoueret ad bona. secundùm illud quod ait Apostolus, *mortuus est propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram.* Sustinuit enim passionem pro nobis, ut nos à pœna inferni liberaret: & resurrexit à mortuis, ut nos de morte ad uitam traheret. Vnde bene suam resurrectionem longius quàm usque in diem tertium differre noluit, ita ut duabus noctibus & uno die in sepulchro quiesceret: nox enim ad peccatum pertinet, & natura quidem humana duabus mortibus tenebratur astricta: animæ, propter peccatum: carnis, propter uindictam peccati. Quia ergo Dominus sola carne mortuus est, ut nos à morte animæ & carnis liberaret: rectè duabus noctibus & una die in sepulchro quiescere uoluit: quia videlicet lucem suæ simplæ mortis, tenebris duplæ nostræ mortis adiunxit: & per suam simplam mortem nostram duplam damnauit. Si enim ipse utramque susciperet, nos à nulla liberaret: sed unam misericorditer suscepit, & iustè utrã que damnauit simplam suam duplæ nostræ contulit, & duplam nostram moriens subegit. Duæ ergo noctes, significant duas nostras mortes: dies uerò significat suam mortem, quæ fuit lux nostrarum mortiũ. Vnam abstulit, alteram ad exercitium electis reliquit, quam denuo ueniens exterminabit. Resurrectio itaque sua, est causa efficiens nostræ resurrectionis: quæ fit in præsenti, & quę fit in futuro. Resurrectio quæ fit in præsenti, est nostra iustificatio: & dicitur resurrectio prima. Vnde in Apocalypsi, *Beatus qui habet partem in resurrectione prima.* Resurrectio quę fiet in futuro, est corporis resuscitatio: & dicitur resurrectio secunda. Vnde in Osee: *Viuificauit nos post duos dies, & in tertia die suscitauit nos.* Ad resurrectionem quippe primam duo dies requiruntur: scilicet ablatio omnis culpæ, & collatio consummatæ gratiæ: nullus enim resurget resurrectione secũda ad gloriam, nisi prius resurrexerit resurrectione prima per gratiam. Mortuus autem fuit Christus quadraginta horis, ut quatuor mundi partes, quæ in decalogo legis mortuæ erant, uiuificaret. Prima quoque die hebdomadæ surrexit, ut ea die mundum innouaret qua eum creauerat. In tertia verò die passionis surrexit, ut eos qui tribus temporibus, scilicet ante legem, sub lege, sub gratia in peccatis mortui fuerant, subleuaret: & nos qui factis, dictis, cogitationibus labimur, per fidem, sanctæ trinitatis resurgamus. Et secundum Augustinum, ideo post tres dies resurrexit, ut in passione filij, totius trinitatis mõstraretur assensus: triduum enim legitur in figura: quia trinitas quæ in principio fecerat hominem, ipsa in fine hominem per Christi reparat passionem. Ideo etiam resurrectionem

Terræmotus quando factus. Psal. 67.

Exaltatio Christi merita.

Anselmus lib. cur Deus homo.

Resurrectio nõ fuit differenda.

Resurrect. Christi, est causa nostra. Apoc. 20.

Osea. 6.

Mortis Christi dilatio.

Augustin. lib. 4. de trinitate. Resurrectionis necessitas.

Universidad de Deusto Biblioteca

ctionem suam Dominus sic accelerare voluit, ne discipulos diu in mœstitia cruciari permitteret. Vnde Leo papa: Dominus nempe Christus, ne turbatos discipulorũ animos longa męstitudo cruciaret: denunciatã tridui moram tam mira celeritate breuiauit, ut dum ad integrum secundùm diem pars primi nouissima, & pars tertij prima concurrit: & aliquantulum de spatio temporis decideret, & nihil dierum numero deperiret. Resurrectio igitur saluatoris nec animã in inferno, nec carnem diu morata est in sepulchro: & tam uelox uiuificatio fuit incorruptæ carnis, ut magis ibi esset soporis similitudo, quàm mortis. Quoniam deitas quæ ab utraque hominis substantia non recessit: quod potestate diuisit, potestate coniunxit. Hæc Leo. Pasionis igitur & resurrectionis exemplum Christus nobis præbuit: pasionis, ad firmandum patientiam: & resurrectionis, ad excitandam spem: ut duas vitas in nobis ostẽderet in carne: unam laboriosam, quam tolerare debemus: alteram beatam, quã sperare debemus. Resurrexit autẽ Christus cum corpore glorioso: cuius dotes sunt claritas, agilitas, subtilitas, & impasibilitas. Quamuis enim anima Christi à principio suæ cõceptionis fuerit gloriosa, per apertam uisionem & perfectam fruitionẽ diuinitatis, dispensatione tamen & dispositione diuina factum est, ut gloria animæ eius nõ redundaret in corpus: ut sic corpus esset pasibile & mortale, ad adimplendum precium & mysterium redemptionis humanæ in sua pasione. Et ideo peracto mysterio pasionis & mortis, anima Christi statim resumpto corpore in resurrectione, in ipsum corpus suam gloriam deriuauit: & ita factum est corpus Christi gloriosum. Vt enim ait Augustinus, Carnis quippe ille gerebat infirmitatem: quæ infirmitas resurrectione cõsumpta est. Vnde & Leo papa: Sicut ergo dicit apostolus, *Et si cognouimus Christum secundùm carnem, sed nunc iam non nouimus*: eius nãq; resurrectio non finis carnis fuit, sed commutatio: nec consumpta est substantia uirtutis augmento. Qualitas transiit, non natura defecit. Et meritò dicitur eius caro nesciri in eo statu quo nota fuerit: quia nihil in ea pasibile, nihil infirmum remansit: & ut ipsa sit per essentiam, & nõ sit ipsa per gloriam. Hæc Leo. Interim igitur, ò anima mea deponamus pijssimas tristitiæ querelas, ac nubila mœroris, & in lætitiæ respiremus serenum, & qui funera redemptoris nostri prosecuti sumus cum lachrymis, qui mortem nostram moriẽdo destruxit. Dei ipsius resurrectione & gloria iocundemur, qui vitam resurgendo reparauit. *Christus enim resurgens à mortuis, iam non moritur: mors illi ultrà non dominabitur*. Induit enim eum Dominus pater stola immortalitatis & gloriæ: & coronam pulchritudinis posuit super caput eius, iocunditatem & exultationem thesaurizauit super eum. Totum igitur in eo plenum est gaudio, totum lætitia cumulatum, totum exultatione refectum. Caro enim Christi, flos ille pulcherrimus de radice Iesse, qui in natiuitate floruit: quia ex virgine sine peccato tanquam pulcherrimi floris singulare decus emicuit: in pasione defloruit: quando nec species, neque decor ei fuit: sic in resurrectione, resumpto etiam sanguine fuso in cruce, cum omnibus quæ sunt de ueritate humanæ naturæ, per gloriã refloruit, ut omnium esset decor. Nam corpus illud gloriosissimum, subtile, agile & immortale, tantæ claritatis superuestitum est gloria, ut verè sole fulgentius, exemplarem præferens pulchritudinem suscitandorum corporum humanorum, de quibus ipse salua-

Leo sermo. 1. de resurrectione. — *Exẽplum pasionis & resurrectionis.* — *Corporis gloriosi dotes.* — *Augusti. sermo. de resurrect.* — *Leo sermo. 1. de resur rect.* — *2. Corĩ. 5.* — *Rom. 6.* — *Christus plenus gaudio resurrexit.*

A tor ait: *Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris*: scilicet, beatitudinis sempiternæ. Quòd si quilibet iustus fulgebit ut sol: quanti putas esse fulgoris, ipsum iustitiæ solem? Tanti, inquam est, ut sit speciosior sole, & super omnium dispositionem stellarum luci cõparatus, decor præcipuus non immeritò iudicetur. Tunc renouata est, ut aquilæ iuuentus Christi. Tunc leo suum catulum suscitauit. Tunc phœnix reuixit. Tunc ex eodem luto fractis uasis, fecit aliud vas figulus, sicut placuit in oculis suis. Tunc Ionas de uentre ceti illæsus exiuit. Tunc uestitum est candelabrum auro. Tunc suscitatum est tabernaculum Dauid, quod cecidit. Tunc refulsit sol, qui prius erat in nubilo. Tunc uiuificatum est granum frumenti, quod cadẽs in terra

B mortuum erat. Tunc ceruus resumpsit cornua. Tunc Sampson tulit portas ciuitatis, & exiuit. Tunc Ioseph eductus de carcere tondetur, & constituitur Dominus Aegypti. Tunc conscissus saccus circundatur lætitia. Magna igitur & solennis ualde est solennitas Paschalis, & cæteras præcellit solennitates. Vnde omnes dies dominici octauæ sunt huius festi: & in eo omnia signa lætitiæ proponũtur. Dignitas quippe dominicę diei notatur in hoc quòd fuit prima dierum. Item nox illam non præcesit. Item, ut dicitur, erit ultima dierũ. Item nox illi non succedet. Itẽ cœlum & terra sunt in ea creata. Item angelus est in ea creatus, & ad deum conuersus. Item primò data sunt

C in ea filijs Israel mandata. Item Christus in ea natus est. Item Christus in ea surrexit. Item spiritus sanctus datus est in ea apostolis. Item in ea omnes resurgemus, atque iudicabimur. Item in ea continuandum est perpetuò in laude Dei. Vnde Gregorius: Hanc rectè nobilitatem solennitatis dicam, quia solennitates cæteras antecedit. Sicut enim in sacro eloquio sancta sanctorum, uel cantica canticorum, pro sui magnitudine dicuntur: ita hæc festiuitas rectè dici potest solennitas solennitatum. Ex hac quippe sollennitate exemplum nobis resurrectionis datum est spes cœlestis patriæ aperta, & facta superni regni iam præsumptibilis gloria. Per hanc electi (qui quamuis in tranquillitatis sinu) tamen apud inferni claustra tenebantur,

D ad paradisi amœna reducti sunt. Quæ est ergo ista solennitas, quæ inferni claustra destruxit: & ianuas nobis regni cœlestis aperuit? Vnde & Augustinus: Alacrior dies illa refulget: non de vsitatis solis circulis illuminata præclarius: sed de lumine agni resurgentis illustrata sublimius. Hac enim die sol iustitiæ Christus ascendit ab inferis: & idcirco pulsemus cytharam Dauid, canentes: *Hæc est dies quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea*. Contẽplemur hunc diem, qualem noctẽ habuerit genitricem. Nox quæ cœlum luminaribus imitatur: imò in qua cœlum & terra lætatur: nox bonæ parturitionis, nox sanctæ regenerationis, nox de qua dicitur, & nox sicut dies il-

E luminabitur: & ab ipsa est dies quam fecit Dominus, dies dominicus. Et rectè dies dicitur lucis, ĩ quo fugerunt tenebræ cæcitatis. Exclamauerunt qui erãt in regione umbræ mortis, quia lux orta est illis: lætetur terra, quia nouam lucem vidit: lætentur & angeli, quia peccatoribus Dominus claritatem dedit. Contremuerunt inferi, sustinendo splendorem insolitum: & incuruatum est omne genu Christo Domino, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Omnia ergo nobiscum hodie triumphant: & angeli, & archãgeli: cęterique beatoruum spiritum ordines nobiscum festa concelebrant. Nos quoque imitamur cantilenã cantantes cantica cœlestia, quæ adhuc humana cantare non

Matt. 13. — *Figura uariæ. Hierre. 18. et Rom. 9. Ionę. 2.* — *Dominica diei dignitas.* — *Gregorius hom. 22. in euangelia.* — *August. sermo. de resurrect.* — *Psal. 117.* — *Psal. 138. Dies lucis.*

non potest lingua. Exultemus ergo in Domino, sed in timore, non remissa securitate. Nã & beatus Ioannes præcursor exultauit in utero matris: sed vinum non bibit, præcepto angeli Gabrielis. Nos autẽ qui infirmi sumus, sobriè bibamus: modum non excedamus, ut lætitia nostra cum exultatione nullam sentiat corporis tempestatem: sed per sobrietatis serenitatẽ, portum intremus salutarem. Accepimus ieiuniorum palmam, festiuitatis non amittamus victoriam: quã nobis tribuat Dominus Christus adiuuando, quia vicit in nobis patiendo: ut digno carmine triumphemus cantantes. *Absorpta est mors in victoria*: halleluia. Ignitam quippe rompheam illam, & paradisi ianuã, quam nullus effringere potuit hac die Christus cum latrone reserauit: dicens ad angelos, *Aperite mihi portas iustitiæ: & ingressus in eas confitebor Domino*. Ex eo nimirum tempore quo passus est Dominus, porta hæc & clausa & reserata est. Clausa quidem ĩcredulis & peccatoribus: reserata verò iustis & credentibus. Quomodo mater Domini Maria inter omnes mulieres principatum tenet: ita & inter cæteros dies hæc omnium mater est. Hæc dies est una de septem, & extra septem. Hæc est dies, quæ appellatur octaua. unde & in quibusdam psalmorũ titulis superscribitur, pro octaua. Hæc est dies, in qua synagoga finitur, & ecclesia nascitur Hæc est in cuius numero octo animæ seruatæ sunt in arca Noe. Et quid mihi necesse est infinita replicare? Dies mihi deficiet, si uoluero omne diei istius exponere sacramentum. Hoc tantùm dico, quòd uniuersa sabbati gratia, & antiqua illa festiuitas populi Iudæorum diei istius solennitate mandata est. Illi in sabbato non faciebant opus seruile: nos in die dominico, hoc est in die resurrectionis opus seruile non facimus. Illi de domibus suis non egrediebantur, & nos de domo Christi non egrediamur. Illi non accendebant ignem in die sabbati: nos econtrario accendamus in nobis ignem spiritus sancti. De quo igne Dominus, ait: *Ignem veni mittere in terram: & quid uolo, nisi ut ardeat?* Desiderat Dominus istum ignem ardere in nobis: spiritum sanctum feruere, ut non refrigescat charitas Dei. Illis agnus aut hircus, nobis Christus occiditur. Pro quibus uniuersis fratres consona uoce pariter cantemus: *hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea*. Hinc ergo & à nobis halleluia, decantetur. quòd Latinè laudate Dominũ interpretatur. Laudemus Dominum fratres uita, lingua, corde, & ore, uocibus & moribus. Sic enim sibi dicit uult Deus halleluia, ut non sit in laudante discordia. O fœlix halleluia in cœlo: ubi templum Dei sunt angeli. Ibi enim concordia summa laudantium: ubi nulla lex in membris repugnat legi mentis: ubi non est rixa cupiditatis, in qua periclitetur victoria charitatis. Hic ergo halleluia cantemus, adhuc solliciti, ut illic posimus aliquando cantare securi, quando scilicet hoc mortale corpus, immortale & incorruptibile factum fuerit: quando tota tentatio perierit. O fœlix illic halleluia, ò uita secura, ò sine aduersario, ò ubi nemo erit inimicus: nemo perit amicus. Ibi laudes Deo, & hîc laudes Deo: sed hîc à sollicitis, ibi à securis, hîc à morituris, ibi semper à victuris: hîc in spe, ibi in re: hîc in uia, ibi in patria. Modo ergo fratres mei cantemus, non ad delectationem quietis: sed ad solatium laboris. Quomodo solent viatores cantare: canta, & ambula, & cantando laborem consolare. Pigritiam noli amare: sed ambula, & in bona profice. Canta & ambula: noli errare, noli redire, noli remanere. Hæc Augustinus. Vnde & Beda, Et quoniam illa uita tota

Exultãdũ cũ tremore. Lucæ 1. — *1. Cor. 15.* — *Psal. 117.* — *Excellẽtia diei resurrectionis.* — *Gene. 7. & 8. Luc. 12.* — *Psal. 117.* — *Halleluia.* — *Beda hom. 1. Iter esti uales.*

A in Dei laude geritur: cessantibus cunctis lãguoribus, meritò quinquaginta diebus in memoriam huius nostræ quietissimæ ac fœlicissimæ actionis crebrius ac festiuius halleluia canere solemus: halleluia namque Hebræus sermo est: & interpretatur Latinè, laudate Dominum. Denique in Psalm. vbi nos canimus, laudate Dominum, pro hoc uerbo apud Hebræos semper canitur, halleluia. Quod Euangelista Ioannes in Apocalypsi sua cœlestium agmina virtutum, cantica se audisse perhibet. Sed & uenerabilis pater Tobias, intelligens qualis supernorum ciuium gloria, quanta ipsius Hierusalem cœlestis sit claritas, hæc mystica voce dicebat: Ex lapide precioso, & auro mundo omnes plateæ eius sternentur, & per vicos eius halleluia

B cantabitur. Hæc Beda. Resurge nunc anima mea cũ Christo de sordido peccati sepulchro: respira iam in spem resurrectionis, & uitæ perennis: pro amore Dei moriamur in præsenti uita, ut post resurrectionem viuamus in futura. Quia si pro amore Christi nunc mortuum corpus portamus: tunc in lætabundo gaudio, cum ipso conregnabimus. Sic ergo curemus interesse festis hominum, ut mereamur etiam interesse festis angelorum. Vnde Gregorius, Ecce Paschalia solennia agimus: sed ita uiuendum est nobis, ut peruenire ad æterna festa mereamur. Transeunt cuncta, quæ temporaliter festiuè celebrãtur. Curate qui

C his solennitatibus interestis, ne ab æterna solennitate separemini. Quid prodest interesse festis hominum, si deesse contingat festis angelorum? Vmbra uenturæ solennitatis, est solennitas præsens. Idcirco hanc annuè agimus, ut ad illam, quæ non est annua, perducamur. Cùm hæc statuto tempore geritur, ad illius desiderium memoria nostra refricatur. Frequentatione ergo gaudij temporalis, ad æterna gaudia mens incalescat & ferueat: ut ex ueritate lætitia perfruatur in patria quod de umbra gaudij meditatur in uia. Hæc Grego. Christus resurrectionem suam per Sãpsonem fortissimum olim figurauit: qui ciuitatem inimicorum suorum introiuit: & ibidem nocte dormiuit. Et cùm inimici portas ciuitatis cu-

D stodirent, ut ipsum mane comprehenderent, & occiderent, ipse media nocte surrexit, & portam ciuitatis secum detulit. Sic Christus urbem hostium suorũ, hoc est infernum, potenter intrauit: & destructo eo, media nocte surrexit. Christus etiam per Ionam resurrectionem suam præfigurauit: quem in uentre ceti per triduum uiuum conseruauit: & post triduum cetus ipsum de ore in terram uiuum emisit. Fuit etiã resurrectio Christi præfigurata per lapidem, quem reprobauerunt ædificantes templum Domini. Qui cùm ab eis propter ineptitudinem abiectus esset: tandem consummato templo, cùm lapis angularis poni deberet, qui in se duos parietes compleret, non est inuentus lapis ad hoc aptus: nisi ille qui ab ædifican-

E tibus erat reprobatus. Christus erat lapis reprobatus, in sua pasione: & factus est ecclesiæ lapis angularis, in sua resurrectione. Tunc adimpleta est illa prophetia Dauid, *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes*, & cætera. & ideo ipsa cantatur in festo resurrectionis. Lapis iste duos parietes in templo Domini coadunauit: quia Christus de populo Gentili & Iudaico unam ecclesiam ædificauit. In hoc ædificio pro cæmento usus est suo sanguine: & pro lapidibus, suo sacratissimo corpore.

Apoc. 19. — *Tob. 13.* — *Gregorius hom. 22. in euange.* — *Figura. Iudicũ. 16.* — *Ionę. 2.* — *Psal. 117.*

ORA-

Univerſidad de Deusto Biblioteca

ORATIO.

DOMINE Ieſu Chriſte, dulcor unice, qui ruptis vinculis mortis, glorificaſti corpus tuum, & in tã ineffabili gloria ſurrexiſti: precor & obſecro te per tuam reſurrectionem floridam: da mihi ut à uitijs, & à morte animæ reſurgens, in uirtutibus ſemper floream: & in nouitate uitæ ambulem: ut quæ ſurſum ſunt quæram & ſapiam, non quæ ſuper terram. Per tuæ claritatis uirtutem purga animam meam à tenebris peccatorum: & per eandem uirtutem die uniuerſalis reſurrectionis caro mea reſurgat ad gloriam, ut tecum æternaliter in utroque gaudeam. Amen.

Quomodo Dominus Ieſus apparuit matri ſuæ. Cap. LXX.



EADEM autem hora, ſcilicet ſummo mane, Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi minoris mater: quæ etiam appellatur Maria Ioſeph: ſcilicet mater, qui fuit frater Iacobi: & unus de ſeptuagintaduobus diſcipulis: & ab apoſtolis cum Matthia ſtatutus: & quãdoque Maria Cleophæ, ſcilicet filia appellatur: & Maria Salomæ, ſcilicet filia, quæ etiam mater filiorum Zebedæi uocatur: & cæteræ quæ cum eis erant: licẽtia prius petita à Domina, cœperunt ex deuotione & fide, quam ad Dominum habebant, ire cum vnguentis ad monumentum ad inungẽdum corpus dominicum. Domina autem remanſit domi, uacans interim lachrymis & orationi. Et pulchrè hæ mulieres uno cenſentur nomine: ut quibus vna erat uoluntas, parque deſiderium, unum eſſet uocabulum.

Status pœnitẽtium.

Vbi ſciendum, quòd tres ſunt ſtatus hominum ſaluandorum, quorum quilibet quærit Chriſtum, & extra hos nemo ſaluatur: ſcilicet incipientium, proficentium, & perfectorum: ſiue, pœnitentium, actiuorum, & contemplatiuorum. Et hi tres ſtatus ſignãtur per tres Marias, quæ quærebant Dominum, quãtum ad triplicem nominis Mariæ interpretationem.

Magdalena pœnitẽtium primiceria.

Status pœnitentium ſignatur in Maria Magdalena: quæ famoſa peccatrix fuerat, & pœnituit. Et licèt alibi per ipſam accipiatur uita contemplatiua: ut tamẽ Marcus hîc de ea loquitur, dicens: Maria autẽ erat, de qua eiecerat ſeptem dæmonia: ſic inter pœnitentes reputatur: imò ipſa in euangelio primiceria pœnitentium fuiſſe dignoſcitur. Et ſecundum hoc bene conuenit ei nomen Maria: prout interpretatur mare amarum, ſecundùm etymologiam Latinam: uel ſecũdùm deriuationem Hebraicã, à uocabulo mara, quod Latinè eſt amara. Vnde Ruth: *Non uocetis me Noemi*, id eſt pulchram, *ſed uocate me Mara*, id eſt amaram, *quia amaritudine ualde repleuit me Dominus*. Quod uerificabatur ĩ Maria Magdalena, quãdo ante pedes Domini lachrymis lauit maculas criminis. Sic & Petrus pœnitens fleuit amarè. Vnde cuilibet animæ uerè pœnitenti, dicitur illud Threnorum, *Magna eſt, uelut mare, contritio tua filia Sion*.

Ruth. 1. Matt. 26. Thren. 2.

Status proficiẽtium.

Status uerò proficientiũ & actiuorum, ſignatur in Maria Iacobi, quæ fuit mater Iacobi minoris. Ad proficientes enim petinet ſupplantare uitia, & luctari in exercitio ſpirituali virtutum. Cui conuenit alia interpretatio Mariæ: prout interpretatur Domina, Syriacè. Quia enim proficere uolentes, ſunt in continuo conflictu, propter pronitatem ad malum, & difficultatem ad bonum: neceſſe eſt proficientes dominari paſsionibus per rationem, ne tentationibus cedant: ex qua lucta, quando uidelicet ratio prædominatur ſenſualitati, generantur uirtutes: *nam uirtus in infirmitate perficitur*.

2. Cor. 12.

Status perfectorum. Matt. 20. c

Status autem perfectorum, & contemplatiuorum, ſignatur in Maria Salomæ, quæ fuit mater filiorum Zebedæi, ſcilicet Iacobi maioris, & Ioannis: hæc poſtulauit filijs ſuis regnum: ſic perfecti & contemplatiui non occupantur, niſi circa regnum Dei: imò ipſi in ſe habent regnũ Dei, & hîc prægustant quodammodo regnum cœlorum. Vnde etiam Salome, interpretatur pacificans: nam in hac uita nulla pax eſt homini, niſi in actu contemplationis.

Salome.

Et huic conſonat tertia interpretatio nominis Mariæ, prout interpretatur, illuminata. Vnde animæ contemplatiuæ dicitur illud Eſaiæ: *Surge, illuminare Hieruſalem: quia uenit lumen tuum*.

Eſa. 60.

Aromata trium Mariarum, ac ſtatuum.

Quælibet iſtarum Mariarum, habet ſua aromata & unguenta. Pœnitentium aromata ſunt, dolor contritionis, pudor confeſsionis, & labor ſatisfactionis: ex his cõficitur unguentum, quo libenter ungitur Dominus. Conficitur autem hoc unguentum ex myrrha, aloe, & thure. Per myrrham, quæ ualde amara eſt, ſignificatur amaritudo contritionis. Per aloes, quod etiam amarum eſt, & ualet contra retentionem menſtruorum: id eſt, peccatorum: ſignificatur uerecundia cõfeſsionis. Per thus, cuius odor cum fumo aſcendit, ſignificantur opera ſatisfactionis: quæ per rectam intentionem in Deum diriguntur.

Vnguentũ ſalubre.

Sed ex his tribus non conficitur bene vnguẽtum, niſi apponatur oleũ miſericordię diuinæ, ſine qua omnis pœnitentia eſt inefficax. admixto autem hoc oleo, optimum unguẽtum efficitur: & tale fuit unguentum Mariæ Magdalenæ, quæ omnes partes pœnitentiæ perfectiſsimè impleuit, aſsiſtente ſibi miſericordia ſaluatoris: ut patet in euangelio. Ipſa enim lachrymas copioſè effudit, ex amaritudine contritionis: cõuiuantes nõ erubuit, ex pia impudentia confeſsionis: pedes Domini lachrimis lauit: capillis terſit, oſculabatur, unxit: & ſe totam Chriſti obſequio deuouit, & impendit: & hoc ex immenſo affectu ſatisfactionis.

Aromata proficientium.

Proficientium aromata ſunt, patientia, humilitas, perſeuerantia, ſeu longanimitas: ex quibus conficitur unguentum actiuorum. Et hoc unguentum intrant myrrha, & gutta, & caſia, quæ fluunt à ueſte uitæ Chriſti.

Myrrha uirtus.

Myrrha bona eſt in omni unguento: & ideo licèt poſita ſit in unguento pœnitentium, conuenienter tamen ponitur etiam in unguento proficientium, & ponetur etiam in unguento perfectorum: Myrrha enim arcet uermes: ſic patientia arcet uermes, qui mordere ſolent cor patientis, ne contra iniuriantem dolore mordeatur. Et hac patientia maximè opus eſt, proficere uolentibus

Gregorius lib. 26. moral. cap. 5. Idem lib. 37. moral. cap. 26.

lentibus exercitio ſpirituali: quia (ſecundùm Gregorium) virtutes inter preſſuras paſsionum, & puncturas tentationum creſcunt. Per guttam autem, quæ & aromatica dicitur, ſignificatur humilitas: quia gutta pellit omnes inflaturas & tumores: ſic humilitas curat cordium duritias. Hac etiam opus eſt proficientibus: quia (ſecundùm Greg.) origo virtutis eſt: & ideo illa in nobis virtus veraciter pullulat, quæ in radice propria, id eſt in humilitate perdurat: à qua ſi abijcitur, areſcit: quia uiuificantem ſe in infimis humorem perdit.

Caſia.

Per caſiam, quæ & fiſtula dicitur, ſignificatur perſeuerantia ſeu longanimitas: ut uidelicet quis in exercitio ſpirituali non frangatur deſperatione aut tædio: nec ſtatuat ſibi terminum in profectu: ſed ſemper tendat ad melius ſine termino: quia in ſpirituali profectu non eſt ſtatus. Caſia enim in aquoſis naſcitur, & creſcit in immenſum: ſic bonus proficiens aq̃s diuinarũ gratiarũ fœcundatus, creſcit in immenſum, de uirtute in uirtutem, & nunquã ceſſat donec videat Deum deorum in Sion. Sed & hæc aromata non bene conficiuntur, ſi non apponatur oleum lætitiæ: ut uidelicet homo lætitiam ſpiritualem habeat in bonis operibus ſuis, & illam ponat in corde atque conſcientia ſua, non in laudibus hominum. Et iſtud eſt unguentum Mariæ Iacobi, quæ habuit quatuor filios: ſcilicet Iacobum, qui interpretatur ſupplantans, ſcilicet paſsiones per patientiam. Simonem, qui interpretatur obediens, per humilitatẽ. Ioſeph, qui interpretatur augmentum, uel appoſitio per longanimitatem: & Iudam, qui interpretatur glorificans, ſcilicet Deum, per ſpiritualem lætitiam.

Aromata perfectorũ.

Perfectorum uel contemplatiuorum aromata, ſunt carnis omnimoda mortificatio, deifica conuerſatio, & charitatis perfectio: ex quibus fit unguentum ſuauiſsimi odoris, quod intrant myrrha, cinnamomum, & balſamum. Per myrrham enim accipitur totalis mortificatio carnis, quæ conuenit perfectis. Nam pęnitentibus conueniebat myrrha, mortificans peccata per amaritudinem contritionis: proficientibus cõueniebat myrrha, mortificans paſsiones: uermem ſcilicet remordentem, contra tolerantiam paſsionum: ſed perfectis conuenit myrrha mortificans carnem à petulantia rebellionis: ne uidelicet caro in aliquo rebellet ſpiritui. Et hæc eſt myrrha electa prima & probatiſsima. de qua dicitur in Canticis: *Manus meæ diſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima*. Manus enim, id eſt opera pœnitentium & actiuorum, diſtillant quidem myrrham, ut dictum eſt: ſed digiti, id eſt ſubtiles & ſpirituales exercitationes contemplatiuorum, ſunt pleni myrrha probatiſsima. Probata quippe eſt myrrha pœnitentiũ, probatior proficientiũ, ſed probatiſsima eſt cõtẽplatiuorũ, & perfectorum.

Cant. 5.

Cinnamomum.

Per cinamomũ accipitur deifica cõuerſatio: Cinnamomi enim cortex, cum frangitur, ſpiramentum viſibile reddit ad modum nebulæ, uel pulueris: & ualet ad bonum odorem oris: ſic perfectus ſi frangitur vituperatione, uel iniuria corporali, moleſtia, uel inædia, laborum frequentia, uel quæcũque accidunt aduerſa, ſemper ſpirat uiſibiliter odorẽ deificæ conuerſationis: & emittit odorem dulcis reſponſionis.

Balſamũ.

Per balſamum, charitas perfecta intelligitur, quæ foras mittit timorem: & omne cum quo ipſa ſtare non poteſt. Balſamum enim purum & non adulteratum, corpora à corruptione conſeruat: ſic ubi charitas pura & perfecta, ibi nulla corruptio hominis interioris: quia (ſecundùm Auguſt.) habere omnia ſacramenta, & malus eſſe quis poteſt: habere autem charitatem, & malus eſſe non poteſt.

Auguſtin. in Pſal. 103. concione prima.

Sed ex iſtis perfectorum aromatibus, non fit unguentum ſine admixtione olei diuinæ dulcedinis, quæ ſemper prædicta tria comitatur: quod oleum deguſtauerat propheta, cùm dicebat: *quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, &c.* Et iſtud eſt unguentum Mariæ Salomæ: quæ fuit filia Salomæ, uxor Zebedæi, & mater Iacobi maioris, & Ioannis. Per Iacobum maiorem, intelligitur totalis ſupplantatio, uel mortificatio hominis exterioris. Per Salomæ, intelligitur deifica conuerſatio, quæ non eſt niſi in homine bene intra ſe pacificato. Per Ioannem, charitas intelligitur: quia erat præ cæteris à Chriſto dilectus: ſed per Zebedęũ, qui interpretatur fluxio, intelligi poteſt diuina dulcedo, qua talis anima fluit, & affluit delitijs internis. Itaque quælibet anima, pro ſtatu ſuo debet iſtas mulieres imitari, & cum iſtis unguentis Ieſum quærere & ungere: ut ſcilicet inſtanter pœnitentiam faciat, viriliter tentationes ſuſtineat, pacificè ad proximum ſe habeat. Iſta enim tria faciunt apparere Ieſum: & cuilibet ſecundùm ſtatum ſuum: ſecundùm Bernardũ.

Bernardus ſermo. 15. ex paruis ſermonibus.

Moraliter Vnguenta tria mentis.

Moraliter per iſtas tres mulieres, ſignantur in iuſto quolibet mens, lingua, manus: quæ habent ualde precioſa unguenta. Mentis unguenta ſunt tria: contritio, compaſsio, & deuotio. Primum, ſcilicet cõtritionis, conficitur ex uiliſsimis ſpeciebus: ſcilicet ex peccatis, quæ creſcunt in noſtro horto proprio. Secundum, ſcilicet compaſsionis, conficitur ex amariſsimis ſpeciebus: ſcilicet ex proximorum miſerijs, quæ creſcunt in horto alieno. Tertium, ſcilicet deuotionis, conficitur ex precioſsis ſpeciebus: ſcilicet ex Chriſti beneficiis, quæ creſcunt in horto dominico.

Vnguenta tria linguę.

Linguæ unguenta ſunt tria: oratio deuota, confeſsio integra, prædicatio uera. Primum, ſcilicet orationis, conficitur in herbis: quæ ſunt, intentio recta, attentio firma, affectio pia. Secundum, ſcilicet confeſsionis, conficitur ex herbis: quæ ſunt, pudor commiſsi, dolor admiſsi, timor ſupplicij. Tertium, ſcilicet prædicationis, conficitur ex herbis, quæ ſunt, fidei inſtructio, morum informatio, uitiorum increpatio. Manus unguenta, ſunt ſeptem miſericordiæ opera: de quibus eſt iſte uerſus:

Colligo, poto, cibo, redimo, tego, uiſito, condo.

Qui autem uult prædicta aromata & unguenta habere, oportet ea emere. Ille enim qui emit, dat de ſuo & accipit de alieno: ſic in operibus uirtuoſis oportet aliquid ponere de noſtro, ſcilicet uoluntatem: & aliquid recipere à Deo, ſcilicet operandi facultatem: uel à Deo recipimus gratiam præuenientem, de noſtro apponimus uoluntatem ſubſequentem.

Quamuis ergo multæ aliæ mulieres Dominum ſequerentur, iſtæ tamen præcipuè uenerunt: quia Chriſto plus obligatæ erant ex eo, quòd plura beneficia ab eo receperant. Maria enim Magdalena multum Chriſto tenebatur, quia ab ea ſeptem dæmonia eiecerat. Maria autem Iacobi, & ſimiliter Maria Salomæ Chriſto multum tenebantur: tum quia nepos earum erat tum quia filios ſuos cardinales, id eſt Apoſtolos fecerat.

Maria cur ad monumentũ non uenit.

Sed mirum uidetur quòd beata Virgo cum iſtis mulieribus ad monumentum non iuit: ſed domi remanſit. Super hoc autem poſſunt tres cauſæ aſſignari. Vna quia mater ſepulchrum filij ſine magno dolore uidere non potuiſſet, & maximè recenter ſepulti. Si enim ſepulchrum filij uidiſſet, quaſi doloris gladius animã eius perforaſſet. Et ſatis probabile eſt, quòd ſi ire uoluiſſet, Ioannes eius cuſtos hoc nõ permiſiſſet: imò etiam cæteri Apoſtoli dixiſſent Ioanni, nul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullo modo illic eam ire permittas : quia si ierit, tantũ ibi flebit & se mactabit q̃ ferè se occidet. Secũda causa, q̃a in parasceue & sabbato tantũ fleuerat, & tantũ se mactauerat, q̃ etiam sustinere se non posset, vt enim Bernardus : oportuit quòd inter manus discipulorum tanquam semiuiua de cruce ad domum propriam portaretur. Vnde & Augustinus : Illa pia mater immani dolore eiulans, & pectora delicata cõtundens, ita uiscera omni fatigauerat & membra, ut iam sensu deficiens uix potuisset ad funus Christi peruenire. Tertia causa est, quia prædictæ mulieres putabant corpus Christi adhuc in monumentũ esse, & uolebant (prout antiquitus consuetudo erat) ipsum corpus inungere : ut conseruaretur à fœtore, & à uermium corrosione, & ab incineratione: sed erant deceptæ, quia corpus Christi erat deitate imbalsamatum : & ideo si per decem milia annorum in terra latuisset, non potuisset putrefieri, nec incinerari, nec à uermibus corrodi. Beata autem Virgo sciuit quòd ibi non erat, sed quia iam immortalis & incorruptibilis surrexerat: & ideo illuc ire nolebat, sicut nec poterat. Ipsa itaque ex quo unigenitum filium suum teneri, flagellari, & crucifigi uidit, delicatis manibus delicata pectora tundens: & se nimio dolore uigiliisq̃ & ieiuniis affligens : iam uiribus pariter & spiritu attenuata, alicubi sola in secreto domus sedebat: & de his quæ sibi acciderant calamitatibus, lamentabatur & flebat. Domina igitur orante, & lachrymas dulciter emittente, ecce subitò uenit Dominus Iesus in albissimis uestibus gloriæ & resurrectionis nouitatis suæ: uultu sereno, speciosus, gloriosus, & gaudens, ac matri desolatæ & mœrenti totus festiuus apparens. Ac illa adorans & surgens cum lacrymis, præ gaudio eum amplexatur : & tota acerbitas mœroris in lætitiam uertitur. Postea consedentibus eis pariter, curiosè intuebatur eundem in uultu & cicatricibus per totum: diligenter quærens si omnis pœna transisset, & omnis dolor ab eo discessisset. O quãto gaudio mater impletur, cùm ipsa natum impassibilem intuetur : non solum in æternum uicturum, sed & cœlo & terræ, omniq̃ creaturæ perenni iure dominaturum. Stant igitur & colloquuntur ad inuicem gaudentes, ac Pascha delectabiliter & amanter ducẽtes. Et narrat ei Dominus Iesus qualiter populum suum liberauit de inferno, & quæ fecit in illo triduo. Ecce igitur nunc magnum Pascha. De hac apparitione qua ante cæteros Virgini gloriosæ apparuisse creditur, nihil in euangelio habetur: sed ideo ipsam posui, & ante alias præmisi, quia sic pium est credere : prout in quadã legenda de resurrectione Domini plenius continetur. Dignum nanq; erat ut matrem præ cæteris uisitaret, & de resurrectione sua prius lætificaret, quæ præ cæteris plus dilexit, eius amoris desiderio plus afficiebatur : plus de eius morte doluit, plus dolore afflicta, eius resurrectionem expectauit. Et licèt hoc ab Euangelistis subticeatur : piè tamen sic creditur. Vnde & Romana ecclesia hoc comprobare uidetur, quæ statim ipsa die apud sanctam Mariam maiorem Romæ celebrat stationem : per hoc innuens, beatæ Mariæ primò factam apparitionem. Quid enim si Euangelistæ hoc non dicant? Non enim, ut ait Ioannes, omnia eius facta scripta sunt. Nam si hoc ideo non creditur, quia nullus Euangelistarum testatur : consequens est, ut post resurrectionem nunquam sibi apparuerit: quia ubi, uel quãdo, nullus Euangelista edisserit. Sed absit ut talem matrem, talis filius, tali & tanta negligentia dehonorauerit : qui patrem & matrem honorari præcepit. Sed ideo forsitan hoc Euangelistæ subticuerunt, quia eorum fuit officium solummodo resurrectionis testes inducere. Matrem autem ad testificandum pro filio suo inducere non decuit. Si enim uerba extranearum mulierum deliramenta sunt uisa : quomodo non magis matrem, pro honore filij crederent delirare? Hoc igitur Euangelistæ scribere noluerunt: sed pro constanti reliquerunt. Hoc etiam testatur Ambrosius, dicens: Vidit Maria resurrectionem Domini: prima uidit, & credidit. Vidit Maria Magdalena, quamuis adhuc ista nutaret. Vnde & Anselmus, At si aliquis quærit, cur Euangelistæ non referant ipsum pijssimum Dominum à morte resurgentem tam huic dulcissimæ matri, ut eius dolores mitigaret, primò ac præcipuè apparuisse: dicimus, quod à quodam sapiẽte de hoc ipso sciscitantes audiuimus. Ait ergo: Tanta scitur authoritas narrationis Euangelistæ, ut nihil in ea dependens, uel inane, uel superfluum reperiatur. Itaque si matri, si dominæ mundi ipse filius eius ab inferno resurgens scriberetur, sicut alijs apparuisse: eamq; de sua resurrectione docuisse: quis non tale scriptum superfluum diceret? Reginam uidelicet cœli & terræ, omnisque creaturæ, coæquaret illi uel illi quibus apparuit, uiro uel mulieri. Spiritus eius plenè atque perfectè illa quiescebat: qui sibi & esse illius, & omnia facta eius, & luce clarius reuelabat : & Euangelistæ scriberent, tunc uel tunc, illi talẽ uel talẽ semet exhibuisse. Hæc Anselmus. Vnde & Sedulius : Semper uirgo manens, huius se uisibus astans Luce palàm Dominus prius obtulit. Dicit etiam Ignatius, quòd primò Dominus apparuit matri suę post resurrectionem : & consolabatur eam : ex quo tanto fuit repleta gaudio, quòd oblita fuit omnis doloris quem habuerat de sua passione. Quòd ergo infrà dicitur apparuisse primò Marię Magdalenę: intelligitur inter eos, quibus uoluit suam resurrectionem probare. Matri enim Virgini primò omnium apparuit: non ut resurrectionem suam probaret, sed ut eam de uisu suo lętificaret.

Augusti. epistol. 58.

Apparitio facta Mariæ matri.

Ioan. ult.

Apparitio prima sactæ Mariæ.

Cur euangelistæ scripserint hanc apparitionem.

Ambro. lib. 3. de uirginibus. Anselmus de excellentia B. Virginis, c. 6.

ORATIO.

MARIA, *Dei genitrix & uirgo gratiosa, omnium desolatorum ad te clamantium consolatrix uera: per illud magnum gaudium quo consolata es, quando cognouisti Dominum Iesum die tertia à mortuis impassibilem resurrexisse: sis consolatrix animæ meæ: & apud eundem tuum, & Dei natum unigenitũ, in die nouissimo, quando cum anima & corpore ero resurrecturus, & de singulis meis factis rationem redditurus, me digneris iuuare: quòd perpetuæ damnationis sententiam, per te pia mater & uirgo ualeam euadere, & cum electis Dei omnibus ad æterna gaudia feliciter peruenire. Amen.*

Quomodo

Quomodo Maria Magdalena & aliæ Mariæ, & Petrus, & Ioannes uenerunt ad monumentum. Cap. LXXI.



VESPERE igitur sabbati, id est nocte sequente sabbatum : nomine enim uesperis, (quod principium noctis est) significat noctem, scilicet à parte totũ: & ideo mutat genus, referens ad sensum non ad nomen: & ait: *quæ*, scilicet nox *lucescit*, id est, lucescere incipit: *in prima sabbati*: id est, prima die post sabbatum, seu prima die septimanæ, quæ apud nos dominica dicitur: *ualde diluculò, & mane orto iam sole*, id est ortu suo iam cœlum illustrante: quanuis nondum appareret terris, raris adhuc tenebris existentibus: hoc est iam rubescente aurora, & cœlo ab Orientis parte ob solis uicinitatem iam albescente: aurora enim media est inter tenebras noctis, & perfectam lucem diei: & ideo tanquam medium ab utroque extremo potest nominari, *Maria Magdalena, & aliæ* duæ Mariæ iuerunt, & *uenerunt ad monumentum cum unguentis* ex deuotione. Vbi sciendum, quòd sicut Gentiles denominabant dies totius septimanæ à nominibus deorum suorum, scilicet planetarum : ut à luna, diem lunæ: à Marte, diem Martis, & sic de alijs : ita Iudæi, quia dies sabbati apud eos sollennior habebatur, sabbatum sic nominabant absolute, propter reuerentiam illius diei : & ab eo tanquam à digniori omnes alios dies nominabant: ita quòd dies immediatè sequens sabbatum, dicebatur prima sabbati, id est, prima post sabbatum. Alia, secunda sabbati, & sic consequenter: & quia Hebræi & Græci nominibus numeralibus, pro ordinalibus nominibus utuntur: ideo unum apud eos, in ordine dierum significat primum. Vnde in Genesi dicitur: *Factum est uespere & mane dies unus*: id est, primus: & ideo consequenter ibi subditur secundus, & tertius, & sic de alijs. Vnde Lucas dicit, *una sabbati*, id est prima die post sabbatum, uel prima die septimanæ: quia enim sabbatum apud Hebræos, non tantum diem principalem, à quo septima na apud eos incepit: sed etiam septimanam, ex præro gatiua sabbati, denominat: ut ibi, *ieiuno bis in sabbato*: id est, in hebdomada: ideo etiam cùm dicitur prima, uel una sabbati, potest intelligi prima die septimanæ, uel hebdomadæ: quæ apud nos propter dominicam resurrectionem uocatur dominica, à qua etiam apud nos incipit septimana. Nobis enim celebritas ueteris sabbati, conuersa & translata est in dominicam, quæ cæteris diebus celebrior est, propter dominicæ resurrectionis sanctitatem, gaudium, & reuerentiã. Latini uerò, seu Romani, & ecclesia, modo dies uocant ferias : diem dominicam uocantes feriam primam : diem lunæ, secundam : & sic de alijs usque ad sabbatum. Et uocatur feria à feriare quo dest cessare, uel à ferendis uictimis : quia omni die feriare, id est à peccato cessare, & uictimas ferre, & offerre debemus. Mulieres ergo istæ uenerunt ita mane, q̃ *adhuc tenebræ erant*, ut dicit Ioannes: & secundum Lucã uenerũt diluculò, quę est claritas inter media noctis tenebras & diei claritatem, quod aurora appellari solet. Et secundum Marcum, *uenerunt orto iam sole*. Et potuit esse ad literam, quòd ualde mane, cùm adhuc tenebræ essent, uenire cœperunt : diluculò autem uenerunt: sed orto iam sole, ad monumentum peruenerunt. Et nota, quòd non sine mysterio Euangelistæ sic diuersimodè loquuntur de isto mane : sed omnes cõcordant in hoc q̃ fuit mane. Nam ut patet ex præmissis euangeliũ istud, mysticè procedit, secundũ tres status electorum, per tres Marias significatos : quòd enim Ioannes dicit, cùm adhuc tenebræ essent: respicit statum incipientium. quòd uerò Lucas dicit, diluculò : respicit statum proficientium. sed quòd dicit Marcus, orto iam sole: respicit statum perfectorum. Debent ergo fideles quærentes Christum, quilibet pro statu suo mane uenire, quod est contra pigros. Debent etiam uenire una sabbatorũ, per quod quies & pax cordis significatur : sabbatum enim quies interpretatur, quod est contra discolos & discordes. Debent etiam uenire ad monumentum, & ibi quærere Dominum. Monumentum est mens humana, quãtum ad quemlibet statum. Nam cor pœnitẽtium dicitur monumentum, ratione luctus, qui circa monumenta fieri solet : & pœnitentium est lugere, & flere super seipsos. Proficientium autem cor dicitur monumentum, ratione operis misericordiæ: quod in sepeliendo mortuos exercetur : & actiuorum est insistere operibus misericordiæ. Contemplatiuorum verò cor monumentum dicitur, ratione quietis. dicuntur enim corpora quiescere in monumentis, & quies maximè ad contemplatiuos noscitur pertinere. In tali ergo monumento pro quolibet statu, rectè quæritur Christus. Debet etiam obstacula impedientia remouere, quæ intelliguntur per lapidem magnum, ad ostium monumenti aduolutum: & per angelũ (ut statim infrà patebit) reuolutum. Nam in quolibet statu est aliquis lapis obstãs, ne quis possit intrare in intima mẽtis: & exercere actus suo statui competẽtes. Lapis obstãs pœnitentibus, est pronitas ad malũ. Lapis obstans proficientibus, est difficultas ad bonũ: sed lapis obstans cõtemplatiuis, est materialitas specierũ. Sed iste lapis pro quolibet statu, plerunq; remouetur ad solum desiderium animæ piæ quærentis, per gratiam spiritus sancti. Fœlix Maria, id est anima, quæ ad sepulchrum Christi uenit uidere, per meditationem : plangere per compassionem: ungere per deuotionẽ. Imitemur ergo & nos easdem sanctas & deuotissimas mulieres : ut sicut illæ cum aromatibus Dominum toto corde, ac desiderio quærebant in sepulchro (quod est proprius mortuorũ locus) ita & nos cum nostris aromatibus, scilicet operatione bonorum operum, & odore uirtutum, suauitateq̃ orationum, toto affectu mentis ad Deum, per sancta desideria proficiscamur, & quæramus eum non in sepulchro, sed in cęlo: quò ipsum ascendisse credimus, atque nouimus. Vnde Gregorius: Sanctæ mulieres, quæ Dominum fuerant secutæ, cum aromatibus ad monu-

Matt. 28. Marci. 16. Luæ. 24. & Ioã. 20.

Dierũ denominatio.

Numeralia pro ordinalibus.

Gene. 1.

Luce. 18.

Feria.

Tres ætates.

Monumentum pœnitentiũ cor.

Proficientium.

Cõtemplatiuorum.

Maria sũt nobis imitanda.

Gregorius hom. 21. in euangelia.

Universidad de Deusto Biblioteca

monumentum uenerunt: & ei quem uiuentem dilexerant, etiã mortuo studio humanitatis obsequũtur. Et nos ergo in eum qui est mortuus credentes, si odore uirtutum refecti, cum operatione bonorum operum Dominum quærimus: ad monumentũ profectò illius cum aromatibus uenimus:. Hæc Gregorius: Mysticè monumentum, est corpus dominicũ: ad quod accedere nemo debet, nisi una sabbati, id est in pace & quiete pectoris: & ualde diluculò: id est, cum feruore. Mane enim significat feruorem quę rendi: uel diluculò, id est excussis uitiorum tenebris per dilucescentem gratiam portans aromata operationis & famæ bonæ. Qui aliter accedit, caueat sibi, ne iudicium manducet & bibat. Vnde Beda: Quòd autem ualde mane uenerunt mulieres ad monumentum: iuxta historiam quidem magnus quærẽdi & inueniendi Dominum feruor charitatis ostenditur.

Mysticè monumentum quid.

Beda in ca. ultimum Marci.

Iuxta intellectum uerò mysticum, datur nobis exemplum illuminata facie decussisque uitiorum tenebris ad sacrosanctum Domini corpus accedere. Nam & sepulchrum illud uenerabile figuram dominici altaris habet: in quo carnis eius & sanguinis solent mysteria celebrari. Aromata autem, quæ mulieres deferũt, odorem uirtutum & orationum suauitatem, quibus altari appropinquare debemus, significant. Hæc Beda. Mulier ergo quæ prima iuit ad culpam, nunc prima uenit ad ueniam: & quæ prima perfidiam sumpsit in paradiso, festinat nunc prima fidem sumere de sepulchro: contendit de morte rapere uitam, quæ de uita rapuit mortem. Quòd autem Dominus diluculò surrexit, huic consentit authoritas illa quæ dicit, Dominum quadraginta horis fuisse mortuum, & totidem diebus ante ascensionem pòst in terra moratum: quia quatuor horis parasceues, & triginta sex duarum noctium & unius diei: quod ecclesia consentire uidetur, quæ matutinas laudes celebrat, pro Christi resurrectione. Vnde Petrus cantor: Valde mane, dicit diluculò. Diluculũ enim est inter tenebras noctis & diei claritatem: in qua salus humani generis fœlici uicinitate præuenit in ecclesia declaranda: more solis, qui proxima luce consurgens, roseam præmittit auroram: ut tantus splendor præparatis oculis posit intueri, quando tempus dominicæ resurrectionis illuxit: ut tunc scilicet diluculò laudes Christi tota caneret exemplo sanctarum fœminarum ecclesia: quãdo genus humanum exemplo suæ resurrectionis animauit, quando fidem præstitit, & lumen credulitatis infudit. Ergo Christus mane & uicino ortu solis surrexit, secundùm Augustinum, qui dicit Dominum tantum quadraginta horis quieuisse in sepulchro, sexta hora parasceues passum: & ita cùm esset æquinoctium, diluculò surrexit. Econtra Hieronymus dicit Dominum surrexisse media nocte. legitur enim in libro Iudicum, tunc Sampsonem asportasse portas Gazæ usque in supercilium montis. Solutio autem contrarietatis est, quòd in tempore medio inter diluculum & mediam noctẽ surrexit. Hæc Petrus. Dum ergo mulieres ad monumentum euntes essent extra portam ciuitatis, reuocabant ad memoriam afflictiones & pœnas sui magistri & Domini: & in omnibus locis in quibus contra ipsum notabiliter aliquid factum fuerat, aliquantulum subsistebant, genu flectentes, & osculantes terram: gemitus & suspiria dantes, atque dicentes: Hic obuiauimus ei cum cruce super collum: quando mater eius semi mortua facta est: & hîc se uertit ad mulieres: hîc crucem deposuit fatigatus, & super isto lapide se parũper appodiauit: hîc fuit vbi sic crudeliter & fortiter eum impulerunt, ut uelocius ambularet: & cũ quasi currere coegerunt: hîc spoliauerunt eum & nudauerunt, & hîc eum crucis patibulo affixerunt: & tũc cum magno clamore & inundatione lachrymarum procidentes in facies suas adorauerunt: & osculatæ sunt crucem, adhuc precioso sanguine rubricatam. Deinde surgentes, & uersus sepulchrum euntes, cùm sexus sui fragilitatem considerarent: & magnitudinem lapidis recolerẽt, qui tam magnus fuisse fertur, ut uix à uiginti hominibus moueri posset: *dicebant adinuicem*, & colloquentes se mutuo interrogabant, *quis reuoluet nobis lapidem de ostio monumenti?* ut scilicet possimus in illud ingredi. Quasi dicerent, non possumus per nosipsas reuoluere: quia erat magnus ualde. Sed quanuis talia dicerent: non tamen ab incepto itinere cessabant: credentes Domino esse possibile, quod humanæ fragilitati uidebatur impossibile. *Et respicientes uiderunt reuolutũ lapidem.* per angelum qui præbens Domino suo obsequium, uenerat ad manifestandum Christi resurrectionem iam factam: & ipsum angelum Domini sedentem super lapidem extra monumentum. Monumentum potest dici scriptura, in qua Dominus olim iacuit multis figuris occultatus: sed post resurrectionẽ angelus magni consilij scripturæ difficultatem aperuit. Vnde, secundum Bedam, reuolutio lapidis mysticè reuolutionem sacramentorum Christi, quæ uelamine literæ legalis tegebatur, insinuat: lex enim in lapide scripta fuit: & ideo per lapidem designatur. Et secundùm eũdem, angelus sedebat super lapidem, quo ostium monumenti claudebat: ut claustra inferorum sua ipsum Dñm uirtute deiecisse doceret. Moraliter hic lapis designat pœnitentiæ pondus: ad quod aspicientes incipientes ad Deũ conuerti, timere incipiunt, ne possint inchoantem pœnitentiam consummare: ideo dicunt ingemiscentes, *Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?* id est, à corde in quo Christus affectat sepeliri. Sed non debent diffidere & retrocedere: sed cum his mulieribus cominus procedere. & uidebunt quantocius lapidem reuolutum: descendet enim angelus de cœlo, id est gratia spiritus sancti, quæ lapidẽ amouebit: quia totum pondus pœnitentiæ subleuabit. Ipse enim ait: *iugum meum suaue est, & onus meum leue*: scilicet gratia Dei. *Et introeuntes* ab Oriente: *in monumentum*, id est intra clausuram & domunculam rotundam, quæ erat circa sepulchrum: *uiderunt* alium angelum, *sedentem à dextris* sepulchri Iesu: *stola candida coopertum, & obstupuerunt*: præ gaudio & admiratione tantæ uisionis. *Viderunt enim iuuenem* ipso habitu corporis iuuenilis præcedentem immortalitatẽ resurrectionis, in qua renouatur ut aquilæ iuuentus, & nemo senescit: *sedentem in dextris*, id est ad meridianam partem loci illius, ubi corpus positum fuerat: hoc quippe in dextris Iesu erat. Corpus enim Domini, quod supinum iacens habebat caput ad Occidentem, & pedes ad Orientem: dextram manu necessariò habebat ad Meridiem, & sinistram ad Aquilonẽ. Ex quo tempore consuetudo exercuit Christianorũ, ad hãc similitudinem corpora sepeliri defunctorum. Viderunt, inquam, sedentem in dextris: *coopertum stola candida*: id est alba candente, propter gaudium resurrectionis: *& obstupuerunt*, præ admiratione tantæ uisionis. *In dextris* & ĩ albis angelus apparuit: quia dextera perpetuam uitam designat, & candor uestis, splendorem solennitatis denunciat. Vnde Grego. In dextera sedebat, qui stola candida apparuit: quia & suæ

Mulieri prima apparitio facta.

Diluculũ quid est.

Augusti. lib. 3. de cõsensu, cap. 24.

Hierony. in cap. 16. Marci.

Iudic. 16.

Beda in ca. 16. Marci. Idẽ ibidẽ.

Matt. 11.

Sepeliendi mos.

Gregorius hom. 21. in euangelia. Stola candida.

suæ & nostræ festiuitatis gaudia nunciauit. Illa enim Domini resurrectio, & nos ad immortalitatem reduxit, & angelorum numerum restituens, cœlestis patrię damna reparauit. Hęc Gregorius. In stola ẽt cãdida angelus apparuit: ad designandum puritatẽ uitæ, quam post baptismũ quisq; debet obseruare. Vnde & uestis alba in baptismo traditur, in signum gloriosæ resurrectionis, ad quam per baptismum peruenitur. Sic ergo duo erant angeli, propter testimonij sufficientiam: quia in ore duorum, uel trium, stat omne uerbum. Iam quidem terræmotus factus erat Domino resurgente: & monumẽto clauso egressus erat Iesus ante reuolutionẽ lapidis, sicut intrauit ad discipulos ianuis clausis: sed post egressum accedens angelus reuoluens lapidem, ut sepulchrũ uacuum ostẽderet, ac resurrexisse Dominum, & egressum eius iã factum indicaret. Non.n. indiguit in resurrectione auxilio angelorum, qui propria uirtute claustra dissipauit inferorum. Vnde Chryso. Cuius gratia igitur uenit angelus, & leuauit lapidem post resurrectionẽ? propter mulieres. Ipsæ enim uiderunt eum in sepulchro. Vt igitur credant quoniam surrexit, uident sepulchrum corpore uacuum: propter hoc utiq; abstulit lapidem. Vnde & Beda: Angelus reuoluit lapidẽ, non ut egressuro Domino ianuam panderet: sed ut egressus iam facti hominibus indiciũ præstaret. Qui .n. mortalis adhuc clauso uirginis utero potuit nascẽdo mundum ingredi: ipse iam factus immortalis, clauso licèt sepulchro potuit resurgẽdo exire de mundo. Hæc Beda. Hoc tñ aliter & aliter fuit: quia in resurrectione habuit corpus gloriosum, cui aliud non resistit: sed exitus de utero miraculosus fuit. Vbi nota ꝙ cuidam monachó sancti Laurentij Romæ extra muros admiranti, quomodo Christus clauso sepulchro exire potuerit: cingulo quo cinctus erat, resolutus, dilapsus est, & uox in aere facta est:

Sic potuit Christus clauso prodire sepulchro.

Resurrexit clauso monumento.

Chrysosto. hom. 84 in Ioannem.

Beda in ca. 16. Marci.

Miraculũ. Ruperius. lib. 8. de diuinis offi. cij, cap. 4. id narrat.

Igitur (ut dicit Gregorius) mulieres angelos uident, quæ cum aromatibus uenerunt, quia illæ mente supernos ciues aspiciunt, quæ cum uirtutum odoribus ad Deũ per sancta desideria proficiscuntur. Et describitur angelus aspectu fulgureo, & uestitu candido: ut aspectu malos terreat, & uestitu bonos mulceat ad credendum Christi resurrectionem: timor.n. & amor debent inclinare ad credendũ. *Erat enim aspectus eius, sicut fulgur*, quia facies eius uidebatur ignea ad incutiẽdum terrorem custodibus: *uestimenta eius, sicut nix*: ad dandum consolationem mulieribus. Fulgor enim terrorem timoris denotat: candor uerò uestis, gaudium dominicæ resurrectionis denũciat. Vnde usus ecclesiæ habet, ut eo tẽpore in ecclesia in albis psallant: & cõsuetudo est Palæstinis dies festos celebrantibus, ut alba uestimenta induant: propter ꝙ subditur, *Præ timore autem*, & fulgore uultus eius *exterriti sunt custodes*, & stupefacti instar mortuorum iacentes. Ecce quomodo malos terruit: & eis durus fuit. Vbi Rabanus: Timoris anxietate sunt exterriti, qui amoris fiduciam non habebant: *& facti sunt uelut mortui*, qui resurrectionis ueritatẽ credere noluerũt. Et Seuerianus: Custodiebãt.n. crudelitatis studio, nõ pietatis obsequio: stare autem non potest, quem cõscientia destituit, impellit reatus. Hic nota, ꝙ in hoc cognoscit bonus angelus à malo à principio. Nã bonus angelus in principio terret, ex suo fulgore: in medio confortat, ex sua allocutione: in fine lætificat, ex immissa cõsolatione. Malus aũt angelus ecõuersò in principio terret, ex sua horribili uoce: in medio decipit, ex fallaci promissione: & in fine contristat, ex subsecuta deceptione. *Et respondens angelus* mulierũ trepidationi & affectibus: *dixit eis, Nolite timere uos.* Ac si (secundum Gregorium) apertè dicat: Paueant illi qui nõ amant aduentũ supernorum ciuium: pertimescant qui carnalibus desideriis presi, ad eorum societatem pertingere desperant. Vos autem cur pertimescitis, qui seruos eius quem quæritis, & uestros conciues uidetis? Ecce quõ bonos mulcet, & eis blãdus extitit. In quo ẽt ostendit, quia Dominus Iesus Christus, qui est angelus magni consilij dictus, in ultima & generali resurrectione apparebit: & terribilis reprobis, quibus dicet, ite maledicti in ignẽ æternũ: & blandus iustis, quibus dicet: uenite benedecti patris mei, percipite regnum. Sic moraliter prælatus bonus, qui angelus Domini exercituum est, obstinatos terret, & pœnitentes demulcet. Hîc.n. notantur duæ conditiones quæ debent esse in angelo sacerdote, ac prælato, & prædicatore: quia debet primò uenenum peccati per terrorem ex tinguere: & secundò, per honestæ conuersationis amorẽ bonos allicere. Et subiungit: *Scio enim quod Iesum* saluatorem, *qui crucifixus est, quæritis* in sepulchro sicut mortuũ. Qui crucifixus est, additur ad differentiam aliorum qui etiam nomine Iesu uocabantur. Item additur ad beneficij passionis commemorationem. Vnde Apostolus: *Recogitate eũ qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum cõtradictionem.* Item additur ad cõmendationẽ mulierũ quæ & Iesum ẽt crucifixũ quærebant. Multi .n. Iesum quærunt. i. saluatorem: sed non crucifixum: quia non per crucem, cùm tñ illa nõ nisi in ista inueniatur. Vnde Chrysost. Multi libenter quærunt purpuratũ, sed pauci quærunt eum crucifixum uel flagellatum: sed anteq̃ inueniatur purpuratus, primò quęri debet flagellatus. Marcus addit, *Nazarenum* & sic tãgit nomen ac patriam, & conditionẽ. Et subdit angelus: *Non est hic.* s. per præsentiam carnis & corporis, qui nusquam deest per præsentiam diuinitatis & maiestatis. *Surrexit* enim per humanitatem qui nullum casum patitur in diuinitate. Et addit, *sicut dixit*: ut reduceret ad memoriam uerba Christi dicta ante passionem suam, ut sic magis crederent resurrectionẽ eius iam factam. Impossibile enim est nõ fieri quod ipse dixit: quasi diceret. Et si mihi non creditis, mementote uerborum illius. Deinde ostendit eis locũ, dicens: *Venite & uidete locum*, scilicet uacuum: *ubi positus erat Dominus*: hoc est, corpus dominicũ. Vnde Chrysostomus: Corpus Domini, Dominus dicitur: deitas enim nunquã separata fuit à corpore etiã mortuo. Ac si dicat Angelus: Vultis certificari de eius resurrectione: ecce locus ubi posuerunt eum. Si uerbis meis non creditis, uisui & uacuo sepulchro credatis. Propter hoc enim & lapidem reuoluerat ut locum ostenderet. Vnde cùm per uniuersum mundum fidelibus dicatur: surrexit Dominus de sepulchro, qui pro nobis pependit in ligno: soli canonici ecclesiæ resurrectionis dominicæ, speciali gaudent prærogatiua, dicentes, & ad oculum demonstrationẽ facientes: surrexit Dominus de sepulchro. Similiter in euãgelio Paschali cùm dicitur: *surrexit, non est hic*, diaconus qui legit euangelium, digito demonstrat dominicam sepulturam. Et subiungit: *Sed ite festinanter, dicite discipulis eius* communiter, *& Petro* specialiter: *quia surrexit, & præcedet uos in Galilæam, ibi eum uidebitis, sicut dixit uobis* ante passionem: & ideo sequimini eum ibidem: quasi diceret. Non concessum est uobis hoc gaudium occulto cordis tene-

Gregorius hom. 21. in euangelia.

Rabanus in cap. 28. Matth.

Angeli boni discretio à malo.

Gregorius hom. 21. in euang.

Christus terribilis et blandus uidebitur.

Heb. 12. Quærunt crucifixum pauci.

Chrysost. hom. 90. in Matth.

Chrysosto. ibidem.

Universidad de Deusto Biblioteca

Gregorius hom. 21.

re:sed similiter amantibus pandere. Non dicit amatoribus mundi:sed, discipuli Christi. secundum Gregorium uerò, non sunt discipuli, qui cum eo Pascha non faciunt:non sunt discipuli, qui retrò aspiciunt, quos curiositas uitæ detinet, illecebra capit, & spinæ retrahunt scandalorum. Ibi eum uidebitis, in propinqua regione, & proprinquo tempore. *Cur in Galilæam præcessit.* In Galilæam præcessit, ut ubi fuit initium splendoris gratiæ:ibi esset initium splēdoris gloriæ. Voluit etiam Dominus specialiter in Galilæa apparere, ut ueritas resurrectionis probaretur: quia ibi plura miracula est operatus, & amplius conuersatus:& ideo melius cognitus. *Mulier cur nuncia salutis.* Mulieribus ergo dicitur ab angelo, ut nuncient Apostolis uitam resurgentem: quia suadente diabolo mors nunciata fuit Adæ per mulierem. Vnde sicut fuit progressus in prima tentatione mortis à diabolo in mulierem, & à muliere in uirum:sic in prima annunciatione uitæ, fieret progressus ab angelo in mulierē, & à muliere in uiros. Dicitur autem specialiter, *& Petro*:tum propter principalitatem inter discipulos: tū ne desperaret de reconciliatione, propter magnitudinem peccati apostasiæ:tum ne ad præsentiam Domini quem negauerat, & ad discipulos uenire trepidaret. *Hierony. in cap. 16. Marci.* Quia (ut ait Hieronymus) se indignum iudicabat discipulatu, dum ter negauit magistrū. *Gregorius hom. 21. in euang.* Vnde & Gregorius: Si hunc angelus nominatim non exprimeret qui magistrum negauerat, uenire inter discipulos nō auderet. Vocatur ex nomine, ne desperaret ex negatione. *Hierony. in cap. 16. Marci.* Vnde secundum Hieronymum: Peccata præterita non nocent, quando non placent. *Augusti. lib. 3. de cōsensu euangelist. ad finem.* Videamus autem (secundū Augustinum) cur ab angelo, & à Domino dictum est, quòd præcedet eos in Galilæam, cùm hoc sit post multa completum: & tamen sic mandatum ut aut hoc solum, aut hoc primum expectaretur fieri debuisse. Et soluitur (secundum eundem Augustinum) quòd hoc propheticè, & significatiuè est accipiendum. Galilæa namque interpretatur, uel transmigratio, uel reuelatio. In Galilæa verò, secundùm transmigrationis significationem intelligendum occurrit: quia de populo Israel transmigraturi erant ad Gentes, quæ Apostolis prædicantibus nō crederent:nisi ipse Dominus eis uiam in cordibus hominum præueniens præpararent. Et hoc intelligitur *præcedet uos in Galilæam: ibi eum uidebitis*: id est, ibi mēbra corporis eius, quod est ecclesia, in his qui uos susceperint inuenietis. Secundùm illud autem, quòd Galilæa interpretatur reuelatio, non iam in forma serui intelligendū est:sed in illa in qua æqualis est patri, quàm promisit dilectoribus suis: & illuc nos præcessit, unde ad nos ueniens non recessit: & quò nos præcedens non deseruit. Illa erit reuelatio tanquam uera Galilæa, cùm similes ei erimus:ibi eū uidebimus sicuti est. Ipsa etiam erit beatior transmigratio ex isto seculo in illam æternitatem:si eius præcepta sic amplectamur, ut ad eius dexteram segregari mereamur. *Gregorius hom. 21. in euange.* Et, secundùm Grego. Quia Galilæa trasmigratio sancta interpretatur, rectè in Galilæa Dominus uidendus nunciatur: siue quia ipse de corruptione in incorruptionem, de mortalitate ad immortalitatem transit siue quia illi ad speciem eius cōtemplādam peruenire merebuntur, qui modo transmigrant de uitiis ad virtutes, de amore mūdi ad amorem Dei: declinantes à malo, & facientes bonum: quærentes & sapientes nō terrena, sed celestia, Cùm dicitur *ibi eum uidebitis*, secūdum Hieronymum: *Hierony. in cap. 16. Marci.* Breuis est sentētia in syllabis, sed ingens in quātitate promissio. Ibi est gaudij nostri fons, & salutis nostræ æternæ origo præparata. Ibi congregantur dispersiones, & sanantur contriti corde. Ibi, inquit, eum uidebitis:sed non sicut uidistis. Hæc Hieronymus. Mulieres uerò fraudatæ spe sua: quia corpus Domini inuenire sperabant, non attendentes ad uerba angeli, quæ audierant:conterritæ ex insolita apparitione angelorum:& gementes, quia non inuenerunt Dominum, redeunt ad discipulos, dicentes, corpus Domini esset sublatum. Nunciat discipulis, ut aut secum quærerēt, aut secum dolerent. De angelo quidem & eius uerbis, quibus Dominum resurrexisse audierant, nihil eis dixerunt:hoc solum nunciantes eisdem, scilicet dominum in monumēto non esse. *Et uisa sunt eis uerba ista sicut deliramenta*:id est, quasi phantastica, & nō uera:scilicet quòd Dominus surrexisset à mortuis: *& ideo non credebant illis*:quia res noua erat, & cōtra consuetudinem quòd mortui resurgerent. Vt enim ait Theophilus: Est naturaliter incredibile mortalibus resurrectionis miraculum. *Petrus autem & Ioannes*, hæc audientes, tollunt moras, & *cucurrerunt ad monumentum* ex desiderio uidendi factum:quia ignis materiæ ingestus non nouit moras. Isti duo præ cæteris currebant: quia præ cæteris Christum amabant: & sicut familiares inuicem se tenebāt, propter quod in pluribus locis leguntur simul combinati. *Sed Ioannes citius præcucurrit Petro*, quia erat iunior & agilior illo. *Non tamē introiuit*, propter Petri reuerentiā, quem expectauit:quia ipso senior:& inter Apostolos principalior erat. *Cursus ad sepulchrū.* Cōspice nunc bene ipsos. Currunt ipsi, currūt Magdalena & sociæ eius post eos:omnes currunt ad quærendum Dominum suum, cor suum & animam suam. Currunt multū fideliter, multumque feruenter, multum anxiè, & multum studiosè. Curre & tu post eos, siue potius cum eis, ut cum eis cōsolari merearis. Cum autem perueniunt ad monumentum, respicientes in ipso per exterius ostium intrauerunt, primò Petrus, deinde Ioannes. Et quidē secundum literam Ioannes qui primò peruenit, non intrauit propter reuerentiam Petri, cui primum ingressum seruabat:sed mysticè secundum Gregoriū, *Gregorius hom. 22. in euange.* Per Ioannem synagoga, per Petrum ecclesia designatur. Venit synagoga prior ad monumentum, sed minimè intrauit: quia & si primò scripturæ sacramenta cognouit, tamen ad fidem passionis dominicæ intrare distulit. Secuta posterior ecclesia gentiū, introiuit in monumentum:quia Christum Iesum & cognouit carne mortuum, & uiuente credidit Deum. Sed post Petrum intrauit & Ioannes, quia in fine mundi ad redemptoris fidem etiam Iudæa colligetur. Et introeuntes non inuenerunt corpus: sed *uiderunt sola*, scilicet sine corpore *linteamina*, quibus corpus erat inuolutum: *posita*, id est, bene disposita & plicata: *& sudarium capitis, non cum linteaminibus positum*: scilicet indistinctè & confusè, *sed separatim inuolutum*, id est bene plicatum, *in unum locum*, ac si ex industria esset factum: quod totum factum est, ad ostendendum Christi resurrectionem iam factam: & quòd corpus non fuerat sublatum: *& crediderunt* uerum esse quod mulieres dixerant: scilicet corpus Christi de monumēto sublatum esse, non autem surrexisse: *nondum enim sciebant scripturas*, de Christi resurrectione loquētes: quia nondum erat eis apertus sensus ut intelligerent illas. *Ioannis & Petri admiratio.* Et recesserunt stupefacti, & apud se mirantes euentum rei, qualiter sola linteamina derelicta fuere sine corpore perūcto:uel quātā oportunitatē fur habuisset, vt hæc seriatim inuoluta dimittēs, pręsentibus militibus corpus auferret: non cogi-

tantes de Christi resurrectione: nec intelligentes non esse sublatū, quia simul fuissent linteamina asportata: & maximè quia propter unctionem erant fortiter corpori adhærentia:ideo per hoc ꝙ sic panni relicti & dispositi fuerant, manifestè apparebat ꝙ resurrexerat. Separatio enim linteaminū à corpore Domini, & desertio eorum in sepulchro: signum fuit dominicæ resurrectionis, non transpositionis. *Chrysosto. hom. 84 in Ioannem.* Vnde Chryso. considerāt linteamina posita, & sudarium separatim inuolutū in unum locū, ꝙ erat resurrectionis signum. Neque enim si transposuissent quidam, hoc fecissent corpus denudantes:neq; si furati essent huius rei soliciti fuissent, ut leuarēt sudariū & inuoluerent, & ponerent in unū locum seorsum à linteaminibus: sed simpliciter (ut se habebat) suscepissent vtiq; corpus. Propter hoc enim & Ioannes ait, quoniā cum mirrha sepultus est:multaq; conglutinat corpori linteamina, ut non decipiaris ab his qui dicunt eum furtò sublatum esse. Quid autem est seorsum linteamina iacere, & sudarium seorsum inuolutum? Vt discas quoniam non erat festinantium hæc res. s. seorsum quidem illa: seorsum uerò hæc & inuoluta esse. Non enim ita insensatus esset qui furaretur, ut circa rem superfluam tantū studiū consumeret. Hęc Chrysost. *Moraliter.* Moraliter monumentum, in quo sunt linteamina sola, potest dici claustralis, ī quo est uestis religiosa exterius tantùm, sine habitu interiori. *1. Reg. 19. Gen. 37.* Vnde legitur in libro Regum, Cùm uenissent qui quærebant Dauid, inuentum esse simulachrū super lectum eius. Hæc est tunica Ioseph inuēta sine ipso. Hæc est uestis ouina, sub qua latet mēs lupina. *Gregorius hom. 22. in euangelia.* Hìc, secundū Grego. diuinæ dispēsationis magnitudo pensanda est:ꝙ discipulorum corda, & accēduntur ut quærant, & differūtur ne inueniant:quatenus infirmitas animi ipso suo mœrore cruciata, purgatio ad inueniendum fiat: & tanto ualidius teneat, quanto tardius inuenit quod quærebat. Compatere igitur discipulis ipsis & mulieribus, quia in afflictione magna sunt. Quærunt Dominum suum, & non inueniunt: & nesciunt ubi eum amplius quærere debeant. Igitur dolentes & flentes discipuli, & non audentes diu manere iuxta sepulchrum, propter metum Iudæorū, *abierunt ad semetipsos*: id est, ad hospitia sua: & illuc ubi habitabant, & prius latitabant: & unde ad monumentum currebant, nihil certi scientes de Domini resurrectione. Mariæ autem ibidem remanserunt. Et dum mente consternatæ, id est, stupefactæ essent de hoc quod uiderant: quia & lapidem tam immensæ magnitudinis reuolutum stupebant, & corpus tam eximiæ uenerationis non inuentū dolebant, *respicientes in monumētum uiderunt duos uiros*, id est, duos angelos in specie uirorum, *stantes circa illas in uestibus albis*: ad designandum gaudium dominicæ resurrectionis. *Angelorū qualis soleat esse apparitio.* Angeli non solum uerbo, sed etiam fulgenti habitu gloriā annunciant triumphātis. Apparitionis enim angelorum faciunt ad instructionem hominum: & solent per illum modum apparere, qui competit rei de qua debent instruere: candor autem uestis, splendorem denunciat solennitatis: & ideo in albis apparuerunt uestibus, ad denotandum gaudium dominicæ resurrectionis. Apparuerunt autem duo, ad solennius denunciandum Christi resurrectionem: quia solennius denunciatur per duos, quàm per unum. *Beda in ca. 24. Luca.* Vbi Beda: Quomodo autem posito in sepulchro corpori Saluatoris, angeli astitisse leguntur: ita etiam celebrādis eiusdem sacratissimi corporis mysteriis, tempore consecrationis assistere sunt credendi: *1. Corin. 11* monente Apostolo:mulieres habere uelamē ꝑ angelos in ecclesia. Cumq; mulieres timerēt ex uisione angelorū insolita, & declinarent uultus in terrā, ex uerecundia: dixerunt angeli ad illas, cōsolando eas benignè, & instruendo de Christo resurrectione: *Quid quæritis uiuentem*, & iam resuscitatum, *cum mortuis?* Quasi dicerent: Nolite cum mortuis, hoc est in monumento (qui locus propriè est mortuorum) quærere eū, qui ad uitam iam resurrexit à mortuis. Veruntamen multi quærunt uiuentē cum mortuis: ut illi, qui licèt sint boni, tamen libenter cōuersantur cum malis: quibus potest dici illud: *sine ut mortui sepeliant mortuos suos.* Et subiungit: *Non est hic*. s. in sepulchro, præsentia corporis: qui tamen nusquam deest, pręsentia deitatis: *Matth. 8.* *sed surrexit inde*. s. propria uirtute. Et addunt dicti sui cōfirmationem, dicētes: *Recordamini qualiter locutus est uobis*: quia uerax est, & non fallit: *cùm adhuc in Galilæa esset, dicens: quia oportet filium hominis tradi in manus peccatorū, & crucifigi, & tertia die resurgere*: quasi dicerent, diu antè prædixit hæc omnia: & ideo non miremini si modo auditis esse facta. Iubentur uerborum recordari, ut prædicatione euentus futuri confirmentur in fide iam facti. *Declinādi uultus in terrā causa.* Quia uerò (ut dictū est) mulieris uisis angelis timentes declinauerunt uultus in terrā: mysticè cùm cœlestibus mysteriis appropinquamus, exemplo mulierum harum uultū in terram declinare debemus, nos terram & puluerē esse recolentes. *Beda in ca. 24. Luca.* Vnde Beda: Et nos ergo exemplo deuotarum Deo fœminarum, quotiens ecclesiā intramus, & mysteriis cœlestibus appropinquamus: siue propter angelicę præsentiam uirtutis, siue propter reuerentiā sacræ oblationis, cum omni humilitate, & timore ingredi debemus. Ad cōspectum quippe angelorum vultum declinamus in terram, cùm supernorum ciuium quæ sint gaudia æterna contemplantes, nos cinerē esse, terrāq; recolimus: sicut beatus Abraham: *Gene. 18.* *Loquar*, inquit, *ad Dominum meū cùm sim puluis & cinis*. Et notandum, ꝙ sanctæ mulieres astātibus sibi angelis non in terram cecidisse: sed vultum dicūtur in terram declinasse. Vnde mos obtinuit ecclesiasticus, ut in memoriam dominicæ, uel in nostræ spē resurrectionis, & omnibus diebus dominicis, & toto quinquagesimæ tempore non flexis genibus, sed declinatis in terrā uultibus oremus. Hæc Beda. Illæ autem mulieres nectunc attenderunt ad uerba angelorum, nec aliquam consolationem receperunt de uisione eorū: quia non quærebant angelos, sed Dominū angelorum: imò illæ duæ Mariæ. s. Iacobi & Salomæ conterritę, & quasi absorptæ exeuntes fugerunt de monumento, & elongauerunt se inde aliquantulum, & sedebant dolentes: *quia tremor & pauor*, id est stupor, *eas inuaserat*: propter uisionem angelorum & custodum, & nemini. s. de custodibus quicquam dixerunt: nec etiam angelis loquentibus respōderunt: *Augusti. lib. 3. de cōsensu euange. cap. 24.* Vnde August. Intelligamus ipsorum angelorum nemini ausas fuisse aliquid dicere: id est, respondere ad ea quæ ab illis audierant, aut certè custodibus quos iacentes uiderunt.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, unica proles summi Dei, qui dilectis tuis desideriū te quærendi indidisti: sed ut magis accēderentur, affectum in ueniendi distulisti: eosque in Galilæa te uisuros per angelum certificare uoluisti: da mihi misero ardenter te quærere, & gaudenter te inuenire: ut de uitijs ad uirtutes, &*

Universidad de Deusto
Biblioteca

de amore mundi ad amorem tuum transmigrans merear post hanc uitam ex isto seculo illam æternitatem transmigrare, teq; Deum deorum in Sion & in Galilæa uera, cũ electis tuis gratia tua largiente tunc uidere. Amen.

Quomodo Dominus apparuit Mariæ Magdalenæ. Cap. LXXII.



Ioan. 20. & Matth. 28.

MARIA uerò, amaritudine plena, æstuans amore, & nesciens quid aliud deberet facere: quia sine magistro non poterat uiuere, nec ibi eum inueniebat, & ubi eum quæreret ignorabat: *stabat* ex feruore & cõstantia: quia uis amoris nec sedere, nec iacere sinebat *ad monumentum foris*, & ab extra: scilicet in horto, & ante domũculam in qua erat sepulchrum, *plorans*, & lamentans Dominum suum: tanto enim cordis fe rebatur incendio, tanta pietatis afficiebatur dulcedine, tam ualidis trahebatur uinculis charitatis, ut, fœminæ infirmitatis oblita, nec tenebrarum caligine, nec persecutorum immanitate retraheretur à sepulchri uisitatione: quin potius foris stans, & lachrymis monumentum irrigans, recedentibus discipulis non recedebat: pro eo, q̃ diuinæ dilectionis igne succensa, & tam inualescente urebatur desiderio, & impatiente uulnerabatur amore, ut nihil ei saperet nisi flere posset; illud propheticum ueraciter eructare: *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie ubi est Deus tuus*. Secundùm Auguſt. Feruentior & deuotior ad Christum aliis mulieribus, & nimius ardor amoris eam solicitabat. Maria enim quicquid uoluit, flendo obtinuit. Flendo obtinuit ueniã peccatorũ. Flẽdo obtinuit fratris resuscitationẽ de faucibus infernorum. Flendo obtinuit cõsolationem de resurrectione. Lachrymas ergo fudit compunctionis, compassionis, & deuotionis. Vnde Grego. Qua in re pensandũ est huius mulieris mentem quanta uis amoris accenderat, quæ à monumẽto Domini etiam discipulis recedentibus non recedebat. Vnde contigit, ut eum sola tunc uideret, quæ remansit ut quæreret: quia uirtus boni operis perseuerantia est. Vbi & Auguſt. Viris enim redeuntibus, infirmiorum sexum in eodẽ loco fortior faciebat affectus: & oculi qui Dominum quæsierãt, & non inuenerant, lachrymis iam uocabant: amplius dolentes q̃ fuerat ablatus de monumento, quàm q̃ fuerat occisus in ligno: quoniam magistri tãti, cuius ei uita subtracta fuerat, nec memoria remanebat. Tenebat itaque ad monumẽtum iam dolor iste mulierem, unde

Origenes hom. 10. in diuersos de Maria Magdalena.

& Origenes: Audiuimus fratres Mariam ad monumentum foris stantẽ, audiuimus Mariam plorantẽ. Amor faciebat stare, dolor cogebat eam plorare. Stabat, & circumspiciebat: si fortè uideret quẽ quærebat. Dolor renouatus erat ei: quia quẽ prius doluerat defunctum, nunc dolebat ablatum. Et iste dolor maior erat: quia nullam cõsolationem amplius habebat. Prima ergo fuit causa doloris, quia uiuum perdiderat? sed de hoc dolore aliquantulam consolationẽ habebat, quia mortuum remanere uidebat. Nunc autem de isto dolore cõsolari non poterat: quia nec corpus defuncti inueniebat. Metuebat autem ne amor magistri sui in suo pectore refrigesceret, quo uiso recalesceret. Plorabat itaq; Mariaveheměter, quoniã dolor additus erat super dolorem. Duos itaq; dolores eximios uno gestabat corde: quos mitigare lachrymis uolebat, sed non ualebat: ac ideo tota posita in dolore, mente & corpore deficiebat, & quid ageret nesciebat. Petrus quidẽ & Ioannes timuerunt, & ideo non steterunt. Maria nõ timebat: quia nihil suspicabatur sibi superesse pro quo timere deberet. Perdiderat enĩ magistrum suum: quem ita singulariter diligebat, ut præter ipsum nihil posset diligere uel sperare. Perdiderat uitã animæ suæ, & iam melius arbitrabatur fore sibi mori q̃ uiuere: quia forsitan moriens inueniret, quem uiuens inuenire non poterat. *Fortis namque ut mors dilectio*, quid nam aliud in Maria faceret: facta erat exanimis, facta erat insensibilis. Sentiẽs nõ sentiebat, uidens nõ uidebat, audiens nõ audiebat: sed neq; ibi erat ubi erat, quia tota ibi erat, ubi magister suus erat: de quo tamẽ ubi esset nesciebat. Quærebat autem eum, & nõ inueniebat: & ideo stabat ad monumentũ & plorabat, tota lachrymabilis & miserabilis. Certè iam nihil sapiebat Maria nisi deligere, & q̃ dilecto dolere. Oblita erat timorẽ, oblita erat semetipsam, oblita erat denique omnia, præter illum quẽ diligebat super omnia. Sensus nullus in ea remanserat, omne cõsilium ab ea perierat, spes omnis defecerat, solummodo flere supererat. Hæc Origenes. *Dum ergo fleret*, propter corporis Christi absentiam: *inclinauit se*, corporaliter, *& prospexit in monumẽtum*, quia semper sperabat ibi eum inuenire, ubi eum sepeliebat, & amor inquisitionem multiplicabat. Sicut enim nos cùm aliquã rem perdimus, quãuis huc illuc quærendo discurramus, tamen ad eum locum sæpe respicimus, ubi eam habuisse meminimus: ita & hæc mulier quãuis huc illucq; corpus Domini quæreret, anxia tamen de eius absentia frequentius monumentum aspiciebat, ubi eum positũ nouerat. Vnde Gregorius. Amanti semel aspexisse non sufficit: quia uis amoris intentionẽ multiplicat inquisitionis. Quæsiuit ergo prius, & minimè inuenit: perseuerauit ut quæreret, unde cõtigit ut inueniret. Actumq; est ut desideria dilata crescerẽt, & crescendo caperent quod in ueniſſent. Sancta enim desideria dilatione crescunt: si autem dilatione deficiunt, desideria non fuerunt. Hoc amore arsit, quisquis ad uirtutem pertingere potuit. Hęc Gregorius. Quãuis ergo Maria uidisset corpus Christi abesse, uolebat tamen adhuc uidere si aliquod ueſtigiũ posset percipere: & ideo non sufficiebat sibi semel respexisse. In hoc uerò inclinauit se & respexit in monumentum, datur intelligi uerò cum humilitate cordis debemus prospicere mortem Christi: & in hoc uerò iterum prospexit, datur exemplum continuè oculo mentis mortem Christi prospicere. *Et uidit*, Maria oculis corporis ipsos *duos angelos*, præfatos *in albis sedentes*, supra sepulchrum

Dolor geminus in Magdalena.

Cant. 8.

Psal. 41. Auguſti. in sabbato Paſcha.

Gregorius hom. 25. in euange.

Gregorius hom. 25. in euange. Auguſti. tract. 121 in Ioannẽ.

pulchrum & loculum corporis, *unum ad caput, alium ad pedes*: propter reuerentiam loci consecrati ex tactu corporis dominici: ex feruore enim deuotionis quã habebat, illam uisionem meruerat. Angelus ad caput est, reuelans diuinitatis arcana: quia caput Christi Deus est: Angelus autem ad pedes est, docẽs humanitatis eius obsequia in redemptione nobis impensa. *qui dicunt illi, mulier quid ploras?* Angeli lachrymas prohibebant, & futurum quodãmodo gaudiũ nunciabant: ac si dicerent, Plorare noli, nõ habes causam flẽdi, sed magis gaudendi, ex resurrectione Christi. Non est plorandum, sed plaudendum: hic dies lætitiæ est, non mœroris: læta uenimus nunciare tibi, noli ergo plorare: sed potius ad illum respice, quẽ tãto amore desideras uidere. At illa putans interrogare quasi nescientes, & non angelos esse, sed homines, prodit lachrymarum causas: *quia tulerunt*, inquit, *Dominum meum*, de monumento, *& nescio ubi posuerunt eum*: arbitrans custodes uel Iudęos eum esse furatos. Magnus ergo dolor me flere compellit, magna tristitia uiscera mea coarctat. Timebat enim ne Iudæi corpus Christi in aliquem locum in honestum proiecissent, inuidentes honori sepulturæ eius: uel nè forte asportassent, ut ei ignominiam facerent. Agebat in ea uis amoris, ut non inuentum non crederet nisi sublatum: & hæc anguſtiæ causa erat: quia nesciebat ubi inueniret, & officium funeris impenderet: nõ dicit, corpus Domini mei: sed, Dominum: à toto designans partem: sicut omnes confitemur Iesum Christum filium Dei sepultum, cùm sola eius sepulta sit caro. Vide hîc mirabilem operationẽ amoris. Paulò antè audierat ab uno angelo, quòd resurrexit: & postea à duobus, quòd uiuebat: & non recordatur: & dicit, nescio. Amore hoc faciebat: quia anima sua non erat, ubi ipsa erat: sed ibi erat, ubi magister suus erat. Nam secundùm Origenem, Spiritus Mariæ magis erat in corpore Magistri, quàm in suo. Nesciebat cogitare, loqui, uel audire, nisi de ipso: & nescio, inquit, ubi posuerunt eum. Hęc erat ei maior causa doloris & desolationis: quia nesciebat quò iret ad consolandum dolorem, & ubi eum inueniret. Maria quia uidit lapidem sublatum, credidit Christum furatum & deportatũ: lapide enim sublato, corpus faciliter amouetur de monumento: quod fieri non potest quamdiu lapis superpositus est: sic quamdiu lapis timoris Dei in corde est, Christus ab eo auferri non potest: si autem amouetur, citò ipsum perdit. Cùm autem Maria sic ploraret, nec de angelis aliquid curaret: amor suus, magister suus, amplius se tenere nõ potuit: Dominus igitur Iesus refert hoc matri suę, & dicit quòd uult ire ad consolandum eam: uale dicensq; matri, uenit in momento in hortum, ubi erat Magdalena: stat mulier & plorat: adest Iesus mœrẽtium cõsolator, & pias mulieris lachrymas intuetur: eique ab angelis se uertenti, & retrorsum conuersæ apparere dignatur. Per hoc ostẽditur, quòd si quis Christum uidere desiderat, oportet ut ad Deum conuertatur: quia illi ad Deum uidendum perueniunt, qui se totaliter per amorem in eum conuertunt. Vbi Chryso. Cur non expectauit eorum responsum, sed conuersa est retrorsum, cùm ad minus homines multę reuerẽtiæ apparerent? Dic quia cùm Maria illa diceret, Christus aduenit, cui angeli reuerentiam exhibentes assurrexerunt: q̃ Magdalena admirans, *conuersa est retrorsum*, ut uideret ad quid assurrexerunt. *Et non cognouit quod Iesus esset*: quia uidebat eum in specie non gloriosum, quẽ angeli gloriosum uidentes honorabant. Ipsa enim nondũ habebat fidem de Christi resurrectione: & ideo talis apparuit in corpore, qualis apud eã erat in mente: non q̃ iuxta hæreticos formã Dominus uultumq; mutasset, ut pro uoluntate diuersus ac uarius uideret: sed quò Maria obstupefacta erat miraculo. Vnde Bernardus, O quàm delectabile pietatis spectaculũ: qui quæritur & desideratur, occultat se & manifestatur: occultat se ut ardẽtius requiratur, & requisitus cum gaudio inueniatur, & inuentus cũ sollicitudine teneatur, tentus non dimittatur. Secundùm Gregoriũ, Maria, quæ adhuc de Domini resurrectione dubitabat, conuersa est retrorsum, ut uideret Iesum: quia uidelicet per eandẽ dubitationem suã quasi tergum in faciem Domini miserat, quem resurrexisse minimè credebat. Sed quia amabat & dubitabat, uidebat & non cognoscebat: eumq; illi & amor ostẽderat, & dubietas abscondebat. Et *dixit illi Iesus: mulier quid ploras? quẽ quæris?* nõ petit quasi ignorans: sed ut eis respõsione conueniẽtius eã instruat. Secundùm Gregoriũ, Interrogatur doloris causa, ut augeatur desideriũ, quatenus cùm nominaret quẽ quæreret, in amorem eius ardentius æstuaret. At illa eũ adhuc nõ cognoscens, putauit eũ esse hortulanũ, cui incumbebat cura horti illius, in quo monumentũ erat: eo q̃ mane primo eum in horto uidebat: æstimabat enĩ nullũ circa loca illa occupari, nisi eum qui illorũ cultor erat. Bene aũt spiritualiter hortulanus ei erat: quia sentes perfidiæ & uitiorum iam eradicauerat, ac uirentia semina fidei & uirtutem per amoris sui uim in eius pectore & horto animæ seminare & plãtare curabat. Sicut enim ad hortulani officiũ pertinet noxias herbas eradicare, ut bonæ possint proficere: ita Dominus de horto suo, id est, de ecclesia quotidie uitia eradicat: ut uirtutes proficere ualeant. Vnde Orige. O Maria si quæris Iesum, quare nõ cognoscis? Ecce Iesus uenit ad te, quem tu quæris, & tu æstimas hortulanũ esse. Verum quidem est quod æstimas, sed tamen in hoc erras: dũ enim sic hortulanum æstimas, ut Iesum esse nõ cognoscas. Est enim Iesus, est & hortulanus: quia ipse seminat omne bonũ semen in horto animę tuæ, & in cordibus fideliũ suorũ: ipse omne bonũ plantat & rigat in animabus sanctorũ, & ipse est Iesus qui tecũ loquitur. Hæc Orige. Mariæ etiã in specie hortulani apparuit: tale enĩ officiũ, talis actus, tale exercitiũ, talisq; nominis interpretatio incipientibus congruit: oportet enim ut pœnitens gerat modum hortulani. i. ut omnia nociua eradicet, & bona inserat: si ergo uis ut appareat tibi uerus hortulanus, oportet te herbas nociuas eiicere, & salutiferas inserre. Illa uerò ut ebria respondit ei sicut hortulano, *dicens: Domine si sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum*: qui mihi est singularis thesaurus etiam mortuus, *& ego eum tollam*: cum omni desiderio, & accipiam. Dominum uocat, ut beneuolentiã eius captet: non dicit si sustulisti Iesum crucifixũ: loquẽdo determinatè, & nominando eũ, uel aliàs designando: sed dicit, eũ, in generali, nihil addendo: quia uis amoris, & affectus cũ desiderio quærentis, uel feruẽter amãtis, hoc agere in animo solet: ut quẽ ipse quærit uel cogitat, omnes cogitare æstimet, & nullum alium ignorare credat: unde quasi de cognito loquitur: & quem ipsa diligebat: omnes scire cogitabat: nec putauit alteri incognitum, quem sic ipsa continuè plangit desideratum. Si ergo tu propter timorem Iudæorum leuasti eum hinc, dicito mihi, ut ego eum accipiam: timebat enim ne Iudæi etiam corpori insæuirent exanimi; & ideo uolebat in alium locum incognitum

Timor Magdalenæ.

Origenes hom. 10. in diuersos.

Chryſoſto. hom. 83. in Ioan.

Qualis uisus fuit Christus Magdalenæ.

Gregorius hom. 25. in euange.

Origenes hom. 10. in diuersos.

Amantis mos.

Universidad de Deusto Biblioteca

illud transponere. Mirabilis mulieris audacia, quam mortui non terret aspectus, & cuius ualitudo ad graue mortui funus tollendum plus intentet quàm possit. Ex uirtute enim amoris credebat se posse tantum corpus etiam mortuum portare: quia feruenter amãti nihil uidetur difficile: cum enim sexus fęmineus fragilis sit ad onera deferenda, & pauidus ad mortuorum corpora baiulanda: quicquid alijs impossibile est, hæc propter magnitudinem amoris leue & possibile arbitratur. Vnde Origenes: Ioseph timuit, & ausus non fuit tollere corpus de cruce, nisi in nocte, & nisi hoc expetiisset à Pilato: Maria autem noctem non præstolatur, non postulat, nec ueretur: sed audacter promittit, dicens: ego eum tollam. O mirabilis mulieris audacia: ò mulier, iam non mulier. Nullum locum excipit, nihil anteponit, sine timore dicit, absolutè promittit: dicito mihi ubi posuisti eũ, & ego tollam. O Maria, magna est constantia tua: magna est fides tua. Hæc Origenes. Hîc ergo ostenditur magna Mariæ deuotio, & dilectionis feruor, & ideo meruit, quem mortuum quærebat, uiuum uidere & audire: respice bene eam, quomodo lachrymabili uultu suppliciter & deuotè ipsum exorat, ut sibi illum quẽ quærit ostendat, semper enim sperabat audire aliqua noua de suo dilecto super omnia. Postquam autem, ut ait Gregorius, eam communi uocabulo appellauit ex sexu, & agnitus non est? uocat ex nomine proprio ut eam magis intentam faciat, & talem se exhibet ut cognoscat, dicens: *Maria*, desiderium eius ulterius affligi non sinens, per uocationem nominis apertam sui declarat cognitionem: ac si apertè dicat, Recognosce eum, à quo recognosceris. Cùm enim apud Deũ certus sit numerus electorum, magna gratia aliquibus datur quando proprijs nominibus Deo noti esse monstrantur: proprio ergo nomine uocat Mariã ut designet specialem quã ad sanctos habet notitiã: *illa uerò conuersa*, corde & oculis mentis, sicut antè erat conuersa corpore & oculis carnis, mox vt se suo nomine uocari audiuit, eum in uoce sicut ouis bona pastorem recognouit. Prius enim conuersa corpore, Iesum esse quod non erat putauit, nunc conuersa corde, quod erat agnouit: ac quasi reuiuiscens, & adorans eum indicibili gaudio: *Dixit, Rabboni*, id est, magister: sic enim ante passionem eum uocare consueuerat: quia doctores apud Iudæos uocantur magistri. Tu es quem quærebam, quare tamdiu te mihi celasti? quia ergo perseuerauit ut quæreret, contigit ut inueniret. Vnde Gregorius: Maria quia uocatur ex nomine, recognoscit authorem, atque eum protinus Rabboni, id est, magistrum uocat: quia & ipse erat qui quærebatur exterius, & ipse qui interius ut quæreret docebat. Vnde & Origenes: O mutatio dexteræ excelsi, conuersus est dolor magnus in gaudium magnum: mutatæ sunt lachrymæ doloris, in lachrymas amoris & exultationis. Vt ergo audiuit hoc uerbum, Maria (sic enim consueuerat illam uocare magister suus) præsensit in ipso nomine quãdam singularem uocationis dulcedinem, & per eam cognouit ipsum, à quo uocabatur, esse magistrum suum. Vnde etiam Anselmus: Noli Magdalenæ deserere comitatum: sed peractis aromatibus cum ea dominicum sepulchrum uisitare memento. O sicut illa oculis, tu in spiritu cernere merearis, nunc super lapidem reuolutum ab ostio monumenti angelum residentẽ, nũc intra monumentũ unũ ad caput, aliũ ad pedes resurrectionis gloriã prędicantes: nunc ipsum Christũ Mariam flentẽ & tristem tã dulci oculo re-

Origenes hom. 10. in diuersos.

Gregorius hom. 25. in Euange.

Idem. ibid.

Origenes hom. 10. in diuersos.

A spicientẽ, tam suaui uoce dicentẽ, Maria. Rumpũtur ad hanc uocẽ omnes capitis cataractę, ab ipsis medullis eliciuntur lachrymæ, singultus atque suspiria ab imis trahũtur uisceribus. Maria ò beata, quid tibi mẽtis fuit, quid animi, cùm ad hanc uocẽ te prosternẽs, & reddens uicem salutanti, clamares, Rabboni: quo rogo affectu, quo mentis desiderio clamasti Rabboni? Nunc plura dicere lachrymæ prohibent, cùm uocem excludant affectus, omnesque & animæ & corporis sensus nimius amor absorbeat. Et iterũ: nominat Dominus consuetũ ancillæ nomen, & cognoscit ancilla consuetam Domini uocem. Puto, uel certè affirmo, quia sensit solitam suauitatem, qua uocari consueuerat Maria. O uox delectabilis, o quantum blã- B dimenti, quantum sapuit amoris? nec celerius hoc exprimi potuit, scio quæ sis, & quæ uelis. Illicitò mutatæ sunt lachrymæ, non enim credo mox esse restrictas: sed quas cõtritum cor se torquendo prius exprimebat, eas postmodum cor gaudens effundebat. O quàm dissimilia sunt, *Rabboni*: &, *Si tu sustulisti eum, dicito mihi*? O quàm dissona sunt, *Tulerunt Dominum, et nescio ubi posuerunt eum*: & illud, *Quia uidi Dominum, & hæc dixit mihi*. Hæc Anselmus. Et currens ac procidens Maria pedes Iesu, uestigia eius adorãdo, statim uoluit ex deuotione amplecti uestigia eius quem recognouit: ac pedes tangere & osculari, ut consueuerat. O amor fortis & impatiens: non enim sufficiebat C ei uidere Iesum, & cum Iesu loqui, nisi etiam tangeret Iesum: sciebat enim quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. Ipse uerò uolens fidem in corde illius ut hortulanus seminare, & animam eius ad cœlestia eleuare: *dixit, Noli me tangere*: scilicet manibus corporis, quem nondum tetigisti fide cordis: quasi diceret, Potius uolo ut tangas me tactu mentis, credens me patri æqualem: quàm tactu corporis, credens me hominem purum & patre minorem, adhuc enim carnaliter in eum credebat, quẽ sicut hominem flebat. Prohibita est ergo: quia propter defectum fidei indigna erat. Et ideo subdit: *Nondum enim ascendi*, id est, eleuatus sum: scilicet ĩ corde tuo, *ad patrem meum*, id est; ad æqualitatem patris: quia non credis me peruenis- D se ad æqualitatem eius, ac me filium æqualem & coæternum patri, qui me suscitasset à mortuis: sed esse sublatum tanquam cadauer purum: ac si diceret, Quia me tanquã mortuum in sepulchro quæris, & surrexisse non credis: ideo uiuentem tangere non mereris: tibi enim nondũ ad patrẽ ascendi quẽ uiuentẽ cũ mortuis quæris: cùm tibi ascẽdero ad patrẽ tunc merebe ris me tangere patri æqualem. Vnde Anselmus: Sed ò dulcis Iesu, cur à sacratis ac desideratissimis pedibus tuis sic arces amantem? noli (inquis) me tangere: ut quid Domine? quare non tangam illa desiderata uestigia tua, pro me perforata clauis, perfusa sanguine? non tangam, nec deosculabor? an inimicitior es solitò, quia gloriosior? ecce non dimit- E tam te, nec recedam à te: non parcam lachrymis, pectus singultibus suspiriisque rumpetur nisi tangã. Et ille, inquit, Noli timere, non aufertur tibi hoc bonum, sed differtur. Hæc Ansel. Sic ergo Maria dubiis plena, luctu inquieta, pręparatione indiguit antequã ad tangendum tantã sanctitatem accederet. Si autẽ illa quæ Dominũ resurgentẽ prima post matrẽ eius uidere meruit: quę tantũ dilecta est à Dño, & tota eius mãcipata obsequio ab omni peccato ab eo liberata, à tactu pedũ eius est prohibita: quanto magis pollutus uitiis, ne eum totum tangat, conficiendo, uel sumendo? sed *uade* iam lætificata, *dic* & nuncia *fratribus*

Magdalena prægaudio eliguis ad tempus.

Noli me tangere.

Ascendere ad patrem.

bus meis, scilicet Apostolis: quia surrexi, & *ascendo*, id est ascendam, *ad patrem meum*, per generationem & naturam, *& patrem uestrum*, per adoptionem & gratiam: *Deum meum*, quia me hominem creauit, & sub quo ego homo sum secundùm humanitatem: *& Deum uestrum*, qui uos creauit, & ab errore liberauit: inter quos & ipsum, ego mediator sum: quasi diceret. In proximo est, ut uideant ascendentem. Loquitur in proposito inquantum homo, quia ascẽdere non competit ei secundùm diuinam naturam, quæ est altissima: quod etiam patet ex hoc, quòd uocat Apostolos fratres, propter similitudinem & conformitatem humanæ naturæ, & propter spiritualitatem amicitiæ, & etiam propter adoptionem gratiæ: quia eius patris sunt filij adoptiui, cuius ipse est filius naturalis. Vnde Seuerianus: Vocat fratres, quos corporis sui fecit esse germanos: uocat fratres, quos patri suo adoptauit in filios: uocat fratres, quos benignus Iesus sibi præstitit cohæredes: uocat fratres, propter specialitatem amicitię quam habuit ad ipsos. Vnde & Ambrosius: Descendisti quidem filius hominis, nec patri cùm descenderes abfuisti: sed descendisti nobis, ut te oculis ac mentibus uideremus, ut in te crederemus: ergo & ascende nobis, ut te sequamur mentibus, quem oculis uidere non possumus. Hæc Ambrosius. Stant ergo dilecti cum iocunditate & gaudio magno loquentes ad inuicem, sicut amicus cum amico. Ecce igitur & hîc similiter magnum pascha. Sic itaque Dominus à matre rediens apparuit primò Mariæ Magdalenæ, quàm ipsis Apostolis uel aliquibus alijs. Vnde Hieron. Mariæ Magdalenæ primò ostẽditur, de qua eiecerat septẽ dęmonia: quia meretrices & publicani præcedent synagogam in regno Dei ut latro præcessit Apostolos. Locus aũt ubi Dominus apparuit Magdalenę, distat quindecim passibus à sepulchro. Hanc igitur mulierem quæ mane surrexit, amarè fleuit, ardentissimè dilexit, diligentissimè quæsiuit, & ideo præ cæteris inuenit, & nos imitetur, eiusque exercitium gerentes cum lachrymis & perseuerantia Dominum quæramus: ut simul cum ipsa Dominum inuenire, & ab eo consolari mereamur. Vnde Origenes: Sequamur ergo, fratres charissimi, huius sanctæ mulieris affectum, ut perueniamus ad effectum. Ploret unusquisque ad Iesum, & quærat fideliter Iesum: quia non deest animæ quærenti illum. Disce ergo ò homo ò peccator à muliere peccatrice, cui tamen dimissa sunt omnia peccata sua. Disce peccator homo plorare Dei absentiam, ac intimè desiderare eius præsentiam: disce à Maria Iesum amare, & Iesum sperare, Iesum indesinenter quærere, & quærendo inuestigare: nulla aduersa formidare, nullam consolationem extra Iesum recipere omnia præter ipsum contemnere: disce à Maria quærere Iesum in monumento cordis tui, reuolue lapidem ab ostio monumenti Dei: amoue omnem duritiam, & repelle omne obstaculum à fide tua: tolle ergo omnem concupiscentiam, & omnem immunditiam à corde tuo, & diligenter perscrutare si sit Iesus in eo: si autem non inueneris in te Iesum: sta foris & plora, & permane in fide, & respice foris ad alios si fortè alicubi inuenias & uideas in aliquo eũ, & plorando ora Iesum ut dignetur intrare ad te, & habitare in te. Et ne fortè erecta ceruice repellas eum à te, humiliando inclina te, & iterum prospice in monumento Dei quod debet esse in te, & si ibi uideris duos angelos, vnũ ad caput, & unũ ad pedes, id est, si cognoueris in corde tuo quasi cęlestia deside-

Fratres cur uocat Apostolos.

Ambro. in cap. 24. Luca.

Hieron. in cap. 16. Marci.

Locus apparitionis.

Origenes hom. 10. in diuersos.

Quærẽdus est Christus.

Humiliter quærendus est.

A ria, tam ad contẽplatiuam uitam, quàm ad actiuã pertinentia, per quæ adhuc nõ possis Iesum uidere, nec Iesum habere: noli his cõtentus esse, noli adhuc deficiẽdo quiescere, sed plora & quęre Iesum in te, donec inuenias, & si fortè aliquo modo tibi apparuerit, & desiderio tuo se reprę sentauerit: noli pręsumere de te tanquam ex tuo desiderio vel merito tibi apparuerit, & tanquam eum agnoscas, sed bonitati, pietatiq; eius attribue, & interroga illũ, & ora ut indicet tibi seipsũ, audeo enim tibi confidenter promittere, si in fide ad monumentum cordis tui steteris si plorando Iesum quæsieris, & quærendo perseueraueris, si cum humilitate te inclinaueris, si exemplo Mariæ nullam aliam consolationem de Iesu nisi ipsum recipere uolueris, B ipso reuelante ipsum sine dubio inuenies, & ipsum agnosces: ita ut non sit tibi necesse quærere ab alijs ubi est Iesus, sed tu magis indicabis eum, nuncians quòd uidi Dominum, & hæc dixit mihi. Hæc Origenes. Post aliquantulam uerò morulam Dominus discessit, dicens: quia & alios uisitare eum oporteret. Tunc Magdalena (benedictione ab eo recepta) & Domino discedẽte recessit, & iam credens ad socias suas uenit, & hæc eis nunciauit. Illæ uerò de resurrectione Domini gaudentes, sed quòd eum non uiderant dolentes, *recedunt* cum ea, *de monumento*: id est, de loco ante monumentum, scilicet de septis horti in quo erat monumentum: *cum timore & gaudio* C *magno, currentes nunciare hæc discipulis* Domini de ipso. secundùm glosam, duplex erat in eis affectus: scilicet, timoris, & gaudij: alter de magnitudine miraculi, alter ex desiderio resurgentis, & uterque gressum concitabat fœmineum.

ORATIO.

OPIISIME *Domine, ò dulcissime magister, quàm bonus es tu his qui recto sunt corde, quàm suauis his qui diligunt te. O quàm fęlices sunt qui quærunt te, & quàm beati qui speraat in te. Verum certè est, quòd tu diligis omnes diligentes te, & nunquam derelinquis sperantes in te. Ecce enim hæc dilectrix tua simpliciter quærebat te, & ueraciter inuenit te. Spe-* D *rabat in te, & non est derelicta à te: sed plus est consecuta per te, quàm expectaret à te. Obsecro ergo te Domine, da & mihi diligere & quærere te, ac sperare in te, ut & ego à te diligi, & te inuenire merear, & à te nunquam derelinquar. Amen.*

Quomodo Dominus apparuit tribus Marijs. Cap. LXXIII.

E



Matth. 28. & Ioã. 20.

CVM ergo istæ tres Mariæ simul pergerent, de monumento reuertendo, antequam peruenirent ad ciuitatem, & ad Apostolos, *occurrit* & apparuit *eis* Dominus Iesus. Vbi Hieron. Pergebant enim ad Apostolos, ut per illos fidei seminariũ spargeretur. Quæ autem sic quærebant, quæ ita currebant, merebantur obuiam habere Dominum resurgentem. Et ut ait Rabanus: Per hoc ostendit se omnibus iter uirtutum inchoantibus, ut ad salutem perpetuam peruenire queant, adiuuando occurrere. Blanda quoque salutatione Dominus deiectas erigens, & verbo consolatorio tristes consolans ait, *Auete*: ex Eua formans Aue. Vbi Hieronymus: Primò mulieres merentur audire, auete: ut maledictum Euæ mulieris, in mulieribus solueretur. *Ille uerò* ultrà quàm dici posset exhilaratæ, *accesserunt*, ut iam credentes & per fidem illuminatæ: quia, ut ait Apostolus, Accedentem oportet credere: *& tenuerunt*, ac deosculatę sunt *pedes eius*: ex deuotione humanitatem, in qua surrexit, probantes apertè, & de resurrectione eius certificatæ, Deum ac Dominum adorauerunt: adoratione latriæ, tanquam fidem trinitatis astruentes. Vnde Chrysostomus. Tenuerunt pedes eius, & cum super abundanti ad eum lætitia currentes, acceperunt & per tactum cõiecturam & certitudinem resurrectionis, & adorauerunt eum. Fortasis aliquis uestrum uellet & secundùm illas effici mulieres, & pedes detinere Iesu. Potestis & nunc, quicunque vultis, non pedes & manus solùm, sed & caput detinere sacrum illud: terribilibus potientes mysterijs pura conscientia. Non hîc autem solùm: sed & in illa die uidebitis eum cum ineffabili gloria illa, & plebe angelorum uenientem, si uolueritis esse misericordes, & audietis uerba illa: *Venite benedicti patris mei, hæreditate percipite regnum paratum uobis ante constitutionem mundi*. Hæc Chrysostomus. Iste est modus ueniendi ad ueniam: scilicet accedendo ad pedes Christi: unde debemus ire ad osculum pedis Christi, per deuotam orationem: eius scilicet considerando humanitatem. Si uis capere celsitudinem Dei: cape prius humanitatem Christi. Moraliter acceditur ad Christum, per fidem illuminantem. Vnde in Psalmista: *Accedite ad eum, & illuminamini*: tenetur per charitatem coniungentem. Vnde in Canticis: *Tenui eum*, s. dilectũ: *nec dimittam*: adoratur per debiti cultus exhibitionem. Vnde suprà in Euangel. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies*. Et tunc Magdalenæ est datum, s. vt tangeret eum: quod fuit ante dilatũ, quando quærebat uiuentem cum mortuis, s. in sepulchro & loco mortuorũ. Cum magna igitur iocunditate loquũtur adinuicem, & faciunt similiter Pascha magnũ. Hîc, ut ait Anselmus quãdiu potes morare, non delitias tuus somnus interpollet: nullus exterior tumultus impediat. *Tunc ait illis Iesus: Nolite timere*: hoc dicit ad earũ perfectam consolationem: quia timor qui eas inuaserat, adhuc totaliter ab eis nõ recesserat. Sicut occurrit currentibus, auete dixit gaudentibus, ita timorem excludit à timentibus. Et subiungit: *Ite nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam; ibi me uidebunt*. ubi Hieronymus. Non in Iudæa, sed in multitudine gentium, gratia enim transmigratura de Iudæa ad Gentes, præcedet uiam in cordibus præparando. de Galilæa, & de hac materia latius est dictum ante præcedens capitulum. Vides hîc & suprà quòd magister humilitatis uocat discipulos suos fratres, eos amicabilius solitò nominans, ut securius ad eum

Margin: Hieron. in cap. 28. Matth. — Rabanus ibidem. — Hierony. ibidem. Heb. 11. — Chrysosto. hom. 90. in Matth. — Matth. 25. — Moraliter. — Psal. 33. Cant. 3. — Luca. 4. — Hierony. in cap. 28. Matth. Fratres Domini.

A accedant, & nõ timeant accedere, propter hoc quòd eum in sua captione reliquerant, & ut ueram resurrectionem doceant, ut & ad honorem & ad amorẽ accendat. Vnde Rabanus, Vera fraternitas est, quæ fratrem ueneratur deuotum, & corripit dissolutum: quæ præsenti obsequitur, absentem non rodit, sano applaudit, infirmum non deserit: placatum non prouocat, iratum metuit ut maiorem. Hæc Rabanus. Angelus Apostolos uocat discipulos, ratione humilitatis debitæ, Domino dans honorem. Iesus autem, quamuis Dominus, uocat eos fratres, & charitatis, & humilitatis ratione: in quo datur prælatis forma charitatis & humanitatis: iuxta illud Ecclesiastici: *Rectorem te posuerunt, noli extolli: esto in illis quasi unus* B *ex illis*. Nunquam Iesus omnium Dominus humilitatem dimisit: sed usque ad mortem fidem ei seruauit, & etiam post mortem, nec non & post ascensionem. Nonne in fine pedes discipulis lauit? Nonne humiliatus est ultra quàm dici posit, crucis patibulum sustinendo? nonne post resurrectionem uocauit discipulos fratres? Nonnè post ascensionem locutus est Paulo humiliter quasi ad comparem suum, *Saule, Saule, quid me persequeris*? nec nominauit se Deum, sed Iesum Nazarenum: nonne etiam in sede maiestatis consistens, dicturus est in die iudicij, *quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis*. Nõ C sine causa uirtutem hanc tantùm amauit, & suo nobis exemplo cõmendauit: sine hoc enim fundamento frustra fit aliarum uirtutum ædificium, uel constructio. Vnde nec de castitate, nec de paupertate, nec de aliqua uirtute uel opere confidas, sine humilitate. *Venit ergo Maria Magdalena*, cum alijs duabus ad denunciandum bonos rumores Christi *discipulis*, tristibus de morte Domini: hæc enim dies boni nuncij fuit, *nuncians* eis: quia *uidi Dominum: & hæc*, quæ dicta sunt, *dixit mihi*: scilicet nunciare uobis. Mulieres opus faciunt Euangelistæ: factæque Apostolæ Apostolorum, festinant ad nunciandum mane misericordiam Domini. Omnis qui rectè intelligit, alijs nunciare debet. Iuxta illud Apocalypsis, *Qui audit,* D *dicat ueni*: unde per istam quæ præ omnibus fuit sollicita uidere Christi sepulchrum, propter quod Dominus ei primò apparuit: significatur quælibet persona de cognitione ueritatis diuinæ ualde sollicita, & per hoc meretur assequi cognitionem, & talis debet ueritatem agnitam nunciare alijs, sicut Maria nunciauit discipulis, ne de abscondito talento debeat meritò reprehendi. Vnde Beda: In eo autem quòd hæc mulier discipulis Christum resurrexisse nunciauit, omnes monemur, maximè quibus est commissum prædicandi officium: ut si quid eis cęlitus reuelatum fuerit; studiosè proximis propinent. Hæc Beda. Misericordissima Dei pietas in hoc loco erga sexum fœ E mineum declaratur. Mulier resurrectionis accipit primum mysterium, & mandata custodit, ut ueterem præuaricationis errorem aboleret. Inde, secundùm Gregorium, humani generis culpa abscinditur unde processit: mulier in paradiso uiro propinauit mortem, à sepulchro mulier uiris annũciauit uitam, & dicta sui uiuificatoris narrat, quæ mortiferi serpentis uerba narrauerat. Mulier, quæ fuerat ianua mortis, prima prædicat resurrectionem, & ostendit ianuam uitæ: ac si, secundùm Gregorium, humano generi non uerbo Dominus, sed rebus dicat: De qua manu uobis illatus est potus mortis, de ipsa suscipite poculum uitæ. Vnde Augustinus, Resurgentẽ Deũ priores fœminæ Apostolis nunciauerunt: nunciauit

Margin: Rabanus ibidem. — Eccle. 32. Humilitas Iesu. — Acto. 9. — Matth. 25 — Mulieres euãgelistæ & Apostolæ. — Apoc. 22. — Beda in Ioan. — Gregorius hom. 25. in Euange. — Idem. ibid. — Augu. sermone 144. de tẽpore.

uit uiro suo mortem fœmina in paradiso, nunciauerunt & fœminæ salutẽ uiris in ecclesia: resurrectionem Christi Apostoli erant gẽtibus nunciaturi, Apostolis fœminæ nunciauerunt. Vnde & Ambrosius, Sicut in principio mulier author culpæ uiro fuit, uir executor erroris: ita nunc quæ mortem primò gustauerat, resurrectionem prior uidit: culpæ ordine remedio prior, & ne perpetui reatus apud uiros opprobrium sustineret, quæ culpam uiro transfuderat, transfundit & gratiam: ueterisque lapsus compensat ærumnã resurrectionis indicio. Per os mulieris mors antè processerat, per os mulieris uita reparatur. Vnde etiam Beda: O quàm fœlices fœminæ, quæ triumphũ resurrectionis mundo meruerũt annunciare: ac mortis quam Eua serpentino affatu seducta contraxit, imperium disruptum prædicare: quanto fœliciores animæ uirorum pariter & fœminarum, quotquot in die iudicij (percussis pauore ac digna ultione reprobis) ipsæ cœlesti gratia adiutæ triumphare de morte, & gaudium beatæ resurrectionis meruerint intrare. Hæc Beda. Et quia constantiam prædicandi non habet sexus inferior, & ad exequendum infirmior, & mulieribus docere in ecclesia non permittitur, mandatur uiris officium euangelizandi. Hic autem nunciat mulier, iam non ut mulier, sed ut ecclesiam gestans. Rectè quoque hæc mulier quæ lætitiam Dominicæ resurrectionis prima nunciauit: scilicet sancta Maria Magdalena, à septem dæmonibus, id est, uniuersis uitiis & criminibus curata esse memoratur, ut ubi abundauit peccatum, superabundare gratia monstraretur, & ne quisquam digne pœnitens de uenia commissorum desperaret, uidens eam quę tot erat subdita uitiis, in tantum culminis subitò esse promotam, ut ipsis Euangelistis atque Apostolis prima miraculum resurrectionis euangelizaret: tum etiam ut nullus de sua innocentia præsumat, aut peccãtem despiciat: tum ut pateat quòd ex Dei abundanti gratia peccator aliquando resurgit melior quàm ante casum fuerat. Sancti cùm peccant, lapis est motus, non euulsus. Cadat iustus, labatur iustus, resurgat iustus, melior erit. Sanctis enim omnia cooperantur in bonum.

Margin: Ambro. in cap. 24. Luca. — Beda in hom. — Cur Magdalena huic operi deligitur.

ORATIO.

O IESV *nostra redemptio, amor & desiderium, qui deuotis mulieribus te quærentibus, te desiderantibus, & à tuo sepulchro redeuntibus, resurgens à mortuis propitius occurrens apparere uoluisti: quæro ego te quem diligit anima mea Iesu dulcissime: quæro, & non inuenio. Occurre igitur animæ meæ quæ renti te ò unice fili Dei patris, & si differs in præsenti tuã desiderabilem præsentiam, non auferas in futuro: ut in ultima resurrectione fidelium mihi cum eis teipsum placidum ac benignum exhibeas, ut de tua præsentia perenniter cum electis tuis merear iocundari. Amen.*

A *De Mendacio custodum. Cap. LXXIIII.*



DEINDE cùm mulieres abiissent à monumento, ad explendam iussionem Dominicam: *quidam de militibus*, illud custodientibus, qui uiderunt factum, & audierunt uerbum angelicum, *uenerunt* ipsa die resurrectionis, *in ciuitatem*, scilicet Hierusalem: *& principibus sacerdotum*, à quibus positi erant ad custodiendũ sepulchrum Christi, *nunciauerunt omnia quæ fuerant* C *facta*, scilicet Christi resurrectionem, & angeli terribilem apparitionem ac terræ motum, & ex his quæ uiderant & audierant facti sunt, uellent nollẽt, testes & prædicatores ueritatis & resurrectionis Domini triumphatoris mortis, & hoc quippe est ualidum testimonium, quòd ab inimicis & crucifixoribus Christi Iudæi audiant resurrexisse ipsum. Vnde secũdùm Chrysostomum, Mira angeli apparitio, & terræmotus propter milites facta sunt, ut stupefierent, & ab eis fieret testimonium ueritatis: ueritas enim à contrariis diuulgata magis effulget. Quod & contigit, quando prædicti custodes nunciauerũt principibus omnia quæ facta fuerunt. Vbi notandum, quòd uo- D lentes impedire diuinam prouidentiam, contra suam intentionem promouent illam: sicut fratres Ioseph uendiderunt ipsum ne adorarent eum, & per hoc cõpulsi sunt eum adorare secundùm prouidentiæ diuinę ordinem. Sic principes Iudæorum uolentes impedire celebritatem nominis Christi, fuerunt ualde diligentes de custodia sepulchri, & per hoc celebrata est fama de ueritate suæ resurrectionis, & per consequens sui nominis. Indocta igitur simplicitas fatętur ueritatem: astuta uerò duplicitas principum modum quærit, quo astruat falsitatem. Vnde Rabanus: Simplex animi æquitas, & inducta hominum rusticitas sępe ueritatem rei ut est sine fraude manifestat, ac contrà uersuta malignitas falsitatem uerisimilibus uer- E bis pro uero commendare decertat. Hæc Rabanus. Vnde nequitia Iudęorum per hoc non quiescit: quia congregati cum senioribus ad confingendum falsitatem consilio accepto, dederunt militibus pecuniam copiosam ad peruertendum ueritatem: iniungentes eis ut ad denigrandã resurrectionis famam dicerent, quòd ipsis dormientibus discipuli eius nocte furati eum essent. Ecce apertum mendacium. Vnde Remigius: O stulta insania, dormientes testes adhibes. Si dormierunt, quomodo furtum uiderunt: si non uiderunt, quomodo testes sunt? Quòd si etiam fures uiderunt, cur non eos detinuerunt? Vnde & Chrisostomus:

Margin: Chrysosto. hom. 91. in Matthæum — Gene. 37. — Rabanus in cap. 28. Matth. — Remigius ibidem. — Chrysosto. hom. 91. in Matth.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus: Verè formam mendacii habebat quod dicebãt, qualiter enim furarentur discipuli homines pauperes, & idiotæ, & neque apparere audentes: si enim ad huc Christum uiuum uidentes fugerũt, qualiter mortuo eo nõ timuissent tot militum multitudinem? Nũ quid ostium sepulchri poterant euertere? lapis eminebat magnus, multis indigens manibus. Nunquid etiã non erat sigillum superimpositum, quare non persuasibilia sunt quæ de furto dicta sunt: unde per quæ resurrectionem obumbrare conantur, per hæc eam faciunt clarere, dicentes enim q discipuli furati sunt, cõfitentur corpus non esse in sepulchro: furtum autem ostendit esse mendax custodia militum, & discipulorum pauor. Hæc Chrysosto. Per hoc etiam moliebantur discipulorum perditionem, imponendo eis furti crimen. Spiritualiter autem discipuli Christi fures erant, quia ab ingratis Iudæis scripta noui & ueteris testamenti ablata in usum ecclesiæ conferebant, & Saluatorem, qui eis promissus fuerat, illis nocte dormientibus, hoc est infidelitate torpentibus abstulerunt, gentibus credendum tradẽtes. Et, ut dicit Seuerianus, Amiserunt milites, perdiderunt Iudæi. sed discipuli magistrum suum non furto, sed fide: uirtute, non fraude: sanctitate, non crimine: uiuum, non mortuum sustulerunt. De templi uerò ærariis & oblatione pauperum, non de bursis propriis acceperunt pecuniam, & copiosam, ut ea famam Christi extinguerent cuius sanguinem & uitam prius huiusmodi pecunia emerant: de communi prodigi sumus adeò, ut de proprio nil erogemus: sic proprietas diligitur, & communio cõtemnitur. Vnde Hieron. Custodes miracula confitentur, illi autem qui post tale testimonium debuerant conuerti ad pœnitentiam, & Iesum quærere resurgentem, perseuerant in malitia, & pecuniam quæ ad usus templi data fuerat, uertunt in redẽptionem mendacij: sicut & antè triginta argenteos Iudæ dederant proditori. Omnes igitur qui stipe templi, & his quæ conferuntur ad usus ecclesiæ abutuntur in aliis rebus, in quibus suam explent uoluntatẽ: similes sunt scribarum & sacerdotum, redimentium mendacium & sanguinem saluatoris. Vnde & Hilarius: Emitur ergo resurrectionis silentium, & furti mendacium, argento: quia honore seculi (qui in pecunia est & cupiditate) Christi gloria denegatur. Hæc Hilarius. Istis etiam Iudæis similes sunt, qui cum magnis sumptibus & laboribus conantur ad subuersionem ueritatis: cuiusmodi sunt aduocati dolosi, & doctores uanè glorioſi, & illi qui eos ad hoc inducunt quibuscunque modis. Vbi Chrysostomus: Nõ mireris si pecuniæ milites superauerunt, quæ apud discipulum tantam ostenderunt uirtutem, ut facerent eum magistri proditorem: nihil enim clausum uel occultum, quod non pecunia indagante sit contritum, propter quod dicitur: *Nihil iniquius, quàm amare pecuniam.* Vnde & Rabanus: O pestis magna auaritiæ, semper bonis animis detestanda: quid illæsum, quid inconcussum dimittis? tu genus hominum confudisti, tu discipulum comitem Christi ab apostolatu præcipitasti, tu milites custodientes Christi sepulchrum captiuasti. Nunquid bene dictum est, Pecuniæ obediunt omnia? Hæc Rabanus. O quod socios & hæredes Iudæi & milites in hoc scelere, etiã apud magnos & potentes, reliquerunt: qui pecunia corrumpuntur & corrumpunt: ac pro temporalibus & transitoriis agentes iniquè, credũt nihilominus (sed uanè) quòd sicanimæ eorum requiescãt in pace, & partẽ habeãt cum Christo in resurrectione. Custodes uerò *acce-*

Pecunia militibus data.

Hieronym. in cap 28. Matth.

Iudaorum similes prælati.

Hilarius in fine cõmentariorũ in Matth.

Chrisostо. hom. 91. in Matth.

Eccle. 10. Rabanus in cap. 28. Matth.

pta pecunia corrupti *fecerunt sicut erant docti:* & dixerunt, *nobis dormientibus furati sunt discipuli Iesu corpus eius:* sed mentita est iniquitas sibi, & auaritia, sicut & Christi discipulus, sunt decepti. Hæc autẽ irrisio heu multis hodie cõgruit pigris, illa hora dominicæ resurrectionis torpentibus. Vnde Petrus Damianus, Cauẽ dum est autem ne somno quis, uel ad momentũ quidem in competẽtibus horis assentiat, & maximè iuxta diluculum: ut quo uidelicet tempore grauius incũbit accidia, canonicis nos inueniat occupatos officijs: absit etiam nos tunc sopore uel ignauiæ tædere, qua uidelicet hora constat redemptorem nostrum destructo mortis imperio surrexisse: ne si tunc dormiamus, quando oriente sole corpore etiam interior noster homo lucem debeat inoccidiam expectare (qđ absit) ut irrisio nobis uideatur illa congruere, discipuli eius nocte uenerunt, & nobis dormientibus furati sunt eum. Hęc Petrus Damianus. Istud autem mẽdacium militum Iudæi emerunt carè, quod adhuc eos tenet in errore: unde *diuulgatum est*, & manſit *hoc uerbum*, scilicet quòd Christus furatus fuisset, non surrexisset: tanquam uerum, quod tamen erat falsum, *apud Iudæos usque* modo & *in hodiernum diem*, & usq; hodie suum non uident uel intelligunt errorem. Vnde Rabanus: Error empti mendacii, per quod resurrectionis denegant ueritatem, perseuerat in Iudæis, ne in Christum credant, & reatu eos constringit perpetuo: ad tempus autem mendacium prævaluit, sed non semper, nam contra fictum mendacium Iudæorum, refulget efficax & irrefragabile testimonium resurgentium mortuorum: *quia multa corpora sanctorum qui dormierunt*, somno mortis: *surrexerunt post resurrectionem eius*, tanquam testes suæ resurrectionis, *& exeuntes de monumentis uenerunt in sanctam ciuitatem* Hierusalem: quæ dicitur sancta, propter templũ diuino cultui deputatum, & propter sancta sanctorum, & ob distinctionem aliarum urbium in quibus idola colebantur: uel pro antiquo nomine, ut Matthæus publicanus dicitur: *& apparuerunt multis*, testificantes de resurrectione Domini, scilicet idoneis ad declarationem resurrectionis Dominicæ: his scilicet qui uidere meruerunt, & resurgentem susceperunt: sed non omnibus, quia non erat resurrectio generalis, quæ apparebit omnibus & bonis & malis. Et hoc diuinitus factum est contra Iudæos & milites, in testimoniũ quòd Christus Dominus primitiæ dormientium uerè resurrexit à mortuis. Vnde Chrysost. Aperta sunt monumenta, & resurrexerunt mortui, & intrauerunt in sanctam ciuitatem: ut inexcusabile relinquerẽt eam, & Domini resurrectio firmaretur. Hæc Chrysost. Fortè hi fuerunt, de quibus supra epistolam ad Hebræos legitur: quòd multi affectauerunt sepeliri in terra sancta, ut Cum Domino resurgente resurgerent. In euangelio etiam Nazaræorum legitur, quòd duo uiri sancti mortui ante quadraginta annos, uenerunt in templum, & scripserunt quomodo illi qui erant in limbo, exultauerunt in descensu Domini ad inferos, & dæmones tristabantur. Vnde Leo Papa: Qui mortalitatis grauabantur sepulchris, discussa obstaculorum mora prosiliant: appareant quoque nunc in ciuitate sancta, id est, ecclesia Dei futuræ resurrectionis indicia, & quod credendum est in corporibus, fiat in cordibus. Hæc Leo. Rectè autẽ in resurrectionis Domini tempore alii surrexerunt, ut cùm se percipere desperaret homo, quod in se ostẽderat Deus: homo hoc in se fieri posse præsumeret, quod in puris hominibus factum cognosceret. Vnde

Accidia detestatio.

Mendacij empium.

Rabanus ibidem.

Matth. 27.

Chrysost. hom 91. in Matth.

Leo sermone de resurrectione.

Cur & alij surrexerit.

Gregorius lib. 14. moral.

de Gregor. Ad instruendam ergo ignorantiam nostram, ad roborandam infirmitatem nostram, suæ resurrectionis exemplum nobis sufficere uoluit, solus illo in tempore mortuus est, & tamen solus minimè surrexit. Ne quis enim dicat, sperare de se non debet homo, quod in carne sua exhibuit homo Deus: ecce cum Deo homines resurrexisse cognoscimus. Hæc Gregorius. Considera hic quàm magna fuit nequitia Iudæorum circa Dominum Iesum: quæ etiam post eius mortem non cessauit, & quàm magna bonitas circa illos, de quorũ salute nihilominus curã habuit: quibus exemplis & nos prouocamur, ut eius bonitatem circa iniuriantes imitemur.

ORATIO.

DOMINE *Jesu Christe, ad cuius resurrectionis famam denigrandam Iudæi militibus pecuniam copiosam dederunt, & ad peruertendum ueritatem eos corruperunt: da mihi ut pecunia non corrumpar, uel corrumpam, nec pro temporalibus & transitorijs inique agam: sed semper in ueritate permaneam, et liberer per eam. Da etiam mihi ut sicut post resurrectionem tuam surgentes testes extiterunt tibi: sic & ego merear de te uerbo & opere testificari, & in resurrectione generali, tecum & cum tuis electis partem habere, & cum eis coram te in regno tuo sine fine te miserante gaudere. Amen.*

Quomodo Dominus apparuit Petro, & Ioseph, & Iacobo minori, ac sanctis patribus. Cap. LXXV.



Petrus: Domine quo uadis.

CVM ergo Magdalena & sociæ eius redeuntes domum, narrassent discipulis resurrexisse Dominum: Petrus mœrens quòd Dominum suum non uiderat: nec quiescere ualens, propter amoris uehementiam quam ad eum habebat, dicens sit subitò ab aliis ad quærendũ Dominum, & solus ibat uersus sepulchrum. Nescieb at enim, ubi cum alibi quæreret. Dum ergo pergeret, Dominus in uia ei apparuit: licet Euangelista ubi uel qua hora factũ sit, non designauerit. Tunc Petrus uidens Dominum procidit in terram, & ueniam petiit de hoc quòd eum dereliquit, & pluries negarit: Dominus autem sibi peccata dimittens, & eum consolando confortans, dicit ei ut cõfirmet etiam fratres suos. Stant simul, & cum gaudio colloquuntur adinuicem, & fit hic similiter pascha magnum. Singulariter ergo Petro apparuit, qui singulariter eum negauit. Omnium autem uirorum quos Euangelistæ & Apostoli commemorant, primò Dominus Petro pluribus de causis seu rationibus apparere uoluit. Prima est, ut qui primò confessus est eum Christum esse, primo resurrectionem eius mereretur uidere. Secũda, ut mentem eius (quæ in passione titubauerat) reformaret, & qui timore passionis eius euidentius ceciderat, per spem resurrectionis prius resurgeret. Tertia, ut peccatum trinæ negationis ei indultũ ostẽderet, consolans eum ne desperaret. Quarta, ut Apostolatus eius ordinem consolidaret, & ipsum in eo roboraret. Quinta, ut eum facto doceret qualiter subditis suis pœnitentibus condescendere deberet, quantumcunque peccassent. Sexta, ut peccatoribus omnibus spem misericordiæ & ueniæ daret, ostendendo quòd peccatores non despiceret. Septima potest addi, secundùm Chrysostomum qui dicit, Non enim simul omnibus se manifestabat, ut sereret fidei semina. Nũ qui primò uiderat, & certus erat, aliis referebat. Deinde sermo prodiens præparabat animum auditoris uisioni. Et ideo primò digniori & fideliori omnibus apparuit. Erat enim opus animę fidelissimæ, quę prius acciperet hunc aspectum, ut minimè turbaretur inopinata uisione. Post Petrum uerò aliis apparuit quandoque paucioribus, quandoque pluribus. Hæc Chrysostomus. Petrus uerò benedictione à Domino accepta, rediens ad Dominam, & ad discipulos eis omnia narrauit: & deinceps in omnibus multum fidelis Deo permansit. Petrus interpretatur obedines, & typum obedientiæ gerit: quibus Dominus sæpius apparere consueuit. Discedens igitur Dominus Iesus à Petro, apparuit Ioseph, qui eum sepelierat in monumento suo. Nam ut legitur in Euangelio Nazaræorum: Cùm audissent Iudæi, quòd Ioseph à Pilato corpus Iesu petiisset, & ipsum ita honorificè in monumento suo sepelisset: Tunc indignati aduersus eum, ceperunt ipsum eadem uespera qua sepeliuit Dominum, & in quodam cubiculo diligenter clauso & sigillato recludentes incarcerauerunt, alligantes eum ad columnam in ipso carcere, & uolentes post sabbatum eum occidere: & ecce statim in ipsa die resurrectionis, suspensa domo à quatuor angulis Dominus ad eum intrauit, & ei lætus apparuit: eumque consolans faciem eius extersit, & osculum dedit: ac deinde saluis sigillis eum educens & liberãs, in domum suam in Arimathia ipsum adduxit: Vide quomodo Dominus suos nõ obliuiscitur: nec derelinquit usquequaque, sed tandem eos cõsolatur & adiuuat suo tempore. *Quia ipse est adiutor in oportunitatibus in tribulatione.* Vnde Chrysostomus, Mos siquidẽ Dei est iste certissimus, ut cùm mala ad cumulum suum uenerint: cumque uiderit suos grauiter affligi, & aduersatios tyrannide quadam contra se impietatis attolli: uel potius mentis ebrietate bacchari, diuinitatis suæ potentiam per signa demonstret. Hæc Chrysostо. Nicodemum uerò, ipsius Ioseph socium in sepeliendo Dominum suum, dicunt quidam interim latuisse, propter metum Iudęorum. Ioseph interpretatur augmentum uel appositio per longam ætatem: & typum gerit perseuerantium in bono opere, quibus sæpe ipse Dominus dignatur apparere. Apparuit etiam Dominus ipsa die Iacobo minori, ut in epistola ad Corinthios tangitur. Qui in cœna deuouerat & iurauerat se non comesturum panem ab illa hora qua calicem Domini biberat, donec eum à mortuis surrexisse uideret. Cùm ergo usq; ad diem resurrectionis

Petro singulariter apparuit Dominus.

Chrysostо. hom. 38. in epist. priorẽ ad Corin.

Psal. 9.

Petri interpretatio. Ioseph apparitio.

Universidad de Deusto Biblioteca

rectionis Iacobus cibum non gustasset: apparens Dominus dixit ei, & his qui cum eodem erant: ponite mensam & panem deinde panem accipiens, benedixit ac fregit, & post dedit Iacobo, dicẽs ei: Frater mi, comede panem tuum: quia filius hominis à mortuis resurrexit. Ista refert Iosephus, & similiter Hiero. in libro de uiris illustribus. Vide quomodo hîc qui non solum panem substantialem, sed etiam supersubstantialem, scilicet Iesum esuriebat, utroque consolari & refici meruit. Non enim permittit Dominus illos q̃ eum uel propter eum esuriunt, & uel inedia deficere: sed dat in se sperantibus escam opportuno tempore: & implet eos benedictione. Iacobus interpretatur luctator: & typum gerit eorum qui in tẽtationibus fortes sunt, & uitia uiriliter supplantant: quibus etiã Dominus frequẽter se manifestat: esto ergo Petrus obediendo, esto Iacobus uitia supplantando, esto Ioseph de uirtute in uirtutem proficiendo, & in hoc perseuerando, & non obliuiscetur Dominus te per suam gratiam uisitare: & prout tibi expedire nouerit, consolari. Et sciẽdum, ꝙ animã, cui se Dominus in quacunq; specie dignatur ostendere, nunquã dimittit sine consolatione & aliqua salubri reuelatione, quod patet in omnibus apparitionibus post resurrectionem factis. Nam Mariæ matri suæ præ cęteris plus de morte eius dolenti, & resurrectionem eius expectanti totus festinus & gloriosus apparens, totum mœrorem in lætitiam conuertit: itaque omnis doloris pristini oblita fuit. Mariam etiam Magdalenam, cui in specie hortulani apparuit, plorantem consolabatur, uocans eã proprio nomine, & dicens, Maria: quo uerbo statim conuersa, ac consolata & edocta, cognoscens Dominũ, cum gaudio magno dixit, Rabboni: reuelauitque ei Dominus mysterium suæ uoluntatis, dicens: uade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum. Item tres mulieres, quibus occurrit, consolatus est dicens, Auete: & deinde subiungens, nolite timere: eisq; mysterium suum reuelauit, dicens: Ite annunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam: ibi me uidebunt. Itẽ duobus discipulis euntibus in uia apparuit in specie peregrini, quibus aperuit sensum scripturę, & eorum corda fecit ardentia: & demũ in fractione panis eos plenè consolabatur sui notitia. Item cùm appareret discipulis cõgregatis in unũ, in propria specie, cõsolabaẽ eos, dicẽs: pax uobis: q̃d turbati estis, ego sum, nolite timere. Videte manus meas, & pedes meos, & aperuit illis sensũ, ut intelligerẽt scripturas: & sic similiter. Deus in qualibet alia sua reuelatione consolatus est uidentes se, cum aliqua reuelatione: unde non dubiũ est quin similiter & hîc istos suos dilectos consolatus sit. Et notandum, quòd diuina cõsolatio acquiritur: Primò, per timorem. Secundò, per lachrymationem seu lachrymarum deuotionem. Tertiò, per tribulationum sustinẽtiam. Quartò, per sui humilitatem. Quintò, per terrenæ consolationis uitationem. Sextò, per supernorum contemplationem. Dominus igitur Iesus inde discessit: quia nõdum sanctos patres post resurrectionem suam uisitauerat: quos in paradiso deliciarum dimiserat. Rediit ergo ad eos procedens in stola candida, cum multitudine angelorum: quem ipsi in tanta gloria à longè conspicientes, cum indicibili gaudio, exultatione & iubilo, canticis & laudibus eum susceperunt: & procidentes in terram, adorauerunt: deinde surgentes & stantes coram eo reuerẽter & iocundè compleuerunt laudes suas feruenter, & omni qua poterant deuotione. O qualis cantus, & quãta gaudia ibi erant, ubi tanta concio sanctorum simul

Hierony. in catalogo uirorum illustrium. — *Iacobus quid interpretatur.* — *Deus quẽ uisitat semper consolatur.* — *Consolatio diuina quomodo acquiritur.*

A psallebat? O quàm bonum & quàm iocundum talibus interesse, uel saltem aliquid de his percipere? appropinqua ergo & tu si permitteris, & admiscere laudibus istis: uel saltem ausculta à longè, & iocundare in eis.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, da ut sim Petrus obediendo, & Iacobus uitia supplantando: ac Ioseph, de uirtute in uirtutem per augmentum proficiendo, & in hoc per longanimitatem perseuerando: ut tu qui illis in angustijs dignatus es apparere, digneris & me sæpe per tuam gratiam propitius uisitare: da etiam mihi ut sicut sancti patres gaudium de tua præsentia habuerunt, cùm te post resurrectionem tuam glorificatum uidere meruerunt: ita & ego in illo ineffabili gaudio, quo nunc tecum gaudent in cœlis, merear de conspectu tuo semper gaudere cum eis. Amen.* B

Quomodo Dominus apparuit duobus discipulis in uia. Cap. LXXVI.

C



D

IPSA autem die resurrectionis Domini, *duo ex* septuaginta duobus *discipulis* eius de Hierusalem egressi, *ibant* uersus castellum Emaus, quod distabat ab Hierusalem stadiis sexaginta, id est, septem milibus quingentis passibus contra Occidentem. Octo quippe stadia faciunt miliare unum: & sic distabat ab Hierusalem per septem miliaria & dimidium: quorum duo uel secundùm quosdam tria, faciunt unam leucam: unius istorum duorum nomen exprimit Lucas, cui inquiens nomen Cleophas: alterius uerò nomen tacet causa humilitatis: quia secundùm Greg. creditur fuisse ipse Lucas: sed secundùm Ambro. putatur fuisse Amaon filius Rufi: & cum ipsi, quasi desperati, de Iesu adinuicem de his quæ acciderant, scilicet de eius conuersatione & morte tristes conferrent: maximè dolentes, quia eum sine culpa & innocenter occisum nouerant: Venit Dominus Iesus & iunxit se illis: scilicet corporaliter & spiritualiter, *& ibat cum eis*: tanquam socius itineris: interrogans & respondens, ac uerba salubria cum ipsis conferens, ut secundùm Beda, fidem suæ resurrectionis, mentibus eorum incẽderet: & quod se facturum promiserat, impleret: scilicet *ubi sunt duo uel tres in nomine meo congregati, ibi sum in medio eorum*. In ipso loco in quo se eis iũxit, postea E

capella

Luca. 24. — *Ambro. in cap. 24. Luca.* — *Beda ibid. Matth. 18.*

capella facta fuit. Et quia intus in corde Dominum amabant, sed de eius resurrectione dubitabant: ideo Dominus eis foris in corpore apparebat, sed quis esset non agnoscebant. Hoc apud eos agebatur foris in oculis corporis, quod agebatur intus in oculis cordis. Quia enim amabant, uidebant: quia uerò dubitabant, eum quem uidebant non agnoscebant. Et hoc est quod dicit, *oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent*: quia incredulitas eorum, & dubietas demerebatur, quòd Christus cognitionem sui corporis ab eis retardaret. Tenebantur oculi eorum ueritate, non falsitate, sed ipsis non ualentibur ueritatem recipere uel percipere, unde non ab ipso Domine Iesu, sed propria dubitatione tenebantur. Vbi August. quod autem ait Marcus eis in alia effigie Dominum apparuisse, hoc Lucas dicit, quòd oculi eorũ tenebantur ne cognoscerent eum: oculis quippe eorum acciderat aliquid, quod ita manere permissum est, usque ad fractionem panis. Non quia Dominus non poterat transformare carnem suam, ut alia reuera esset effigies quàm solebant intueri: sed non ita est factum. Hæc Augu. *Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes?* Nõ quærit ex ignorantia, sed ut ex eorum responsione incredulitas eorũ conueniẽtius arguatur, ut dicit Greg. Conferebant quidem inter se, quasi non amplius expectantes Christum uiuẽtem: se dolorosi, quasi perempto saluatore. *Et respondens Cleophas dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus?* hic, solus, non facit exclusionem aliorum peregrinorum, cùm ualde multi peregrini & de diuersis partibus uenissent in Hierusalem ad diem festum paschæ: sed notat exclusionem cognitionis, ab isto sic apparente, scilicet notitiæ mortis Iesu, quam solus uidebatur ignorare: ut sit sensus, Cum multi peregrini his diebus uenerint in Hierusalẽ, mirum est quòd tu solus inter alios peregrinos ignores ea quæ sunt nota aliis omnibus. Vbi Theophilus, quasi diceret, Tu solus quasi iam peregrinus es, & extra confinia Hierusalem habitans, & expers eorum quæ in medio eius cõtigerũt, vt hęc ignores. Vbi & Beda: Peregrinum putabant eum, cuius uultum non agnoscebant. Sed reuera peregrinus erat eis: à quorum naturæ fragilitate (percepta iam resurrectionis gloria) longè distabat: & à quorum fide, utpote resurrectionis eius nescia, manebat extraneus. Et cũ non ex ignorantia, sed ut ex responsione eos argueret, & de factis in Hierusalem, quæ nam essent, eos interrogaret: *dixerunt, de Iesu Nazareno, qui fuit uir propheta, potens in opere*, scilicet miraculorum: *& sermone*, scilicet prædicationis & doctrinæ: quomodo esset traditus in mortẽ, & crucifixus. Vbi Beda: Prophetam fatentur, filium Dei tacent: uel nondum perfectè credentes, uel solliciti ne inciderent in manus Iudæorum persequentiũ: quia nesciebant quis esset, quod uerum credebant celantes. Et subiungunt, quòd sperabant ipsum redemptuurum Israel, quasi iam euanesceret spes eorum: cuius causam subdunt: quia iam tertia dies ab illis factis erat, qua se resurgere prædixerat: & tamen adhuc discipulis non appareret, licèt tertia dies prope finem esset. Et addunt, quod quidam ex eis abeuntes ad monumentũ, terruerunt eos, non de resurrectione Christi quam nunciabant, sed de ablatione corporis eius non inuenti, quam discipuli timebant. Et ipse dixit ad eos, ex responsione eorum arguens ipsos: *ò stulti*, propter cæcitatem intellectus: *& tardi corde*, propter tarditatem affectus: *ad credendum in his quæ locuti sunt*

Augusti. lib. 3. de cõsensu euange. cap. 25. — *Solus.* — *Theophil. in Lucam. Beda in ca. 24. Luca.* — *Idẽ ibidem*

A *prophetæ*, de Christi morte & resurrectione: *nonne hæc oportuit pati Christum*, tum propter patris præordinationem, tum propter Christi exaltationẽ, tũ propter humani generis redemptionem, tum propter scripturarum impletionem: *& ita*, scilicet per passionem & mortem, *intrare in gloriam suam*, ad quam nemo perueniet nisi per passionis uiam. *Et interpretabatur*, & exponebat *illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant*, inducendo testimonia aliqua, & aperiendo mysteria quantum ad propositum ostendendum sufficiebat: ostendens eis omnia circa ipsum facta antè fuisse prædicta. Firmitas enim fidei in eo est: quia omnia quæ in Christo uenerunt, prædicta sunt. Considera hîc multiplicem Domini benignitatem & bonitatem: B primò, quia non potuit eius feruens amor sustinere suos sic tristari & errare. Verè fidus est amicus, fidelis comes & benignus Dominus: iũgit se ipsis, quærit tristitiæ causam, & exponit eis scripturas, inflammans corda eorum. Sic quotidie facit nobiscum spiritualiter, si enim aliqua perplexitate uel accidia grauati piè de ipso loquimur, statim adest, confortans corda nostra & illuminans, & etiam ad amorem suum inflammans: optimum enim remedium est contra tales perplexitates, loqui de Deo. similiter & cogitare de ipso: propter quod, istorum discipulorum exemplo, cùm per uiam incedimus, de salutiferis loqui debemus, ut Christum nobiscum pergentem habeamus: & non solùm pergentem, sed etiam nos docentem: sicut C istis discipulis, cum quibus ibat, scripturas aperiebat. Et uniuersaliter ubique bonum est loqui de Iesu: bonum est eum in mente semper habere: quia nec ipse obliuiscitur eorum qui memores sunt eius, sicut hic uidemus. Promisit enim, quòd *ubi duo uel tres congregati sunt in nomine eius, ibi est in medio eorum*. Specialiter autem de passione loquentes comitatur Dominus, quia amplius placet ei recordatio eorum quæ ipse pro nobis est passus. Vnde ad hoc specialiter monet, dicens: *Recordare paupertatis meæ*, scilicet contra diuitias: *& transgressionis*, id est, utilitatis. s. contra honores: *absinthij & fellis*. s. contra delitias. Secundò, considera bonitatẽ eius non solũ ex amore, D ut dictum est suprà, sed ẽt ex humilitate profunda. Conspice quomodo humiliter uadit Dominus omnium cum istis discipulis, quasi unus ex eis. Nonne tibi uidetur rediisse ad primordia humilitatis, sed & in alio attende humilitatẽ eius, quia non est dedignatus hos discipulos inferioris gradus: non enim erant isti de apostolis, sed de aliis minoribus discipulis: & tamẽ familiariter iungit se ipsis, uadit & loquitur cum eis: non sic faciunt elati, qui nolunt nisi cũ pręcipuis uiris ambulare & conuersari. Item in alio relucet hîc sua humilitas, nam si consideres elatos, uidebis quòd nolunt uerba ampullosa spargere inter paucos: quia ea perdita existimarent: nec illos dignos ea suscipere reputarent: sed Dominus etiam cum duobus loquitur E arcana sua: non uilipendit paucos, nec etiam vnum, sicut fecit loquendo cum Samaritana iuxta puteum. Tertiò, considera Domini benignitatem: uide qũo discipulos suos instruit, ac sermonibus consolatur, & reficit: inducens eos ad credendum, & dicit: *O stulti & tardi corde ad credendum &c.* quasi diceret nobis, O stulti & tardi ad credendum. O stulti & tardi ad inquirendum præcepta & uoluntatem Dei. O stulti & tardi ad implendum intellecta, & faciendum ea: humiliemus ergo nos, ut sacram scripturã inquiramus, & secundùm eam uiuamus: humiliemus etiam nos ad tolerantiam passionum, ut participes passionis Christi

sti

Benignitas & bonitas Domini. — *Loquẽdum de Deo.* — *Matth. 18.* — *Threno. 3.* — *Ioan. 4.*

Universidad de Deusto Biblioteca

sti effecti, simus socii resurrectionis & gloriæ ipsius. Qui enim non compatitur, non intrabit in gloriam illam: quam etiam præcedit mandatorum inquisitio, & impletio. Vnde Beda: Hoc nobis in loco non ullã scripturã interpretandi, sed gemina nosipsos humiliãdi necessitas incumbit, qui neque in scripturis quantum oportet edocti, neque ad implenda quæ nouimus quantum decet sumus intenti: nam si Moyses & omnes prophetæ Christum locuti sunt, & hunc per angustiam passionis in gloriam suam intraturum prędixerunt: qua ratione gloriantur se esse Christianos, qui iuxta uirium suarum modulum, neque scripturas qualiter ad Christum pertineant inuestigare, neq; ad gloriam quam cum Christo habere cupiunt, per passiones tribulationum desiderant attingere? Hæc Beda. Christus enim per passionem & mortem, tanquã per portam angustam, intrauit in gloriam suam, ostẽdens nos per multas tribulationes intrare in regnum Dei. Delirant ergo & fatui sunt, qui sine pati & tribulationibus præsumant intrare in gloriam alienã: cùm Christus sine his non intrauerit in gloriã suã: sed oportebat multa pati illũ, cuius naturaliter est regnũ, multomagis nos, quorum non est regnum nisi de gratia, oportet per multas tribulationes intrare in regnum cęlorum. Exemplum habemus de omnibus charis & electis Christi, qui omnes per uiam passionis uoluntariæ uenerunt ad regnum Dei. Mirum quippe esset si quis intrare nollet portam, per quam rex suus intrasset. Vnde Bernard. Caput nostrum per passiones & angustias cœlum introire uidemus, & nos membra eius nobis alia itinera somniamus. Mõstruosa res est, si per unum foramen caput trãsire uidemus, per aliud corpus: pudeat sub spinato capite membra fieri delicata. Hæc Bernardus. Hæreditas quippe transit ad hæredes cum suo onere & honore: Deus autem hæreditati beatitudinis æternæ adiunxit onus: id est, tolerantiam passionis, & cum isto onere habuit eam Christus: quia vt hic dicitur, oportuit Christum pati, & sic intrare in regnum Dei: habuerunt eam apostoli: quia persecutionem pro Christo (ut ipse eis prædixerat) sustinuerũt, habent eam omnes fideles: quia, ut dicit apostolus, Omnes qui piè uolunt uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur: qui ergo uult assequi æternam beatitudinem & nullam pati tribulationem uidetur quòd uelit esse & Christo dignior, & apostolis sanctior, & cunctis fidelibus melior. *Et cùm appropinquaret castello quo ibant*, tunc ipse Dominus *finxit se longius ire*: ut scilicet eorum augeret desiderium: & inuitaretur ab eis, & teneretur. Vnde Bernar. Simulabat se longius ire, non quia uolebat: sed uolebat audire, Mane nobiscum Domine, quoniã aduesperascit. Hæc Bernar. In hoc tamẽ nulla falsitas fuit quia sicut aliquid potest fingi uerbis, ita & factis: primum autem fuit sine falsitate, ut patet in parabolis testamenti noui & ueteris, quibus aliquid fingitur verbis ad ueritatem aliquam conuenientius designandam: & eodem modo hic Christus finxit se longius ire, ad designandam distantiam à cordibus eorum propter fidei defectum. Vnde August. Quod non ad mendacium pertinet: non enim quod fingimus, mẽdacium est: sed quando id fingimus quod nihil significat. Cũ autem fictio nostra fertur ad aliquam significationẽ, non est mendacium, sed aliqua figura ueritatis, sicut autem dicta, ita etiam finguntur facta sine mẽdacio, ad aliquam rem signandam. Hæc August. Ipsi autẽ desiderantes adhuc audire ipsum, *coegerunt illum* factis, scilicet manibus trahendo ut maneret: ac uerbis

[*Beda in ca. 24. Luca.* — *Pati oportet cœlum intrare uolentes.* — *Passi omnes sancti.* — *Bernardus sermone de passione.* — *Fingendi & simulandi ratio.* — *Bernardus sermo. 74. in cantica.* — *Augusti. lib. 2. de quæstionibus euangelicis, cap. 51.*]

& rationibus alliciendo obnixè rogauerunt *dicentes: Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est dies*, scilicet ad occasum, quo exemplo, secundùm Grego. colligitur quòd peregrini non solùm ad hospitium inuitandi sunt: sed etiam trahendi. Quilibet morti appropinquans, & ad uesperum seu occasum uitæ tendens, congruenter etiam posset hoc uerbum dicere, & Dominum ad manendum secum corde & ore inuitare, tandem *intrauit cum illis*, & recumbens cum eis, *accepit panem & benedixit ac fregit, & porrigebat illis*. Conspice bene quomodo ad eorũ inuitationem & coactionem benignè cum eis intrat: mensam ponunt, cibos offerunt: panes accipit ac benedicens eos manibus sacratissimis frangit & porrigit illis. Faciens in hoc sicut ante passionem, quando adhuc inter eos conuersabatur, seu morabatur, facere consueuerat. Vnde per hoc seipsum eis reuelat, quia tũc *aperti sunt oculi eorum*, scilicet interiores: *& cognouerunt eum*, in modo fractionis panis, assuetam eius consuetudinem uidentes: sic enim frangebat panem sola manu, ac si scinderetur cum cutello. Cognouerunt eum ex modo frangendi & etiam benedicendi panem. Legitur enim panem sic fregisse & benedixisse pluries. Primò, in quinque panum multiplicatione. Secundò, in septem panum distributione. Tertiò, in sui corporis consecratione. Quartò, hîc in discipulorum illuminatione. In his autem quatuor fractionibus, significatur quadruplex expositio sacræ scripturæ secundùm quatuor eius sensus: scilicet historicum, tropologicũ, allegoricum, & anagogicum. Vbi Augustinus: Non incongruenter accipimus hoc impedimẽtum in oculis eorum à satana fuisse, ne agnosceretur Iesus: sed tamen à Christo facta est permissio usque ad sacramẽtum panis, ut unitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, ut Christus possit agnosci. Vbi & Theophilus: sed & aliud innuit, quòd scilicet sumentibus sacrum panem, aperiũtur oculi ut eum agnoscant, magnam enim & ineffabilem uim habet Domini caro. Hæc Theophilus. Ista circa discipulos gesta quotidie facit Dominus nobiscum inuisibiliter, & in anima: nam teneri uult, & ẽt inuitari, per desideria & orationes ac sanctas meditationes, & ideo oportet orare, & non deficere. Ista ẽt facit ad nostram eruditionem, ut scilicet intendamus in opera charitatis, pietatis, & hospitalitatis: & quomodo non sufficit diuina eloquia legere uel audire, nisi compleantur opere: quia Dominus non est cognitus dum loqueretur & dignatus est cognosci dũ pascitur: pius & misericors Dominus fidei istorum subuenit, quos misericordes reperit, eisq; misericordiam impendit. Hinc ergo cognoscere possumus, quòd fides sine operibus mortua est: quia Dominum quẽ discipuli nec ex uisione, nec ex scripturarum interpretatione & expositione cognouerant, mox ut opere quod scripturæ præcipiunt perfecerunt, eum in fractione panis cognouerunt. Audiendo scripturas & præcepta Dei, illuminati non sunt: faciẽdo, scilicet ipsum trahendo ad hospitium, & apponẽdo cibum, illuminati sunt: quia *non auditores legis sed factores iustificabuntur apud Deum*. In operibus ergo pietatis & misericordiæ, ut in hospitalitate & huiusmodi, amplius cognoscitur Deus: quàm in lectione, disputatione, & scripturarum expositione. Veritas enim melius operando, quàm audiendo intelligitur: & melius ipso opere, quàm uerbo manifestatur. Nos ergo qui peregrini in hoc mundo sumus: quia non habemus hic permanentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, si spiritua-

[*Gregorius hom. 23. in euangelia.* — *Peregrini in hospitiũ trahendi.* — *Frangendi panis consuetudo.* — *Fractionẽ quatuor totidẽ sensus.* — *Augustin. lib. 3. de cõsensu euange. cap. 25.* — *Theophi. in Lucam.*]

spiritualiter in nobis habemus quæ in se habebãt isti peregrini: erit Dominus comes itineris nostri. Peregrini isti loborabant: quia ambulabãt: tristabantur, & de Christo confabulabantur: sed Christus se eis iũgit, cor urit, scripturas aperit, longius se ire fingit. Si tales essemus, scilicet laborando, contra accidiam: tristando, contra uanam lætitiam: de Christo confabulando, contra uaniloquium: tunc Christus se nobis iungeret, cor accenderet, scripturas aperiret, & intellectum daret: licèt aliquando longius se ire fingeret, ut nos probaret. Item peregrinus ab omnibus ad eum non pertinentibus se exonerat & alienat, uiam quærit, summo desiderio patriam suam appetit, & cor atque oculos ab omnibus, ne retrahatur uel impediatur, auertit. Esto talis peregrinus, & apparebit tibi Christus: & hæc tria faciet tibi, sicut fecit & illis duobus peregrinis. Tempus abbreuiat, per dulce uitæ colloquium: uiam instruit, dans uerum intellectum: ultimò pane benedicto, per seipsum fracto, reficit affectum: & hoc si compellis ipsum, se longius ire fingentem, manere tecum. Per istos discipulos, euntes in Emaus, signantur uolentes implere consilia Domini, quia Emaus interpretatur desiderium consilii, quibus Dominus sæpe sua uisitatione dignatur apparere, non autem dedit Dominus istis discipulis suis tunc magnam sui copiam, sed statim porrecto pane, *euanuit ab oculis eorum*: ut ex hoc ipsorũ argueret effectum, simul ostendens se corpus gloriosum habere, quod per dotem agilitatis subitò potest disparere, subtrahebatur carnalibus oculis species infirmitatis, ut mentibus eorum inciperet apparere gloria resurrectionis. Vnde iã certi eum resurrexisse, dixerunt adinuicem: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis?* scilicet ardore charitatis, *dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas*, nos instruendo ex eis. Quare eum non tenuimus? quare ad pedes eius non corruimus? Quare nobisipsis & cordibus nostris nõ credidimus? ubi eum quæremus? ubi eum inueniemus? per quod, ut dicit Origenes, innuunt quòd prolati sermones à Saluatore, accendebant audientium cor ad amorem diuinum. Vnde Gregorius: Ex audito quippe sermone inardescit animus, torporis frigus recedit, fit mẽs in superno desiderio anxia, à concupiscentiis terrenis aliena: audire ei libet pręcepta cœlestia, & quot mandatis instruitur, quasi tot fascibus inflammatus. Hæc Gregorius. Idcirco quoque citò euanuit, quia etiam alios consolari festinabat: cum quibus tamen simul & istos consolatus est, ut statim infrà patebit.

[*Peregrini conditiones.* — *Emaus.* — *Origenes hom. 7. in Exod.* — *Gregorius hom. 30. in euange.* — *Cur citò euanuit.*]

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui discipulis euntibus in Emaus apparuisti, et corda eorum tuo amore inflammasti, illumina quæso cor meum, ut læta uoluntate impleam tui consilij desiderium, uidelicet ut purificem me ab omnibus operibus malis, et faciam opera misericordiæ ac pietatis, ut in futura resurrectione delicatam tuam inuitationem gaudenter cum electis tuis audiam te dicentem*: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratũ est ab origine mundi: *quam uocem dulcissimam fac me audire unigenite fili Dei. Amen.*

[*Matth. 25.*]

Quomodo Dominus apparuit discipulis Thoma absente. Cap. LXXVII.



SVRGENTES autem eadem hora prædicti duo discipuli, *regressi sunt ipsa die in Hierusalem*, ad alios discipulos propter metum Iudæorũ inclusos. Vnde Theophilus: Ardebat ergo cor eorum igne Verborum Domini, quibus intendebant, & adeo lætati sunt ut nullam moram passi, mox reuersi sint in Hierusalem. Vide hîc discipulorum diligentiam, & fidei feruorẽ, ad reuelandum resurrectionẽ: quia tarda, scilicet uespertina hora, aut mensa, seu fatigatione itineris non detẽti, & remoto Iudęorum timore, ad annunciandum apostolis resurrectionem Dominicam, & quod de ea in uia compererant, cucurrerunt impigri. Nec mirum si eadem die & hora surrexerunt, erat enim dies boni nuncii, & ideo timere poterant, si differrẽt usq; mane illud: quod timebant illi qui dicebant, hæc dies boni nuncij est, si tacuerimus & noluerimus nunciare usque mane, sceleris arguemur. Prædicatio enim non est differenda, & ea quæ sunt ad salutem communem, non sunt tacenda, sed reuelanda. Ex quo exemplo prælati moti, ad diligentiam prædicationis debẽt accendi. *Et inuenerunt* in monte Sion, subtus cœnaculum, *congregatos* & inclusos, propter metum Iudæorum, & propter dominicæ resurrectionis gaudium, qui prius dispersi fuerant propter metum Iudæorum & propter passionis metum *undecim*, & qui cum ipsis erant de septuagintaduobus discipulis, loquẽtes mutuo, & *dicentes* ipsis duobus *quòd resurrexit Dominus uerè, & apparuit Simoni. Et ipsi* duo ad maiorem certitudinem faciendam de resurrectione, econuersò *narrabant illis quæ gesta erant in uia*, & apparitionem factam eis, *& quomodo cognouerunt eum in fractione panis*. Sed quidam ex eis, nec istis duobus, nec aliis credebant, ex quibus unus Thomas erat. Considera modo quanta ibi lętitia fuerit, dum isti & illi vicissim sua gaudia nunciarent. Et dum hæc loquerentur adinuicem, exiuit Thomas inde. Quo egresso, dum adhuc alii colloquerentur de his quæ audierant & uiderant, & *sero iam esset die illa*, prædicta scilicet, *una sabbatorum*, id est, primo post sabbatum, quæ est dominica: hoc est eadem die resurrectionis dominicæ: *& fores*, id est, ostia quæ fores dicuntur: quia de domo ducũt foras: *essent clausæ, propter metum Iudæorum*, quod etiam diuina reuelatione est factum: ut scilicet Iesus intrans ad discipulos ianuis clausis, manifestaret eis uirtutem

[*Luca. 24. et Ioan. 20. Theophil' in cap. 24. Luca.* — *Fores. Ianuis clausis congruè uenit.*]

Universidad de Deusto Biblioteca

uirtutem suę potestatis,& gloriosi sui corporis:uenit Dominus Iesus ad suos discipulos à desiderio eorum uocatus,indutus albissimis uestimentis gloriosæ resurrectionis suæ & nouitatis,& intrans ad eos ianuis clausis, *stetit in medio eorum*:ut uideretur ab omnibus quia congregati erant in nomine eius:Secundùm Bedã,ideo sero apparuit:quia tunc maximè timidi erant & secundum Theophilum, præstolabatur ut omnes conuenirent:ostiis uerò clausis, ut se corpus gloriosum,cui aliud non resistit, habere ostenderet. Ipse ẽt ad congregatos uenit,& spiritus ad congregatos descendit: quia Christus & spiritus sanctus non nisi in charitate congregatis adsunt. *Stetit in medio*, ut omnes eum certitudinaliter agnoscerent, & omnes consolationem suæ præsentiæ reciperent. Et nota, quòd sicut dicit Salustius, medius locus est dignitatis,& debẽt honorabilioribus ꝑꝑ q̃d Christus stetit in medio discipulorũ:sicut sol inter sydera,ut eos illuminaret,sicut flos ĩter lilia,ut eos decoraret: sicut princeps inter milites,ut eos roboraret: sicut magister inter discipulos,ut eos informaret:sicut pater inter filios,ut eos cõcordaret:sicut cor inter mẽbra,ut ea uiuificaret, & sicut communis amicus,ut omnibus eis se communicaret.Vnde quando sumus plures aliquem diligentes si superuenerit,statuimus eũ in medio,ut singuli possimus eius frui præsentia. Est autem ibi altare,in loco ubi Dominus dicitur tunc stetisse. Considerandum est hîc, quòd de se colloquentibus Dominus in medio stetisse dicitur,ut intelligamus,quia eum nobiscũ habitantem habebimus,si quotiens in unum congregamur,ea quæ ad eius laudem & nostram salutem ꝑtinent,agimus:iuxta quod ait: *Vbi fuerint duo uel tres congregati in nomine meo,ibi sum in medio eorũ.* Quãdo autem Iesus saluator ad discipulos uenit: ipsi erant in timore,sero factum erat,in unum erant congregati, & fores erant clausæ. In quibus quatuor insinuantur nobis ualde necessaria,ut saluatorem quem expectamus suscipere mereamur.Primum est timor,qui domum conscientiæ mundat, secundùm illud Ecclesiastici, *Timor Domini expellit peccatum,nam qui sine timore est,non poterit iustificari.* Secundum est,contemptus uanæ gloriæ, quod significatur in hoc quòd sero factum erat:ad eum enim Dominus uenit,cui lux mundanæ gloriæ occubuit,& qui uerè eam cõtemnit. Tertium est,unitas: quia erant in charitate congregati, non enim uisitat saluator homines discordes. Vnde Apostolus: *Pacem habete,& Deus pacis erit uobiscum.* Quartum est,stabilitas:qua aliquis in domo conscientiæ manet,non curiosè exterius euagãdo: unde fores sensuum claudendæ sunt,& sic saluator est expectandus.Per istos uerò discipulos, in unum foribus clausis congregatos, significantur religiosi cum foribus quinque sensuum clausi,quibus Dominus sæpe apparet,eosque sua uisitatione consolatur & lætificat. *Et dixit eis,pax uobis*:non pax temporis, quia exponendi erant multis tribulationibus:sed pax pectoris, & pax æternitatis:prima in præsenti,secunda in futuro. De utraque dicitur in Ioanne, *Pacem*,scilicet pectoris,*relinquo uobis* in præsenti:*pacem meam*, scilicet æternitatis(quæ est specialiter pax mea) *do uobis*.id est,citò dabo:dicit ergo,*pax uobis*,scilicet recõciliationis,quam ad Deum factam nunciauit: ac charitatis & unitatis, quam eis seruandam præcepit:itemq; æternitatis & immortalitatis quam eis futuram promittit. Pacem offert,qui propter pacem uenerat:unde pontifex,pręcipuus sponsus ecclesiæ,in persona Christi, sicut specialis uicarius eius,dicit pax uobis,cùm in missa primò se uertit ad populum: quia hæc fuit prima uox Christi ad discipulos post resurrectionem,instar uerò aliorum sacerdotum dicit postea, Dominus uobiscum,ut se unum ex nobis ostendat. Cùm autem ecclesia primitiua quotidie & generaliter, & post tantum diebus dominicis:post uerò,tantum in tribus solennitatibus communicaret corpori & sanguini Domini:nunc ecclesia per osculum pacis, quo designatur unitas ecclesiastica,communicat in missa spiritualiter,etsi non sacramentaliter. Et pulchrè resurgens à mortuis Dominus,primò pacem discipulis commendauit:ut illos ad sui uisionem peruenturos esse demõstraret, qui pacem & concordiam corde & corpore seruant. Ex quo patet,quòd illi sunt pacifici, qui uerè sunt Christi discipuli,secundùm Chrysostomum, Discipulis dixit, *pax uobis*:quia prælium inexpugnabile ad Iudæos habebant. Mulieribus autem gaudium euangelizat,quia in tristitiis genus illud erat. Alternatim igitur uiris quidem propter prælium pacem, mulieribus propter tristitiam euangelizat gaudium, & ne discipuli eum alium,uel phantasma putarent, subiũxit:*ego sum*, scilicet in persona propria,non res phãtastica,seu illusio diabolica,*nolite timere*,uel dubitare. Quidam uerò ex ipsis *conturbati*, præ stupore & admiratione, *& conterriti*,præ timore seu quodam naturali horrore,quo uiui solent mortuos horrere: *existimabant se spiritum* quem in passione emiserat, non carnem *uidere*, nondum enim credebãt,uel tertia die ueram carnem potuisse de sepulchro resurgere,uel resuscitatam clausis ianuis ad eos posse intrare, diuina autem prouidentia permissi sunt dubitare, ad maiorem certificationem fidei de dominica resurrectione. *Et dixit eis:Quid*,id est qua de causa *turbati estis, & cogitationes ascendunt*, quasi ab infimo tanquam falsæ & phantasticæ, non desuper de cœlo descendentes tanquam ueræ & bonæ:*in corda uestra*,infirma & dubitantia? Et quia ad illud corpus quod uideri poterat fides intuentium dubitabat, ut ueritatem carnis probaret,exhibuit eis manus,& pedes, & latus ad uidendum & palpandum: declarans quòd ipse qui crucifixus,& mortuus,& lanceatus fuit, in illo eodem corpore surrexit. *Videte,inquit,manus meas & pedes, quia ego ipse sum*: quasi diceret, Per huiusmodi cicatrices potestis percipere, quia ego sum qui passus fui & resurrexi. Per cicatrices enim remanentes, ostendit quòd erat idem corpus numero. Resurrectio enim uera,est eiusdem in numero iterata surrectio. *Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet,sicut me uidetis habere*: quasi diceret, Per hoc potestis etiã cognoscere me habere corpus uerum, non phantasticum. Ad dubitantium enim corda sananda, uulnerum seruata sunt uestigia, & ideo uulnerum cicatrices ostendit, ut dubietatis & infidelitatis eorum uulnus sanaret. Ostendit ergo manus, ut incitaret ad pugnandum, quasi diceret: Videte manus, quibus pro uobis fideliter pugnaui: has uobis ideo ostendo, ut & uos pugnetis: quia sine pugna uictores non eritis. Viriliter ergo agite: quia uincenti dabo sedere mecum in throno meo. Ostendit etiam latus, ut prouocaret ad amandum: quasi diceret: Videte latus apertum, cor uulneratum: ut uideatis quantum dilexerim uos,ut & uos me diligatis. Ostendit & pedes, ut stabiliret ad perseuerandum, ut ab inceptione bonæ uitæ non desistamus. Vnde perseuerantia uel stabilitas est, quando homo nec minis, nec amore, nec timore, nec commodo, nec incommodo, à bona uita uel à præceptis, uel à uoto quod uouit, retrahitur.

Beda in ca. 20. Ioan. Theophi. in cap. 20. Ioan. — Medius locus. — Matth. 18 — Iesum suscipere uolenti quatuor necessaria. Eccle. 1 c. — 2. Cor. 13. — Pax cum discipulis Domini qualis sit. Ioan. 16. — Communicandi consuetudo. — Chrysosto. hom. 85. in Ioannem. — Dubitare cur permissi discipuli — Resurrectio.

Sunt autem quinque principales diaboli impugnantes nos, contra quos debemus esse fortes. Primus, est amor culpæ & iniustarũ rerũ, uel amor carnis,uel amor honoris:qui in quorũdã cordibus est ita fortis, ꝙ pro eo cœlestem gloriã deserunt. Secundus, est timor diffidentiæ: qui etiam multos impugnat, quasi Dominus nolit eos iuuare, quòd possint in bono perseuerare: uel quòd non possint sustinere duram pœnitentiam, cùm tamen deberent sustinere duriorem gehennæ pœnam. Tertius, est dolor delectationis carnis,uel mundi:dimittendæ,uel iam dimissæ. O miser quid facis? morbum eligis pro sanitate, mortem pro uita,tristitiam pro lætitia,pœnam sempiternam pro gloria. Quartus, est pudor operationis bonæ: quando quis cogitat quòd homines deridẽt eum si humili ueste incedit,si ieiunat, orat, peregrinatur, & similia facit. Quintus, est spes ueniæ: quando quis dicit. Deus est misericors, nos de facili non damnat, & Christiani sumus: horum spes confunditur, quia spes est certa expectatio futuræ beatitudinis, ex meritis proueniens:sed isti qui carent meritis, nõ propriè sperant,sed præsumunt. Hoc autem quòd se palpabilem præbuit,factum est miraculose: quia corpus Domini incorruptibile & immortale, à corruptilibus & mortalibus naturaliter palpari est impossibile: miro ergo & ineffabili modo, secundùm Gregor. corpus suum palpabile præbuit,ut reformaret nos ad fidem, & incorruptibile demonstrauit, ut inuitaret ad præmium:siue & palpabile exhibuit & incorruptibile,ut ostenderet se eiusdem esse naturæ cuius fuerat ante passionem,id est,carnem habere, & alterius gloriæ, .i. eandem carnẽ incorruptibilem esse. Et quia in Dñi resurrectione, nostra generalis resurrectio est præfigurata:ostendit per hoc nostra corpora post resurrectionem ita esse incorruptibilia & subtilia per effectum spiritualis potentiæ,ut possint esse palpabilia à consimilibus corporibus per ueritatem naturæ. Caro enim nostra absque corruptione uel fragilitate mortis,in ueritate substantiæ est resurrectura. Vnde Beda:Parum fuit oculis se uidentium præbere,si non præberet etiam manibus contrectandum: qui dum palpanda discipulis ossa carnemque præmonstrat, aperte statum ueræ resurrectionis, quæ & in se facta & in nobis est futura significat. Vnde & Grego. Nõ enim in illa resurrectionis gloria corpus nostrum erit impalpabile,& uentis aereque subtilius ut Euthicius dixit:sed subtile quidem,per effectum spiritualis potentiæ:palpabile autem,per ueritatem naturę. Sed, ut dicit August. Claritas qua iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui,in Christi corpore,cum resurrexit ab oculis discipulorũ potius abscondita fuisse, quàm defuisse credẽda est:non .n. eam ferret humanus atq; infirmus aspectus, quando ille à suis ita deberet attendi,ut posset cognosci. Et cùm quidam eorum adhuc dubitarent,petijt ab eis si aliquid manducandum haberent, ut per comestionem melius resurrectionem astrueret. *At illi obtulerunt ei partem piscis assi*, cuius forte iam aliam partem comederant, *& fauum mellis.* Fuerunt autem ei hæc duo competenter oblata: ipse enim erat piscis assus,per naturę humanę passionem: sed fauus mellis, per naturæ diuinæ dulcedinem. In fauo quippe mellis utraque natura suæ personæ exprimitur: fauus enim est mel in cera: hoc est, diuinitas seu diuinitatis dulcedo in humanitate. Hæc autem duo Domino oblata, significant duo quæ & nos debemus Domino offerre: scilicet piscem assum,per carnis mortificationem, & fauum mellis, per mentis deuotionem: uel in cibo suo Dominus pisci assò coniungi uoluit fauum mellis: quia ipse ut piscis latere dignatus est in aquis humani generis, & tundi mundi fluctibus, ac capi laqueo nostræ mortis, & assari igne & tribulatione suæ passionis, & decoqui in ara crucis. Et qui piscis assus fuit in passione, fauus mellis & melle dulcior nobis extitit in resurrectione. Piscem ergo assum & fauum mellis ei offerunt, qui fidem passionis & resurrectionis eius tenent. uel secundum Theophilum, Per piscem assum, significat uitam actiuam, consumentem nostram humiditatem laborum prunis: contemplationem uero significat per fauum mellis, propter dulcedinem eloquiorum Dei, & manducauit coram eis, per quod ostendit se habere corpus uiuum, anima uegetatiua animatum. Manducauit quidem, non quòd tunc cibo carnali sustentari indigeret, sed ut in ueritate carnis se resurrexisse monstraret: quia comedere propriè ad corpus, non ad spiritum pertinet. Vnde Beda: Ad insinuandam resurrectionis suæ ueritatem,non solum tangi à discipulis,sed etiam conuesci cum illis dignatur: non quidem quasi post resurrectionem cibo indigens, nec quasi nos in resurrectione (quam expectamus) cibus egere significans: sed ut eo modo naturam corporis resurgentis astrueret, ne illud non corpus, sed Spiritum arbitrarentur, & sibi non solide,sed imaginabiliter apparere. Secundùm sensum ergo literalem certificauit eos de sua resurrectione per tria. Primò, per uisum, dicens: *uidete manus & pedes, quia ego ipse sum.* Secundò, per tactum, dicens: *Palpate & uidete: quia spiritus carnem & ossa non habet.* Tertiò, per gustum, cùm dixit: *Habetis hic aliquid quod manducetur?* Mysticè uerò,Christum resurrexisse uident, qui resurrectionis eius gloriam meditantur. Ipsum tangunt & palpant, qui sibi charitate copulantur: piscem assum offerunt, qui patientiam igne tribulationis decoctam habent pro nomine Christi: sed illi offerunt fauum, qui membris eius exhibent opera pietatis. *Et cùm manducasset coram eis, dedit eis ciborum reliquias*: scilicet ad maiorem probationem quòd uerè residuum manducasset, & ad insinuandum quia suam passionem eis imitandam esse ostendit: quæ amara est in dolore corporis, sed dulcissima in gloria remunerationis. Illos ergo in suo corpore ad æternam requiem suscipit, qui cùm hic tribulationis pro Deo sentiunt, ab amore internæ dulcedinis non recedunt:qui hic pro ueritate quasi piscis afflictionibus assantur, illic quasi fauo uera dulcedine æternæ beatitudinis satiabuntur. Deinde certificat eos de resurrectione per auditum, dicens: *hæc sunt uerba*.i. res uerborum: Verbum .n. quandoq; dicitur uox quam proferimus: quandoq; res quam per uocem significamus: *quæ locutus sum ad uos*.s. supra dicens: Ecce ascendimus Hierosolymã, &c. *cum adhuc essem uobiscum*.s. in carne mortali ante passionis instantiã: *quoniam necesse est impleri*, per rerũ exhibitionẽ, *omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis, & psalmis de me.* In his .n. tribus uetus testamentũ cõprehẽditur. Per hoc ꝙ loquebatur sensibiliter & etiã rationabiliter, reducẽs ad memoriam quę eis dixerat ante mortẽ suam, ostẽdit se habere corpus animatũ anima sensitiua & intellectiua,& eadẽ quæ prius: tunc post prædicta *aperuit illis*,per gratiam internam, *sensum*, & intellectum, qui .s. prius erat clausus: *ut intelligerent scripturas*, & ex illis cognoscerent resurrectionem suam, sicut per præcedentia probauit ueritatem suæ resurrectionis quam

Diaboli quinq; nos tentant. — Amor. Timor. — Dolor. — Pudor. — Spes. — Palpatio gloriosi corporis miraculosa est. — Gregorius hom. 26. in euange. — Beda in cap. 24. Lucę. — Gregorius lib. 14. moralium, cap. 29. — August. lib. 22. de ciuitate. — Oblata Domino ad comedendũ. — Theophilus in cap. 24. Lucę. — Beda in ca. 24. Lucæ. — Certificatio de resurrectione, per tria. — Verbum.

Universidad de Deusto Biblioteca

tum ad humanitatem, sic per istud illam probat quantum ad deitatem: quia illuminare mentes ignorantium intellectu sacræ scripturæ, & subitò, est ipsius deitatis proprium. Sicut ante passionem declarauit se uerum Deum & hominem, ita etiam post resurrectionem suam, *& dixit eis*, instruendo per doctrinam, *quoniam sic scriptum est*: quasi diceret, Bene debetis credere, quoniam sic scriptum est sicut euenit, & sic contigit sicut scriptum est. unde subditur, *& sic oportebat Christum pati*, scilicet per lignum crucis, *& resurgere à mortuis tertio die*: quia, ut dicit Beda, perdidisset Christus fructum passionis, si non esset ueritas resurrectionis, oportebat autem non quidem pro se, sed pro nobis, ut per suam indebitam passionem, à debita pœna nos liberaret, & per suam sanctam resurrectionem, nos secum regnaturos ostẽderet: quia sicut ait Apostolus, *Mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram*, aperuit eis scripturas: tunc enim agnum qui occisus est, iudicatus est esse dignus accipere librum, & per spiritum deitatis soluere septem signacula eius, hoc est quæcunque scripta sunt de sacramentis incarnationis, baptismatis, prædicationis & operationis ipsius, ac passionis, resurrectionis, & ascẽsionis eius. Ex hoc patet, quòd sacræ scripturæ non possunt sufficienter intelligi, nisi ille aperiat qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, & cur pro nobis (ut dictum est) mori & resurgere voluit, manifestatur, cùm subditur: *& prædicari in nomine eius pœnitentiam*: scilicet ex parte hominis: *& remissionem peccatorum*, scilicet ex parte Dei, cuius solius est peccata remittere hominibus: *in omnes gentes*, non in una tantùm gente Iudæorum, uel in una parte terrarum: *quia non est acceptio personarum apud Deum*. Commendata igitur sui corporis ueritate, commendat (ut iam dictum est) unitatem ecclesiæ: quia ut dicit Theophilus, Non tacebat amplius bipartitum esse humanum genus, & Iudæos & Gentiles, à pœnitentia: ergo sicut & Christi, sic & præcursoris & Apostolorum incœpit prædicatio, & ne aliquis propter magnitudinem peccatorum desperaret de uenia: subiunctum est, *incipientibus ab Hierosolyma*. Hierusalem enim est in medio terræ habitabilis, & ideo conuenienter ab illa incepit prædicatio Euangelij; & per Christi discipulos circumquaq; per orbem dispersos in omnem terram exire sonus prædicationis eorum. Vnde dicit Theophilus, quòd ideo ut omnes in unum uniret, mandauit incipere sermonem à Hierusalem, & ad gentes terminari. Nullus ergo præ magnitudine peccatorum suorum remissionem se posse consequi desperet, quando ipsis Hieronsolymitis cognoscit indultum, qui cruentis manibus, & mendacibus uocibus, ipsum sanguinem, per quem genus humanum redemptum est, effuderunt. Vnde secundùm Bedam, Incipiunt ab Hierosolyma, non solùm, quia credita sunt illis eloquia Dei, & eorum adoptio filiorum & gloria: uerumetiam ut gentes uarijs erroribus implicatæ hoc maximè indicio diuinæ pietatis ad spem ueniæ prouocentur, quòd eis, qui filium Dei crucifixerunt, uenia conceditur. Vnde & Chryso. Insuper ne dicerent aliqui, quòd omissis notis iuerunt se ostentaturos ad extraneos: ideo primò apud ipsos occisores pandunt resurrectionis insignia, in eadem ciuitate in qua prorupit temerarius ausus. Vbi enim crucifixores credere uidentur, resurrectio plurimum demonstratur. Et quia ante passionem eis dixerat, *iterum uidebo uos & gaudebit cor uestrum*: hoc nunc opere ostẽditur impletum. Vnde sequitur: *Gauisi sunt ergo discipuli uiso Domino*, id est, agnito, & qui ante erãt tristes, & sic expauefacti, lætantur coram eo consolati: quis enim sine magno gaudio uideret tantum pietatis spectaculum? Ostendit manus clauis perforatas, quibus operatus est salutem in medio terræ: pedes, quibus prædicando discurrit, & in itinere lassatus fuit: latus, ex quo sacramenta redemptionis profluere fecit: in quibus omnibus ad dubitantium corda sananda, uulnerum sunt seruata uestigia, & ideo in talibus signis pietatis *gauisi sunt discipuli uiso Domino*: quia iste uisus non potuit esse sine maxima lætitia, & gaudio. Et sic duplex eorum tristitia est amota: scilicet de morte Christi, & metu Iudæorum. erant enim conturbati de ipsius Christi morte, & de Iudæorum persecutione eis imminente: poteratque eos per suam præsentiam custodire, & de sua resurrectione certificare. *Dixit ergo eis iterum, pax uobis*: geminat pacẽ, propter duo præcepta charitatis: scilicet, Dei & proximi: geminam enim pacem seruant, qui hanc geminã dilectionem habent: siue ideo repetit, quia ipse est qui utraq; unum fecit. Iterat etiam pacem, ut monstret per suũ sanguinem esse pacificata quæ in cœlis & quæ in terra sunt: quasi diceret, Pacem relinquo, id est, reliquias pacis: scilicet pectoris in præsenti: do uobis pacẽ meã, scilicet æternitatis in futuro: do, id est dabo uobis, etiam hanc pacem iterũ, ut ostendam uos Deo recõciliatos, hominem angelis, hominem homini: ut homo Deum diligat, & homo hominem propter Deũ. Et secundùm Chrysostomum, Simul quoque demõstrat crucis efficaciam, per quam soluit omnia tristia, & contulit omnia bona, & hæc est pax. Deinde subiũgit: *Sicut misit me pater*, ad ueritatem fidei docendam in Iudæa, *& ego mitto*, id est mittam *uos*: ad hanc ueritatem publicandam per totum mundum. Meos uicarios uos constituo, mea uice uobis mando, meũ officium uobis commendo, ad docendum, ad prædicandum, ad baptizandum, ad meum & patris nomẽ glorificandum: *uos mitto*, medium & mediatorem se ostẽdit, cùm ait, ille me & ego uos: misit Deus pater filiũ suum, quando eum incarnari constituit: misit filius Apostolos, quãdo eos ad prædicandum incarnationem eandem per orbem uniuersum direxit, & sicut pater amans filium, misit eum in mundum ad pressuras & passionem tollerandas pro salute fidelium: ita & filius amans Apostolos, misit eos ad mala & passiones tolerandas pro suo nomine, non ad mundi gaudium. Vnde Grego. Itaque dicitur, sicut misit me pater, & ego mitto uos, id est ea charitate uos diligo cùm inter scandala persecutorũ mitto, qua me pater diligit, quem uenire ad tolerandas passiones fecit. Et quia executio huius officij non potest conuenienter fieri sine gratia spiritus sancti: ideo *cùm hæc dixisset, insufflauit in eos, & dixit: Accipite Spiritum sanctum*. Insufflando Spiritum dedit, ut seipsum esse ostenderet qui in facie primi hominis spiraculum spirauerat: uel certè ut ostenderet Spiritum sanctum à se procedere, sicut procedit à patre, & non patris solius, sed & suum esse: flatus enim procedit à flante, non tamen est intelligendum, quòd huiusmodi flatus Christi fuerit Spiritus sanctus, sed signum eius. Vnde Augusti. Flatus ille corporeus, substantia Spiritus sancti non fuit: sed demonstratio per congruam significationem, non tantum à patre, sed etiam à filio procedere Spiritum sanctum. Hæc Aug. Vnde consuetudo ecclesiastica obtinuit, ut in eorum facie, qui per gratiã spiritus sancti regenerãdi sunt, à sacerdotibus insufflentur:

[Margin: Beda 1 cap. 24. Lucæ. — 1. Cor. 15. — Apoca. 5. — Scripturarũ intellectio dependet à Deo. — Acto. 10. — Theophilus in cap. 24. Lucę. — Matth 3. & Luc. 13. Lucę 24. — Hierusalẽ situs — Theophilus ibidem. — Beda ibid. — Chrysost. hom 70. in Matth. — Ioan. 16. — Gaudij causa. — Pacem cur geminat. — Chrysosto. hom. 85. in Ioannem. — Missio Apostolorum. — Gregorius hom. 26. in euangelia. — Spiritũ sanctũ, cur insufflando dedit. — Augusti. lib. 4. de Trinitate cap. 20.]

& quia per spiritum sanctum remissio peccatorum tribuitur, qui est fructus & effectus spiritus sancti, rectè post eundem spiritum datum discipulis dicitur, *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt*. Vbi dedit eis potestatem ligandi & soluendi, ministerio non authoritate, eos quorum peccata ipsi remiserint uel retinuerint: id est retinenda iudicauerint uel non remiserint: hoc tamẽ intelligendum est, quando iudicium ecclesiæ diuino iudicio conformatur. Vnde Aug. Vt euidentius ostẽderet Dominus à spiritu sancto (quem donauit fidelibus suis) dimitti peccata, non meritis hominum: continuò subiecit, si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei: hoc est, spiritus dimittit, non uos, spiritus autem Deus est: Deus autem dimittit, non uos: Deus ergo habitans in templo sancto suo, in sanctis fidelibus, in ecclesia sua per eos dimittit peccata, quia uiua templa sunt. Hæc August. Licèt ergo solus Deus principaliter peccata remittat: tamen ministri ecclesię per uirtutem clauium ad hoc ministraliter operantur: dimittũtur autem peccata in ecclesiæ unitate & charitate cõstitutis, sed non alijs. Vnde Augustinus, Ecclesiæ charitas, quæ per Spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris, participum suorum peccata dimittit: eorum autem qui non sunt participes, tenet. Hæc Augustinus. Potestas ergo conficiendi corpus Christi data fuit discipulis in cœna: quando Dominus dixit, hoc facite in meam commemorationem: sed clauiũ potestas super corpus Christi mysticum, quę promissa fuit Petro, & in Petro cæteris, post iterum expresse alijs, hæc eis collata fuit. Et nota hîc Dominum Apostolos ordinasse episcopos. Vnde Augustinus, Nemo tunc dubitat Dominum Apostolos episcopos ordinasse, cùm insufflans eis dixit: accipite Spiritũ sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt. Vides quomodo omnia ista sunt plena iocunditate & lætitia, & hîc nunc esse magnum Pascha. O qualis domuncula in qua fiunt ista, & quàm gloriosum habitare in ea. Ex hoc facto apparitionis Domini tria spiritualiter & mysticè accipiuntur, quæ in anima fideli apparitionem, & præsentiam uerbi æterni mentaliter flagitante exiguntur. Primum est, animæ ab omni opere exteriori uacatio, quod notatur per diem sabbatorũ: per sabbatum enim requies significatur, quo Iudæi ab omni opere uacabant. Secundum est, uirium ab omni specie extranea custoditio: quod notatur per foras clausas, fores enim animæ sunt, sensus corporis & uires animæ. Tertium est, uirium omnium ad intima recollectio: quod notatur per discipulorum congregationem: uires enim animæ sunt quasi quidam discipuli, sub magisterio uerbi æterni. Sed Dominus non uenit ad animam, nisi de sero: propter quod dicitur, cùm esset sero. Per sero intelligitur perfectio boni operis: non enim in initio boni operis Dominus apparet, sed sero, postquam sol diuinæ gratiæ cursum suum in perfectione operis peregit: tunc Deus homini se ostendit. Iesus autem ueniens in animam operatur ibi quinque. Primò, stat in medio discipulorum omnium, uidelicet uirium, id est in initio animæ quã inhabitat, & ipsam essentiam animæ (quę medium est omnium potentiarum) per gratiam perficit, & fęcundat, conferendo sibi esse diuinum. Secundò, annũciat discipulis pacẽ: ecce quibus loquitur pacem, quia discipulis. Esto & tu discipulus disciplinę Christi capax & audies. Tertiò, ostendit eis manus & latus: confegendo scilicet eis & diuinas operationes, quæ per manus, & affectiones, quæ per latus, ubi cor latet, designantur. Quartò, facit gaudere discipulos, excitando uidelicet in eis gaudium internum: quia gauisi sunt discipuli uiso Domino. Quintò, insufflat dando eis Spiritum uiuificationis ad nouam uitam, ut uiuant tam sibi quàm alijs ad salutem. Sed Dominus cum discipulis tunc parum stetit, quia multum serò fuit: tamẽ fortè etiam ipsi coegerunt eum aliquantulum plus stare, rogantes ne sic citò recederet: nec hoc Domino displicebat: teneri enim vult prout suprà dictum est. Tandem benedicens discessit ab eis. Cumque ab eis euanuisset, redijt Thomas, qui ante Domini aduentum exiuerat: *dixeruntque* animo lęto *alij ad eum*, nunciantes ei bonum nuncium: *uidimus Dominum*: sic enim ante passionem appellauerunt eum. Qui dixit se non crediturum, nisi uideret, & etiam tangeret cicatrices vulnerum: ut si uisus deciperetur, saltem tactus nunciaret ueritatem. Volebat certificari duplici sensu, scilicet uisu & tactu. Isti enim duo sensus sunt, qui minus decipi possunt. Tanta quippe uiderat mortis supplicia, quòd resurrectionis & uitæ non poterat accipere argumenta, nisi non solum uisu, sed etiam tactu perciperet ea. Vnde Chrysostomus: Alijs enim grossior existens, eam quæ & per sensum grossissimum, scilicet tactu quærebat fidem, & neque oculis credebat. Reman serunt autem discipuli famelici, & sitibundi de Domino suo, de quo tantam copiam habere consueuerant, & eum sæpe suspirijs & desiderijs reuocabant. Vidisti quotiẽs hodie pascha habuisti: nã omnes prædictæ apparitiones in die resurrectionis fuerunt: de quibus tantum quinque in Euangelio scriptæ sunt: & has quinque repręsentat sacerdos, in missa quinquies se uertens ad populum, & quasi pro apparitione repręsentãs eis vultum: sed tertia uersio est cum silentio, quæ significat tertiam ex his apparitionem factam Petro, quia nescitur ubi uel quando facta fuerit hæc apparitio: per hoc etiam eas repręsentat, quòd quinquies Dominus uobiscũ dicit: sed fortè audisti, non tamen sensisti, quia nec fortè in passione compassionẽ habuisti: credo enim quòd si in passione compati scires, & mentem unitam, & non sparsam ad secularia, aut superflua, uel curiosa haberes in qualibet uice sentires pascha: & hoc tibi cõtigere posset qualibet die Dominica, si mente integra feria sexta, & sabbato te in passione Domini præpares. Quia secundùm Apostolũ. *Si fuerimus socij passionum, erimus & consolationum*. Tunc uerò Dominus Iesus redijt ad sanctos patres, qui coram eo non ociose, sed uigilanter laudibus insistebant iocundantes. Stabant enim in canticis & laudibus omnes sancti patres, & angeli coram Domino reuerenter, alacriter, & deuote: ac tanquam gloriosi iubilant continue. Conspice igitur eos & tu cum lætitia, & eis congratulare, ac disce Deum uenerari & laudare, & sibi gratias agere, & sua beneficia recognoscere: ac toto conatu ad illam gloriam tendere non cesses, ubi semper in conspectu Dei tui, cum tam nobili multitudine, in laudibus Dei perseueres.

[Margin: Remittẽdi potestas. — Augusti. hom. 23. lib. 50. homil. — Idem tractatu 121. in Ioan. — Potestas cõficiẽdi data in cęna. Potestas clauiũ, in die Pascha. — Anima Deũ uidere uolenti necessaria. — Iesus operatur in anima quinque. — Thomæ aduentus. — Chrysosto. hom. 86. in Ioannem. — Apparitiones quinq; scriptæ. — 2. Cor. 1.]

ORATIO.

CALME *fili Dei patris, qui foribus clausis apparuisti discipulis in unum congregatis: obstrue quæso claustra sensuum meorum interiorum & exteriorum, contra pericula tentationum sancto timore reuerentiæ tuæ: mortifica in eis omnia mala cum*

Universidad de Deusto Biblioteca

uinculo tuæ charitatis delicatæ: & illumina eos cum lumine religionis diuinæ, ut merear tua læta uisione consolari: pacemque pectoris in præsenti, & æternitatis in futuro te donante ualeã inuenire: ubi cum angelis ac omnibus sanctis & electis tuis te laudare merear sine fine. Amen.

Quomodo Dominus apparuit discipulis inclusis Thoma præsente. Cap. LXXVIII.



Ioan. 20.

ADVENIENTE autem octauo die resurrectionis, iterum apparuit Dominus Iesus discipulis suis: nam quia nõ malicia, sed ignorantia Thomas dubitauit, noluit pius magister tam dilectum discipulum in infidelitate relinquere: sed ad fidem eius reformandam iterum dignatus est apparere: igitur *cùm* in prædicto monte Sion *iterum essent discipuli intus, & Thomas cũ eis*: pastor bonus & de pusillo grege solicitus, *uenit ianuis clausis, & stetit in medio eorum*, ut possit uideri ab omnibus: *& dixit illis, pax uobis*: stetit in medio, & dixit, pax uobis:

Pax collegij, dũ prelatus ĩ medio.

nunquam potest esse pax in collegio, nisi prælatus sit in medio: ita quòd non plus ad unam partem inclinetur quàm ad aliam: columna nunquã sustinet ædificium, si sit ad partem prope parietem, & non in medio: omnia elementa, præter terram, mouentur: quia non sunt in medio: terra autem immobilis est, quia in centro est & in medio.

Psal. 73. Pacis commendatio.

Sæpe Dominus pacem discipulis nunciat, & commendat, ac persuadet habere, quia sine pace impossibile est Deo placere: in eis enim qui pacẽ & concordiam diligunt, habitat Deus: quia factus est in pace locus eius: pacem veniens attulit, & hinc abiens pacem reliquit: quia tota perfectio Christianæ uitæ & religionis, in pace & dilectione consistit: cum magna ergo diligẽtia debemus eam inquirere, & studiosè obseruare.

Gregorius Nazianzenus orat. de pace.

Vnde Grego. Nazianzenus: Pudeat ergo nos pacis munus deserere, quam nobis hinc discedens Christus reliquit. Pax, est res & nomen dulce: quam & Dei esse accepimus. Iuxta illud, Pax Dei: & eius esse Deum: iuxta illud, Deus pacis: & ipsam esse Deum: iuxta illud, ipse est pax nostra.

Philip. 4. 2. Cor. 13. Ephe. 2.

Pax bonum commẽdatum ab omnibus, & obseruatum à paucis: quæ autem causa est? fortassis ambitio dominij, aut facultatum, aut liuor, aut odium, aut contemptus, aut aliquid huiusmodi ex his quę Dei ignaros uidemus incurrere. *Deinde dicit Thomæ*, quasi respondens petitioui eius suppositæ, *Infer digitum tuum huc, & uide manus meas*: non quòd in digito sit uisus, sed quasi diceret, Tange hoc, & experire. Vnde uidere in hoc loco, pro sentire & intelligere ponitur: quod genus locutionis adeo usitatũ est, ut ꝑ omnes sensus currere uideatur: sicut cùm dicimus, audi & uide quàm modulatè cãtat. Olfac & uide, quã suaue redolet. Palpa & uide, quàm lene sit. Gusta & vide, quàm dulce sit.

Exo. 20. Visus. Augusti. tract. 121. in Ioan.

Vnde in Exodo dicit. Cũctus populus uidebat voces. i. sentiebat. Visus ergo ꝓpter sui certitudinẽ, pro omni sensu accipitur. Vnde secundũ Aug. Nomine visus, generaliter alij quatuor sensus cõsueuerũt nominari: imò etiã aliquãdo pro intellectu accipitꝛ: ut cùm alicui dicit, uides tu hoc? i. intelligis. Vel simpliciter dici potest, ꝗ Iesus ad uerba Thomæ respondet: in quo etiã suam deitatẽ declarat, inquantum absens corporaliter eius uerba sciebat. Thomas .n. duplici sensu. s. uisu & tactu certificari uolens, *dixerat*: nisi uidero in manibus eius fixurã clauorũ, & mittam digitum meũ in locum clauorum, & manũ meã in latus eius, nõ credam. *Iesus uerò quasi respondens*, dicit ei: *Infer digitum tuum huc*. s. in locum clauorum: *& uide manus* perforatas, & clauorum fixuras. Deinde subiungit: *& affer manum tuam, & mitte in latus meum* lancea perforatum: & cognosce me illũ eundem esse qui pepẽdit in cruce.

Vulneris in latere Christi magnitudo.

Magnũ certe fuit vulnus illud sacratissimi lateris, in quo non digitũ, sed manum mittere debebat. Mysticè per digitũ significatur discretio: per manum, opus nostrum: monet ergo digitum & manum in locum clauorũ & lanceæ mittere: ut quicquid in nobis est discretionis & operis, in seruitium Christi expendamus. Deinde subdit, *& noli esse incredulus*: hoc est, ad credendũ tardus: *sed fidelis*, hoc est fide firmus: quia in peccato infidelitatis me iterũ crucifigis, causam meæ iterãs passionis. Hoc dixit Iesus: quia Thomas dixerat discipulis, resurrectionẽ Christi nunciantibus, se aliter non crediturũ. Sicut ergo Thomas præ cæteris dubitauit, ita præ cæteris palpare & uidere monetur.

Chrysost. hom. 86. in Ioannem.

Vbi Chrys. Tu uerò cùm uideris decredentẽ discipulum, excogita dominatoris clementiã: qualiter etiã pro una anima ostendit seipsum vulnera habentẽ, & accedit ut saluet unum: non. n. ei statim apparet, sed post dies octo: ut in medio à discipulis admonitus, accendatur ad maius desiderium, & fidelior fieret in futurũ. Tunc Thomas cicatrices Domini tetigit: & non solum corde credendo, sed etiam ore cõfitendo (quia utrumque ad salutẽ requiritur) exclamans dixit: *Dominus meus, & Deus meus*. s. tu es Dñs meus,

Dominus & Deus.

secundùm humanitatẽ, in qua me sanguine tuo redemisti & comparasti: *& Deus meus*, secundùm diuinitatem, qua me creasti, & de limo formasti: iam nihil dubito, certus sum, confirmo resurrectionem, prædico immortalitatẽ: tu es Dñs meus, & magister meus: ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ: tu es denique Deus meus, qui me creasti: & pro me carnẽ suscepisti: quam ut me redimeres, morti te tradidisti: & ut me tecum resuscitares, nunc à morte resurrexisti: hæc est fides mea, ita sentio, & ita credo. O fœlix Thoma, quàm fœlicem habuit licentiã manus tua: magna quippe licentia, & magna gratia est mittere manum in latus illud dulcissimũ, in latus illud saluberrimũ, in latus (inquã) unde ab ira saluamur, unde à culpa sanamur, unde in gratia regeneramur, vnde ĩ gloria sublimamur.

Didymus quid.

Ipse ergo Thomas, qui dicit Didymus, ꝓpter dubiũ cor in credẽdo: quia Δίδυμος Grecè, geminus est Latinè: bene etiã dicitur abyssus, quia altitudinẽ diuinitatis certa fide penetrauit: quãtã autẽ remunerationẽ fides habebat, manifestat, cùm subditur: *dicit ei Iesus*: beatificãdo cõfessionẽ ipsius: *quia uidisti me Thoma*. i. quia expertus es, etiã per tactũ: *ideo credidisti. beati qui nõ uiderunt, & crediderũt*.

Fidei meritum.

In hoc uersiculo nõ solũ fides Thomę commendatur, sed etiam

nostra

nostra salus futura prędicitur: ac si diceret Dominus, Tu quidem beatus es, quia enim me uidisti, credidisti: sed & illi beati erunt, qui non uidentes me corpore, credituri sunt mente.

Augusti. tract. 121. in Ioan.

Vbi secundùm August. Prę-teriti temporis usus est verbis, propter certitudinem: tanquam ille qui quod erat futurum, in sua nouerat prædestinatione iam factum, quia apud eius præsentiam omnia futura præterita sunt: sed aliud Thomas uidit & palpauit corpore: & aliud credidit corde: quia fides, saltem quò ad actum, non potest esse de uisis & apparentibus: nam fides est argumentum, id est ostẽsio non apparẽtium: arguere enim dicebant antiqui, ostendere. Hominem namque seu humanitatem uidit & tetigit, & Deum seu deitatem (quæ in præsenti uideri non potest) credidit: dicendo enim, Dominus meus, humanam naturam, cui datum est totius creaturæ dominium: dicendo uerò, Deus meus, diuinã, quæ omnia condidit, confessus est, & unum eundem Deum & dominum.

Theophilus in Ioannẽ, cap. 20.

Vnde Theophilus, Qui prius infidelis fuerat, post lateris tactum se optimum theologum ostendit, nam duplicem naturam unicamque hypostasim Christi edisseruit. Nos ergo consolando subiunxit: *beati qui non uiderunt & crediderunt*.

Gregorius hom. 26. in euang. Fides uera.

Vnde Grego. Lętificat autem ualde quod sequitur: *beati qui non uiderunt & crediderunt*, in qua sententia nos specialiter signati sumus, qui eum quem carne non uidimus mente tenemus: si fidem nostram operibus sequimur: ille enim uerè credit, qui exercet operando quod credit. Hęc Grego.

Ad Tit. 1. Iacob. 2. Chrysost. hom. 86. in Ioan.

De his autem qui fidem nominetenus retinent Paulus dicit: *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant*. Et Iacobus, *Fides sine operibus mortua est*. Cùm ergo (ut dicit Chryso.) aliquis sic isto tempore dixerit: utinam in temporibus illis fuissem & uidissem Christum miracula facientẽ: tunc excogitet, beati qui non uiderunt & crediderunt: potuit autem esse quòd post confessionem, qua dixit, Dominus meus & Deus meus:

Ioan. ult.

Dominus Iesus insufflans dixerit, *Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata* &c. Licèt hoc non dicat Euãgelista: quia multa fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc. unde ipse qui uirtutem suam non alligauit sacramentis, potuit sine signo sensibili dare spiritum sanctum, & conferre ei potestatem, & ordinem episcopalem. Nam credendum est, quòd eum sicut alios episcopũ ordinauit. Attende hic quòd Christus Thomæ apparuit, quando in errore fuit. In quo magna Christi pietas ostenditur, qui propter unum solum uenit.

Chrysosto. ibidem.

Vnde Chrysost. Considera dominatoris clementiã, qualiter etiam pro una anima ostendit seipsum vulnera habentem, & accedit ut saluet unum.

Thomæ dubitatio.

Hoc autẽ de Thomę dubitatione dispensatoriè permissum est, ut euidentioribus argumentis resurrectio Domini probaretur: ideo enim dubitatum est ab illo, ne dubitetur à nobis.

Gregorius hom. 26. in euange.

Vnde secundùm Grego. Non casu, sed diuinæ pietatis dispensatione gestum est, ut ille electus discipulus tunc deesset, qui audita resurrectione dubitaret: dubitans palparet, & palpans crederet: ut à nostris cordibus omnem dubitationẽ expelleret: & dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis: plus enim in nobis incredulitas Thomæ, quàm aliorum credulitas ad fidem profuit, quia dum ille ad fidem palpando reducitur: mens nostra omni dubitatione postposita in fide solidatur: & non solum nostram fidem roborauit, sed etiam hæreticorum errorem, dicentium Iesum verum corpus non habuisse, exclusit.

Leo sermone de ascensione.

Vnde & Leo Papa: Suffecit Thomæ ad fidem propriam uidisse quod uiderat: sed nobis operatus est, ut tangeret quod uidebat.

Gregorius hom. 29. i euangelia.

Vnde & Grego. de ipsius Thomæ, & aliorum etiam discipulorum dubitatione sic dicit: quòd resurrectionem dominicam discipuli tardè crediderunt, non tam illorum infirmitas quàm nostra (vt ita dicã) firmitas fuit: ipsa namque resurrectio illis dubitantibus, per multa argumenta monstrata est: quam dum nos legentes agnoscimus, quid aliud quàm de eorũ dubitatione solidamur? Minus enim mihi Maria Magdalena præstitit: quæ citius credidit, quàm Thomas, qui diu dubitauit: ille etenim vulnerum cicatrices tetigit, & de nostro pectore dubietatis vulnus amputauit. Hæc Grego.

Vulnerum Christi retentio.

Dispensationis autem gratia non ex curandi impotentia Dominus, qui mortis regna destruxit, signa mortis delere noluit: sed pluribus de causis uestigia passionis, scilicet cicatrices vulnerum, in corpore (licèt incorruptibili) reseruauit. Primò, ad astruendam & probandam resurrectionem, ac reformandam & corroborandam discipulorum fidem, de sua resurrectione dubiam: ut credant quòd ipse qui crucifixus fuit, in eodem corpore numero resurrexit: in eo enim quòd vulnera ostendebat, manifestabat quòd idem resurrexerat, qui in cruce pependit.

Luca. 24.

Vnde Lucas, *Videte manus meas & pedes meos: quia ego ipse sum*. Secundò ad commendandam eius circa nos dilectionem: ut quàm misericorditer simus adiuti, ostensis suæ mortis indicijs insinuet: nosque ad dilectionem rependendam magis prouocet.

Apoca. 1.

Vnde in Apoca. *Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo*. Tertiò ad ostendendam nostram redemptionem, quia illa vulnera fuerunt nostræ redemptionis signum.

Esa. 53.

Vnde Esaias: Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras: ideoque misericordias Domini cantare non cessent: sed dicant qui redempti sunt à Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Quartò, propter nostram ædificationem & instructionem: si enim in corpore Christi glorioso etiam manebãt signa suæ passionis: & nos (quasi compatiendo) eadem vulnera continuè in mente portare, & pro eis gratias agere deberemus.

Philip. 2.

Vnde Apostolus: *Hoc sentite in nobis, quod & in Christo Iesu*. Quintò, propter nostri recordationem, & memoriã apud se semper retinendam. Nequaquam enim nostri obliuiscitur, pro quibus sic crudeliter plagatus dinoscitur.

Esa. 49.

Vnde in Esaia: *Ego tui non obliuiscor: ecce in manibus meis descripsi te*. Sextò, propter Dei patris reconciliationem, ut Deus pater ignoscat humano generi, pro quo filius sic uoluit plagari.

1. Ioan. 2.

Vnde Apostolus. *Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris*, nam patri pro nobis supplicat, obedientiã repręsentans: & quale genus mortis pertulerit semper ostẽdẽs, quod est quidem modus interueniendi pro nobis.

Bernardus sermone de aduentu.

Vnde Bernar. Securũ accessum habes, ò homo ad Deũ, ubi habes filium ante patrem, matrẽ ante filiũ: filius ostẽdit patri latus & uulnera: mater ostẽdit filio pectus & ubera: nec ulla poterit ibi esse repulsa, ubi tot charitatis occurrunt insignia. Septimò, ad impiorũ confusionem: ut ostensis eis in iudicio vulneribus, denunciet quàm iustè damnari debeant.

Augusti. lib. 2. de symbolo cap. 8.

Vnde secundùm Aug. Conuincens eos de peccato suæ mortis, dicet: Ecce hominem, quem crucifixistis: uidetis vulnera, quæ inflixistis: agnoscitis latus, quod pupugistis: quoniã per uos & propter uos apertum est, nec intrare uoluistis. Octauò, ad electorum exultationem: dum in Deo suo insignia amoris præcipui, quem ad eos habuit, uidebunt. Nam secundùm Bedam, Magnum

Universidad de Deusto Biblioteca

gaudium erit sanctis, uidere vulnera in carne Christi fulgida per quæ uictor triumphauit de morte, & saluauit electos. Veniens ergo Dominus ad iudicium, in eadem forma omnibus apparebit, scilicet iustis & iniustis: ut iusti uidentes quanta & qualia pro eis sustinuit, in eius amore amplius exardescant, & in laude ac gratiarum actione proficiant: iniusti uerò deterius puniantur, confundantur, & pereant, quanto magis tantis beneficijs ingrati extiterunt, & largiora beneficia Dei indignius contempserunt. Nonò, ut triũphum, seu titulum triumphalem, & signum uictoriæ suæ omni carni ostendat, & in perpetuum circumferat: quæ eum uictorem diaboli per infinita secula demonstrent: uerbi gratia, Miles pro totius gentis salute fortiter egit & multis vulneribus perfossus est: hostem tamen interfecit: eiusque spolia diripuit, & uictoriam suæ genti reportauit: ait illi medicus, uis sanari sine omni cicatrice, uel cum cicatricibus sine omni deformitate? puto quòd in signum suæ uictoriȩ & pro exemplo animandi alios ad idem, reseruaret sibi cicatrices: illæ enim cicatrices sunt in Christo, non in deformitatem, sed in magnam pulchritudinem. Vnde dicit Chrysosto. quòd cicatrices sunt in Christo super radio solis lucidiores. Vnde etiam secundùm August. In illo regno apparebunt in corporibus beatorum martyrum cicatrices vulnerum, quę pro Christi nomine pertulerunt, sicut stella in cœlo, sicut lapis preciosus in annulo, sicut flos in stipite, & sicut rubeus color in rosa: non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, & quædam quamuis in corpore, non corporis, sed uirtutis pulchritudo fulgebit: nec ideo tamen si martyribus aliqua amputata & ablata sunt mẽbra, sine ipsis membris erunt in resurrectione mortuorum: sed ubi membra ut præciderentur percussa sunt, uel secta, ibi cicatrices: sed tamen eisdem mẽbris redditis, non perditis, apparebunt. Conspice nunc Dominum, & cõsidera solitam ipsius benignitatem, humilitatem, & amorem feruentem: quomodo uidelicet monstrat Thomæ & alijs discipulis vulnera, ut tollat omnem obscuritatem de cordibus eorum, ad ipsorum & nostram utilitatem. Stat igitur cum eis per aliquam morulam, loquens de regno Dei consolatoria: stant & ipsi cum eo in lætitia magna: audientes illa uerba excelsa, & aspicientes faciem eius plenã gaudio, ac decore & gratia. Attende bene eos familiariter circumcirca stantes. Sta & tu reuerenter, & uerecunde, sed gaudenter, à longè tamen: si fortè misericordia motus faciat te uocari licèt immeritum. Tandem dicit eis quòd in Galilæam uadant, & quòd ibi eis apparebit, sicut promiserat: & benedictione data, discessit ab eis. Ipsi uerò remanserunt, ut prius, de ipso famelici & sitibundi, sed plurimum confortati.

Trophea Christi

August. lib. 22. de ciuitate Dei, ca. 20.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, qui Thomæ dubitanti loca clauorum & lanceæ ostendisti: & eum per digiti & manus immissionem, ab errore reuocasti, da mihi ut tuorum vulnerum & passionis semper habens memoriam, digitum & manum, hoc est quicquid discretionis & operis in me fuerit, totum in seruitiũ tuum mittam & expendam: & cum Thoma confitear, quia tu es Dominus meus, qui me sanguine tuo comparasti: & Deus meus, qui me creasti: ut quod de credentium salute futura ei prædixisti, in me merear experiri, & te largiente beatus apud te inueniri. Amen.*

Quomodo Dominus apparuit septem discipulis ad mare Tyberiadis. Cap. LXXIX.



POSTEA facto interuallo temporis, manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis: id est, se uisibilem præbuit: & hoc etiam modo dicitur apparere, quod idẽ est quòd manifestari. Nam secundùm Ambrosium, illud apparet, in cuius potestate est uideri, & non uideri. Piscabantur simul septem discipuli nocte quadam, ut cibum haberent: scilicet Petrus & Nathanaël, qui (ut creditur) frater Philippi erat: & filij Zebedæi, scilicet Iacobus & Ioannes, & alij duo: quorum nomina non exprimuntur: quia, secundùm quosdam, erãt minores: uel, secundùm quosdam, uidentur fuisse Philippus & Andreas. Et piscabantur in naui aliena eis accommodata, uel locata, seu alio modo licitè accepta: quia à principio suæ conuersionis reliquerant nauem & retia. Piscabantur autem licitè: quia (secũdùm Augusti.) non fuerunt prohibiti ex arte sua licita & concessa, uictum necessariũ quærere, seruata sui apostolatus integritate: si quando unde uiuerent, aliud non haberent: Propter quod & Paulus scenefactoriã artẽ didicit: ut cùm necessitas, uel ecclesiæ utilitas occurreret: de labore suo uiueret. Et secundùm Greg. negocium quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc etiam post conuersionem repetere culpa nõ fuit: quod autem ad peccatũ implicat, ad hoc necesse est ut post conuersionẽ animus non recurrat. Vnde post conuersionẽ suam ad piscationem Petrus redijt. Matthæus uerò ad teolonium non resedit. Et per totam noctẽ illam hi septem discipuli in uanum laborauerunt, & nihil de piscibus ceperunt: quia diuinũ auxilium deerat, cuius carẽtia nox dici potest. Hoc ideo factum est, ut captio sequẽs manifestè miraculosa appareret. *Mane autẽ facto*, per quod intelligitur gloria resurrectionis, Dominus Iesus apparuit eis, stans in littore maris. Non apparuit supra aquam, sed in terra solida: ad ostendẽdum ꝙ amplius non erat cum eis in fluctibus uitæ corruptibilis, sed magis trãsierat ad statum uitæ immortalis. *Non tamen cognouerant discipuli quòd Iesus esset.* Secundùm Chrys. Non statim ostẽdit Iesus seipsum, ut per miraculum, quod facturus erat, agnoscerent eum. Attende hic quæ acta sunt, quia iocundissima sunt. Quærebat ab eis, quasi pisces emere uolens: si pulmentarium haberent: id est, aliquid quod decoqui & comedi posset. Pulmentarium potest dici illud, quod pani dulcorandum adiungitur: & quo panis, ut magis comestibilis sit, conditur. Pulmentarium

Ioan. 21. — *Apparere.* — *Augusti. tract. 122. in Ioan.* — *Gregorius. hom. 24. in euang.* — *Chrysost. hom. 86. in Ioan.* — *Pulmentarium.*

mentarium autem hîc uocat pisces, ad edendum dulces & delectabiles. Vt dicit Chrysost. Interim humanius loquitur, ut quid debens emere ab eis. Mysticè à nobis pulmẽtum petit Dominus, ut reficiatur: quod est obedientia mandatorum Dei, ad quam omnes obligantur. unde suprà dixerat: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me: *& responderunt ei, non*: credebant enim eum esse mercatorem, pisces emere uolentem. Cùm autem ad mandatum eius misissent in dextram nauigij rete, impleuerunt illud: *& non ualebant trahere præ piscium multitudine*: quia enim obedientes fuerunt. Ex obedientia fructum consecuti sunt. Per septem piscatores, qui hîc enumerãtur, vniuersitas prædicatorum ecclesiæ designatur: qui sine Christi uirtute nihil prendunt, & nihil proficere possunt: quia sine instructione eius ĩteriori, frustra labo rat lingua prædicatoris. Sed mane, qñ uenit lux illuminãs corda, ipso Christo principaliter operãte, capiũt copiosam multitudinem piscium: per quam signatur multitudo credentium, per prædicationem apostolorum: & similiter multitudo pœnitentium, per prædicatores alios ad bonum conuersorum. Dicitur quòd pisces fugiunt retia fœtida & corrupta, nec libenter intrant ea: & propter hoc illi qui piscantur cum talibus retibus, paucos uel nullos pisces capiunt: sequuntur tamen retia odorifera & munda: & ideo cum talibus capiuntur melius. Rete Christi, est uerbum Dei: pisces, sunt omnes peccatores: dextra, spiritualia: sinistra, temporalia. Iste ergo qui prædicat propter lucrũ temporale, uel uanam gloriam, piscatur ad sinistram, & retia fœtida habet: & ideo parum proficit: sed qui in doctrina & prędicatione quęrit salutem audientiũ, ille piscatur ad dexteram, & retia odorifera habet: & ideo multum proficit: nec mirum, quia ut dicitur in Prouerbijs, *uias quæ à dextris sunt, nouit Dominus: peruersæ autem sunt, quæ à sinistris sunt.* Ioannes itaque considerato miraculo facto, quia uidit impletum sicut prædixerat, recognoscit eum & dixit Petro, quẽ præ alijs diligebat, & etiam quia inter alios prior erat: *Dominus est*: cui scilicet & pisces obediunt: Dominus enim, est nomen potestatis: & per potestatem in miraculo piscium est hic manifestatus: Ioannes qui (tanquam uirgo) cæteris purior erat, & perspicatior in cognoscendo, citius alijs cognouit Christum: quia puritas mentis & corporis, maximè disponit hominem ad cognitionem diuinorum. secundùm Bedam, Cognouit primus Dominum, siue miraculo istius piscationis, siue sono præcognitæ uocis, siue primæ reminiscens piscationis: ubi Petrus cantor, per Petrum, actiua & laboriosa uita: per Ioannem, contemplatiua & quieta significatur. Contemplatiua actiuę Deũ, quem considerat, ostendit. Si in die in actione fuisti: saltem in nocte dicat tibi contemplatiua, Dominus est: ne ita distraharis operibus, quòd ipsum aliquando non consideres. Hæc Petrus. *Tunc Petrus audito quia Dominus est: tunica succinxit se*, ut cum maiore reuerentia accederet ad eum: *erat enim nudus*, id est parum uestitus, ut aptior esset ad piscationis opus. Vnde Beda: dicitur Petrus nudus fuisse ad comparationem cæterorum uestimentorum quibus uti solebat. Sic nos solemus dicere, cùm aliquem simplici uestimento uidemus indutum, quare nudus incedis? Vbi & Theophilus: Præcinxit autem se linteo amictu, quẽ Phœnices & Tyrij piscatores circunuoluũt sibi, cùm nudi sunt: siue etiam cæteris indumentis apponunt: & ex deuotione ac feruore dilectionis, *misit se in mare*, ut citius ad eum ueniret: memor Domini quem feruenter diligebat: *alij uero discipuli* trahentes rete piscium, cum matura festinatione *nauigio uenerunt*, quia ita feruidi sicut Petrus non erant: Petrus quidem moras nauis expectare non potuit, sed amoris immensitate cogente in mare se præcipitauit, ut uelocius & magis festinus ad Dominum uenire potuisset. Vbique Petrus feruentioris fidei & maioris dilectionis inuenitur. Vbi Beda, Eodem autem ardore, quo & multa alia fecerat, uenit ad Iesum non tamen intelligendum est Petrum super fluctus uenisse: sed aut natando, aut pedibus proprijs, quia erant prope terram Et secundùm Chrysostomum, Optimè ponitur hîc conditio Ioannis & Petri, quia Ioannes perspicatior erat intellectus, Petrus feruentior affectu. Propterea Ioannes quidem primus cognouit Iesum: Petrus uerò primus iuit ad eum. Mysticè per mare significatur tribulatio præsentis seculi. Vnde illi qui desiderant ad Christum peruenire, mittunt se in mare: quia non refugiunt tribulationes huius mundi: scientes quòd per multas tribulationes oportet intrare in regnum Dei: & tamen inter tribulationes securus & illæsus Christi seruus euadit: sicut Petrus illæsus peruenit: per nauigium uerò, significatur ecclesia: unde alij discipuli ueniunt nauigio, id est, protecti societate ecclesiæ. secundùm illud Psalm. protege eos in tabernaculo tuo, *Et cùm descendissent in terram, inuenerunt prunas in littore positas*, id est ordinatas ad calefaciendum: *& piscem illis superpositum, & panem* iuxtà positum. Ecce aliud miraculum: nam non ex materia subiecta, sicut alias multiplicauit panes: sed de nihilo & nouo fecit uirtute diuina carbones accensos, & piscem, & panem: ad maiorem discipulorum in fide resurrectionis Christi confirmationem. De Bethsaida ad unam leucam contra Orientem est locus, ubi stetit Iesus in littore: cuius adhuc uestigia ibidem ostenduntur in lapide: & inde non ad iactus lapidis medietatem, locus ubi uiderunt prunas, & piscem superpositum, & panem: & iussit Iesus afferri de piscibus, quos prendiderunt nutu ipsius: ascendit autem Simõ Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Dicit Isidorus, quòd omnia genera piscium ad istum numerum reducuntur: & quia apostoli debebant esse piscatores omnium hominum, ideo tot & non plures pisces piscati sunt: & cùm tanti essent, non est scissum rete. Numerum & magnitudinem piscium exprimit, ad declarationem miraculi, ex tanta captione eorum: & iterum ex retis integritate, quia non est scissum. Et uocans Dominus discipulos ad prandendum, & simul cum eis comedens, ad declarationem suæ resurrectionis, & ad ostendendum nõ esse phantasma quod factum est, eis fecit conuiuium, & festum magnum cum ipsis in littore maris: & nemo discumbentium audebat eum interrogare quis esset: non propter austeritatem & formidinem, sed propter reuerentiæ authoritatem, & cognitionis certitudinem: scientes discreta cognitione, quia Dominus est, cui cum metu & reuerentia oportet intendere: & ideo frustrà fecissent de hoc quæstionem, quia non oportebat facere eam: ubi enim est ueritas exhibita aperte, ibi nulla est opus interrogatione. Vbi Chrysosto. Et nullus audebat eum interrogare, sed cum silentio & formidine multa & reuerentia sedebant attendentes in eum. Nam sciuerant quidem quoniam Dominus est: formam autem alteratiorem uidentes, & multa admiratione plenam, ualde erant stupefacti. Vnde & Augustinus: Nemo audebat dubitare quòd ipse esset:

Chrysosto. ibidem. — *Ioan. 4.* — *Piscatores septem.* — *Rete Christi.* — *Prouer. 4.* — *Ioannis perspicacitas.* — *Nudus.* — *Theophilus in cap. 21. Ioan.* — *Chrysosto. hom. 86 in Ioannem.* — *Mysticè.* — *Acto. 14.* — *Psal. 30.* — *Miraculũ.* — *Bethsaida locus, ubi stetit Dominus.* — *Piscium genera 153.* — *Chrysost. hom. 86. in Ioan.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

set:tanta enim erat euidentia ueritatis, qua illis Iesus apparebat, ut nullus eorum auderet non solum negare, sec nec dubitare: & ideo stultum esset interrogare. Et consuetæ humilitatis suæ more ministrans eis, accepit panem & dedit eis, benedictum tamen, & distribuendo fractum, & piscem similiter: & comedit cum eis: nam eo modo diuidebat eis, & distribuebat, sicut consueuerat ante passionem, ad declarandã suã resurrectionem. Stant igitur reuerenter, multumque alacriter isti septem discipuli cum Domino suo, pariter comedentes cum eo. Aspiciunt desiderabilem, & iocũdam faciem eius, & exultant in cordibus suis. Accipiunt de sacratissimis manibus eius escas desiderabiles, & reficiuntur non minus spiritualiter, quàm corporaliter. O quale est istud conuiuium. Considera bene per singula, & si potes pascaris cũ eis, in exultatione & lætitia. In hoc conuiuio ecclesiæ spirituali Christus præparat prunas charitatis, quas de cœlis portauit ad terras, quia ignem uenit mittere in terrã, & vult ut accendatur. Item præparat piscem superpositum prunis, qui est ipse Christus, qui super prunas ponitur, quando ex incendio charitatis, pro nobis in cruce immolatur. Item præparat panem quo reficimur, qui est & ipse: nam ipse reficit nos per doctrinã, & etiam dando corpus suum nobis in cibum. Dedit etiam Dominus discipulis piscem, quia suam passionem imitandam ostendit, dedit & cum pisce panem, quia post tolerantiam passionis gaudia æternæ societatis repromisit. Vnde Augusti. Fecit Dominus prandium septem discipulis de pisce asso, & aliis quos ceperant: piscis assus, Christus est passus, ipse est & panis qui de cœlo descendit: huic comparatur ecclesia ad participandam beatitudinem æternam, propter quod dictum est, afferte de piscibus quos apprehendistis nunc, ut omnes qui hanc spem gerimus, per illum septenarium numerum discipulorum, per quem potest nostra uniuersitas intelligi figurata, tanto sacramẽto nos communicare nouerimus, & eidem beatitudini nos sociari. Hæc Augusti. Ideo etiam ultimũ conuiuium cum septem discipulis piscantibus uoluit celebrare, quia illi post uniuersale iudicium cum Domino æternum conuiuium sunt celebraturi: qui septiformis Spiritus sancti gratia repleti, fluctus presentis seculi diuino amore calcant, & in lucrandis animabus inuigilant. Vnde Grego. Cur cum septem discipulis ultimum conuiuium celebrat, nisi quòd eos tãtummodo qui septiformi gratia Spiritussancti pleni sunt, futuros secum in æterna refectione denunciat. Septem quoque diebus omne hoc tempus euoluitur, & sæpe septenario numero perfectio designatur. Illi ergo vltimo conuiuio de præsentia ueritatis epulantur, qui nunc perfectionis studio terrena transcendunt, quos huius mundi amor non ligat, quibus si ut cunque per tentamenta obstrepit, cœpta tamen eorum desideria non retundit Hæc Gregor. Sicut ergo Dominus in alia piscatione significauit ecclesiã qualiter nunc est, sic in hoc loco qualiter in fine seculi, scilicet in ultima resurrectione mortuorum futura sit. Mare enim præsens seculum significat: litus, quod est finis maris, finem seculi designat. Vnde ibi Iesus ascendit in nauem, quia adhuc in fluctibus uitæ corruptibilis cum discipulis erat. Hic autem in littore stabat, quia iam ad statum uitæ immortalis transierat. Ibi non in dexteram, nec in sinistram: sed indifferenter, inquit, *Laxate retia uestra in capturam*: ut intelligamus bonos & malos: hic autem, *Mittite, inquit: in dexteram nauigij rete*, ut significaret eos qui stabunt ad dexteram solos bonos. Ibi numerus piscium non exprimitur, quia multiplicati sunt super numerum. Hic uerò certus est numerus, scilicet centum quinquaginta tres, qui numerus habet quinquagenarium, per quem designatur iubileus, in quo cunctus populus ab omni opere quiescebat, & insuper habet tria propter mysterium trinitatis. Ideo autem dictum est, quòd erant magni, quia omnes electi magni sunt in regno cœlorum, licèt gradus sint diuersi. Ibi rete propter significanda schismata rumpebatur, hic uerò nõ est scissum rete, quoniam in illa summa pace sanctorum nulla erunt scismata. Et ideo ad hoc commendãdum ualet, quòd Ioannes ante hanc apparitionem, tanquam finem libri sui interposuit dicens: *Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc*: quod esset etiam secururæ narrationis quasi præmium. Attende nihilo minus quę sequuntur, quia pulcherrima sunt & utilia: nam completo isto solenni conuiuio, & refectionis beneficio omnibus communiter exhibito: *dicit Dominus* specialiter *Simoni Petro*, uolens ei conferre beneficium speciale, *Simon Ioannis*, scilicet filius, *diligis me plus his?* id est plusquam isti me diligunt: quasi diceret, quid mihi dabis, quid mihi præstabis, qua diligis me? ubi Alchuinus, Mysticè autem Simon obediens, Ioannes gratia dicitur: meritò ergo nomine uocatur, id est obediens gratia Dei, ut ostendatur quòd ardentior illum charitate amplectitur, non meriti humani, sed diuini esse muneris. Interrogat Dominus an se diligat, quem semper & vbique maiorem amoris affectionem erga se ostendere uidebat: *Simon, inquit, Ioannis diligis me plus his*, qui tui amoris affectum plusquam hi circa me ostendis. In quo apparet quòd ille qui eligitur ad officium prælationis, debet diligere Deum præ cæteris, & quòd cæteris paribus melior & perfectior debet præfici in prælatum, quia Dominus requirebat præficiendum, an plus diligeret eum, & plus habet charitatis, quæ est uinculũ perfectionis: nam in omni regimine, ille qui præsidet, & gubernat, debet excellẽtior esse, & ad plura ac maiora & magis ardua tenetur prelatus, quàm quicunq; subditus: quia sicut se habet anima ad corpus quod regit, & ratio ad uires inferiores, & pastor ad gregẽ, & homo ad bruta animalia: sic se debet habere prælatus ad subditos. Et ideo uidetur quòd ille qui aliquẽ eligit ad tale officiũ, tenetur semper eligere meliorẽ: non tamẽ intelligitur melior, literatior, uel astutior: sed ille qui omnibus cõditionibus pensatis melior est ad tale officiũ, ad honorem Dei, & utilitatẽ ecclesiæ. Aliter autem eligens uel promouens, non uidetur iudicium diuinum euadere. Quòd autem, secũdùm iura, sufficit eligere bonum & idoneum, hoc est secundùm iudicium humanum, per quod talis non est puniendus: cùm secundũ Aug. aliqua permittuntur humano iudicio incorrecta, propter maiora mala uitanda, quæ tamen sunt diuino iudicio corrigenda. Nam aliquid sufficit secundùm iudicium humanum, quod non sufficit secundùm iudicium diuinum: secundùm iudicium humanum, sufficit illud, de quo homo non potest accusari, nec electio eius improbari. Constat autem difficile esse electiones fieri, si possent ex hoc reprobari, quòd inuenitur alius melior quàm ille qui est electus. Vnde sufficit (secundùm iudicium humanum) ut electio sit recta, & eligatur idoneus. Secundùm uerò iudicium diuinum, & conscientiam, necessarium est eligere meliorem, quantum ad honorem Dei, & utilitatem ecclesiæ: si uerò aliquis

Augusti. ibidem.

Conuiuiũ ultimum Domini.

Gregorius hom. 24. in euang.

Piscatio duplex.

Dilectio præfertur.

Eligendus optimus.

aliquis minus bonum præeligat, & aliquid priuatum (puta affectio carnalis, spes beneficij & commodi temporalis) eum moueat, est fraudulenta electio, & personarum acceptio, & peccat. Sciens ergo Dominus interrogat: sciebat enim quòd non solum diligeret eum, uerùm etiam plus omnibus diligeret: sed innuit, ut & corde credamus, & ore confiteamur, nesciens autem Petrus, quantum alij Christum diligebant, non est ausus respondere, plusquam alij: quia cor alterius uidere non poterat: sed cum modestia locutus est, & absolutè respondit, *etiam, Domine, tu scis quia amo te*: quasi dicet et, teipsum testem inuoco, qui secretorum es conscius, quia amo te, & tu qui interiora consideras, scis si plus alijs amem te, quod ego nescio: tu scis quantum diligo te, & quia integro corde te diligo: quantum uerò alij te diligunt, nescio. Item, quia expertus propriæ fragilitatis in Christi negatione fuit, cautius de se respondit, nec ultrà se efferre in Christi dilectione ausus fuit: sed quantitatẽ suæ dilectionis in iudicio Christi (qui secreta cordium intuetur) posuit, nec audet inuocarre conscientiam propriam, in qua prius deceptus fuit: sed Domini cõscientiam inuocat, dicens: *tu scis quia amo te*, ac si dicat, tu nosti plusquã ego: humilians se corã Apostolis, non dicit, plus his: sed simpliciter, *amo te*: instruẽs nos quòd nõ debemus nos alijs præponere, sed alios nobis. Quòd ergo de se nouit, scilicet quòd diligeret, dixit: quòd nescíuit, scilicet utrum plus alijs diligeret, tacuit: docens nos quòd in dubijs suspensam debemus sententiam tenere, & non temerè de occultis diffinire. *Dicit ei Dominus*, officium pastorale sibi committens, *pasce agnos meos*: quasi diceret, hoc mihi dabis, hæc præstabis, si amas me, ut pascas gregem meũ. In hoc sciam & experiar quòd me amas, si scilicet gregem meum pascis, exhibitio operis, fit probatio dilectionis. Dilectio enim Dei, probatur in dilectione proximi: qui uerò opus pietatis proximo non impendit, minus Deum diligit. Vnde Augu. Confitenti autem amorem suum oues suas commendauit, tanquã non esset ubi ostenderet Petrus amorem suum in Christum: nisi esset pastor fidelis sub principe omniũ pastorum. Cumque Dominus secundò ab eo quæsisset, si ipsum diligeret, & Petrus idem quod suprà respondisset, iterum subdit *pasce agnos meos*. Cùm uerò Dominus tertiò quæreret, si eum amaret: *cõtristatus est Petrus*, eo quòd sæpius esset interrogatus ab eo: qui sciuerat quod interrogabat, & turbatus fuit, eo quòd sciebat eum scire etiam omnia futura, propter quod timuit ex tali replicatione, ne Christus uellet sibi prædicere aliquem casum suum futurum, sicut suprà prædixit ei suam negationem futuram, & ideo meritò timuit, & turbatus fuit. Vnde secũdùm Chrysostomum: Rursus formidat, ne fortè æstimans se diligere, si non diligat corripiatur, sicut & prius correptus est multum se existimans fortem: vnde ad ipsum Christum refugit, & dicit ei, Domine, tu omnia scis, & ineffabilia cordis, & præsentia, & futura, & de ultimo cordis protulit amantis uocem, dicẽs: *tu scis quia amo te*: quasi diceret, tu scis omnia & præsentia & futura. Ideo tu scis quòd nunc te diligo: sed quid sit mihi futurum, ego nescio: tu scis. Deinde post tertiam Petri respõsionem, Dominus adiecit: *pasce oues meas*. Interrogauit autem eum ter, non ignorans quo animo confiteretur Christi amorem: sed ut trina confessio amoris, deleret trinam negationem timoris: ter negauit timor, ter confessus est amor. Vnde Augusti. Redditur negationi trinæ trina confessio, ne minus amori lingua seruiat, quàm timori, & plus uocis elicuisse uideatur mors imminens, quàm uita præsens. Et secundùm Ambro. interrogauit non ut disceret, sed ut doceret quem (eleuandus in cœlum) amoris sui uelut uicarium relinquebat: non vult Dominus suos agnos uel oues committere, nisi illi qui eum diligit: quos ipse tantum dilexit, ut pro eis mori dignaretur, & ideo prius ecclesiæ pastorem interrogat, an se diligat, & sic postea ad pascẽdum suos agnos & oues ei committit: sicut enim fuit timoris indicium negare pastorem, sic est amoris officium pascere Dominicũ gregem. Vnde Chrysost. Si diligis me, inquit, prælisti fratribus, & feruentem amorem, quem per omnia demonstrasti, nunc ostende & animam, quam dixisti positurum te esse pro me, hanc pro ouibus da meis, ostendens quanti appreciatur præsistentia propriarũ buium, & quoniã hoc est maximè eius, qui in ipsum est, amoris signum. Vnde & Gregorius: Si ergo signũ dilectionis, est cura pastoris, quicunque uirtutibus pollens gregem Dei negligit pascere, summum pastorem conuincitur non amare. Vnde & Augusti. Quid est aliud, *Diligis me pasce oues meas*, quàm si diceret: Si me diligis, non te pascere cogita, sed oues meas, & sicut meas pasce, nõ sicut tuas: gloriam meã in eis quære, non tuam: damnum meum, non tuum: lucra mea, non tua. Vnde Bernardus: Non ociosè totiens repetitum est, *Petre amas me*, in commissione ouium. Et ego quidem id significatum proinde puto: ac si illi dixisset Iesus, nisi testimonium tibi perhibente cõscientia, quòd me ames, & ualde perfecteq; ames: hoc est, plusquam tua, plusquam tuos, plusquã etiam te, ut trinæ repetitionis meæ numerus impleatur: nequaquam suscipias curam hãc, nec te intromittas de ouibus meis, pro quibus utique sanguis meus effusus est. Terribilis sermo, & qui posset etiam impauida quorumuis tyrranorum corda concutere. Propterea attendite uobis quicunque opus ministerij huius sortiti estis: attendite inquam uobis, & precioso depositi, quod uobis creditum est. Hæc Bernardus. Vide quomodo Dominus Christus, committendo Petro pastorale officium, ipsum ter examinat de dilectione: quia pastores ecclesię debent Deum ac etiam proximum præ cæteris hominibus diligere. Non ergo debet quis eligi in prælatum, nisi habitis certis signis & argumentis de dilectione eius erga Deum & proximum. Vnde Bernardus: An non incongruè de dilectione requiritur, qui pascendo gregi præponitur. Ille enim præesse debet alijs, qui uino charitatis inebriatus exæstuat, immemor sui, ut non quærat quæ sua sunt, sed magis quæ Iesu Christi. Attende etiam quòd Dominus pastorale officium iniungit, trina examinatione præmissa, & ideo qui ad hoc officium assumitur, prius examinari debet diligenter. Primò autem & secundò agnos imperfectos, quodam lacte uescendos, & tertiò oues perfectiores solido cibo alendos Petro commisit: quia non solum pastorem, sed & pastorum pastorem eum constituit: sunt enim in ecclesia tria genera, seu tres gradus hominũ fidelium, qui sicut agni & oues in ecclesia sunt pascẽdi: scilicet incipientes & proficientes, qui quasi adhuc imperfecti nomine agnorum, & perfecti qui nomine ouiũ possunt intelligi, & bis dictum est, pasce agnos meos, sed semel, pasce oues meas: quia infirmi & adhuc tenelli in fide ampliori pastorali cura & solicitudine indigent, quàm fortiores & grandiusculi, qui se regere ualent, nec tanta cura egent. Pascit igitur Petrus agnos, pascit & oues, pascit filios, pascit & matres: quia

Petri cauta modestia.

Chrysost. hom. 87. in Ioannem.

Gregorius lib. 6. epist. epist. 5.

Augusti. tract. 124. in Ioan.

Bernardus sermo. 23. in cantica.

Prælatorũ periculum.

Augusti. sermo. 49. de tempore.

Chrysost. hom. 87. in Ioan.

Confessio Petri.

Augusti. tract. 123. in Ioannẽ.

Examinari debet in prælatum assumendus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia regit & subditos,& prælatos:omnium igitur pastor est, quia præter agnos & oues in ecclesia nihil est, nihil inquam quod suis pastoribus commiserit. Sed cùm Ioannes à Domino magis esset dilectus, quare non est alijs Apostolis prælatus, sed Petrus? Quia erat adolescens,& si esset prælatus, illi scandalizarentur fortè in eo:sed non ita in Petro, quia senex. Itẽ ne uideretur amicos carnales exaltare, & eos aliis præferre. Vtinam ecclesia imitaretur hoc exemplum, & non faceret in multis contrarium. Considera hic solitam Domini charitatem & benignitatem. Apertè enim uides quomodo dilgenter & affectuosè imprimit,reiterat & recommendat Petro animas nostras. Ter enim interrogans eum de amore, ter subiunxit pasce. Non dicit ei tonde,munge, macta, & manduca:sed dicit tribus uicibus,pasce: scilicet pane doctrinæ, & sanctæ prædicationis uerbo, uitæ & honestæ conuersationis exemplo, & temporalis sustentationis subsidio. Ter ergo dictum est, pasce:ad significandum quòd habens curam animarum debet subditos pascere pastu triplici,scilicet uerbi Dei, & boni exẽpli,& prout potest tẽporalis subsidij. Sed istud quod dicitur ter,pasce:quidam mali mutant in tonde,mũge,& occide:quia multi hodie subditos exactionibus temporalium opprimunt,malis suasionibus, & exemplis corrumpunt,& occidunt:sed de triplici pastu prędicto parum cogitant uel curant. Deinde postquam Petrus Dominum se amare ter respondit, & per hoc amoris sui priuilegium confirmauit,mortem suam ei Dominus nuncians suum martyrium sibi prædixit:in qua morte quantum Petrus eum dilexerit demonstrauit apertè, quia prælati ecclesiæ tantam debẽt charitatem habere,ut parati sint se morti pro grege exponere. Vnde ait Christus, loquens Petro parabolicè, *Cùm esses iunior* non tam ætate, quàm sensus & uirtutis imbecillitate qua negasti me: *cingebas te*, & ad libitum tuum properabas *& ambulabas, ubi* secũdùm appetitum *uolebas:cùm autem senueris*, non tam ætate, quàm sensus & uirtutis stabilitate,sicut iam tua demonstrasti confessione: *extendes manus tuas*, scilicet ad crucẽ,hoc est, crucifigeris: ubi promptitudo eius ad martyrium tolerandum designatur,& genus mortis *& alius*, scilicet tortor, *te cinget*, & ligabit uinculis,fuit enim ligatus chordis, & sic in cruce positus: non clauis affixus,ut uiueret diutius, & longior esset ipsius cruciatus, *& ducet te*, id est uiriliter trahet *quò non uis* ire naturaliter, secundùm appetitum sensitiuum: scilicet ad mortem,quam refugit sensualitas & uoluntas naturalis, uoluntate tamen deliberata & electiua, qua cupiebat esse cum Christo in uita æterna, & secundùm appetitum intellectiuum etiam senex uoluit ad mortem duci & crucifigi, sequens magistrum suum, qui ait:non mea, sed tua uoluntas fiat. Sed si fieri posset, uitam æternam præter mortis molestiam concupisceret. Est enim in homine duplex appetitus:scilicet sensitiuus & intellectiuus, & uterque aliquando & largè loquendo uoluntas nominatur, quia solus appetitus intellectiuus propriè uoluntas dicitur. Licet ergo appetitus intellectiuus in Petro esset promptus ad martyriũ:tamen appetitus sensitiuus refugiebat,quia mors est ultimum terribilium. Et eodem modo in Christo fuit,ut uisum est suprà,ubi ad patrem orauit. Nam inter animam & corpus est adeo naturalis amor,quòd nunquam uellet anima à corpore separari,nec eo nouersò,& ideo dicit *quò tu nõ uis*, scilicet, secundùm naturæ instinctum: qui sic est naturalis,ut nec ipsa senectus cum Petro auferre potuerit: sed desiderium gratiæ hoc immittit. Vnde dicit Apostolus: *Cupio dissolui, & esse cum Christo*. Vnde Chrysostomus, Dicit ergo,quò non uis, propter naturalem compassionem animæ,quę inuita separatur à corpore: Deo hoc utiliter dispensante,ut non multi sibi mortem inferant uiolentam. Hæc Chrysostomus. Sed secundùm Augustinum, quantacunque sit molestia carnis, debet eam uincere uis amoris, quo amatur Christus, qui etiam mori uoluit pro nobis: quia si nulla esset uel parua mortis molestia,non esset tam magna martyrij gloria. Vnde Gregorius: Neque enim si plenissimè Petrus nollet,pro Christo pati potuisset: sed martyrium quod per infirmitatem carnis noluit,per uirtutem spiritus amauit. Qui dum per carnem ad pœnas ire trepidat, per spiritum ad gloriam exultat. Actumque est ut cruciatum martyrij nolendo uoluisset. Sic nos quoq; cùm gaudium quærimus salutis, amarum poculum sumimus purgationis. Amaritudo quidem in poculo displicet,sed restituenda per amaritudinem salus placet. Cùm ergo cognouit Dominus quòd diligeretur à Petro, prædixit ei fructum dilectionis, scilicet coronam martyrij, quo oues pascere,& ecclesiam multiplicare,& se caput sequi deberet. Vnde glosa, Passurum prædicit, qui negaturum prædixerat:hoc iam poterit, scilicet pati pro Christo ratione firmatus,quod immaturè pollicebatur infirmus. Iam non metuit huius uitæ interitum, quia resurgente Domino uitæ alterius præcessit exẽplum. Vnde & Chrysostomus: Et nimirum hoc uolebat & cupiebat,idcirco ei manifestũ hoc fecit: quia enim dixit,animam meam ponam pro te: &, si oportuerit me mori tecum,non te negabo: dedit ei quod desiderabat. Quia enim Petrus semper uolebat esse in eis,quæ pro eo erant periculis cum fide,ait:ita enim tuum implebo desiderium, ut quæ non passus es iuuenis existens,hoc te oporteat pati senem factũ. Hæc Chrysostomus. Hoc autem quod ait, alius te cinget, & ducet te: debet præcedere hoc quod dicit, extendes manus tuas: nam in alterius cinctione exprimitur impositio uinculorum à persecutore. Vnde Augustinus: Extendes,inquit, manus tuas,hoc est crucifigeris,ad hoc autem ut uenias,alius te cinget,& ducet non quò uis,sed quò non uis. Prius dixit quod fieret,& deinde quomodo fieret:non enim crucifixus, sed crucifigendus quò nollet est ductus. Hæc Augu. Et bene dicit, cùm senueris. Nam post tempus, quo uerba ista dicta sunt, usque ad tempus mortis Petri, fluxerũt uerè trigintaseptem anni. Vnde patet, quòd satis senex erat. In hoc autem quòd Petrus cùm senuisset,& propè terminum uitæ iam esset, passus est molestiam crucis; mysticè significatum est, quòd post peccati remissionem toto tempore uitę suæ debet homo pro peccato suo dolere,& usque ad terminum uitæ miseriam sustinere. Vnde glosa, etiam remissis peccatis tolerat homo miseriam,in quam tamen ex peccato uenit:productior est pœna quàm culpa,ne parua uideretur culpa,si cum illa finiretur pœna. In Petro typus est secularium & religiosorum: secularis enim quò uult uadit, Dominus suæ uoluntatis:sed religiosus superioris ligamine cinctus,grauitate religionis senior,& professione maturior, præcepto maioris frequenter ducitur quò non uult:nisi propter obedientiæ fructum: *hoc autem dixit* Iesus Petro *significans*, quia esset crucifigendus, & hac morte Deum clarificaturus, martyrium enim Petri fuit ordinatum ad gloriam Dei: quia sicut ne cingeretur uinculis cũ Domino, Christum obscurauit in cordibus audientium

Pascere,nõ tondere iubetur.

Alligatus Petrus cruci.

Appetitus hominis duplex.

Thilippꝰ i Chrysost. hom.87.in Ioannem.

Augusti. tract.123. in Ioan.

Gregorius lib.31.moral.

Chrysost. hom.87.in Ioan.

August. tract.123. in Ioan.

Triginta septẽ annis supervixit Petrus.

Miseriã patitur etiã, cuius peccata remissa sunt.

tium negatione,ita extendendo manus in simili cruce,sicut Christus: glorificauit Christum per exemplum constantiæ in ueritatis confessione, in auribus crucifigentium tortorum. Quanuis enim Christus non clarificetur in se à malis & infidelibus:tamen clarificatur quotidie per exemplum patientiæ à sanctis & bonis fidelibus. Mors ergo sanctorum est ad gloriam Christi,quia ex hoc ostenditur magnitudo Domini, quòd pro eius ueritate & fide sancti exponunt se morti. Cùm enim uis amoris graues uincat molestias mortis,profectò martyres morte sua Deum clarificant,ostendentes ea quantum colendus & amandus sit. Et nota quòd Christus in directũ crucifixus est: Petrus ob reuerentiam Domini in contrarium, scilicet deorsum:sed Andreas in transuersum. *Et cùm hoc dixisset* Iesus Petro:nuncians ei mortem & passionem,ne dura & intollerabilis Petro uideretur passio, hanc suo exemplo pius magister lenire curauit, & ad genus mortis exemplo sui eum inuitans *dixit, sequere me*: id est, imitare me:sequi enim Dominum, imitari est:ac si diceret, tanto tolerabilius crucis passionem sustinebis,quanto in eius sufferentia mea te sequi uestigia recordaberis, ut sicut ego pro tua salute crucis patibulum sustinere non distuli: ita quoque tu pro confessione nominis mei te pati debere memento, quia eo gloriosiorem palmam martyrij consequeris, quo ad hanc promerendam arctius magistri iter sequeris. Quia enim Petrus prius singulariter ad hanc se exhibuerat sequelam,dicens: quare non possum te sequi,animam meam pro te ponam,ideo singulariter ab eo exigit Dominus promissum, dicens, *Sequere me*: scilicet in genere mortis. Si me,inquit, diligis, sequere me: ueni post me, & sicut ego pro te, ita & tu moriaris pro me:sicut ego tu crucem ascende, tu eandem quam ego mortem patere. Vnde non dixit ei soli,sed signanter præ alijs: quia ipse præ omnibus debebat animam pro grege ponere & ouibus. Hoc autem dicendo Dominus surrexit, & à loco conuiuij abire cepit. Et sic per illam sequelam corporalẽ,idem significabat,quod prius Petro per uerba expresserat, sicut enim in ueteri testamento Prophetæ significabant aliqua uerbis,& aliqua factis: similiter Christus faciens,postquam uerbo prædixerat Petro suum martyrium,incepit ire,& tunc dixit ei,sequere me:scilicet in hoc quod prædixi tibi. *Conuersus Petrus* retrahendo oculos ab aspectu Domini, *uidit Ioannem quem diligebat Iesus etiam sequentem*, quia sicut & Petrus cęperat ire post Christum, & uolens certificari de morte Ioannis, ex amore quo eum diligebat, de eo Dominum quæsiuit, dicens: *Hic autem quid*? scilicet patietur, quasi diceret, ecce ego sequor te in passione: hic autem quem ut me diligo, nunquid morietur sicut & ego? Postquam Petrus audierat se crucifigendum, uoluit etiam agnoscere fratris exitum. Diligebat enim Petrus Ioannem speciali dilectione, & ideo uolebat eum in martyrio socium habere. Vnde dicit Chrysostomus,quòd ualde diligebat Petrus Ioannẽ, & audiens tam magni amoris indicia à Domino, quòd uidelicet simili genere mortis secuturus esset Dominum,quo Dominus præcesserat Petrum,cupiebat tam magnorũ munerũ habere sociũ. De hoc autem q; Petrus interrogauit, etiã Ioannes interrogasset,sed non audebat. Diligebat autem (ut hic dicitur) Iesus Ioannem, non quidem singulariter solum, sed præ cæteris familiarius, & specialia signa dilectionis eis ostendendo præ cæteris, & hoc signum inter cætera, ut per pacem exiret de uita, non per certamen pasionis: Diligebat primò quippe, propter mundiciam puritatis: quia uirgo est electus à Deo, & uirgo permansit. Secundò, propter sublimitatem suæ sapiẽtiæ:quia cæteris altius arcana diuinitatis uidit. Tertiò, propter feruorem sui affectus ad Christum, qui diligentes se diligit,& respondens Iesus Petro, dicẽs: *Sic eum uolo manere*, id est expectare, scilicet absque passione martyrij, *donec* ecclesia sua pace firmata *ueniam*, scilicet ad eum uocandum,& per placidam mortem de hoc mundo ad gloriam cœlestem assumendum: quasi dicat, nolo eum mori per martyrium, & me sequi per uiam passionis, sed magis uolo eum occupari in quiete contemplationis: donec me uocante de hac uita in aliam transferatur suauiter & iocundè. Habetur enim in legenda eius, quòd Christus apparuit sibi circa finem uitæ suæ cum discipulis suis, uocans eum ad gloriam, & ad epulandum cum illis. *Quid ad te*? scilicet inuestigare de ipso, quia ad Petrum non pertinebat scire quod Deus ordinabat in futurũ de Ioanne: sed tantum pertinebat ad ipsum uerbo Christi promptè & humiliter obedire. Ideo sequitur, *tu me sequere*: scilicet crucis passione. Vnde Chryso. Sic eum uolo manere, inquit, quid ad tẽ per hoc erudiens nos non anxiari, neque multum inuestigare, neque ultra ea quę placẽt ei quęrere,& nihil ultra quàm oportet circunscrutari. Hoc autem faciebat ab intẽporanea compassione, quæ ad seinuicem erat diuidens eos. Quia enim debebant orbis terrarum procurationem accipere, non oportebat eos ad seinuicem de reliquo esse complexos, profectò enim magnum huic orbi terrarum factum esset damnum. Propterea ait: opus commissum est tibi, id attende & perfice,& exerce, & certa. Hunc uerò si uoluero manere hic, *quid ad te*? Tu ea quæ tui ipsius sunt attende,& de his sollicitus sis. Hæc Chrysostomus. *Exiuit ergo sermo iste inter fratres*, id est discipulos, qui erant uniti fraterna charitate,& diuulgatum est in publicum per narrationem unius ad alterum, *quòd discipulus ille non moritur*. Hunc intellectum conceperunt ex uerbis Christi, & in isto intellectu sermo ille recitabatur, quòd Ioannes non esset moriturus: sed donec Christus ad iudicium ueniret uicturus. Sed non erat hoc magnum donum,si datum esset discipulo, cùm melius sit dissolui & esse cum Christo. Ille tamen intellectus fuit erroneus. Quia Ioannes secundùm ueritatẽ est mortuus. Et ideò statim excluditur,cùm subditur: *Et non dixit Iesus, non morietur*, quia sententia mortis in omnes in originali peccato natos prolata est. *Sed dixit,sic eum uolo manere*, à dolore persecutionis alienum: *donec ueniam* uocando eum in morte,per resolutionem naturalem ad cœlum: *quid ad te*? hoc remissiuè legendum est,quia non quærit,sed solùm recitat hoc quod antè dixit: habebat autem Ioannes nonagintanouẽ annos cùm moreretur, & sexagintaocto annis prædicauit. *Hic est discipulus ille*, scilicet Ioánes de quo saluator iam locutus est, *qui testimonium perhibet de his*, quæ uidit & audiuit: propter quod eius testimonium est efficax & uerum, *& scripsit hæc* tanquã testis uerax, testimonium perhibens de eis. Modus erat antiquorum, quòd illi scriberent historiam, qui uidissent: propter quod dicitur historia ab historin, quod est uidere: quia qui uidet quod fit, potest inde historiam contexere, & ideo Ioannes qui uerba Christi audiuit, & facta eius uidit, conuenientissimè scribere potuit. Omissa autem omni comparatione inter duos istos discipulos de dilectione, potest ad mysterium referri, & mysticè accipi: nam per hos duos

duplex

Martyres Deum clarificant.

De morte Ioannis interrogatio.

Chrysost. hom.87.in Ioan. Dilexit Dominus Ioannẽ ob multa.

More Ioannis.

Chrysosto. ibidem.

Philip. 1.c. Ioãnes mortuus est.

Historia scribendę mors.

Universidad de Deusto Biblioteca

duplex significatur uita, scilicet actiua & contemplatiua: per Petrum enim cui dictum est, sequere me, labor exprimitur uitæ actiuæ, ad quam pertinet necessitatibus proximorum insudare: ac pro ueritate & iustitia, si necesse fuerit, usque ad mortem certare: per Ioannem uerò suauitas designatur uitæ contemplatiuæ, ad quam pertinet, omnibus alijs omissis, soli Deo inhærere: de quo bene dictum est, *sic eum uolo manere donec ueniam*, id est, eos quos gustu meæ contemplationis inebriauero, semper proficere uolo, quousque me in die iudicij cum æterna remuneratione apparente de fide transeant ad speciem, & de imperfecta uitæ huius contẽplatione ad perfectam gloriæ contemplationem. Vtriusque autem uitæ finis & obiectum est Deus, pro quo exercetur hæc & illa: sed uita actiua plus diligit quàm contemplatiua, quia magis sentit angustias præsentis uitæ, & æstuantius desiderat ab eis liberari & ad Deum ire. Contemplatiuam uerò uitam Deus plus diligit: quia eam magis conseruat, non enim simul finitur cum uita corporis sicut uita actiua, & ideo in Psalmo dicitur: *Diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob.* Vnde dicit Dominus de uita contemplatiua, *sic eum uolo manere*, id est, expectare: donec ueniam, uel in fine mundi, uel in morte contemplatiui: sed uitæ actiuæ dicit, *tu me sequere*: quia contemplatiua hîc inchoata non perficitur: sed inchoata manet, & expectat donec ueniat Christus perficiẽdo cùm uenerit: sed actiua uita perfecta & informata eius passionis exemplo, interim sequitur Christum, patiendo pro eo. Potuisti itaque attendere quàm multa & quàm magnifica dicta & facta sunt in hac apparitione, & hanc apparitionem uocat Ioannes tertiam, scilicet à numero dierum, sed non numero apparitionum. Prima apparitio fuit in prima die qua surrexit, in qua pluries se manifestauit. Secunda, post dies octo, quando Thomas uidit & credidit. Tertia, hac die: quando de piscibus prandium fecit: sed post quot dies ab octaua resurrectionis id fecerat, Euangelista non determinat: uel potest referri ad uices, quia non legitur quòd multis uel pluribus discipulis simul apparuerit: nisi primò Thoma absente, & secundò eo præsente, & tertiò hîc ad mare. Vnde signãter in plurali dicit discipulis suis. Et deinceps apparuit usque ad diem ascensionis quotiens uoluit: quamuis non omnia scripta sunt. Tandem Dominus benedictione data discipulis disparuit ab eis.

Psal. 86.

Apparitio tertia, id est tertia dici.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, præsta mihi misero ut pulmentarium tibi exhibeam, mandatis tuis obediendo, tu enim nostra obedientia quodammodo reficeris: quia in ea quamplurimum delectaris. Fac quoque me indignum tui conuiuij participem, ut te pisce asso & pro nobis passo reficiar, pro te patiendo, & te pane uero satier, nunc in tua doctrina, & tui corporis sacramento, & tandem in æternæ sociteatis gaudio: da etiam mihi Domine ut cum Petro merear te diligere, pro te mala perferendo, & cum Ioanne à te, tibi diligi inhærendo: & in hoc semper proficere & usque in finem perseuerare. Amen.*

Quomodo Dominus apparuit undecim discipulis in Galilæa, & etiam quingentis fratribus. Cap. LXXX.



POST hæc undecim discipuli abierunt in Galilæam, secundùm mandatum Christi & angeli in montẽ & locum, ubi principaliter constitutum erat eis, ubi Dominus ordinauerat se uisibilem præbere illis. Vnde Beda: Nam pergens Dominus ad passionem, ait discipulis: post quam resurrexero, præcedam uos in Galilæam. Angelus quoque mulieribus, ait: *quia præcedet uos in Galilæam.* Quapropter iussioni magistri obedientia discipulorum obsequitur. Quamuis enim supradicta apparitio ad mare Tyberiadis fuerit in Galilæa, ubi est idem mare: non tamen illa principaliter intendebatur, cùm ibi pauci, scilicet septem tantum essent discipuli: sed potius ista, in qua simul omnes erant congregati. Et sciendum, quòd prope montem Oliueti ex parte boreali ad unum miliare est mons, qui appelatur Galilæa: & dicunt quidam quòd ille est mons prædictus ad quem discipuli undecim abierunt: non quia mons sit in Galilæa, cùm sit in Iudæa: sed quia mons iste appellatur Galilæa. Alij (quod magis uidetur) dicunt hoc fuisse in monte Thabor: in quo Dominus transfiguratus fuit, qui uerè in Galilæa consistit. Ibi enim paucis, scilicet tribus discipulis ostenderat gloriam suæ futuræ resurrectionis: & ideo ibi resurrectionem suam completam manifestauit omnibus suis discipulis. Vnde probabiliter creditur quòd ibi etiam fuerunt quingenti fratres, præter prædictos undecim discipulos, & quòd illa fuit manifestatio, de qua ad Corinthios scribit Apostolus, dicens: *Deinde uisus est plusquam quingentis fratribus simul*: hic tamen non exprimuntur nisi undecim apostoli: quia erant principales discipuli Christi. Vnde Eusebius: Duo enim Euangelistæ, scilicet Lucas & Ioannes solis undecim hunc scribunt apparuisse Hierusalem: cæteri uerò in Galilæam properare: non solum undecim, sed uniuersis discipulis, & fratribus dixerunt angelum & saluatorem uidisse: de quibus & Paulus meminit dicens: deinde apparuit plusquam quingentis fratribus simul. Hæc Eusebius. Quomodo autem tot fratres erant ibi, cùm aperte dicatur in actibus, quòd omnes discipuli erant in Hierusalem in cœnaculo congregati, & non erant nisi centum uiginti? Potest dici quòd omnes credentes de Hierusalem cum apostolis non erant nisi centum uiginti.

Matt. 28.

Beda in hom.

Apparitio principalis in Galilæa: & quæ Galilæa.

1. Cor. 15.

Multi tamen erant credentes de alijs ciuitatibus & locis, quibus simul apparere uoluit, ad ipsorum consolationem, sicut & alijs. Et ibi scilicet in monte apparuit eis Dominus: quia illi eum quandoque uidere merebuntur in altitudine cœlorum: qui nunc celsitudinem perfectionis ascendentes in ima calcant desideria terrenorum. Vnde Rabanus: In monte quidem apparuit eis Dominus, ut significaret quoniam corpus, quod de communi generis humani terra nascendo suscepit: iam super omnia terrena resurgendo subleuauerat: & ut admoneret fideles, si illic celsitudinem resurrectionis eius cupiunt uidere, hic ab infimis uoluptatibus ad superna studeant desideria transire. Hæc Rabanus. Discipuli autem Dominum uidentes uiuum, adorauerunt in aduentu suo adoratione latriæ: & ante eum humiliauerunt se credentes Dominum Deum, & hominem immortalem resurrexisse: quidam autem dubitauerunt, propter rei nouitatem: quorum dubitatio nostram auget fidem, ex quo patet quòd ibi erant alij quàm Apostoli: qui omnes erant certificati: etiam Thomas qui inter eos fuit magis incredulus. Dubitatio quidem discipulorum, nostræ fidei fuit confirmatio: quia quò amplius dubitauerunt, eo solicitius inquisierunt: & quo uerius probauerunt: eo firmius crediderunt: & non solum fidem nostram corroborauerunt, sed etiã hæreticorum uesaniam destruxerunt. Pius autem & clemens Dominus credentes in fide confortat, & fidem eorum roborat, ac dubios ad fidem reducit, & dubietatem eorum excludit intimans eis ad quantam gloriam peruenerit. Vnde ut omnem dubietatem à cordibus eorum auferret, accedens locutus est eis, ad certificandum eos de sua resurrectione dubios, dicens: *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra*: quia licèt Christus, quantum ad diuinitatem, ab æterno haberet hanc potestatem, & inquantum homo ab instanti conceptionis haberet potestatem in cœlo & in terra, authoritatem tamen executiuè non habuit ante suam resurrectionem: sed uoluit passibilitati esse subiectus, propter nostram redemptionem. Hoc ergo loquitur à parte humanitatis, in qua minoratus est paulominus ab angelis, non à parte diuinitatis: in qua patri est consors, & coæqualis. Nam secundùm diuinitatem tantus est pater, aut filius, aut spiritus sanctus: quantus est pater, & filius, & spiritus sanctus. Vnde Augustinus: Tanta est tota trinitas in solo patre, uel in solo filio, uel in solo spiritu sancto: quanta est simul in patre, & filio, & spiritu sancto. Hæc Augustinus. Igitur secundùm diuinitatem semper simul cum patre & spiritu sancto omnipotens super omnia: secundùm humanitatem, omnium rerum, & inter omnia potestatem accepit, & omnia in manu eius sunt tradita: ut homo ille qui nuper factus est de cœlo, dominetur & in terra. Habet enim potestatem in cœlo coronandi quos uult: & in terra eligendi quoscunq; uult: quia & hic & ibi facit quod uult. Non solum ergo in terra, sed etiam in cœlo potestatem accepit, quia in humanitate exaltatus, ad dexteram patris est collocatus: & super omnes angelos eleuatus nomenque sibi datum est, quod est super omne nomen: *ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum*: non solum est super omnium hominum nomen, sed etiam super omnium angelorum sanctissimum: nulli enim hominum, uel angelorum concessum est, ut natura filius Dei dici possit: nisi illi soli, cui à patre dictum est: hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: nulli quoque sanctorum uel angelorum datum est, ut in nomine eius daretur salus mundo, nisi soli Deo: de quo Petrus ait: non est in aliquo alio salus: *neque enim aliud nomen datum est sub cœlo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.* In natura quippe hominis à patre accepit, quod in natura, deitatis etiam ipse donauit. Vnde Seuerianus: Filius quippe Dei, uirginis filio, Deus, homini, diuinitas carni contulit, quod semper ipse cum patre possedit. Hæc autem potestas sibi data peccatores non spernit: sed omnes sine personarum acceptione colligit. Vnde consequenter instituens baptismum, subiungit: *Euntes per mundum uniuersum, docete* fidem *omnes gentes*: id est, omnia genera gentium, sine distinctione personarum. Ex hoc patet, quòd prædicatores Euangelij debent omnibus & magnis, & paruis sine acceptione prædicare. *Euntes* ergo: quod est contra negligentes, qui ire nolunt: *docete*, quod est contra ignorantes, qui docere nesciunt, & officium assumunt: *omnes gentes*, quod est contra personarum acceptores, qui tantum ad aliquos uadunt: *baptizantes eos*, quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest intrare in regnum Dei, *in nomine*, propter unitatem substantiæ: *patris & filij, & spiritussancti*: propter distinctionem personarum: ut quorum est una diuinitas, una sit largitio: non ait, in nominibus patris, & filij, & spiritus sancti: sed, in nomine: ut indiuiduam trinitatem, unum Deum esse insinuet. Ista ergo est forma baptismi à Christo instituta: sed familiari consilio spiritus sancti, quodammodo mutata fuit in primitiua ecclesia, quando apostoli baptizabant in nomine Christi: ut nomen Christi, quod tunc odiosum erat, publicaretur & magnificaretur per ambitum mundi. Et addit, *docentes eos seruare* opere & perseuerantia, *omnia quæcunque mandaui*, & dixi *uobis*: scilicet sacramenta à Christo instituta: & alia ad fidem catholicam pertinentia: ac mores, circa dilectionem Dei & proximi instituentia. Præceptum quod Dominus ante passionem suam discipulis dederat, scilicet quòd Iudæis prædicarent, & in uiam gentium non abirent, ad tempus erat certum, quia ante Christi resurrectionem fides Christi non erat diuulganda per orbem uniuersum: & ideo post resurrectionem præcepit eis, ut in omnes gentes irent, & primò docerent, id est catechizarent, & in fide instruerent, deinde fidei sacramento, scilicet baptismo intingerent, quia adulti prius debent instrui de his quæ ad fidem pertinent, quàm baptizari. Et ideo catechismus debet baptismum præcedere, & tandem post doctrinam fidei, & post baptismum omnia quæcunque essent obseruanda præciperent, quia (ut dicit Iacobus) Oportet non tantum auditores esse uerbi, sed etiam factores, & qui offenderit in uno, factus est omnium reus: congruus ordo: primò enim auditor in fide est docendus, quia nisi prius fidem anima recipiat, non est dandus baptismus: quia *sine fide impossibile est placere Deo*: nec ualet baptismi mundatio, si non quantum potest bonis operibus insistat: quia sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua. Igitur oportet omnia seruare, quæcunque mandauit ipse. Cui hoc uidetur impossibile, solum teneat & custodiat charitatem. Vnde Augustinus: Dilectio fortis res est, fratres. Vultis uidere quàm sit fortis dilectio? quisquis propter aliquam necessitatem non potuerit implere, quod iubet Deus, amet illum qui implet, & in illo implet. Et iterum: Diuinarum scri-

pturarum

Act. 1.

Cur in mõte uisus Dominus.

Rabanus in cap. 28. Matth.

Potestas data Christo ut homini.

Heb. 2.

August. in libro de Trinitate.

Philip. 2.

Matth. 3. Actuũ. 4.

Prædicandum omnibus.

Præceptum ad tempus. Matth. 10.

Catechismus. Iacobi 1.

Heb. 11.

August. i psal. 121. Dilectionis fortitudo. Idẽ lib. 1. de doct.

pturarum multiplicem abundátiam,latissimamq; doctrinam,sine vllo errore comprehendit,& sine vllo labore custodit,cuius cor plenum est charitate: dicente apostolo:*Plenitudo autem legis charitas*: totam magnitudinem diuinorum eloquiorum secura possidet charitas: qua Deum proximumque diligimus:docet enim cœlestis unus medicus nos,& dicit: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua:& diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus præceptis,tota lex pendet & propheta*: si ergo non uacat omnes paginas sacras perscrutari,omnia inuoluta sermonum euoluere,omnia scripturarum secreta penetrare:tene charitatem,ubi pendent omnia.Ibi tenebis quod ibi didicisti, tenebis etiam quod nō didicisti: si enim nosti charitatem, aliquid nosti, unde & illud pendet, quod fortè non nosti. Et in eo quod in scripturis intelligis, charitas patet: & in eo quod non intelligis,charitas latet. Ille itaque tenet & quod patet, & quod latet in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus. Et iterum, Quanta est charitas:quæ si desit,frustra habentur cætera:si assit, habentur omnia.Et iterum Homo fide,& spe,& charitate subnixus,& eas inconcusse retinens, non indiget scripturis,nisi ad alios instruendos. Multi per hæc tria in solitudine, sine codicibus uiuunt. Hæc Augustinus.Est etiam tantum bonum charitas,ut non tantum defectus nostros suppleat: sed etiam bona aliena nostra esse faciat. Vnde Gregorius:Aliorum bona opera nostra sunt:quæ si imitari non possumus,in alijs amemus, & amantium fiunt quæcunque amantur in nobis. Vnde & Augustinus:Pensent inuidi quā tum bonum est charitas, quæ sine labore nostro aliena bona nostra facit. Et iterum: Si amas unitatem, etiā tibi habet,quisquis in illa aliquid habet: tolle inuidiam,& tuum est quod habeo:tolle inuidiam & meū est quod habes. Liuor separat, charitas iungit. Hæc Augustinus. Per charitatem quippe est homo in participio omnium bonorum ecclesiæ:& ex defectu charitatis amittit homo meritum omnium bonorum ecclesiæ, & etiam boni operis proprij. Et ut dicit Bernardus, Charitas est uirtus, in qua nec minimū opus respuitur:sine qua nec maximum acceptatur. Et breuiter concludendo, charitas inter uirtutes tenet principatum: quia sine ipsa ad perfectionis culmen nemo conscendere ualet: tunc enim homo perfectus est quando charitate plenus est. Deinde quia magna eis iniunxit,erigens eorum sensus & eos confortans,ait: *Et ecce ego uobiscum sum*,protectione diuinæ uirtutis, cooperatione laboris & operis,ac etiam sacramentali præsentia corporis: *omnibus diebus usque ad consummationem seculi*:inclusiue,cùm finitis laboribus,& cōsummato seculo mecum regnabitis,cuius rei pignus est præsentia meæ deitatis & gratię,etiam in pręsenti. Ex quo patet quanta merces piæ cōuersationis,quale ue pignus futuræ beatitudinis etiam in præsenti fideles maneat, & quòd usque ad finem mundi, fides non deficiat,quantumcunque tribulationibus agitetur:ac si dicat,secundùm Chrysostomum,non excusetis uos,nec mihi dicatis difficultatem iniunctorum negociorum, quia ego uobiscum sum:qui omnia faciam leuia. Hæc Chrysostomus. Magna promissio, magnus & insuperabilis clypeus securitatis: *ego*, inquit, *uobiscum sum*:in uobis pugno,uos defendo,nihil timeatis,ite securi. *Si enim Deus pro nobis,quis contra nos?*dicamus ergo: *in Deo faciemus uirtutem,& ipse ad nihilum deducet tribulantes nos*,& inimicos nostros:& specialiter prædicatoribus Euangelij promittitur assistētia Domini,cùm dicitur:*& ecce ego uobiscum sum*, scilicet dirigendo sermones ad salutem audientium & meritum uestrum. Secundùm Chrysostomum, Nō tantum loquitur illis qui tunc erant: nec cum illis solum dixit se futurum esse: sed & per ipsos loquitur omnibus futuris, qui post illos credent: cum quibus etiam semper erit. Non enim usque ad consummationem seculi Apostoli permansuri erant: sed sicut uni corpori loquitur fidelibus: quibus coniungitur ut caput membris. Hæc Chrysostomus. Quanuis enim Dominus, quò ad præsentiam corporalem abscessurus esset à discipulis: tamen per præsentiam diuinitatis, & spiritualem influxum suorum donorum & suæ gratiæ, præsens semper manet, & manebit cum fidelibus, usque ad finē seculi. Sapiens enim & fidelis nauta, nauem non dimittit donec fuerit ad portum applicata: ecclesia uerò est nauis, & Christus est nauta regens ipsam: quia eam non dimisit, nec dimittet, donec ad portum paradisi perueniat. Hæc ecclesia in Apocalypsi de cęlo descendere dicitur: quia secūdùm Augustinum, Cęlestis est gratia, qua Deus eam facit. Vbi Rabanus: Ex hoc autem intelligitur, quòd usq; ad finem seculi non sunt defuturi in mundo, qui diuina mansione & in habitatione sunt digni. Quòd autem dicit, usque ad consummationē seculi: secundùm Bedam, finitū pro infinito ponitur. Nam qui in præsenti seculo manet cum electis, eos protegendo, & per occultos instinctus spiritus sancti dirigendo: ipse cum eis post finem seculi manebit, eos remunerando, & sine fine sua pręsentia satiando. Vnde & Leo Papa: Qui enim ascendit in cœlos, non deserit adoptatos: & ipse deorsum confortat ad patientiam qui sursum inuitat ad Gloriam. Manebit etiam cum fidelibus in pręsenti seculo: nō solum uirtualiter, sed etiā per præsentiam corporalem in eucharistiæ sacramento: ubi est Christus totus, & post finem uidebunt eū facie ad faciem luce clarius. Rememorat autem eis, ut ait Chrysostomus, & consummationem seculi: ut eos magis attrahat, & ne præsentia singulariter inspiciant solum, quæ simul cum præsenti uita dissoluuntur: sed & futura bona, & sine fine mansura: quasi diceret, Tristia quæ sustinebitis, simul cum præsenti uita dissoluentur, cùm & totum seculum in consummationem deueniat: bona autem quibus potiemini sunt in æternum mansura. Hæc Chrysostomus. Considera nunc bene discipulos, & ea quæ modo sunt eis dicta: quia sunt ualde magnifica. Stant in magna iocunditate cum Domino: manifestat eis qualiter est Dominus omnium, dat eis mandatum de prædicando, & dat formam baptismi: dat & uigorem permaximum, dum dicit quòd semper cum eis erit. Et stans benignus familiariter inter eos, prædicans & loquēs de regno Dei: magna eos iocunditate repleuit, & lætitia inenarrabili. Vides quantam consolationem dat eis, & quot ostēdit insignia charitatis. Apparet quòd isti Dominum cum desiderio & solicitudine expectare curauerunt. Et ideo læti eum aspicere meruerunt. Sic & nos contingere sentiremus, si in expectando Dominum & aduentum eius, feruidi & soliciti essemus. Per istos quibus Dominus in monte Thabor prædicto apparuit, contemplatiui designantur: quia in hoc monte trāsfiguratus dicitur, & talibus ipse frequenter apparere dignatur. Deinde Dominus ab eis discessit, & more solito ad sanctos patres redijt: discipuli uerò cum magno gaudio remanserunt, & postea in Hierusalem redierunt.

Roma. 13. — *Exod. 20. & Deut. 6.* — *Idem tractatu 87. in Ioannem. Idē lib. 1. de doctrina Christi, cap. 39.* — *August. tractat. 5. in epist. Ioan.* — *Fides non deficiet.* — *Chrysost. hom. 91. in Matth.* — *Roma 8.. Psal. 59.* — *Chrysost. ibidem.* — *Christus quomodo semper præsens. Ecclesia nauis Christi.* — *Apoca. 12.* — *Rabanus in cap. 28. Matth.* — *Beda in hom.* — *Leo sermo. de ascēsio.* — *Chrysost. hom. 91. in Matth.*

ORA-

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, fili Dei uiui: qui corda discipulorum, de morte tua dolentium, tuæ exhibitione præsentiæ gaudio incredibili, in monte eis apparens, perfudisti: da mihi misero ut nunc celsitudinem perfectionis ascendens, in ima studeam desideria terrenorum calcare, & ab infimis uoluptatibus ad superna desideria transire: quatenus te merear quandoque in altitudine cęlorum uidere. Fac etiam Domine me omnia quę mandasti seruare: & mane nobiscum in hoc seculo protegendo & dirigendo, & post finem seculi remunerando, & sine fine tua præsentia satiando. Amen.*

Epilogus apparitionum Domini, post resurrectionem. Cap. LXXXI.



HABES igitur duodecim apparitiones, post Domini resurrectionem usque ad ascensionem, absque duabus cum ascensione proximo dicendis: & sic apparitiones quatuordecim fuerunt: de quibus tantum decem in Euangelio scriptæ sunt: potes etiam meditari de pluribus: nam uerisimile est, quòd benignus Dominus sæpe matrem & discipulos, & Magdalenā dilectam discipulam uisitauit: confortans & exhilarans eos, qui sic uehementer de sua passione contriti & contristati fuerant. Quod etiam beatus Augustinus sentire uidetur, loquens de tempore post Domini resurrectionem: Nō omnia, inquit scripta sunt: crebra enim erat eius cum illis conuersatio, priusquā ascendisset in cœlum. Et fortè ipsi sancti patres: maximè Abraham, & Dauid, ad quos specialis facta fuit promissio filij Dei ueniebant cum eo, ad uidendum illam excellentissimam filiam suam, matrem Domini, quæ pro eis & omnibus gratiam inuenit, & redemptorem genuit. O quàm libenter eam conspiciebant, & quàm reuerenter se eidem inclinabāt: & omni qua poterant benedictione complebant: quamuis ipsi non uiderentur ab illis, qui corporaliter ibi erant. Potes etiam hic considerare benignitatem, charitatem, & humilitatem Domini, more solito, quę in omnibus factis eius relucent: quod etiam postquam gloriose uicerat & resurrexerat, peregrinari adhuc per dies quadraginta uoluit, ut suos discipulos confirmaret & roboraret. Dignè namque post tot annorum curricula, post tot labores & afflictiones, post tam crudelem, ignominiosam, & acerbam mortem poterat triumphator ad suam gloriam remeare: & apostolos per suos angelos confortare, & pro suo nutu conformare: sed hoc non patiebatur charitas sua: personaliter uoluit conuersari cum eis, & ueritatem resurrectionis multis comprobauit argumentis, id est sensibilibus & euidentissimis signis: multa in corpore proprio ostendens præter naturam corporis immortalis: ut sic ueritatem resurrectionis astrueret, & ab Apostolis eorumque posteris omnem omnino causam hæsitationis amoueret. In corpore enim proprio cicatrices ostendit, cùm tamen à natura corporis immortalis penitus aliena sit omnis deformitas cicatricis: comedit cum eis & bibit, cùm tamen corpus spirituale ciborum alimonia minimè indigeret. Sed sciēdum est, cibos à Domino ante mortem sumptos in eius alimoniam cessisse, quia illos in se cōuertit: post resurrectionem uerò sumptos, nullam ei alimoniam præbuisse: quia illos in se non conuertit, cùm haberet corpus glorificatum & incorruptibile: sed mox spirituali eius uirtute absumptos, sicut absumitur aqua missa in ignem: aliter absorbet aquam terra sitiens, aliter exiccat radius solis calens: illa absorbet & in se trahit, indigentia: iste exiccat & consumit, potentia. Manducauit ergo Dominus post resurrectionē potestate non necessitate: ut eo modo resurrectionem & uitam ueram, non imaginariam ostenderet: si non ostenderetur ueritas resurrectionis, perditus esset fructus passionis. Vnde August. Et de Saluatore quidem fides Christiana non ambigit, quin post resurrectionem in carne spirituali, sed tamen uera, cibum & potum cum discipulis sumpserit: non alimentorum indigentia, sed ea qua & hoc poterat potestate: non enim edendi & bibendi talibus corporibus aufertur potestas, sed egestas: quoniam certo & inuiolabili munere immortalitatis induentur: ut non nisi uelint, possibilitate, non necessitate uescantur. Hæc Augustinus. Præter hæc argumenta Lucas scribens historiam Actuum Apostolorum, ponit & alia. Fuit enim argumentum uerę resurrectionis, quòd per dies quadraginta multiformiter apparuit eis, loquens de regno Dei: non est intelligendum, quòd singulis quadraginta diebus apparuit eis: sed quòd infra numerū tot dierum pluries apparuit, exhibēdo se oculis uidēdum, & manibus palpandum: cum eis comedendo & bibendo, sicut ante consueuerat: ut resurrectionem suam pluribus modis ostenderet: sed ad demonstrandum gloriam suæ resurrectionis, non docebat eum cum illis (ut prius) conuersari continue, ne putaretur ad uitam mortalem resurrexisse. Facto ergo interuallo apparebat discipulis, & non conuersabatur continue cum eis: ut ostenderet se resurrexisse ad immortalem uitam, ab hominibus huius uitæ separatā. Itaque non statim post resurrectionem ascendit: ut multipliciter resurrectionem probaret, & discipulos consolando refoueret, & ut nostram informaret patientiam: quia debemus æquanimiter expectare mercedem nostram. unde sicut fuerunt quadraginta horæ mortis eius: scilicet quatuor parasceues uespertinæ, & trigintasex duarum noctium & unius diei: ita quadraginta diebus cum eis conuersatus est post resurrectionem: quia diuina consolatio excedit humanam tristitiam. Pro eis fecit hoc, & pro nobis: sed nō aduertimus. Dilexit & diligit sic uehementer, & non diligitur: cùm tamen ad talem & tantum ignem non solum calefieri, sed etiā ardere debemus. Vnde Beda: Resurrectionem suam certam & ueram, multis & uariis documentis persuadere dignatus est: propter ædificandam fidem, & fugandam de corde perfidiam

Duodecim apparitiones. — *Apparitiones in uniuersum quatuordecim.* — *August. in cap. 20. Ioan.* — *Cibi post resurrectionem à Domino sumpti, quò deuenerunt.* — *Augusti. lib. 13. de ciuitate, cap. 22.* — *Actuū 1.* — *Ascensio cur dilata.* — *Beda.*

fidiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidiam: omnemque dubitationem de sua resurrectio
ne tollendam. Vnde etiam Bernardus: Christus dici-
Bernardus in cantica. tur triplex panis: subcinericius, in incarnatione: reuer
satus, in resurrectione: triticeus, in nudæ deitatis ostē
sione. Panis subcinericius est Deus homo: nam quid
est Deus, nisi uita & panis: quid est homo, nisi cinis
& puluis: & quid est in una persona Deus latens, &
homo patēs, nisi panis sub cinericius? Panis ergo sub-
Panis subcinericius. cinericius, est panis sub cinere, Deus latens sub ho-
mine: & hoc erat Christus ante resurrectionem: pa-
nis reuersatus, est ecōuerso homo Deus: scilicet, post
resurrectionem. Prius enim quasi cinis panem occul
tauit: post uero quasi panis cinerem celauit: quando
enim habuit corpus glorificatum, tunc humanitas in
eo quasi celata fuit. Vnde ante passionem humanitas
in eo manifesta fuit, deitas latebat: & ideo tunc per
miracula & prædicationem deitatē probare, & mun
do ostendere oportebat. Post resurrectionem uero
magis probationi humanitatis, quàm diuinitatis insi
stebat: unde tunc uisu, tactu, esu, & multis alijs argu-
mentis se uerum hominem esse approbabat. Panis tri
Panis triticeus. ticeus sine omni cinere est, sine furfure, sine ænigma
te, sed de simila purissima: hæc est nuda deitas. Hic pa
nis est Deus Deus. Nam deuotioni nō sufficit semel
dicere, Deus: uox enim deuota est, Deus Deus meus.
hoc facit mihi Deus: & hoc addat, ut sit Deus Deus
meus. Quid enim proderit mihi Deus: si nō sit Deus
meus. Hæc Bernardus. Et sciendum quòd nō iniquis
hominibus, & mundi amatoribus, sed solis Apostolis
alijsque fidelibus post resurrectionem suam Saluato-
rem apparuisse legimus, neque enim conueniens erat
ut Christus à mortuis resurgens, factusque iam æter
nus & immortalis, iniquis hominibus Deo mortuis,
& à uita quæ Christus est, separatis, se manifestaret.
Vnde & ante dixerat. Adhuc modicum, & mundus,
Theophilus in Ioannem. scilicet qui modo non me uidet oculis carnis, iam me
nō uidet, uos autem uidebitis me. Vnde & Theophi-
lus: De cætero non conuersabatur inter plebem: quia
scilicet post resurrectionē conuersatio eius non erat
digna hominibus: sed diuina magis: quod etiam est
forma resurrectionis futuræ: in qua sicut angeli con-
uersabimur & filij Dei. Hæc Theophilus. Manifesta-
uit autem se discipulis suis, & alijs fidelibus, ut uiuus
Augustin. tracta. 76. in Ioannē. Actor. 10. uideretur à uiuētibus. Vnde dicit Augustinus, quòd
quando surrexit, non est uisus nisi à suis. Vnde & in
Actibus: *Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum
manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordina-
tis à Deo: nobis qui manducauimus & bibimus cum illo,
postquam resurrexit à mortuis.* Fuit autem conueniens
quòd non omnibus, sed testibus tantum præordina-
tis resurrectionē suam manifestaret: quia infima per
media reducit in suprema: & ideo quosdam mediato
res elegit, per quos uniuerso orbi resurrectio mani-
festari posset. Sic ergo Dominus per dies quadra-
ginta multiformiter apparens discipulis: ac edens
loquensque cùm eis, & argumentis nos illumina-
uit ad fidem, & promissis erexit ad spem: ut sic tan-
dem, donis cœlitus datis, accenderet ad amorem. Et
Hieronym. in cap. 16. Marci. Immortalitatis ostēsio. Beda sermone de resurre. secundum Hieronymum, Ostendit immortalita-
tem mortalibus, ad gratiarum actionem debitam:
ut intelligamus quid fuerimus, & sciamus quid
futuri erimus. De mysterio autem prædictarum ap-
paritionum, & duarum sequentium, sic dicit Beda:
Hæc ergo frequentia corporalis suæ manifestationis,
ostendere uoluit Dominus, in omni loco se bonorū
desiderijs præsentem esse diuinitus. Apparuit namq;
ad monumentum lugentibus fœminis: adest & nobis
eius absentiæ recordatione salubriter contristatis.
Occurrit reuertentibus à monumento, ut agnita re-
surrectionis gaudia prędicarent, adest & nobis, dum
bona, quæ nouimus, proximis fideliter annunciare
gaudemus, apparuit in fractione panis his, qui se pe-
regrinum esse putantes, ad hospitium uocauerunt: ad
est nobis, cùm peregrinis & pauperibus quæcunque
possumus bona libenter impendimus: adest & nobis
in fractione panis, cùm sacramentum corporis eius,
uidelicet panis & uini, casta & simplici conscientia su
mimus. Apparuit in abdito de sua resurrectione lo-
quentibus: adest & nobis, qui modo eius dono idem
agimus: adest & nobis semper, cùm ab extrinsecis
operibus ad tempus uacantes, de eius gratia locuturi
conuenimus: apparuit cùm foribus clausis intus Iu-
dæorum metu residerent: apparuit cùm minorato eo
dem metu, apertis eum gressibus in montis uertice
quærerent: affuit quondam confortaturus suo spiri-
tu ecclesiam, cùm ab infidelibus premeretur, & ad pu
blicum uenire, ac dilatare prohiberetur: adest eidem
& nunc, cùm inclinato ad fidem culmine regali, ter-
ror quicuit persecutionis: & omnis mundi sublimi-
tas Apostolicis est substrata uestigijs: apparuit pisca-
toribus: cosque apparens diuinis adiuuit beneficijs:
adest & nobis, cùm necessaria uitæ temporalis recta
intentione curamus, iustisque nostris laboribus sub-
sidium adiungit suæ pietatis: apparuit recumbenti-
bus: adest & nobis cùm iuxta Apostoli monita, siue
manducamus, siue bibimus, siue aliud quid agimus,
omnia in gloriam Dei facimus, apparuit primò in Iu
dæa, deinde in Galilæa, post hęc in Iudæa, rursum die
quo ascendit in cœlum: aderat ecclesiæ cùm primò
solius Iudææ terminis claudereturr: adest modo cùm
Iudæis ob culpam perfidiæ derelictis, transmigrauit
ad gentes: & aderit in futuro cùm ante finem seculi
Roma. 11. reuertetur ad Iudæam: & sicut Apostolus ait, intran-
te gentium plenitudine, sic omnis Israel saluus erit.
Nouissime illis apparuit ascendens in cœlum: aderit
& nobis ut eum post mortem ad cœlos sequi mere a
mur, si ante mortem eum in Bethaniam unde ascen-
dit, i. in domum obedientiæ sequi curamus. Ipse e te-
Philip. 2. nim cœlum ascensurus Bethaniam uenit, quia sicut
Apostolus ait: *Factus est obediens usque ad mortē mor
tem autem crucis: propter quod & Deus eum exaltauit:*
uenimus ibidem & nos, si quod ille monet agimus,
quod promisit intendimus. *Esto fidelis*, ait, *usque ad
mortem: & dabo tibi coronam uitæ.* Fit quoque ipsius
gratia largiente, ut qui nobiscum usque ad uitæ hu-
ius terminum manet: post hanc nos uitam ad ui-
denda secum cęlestis uitæ præmia subleuet. Hæc Be-
Quinquagesima celebratur. Beda ibidē. da. Sicut ergo quadragesimam, sic & quinquage-
simam Christus nobis sacrauit: & nos utraque so-
lennitate mysticè instituit: de quibus simul Beda sic
ait, Vtramque sane hanc solennitatem, hoc est qua-
dragesimæ & quinquagesimæ, non quorumlibet
hominum, sed ipsius Domini, ac saluatoris no-
stri prima nobis sanxit authoritas: quadragesimæ
uidelicet in eo, quòd diebus ac noctibus quadra-
ginta iciunauit in deserto. Victaque uersutia ten-
tatoris, ministerijs fruebatur angelicis, ubi suo nos
informaret exemplo: quia per macerationem car-
nis aduersarij spiritualis machinas euitare, & ad an-
gelorum debeamus consortium peruenire. Porro
Actuū. 1. quinquagesimæ nobis gaudia in eo seruanda mon-
strauit, quòd post resurrectionem seipsum discipu-
lis uiuum, in multis argumentis, per dies quadra-
ginta præbuit: & illos suæ frequentia uisitationis læ-

tabundum

tabundum hoc tempus habere fecit, ac festinum. In
quo non solum futuri seculi gaudia, quæ cum illo su-
mus habituri præsignauit, uerùm & ineffabilem circa
nos suæ pietatis affectum ostendit: qui depositā iā
infirmitate corporis: & per resurrectionis uirtutem
in cœlestem gloriam commutata. Dignatur tamē ad
huc discipulorum interesse conuiuio: ut socios eos ha
bere possit in cœlo & præcepta quibus ad regnū Dei
perueniant uiuacius ipsa familiaritate cōmendet: atq;
Luca. 22. memoria illius temporis roboret, de quo eis ante pas
sionem suam promittendo prædixerat: *& ego dispono
uobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis et
bibatis super mensam meam in regno meo*: sed & in cęlum
ascendens nequaquam eis priscæ suæ præsentiæ dul-
cedinem abstulit: sed eandem potius promisso Spiri
tus sancti charismate cumulauit. Denique mox illi re
gressi sunt in Hierusalem, cum gaudio magno: & erāt
semper in templo, laudantes & benedicentes Deum:
hoc quoq; nobis gaudio, ac laude & benedictione cę
lesti, qua Spiritus sancti præstolabantur aduentum,
usque ad diem quinquagesimum, quem Græci Pente
Deuotio habēda inter Pascha & Pētecosten. costen appellant solennitatis, huius lætitiam docue-
runt esse protelandam. Meritò ergo sacrosanctis die-
bus his nos maioribus epulis atq; hymnis celestibus
uacamus, ob reuerentiam dominicæ resurrectionis:
ob memoriā dominici cōuictus cum discipulis simul:
& ob spē futuræ nostræ quietis, ac uitæ immortalis.
Sed & genu in oratione minimè flectemus: quia fle-
ctio genuum, pœnitētiæ & luctus est iudicium. Quod
etiam omnibus diebus dominicis obseruandum, pro
pter eiusdem resurrectionis uel dominicę, uel nostrę
sacramenta patres instituerunt. Rectè ergo quadrage
nario dierum numero ieiunium annuè celebramus:
ut per hoc spiritualius admoneamur: quia quandiu' in
mundo uiuimus, pro cœlestium præmiorum adeptio
ne semper laborare debeamus. Rectè etiam quinqua
genario dierum numero statum futuræ nostræ beati
tudinis in imagine ueneramur, iciunia uidelicet rela-
xando, halleluia canendo: stantes orādo, quæ sunt ap
tissima perpetuæ quietis, resurrectionis, & laudis prę
fagia. Hæc Beda.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, per gloriosam resurre
ctionem tuam, qua discipulis & fidelibus tuis,
uiuus & immortalis apparuisti: per gratissimā
morum & colloquia dulcissima, quæ cum eis per quadra-
ginta dies habuisti, in quibus multis argumentis apparēs
eis & loquens de regno Dei, eosq; confortans, & cum eis
conuescens, ut resurrectionem ueram in te probarent &
crederent: totalem dubitationem de ipsorum cordibus ab-
stulisti: obsecro te Iesu bone & pie, da mihi inter testes præ
ordinatos à Deo testem fieri resurrectionis tuæ: non lingua
tantum, & uerbo: sed opere, & ueritate. Amen.*

De ascensione Domini nostri Iesu Christi. Cap. LXXXII.



CIRCA ascensionem Domini te uigilem *Marci 16. Luce 24.*
esse oportet: nam hæc solennitas ualde
solennis est, ut infrà patebit. Et saltē hoc
ad attentionem te animet amplius, quòd
nūc Dominus completo suæ peregrinationis cursu,
est præsentia corporali recessurus: unde ipsius uerba
& facta sunt attentius consideranda. Quælibet enim
anima fidelis debet sponsum suum, Dominum Deū
suum, in eius discessu diligentissimè & uigilantissi-
mè obseruare: & quæ per eum dicuntur & fiunt, uis-
ceribus mente amplecti: ac eidem se deuotius &
humilius recōmendare: & totaliter animum suum ab
aliis abstrahere. Quadragesimo autem die à resurre-
ctione uoluit Dominus ascendere: ut demonstra-
ret eos qui decalogum legis, per quatuor Euangelia
impleuerint, posse cœlum scandere. Tunc itaque
sciens Dominus Iesus, quia uenit eius hora ut tran-
seat ex mundo ad patrem, cùm dilexisset suos, nunc *Ioan. 13.*
uerò usque in finem dilexit eos. Accipiens igitur de *Ascēsurus assumpsit nos ex paradiso. Habitatio Mariæ & discipulorum.*
paradiso terrestri sanctos patres, & omnes illas san-
ctas & benedictas animas, ac benedicens Heliæ &
Enoch ibi remanentibus, & adhuc uiuentibus, uenit
ad undecim discipulos suos, qui erant in monte Siō,
cum matre ipsius & alijs. Omnes siquidem tam Apo
stoli quàm alii discipuli, necnon & mulieres, habita-
bant in monte Sion: sed in cœnaculo, in quo Domi-
nus cœnauerat, habitabant tunc Maria & undecim di
scipuli: cæteri uerò discipuli & mulieres circumquaq;
per diuersa hospitia erant diuisi. Dum ergo recum-
berent seu comederent undecim Apostoli in illo cœ-
naculo cum beata Virgine: & forte alii, sed dignio-
res sunt tantum expressi, apparuit eis Dominus: &
comedit cum eis benignus magister ante discessum
suum, in signum & memoriale specialis dilectionis &
gaudii. Quia enim Apostoli non erant eum amplius
in carne uisuri: ideo antequam recederet, manduca-
uit cum eis, quemadmodum amici cùm abinuicem
separari debēt, simul māducant & bibunt. Omnibus
igitur simul hora tertia comedentibus, cū magna læ-
titia in hoc ultimo Domini sui conuiuio, ut omnes
testes essent & narrarent quæ communiter uiderunt
& audierunt: sciens Dominus Iesus tempus esse ut
reuerteretur ad eum qui misit ipsum, *exprobrauit illis
incredulitatem eorum*, quam prius habuerunt, ut suc-
cederet credulitas: *& duritiam cordis* lapidei: ut succe

Universidad de Deusto Biblioteca

deret cor carneum, charitate plenum, *quia his qui uiderant eum resurrexisse* à mortuis, *non crediderant*: nisi & ipsi eum uiderent: cùm utique post resurrectionẽ suam Euangelium prædicantibus gentes crediture erant eum resurrexisse quem non uiderant. Ergo inexcusabilis es, si testimonio uidentis rem de qua testatur non credideris.

Exprobratio congruè facta.

Exprobratio: est obiectio ex probro: quia probrum fuit, quòd tantis uisis argumẽtis resurrectionis, & tãtis auditis signis per testes propositis non crediderunt. Quãuis enim Petrus & Maria Magdalena, & duo illi discipuli quibus in uia Dominus apparuerat, certissimè firmissimeq; nunciarẽt Dominum resurrexisse, seq; illum uidisse: cæteri tamen illis non credebant. Hanc autem exprobrationẽ maximè tunc Dominus fecit, cùm ad prædicandum per uniuersum mundum discipuli ire debebant, quasi daret eis intelligere, & diceret: Multo magis debebatis uos nunciantibus resurrectionem eam credere antequam me uideretis, quàm gentes, quæ credẽt uobis prædicantibus Euangelium, & me non uidebunt. Post illam quippe exprobrationem, dixit eis, ut irent in mundum ad prædicandum. Idcirco etiam tũc eos increpauit, cùm corporaliter reliquit: ut defectum suũ cognoscentes remanerent humiliores: ostendẽs eis in suo discessu quantum ei humilitas placet, quasi eam peculiariter eisdem recommendaret: ut uerba quæ recedens dicebat, in corde audientium arctius impressa remanerent. Post increpationẽ igitur admonẽdo dixit eis: *Euntes* & continuis profectibus in prædicando proficientes *in mundum uniuersum*, non in Iudæam tantum: *prædicate Euangelium*, quod omnem aliam doctrinã præcellit, sicut caput corpori præeminet:

Euangeliũ quid sit. Sapien. 8.

quia secundùm Innocentium, Euangelium est uerbum uerbi, quod erat in principio apud Deum: sermo sermonis, qui à regalibus sedibus uenit: sapientia sapientiæ, quæ attingit à fine usque ad finem fortiter & disponit omnia suauiter. *Prædicate*, inquit, *Euãgelium*, nihil aliud: *omni creaturæ*, id est humano generi: seu indifferenter & sine acceptione omni homini, pro quo facta est omnis creatura: uel ideo quòd habet participium, & conuenientiam, seu aliquid cõmune, cum omni creatura: unde & homo microcosmus, id est, minor mundus dicitur: quasi omnẽ creaturam continens.

Homo microcosmus.

Per esse, enim, conuenit cum inanimatis: per uiuere: cũ uegetabilibus & plantis: per sentire, cum animalibus: per intelligere, cum angelis: ideo designatur nomine omnis creaturę.

Homo omnis creatura.

Item homo dicitur omnis creatura, quia propter eum omnis creatura mundi uidetur esse producta: sumus enim quodã modo finis omnium. Vel *omni creaturæ*, cui prædicandũ est.

Ioan. 12.

Et multa in scripturis inueniũtur, quibus hæc una determinatio sufficere potest: quale est illud: *Cùm exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipsum*: scilicet trahenda.

1. Cor. 13.

& illud: *Charitas omnia credit*. s. credẽda.

2. Cor. 15. Ioan. 15.

Ita dicitur, Deus erit omnia in omnibus: id est, unicuiq; sufficiẽtia, & illud: *Omnia quæcunq; audiui à Patre meo, nota feci uobis*: omnia. s. ad salutem & beatitudinem pertinentia. Et sic in aliis suo modo accipere poteris. Hoc autem quod de Euangelio prædicando dicitur, fiendum erat post receptionem & confirmationem Spiritussancti: quia antè nõ erant (secũdum mandatũ Christi) ab Hierusalẽ discessuri. In hoc etiã ꝙ de Euangelio omnibus prædicando mandatur:

Gentium electio.

Iudæorum abiectio, & gẽtium electio apertissimè mõstratur. Qui ergo prius dixerat, *In uiam gentium ne abieritis*:

Matth. 10.

nunc dicit, *Prædicate Euangelium omni creaturæ*: id est, omni nationi: primò Iudæo, secundò gen-

A tili: *quia uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionẽ ueritatis uenire*. *1. Timo 3.* Deinde salutem promittendo credentibus, & damnationem comminando incredulis, subiunxit: *Qui crediderit*, fide formata & per dilectionem operante, scilicet per se ut in adultis: uel per alium, ut in paruulis: *& baptizatus fuerit*, baptismo aquę si fieri poterit, *saluus erit*: æterna salute à peccatis & pœnis liberante.

Baptismus necessarius

Non enim sufficit fides, absque baptismo, per quem aliquis incorporatur Christo, si assit facultas recipiendi baptismum ab aliquo. Si autem non assit facultas, sufficit baptismus sanguinis: ut in martyribus, qui pro Christo interficiuntur antequam sint baptizati: uel flaminis, ut in habentibus fidem Christi, desiderantibus baptizari, sed præueniuntur morte

B antequam possit impleri.

Paruulorũ purgatio à peccatis.

Per alios ergo paruuli credunt in ecclesia, sicut ex aliis trahunt peccata: quæ illis in baptismo remittuntur confessione aliena. Pium est enim, ut id quod per alienum peccatum amiserũt, per alienum auxilium (ut ecclesiæ & patrinorum, in quibus credere dicuntur) recuperare & recipere possint. *Qui uerò non crediderit*: per se, uel per aliũ, *condemnabitur*: æterna damnatione, per meritum iustitiæ infidelitatis suę. Non ait, qui baptizatus non fuerit: quia per fidem sine baptismo, saluatur homo: cùm eum excludit articulus necessitatis nõ contẽptus religionis.

Ioan. 3. Fides sine opere non saluat. Iacobi 2. Gregorius hom. 29. in euange. Iacobi 2.

Vnde quod dictũ est Nicodemo, *Nisi quis fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei*: sic de-

C bet intelligi, qui cõtempserit renasci. Noli autem prę sumere de fide, nisi ostendas eum in opere: quia sine hoc nõ poterit te saluare. *Fides enim sine operibus mortua est*: sicut & opera sine fide. Vnde Grego. Fortasse autem unusquisque apud semetipsum dicat: Ego iam credidi: saluus ero. Verum dicit, si fidem operibus teneat. Vera etenim fides est, quæ in hoc quod uerbis dicit, moribus nõ cõtradicit. & ille credit, qui exercet operãdo quod credit. Vnde & Iacobus, Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est: Deinde etiã signa fidei augmentatione & confirmatione promittendo adiũgit:

D *Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur*: propter meritum fidei suo tempore, & cùm fuerit necesse. *In nomine meo*, inuocato & honorato: id est, in uirtute nominis mei, *dæmonia eiicient*: quod de multis legimus, quibus immundi spiritus obediebant: *linguis loquentur nouis*: hoc factum est in die pentecostes in Apostolis, & aliis credentibus: *serpentes tollent*: idest, auferent uel dispergent: quod de Apostolo Paulo patet. *Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit*: quod de Ioanne Euangelista factum fuit. *Super ægros manus imponent, & bene habebunt*: quod etiam multi fideles fecerunt.

Signa primitiuæ ecclesiæ.

Omnia enim hæc in primitiua ecclesia, non solum Apostolos & alios maiores: sed etiam frequenter alios simplices credentes fecisse legimus, pro in-

E fidelibus conuertendis: & ut fides credentium cresceret, ac nutriretur & firmaretur miraculis: qua nunc radicata & aucta, non sic necessarium est nunc fieri sicut passim tunc fiebant: quia sufficit ea quę facta sunt solummodo legere & audire, ac eis fidem adhibere.

Cur modo non fiant miracula. Gregorius hom. 29. in euange.

Si ergo quæratur, quare prædicatores & fideles moderni talia signa non faciunt? Respondetur secundùm Gregorium, quia cum fides catholica sit sufficienter probata per miracula Christi & Apostolorum eius, nõ oportet ultrà hanc probationem reiterare amplius. Sicut etiam arbusta cum primò plantantur, frequẽter irrigantur quousq; conualuisse uideantur:

deantur: cùm autem in terra radicẽ fixerint, talia subtrahuntur. Veruntamẽ Deus in posteris temporibus etiam multa miracula fecit ad consolationem fidelium: ut patet de tempore martyrum & cõfessorum. Fiunt tamen, secundùm eundem Gregorium, spiritualiter nunc in ecclesia, quæ olim corporaliter fiebãt in ea.

Idẽ ibidem

Nam sacerdotes populum exorcisando, baptizando, & ad pœnitentiam uocando, dæmonia eiiciunt: dumque secularia uerba relinquentes, fidei & nouæ legis mysteria insonant, linguis nouis loquuntur. Qui dum bonis suis exhortationibus uitia & malitiam de alienis cordibus auferunt, serpentes tollũt. Et dum hæreticorum libros legunt, uel mortifera in confessionibus seu pestiferas suasiones audiunt, sed tamen non consentiunt, & ad praua non pertrahuntur: mortiferum est quod bibunt, sed eis nõ nocebit. Qui quotiens proximos in fide uel bono opere infirmari conspiciunt, dum eis tota uirtute concurrunt, & exemplo suæ bonę operationis illorum uitam roborant: uel animas infirmas suis orationibus sanant, & Deo reconciliant, *super ægros manus imponunt ut bene habeant*. Quę nimirũ miracula tanto maiora sunt quã to spiritualiora, & quanto per hæc non corpora, sed animæ suscitantur. In hoc etiam instruimur, ut quod uerbis prædicamus, bonis operibus confirmemus. Item dæmonia eiiciunt, qui dæmonum tentationes fide & signo crucis repellunt. Linguis loquuntur nouis, qui Dei laudes & uerba sacra narrant, dimissis friuolis & ociosis. Serpentes tollũt, qui detractores efficaciter reprehendunt. Mortiferum bibunt, sed eis non nocet, qui persuasiones pestiferas se amara conuitia audiunt, sed surda aure transeunt, & pro nihilo ducunt. Super ægros manus imponunt & bene habebunt, qui per bona uerba & opera alios à peccatis retrahunt, & in bonis confirmant. Et hęc similiter signa spiritualia tanto sunt corporalibus meliora, quantum quæ sunt animæ corporalibus præferuntur. Et dixit eis: *Vos autem* specialiter estis, id est eritis, *testes horũ*: scilicet quæ uidistis & audistis, & quæ locutus & operatus sum in medio uestri: uel horum superius descriptorum, quantum ad Christi incarnationem, prędicationem, passionem, & resurrectionem. Et ne turbati cogitarent quomodo nos homines ideotæ testimonium perhibebimus gentibus & Iudæis, qui te occiderunt,

Præsens pro futuro. Promissio Spiritus. Ioel 2. Ioan. 15.

subiungit: *Et ego mitto*, id est, mittam citò & de propinquo (ponendo præsens pro futuro, & ratione certitudinis, & ratione proximi temporis) *promissum* uobis auxilium *Patris mei in uos*: id est, Spiritum sanctum in signo uisibili: ut sufficiatis ad testandum & ad prædicandum constanter ubique ueritatem Euãgelij. Pater enim promisit, cùm dixit: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem*: & quia filius promisit, dicens: *Cùm uenerit Paracletus quem ego mittam uobis à Patre*: ideo & pater promisit, cùm opera Trinitatis sint indiuisa.

Spiritus Patris.

Qui licèt procedit ab utroque, est tamen patris, authoritate spirationis. Et ne imperfecti prædicare præsumerent, adiunxit: *Vos autem*, qui debetis esse testes mei, *sedete* & manete hîc *in ciuitate* Hierusalem, *quoadusque induamini*, scilicet undique tanquã armatura spirituali *uirtute*, non humana, sed cœlesti: id est, Spiritussancti gratia *ex alto*: id est, de cœlo.

Act. 1.

Hoc idem tangitur in Actibus, cùm dicitur: *Et conuescens*, id est, simul cum discipulis comedens, *præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent: sed expectarent promissionem Patris*, quasi diceret, hic & ibi non estis sufficiẽtes ad prædicandum cõstanter ueritatem Euangelij, donec confirmati fueritis per donum Spiritussancti: ut ste-

A tis ante reges & præsides intrepidi. Vnde Chrysosto. Sicut milites inuasuros multos, nemo sinit exire donec armati sint: sic & discipulos ante Spiritussancti descensum, ad conflictum egredi nõ permittit. Cur autem non Christo præsente, uel eo discedente, statim spiritus uenit? Decebat enim eos fieri cupidos rei, & deinde recipere gratiam. Tunc enim magis ad Deum erigimur, cùm incumbit necessitas. Dicit autem, *donec induamini uirtute ex alto*: nec expressit quando, ut sint iugiter uigiles. Quid igitur miraris, si diem nouissimum non pandit: ubi diem hunc proximum pandere noluit? Hæc Chrysost. Licèt ergo Christus dedisset discipulis scripturarum intellectum, & cõmisisset prædicationis officium: tamen distulit executionem prædicandi,

B usque ad Spiritussancti receptionẽ in signo uisibili: per hoc insinuans, ꝙ prædicans actu, prius debet habere sufficientem sacræ scripturæ notitiam, & gratiam Spiritussancti per cõiecturam: scilicet quòd non sit conscius sibi de peccato mortali. Debent quippe prædicatores sedere in ciuitate: id est, in claustro: ubi debet esse ciuiũ unitas, uacando ibi studio & contemplationi: ut ibi hauriant, quod postmodũ in prædicatione aliis effundant. Vnde Hiero. Nihil nobis rectum uideatur nisi quod discimus, ut post multum silentiũ de discipulis magistri efficiamur: docemus aũt homines in ecclesiis, qđ nescimus: oẽs alias artes absq; doctore non discimus: sola hæc tam uilis & tam facilis est, ut præceptore uel doctore non egeat. Vnde &

Gregorius in pastorali, parte 3. cap. 26.

C secundùm Gregorium notandum est, quia sunt quos à prædicationis officio uel imperfectio uel ętas prohibet, & tamen præcipitatio impellit: qui admonendi sunt, ne dum sibi tanti onus officij præcipitatione arrogant, uiã sibi subsequentis uitæ melioris abscindãt. Et ut considerent, quòd ipsa ueritas, quæ repentè quos uellet roborare potuisset, ut exemplum sequentibus daret, ne imperfecti prædicare præsumerent. Postquã plenè discipulos de uirtute prędicationis instruxit, ilicò adiũxit: *Vos aũt sedete ĩ ciuitate, quoadusq; induamini uirtute ex alto*.

Sedere in ciuitate quid sit.

In ciuitate quippe sedemus, si intra mentiũ nostrarũ nos claustra constringimus: ne loquendo exterius euagemur: ut cùm uirtute diui-

D na perfectè induemur, tunc quasi à nobismetipsis foras etiam alios instruentes exeamus. Hęc Gregorius. Comedunt igitur & gaudent discipuli, propter præsentiam Domini sui: sed nihilominus propter discessum turbati. Tanta enim amoris teneritudine eum diligebant, quòd etiam uerba discessionis suæ æquo animo sustinere non poterãt. Cumque comedissent, *eduxit omnes*: uerbo scilicet, non manu, *foras*, id est extra ciuitatem, *in Bethaniam*, id est, uersus Bethaniam: quia mons Oliueti, ad quem exierunt, est in uia uersus Bethaniam, & Bethania in latere montis Oliueti est sita.

Eductio Apostolorum

Eduxit eos foras, ut uiderent eum ascendentẽ: per hoc insinuans, quòd ciuitas tumultuosa non est locus aptus ad diuinorum contemplationem. Prius

E eduxit eos foras extra ciuitatem, ut significaret non habere nos hîc manẽtem ciuitatem: deinde in Bethaniam, quæ interpretatur domus obedientiæ: ut qui ex obedientia descendit, & humiliatus est ad mortem, ostendatur ex merito obedientiæ ascendisse: & exaltatus in cœlum, secũdùm illud, *Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem: propter quod & Deus exaltauit illum*: *Philipp. 2.* & ut signet per obedientiæ opera eos transituros ad cœlestia: & quòd non est ascensus in cœlum, nisi per obediẽtiæ meritum. Sicut ergo inobedientia hominem de paradiso eiecit: sic obediẽtia introducit. Item secundùm Bedam, Eduxit eos in

Beda in ca. 24. Luc.

Universidad de Deusto Biblioteca

Bethaniam,propter situm eiusdem uillę,quæ in latere montis Oliuarum posita est:quia uidelicet obediētis ecclesiæ domus, in ipsius summi montis, id est, Christi latere,fidei, spei,dilectionisq; sua fundamēta locauit.Postquam ergo eos foras duxisset, tunc dixit eis,quòd in montem Olíueti transirent, & inde eum in cœlum ascendentem uiderent.Quia inde ascendere uolebat in cœlum.Et tunc disparuit, & euanuit ab oculis eorum. Per montem, intelligitur eminentia Spiritus in contemplatione:per oliuas autem,pinguissimi spiritus deuotio.Vlterius uerò post ista non restat,nisi saltus animæ in cœlum.Igitur Apostoli vndecim,cum matre Domini ac aliis discipulis & mulieribus unanimiter statim uenerunt in montem Olíueti, & ibidem iterum Dominus eis apparuit.Ecce quomodo habes hodie duas apparitiones.Conspice nūc bene eos,& cuncta quæ fiunt. Cōsidera nihilominus sanctos patres ibidem inuisibiliter existentes,quomodo libenter & reuerenter intuentur dominam, & affectuosè benedicunt per quam tantum assecuti sunt beneficium:quomodo etiam intuētur illos excelsos pugiles & duces diuini exercitus, quos inter omnes ad expugnandum & uincendum uniuersum mundum elegit Dominus.Tunc quidā ex his qui conuenerant cœperunt eum interrogare,dicētes: *Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel?* Quidā imperiti & carnaliter sapiētes,uidētes alienigenā regnare,& Iudęos sub præside esse:desiderabant quòd regnum ipsum nationi Iudaicæ redderetur, & quærebant de restitutione regni Israel temporalis: & si rex Iudæis daretur hoc tempore, putātes tunc à Domino regnum restituendum:& à dominio alienigenarum.s.gētilium qui Iudæis dominabantur liberandum:sicut & duo discipuli putabāt,dicentes:nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel.Ac si isti interrogantes eū dicerent:Nunquid hoc tēpore regnabis,sicut Dauid, & Salomō,& dominaberis nationibus?Alij uerò magis instructi,scientes restitutionem illam non nisi finaliter futuram,scilicet circa tempora iudicij,quærebant de restitutione regni Israel spiritualis:scilicet de liberatione & dilatatione ecclesiæ:ac si dicerēt, Nunquid hoc tempore facies quod promisisti Ecclesiæ? Vnde Augustinus. Ergo discipuli Christi deducturi aspectu ascensurum Christum interrogauerunt eum & dixerūt ei: Domine si in hoc tempore præsentaberis:& quando regnum Israel?Quod regnum?De quo dicimus, *Adueniat regnum tuum*:quādo regnū tuum? Quando regnum tuorum?quando regnum humiliū? quamdiu typus superborum?Quando uenturum sit, quid ad te?Sic uiue quasi hodie uenturum sit, & non timebis cùm uenerit.Hæc Augusti.Dominus autem super hoc non certificauit eos:ex quodam tamen, in respōsione eius posito, possent intelligere restitutionem illam multis temporibus differendam. *Non est*, inquit, *uestrum nosse tempora,uel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate*: id est,numerum temporum & momentorum usque ad finem seculi, quæ tantùm patent scientiæ Patris mei. Non est quippe aliquorum nosse tempora, ultra quod reuelatur uel traditur per scripturas: quia hoc est præsumptionis:sed secūdùm scripturas nosse,est eruditionis:ac si diceret, Ad uos non pertinet scire futura, quæ in sola Dei dispositione sunt posita: de quorum numero est regni Iudaici restitutio.Nam ipsum restituendum non est carnaliter,sed spiritualiter: quando circa finem seculi Iudæi credent in Christum,qui fuit rex eorum:& quādo regnabit in domo Iacob, uerè sine fine seculi in æternum.Nihil, inquam, ad uos quærere de secretis huiusmodi,nec ad ea percipienda estis idonei:sed de his quæ ad uos spectāt estote soliciti:quia reuera, *accipietis uirtutem sancti Spiritus superuenientis in uos*, cuius uirtute purificati & roborati ut possitis mea uerba loqui,& doctrinam meam ferre *eritis mihi testes*, conuersationis & doctrinæ, mortis & resurrectionis meæ: primò, *in Hierusalem*:secundò, *in Iudæa*: postea *in Samaria*:tandem *usque ad ultimum terræ*:ac si tacitè diceret, Ante regni illius restitutionem non solum Hierosolymam,sed & omnes fines Iudææ & Samariæ,ac ēt mundi terminos per circuitum Euangelij fama percurret.Primò siquidem prædicatum est euangelium in Hierusalem,sed propter lapidationem Stephani,& mortem Iacobi,gladio occisi,egressi sunt de Hierusalem,prædicātes in finibus Iudææ: postea trāsierunt ad Samaritanos : inde processerunt per mundum ad alios.Vbi August. Quo autē pacto ab Apostolis est prędicatio ista completa,quādo adhuc usq; sunt gentes in quibus modo cœperit:& in quibus nondum inceperit impleri?Non utique hoc sic à Domino mandatum est Apostolis,tanquam ipsi soli quibus tunc loquebatur tantum munus fuerint impleturi : sed sicut eis solis uidetur dixisse, *Ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi*: quod tamen eum uniuersę ecclesiæ promisisse,quæ alijs morientibus alijs nascentibus hîc usque in seculi consummatione futura est,q̃s non intelligat? Hæc August. Et quia Euangelium primò prædicatum est in Hierusalem: inde est ꝙ audita pronunciatione Euangelij, uertimur ad Orientem, quasi ad Hierusalem:gratias agentes & dicentes:Gloria tibi Domine:quia inde uenit ad nos Euangelium. Vnde scriptum est: *De Sion exibit lex, & uerbum Domini de Hierusalem.* Vnde & Augustinus.Cœpit enim ecclesia ab Hierusalē ista terrena, ut gaudeat in Deo in illa Hierusalem cœlesti:ab hac enim incipit, ad illā terminat.In illa tota ecclesia erit,ab ista exordium fidei sumpsit.Hæc Augusti. Sed uerba Euangelij leuita prænunciaturus,uertit faciem contra Aquilonem,ut ostendat uerbum Dei dirigi cōtra eum,qui per Aquilonem designatur:scilicet contra diabolum,qui dicebat in corde suo:sedebo in latere Aquilonis, & ero similis altissimo. *Et Dominus Iesus postquam locutus est eis*,quæ ad eruditionem suæ pertinebant consolationis,unumquenq; osculatus est in intimo amore cordis. Quia, secundùm Ambrosium, Apostolis reliquit oscula pacis : deinde ualedicens eis, *eleuatis manibus*, ut suos patri offerret, *benedixit eis*: scilicet bona optando, promittendo, conferendo, ut eos contra hostem muniret, ut bonis cœlestibus augeret.

Et, ut dicit Theophilus, fortè in hac benedictione uim conseruatiuam eis influxit,usque ad Spiritus sancti aduentum. Ex loco isto duxit ecclesia in consuetudinem, quòd episcopi in fine missæ dent benedictionem. Vbi Origenes : Quòd autem eleuatis manibus benedixit eos,significat quòd deceat benedicentem cuiquam ornatum esse uarijs operibus & arduis, respectu aliorum : sic enim manus tolluntur in altū.Hęc Orige. In recessu suo benedixit Christus discipulis, sicut pater recedens à filii benedicit eis : & hoc fecit primò propter maiorem eorum necessitatem, secundùm illud: Cùm essem cum eis: ego seruabam eos: & cætera. ubi petit eos post recessum suum seruari à malo. Secundò, ad ostendendum finalem & perseuerantem erga eos suam dilectionem: secundùm illud, Cùm dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.Instruxit etiam

per

Mons Oliueti. — *Contemplatio.* — *Acto. 1.* — *Restitutio regni Israel* — *Augusti. sermone de ascen.* — *Matth 6.* — *Prædicatio usque ad ultimum terræ.* — *Augusti. epist. 80.* — *Matth.28.* — *Esaiæ 2.* — *Conuersio ad Aquilonem.* — *Esaiæ 14.* — *Ambro. in cap. 27. Lucæ.* — *Benedictiōis causa.*

per hoc superiores in ecclesia, ut recedentes à subditis,benedictionibus eos Deo commendent.His finitis ad Orientem uersa facie,ut dicit Damascenus,cœpit sua propria uirtute non aliena eleuari ab eis, & ascendere uidentibus illis, quos scilicet tanta uisione dignabatur,& uidendo deducentibus: ut scilicet desiderium ueniendi ad ipsum in eis excitaretur, & triūphaliter proprio motu per dotem agilitatis in cęlum supremum unde uenerat ferebatur. Tunc mater & omnes alij aspicientes eum in cœlum eleuari,procidebant in terram adorantes:& propter discessum lachrymas continere non poterant:multum tamen gaudebant, quòd ipsum sic gloriosè cœlum petere cernebant. O quàm libenter mater cum filio de hoc mundo recessisset:sed eam ad tempus hîc manere Dominus uoluit quia propter confirmandos credentes utile & expediens fuit'. Nostræ etiam fidei necessarium erat: quia ipsa post ascensionem Domini inter Apostolos conuersando,multa eis reuelauit, quæ de mysteriis illius cognouerat.Vnde Anselmus: Sed ò bone Iesu istius tuæ dulcissimæ matris pijsime fili, quo modo pati potuisti ut te in regnū gloriæ tuæ remeante,illam quasi orbatam in miserijs mundi relinqueres, & non eam statim regnaturam assumeres?Erat,ut mihi uidetur,necessaria nostræ fidei cōuersatio sua post ascensionem Domini inter Apostolos eius:quia licèt ipsi per reuelationem Spiritus sancti edocti fuerint omnem ueritatem, incomparabiliter tamen manifestius ac eminentius ipsa per eundem spiritum ipsius ueritatis intelligebat profunditatem : ac per hoc multa eis per illam reuelabantur,quæ in se nō solum simplici scientia,sed & ipso effectu, & ipso experimēto cognouerat de mysterijs eiusdem Domini nostri Iesu Christi. Nec dilatio suæ assumptionis quoquomodo iacturam inferre ualebat immensitati amoris & gaudij sui:quoniam ipsa perfectio amoris & gaudij ita illam reficiebat plenitudine sui,ut hoc ipsum ei ad augmentum amoris & gaudij magnopere fieret, quòd illic se esse uidebat ubi Deum,quem præ cunctis amabat, uel magis sciebat.Igitur ubicunq; erat, & ipsa in Deo,& Deus in ea iocundabatur: qua ipsa iocunditate fœlix,hoc præ cęteris ubique fieri cupiebat, quod sapientiæ Dei potissimum placere intelligebat.Hæc Anselmus. Et est notabile, ꝙ Dominus suos primò de ciuitate eduxit.Secundò,eos in Bethaniam duxit. Tertiò,eis benedixit. Quartò, ascendit: in quo datur intelligi,quòd peccatorem primò educit de peccato: secundò ipsum in Bethaniam,id est, in domum obedientiæ ducit,statum eius mutando : tertiò ei benedicit,gratia replendo:quartò ascendit,id est, ascendere facit,ad superiora transferendo.Et ascendens Dominus Iesus duxit secum illam multitudinem nobilem: scilicet captiuam captiuitatē,id est,captiuos à captiuitate inferni,quos secū uictor eduxerat, & cœli aperta iam porta pandens iter ante eos,se sequentes, ut Micheas propheta dixerat: Exules introduxit in regnum patris sui: conciues illos faciens angelorum,& domesticos Dei:quatenus & ruinas angelicas restauraret,& æterni patris honorem cumularet:& se triumphatorem ostenderet,& Dominum exercituum cōprobaret.Dominus itaque gloriosus,candidus & rubicundus,splendidus & gaudiosus,præcedebat eos, uiam eis ostendens:& ipsi sequebātur eum cantantes & iubilantes.Interim autem Michael præpositus paradisi,pergens ad patriam cœlicam: nunciauit quòd Dominus ascenderet ad eam. Et ecce omnes beatorum spirituum ordines occurrerunt eidem decenter & seriatim per acies suas. Vnus ex eis non remansit, qui Domino suo obuiam non ueniret.Et inclinantes se cū omni reuerentia, qua poterant,eum cū hymnis & canticis ineffabilibus deducebant. Quis enim posset cantus & iubilos qui ab ipsis fiebant explicare, & quis posset hoc gaudium enarrare?sed & illud gaudiū quis dicere posset,quod tā beatissimi spiritus, quàm sanctissimi patres habuerunt,cùm sibi adinuicem occurrerunt?Omnes iubilabant & psallebant: nam iuxta prophetā, *Ascendit Deus in iubilatione*: quòd maximè refertur ad uocem iocunditatis redemptorū cū ipso ascendētium, qui prius uoce lachrymabili clamauerunt in partibus inferni, Aduenisti desiderabilis, quē expectabamus in tenebris : & Dominus in uoce tubæ,quod refertur ad sonum prædicationis Apostolorum,qui tunc fuit eis iniunctus Domino dicentes: *Euntes in mundum uniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ*:& tunc enim, *In omnem terram exiuit sonus eorum*,tamen post Spiritussancti receptionem. Cumque psallerent tam angeli quàm animæ beatæ,Dominus iūctis manibus deuote & sursum ante pectus erectis,& nubecula sub pedibus ascendit,& omnes beati simili modo iunctis manibus cum Domino ascenderunt.Domino autem ascendente quidam chori angelorum ipsum præcedebant, quidam sequebantur: alij à dextris,& alij à sinistris,cum ipso comitabantur simul,& cum beatis animabus.Ascendebat uerò Dominus planè & morosè,propter consolationem matris & discipulorum quousque poterant uidere eum. Extunc autem *nubes* lucida & candida, *suscepit eum ab oculis eorum*,carnalibus:quia claritate nubis circundatus,ulterius non est uisus, ut qui Christum secundū carnem nouerant,ultrà iam sic non noscerent. Ascendit usque ad nubes ea forma quam ante passionē habuit:susceptus autem à nubibus,ea qua in monte apparuit.Quasi in globo baiulæ nubis ascendit, nō per modum uehiculi, & quasi ad ascendēdum egeret ministerio angelorum uel nubis:quia sua propria uirtute ferebatur : sed per modum obstaculi, ut ab oculis mortalium non uideretur.Et ut per hoc ostēderetur, quia omnis creatura parata est obsequi suo creatori: nubes enim quæ subtraxit eū ab oculis inspiciētium, & angelis assistentes ibi ostendebant, quòd creatura corporalis & spiritualis subiecta est obsequio Christi. Et tūc in momēto cū in omnibus angelis & patribus sanctis erat in patria cœlestis beatitudinis. Ascendit ergo Christus,& per nubem cœlos penetrans assumptus est in cœlum æthereum,seu empyreum, nō uirtute aliena,sed propria:tum ratione deitatis, quæ omnia potest, tum ratione humanitatis gloriosæ, quia corpus gloriosum obedit ad nutum animæ, quātum ad motum localem per dotem agilitatis, quæ est in tali corpore.Vnde non curru,non angelis subleuatus legitur:quia qui fecerat omnia, super omnia sua uirtute ferebatur. Enoch uerò ab angelis translatus est, & Helias curru subuectus est in cœlum aereum,non uirtute propria: quia homines puri erant, & uirtute indigebant aliena, & quia eorum corpora nondum sunt glorificata.Stabant autem mater & discipuli, & Magdalena, & alij intuentes in cœlum euntē illum, quamdiu apparebat oculis eorum. Vnde Ambro.Stabāt beati Apostoli toto suspensi corpore,& ascendentē ad cœlum Dominū (quia incessu nō poterāt) oculis sequebantur.Et licèt ad deducendū Saluatorem uisio humana defecerit,fidei tamen deuotio non deficit.Vsque ad nubē enim deducunt Christum oculis, usq; ad cœlos autē cum Christo fidei deuotione comitantur.

Damasce. de ascen. — *Cur Maria non simul assūpta sit.* — *Anselmus lib.de excellētia B.Virginis,to. 3.* — *Mysteriū ascensionis.* — *Spirituum cœlestium occursus.* — *Psal.46.* — *Marci 16.* — *Psal.18.* — *Ascendendi forma.* — *Gene.5.* — *4.Reg.2.* — *Ambro. in cap.24. Lucæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mitantur. Vnde ait Apostolus, sciens fidem nostram in cœlis esse cum Domino. Nostra autem conuersatio in cœlis est. Hæc Ambro. O quid erat uidere Dominum sic gloriosè ascendentem? Et si quis potuisset audire & uidere illos beatissimos spiritus, & animas sanctas cum eo pariter incedentes, fortè præ gaudio anima illius à corpore separata fuisse, & cum eis etiã pariter ascendisset. *Cumque* iam Dominus subtractus esset ab oculis & conspectu eorum, adhuc tamen suspensis uultibus, *intuebantur in cœlũ*. Propterea *duo* angeli in forma uirorũ *steterunt iuxta illos in uestibus albis*, ut gratulatio monstraretur ex ipsis indumẽtis: *& dixerunt eis, Viri Galilæi, quid statis hic aspicientes in cœlum?* Galilæa Apostolorum patria fuit: unde & uiri Galilæi dicuntur: ac si dicerent, Statis hic & in cœlũ aspicitis, quasi obliti quid facere debeatis. Redite in ciuitatem, & expectate promissionem patris, sicut dictũ est uobis. Recedite, nec expectate Iesũ ut modo redeat: sed in fine tẽporum, *sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum*. Id est, sicut baiulis nubibus uidistis eum in cęlum ascendentem, sic baiulis nubibus uidebitis eum in aere ad iudicium descẽdentẽ: & *quem admodum uidistis eum ascendentem in cœlum*, in forma humana: cui competit uideri oculis corporalibus, & moueri de loco ad locum: *ita ueniet*, in eadem forma & carnis substantia ad iudicium: quia sicut fuit iudicatus in forma humana, sic ueniet ad iudicandum mundum: ueruntamẽ iudicatus fuit in forma humana passibili: ascendit autem in cęlum, & ueniet ad iudicium in forma humana gloriosa, & impassibili. Vnde Augusti. Sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntẽ in cœlũ. id est, in forma humana in qua iudicatus est, iudicabit: ut etiam illud propheticum impleatur, *Videbunt in quem pupugerunt*. Et iterum: Itaque si rediturum eũ credimus, nos expectare debemus ne sic nos comprehendat aduentus illius, non suspicantes: sicut comprehendit nunc castigatio delinquentes: coertio namq; præsentium imaginem habet in se futurorum. Cauendum est ergo, ne si in præsenti uerbere nõ corrigimur, futura seueritate damnemur. Hæc Augusti. Considera hic, quomodo Dominus Iesus de suis solicitus fuit. Nam statim cùm euanuit ab oculis eorum, misit angelos suos: tum ut mœstos de absentia Domini consolarentur & confortarent, tum ut eum uerè ascendisse in cœlum, scilicet in regionem angelorum demonstrarent: non sicut Enoch & Helias, qui translati sunt in paradisum terrestrem: qui licèt eminens sit, tum tantum pertingit sublunarem regionẽ, tum ne diutius ibi morarentur & nimium ibi stantes fatigarentur: sed potius recedentes promissum patris expectarent. Angelis itaque disparentibus, ipsi in loco ubi steterunt nouissimè pedes eius, adorãtes Christum: scilicet Deum & hominẽ, ut Deo personaliter unitum, *reuersi sunt à monte qui uocatur Oliueti*, ꝓpter copiã oliuarum, *sabbati habens iter*, id est, itinere sabbati: scilicet spatio miliarij distãs ab Hierusalem, quia non ampliori spatio licebat Iudæis progredi in sabbato de uilla uel ciuitate in qua erant: sed circa per mille passus deambulare poterãt. Vetus editio habet à mõte trium luminum. Si autem dictus est mons Oliueti, quia de nocte ex parte Occidẽtis illuminabatur igne tẽpli, ubi erat ignis iugis in altari, mane à parte Orientis primò excipiebat radios solis antequã illustrarent ciuitatem: habebat etiam copiam olei, quod est luminis fomẽtum. *Et regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno*, quia omnia mysteria erant impleta in Christo, lætantes de Dei & Domini sui glorificatione, quem

Augusti. sermo 178. de tempore & 179. Zacha. 12.

Sabbati iter.

Mons triũ luminum.

Lætitia discipulorum

post triumphum resurrectionis etiam cœlos cognouerant penetrasse: de humani generis completa redẽptione, de restauratione ruinæ angelorum, & de deiectione dæmonum: de confusione Iudæorum infidelium, de Spiritussancti promissione, de humanæ naturæ exaltatione, de certa spe generalis resurrectionis & ascensionis futuræ. Ex quo enim caput resurrexerat & ascenderat, idem & de membris pro certo sperare poterant. Hanc autem ultimam processionẽ discipulorum post Iesum: qui unanimiter sunt egressi, & postea vnanimiter sunt regressi, repręsentat ecclesia dominicis diebus egrediẽdo de ecclesia, & redeũdo ad eam, quasi de Hierusalem, rediens in Hierusalẽ. Vnde in eo quòd de ecclesia egredimur crucem Domini præferẽdo, repręsentamus quòd illi egressi sunt præeunte crucifixo: in eo autẽ ꝙ cum cruce Domini redimur, licèt illi sine crucifixo redierunt repræsentamus, quod ait: *Vobiscum sum usque ad consummationẽ seculi*: quia licèt nõ redierit crucifixus cum eis præsentia corporali, rediit tamen cum eis præsentia spirituali. In primitiua autem ecclesia huiusmodi repræsentatio fiebat quinta feria, quæ tunc solennis erat pro ueneratione ascẽsionis sicut prima feria, scilicet dies dominica pro reuerentia resurrectionis. Sed quia superuenerunt festa sanctorum, & celebrare tot festa erat quasi onerosum: ideo solennitas quintæ feriæ est sublata, & processio ad dominicam translata. De loco autem ascensionis dicit Sulpitius episcopus Hierosolymitanus, quòd cùm ibi postea ædificata esset ecclesia, locus ille in quo steterunt Christi ascendentis uestigia, nunquam potuit sterni pauimento postmodũ, imò resiliebant marmora in ora collocantium. Calcati etiam à Domino pulueris hoc dicit esse documentum, ꝙ uestigia impressa cernuntur ibidem, & eandẽ adhuc speciem uelut impressis uestigijs terra custodit. Et, ut ait Beda, Cùm terra eadem à credentibus quotidie minuatur, tamen eadem uestigia pristinum statum cõtinuò recipiunt. Nec summum ecclesiæ cacumen propter dominici corporis meatum contegi potuit, sed à terra transitus Christi usque ad cęlum patet. Adhuc est ibi ecclesia in qua solebant esse nigri monachi cũ abbate, & est ibi sanctæ Egyptiacæ sepulchrum, & locus ubi Apostoli cõposuerunt symbolũ. Tũc descẽderunt Apostoli cũ matre Domini, & aliis mulieribus ac discipulis in cœnaculũ montis Sion, & ibi morabantur expectantes promissionem prout à Domino erat eis mandatum: ibi est locus ubi beatus Mathias inter ascensionem, & pentecosten fuit loco Iudæ in Apostolatum electus. *Et erant omnes unanimiter in oratione perseuerantes*, & as siduè debitis horis sine intermissione orãtes, & per orationẽ ad receptionem Spiritussancti se præparantes quotidie, ut promissum mererentur accipere. Et quanuis dictum sit, quòd erant perseuerantes in oratione & non sit additum, in ieiunio: quidam tamẽ à festo ascensionis usq; ad pentecosten ieiunant exemplo Apostolorũ, quos aiunt ieiunasse in spatio illo. quia dictum est in Euangelio, *Venient dies in quibus auferetur sponsus ab eis, & tunc ieiunabunt*. Orabant ergo & ieiunabant: quia Christus sponsus ab eis ablatus carne recessit. *Et erant semper*, id est communiter uel frequenter *in templo*, quod est locus orationis, *laudantes* Deum de beneficiis suis, *& benedicentes*, id est, magnificantes de promissis diuinis, & orantes deuotè pro recipiendis Spiritussancti donis: uel laudantes *Deum*, de propria sua bonitate in se, ac pro Domini sui glorificatione & ascensione, *& benedicentes*, id est gratias agẽtes de bonorum

Processionis discipulorum

Matth. 28.

Luce 12. Beda hom. de ascen.

Processio ecclesiæ feria quinta.

Ieiunia Apostolorum

Beda hom. de ascen.

Vestigium de Christus ascẽderat.

Orationes & laudes discipulorũ

bonorum suorum communicatione, ac pro Spiritus sancti promissione: & eorum per angelos facta cõsolatione. Non aliquo mundano distrahuntur: sed omnibus contemptis iugiter diuinis laudibus insistunt, ut in loco orationis, & inter laudum deuotiones promissum sancti Spiritus aduẽtum promptis, & paratis per omnia cordibus expectent. Vicissim quidem habitabant modò in templo ad orationem, modò in cęnaculo ad quietem: Vnde hoc aduerbium, semper, dicit ibi frequẽtiam & opportunitatem, non more suo durationem continuam. Quos nos imitantes, in sacra uita semper degamus laudantes Deum & benedicentes. Sic enim & nos quotidiana illius merebimur benedictione sublimari, si quotidie triumphalis illius in cœlum ascensionis memores, laudantes & benedicẽtes Deum in Hierusalem, id est, supernæ pacis, sperata ac desiderata uisione quiescimus: & orantes ut dona ipsius recipere possimus, *similes hominibus expectãtibus Dominum suum quando reuertatur à nuptijs*. Vnde Beda: Et semp & in loco hoc maximè fratres charissimi, meminisse nos decet sermonis Domini quo discipulos glorificãs, *Beati*, inquit, *oculi qui uident quæ uos uidetis*: quis cœnim dicere, quis dignè ualeat cogitare, quàm beata compunctione oculos ad terram defluxerunt, quibus ipsum quem adorabant cęli regem deuicta mortalitate, quã assumpserat, ad paternæ claritatis solium iam redire conspexerant. Quàm dulces lachrymas, quanta spe & lætitia feruẽtes pro ingressu cœlestis patriæ fuderunt, quò Deum ac Dominum suum partem suæ naturę iam ferre cernebant. Meritò ergo tali spectaculo refecti, postquam adorauerunt ubi steterũt pedes eius: postquã uestigia quæ nouissimè fixit lachrymis rigauere, ꝓfusis: cõfestim rediere Hierosolymam, ubi aduẽtum sancti Spiritus expectare sunt iussi. Et ut digni cœlestibus promissis existerent, erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum: scientes certissimè quia illa solummodo corda Spiritussancti inuisere & inhabitare dignatur, quæ locũ orationis frequentantia, quæ laudi & benedictioni diuinæ uiderit esse dedita. Vnde & ī Actibus eorum legitur de ipsis: *Hi omnes erant unanimiter perseuerantes in oratione*. Quod nobis est testimonium operis Apostolici solerter imitandum, uidelicet ut qui cęlestia promissa habemus, qui pro his accipiendis sedulò supplicare præcipimur: & omnes ad adorandum conueniamus, & in oratione persistamus, & unanimi Dominum deuotione prædicemus. Nec dubitandũ est, quòd sic nobis orantibus pius conditor auditum accommodare, & Spiritus sui gratiam nostris quoq; cordibus infundere dignabitur, quòd nostros quoq; beatos faciet oculos: & si non ut Apostolorum qui commorantem in mundo Dominum, qui docẽtem & miracula facientem, qui post triumphum mortis resurrexisse, atq; ad cœlos redeuntem uidere meruerunt: certè ut eorum de quibus Thomæ Apostolo dicit: Quia uidisti me, credidisti: beati qui non uiderunt & crediderunt. Cunctis etenim credentibus, siue illis qui incarnationis eius tempora nascendo præcesserunt: siue his qui in carne eũ uiderunt, siue nobis qui post eius ascensionem credimus, communis est eius hilarissima promissio, qua dicit: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt*. Hæc Beda. Dominus ergo Iesus cum uniuersa prædicta felici multitudine aperiens ianuas paradisi, usque tunc humano generi clausas, intrauit triumphaliter & gaudenter in eas. Ascendit autem in cœlum empyreum super omnes alios cœlos: imò super omnem spiritum beatum, &

Cœlum triplex.

Augustin. lib. 12. de Genes. cap. 2.

Exod. 15.

Statio Christi.

Ascensionis solennitas est magna.

Act. 1. Grandum & nobis.

Matth. 5.

Ascendit ad cœlum empyreum.

omnem creaturam: & supra id quod nominatur in hoc seculo, uel in futuro. Et nota, quòd triplex esse cęlum insinuat Apostolus, ubi fatetur se raptum usque ad tertium cœlum. Inter quos cœlos, secundùm Augustinum, primum est corporale: sole, luna, & stellis ornatum. Secundum est spirituale, spiritibus angelicis deputatum. Tertium est superintellectuale soli diuinitati appropriatum. Ad hoc tertium raptus fuit Paulus: quia non ad uisionem corporum cœlestium, nec ad cognitionem cœlestium spirituum, sed ad contemplationem nudam diuinæ essentiæ raptus fuit, secundùm Augustinum, & in hoc cęlum ascendit Christus. *Et sedet à dextris Dei*, non quòd sessio Dei intelligatur corporaliter: ut Christus homo sedeat à dextris, & Pater à sinistris: sed dicitur sedere, propter iudiciariam potestatem quam à Patre accepit: quia sedere iudicantis est. Sedere autem à dextris, si referatur ad Christum ratione deitatis, sic ista sessio importat æqualitatem cum Patre: quia conregnat Patri in æqualitate maiestatis secundum deitatem, secundum quam filius est Patri æqualis. Si autem refertur ad Christum ratione humanitatis: hoc potest esse dupliciter. Vno modo, inquantum est unita actualiter ipsi Deo, & sic ista sessio importat quandam associationem honoris: quia eadem ueneratione ueneratur humanitas, inquantum unita uerbo cum ipsa deitate, sicut uestis regia cum ipso rege, quãdo est eo actualiter indutus: & sic Christũ in dextera Dei Patris sedere, est humanitatem in gloria diuinitatis requiescere. Alio modo secundùm se, & sic sedere à dextris Patris, designat esse in potioribus eius bonis: sicut dextera est pars nobilior, & potior corporis. Meritò Christus dicitur sedere ad dexteram Dei: sedere quidem, quia laborauit. Ad dexteram autem, quia in sinistra aduersitatis diu fuit. Dei uerò dicitur, quia post abiectione mmeritò gloria sequitur. Dicitur ergo sedere: quia æqualis est Patri in potestate iudicandi. Dicitur & stare, qui suos iuuat in militia præsenti: nos credimus Christum à dextris Patris sedentem, quia credimus eum regnantem, & quiescẽtem, quæ notantur per sessionem. Stephanus autem uidit eum à dextris Dei stantem, quia in tribulatione positus habuit eum propugnatorem & susceptorem: quæ notantur per stationem. Sicut enim sedere quiescẽtis est & iudicantis, ita stare pugnantis & adiuuantis. Sedens ergo ad dexteram Patris iugiter uultui benignissimi Patris apparet: & uulnerum quæ pro nobis pertulit cicatrices ostendit, ad interpellandum pro nobis. Omnes uerò sancti patres, & beatissimi spiritus iubilabant coram Deo laudes. Si enim Moyses & filii Israel post transitum maris rubri cecinerunt carmen Domino, & Maria prophetissa soror eius: & reliquæ mulieres eam sequentes canebant Domino in tympanis & choris, quanto magis modo omnes hoc faciunt omnibus aduersitatibus superatis? Omnes igitur ibi constituti psallunt, omnes cãtant, omnes exultant, omnes lætantur, omnes gaudent, omnes iubilant, omnes manibus plaudunt, omnes tripudiant, omnes iocundantur. Verè nunc in superna Hierusalem auditur canticum lætitiæ, & per omnes uicos eius ab uniuersis dicitur halleluia. Nunquam ab origine mundi tale festum, & tam solenne pascha celebratum est in patria: nec unquam erit, nisi fortè post diem iudicii, cùm omnes ibi cum corporibus gloriosis presentabimur electi. Magnũ itaq; & solenne est hoc festum. Nam quicquid Deus usque modo fecit, fecit ut ad hunc diem peruenireț. Cęlum

Universidad de Deusto
Biblioteca

& terra & omnia quæ in his sunt, facta sunt propter hominem: homo autem propter gloriam cœlestem habendam: ad quam usq; nunc pertingere post peccatum non poterat, quantumcunq; iustus esset. Quia ergo omnia completa sunt in ascensione, magnificus ualde est dies iste. Hodiernus quippe dies propriè est festum solennissimum Domini nostri Iesu: quia hodie incepit sedere ad dexteram Patris, & requiem capere à labore suæ peregrinationis. Est etiam propriè festum omnium supernorum spirituum, quia de Domino suo quem antè ibi in humanitatis forma nõ uiderant, nouum suscipiunt gaudium: & quia hodiè primò incipiunt restaurari ruinæ ipsorũ: in tanta multitudine beatorum, & cognoscunt numerum suum per peccatum diminutum, per Dominum Iesum reintegrandum. Si ergo gaudiũ est in cęlo corã angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente: quale putamus gaudium eorum fuisse, quã do tot milia animarum sanctarum ad suum uiderunt consortium trãsire? Etiam propriè est festum patriarcharum, prophetarum, & aliarum animarum sanctarũ: quia ad supernam patriam hodie primitus intrauerunt. Si ergo festum facimus de aliquo sancto ad cœlos migrante: quãto magis de tot milibus, & quanto magis de sancto sanctorum? Est ẽt festum dominæ nostræ, quæ filium suum unigenitum in ea carne quam de se assumptam nouerat totam oculis suis gloriosè sic uidit tanquam Deum uerum super excelsa conscẽdere, & omnes cœlos dominãdi iure penetrare: ac in Dei Patris consessum ascendendo pertingere. Est etiam nihilominus propriè festum nostrum: quia humana natura hodie super cœlos est exaltata, & homo perditus ad regna cœlestia, & ad societatẽ angelorum per Dominum Iesum est reuocatus. ipse enim Dei filius, qui exiuit à Patre, non per loci mutationem, sed per æternam generationem, & personalem distinctionem hodie reliquit mundum, quantum ad præsentiam corporalem, & iuit ad patrem, faciendo naturam mortalem paternæ gloriæ consortem. Igitur ualde solennis est dies iste: & anima quę Dominum Iesum bene diligeret, meritò ho diè exultaret. Si diligeretis me, inquit, gauderetis utique: quia uado ad Patrem. Vnde Leo papa, dicit quidẽ Dominus Iesus discipulis suis: *Si diligeretis me gauderetis utique, quia uado ad Patrem.* Vobis enim hæc præstatur ascensio: & super omnes cœlos ad Patris dexteram collocanda, uestra in me humilitas eleuatur. Vniui enim uos mihi, & factus sum filius hominis: ut uos filii Dei esse possitis. Quia igitur Christi ascensio nostra prouectio est: & quò processit gloria capitis, eò spes uocatur & corporis: dignis dilectissimi exultemus gaudiis, & pia gratiarum actione lætemur. Hodie enim non solum paradisi possessores firmati sumus: sed etiam cœlorum in Christo superna penetrauimus, ampliora adepti per ineffabilem Christi gratiam, quàm per diaboli amisseramus inuidiam. Nam quos uirulentus inimicus primi habitaculi fœli citate deiecit, eos ibi cum corpora tos Dei filius ad Patris dexteram collocauit. Vnde & Augustinus, Hodie, sicut audistis fratres, Dominus Iesus Christus ascendit in cœlum: ascendat cum illo & cor nostrum. Sicut enim ille ascendit, nec recessit à nobis: sic & nos cum illo iam simus, quamuis nondũ in corpore nostro iam factum sit quod promittitur nobis. Cùm ascendit in cœlum, nos ab illo non separamur. Non nobis inuidet cęlum: sed quodammodo clamat, mea membra estote, si ascendere uultis in cœlum. In hoc ergo omnes interim roboremur, in hoc uotis omnibus æstuemus, in hoc meditemur ĩ terris, quòd computemur in cœlis. Tunc exuturi carnẽ mortalitatis, nunc exuamur animæ uetustate. Facilè corpus leuabitur in alta cœlorum, si non premat spiritũ sareina peccatorum. Et iterum: quia uerò temporali Christi præsentia uiduati sumus, ad ęternam eius uisionem tota intentione festinemus, eique dicamus; *Tibi dixit cor meum, quæsiui uultum tuum, uultum tuum Domine requiram*: tota namque dispensatio humanitatis Christi nihil aliud fecit, nisi ut intentionem nostrã ad superna dirigeret: & ex tempore nostræ mortalitatis ad manifestam uisionem sui perduceret, ac perdu ctos æterna uultus sui gloria satiaret. Et iterum, Hæc quippe solennitatis huius est ratio: ut Christũ ad dexteram Patris iam regnare credamus: & interim cum quasi geminis uirtutum alis, charitatis scilicet & spei subsequamur: ut cùm tradiderit regnum Dei patri, si ne fine cum eo regnemus. Ascendamus cum Christo interim corde, ut cùm dies promissus aduenerit, sequamur & corpore. Hæc Augustinus. Vnde etiam Gregorius: Vnde fratres charissimi oportet ut illuc sequamur corde, ubi eum corpore ascendisse credimus: desideria terrena fugiamus: nihil iam nos delectet in infimis, qui Patrem habemus in cęlis: & si adhuc hìc tenemur in infirmitate corporis, sequamur tamen eum passibus amoris: non autem deserit desiderium nostrum, ipse qui dedit Iesus Christus Dominus noster. Hæc Gregorius. Ascendit ergo Christus, ut corporali præsentia subtracta prouocet affectum mũdi, & toto corde eum desideremus. Et ideo quæ sursum sunt quęramus, quò ad uim intellectiuã: quæ sursum sunt sapiamus, quò ad uim affectiuam. Sic ascendit corde miles quidam, qui in partibus ultramarinis omnia loca in quibus Saluator noster fuerat sollicitè cum lachrymis uisitauit: & dũ omnia sancta loca deuotè perquisiuisset, ultimò uenit in montem Oliueti unde Dominus ascendit, ubi post longã orationem cum lachrymis dixit: Ecce Domine ubique quæsiui te diligenter: unde dum uenerim ad locum ubi cœlos ascendisti: nescio ubi amplius te requirã: iube ergo spiritum meum suscipi: ut ad dexteram Patris uideam te residentem in gloria: & his dictis spiritum suum sine dolore reddidit: Sic & nos Dominum per singula sua opera & uirtutem exercitia quæramus, ut tandem ad eum ascendere ualeamus. Ascensio Domini olim in scala Iacob præfigurata fuit, quæ una extremitate terram, & alia cœlum tangebat: & angeli per eam descendebant, & ascendebant: sic Christus de cœlo descendit, & reascendit, quando cœlestia, & terrestria reuenire uoluit: oportebat enim quòd mediator Dei & hominum Deus & homo esset: quia aliter pacem inter Deum & hominem reformare non posset: Deus enim altissimus est, & homo infimus erat: & ideo Christus inter cœlum & terram scalam faciebat. Descendunt autem angeli per illam, nobis gratiam apportando: & reascendunt, animas nostras in cœlum reportando: hanc etiam ascensionem Christus prænotauit, quando parabolam de una oue ex centum perdita & inuenta prædicauit. Ouis una perdita est, quando homo mandatum Dei transgressus est: Deus autem nonagintanouem, id est, nouem choros angelorum in cœlo dimisit: & ueniens in hunc mundum, hominem perditum per trigintatres annos quæsiuit: & intantum se fatigauit, quòd de toto corpore suo sudor sanguinis emanauit. Inuentam autem ouem super humeros posuit, & portauit, quando cruce pro peccatis

Festum nostrum.

Leo sermone primo de ascensione Domini.

Ioan. 14.

Augusti. sermo. 175 de tempore Cor nostrũ ascẽdat cũ Christo.

Militia ecclesiæ.

Ascensionis figura. Gene. 28.

catis nostris propriis humeris baiulauit: amicos ad congratulandum sibi inuitauit, quãdo cum homine ascendit, & omnem cœli curiam lætificauit. Hæc etiã ascensio Domini olim fuit in translatione Heliæ præfigurata. Helias legem Dei in Iudæa prædicauit, & transgressores legis audacter increpauit: propter quod magnam sustinuit à Iudæis persecutionem, sed apud Deum meruit in paradisum translationem. Ita Christus in Iudæa uiam ueritatis docuit, & propter hoc à Iudęis multas persecutiones sustinuit: *sed Deus illum super omnes cœlos exaltauit, & nomen quod est super omne nomen illi dedit. Oportebat enim pati Christum, & ita intrare in gloriam suam*: & multo magis oportet nos tolerare propter uitam æternam.

4. Reg. 2.

Philip. 2. Luca 24.

ORATIO.

IESV corona celsior, qui resurgens à mortuis ad Patris ascendisti dexteram: trahe ad te mentem meam, ut te solum ardenter desiderem & inquiram. Da quæso toto desiderio meo & studio tendere, quò te credo ascendisse: ut in præsenti quidem miseria solo teneat corpore: tecum autem sim cogitatione & auiditate, ut ibi sit cor meum, ubi tu sis thesaurus meus desiderabilis & amabilis. Trahe me post te, ut per tuam gratiam de uirtute in uirtutem ascendens, te Deum deorum uidere merear in Sion. Amen.

De scripturæ Euangelicæ, ac fidei fine & utilitate. Cap. LXXXIII.



SVNT & multa alia signa & facta, in multitudine incomprehensibili existentia, præter ea quæ ab Euangelistis sunt scripta, *quæ fecit Iesus* in terra, in se & in aliis, tam actibus cordis, quàm oris & operis ante suam resurrectionem, & post eandem, *quæ* præ multitudine sua *non sunt scripta. Quæ si scribantur per singula*, quò ad facta particularia, & conditiones uirtutemq; eorum: *nec ipsum arbitror mundum*: id est, homines huius mundi, *capere posse libros qui essent scribendi.* Non enim spatio locorum credendum est mundum capere non posse: quia in eo scribi non possent, si scripta non ferret: sed capacitate intellectus legentium & audientiũ, & quò ad incredulitatem infidelium, & quò ad mysteria & sensum comprehendi fortasse non possent. Facta enim & uerba Christi non sunt hominis tantum, sed & Dei: quia illa humanitas erat organum diuinitatis: & ideo non possunt ad plenum ab hominibus explicari, uel etiam comprehendi: quod patet ex hoc, quòd à principio ecclesiæ cœperunt sancti doctores libros scribere ad explicationem uerborum & factorum Christi, & adhuc ad plenum non sunt elucidata: imò si mundus duraret per mille milia annorum, & semper libri scribẽrẽtur, numquam ad plenum elucidarẽtur: quia sicut dictum est, facta sunt & dicta Dei, quæ sunt nobis incõprehensibilia, propter eorum excellentiam, respectu intellectus nostri: & ideo debemus subiugare, & captiuare intellectum nostrum in obsequium Christi, ut ei assentientes per fidem, quæ est in ænigmate, tandem ueniamus ad contemplandam faciem. Vnde, secundùm Chrysostom. Nec Ioannes, nec alij Euangelistæ omnia dixerunt: sed quæ erant sufficientia attrahere ad fidem audientes. Quoniam qui non credit his quæ dicta sunt, neque pluribus attendet: qui uerò hæc suscipit, nulla indigebit alia in side ratione. Tantum enim conscripserunt, quantum ad fidem credentium sufficere posse cognouerunt: & ideo pauca de pluribus elegerunt, facilius ut intelligantur, diligentius quærantur, side credantur, & memoriæ tradantur. Vnde Augst. Cùm multa fecisset Dominus Iesus, non omnia scripta sunt: electa sunt autem quæ scriberentur, quæ saluti credentium sufficere uidebantur. Hæc Augusti. Materia quidem Euangelij & omnium Euãgelistarum est eadem: scilicet sanctæ Trinitatis mysteriũ, Christus secũdum diuinam & humanam naturam, dicta & facta eius, aliorumq; dicta & facta ad ipsum: omnes enim agũt de istis, & materia istorum. Intentio uerò & finis omnium est, per Christi gesta & doctrinam, fidem de eo astruere: quod ex fine libri Ioannis perpenditur. Vbi dicitur: *Hæc autem scripta sunt, ut credatis*: scilicet side formata charitate: *quia Iesus est Christus filius Dei*: scilicet naturalis, in potentia sibi æqualis, & per consequens idem in deitate: quia natura diuina est diuisibilis. Credatis, inquam, corde ad iustitiam, & ore confiteamini ad salutem: opere ostendentes ad fructum uitæ: *quia fides sine operibus mortua est.* Ecce scripturæ utilitas: scilicet, effectus fidei: ad hoc enim ordinatur tota scriptura noui & ueteris testamenti. Quam autem utilitatem ex hac credulitate cõsequamur, manifestatur cùm subiungitur: *Et ut credentes uitam*, scilicet æternam, in qua clare uidebis quod nunc creditur: *habeatis* nunc in spe, & in futuro in re: uel ut credentes uitam habeatis: hìc uitã iustitiæ, quæ habetur per fidem: *iustus enim ex fide uiuit*: & in futuro uitam spei, quæ habetur per gloriam: & hoc in nomine eius, id est, per fidẽ nominis Christi: quia non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri: uirtute ergo nominis Christi & saluatoris, habetur uita æterna. Vnde Ioannes: *Hæc est uita æterna: ut cognoscant te uerũ Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Finis itaque, id est, finalis causa Euangelij, est sanè credere, perfectè diligere, sacramentis insigniri: & horum trium finalis causa est uita æterna. Ad hæc quippe adipiscenda fuit intentio scribere & prædicare Euangelia. Veteris quidem testamenti intentio est, nouum figuris & ænigmatibus demonstrare: Euangelij autem, ad æternæ beatitudinis gloriam mentes humanas accendere. Fides ergo catholica, id est, uniuersalis, omnibus est necessaria ad uitam, & salutem æternam. Fidei succedit spes, & spei succedit beatitudo: charitas autem etiam fide & spe decedentibus, permanet & augebitur: & ideo maior his esse dicitur.

Quæ

Ioan. 21. Dicta & facta Christi scribi nequeũt ad plenum nec à nobis intelligi.

Chrysost. hom. 86. in Ioan.

Augsti. tract. 49. in Ioan.

Finis & intẽtio scripturarum.

Roma. 10. Iacobi 2.

Scripturæ utilitas.

Habac. 2.

Ioan. 17.

Causa finalis euangelij.

Veteris testamenti intentio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Symbola tria.

Quæ uerò credēda ſunt, ex ſymbolo haberi poſſunt. Eſt enim ſymbolum, compendioſa collectio omniū ad ſalutem ſpectantium. Sunt autem tria ſymbola. Primum, Apoſtolorum. Secundum, Niceni Concilij. Tertium, Athanaſii. Primum factum eſt, ad fidei inſtructionem. Secundum, ad fidei explanationem. Tertium, ad fidei defenſionem. De primo ergo, in quo eſt fidei fundamentum, hîc uideamus ſolum: quia hoc magis eſt ad propoſitum.

Articulorū fidei numerus.

Vbi ſciendum eſt, quòd ſi reſpectus habeatur ad eos qui ædiderūt hoc ſymbolum, tunc articuli ſunt duodecim, ſecundùm numerum duodecim Apoſtolorum. Si autem conſideremus quæ radicaliter ſunt credenda, tunc articuli ſunt quatuordecim: quorum ſeptem ſpectant ad diuinitatem, & ſeptem ad humanitatem, & hæc ſignata ſunt in ſeptem ſtellis, & in ſeptem cādelabris aureis, in quorum medio ambulabat filius hominis. Sunt igitur ſeptem articuli fidei, qui pertinent ad diuinitatem.

Articuli ſeptem ad diuinitatem ſpectantes.

Primus eſt, unum Deū eſſe: qui notatur ibi, Credo in unum Deum. Credere Deum, eſt credere Deum eſſe: ſcilicet quia eſt. credere Deo, eſt credere uerbis eius, & ſacris ſcripturis. credere in Deum, eſt credendo Deum fide & affectione, ſeu fide per dilectionem operante, in ipſum tēdere & ire, ac membris eius incorporari. Secundus eſt, patrem eſſe Deum: qui notatur ibi, Patrem: quod hîc perſonaliter tenetur, pater uerò eſſentialiter tenetur, ubi agitur de paternitate adoptionis, qua paternitate ipſa trinitas pater eſt bonorum, uel creationis: quia paternitate tota trinitas pater eſt tam bonorum quam malorum.

Paternitas multiplex.

Omnipotentem, appropriatè, quamuis & filius ſit omnipotens, & Spiritus ſanctus: quia potentia appropriatè attribuitur patri, ſicut ſapientia filio, & bonitas ſpiritui ſancto. Creatorem cœli & terræ: ubi per cœlum & terram, intelligitur tam ſpiritualis quàm corporalis creatura. Creare quippe, ſeu creatorem eſſe, potius ſonat potentiam, quàm ſapientiā, uel bonitatem: quia operatio egreditur à potentia, & ideo appropriatè attribuitur creare hîc patri, ſicut potentia: cùm tamen creet omnia pater per filium, cooperante Spiritu ſancto: quia indiuiſa ſunt opera trinitatis, & totæ tres perſonæ unus ſunt creator.

Creatio potentiam ſonat.

Tertius eſt, filium eſſe Deum: qui notatur ibi, & in Ieſum Chriſtum: quæ duo nomina frequenter coniunguntur in nouo teſtamento: quia unum, ſcilicet Ieſus, quod interpretatur Saluator, exprimit eius diuinitatem: nam inquantum Deus, Saluator eſt: reliquum, ſcilicet Chriſtus, quod interpretatur unctus, exprimit eius humanitatem: quia inquantum homo, unctus eſt prę conſortibus ſuis. Filium eius unicum, id eſt, naturalem, non adoptiuum: uel unicum dicit, quia non eſt filius unus inquantum Deus, & alius inquantum homo: ſed unus Chriſtus in duabus naturis, ſcilicet deitate & humanitate, & tribus ſubſtantiis: ſcilicet deitate, anima, & carne unicus eſt filius: Dominum noſtrum, ſicut enim pater Dominus eſt omnium & omnipotens, ita & filius: quod intelligatur ſecundùm deitatem: quia quamuis humanitati Chriſti collata ſit omnium ſcientia, nō tamen omnipotentia. Quartus eſt, Spiritum ſanctum eſſe Deū: quia notatur ibi, Credo in Spiritum ſanctum, & circumloquitur hæc uox, & Spiritus ſanctus, quando tenetur dictionaliter, tertiam perſonam in trinitate: quando autem in ui orationis tenetur, eſſentialiter ſumitur, & conuenit trinitati. Sic ergo patet, quòd prædicti quatuor articuli ſunt de diuinæ eſſentiæ unitate, & perſonarum trinitate. Quintus eſt, credere

A

remiſsionem peccatorum his qui ſunt in eccleſia: qui notatur ibi, Sanctam eccleſiam Catholicam, ſanctorum communionem, id eſt, credo ſanctam eccleſiam Catholicam, ſiue militantem, ſiue triumphantem, eſſe communionem. id eſt, congregationem uel ſocietatem ſanctorum. Vel ſic, credo & ſanctam eccleſiam adhuc in terris militantem, & credo ſanctorum communionem, id eſt, aſſociationem in cœlo, ſcilicet eſſe eccleſiam triumphantem: quaſi diceret, credo utranque eccleſiam.

Eccleſia ſancta diuiſio.

Eſt autem ſancta eccleſia in tres diuiſa: una eſt in mundo, quæ eſt adhuc in timore & expectatione, alia eſt in cœlo, quæ eſt ſine timore & expectatione: tertia eſt in purgatorio, quæ medio modo ſe habet, quia eſt in expectatione, cùm adhuc

B

gloriam præſentem non habent, & tamen ſine timore, quia habent liberum arbitrium in bono confirmatum. Καθολικὸν Græcè, Latinè ſonat uniuerſale. Et dicitur uniuerſalis duabus de cauſis: ſcilicet quia uniuerſaliter prædicata per quatuor partes terræ, & quia articulos habet ueros uniuerſaliter, quibus nullum falſum poteſt ſubeſſe. Remiſsionem peccatorū, id eſt, credo remiſsionem peccatorum fieri, ſcilicet per Deum in baptiſmo triplici: ſcilicet fluminis, & flaminis, & ſanguinis: ſiue poſt baptiſmum in pœnitentia. Sextus eſt, credere reſurrectionem mortuorum: qui notatur ibi, carnis reſurrectionem. In qua

C

reſurrectione credēdum eſt idem corpus quod per mortem cecidit, ad eundem ſpiritum, id eſt, ad eandem animam rediturum. Septimus eſt bonorum remuneratio, ſub quo comprehenditur & malorum punitio: qui notatur ibi, uitam æternam, quaſi diceret, Credo uitam æternam, præmium bonorum & mortem æternam, ſupplicium malorum. Et iſti tres ultimi articuli ad diuinitatem pertinent: quia per uirtutem diuinitatis fit peccatorum remiſsio, quæ eſt animæ uiuificatio, & corporum reſurrectio, atque corporum ſimul & animæ glorificatio.

Articuli ſeptem ad humanitatem Chriſti ſpectantes.

Alij ſeptē ſunt articuli, qui pertinent ad humanitatē Chriſti. Primus eſt credere filium Dei conceptum de Spiritu ſancto: qui notatur ibi, Qui conceptus eſt de

D

Spiritu ſancto, id eſt, operatione Spiritus ſancti. Vno enim eodemq; momento ſegregata fuit illa caro aſſumpta à reliqua carne uirginis, operatione Spiritus ſancti, & animata anima rationali, & deitas unita ei. Vnde illud, de, non denotat ſubſtantiam cauſæ materialis, ſed potius efficiētis. *De.* Quamuis.n. incarnatio filij ſit opus totius trinitatis: quia quod operatur una perſona, operantur oēs, eo ꝙ ſunt indiuiſa opera trinitatis, tñ ipſa gratia mediāte qua natura humana unitur diuinæ eſt donū appropriatum Spiritui ſancto: quia hæc gratia appropriatè præcedit à charitate, ſiue à benignitate Dei, quæ Spiritui ſancto appropriatur: nō enim Deus, inquantum potens, uel inquantum ſa-

E

piens, ſed inquantum bonus & benignus noſtram redemptionem operatus eſt per incarnationem. Et tangitur hîc natiuitas Chriſti in utero: ſcilicet qua natus eſt de Spiritu ſancto. Secundus eſt, filium Dei natū ex Maria uirgine: qui notatur ibi, natus ex Maria uirgine: ſcilicet natiuitate ex uero. Tertius eſt, filium Dei pro nobis mortuum in cruce: qui notatur ibi, paſſus ſub Pontio Pilato, id eſt, ſub poteſtate Pilati Pontij genere: crucifixus, ad diſtinguendum paſsionem eius à paſsionibus aliorum, qui in patibulis ſuſpenduntur & citius moriuntur, mortuus, uera morte per diſſolutionem animæ à corpore, diuinitate tamen ſemper coniuncta utriq;, & ſepultus, non tamen ut alij corruptus & incineratus. Quartus, filium Dei deſcen-

deſcendiſſe ad inferos, ſecundùm animam, qui notatur ibi, deſcendit ad inferna: deſcendit tantum in anima deitate unita: quia corpus in ſepulchro quieuit, deitate etiam ei unita. Quintus, filium Dei reſurrexiſſe, qui notatur ibi, tertia die reſurrexit à mortuis, ut per ſynecdochen pars ponatur pro toto, ut uidelicet pars illius paraſceues, qua mortuus eſt, computetur pro die una, & nox ſequens cum die ſabbati ſequentis, pro alia, & nox ſequentis dominicæ, cuius mane ſurrexit, pro tertia. Iſti duo articuli dicunt totum, quod Chriſtus nobis meruit per mortem ſuam: hoc autem eſt redemptio in anima, quæ completa eſt per fracturam inferni, in deſcenſu ad inferos, & redemptio in corpore, quæ completa eſt in reſurrectione, per gloriam corporis ſui. Sextus, eundem aſcendiſſe ad patris æqualitatē, qui notatur ibi, Aſcendit ad cœlos: ſcilicet inquantum homo, & ſecundum humanitatem: quia ubiq; eſt ſecundum diuinitatem. Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotētis, conregnans patri in æqualitate, ſecundum deitatem, & fruens potiſsimis bonis patris, ſecundum humanitatem: pacificè gloriatur, & omnia quietè cū patre iudicat & diſponit. Septimus, filium Dei iudicaturum bonos & malos, qui notatur ibi, Inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos. Inde, id eſt, poſt modum: uel inde, id eſt, de cœlis, quos aſcendit: uenturus in die iudicij iudicare uiuos & mortuos: ad literam, quia tunc uiui & mortui reperiuntur iudicādi. Illi tamen uiui morientur: ſed ſtatim in momento reſurgent, iudicium cum reſuſcitatis recepturi.

Articulorum conditores.

Iſti quatuordecim articuli colliguntur de ſymbolo, quod Apoſtoli condiderunt. Articulum primum & ſecundum de diuinitate, poſuit Petrus: Andreas tertium, Bartholomæus quartum, Simon quintum, Thadæus ſextum, Matthias ſeptimum. Item primū & ſecundum articulum de Chriſti humanitate, poſuit Iacobus maior: Ioannes tertium, Thomas quartum, Matthæus quintum, Iacobus minor ſextum, Philippus ſeptimum.

Credenda extra ſymbolum quæ ſint.

Si autem quæratur, an teneamur aliqua credere, quæ non ſunt articulis? dicendum eſt, quòd ſic. Oportet enim credere Deo: quod eſt credere uerbis eius, & ſacræ ſcripturæ. Sanè eſt circa hoc ſciendum, ꝙ pars diuinæ ſcripturæ, quæ eſt teſtimonialis & Euangelica, in librorum quaternario continetur: ſunt enim quatuor Euangeliſtæ, quaſi quatuor teſtes, quòd homo ille qui dictus eſt Ieſus, fuit Chriſtus in lege promiſſus, rex & Dominus omnium, Saluator hominum, filius Dei.

Euangeliſtarū differentia & intētiones.

Diuiduntur ergo inter ſe libri quatuor Euangeliſtarum: quia Matthæus intendit principaliter declarare illum hominē fuiſſe Chriſtum, & ideo in principio dicens. *Liber generationis Ieſu Chriſti*: non expreſsit, filij Dei: ſed, *filij Dauid, filij Abraham*. Et in ſequentibus ſubdit, *Generatio Chriſti ſic erat*. Hinc eſt, quòd figura hominis inter quatuor animalia Euangeliſtas repræſentantia, deſignat Matthæum: quia maximè immoratur circa hoīem Chriſtum: oſtendendo Ieſum fuiſſe illum, qui promiſſus fuerat in tota ſerie ſcripturarum. Vnde quaſi de homine exorſus eſt ſcribere, dicens: *Liber generationis Ieſu Chriſti, &c.* Marcus uerò principaliter intendit declarare, illum hominem fuiſſe regem & Dominum omnium: ſicut in Daniele habetur, ꝙ in diebus quatuor regnorum ſuſcitaret Deus cœli regnum quintum: quod non corrumpetur, cuius poteſtas erit poteſtas æterna. Hinc eſt, ꝙ Marcus deſignatur per leonē: qui eſt rex & Dominus aliorū animalium. Vnde & in eo auditur uox leonis in deſerto ru-

Danie. 6. & 7.

A

gientis, & clamantis. Hinc eſt etiam, quòd maximè circa miracula immoratur, & circa reſurrectionem, & parum ponit de doctrina Chriſti: quia principaliter intendit poteſtatem eius, & Dominum, & uirtutem explicare: quæ in reſurrectione & miraculis maximè eluceſcunt. Lucas uerò intendit principaliter declarare, illum hominem fuiſſe Saluatorem hominum, & ideo in principio introducit Gabrielem, dicentem: Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum: & in ſecundo capitulo ſubdit uerbum angeli ad paſtores, Natus eſt uobis hodie Saluator in ciuitate Dauid. Hinc eſt, ꝙ maxime immoratur circa geſta & facta Chriſti, quæ ſonant in clementiam & ſalutem, & in

B

remiſsionem peccatorum. Et propter hoc in referēdo paſsionem, maxime explicauit uerba dulcia & clementia Chriſti: ut eſt illud: *Pater dimitte eis, quia neſciunt quid faciunt.* & illud: *Hodie mecum eris in paradiſo.* & illud: *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*: & ipſe ſolus refert quomodo factus eſt ſudor eius tanquam guttę ſanguinis decurrentis in terram: quaſi in ſignum balnei ſalutaris, & medicinalis.

Luca. 23. Ibidem.

Hinc etiam eſt, ꝙ per figuram uituli, quia aptus eſt ad immolandum, deſignatur. Vnde & à Zacharia ſacerdote initium ſumpſiſſe legitur. Ioannes uerò principaliter intendit declarare, illum hominem fuiſſe Dei filium, & uerum Deum. Et quòd hæc ſit concluſio, quam ipſe intendit, ipſemet explicat circa finem

C

ſui Euangelij: ubi ait, Hæc autem ſcripta ſunt, ut credatis quoniam Ieſus eſt Chriſtus filius Dei: & ut credentes uitam habeatis in nomine eius. Hinc eſt, quòd incipit a Chriſti deitate, dicendo: In principio erat uerbum: & ferè in quolibet Euangelij capitulo, ſemper infert illum hominem fuiſſe filium Dei. Hinc eſt etiam, quòd per aquilam figuratur: quia aſſumptis pennis aquilæ, ad altiora uolans, de uerbo Dei diſputat & philoſophatur.

Intētio rurſus euangeliſtarum.

Sic igitur quatuor libri Euangeliorum habent pro ſubiecto idem: ſcilicet, hominem Ieſum: & de illo ſubiecto quatuor declarare intendūt. Matthæus quidem, quòd fuit Chriſtus in lege promiſſus. Ioannes uerò: quòd eſt

D

uerus Deus, & Dei filius. Lucas autem, quòd eſt uerus Saluator hominum. Marcus uerò, quòd eſt res, & etiam imperator hominum. Et hoc probant per facta & dicta, quæ teſtificantur illum hominem fuiſſe in conſpectu diſcipulorum ſuorum, & multitudinis Iudæorum. Et ſic quatuor Euangelia diſtinguuntur, non penes quatuor ſubiecta, ſed penes prædicata de eodem ſubiecto. Et ordinantur ſecundùm ordinem æditionis librorum: non ſecundùm ordinem originis, uel dignitatis materiæ. Incipit ergo Matthæus partem teſtimonialem ſcripturæ diuinæ, & probat hominem Ieſum Meſsiam, & Chriſtum, in ſcripturis promiſſum fuiſſe. Et hoc ſibi maximè congruebat: quia in Iudæa Hebræo ſermone & fratri-

E

bus Iudæis ad Chriſtum conuerſis ſcribebat. Intendit ergo minorem unius rationis probare: ac ſi ita uelit arguere: Ille homo in quem cōcordant uoces omnium prophetarum, quantum ad omnia quę prophetata fuerūt de illo qui dicebatur Meſsias & Chriſtus: ille inquam, homo fuit uerè Chriſtus. Non enim eſt poſsibile, ꝙ omnia concurrant in aliquam perſonam quæ de Chriſto dicta ſunt, quin illa perſona ſit Chriſtus. Quamuis ergo duæ uel tres conditiones prædictæ in prophetis, poſſent alicui perſonæ conuenire, non tamen omnes: alioquin uana & abſque ulla utilitate reuelatio prophetica præceſsiſſet:

Matthæus de Chriſto pbat, quòd fuit Meſſias.

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in nullo enim nos introduxisset ad Christum, sed potius errandi materiam præbuisset. Propter quod Saluator dicebat, q̃ necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege, prophetis, & psalmis de me. Ex quibus patet, quòd ille uerè debet dici Christus, in quẽ consonant omnium Prophetarum uoces. Sed modo sic est, q̃ in illum sacrum hominem, qui dictus est Iesus, concordauerunt uoces omnium prophetarum, quantum ad concursum omnium conditionũ, quas de Christo prædixerant: ergo homo ille fuit Christus. Hanc autem minorem intendit probare Euangelista Matthæus, quantum ad uiginti & duas conditiones in genere, quas de futuro Christo prædixerunt prophetæ, & intendit sic arguere: In illo homine qui dictus est Iesus, testis sum ego q̃ omnia concurrerunt, quæ prophetæ prædixerant futura esse in uero Christo: siue quantum ad propagationem regiam, & Dauidicam: siue quantum ad grauidationẽ & gignitionem uirgineam: siue quantum ad apparitionem sydeream, & adorationem regiam: siue quãtum ad nominationem floridam & Nazaræam: siue quantum ad acclamationem præcursoris preniam: siue quantum ad obsequium angelorum & ministrationem sedulam: siue quantum ad conuersationem primariam in Galilæa, & in terra Zabulon & Neptalim: siue quantum ad expositionem decalogi, & legislationem authenticam & nouam: siue quantum ad multiplicem operationem deificam, & miraculorum coruscationem mirificam: siue quantum ad cõuersationem pacificam & humilimam: siue quantum ad eruditionem parabolicam, & doctrinam figuratiuam: siue quantum ad nutritionem prouidam & benignam, ex panibus multiplicatis: siue quantum ad detestationem ueridicam omnis hypocrisis & ceremoniarum: siue quantum ad colligationem geminã duarum naturarũ, diuinæ scilicet & humanæ in uno homine, siue quantum ad ecclesiasticam dispositionem & hierarchicam ordinationem unius noui regni ecclesiæ: siue quantum ad ostentationem pauperrimam, & sessionem super pullum asinæ: siue quantum ad excæcationem Iudaicam, quò ad Pharisæos & populi seniores: siue quantum ad referationem prophetiæ arcanorum & futurorum: siue quantum ad institutionem mirabilem & insolitam nouorum sacramentorum: siue quantum ad tolerantiam amaræ & salutiferæ passionis: siue quantum ad susci tationem magnificam, & resurrectionem stupidam: siue quantum ad conuocationem multimodam omnium gentium, linguarum & populorum. Hæc enim utique uerificata sunt in hoc homine sacro Iesu, quæ Prophetæ prædixerant de Christo, ergo ipse est uerus Christus, nec est alius expectandus. Marcus uerò, Apostoli Petri discipulus, qui in Italia Euangelium Græcè scripsit: probat de illo fœlici homine, qui ductus est Iesus, q̃ fuit rex & Dominus omniũ, & excedens uerè in potestate & uirtute omnem hominem, & omnem creaturam: quod patet, quia nõ tractat nisi de præcipuis & excellentioribus miraculis eius, & ferè in quolibet capitulo concludit magnitudinem potentiæ & uirtutis in eo, & istã conclusionem semper infert in toto Euangelio: finitq̃ Dei Euangelium, in ascensione eius in cœlum, & sessione à dextris Dei, & q̃ discipuli profecti prædicauerunt ubiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Sic ergo patet, quòd est conclusio quam Marcus in Euangelio suo intendit, hominem scilicet Iesum esse & fuisse uirtutum Dominum, & imperatorem, & regem omnium. Nã in hac conclusione finit Euangelium, & ipsam interserit in suo processu quasi per totum. Hanc autẽ conclusionem suo testimonio probat, narrando factail lius hominis, & intendendo unum talem syllogismum: Ille homo cuius uirtutem ac potestatem extẽdi uidimus ad omnem spiritum creatum & increatum: scilicet ad spiritum propheticum, & diuinum, & angeli cum, & apostaticum, & quam extendi uidimus ad languores & infirmitates corporum, & quã extendi uidimus ad remissionem peccatorum, & ad infirmitates animarum, & quam extendi uidimus ad totam legem Mosaicam, & sabbatum immutandum, & quam extendi uidimus ad transferendum uirtutem & potestatem in alterum, ut & ille similiter operetur uirtuose, & quam extendi uidimus super mare & uentum, & super aquæ & aeris elementum, & quam extendi uidimus ad mortis uinculum, & quorumcunque uiuentium, siue hominum, siue brutorum, & quam extendi uidimus ad multiplicandum corporalem cibum, & alimenta panum: & quam extendi uidimus ad dispensandum super omnem statũ humanum, & quam extendi uidimus ad restituendum auditum, & loquelæ instrumentum: & quam extendi uidimus ad illuminandum tam spiritualem quàm corporalem uisum, & quam extendi uidimus ad naturam passibilem & impassibilem commutandum, & quam extendi uidimus non solùm in propinquum, sed etiam ad omnem distantem locum, dum tamen inueniret fidelem hominem & credulum, & quam extendi uidimus ad interpretandum mandata legalia, & superaddendum perfectionis cõsilia, & quam extendi uidimus ad regnum & thronum Dauid obtinendum, iuxta miraculosum clamorem populi, & iuxta testimonium quod fuerat per prophetas prædictum, & quam extendi uidimus ad conuincendum potentiam, & omnem aduersariorũ astutiam & machinationem, & quam extendi uidimus ad prægnoscendum omnem futurorum euẽtum, & totum seculi decursum usque in finem, & quam extendi uidimus ad tolerandum summè, fortiter, & magnanimiter omne aduersum, & præcipuè mortem amarissimam, quæ est ultimum terribiliũ, & quam extendi uidimus ad renouendum propriũ monumentum, & inde egrediendum, cùm tamen uerè mortuus fuisset, & quam extendi uidimus ad aperiendum cœlum, & ad sedendum super regale & generale gloriæ solium, & ad dexteram patris. Ille utiq; homo uerè fuit rex uirtuosissimus & Dominus omnium. Sed homo ille qui dictus est Iesus, habuit conditiones prædictas, igitur ipse fuit omnium Dominus, & rex uirtuosus. Hanc minorem seriose Marcus deducit, & quantum ad uiginti conditiones eius, in Euangelio suo probat. Lucas autem, Apostoli Pauli discipulus, qui in Achaiæ, Bithyniæq; partibus Euangelium Græcè condidit, intendit istam conclusionem: scilicet q̃ homo ille qui dictus est Iesus, fuit Saluator hominum, & medicus animarum: quod congruebat, quia erat arte medicus, ut dicit Hiero. Hinc est, q̃ in primo capitulo introducit angelum dicentem: Vocabis nomen eius Iesum, id est, Saluatorem, & Zachariam ei dicentem, Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos, & angelum euangelizantem, Natus est nobis hodie Saluator, & Simeonem dicentem, Viderunt oculi mei salutare tuum, & ubiq; per totum Euangelium semper agit de illo homine, sub ratione qua Saluator

Luca. 24.

Signa uenturi Christi in Christo uisa.

Marcus de Christo probat, quòd erat rex omnium.

Hieronym. de uiris illustribus. Luca 1. & 2.

uator est & medicus animarum. Vnde solus ipse narrat de Maria Magdalena, & solus ipse ponit multas parabolas ad pietatem, & misericordiam, & remissionem peccatorum pertinentes: per quod patet, quòd sua intentio principalis fuit probare conclusionem prædictam. Intendit igitur probare eam per talem rationem & syllogismum: Homo ille cuius ingressus & introductio, cuius etiam conuictus & conuersatio, cuius conatus & recollectio, cuius affatus & eruditio, cuius discessus per mortem & consummatio, cuius regressus a mortuis & resurrectio fuit per modum cuiusdam spiritualis antidoti, & medicinæ salutaris omnium hominum: utique homo iste censendus est Saluator hominum, & medicus animarum. Sed ita fuit de illo homine, qui dictus est Iesus: Ergo ipse fuit spiritualis hominum medicus & Saluator. Minorem istius, quantum ad sex conditiones positas in maiori, intẽdit Lucas deducere in suo Euangelio, & probare. Primò enim probat, quòd huius hominis introductio, & ingressus fuit per modum cuiusdam Saluatoris mundi, & medici spiritualis, & tractat de triplici introductione istius hominis. Prima quidem, in uterum maternum, per conceptũ. Secunda in mundum, per natiuitatem & ortum. Tertia, ad totum populum, circa annum tricesimum. Secundò probat, quòd huius hominis conuersatio, & conuictus cum hominibus, fuit per modum ueri Saluatoris, & ostendit qualiter iste homo per sui conuersationem & conuictum exemplarem, nisus est homines medicare & saluare: describens eum fuisse exemplar omnis pœnitentiæ, exemplar omnis deuotionis & latriæ, exemplar mititatis & patientiæ, exemplar liberalitatis & beneficentiæ, exemplar humilitatis & beneuolentiæ, exemplar ueritatis & existentiæ, contra omnem hypocrisim: exemplar omnis perfectionis & superexcellentis uitæ, exemplar compassionis & misericordiæ atque clementiæ, & ex his octo cõditionibus patet, qualiter sua conuersatio & conuictus fuit ad medicandum & saluandum mundum. Tertiò probat, q̃ illius hominis totalis conatus & recollectio fuit ad saluandum homines, & tribuendũ eis spiritualem medicinam, & ostendit qualiter homo ille conatus est ad salutem uocare & reducere homines per seipsum, & per alios, scilicet per duodecim Apostolos, & septuaginta duos discipulos. Quartò probat, q̃ hominis huius affectus & eruditio ostẽdit ipsum fuisse omnium hominum Saluatorem: quia tòta sua eruditio ordinabatur ad pellendum peccata & morbos animarum, & ponit plures morales eruditiones, summè accommodè ad hominum salutem, & curationem, seu remotionem à uitiis, pertinentes. Quintò probat, q̃ illius hominis discessus & consummatio per mortem, fuit uerè medicinalis, & ueri Saluatoris mundi. Vnde introducit eum dicentem: *Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur: & hic est sanguis meus, qui pro uobis fundetur*, & plura alia uerba clementiæ superius dicta. Sextò probat, q̃ istius hominis regressus ad nos & resurrectio, fuit ueri Saluatoris mundi. Vnde ostendẽdo q̃ ipse erat uerè iste qui omnium gentium erat medicus & Saluator, induxit q̃, sicut scriptum est, *oportebat pati & resurgere Christum a mortuis tertia die, & prædicare in nomine eius pœnitentiam & remissionem omnium peccatorum in omnes gentes*. Ioannes uerò, qui in Asia Euangeliũ Græcè scripsit, introducit istam conclusionem: q̃ homo ille, qui dictus est Iesus, fuit uerè filius Dei, quod non debet intelligi quòd sit filius Dei per adoptionem & gratiam, habẽs humanam naturam: imò habens in se uerè illum, qui ab æterno fuit filius à patre genitus, in substantia diuina: nec debet etiam intelligi, q̃ sit homo ille filius Dei, per conuersionem deitatis in carnem, sed debet intelligi per assumptionem carnis à filio Dei. Hanc conclusionem probat multipliciter & deducit, & intendens rationem unã & unicum syllogismum ad eam probandam, sic arguit: Homo ille qui est uerè media persona intrinseca in trinitate, & est Deo æqualis in authoritate, & est Deo æqualis in efficacia & salubritate, respectu hominum, & est Deo æqualis in illapsu & immensitate, & est Deo æqualis in modo operandi, & actiuitate, & est Deo æqualis in reficiendo mentem, & in cordis societate & gratia, & est Deo æqualis in instruendo, & in ueræ doctrinæ claritate, & est Deo æqualis in duratione & æternitate, & est Deo æqualis in honore & gloria, ac cultu, seu latriæ, & adorationis dignitate, & est Deo æqualis imò idem cum patre in essentia & maiestate, & est Deo æqualis in beneuolẽtia ad homines & pietate, & est Deo æqualis in Dominio & regni solennitate, & est Deo æqualis in amicitia & charitate, & est Deo æqualis in insistẽtia mutua in seinuicem, & intimitate, & est Deo æqualis in cõferenda gratia hominibus, & influenda sanctitate, & est Deo æqualis in sapientia, & scientiæ luminositate, & est Deo æqualis in beatitudine, & æterna fœlicitate, & est Deo æqualis in patientia & longanimitate, & est patri æqualis in producendo spiritum, & inspiratiua fœcunditate, ille utique homo est uerè filius Dei. Nam iste decem & septem cõditiones intermediæ, probant ipsum esse uerum Deum: prima uerò conditio & ultima, ostendut ipsum esse uerum Deum qui est filius Dei: quia hæ duæ proprietates competunt filio. Sed homo iste, qui dictus est Iesus, habuit supradictas decem & nouem conditiones, ut manifesta experientia Ioannem & alios discipulos edocuit: Ergo ipse uerè est filius Dei. Probat ergo Ioannes istas decem & nouem conditiones fuisse in homine, qui dictus est Iesus, secundum q̃ ipse uerè expertus est, & cæteri discipuli qui fuerũt cum eo. Tandem conclusionem diffusè probatam infert, recolligit, & concludit, dicens: *Hæc autem scripta sunt, ut & uos credatis: quia Iesus est Christus filius Dei uiui*, & ponit ulteriorum finem, ad quem ordinatur ista conclusio, subdens: *& ut credentes uitam habeatis in nomine eius*. Vltimo uerò, tanquam tabellio & notarius publicus, concludit, quod ipse *est discipulus ille qui testimoniũ perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia uerum est testimonium eius*. Ponitq̃ conditionem suam de familiaritate: quia recubuerat *in sinu eius in cœna*, illius hominis, & idcirco multa secreta didicerat, unde prædicta probantur, & notarius ille authenticus redditur & solemnis. Ad hanc partem sacræ scripturæ testimonialem & Euangelicam, ascendendum est per ascensum scalarem & cœlicum. Sunt enim Euangelia scala Iacob, quia eis initur Dominus, & ibi reperitur: ibiq; uidẽtur angeli ascẽdentes, & descendentes: quia diuina opera, quibus uoluit nobis condescendere, & nos in cœlum erigere, ibi per Euangelistas quasi per uera quatuor Cherubim, secundum Hieronymum disserunt. De quo ascensu scriptum est in Genesi, q̃ uidit Iacob in somnis scalam, & cacumen eius tangens cœlum, & angelos Dei ascendentes, & descendentes, & Dominum ipsi scalæ innixum.

Luca 22.

Luca 24. Ioannes probat christũ Dei filium.

Ioan. vlt.

Ioannes fungitur officio & more notarij & tabellionis.

Hieronym. proœmio in Matth. Gene. 28.

ORA-

Universidad de Deusto Biblioteca

ORATIO.

DOMINE Ieſu Chriſte, qui nos per ſcripturam & doctrinam Euangelicam, uocare dignatus es ad fidem catholicam, ut credentes uitam habeamus æternam, nunc quidem in ſpe, & in futuro in re, & *hoc in nomine tuo, & per fidem nominis tui*: quia non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri: *præſta mihi immerito & omnium infimo, ut corde credam ad iuſtitiam, & ore confitear ad ſalutem, ac opere oſtendam ad uitæ fructum & utilitatem, quatenus te miſerante ad æternæ beatitudinis gloriam nunc mente accendar, & tandem re ipſa peruenire merear, Ieſu mundi ſaluator. Amen.*

Acto 4.

De Pentecoſte. Cap. LXXXIIII.



DIE uerò Pentecoſtes id eſt, quinquageſima à reſurrectione, ſed decima ab aſcēſione Domini, narrat Dñs Ieſus patri de promiſſo ſuo, quod diſcipulis fecerat de Spiritu ſancto mittēdo. Patre ergo gratū hoc habente, mittunt Spiritum ſanctum, ut ad diſcipulos deſcendat, eosq; repleat & cōſoletur, roboret ac inſtruat, ac cumulū uirtutum & gaudiorū eis conferat. Et ſtatim paratus Spiritusſanctus ſubitò uenit, & ſuper eos deſcendit. Notandum aūt, ſecundùm Bedá, ꝙ Dominus Ieſus eundem ſpiritum ueritatis, & à ſe mittendum eſſe prædixit, & eundem mox à patre procedere ſubiungit: non quia idem ſpiritus aliter à patre procedat, quàm à filio mittitur: aut alio tempore à patre procedat, quàm cùm à filio mittitur: ſed ideo filius eum à ſe mitti, & à patre dicit procedere, ut aliam patris, aliam eſſe ſuam perſonam deſignet, atque in eadem diſtinctione perſonarum unam eſſe operationem: ac uoluntatem ſuam cum patris uoluntate & operatione denunciet. Cùm enim eiuſdē ſpiritus gratia datur hominibus, mittitur profectò ſpiritus à patre, mittitur & à filio: procedit à patre, procedit & à filio: quia & eius miſsio eſt ipſa proceſſio, qua ex patre procedit & filio. Venit & ſua ſpōte, quia ſicut coæqualis eſt patri & filio, ſic eandem habet uoluntatem communem cum patre & filio. Hæc Beda. Πεντηκοστὴ interpretatur quinquaginta, & eſt Græcum uocabulum, ſicut παρασκευὴ & σκηνοπηγία. Iudæi enim admixti Græcis, qui inter eos ſicut cæteræ nationes conuerſabantur, Græcis crebrò uocabulis utebantur. Eſt autem Pentecoſte æquiuocum ad quinquagenam, & eius ſolennitatem ſeptem

Acto. 2. — *Beda in hom.* — *Pentecoſte.* — *Feſta trit ſeptem dierum.*

A diebus protelatam. Tria enim erant feſta diebus ſeptem durantia: ſcilicet paſcha, pentecoſte, & ſcenophegia. *Cùm ergo complerentur dies pentecoſtes*, id eſt, quinquagenæ à reſurrectione: & inchoarentur dies pentecoſtes, id eſt, illius ſolennitatis ſeptem diebus protelandæ: erant pariter in cœnaculo montis Sion, ubi cœna facta fuerat, diſcipuli ferè centum uiginti utriuſque ſexus congregati, in oratione perſeuerantes, & promiſsionem ſancti ſpiritus expectātes. Duodenarius ille Apoſtolorum numerus iam erat deculpatus. Et hora diei tertia *factus eſt repente de cœlo*, id eſt de aere, *ſonus*, quia fragor quidam inſonuit, *tanquam aduenientis ſpiritus*, id eſt flatus *uehementis*: ut, tanquam, ſit nota ſimilitudinis: ac ſi diceretur, B uenit ſpiritus in ſimilitudine uenti uehementis: uel, tanquam Spiritusſancti uehementis ut, tanquam, ſit expreſsiuum ueritatis: quia uerè Spiritusſanctus dicitur uehemēs, quaſi uehens nos à mente, & à mentis affectibus alienans: uel, quaſi uæ adimens: id eſt, æternam damnationem auferens. Poteſt ergo ad ſonum & ad Spiritum ſanctum referri, quod dictum eſt, *tanquam aduenientis ſpiritus uehementis*: quia æquiuocū eſt ad utrumque. Venit in ſono, ad terrendum rebelles: & in flatu, qui ab interiori procedit, ad uiuificādum deuotorum affectus. *Et repleuit* ſonus ille uel Spiritusſanctus, totam domum ubi erant ſedentes: id eſt, omnes in domo ſedentes, implentes quod C dictum fuerat eis à Domino: *Sedete in ciuitate, quoadusque induamini uirtute ex alto*. Hæc enim dona non niſi in unum congregatis per conſenſum, & ad ſuperiora ſubleuatis per deſiderium, uenire potuerunt. Et linguæ diuiſæ ſunt uelut ignis, *& apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis*: id eſt, radij ignei in modum linguarum inſidentes capitibus ſingulorum. ut ait Gregorius: Bene in igne ſpiritus apparuit: quia ab omni corde quod replet, torporem frigoris excutit: & hoc in deſiderio ſuæ æternitatis accendit. Vnde & Origenes: Deus noſter ignis conſumens eſt, quamdiu in nobis ſunt quæ conſumi digna ſunt: cùm autē conſumpta fuerint, iam non erit ignis conſumens, ſed illuminans. Vnde etiam Hieronymus: Ignis D duplicem naturam habet, quoniam & lucet & urit: ſic & Deus lucet iuſtis, & peccatores incendit. Inſuper & ſeptem dona Spiritusſancti congruè demōſtrantur in igne. Spiritus enim ſanctus inſtar ignis: primò purgat, per donum timoris: ſecundò liquefacit, per donum pietatis: tertiò, decorat, per donum ſcientiæ: quartò conſolidat, per donum fortitudinis: quintò eleuat, per donum conſilij: ſextò illuminat, per donum intellectus: ſeptimò dulcorat, per donum ſapientiæ. Primus effectus ignis patet in ueſte ſalamandræ: ſecundus in cera, tertius in metallis, quartus in lateribus, quintus in uaporibus, ſextus in lucernis, ſeptimus in cibis. *Et* ſic repleti ſunt omnes E Spiritu ſancto: & deinde *cœperunt loqui uariis linguis*, ſecundùm impetum eiuſdem Spiritusſancti, & *prout ipſe Spiritusſanctus dabat* eis pronunciare, & *eloqui*: qui diuidens ſingulis prout vult, & ſpirans ubi vult, quādo vult, quantum vult, quomodo vult, & quibus vult, radioſo lumine ſcientiæ omnem eos ueritatem edocuit: & inextinguibili charitatis ardore, ad omnem dilectionem accendit, & inuincibili ui fortitudinis in omni uirtute firmauit, inſpirans illis omniū linguarum notitiam: iuxta quod legitur in ſapientia, *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia*: ſcilicet homo conuenientiam habēs cum omni creatura: & propter quem facta eſt om-

nis

Spiritus uehement. — *Lucæ 24.* — *Linguę ignitæ. Gregorius hom. 30. in euang. Deute. 3. Origenes. Hieron. in pſal. 77. Ignis effectus.* — *Sapien. 1.*

nis creatura, *ſcientiā habet uocis*, id eſt, linguarum. Ac ſi diceretur: Spiritusſanctus replens orbem terrarum, dedit diſcipulis ſcientiam linguarum, ut linguis omnium gentium loquerentur. Tunc enim eccleſia in una gente erat: cumque loquerentur linguis omnium, ſignificabatur, ꝙ eccleſia creſcendo per omnes gentes linguis omnium locutura eſſet, quia iam eccleſia linguas omnium habet. Vbi ergo iam omnes linguæ loquebantur, omnes linguæ credituræ oſtendebantur. Ipſa autem ſpecies creaturæ in qua Spiritusſanctus uiſibiliter deſcendit, ad quem uſum tunc in Apoſtolos deſcenderit expreſsit: ut ſcilicet ori uerbum, intellectui lucem, & affectui ardorē, & cordi robur miniſtraret. Lingua enim uerba explicat, ignis uerò illuminat, calefacit, & teſtam roborat. Sed ad alium uſum, ſcilicet ad relaxandum peccata datus fuit, quando poſt reſurrectionem ſuam Dominus Apoſtolis inſufflauit, & dixit: *Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittūtur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt*. Vbi notandum, ꝙ Spiritus ſanctus bis miſſus eſt ſuper Chriſtū, & bis ſuper diſcipulos. Super Chriſtum quidem & in ſpecie columbæ in baptiſmo, & in ſpecie nubis in transfiguratione: quia gratia Chriſti, quæ datur per Spiritum ſanctum, deriuanda erat ad nos per propagationem gratiæ in ſacramentis: & ſic deſcendit in ſpecie columbæ, quæ eſt animal fœcundum: & per doctrinā, & ſic deſcendit in nube lucida. Vnde & ibi oſtēditur doctor: *ipſum*, inquit, *audite*. Super Apoſtolos autem primò deſcendit in flatu, ad ſignificandum propagationem gratiæ in ſacramentis, cuius ipſi miniſtri erant. unde dicitur: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: ſecundò, in linguis igneis: ad ſignificandum propagationem gratiæ per doctrinā. Vnde poſtquā *repleti ſunt omnes Spiritu ſancto*, ſtatim *cœperunt loqui uariȷs linguis*. Bis ergo, ſecundùm Gregoriū ſcriptum legimus Apoſtolos manifeſta donatione Spiritum ſanctum accepiſſe: primùm Domino conſiſtente in terra, per inſufflationem: poſtmodum præſidente in cœlo, in uariis linguis per ignem: quia charitas, quę in cordibus per Spiritum ſanctum diffunditur, duobus præceptis, ſcilicet dilectione Dei & proximi impletur. In terra datur ſpiritus, ut diligatur proximus: è cœlo datur ſpiritus, ut diligatur Deus. Et ſicut una eſt charitas & duo præcepta: ita unus ſpiritus, & duo data. Et quia per dilectionem proximi, peruenitur ad dilectionem Dei: rectè primò datur ſpiritus in terra, & poſtmodum è cœlo. Sicut enim ait Ioannes: *Qui non diligit fratrem ſuum quē uidet, Deum quem nō uidet quomodo diligere poteſt?* Inſuper etiam datus eſt Apoſtolis Spiritus ſanctus ante paſsionem ad purgandum, quando fuerunt baptizati, & ad faciendum miracula quando ad prædicandum ſunt miſsi: & dictū eſt eis: ægros ſanate, & dæmones eiicite, mortuos ſuſcitate. Vnde Hironymus: Ego quidem audacter pronuncio, Apoſtolos ex eo tempore quo crediderunt Domino ſemper Spiritū ſanctum habuiſſe, nec abſque eius gratia ſigna facere potuiſſe: ſed eum pro modulo atque menſura recepiſſe. Primò autem die reſurrectionis eius acceperunt gratiam ſancti ſpiritus, qua peccata dimitterent & baptizarent, ac ſpiritum adoptionis credentibus traderent. Die uerò pentecoſtes eis amplius repromiſſum eſt: uidelicet ꝙ uirtutem ex alto reciperent, qua & Euangelium Chriſti cunctis gentibus prædicarent. Vnde Leo Papa: Non igitur ambigamus, ꝙ cùm in die pentecoſtes impleuit diſcipulos Domini

Species eſſe ſtus congrui. — *Ioan. 20. Spiritꝰ ſanctus bis miſſus ſuper Chriſtum, & totiens ſuper diſcipulos. Marci 9.* — *Gregorius hom. 30. in euang.* — *Ioan. 4.* — *Marc. ult.* — *Hierony. queſt. 9. ad Hedibiam, to. 3.* — *Leo ſermo. 2. de Pentecoſte.*

A Spiritusſanctus, non fuit huius inchoatio muneris, ſed adiectio largitatis. Nā & Patriarchę, & Prophetę, & ſacerdotes, oēsq; priorū temporum ſancti ſunt eiuſdem Spiritusſancti ſanctificationem uegetati: & ſine hac gratia nulla unquam ſunt inſtituta ſacramēta, nullaque celebrata myſteria, ut eadem ſemper fuerit uirtus chariſmatum, quamuis non eadem fuerit menſura donorum. Hæc Leo. Et ſciendum, ꝙ Spiritusſanctus datur, ſeu mittitur uiſibiliter & inuiſibiliter. Viſibiliter, cùm in aliquo ſigno uiſibili demonſtratur. Eſt autem in quintuplici ſpecie demonſtratus. Primò, in ſpecie columbæ ſuper Chriſtum baptizatū. Secundò, in ſpecie nubis lucidæ, ſuper Chriſtum traſfiguratum. Tertiò, in ſpecie flatus, quan B do inſufflauit & dedit Spiritum ſanctum ipſo die paſchæ. Quartò, in ſpecie ignis & linguæ: in qua duplici ſpecie apparuit hodierna die. Inuiſibiliter autem mittitur, cùm ad ſanctificandum creaturam mentibus caſtis illabitur. Vnde dicitur: *Spiritus ubi uult ſpirat, & uocem eius audis. Sed neſcis unde ueniat, aut quò uadat.* Nec mirum: quia dicit Bernardus: De uerbo inuiſibili per oculos non intrauit, qua non eſt coloratum: ſed neque per aures, quia non inſonuit: neq; per nares, quia non aeri miſcentur, ſed menti: neque per fauces, quia non eſt manſum, id eſt comeſtum uel auſtum, nec tactu comperi illud, quia palpabile non eſt. Quæres igitur cùm ſint inueſtigabiles uiæ C eius, unde illud adeſſe nouerim? Nempe ex motu cordis intellexit præſentiam eius: & ex fuga uitiorū carnaliumque compreſsione affectuum, aduerti potentiam uirtutis eius: & ex diſcuſsione ſiue redargutione occultorum meorum, admiratus ſum profunditatem ſapientiæ eius: & ex quantulacunq; emendatione morūm eorū, expertus ſum bonitatem māſuetudinis eius: & ex reformatione & renouatione ſpiritus mentis meæ, percepi utcunque ſpeciem decoris eius: & ex contuitu omnium horum ſimul, expaui multitudinē magnitudinis eius. Hæc Bernardus. Vnde & Chryſoſtomus: Si quando boni aliquid cogitamus, ſciamus quia Spiritusſanctus habitat in nobis: ſi uerò aliquid mali, ſignum eſt quòd Spiritus D ſanctus receſsit à nobis. Vnde etiam Auguſtinus: Primis temporibus cadebat ſuper credentes Spiritus ſanctus, & loquebantur linguis quas non didicerant, quomodo Spiritus ſanctus dabat eis pronunciare. Signa erant tempore oportuno. Oportebat enim ita ſignificare in omnibus linguis Spiritumſanctum, quia Euangelium Dei per omnes linguas curſurum erat toto orbe terrarum. Significatum eſt illud, & tranſiit. Si ergo per hæc miracula non fiat modo teſtimoniū pręſentię Spiritusſancti, unde fit, unde cognoſcit quiſq; accepiſſe ſe Spiritum ſanctum. Interroget cor ſuum, ſi diligit fratrem, manet ſpiritus Dei in illo. Videat, probet ſeipſum coram oculis Dei. Videat ſi eſt in illo dilectio pacis & unitatis & dilectio E eccleſiæ toto terrarū orbe diffuſæ. Non attendat eū ſolum diligere fratrem, quem attendit ante ſe. Multos enim fratres noſtros non uidemus, & in unitate ſpiritus illis copulamur. Quid mirum: quia nobiſcum non ſunt? in uno corpore ſumus, unum caput habemus in cœlo: ergo ſi uis noſſe, quia accepiſti Spiritum ſanctum, interroga cor tuum ſi eſt tibi dilectio fratris: ſecurus eſto, non poteſt eſſe dilectio ſine ſpiritu Dei: quia Paulus clamat, *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*. Hæc Auguſtinus. Miſsio ergo Spiritus ſancti inuiſibilis fit in habitatione creaturæ rationa-

lis,

Spiritus ſanctus nō nūc primū datus. — *Spiritus ſancti miſſio duplex.* — *Matth. 3. Marci. 17. Ioan. 2.* — *Acto. 2.* — *Ioan. 3.* — *Bernardus ſermo. 74. in cantica.* — *Chryſoſto. homi. 3. in Marcum. Augu. ſermo. 2. de aduētu Spiritusſancti.* — *Rom. 5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis, sed missio uisibilis sit ad in habitationem demonstrandam aliis. Et notandum, quod Spiritum sanctū alicui inesse certitudinaliter scire nō possumus: quia spiritus ubi vult spirat, & nescis unde ueniat, aut quò uadat. Coniecturaliter tamen possumus colligere ali qua signa per effectus, ex quibus utcunque coniicere possumus Spiritum sanctum alicui adesse uel inesse: & hoc differenter, secundum triplicem, statum: scilicet incipientium, proficientium, & perfectorum. Nam ꝑm cuiuslibet status exigentiā, Spiritussanctus diuersimodè in hominibus operatur: & ꝑm hoc diuersimodè signa accipiuntur. Nā Spiritussanctus spirat, inhabitat, & replet. Spirat, quò ad incipientes: inhabitat quò ad proficientes: & replet, quò ad ꝑfectos. Signa autem Spiritussancti quibus spirat, quò ad incipientes, ꝑm Bernardum tria sunt. Primum, est dolor de culpa præterita: quia Spiritussanctus odit sordes, nec habitare potest ꝑa corpore subdito peccatis. Secundum, est firmum propositum cauendi futura cū effectu: quod nullatenus haberi potest conatu proprio, sine Spiritusancto per gratiam assistente, & infirmitatem nostram adiuuante. Tertium, est promptitudo boni: quia, secūdùm Gregorium, amor Dei qui est Spiritussanctus, nunquam est ociosus: operatur enim magna, si est. Quò ad proficientes uerò sunt tria alia signa, quibus coniicitur Spiritumsanctum eos inhabitare. Primum, est frequens & iusta conscientiæ examinatio, non solùm de peccatis mortalibus, imò de uenialibus: quia sicut Spiritussanctus opponitur peccato mortali, ita feruor charitatis qui est à Spiritusancto, opponitur peccato ueniali, ut ipsum ab anima expellat, ne Spiritusancto displiceat. Secundum signum, est concupiscentiæ diminutio: quanto enim in proficiente charitas semper augetur tanto cor à temporalibus elongatur. Vnde dicit Augustinus: Quòd charitatis uenenum, est concupiscētia temporalium: & nutrimentum charitatis, est diminutio cupiditatis. Tertium signum, est studiosa mandatorum obseruatio: quia obseruatio mandatorum sine uera dilectione esse non potest. Et ponit de hoc exemplum Augustinus: Quis est, inquit, qui dicit diligo Imperatorem: sed odio legem suam? Si ergo te dicis diligere Deum, mandata eius obserua. Quò ad perfectos autem sunt alia tria signa, ex quibus coniecturatur Spiritussanctus eos repleuisse. Primum est, diuinæ ueritatis manifestatio, cùm enim Spiritussanctus, sit spiritus ueritatis, proprium est sibi docere omnem ueritatem: & ideo in quocunque fuerit Spiritussanctus, per aliquas reuelationes diuinorum secretorum se pandit, & ei tanquam amico secreto communicat. Secundum signum est, nihil timere nisi solum Deum: perfecta enim charitas foras mittit timorem: hæc enim nihil pœnale habet, timor autem pœnam habet. Vnde Apostolus, *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas*: libertas autem non stat cum timore seruili. Tertium signum est, desiderium dissolutionis: ut uidelicet homo ex uehementia diuinæ amoris cupiat dissolui & esse cum Christo: quia Spiritussanctus leuat mētem ad desiderium supernorum. Fœlix ergo anima, quæ cupit dissolui & esse cū Christo: quoniam certissimum habet signum ꝙ Spiritus sanctus eam repleuerit. Præter prædicta autem signa sunt alia tria, per quæ quis potest coniicere se Spiritū sanctum habere. Ideo enim spiritussanctus in triplici signo apparuit: scilicet in specie nubis, super Christum transfiguratum: in specie columbæ, super Christum baptizatum: & in specie ignis, super apostolorum collegium congregatum. Primum ergo signū, est abundantia lachrymarum: & ideo apparuit in specie nubis: sicut enim adueniente Austro nubes resoluuntur in pluuias, sic adueniente Spiritusancto mentes resoluuntur in lachrymas. Secundum signum, est dimissio iniuriarum: ideo apparuit in specie columbæ, quæ felle caret. Tertium signum, est desiderium supernorum: ideo apparuit in specie ignis: sicut enim ignis sursum tendit, sic Spiritussanctus corda sursum eleuare facit. *Erant autem Iudæi uiri religiosi in Hierusalem, & in Iudæa habitantes*, & præter illos multi alij, ferè *ex omni natione quæ sub cælo est*, superuenientes: quia multis captiuitatibus Iudæi dispersi fuerant & modo ordinante Deo ad diem festum omnes cōuenerant. Audito ergo fragore & sono uenti, qui supra cœnaculum in aere sonuerat: intrō ꝙ per totam ciuitatem audiri poterat, cōuenerunt oēs ad discipulos: & mirati sunt *quia audiebat unusquisq; lingua sua illos loquentes. Alij aūt irridebant eos, dicētes: quia musto pleni eſſent*. i. uehementer ebrij: quia uehementior est ebrietas de musto, q̄ de uino defecato. Et quamuis hoc irridendo dicerent, tamen uerum erat: quia nō uino ueteri (quod in nuptiis fuit) sed musto gratiæ spiritualis erant impleti. De quo dicitur alibi, *Nemo mittit uinum nouum in utres ueteres*. Tunc surrexit Petrus cum undecim, ostendens eos non ebrios, cùm esset hora diei tertia & nondum esset tempus comedendi, nec solebant inebriari ieiuni: sed potius Spiritusancto repletos, & prophetatum esse à Ioel Spiritussancti aduentum super homines: tunc ergo Christus qui ascenderat dedit dona, id est Spiritumsanctum hominibus: quia omnia nostra bona desursum sunt, quò ipse ascendit. Tunc impleuit quòd ante passionem promiserat, dicens: *Si ego non abiero, paracletus non ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eū ad uos*. Si carni carnaliter adhæseritis, capaces spiritus non eritis. Sensus est: Non potestis plenè capere spiritum, quandiu secundum carnem sum uobiscum. Vnde ille qui iam ceperat spiritum, ait: *Et si nouerāmus secundum carnem Christum: sed nunc iam non nouimus*. Vbi attendāt carnalibus desideriis & delectationibus dedit, uerbum Bernardi dicentis, Si Apostoli carni adhuc Dominicæ adhærentes, quæ sola sancta: quia sanctisanctorum erat: Spiritusancto repleri nequiuerant, donec tolleretur ab eis: tu carni tuæ, quæ sordida est, & diuersarū spurcitiarum phantasiis repleta, astrictus & conglutinatus, illum uerācissimum spiritum te posse putas susc̄ipere: nisi istis carnalibus consolationibus funditus renunciare tenueris? Reuera cùm inceperis, tristitia implebit cor tuum: sed si perseueraueris, tristitia tua conuertetur in gaudium. Tunc enim purgabitur affectus, & uoluntas renouabitur: uel noua creabitur: & erit ut quę prius difficilia, imò impossibilia uidebātur, cum multa percurrāt dulcedine & auiditate. Hæc Bernardus. Si ergo delectationes spiritus desideras, delectationes carnis respuere debes. quia ut ait Gregorius, Si carni quodlibet abscindimus, mox in spiritu, quod delectat inuenimus. Sed heu pauci sunt spirituales hodie, & delectationes spiritus delectationibus carnis præferentes: licèt multi deferant habitum spiritualē. Possunt autem spirituales & carnales cognosci, ex uerbis Apostoli, dicentis: *Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui uerò secundum spiritum, quæ spiritus sunt sentiunt*. Specialiter tamen ex quibusdam probatur homo uerè spiritualis: uidelicet, si tam citò & tantum fugit locum ubi lædi potest in spiritu, sicut

Signa præsentiæ sancti Spiritus.
Bernardus sermo. 74. in cantica.
Gregorius hom. 30. in euange.
2. Corin 3
Philip. 1. Signa alia.
Musti ebrietas.
Marci 2. & Luc. 5 Ioel 2.
Gregorius hom. 30.
Roma. 8. Spiritualis hominis signa.

cut ubi offendi potest in corpore: & sitam libenter studet medicari spiritui, sicut corpori: quia quāto dignior est Spiritus corpore, tanto magis cauendū est spiritui, quàm compori à læsione. Item si cibus spiritualis, sive sit oratio, sive prædicatio, scriptura, sive lectio, sive corpus Christi, sive diuinum officium, tā tùm delectat & confortat Spiritum, sicut corporalis cibus corpus: & si tam inuitus negligit tēpus cibi spiritualis, sicut tempus cibi corporalis. Item si tam diligens est circa spiritum, sicut homo carnalis circa carnem. Soliciti. n. sunt homines carnales, ut in singulis temporibus habeant necessitates corporis in uictu & uestitu, hyeme & æstate competētibus: ita spiritualis homo solicitari debet qua gratia indigeat ī aduersitate, & qua in prosperitate: qua egeat ad amicos, & qua ad inimicos: quomodo habeat se solus cū Deo, & qūo inter homines conuersando: & sic de cæteris. Sed quis est hic, & laudabimus eum? quamuis. n. aliqui huius temporis uiri bona operentur, dimidij tamē operis sunt. Quia alij largitatis gratiam sunt adepti, sed carnis incōtinentia sunt lubrici. Alij uerò corpore quidē sunt casti: sed auaritiæ æstibus sunt cupidi. Alij autem gratiam lenitatis habentes, sed rancore animi sunt pusillamines. Alij uerò non recordando iniurias suas citò ignoscunt, sed minus cautè cor custodiendo citius q̄; irascendo rixas prouocant. Alij ꝙ Deus singulis largiendo donauit, in hoc quasi proprio labore acquirentes gloriantur. Alij corpus in abstinentia affligunt: sed superbiam, auaritiam, inuidiā, & alia nephanda admittunt: uel detrahēdo proximo quasi carnes illius cum sanguine comedunt. Et sic in multis hodie, qui optimus in eis est, quasi paliurus: & rectus, quasi spina de sepe. Sciendum autem ꝙ plura sunt necessaria homini uolenti proficere, & in uita spirituali Deo seruire. Primū est, clara & perfecta a notitia suorum defectuum & infirmitatum. Secundum est, ita magna & feruens contra suas naturales malas inclinationes & uoluntates. Tertium est, timor magnus, quem debet habere de offensis hactenus contra Deum factis. Quia non est certus, an bene satisfecerit, & si cum Deo pacem fecerit. Quartum est, magnus timor & tremor qui debet esse in ipso, ne ꝑ suā fragilitatē relabatur iterū in similibus, uel maioribus peccatis. Quintūest, fortis disciplina, aspera correctio ad regendum quinq; sensus corporales, & totū suum corpus subiungendū in obsequiū Iesu Christi. Sextus est, uirtuosè oēm personam & oēm aliam creaturam, quæ impellit eum non solum ad peccatū, sed etiam ad aliquam inperfectionem spiritualis uitæ, sicut unum dæmonem infernalem. Septimum est dulcis & cōtinua recordatio beneficiorum Dei, quæ hactenus recepit, & quotidie recipit à Domino Iesu Christo, cum gratiarum actione. Octauū est, nocte & die stare in oratione. Nonum est, ꝙ portet super se crucem Christi, quæ quator habet brachia: quorū primum est, mortificatio mortalium uitiorum: secundum, derelictio omnium bonorum temporalium: tertium, prœcisio omniū affectuum carnaliū amicorum: quartū, suiipsius contēptus & abominatio & annihilatio. Discipuli itaq; spiritus sancti uirtute docti & illuminati, accensi & adiuti, confortati, & roborati & cōsolati, & omni gaudio repleti, cùm pauci essent & simplices, totū mundū concusserunt, & ꝑ magna parte subiecerūt: partimq; uerbis ignitis, partim perfectis exēplis, partim mirandis prodigiis, per totū mundū ecclesiā plātauerūt: quæ & eiusdē spiritus sancti uirtute purgata, illuminata atq; perfecta, amabilis facta est sponso, eiusq; paranymphis: ut speciosa nimis miraq; uarietate circūdata: Satanæ uerò & āgelis eius, terribilis ut castrorum acies ordinata. *Profecti*, quidē sunt, non tam passibus pedum, quàm passibus uirtutum, ꝑm supra dictū Christi mandatū non immediatè post ascensionē, sed post sancti spiritus acceptionē: nec statim accepto Spiritusancto diuisi sunt per mundū: sed perduranerūt adhuc circiter duodecim annis in Iudæa: & deinde solennis diuisio eorum facta est per orbem uniuersum, cùm eatenus tantū in Iudæa prædicassent: sicq; *profecti* & diuisi: *prædicauerunt* intelligenda, credēda, agēda, & appetenda: *ubiq;* p orbē uniuersum: *Domino* sine quo nihil facere poterant, *cooperante*: hoc est, uirtutem operis ministrāte: *& sermonē confirmante, sequentibus signis*: ut in uirtute nominis Iesu Christi imperarēt omnibus creaturis & morbis. Nam ut prædicationis eorū doctrina credibilis fieret & firma, adhibita sunt signa & miracula: sermo. n. qui super natura & rationem est, non nisi signis confirmari potest. Vnde Greg. Præceptū obedictia sequitur, obedientiā signa comitantur. Sicut uerò tunc cōfirmata est prædicatio signis: ita nūc quemlibet prædicatorē sermonem confirmare oportet signis bonæ operationis. Vnde Theophilus: Sciendum autem est & hoc, ꝙ nunc sermo per opera confirmatur, sicut in Apostolis tunc opera confirmabāt sermonem sequentibus signis. Fiat autem ò Christe, ut nostri sermones quos de uirtute dicimus, per opera confirmentur & actus: ut tandē simus ꝑfecti te eo operante in omnibus uerbis & operibus: quia te decet sermonū & operū gloria, cùm sis uirtus Dei, & sapientia in secula seculorū. Hæc Theophilus. Et tūc impleta est prophetia quæ ait: *In omnē terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ uerba eorum*. Semina uit quidē igneus, ac sanctificus spiritus in Apostolorū corda sermones, & ut sapiens adinuentor duodecim tibias fidei in organo positas nouo flatu impleuit: diuersisq; spiritualibus currens in fistulis Apostolicis cunctis uerba diuinę uirtutis sparsit, omnes gentes delectabilem inuitauit ad sonū, & trinitatis prædicauit mysterium. Igitur effectus & fructus non modicus ex hoc subsecutus, ostēdit q̄ magnā uenerationē sit digna solennitas hodierna. Vnde Greg. Pensate fratres charissimi, post incarnationem unigeniti filij Dei, qualis sit hodierna solennitas de aduentu spiritussancti. Sicut. n. illa, ita quoq; & hæc est honorabilis. In illa quippe Deus in se permanēs suscepit hominem, in ista uerò homines uenientem desuper susceperunt Deum. In illa Deus naturaliter factus est homo: in ista homines facti sūt per a doptionem dij. Pensate quāta sit ista solennitas, habere in cordis hospitio aduentū Dei. Tergat ergo sordes praui operis: qui Deo præparat domum mentis. Hæc Greg. Et notandum ꝙ non statim post ascensionem, sed post decem dies misit Spiritum sanctum. Primò, ut Apostoli iciuniis & orationibus se aptos eius aduentui præpararent. Secundò, ꝙ hi Spiritum sanctum perciperent, qui decem præcepta explerēt. Misit autem quinquagesimo die à resurrectione: ut sicut populus Iudeorum post liberationem suam ab Aegypto, quinquagesimo die accepit legem timoris: ita populus fidelium post liberationem suam à mundo, quinquagesimo die acciperet legem amoris. In iubileo ēt, id est, in quinquagesimo anno recepit populus Iudæorum libertatem amissam & hæreditatem: ita hac die recepit populus Christianus libertatem amissam, & paradisi hæreditatem. Dies ergo Pentecostes erat apud

Mich. 7. Spirituali homini necessaria tūs plura.
Spiritussancti efficacia.
Psal. 18.
Pentecostes solemnitas.
Gregorius hom. 30. in euange.
Missio sancti Spiritus cur dilata.
Cur quinquagesimo die facta.
Iubileus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Legalia Pentecostes mysteria.

apud Iudæos celebris: quia tunc descendit Dominus super montẽ Sinai in flamma ignis, & cũctis audientibus dedit legem eis. Ita quinquagesimo die à Pascha Spiritussanctus in monte Sion, super discipulos in linguis ignciis descẽdit: & legem nouam gratiæ spiritualis eorum mentibus impressit. Vnde Beda: Hæc nimirum solennitas non tantum charismatibus consecrata est Euangelicis, uerùm etiam legalibus iam olim est præsignata mysteriis: ac Domino iubente per omnes annos sacris obseruata cerimoniis. Liberati quippe ab Aegyptiaca seruitute filij Israel, per immolationem agni paschalis exierunt in desertum, ut uenirent ad terram repromissionis: peruenerunt́q; ad montem Sinai: & descendens Dominus in igne super montem quinquagesima die paschæ peracta, legis decalogum eis disposuit: atque in memoriam datæ legis statuit eo die per annos singulos sacrificium sibi de frugibus eiusdem anni ad altare deferri: quæ autem sit agni paschalis immolatio, quæ Aegyptiacæ seruitutis absolutio, cunctis legentibus liquet: quia uidelicet pascha nostrum immolatus est Christus: & ipse uerus est agnus, qui abstulit peccata mundi: qui sui sanguinis precio nos à peccatorum seruitute redemit: suæ resurrectionis exemplo nobis spem uitæ & perpetuæ libertatis ostendit. Quinquagesimo ergo die post occisionem agni data est lex, descendente Domino super montem in igne: & quinquagesimo æquè die post resurrectionẽ nostri redemptoris, data est gratia Spiritussancti discipulis in cœnaculo constitutis. Et hic autem altitudo cœnaculi, & ibi cacumen montis sublimitatem præceptorum, & donorũ indicat cœlestium: & quia nemo infimis adhuc desideriis inhærens, uel diuinis obtemperare mandatis, uel supernis possit dignus existere donis. Hæc Beda. Sic ergo Spiritussancti missio fuit in legis datione præfigurata, & festum Pentecostes, quod modò peragitur ab Ecclesia, olim quasi figuraliter peragebatur à synagoga. Quinquagesima ergo die, postquam Iudæi de Aegypto exierunt, decem præcepta in monte Sinai à Domino receperũt: ita quinquagesima die postquam nos fuimus ab inferno liberati, receperunt discipuli gratiam Spiritussancti. Istud etiam præfiguratum fuit in superabundantia olei, quod datum est pauperculæ uiduæ per preces Helizei: qui misericordia mortus super pauperculam, impetrauit ei à Domino olei abundantiã. Per uiduam istam designatur Sancta Ecclesia, quæ ablato sponso suo Christo uidebatur tãquam uidua: sed Dominus misericordia motus dedit ei olei abundantiam: hoc est Spiritussancti gratiam, & linguarum intelligentiam. Istud miraculum de intelligentia linguarum, quasi per figuram Deus præmonstrauit in eo quòd in ædificatione turris Babel, diuersas linguas creauit. Tunc enim unam linguam in diuersas mutauit: modo unicuique intelligentiam omniũ illarum dedit. Nec miraculum istud nunc fecisset, si diuisionem linguarum tunc non præmisisset. Et sicut tunc per linguas confudit ædificantes: ita nunc per linguas confudit Iudæos: qui multum confusi fuerint, quando tam grande miraculum audiuerunt. In hac ergo solẽnitate laudemus totis uiribus Dominum: exultemus & lætemur in ea: quia inde fructũ non modicum, nos qui ad fidem uenimus, consecuti sumus. Nõ solũ autem hominibus gaudium in hac solennitate prouenit: sed & beatæ uirginis gaudium inde crementũ accepit. de qua Anselmus sic ait: Sed & gaudiorũ suorum magnitudo non nihil incremẽ-

Beda in hom.

Figura.

3. Reg. 17.

Genes. 11.

Exultatio nostra.

Exultatio Mariæ. Anselmus de excellentia B. Virginis.

ti accepit, cùm ueniente super discipulos Spiritu sancto, mox ad prædicationem illorum fidẽ filij sui tanta hominũ multitudo susc epit. Ibi namque excepto gaudio, quod de salute generis humani in istorũ conuersione concipiebat, intellexit filium suũ non fuisse gratis, id est frustra mortuũ: cùm tam efficaciter uidebat operari fidem mortis eius, etiã in eis qui actores illus extiterant. Genus humanum ad salutẽ uocari uidebat, cuius rei gratia filium de se incorporatũ, & in cruce passum antè intellexerat: quapropter lætabatur ꝙ spes, quam antè conceperat, iam in rem ueram transibat. Gaudebant & gaudent homines: quia quod amiserunt, centuplicati precij fœnore recipiunt: corruerunt serui, resurgunt fratres & filij. Hæc Anselmus. Et quamuis præcipuè & specialiter in solennitatibus, nihilominus tamen semper & omnibus omnibus Deum laudare debemus. Nam (ut dicit Gregorius) Mirum est, ꝙ homo semper Deum non laudat: quia quælibet creatura ad Deum laudãdum nos inuitat. Ad hoc autem nobis ualde est necessaria Spiritussancti gratia. Vnde Bernardus: Si quis torpet de Dei laude, certissimum habet in se experimentum, quòd non habet in se Spiritum sanctũ: quia ubi Spiritussanctus inhabitat, laudem Dei excitat. Inuocantes ergo Spiritum sanctum, semper laudemus Deum: ad hoc enim facti sumus, ut Deũ sine fine laudemus, sicut superni ciues semper Deũ laudant: & continuè ubi semper sunt dies lætitiæ, & nunquam deest solennitas, & gratiarum actio, & uox laudis. Scriptum est enim: *Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.* Hoc maximè ueri monachi faciunt, qui die ac nocte psallunt. Vnde Hieronymus: Monachi debent habere puritatem martyrum, siquidem & ipsi martyres sunt. Quòd enim faciunt angeli in cœlis, hoc monachi psallentes die ac nocte faciunt in terris. Hæc Hieronymus. Et maximè assimilat nos cœlestibus, quamuis adhuc ĩ terris peregrini simus. Vnde Bernardus: Nihil ita propriè quendam terris repræsentat cœlestis habitationis statum, sicut alacritas laudantium Deum, dicente scriptura: *Beati qui habitant in domo tua Domine: in secula seculorum laudabunt te.* Hæc Bernardus. Festinemus igitur & nos ingredi in illam requiem, ubi tanta superabundat indesinenter lætitia, & ad patriam nostram totis conatibus suspiremus. Mœsti in seculo, quia peregrinamur à Domino, qui enim non peregrinatur à corpore suo, peregrinatur à Domino. Multo autem melius est, dissolui à corpore, & adhærere Deo. Odiamus ergo huius miseri & putredi corporis nostri compagem, & ei curã in desiderijs non faciamus: quod hic nos detinet carceratos & peregrinos à tanto bono. quia secundum Apostolum, *Quandiu in hoc corpore sumus, peregrinamur à Domino*: dicamusque cum eodem Apostolo, *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Et iterum: *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Desideremus eius dissolutionem, & eam cõtinuè à Domino postulemus, quia per nos eam consequi non ualemus. Et interim saltem moriamur mundo, & põpis, ac concupiscentiis eius, & abstrahamus nos cor de forti & pseuerãti ab his rebus caducis, & à miseriis breuibus & leuibus harum rerum uisibiliũ solatiunculis, quæ animas nostras uitiis inficiunt, & uirtutes à nobis excludunt: quia secundum Gregorium, cõcupiscens uisibilia inuisibiles uirtutes amittit. Et secundùm Chrysost. Nulla res sic præpedit uirtutem, sicut uoluptas corporalis. Vnde & Leo Papa: Hoc maximè

Laudãdus Deus semper.

Bernardus sermone de dedicatione.

Psal. 83.

Hieronym. in Psal. 115.

Bernardus sermone de dedicatione. Psal. 83.

Cœlum desiderare.

Philip. 1. Roma. 7.

Chrysost. hom. de patre & duobus filijs. Leo sermone de ieiunio.

mè interiora hominis corrumpit, quod exteriora delectat, & tanto rationalis anima purgatior, quanto fuerit substantia carnis afflictior. Et breuiter (ut ait Augustinus) cætera creatura uilescat, ut solus creator in corde dulcescat. Nam secundùm Apostolum, *uanitati creatura subiecta est*, & ideo amatores suos facit uanos, & multos decipit incautos. O quàm fœlix, quẽ misera mundi uanitas non seduxit, quæ nunc præcipuè multis illudit. Vnde Chrysost. Semper quidem, sed nunc præcipuè competenter dicitur *uanitas uanitatum, & omnia uanitas.* Hunc uersiculum si saperent, qui in potentia uersantur, in parietibus omnibus & uestibus suis scriberẽt: in domo, in ianuis, in ingressibus, & ante omnia in conscientiis suis, ut semper eum oculis cernerent & corde sentirent. Quoniã quidẽ multæ sunt facies, multæ imagines falsæ, quæ decipiunt incautos. Istud oportet quotidie recitare carmen, & in prandiis, & in cœnis, & in omnium cõuentu unumquemq; proximo suo canere, à proximo suo libẽter audire: quia uanitas uanitatum est, & omnia uanitas. Hæc Chrysost. Amorem ergo rerum deficientium ad incorruptibilia transferamus, & ad sublimia uocati cœlestibus delectemur. Vt sancti gaudent, inde gaudeamus: horum diuitias concupiscentes, per bonam æmulationẽ ad ipsos tendamus. Cum quibus nobis fuerit consortium deuotionis, erit & communio dignitatis. Mẽtem nostram semper in cœlis habeamus, & ad Dominum multipariè nos uocantem toto corde, & desiderio tendamus. Quia (ut ait Augustinus) *Exultauit ut gigas ad currendam uiam*: non enim tardauit, sed cucurrit clamãs dictis, factis, morte, uita, descensu, ascensu, ut redeamus ad eum: & discesserit ab oculis, ut redeamus ad cor, & inueniamus eum. Ad ipsum quoq; aspicientes, & cũ semper in corde retinentes, pugnemus uiriliter: quia tota hæc præsens uita militia est, ac cõflictus, & pugna. Nã prospera & aduersa, feruor & tepiditas, refectio & inædia, sopor & uigilia, solicitudo & pigritia, fletus & lætitia, quies & labor, salus & infirmitas, afflictio & uoluptas, & quæcunq; in hoc mundo sunt pugnant contra nos, & insidiantur nobis. Et quia nũquam deest aduersarius nobis insidiando, sit semper paratus noster animus resistendo: quia certamen nostrum breue est, præmium uerò æternum. Nec unquam à pugna cessemus, quia quãtumcunq; uicerimus, semper tamẽ restat quod uincamus. Vnde Leo Papa: Donet licèt sanctis suis quotidianam gratia diuina uictoriã, non aufert tamen dimicãdi materiam: quia & hoc ipsum de misericordia protegentis est, qui naturæ mutabili, ne de confecto prælio superbiret, semper uoluit superesse quod uinceret. Vnde & Chrysost. Sancti & si à carne uinci non possunt, quasi iam spirituales: tamen percuti possunt, quasi adhuc carnales. Hæc Chrysost. Igitur quicquid delectamenti, uel cruciatus transitorij occurrit: statim hoc tanquam præteritum reputemus, & ad id quod semper manet mentis oculos dirigamus. Nam omnia quæ in mundo sunt, uelut umbra uel uociter transeunt: ita ut præterita sunt, nec fuisse putentur. Et ideo momẽtaneũ est, & citò trãsit quod hîc delectat & cruciat, sed æternũ est & sine fine manet, quod ibi cruciat, uel delectat. Nec tamẽ digna facere, uel pati hîc possumus ad ea quæ ibi consequi, uel euadere speramus. Vnde Bern. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad peccata quæ cõmisimus, ad beneficia quæ accepimus, ad pœnas inferni quas euasimus, ad præmia æterna quę expectamus. Hæc Bernardus. Tanta quip

Roma. 8.

Chrysostom. sermone in Entropiũ. to. 5. Eccle. 1.

Amandus ualestin.

Augusti. in Psal 18. Psal. 18.

Bernardus sermone de conuersione ad clericos cap. 30. Gloria cœlestis præeminentia.

Aduersarius non deest.

Leo sermone de ieiunio.

pe est præeminẽtia æternæ gloriæ, ad tẽporales & trãsitorias passiones, vt diligẽs perspector deberet potius eligere multis annis in fornace ignis ardẽtis uelle torqueri, & multa mala pati, quàm minimo præmio in futuro sibi reseruato uelle priuari: quia labor est cũ fine, & merces sine fine. Vnde Augustinus. O anima mea, si quotidie oporteret nos pati tormẽta, & perferre pœnas, si ipsam gehennã longo tempore tolerare, ut Christum in gloria sua possemus uidere, & sanctis eius associari: nonne esset dignum pati omne quod triste est, ut tãti boni tantæq; gloriæ participes haberemur? Insidientur ergo dæmones, parent suas tentationes, frangant corpus ieiunia, premant uestimenta, labores grauẽt, uigiliæ exiccent, inclamet me iste, inquietet me ille, frigus incuruet, conscientia murmuret, calor urat, caput doleat, pectus ardeat, in fletur stomachus, pallescat uultus, infirmer totus: deficiat in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus, in grediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat: ut requiscã in die tribulationis, & ascendã ad populum accinctum nostrum. Vnde & Chrysost. Omnia agamus, ut non à gloria excidamus. Nequaquam enim difficile, si uoluerimus: nequaquã onerosum, si attenderimus. *Si enim sustinuerimus, & conregnabimus.* Quid est si sustinuerimus? Si tribulationes ferimus, si persecutiones, si arctam ambulauerimus uiã: arcta enim uia est & laboriosa, optione uerò nostra leuior fit spe futurorum. Transponamus igitur oculos in cœlũ, & semper illa imaginemur & uideamus. Si enim in illis semper cõseruabimur, non à uoluptuosis, quæ hîc sunt, patiemur quid, neque tristia ut gravia portabimus: hæc & his similia deridebimus, & nihil neque nos subiicere, neq; eleuare poterit, solum si desiderium illuc tenderimus, si ad amorem illum aspiciemus. Et quid dico? quoniam nõ doiebimus in præsentibus uersutiis. Neque enim uidere ea putabimus de reliquo, tale enim est amor spiritualis. Eos deniq; qui non præsentes sunt nobiscum, sed absunt, diliguntur autem: secundum unamquanq; imaginamur diem, magna enim amoris tyrannis, ab omnibus enim desistit, & ei qui diligitur alligat animam. Si ita Christum amauerimus, omnia quæ hic sunt umbra, omnia imago uidebuntur & somnium. Et dicemus & nos: *Quis nos separauit ab amore Christi? tribulatio, uel arctatio?* Non dixit, pecuniæ, uel deuitiæ, uel pulchritudo: hæc enim ualde uilia & derisibilia, sed quæ uidebantur esse grauia, posuit: fames, persecutiones, mortes: deindè ille quidem & hæc, ut nihil existentia expuit. Hæc igitur omnia excogitantes, & uoluptatẽ uoluptati comparantes, eligamus quæ meliora sunt, ut & futuris fruamur bonis. Hæc Chrysostomus.

Augusti. in speculo.

Chrysostom. hom. 63. ad popul. Antioch. 2. Timo. 2.

Roma. 8.

ORATIO.

IESV largitor donorum omnium, qui in ignis specie super discipulos tuos misisti Spiritum sãctum: precor & obsecro piissime, ut hæc dona quæ discipuli tui de tua sumpserũt largitate, licet indignus sumam ad salutem meam, te largiente, & mitte super nos seruos tuos spiritum tuæ charitatis, dilectionis, & pacis: qui corda nostra uisitet, à uitiis purget, uirtutibus illustret, in uinculo dilectionis astringat, lumine tuæ cognitionis illustret, & ardore tuæ dilectionis inflammet, condona nobis peccata, & dona uitam æternam. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De laude diuina. Cap. LXXXV.



Laudis diuinæ commendatio.

ET quia dictum est de laude diuina, quæ semper Deum laudare debemus: idcirco consequenter de ea aliquantulum latius uideamus. Immensa quippe creatoris, & conditoris tui beneficia, quæ tibi ô anima mea ab eo, cũ te ex nihilo creauit & condidit, collata sunt, ad debitum continuę dilectionis, ac gratiarum actionis & laudis iugiter reddendum te astringũt. Ad hoc enim cùm non esses, sola & gratuita bonitate illius creata, & ad similitudinem Dei facta es, ut cum diligendum semper & sine fine collaudes. Vnde Anselmus: Euigila anima mea, euigila: adhære diuinis bonis, intẽde sempiternis, temporalibus derelictis. Considera in ipso creationis exordio, quid sublimitatis, quid dignitatis conditor tibi contulerit, & perpende quo amore qua ueneratione colẽdus sit. Certè cùm uniuersitatẽ rerum uisibilium & inuisibilium, creans & ordinans humanam naturam facere dispositisset: summo consilio de tuæ conditionis dignitate tractauit: utpote quã cæteris creaturis, quæ in mundo sunt altius honorare disposuit. Vide igitur sublimitatem tuæ creationis, & retracta debitum reddẽdi amoris. Faciamus (ait Deus) hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Attẽde igitur diligenter quid sit, ad imaginem & similitudinẽ Dei te esse creatã. Agnosce aliud esse similitudinẽ, aliud imaginem. uerbi gratia: Potest habere similitudinem quandam cum homine equus, bos, & cæteræ similes creaturæ, imaginem uerò hominis non habet, nisi alter homo. Manducat homo, manducat & equus. Ecce quædam similitudo, ac communis inter naturas diuersas: imaginum uerò hominis non imitatur, nisi alter homo eiusdem naturæ cuius imago est. Dignior igitur est imago, quàm similitudo. Similitudinem itaq; ad Deum, hoc modo habere poterimus, si eum esse bonum cõsiderãtes, nos boni esse studuerimus, si eum iustum esse cognoscentes, nos iusti esse contendamus: si misericordiam contemplantes, nos misericordiæ operam demus. Quo modo autem ad imaginem suam, attende. Deus semper meminit sui, intelligit se, amat se. Et tu ergo si pro modulo tuo infatigabiliter memor fueris Dei, intellexeris Deum, amaueris Deũ: eris ad imaginem eius, quia hoc facere niteris, quod semper facit Deus. Ad memorandum & intelligendum atque amandum summum bonum, totum debet homo referre quod uiuit. Ad hoc omnis cogitatio, omnis uoluntas cordis retorqueatur, arceatur, confirmetur, ut infatigabili affectus sis memor Dei: intelligas Deum, ames Deum, & tuæ creationis dignitatem: quia ad imaginem Dei creata es saluberrimè exprimis. Vt quid te Deus tam præclaro conditionis priuilegio sublimaret, nisi te suis laudibus indesinenter intendere uellet? Ad laudandum igitur conditorem tuum creata es, ut eius laudibus uacans, & hic iustitiæ meritò in illum semper proficeas, & in futuro beatè uiuas: laus enim eius & hîc iustitiam, & ibi beatitudinem tribuit. Sed si laudas, ex toto corde lauda, diligendo lauda. Hæc est enim sanctis laudandi proposita regula: de omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit Deum qui fecit illum. Lauda ergo ex toto corde, lauda, & quẽ laudas dilige: quia ad hoc facta es, ut laudes & diligas. Laudat namque, sed ex toto corde non laudat, quem ad benedicendum Deum prospera demulcent, sed à benedicendi mune re aduersa restringunt. Laudat quoque, sed non diligit: qui in Dei laudibus aliud quàm ipsum laudãndo requirit. Lauda igitur, & dignè lauda. ut nulla in te cura, nulla intentio, nulla cogitatio, nulla solicitudo mentis, in quantum tibi uirtus suppetit, à laude Dei sit uacua. Ab eius laude nulla te huius uitæ prosperitas reuocet: nulla compescat aduersitas. Sic enim ex toto corde laudabis Dominum. Sed cùm ex toto corde eum laudaueris, & diligens lauda, nil aliud ab eo quàm ipsum expetens, ut ipse sit finis desiderij tui, ipse præmium laboris, ipse solatium huius umbratilis uitæ, ipse possessio illius beatæ uitæ. Ad hoc itaq; facta es, ut eum sine fine collaudes: quod tunc utique intelliges plenius, cùm eius beata uisione sublimata: uidebis te sola & gratuita bonitate illius, cũ non esses, de nihilo tam beatam, & ad tam ineffabilẽ beatitudinem creatam, uocatam, iustificatam, glorificatam. Talis namque contemplatio infatigabilẽ tibi amorẽ dabit eum sine fine laudandi, ex quo, & per quem, & in quo tantis, & tam immutabilibus bonis te beatificatam gaudebis. Hæc Anselmus. Non solum autem hæc præmissa, sed maxima quoque redemptoris & Saluatoris tui beneficia, quibus te cùm perdita esses redemit & saluauit, ac multipharièmultisque modis uisitauit & sublimauit, ad laudandum Deum te prouocant multipliciter, & obligant. Exercere ergo te in laude diuina: quia ad hoc tibi membra sunt data, ut Deo laudes canas, & gratias ei referas. Vnde Chrysostomus Nam & oculos, & os, & auditum propterea in nobis posuit Deus, ut omnia ipsi membra seruirent, ut quæ ipsius sunt audiamus, quæ ipsius sunt loquamur, quæ ipsius sunt operemur: eique laudes canamus assiduas, & gratias per cuncta referamus, per quæ hæc omnia conscientiæ nostræ secreta mundemus. Hæc Chrysostomus. Vt autem melius in laude diuina te ualeas exercere, prius humilia te Deo ualde: & dic ex intimis præcordijs tuis humiliter & deuotè: O pater misericordiarũ, scio & uerè cognosco, quòd me peccatorem miserum magis deceret coram te iacere prostratum, & cum fletu ac gemitu peccatorum ueniam flagitare, quàm te ore polluto laudare. Sed tamen de tua piissima bonitate, & ingenita dulcedine, omnibusque mortalibus promulgata uirtute confisus, te laudare cupio ex initimis præcordiis: obsecrãs uiscera miserationũ tuarum, ut me uermem immundũ, canem mortuũ, & cadauer putridũ nõ despicias, Domine Deus meus. Nempe uirtutes cœlorũ te condignè laudare nequeũt: quantominus homo fragilis, putredo & vermis? Bonorum quidem meorum non indiges. sed tuam superexcellentem bonitatem tanto nobis manifestam facis, quanto infirmitatibus nostris magis miserando condescendis, & gratiam gratis ex sola liberalitate largiris. Vmbrã quidem nititur apprehendere, & sequitur uentum, qui se ex digno laudare te existimat. Impossibile attentat, qui te ad plenum laudare laborat. Nec tamen ideo à laude cessandum est, sed mihi pariterque omnibus creaturis laudare conuenit suum creatorẽ: quia nulla creatura est, quæ opificem suum non laudet, uel saltem laudabilem reddat. Non ignoro dictum propheticum: quia uidelicet rectos decet collaudatio, & qui non est speciosa laus in ore peccatoris, & ideo uæ mihi quia quid dicam non habeo, aut quid rñdebo mihi cùm ipse fecerim? Si.n. iustificare me uoluero, os meum cõdemnabit me. Sed nunquid ideo te non laudabo: quia immundum me esse cognosco? Nonne & uermes, & ranæ immundæ, ex putredine generatæ, coaxitantes in plaudibus, te suum creatorem laudare cupiunt, prout sciunt & possunt? Nam & si uelut alaudula & philomena dulciter cantare nesciũt, sed nec uelut homo rationalis te cognoscere possunt: saltem hoc faciunt, quòd te cognoscẽtibus materiam tuæ laudis tribuunt. O utinam cuncta suauia instrumẽta musicalia, cœlestes quoq; harmoniæ, ac terrestres melodiæ de corde suo sursum procederent, & condignas laudes tam dulciter personarent, ut oculis diuinæ maiestatis tuæ gratę fierent: ac totam cęlestem curiam, nouo quodam & ineffabili gaudio lætificarent. Sed quid dicam? Memetipsum Domine tua laude indignum esse cognosco: quãobrem precor, ut saltem cæteræ creaturæ nobilitate prę claræ imperfectum meum dignentur supplere. Igitur opto, & ex toto corde desidero, ut orbes planetarum, ac cœlum sydereum, lympidissimo lumine radiosum florifera quoque germina, uernali decore cõspicua, pulchrisque coloribus adornata: nec non & omnia ignitæ charitatis desideria, de cordibus te uehementissimo amore diligentium procedẽtia, te laudent & benedicant in secula. Optarem etiam ex intimis pręcordijs meis, ut si iuuentus celerius consummata, annositatem Mathusalem coæquasset, cp unusquisque annus, tam longæui temporis prædicti, & unusquisque mensis annorum eorundem, & unaquæque hebdomada horum mẽsium, & quilibet dies hebdomadarum, & quælibet hora ipsorum dierum, & quodlibet minutum horarum prædicti temporis, te ex persona mea collaudarẽt. tam deuotè & affectuosè, quantum unquam aliquis de numero beatorum Spirituum in splendoribus sanctorum te laudare in tanta duratione potuisset: ac si hæc omnia in propria persona cõpleuissem, & cp huius laudis frequens innouatio, in sua infinitate omnes excederet species numerorum. Quid plura? Fac de me hoc quod tibi placuerit, quia quandiu est halitus in naribus meis, à tuæ laudis præconiis non cessabo. Sed & cũ uirtus lo quendi mortis hora defecerit, & meũ Iesum amplius præ debilitate proferre non ualebo: peto ut saltẽ nutus oculorum, uel extensio digitorum sit innouatio & confirmatio omnium desiderabiliũ affectuum & uerborum atque operum præteritorum & futurorũ, quæ usque ad extremum iudicij diem tibi cum deuotõ famulatu offerre uellem, si tandiu uiuere possem. Insuper dilecte hoc adiicio, desiderãs corde affectuoso, ut quando corpus meum fuerit in puluereis minutissimos redactum, & lapide clausum, quòd de qualibet particula minutissima uox amœna laudis & gloriæ tuæ exurgat: quæ durissimum lapidem penetrans, cœlorum altitudinem transcendat, & usque ad extremã iudicij diem uiuæ laudis præconium extollat: donec in resurrectione beata corpus & anima pariter unita, in tuæ laudis glorificatione æternaliter copulentur. Sane quandiu adhuc sum in hoc corporis ergastulo, à laude tua non tacebo. Nimirum uidemus quòd plerumque inter dulcissimas nemoris auiculas, & cintinnantes philomenas, corui quoque crocitantes assunt, in hoc eodem modico quod acceperunt creatori suo subseruientes. Sic & ego peccator cùm sim, cantum ad manus habeo peccatorum, & prout possum, Deum meum per ipsum laudo & glorifico in æternum. Siquidem aliud de Deo dulcis canere nescio: nisi hoc uidelicet, quoniam suauis est Dominus uniuersis, & quòd misericordia eius, super omnia opera eius. O Deus meus, misericordia mea. In hoc lætatur anima mea, exhilaratur conscientia, & gaudio immenso irrigantur omnia ossa mea. Hoc suaue canticum anima mea usque in seculum, inter spirituale genus auium cum læto corde dulci canit carmine. Quotiens cunque etenim mẽte reuoluo, qualis aliqñ fui: qualia discrimina euasi, à quantis periculis me protexisti, & à quibus malis me eripuisti, dirupisti uincula mea: sanasti uulnera putrida, & laqueos periculosos contriuisti, & me dulciter ac paternè liberasti. Cùm hæc (inquam) & similia bona à te mihi exhibita pertracto, mirum est quòd in horũ omnium affectuosa recordatione meipsum prę amore portare ualeo, ardentissimis siquidẽ amoris ignibus incandesco. O Deus meus quandiu peccatorem tibi recalcitrantem, patienter expectasti: quotiẽs & quàm paternè, nunc quidem dulciter nunc uerò durè me admonuisti, nescientem in benedictionibus dulcedinis præuenisti: filio prodigo & peccatis prægrauata, ac gratiis nudato: in occursum ueniens paternè occurristi, ab iterante uias prauas misericordẽ faciem non auertisti, sed semper & ubique pius & misericors fuisti? Et quòd his omnibus maius est, cp his omnibus bonis tam multiplicibus ingratus semper extiti, nec tu summa bonitas, propter hoc destitisti, donec tandẽ me dulciter ad te traxisti. Ah summa & inæstimabilis pietas: nũquid in his omnibus meipsũ à laude cõtinere potero? Nequaquã, Deus meus, misericordia mea, pro his oĩbus & alijs innumeris beneficijs opto & desidero, ut talis tanquã iocunda laudatio sit tibi ex me, qualis fuit beatorũ spiritũ laus, tũc cũ in primo aspectu tuę diuinissimę maiestatis gaudebant sẽ æternaliter in tua laude cõfirmatos: malos uerò à te sine fine detrusos. Itemq; tã magna tamq; iocunda sit illa laudatio, quanta est animarũ sanctarum, cùm à carcere purgatorij ereptæ vultui gloriæ tuæ primò præsentantur, ut tuam iocundam faciem intueantur, & quanta erit laus in plateis cœlestis Hierusalem post finalem omnium resurrectionem quando electi à malis segregati Deum iocundo corde laudabunt, ac de sua saluatione æternaliter gloriabuntur. O amantissima sapientia, bonitas immensa, te prę cor ut omni mane diluculò cùm ad te surrexero, & oculos aperuero, simul quoque cor meum in tua laude aperiatur, ac quodam lucifero splendore, & flam meo ardore laudis tuæ facula immensa ex eo simul exurgat. Et peto ut hæc laus tam blandè & suauiter resonet in corde tuo paterno, sicut sonare consueuit suo modo omnium citharædorum, ac musicalium instrumentorum suauis modulatio in cor-

Laudando Deo creati sumus.

Regnũ sanctorum. Eccle. 47.

Psal. 32. Eccle. 15.

Chryso. in Psal. 143.

Humilian dus, qui Deum laudat. Humiliandi forma.

Anselmus in medita.

Gene. 1. Similitudo & imago Dei.

Officiũ hominis.

Auicula laudis.

Psal. 14.

Oẽs creaturas Deũ laudare optat.

Universidad de Deusto Biblioteca

de iocundo, ſtatu iuuentutis florido. Et in hac laudis facula ſimul aſcendat tuę laudis tam odorifera fumi uirgola: tam gratioſa, ac ſi eſſet compoſita ex omnibus aromatibus myrrhæ & thuris, & uniuerſis pulueris pigmentarij: tam ſpecioſa, ſicut cùm uernali tẽpore flores herbarum pullulant in campis, coloribus pulchris, & arbores ſtant frondibus ornatis, gratis odoribus. Sitque laudis huius facula, tam amoroſa & delicioſa, ut in ea oculi tui delectabiliter ferantur: totaque cœleſtis aula reſultet, & hęc iugiter, ſine intermiſsione, feruidiſsimo æſtu, & rapidiſsimo colore tui amoris exurgat: ex corde, per deuotam meditationem: ex labiis, per feruidam locutionem, & ex omnibus operibus meis, per ſanctam ac cœleſtẽ conuerſationem. Et hæc laudis facula ſua uirtute omnes inimicos repellat, gratiam augeat, finem beatum obtineat, & gloriam æternæ beatitudinis acquirat, ut finis huius temporalis laudis, ſit initium æternæ laudis patriæ cœleſtis. Vt autem ad Dei laudem magis prouoceris, abſtrahe quæſo mentem tuam à terrenis, & leua eam ad cœleſtia toto conatu quo poteris: ac conſidera quomodo illius cęleſtis curiæ ciues delectantur, iubilant, & exultant in Deo continuè: ſingulorumque gaudia rememorans, tandem prout poteris, & permitteris, ipſis lætantibus & iubilantibus te ingere: & immiſce. Exclama ergo corde toto, & dic ex intimis cũ Anſelmo: Deus meus, quid melius, quid amabilius te æſtimaui ſuper terram, ut abſtraherem cor meum à te, ad concupiſcendum quicquam in mundo abſque te? Cur amaui? quare concupiui in omni uita mea quicquam, præter te Ieſum Deum meum? Quare diſtuli? cùr intermiſi ullo tempore te Ieſu uerſare in corde, te tota mente amplecti & delectari in tua dulcedine? Cur non omnia deſideria mea ad te conuerti? quò abieruut, quando te ſolùm non adierunt, omnia interiora Spiritus mei? Vbi eram, quando tecum mente non eram? Quo defluxerunt, quando non te ſolùm habuerunt deſideria mea? Iam ex hoc, nunc omnia deſideria mea incaleſcite & affluite in Dominum Ieſum: currite, quia ſatis hactenus tardaſti: properate, quò pergitis: quærite, quem quæritis: Ieſum quæritis Nazarenum, crucifixũ. Aſcendit in cœlum, non eſt hîc. Amantiſsimus Domini habitat confidenter, & flagellum non appropinquabit tabernaculo eius. Super altitudinem cęlorum, ſuper omnem excellentiam angelorũ, propria uirtute aſcẽdit: ſuper ſolium ſingularis gloriæ, in dextera patris tui, coæternus & conſubſtantialis ſedet, & diuino amictus lumine, coronatus gloria & honore, ut decet unigenitũ Dei, ſerenus in lætitia, plenus omnipotentatu, Dominus in cœlo & in terra. Ibi adorãt eum omnes angeli Domini, & uniuerſa multitudo ciuium cœleſtis Sion. In ipſo unanimiter lætãtur omniũ corda, in eius deſiderabili facie paſcũtur omnium oculi beatorũ: in ipſum undiq; confluunt deſideria omnium ſanctorum. Ipſi iubilat, ipſi applaudit, ipſum magnificat tota uranica ciuitas glorioſa, per omnem modũ in ſplendoribus eius. Exulta & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael. Per ipſum centena decies millies milliena aſsiſtunt in ſanctuario uranici tẽpli, intendentes uultum maieſtatis claro & inflexibili uiſu: ac perſonãtes harmoniam inceſſabilis hymni, in gloriam trinæ & ſimplæ diuinitatis. Per ipſum milia milium ad complenda patris myſteria alacri diſcurſu iugiter meant inter cœlũ & terram, quaſi apes negocioſæ inter aluearia & flores, diſponentes omnia ſuauiter: populus ac-

Facula laudis.

Anſelmus in meditationibus.

Pſal. 90.

A cinctus, neſciens labem, uel inobediẽtiæ moram. Per hos quippe ſumma noſtræ ſalutis adminiſtrãtur negocia, ſummaque ſuperni conſilij ad nos deferuntur arcana: per hos ſanitates mortalium procreantur, per hos conſiſtunt regna, & imperia mundi. Inter quos præcipuum nouimus Michaelem ſigniferum nobilẽ cœli ciuem, qui ſtat pro acie Dei uiuentis, extendẽs romphæam propugnationis, ac uoce terrifica intonans, quis ut Deus, ſuper eos qui ex aduerſo ſunt. Exultate in nobili filio ueſtro uos illuſtres Patriarchæ: quia impleta eſt in eo oĩs expectatio ueſtra, & ipſe ſublimis eſt ualde, & benedicentur in ipſo ueſtro uidelicet ſemine omnes gentes: ſic enim pollicitus eſt ſermo diuinus. Gaudete in Ieſu propheta magno B uos prophetæ uiri ueraces: quia mirificè & glorioſè impleta uidetis omnia, quę de ipſo annunciaſti in Spiritu ſancto, & fideles inuenti eſtis per ipſum in cunctis ſermonibus ueſtris. Gaudete in Dño Ieſu meo magiſtro ueſtro, uos incliti proceres cœli beati Apoſtoli: gaudete in Chriſto ipſo, & iterum dico gaudete cum Chriſto familiari lætitia. Ecce enim quem uidiſti in medio ueſtri eſurientem, & ſitientem, fatigatum, & his ſimilia carnis infirma tolerantem, ab omnibus reprobari, & cum ſceleratis reputati: quomodo uicit, quomodo regnat, quomodo ei omnia ſub pedibus ſunt: quàm glorioſus in ſuo diuino lumine C fulget, & ſui gaudij ſuæque ineffabilis gloriæ nunc uos ſocios habet, qui olim permanſiſti cum ipſo in tentationibus ſuis, & uexationum eius conſortes fuiſtis. Adorate nunc dulcia illa genua, quæ ſe curuaue runt ante uos uſque ad terram, ſedentibus vobis ad ſacratiſsimam cœnam. Adorate nunc ſacroſanctas illas manus, quibus puluerem pedum ueſtrorum rex regnũ lauare; & extergere dignatus eſt. Gaudete in Ieſu principe militiæ ueſtræ uos martyres glorioſi, quia ipſum pro quo tradidiſtis in mortem animas ueſtras, ipſum (inquam) Ieſum filium Dei poſsidetis, præmium certaminis ueſtris. Gaudete in Ieſu, ſummo doctore ueritatis, ò uenerendi cõfeſſores & doctores: quia quem olim doctrinis ſacris, & operibus D iuſtis confeſsi eſtis coram hominibus, nunc confitetur uos coram patre ſuo, & ſancti angelis eius. Gaudete in Ieſu uirgine, & uirginum ſanctificatore uos paradiſicolæ uirgines, uos angelis ſimiles: quia ecce quem amaſtis, quem optaſtis, quem ardentibus deſideriis expetiſtis: pro cuius amore terrenos ſponſos, & omnem ornatum ſeculi contempſiſtis, ſummi regis filium nunc uidetis, nunc tenetis, nunc in eius caſtis amplexibus quieſcitis, & diuelli à uobis nulla inſidiatoris fraudulentia poteſt. Verùm autem inter omnes cœlicolas uberrimum tibi gaudium ſit ò Maria uirginum uirgo ſingularis: roſa cœlicæ amœnitatis prælucidum ſidus, inter primæuas lucernas diui- E ni luminis ſuſceptiuas, in Ieſu tuo dulciſsimo filio, ſola præ omnibus gaude gaudio magno: quia quem ut hominẽ perperiſti, & propriis uberibus enutriſti: ipſum cum angelis & uniuerſis ciuibus cœli adoras, ut Deum uiuum & uerũ. Gaude fœlix mater: quia quẽ uidiſti in ligno crucis pendentem, uides in cœlo regnantem cum gloria magna: uides omnem altitudinem cœleſtium, terreſtrium, & infernorum maieſtati eius inclinatam, & omne robur inimicorũ eius attritũ. Gaudia gaudiorum ſint tibi omnis pulchritudo ſanctorum. Beata Hieruſalẽ mater noſtra, quę ſurſum es, feſtiuitatẽ age lætabundam, & indificientem in uiſione pacifica tui Ieſu, libertatis tui authoris. Et tu nunc rurſum eleuare anima mea, quali potes

co-

Adoranda membra Chriſti.

A cõnatu, & ſacris te ingere milibus lætantium in Domino Ieſu. Illuc fidei & ſpei uehiculo perge, ibi per charitatis ardorẽ cõuerſare, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. Intende mentis oculum in lumine uultus eius, luſtra ac deoſculare gratulabunda deuotione ſingula loca fœlicium plagarũ eius: de quibus egreſsi ſunt precioſi illi liquores ſanguinis ſacri, quo te appreciauit unigenitus Dei, & ſanctificauit in uitam æternam. Hæc Anſelmus.

ORATIO.

GRATIAS *& laudes tibi ago Domine Deus meus, miſericordia mea qui me dignatus es creare & redimere, atque ad tui cognitionem perducere, & per ſacri baptiſmatis ablutionem inter filios adoptionis aggregare. Te laudo, te glorifico, qui me ſæpe per multa defluentem uitia ad emendationem expectaſti: ac de tribulationibus & periculis multis liberaſti, tibi gratias ago pro inceptis in me gratiæ tuæ donis, quæ deprecor ut miſericorditer perficias, meque in uiam ſalutis æternæ dirigas, & ad tuam uiſionem fœliciter perducas. Amen.*

De aſſumptione, & laude beatæ Virginis. Cap. LXXXVI.



PERMANSIT autem beata uirgo, quãdiu uixit, in mõte Sion prædicto: ubi eſt cella in qua poſt aſcẽſionem filij ſui morabatur orationi uacando, & ea quæ cognouerat reuoluendo. Eſt etiam ibi alia cella beati Ioannis Euangeliſtæ, quæ fuit prima eccleſia mundi: in qua celebrauit primam miſſam in conſpectu beatæ uirginis: & quandiu ipſa uixit poſt aſcenſionem filij. Quo quidem tempore quantis doloris & amoris ardoribus æſtuauerit, teſtatur Hieronymus, qui de ea ſic ait: Cæterum rogo cogitate attẽtius, & E perpendite diligentius, quibus afficiebatur beata & intemerata uirgo doloribus, poſt Chriſti aſcenſum ad cœlos, expletis omnibus quæ de ipſo erant ab angelis prædicata, & à prophetis multifariè multiſque modis præſignata: diuinis declarata oraculis uirtutibus exhibita, & quæ humanitatis ſunt oſtenſa præſagijs. Quæſo, ſi qua ſunt in uobis uiſcera pietatis, cõſiderate quo cruciabatur amore: quove deſiderio æſtuauit hæc uirgo, dum reuolueret animo cuncta quæ audierat, quæ uiderat, quæ cognouerat. Puto quòd quicquid cordis eſt, quicquid mentis, quicquid uirtutis humanæ, ſi totum adhibeas, non ſufficiet ut cogitare ualeas, quanto indeſinenter cruciabatur ardore pij amoris: quantis mouebatur uotis, repleta Spirituſancto: quantis cœleſtium ſecretorum tranſportabatur incitamentis. Fortaſſe ergo prę nimio amore in loco quo ſepultus dicitur, interdum eam habitaſſe credimus, quatenus piis paſceretur internus amor obtutibus. Sic namque locus medius eſt hincinde conſtitutus, ut adire poſſet eius aſcẽſionis ueſtigia, & locum ſepulturæ ac reſurrectionis, ſeu omnia in quibus paſſus eſt, loca inuiſere, non quòd iam uiuentem quæreret cum mortuis: ſed ut ſuis ſolaretur aſpectibus. Et ideo quàm ſæpe locorum recreabatur uiſitationibus, & quem genuerat fideli Spiritu, mentis complexabatur amplexibus. B Et iterum quàm ſanè angelus Grabriel intactam cuſtodiuit, & Ioannes uirgo uirginem ſeruauit, ſuiſque deſeruiuit obſequijs: non quòd eximius ille ſanctorum chorus Apoſtolorum eam deſeruerit, inter quos poſt reſurrectionem intrans & exiens, familiarius contulit de Chriſti incarnatione: & ad exẽplum humanæ uitæ conuerſatio eius poſt aſcenſionem Chriſti generaliter cum Apoſtolis fuit, quouſque diſperſi ſunt. Hæc Hieronymus. Eſt autem in monte Sion magna & deuota Eccleſia, in qua ſolebant eſſe cum Abbate canonici regulares, ſecundum regulam beati Auguſtini Domino ſeruientes: intra quam eſt cella in qua habitauit beata uirgo die- C bus uitæ ſuæ poſt aſcenſionem filij ſui: & prope illam cellam eſt & alia cella, in qua migrauit ad cęlum, per angelos aſſumpta. Cuius dormitioni omnes Apoſtoli dicuntur interfuiſſe, & in uallis Ioſaphat medio eam ſepeliſſe. Ibi enim ſepulchrum eius multum uenerabile; oſtenditur quod in maxima reuerentia etiam apud Sarracenos habetur. Hæc autem uallis, licèt adhuc ſit ualde profunda, multum tamen eſt impleta. Sepulchrum enim uirginis glorioſæ, tunc erat in ſuperficie ipſius uallis, nunc eſt longè ſub terra, in tantum quòd etiam Eccleſia eiuſdem, cùm ſit ualde alta, & teſtudinata, cum ipſo ſepulcro penitus ſit ſub terra, & uallis deſuper tota plana. In ſuperficie tamen uallis eſt ædificium modicum, quaſi unius D capellæ: quod poſtquam quis intrauerit, deſcenditur per gradus quinquaginta in Eccleſiam ad ſepulchrum, ubi eſt pulcherrimum altare marmoreum & cripta, ac deſuper ædificata Eccleſia pulcherrima rotunda, & tabulatu lapideo diſcreta in honore ipſius beatæ uirginis dedicata: cuius in ſuperioribus quatuor habentur altaria, & in inferioribus unum in Orientali plaga: & ad dexteram monumentum uacuum cernitur: in quo ſancta Maria aliquando pauſaſſe dicitur, ſed à quo uel quando ſit ablata, neſcitur. Hanc Eccleſiam intrantes, uident ad dexteram inſertam parieti petram, in qua Dominus nocte, qua tradebatur orauit ueſtigiis genuum, quaſi ceræ molli impreſsis. Et ſolebant in ea eſſe monachi nigri E cum Abbate, ſecundum regulam beati Benedicti Domino ſeruientes. Sed quo ordine beata uirgo hinc ad ſuperna tranſierit regna, nulla catholica narrat hiſtoria. Nec inuenitur apud Latinos aliquis tractatorum de eius morte aliquid apertè dixiſſe, cum nec ipſe qui hanc ante crucem Domini accepit in ſuam, ideſt Ioannes Euangeliſta, de hoc poſteris aliquid retinẽdũ ſcriptis legitur mandaſſe. Nullus enim hoc fidelius narrare potuit, ſi illud Deus manifeſtare uoluiſſet, quàm ille utiq; qui hanc nutriendam ſuſcepit. Reſtat ergo, ut homo mendaciter nõ fingat apertum, quod Deus uoluit manere occul-

tum.

Mariæ uacatio.

Hierony. ſermone de aſſumptione, to. 4.

Cella Mariæ.

Vallis Ioſaphat.

Hierony. ſermone de aſſumptione B. Mariæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eum. Vnde Hieronymus: Monstratur autem sepulchrum eius cernentibus nobis, usque ad præsens in uallis Iosaphat medio: quæ uallis est inter montem Sion,& montem Oliueti posita, ubi in eius honore fabricata est Ecclesia miro tabulatu lapideo, in quo sepulta fuisse ab omnibus ibidē prædicatur:sed nunc uacuum cernentibus ostenditur. Hæc idcirco dixerim, quia multi nostrorum dubitant utrum assumpta fuerit simul cum corpore, an obierit relicto corpore. Quomodo autem, uel quo tempore, aut à quibus personis sanctissimum corpus eius inde ablatum fuerit, uel ubi transpositum, utrumve surrexerit, nescitur: quamuis nōnulli astruere uelint eam iā resuscitatam:& beata cum Christo immortalitate in cœlestibus uestiri. Veruntamen quid horum uerius censeatur,ambigimus. Melius tamen Deo,cui nihil impossibile est, committimus,quàm aliquid temerè diffinire uelimus authoritate nostra quod probamus. Hæc Hierony. De hoc Augustinus in quodā sermone longo inter cætera sic dicit, non tamē asserendo: De sanctissimo corpore perpetuæ uirginis Mariæ eiusque sacræ animæ assumptione loqui suscipientes, hoc ipsum dicimus, quòd in scripturis postquam Dominus eam in cruce discipulo commendauit, nihil de ea reperitur: præter quod Lucas in Actibus commemorat dicens: *Hi omnes erant perseuerātes unanimiter in oratione cum Maria matre Iesu.* Quid ergo de morte, quid de assumptio eius dicendū est:unde scriptura nihil cōmendat:nisi quærendū ratione,quod cōsentiat ueritati. Fiat ergo ipsa ueritas, sine qua nec ualet authoritas. Memores igitur conditionis humanæ, mortem illā beatissimæ temporalem dicere non metuimus: sed si eam dicimus resolutam in communem putredinem, uermem, ac cinerem: deliberandum est, si tantæ conueniat sanctitati, tantæ aulæ Dei prærogatiuæ. Scimus enim dictū primo parenti, *quia puluis es,& in puluerem ibis.* Hāc conditionem caro Christi euasit: quæ corruptionē non sustinuit. Excipitur ergo ab illa generali sententia, de uirgine sumpta natura. Mulieri quoque dixit Deus, *Multiplicabo ærumnas tuas:in dolore paries.* Aerumnam sancta Maria sustinuit, cuius animam doloris gladius pertransiuit: sed sine dolore genuit. Maria ergo excipitur à quibusdam generalibus, quā tanta attulit dignitatis prærogatiua. Si ergo eam dicimus mortem subiisse, nec tamen uinculis retineri, nūquid impium erit? Si uoluit Dominus integram matrem uirginitatis seruare pudore: & cur non uelit incorruptam seruare à putredinis fœtore? Nunquid non pertinet ad benignitatem Domini, matris seruare honorem: qui legem soluere non uenerat, sed adimplere? Qui enim in uita præ cæteris illā gratia sui cōceptus honorauit: pium est credere, eam in morte singulari saluatione,& speciali gratia honorasse. Putredo & uermis humanæ est opprobrium cōditionis. Ab hoc opprobrio cū Iesus sit alienus,natura sanctæ Mariæ uirginis excipitur,quem Iesus de ea sumpsisse probatur. Caro enim Iesu Christi,caro est sanctæ uirginis Mariæ, quam super astra transuexit, honorans omnem humanam naturam,& multo magis maternam. Si natura matris est filius: consequens est ut sit & filij mater: non quantum ad unitatem personæ, sed quantum ad unitatem corporalis naturæ. Quantum igitur intelligo, quantumque credo, sanctæ Mariæ anima excellentiori quadam prærogatiua à filio honoratur, possidens corpus suum quod genuit glorificatum. Et quare non suum, per quod genuit: si non obuiauerit nec dū tanta perspecta authoritas. Verè credo,& per quod genuit: quia sanctificatio dignior est cœlo, quàm terra. Tam pretiosum thesaurum dignius est cœlum seruare, quàm terra. Tantam integritatem meritò incorruptibilitas, non putredinis ulla resolutio sequitur. Illud sacratissimum corpus in escam uermibus traditum, quia sentire non ualeo, dicere pertimesco: quam æstimationem procul propellit incomparabilis gratiæ munus: ꝙ me dicere multarum scripturarum cōsideratio inuitat. Confitendum igitur censeo,Mariā ad æternitatis gaudia assumptam,benignitate Christi, honorabiliusq; susceptā cæteris, quàm gratia honorauit præ cæteris: atque ad communem humanitatem non esse adductam post mortē putredinis: uidelicet uermis & pulueris, quæ suum & omnium genuit Saluatorem. Si elegit diuina uolūtas inter igniū flammas puerorum uestimenta seruare illæsa,cur abnuat in matre propria,quod elegit in ueste aliena?Iona. 2. nam seruare in uentre ceti incorruptum uoluit sola misericordia,Mariam incorruptam non seruabit gratia? Seruatus est Daniel intemperantissima fame leonum:non seruanda Maria tantis dotata meritis uirtutum?Hæc ergo cūcta quæ diximus,quia naturam seruasse cognoscimus: in integritate quoq; Mariæ plus gratiam quàm naturam potuisse non dubitamus. Ergo lætari facit Mariam anima & corpore in proprio filio, nec ullam sequi corruptionis ærumnam,quam nulla secuta est tantum pariendo filiū integritatis corruptio: ut sit semper incorrupta, quam tanta perfudit gratia: sic integriter uiuens, quæ omnium integram genuit uitam. Si ergo dixi, ut debui, approba Christe, & tui. Si uerò non ut debui ignosce obsecro tu, & tui. Hæc Augustinus. Sic ergo non est credendum ꝙ Maria mortua non fuerit:sed mortua est:ac tamen caro eius non computruit. Anima conuincta est iteratò corpori mortuo:& ita assumpta est in cœlum cum corpore glorificato. Vera autem & indubitata de eius assumptione sententia hæc esse probatur,ut secundùm Apostolum,siue in corpore, siue extra corpus, ignorantes assumptam, tamen & exaltatā super omnes choros angelorum credamus. Vnde Hieronymus: Hæc est dies præclara,in qua usque ad throni celsitudinem intemerata mater & uirgo processit, atque in regni solio sublimata post Christū gloriosa resedit. Sic itaq; ubiq; cōsidēter de illa sancta Dei canit Ecclesia,quod de nullo alio sanctorum fas est credere, ut ultra angelorum uel Archangelorum merita transcenderit: quia etsi similitudo promittitur, sanctis ueritas denegatur. Ad cuius profectò exequias, quantum fas est credere, famulabantur angeli,& uniuersæ cœli congratulabantur curiæ: quia credendum est militiam cœlorum cum suis agminibus festiue obuiam uenisse genitrici Dei:eāque ingenti lumine circunfulsisse, & usque ad thronum, olim sibi etiam ante constitutionem mundi paratum,cum laudibus & canticis spiritualibus perduxisse. Nulli dubium omnem illa cœlestem Hierusalem, tunc exultasse ineffabili lætitia:tunc iocūdatam esse inæstimabili charitate: tuncque cum omni gratulatione iubilasse. Quoniam festiuitas hæc quæ nobis reuoluitur annua,illis omnibus facta est cōtinua. Nec immeritò: Creditur enim ꝙ saluator omnium ipse,quantum datur intelligi, per se totus festiuus occurrit, & cum gaudio eam secum in throno collocauit: ꝙ si gaudium fit in cœlis de quolibet peccatore conuerso:multo magis putandum est,pro tantæ uirginis

Dubitatur an cum corpore assumpta sit.

Augusti. lib. de assumptione B. Mariæ. 10.9.

Luca 1.

Genes. 3.

Ibidem.

Assumpta creditur cū corpore.

Daniel. 3.

Daniel. 6.

Assumpta est super omnes choros angelorum.

Hieronym. sermone de assumptione. 10. 4.

Exequias Maria celebrauerunt angeli.

Saluator matri occurrit.

ginis exaltatione & gloria,quòd exultatio sit in supernis. Cuius nimirum festiuitas omnium supernorum est gloriatio,cælicolarumque congratulatio: præsertim quia eius celebritas, laus & fauor, est saluatoris. unde credimus,ut suprà dictum est, quòd non hunc tantum diem solennem ducunt pro eius amore annuum:uerum continuū etiam & æternū iocūditatis & lætitiæ, uenerationis obsequio, cum omni tripudio amoris & gaudij. Nec immeritò omnis illa cœlestis ciuitas cōgratulatur & ueneratur matrem,cuius semper adorat filium regem: ante quem tremunt potestates,& curuatur omne genu. Quam si diligenter aspicias,nihil uirtutis est,nihil speciositatis, nihil splēdoris & gloriæ,quòd non in ea resplendeat. Et ideo si placet talis & tanta uirgo, placeat & opus uirtutis: cuius uita omnium disciplina est,cuius mores instituta sunt omnium ecclesiarum: quæ præcellit cunctis, supereminet uniuersis: propterea quæcunque uirgo sibi ab ipsa optat præmium,& implorat auxilium,debetimitari exemplum.Hæc Hiero. unde Bernard. Preciosum hodie munus terra nostra direxit in cœlum: ut dando & accipiendo fœlici amicitiarum fœdere copulentur humana diuinis. Illo enim ascendit fructus terræ sublimis, unde data optima descendunt. Ascendens in altum uirgo sancta Maria: dabit ipsa quoque dona hominibus. Siquidem nec facultas ei deesse potest,nec uoluntas. Regina cælorum est,misericors est mater unigenitifilij Dei. Nihil enim sic potest potestatis eius,seu pietatis magnitudinem commendare: nisi fortè aut nō creditur Dei filius honorare matrē: aut dubitare quis potest omnino in affectum charitatis transisse Mariæ uiscera,in quibus ipsa quæ ex Deo est charitas nouem mensibus corporaliter requieuit. Et hæc quidem propter uos dixerim fratres:ut tamē interim sileā beneficia,quæ pro ipsius glorificatione consequimur:si eam diligimus,gaudebimus utique, quia uadit ad filium,nisi fortè(quod absit)inuentrici gratiæ omnimodis inueniamur ingrati: quem enim in castellum huius mundi intrantem prius ipsa susceperat,ab eo susciputur hodie sanctam ingrediens ciuitatem. Sed cum quanto putas honore, cum quanta exultatione,cum quanta gloria?Nec in terris locus dignior uirginalis uteri templo, in quo Dei filium Maria susceperit:nec in cælis regali solio, quo beatam Mariam hodie filius Dei sublimauit.Felix nimirum utraque susceptio,ineffabilis utraque,quia utraque inexcogitabilis est. Vt quid enim hodie ea in Ecclesiis Christi Euangelica lectio recitatur in qua mulier benedicta in mulieribus excepisse legitur saluatorem? Credo,ut hæc quam celebramus, ex illa susceptione aliquatenus æstimetur,imò ut iuxta illius inæstimabilem gloriā, inæstimabilis cognoscatur & ista. Quis enim si linguis hominum & angelorum loquatur, explicare ualeat quemadmodum superueniente spiritu, obumbrāte uirtute altissimi,caro factum sit uerbū Dei,per quòd facta sunt omnia:& Dominus maiestatis, quem non capit uniuersitas creaturæ, intra uirginea fese clauserit uiscera factus homo?Sed & illud quis excogitare sufficiat, quàm gloriosa regina mūdi hodie processerit,& quāto deuotionis affectu tota in eius occursum cœlestium legionum prodierit multitudo?quis explicare queat,quibus ad thronū gloriæ cāticis sit deducta?quàm placido uultu,quàm serena facie, quàm lætis amplexibus susceptа à filio, & super omnem exaltata sit creaturam:cum eo honore,quo tanta mater digna fuit:cum ea gloria,quæ tantum decuit filium: Fœlicia prorsus oscula labiis impressa lactētis: cui uirgineo mater applaudebat in gremio. Verūm nunquid non fœliciora cēsebimus,quæ ab ore sedentis in dextera patris hodie in beata salutatione susscepit:cùm ascendere ad thronum gloriæ,epithalamum canens & dicens: *osculetur me osculo oris sui?* Christi generationem,Mariæ assumptionem,qs enarrabit? Quantum enim gratiæ in terris est adepta præ cæteris:tantum & in cœlis obtinet gloriæ singularis. *Quod si oculus non uidit,nec auris audiuit,& in cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se:* quòd præparauit gignenti se,& quòd de omnibus certum est,diligenti præ omnibus,quis loquetur? Fœlix planè Maria, & multipliciter fœlix:siue cùm excipit saluatorem siue cùm à saluatore suscipitur. Hæc Bernardus.unde etiam Anselmus: Cùm Christus matrem in regnum suum assumeret: & ei magnificentiā gloriæ decreuisset ostendere:cuius precor dignitatis & honoris apparatibus intendebat tota curia angelorum? Quibus uocibus exultationis atque salutis resonabant uniuersa tabernacula antiquorum patrū, ipsi curiæ tūc nuper associatorum? Certè crediderim omnes illius patriæ ciues festiuiori solitò,& sublimioris decoris nitore ad aduentum matris Domini sui præparari,ac noua quædam & ineffabili iocunditatis gratia,pro tantæ rei expectatione coniubilare. Et qd mirum:Ipse Iesus,Deus & Dominus omnium, filius ipsius castissimæ uirginis,& Domine rerum: ipse ei sicut unicæ suæ matri, totus festinus occurrere uolebat: ne & aliquis de familiaribus suis se à tanti gaudij immensitate subtraheret. Vtique moris inter homines esse scitur,unumquemq; bonum seruum cuiusq; præpotentis Domini, eo maiori gaudio in aduentu amici sui exultare,quo ipsum Dominū suum cognoscit aduentantem amicum magis amare. Cùm uerò de aduentu parentum Domini sui agitur, de quorū speciali dilectione nullus ulla dubitatione teneatur:ille nimirum magis fœlicem se æstimat,qui maiori iubilo & festiuiori occursu lætitiæ frena relaxat. Si ergo hæc ita se habent apud homines, quibus si qua bonitas est, longè tamen supernorum ciuium bonitati impar est. Cōtempletur animo qui potest, quo gaudio, qua festiuitate, quibus concentibus iubilant omnes beatorum spirituum ordines: quando & unicam matrem Domini sui aduentare, & ipsum Dominū Deū suum ei uidebāt omni gloria sua decoratum ualle occurrere. Stipatus itaque mille milibus,imò innumerabilium angelorum agminibus, Deus ipse huic pijssimæ matri suæ de hoc mundo migranti occurrit eamque super omnes cœlos exaltatam, cunctæ secū creaturæ perenni iure dominaturam in throno glorię collocauit. O dies tanti occursus gloriosa,& fœlix dies tā præclaræ exaltationis. Beata & celebris dies, tam sublimis glorificationis festiua,& omni seculo admirabilis. Dies enim illa non solum te domina ineffabiliter sublimauit:sed cœlum ipsum quod penetrasti,nec non cuncta quæ in eo sunt noua & inæstimabili gratia decorauit. Noua quidem gratia cœlum decorauit: quia priorem gloriam eius ex præsentia tua ultrà q̄ dici possit aut cogitari,magnificauit. Nam tu domina illuc ascendens noua illud ac præcellenti uirtutum tuarum dignitate irradias:immensaque miserationū & gratiarum luce perlustras. Eadem quoque dies tui ascensus,eos qui ciues cœli ab initio creaturę esse meruerunt, solitò festiuiori exultationis gaudio induit. Quia namque per gloriosum fructum fœcundæ uirginitatis tuæ,uident semirutam ciuitatem suam reintegrari:uerè in tuo aduentu,per quem tantum bonū

meruerunt,

Matrem Iesu curia cœlestis honorat.

Bernardus sermo. 1. de assumptione B. Mariæ.

Prærogatiua Mariæ.

Anselmus lib. de excellentia B. Virginis, cap. 8.

Occursus cœlestium.

Occursus Christi.

Comitiua Christi.

Universidad de Deusto Biblioteca

meruerunt, gaudij ſui magnitudo iure debuit augmentari. Terram etiam dies exaltationis tuæ, ò beatiſſima fœminarum, mira gratia irrigauit, quia dum te, quam de ſe & in ſealiorum hominum lege progenitã nouit, uſque ad creatoris omnium thronum exaltari recognoſcit: antiquæ maledictionis pœnam, quam in peccato primorum filiorum ſuorum ſe meritò excepiſſe ſciebat, iam per tantę benedictionis tuæ abundantiam, ſeſe euadere indubitanter credebat. Quid amplius dicere poſſum domina? Immenſitatem quippe gratiæ & gloriæ tuæ conſiderare cupienti ſenſus deficit, lingua fatiſcit. Quemadmodum enim omnia quæ in cœlo ſunt, per glorificationem tuam ineffabiliter decorantur: ita per eandem glorificationem cuncta quæ in terra ſubſiſtunt, ineffabiliter ſublimantur. Singula nempe in immenſæ dignitatis decus profecerunt, cùm per tuam beatam & integerrimam uirginitatem Deum ſuum (quem non cognouerant) agnoſcere, & agnitum colere, atque amare meruerũt: quãdo omnes cœlos tranſcendere, ac in dextera Dei ſui benedicti filij tui exaltari cognouerunt. In eo etiam didicerunt ſe eidem Deo ſuum totum debere quod ſunt, quando tu quæ inter illa, & de illis una fuiſti, tantam dignitatis eminentiam meruiſti. Nihil igitur aut idolis homines, aut ullæ aliæ rerum ſpecies idolorum cultoribus ſe debere intellexerunt, ubi & ſingularem authorem ſui ex caſtiſſimo utero tuo ad reſtitutionẽ primæ creationis ſuæ progenitum ſuſceperunt. & te, per quam amiſſam dignitatem ſuam recuperauerũt, omni creaturæ tam ſublimiter præponi inſpexerunt.

Laus Mariæ exuperat ſenſum & linguã.

Laudes Mariæ.

Quas igitur laudes, quaſve gratiarum actiones, non ſolum humana, ſed etiam omnis creatura huic ſacratiſſimæ uirgini debet? Puriſſima namque ſanctitas, ac ſanctiſſima puritas, pijſſimi pectoris eius, omnem omnis creaturæ puritatem, ſeu ſanctitatem incõparabili ſublimitate tranſcendens, hoc promeruit, ut reparatrix perditi orbis digniſſimè fieret. Vnde quid laudis pro tam ineffabili bono ipſe per eam reparatus mundus ei iure debeat, cor alicuius ſub carne mortali uiuentis, æſtimare nullatenus ſufficit: utique cũcta quæ Deus fecit, & utiliter bona in eo ſtatu quo condita fuerunt eſſe deſtiterunt: & per hãc beatiſſimam uirginem in ſtatum priſtinum reſtituta ſunt. Sicut ergo Deus, ſua potentia cuncta patrando, pater eſt & Dominus omnium: ita beata Maria ſuis meritis cuncta reparando, mater eſt & domina rerum. Deus eſt enim Dominus omnium, ſingula in ſua natura propria iuſſione conſtituendo: & Maria eſt domina rerum, ſingula congenitæ dignitati per illam quam meruit gratiam reſtituendo. Et quemadmodum Deus ex ſua ſubſtantia genuit eum, per quem cunctis originem dedit: ita Maria de ſua carne peperit illum, qui in decorem primę creationis omnium, cuncta reſtituit. Item nulla rerum ſpecies, niſi per Dei filium facta ſubſtitit, ita lex debitæ damnationis neminem deſerit, niſi quem ab ea filius Marię abſoluit. Quis igitur iſta recto ſenſu & corde ſyncero perpendẽs plenè percipere queat excellentiã Dominæ huius: per quã tam ineffabili gratia, & tam ineſtimabili electione erectus eſt mundus? Quis, inquam, miram & omni rei pręter hanc inauditam mulieris iſtius gratiam oculis mẽtis aſpiciens, non obſtupeſcat: & non modo elinguis, uerùm etiam tantæ rei comprehenſione prorſus immunis fiat? Quapropter ea quæ nobis ſunt impenetrabilia intermittentes, precibus impetrarę nitamur, vt qđ intellectu capere nequimus, ſalutari effectu obtinere mereamur.

Damnari nequit, pro quo Maria intercedit.

Per has ergo rationes impoſſibile eſt, ut aliquis homo ad eam conuerſus, & ab ea reſpectus, damnetur. Namque ipſa genuit eum, per quem mortua reuiuunt: per quem homines ex peccato ſaluantur: quia non eſt iuſtificatio, niſi quam ipſa in utero fouit: non eſt ſalus, niſi quam ipſa peperit. Ipſa eſt ergo mater iuſtificantis & iuſtificatoris: ipſa eſt mater ſaluantis & ſaluatoris. Igitur mater Dei, qui ſolus dãnat, qui ſolus ſaluat quem ſolum timemus, in quo ſolo ſperamus, eſt mater noſtra Iudex & ſaluator noſter, eſt frater noſter. Quomodo ergo deſperemus, cùm ſalus, ſiue damnatio noſtra, ex boni fratris, & piæ matris pendeat arbitrio? Nunquid ſuſtinebit bonus frater puniri fratres ſuos quos redemit? bona mater damnari filios ſuos, quorum ipſa redemptorem genuit? dulcis mater rogabit dulcem filium ſuum, pium fratrem noſtrum, filium pro filijs, unigenitum pro adoptatis. Pius filius, libẽter audiet matrem pro filijs: unigenitus, pro his quos adoptauit: Dominus, pro his quos liberauit. Hæc Anſelmus. Exultemus igitur & nos miſeri cum cęlicolis, & creaturis uniuerſis, prout poſſumus: ac talem & tãtam uirginem pro noſtro modulo laudare ſtudeamus. Vnde Hierony. ad hæc nos, puocans & inuitãs inter cætera ſic ait: Idcirco lætamini & laudate: qa ſi Deũ ore prophetico in ſuis ſanctis laudare iubemur: multomagis cum in hac celebritate beatæ uirginis, matris eius, oportet cum hymnis & canticis diligẽtius extollere, & dignis Deo iubilare præconiis, ac myſticis honorare muneribus.

Hierony. ſermone de aſſumptione.

Pſal. ult.

Laus matris ad filiũ refertur.

Nulli dubium quin totum ad gloriam laudis eius pertineat, quicquid dignè genitrici ſuæ impenſum fuerit ac ſolenniter. Profecto quicquid humanis poteſt dici uerbis, minus eſt à laude cœli, qua diuinis eſt & angelicis excellentijs pędicata, & laudata pręconijs: A prophetis quidem prænunciata, à patriarchis figuris & ænigmatibus pręſignata, ab Euangeliſtis exhibita & monſtrata, ab angelo uenerabiliter atque officioſiſſimè ſalutata. Tamen & ſi ad hęc nemo idoneus inuenitur, uotis omnibus ceſſare nõ debet etiam quilibet peccator à laudibus: quamuis explere non queat qđ ſentitur. Vnde & ſermo diuinus, cùm de peccatore ageret, in Pſalmo, *Sacrificium*, inquit, *laudis honorificabit me; & illic iter quo oſtendam illi ſalutare Dei.* Ac ſi patenter dicat: Illic iter eſt laudis, ad laudem ſine fine manſuram: ſed nemo apprehendit illud, niſi ego præmonſtrauero. Propterea quia iter ſalutis noſtræ in laudibus eſt Saluatoris, hortor uos & commoneo, in hac ſacra ſolennitate genitricis Dei Mariæ, nolite ceſſare à laudibus. Et quanuis ſpecioſa laus non ſit in ore peccatoris, noli ceſſare: quia inde promittitur tibi uenia, unde & omnibus ut laudes. Alioquin niſi iuxta modulum ingenij noſtri Deum laudare in ſanctis ſuis ſtudeamus: quomodo eum iuxta multitudinem magnitudinis eius laudare poterimus? Omnino hoc prætermittendum non eſt, quod impleturi ſumus quandoque: ſecundùm quòd dicitur, *Beati qui habitant in domo tua Domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te.* Interim uerò quia immenſus eſt, quod uoce non poſſumus, nec facundia ualemus, exequamur uotis & medullis cordis. Hęc Hieronymus.

Pſal. 49.

Pſal. 83.

Figura. 2. Reg. 6. Arca Domini.

Aſſumptio beatæ uirginis fuit olim pręfigurata, quãdo arca Domini in domum regis Dauid eſt trãſlata. Rex Dauid coram arca citharizauit: & eam cum magno iubilo in domum ſuam adduxit. In arca manna cœli cõtinebatur. & conuenienter per eam beata uirgo deſignatur: quia panem angelorum, quem homo manducauit, ipſa generauit. Arca de ligno cethim imputribili erat facta: figurans quòd Maria in putredinem non eſt redacta.

Rex Dauid, qui coram arca ſubſiliendo citharizauit, regem cœli & terræ Chriſtum præfigurauit: qui (ut creditur) matri ſuæ perſonaliter occurrit: & eam cum magno iubilo in domũ ſuam introduxit. Aſſumptio etiam Mariæ olim fuit Ioãni in Pathmos inſula præfigurata. Nam mulierem quandam admirabilem in cœlo uidebat, quæ ſole amicta erat: & Maria circundata diuinitate in cœlum aſcendebat. Luna ſub pedibus eius eſſe uidebatur: per quòd perpetua ſtabilitas Mariæ deſignatur. Luna enim inſtabilis eſt, & non diu manet plena: & deſignat mundum, & oĩa terrena. Hæc inſtabilia Maria contemnens, ſub pedibus conculcauit: & ad cœlum ubi omnia ſtabilia ſunt anhelauit. Coronam etiam in capite ſuo mulier habebat, quæ in ſe ſtellas duodecim continebat. Corona conſueuit eſſe honoris ſignum: & ſignat honorem glorioſæ oirgini condignum. Per duodecim ſtellas apoſtoli intelliguntur: qui in diſceſſu Mariæ omnes affuiſſe dicuntur. Mulier ſunt datæ alæ ad uolandum: per quas intelligitur aſſumptio tam corporis quàm animæ. Feſtiuitas autem huius ſanctæ aſſumptionis, figurata fuit olim in matre Salomonis. Salomõ enim rex in throno gloriæ reſidebat: & matri ſuæ thronũ ad dexteram poni faciebat. In quem ipſam à dextris ſuis locauit: & quodcunque petierat, ſibi nõ negauit. Sic & Chriſtus matrem ſuam à dextris ſuis locauit, & omnia quæcunque uoluerit ab eo impetrabit.

Apoc. 12.

3. Reg. 2.

Fœlicitas Mariæ.

O fęlix Maria & omni laude digniſſima. O uirgo Maria, Dei genetrix glorioſa. O ſublimis puerpera, quæ Deum, authorem cœli, & terræ, quem omnis creatura non capit, tuo immaculato utero clauſum geſtaſti? Quid nos tantilli, quid actione puſilli, quid in tuis laudibus referemus, cùm etiam ſi omnium noſtrum membra uerterentur in linguas, te laudare nullus ſufficeret? Quid dicam pauper ingenio, cùm de te quicquid dixero minor laus eſt, quàm dignitas tua mereatur. Quid ergo de te dignum dicam: quid referã, cùm non ſufficiat lingua carnis tuas enarrare uirtutes? O Maria tui recordatio nominis melle dulcior, nectare ſuauior, feſtos recreat, mœſtos lætificat, oppreſſos releuat, errantes ad uiam ſalutis reuocat: & peccatores, ne deſperent, ſuæ ſuauitatis odore confortat. Sicut enim tempore uernali, cùm ad alta cœli ſol incipit aſcendere: & terris fœcundam radiorum ſuorum luminoſitatem infundere, uegetabilia cuncta hyemali glacie conſtricta incipiunt reuiuiſcere: animãtia quoque & uolatilia, in antris & ſpecubus, ac diuerſis quibuſque latibulis aſcondita, ad tantæ lucis nouitatem reſpirare incipiunt, ac uires reſumere: & cordis lætitiam cantibus, & plauſibus lætabundis oſtendere. homines quoque ſenes cum iunioribus, eius in aduentu exhilarãtur: & tota ſuperficies terræ decore induitur, & applaudit, ac congratulatur. Sic nobis accidit, cũ ſole amicta uirgo fœcũda, regina cœli prælecta, vt ſol fines cordis noſtri ingredietur, & memoria eius mentibus noſtris rutilantibus abſque nube infunditur: cõtinuò namque duricies omnis ad tantę lucis immenſitatem reſoluitur: arida cuncta rore cœleſtis gratię irrigantur, fugantur tenebræ, lumen nouum exoritur, & gaudiorum nobis materia immenſa cumulatur.

Auguſtin. ſermone de aſſumptione, to. 10.

Nomẽ Mariæ.

O nomen admirabile, ò nomen delectabile: ò nomen grauidum ſacramentis, & diuinis plenum myſterijs: ò nomen glorioſum, ò nomen celeberrimum: ò nomen ſublime, antè tẽpora uniuerſa in Dei prædeſtinatione compoſitum: & in tempore dignæ perſonæ, ſecundùm rem, conuenienter impoſitum. O nomen quod nominatur ſæpius, & frequentatur dulcius in concilio & congregatione iuſtorum, & quod uerſatur clementius in ore peccatorum. Quis enim unquam criminum ueniam petijt, niſi mediante Maria? Omnes Mariam inuocant. Omnes Mariam nominant. Mariam prę omnibus amant. Omnis ætas, ſexus, & profeſſio, Mariam ſtudioſè reclamat. Cùm enim ſummum regem peccando perdimus, cũ angelos, & ſanctos omnes offendimus: cùm etiam nobiſipſis graues ſumus, & omnino neſcimus quid agere debeamus: hoc ſolum reſtat miſeris, ut oculos cordis & corporis ad te leuemus, conſilium quærentes, & petentes auxilium.

Anſelmus lib. de excellentia B. Virginis, cap. 6.

Vnde Anſelmus: Nihil certè utilius poſt Deum, memoria matris Dei: nihil ſalubrius meditatione pij amoris, quo feruebat in memoria & contemplatione filij ſui: nihil iocundius ſapore pertracti gaudij eius, quo multipliciter paſcebatur in eodem, & per eundem filium ſuum. Sæpe quidem uidimus & audiuimus plurimos hominum in ſuis periculis recordari nominis ipſius beatæ Marię uirginis, & illico omnis periculi malum euaſiſſe. Velocior eſt enim nonnunquam ſalus memorato nomine eius, q̃ inuocato nomine Domini Ieſu unici filij eius. Et id quidem non ideo fit, quòd ipſa maior eo ſit aut potẽtior: nec enim ipſe magnus aut potens eſt per illam, ſed illa per ipſum. Quare ergo ſalus promptior in recordatione eius, quàm filij ſui, ſæpe percipiatur, dicã quod ſentio: Filius quidem eius Dominus eſt, & iudex oĩum, diſcernens merita ſingulorũ. Dũ igitur ipſe à quouis ſuo nomine inuocatus, non ſtatim exaudit, profectò iuſto iudicio id facit. Inuocato autẽ nomine matris ſuæ: etſi merita inuocantis non merẽtur merita matris intercedunt ut exaudiatur. Hæc deniq; humanus uſus quotidie probat, cùm quis propoſito amici nomine, ab alio impetrat efficaciter, quod ſimpliciter ſua prece nequaquam impetrare ualebat. Itaque ſi tam utilis eſt, in ſubueniendo, memoria nominis matris Dei, non mirum ſi magis affert fructũ frequens meditatio ſancti amoris eius, ſi plenam iocunditatem dabit dulci ſtudio cogitata & recogitata immẽſitas gaudii eius. Hæc Anſelmus.

Maria inuocatio interdum citius auxiliatur, quàm Ieſu

Author ad Mariam.

Tibi ergo ò ſpes noſtra, gaudium & lætitia cordis noſtri, ego peccator in uocem ſalutationis & laudis cupiens prorumpere, tęque ex intimo cordis cum gemitu & lachrymis, & deuota cordis genuflectione affectuoſiſsimè matrem gratię ſalutare, & laudare: cùm mente pertracto uiros illuſtres qui te ab initio laudauerũt, præ ſtupore deficio, & ultrà ſpiritum nõ habeo. Sed cùm ad meipſum redeo, hęc intra me reuoluo, dicens. Salue ò pia mater Dei, & uirgo, quam laudat orbis terræ, plenitudo eius: cœli cœlorum, & omnis uirtus eorũ: quicquid de præconio tuo lingua dicere potuit, calamus ſcribere ualuit; cor potuit cogitare, omnibus illis ſimul collectis & conſcriptis, & in unum manipulum congeſtis centuplicata, & infinities multiplicata, corde deuoto, aureo cum decore, mellifluo ſapore, & odore aromatico, tibi porrigo ad laudandum & glorificandum te uirgo beata nunc & in æternum.

Auguſti: ſermo. 2. de annunciatione, to. 10.

Vnde Auguſtinus, Accipe itaque quaſcunque meritis tuis impares gratiarum actiones & laudes, & cùm ſuſceperis uota, culpas noſtras orando excuſa. Admitte noſtras preces intra ſacrarium piæ exauditionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis. Sit per te excuſabile, qđ per te ingerimus: fiat impetrabile, quod fida mente poſcimus: accipe quod offerimus impetra quod rogamus, excuſa quod timemus: quia nec potiorem meritis inuenimus, ad placãdum iram iudicis, quàm te: quę meruiſti mater exiſtere eiuſdẽ redempto-

Universidad de Deusto
Biblioteca

redemptoris & iudicis. Succurre ergo miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro monachorum choro, exora pro deuoto fœmineo sexu. Sentiant omnes tuum iuuamen, quicunque deuotè celebrant tuam assumptionem. Sit tibi compassio super afflictis, sit pius affectus super cœlorum peregrinis. Et cùm te semper lætantem aspicis, fletus quoque nostros ad Deum ipsa admittas: eumque, ut proprium filium, pro nobis interpelles, præcamur. Nos enim adhuc in hac terra affligimur, iniurijs lacessimur, opprobrijs afficimur: esurimus, sitimus, somnũ patimur, in carcere retinemur. Tu uerò in cœlestibus regnis prælata es cunctis uirginum choris. Tu agnum quocunque perrexerit sequeris: tu uirgineos choros, & ab incentiuæ carnis illecebris alienos, per albentia lilia rosasque uernantes ad fontem perennis uitæ potandos inuitas. Tu in illa beatorum fœlicissima regna, primi ordinis dignitate indempta, plantis roscidis oberrans, inter paradisi amœnitatem gramineosque & crocos, tenero poplite pergis: fœlicique palma uiolas immarcessibiles carpis. Tu concinis sine fine choris coniuncta angelicis, archangelicisque sociata, indefessa uoce Sanctus clamare non cessas. Tu in cubiculo regis beatitudine gemmis, ac margaritis ornata existis. Tibi thronus ab angelis est collocatus in aula regis æterni: teque ipse rex regum ut matrem ueram, & decoram sponsam præ omnibus diligens, amoris amplexu associat. Nec mirum si dignetur ubi adgaudere Deus regnans in cœlis: quem tu paruulum ex te hominem natum totiens osculata es in terris. Has ergo tuas fœlicitates possidens, conuertere ad nostrarum miseriarum salutem. Inter hæc, fratres charissimi, toto mentis affectu beatissimæ uirginis intercessionibus nos committamus. Omnes patrocinia omni nisu imploremus: ut dum nos supplici eam obsequia frequentamus in terris, ipsa nos sedula prece commẽdare dignetur in cœlis. Neque enim dubium est eam, quæ meruit pro liberandis proferre precium: posse plus sanctis omnibus liberatis impendere suffragium. Sed quid nobis prodest hanc interpellare uocibus, nisi ẽt humilitatis eius exempla teneamus? Curemus ergo, dilectissimi fratres, ut cũ huius diei festiuitati intereſſe cupimus, uestimentis humilitatis atque charitatis induti appareamus. Non nos inuidia alienæ fœlicitatis torqueat. Non ira usque ad diuisionem dilaniet. Non cupiditas à nobis Christum excludat. Non seculi nos tristitia exũrat. Non prosperitas eius incautè decipiat. Nõ luxuria inquinet. Non immundicia polluat. Non elatio corrumpat. Non superbia inflet, ut cùm nos uirtutibus ornatos, charitate cõiunctos humilitate fundatos, beata Dei genitrix Mariæ suæ nos interesse festiuitati perspexerit, ardẽtius subuenire festinet apud filium, & Dominum suum Iesum Christum, Deum Saluatorem nostrum, qui coronis perennis regni clarificat sanctos suos, & est æterna laus & expectatio omnibus electis suis. Hæc Augustinus. unde & Anselmus: Rogamus ergo te Domina, per ipsam gratiã qua te pius & omnipotens Deus sic exaltauit, & omnia tecũ possibilia donauit: quatenus id apud ipsum nobis obtineas, ut plenitudo gratię quam meruisti in nobis sic operetur, quòd participium beati præmij eius nobis misericorditer quandoque donetur. Ad hoc quippe Deus noster per te factus est frater noster, ut quemadmodum ipse dignatus est consors fieri nostræ humanitatis: sic nos mereamur cõsortes fieri suę diuinitatis. Intẽde ergo pijssima Domina, ut nobis ad effectum proueniat, propter quod Deus noster ex tuo castissimo utero factus homo inter homines uenit. Nec sis quęsumus exoratu difficilis: quia procul dubio idem benignissimus filius tuus erit ad concedendum, quicquid uoles, promptus & exaudibilis. Tantummodo itaque uelis salutem nostram, & uerè nequaquam salui esse non poterimus. Quid ergo stringes larga uiscera misericordiæ tuæ cõtra nos Domina, ut nolis saluari nos? Certè Deus noster (teste propheta) misericordia nostra est, tu eiusdẽ Dei nostri, absque dubio, uera mater es. Si tu ergo quæ deles, & reuera misericordiæ mater denegas nobis effectum misericordię, cuius tam mirabiliter facta es mater: quid faciemus cùm idẽ filius tuus aduenerit, cũctos æquo iudicio iudicaturus? Siquidẽ licèt ipse filius tuus sit per te factus frater noster: utique tamen ubi uoluntatem tuam suæ uidelicet dulcissimæ matris magis porrectam aduerterit: illuc seruata æquitatis ratione, à quate nullatenus discrepare uelle uidebit, iudicij sui sententiam, siue ad misericordiam inflectendo, siue ad iustitiam intendendo promulgabit. Subueni ergo nobis Domina, & non considerata peccatorum nostrorum multitudine, uelle tuum ad miserandum nobis inflectere. Cogita quęsumus, & recogita apud te, quia non ad damnandum, sed saluandum peccatores conditor noster factus est homo ex te. Cur itaque non iuuabis nos peccatores, quæ in tantam celsitudinem es propter nos eleuata? aut te Dominam habeat, & ueneretur tota pariter creatura? An ideo utrũ pereamus amplius non curabis: quia quicquid de nobis miseris ultra eueniat glorię tuæ nulla jactura inde proueniat? Et hoc quidem fortassis aliquo modo bona Domina posses, si pro tui solius exaltatione & utilitate mater Dei facta fuisses. Sed utiq; Deus, qui hominem assumpsit ex tua castissima carne, hoc fecit, p tua & nostra communi salute. Si ergo tu, quæ plena salute es potita, non intendis ut eadem salus pro modulo nostro etiam ad nos usque pertingat: iam tuorũ sufficiens commodorum, nostrorum negligens esse uideberis: quæ pro totius mundi saluatione meruisti fieri mater altissimi, cùm nos postposueris quos obuoluit funus seculi. Quid ergo quæso proderit nobis tua fœlix & gloriosa exaltatio, & quã inde habemus, dulcis & effectuosa exultatio? Vt ergo filium tuum totius mundi Saluatorem, & te cius reconciliatricem ueraciter esse sentiamus: eò nos propensiori studio iuua precamur & foue, quò in fecibus mundi natos & alitos potiori leuamine perspicis indigere. Ab initio denique renouationis humanæ, omnibus sub tuum præsidium confugientibus hucusque succurristi, & idcirco præ omni creatura, omni laude dignissima dici & esse meruisti. Eia succurre nobis, & oramus ut laus quam per tot secula posse desti, continua tibi duret in gratia ipsa, qua mundo subueniſti. Tibi ergo nos commendamus, tu procura ne pereamus. Effice potius ut salus nostra de die in diem multiplicetur, & filio tuo, Domino Iesu Christo, uita nostra iugi deuotione famuletur. Hęc Anselmus.

Anselmus lib. de excellentia B. Virginis. Cap. 12.

ORATIO.

DEVS *dator gaudij, largitor solatij, luctus releuator, mœroris effugator, qui beatam uirginem Mariam, matrem tuam, maiestatis speculum, angelorum solatium, tuæ bonitatis imaginem, nostræ salutis originem, multiplici gaudio in terris & in cœlis lætificasti: concede mihi supplici tuo, ut qui ad eam quasi ad fontẽ gaudij*

gaudij in doloribus meis fiducialiter recurrere præsumo, ualeam ipsius meritis & intercessione & perpetui gaudij effectum sentire, & ad illud ineffabile gaudium, quo assumpta tecum gaudet in cœlis, fœliciter peruenire. Amen.

De finali iudicio. Cap. LXXXVII.



Iudicium finale. Iudicium antecedentia cõmitantia, & sequentia. Purgatorij duplex pœna.

POST prædicta, quæ iam completa sunt, restat ut de final iudicio, & quibusdã alijs nondũ impletis, aliquid uideamus. Finale itaque iudicium quædam sunt antecedentia: scilicet pœna purgatorij, ecclesiæ suffragia, & Antichristi persecutio: quædam concomitantia, scilicet conflagratio mundi, & corporum resurrectio: & quædam sequentia, scilicet pœna infernalis, & gloria cœlestis. De purgatorio sciendum, quòd in eo duplex pœna est: una damni, de carentia diuinæ uisionis: alia sensus, de afflictione caloris aut frigoris, uel pœnæ alterius generis: & quantum ad utrumque, minor pœna purgatorij, maior est quàm maxima pœna huius mundi. Bernardus: Sola dies purgatorij, superat passiones sanctorum. Ratio autem acerbitatis pœnæ purgatorij est ista: quia cum Deus plus quærat emendam, quàm pœnam, plus põderat in pœnitentia uirtutem bonæ uolũtatis, quàm pœnam afflictionis. vnde plus ponderat Deus modicam pœnam uoluntariam in præsenti, quàm multam non ita uoluntariam in futuro, sicut plus ualet modicum auri, quàm multum plumbi. Vnde secundùm Augustinum: Vna gutta aquæ lachrymarum, tantum facit hic pro emenda, quantum decem anni in purgatorio. Et oportet, ut quod ibi deficit in uolũtate, supleatur in acerbitate. Necesse est autem (ut ait Augustinus) quòd tantum urat dolor, quantum inhæserat amor. Tanto enim quisquis torquetur diutius: quanto affectus eius uenialibus inhærebat fortius. Vnde tandiu differtur quis à gloria, quousque fiet sine omni macula sicut erat in baptismo. Noli ergo contemnere uenialia, pro quibus tanta pœna est expectãda. Cur autem anima incorporea corporalibus pœnis teneatur, declarat Augustinus, dicens: Animæ quæ in corporibus uiuentes, per dilectionem rerum uisibilium corporalium imaginibus afficiuntur, à corporalium corporalibus imaginibus formenta patiũ bus exeuntes, in eisdem imaginibus tormenta patiũtur. propterea enim corporalibus pasſionibus ibi teneri possunt, quia à corruptione corporalium affectionum hîc mundatæ non fuerunt, quam corpulentiam de corporis delectatione traxerunt. Et iterum:

Augustin. sermone de purgatorio. Venialia ablueuda.

A Si enim anima à corruptione corporalium affectionum hîc non mundatur, corpore exuta corporalibus tenetur passionibus. Studeat ergo in hac uita se ab huiusmodi petulantia mundare: quatenus cùm hinc exierit, nihil corporeum secum trahat, & à corporis passione immunis existat. Hæc Augustinus. Suffragiorũ autem sunt quatuor modis generales, ad quos omnes alij reducuntur, scilicet oratio, ieiunium eleemosyna & sacramentum altaris. Hæc suffragia prosunt defunctis, secundùm magis & minus, pro diuersitate meritorum in mortuis: uel pro charitate uiuorum, qui magis solicitantur pro mortuis aliquibus quàm aliis. Illa enim suffragia quæ specialiter fiũt pro aliquibus, plus ualent illis quàm alijs, licèt etiam aliis aliquo modo communicentur. Suffragia uerò quæ communiter fiunt pro defunctis, quanuis omnibus pro modulo suo prosint: illis tamen amplius, qui dum essent in statu uiæ, magis meruerunt ut sibi prodessent. Vnde Gregorius. Illis sacræ uictimæ mortuis prosunt, qui hic uiuendo obtinuerunt ut eas etiam post mortem bona adiuuent, quæ hîc pro ipsis ab aliis fiunt. Inter hoc autem pensandum est, quòd tutior uia sit, ut bonum quod quisque post mortem suam sperat agi per alios, agat dum ipse uiuit per se. Beatius quippe est liberum exire, quàm post uincula libertatem quærere. Tunc ergo uerè pro nobis Deo hostia accepta erit, cùm nosipsos hostiam fecerimus. Et fidenter dico, quoniam hostia salutari post mortem non indigebimus, si ante mortẽ Deo hostia ipsi fuerimus. Hæc Gregorius. Insuper ne aliquod bonum pereat, illa bona quæ quis peccando operatur, mortificata, alijs saluandis dabuntur. Sicut quando corporali morte quis moritur, fratres & propinqui in bonis eius succedũt. Antichristus uerò quatuor modis subuertendi homines armabitur: scilicet callida persuasione, miraculorum operatione bonorum largitione, tormentorum exhibitione. Prædictis quatuor modis multos ad se trahet. Trahet autem multos per munera, bonos per tormenta, simplices per prædicationem & miracula. Habebit secum magos & maleficos, reges quoque & principes. Vnde in Apocalypsi: *Vidi de mari bestiam ascendentem* id est, Antichristum: *habentem capita septem*, id est, principes uniuersos, *& cornua decem*, id est illos qui impugnant decalogum. Hic ex parẽtibus senibus concipietur, & nascetur in Babilone, de tribu Dan. Et sicut in Christo omnis plenitudo diuinitatis inhabitauit, ita in Antichristo omnis plenitudo iniquitatis inhabitabit: qa in ipso erit spiritus malignus, caput omnium malorum, propter quod & filius perditionis uocabitur. Inter occultum aduentum Antichristi, qui est per natiuitatem & manifestum, qui erit per prædicationem, & apertam persecutionem: uenient Helias & Enoch, ut ipsi repugnent, & errantes ad uiam ueritatis reducant, qui utrique per Zachariã duæ oliuæ, id est Spiritu sancto uncti, & per Ioãnem duo cãdelabra, id est lumen dantes aliis nominantur, & prædicabunt diebus mille ducentissexaginta, id est tribus annis & dimidio, sicut & Christus prædicauit: amicti saccis, id est pœnitentiam prædicantes, & exẽplo sui ostendentes. Et omnes qui cognoscere & cõfiteri uerum Deum uolunt, hos duos senes & ueraces testes subsequuntur, iniquum errorem deserẽtes: quoniam ipsi in magnis, & coram Deo, & coram populo fulgebunt, uicos & ciuitates & plateas, atque alia loca ubicunque filius perditionis contrariam doctrinam suam effluerit percurrentes: ac in eis multa signa in Spiritu sancto facientes, ita ut omnis populus

Suffragia generalia.

Suffragia peculiariter facta.

Gregorius lib. 4. dialog. cap. 58. & 59.

Bona ante mortẽ per se agenda.

Antichristi arma quatuor.

Apoc. 13.

Antichristi parentes & malicia.

Helias & Enoch aduentus in terram. Zacha. 4. Apoc. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Helias & Enoch cades.

Antichristi eades.

Iudæorum conuersio.

Conflagratio mundi.

Ignis conflagrationis quatuor officia.

Iudicium per aquam & per ignem.

Resurrectio uniuersalis

Corpus bonorũ, secundũ merita sumet claritatis augmenta.

lus qui ea uiderit in maximam admirationem ducatur. Idcirco autem hæc magna signa, supra firmam petram solidata, illis dabuntur, quatenus illa contraria, & falsa signa, abiiciantur. Tandem Antichristus occidet eos in Hierusalem, & iacebunt corpora eorum in plateis tribus diebus & noctibus & dimidio: quia nullus audebit corpora eorum sepelire, propter metum Antichristi, ut quicunque uiderint, timeant eis cõformari. Post tres autem dies & dimidium resurgent, & in cœlum in nube ascendent. Antichristus uerò quindecim diebus regnabit post mortem illorum. Regnabit autem tribus annis & dimidio, & post Dominus potestate sua occîdet eum: siue p se, siue per Michaelẽ archangelum. Occidetur autem in monte Oliueti in papilione, & in solio suo, in loco illo unde Dominus ascendit: scilicet in præfati montis uertice, qui dicitur inclytus, quia ex eo Saluator ascendit ad patrem: ibi namque peribit, unde Dominus ascendit. Quo interfecto non statim ueniet Dominus ad iudicium, sed cõcedentur qua dragintaquinq; dies ad refrigerium sanctorum, & ad pœnitentiam subuersorum. Quantum autem sit spatium inter illos quadragintaquinq; dies, & finem mundi, nemo scit. Iudæi tunc ad prædicationem Enoch & Heliæ conuertentur ad fidem, & sancta ecclesia usque in finem mundi pacifica quiescet: quia extunc fraudulẽtia & sæuitia diaboli penitus deficiet. Circa conflagrationem mundi sciendum est, q̃ ignis permaximus aduentum iudicis præueniet, & faciem eius præcedet: quia uirtute diuina non solùm ignis, qui est in sphera sua: sed etiam omnes ignes, & qui in terra, & super terram sunt, ad mundi conflagrationem cõcurrent. Per istum ignem quasi simul fiet purgatio iustorum, & punitio malorum, incineratio corporum, & consumptio terræ nascentium. Habebit enim iste ignis officium quatuor igniũ, uidelicet ignis infernalis, ad reproborum punitionem: ignis purgatorij, ad bonorum à uenialibus purgationem: ignis terrestris, ad uegetabilium & sensibilium cõsumptionem, & corporum incinerationem: & ignis elementaris, ad elementorũ subtiliationẽ, & innouationis eorũ dispositionem. Per hunc ergo ignem ita facies terræ exuretur, quòd figura huius mũdi peribit, sicut & olim per diluuium factum fuit. Et meritò primùm Dei iudiciũ fuit in aqua, cõtra ardorem luxuriæ, quæ tunc uiguit: ultimum uerò iudicium erit in igne, contra teporem charitatis, quæ tunc senescente quasi mundo refrigecet. Quo facto, stabit erit resurrectio mortuorũ corporum, cum aduentu iudicis ad iudicium, & tunc inflammabitur totus mũdus per circuitum. Quia enim homo meruit & demeruit, in anima simul & corpore punietur, uel præmiabitur in utroque, & ideo in eisdẽ oportet eum resurgere. Resurgent autem oẽs tã boni quã mali, nulla in eis existente differentia, quantũ ad ordinẽ temporis, sed quãtum ad ordinem dignitatis. Nam mali surgens deformes & passibiles, imò tam ignominiosum erit corpus peccatoris, quòd anima resumens ipsum stupebit quando illud uidebit, & ipsum uidere abhorrebit, & uellet potius habere tale corpus quale erat, quãdo dimidium comestum fuit à uermibus. In bonis autem natura seruabitur, & uitia detrahentur, & erit corpus septies clarius quàm sol sit modò. Quanto fuerint crimina malorum abominabiliora, tanto erunt corpora eorum deformiora. Et quãto fuerint merita iustorũ plura & maiora, tanto erunt corpora eorum pulchriora & clariora. Corpus minimi pueri septipliciter clarius sole erit. Si alius fuerit in decuplo eo sanctior, illius corpus in decuplo erit illo

A clarius, & similiter intellige de centies & millesies. Et sicut Christus infinities est omnibus sanctis sanctior, ita est infinities corpus eius omnibus sanctis clarius. Omnes autem tam boni quàm mali resurgent incorrupti & integri corpore. uidelicet sine aliqua mẽbrorum diminutione, in debita statura, secundùm mensuram ætatis plenitudinis Christi, sed boni tãtum in gloriam immortalitatis immutabuntur. Vnde Augustin. Sed si Christus in ea mẽsura corporis in qua mortuus est resurrexit: nephas est dicere, cùm resurrectionis omnium tempus uenerit, accessuram corpori eius eã magnitudinem quam non habuit, ut longissimus possit fieri æqualis. Si autem dixerimus, ad dominici corporis modum etiam minorum maiorumque corpora redigẽda, peribit de multorum corporibus perplu
B rimum, cùm ipse nec capillum periturum esse promiserit. Restat ergo ut quisque recipiat suam mensuram, quam uel habuit in iuuentute, si senex est mortuus: uel fuerat habiturus, si est antè defunctus. Et ideo nõ est dictum ab Apostolo, in mensuram staturæ: sed, *in mensuram ætatis plenitudinis Christi*. quia resurgent corpora mortuorum in iuuenili ætate & robore, ad quã Christum peruenisse cognouimus. Hæc Augu. Resurrectio ergo tria corriget in natura, scilicet defectum,
C sicut in pueris & mutilatis, siue in diminuta natura membrorum. superfluum, scilicet unguium, crinium & huiusmodi. errorem, sicut est in monstruositate mẽbrorum. Resurgent quoque corpora eorum, numero eadem quæ prius, ex eodem puluere in quem redacta fuerant: ita quòd in quascunq; auras uel sinus puluis ille fuerit dispersus, ad eandem animam redeat, quæ ipsum primitus ut uiueret & creseret animauit. Nec solùm resurgent corpora quantum ad membra principalia: sed etiam saluis capillis, & cæteris membris ad decorem facientibus. Resurgent enim homines quantum ad esse, & quantum ad integrum esse, & quãtum ad decorum esse. Et hoc in momento, id est, breuissimo & angustissimo spatio tẽporis, in ictu oculi, transuolat media, & transiit ad remota: in nouissima tuba, id est, per uocem magnam & manifestam, postquam non erit alia. Hęc tuba clamor ille intelligitur, de quo
D in Euangelio dicitur: *Media nocte clamor factus est, ecce sponsus uenit, exite obuiam ei*: Non enim tunc ueniet cũ speratur, sed media nocte, id est, occultè ualde & insperatè. Tubæ nomine aliquod euidens & præclarum signum accipitur, quod nutu diuino dabitur: quod archangeli uox, & tuba Dei alibi, & etiam uox filij Dei Euangelio dicitur: Et bene dicitur tuba Dei: quia quasi ad bellum contra inimicos ueniet, & efficaciam dabit ei, quòd per illam mortui resurgent. Vox ergo tubæ, secundum quosdam, est imperium Christi resurgere imperantis: secundùm alios uerò, est manifesta Christi apparitio: post resurrectionem uerò statim erit iudicium. Erit autem in ualle Iosaphat quæ sita est
E ad Orientem, inter Hierusalem & montem Oliueti: quia Hierusalem & terre adiacens est locus medius communis omnibus nationibus, ac famosissimus, & publicus propter opera nostræ redemptionis. Iosaphat autem interpretatur iudicium Domini. Ad iudicium ergo Domini congregabuntur omnes impij, ut damnentur, iusti uerò non descendent in uallem iudicij ut damnẽtur, sed in nubibus obuiam Christo eleuabuntur. Christus enim non descendet in terram ad iudicium, sed in aere sedebit contra locum montis Oliueti, ex quo ascendit, stipatus agminibus & uirtutibus cęlorum. Et erit iudicium illud horribile ex omni parte. Suprà, erit iudex iratus: subtus, pateus infernus;

Resurrectio fiet in momento.

Matth. 25.

Tuba quid

Vallis Iosaphat locus iudicij.

Iudicij horribilitas.

Christus cũ cicatricibus apparebit.

Diuina natura nõ uidebitur dãnatis.

Forma qua iudicatus iudicabit Christus.

Augustin. serm. 6. de uerbis Domini.

Ordines in iudicio quatuor.

Resurrectio fiet in momento.

Matth. 19.

Matth. 25.

nus: intus, conscientia remordens: extrà, mundus ardens: à dextris, peccata accusantia: à sinistris, infinita dæmonia terrentia: circà, boni angeli in infernum pellentes, & mali ad ipsum trahentes. Ibi erunt etiã omnes sancti sententiã iudicis approbãtes, & omnes mali cum bonis peccata damnatorum cognoscentes. Et tunc Christus blandus iustis, & terribilis apparebit in iustis. Adeo quidem iratus reprobis uidebitur, ut dicant montibus & petris, cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Stigmata quoque monstrabit, & passionis insignia: scilicet crucem, clauos, lanceam, coronam, & flagella. Tota quippe trinitas in iudicio futuro iudicabit authoritatiuè & iurisdictione ordinaria, sed Christus, in quantum homo, iudicabit executiuè & iurisdictione delegata: quia iudex debet esse manifestus omnibus iudicandis. Deus autem pater uel filius, secundum diuinam naturam, nõ uidebitur ab omnibus in iudicio: quia tunc omnes essent beati, cùm in uisione cõsistat beatitudo, & ideo executio iudicii data est à patre Christo homini, qui poterit ab omnibus uideri. Vnde potestatem dedit ei iudicium facere, scilicet executiuè: quia filius hominis est ab omnibus uisibilis, bonis & malis. Non apparebit in forma Dei, quia solis mundis corde promittitur uisio formæ Dei: sed in forma serui, ut possit ab omnibus uideri iustè iudicaturus in ea forma, in qua iniustè iudicatus est. Vnde Augustin. Forma illa erit iudex, quæ stetit sub iudice. Illa iudicabit, quæ iudicata est. Nam si iudicium non fieret nisi inter solos iustos, appareret tanquam iustis forma Dei. Quia uerò iudicium futurum est iustorũ & iniquorum: nec licet ut iniqui uideant Deum: talis apparebit iudex, qualis uideri possit, & ab eis quos coronaturus est, & ab eis quos damnaturus est. Hęc Aug. Ordines autem quatuor erunt in iudicio: quorũ duo erunt electorum, & à dextris: duo reproborum, & à sinistris. Ex parte electorum quidam non iudicabuntur, sed iudicabunt & saluabuntur, ut quorum merita bona sunt impermixta malis, sicut perfectorum pauperum Christi, qui hîc seipsos iudicauerunt: qui præcepta legis, perfectionis uirtute transcendunt, & omnia relinquentes, nudi nudum Christum secuti sunt, qbus uoce dominica dicitur: *Vos qui reliquistis omnia, et secuti estis me, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel*. Dicũtur autem iudicare, id est, iudicanti assistere: quia cum iudice tanquàm assessores eminentius sedebunt, non quòd ipsi sententiam ferant, quia hoc solius iudicis erit: sed quòd approbẽt & confirment. Sedebit enim Christus in eminentiori loco cum sanctis: mali uerò stabunt subtus in terra quàm dilexerunt. Quidam uerò iudicabuntur & saluabuntur, ut quorum merita bona sunt aliquibus malis uenialibus permixta, qui uitæ maculas lachrymis tergunt, qui mala præcedentia sequentibus factis & misericordiæ operibus redimẽtes, quicqui d illicitum ali quando fecerunt, ab oculis iudicis bonorum operum superinductione cooperiunt, quibus iudex ueniens dicit: *Esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & colligistis me: nudus, & operuistis me, infirmus, & uisitastis me: in carcere, & uenistis ad me*. Ex parte reproborum quidam iudicabuntur, & damnabuntur, ut quorum merita damnabilia permixta sunt aliquibus bonis: sicut illorum qui Christianæ fidei initiati mysteriis opera fidẽi exercere contemnunt, & fidem sine operibus habent: quibus inclamatione dominica dicitur:

Ibidem.

Esuriui, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere: hospes eram, & non collegistis me: nudus, et nõ operuistis me: infirmus & in carcere, & non uisitastis me. Quidam uerò non iudicabuntur, sed damnabuntur, ut quorum mala merita omnino impermixta sunt bonis, ut qui fidem recipere noluerunt, & fundamento fidei caruerunt: uel qui susceptam fidem quasi per apostasiam reiecerunt: de quibus Dominus dicit, Qui non credit, iam iudicatus est. Et de quibus Paulus ait: *Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt*. De quibus etiam Psal. ait, *Non resurgent impij in iudicio*. Resurgent quippe etiam omnes infideles, sed ad tormentum, non ad iudicium. Vnde Petrus Cantor: Qui nõ credit, non habens scilicet characterem fidei, iam iu-
B dicatus est. Non enim fiet cum tali discussio & examinatio, cùm caruerit charactere & dominio regis, & cõstet curiæ talem esse de reprobis, nec de familia Dei: unde sine sententia rapietur in ignem æternum. Habens autem characterem regis & signum quo ab aliis separatus erat, citabitur ut homo regius: sed & quæ discussio & disceptatio cum eo? *Esuriui, & non dedistis mihi manducare*, &c. Tandemq; pro non seruato charactere, & dominio regis, fiet sententia in eum damnandum. Gregorius. Nam & princeps terrenam rem publicam regens, aliter punit ciuem interius deliquen-
C tem, atque aliter hostem exterius rebellantem. In illo enim iura sua cõsulit, contra hostem uerò bellum mouet, & de pœna eius quid lex habeat non requirit. Hęc Grego. Perfecti ergo iudicabunt, & non iudicabuntur, alij fideles facta discussione Euangelica, de operibus misericordiæ iudicabuntur: quidam ad gloriam, quidam ad pœnam, infideles autem iam iudicati sunt. Vbi non putatur per tractum & moram temporis singulorum examinatio: sed simul merita singulorum discutiet, & discussa iudicabit. Tunc enim libri conscientiarum pandentur, & ipse liber aperietur, qui dicitur liber Vitæ, quo fiet ut simul omnium omnia secreta omnibus tanta certitudinis claritate pateſcant, ut contra testimonium ueritatis loquentis in Christo, & conscientiæ cuiusque pariter contestantis, nulla inficiandi, defendendi, uel excusandi seu subterfugiendi pateat semita, quin recipiat unusquisq; secũdùm merita sua. Augustinus. Fiet enim uirtute diuina, ut cuiq; opera sua uel bona, uel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur: ut accuset, uel excuset conscientia conscientiam. Tunc aperta erit separatio sicut morum, sic & uitæ singulorum. Dicit autem Augustinus. quòd tot homines saluabuntur, quot dæmones ceciderunt. Sed Grego. dicit, quòd tot homines saluabuntur, quot angeli perstiterunt. Dixerunt etiam quidam, quòd duo parietes erunt in cœlo: scilicet unus hominum, & alter angelorum, & quòd ruina angelorum restaurabitur per uirgines, & de alio pariete tot erunt saluandi,
E quot in alio pariete sunt uirgines & angeli. Bonum esset & utile de hoc iudicio frequenter cogitare, ut cogitatio tantæ angustiæ nobis timorem incuteret, & timor incussus à nobis peccatum perpetratum expelleret, & nos à perpetrando arceret, exemplo Hiero. dicentis: Siue comedam, siue bibam, siue aliquid aliud faciã, semper uidetur in auribus meis sonare illa uox terribilis, Surgite mortui, & uenite ad iudicium. Grego. Si qua est præsentis tẽporis lætitia ita agenda est, ut nunquam amaritudo sequentis iudicij à memoria recedat. Anselmus, In matutino, id est, in contemplatione extremi iudicij: q̃ nocti præsentis tanquam lux matutina succedit, iterfice oẽs peccatores terrę. id est,

delicta

Ibidem.

Ioan. 3.

Roma. 2.

Psal. 1.

Gregorius lib. 26. moral. cap. 25.

Iudicandi forma.

Augustin. lib. 22. de ciuitate.

Saluandorũ numerus.

Iudicij recordatio utilis est.

Gregorius hom. 11. in euang.

Universidad de Deusto Biblioteca

delicta atq; peccata conuersationis terrenæ:ut disperdas de ciuitate Domini quam in te illi ædificare debes, omnes operantes iniquitatem: id est,diabolicas suggestiones,odibiles Deo delectationes,mortiferos consensus,& opera peruersa. Ab omnibus his(tanquam ciuitas Dei)debes emundari,ut placitam in te mansionem sibi creator inueniat,obtineat, & possideat.Hæc Anselmus.Hæc ergo omnia pensantes,cui gilemus totis uiribus: & uoluntati Dei obtemperantes,remedia quæramus: beneficiaque Dei circa nos cogitantes assiduè peccata studeamus pro posse uitare,ut iudicio illi terribili mereamur securi assistere.

Augusti. sermo. 67. de tempore. Idē ibidem.

Ad quod bene hortatur nos August.dicens: Melius est hîc paruam amaritudinem sustinere, & postea ad æternam dulcedinem peruenire, quàm hîc habere falsum gaudium,& illic suscipere sine fine suppliciū. Et iterum:Certum est,fratres charissimi,quòd si semper beneficia Dei nostri,quæ nobis nullis præcedentibus meritis nostris collata sunt,assiduè cogitamus.peccata nobis aut non dominātur:aut si fortè surrepserint, citò per pœnitentiam corriguntur.Quis enim uel mēte concipere,non dicam uerbis possit exponere, quāta circa nos sunt beneficia Dei nostri?Fecit enim nos, cùm non essemus:reparauit nos postea,cùm perissemus.Mortem suscepit, precioso nos sanguine liberauit.Ad inferna descēdit,de faucibus nos ęternæ mortis eripuit, cœlorum nobis etiam præmia promisit. Hęc omnia fratres dilectissimi pio & benigno animo cogitantes, quantum possumus cum ipsis adiutorio beneficiis suis uicem rependere festinemus.Non reddamus mala pro bonis:sed quantum possumus, uolūtati illius obtemperare fideliter studeamus:totis uiribus innitentes,ut præcepta ipsius magis nobis pariāt de sequacitate remedium, quàm de transgressione iudicium.Nam quid faciemus,charissimi,in illo metuēdo iudicij die:cùm tremente mundo Dominus præcinentibus angelorum buccinis,in illo maiestatis suę throno,circundatus cœlestis militiæ luce, cōsederit: ibique de terræ gremio & antiquo puluere suscitato humano genere, astante testimonio conscientiæ singulorum,positis in conspectu peccatorum pœnis,iustorumq; præmijs rationem uitę cœperit postulare: & plus iam iustus quàm misericors,seueritate iudicis contemptæ misericordiæ reos cœperit accusare,& dicere:

Exprobratio beneficiorum Dei in nos.

Ego te,ò homo,de limo manibus meis feci:ego terrenis artubus infudi spiritum: ego tibi imaginem nostram similitudinemque conferre dignatus sum: ego te inter paradisi delitias collocaui.Tu uitalia mādata contemnens, deceptorem sequi, quàm Dominum maluisti.Cùm expulsus de paradiso,iure peccati mortalis uinculis tenereris:uirginalem uterum,sine dispendio uirginitatis,pariendus introij.In præsepio expositus,& pannis obuolutus iacui.Infantiæ contumelias humanosq; dolores, quibus tibi similis fierē, ad hoc scilicet ut te mihi similem facerem,pertuli.Irridentium palmas & sputa suscepi: acetum cum felle bibi:flagellis cæsus,uepribus coronatus, affixus cruci,perfossus uulnere,ut tu eripereris morti, animam in tormentis dimisi.En clauorum uestigia,quibus affixus pependi:en perfossum uulneribus latus.Suscepi dolores tuos:ut tibi gloriam meam darem.Suscepi mortem tuam,ut tu in æternum uiueres.Conditus iacui in sepulchro,ut tu resurgeres in cœlo. Cur quod pro te pertuli perdidisti?Cur ingrate redēptionis tuæ munera tenuisti? Nō tibi ego de morte mea queror. Redde mihi uitam tuam,pro qua meam dedi.Redde mihi uitam tuam, quam uulneribus peccatorum indesinenter occidis. Cur habitaculum, quod in te sacraueram,luxuriæ sordibus polluisti?Cur corpus iam meum,illecebrarum turpitudine maculasti?Cur me grauiore criminum tuorum cruce, quàm illa in qua quondam pependeram afflixisti?

Peccatum grauissimū Christo est.

Grauior enim apud me peccatorum tuorum crux est, in qua uinctus pendeo,quàm illa in qua tui misertus mortem tuam occisurus ascendi.Cùm essem impassibilis,pro te pati dignatus sum.Sed tu despexisti in homine Deum,in inferno salutem:in uia reditum,in iudice ueniam,in cruce uitam,in suppliciis medicinam. Et quia post omnia mala tua ad medicamenta pœnitentiæ confugere noluisti:ab auditu malo non mereberis liberari. Hæc August. Terminato iudicio,tota caliditas illius ignis permaximi,de quo dictum est,exequetur iudicis sententiam:inuoluet enim peccatores & trahet in infernum.Et ita patet, quòd ille ignis aduentum iudicis & præcedet,& cōcomitabitur,& sequetur. Vnde Greg.

Gregorius hom. 2. in Ezechiel. Ibidem.

Ille etiam ignis,qui cœlum aereum & terram concremabit, peccatores proculdubio constringet in pœna suæ damnationis. Ipse enim redemptor noster in suo nunc terrore uidebitur,eique ignis iudicii in reproborū uindictā famulabitur.Et iterū:Extremi iudicij die, æterno tunc iudice terribiliter apparēte,astantibus legionibus angelorum, assistente cuncto cœlestiū ministerio potestatum, atque omnibus electis ad hoc spectaculum deductis,antiquus hostis diabolus,belua uidelicet crudelis & fortis, in medium captiuus deducetur,& cum suo corpore:id est,cum reprobis omnibus æternæ gehennę incendijs mancipabitur,cùm à Domino dicetur:*Discedite à me maledicti in ignē æternum,qui paratus est diabolo & angelis eius.*

Matth. 25 Diaboli mersio.

O quale erit illud spectaculum, quando hæc immanissima belua electorum oculis ostendetur:quæ hoc belli tempore nimis eos terrere poterat,si uideretur Sed occulto ac miro Dei consilio agitur,ut & nunc per eius gratiam à pugnantibus non uisa uincatur: & tūc à lætis uictoribus iam captiua uideatur. Tunc autem iusti diuino adiutorio,quantum debitores sint, plenius recognoscunt, quando tam fortem beluam uiderint, quam nunc infirmi uicerunt, & in hostis sui conspiciunt immanitate, quantum debeāt defensoris sui gratiæ.Hęc Greg.

August. ubi supra. Dei uisio aperta.

Vnde & Augu.Post iudicium perget hinc,ducetq; secum corpus, cui caput est,& offeret regnum: id est,redemptos sanguine suo, Deo patri. Tunc planè uidebitur forma illa Dei,quæ non potuit uideri ab iniquis: quorum uisioni forma serui exhibenda erat.

Anselmus in Matth.

Vnde etiam Anselmus:Sublatis autem impijs, ne uideant gloriam Dei:de iustis singulis, secundùm gradum suum & meritum, angelicis ordinibus insertis, fiet illa gloriosa processio, Christo præcedente capite nostro:omnibusque membris suis sequentibus:& tradetur regnum Deo patri:ut ipse regnet in eis,& ipsi in eo regnum illud percipientes,quod paratum est illis ab origine mundi.

Mundi innouatio.

Post prædicta statim erit mundi innouatio,quæ non complebitur quamdiu peccator est in mundo:id est, quousque detrudatur in infernum. Sic enim ignis ille permaximus elementa purgabit,cùm habeat uirtutem formæ extrinsecè expulsiuam:sic mundum innouabit, cùm habeat uirtutem subtiliatiuam.

Purgatio, & innouatio, quomodo differūt.

Vnde differentia est inter purgationē, & innouationem: quia purgatio erit pœnalium qualitatum detractio,& elementorum ab impuritate, quā ex commixtione habent, ad puritatem mutatio: sed innouatio,erit pulchrioris formæ inductio.

Elementorum purgationes.

Sic autem purgabuntur elementa,quòd pręcidetur à igne uis combustibilis,ab aere obscuritas,ab aqua glacialis

frigiditas, à terra ponderositas & opacitas: quia de omnibus elementis quod ignobile est, tendet deorsum & ad locum pœnarum: scilicet ad cloacam infernalem cum omnibus rerum immundicijs cōfluet, & ibi horrorem carceris multiplicabit. Rerum ergo mutabilitas:scilicet frigus, æstus, grandines, turbines, fulgura, tonitrua, & aliæ incommoditates penitus interibunt: elementa uerò purgata permanebunt. Innouabuntur etiam, quia terra tota erit sicut paradisus & planabitur: & aer erit clarior, nec habebit impressiones, quas habet modo: perspicuum quoque in aqua, & lux in igne manebunt: & sicut ignis & aqua puriores.Orbes quoque cœlestes,propter impermixtionem nullam impuritatem habentes, nulla indigebunt purgatione, sicut elementa:

Cęlestis motus cessatio. Innouatio dictorum.

sed tantummodo cessatione motus: & ideo innouabuntur, sed non purgabuntur. Innouatio uerò eorum,est à statu ueteri in statum nouum commutatio. Et requirit in illis duo: scilicet motus cessationem, & claritatis splendorem ampliorem: quando sol stabit in Oriente, & luna in Occidente, ubi creata sunt:& ibi sine fine manebunt. Huius ratio est ista: Quia corpora superiora facta sunt ad usum hominis dupliciter:Vno modo,propter necessitatem corporis: scilicet, statum generationis & corruptionis, & ideo cessante illo statu,cessat & motus. Motus enim cœli, & transmutatio, in elementis ordinata sunt ad complendum numerum electorum. Et ideo ipso numero completo,in iudicio cessabunt: sicut ea quę sunt ad finem, habito fine cessant.

Temporis cessatio.

Cessante autem motu cœli, cessabit & tempus, quod sequitur motum cęli: quia secundùm Apocalypsim, tempus non erit amplius. Ex hoc patet, quòd dies resurrectionis generalis erit dies nouissimus. Vnde Iob dicit: *Et in nouissimo die, de terra resurrecturus sum.*

Iob 19.

Alio modo facta sunt, propter delectationem & pulchritudinem creaturæ: & propter cognitionem Dei in illis:& ideo lux eorum non cessabit, sed augebitur. Denique cœlum, sol, luna, & stellæ quæ nunc festinant cursu irretardabili:quasi cupientes in meliorem statum mutari, tunc fixa immobiliter manent & quieta, & mirabili glorificatione immutata. Nam cęlum gloriam solis induet: sol, luna, & stellæ uestientur ineffabili splendore.

Haymo in Matthæū. Esaia 30.

Vnde Haymo: Tunc etiam complebitur id quondam per Esaiam prædictum, *Erit lux lunæ sicut lux solis:& lux solis septipliciter,sicut lux septem dierum.* Hoc enim post illum extremi iudicij diem erit: cùm scilicet cœlum nouum ac terra noua fuerit.

Elementorū deterioratio ex lapsu Adæ.

Omnia namque quæ per spatium sex dierum operatus est Deus, propter hominem facta sunt: & in eius lapsu omnia elementa detrimenta sustinuerunt. Nam antea terra spinas & tribulos non proferebat: nec aer iste tantæ crassitudinis ut nunc, sed purior erat. Sic etiam sol, & luna, & sydera sui luminis sustinuerunt detrimenta. In die uerò iudicij terminato illo examine,cùm fuerint omnes reprobi vna cum diabolo conclusi in infernum, sustollet se Dominus Iesus pariter cum corpore suo, quòd omnes electi sunt, in cœlum. Et tunc sibi luna splendorem solis mutuabit, sol uerò septempliciter quàm modo lucebit: recipietque splendorem, quem homine peccante amisit. Hæc Haymo. Patet ergo, quòd cœlum & terra transibunt, quantum ad formam: sed non quantum ad substantiam.

August. lib. 20. de ciuitate. cap. 16. Gregorius lib. 17. moral. cap. 5.

Augustinus: Elementa, id est,cœlum & terram non credamus abolenda: sed in melius commutanda: figuram mundi, id est, imaginem, non substantiam perituram. Gregorius, Cœlum & terra per eam quam nunc habent imaginem transeunt: sed tamen per essentiam sine fine subsistūt. Cœlum igitur,& terra,& transit,& erit: quoniam ab ea quam nunc habet speciem, per ignem tergitur, & tamen in sua semper natura seruatur. Vnde per Psalmistam dicitur:*Mutabis ea,& mutabuntur.*Hæc Gregorius.

Psal. 101. Mundi innouandi rationes.

Mundum autem innouari: id est, pulchriorem induere debere,ostenditur triplici ratione. Primò, quia sicut dignum fuit quòd elementa purgarentur,pro eo quòd infecta erant propter peccatum hominis:ita dignum erit ut mundus innouetur,propter glorificationem hominis & honorem beatorum: ut homine glorificato, cuncta etiam creatura innouetur cum eo.Secundò, ut creaturæ remunerentur pro labore quo homini seruierunt.Tertiò,ut totus mundus per hoc speculum Deum cognoscat. Vnde oportet in futuro speculum purgari, & meliorari: quia in pulchritudine creaturarum amplius resultat species creatoris. Hoc autem non erit ad necessitatem, ut Deus per creaturas uideatur sicut modo: sed ad iocunditatem, ut uidelicet iocunditati uisionis intellectualis addatur delectatio uisionis sensibilis.

ORATIO.

BENIGNISSIME *Iesu, qui per immensam bonitatis tuæ patientiam ad emendationem me expectas: da mihi misero, ut in præsenti me discutiente diiudicet: ac omnia quæ tibi displicent uitare, & quæ tibi placent implere ualeam: sicque tibi placitus & gratus fiam, quatenus in futuro iudicio cum electis tuis à dextris positus, te propicium,& placatum inueniens, paratum eis regnum percipiam:tua desiderabili ad quam suspiro perenniter fruiturus præsentia, Iesu clemens, meum desiderium, præmium & uita. Amen.*

De pœna infernali, & gloria cœlesti. Cap. LXXXVIII.



FINALE uero iudicium sequuntur pœna inferni, & gloria cœli.

Pœna inferni diuersa erit.

De pœna infernali est sciendum, quòd cùm in damnatis sit diuersitas peccatorum, erit diuersitas pœnarum. Cùm enim in peccato sit auersio à creatore,& conuersio ad creaturam: scilicet ad bonum commutabile, spreto bono incommutabili, scilicet Deo, & deordinatio uoluntatis contra instinctum rationis, meritò pœna uariabitur propter

Auersionis à Deo pœna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conuersionis ad creaturas pœna plurima.

ista. Vnde propter auersionem erit carentia uisionis Dei: sed propter conuersionem, erit pœna materialis ignis, uel incendij: propter inordinationem autem rationis & uoluntatis, erit pœna uniuersi: quæ consistit in afflictione uaria, acerba, & æterna. Ibi enim erit calor ignis, rigor frigoris, tenebræ, fumus, lachrymæ interiores, aspectus dæmonum, clamor in perpetuum, † mallei percutientium, serpentes & dracones ariditas, sitis, fœtor sulphuris, uermis conscientiæ, uincula, carcer, timor, dolor, pudor, & confusio peccatorum omnibus patientium: inuidia, rancor, tristitia, carentia diuinæ uisionis, ablatio spei omnis salutis. Ipsum etiam esse, quod omnis creatura appetit, pœna eis est: quia quærent mortem naturalem, & non inuenient. Nam quia homo in suo æterno peccauit: id est, quamdiu uixit nec uoluntas eius finem peccandi habuit: ideo iustè in æterno Dei, & æternaliter punietur. Vnde Grego. Ad districti iudicij sententiam pertinet, ut nunquam careant supplicio, quorum mens in hac uita nunquam uoluit carere peccato: & nullus detur iniquo terminus ultionis, qui quamdiu ualuit, habere noluit terminum criminis. Et iterum: Iniqui cum fine deliquerunt: quia cum fine uixerunt. Nam uoluissent utique (si potuissent) sine fine uiuere, ut possent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper uiuere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare dum uiuunt. Iustum est igitur, ut nunquam careant supplicio, qui nunquam uoluerunt carere peccato. Hæc Grego. Vnde & Augu. Factus est autem homo malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonum, quod esse possit æternum. Et ut ait Bernard. Iustè profectò si peccat patitur quòd nolit, qui non peccat nisi uelit. Videbunt etiam damnati seinuicem: non ut inde consolentur, sed magis torqueãtur. Vnde Gregorius, Quamuis illis ignis ad consolationem non lucet, tamen ad aliquid (scilicet ut magis torqueat) lucet. Eos quippe quos reprobi nunc inordinate diligunt, secum tunc in tormentis uidebunt: ut pœnam propriæ punitionis, exaggeret carnalis cognatio authori præposita, pari ante oculos ultione damnata. Vnde & Isidorus: Ignis gehennæ lucebit miseris ad miseriæ augmentum, ut uideant unde doleant: non ad consolationem, ut uideant unde gaudeant. Et breuiter, secundùm Hierony. tanta erit in inferno uis doloris, quòd mens ad aliud dirigi nõ potest, nisi ad quod uis doloris impellit. Et si singulis diebus quibus erunt damnati in inferno unam lachrymam materialem emitterent: plus exiret aquæ per processum temporis ab uno damnato, quàm omnia uasa huius mundi caperent: imò plus quàm omnia maria aquæ contineant. O pia corda illud interminabile & crudele, illud æternum supplicium respicite, lugete & flete. Heu heu cur non hæc maxima futura nobis mala præuenimus, cùm robur adest, & tempus opportunum. Vtinam & de tempore toto inutiliter expenso, superesset tunc nobis uel una horula tantę pœnæ in remedium concessa: sed heu sententiante diuina iustitia præcluditur nobis salutis uia, negatur misericordia, spes omnis est ablata. O dolores & miseriæ, & in æternum permansuræ angustiæ in terra hac obliuionis: ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Quid plura? Nos miseri & miserabiles tantum tunc affligimur, & dolemus de illo uæ æterno: ut qualiscunque terminus excogitatus, dummodo finitus, esset nobis solatiosus: unde posito, per impossibile, quòd esset aliquis lapis molaris adeo magnus, quòd circumferentiam cœli contingeret,

† alias, clamor, improperium.

Pœnarum æternarum causa. Gregorius lib. 4. dialog. ca. 44. Ibidem.

Augusti. lib. 21. de ciuitate, cap. 12.

Gregorius lib. 9. moral. ca. 48. Vis doloris.

Æterni supplicij horror.

A & quòd aliqua auicula minimæ quantitatis, post centum milia annos ueniens de lapide prædicto, solummodo per rostrum suum euelleret quantum est decima pars milij, & iterum post centum milia annorum curricula sicut prius ageret: scilicet unam particulam de decem, & sic per partes euelleret: ita quòd in decies centenis milibus annis non plus diminueretur quantitas lapidis, nisi quantum habet in magnitudine granum unius milij: en proh dolor nos miseri multum grati essemus, quòd post tam longam & plenam consumptionem totius lapidis finem haberet sententia nostræ æternæ damnationis. Sed heu hæc eadem consolatio miseris à diuina iustitia penitus est negata. Supra omnes autem pœnas inferni, est carentia uisionis Dei: quia mali non tantum dolebunt de ipso tormento, quàm quòd repellẽtur à tali consortio. Vnde Chryso. Nonnulli imperitorum putabant sibi esse satis & optabile uideri, si gehenna tantummodo carerent: ego autem multo grauiores quàm gehennæ dico esse cruciatus, remoueri & abijci ab illa gloria. Excludi ab omnibus bonis quæ præparata sunt sanctis, tantum generat cruciatum, & tantum dolorem, ut etiam si nulla pœna extrinsecus torqueret, hæc sola sufficeret: omnes igitur gehennæ superat cruciatus. Et uidetur quidem una tantummodo pœna esse comburi: si uerò aliquis diligenter expendat, duplex hoc inueniet esse supplicium. Qui in gehenna utitur, cœlorum regnum prorsus amittit: quæ certe pœna maior est, quàm cruciatus ille flammarum. Noui autem quia plurimi solam pertimescant gehennam: ego tamen illius gloriæ amissionem multo amarius, quàm ipsius gehennę dico esse suppliciũ. Intolerabilis quidem res est gehenna, & supplicium eius horribile. Tamen si mille aliquis ponat gehennas, nihil tale dicturus est, quale est à beatæ illius gloriæ honore propelli: exosumque esse Christo, & audire ab illo, non noui uos: atque uultum illum mansuetudinis pietatisque plenum, nos tamen auersantem uidere: & illos totius tranquillitatis oculos, nequaquam nos aspicere sustinentes. Sed nequaquam istud patiamur, ò unigenite fili Dei: neque experiamur intollerabile illud horrendumque supplicium. Hæc Chrysost. Vnde & August. A regno Dei exulari, à ciuitate Dei alienari, à uita cadere, tam grauis est pœna, ut ei nulla possint tormenta quæ nouimus comparari. Vnde & Gregor. Nazianzenus, His ergo qui regno cœlorum indigni reperientur, erit etiam cum cæteris maior pœna, quòd à Deo proijcientur, & pudor & confusio conscientiæ, cuius finis ac remedium nusquam erit. Hæc Gregor. Si pœna damni est grauissima: ergo paruuli puniuntur pœna grauissima: quod est contra August. secundùm quem pœna eorum est mitissima. Dicendum, quòd pœna damni potest considerari, uel ut est subtractio tanti boni, cum sensu & merito subtractionis, & sic est grauissima: uel sine sensu & merito, & sic est mitissima. Væ nobis qui de malis non cogitamus; sed quasi securi torpentes, & animæ curam negligentes, ad hęc sine cessatione properamus. Postremò de gloria cœli sciendum est, quòd tot & tanta sunt in cœlis gaudia, quod omnes Arithmetici huius mundi non possent ea numerare: & omnes Geometrici non possent ea mensurare, omnes Grammatici, Dialectici, Rhetorici non possent ea sermonibus explicare: quia oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quæ præparauit Deus diligentibus se. Gaudebunt quippe sancti supra se, de

Visionis diuinæ carentia.

Chrysostom. hom. 47. ad populũ Antioch. to. 5.

Pœna damni an sit grauissima.

De gloriæ paradisi.

de Dei uisione: infra se, de cœli & aliarum creaturarum corporalium pulchritudine: intra se, de corporis & animæ glorificatione: iuxta se, de angelorum & hominum associatione. Intãtum namque gaudebit quisque de bono alterius, quantum de bono proprio: quod tamen intelligendum est non de gaudii intensione, sed de gaudiorum numero. Ibi etiam singuli à singulis cognoscentur, & uidebit unusquisque cogitationes alterius prout uult: quia, ut ait Gre. Vniuscuiusque mentem ab alterius oculis corpulentia non abscondet. Videbunt itaque iustos, ut gaudeant: uidebunt quoque pœnas reproborum, ut de periculorum euasione gratias agant. Videbimus ibi Deum in se, deumque in nobis, & nos in Deo: & Deum in creaturis, & creaturas in Deo. Ibi erit Deus omnia in omnibus, id est, secundùm Augustin. erunt quæcunque ab omnibus desiderantur: & uita, salus, & copia, & honor, & pax, & omnia bona. Qui, secundùm Gregorium, tam inæstimabilis pulchritudinis est, ut angeli qui solem septempliciter sua uincunt pulchritudine, iugiter in eum desiderent insatiabiliter prospicere. Ibi etiam, secundùm Augustin. sensus hominis interior reficitur, in contemplatione diuinitatis: & sensus exterior, in contemplatione humanitatis: quia propter rea Deus homo factus est, ut totum hominem in se beatificaret. Deus omnes sens s spirituali & ineffabili delectatione reficiet, cùm ipse obiectum omnium sensuum sit futurus. Erit namque Deus speculum ui sui, cithara auditui, mel gustui, balsamum olfactui, flos tactui. Ibi erit candor lucis æstiualis, amœnitas uernalis, abundantia autumnalis, requies hyemalis. Illa beatitudo, secundum Augustinum, in duobus consistit: scilicet in necessaria præsentia omnis boni, & in necessaria absentia omnis mali. Et breuiter, secundùm Augustinum & Grego. tanta est ibi pulchritudo iustitiæ, tanta iocunditas lucis æternæ: ut etiam si non liceret in ea amplius uiuere seu manere quàm unius diei mora, propter hoc solum innumerabiles huius uitæ dies pleni deliciis & affluentia temporalium bonorum, rectè meritoque contemnerentur. Non enim falso aut paruo affectu dictum est: *Quia melior est dies una in atrijs tuis super milia.* Hæc etiam uita æterna consistit in stola animæ & corporis. Stola animæ, consistit in tribus dotibus eius: scilicet in manifesta cognitione summæ trinitatis, quæ succedit fidei: in perfecta eius fruitione, quæ succedit spei: in perfecta eius dilectione, quia non euacuabitur, sed perficietur charitas ipsius Dei. Stola autem corporis in quatuor dotibus eius consistit: scilicet in claritate, impassibilitate, subtilitate, & agilitate. Dotes animæ, sunt de premio substantiali: dotes corporis, de premio accidentali. Prima ergo dos animæ, est cognitio quæ & uisio dicitur: qua diuina essentia uidebitur ab omnibus tota, sed non totaliter, prout est infinita. Videbitur tamen essentia diuina limpidius ab uno, quàm ab alio, inquantum unus magis erit perfectus lumine gloriæ quàm alter. Et sic ista differentia erit ex parte uidentis: quia idem erit uisum ex parte, cuius (cum sit simplicissimum) nulla potest esse diuersitas. Tribus autem modis cognoscitur: scilicet quòd est, uel sicut est, uel quid est. Primo modo cognoscitur Deus in uia, ettam à malis. Secundo, uidebitur in patria à bonis. Vnde Ioannes: *Similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est.* id est maiestatem, claritatem, bonitatem, &c. Tertio modo neque à bonis uidebitur, neque à malis, neque in uia, neque in patria: quia finitum nunquam capiet infinitum. Secunda dos animæ, est dilectio: sed inter dilectionem uirtutem, & inter dilectionem dotem est differentia: quia uirtus propriè est illud, quod transit de statu gratiæ in statum gloriæ: dos autem, quod supra meritum datur in ductione sponsæ. Fides & spes, secundùm rem, euacuabuntur in patria: charitas verò neque secundùm rem, neque secundùm actum eius euacuabitur: sed solummodo secundùm modum: quia imperfectio tolletur. Vnde dicit Augustin. quòd fidei succedet spes, quam uidebimus: spei succedet beatitudo, ad quam peruenturi sumus: sed charitati nihil succedet: quia potius augebitur. Tertia dos animæ, est comprehensio, quę est tentio uisi & amati: & sumitur hic comprehendere procontingere, & circumplecti diuinam maiestatem uel immensitatem. Hæc etiam à quibusdam appellatur inhæsio, à quibusdam uerò fruitio. Sunt ergo istæ tres beatorum perfectiones præcipuæ: scilicet, uisio inobfuscabilis, dilectio infastidibilis, tentio inamissibilis. Prima dos corporis, est claritas. Sed dicitur aliquid clarum dupliciter: aut quia peruium: sicut dicitur uitrum clarum: aut quia lucidum, sicut dicitur stella clara. Corpus autem glorificatum & erit peruium & lucidum, & ideo utroque modo erit clarum. Et erit corpus clarificatum septies tam clarum sicut modò est sol, & anima septies clarior corpore erit, quæ corpus uelut uestimentum suum reinduens, per omnia membra corporis, uelut sol per cristallum, lucebit. Sed corpora sanctorum non æqualiter erunt clara: quia melior anima corpus lucidius habebit. Secunda dos corporis, est impassibilitas, quæ resultat ex uirtute animæ suum corpus potenter continentis, ita ut à nullo exteriori agente ualeat immutari. Vnde si etiam corpus glorificatum poneretur in inferno, non sentiret ex hoc lęsionem in aliquo. Tertia dos corporis, est subtilitas, quæ est ex perfecta uictoriæ forma super materiam, & aufert grossiciem corporis quæ est ex cõpositione elementariarũ qualitatũ. Et sciendũ, q̃ sicut duo corpora non glorificata, non possunt esse simul in eodẽ loco: sic nec duo corpora glorificata: alioquin in uno corpore glorificato esset potẽtia agendi & intrandi partes corporis alterius: in alio uerò esset impotẽtia resistendi. Corpus uerò gloriosum põt simul esse in eodem loco cũ corpore nõ glorificato: quia põt illud penetrãdo subintrare, manẽte distinctione dimensionũ corporis utriusque. Quarta dos corporis, est agilitas, quę secũdùm Aug. tanta erit, q̃ ubi uolet spiritus, ibi protinus erit & corpus. Natura. n. totaliter erit subdita uoluntati: & ideo mouebitur corpus ad imperiũ spiritus. Verumtamen sicut melior anima corpus habebit lucidius, sic & agilius: ita tamen q̃ uoluntas sanctorũ erit omnino conuncta rationi: & ideo uoluntas eorum nunquã appetit quod non debet: quia, ut ait Aug. nec uolet aliquid spiritus, quod nec spiritum posset decere, nec corpus. Quidam sancti insuper specialiter habebunt aureolã, quę est mentis speciale gaudium: & cõporis singularis decor, ueniens ex opere præcellẽti & priuilegiato: scilicet martyrio, uirginitate, & prædicatione: ut sic aureola non tantum principaliter sit in mente, sed per quandam redundantiam fulgeat etiam in carne. Aureola etiam diminutiuè dicitur, in comparatione ad auream: & ideo nota quòd inter auream, & aureolã, & palmam, est differentia. Aurea enim est præmium substantiale: quod metaphoricè dicitur corona:

Gregorius lib. 4. dialo.

1. Cor. 15. Augustin. lib. 22. de ciuitate cap. 30. Gregorius lib. 18. moral. ca. 19.

Augusti. lib. de beata uita. Beatitudinis obiecta. Idem li. 22 decimitate. Psal. 83.

Stola animæ.

Stola corporis. Cognitio & uisio Dei.

Cognitio trinum.

1. Ioan. 3.

Dilectio uirtus.

Dilectiones.

Augusti. sermo. 53. de tẽpore.

Comprehensio.

Inhæsio & fruitio.

Dotes animæ.

Dotes corporis.

Claritas.

Impassibilitas.

Subtilitas.

Penetratio dimensionum.

Agilitas. Augusti. lib. 22. de ciuitate, cap. 30.

Idem ibidem.

Aureola.

Aurea.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum ex parte meriti, quia non respondet gratia operi, sed radici charitatis: tum ex parte præmii, quia per hoc efficitur homo particeps deitatis: & per consequens regiæ potestatis: tum ratione perfectionis, quod significat figura circularis. Aureola uerò est præmium accidentale: non tamen quodlibet accidentale, sed illud quod respondet operi excellenti, scilicet martyrio, uirginitati, & prædicationi. Palma autem est premium accidentale, quod nec radici, nec operi debetur, sed uoluntati. Tale premium habuit S. Martinus, & multi alii, qui desideraverunt martyrium, licèt opus non fuerit subsecutum: quia & si gladio persecutoris occisi non sunt, palmam tamen martyrii non amiserunt. Hæc autem palma nec aurea dici debet, nec aureola: patet ergo quòd martyribus ac uirginibus & prædicatoribus debetur aureola. Vnde uersus sunt isti:

Aureolam si ferre uolam, fore uirgo studebo,
Martirium ve subibo pium populosve docebo. Et iterum:
Aureolam martyr, doctor, uirgoque meretur.

Aureola. *Palma.*

Anselmus in 1. Cor.

Anselmus uerò ponit septem bona corporis, & septem bona animæ, quę habebunt electi in cœlestis patriæ beatitudine. Et primò ponit bona corporis: quæ sunt pulchritudo, uelocitas, fortitudo, libertas, sanitas, uoluptas, æternitas: dicens, In illa igitur uita pulchritudo iustorum solis pulchritudini, quæ septempliciter quàm modò sit, speciosior erit, adæquabitur: quemadmodum diuina scriptura testatur: *fulgebunt iusti*, inquiens, *sicut sol in conspectu Dei*. Velocitas nos tanta comitabitur, ut ipsis angelis Dei æque celeres simus, qui à cœlis ad terras, & à terris ad cœlum dicto citius dilabuntur. Huius quoque uelocitatis exẽplum in radio solis licet intueri, qui statim orto sole in plaga orientali, pertingit in ultimo plagæ occidẽtalis: ut in eo perpẽdamus nõ esse impossibile, quod de nostra dicimus futura uelocitate: præsertim cùm rebus animatis soleat inesse maior uelocitas, quàm inanimatis. Præstabunt uiribus, quicunque meruerint supernis ciuibus associari: intantum ut nullatenus illis obsistere quicquam ualeat, uel si mouendo aut euertendo uoluerint quid à suo statu quo modocunque diuertere, non illico cædat. Nec in eo quod dicimus maiori conatu laborabunt, quàm nos modo in motu oculorum nostrorum. Ne quęso excidat animo, quam adipiscemur, angelorum similitudo: quatenus si hic aut his quæ dicturi sumus aliud exemplum non occurrit, ipsa occurrat: atque in quibus angelos ualere constiterit, etiam nos æquè ualerere probet & asserat. Quicunque igitur angelorum fuerint similitudinem assecuti: eorum quoque libertatem necessariò assequentur. Itaque sicut angelis nihil obsistit, nec aliquid eos impedire, uel constringere potest, quin pro uelle suo cuncta liberrimè penetrent: ita non erit obstaculum ullum quod nos retardet, nec clausura quæ nos detineat, nec elementum quod nobis ad uelle parum obsistat. De sanitate quid melius dici poterit, quàm quod Psalmista canit: *salus*, inquiẽs, *iustorum à Domino*. Quibus autem fuerit à Domino uera sanitas, quæ surrepere poterit infirmitas? Crede & incunctanter astruere licet, sanitatem uitæ futuræ ita iugem & incommutabilem ac inuiolabilem fore, ut ineffabili quadam atque sensibili suauitatis dulcedine totum hominem repleat: & omne quod alicuius in se uicissitudinis, mutabilitatis, aut læsionis suspiciones prætendere queat, procul arceat, atque repellat. In illa futura uita inæstimabilis delectatio quædam bonos inebriabit: & dulcedine sui totos eos inæstimabili exundantia satiabit. Quid dixi totos oculos, aures, nares, os, manus, pedes, guttur, cor, iecur, pulmo, ossa, medullæ, exta etiam ipsa, & cuncta sigillatim, singulaque membra eorum in commune tam mirabili delectationis & dulcedinis sensu complebuntur, ut ferè totus homo torrente uoluptatis Dei potetur, & ab ubertate domus eius inebrietur. Qui ergo hæc bona fuerit adeptus, non intelligo ad quid pro commodo corporis sui ulterius porrigatur affectus: solummodo asit ei (quam cunctos appetere diximus) diuturnitas uitæ: sed ista illi minimè deerit, quia iusti in perpetuum uiuent. Sunt etiam alia quæ quidem his quæ digessimus non minus amantur, sed ad animam sicut illa ad corpus referuntur: quæ nihilominus in septenario numero constituta, non modicum placent menti, quæ ipsorum fuerit sapore imbuta. Sunt autem hæc: sapientia, amicitia, concordia, potestas, honor, securitas, gaudium. Sapientia igitur tanta in futura uita bonis erit: ut eorum quæ scire uoluerint nihil sit quod ignorent. Scient enim cuncta quæ sciẽda fecit Deus: tam ea quæ præterita, quàm quæ huius seculi sunt futura. Ibi à singulis omnes, & ab ominibus singuli cognoscentur: nec quemquam omnino latebit qua patria, qua gente, qua stirpe quis æditus fuerit, uel quid inuita fecerit. Amicitia intantum singulorum intima erga singulos suo feruore complebit, ut amor cuiusque in quẽque sufficiat cuique, præsertim cùm omnes unum corpus sint Christi: & Christus, qui est pax ipsa, sit omnium caput: nec minori se affectu complectantur, quàm membra unius corporis sibiinuicem copulantur. Amabis igitur omnes, ut temetipsum: & amaberis ab omnibus, ut ipsi à se. Putas abundans eris in dilectione, quando hoc tibi fuerit in possessione. Attamen ista transi, & contemplare ipsum per quem hæc bona tibi prouenere: & percipies, quia ille plus quàm tu teipsum, & quàm omnes alii incomparabiliter amabit te: & tu super teipsum ineffabili quadam suauitate illum amabis. Si itaque tanta in cunctis est concordia, ut in nullo sentias aliquem discrepare ab eo quòd te constiterit uelle: corpus unum erimus, Ecclesia una erimus; sponsa Christi erimus, quicunque ibi erimus. Non ergo maior inter nos discordia erit, quàm nunc est inter unius corporis membra. Verùm sicut uides in motu oculorum, quòd illuc quò unus uertitur, mox alius sequitur: ita quocunque tuum uelle conuertes, uelle omnium sine disceptatione illicò præsto habebis. Quid dixi omnium? ipsa Dei uoluntas non erit à tua diuersa, sed sicut tu quòd ille, ita & ille in cunctis quod tu. Caput nanque à suo corpore quomodo discreparet? Cùm itaque Deum & omnes uoluntati tuæ concordes habueris, profectò nihil uoles qđ nõ possis. Omnipotens igitur eris tuæ uoluntatis, quoniã ipsum omnipotentem habebis in omnibus concordantem tuę uoluntati. Itaque cùm hæc tibi tanta potestas affuerit honor condecens potestati minimè deerit. Igitur dũ possessione horum bonorũ quæ digessimus fęlix fueris: nunquid sufficiens tibi uideberis? Maximè inquis. Itaque cùm tua uita perpetuò duret, in illa uita & hæc omnia tibi habenti, securitas quoq; ea amplius non perdendi certò arriserit, obsecro quid existimas tibi erit? Securus igitur tantorum bonorum perpetuò eris, nec alicuius tibi aduersari uolẽtis incursum timebis. Potest ne ergo illius gaudii modus à quoquã homine

Bona animæ beata septem.
Sapientia.
Amicitia.
Concordia.
potestas.
Honor.
Securitas.

Psal. 36.

mine penetrari: cùm ultra mille milia, & decies centena milia innumerabiles ibi sint, & omnes eadem beatitudine perfruantur: nec ullus eorum sit qui non tantum de bono alterius gaudet, quantum de suo. Præterea uidentes Deum ipsum supra, quem ipsi supra se amabunt, ipsos amantem: & intelligentes se inenarrabiliter, plusquàm semetipsos illum amantem, in gloria eius mirabili & ineffabili exultatione exultabunt. Cùm igitur iusti fuerint tanta fœlicitate beati: restat ut iniusti per contrarium sint inæstimabili quadam infœlicitate miseri. Sicut enim istos mira pulchritudo, uelocitas, fortitudo, libertas, sanitas, uoluptas alacres faciet & iubilantes: ita illos immanis & inæstimabilis fœditas, tarditas, imbecillitas, seruitus, languor atque dolor mœrentes reddet & ciulantes. Sanè diuturnitatem uitæ, quam isti pro fruendis bonis summo amore complectentur, illi pro interminabili pœna qua torquebuntur (quoniam inerit illis) summo odio execrabuntur. De sapientia uerò quid dicam nõ inuenio, nisi qa sicut iustis erit in gaudiũ & honorẽ, ita iniustis quicquid scient, in mœrorem & confusionem. Amicitia autem qua adinuicem pii summa iocunditate copulabuntur, si qua impiis erit, in tormentum eis erit. Quò enim magis quosque amabunt, eo grauius in eorum pœna dolebunt. Discordiam habebunt cum omni creatura, & omnis creatura discordabit ab illis. Hinc ergo pro potestate bonorum tanta impotentia eos sequetur, ut omnino nihil eorum quæ uoluerint, possint: & quicquid habuerint, nolint. Igitur pro honore sanctorum obtinebunt perenne opprobrium. Et hæc quo fine claudentur? Verè sicut amici Dei securi erunt se nunquam amissuros bona sua: ita isti inimici Dei omnino desperabunt se iam amplius euasuros hæc mala. Pro æterno ergo & ineffabili gaudio beatorum, hęreditabunt incogitabilem tristitiam, omnes qui pro impœnitudine reatus sui transituri sunt in societatem dæmoniorum. Hæc Anselmus. Sunt etiam in inferno, sicut & in cœlo, diuersæ mansiones, meritis singulorum correspondentes. Vnde Chrysostom'. Sicut in regno cęlesti mansiones multæ sunt: id est, differentiæ premiorum: sic & in gehenna diuersæ sunt mansiones: id est, differentiæ suppliciorum: omnes tamen pœnam æternam sustinebunt, sicut omnes electi denarium eundem habebũt, quem paterfamilias dabit omnibus, qui scilicet, in uinea operati sunt. Nomine quippe denarii, aliquid omnibus electis commune intelligitur: scilicet uita æterna: Deus ipse, quo omnes quidem communiter, sed impariter fruentur. Nam sicut differens erit clarificatio corporum, ita differens erit gloria animarum. Stella n. à stella, id est, electus ab electo differt in utraque, uidelicet mentis & corporis claritate. Alii nimirum aliis uicinius clariusq; specié Dei contẽplabũtur: & ipsa contemplandi differẽtia, mansionum diuersitas vocatur. Vna igitur est domus, id est, denarius: sed diuersitas est ibi mansionum: id est, differentia claritatis in beatitudine: quæ unum est, ac summum bonum, & uita omnium. Hæc Chrysostom. Vnde & Augustin. Quòd autem ibi futuri sunt pro meritis præmiorũ, etiam gradus honorum atque gloriarum, nullatenus est ambigendum. Atque id & beata illa ciuitas magnum in se bonum uidebit, quòd nulli superiori nullus inferior inuidebit: tam nollet unusquisque esse qđ non accepit, q̃ nec in corpore uult esse oculus, qui est digitus. Sic itaque habebit hoc donum alius alio minus, ut hoc quoque donum habeat, nec uelit amplius. Hæc Augustinus. Possumus etiam diuersas mã

Damnatorum contraria mala.

Mansiones in inferno diuersæ.

1. Cor. 15.

Mansiones electorum diuersæ. Augustin. lib. 22. de ciuitate cap. 30.

siones omnium electorum sumere, secundùm choros angelorum, ad quorum ruinam restaurandam homo est creatus. Quia enim de singulis choris aliqui angeli ceciderunt, & in tanto numero, quòd unũ chorum per se fecissent: ideo dicitur decimus chorus cecidisse: & ideo ruina cuiuslibet chori debet per electos homines reparari.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe, mihi fragili concede, ut in tot diuersas huius uitæ dulcedines corpore uiuens, mente in infernum descendam, & pœnas peccatoribus paratas considerans, & meditans, magis sollicite à peccatis caueam: ne moriens illuc descendere, & pœnas ipsas experiri compellas. Da etiam mihi* DOMINE *inter multas huius uitæ amaritudines diuinæ dulcedini inhiare, & ad æternam beatitudinem suspirare: illicque mẽtem tenere, & fac ut semper tibi adhæream, nihil præter te diligam, nihil quæram, nihil etiam cogitare concupiscam, & tandem ad te* DEUM *& Dominum meum perueniam. Amen.*

Conclusio libri, & signatio eius. Cap. LXXXIX.



ABES igitur ex prædictis uitam Domini nostri Iesu Christi, qualitercunque descriptam, & pro magna parte meditationibus tibi traditam: in qua, & per quam, nos miseros mirificè consolando refouet, & spem nobis peccatoribus magnam præbet. Nam pro peccatoribus est incarnatus, & cum peccatoribus libenter conuersatus: pro ipsis etiam in morte preces fundere, & tandem pro talibus mori non est dedignatus. Habes quippe meditationum spiritualium seminarium, ex quibus diuini amoris fructus uberior oriatur & crescat: ut meditatio effectum excitet, affectus desiderium pariat, desiderium lachrymas extorqueat: ut sint tibi lachrymæ tuæ panes die ac nocte, donec appareas in conspectu Domini Iesu, & suscipiaris ab amplexibus eius: dicasque illud quod scriptum est in Canticis: *Dilectus meus mihi, & ego illi: inter ubera mea*, id est, affectiones meas *commorabitur*. Vnde Bernar. Sit dulcis & suauis affectui, Dominus Iesus contra malè utique dulces uitæ carnalis illecebras: & uincat dulcedinem dulcedo, quemadmodum clauum clauus expellit. Hæc

Conclusio libri, & per oratio autoris.

Canti. 2.

Bernard. Meditatio uita Christi amplexanda.

Bernar. Suſcipe itaque reuerenter & gaudenter prædicta, & in eis uerſari non pigriteris ſollicitudine & deuotione tota: quia hęc eſt via & uita tua: hoc eſt fundamentum ſuper quod poteris magnum ædificium conſtruere: & ab hoc te oportet incipere, ſi ad ſubliminora uis conſcendere. Nam hęc uitæ Chriſti meditatio, non ſolum per ſe dulciter paſcit: ſed etiam ad maiorem cibum tranſmittit. Hæc enim ſunt quæ Dominus Ieſus geſſit in carne: ſed longè ſublimius eſt eum in ſpiritu intueri, ad quod per hāc ſcalam poteris peruenire: ſed in hac interim oportet immorari. Nec tamen qui ad maiorem contemplationem aſcendunt, hanc dmittere debent pro loco & tempore: quia hoc eſſet magnæ præſumptionis & ſuperbiæ. Vnde Ber. Qui contemplator altiſsimus fuit, hanc nunquam dimiſit: prout ſuprà in prologo uidere quis poterit. Hęc quippe dulcius ſapit, ac fiduciam & conſolationem magis tribuit.

Anſelmus in meditat.

Vnde Anſelm. Ieſu bone quàm dulcis es in corde cogitantis de te, & diligentis te. Et certè neſcio, quia nec plenè comprehēdere ualeo: unde eſt hoc ꝙ dulcior es in corde diligētis te in eo ꝙ caro es, q̃ in eo ꝙ uerbum: dulcior in eo ꝙ humilis, q̃ in eo ꝙ ſublimis. Siquidem longè dulcius eſt memoriæ diligētis te, uidere te ex matre uirgine in tempore natum: quàm in ſplendoribus ante luciferum à patre genitū. Temetipſum exinaniſſe, ſeruique formam accepiſſe, quàm in forma Dei qualem te Deo eſſe. Dulcius te uidere coram Iudæis mori in ligno, quàm dominari ſuper angelos in cœlo. Intueri te ſuper omnia ſubiectum, quàm ſuper omnia prælatum. Hominē humana pertuliſſe, quàm Deum diuina geſsiſſe. Redemptorem eſſe pereuntium, quàm conditorem eſſe non exiſtentium.

Meditatio incarnationis, & cæterorum ad eam ſpectātium.

O quàm dulce eſt bone Ieſu in ſecreto cordis ad memoriam reuocare, te pro nobis de uirgine abſque pollutione conceptum, abſque læſione uirginitatis eius natum, pannis inuolutum, in præſepio reclinatum, ſuſtinentē conuitia, tacētem ad opprobria, pedes diſcipulorum lauantem, lintheo tergentem, de nocte prolixius orantem, ſudorem ſanguinis emittētem, triginta argenteis uenditum, oſculo traditum, cū gladijs & fuſtibus captum, ligatum, iudicatum, flagellatum, coronatum, damnatum, ad occiſionē ut agnus innocens ductum, os tuum, cùm malè tractareris, nō aperientem, cùm accuſareris in multis non reſpondētem, colaphizatum, alapas patientem, deriſu adoratū, arundine capite percuſſum, in ueſte alba illuſum, ad mortem condemnatum, crucem tuam baiulātem, & in ea affixum, pro crucifixoribus orantem, aceto potatum, felle cibatum, à latrone conuitiatum, ſanguinem tuum per quinque uulnera corporis tui effundentem, caput inclinantem, ſpiritum emittentem: dilectam animam tuam in manus patris commendantem: & hæc omnia pro nobis ſuſtinentem. Hęc omnia formant & adaugent magis ac magis exultationem, fiduciam & conſolationem, amorem & deſiderium. Quis enim non lætetur & exultet, quis non ſupramodum iocundetur & gratuletur, uidens conditorem ſuum, non ſolum pro ſe hominem eſſe: ſed tam dura tamque indigna ſuſtinuiſſe? Quid in mente ſuauius eſſe ruminatur? quid dulcius guſtatur? quid lætius excogitatur? Quis mihi auferet locum in regno: ubi is omnipotēs eſt, qui caro mea & frater eſt? Quis mihi euentus aliquam ingeret deſolationem, cui ſpes tanta tantam confert certitudinem?

Vita Chriſti memoria cōmendanda.

Quomodo aliqua triſtitia aliquem locum habere poteſt in eo, in quo indeſinenter uerſatur iſta cogitatio? Hæc Anſelmus. Libenter itaque conuerſeris cum Domi-

A no Ieſu & uitam ipſius tanquam Euangelium in corde ſtudeas inſeparabiliter collocare: quia in eo ſola pax & requies eſt. Ieſus enim eſt iocunditas mœrentium, æternitas uiuentium, ſuauitas dolentium, ubertas egentium, ſanitas languentium: quod ſignificant quinque literæ huius nominis Ieſus.

Bernardus in cantica, ſermone 15

Vnde Bernard. Gira & regira, uerſa & reuerſa, & nō inuenies pacem & requiem, niſi in ſolo Ieſu. Quapropter ſi quieſcere uis, pone Ieſum ut ſignaculum ſuper cor tuum, quia trāquillus ipſe, tranquillat omnia. Hæc Bernard. Ama ergo eum qui te tantum amauit: redde ei uicem qui te in benedictionibus dulcedinis ſuæ præuenit: quia ſi hoc feceris, ſemper in gaudio & delitiis magnis eris.

Anſelmus in meditat.

Vnde Anſelmus. Ieſu qui non amat te, anathema ſit. B Qui te non amat, amaritudinibus repleatur. Caſtus eſt amor tuus Domine, & nihil impuritatis admittit. Sobrius eſt ſapor nominis tui, & nullam mentem alienat à recto. Suauis eſt amor tuus, & nihil habet amari. Nā & quæ amara ſunt mundi, indulcat: & dulcia ei reddit amara. Inter anguſtias nō arctat, inter preſſuras nō opprimitur, nō perit ſub inopia, nō mœrore cō trahit. In laboribus manet æquanimis, inter minas ſecurus, inter blandimēta incorruptus, inter tormēta ꝑſeuerat inuictus, in morte ſemꝑ eſt uiuus. Sicut in theſauro cupidus gaudet, & ſicut in amore unici filii delectatur mater, ita gaudium & delectatio eſt gratia in charitate tua: dulcis Ieſu animæ amanti te. Dulcedo C mellis, ſuauitas lactis, uini ſapor inebrians, cunctæq; delitiæ non ſic oblectant fauces guſtantiū ſe, ut amor tuus mentes diligentium te. Hæc Anſelmus. Et ut magis ad hæc omnia prouoceris, & ut hic liber in nomine ipſius Domini Ieſu, qui eſt liber ſignatus, concludatur & ſignetur: attende quòd de hoc ſalutari nomine Ieſu.

Bernardus ſermo. 15. in cantica. Canti. 1. Nomen Ieſu. Olei uirtus

Bernardus ſuper hoc uerbo, *Oleum effuſum nomen tuum*, ſcribit, dicens: Eſt proculdubio inter oleum & nomen ſponſi ſimilitudo: nec ocioſè Spiritus ſanctus alterutrum comparauit. Ego autem dico in triplici quadam qualitate olei quod lucet, paſcit, ungit: ſi uos melius non habetis, fouet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem. Lux, cibus, medicina. Vide autem nunc, & de ſponſi Ieſu nomine. Lucet prædica D tum, paſcit recogitatum, inuocatum lenit & ungit. Et percurramus ſingula, unde putatis in toto orbe tanta & tam ſubita lux fidei, niſi de prædicato nomine Ieſu? Nonne in huius nominis luce, Deus nos uocauit in admirabile lumen ſuum: quibus illuminatis, & in lumine iſto uidentibus lumen dicat meritò Paulus: *fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*.

Ephe. 5.

Nec tantum lux eſt nomen Ieſu, ſed & cibus. An non totiens confortaris, quotiens recordaris? Quid æquè mentem cogitantis impinguat? Quid ita excitatos reparat ſenſus, uirtutes roborat, uegetat mores & actus bonos atque honeſtos, caſtas fouet affectiones? Aridus eſt omnis animæ cibus, ſi non iſto E oleo infunditur: inſipidus eſt, ſi non hoc ſale conditur. Si ſcribas, non ſapit mihi, niſi legero ibi Ieſum: ſi diſputes aut conferas, non ſapit mihi, niſi ſonuerit ibi Ieſus. Ieſus mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. Sed eſt & medicina. Triſtatur aliquis ueſtrum, ueniat in cor Ieſus, & inde ſaliat in os: & ecce ad exortum nominis lumen, nubilum omne diffugit, redit ſerenum. Labitur quis in crimen, currit inſuper ad laqueū mortis deſperando: nonne ſi inuocet nomen uitæ: confeſtim reſpirabit ad uitam? Cui aliquando ſtetit ante faciem ſalutaris nominis, duritia (ut aſſolet) cordis, ignauiæ torpor, rancor animæ, languor accidiæ? Cuius fons fortè ſiccatus lachrymarū, inuocato Ieſu

non

non continuò erupit uberior, fluxit ſuauior? Cui in periculis palpitanti & trepidanti, inuocatum uirtutis nomen non ſtatim fiduciam præſtitit, depulit metū? Cui, quæſo, in dubijs æſtuanti & fluctuanti, non ſubitò ad inuocationem clari nominis emicuit certitudo? Cui in aduerſus diffidenti, iam iamque deficienti, ſi nomen adiutorij ſonuit, defuit fortitudo? Nimirum morbi & languores animæ iſti ſunt, illud medicina.

Pſal. 17.

Denique & probare licet: *Inuoca me* (inquit) *in die tribulationis, eruam te & honorificabis me*. Nihil ita iræ impetum cohibet, ſuperbiæ tumorem ſedat, ſanat liuoris uulnus, reſtringit luxuriæ fluxum, extinguit libidinis flammam, ſitim temperat: auaritiæ ac totius indecoris fugat pruriginem. Siquidem cùm nomine Ieſum, hominem mihi propono mitem & humilē, corde benignum, ſobrium, caſtum, miſericordem, & omni denique honeſtate ac ſanctitate conſpicuum: eundemq; ipſum Deum omnipotentem, qui ſuo me exēplo ſanet, & roboret adiutorio. Hæc omnia mihi ſimul ſonant, cùm inſonuerit Ieſus. Sumo itaque mihi exempla de homine, & auxilium à potente. Illa tanquam pigmentarias ſpecies, hoc tanquam unde acuā eas: & facio confectionem, cui ſimilem medicorum nemo facere poſſit. Hoc tibi electuarium habes: ò anima mea, reconditum in uaſculo uocabuli huius quod eſt Ieſus: ſalutiferum certè, quodq; nulli unquam peſti tuæ inueniatur inefficax. Sēper tibi in ſinu ſit, ſemper in manu, quo tui omnes in Ieſum & ſenſus dirigātur, & actus.

Cantic. 8.

Deniq; & innitaris ſuper eo. *Pone me*, inqt, *ut ſignaculum in corde tuo: ſignaculum in brachio tuo*. Sed hoc aliàs. Nunc uerò habes unde & brachio medearis & cordi. Habes, inquam, in nomine Ieſu unde actus tuos uel prauos corrigas, uel minus perfectos adimpleas. Itemque unde tuos ſenſus aut ſerues ne corrumpantur: aut ſi corrumpuntur, ſanes.

Bernardus in Rhytmica orat. ad Chriſtū ad finē operū.

De hoc etiam dulci nomine Ieſu, idem Bernardus, alibi quaſi iubilando ſic dicit:

Ieſu dulcis memoria,
Dans uera cordis gaudia:
Sed ſuper mel & omnia,
Eius dulcis præſentia.

Nihil canitur ſuauius,
Auditur nil iocundius:
Nil cogitatur dulcius,
Quàm Ieſus Dei filius.

Ieſu ſpes pœnitentibus,
Quàm pius es petentibus:
Quàm bonus te quærentibus,
Sed quid inuenientibus?

Ieſus dulcedo cordium,
Fons uiuus, lumen mentium:
Excedis omne gaudium,
Et omne deſiderium.

Nec lingua ualet dicere,
Nec litera exprimere:
Expertus poteſt noſcere,
Quid Ieſum ſit diligere.

Ieſum quæram in lectulo,
Clauſo cordis cubiculo:
Priuatim & in publico,
Quæram amore ſedulo.

Cùm Maria diluculo,
Ieſum quæram in tumulo:
Clamore cordis querulo,
Mente quæram non † oculo.

† *aliàs, &*

Tumbam perfundam fletibus,
A *Locum replens gemitibus:*
Ieſu prouoluar pedibus:
Strictis hærens amplexibus.

Ieſu rex admirabilis,
Et triumphator nobilis:
Dulcedo ineffabilis,
Totus deſiderabilis.

Mane nobiſcum Domine,
Et nos illuſtra lumine:
Pulſa mentis caligine,
Mundum reple dulcedine.

Quando cor noſtrum uiſitas,
Tunc lucet ei ueritas:
Mundi uileſcit uanitas,
B *Et intus feruet charitas.*

Amor Ieſu dulciſſimus,
Et uerè ſuauiſſimus:
Plus millies gratiſſimus,
Quàm dicere ſufficimus.

Hoc probat eius paſſio,
Hoc ſanguinis effuſio:
Per quam nobis redemptio,
Datur & Dei uiſio.

Ieſum omnes cognoſcite,
Amorem eius poſcite:
Ieſum ardenter quærite,
Quærendo inardeſcite.

C *Sic amantem diligite,*
Amoris uicem reddite:
In hunc odorem currite,
Et uota uotis reddite.

Ieſu author clementiæ,
Totius ſpes lætitiæ:
Dulcoris fons & gratię,
Veræ cordis delitiæ.

Ieſu mi bone ſentiam,
Tui dulcoris copiam:
Da mihi per præſentiam,
Tuam uidere gloriam.

Cùm dignè loqui nequeam,
De te tamen non ſileam:
D *Amor fecit ut audeam,*
Cùm ſolum de te gaudeam.

Tua Ieſu dilectio,
Grata mentis refectio:
Replet ſine faſtidio,
Dans famem deſiderio.

Qui te guſtant, eſuriunt,
Qui bibunt, adhuc ſitiunt:
Deſiderare neſciunt,
Niſi Ieſum quem diligunt.

Quem tuus amor ebriat,
Nouit quid Ieſus ſapiat:
Quàm fęlix eſt quem ſatiat,
E *Non eſt ultrà quod cupiat.*

Ieſu decus angelicum,
In aure dulce canticum:
In ore mel mirificum,
In corde nectar cœlicum.

Deſidero te millies,
Ieſu mi quando uenies:
Me lætum quando facies,
Me de te quando ſaties.

Amor tuus continuus,
Mihi languor aſſiduus:
Mihi Ieſu mellifluus,
Fructus uitæ perpetuus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iesu summa benignitas,
Mira cordis iocunditas:
Incomprehensa bonitas,
Tua me stringit charitas.
Bonum mihi diligere,
Iesum nil ultrà quærere:
Mihi prorsus desicere,
Vt illi queam uiuere.
O Iesu mi dulcissime,
Spes suspirantis animæ:
Te quærunt piæ lachrymæ,
Et clamor mentis intimæ.
Quocunque loco fuero,
Meum Iesum desidero:
Quàm lætus cùm inuenero,
Quàm fœlix cùm tenuero.
Tunc amplexus, tunc oscula,
Quæ uincunt mellis pocula:
Tunc fœlix Christi copula,
Sed in his parua morula.
Iam quod quæsiui uideo,
Quod concupiui teneo:
Amore Iesu langueo,
Et corde totus ardeo.
Iesus cum sic diligitur,
Hic amor non extinguitur:
Non tepescit nec moritur,
Plus crescit & accenditur.
Hic amor ardet dulciter,
Dulcescit mirabiliter:
Sapit delectabiliter,
Delectat & fœliciter.
Hic amor missus cælitus,
Hæret mihi medullitus:
Mentem incendit penitus,
Hoc delectatur spiritus.
O beatum incendium,
O ardens desiderium:
O dulce refrigerium,
Amare Dei filium.
Iesus flos matris Virginis,
Amor nostræ dulcedinis:
Tibi laus honor luminis,
Regnum beatitudinis.
Iesu sole serenior,
Et balsamo suauior:
Omni dulcore dulcior,
Præ cunctis amabilior.
Cuius gustus sic afficit,
Cuius odor sic reficit:
In quamens mea deficit,
Solus amanti sufficit.
Tumentis delectatio,
Amoris consummatio:
Tu mea gloriatio,
Iesu mundi saluatio.
Sequar quocunque ieris,
Mihi tolli non poteris:
Cùm meum cor abstuleris,
Iesu laus nostri generis.
Dilecte mi reuertere,
Consors paternæ dexteræ:
Hostem uicisti prospere,
Iam cœli regno fruere.
Cœli ciues occurrite,
Portas uestras attollite:
Triumphatori dicite,
Salue Iesu rex inclyte.
Rex uirtutum, rex gloriæ,
Rex insignis uictoriæ:
Iesu largitor gratiæ.
Honor cœlestis curiæ.
Tu ueræ lumen patriæ,
Tu fons misericordiæ:
Pelle nubem tristitiæ,
Nobis dans lucem gloriæ.
Te cœli chorus prædicat,
Et tuas laudes replicat:
Iesus orbem letificat,
Et nos Deo pacificat.
Iesus in pace imperat,
Quæ omnem sensum superat:
Hunc mens mea desiderat,
Et illo sui properat.
Iesus ad Patrem redijt,
Cæleste regnum subijt:
Cor meum à me transiit,
Post Iesum simul abijt.
Iam prosequamur laudibus,
Iesum, hymnis & precibus:
Vt nos donet cœlestibus,
Cum ipso frui sedibus. Amen.

ORATIO.

IESV Christe fili Dei uiui, pro his & omnibus quæ de te piè credimus & credere debemus, tibi gratias (licèt indignas) referimus: & per ea te supplici ter exoramus, ut teipsum ex parte omnium cœlestium, terrestrium & infernorum Deo patri offeras, in dignam landem omnium, in quibus summam Trinitatem laudabilem recognoscis: & in plenam gratiarum actionem pro quolibet beneficio à singulis debitam creaturis: atque in ueram emendationem omnium malorum ab origine mundi cõmissorum, & insufficientem persolutionem omnium bonorum unquam omissorum: & in suppletionem quoque meriti omnium beatificatorum, & gratiæ omnium iustificatorum, ac emendationis omnium peccatorum, refrigeriúque omnium purgandorum, necnon in releuationem omnis indigentiæ corporis & animæ singulorum. Amen.

Finit secunda & vltima pars huius libri, vitæ Christi.

VITA GLORIOSISSIMAE MATRIS ANNAE, CHRISTIPARAE VIRGINIS MARIAE GENITRICIS,

ab Ascensio in compendium redacta, ex historia suauissima eiusdem matris Annæ: ab religiosissimo viro F. Petro Dorlando ordinis Carthusiensis in Zelem Theutonicè prius ædita.

De Diuæ Annæ parentibus, & eorum nuptijs. Cap. I.

APPROPINQVANTE plenitudine temporis, quo per filium suum Deus humanũ genus redempturus erat, septuaginta septem (ut diuus Cyrillus Carmelita ait) ante diuini uerbi incarnationem annis floruit in Iudæa uirgo quædam generosissima ex Dauid stirpe nata: dives admodum, mireq; formosa, optimè morata, ualideque cordata, ac spei de redemptione Israel refertissima: quæ cum parentum uenia, filios prophetarum in Carmelo uisitare solita, ab eisdem moribus & prudentia, ac sanctitate plurimum illustrabatur, donec iam matura uiro iam plenis nubilis annis, matrimonio ad generis propagationem à parẽtibus optimis & prudẽtissimis ex ueteri instituto addiceretur. Quibus tamen uirgo, castis colloquiis imbuta, uirginaliq; uitæ assueta, animoq; destinata, primùm refragata, rem ad Carmelitas retulit. Qui in ieiunio, & oratione Deum consuluerunt: donec eorum tres in spiritu rapti, radicem uidere pulcherrimam, geminam ex se arborẽ emittentem: è quarum altera natus est ramus speciosissimus, tria diffundens ramalia: è quorum primo longè decentissimo, natus est flos purissimus atque fragrantissimus odore cœlum ac terram perfundens optimo. Ex reliquis quoq; prioris arboris ramalibus flores nati sunt, si seorsum spectentur pulcherrimi: sed ad primi floris comparationem nihil. Ex altera uerò arbore orta est uirga sanè pulchra, pulchriorem producens florem: nec tamen primo comparabilem. Hac radice sic uisa, audita est simul uox dicens: Hæc radix est Emerentia nostra, magnæ propagationi destinata. Qua re intellecta, uirgo Deo & parentibus obediens, Stolano uiro iusto & Deum timenti nupsit.

De natiuitate duarum Emerentiæ filiarum. Cap. II.

PERACTO matrimonio, & legitimè consummato, Emerentia concepit & peperit filiam Ismeriam nomine, quæ suo tempore matrimonio data, genuit filium Eliud, & filiam Elizabeth. Eliud autem Emyn genuit patrem Nemeciæ, è qua sanctus Seruatius genitus est. Elizabeth autem Ioannem Baptistam, præcursorem Domini, in senectute sua enixa est. Concepit præterea & peperit Emerentia alteram filiam: cui Annæ, id est gratiæ Dei nomen indidit: quæ uerè gratia Dei: quia ex eius filia processit Saluator mundi, uti docebunt sequentia.

De diuinæ matris Annæ coniugio, & eleemosynis. Cap. III.

CRESCENTE autem & moribus & ætate, de qua nobis est sermo Anna, habitanteq; in ciuitate Dauid, Bethlehẽ nomine, placitum est parentibus matrimonio dedere: nupsitque uiro optimo de ciuitate Galilææ, cui nomen Nazareth, nomine Ioachim. Quo cum honestissimè in timore Dei, & spe certissima conuersata est: hoc (ut Hieronymus attestatur) instituto, ut bona sua tripharium diuiderent: partẽq; unam templo Dei & eius ministris, hoc est clero, darent. Secundam, peregrinis & cæteris pauperibus: tertiam, suis suorumq; necessitatibus. Quo pacto diu, & (ut plures uolunt) ad uigesimum uixerunt annum sine prole: pro qua tamen sæpe preces fuderant.

De sterilitate & rubore, quem ob eam passi sunt. Cap. IIII.

VERVM licèt (Deo ita ordinante) diu steriles essent, non tamen ipsi minus seruierunt: nec eleemosynas minores fecerunt: sed potius maiores: in spe firma ipsum rogantes, ut opprobrium sterilitatis auferre dignaretur. Cùm autem solennitatum & ceremoniarũ obseruantissimi essent, accidit ut in festo Tabernaculorum Ioachim more solito cum fœcundis oblationem in templum offerret: quem cum Isachar summus pontifex & Ruben scriba conspicerent, cum summo opprobrio eius munera reiecerunt, ipsumq; contumeliosè exploserunt, dicentes: Quis te tam audacem ac temerarium fecit, hominum inutilissime: ut cum fœcundis audeas ad altare Domini offerre munera tua: cùm sis ipse sterilis & maledictus à Domino in lege? Exi igitur quam primùm, sciens nec te, nec munus tuum gratum Domino. Nisi enim te contemneret, sterilem non pateretur. Caue autem posthac templum oblaturus ingredi. Quo audito cũ rubore summo, sed sine murmuratione exiit de templo, (ignorante id Anna coniuge) ad pastores pecoris sui in agro, ubi in loco secreto sese in lachrymas pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

profudit dicens: Omnipotens ac misericors Deus, qui omnia uides & intelligis, scis quia ambulaui coram te in ueritate & fide non ficta in mandatis tuis, quæ dilexi nimis: quocirca clementissime Deus precor maiestatem tuam, aufer opprobrium domus meæ: & concede coniugi meæ castissimæ atque fidelissimæ fœcunditatem, ut me prole lætificet: quã si dederis, tuo perpetuo mancipauero famulatui. Quo cũ lachrymis dicto, ecce archangelus Gabriel cum lumine inæstimabili adest, dicens: Ioachim amice Dei omnipotentis, ego sum Gabriel archangelus, ad te à Deo missus, ut significem tibi q̃ preces tuæ exauditæ sunt à Domino, qui uidit ruborem tuũ immeritum. Non enim ultor est Deus naturæ: sed peccati. Permittit autem interdum sterilitatem, ut donet fœcunditatem cum gratia: sciaturq́ue q̃ proles non ex carnis uoluntate atq; lubricitate, sed Dei sit dono cõcessa. Recordare quomodo Sara, Rebecca, Rachel, & Anna Samuelis mater, steriles fuerunt quantum ad naturam: sed ex gratia Patriarchas peperunt & Prophetas. Noris ergo q̃ proles diu desiderata, semper fuit cum gratia data. Quocirca coniunx tua Anna concipiet & pariet tibi filiam, nomine Mariam. Quam, ut uouisti Deo, dicabis in templo: nam ex ea mirabile facturus est Deus mysteriũ. Ne quid autem dubites, uade in domum tuam, & habebis obuiam coniugem tuam in porta aurea, quæ de aduentu tuo plurimum lætabitur. Quo dicto disparuit angelus: sed ad Annam redeat narratio. Ea nescia ens quo maritus suus Ioachim deuenerat, qui quinque mensibus absens fuerat, nullo accepto commeatu, nulloq; discessionis facto indicio, mira confecta est tristitia, uerita ne ob suam sterilitatem uir discesserit. Cùm autem in lachrymas sese diffunderet, accessit una ancillarum ad eam, dicens: Noli flere domina, sed magis exulta: quia hodie dies est Domini, exultemus & lætemur in ea. Cùm autem consolationem non reciperet, diceretq́ue, ut ad opus suũ iret, nec de se sollicita esset: illa indignata: cur, inquit, mihi improperas peccata tua? quid ego possum, si sterilis es: utra peccauit, egò ne, an uerius tu, quòd sic sterilitate occlusa es? Quam contumeliam humiliter & modestè in se accepit, nihil obmurmurãs: sed profundè in corde gemens in pomarium suum secessit: ut lachrymis dolorem mitigaret. Et genua ponens coram altissimo Deo, ad quem oculos leuauit, sic precata est: Domine Deus omnipotens, Deus Israel, fortissime spirituum: quia etiam in aduersitatibus tibi gratias agi uis, ego laudo te, tibiq́ue gratias ago, q̃ sterilem me perpessus es, maritumq; à me alienari permisisti: quia certò scio quicquid patior, peccata mea meruerunt. Qua confessione facta, cecidit in faciem suam & fudit animam suam coram oculis Dei in omni afflictione. Et paulò post oculos erigẽs atque in cœlũ suspiciens, uidit passerem pullos suos in arbore nutrientem, & suspirans ait: Omnipotens Deus qui uniuersas creaturas fœcunda prole lætificas, me tamen ancillam tuam nullo tali dono dignatus es: laudo & benedico diuinam prouidentiam tuam, qua scis quid utile sit nobis: precorq́; ut si cum salute id fieri potest, ne excludas me ab hac gratia, etiam auiculis concessa. Scis enim intimum cordis mei uotum: quia non ut uoluptati carnis inseruiam, sed ut quam dederis prolem, tuo famulatui mancipem, eandem requiro. Quibus precibus fusis, ecce idem Gabriel cum summa claritate, dixit ad eam: Ne timeas Anna, amica Dei altissimi: exauditæ enim sunt preces tuæ, & fructus uentri tui gratus in oculis Dei. Ex te enim nascetur Virgo admirabilis, in qua totus lætabitur mundus. Surge igitur & abi in Hierusalem, ubi in aurea porta obuium habebis maritum tuum Ioachim.

De conceptione ac natiuitate Diuæ Virginis Mariæ. Cap. V.

CONVENERVNT ergo, iuxta uerbũ angeli, ad portam auream, cum summa exultatione promissionem sibi factam renunciantes: unde gratulabundi sese in templum contulerunt, atque illinc domum: ubi, præmissis precibus, operam liberis procreandis dantes, non libidine carnali, sed bono matrimoniali, puellam genuerunt omnium & speciosissimam & beatissimam: quippe ad hoc ab æterno destinatam, ut unigeniti Dei, sine uirili semine, sed mystico spiramine, mater esset in terris. Fœlices profectò, & perbeati parẽtes, qui talem progignere meruerunt. Præcipuè uerò fœlix mater, quæ tam dulci pondere se grauidam sentiens, Deum magnificare non cessauit, iamq́ue maturo partu reginam cœli & terræ (tametsi id fortè nondum agnouerat) enixa est. Quis uerbis explicet, quanto gaudio non solum domus, sed & uicinia tota perfusa est? Quando ex ea quam sterilem fleuerant, tam læta fronte, tam sereno uultu, tamq́; decenter formato corpusculo lepidissimam iam recens natam conspexere puellam. Facile creditu est, parentes & qui mysteria nouerant, iam tum egregiam de tali prole concepisse spem. Non enim sine magno sacramento, aut tantum dilata, aut tam solerter prænunciata, uisa est talis uirgunculæ conceptio. Verũtamen non continuò dixero quid in uirgine latuerit parẽtes agnouisse: alioquin non turbata fuisset in salutatione Gabrielis, sic se à parentibus ad id natam cognouisset. Magnum tamen aliquid in ea futurum sperauere, nec spes fefellit eos: ut sequentium docebit series.

De uita Mariæ usque ad annunciationem dominicam. Cap. VI.

NATA igitur ineffabili spe & gaudio Maria: id nomẽ mysterio congruens, quod ab angelo priusquam conciperetur prænunciatum est, legitimo tempore suscepit. Et à matre sanctissima decenter lactata & educata; atque quantum infantilis ætas tulit, ad diuinas laudes instituta: ultraq́; naturam ad id à sancto Spiritu, à quo ne in originali culpa conciperetur, misericorditer fuerat præuenta, mirũ in modum adiuta, creuit in omni decentia & honestate: tũ morum, tũ membrorum: ita ut uix quintum attigerat annum, dum iam diuino famulatui uisa matura, eidem mancipanda à parentibus, qui eam deuouerant, in templum præsentatur: ubi ad nubiles usque annos moris erat honestorum parentum filias opificio muliebri, & diuinis canticis erudiri. Nec sine miraculo stupendo hæc facta memoratur præsentatio: nam ut uẽtum est ad quindecim gradus, quibus in templum ascendendum erat: dubitantibus parentibus, quonam pacto eam portare possent: ipsa solis Spiritus-sancti ope adiuta, hilaris, ac celeris stupentibus cunctis ascendit. Quo facto meruit honorificentius à Pontifice suscipi, & diligentius erudienda cõmendari,

ri: sperante uidelicet Deum aliquid magni in ea operaturum. Nec fefellit eum spes. Super gressa est enim uniuersas, tam in opere textrili quam in canticis, ac hymnis: omnibusq́; quæ ad talem statum pertinent: quippe quam gratia Spiritus-sancti à primò conceptionis instanti peculiariter semper repleuerat: & in omni incepto adiuuerat. His itaque moribus, hisq́; dotibus ornata, ad nubiles excreuit annos. Veruntamen, nisi Deus aliter disponeret, nubendi reiecerat animum. Nam diuinis contemplationibus, & angelicis conuersationibus assueta, angelicam in cœlibatu decreuerat degere uitam. Verum defuncto iam (ut dictus frater Petrus Dorlandus asserit) patre. (Nam Baptista Mantuanus, etiam filiæ nuptias uidisse eum canit: quod propter secundas & tertias Annæ nuptias non uero simile est.) Anna seniorum, & præcipuè Pontificis consilio, cœpit filiam ad nuptias cohortari, iuxta legis institutum: sed uoto eius intellecto, rem ad Pontificem detulit: qui nouo uoti genere stupefactus, ex prudentum consilio Deum consulendum decreuit. Ad quam rem totus congregatur clerus, ieiuniis & orationibus uacans. At uirgo interim ut uotis suis annueret, Deum precari nõ destitit: dum Gabriel eidem apparẽs ait: Ne timeas Maria sponsi casti subire thalamum, nam uirginitatis nõ patieris detrimentum. Qua sic consolata, uox diuina ex propiciatorio ad Pontificem audita est: iubens omnes uiros cœlibes de sanguine Mariæ, & stirpe Dauid postridie ad templum conuenturos, cum uirga arida: quæ in cuius manibus florere inciperet, eũ uirgini sponsum declararet. Interea Agabus casto uirginis amore captus, euentum magica arte sciscitans, nihil scire potuit, præterquam magnum in uirgine latere sacramẽtum: quo circa, repulsam passus, ad Carmelitas se contulit, ubi sanctam uitam uixit, usque ad Apostolorum prædicationem: qua illis (ut eorum attestantur actus) cõiunctus est. Conuenientibus autem postridie omnibus ad nuptias idoneis, solius Ioseph uiri casti, qui in cœlibatu uitam degere decreuerat, uirga floruit: quo circa uirgini sponsus datus: & ab angelo, ne eam contingeret, admonitus, eam diuinis uacare permisit. Dumq́ue (ut quidã non futiles authores uolunt) illud Esaiæ: Ecce uirgo concipiet & pariet filium, legisset: atque in eius uirginis exaltatione mirificè inflammata esset: diemq́ue illam fœlicem aduentare præcaretur: Missus est angelus Gabriel à Deo. Et reliqua quæ in uita Christi ad unguem sunt pertractata, ubi annunciatio, uisitatio, & reliqua diuæ Virginis solennia: quin etiã ipsius assumptio, graphicè describuntur. Restat ergo ut reliquam diuæ Annæ historiam paucis percurramus.

De reliqua diuæ Annæ uita & migratione. Cap. VII.

VT uerò reliquam diuæ matris Annæ historiam paucis percurram: memineri mus Ioachim uirum sanctissimum, dũ à filiæ suæ in tẽplum, ut uouerat, præsentatione lætus redierat: paulopost uita defunctũ esse: migrasse que ad patres suos, spei de redemptione generis humani plenum. Nam de filia præter eius annunciationem, & præsentationem mirificam, in dolemque non humanam, sed plane diuinam, ex reuelatione spem maximã cõceperat ex illa uidelicet oriturum redemptionis authorem. Vbi igitur in hac spe fœliciter requieuerat, & ab Anna coniuge honorificè sepultus erat: ipse sese ad filiam trãstulit, ea spe ut cum Anna uidua illa, cuius in purificationis Euangelio Lucas meminit, cæterisque sanctis mulieribus in templo Deo reliquam uitam dedicaret: sed mox à Deo in spiritu admonita ad secundas nuptias transire, domum reuersa, Cleophæ nupsit: ex quo filiam genuit: quam amore primæ etiam Mariam nuncupandam censuit. Qua nondum bimula, Cleophas diem obit, & Anna se templo iam dedicandam autumans, ad tertias nuptias diuino oraculo reuocatur. Nubit ergo uiro optimo Salome. Vnde & tertia genita Maria: à patre Maria Salome dicta, & à marito Maria Zebedæi. Quo circa post nuptias Mariæ, matris Iesu Christi Saluatoris nostri: quem de Spiritu sancto cõcepit. Mariam Cleophæ matrimonio iunxit, uiro tali coniuge digno, Alphæo nomine: qui ex ea genuit Iacobum minorem, Ioseph iustum, Simonem Canæum, & Iudam Thaddæum. Et deinde Mariam tertiam Salome filiam Zebedæo, qui ex ea genuit Iacobum maiorem, & Ioannem Euangelistam, ut non inanis censeatur ad tertias nuptias diuæ Annæ transitio. Ad quas (ut sanctæ moniali ac uestali uirgini Collettæ reuelauit) transiuit Dei iussu, non carnis instinctu. Itaq; non est eius obedientia in nuptiis uitu peranda, sed fœcunditas cœlitus data nobis ueneranda: quam cœlitus datam ambigere nõ potest, qui historiã recolit: si enim uigintiquinque annos cum Ioachim uixerat, & iam sterilis reputata erat dum matrẽ Domini genuerat: nõ potuit tertiam filiam sine Dei dono concipere. Neque uerò sola prolis fœcunditate refulsit, sed & multomagis uirtutum præstantia: qua Dei filium ex filia sua incarnatum agnoscere, amplecti, atque adorare meruit: unde & ecclesiã olim iã eius recoluit memoriam, qui ad nouum testamentũ idcirco pertinere uisa est, q̃ iam præsentem agnouit Christum Saluatorẽ. Creditur tamen Ioseph, genere eius, ante passionem Christi in sinum Abrahæ descẽdisse. Vnde post resurrectionem cum cæteris sanctis educta, & in die ascensionis Dominicę cum Christo in cœlos assumpta: illinc nos despectat, & sibi famulantibus præsentia impetrat auxilia: ut notissima & plurima ipsius attestantur miracula, à dicto Carthusiano fideliter perscripta. Qui uerò rubore immerito ob sterilitatem fuerat affecta: contra ruborem immeritum fidele & frequẽs præstat patrocinium: quo uoto & nos quoque damnauit. Hæc sunt quæ de diua matrona, omnisq́; honestatis, ac sanctitatis specimine, diua Anna, habuimus annotanda.

ORATIO.

OMNIPOTENS *sempiterne Deus, qui Ioachim atq; Annã gloriosissimæ matris tuæ sanctissimos progenitores, ob infœcũditate diutur nam immerito rubore concuti in eorum salutis augmentum permisisti: concede propitius, ut eorum meritis & intercessione ab omni rubore & infamia liberati, ad cœlestẽ gloriam perduci mereamur. Per te Iesu Christe, Saluator mundi, qui cum patre & Spiritu sancto uiuis & regnas Deus, Per omnia secula seculorum. Amen.*

Iodoci Badij Gandensis Tetrastichon; de sancta Anna.

Anna decus mundi, mater genitricis Iesu,
Pro natæ meritis det tuus astra nepos.
Primitias nostræ pariens sancta Anna salutis,
Nos cum prole tua, cumque nepote iuua.

Iodo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iodoci Beisselij Particij Aquensis, Rosarium de sancta Anna, ad reuerendum patrem, Dominum Ioannem Tritemium, Abbatem Spanhemēsem, ordinis diui patris Benedicti.

Quisquis hoc Rosarium, ad honorē beatissimæ matris Annæ pro deuotione legere uoluerit, præmittat orationē Dominicam, cum salutatione sanctæ Annæ: quam sem per post duos uersus repetat, quæ quidem salutatio est, ut sequitur.

AVE Dei genitricis mater uenerabilis Anna sanctæ trinitati gratissima: præ cūctis mulieribus honorata, benedicta tu à Domino, & benedicta proles uteri tui, prolisque uirgineus natus Iesus Christus. Amen.

Pater noster. Aue Dei.

Anna tuas liceat misero mihi promere laudes,
Nam tibi (si pateris) serta rosasque feram. Aue.
Anna nitens regum Iudæ ueneranda propago,
Atque etiam Ioachim coniuge clara pio. Aue.
Anna diu steriles fleuisti in coniuge amores
Vnica nuptarum gloria, & unus honor. Aue.
Anna piam sobolem, nec uanos quæris in usus,
Sed colat ut sancta posteritate Deum. Aue.
Anna tibi ætherea celer astans nuncius aula,
Gaude, ait, en sobolem mater habebis ouans. Aue.
Anna feres sobolem tanta uirtute beatam,
Vt cum uirgineo mater honore micet. Aue.
Anna feres gnatam, cuius quem non capit orbis,
Ipse libens subeat uiscera casta Deus. Aue.
Anna tuo tandem surget de sanguine sanguis,
Qui fusus miseris spem ferat usque reis. Aue.
Anna tuum decuit tanta expectatio partum,
Haud facile est, matrem matris habere Dei. Aue.
Anna tuæ sobolis laudes super astra uolabunt,
Te quoque fœlicem secula cuncta ferent. Aue.
Pater noster. Aue Dei.
Anna mali puram tu concepisse Mariam
Crederis, & sanctam mox habuisse Deo. Aue.
Anna duo gestas, quam signauere figuræ
Venturam, sancti quam cecinere patres. Aue.
Anna geris clausam paradisum, ex arbore uitæ
Felicem, & cuncto ruris honore sacram. Aue.
Anna grauis gestas hortum, quem flammeus ensis
Custodit, cherubin nocte dieque calens. Aue.
Anna geris florem, qui candida lilia uincat:
Et uiolas humiles coccineamque rosam. Aue.
Anna Musaica per te deprehenditur arca,
Aetherei panis aurea & urna iacet. Aue.
Anna geris sponsam ueri Salomonis, & omni
Gemma exornatam intus & exterius. Aue.
Anna geris templum, cuius penetralia dulces
Impleuere soni: musica & omnis onans. Aue.
Anna geris uelum pulchra sub imagine, patrum
In se gesta tenens: quod tegat alta Dei. Aue.
Annæ geris sobolem, cuius Phœbi aurea uestit
Flamma caput, niueos candida luna pedes. Aue.
Pater noster. Aue Dei.
Anna exoptatæ compos iam facta Mariæ,
Pectore uix toto gaudia orbata capis. Aue.
Anna recens natæ plauserunt cuncta Mariæ
Sydera, & insolitum fluxit ad axe iubar. Aue.
Anna tui fœtus natalem credere fas est
Te circum angelicos concelebrasse choros. Aue.
Anna tuum partum manes sensere profundi:
Lux noua tunc stygios terruit ipsa lacus. Aue.
Anna parens dubitas manibus contingere gnatam,
Sole magis rutilam luminibusque poli. Aue.
Anna quid ætheream metuis tractare puellam?
Arridet matri, tristia nulla facit. Aue.
Anna capesse animos, en lactea ad ubera tendit
Gnata manus teneras, & tua colla petit. Aue.
Anna moras rumpis, mammas & pectora nudans,
Excipis in tenero membra tenella sinu. Aue.
Anna foues gnatam, dulcesque à pectore succos
Ore trahit rosea, murmura grata sonans. Aue.
Anna ferat quantos si scires gnata dolores,
Quotque ferat mortes, tu modo nulla fores. Aue.
Pater noster. Aue Dei.
Anna tibi est cordi gnatam exornare probatis
Moribus, & summo composuisse Deo. Aue.
Anna paras celso gnatam importare delubro
Sponte, sed ad superum pertigit alma gradum. Aue.
Anna citam lento sequeris gressu atque labore,
Solatur fessam promptula uirgo senem. Aue.
Anna quid in tenera miraris uirgine robur?
Non humana uides, sed pia signa Dei. Aue.
Anna soles inopi, & sacris dare munera templis:
Nunc das quo mulier plus nihil ulla dedit. Aue.
Anna ubi sacratam uoluisti degere gnatam,
Claustra libens subijt, uirgineamque domum. Aue.
Anna piam missura, genas & lumina fletu
Confitis, immotam se tenet altus amor. Aue.
Anna domum repetas, gnatam dimitte tonanti:
Nil nisi uenturum cogitet illa Iesum. Aue.
Anna per æthereos uolitet tua nata recessus
Occupet hanc summo culmine missus amor. Aue.
Anna duas satis est tibi deseruire Marias,
Hæ quoque non modicate pietate colent. Aue.
Pater noster. Aue Dei.
Anna tuo fletu docta es succurrere flenti:
Hic miserum uotis tu quoque prompta saues. Aue.
Anna soles fixas naturæ uertere leges:
Siqué uoles, sterilis sit modo læta parens. Aue.
Anna etiam fluxæ fortunæ munera sistis,
Ne fugiant nostros lapsa repentè sinus. Aue.
Anna fugas dedecus, das pulchræ munera famæ,
Tu luctus releuas: & tibi cœdit amor. Aue.
Anna iuuas, seu quem terret uis hostica, seu quem
Carceris obscuri uincula sæua tenent. Aue.
Anna leuamen ades fidum mortalibus ægris,
Te duce languenti perdita uita redit. Aue.
Anna parens tumido te inclamat nauita fluctu,
Si iactant laceram flatus & unda ratem. Aue.
Anna parens nigro es semper metuendo tyranno:
Vt glacies ignem, te fugit ille nocens. Aue.
Anna abs te nequeant mortalia pectora frustra
Poscere: quodque uoles, gnata deusque uolet. Aue.
Anna igitur meritis & tanta prole beata,
Anna parens nostras respice magna preces. Aue.

Oratio post rosarium dicenda.

OMNIPOTENS ac piissime Deus, qui beatam Annam in genitricis filij tui matrem eligere dignatus es: concede propitius, ut qui memoriam eius fideli deuotione percolimus, eius meritis & precibus æternæ uitæ suffragia consequamur, Per eundem Dominum nostrum.

De diuo Ioachim Patriarcha, & auo Iesu Christi, carmen Asclepiadeum Gliconium, conditum à magistro Iodoco Clichtoueo Neoportunensi: sicut est, Sanctorum meritis inclyta gaudia.

PLECTRVM Phœbe tuum sume sonorius,
Et leni citharam pollice persona:
Nec desint comites carmina condere
Doctiæ Castalides deæ.
Non mens est superum prælia scribere,
Aut immissa feris tela gigantibus:
Præclarum Ioachim præstat ad æthera
Dignis tollere laudibus.
Ignorata diu, nocteque condita
Tanti clara uiri gloria sæculo,
Tandem conspicuo lumine cognita,
(Vt par est) celebrabitur.
Vt Phœbus radium fundere lucidum,
Expulso Borea, nubibus incipit:
Sicut gemma latens eruta puluere
Terræ, clarius enitet:
Vt claris soboles orta parentibus,
Maiorum celebris flemmate redditur:
Sic nati probitas & generositas
Patris gloria creditur.
Quòd clara Mariam stirpe creauerit,
Ex qua uera salus prodijt omnibus:
Quis dignum celebri laude negauerit,
Quem laudare parauimus?
Magnis digna Dei mater honoribus,
Ex diuo Ioachim duxit originem:
Qua natus puer est ille salutifer,
Et spes unica gentium.
Matrem summa decet gloria candidam,
Nato summus honor debet haberier,
Ingens huius auum laus decet, & patrem
Illius ueneratio.
Si patri fuerit gloria præstita,
Hæc natis etiam præstita noscitur:
Illis laus eadem debita creditur,
Nec dispar reuerentia.
Hic iunctam thalami fœdere duxerat
Annam, non meritis coniugis imparem
Par illis probitas, æquaque largitas,
Et par cura Dei fuit.
Horum præcipuè munificentia
Insignis memori laude reponitur,
Produntur si quidem diuitias tribus
Diuisisse suas modis:
Templo prima fuit debita portio
Rerum, pauperibus pars fuit altera
Designata, domum tertia nutrijt
Vsu commoda proprio.
At longo sterilis tempore sæpius
Multas Anna preces anxia fuderat,
Vt (quæ sacra Deo munera deferat)
Esset prole puerpera.
Nam contempta sui munera coniugis
In templo fuerant, quòd sobolis foret
Expers: in sterilis numina pontifex
Irasci thalamos ait.
Aedes ille suas tectaque deserens,
Ne tristis fieret fabula cæteris,
Agris delituit: dulcia præferens
Charis arua penatibus.

Sed summi pietas numinis optima
Solatrix hominum, sedibus angelum
Demisit superis, optima nuncia
Qui prolis referat nouæ.
Assistens Ioachim nuncius æthere
Missus: tristitia desme confici,
Dixit: namque salus optima sæculi
Nascetur tibi filia.
Hæc sperata diu gaudia proferet,
Confringetque suis tartara uiribus.
Hæc Euæ genitos sanguine, lucidas
In cæli reuehet domos.
Tum sancti monitis credulus angeli,
Promisso Ioachim munere lætior,
Voti compos erat: sustulit ut sua
Natam coniuge filiam.
O clarum meritis, ò memorabilem, &
Dignum grandiloqui quem tuba personet
Vatis Meonij: nos sibi deditos
Summum ducat in æthera. Amen.

Festum principale Sancti Ioachim est decimasexta die Septembris. Commemoratio uero eius solennis est nona die Decembris.

Hymnus Saphicus, beato Patriarchæ Ioachim Nazareno, decantatus à fratre Iacobo Icimolano Carmelita Gandensi.

OPATER patrum Ioachim beate,
Vt tibi gratos modulemur hymnos,
Tu foue dulci modo nos clientes
Nectare cœli.
Non enim quicquam sumus irrigati
Rore quem dicunt, neque per soporem,
Sed nec imbuti sumus aut uel ullo
Nectare cœli.
Qui uiros claros cecinere quondam,
Hi relibutos licèt æstimarint
Esse (sè falsò tamen hoc putarunt)
Nectare cœli.
De sacer tantùm chorus angelorum
Si satis dignè celebrare possit,
Nos tibi laudes resonemus absque
Nectare cœli.
Hinc tuum nobis petimus iuuamen
Sancte sanctorum Ioachim parentum,
O pater patrum nimium referte
Nectare cœli.
Qui quòd in partes tua diuidendo
Erogas iustè miseris, & aræ:
Nonne cantamus bene te refertum
Nectare cœli?
Et quòd in templo patiens ferebas
Quæ tibi probro dederat sacerdos,
Nonne cantamus bene te refertum
Nectare cœli?
Quodque te dignum Deus esse duxit
Angelo sancto, releuare tristem:
Nonne cantamus bene te refertum
Nectare cœli?
Tu (quod est magnum) sueras maritus
Illius sanctæ uenerandus Annæ,
Quā modo plenam canit omnis orbis
Nectare cœli.
Tu (quod est maius) genitor beatæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dignus inuentus fueras Mariæ,
Quam quidem scimus magis esse plenam
Nectare cœli.
Tu(quod excedit)nouitate Christi
Solus è cunctis auus es uocatus:
Qui super plenus super effluitque
Nectare cœli.
O potens ergo Ioachim sacrate,
Sic tuam nobis modo ferto dextram,
Ne sacro tandem careamus illo
Nectare cœli.
Nunc Deo laudes pariter canamus
Qui suo nato Ioachim colendum
Hunc auum sumpsit, mediante sacro
Nectare cœli. Amen.

Eiusdem in eiusdem Patriarchæ laudem carmen: cuius primæ literæ habent, Iacobi keimolani Carmelitæ Gandensis carmen Saphicum:

TAm preces summo meritas parenti
Ante sacratas resonemus aras,
Corde deuoto simul & uocemus
O Ioachime.
O tuum sanctum Ioachime nomen,
Blandius quanuis sonet hoc Hebræis,
Id magis deinceps placeat rogamus
O Ioachime.
Κοινὰ(ut Græcè loquar & latinè)
Et φίλοις quæ refacias uetusto
Iure sint, ut πάντα φίλων τὰ κοινὰ,
O Ioachime.
Multa cùm cœlo tibi sit potestas
Ob tuum ne nos patiare fructum
Laude prædignum tenebras adire,
O Ioachime.
Astra si sursum uideamus omnes,
Non tamen mens est uaga semper illic:
Ipse opem præstes, opus & necesse est
O Ioachime.
Carne qui quondam fueris grauatus
Arce iam summa positus, fauere
Rebus humanis melius ualebis,
O Ioachime.
Missa quæ poscis faciet quidem non
Ille qui ternus Deus est, sacrata
Luce nos ergo petimus fruamur
O Ioachime.
Inter aulares qui habetis almos
Tu patrum cœtus magis eleuatus,
Est ne id indignè tibi corrogatum
O Ioachime.
Grata nam multum tua uita cunctis
A Deo prima meruit salutem:
Nec tuis tantum, sed & uniuersis
O Ioachime.
Debuit dignè chorus ille diuum
Esse suppostus tibi, quin & exin
Ne quidem cessat celebrare dicens
O Ioachime.
Sic magistratus tuus hic beato
In polis non est onerosus ulli,
Sed magis tecum iubilant feruntque
O Ioachime.

A Cùm nouos cunctli meditentur hymnos
Ad tui laudem superi frequenter,
Ritè terreni tibi quid sonabunt
O Ioachime.
Magna cùm magnum tua dona carmen
Exigant, & non ualeamus: ipsum
Nostrum hoc acceptes modo qualecunque est,
O Ioachime.
Sancte tu nobis Ioachime seruis
Ab tuo Christo ueniam nepote
Posce peccatis, tibi supplicamus,
O Ioachime.
Patriarcharum decus es priorum,
Hinc herus sanctæ peramandus Annæ,
B Inde tu dignus pater es Mariæ,
O Ioachime.
Cuius(ut tandem silent miselli)
Verus & clemens auus es: sit illi
Mira laus, summæ quoque trinitati:
O Ioachime. Amen.

Sequentia octo epigrammata condidit frater Gulielmus Bibaucius, sacri ordinis Carthusiensis.

C VDite Pieridum redolentia carmina fontes
Nunc Ioachim iuuenes ludite, uosque senes.
(Magna decent magnos) suaui condita lepore,
Carmina diuo nunc Ioachim canite.
Si dicis, Ioachim quis hic est? pater ille supernæ
Reginæ est, igitur regulus est superum.
Multiplici sanctum Ioachim pulsate precatu
Christicolæ fœdi, crimine multiplici.
Stelliferos auus est regis qui condidit orbes:
Et patriarchalis gloria prima chori.
Ergo potest facilem ueniam impetrare reatus:
Virtutis nitidam ferre potestque uiam.
Laudibus intactam celebras quicunque puellam,
Inde Iesu Christo gratior esse studens.
Virginis haud graue sit Ioachim coluisse parentem,
D Quem proprium uoluit ipse redemptor auum.
Virtutes cuius si tollis in æthera laude,
Gratus eris Mariæ: gratus eris que Iesu.
Virginis eximiæ patrem celebrate fideles:
Quem laus illustrem multiplicata facit.
Qui cum prole sua commune meretur habere,
Nomen: dum Christi dignus habetur auus.
Hoc dulce quæ cupimus facile impetrare licebit,
Si puro nitidas fundimus ore preces.
Salue Christiferæ Ioachim, pater alme Mariæ,
Quæ semper niuea uirginitate nitet:
Inter fœmineas uirgo nitidissima turmas,
Egregio nomen ditat honore tuum.
E Maiori tamen ipse Iesus patris inclyta proles
Aeterni: natæ stirps benedicta tuæ
Illius es genitor, Auus huius & ipse probaris,
Ergo tua miseros conciliato prece.
Quisquis es & uariis immergeris undique pœnis,
Crescit & assiduo plaga, dolorque tuus,
Intrepidis Ioachim precibus tentes patriarcham
Qui potis est subitam ferre salutis opem.
Diue pater Ioachim Anna cum coniuge salue,
Et Mariæ salue caste marite Ioseph.
Protinus afflicti maculas expellite cordis,
Vt tua stirpe Christus det mihi regna poli.
Anna Dei matris genitrix, Ioachim pater, alme Io-

Ioseph, post trinum numina trina Deum,
Cernite continuas lachrymasque, precesque benigni,
Et facitote Iesus det mihi regna poli.

Carmen sapphicum eiusdem Gulielmi, ad eundem Patriarcham.

QVando te summum specimen decusque
Et Iesu matris Ioachim parentes,
Omnium famam superans uetustam
Tertius nemo tibi, nec secundus,
Dum magis Phœbæ facie corruscas
Aulicos inter superi tonantis:
Qui quasi stellæ tibi sunt minores
Cœdit in primis Patriarcha quisque,
Te simul uates reuerentur omnes
Ter, quater patres: reliquique ciues
Cœlici, castæ pariter puellæ.
Nam licet uirtus animosa in illis
Splenduit solis radiantis instar,
Non tamen sedes superas adissent,
Ianuas celsi, nisi prole cœli
Peruias cunctis Maria dedisses.
Quæ tulit natam sine labe summi
Principis, toti dominantis orbi
Lance qui iusta, trutinaque recta
Præmium uitæ meritis coequat
(O decus uatum superumque uates
Et pater magnis titulis colende,
Atque præclaris numeris canende)
Hunc precor tandem rogites ut altis
Gaudeam regnis: celebremque uiuus
Et patris nomen, geniti, sacrique
Numinis, compar quibus est potestas
Et uigor idem.

Robertus Gaguinus fratri Arnoldo Bostio.

MIlle licet studeas Ioachim præconia linguis
Dicere, nec musis inferiora canas:
Contendens frustra titulos expromere diui:
A Alter ab extremo seruet adesse gradus.
Quis satis accumulet præclara laude parentem
Virginis, unde salus perdita grata datur?
Si fructu infœlix fuit arbos illa sciendi,
Qua ruit in miseram nostra propago necem.
Quam iuste extollas toto conamine germen,
Vnde pavens magni prodijt alma Dei?
Principium Ioachim sane est & ianua lucis
Quam reducem terris eius alumna tulit.

B *Idem Robertus Gaguinus, minister generalis sacri ordinis sanctæ Trinitatis.*

DVm petis attolli uocali psalte pa rentem
Christiferæ matris, me quid ad ista uocas?
Vis ne lyram pulset cõtracto pollice mancus?
Vis simulet cigni cantica coruus hebes?
Hoc agat excelsa gnarus cantare Sophocles,
Vel quos instituit dulcis Apollo modis.
C Sed quis tantus erit, laudes qui promat abunde
Verbigenæ Christi magni potentis aui?
Hæc laudum summa est, fœcunda prole salutem
Reddere proscriptis, exulibus que focis.
Nonne fores nobis cœlorum pestifer Adam
Clauserat, hic fœlix germine fudit opem?
Namque thoro iunctus matronæ nobilis Annæ,
Denique mirifica claruit & sobole.
Enixa est coniunx melioris nuncia mundi
Gnatam, quæ genuit integra uirgo Deum.
Inde luem mortis, & tartara dira, beato
Despicimus fine: dum scelus omne uacat.
Est igitur Ioachim fidei primaria planta,
D Cuius fœtura est Iesus & ipse nepos.
Quem si fidus amas, si corde uereris, oportet
Pronus auum sancta religione colas.
Si quis enim uitij nonnumquam & criminis expers
Hunc nullo credas despuisse malo,
Non potuit uitio lædi tam uiuida radix,
Flos unde & fructus fert super astra comas.
Vnde poli sedes & diuum tecta replentur,
Vnde animi pastum fœmina, uirque ferat.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX RERVM ET VERBORVM AMPLISSIMVS,

A IOANNE BENEDICTO DOCTORE THEOLOGO, non minus doctè quàm studiosè collectus, cuius quidem Indicis prior numerus paginam secundus columnam designat.

Aaron.

Aron uirga. pag.47.2

Abagarus.

Abagarus rex. 140.2

Abba.

Abba pater. 596.2

Abdicatio.

Abdicatio à tribus. 437.2

Abel.

Abel eductus in agrum à fratre, Christum figurabat eductum ad suspendendum. 634.2

Per Abel laicum, & Zachariam clericum, intelliguntur omnes martyres. 523.2

Abel munera. 157.1

Abimelech.

Abimelech panes Dauidi porrexit. 566.1

Abner.

Abner à Ioab fraude occisus. 668.1

Abraham.

Abraham quomodo obediebat contra repromissionem. 16.2

Abrahæ & Mariæ comparatio in obedientia. Ibidem.

Abraham principalis fuit inter Patriarchas. 34.2

Abram & Sara mutata nomina. 48.1

Abbrahæ gaudium de Christo. 360.1

Abrahæ iudicium. 449.1

Abrahæ filij qui dicuntur. 472.2

Abrahę retrospectio. 528.2

Absalon.

Absalon in arbore lanceatus, Christum figurauit in cruce lanceatum. 661.2

Abscondi, Absconsio.

In abscondito facere, quid est. 166.1

Abscondendi occasio. 361.1

Abscondendi locus, & forma. 360.2

Absconsio Domini. 360.2

Absconsionis Domini causæ. 360.2

Absconsio Christi à furore Iudęorum. 503.1

Absentia.

Absentia prælatorum. 299.1

Absentia Christi formidanda. 302.2

Abstinere, Abstinentia.

Abstinentia Ioannis baptistæ. 19.2

Abstinentia sacerdotum legalium. 20.1

Abstinendum est quandoque à licitis. 100.2

Prima abstinentia duntaxat dura. 310.2

Abstinentia tribus modis fit. 311.1

Abstinentiæ & crucis genera. 394.1

Acceptio personarum. 466.1

Abstinentia & ieiunium Christi. 562.1

Acceptio personarum.

Acceptio personarum non timenda. 140.1

Acceptio personarum summum est sacerdotum peccatum. 511.2

Accessus.

Accessus ad Deum facilis. 239.1

Accessus petendus. 427.2

Accusare, Accusatio.

Accusatio Magdalenæ triplex. 263.2

Accusa & iudica teipsum. 321.1

Accusandi se forma. 419.1

Documentum circa accusationem Christi. 620.1

Meditatio circa accusationem Christi. 620.2

Accusatores Deum falso accusantes. ibid.

Accusatio Christi coram Herode. ibid.

Cur Christus accusatus tacuit. 623.2

Acedia.

Acediæ detestatio. 698.2

Acetum.

Acetum felle mixtum Domino propinantes. 639.2

Achates.

Achates. 434.2

Acheldemach.

Emendi agri Acheldemach ratio. 617.1

Situs agri Acheldemach. ibid.

Achior.

Achior ad arborem ligatus, Christum figurauit, 627.1

Actio, Actus, Actiuus.

Omnis Christi actio, est nostra instructio. 5

Principium & finis actionis nostræ, debet esse Deus. 10.2

Actio duplex. 264.2

Actiuorum perfectio. 36.1

Actiua uita. 264.2

Actus nostri ad Christi exempla figurari debent. 5

Actus & mores Christi intuendi. 5

Actus exteriores, nisi inquantum uoluntarij, non habent rationem peccati. 157.2

Actus exterior non addit bonitatem, uel malitiam. 371.2

Actus boni in genere duplici. 313.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Acus.
Acus foramen quid. 435.2
Adam.
Adæ plasmatio. 12.1
Adæ peccatum quàm graue fuerit. 12.2
Adam quibus peccatis tentatus est. 111.2
Hora qua primus Adam peccauit, secundus expirauit. 658.1
Adam secundus & primus. 47.1
Adduci, Adductio.
Adduci ad Saluatorem. 380.1
Adductio Christi ad Pilatum. 616.1
Documenta ex adductione Christi ad tribunal. 632.2
Adimplere.
Adimplere legem, quid est. 155.2
Admiratio.
Quæstio admirationis. 558.2
Adorare.
Adoratoris conditiones. 53.2
Adoratio patris. 269.2
Deus spirituales adoratores, & ueros quærit. Ibidem.
Adorare falso, quid. 629.1
Documentum circa falsam Christi adorationē. 629.2
Adoratur Christus per debiti cultus exhibitionem. 696.1
Adoranda membra Christi. 740.2
Adrianus.
Adrianus imperator montem Caluariæ & domini sepulchrum inclusit in urbe. 639.1
Aduentus.
Christi aduentus in quinque ætatibus pronunciatur. 12.2
Fructus aduentus filij Dei. 90.1
Aduentus Christi ad Ioannem. 103.2
Aduentus regni Dei optandus bonis. 170.1
Aduentus Domini in Chana. 275.1
Aduentus filij Dei duplex. Ibidem.
Aduentus Christi subitus erit & coruscus. 529.2
Aduentus Christi cognitio. 387.1
Aduentus Christi humilis. 482.1
Signum aduentus Christi in Hierusalem. 482.2
Aduentus Christi species. Ibidem.
Iubilatio curiæ cœlestis in aduentu Christi. 725.1
Aduentus Domini triplex. 535.1
Primus Christi aduentus, fuit in ostensionem infirmitatis. secundus, potestatis. 538.1
Aduentus Christi terribilia. Ibidem.
Quatuor aduentus Christi ad homines. 546.1
Quatuor Christi aduentus quatuor dominicis aduentus designantur. Ibidem.
Aduentus duplicis discretio. 556.1
Aduersarius, Aduersitas.
Aduersarius reconciliandus est. 157.2
Aduersarius noster fortis est, sed Dñs fortior. 318.1
Aduersarius nobis non deest. 739.1
Aduersitas multa facit. 111.1
Aduersi uitatio.
Aduersa pro Christo patiens. 462.1
Adulari, Adulatio, Adulator.
Adulatio uitanda. 243.2
Adulatores in facie laudant. Ibidem.
Contra adulatores. 244.2
Adulatio Iudæorum. 369.2
Adulari noluit Christus. 498.1
Adulatoris persequutio. 514.2
Venditores laudis humanæ, sunt adulatores. 551.1
Aduocatus.
Aduocatus noster Iesus. 709.2
Aedificare, Aedificium.
Aedificantium tria genera. 190.2
Aedificare super fundamentum fidei. Ibidem.
Aedificia rationabilia. 522.2
Qualiter Deo ædificandum est. Ibidem.
Aegritudo.
Aegritudo corporis, est sanitas mentis. 289.2
Aegyptus.
Aegypti patres. 70.1
Figuræ de ingressu Marię cum filio in Aegyptum. Ibid.
Maria septem annis mansit in Aegypto. 70.2
Aegypti imaginem uirginis puerum gestantis colebant. Ibidem.
Transitus Christi in Aegyptum, figurabat apostolorum transitum ad gentes. Ibidem.
Aegyptiaca uirgo.
Aegyptiacæ sepulchrum. 726.2
Aelius.
Aelius Hadrianus imperator. 527.2
Aemulatio.
Aemulationis mala. 316.1
Dura sicut infernus æmulatio. 590.1
Aetas.
Primæ ætatis beata simplicitas. 309.2
Aetates hominis diuersæ. 440.1
Aetates sex hominis. Ibidem.
Aetas mundi ante Christi natiuitatem. 13.1
Aetates mundi quot sint. 50.1
Finis seculorum est ætas sexta mundi. 542.1
Christus quare sexta ætate conceptus. 20.2
Meditatio ætatum, uirtutum, ac laborum Christi. 4
Actas Christi ad fugam inhabilis. 67.1
Actas Christi, & duratio prædicationis. 135.1
Actas duodennis. 74.2
Aeternitas.
Aeternitas Christi probatur. 360.1
Gloria æternitatis, & meritum passionis iuncta sunt. 562.2
Affectus, Affici, Affigi.
Affectus iusti, est circa cœlestia. 170.2
Iactura magna inferioribus affigi. 174.2
Affectorum gradus. 359.1
Affectus Christi in prædicando. 281.1
Affectus temporalium. 282.2
Carnales affectus sunt pro uitando scandalo relinquendi. 410.1
Affectus erga Deum, dignus est regno cœlorū. 483.1
Afflictio.
Afflictiones Christi. 42.2
Agabus.
Agabus propheta. 246.2
Agabus amore uirginis Mariæ captus. 763.1
Ager.
Ager Christi triplex. 278.1
Ager continens thesaurum. 281.2
Agere, Agilitas.
Deus agit per intellectum. 10.2
Agilitas quarta dos corporis. 755.2
Agios.
Agios quid sit.
Agnitio.
Agnitio ex nomine facta. 694.1
Agnus.
Agnus cur dictus Christus. 118.1
Agnus ab agnitione dicitur. Ibidem.
Agnus qui tollit &c. Theophilus cur tollit, non tollet dixit. Ibidem.

Agnus Dei cur canitur in missa. Ibidem.
Agnus erat oblatio diuitum. 58.2
Agnus decima die primi mensis capiebatur ad immolandum. 475.2
Agnus immolandus decima luna primi mensis in urbem inducebatur. 490.1
Agni Paschalis parasceue.
Ad agnum Paschalem necessaria. 567.1
Agni sumendi conditiones. 568.1
Agni sumendi modus. 567.1
Christus agno similis.
Agonia.
Agonia Christi. 598.2
Ala.
Alæ binæ crucis, quid significent. 648.2
Alabastrum.
Alabastrum quid est. 260.1
Alabastrum quid sit. 476.2
Alapa.
Christus alapam à Malcho accepit. 607.2
Alapa quid sit. Ibidem.
Meditatio super alapis Christi. 608.1
Documenta ex alapis Christo collatis. Ibidem.
Christus iterato alapis cæditur. 629.1
Alba sacerdotis.
Alba sacerdotis, quid designet. 622.1
Alexander.
Alexandri magni auiditas. 270.2
Alienus, Alienigena.
Aliena detinentes, contra Dei mandata peccāt. 448.2
Alienigenæ reditio. 459.1
Alimentum.
Alimenta duo pauperibus eroganda. 451.1
Alleluia.
Alleluia, laudate Dominum interpretatur. 683.1
Alpha & ω.
Alpha & ω. 164.2
Altus, Altare.
Alta cadunt citius. 113.2
Altiorum maius periculum. Ibidem.
Altare incensi siue aureum. 18.2
Altare holocaustorum. 491.2
Altaria in passione denudantur. 605.1
Altaria duo in passione Christi. 648.1
Amare.
Amare aliquid præter Deum, & non contra Deum. 190.2
Amare, & odisse. 500.2
Amare inimicos, Deum facit propitium. 659.2
Amandi Christi rationes. 674.1
Nihil Deo amabilius, quàm se minimū reputare. 36.2
Verus amator præmium non quærit. 104.1
Mundi amatores quare gaudeant. 534.2
Amantium mos. 693.2
Amor.
Amor non clamor, sonat in aure Dei. 31.1
Amor boni. 35.1
Amoris excellentia. 144.2
Amor est animæ pondus. 174.2
Amores duo. 431.1
Amoris descriptio. 504.2
Amoris uirtus. 511.1
Amoris signa quatuor. 582.2
Vis amoris ad Christum quātumuis molestiam carnis uincere debet. 714.2
Amor primus dæmon. 705.1
Amoris causa. 486.1
Amoris mirabilis operatio. 694.1
Amor Dei, & mundi, in eodem habitare non possunt. 175.2
Amor Dei, & mundi repugnant. 228.1
Amor Dei. 345.1
Amor Dei, & amor mundi, non se compatiūtur. 431.1
Amor Dei non est occisus. 533.2
Amori Domini nihil omnino præponendum. 393.2
Amor spiritualis, & carnalis. 164.2
Amor spiritualis præferendus carnali. 327.2
Impedimenta amoris cœlestium. 535.1
Amor proximi causetur ex amore Dei. 515.1
Amor proximi multis modis falsus est. 515.2
Per amorem proximi amor Dei nutritur. 515.1
Amor seculi. 451
Amor seculi effundendus est. 353.2
Amoris mundani causa. 261.2
Amor rerum temporalium duplex. 178.1
Amor terrenorum. 348.2
Amor terrenus amouendus est. 581.2
Amor diuitiarum quantum uitandus. 450.1
Amor mercenarius. 164.2
Amor parentum exclusus. 237.1
Amor naturalis inter animam & corpus. 714.1
Amor mirabilis Marthæ & sororis. 453.2
Amicus, Amicitia.
Amicorum dilectio. 162.2
Amicorum persecutio cur grauior. 228.1
Amici animam auferunt. 297.2
Amicorum carnalium consilium. 351.1
Amicorum societas, salutem impediens, relinquenda. 409 & 410
Amicitiæ poeticæ. 420.1
Amicus per naturam, uocatur peccator. 509.2
Non possunt sancti amici esse illorum, quibus Deus est inimicus. 523.1
Amicus Dei, inimicus est mundi. 526.1
Non est turbandū de amicis in fide decedētibus. 531.1
Amici triplices. 582.2
Amicus quasi animi custos dicitur. 535.2
Amicus dicitur dupliciter. Ibidem.
Amicitiæ signis proditores utuntur. 601.2
Amici fraudulenti. Ibidem.
Amici Dei multi uidentur, & non sunt. 601.2. 602.2
Amicitia in patria. 743.2
Amaritudo.
Amaritudo in poculo displicet. 714.2
Ambitio, Ambitiosus.
Ambitio seruit. 114.1
Ambitionis malum 296.1. 297.2
Ex ambitionis radice impossibile est prodire fructum charitatis. 296.1
Ambitio nec per infirmitatem, nec per ignorantiam excusatur. 297.1
Ambitiosi clerici taxantur. 296.1
In ambitiosos. Ibidem.
Ambitiosi cor nunquam quiescit. 297.1
Ambitiosus inexcusabilis. Ibidem.
Maledictio ambitiosorum. Ibidem.
Ambitiosi nesciunt quid petant. 465.2
Ambitiosi Dei præcepta postponunt. 296.1.2
Contra ambitiosos. 296.1
Contra ambitiosos & auaros. 566.2
Ambulare.
Ambulare secundum carnem. 375.2
Ambulatio Petri super mare. 303.1
Amen.
Amen quid est. 122.2. 172.1
Amen multipliciter dicitur. 172.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amen,& Alleluia,cur interpretata non sunt. Ibidem.
Amen triplicem efficaciam habet. Ibidem.
Amethystus.
Amethystus. 433.2
Amictus.
Amictus capitis quid designet. 621.2
Amœnitas.
Amœnitas nimia uitanda. 310.1
Amor.
Quære suprà in dictione, Amare.
Amphora.
Amphora, uel lagena aquæ,quid significet. 566.2
Amplexatio.
Amplexatio Christi. 406.1
Anastasius.
Anastasius instituit,Gloria in excelsis Deo, cantari in ecclesia. 44.2
Ancilla.
Anctlla Domini quomodo dicitur Maria. 26.2
Ancillæ filius, Dominus. 27.1
Andreas.
Andreas primus Christianus. 120.1
Andreas dicitur,uirilis. 500.1
Andreas primus Christi discipulus. Ibidem.
Andreæ oratio ad crucem. 675.1
Angaria.
Angaria quid dicitur. 261.2
Angelus.
Angelorum officium. 110.2
Angelorum qualis soleat esse apparitio. 689.1. 691.1
Angeli ad quorum custodiam sint deputati. 113.1
Angeli custodes hominum. 410.2
Angelorum ministerium. 116.2. 410.2
Angelorum præsentia. 411.1
Angelis nostris quantam gratiam debemus. 411.1
Angeli mirabiliter creati, sed homines mirabilius restaurati. 413.1
Angelis coæquandi. 411.1
Dare occasionem gaudij angelis. 413.1
Angelorum gaudium. Ibidem.
Angeli nostri contristatur ad culpam. 410.2
Angelorum mensa est in religione. 507.2
Angelus Ioannes. 245.1
Angelus cur uisibilis apparuit Mariæ. 22.2
Angelica salutatio cæteris est excellentior. 23.1
Angeli ca salutatione Maria frequẽter est salutãda. 28.1
Angeli recessus à uirgine. 29.1
Cur multitudo angelorum astitit angelo euangelizanti pastoribus. 44.1
Angelus aliter Mariam,aliter Ioseph,aliter pastores instruxit. 43.2
Angeli natiuitatem Christi curiæ cœlesti nunciauerunt. 44.2. 45.1
Angelus in piscinam descendens, Christum designabat. 335.1
Angelorum accessus post uictoriam. 125.2
Angeli cur post uictoriam apparuerunt. 117.1
Angeli quid Christo ministrauerint. Ibidem.
Christus ab angelo confortatur. 598.1
Christus non habuit angelum deputatum. Ibidem.
Angelus in forma humana. Ibidem.
Angelus occidisset percussores & illusores Christi, si ipse permisisset. 630.1
Angeli in morte Christi flebant. 666.1
Angelus cur uidetur à mulieribus. 689.2
Angeli aspectus. Ibidem.
Angeli boni discretio,à malo. 19.1
Angelus ad mulieres. 689.2
Angeli ad mulieres. 691.1
Quid duo angeli in sepulchro agebant. 693.1
Angeli ad apostolos ascensum Christi intuẽtes. 726.1
Angeli boni & mali intererunt iudicio. 751
Angeli cum Domino uenient. 556.2
Anima.
Anima rationalis,est imagine Dei insignita. 64.2
Anima creata est ut esset Dei habitaculum. 65.1
Anima est à Deo immediatè creata. 64.2
Anima creata est ex nihilo. Ibidem.
Quatuor gradibus proficit anima. 33.1
Gradus quatuor in anima perfecta. Ibidem.
Anima contemplatiua, & actiua indiget purgatione. 63.2
Animæ nobilitas. 64.2
Animæ templi ornatus. 65.1
Anima sponsa Dei dicitur. 144.2
Animæ sedes. 169.2
Ad animam loquutio,super labore tolerando. 186.2
Anima leprosa quæ dicatur. 193.2
Anima fidelis per nauiculam intelligitur. 209.1
Animæ curatio. 141.1
De animæ sanatione magis curandum est. 213.2
Anima mutuo accepit corpus. 232.1
Animæ acceptiones quæ sint. 236.1
Anima unde dicitur. Ibidem.
Anima odienda est dupliciter. 238.2
Anima sensitiua. 256.2
Animarũ regimini laborare,cõtemplationi præfertur. Arima in nocte ablata.
Anima à ratione possideri debet. 526.1
Animæ curuitas. 342.2
Anima peccatrix. Ibidem.
Anima proximi plusquam corpus proprium est diligenda. 366.2
Animam pro ouibus ponere. 368 1
Morbus grauis animæ. 378.1
Anima à dæmonio uexatur,quando perseuerat in peccatis. 378.2
Anima perdenda. 395.1
Animam suam perdere. Ibidem.
Anima perditio irrecuperabilis. 596.1
Animæ apud Deum precium. 417.2
Animæ pueri puritas. 428.1
Animæ passio. 448.1
Animæ separatę. 450.1
Animæ mors. 454.1
Anima fidelis,domus Dei dicitur. 471.2
Animæ abstractio triplex. 472.1
Anima ligata per se dissolui nequit. 481.2
Animæ committuntur cui non committeretur asinus uendendus. 478.2
Animæ pars eminentior, est templum in Hierusalem. 493.1
Animæ status peccatricis,à Christo defletur. 488.2
Quatuor ex animæ templo pellenda. 493.1
De immortalitate animæ. 305.2
Animas non mori probat. 513.2
Anima incorporea corporalibus tenetur pœnis. 448.1
Anima pro sensualitate interdum accipitur. 501.1
Anima potest dici mulier septemuira. 513.1
Animæ naturaliter desiderant sua corpora. 514.1
Anima potest dici uinea. 506.2
Anima mortua est in corpore pectoris. 522.2
Nobilitatem per uirtutes anima recipit. 328.1
Animæ transitus triplex. 541.1
Animæ iustæ uocantur,à corpore gaudentes. 545.2
Animam inquinantia. 374.1

Animæ illabi potest solus Deus.
Delectatione non uacat anima. 589.2
Compassio turbans accedit animæ tripliciter. 595.2
Liberanda anima. 668.2
Animæ sanctorum nunc cœlum petunt. 657.2
Solus Christus animam in potestate habuit. 660.1
Animæ deuotæ debent misterium passionis sollicitè considerare. 670.1
Animæ Deum uidere uolenti necessaria. 707.1
Anima inuita separatur à corpore. 714.1
Potestas animæ in patria. 756.2
Securitas animæ in paradiso. Ibidem.
Honor animæ in patria. Ibidem.
Animus.
Animus curuus in corpore recto,indecens est. 94.1
Animus terrenorum cupiditate sordescit. 174.2
Animi uoluptas refrenanda. 310.2
Animus Deo acceptus. 498.1
Animal.
Animal immundum non est Deo offerendum. 60.2
Animal rationale. 176.2
Anna.
Anna filia Emerentiæ. 761.2
Annæ mariti & filiæ, & earum filij & mariti. 17.1
Anna nupsit Ioachim de ciuitate Nazareth. 761.2
Anna & Ioachim 20.annis sine prole uixisse feruntur. 14.1
Quare Ecclesia beatę Annæ recollit memoriam. 763.1
Bona Annæ tripartita. 761.2
Annæ desolatio pro mariti absentia. 762.1
Annæ præcatio ad Deum. Ibidem.
Annæ soboles, & eius matrimonia, & generationes. 761.1.2
Anna secundò nupsit Cleophæ. 763.2
Anna tertiò nupsit Salomę. Ibidem.
Anna Dei instinctu ad tot nuptias transijt. Ibidem.
Confutatio erroris de pluralitate uirorum beatæ Annæ. Ibidem.
Anna immerito ob sterilitatem rubore fuerat affecta. Ibidem.
Rosarium ad diuæ Annæ honorem. 764.1.2
Annæ prophetissæ commendatio. 61.2
Anna offerens Samuelem, Mariam Christum offerentem figurauit. 58.2
Annas pontifex.
Annas & Cayphas. 83.1
Christi ducendi ad Annam causę. 606.1
Quare Christus tacuit discipulos suos coram Anna. 607.2
Annas & Cayphas sacerdotium uicissim à gentibus emebant. 606.1
Annas & Cayphas licet de tribu Leui non essent, officio tamen sacerdotis fungebantur. Ibidem.
Annunciatio.
Mariæ annunciatio. 22.2
Christus quare uirgini annunciatur. Ibidem.
Annus.
Annus. 283.2
Anselmus.
Anselmi ad Mariam pulchra deprecatio, & seq. 748.1
Ante diem, Antelucanum.
Ante diem mori,quid sit. 232.1
Antelucanum. 302.2
Antichristus.
Antichristi parentes,& malitia. 749.2
Antichristi aduentus. 527.2
Antichristum Iudæi suscipient primi. 339.1
Antichristum cur Iudæi recipient. Ibidem.
Antichristum Iudæi Christo præferent. 624.2
Antichristus honorem diuinum usurpabit. 527.2
Antichristi arma quatuor. 749.2
Antichristi cædes. 750.1
Prodigia Antichristi,& discipulorum eius. 529.2
Antichristi tortores. Ibidem.
Discipuli Antichristi facient miracula. Ibidem.
Tribulatio Antichristi coget secularia deseri negocia. 528.1
Tribulatio sub Antichristo. 529.1
Maxima Antichristi tribulatio ubi erit. 529.1
Quatuor hominum genera auxilio erunt Antichristo. Ibidem.
Diaboli nunc ligati,adueniente Antichristo soluentur. 529.2
Duratio persecutionis Antichristi. 529.1
Tribus annis regnabit Antichristus. Ibidem.
Dierum Antichristi breuiatio. Ibidem.
Quadraginta diebus post mortem Antichristi erit iudicium. 750.1
Iudæorum conuersio post mortem Antichristi. Ibid.
Antichristi qui sint. 230.2. 511.2
Antichristus dici meretur, qui Christum non sequitur. Ibidem.
Abominatio dicitur Antichristus. 527.2
Antiquus.
Antiquorum desiderium uidendi Christum. 12.2
Aperire.
Aperire Domino. 547.2. 548.1
Aperuit uerbum,signanter dictum.
Apex.
Apex quid sit. 155.2
Apocalypsis.
Apocalypsis compositio. 146.2
Apostata.
Apostata quomodo dicatur loqui digito. 159.2
Apostatio cordis. 206.1
Apostasia.
Apostasia cordis,& corporis. Ibidem.
In apostasiam cadentes. 296.2
Apostolus.
Apostolorũ.xij.electio non sine precibus facta. 147.1
Apostolorum nomina. Ibidem.
Apostoli propter suam humilitatem sunt à Deo illuminati.
Apostolorum error duplex. 387.1
Apostoli dupliciter à Christo arguuntur. 389.2
Contentio inter apostolos Christi. 579.2
Timor apostolorum. 587.1
Apostolorum fragilitas. 6042.
Quare Iudæi non comprehenderunt apostolos cum Christo. 605.1
Cur Christus fratres uocet apostolos. 695.1. 696.1
Apostoli à Christo ante cœnam baptizati. 570.1
Apostoli ante passionem Christi spiritum sanctum habuerunt. 536.1
Apostolorum ordinatio in episcopos. 391.1
Christus in die paschæ apostolos ordinauit episcopos. 706.2
Quid apostolos magnos ostendit. 438.2
Dubitatio apostolorum nobis profuit. 709.2
Missio Apostolorum tanquam uicariorum. 706.2
Eductio apostolorum ab urbe Hierusalem. 723.2
Apostoli prædicauerunt quod annunciauerunt prophetæ. 12.2
Apostolorũ relictus à prædicatione ad Christũ. 250.2
Promissio facta apostolis, transit ad successores. 724.2
Apostolorum gaudium post tristitiam. 534.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostolorum tristitia. 587.2
Luctus apostolorum. 144.1
Confirmatio apostolorum in die pentecostes. 536.1
Apostoli ridentur tanquam ebrij. 730.2
Apostoli carnales spiritusancto repleri nequibãt. Ibid.
Apostoli. 12. annis post passionem Christi manserunt in Iudæa. 733.2
Apostolorum, & discipulorum significatio. 238.2
Apostoli sunt fundatores ecclesiæ. 281.2
Apostoli sunt notarij Christi. 283.1
Apostoli & successores, p cophinos designãtur. 293.2
Apostoli prælatos & prædicatores designant. 309.1
Apostoli, & prælati, sunt sal terræ. 154.2
Apostoli, & prælati sunt lux mundi. 155.1
Apparere, Apparitio.
Apparere quid sit. 710.2
Christus apparere nobis uoluit quod non erat. 134.2
Apparuit Christus Moysi & Heliæ. 398.1
Virgini Mariæ prima apparitio facta. 686.1
Cur Euangelistæ non scripserint apparitionem Christi ad matrem. 686.2
Mulieri prima facta apparitio. 688.1
Christus apparens duobus discipulis, non transformauit carnem suam. 701.1
Cur Christus sero discipulis apparuit. 704.1
Apparitiones quinque in die paschæ. 707.2
Cur Christus apostalis non apparuit super aquam, sed super solidam. 710.2
Tres apparitiones per tres dies. 716.1
Apparitio principalis Christi in Galilæa. 716.2
Cur in monte apparuit Christus. 717.1
Duodecim apparitiones Christi. 719.1
Apparitiones in uniuerso quatuordecim. Ibidem.
Christus solum suis apparuit post resurrectionẽ. 720.1
Apparitionum Christi mysterium. 720.1
Apparitio Christi in Oriente. 55.2
Modus apparitionis Christi in secundo aduẽtu. 538.1
Apparebit Christus electis, & reprobis, sed differenter. Ibidem.
Appellatio.
Appellationes Christi. 144.2
Appetere, Appetitus.
Appetere primatum. 467.1
Appetitus hominis duplex. 714.1
Appetitus intellectiuus vult martyrium, appetitu sensitiuo refugiente. Ibidem.
Applausus.
Applausus uitandus. 201.1
Apud.
Aput præpositio ibi, & uerbum erat apud Deum, quid designat. 9.1
Aqua.
Aquæ benedictæ ratio. 105.2
Aquæ proprietates.
Aquæ in uinum mutatio, sine uerbo. 125.1
Duo notanda in Christo mutante aquam in uinum. Ibidem.
Aqua insipida, transit in uinum. 126.1
Aqua frigida. 240.1
Per aquam in peluim missam, quid designetur. 569.2
Aqua sacramento Eucharistiæ apposita, quid sit. 578.1
Aquila, Aquilo.
Aquilarum pulli ad solis intuitum probantur.
Aquilæ electos designant. 544.1
Aquilo quid designat. 86.2
Cõuersio ad Aquilonẽ dum Euangeliũ legitur. 724.2
Arabia.
Arabiæ duæ. 51.2
Arabiæ situs. 463.2
Arator.
Arator retrospiciens, qui d. 209.1
Arbitrium.
Liberum Arbritrium quib us relinquitur. 560.1
Libertas Arbitrij. 560.2
Arbor.
Arboris excisio, & casus. 86.2
Circunfodere Arborem. 341.1
Arborum differentiæ. 86.2
Arbor humana. Ibidem.
Arbor, homo est, aut genus humanum. 87.1
Arboris bonæ partes. 188.1
Arboris euangelicæ rami. 280.1
Bonæ Arbores uti simus, monet. 319.2
Arbor iuxta uiam, fructus suos difficile fert usque ad maturitatem. 499.2
Arbor de fructu, non de floribus, aut folijs cognoscitur. Ibidem.
Inter Arborem, & fructum, similitudo. 319.2
Arbor infructuosa. 340.2
Arbori infructuosæ duo debentur. 141.2
Arbor sine fructu. 499.2
Aromatica arbor. 476.2
Arca, Arcanum.
Arca testamenti figurabat Mariam. 58.1
Arcam Noe fabricare, signat Dominum ecclesiam ædificare. 543.1
Arca Domini. 746.1
Non sunt desideranda Arcana diuina. 536.1
Archangelus.
Archangelis coæquandi. 411.1
Archelaus.
Archelaus paternæ crudelitatis hæres.
Archisynagogus, Architriclinus.
Archisynagogus. 343.1
Architriclinus quis dicatur. 125.1
Arctus.
Arctæ uiæ facilitas. 186.1
Arena.
Arena cupiditati terrenorum comparatur. 190.1
Arguere.
Arguentis incautè peccata. 182.1
Arguendi maioris forma. 392.2
Arguendi forma. 574.1
Christus magis arguet de peccatis in proximum, quàm in Deum. 559.2
Christus plus arguet de omissione, quàm de commissione. 559.1
Argenteus nummus.
Triginta Argenteorum ualor. 564.2
Ariditas, Arimathia.
Ariditas triplex. 313.1
Arimathia olim Ramatha dicebatur. 664.2
Aristippus, Arius.
Aristippus.
Arij hæresis circa Trinitatem. 370.1
Arma.
Arma diaboli, sunt peccata nostra. 628.2
Arma omnia in cruce Christi. 675.1
Aromata.
Aromata unde dicta. 678.1
Aromata sua habet quælibet Maria, & status. 684.1 684.2
Aromata incipientium. Ibidem.
Aromata proficientium. Ibidem.
Aromata perfectorum.
Articulus, Artifex.
Articulorum conditores. 731.1

Articulo-

Articulorum distinctio. 730.1
Articuli septem ad humauitatem spectantes. 730.2
Deus est omnium Artifex. 10.2
Arundo.
Arundo non fuit Ioannes. 243.2
Arundo ne simus. 244.1
Arundo pro sceptro data est Christo. 628.2
Arundinis incussio. 629.2
Documentum ex arundine Christi. Ibidem.
Quare Christus arundinem tenere uoluit. 628.2
Arundine caput Christi percutientes. 629.2
Arundo uel calamus Christi, scripturam sacram designat. 628.2
Ascendere, Ascensio.
Ascendere ad patrem, quid sit. 728.2
Ascensio cur dilata fuit. 719.2
Christus ascensurus assumpsit nos ex paradiso. 721.2
Conuiuium Domini ultimum in die Ascẽsionis. Ibidem.
Contemplatio circa Ascensionem Domini. 724.1
Ascensio Domini. 725.1
Mysterium & ordo Ascensionis Christi. Ibidem.
Forma Christi Ascensus. 725.2
Ascensum Christi intuentes. 726.1
Christus Ascendit in cœlum empyreum. 727.1
Ascensionis solennitas est magna. 727.2
Ascensio est solennitas omnium beatorum. Ibidem.
Ascensio est festum nostrum. 728.1
Christi Ascensio nostra prouectio est. Ibidem.
Solennitatis Ascensionis ratio. Ibidem.
Ascensionis figuræ. 729.2
Ascensionis solennitas ualde solennis est. 728.1
Asinus, Asina.
Asinus designat populum gentilem. 481.1
Asinæ periculo nemo occurrit. 343.1
Asinam & pullum mittit ad quærendum Christus. 480.2
Asinis similes. 481.2
Asina ligata. Ibidem.
Christus cur super Asinam sedit. 482.1
Asina, & pullus, quid significabant. 481.1
Concordia Euangelistarum circa Asinam & pullum. 483.1
Mansuetudo Christi sedentis super Asinam & pullum. 482.1
Asmodeus, Astrologus.
Asmodeus. 316.2
Astrologi Iudæi. 306.1
Assumptio.
Assumptionis trium causa. 397.1
Vnius assumptio, & alterius derelictio. 544.1
Christus non assumpsit personam, sed hominem. 27.1
Assumptio Christi. 458.1
Christus secum assumpsit multitudinem captiuã. 727.1
Assumptionis Mariæ Euangelium. 266.1
Figura assumptionis Mariæ. 744.2
Assumptio uirginis fuit olim Ioanni demonstrata. 747.1
Festiuitas assumptionis Mariæ fuit olim figurata. 746.2
Astutia.
Astutia vulpina uituperabilis est. 226.2
Astyages, Athalia.
Astyagis filia. 15.1
Athalia uineam Naboth conuertit in hortum olerum. 112.1
Atrium.
Atrium quid sit. 607.1
Atrium sacerdotum. 491.2
Atrium sacerdotis quid signat. 613.2
Atria magnorum. 614.1
Auarus, Auaritia.
Auaritia esurit & sitit alicna.
Auaritia quantum retardat à cœlo. 174.1
Contra auaros mancos. 313.2
Auaritiæ detestatio. 332.1.2.445.2. 558.2
Auaritia sola cæteris senescentibus uitijs iuuenescit. 345.1
Auaritia fera pessima. Ibidem.
Auarus peior est diabolo. 395.2
Auaritia radix omnium malorum. 431.2
Auarus non potest intrare paradisum. 28.2
Auaritiæ fuga suadetur. 436.1
Auaritiæ origo.
Auaritia excæcat. 558.1
In auaros miseros. Ibidem.
Auaritia extinguit iustitiam. 565.1
Auaritia laqueus est diaboli. 616.2
Dauid leonem & ursum occidens, auaritiæ tentationem figurauit. 115.2
Audire, Auditus.
Audientes uerbum Dei, nec proficientes in uirtute, similes sunt ciuitatibus à Deo maledictis. 249.2
Audimus ad quæ afficimur. 192.1
Auditus triplex. 281.1
Auerti, Auersio.
Auerti prohibemur. 164.2
Auersionis à Deo pœna. 753.2
Auete.
Auete, mulieres primò audire merentur. 696.1
Auferri.
Auferri à non habente. 281.2
Augustinus, Augustus.
Augustini uerba quibus lubricum conuertit. 338.2
Augustini ad Mariam precatio. 747.1.2
Augustus unde dictus. 40.1
Mensis Augustus unde. Ibidem.
Auis.
Aues designant uiros spirituales.
Auis uocem simulans. 126.2
Aurea, Aureola.
Aurea, & Aureola. 151.2
Aurea, & aureola beatorum. 753.2
Aureola quibus debetur. 756.1
Auris.
Aures audiendi. 281.1
Aurora.
Aurora media est inter diem & noctem. 688
Auster.
Auster quid designat. 86.2
Austeritas.
Austeritas uitæ requiritur in Euangelij prædicatore. 85.1
Austeritas Christi in ejectione uendentium. 492.2
Aurum.
Aurum Mariæ, datum. 56.2
Auxilium.
Auxilium Dei ad gratiam recipiẽdam requiritur. 454.2
Baculus, Baiulatio.
BAculos pastoralis quid significet. 621.2
Documenta duo ex baiulatione crucis. 637.1
Balaam.
Balaam uaticinium. 51.1
Balsamum.
Balsamum quid designat. 683.1
Baptismus.
Baptismus euacuauit circuncisionem. 50.1
Baptismus pœnitentiæ, & gratiæ. 83.2
Baptismus quintuplex. Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Baptismus duplex. 96.1. Item adhuc est triplex. Ibidem, & 570.1
Baptismus multiplex.
Baptizare in aqua, & in spiritu. 94.2
Ad baptismi perfectionem, animæ & corporis lotio exigitur. Ibidem.
Totus homo lauatur in baptismo. 570.1
Baptismi mundatio, sine fide & operibus non prodest. 717.2
Baptizandorum conditiones. 103.1
Baptisma Iudaicum aboletur. 105.2
Baptismi in primitiua ecclesia forma. 107.2
Forma baptismi à Christo instituta. 717.2
Baptismus necessarius. 722.2
Baptismi effectus triplex. 108.2
Baptismi uirtute in cœlum ascenditur. 130.2
Quomodo plures ueteris testamenti sine baptismo sunt saluati. Ibidem.
Baptismi figuræ. 197.2
Baptismi institutio & confirmatio. 108.1
Baptizandi potentia multiplex. 119.1
Baptizandi paruuli. 578.1
Baptismus non iterandus. 119.1. 570.2
Nullus, quantuis sceleratus, uenit rebaptizãdus. 119.1
Nullus nisi baptizatus Christi corpus sumere debet.
Euangelium de baptismo quare legitur die Trinitatis.
Baptizat Christus semper. 131.2
Sacerdos non baptizat, sed Deus. 119.1
Baptismus Ioannis.
Baptismus Ioannis. 132.1
Baptismus Ioannis unde fuit. 503.2
Baptismus Ioannis non mundabat sine pœnitentia. 83.2
Mulieres baptismo Ioannis non baptizabantur. Ibidem.
Baptismo Ioannis infantes non baptizabantur. Ibidem.
Baptismus Ioannis figuram gerebat catechumenum. Ibidem.
Baptismus Ioannis præparatorius & figuratiuus. 83.2 Ibidem.
Baptismus Ioannis quare factus in Iordane. Ibidem.
Baptizandi causæ in Ioanne. Ibidem.
Baptismus Ioannis, Christi prænunciatiuus. Ibidem.
Ioannis baptismus erat protestatio credendi in Christum. 85.1
Baptizare poterat Ioannes. 94.2
Baptismus Ioannis profuit. 95.1
Baptizati à Ioanne iterum baptizandi erant. Ibidem.
Baptismus Christi confert gratiam, non Ioannis. 96.1
Baptismi Christi, & Ioannes differentia. 107.2
Baptismus Christi. 83.2
Baptismi Christi locus. 103.1
Christi baptizandi modus. Ibidem.
Christus cur ad Ioannem uenit baptizandus. 103.2
Ioannes cur Christum renuit baptizare. 104.1
Christus non ut peccator baptizatus. 105.2
Baptismum sacrauit Christus per sui baptizationẽ. Ibid.
Baptismo Christi sanctificatæ sunt omnes aquæ. 105.2
Baptizatus est Christus in Iordane, & quare. 105.2
Baptismus Christi, est tinctura sanguinis sui in passione sua benedicta. 235.1
Barachias, Barba, Bariona.
Barachias interpretatur iustus Domini. 523.2
Christi barbæ euulsio. 612.1
Bariona, quid interpretetur. 121.2. 330.1
Barrabas, Barthimeus.
Barrabas latro, seditiosus, & populo odiosus. 624.1
Barrabas præligitur. 624.2
Documenta duo ex præelectione Barrabæ. 625.1
Meditatio circa præelectionem Barrabæ. Ibidem.
Barrabam solui cupientes. 624.2
Barthimeus cæcus à Christo sanatus. 474.1
Beatus, Beatitudo.
Beatitudo, quid sit. 546.2
Beatitudo dupliciter dicitur. 148.2
In qualibet beatitudine sunt duo. Ibidem.
Ad beatum esse quid requiratur. 152.1
Accessus ad beatitudinem, est cognitio infœlicitatis suæ. 812.
Beatitudines octo. 148.1
Beatitndines, secundum Lucam. 153.2
Beatorum & uiatorum comparatio. 246.1
Maria quomodo fuerit beata. 326.1
Beatitudinẽ quisque in hoc quod diligit, reponit. 399.1
Beati uellent ire ad locum damnatorum. 450.1
Corona duplex beatorum. 546.2
Beatitudinis obiecta.
Beatitudo non copulatur cũ scientia, sed cũ opere. 572.1
Palma beatorum. 756.1
Bel', Beelzebub.
Bel. 316.1
Beelzebub, uir muscarum interpretatur. Ibidem.
Bellum.
Bella intestina. 525.2
Bellum nobis continuum est. 739.1
Benedicere, Benedictio.
Benedictionis origo. 427.2
Benedicere quid, & benedictus quis dicatur. 485.1
Benedictio Dei. Ibidem.
Sicut in antiqua lege ponuntur benedictiones seruantibus legem & maledictiones transgredientibus: ita in noua beatitudines & uæ. 520.1
Ex patre est benedictio, ex nobis maledictio.
Benedictionis conferendæ institutio. 724.2
Benedicendi causæ. Ibidem.
Benedictus fructus Mariæ. 31.1
Benedictio Mariæ. 31.2 32.1
Benedictio Simeonis. 59.2
Christi benedictio. 292.1
Benedictione Dei omnia creata uigent. Ibidem.
Benefacere, Beneficium.
Benefacere; quid sit. 380.2
Beneficij duo genera. 162.2
Beneficia appetere an liceat. 296.2
Exempla super pluralitate beneficiorum. 299.1
Beneficiorum pluralitas etiam cum dispensatione periculosa. 298.2
Beneficia conferentes, & recipientes. 381.1
Beneficium accipere, libertatem uendere est. 491.2
Beneficia fecit Dominus quatuor sequentibus se. 291.2
Beneficium diuinum recognoscendum. 362.1
Beneficia Dei per quos dentur. 407.2
Beneficiorum Dei exprobratio. 538.1
Beneficia diuina ad laudandum Deum inuitant. 738.2
Beneficia Christi in nos collata. 752.1
Beneplacitum, Beneuolentia, Benignitas.
Beneplacitum Dei; est sufficiens ratio prædestinationis & reprobationis. 169.1
Beneuolentia tripliciter captatur. 67.1
Benignitas, & patientia Domini. 701.2
Benignitas, & bonitas Domini. 472.1
Benignitas Domini erga Zacheum.
Berillus.
Berillus. 434.1
Bernardus.
Bernardus uitam Christi frequentauit. 3
Bernardus de humili natiuitate Christi. 54.1. sequentibus.

tibus.
Bernardus Christum inuitat ut lactetur. 107.1
Beth, Bethania.
Beth, domum sonat. 52.1
Bethania duplex. 96.2
Bethaniæ utriusque situs. Ibidem.
Bethania qualiter interpretetur. 96.2
Bethania domus obedientiæ interpretatur. 498.1
Christus uenit Bethaniam ante sex dies Paschæ. 475.2
Reuersio Christi in Bethaniam. 498.1
Contẽplatio super reuersione Christi in Bethaniã. Ibid.
Bethlehem.
Distantia Bethlehem à Hierusalem. 41.1
Bethlehem, domus panis. ibidem.
Bethlehem moraliter, & anagogice. 45.1
Bethlehem primo dicta est Ephrata. 46.1
Bethlehem commendatio. 46.2
Mysteria in Bethlehem facta. Ibidem.
Bethlehem situs. 47.1
Bethlehem duplex. 52.1
Bethphage, Bethsaida.
Bethphage situs. 480.2
Bethsaida domus uenatorum interpretatur. 122.1
Bethsaidæ locus, ubi stetit Dominus. 711.2
Bias.
Bias. 332.2
Bibere.
Cur Christus bibere noluit. 655.2
Bimus, Binus, Blandus.
Bimatus unde dicatur. 68.1
Bini cur mitti dicantur. 251.2
Blanda facilius decipiunt. 172.1
Blasphemia.
Blasphemia quid. 318.2
Blasphemiarum species. 372.1
Blasphemia tripliciter fit. 213.1
Blasphemia multipliciter fit. 610.1
Blasphemátes tripliciter in tres personas in diuinis. 318.2
Blasphemis, & irrisoribus, non sunt reuelanda mysteria. 217.2
Blasphemia grauior est uiolatione sabbati. 338.1
Blasphemiæ uitandæ documentum. 610.1
Blasphemiæ nec creaturæ inferendæ. 610.1
Blasphemia quantum ab hominibus cauenda. Ibidem.
Meditatio circa Christi blasphemiam. Ibidem.
Blasphemans nomen Dei, reus est mortis. Ibidem.
Bonus, Bonitas.
Bonus quomodo à malo discernitur. 19.1
Bonitas uoluntatis, quomodo dicatur. 44.1
Distinctio bonorum à malis. 351.1
Bonus, etiam si seruiat, liber est. 357.2
Bonus malum non patitur. 420.2
Boni in faciem cadunt, sed mali retro. 601.1
Bonum pro melius. 409.2
Bonus solus Deus. 428.2
Bonitas Dei incomparabilis. 440.2
Bonitas Christi ineffabilis. 417.2
Bonitas Christi etiam in iudicio. 557.2
Bonum, substantiuè.
Bonum triplex. 101.1. 178.1
Tria bona Deus homini dedit. 178.1
Bona animæ beatæ septem. 756.2
Bona contra peccata. 141.1
Bona substracta, quid prosint. 178.2
Bonorum ordinatio. 180.1
Minus bonum pro maiori omittendum. 205.2
Bonum nemo inuitus facit. Ibidem.
Bonorum ecclesiæ inutilis assumptio. 300.1
Bona interiora quærenda. 341.2
Bonorum diuisio. 444.2
Bona iustis data. 449.1
Non est cessandum à bono incœpto, propter murmur malorum: 472.1.2
Bonum cœleste degustans, nihil amat super terrã. 473.2
Deus nũquam destitit incitare homines ad bonũ. 504.1
Duplex defectus, à bono persequendo. 528.1
Bona Domini. 546.2
Bonum non sibi, sed alijs facientes. 575.2
Bona ex meditatione passionis Christi. 590.2
Bona ante mortem per se agenda. 749.1
Bos.
Bos & Asinus. 41.2
Bos designat populum Iudæorum. 43.1
Boues arantes qui intelligitur. 128.2
Brigida uirgo.
Brigidæ reuelatio.
Cadere, Casus.
Cecidit, non iactum est, semen. 277.2
Cadere in facies, & retrorsum. 400.1
In terram cadere. 500.1
Casus in consensu, opere, & obstinatione. 190.2
Casus cur mentio facta. 251.2
Casus in terram docet nos magis humiliari. 601.1
Resupinus captiuantium casus. ibid.
Casus retrorsum iniquorum est. ibid.
Cæcus, Cæcitas.
Cæci qui dicantur. 381.2
Cæcus à natiuitate. 361.2
Cæcus natus à Iudæis è synagoga ciectus. 362.2
Cæci illuminatio. 387.2
Cæcus cur prius imperfectè illuminatus. ibidem.
Cæci curatio. ibid.
Cæci liberatio. 468.2
Cæcus illuminatus à Christo, genus designat humanum. 469.1
Cæcorum oblatio. 473.2
Cur Matthæus & Marcus incuratione duorum cæcorum, discordant. 474.1
Cæcum iuxta uiam sedere. 475.1
Cæci duo mendicantes, Iudæum & gentilem populum significant. ibid.
Cæcitas triplex, & eius uæ. 522.2
Cæcitas quadruplex. 219.1
Cæcitas mentis, mysticè quid sit. 363.1. 369.2
Cæcitatis spiritualis causæ. 363.1
Cæcitatis propriæ cognitio. 469.2
Cæreus.
Cærei significatio. 60.1
Tria sunt in cæreo. ibidem.
Cæreorum illicita uenditio in templo. 129.1
Cæsar, Cæsarea.
Cæsar unde dictus. 40.1
Cur Cæsar uniuersum uoluit describere mundum. 40.2
Homines tripliciter sub Cæsare profitebantur. ibid.
Cæsaris amicus. 632.2
Cæsarea Philippi. 389.1
Cæsarea duplex. ibidem.
Cæsareæ Philippi situs. ibid.
Cain, Caiphas.
Cain munera reprobata. 157.1
Cain desperatio. 425.1
Cayphæ sententiæ. 456.2
Cayphas prophetizauit. ibid.
Cayphas bis prophetauit. 609.2
Scisiio uestimenti Cayphæ. ibid.
Christus ad Cayphã ductus, ueritatem nõ deseruit. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cayphas blasphemus fuit, quia blasphemiam creatori imposuit. 610.1
Calamus, Calciamentum, Calix.
Calamus. 244.1
Calamo caput Christi percutere. 630.1
Calciamenta. 416.1
Calciamenta soluere eius, qui ea non habet. 95.2
Calix, quid. 465.2. 578.2
Calix Domini duplex. 568.1
Calix pro morte accipitur. 603.1
Caluariæ mons.
Caluaria, locus crucifixionis Christi. 639.1
Montis Caluariæ situs. Ibidem.
Meditatio circa gesta in monte Caluariæ. Ibidem.
Calumnia, Calumniari.
Calumniantium mores. 336.2
Calumnianti, & malignanti, quomodo respondendum. 503.2
Calumniatores nostros non odiamus. 602.2
Calumnia Iudæorum in Christum. 352.2. 616.1.2
Responsum Christi ad Iudæorum calumniam. 616.2
Camelus.
Camelum perforamen acus transire. 435.2
Camelus maiorem designat transgressionem. 521.2
Campana.
Campanæ quare triduo passionis non pulsantur. 605.1
Cana.
Cana. 125.2
Cananæa.
Cananææ deprecatio. 376.2
Cananææ confessio. Ibidem.
Cananææ fides. 376.2.377.2
Cananææ humilitas, & patientia. 377.1
Cananææ triplex petitio. Ibidem.
Cananææ ecclesiam de gentibus congregatam designat. 378.1
Cananææ filia, est anima. Ibidem.
Cananæa rationem superiorem designat. Ibidem.
Cananæa imitanda. 378.1.2
Candela, Candelabrum.
Candelarum extinctio. 605.1
Candelabrum in templo Mariam figurauit. 58.1
Cantus, Canticum, Cantilena.
Cantuum musicorum excitationes. 217.2
Cantus docentium. 248.1
Cantici componendi & canendi mos. 31.2
Canticum in laude Mariæ.
Cantilenæ Iudæorem. 247.2
Capella.
Capelle duæ in monte Sion: una, ubi cœnaculum erat: altera, ubi Christus lauit pedes apostolorum. 569.1
Capharnaum.
Capharnaum situs. 191.2
Capharnaum quomodo interpretetur. 198.1. 274.2
Capharnaum proincolis. 249.2
Capharnaum ciuitas Domini dicitur. 212.2
Capharnaum metropolis est Galilææ. 134.1
Capere, Capi, Captiuus.
Non omnes capere. 278
Capi in loco manifesto Christus uoluit: & quare. 587.2
Quare Christus suos discipulos non permisit secum capi. 601.2
Christus capi uoluit se, non suos. Ibidem.
Captio Christi. 603.2
Meditatio super Christi captione. 604.1
Christus uoluntariè captus, & passus. 600.2. 602.2
Captiui debemus esse Christi. 603.2
Capillus.
Capilli numerati. 233.2
Capilli dicuntur cogitationes. Ibidem.
Capillis tergere Christum. 477.1
Capillum de capite non perire. 526.1
Caput.
Caput Ioannis. 287.2
Caput fit cauda. 297.2
Quid caput, manus, & pedes significent. 570.1
Caput Christi coronatum, arundine percutitur. 629.2
Caput Christi percutere. Ibidem.
Carbunculus, Carmen.
Carbunculus. 433.2
Carmen triplex. 247.2
Caro, Carnalis.
Carnium esus. 310.1
Christum raro carnes comedisse reperitur. 567.1.2
Caro potius, quàm anima, factum dicitur uerbum. 90.2
Christi caro duplex. 306.2
Caro Christi cæterorum passibilior. 593.1
Carnem nõ dereliquit Christus, sed commutauit. 682.1
Caro pro muliere capitur. 90.1
Caro pro homine toto. 90.2
Consolatio carnis non congruit passioni Christi. 589.2
Colluctatio carnis ad spiritum, aliquando facit retroire, aliquando lente incedere. 598
Carnalium promotio periculosa. 297.2
Carnalia bona, & mala. 450.1
Carnales non sunt spiritusancti capaces. 736.2
Carnalis hominis signa. Ibidem.
Carolus, Carpus.
Carolus magnus actus martyrum fecit inquiri. 220.1
Carpi uisio super fornace ardente. 414.2. 594.2
Casia, Castellum.
Casia fistula. 685.1
Castelli nobilitas. 263.2
Castellum cur Hierusalem dicatur. 481.1
Castellum Hierosolymorum mundus dicitur. Ibidem.
Castellum discipulis domini contrarium. Ibidem.
Castimonia, Castitas, Castrare.
Castimonia seruientium Deo in templo. 18.1
Castitas longa, martyrium reputatur. 55.2
Castitas Smaragdo comparatur. 433.2
Gradus castitatis tres. 277.1
Castitas Christi.
Castrare seipsum. *Casula.* 427.1
Casula sacerdotis quid designet. 621.2
Catechismus.
Catechismus quid sit. 378.1
Catechizandi argumentum. Ibidem.
Catechumenus.
Catechumeni informandi modus. 392.1
Catella.
Catella Cananæa. 377.1
Cathedra.
Cathedra quid. 632.2
Cathedra Moysi. 517.1
Catholicum, Catinus.
Catholicon sonat uniuersale. 730.2
Catinus quid sit. 573.2
Cauerna, Cautela.
Cauernæ Apostolorum, tempore passionis. 605.1
Cautelis contra malos utendum est. 503.2
Cecilia, Cedere.
Ceciliæ uirginis laus.
Cedendum meliori.
Cedron, Cedrus.
Cedron genitiuus pluralis. 587.2

Cedron

Cedron interpretatur tristis mœror. Ibidem.
Cedrus quid repræsentet in cruce. 643.2
Census, Censuus:
Quem censum Deo debemus. 41.1
Census soluendus. Ibidem.
Censitus capite Dominus. Ibidem.
Centum, Centenarius.
Centum. 437.2
Centenarius numerus. 412.2
Centenarii numeri mysterium. 590.2
Centuplum.
Centuplum. 437.2
Centuplum recipere. 438.1
Centurio.
Centurio. 195.1
Centurio non erat Iudæus, sed gentilis. Ibidem.
Centurionis laudes. Ibidem.
Centurionis preces ad Christum. 195.1
Centurionis uirtutes. 195.2
Centurionis ad Apostolos Christi comparatio. 166.1
Cur Christus laudauerit Centurionem. Ibidem.
Centurio primiciarius. 197.1
Centurionis puer. Ibidem.
Centurionis uerbi efficacia. 197.2
Centurionis & reguli comparatio. 273.1
Centurio crucifixoribus Christi præerat. 659.2
Centurio martyr. 660.1
Cephas.
Cephas, Petrus interpretatur. 121.2
Ceremoniæ.
Ceremoniarum cessatio. 269.2
Chana, Chananæa.
Chana, Chananæa. Require suprà in, Cana.
Character.
Character in non iterandis. 108.2
Character diaboli. 474.2
Charitas.
Feruor charitatis quomodo generatur. 82.2
Gradus charitatis. 582.2
Charitas spiritum sanctum indicat. 106.2
Charitatis præstantia. 157.1.429.1.2.516.1. 533.1
Charitatis perfectio. 184.2
Sine charitate nihil nobis prodest. 203.2. 582.1
Charitas requiritur in prædicatoribus. 202.1
Charitas ordinata quæ sit. 235.2. 515.1
Charitas omnibus impendenda.
Charitas quid agat. 259.1
Charitas pacifica, est Deo præcipuè offerenda. 261.1
Maiora in genere, sæpe minora fiunt charitate. 320.1
Charitas carbunculo similis. 433.2
Charitas uestis nuptialis dicitur. 509.1
Charitas uestis cur sit dicta. 509.2
Charitas in duobus præceptis habetur. 509.1
Vna est charitas, & duo præcepta. 735.1
Charitas uera. 509.2
Charitas in hac uita incipit, & in alia consummatur. 516.1
Charitas quadruplex.
Charitatis laus. 553.2. 582.1
Charitas directè opponitur auaritiæ. 558.1
Charitatis in proximum obsequia. 571.2
Charitas facit unum esse cum Deo. 536.1
Charitatis uinculum per Christi uincula designatur. 604.2
Charitatis actus triplex in primo uerbo Christi in cruce. 689.1
Charitas expellitur, dum cupiditas ingreditur. 614.2
Charitas aliena nostra facit. 718.1
Charitas legem implet. 787.2
Sine charitate nemo ad culmen cæterarum uirtutum conscendere ualet. 718.1
Charitas quantum bonum sit. Ibidem.
Charitas omnia bona facit acceptabilia. Ibidem.
Charitas Christi. 562.1.2
Cherubin.
Cherubin coæquandi. 411.1
Chlamys.
Chlamys coccinea. 627.2
Chrisma.
Chrisma in die cœnæ conficitur. 576.2
Christus.
Christus quid sit. 90.2
Christus unde dicitur. 43.2
Christus à chrismate dictus. 121.1
Christi nomen, est nomen commune, & gratiæ. 34.2
Christi reges dicebantur Iudæorum. 618.2
Christus rex erat. Ibidem.
Christus rex & sacerdos. 121.1
Dulcedo Christi nominis. 758.2. & sequentibus.
Christus præfiguratus, & prænunciatus.
Christi natiuitatis modus figuratus. 46.2
Christi demonstratio. 117.2
Christus promissus ut propheta. 292.2
Ille debet dici uere Christus, in quem consonant omnes prophetarum uoces. 731.2
Conditiones uigintiduæ de Christo prophetatæ. Ibid.
Viginti conditiones de Christo prophetatæ, à Marco probatæ. 732.1
Christi aduentus primus, & secundus.
Christus cur non prius, nec posterius uenit. 12.2
Christi apparatus in uirgine Maria. 142
Christus quomodo in propria uenit. 89.2
Christus peccator apparere uoluit. 105.1
Christus in primo aduentu occultus fuit. 530.1
Christus in secundo aduentu ab omnibus cognoscetur. Ibidem.
Christus terribilis & blandus uidebitur. 689.2
Christi diuinitas.
Christus æternaliter præcesit Mariam. 9
Christus ut homo non est persona. 27.2
Christus persona, secundum uaria diuersa fecit. Ibid.
Christus non compositus ex tribus quæ sunt Christus. Ibidem.
Christus factus est ante Ioannem. 95.2
Christus in quauis ætate fuit plenus gratia & sapientia. 72.1
Christus quomodo Dei filius. 106.2
Christus non poterat inducere ad malum. 125
Christus interdum diuinitatis, interdum humanitatis opera exercebat. 268.2
Christus in cœlo fuit. 307.1
Christus non est Deus dissensionis, sed pacis. 60.1
Christi dies Abrahæ uisa. 360.1
Christus non fecit se Deum. 371.1
Christus mediator Dei & hominum. 502.1
Christus, seu Messias, non est purus homo. 516.1
In Christo duplex est natura. 516.2
Christus Deus erat & homo. Ibidem.
Christus alius non est querendus. 530.1
Christus prædicendo suam traditionem & passionem, ostendit se esse Deum. 573.1
Christus filium Dei se fecit. 632.1
Christus secundum naturam diuinam impassibilis & immortalis fuit. 679.2
Christus quomodo semper præsens. 718.2
Matthæus de Christo probat, q̃ fuit Messias. 731.2

Gondi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conditiones decem & septem, probantes Christum esse filium Dei. 733.1.2

Christi infantia.

Christus in primoinstanti fuit perfectus homo. 27.1
Christus cur præsentari voluerit. 58.1
Christus cur in Aegyptum fugit. 66.2
Christi infantis officia. 78.1
Christus à principio nesciebat per experientiam. Ibid.
Christus fabri filius erat. 284.2
Christus cur præ cæteris, filius Dauid & Abrahæ dicitur. 34.2
Christus quomodo primogenitus & unigenitus. 41.2
Christus cur Dauid filius. 42.2
Christus ex prole Dauid ortus. 468.1
Christus secundum humanam naturam erat filius Dauid.
Christus neq; erat filius Aaron, nec pontifex secundum legem.
Christus non creuit secundum animam, sicut creuit secundum corpus. 73.2. 74.1

Christi ætas duodecim annorum.

Christi duodennis zelus circa spiritualia. 74.2
Christus cur post triduum inuentus. 75.2
Christus inter doctores in templo. 76.1
Stupendum super discretione Christi inter doctores. Ibidem.
Christus legens stabat, exponens sedebat. 284.1
Christus cur Mariæ & Ioseph subditus. 77.1
Christus mendicasse asseritur. Ibidem.
Christus quomodo proficiebat. 78.1
Christi & morum eius perfectio. 6
Christi discretio, & humilitas. 79.1. 125.1. 268.2
Christi benignitas multiplex. 291.1
Christus quid à 12. usque fere 30. annum fecerit. 78.2
Christus qualis apud homines usque ad 30. annum reputabatur. 76.1

Christi ætas triginta annorum.

Figura & effigies Christi. 6.7
Christus ex creatis pauperrima elegit. 42.1.2
Christus potuit impugnari, sed non expugnari.
Christus fortior est Ioanne. 95.2
Christus in pectore cinctus, Ioannes in lumbis. 157.2
Christi cum Ioanne comparatio. 245.2
Christus cur annorum triginta baptizatus. 103.1
Quatuor per ordinem in Christo facta. 109.2
Christus inter Moysen & Heliam in monte gloriosus apparuit. 111.1
Cessit Christus ob multa. 134.1
Christus cur ad conuiuia iuerit. 142.2
Christus comedendo instruxit. Ibidem.
Cur Christus non poterat in ciuitatem introire. 194.2
Christus ad quos declinabat fatigatus. 198.1
Christus in naui. 207.2
Christus quare à turbis magnificatur.
Christus manducauit cum publicanis & peccatoribus. 259.2
Christus & Samaritana plures locutiones habuerunt. 268.2.
Christus à manibus Nazarenorum elapsus. 286.1
Christus gratias egit. 292.1
Christi inopia & fames. 292.2
Christus neque conuitijs, neque blanditijs captus est. 322.2
Christus mulieris sententiam confirmat. 324.1.2
Christus litium iudex esse noluit. 331.2
Christus cur fratrum hereditatē diuidere noit. 332.1
Christus Iudæorum solennitates frequentauit. 334.2.

Christus cur à Iudæis se subtrahebat 350.1
Christus durè reprehendit, non tamen durè respondit. 359.2
Christus bona pro malis reddidit Iudæis. 360.1
Locus ubi Christus Chananææ locutus est. 376.1
Cur Christus seorsum & in montem duxerit discipulos. 397.2
Christus Iudæorum fugit furorem. 457.2

Christi passio.

Christus notioribus debuit passionem suam reuelare. 463.2
Christus cur multotiens prædixit passionem suā. Ibid.
Christus cur ad domum publicani diuertit. 472.2
Christi abiectio à Iudæis. 565.2
Christus tristitiam non inuitus assumpsit. 505.2
Nihil coactum in Christo consideratur. Ibidem.
Christi partes sibiinuicem subijciebantur secundum iustitiam originalem. Ibidem.
Quare Christus Iudæis iterat quæstionem. 601.2
Christus reus arguitur læsæ maiestatis. 618.2
Christus ad supplicium trahitur. 635.2
Christus cur à Deo derelictus dicatur. 653.2
Documentum ex derelictione Christi à Deo. 654.1

Christus à morte suscitatus.

Christus creditus est hortulanus. 693.2
Christus in medio de seloquentium astitit. 704.1
Conuersatio Christi post resurrectionem. 720.1

Christi uita.

Christi uita imitanda & propter multa desideranda. 2
Christi uita fauorabiles reddit & sanctos. Ibidem.
Christi uita, facit consortes uitæ cælestis, & omnium sanctorum. Ibidem.
Christi uita nequit satis laudari. Ibidem.
Christi uita facit hic incipere uitam cœlestem. Ibidem.
Christi uitæ totius compendium. Ibidem.
Christi uita est nobis speculum. 5
Christi uita tota doctrina est. 562.1

De Christo uaria.

Christi assistentia lux est. 2
Christus hominem adoptat in filium. 3
Christi ad cætera comparatio. 10.2
Christus comparatur flori. 15.1
Christus nobis omnia. 5.412.1
Christus ab omnibus est adeundus. 412.1
Christus imitandus, & sequendus. 42.2
Christus uerbo & facto, suos excitat ad martyrium. 463.2
Christus uocat discipulos ad religionem. Ibidem.
Christi imaginem gerere debemus. 467.2
Christum non semper haberi. 478.2
Cum Christo esse. 555.2
Christus emendus est. 565.2
Christus tenetur per charitatem. 696.1
Christus cum desidia quæritus non inuenitur. 445.1
Ad Christum inueniendum, quæ requiruntur. Ibid. 116.1
Christus in periculis requirendus. 337.1
Christus in turba nec cognoscitur, nec inuenitur. 353.1
Christi locus. 312.1
Christi præconia tria. 60.1
Christus in Nunc dimittis, magnificatur quatuor nominibus. 9.1.2
Christus dicitur filius, uerbū, uirtus, & sapientia. 370.1
Christus est pax, ueritas, & iustitia. 366.1
Quomodo Christus sit ostium. 36.2
Christus pastor bonus. 55.2
Christus est salutis portus. 306.1
Christus cibus est spiritualis.
Christus caput est ecclesiæ, corpus eius ecclesia. 558.2

Christus

Christus interdum liber dicitur exemplaris. 561.2
Christus sacramentum est. 578.1
Christus dicitur triplex panis. 720.1

Christianus.

Christiani quando sic uocati sunt. 73.1
Christiani qui dicuntur. 510.2
Christianum totus mundus persequitur. 289.1
Christianus bene proficiens, semper habet reprehensores. 474.2
Omnes Christiani fratres uocantur specialiter. 519.2
Christianorum tarditas ingemiscenda. 6
Christiani mali. 371.2
Christiani male uiuētes iniuriā Christo faciunt. 511.1
Christiani frustra dicuntur, si Christum non imitantur. Ibidem.
Christiani sunt causa quia gentiles manent in errore. Ibidem.
Non sufficit Christiano Christum passum inspicere. 561.2

Chrysolithus.

Chrysolithus.

Cibus.

Cibum qui perit operari. 305.2
Cibus spiritualis, qui non perit. 306.1
Cibus quem deberent optare prælati. 271.1
Cibus Christi. 270.2
Cibi post resurrectionem à Domino sumpti exhalauerunt. 719.2

Cicatrix.

Per cicatrices se manifestauit Christus eundem. 704.2
Cicatrices Christi pulchræ. 710.1
Cicatrices martyrum, stellis similes. Ibidem.

Cinamomum, Circuitio.

Cinamomum quid designet. 685.1
Circuitio Christi. 140.1

Circumcisio.

Circumcisio ab Abraham incepta. 48.1
Circumcisio cur instituta. 49.2
Circumcisio fiebat petrinis cultris. Ibidem.
Cur Iudæi in deserto non circumcidebantur. Ibidem.
Circumcisio usque ad Christum authoritatem habuit. Ibidem.
Idem remedium antiquitus conferebat Circumcisio, quod nunc confert Baptismus. 50.1
Circumcisio duplex nobis necessaria. Ibidem.
Circumcisio cur fiebat in præputijs. Ibidem.
Circumcisio quid designat. 49.2
Circumcisio octaua die fiebat. 50.1
Octo dies circumcisionis quid designent. 50.2
Circumcidi ab omnibus membris, & sensibus Beda præcepit. 50.1
Circumcisionem mentis octo illuminationes præcedentes. 50.2
Circumcisio spiritualis quid sit. Ibidem.
Circumcisiones triplices. 51.1
Circumcisio Ioannis baptistæ. 33.1
Circumcisio Domini. 48.1
Magna duo in circumcisione Domini facta. Ibidem.
Circumcisionem Christi quomodo celebrare debemus. 49.1
Circumcidi uoluit Christus ob multa. 49.2
Circumcisus est Christus nobis, non sibi. 50.2
Christus ante quàm induci in templum, circumcidi uoluit. 63.2

Cisterna.

Cisterna in quam stella cecidit. 47.2

Ciuis, Ciuitas.

Ciues conciuibus plerumque inuident. 285.1
Ciuitates à Christo specialiter electæ. 47.1
Ciuitates Christi. 213.1
Ciuitatum exprobratio. 249

Clamor.

Clamor ad Deum, quid sit. 31.1
Clamor Domini prædicantis. 281.1
Clamor ad iudicium. 551.1
Documentum circa clamorem Iudæorum. 631.2
Meditatio circa clamores Iudæorum in Christum. 631.2. 632.1
Clamor Christi, exprimit formam tentati & tribulati. 654.1
Meditatio circa Christi clamorem. Ibidem.
Clamor Christi in morte ualidus. 657.2
Clamor Christi in monte fuit miraculosus. 657.2 660.1

Clarificatio, Claritas.

Clarificatio Christi. 500.1
Clarificatio Christi, quid sit. 501.2
Christus non clarificatur in se à malis. 705.1
Quomodo clarificatus est Christus discedente Iuda. 575.2
Clarificatio corporis beati. 755.2
Claritas in corpore Christi post resurrectionē. 705.1

Claudus.

Claudi qui sint. 243.1. 381.2

Clauis.

Clauis ecclesiæ. 331.1
Claues scientiæ. 366.1
Clauium promissio. 390.2
Clauium significatio. Ibidem.
Clauium potestas duplex. 391.1. Et quibus data. Ibid.
Claues cur Petro traditæ. 478.2
Potestas clauium data est in die paschæ. 707.1

Claustrum, Clauus, Clementia.

Claustri fuga. 299.2
Clauos Christo fabricare. 640.2
Clementia Domini. 342.1

Clericus.

Clericorum & laicorum, circa cupiditatem comparatio. 301.1
Clericorum superfluitas. 301.2
Clerici Iudæos sabbatizantes imitantur. Ibidem.
Clerici Iudæis similes. 678.2
Clericus litibus abstineat. 329.2
Clerici à forensibus abstineant. 334.1
Contra clericos & laicos superbientes in equis. 483.2
Clericorum casus est ualde periculosus. 492.2
Clerici secularibus dediti. 493.1
Clerici negociatores. 544.1
Clerici seruitium Dei negligentes, sunt latrones in suis speluncis. 493.2
Clerici & laici duos filios designare possunt. 504.1.2
Clericorum ad pœnitentiam difficilis cōuersio. 505.1
Difficultas corrigendi clericos. 505.1
Clerici si malefecerint inemendabiles sunt. 517.1
Clericus armis pugnare non præsumat. 603.1
Clericorum iudicium. 620.1

Cline.

Cline quid significet. 125.1

Cocus.

Cocus, require infra Coquus.

Cœlum, Cœlestis, Cœlicola.

Cœli apertio in baptismo super Christum. 106.1
Cœlum dupliciter acquiritur. 136.1
Omnia dura pro cœlo toleranda. 186.1
Cœlum desertum. 412.2
Turbatio cœli. 535.1

Cœli

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cœli & terræ transitus. 540.2
Cœlum triplex. 540.2. 727.2
Cœlorum splendor crescet.
Inde ad cœlos ascendimus, unde uigilamus, oramus & ligamur.
Cœlum desiderare. 738.2
Amanda cœlestia. 739.1
Cœlicolarum ordines. 399.2
Cœli, pro sanctis. 169.2
Cœli animas sanctas designant. 536.2
Virtutes cœli, sunt animæ uires. Ibidem.
Cœlum & terra, corpus & animam signant. 541.1
Cœmeterium.
Cœmiterium bonorũ uirorum possessio dictũ. 562.1
Cœna.
Vocati ad cœnam magnam. 349.2
Cœna magna. 348.1
Cœnæ tempus. Ibidem.
Cœna cœlestis consistit in tribus. 348.2
Excusantes se à cœna magna. Ibidem.
Iudæi uocantur ad cœnam, gentes compelluntur. 349.1
Cœna honesta in domo Simonis leprosi. 475.2
Cœna Domini. 566.2
Quinque in cœna Domini notanda. Ibidem.
Cœna Christi quid significet. 567.1
Cœna Dominica repræsentatur. 579.1
Cœna Domini olim in manna præfigurata. 579.2
Cœna Domini in agno paschali præfigurata. Ibidem.
Quinque meditationes circa sermonem Christi in cœna. 581.1
Cur post Iudæ discessum, Christus in cœna sermonem habuit. 581.1
Cœnæ excellentia. 587.1
Mirabilia in cœna Christi. Ibidem.
Cœna Christi ex felle & aceto. 655.1
Egressio Christi de loco cœnæ hora cõpletorij. 587.2
Cœna nocturna multum impedit orationem, & contemplationem. 589.1
Cœnaculum.
Cœnaculum paschæ. 563.2
Cœnacula Palestinorum. 569.1
Cœpisse.
Cœpit improperare, signanter dictum. 250.1
Non cœpisse, sed persistere, uirtutis est. 526.1
Cogitatio.
Cogitationis nostræ quàm difficile sit rationem Deo reddere. 3
Deus omnium cogitationum, intentionum, & actionum inspector est. 20.1
Cogitationes scire, solius Dei est. 260.1. 316.2
Cogitationis peccatum. 371.2
Cogitatio mali, & cogitatio mala. 373.1
Cogitationes unde. 373.1
Cogitationibus malis resistendum est. Ibidem.
Cogitationibus malis ad peccatum deuenitur. 375.2
Cogitationes malæ non remanebunt impunitæ. 526.1
Minimæ cogitationes bonæ digna mercede donabuntur. Ibidem.
Cognatus.
Homo deficit à perfectione, propter affectum cognatorum. 76.2
Cognoscere, Cognitio.
Non cognosco, quomodo sumitur. 25.1
Cognoscere quotupliciter sumitur. 38.1
Cognitio Dei, mundi, & sui. 278.1
Cognitio dat saporem. 294.2
Quomodo cognoscendum an ex Deo simus. 358.2
Cognitio duplex. 364.1
Cognitio triplex. 398.1
Cognitio & uisio Dei. 755.1
Cognitio Dei triplex. Ibidem.
Cohabitatio.
Cohabitatio cum uirginibus. 157.2
Colaphus, Colaphizare.
Colaphus quid sit. 608.1
Christi colaphizatio. 611.1
Documentum circa Christi colaphizationem. 611.2
Meditatio circa Christi colaphizationem. Ibidem.
Colaphizantes Christum. Ibidem.
Collibia, Colloquutio.
Collibia. 491.2
Colloquutio Christi & matris post resurrectionem. 686.1
Columba, Columbanus.
Columba signat uitam actiuam. 63.2
Columbæ proprietates, septẽ uirtutes indicãtes. 106.2
Columbas uendere. 128.2
Columbina simplicitas in tribus. 226.2
Maria pullos columbarum obtulit. 58.2
Columbarum pulli cur offerebantur, & non columbę. 58.2
Beati Columbani dictum notabile. 227.1
Columna, Comedere.
Columnæ flagellationis pars Romæ habetur. 626.2
Comedenda Christo oblata. 705.1
Comitiua, Commissura.
Comitiua Christi occurrentis matri ascendenti. 745.2
Commissura unde dicta. 145.1
Communis, Communio, Communicare.
Omnia communia. 170.2
Commune, pro immundo. 375.1
Communicantes indignè cui assimilantur. 53.1
Communionis commoda. 419.2
Communicare uolentes. 457.2
Communicatio discipulorum per manus Domini. 576.2
Cur non amplius sub utraque specie communicatur. 577.2
Communicantes eucharistiæ sacramento. 665.2
Communicandi consuetudo. 704.2
Commutatio, Compassio.
Commutatio iniqua. 690.2
Compassionis uirtus. 637
Compatiendum nobis est Christo. 736.1
Compassio Christi, & cæterorum ad Mariam. 617.2
Compatiendum Christo triplici ratione. 653.2
Compelli, Completorium, Completus.
Compulsi intrare. 261
Completorium unde dicatur. 588.1
Completus, & expletus, quis dicatur. 431.2
Comprehensio, Compunctio.
Comprehensio triplex. 11.1
Comprehensio quid. 755.2
Compunctionis incitamenta. 149.2
Compunctio cordis. 363.2
Concilium.
Concilium primum Iudæorum contra Iesum. 456.1
Concipere, Conceptio.
Concipere in utero. 24.1
Mentalis conceptio, maxima est gratia.
Conceptio & natiuitas Ioannis Baptistæ. 18.1
Conceptio præcursoris miraculosa. Ibidem.
Conceptus Elizabeth dies. 20.1
Conceptus Elizabeth cur Mariæ nunciatus. 26.1
Mariæ conceptio. 14.2
Conceptionis Mariæ figuræ. Ibidem.

Conceptio uirginis Mariæ. 15.1
Conceptio Saluatoris nostri. 20.2
Christus eodem tempore quo fuerat conceptus, est passus. 21.1
Concipere Christum uolentis conditiones. 28.1
Conceptionis dominicæ figura in rubo. 29.1
Conceptionis locus, & partus Christi ostenditur congruus. 42.2
Conclusio.
Conclusio libri, & peroratio authoris. 757.2
Concordantia, Concordia.
Concordantia Euangelistarum.
Concordia statim facienda. 157.1
Concordia crescit, quantum augetur amor. 164.2
Concordia multos facit unum. 175.2
Concordiæ premium. 420.1
Concupiscentia.
Concupiscentia duplex. 157.2
Concupiscentia per euangelium damnatur. Ibidem.
Concupiscentiæ detestatio. Ibidem.
Concupiscentiæ contraria. 158.1
Remedia contra concupiscentiam. Ibidem.
Concupiscentiæ calor. 200.1
Cõcupiscens uisibilia, inuisibiles uirtutes amittit. 342.1
Concupiscentia temporalium, est charitatis uenenum. 736.1
Concussio, Condemnatio.
Concussio fidelium. 529.2
Christi condemnatio prima ad mortem. 610.1
Documenta duo circa condemnationem Christi ad mortem. Ibidem.
Meditatio circa Christi condemnationem. 610.1.634
Iudæi sua se sententia condemnauerunt. 616.1
Condimentum, Conducere, Confidentia.
Condimentum facile famenti. 310.2
Conducere operarios in uineam. 439.1
Confidentia damnatur. 580.1.2
Confessio, Confessor.
Confessio duplex. 99.2
Confessio à quo instituta. Ibidem.
Confessio cur fit homini. Ibidem.
Confessio uocalis necessaria est. Ibidem.
Cur Deus uult nos confiteri homini. Ibidem.
Confessio est conuenienter instituta. Ibidem.
Confessio frequentanda est. Ibidem.
Confessionis uultates. 100.1
Pudor, & confitentis humilitas, maxima pars est pœnitentiæ. 99.2
Confessio eorundem iteranda. 100.1
Confessionis iteratio quid prodest. Ibidem.
Confessio generalis quid prodest. Ibidem.
Confessor debet esse secretus. 200.2
Sigillum confessionis nemini est reuelandum. 100.1
Confessionis conditiones quatuor. 193.2
Verba confessionis ad salutem non sufficiunt. 188.1
Confessio à medico suadenda est. 214.1
Contra erubescentes peccata confiteri. 396.1
Peccator non obstante contritione, ad confessionem est obligatus. 364.1
Confitendi modus. 415.2
Confessio prima. 417.2
Confessio humilis. 496.2
Confessio non est differenda usque ad mortem. 690.1
Confessorum unde lætitia. 4
Confessio duplex. 99.2
Confessio fidei sine operibus. 188.2
Confessio exterior fidei requiritur. 219.1
Confessio fidei multipliciter fit. 234.1
Confessio fidei quando & quomodo facienda. 457.2
Confessio nominis Christi. 234.1
Confitendus Christus sine erubescentia. 390.1
Confessio Dei à minoribus incipit. 490.1
Christus confitetur Deo patri. 253.1
Confessio uera & humilis Ioannis. 93.1
Confessio Petri. 71.3.1
Confessio dæmonum coacta, & ex suspitione. 210.2
Confirmatio, Confortatio.
Confirmationis sacramentum. 428.2
Confortatio angeli qualis. 598.1
Congratulari, Congregari.
Congratulandum est de bono alterius. 33.1
Congregati in nomine Domini. 704.1
Coniectura.
Coniectura duplici noscuntur filij lucis. 444.1
Coniecturis noscuntur filij seculi. Ibidem.
Coniugium.
Coniugium castorum. 37.2
Coniugium uerum inter Mariam & Ioseph. 37.1.2
Coniugum alter religionem quandoque ingredi potest. 127.2
Coniugatorum prouincia durissima. 426.2
Consanguinei.
Consanguinei uitandi. 77.2
Consanguineorum prælatio dominatur. 297.2
Consanguinei, & amici, saluti post habendi. 409.2
Conscientia.
Conscientia malæ uoluntati remurmurat. 157.2
Conscientiæ uermis. 197.2
Conscientia mala pusillanimis est. 232.1
Conscientia quadruplex. 301.2
Conscientiam bonam faciunt duo. 368.2
Conscientia boni & mali operis. 496.2
Conscientia misera. 329.2
Conscientia libera. 357.2
Conscientiæ testimonium. 551.1
Conscientiam suam polluens, faciem Christi sputis polluit. 610.2
Consecratio, Conseruatio.
Verba consecrationis efficiunt quod figurant. 576.2
Potestas consecrandi data in cœna. 707.1
Conseruatio rerum. 89.2
Conseruat omnia Deus. 338.1
Consilium, Consiliarius.
Consilium super Mariæ uoto. 15.2
Consiliorum adimpletio. 35.1.2
Consiliorũ obseruatio conuenit cõtemplatiuis. 430.1
Consilia ad perfectos pertinent. 432.1
Consilia perfectæ religionis. Ibidem.
Consilia duodecim. Ibidem.
Consiliorum facilitas. Ibidem.
Consilia duodecim comparantur duodecim lapidibus pretiosis. 433.1 & seq.
Consilium prauum. 457.1
Triplex consiliũ, ad triplicem hominum statũ. 528.1.2
Meditatio circa consilium malignantium. 616.1
Consilium impiorum bis factum. Ibidem.
Consiliarij falli. 336.2
Consolatio.
Cur Deus dat consolationes. 67.1
Diuina consolatio delicata. 589.2
Consolatio diuina non compatitur alienam. 235.2. 589.2
Non est diuina consolatio duplici quærenda affectu. 589.2
Consolatio diuina quomodo acquiritur. 685.1
Diuina consolatio excedit humanam tristitiam. 719.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Consortium, Consuetudo.
Consortium diabolicum. 557.2
Consuetudo mali, quàm periculosa sit. 225.2
Cõsuetudo mala quid efficiat. 342.2
Consuetudo mala plus nocet igne. 330.2
Consuetudo Domini. 354.1
Consuetudo bona. 433.1
Consummari, Contaminari.
Consummare quid sit. 656.2
Consummatio Christi pœnosa. ibid.
Consummationis Deo dicendæ ratio. ibid.
Consummatio seculi. 718.2
Contaminari uerentes prætorio. 618.1
Contemnere, Contemptus.
Contemnere alios, quàm malum sit. 410.1
Contemptus, & odium. 182.1
Contemptus uitandus. 410.1
Contemptus mundi. 450.1
Contemptus diuitiarum unde nascitur. 148.2
Contemplatio, Contemplatiuus.
Contemplatio, desertum dicitur. 251.1
Contemplandum interdum. 251.1
Contemplatiua uita manet. 264.1
Contemplationi omnia uirtutum studia postponuntur. 264.2
Contemplatiuæ uitæ officia. 265.1
Contemplatiui fidelitas. ibid.
Contemplatiuę & actiuæ comparatio. 264.2
Contemplationi necessaria. 398.2
Contemplatiuus tria facit tabernacula. 399.2
Contemplationis sex bona. 399.2
Contemplatiui officium. 574.2
Non decet contemplatiuum esse desidiosum. ibid.
Contendere, Contentio.
Contendendum non esse. 261.1.321.1
Contentio licita. 261.1
Contentio bona. 185.1
Contentio mala. 185.2
Contentio unde oritur. 321.2
Contentiosi à diabolo excæcati. 322.2
Contentio discipulorum qualis fuit. 405.2
Repetere sua cum contentione & fraude non licet. 432.1
Conticinium.
Conticinium. 302.2
Continentia.
Continentia à Deo est. 426.2
Continentia triplex. 427.1
Continentia gloriosa. ibid.
Continentia non est præceptum, sed consilium. ibid.
Continentia Ioannis. 84.2
Contradicere.
Contradicentes Christo, qui sint. 61.1
Contradictoria Deus non potest facere simul uera. 26.1
Contradictione implicans non est Deo possibile. ibid.
Contritio.
Contritio cordis, est prima pars pœnitentiæ. 99.1
Contritio quanta requiritur. 98.2
Contritio singularis requiritur in pœnitentia. 99.1
Contritio perpetua debet esse. ibid.
Contritio & detestatio duplex. ibid.
Contritio fructuosa. ibid.
Contritio potest pœnam delere. 101.1
Intentio contritionis duplex. ibid.
Contritus tenetur confiteri, & satisfacere. 193.1
Contumelia, Conuentus, Conuersatio.
Contumeliam & opprobria audire docemur. 230.2
Conuentus malignantium aduersus Iesum. 615.2
Conuersatio Christi cum Maria & Ioseph. 81.1
Conuersatio melior desideranda. 467.1
Conuerti, Conuersio.
Non tardandum conuerti. 440.2
Differentes conuersionem in ultimam horam, falli possunt. 552.1
Conuersi nouiter pœnitentia. 145.1
Iudæorum quorundam cõuersio ad Christum. 502.2
Effectus conuersionis ad fidem, erit circa finem mundi. 229.1
Conuersio Domini ad sequentes. 120.1
Conuersio Domini ad Petrum. 613.1
Conuicium, Conuinci.
Conuiciorum tolerandorum facilitas. 230.2
Conuicia, exemplo Christi, patienter tollerãda. 352.2
Conuicia Christi per totam noctem. 615.1
Conuicia in Christum eundo ad Pilatum. 616.2
Conuictorum de peccato modus. 359.1
Conuiuium.
Conuiuium Matthæi. 142.1
Conuiuium prædicatoris. 347.2
Conuiuium Dominicum discipulis iuxta mare. 711.2
Conuiuium iocundum. ibid.
Conuiuium ecclesiæ, in quo Christus multa præparat. 712.1
Conuiuium ultimum Domini. ibid.
Cophinus, Coquus.
Cophinus quid sit. 292.1.293.2
Coquus prælatus sapienti. 298.1
Coquorum ars inutilis. 310.1
Cor.
Cordis munditia. 250.2
Corda loquentur in die iudicij. 189.1
Cor impœnitens. 319.1
Cor, non substantiam, Dominus pensat. 138.2
Cordis festa septem. 353.1
Cor & stomachus. 492.1
Idem est uerbum cordis, & oris. 533.2
Resolutio cordium nostrorum in passione Christi. 594.1
Cordis clausura. 669.2
Cor dicitur pœnitentium monumẽtum. 687.2
Cor dicitur contemplatiuorum monumentum. ibid.
Cor dicitur proficientium monumentum. ibid.
Cor nostrum ascendat cum Christo. 728.1
Corbana.
Corbanæ mundities, & cordis immundities. 617.1
Corona, Coronatio.
Corona Pharaonis. 69.2
Corona uictoriæ. 628.1
Coronatio Christi. ibid.
Coronæ spineæ causa. 628.2
Documenta ex coronatione Christi. 628.1
Meditatio circa percussionem capitis Christi coronati. 629.2
Documentum ex percussione capitis Christi coronati. ibid.
Coronationis & illusionis Christi figuræ. 630.1
Christi coronati egressio. 63
Corozain.
Corozain. 249.2
Corpus.
Corpus morale. 175.1
Corpus proprium minus Deo diligendum. 235.2
Corpus carcer est. 242.1
Corpus criminum nos detinet carceratos. 739.2
Congregatio corporum. 533.1

Coporis transitus triplex. 541.1
Corpora in terra quiescunt usque ad octauam resurrectionis. 670.1
Corpora electorum leuia, reproborum uerò grauia. 538.2
Palpatio glorioſi corporis, est miraculosa. 705.1
Corpora gloriosa quibus palpabilia erunt. Ibidem.
Corpus gloriosum obedit ad nutum animæ. Ibidem.
Bona corporis glorificati, septem. 755.2
Corpus bonorum, secundùm merita sumet claritatis augmentum. 750.1
Corpus Christi.
Christus tactu corporis sacri omnes mundauit aquas. 105.1
Christus corpus dicitur. 530.2.544.1
Corporis Christi formatio. 27.1
Castigatio corporis Christi. 562.1
Totius corporis Christi contumelia. 630.1
Corpus Christi non potuit in terra putrefieri. 686.1
Situs corporis Christi in monumento. 688.2
Corporis Christi præsentia debet esse in templis. 64.2
Corpus Christi conficitur tãtum grano triticio. 500.2
Corpus dominicum de azymo factum. 567.1
Cur corporis & sanguinis Christi sit separatim consecratio. 577.2
Dedit Christus potestatem corpus suum conficiendi. 578.2
Corpus Christi in pannis lineis consecrandum. 669.1
Christus sumpsit corpus suum. 576.2
Corpus Christi manducare. 307.2
Corporis Christi manducandi forma. Ibidem.
Sumens corpus Christi indignè, magis elongatur à Deo. 575.2
Corpus Christi indignè sumentes, Iudæ similes sunt. 601.2
Christianus periculo mortis imminente, debet, si potest, Christi corpus sumere. 576.2
Corpus Christi mysticum. 578.1
Corrigo, Corripi, Correptio.
Corrigi nolentes. 507.1
Corripere proximum. 432.2
Correptio ad quos & quando pertinet. Ibidem.
Correptio fraterna, per Sardium designatur. 434.2
Correptionis fraternæ ordo, modus, causa, locus, tẽpus, euentus. 418.2
Correptio fraterna. 418.1
Cassis quibus non tenemur corripere. 418.2
Corripiendi forma. Ibidem.
Alia uia corripiendi. Ibidem.
Corripiendus peccatorum. Ibidem.
Correptionis triplices differentiæ. 419.1
Correptionis modus inimicorum. 602.1
Crapula, Crastinus.
Propter crapulam multa mala fiunt. 287.1
Crapula nocet. 332.2
Crastini cura prohibetur. 178.2
Crastinus dies. 179.1
Creatio, Creatura.
Creatio potentiam sonat. 730.1
Christus non tantum laborauit in creatione mundi, quantum in recreatione. 673.2
Creaturæ quomodo creantur à Deo. 10.1
Creaturæ in uia, sunt speculum creatoris. 11.2
Quatuor sunt genera creaturarum. 535.1
Conuersionis ad creaturas pœnæ plurimæ.
Credere.
Credere in Deum. 188.2
Credere Deum, Deo, & in Deum. 730.1
Credendo Deo ut medico. 541.1
Credere in nomine Christi, qui dicuntur. 130.2
Credere in Christum. 306.2
Credens manducat. Ibidem.
Credentes in Christum, euersionis Hierusalem pericula euaserunt. 488.2
Non potest credere Christo, qui gloriam terrenam quærit. 518.1
Apostoli designat personas credentium. 671
Credenda extra symbolum quæ sint. 731.1
Crescere.
Crescit Christus, decrescit Ioannes. 132.1
Cructari, Crus.
Cruciatur Christus memoria matris. 690.2
Christi crura fracta non sunt. 661.2
Crux.
Crux assumenda. 235.2
Crucem sibiipsi facere. 111.1.2
Crucem accipere, quid sit. 235.2
Crucem suam tollere. Ibidem.
Crux Domini quæ sit. Ibidem.
Crucis Christi utilitas. 391.2
Crux in frontibus fixa. 502.2
Signi crucis efficacia. 563.2
Crux Christi uoluptati aduersatur, & uoluptas cruci. 589.2
Crucis locatio, & eius significatio. 590.1
Crux Domini nobis baiulanda. Ibidem
Crucis supplicium à Deo, & à Iudæis diuersimodè electum. 631.1
Lignum crucis. 634.2
Lignum crucis nemo Iudæorum tangere uoluit. ibid.
Crucis longitudo, latitudo, profunditas. Ibidem.
Christus crucem suam portat humeris. Ibidem.
Christi crucem portantis spectaculum. 635.1
Meditatio circa Christum crucem baiulantem. 635.2
Documentum ex tolerantia crucis. 636.2
Crucem suam Christus diu portare non poterat. ibid.
Christus primus crucem portauit, & post eum gentiles. 637.1
Crucem domini portantes. Ibidem.
Portantes crucem alienam, non suam. Ibidem.
Aliqui portãt crucem, sed nõ sequuntur Christũ. ibid.
Crucem Christo imponentes. Ibidem.
Crucem Christo fabricare. 637.2
Quatuor crucem portantes. 637.2
Extensio Christi in cruce. 640.1
Lenatio Christi cum cruce. Ibidem.
Contemplatio mysteriorum crucis. 640
Crux, à cruciatu dicta. 641.2
Crucis forma ad similitudinem litteræ. T. 643.1
Crux quadripertita quadrifidam mundi partem designat. Ibidem.
Crucis beneficia quatuor. 643.1
Crux mundi. 643.2
Crux spiritus. Ibidem.
Crux carnis. Ibidem.
Cur Christus de cruce non descendit. 646.1
Descendendi de cruce, diabolica immissio. Ibidem.
Crux Christi, est muscipula diabolí. Ibidem.
Stantes à longe, & iuxta crucem. 648.1
Iuxta crucem standum. 648.2
Crucis memoriæ utilitas. Ibidem.
Verba septem uel octo in cruce. Ibidem.
Cur Christus in cruce non Matrem uocauit. 651.1
Vox Christi in cruce non alloquentis. 653.2
Documentum ex clamore Christi in cruce. 654.1
Detectio crucis in passione Christi. 659.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quam reuerenter Christi corpus susceptum fuit sub cruce à Maria & alijs. 656.1
Christum de cruce deponentes quotidie. 666.1
Contemplatio super depositione corporis Christi à cruce. Ibidem.
Crucem prima odorauit Maria. 671.2
Crucis absconsio ad usque tempora Helenæ. 671.2
Crucis absconsæ locus. Ibidem.
Crux est lectus sponsi. 674.1
Crucis laudes. 675.1
Crux aperit cœlum. Ibidem.
Crux omnia confert indigenti. Ibidem.
Crux domini, fortitudo nostra. 677.1
Crux Christi habet quatuor brachia. 641.1
Crucifigi, Crucifixio.
Christus cognosci uoluit, ut crucifigeretur. 357.1
Crucifixoribus suis Christus occurrit. 360.2
Crucifixio Christi bona fuit. 409.1
Crucifige Iudæorum, clamor tumultuosus. 631.2
Sexta die congruè crucifixus est Christus hora sexta. 632.2
Hora crucifixionis Christi. 634.1
Christus linguis Iudæorum hora tertia crucifixus. Ibidem.
Christus manibus Iudæorum hora sexta crucifixus est. Ibidem.
Documenta circa Christi crucifixionem. 638.1
Christus crucifixus est eo loco ubi Isaac fuerat oblatus. 639.1
Christus nudus crucifixus est. 639.2
Crucifixio Christi. Ibidem.
Cur Christus crucifigi uoluit. 640.2
Documentum ex Christi crucifixione. 649.1
Meditatio circa Christi crucifixionem. 640.2
Cur Christus cum peccatoribus crucifixus. 643.1
Timor crucifigentium Christum. 659.2
Crucifixio quot modis fit. 394.1
Crucifigi mundo. Ibidem.
Crucifigenda in mundo tria sunt. Ibidem.
Mali Deum crucifigunt. 506.2
Christum crucifigere, quid. 640.2
Culex, Culpa, Cupiditas.
Culex minorem signat transgressionem. 521.2
Culpæ & pœnæ gradus tres in peccato iræ. 156.1
Culpæ puniendæ. 171.2
Culpa usitata obligat mentem. 342.1
Multiplex culpa, multiplicem meretur pœnam. 524.1
Leuior culpa est ueritatem non apprehendere, quam apprehensam contemnere. 549.1
Cupiditas in uilibus nocet. 310.2
Terrenorum cupiditas. 507.1
Cura, Curare.
Curæ mundi uitandæ. 204.1
Quatuor nobis curandis sunt necessaria. 110.1
Curatorum significatio. 140.2
Curatio peccatoris. 193.2
Curandi in Christo facultas. 312.2
Curandi nostri potestas. 335.2
Curandi in sabbato causæ. 344.2
Curiosus, Curiositas.
Curiosi qui dicuntur. 323.1
Curiositas pericula, & mala. 30.2
Curiositas religiosorum. Ibidem.
Curiositas clericorum. 30.1
Curia, Custos.
Curiæ magnatum. 613.2
Mandacium custodum sepulchri. 698.2
Cynei, Cypressus.
Cynæi. 269.1
Cypressus quid designet in cruce. 643.2
Cyrus, Cyson.
Cyrus rex. 15.1
Cyson torrens. 201.2
Dacianus.
Daciani imitatores. 327.2
Dæmon, Dæmonium, Dæmoniacus.
Dæmones sciebant Christum esse Messiam. 198.2
Dæmonum confessio. 199.1
Dæmones cur in monumentis habitent. 210.2
Dæmonum tormentum, & locus. Ibidem.
Dæmonibus magnum est tormentum à læsione hominum cessare. Ibidem.
Dæmonum infirmitas. Ibidem.
Cur Deus in porcis misit dæmones. 211.1
Dæmones turpia peccata abominantur. 211.2
Dæmones nobiliores uiliora detestantur peccata. Ibidem.
Dæmones de cœlo sicut fulgur descenderunt. 251.2
Dæmones eijcere. 252.1
Dæmones prælati uitijs. 316.1
Dæmon ab homine exiens, raro reuertitur. 402.1
Dæmones insidiantur bonis operibus, ut pereant. 434.2
Dæmonum in morte tentatio. 340.1
Dæmonia per euangelium Ioannis effugata, præcipue per illud, uerbum caro factum est. 91.2
Dæmoniorum in nos malitia. 198.2
Dæmonia habent, qui dæmoniorum desideria implet. 199.2
Dæmonia cur prædicare prohibentur. 202.1
Dæmonium habens, multa habet secum incommoda. 315.1.2
Dæmonium uexans mentem, triplex peccatum est, faciens mutum & cæcum. 315.1
Dæmonium habere dicitur Saluator. 359.1
Dæmonium habentes. Ibidem.
Dæmoniacus cur mortuus apparuit. 199.1
Dæmoniaci non admittuntur ad ecclesiastica officia. 212.1
Dæmoniacus prædicator efficitur. Ibidem.
Dæmoniacus cæcus, & mutus. 345.1
Dalmanatha.
Dalmanatha. 386.1
Damnari, Damnatus.
Damnari nequit, pro Maria intercedit. 746.1
Damnati adhuc operantur uoluntate. 189.1
Damnati uellent ire ad locum electorum. 450.1
Melius est non esse, quàm damnatum esse. 574.1
Damnatorum neminem de inferno Christus eripuit. 680.1
Diuina natura non uidebitur damnandis. 759
Videbunt se damnati. 754.1
Vis doloris damnatorum. Ibidem.
Damnatorum contraria mala. 757.1
Damnatio futura Deum non confitentibus. 234.1
Damnatio propter omissionem. 558.1
Consuetudo Iudæorum in damnatos ad mortẽ. 616.2
Damnum.
Damni temporalis utilitas. 211.2
Daniel.
Daniel sacerdotes occidens, tentationem gulæ figurabat. 115.1
Daniel cur uir desideriorum dictus sit. 310.2
Daniel significat statum contemplatiuorum.

Dare.
Danda quatuor. 162.1
Date, & dabitur uobis, sunt duo socij. 181.1
Non quantum des, sed ex quanto, attendit Deus. 240.1
Danda Deo reputantur inutilia. 477.2
Dati Christo à patre. 536.2
Dauid.
Dauid principalis fuit inter reges. 34.2
Dauid eximius prophetarum. 284.2
Dauid sedes. 24.1
Dauid quid interpretetur. 28.2
Dauid ante Abraham. 34.2
Dauid maledictum à semine suo passus est. 80.1
Dauid Goliam occidens, tentationem superbiæ figurauit. 115.1
Dauid uenerabatur Saulem, quem sciebat à Deo reprobatum. 517.2
Dauid figura fuit uictoriæ Christi. 601.1
Dauid in exequiis Abner, figurauit Mariam in exequiis Christi. 688.1
De.
De, præpositio. 730.2
Debere, Debitor, Debilis.
Debemus quia non commisimus. 261.2
Debita nostra. 171.1
Debitum duplex. 420.2
Debitores Deo sumus. 402.2
Debiles qui dicantur. 381.2
Decalogus, Decapolis.
Decalogi portatio. 518.2
Decapolis. 379.1
Decem, Decimus, Denarius.
Decem milia talenta. 421.2
Decimæ horæ significatio. 121.1
Denarius numerus. 460.1
Decimæ.
Decimæ carnis. 111.2
Decimatio Pharisæorum. 329.1
Decimam partem datorum Christus dabat pauperibus. 477.2
Decimare quid sit. 521.2.477.2
Qui accipit decimas, rectè decimare dicitur, & quidat. 522.1
Declinare.
Decliandi uultus in terram causa. 691.2
Decollatio, Dedicatio, Defensio.
Decollatio Ioannis baptistæ. 287.2
In decollatione Ioannis baptistæ, crudelia quatuor. Ibidem.
Decollationis Ioannis baptistæ dies. 288.1
Festum decollationis Ioannis baptistæ, fit eo tempore quo caput eius inuentum est. Ibidem.
Decollare Ioannem quis dicatur. 304.2
Dedicatio templi triplex. 369.1
Defensionem sui Christus apostolis cur prohibitur. 602.2
Defectus, Defunctus.
Non omnes defectus nostros accepit. 268.2
Defunctum quatuor portant. 202.1
Defunctus mysticè quid sit. Ibidem.
Delectare, Deliberare.
Delectationes nociuæ. 738.739.1
Deliberandum in incertis. 37.2
Deliciæ, Delictum.
Deliciæ nocet. 332.1
Delicias fugere licet. 298.1
Delicioſi sunt inimici crucis. 634.2
Laici delinquentes facilè emendantur. 517.1
Tacens delictum fratris, non minus offendit, quàm si ueniam petenti negaret.
Denarius pro numero.
Denarius unde dicatur. 40.2
Denarius diurnus. 439.1
Cur Dominus primò nouissimis reddidit denarium. 440.1
Denarius singulis operariis datus, est uita æterna. Ibidem.
Denarij multiplicitas. 440.2
In denario sunt tria. 512.2
Depositio.
Depositio Christi de cruce. 664.2
Depositio corporis Christi à cruce, ad miserabilitatem refertur. 665.2
Documenta ex depositione Christi à cruce. Ibidem.
Meditatio circa depositionem Christi à cruce 666.1
Derelinqui.
Derelinqui ad tempus à consolatione diuina. 77.2
Derelinquit Dominus amicos suos. 634.2
Quilibet est causa suæ derelictionis à Deo. 524.2
Derisio, Descensus, Descriptio.
Derisio non debet quem auertere à bono. 217.2
Descensus Christi ad inferos. 679.1
Descriptio. 40.2
Descriptio prima. Ibidem.
Desertum.
Deserti commendatio. 71.2
Deserti in quo tentatus Christus, congruentia. 109.1
Contemplatio super solitudinem Christi in deserto. 110.2
Visitandus Christus in deserto. Ibidem.
Desertum moraliter, religio. 244.2
Deses, Desidia.
Desidum & pigrorum increpatio. 545.1
Desidia uitanda. 683
Desiderare, Desiderium.
Desiderare rem bonam, malum est. 297.1
Desiderij moderni, & prisci differentia. 12.2
Desiderium Christi circa salutem animarum. 291.2
Desiderium est tota uita Christiani. 605.1
Desiderium Domini. 567.2
Sancta desideria dilatione crescunt. 692.2
Desperare, Desperatio.
De creatore desperat, qui in creaturis spem ponit. 177.2
Desperandum non est. 262.2
Non est desperandum præ nimia grauitate peccatorum. 615.1
Desperatio, spes uana. 425.1
Desperatio subditorum ex crudelitate pendet superiorum. 616.2
Despensatio, Detentio.
Desponsatio Mariæ. 16.1
Desponsatio Mariæ per uerba de præsenti. 16.2
Causæ desponsationis Mariæ. 17.1.2
Detentio bonorum taxatur. 332.2
Detractor, Detractio.
Detractorum consuetudo. 142.2
Detractores non sunt audiendi. 132.2
Detractorum auditor uituperatur. 211.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Detractores sunt porci. Ibidem.
Detractorum periculum. 320.2
Detractio uitanda. Ibidem.
Detractio quibusdam expedit. 230.1
Detractio communis est. 352.2

Deuotus, Deuotio.

Transitus deuotorum triplex commendabilis. 540.2
Deuotio magnus clamor est. 31.1
Deuotio quomodo assumenda. 412.1
Modus excitandæ deuotionis. 591.1
Deuotionis ardor. 599.2
Deuotionis modus. Ibidem.
De nostra deuotione, mortificatione, compunctione nihil Christo accrescit. 655.2
Deuotio habenda inter Pascha & Pentecosten. 734
Deuotio cuiusdam fratris ad festa Christi & uirginis. 74.2

Deus.

Deus quid sit. 1
Deum esse clamant omnia. 10.1
Deus tribus modis dicitur.
Deus uiuus. 390.1
Deus in cœlis. 410.2
Nihil in Deo est, quod non sit Deus. 11.2
Deum nemo uidit. 92.1
Deum uidere, finis. 150.2
Deus in patria speculum est creaturarum. 11.2
Obiectum utriusque uitæ, est Deus. 716.1
Deus solus altissimus. 24.1
Deus est ubique præsens. 89.2
Deus ubique adorari vult. 269.2
Deus quotidie, quid in templo suo agatur, attendit. 492.2
Deus duplicem à nobis obseruantiam exigit. 236.1
Deus solus absque culpa gloriam suam quærere potest. 359.2
Deus est aduersarius noster. 157.2
Deus, & pastor, & mulier, dicitur. 414.1
Deus est rex. 508.2
Deus rex placandus nobis. 237.2
Deus à nobis concipiendus. 24.1
Deus debet esse principium nostræ intentionis. 10.1
Deo citu parendum, & uotum reddendum est. 38.1
Deum patrem habentes. 358.1
Deus parentibus præferendus. 76.2
Deus amandus propter se, & gratias. 164.2
Deum nemini deferenti bene est. 1
Deus quibus placet, uel displicet. 3
De gratias, unde ortum. 14.2
Deus usque ad Christi incarnationem contra genus humanum indignatus erat. 29.2
Deus plus dat quàm speratur. 32.1
Deus solus potest saluare à peccatis. 38.1
Deus solus nos conseruat à lapsu in peccatum. 261.2
Deus omnia iustè & misericorditer facit. 39.2
Deus quomodo iustus, & quomodo misericors. 264
Dei clementia peccatores compellit agere pœnitentiam. 415.2
Deus non negaret ueniam petenti, si iurasset se etiam negaturum. 424.2
Deus suos non derelinquit. 684.2
Deus non derelinquit in necessarijs. 178.2
Deus cum pauperibus conuersatur. 199.1
Deus omnia bona sua duobus dedit hominibus. 296
Deus per omnes ætates uoluit homines congregare. 524.1
Deus fert hominem ut benefaciat. 559.1
Deus non est ultor naturæ, sed peccati. 762.1
Deus neminem cogit. 253.2
Deus rationem ponit cum seruis suis. 421.2
Deus scit homines esse mendaces. 171.1
Deum offendimus tripliciter. 357.1
Deus quomodo exaltatur à nobis. Ibidem.
Deus Deus, quare geminatur. 720.1
Deum & hominem se ostendit Christus. 77.1
Deitas Christi in morte passa non fuit. 653.1
Deo attribuit Christus opus suum. 212.1

Dexter, Dextera.

Dextera moraliter quid sit. 166.1.409.2
Dextera, & sinistra Dei. 556.2
Sessio Christi à dextris Dei. 727.2
Sedere à dextris Dei, quid sit. Ibidem.
Statio Christi à Dextris Dei. Ibidem.
Dexter oculus, & manus dextra. 409.2

Diabolus.

Diabolus nomen commune officij. 358.2
Diabolus inuidens. 324.1
Diaboli inuidiæ in hominem causæ. 12.1
Diabolus non infert uim. 112.2
Diabolica uox deorsum mitti suadet. Ibidem.
Diabolus est aspis, basiliscus, leo, & draco. 113.1
Diabolus male interpretatur scripturam. Ibidem.
Diaboli pollicitatio inanis. 114.1
Modus superandi diabolum. 114.2
Diabolus non tantum nocet, quantum vult. Ibidem.
Diabolus, sicut & homo, primò bonum uinum ponit. 127.1
Diabolus uulnera procurat corporum, propter uulnera animarum. 160.2
Diaboli quotidiana tentatio. 112.2
Diabolicæ tentationis insidiæ. 180.2
Diaboli fraudes in peccatorem. 197.2
Fur dicitur diabolus. 545.2
Diabolus solum in porcis similes potestatem habet. 211.1
Diabolus non tantum habet in se uirtutis, quantum terroris. 232.2
Diabolus homini intulit duo mala. 257.2
Diabolus seminauit tria semina pestifera. 278.1
Diaboli proprium est suadere indignam electionem. 298.1.2
Diaboli arma, & diuitiæ. 317.2
Diaboli fortitudo. 316.2
Diaboli debilitas, & item fortitudo. 317.2
Diabolus quomodo pulsus ad gentes. 324.1
Diabolus quando pulsus est ad Iudæos. 324.2
Diabolo locum dantia tria. Ibidem.
Diaboli conditiones. 359.1
Diaboli imitatores. 358.2
Diabolus occulta cordis nescit, & cogitationes malas non facit. 375.1
Diabolus quomodo cogitationes nostras cognoscit esse bonas, uel malas. Ibidem.
Diabolus homines persequi non cessat. 466.1
Diabolus in omni peccato mortali intrat animam. 564.1
Diabolus non immittit, sed intendit cogitationes malas. 569.1
Diabolus non potest hominem subiicere, nisi seipsum deiiciat. Ibidem.
Diabolus est princeps tenebrarum. 603.2
Diabolus uoluntate malus, sed substantia bonus.

Diabolus timendus. 646.1
Quomodo diabolus Christum reliquit, quem non tenuit. 114.2
Diabolus quomodo est contrarius Christo. 318.1
Diabolus Christum in passione cognouit. 624.2
Diabolus uoluit liberare Christum. Ibidem.
Diabolus supra crucem stetit. 646.1
Diabolus à se, non à Deo deceptus. 679.2

Diacouus, Dictum.

Diaconus, Dominus, & presbyter. 284.1.2
Dicta & facta Christi, nec scribi, nec intelligi à nobis perfectè possunt. 729.1

Didymus.

Δίδυμος Græcè, Latinè geminus. 708.2

Dies, Diæta.

Dies tertius. 126.1
Dies exitus impræmeditatus. 332.3
Dies festus. 45 2
Dies, cur singulariter & pluraliter dicitur. 487.1
Dierum computatio. 678.2
Dierum denominatio. 687.1
Diei & noctis ordo. 678.2
Diei dominicæ dignitas. 682.2
Diei dominicæ mysteria. Ibidem.
Dies dominica solennitas solennitatũ dicitur. Ibidem.
Dies dominica, dicitur dies luc is. Ibidem.
Dies dominica, ad sabbatum antiquum comparatio. 683.1
Dies paschæ, dicitur 15. luna aliquando. 475.2
Dies paschæ Iudæorum, quomodo celebrandus erat. 567
Dietæ tres. 343.2

Diffamatio, Difficilis.

Diffamatio. 442.2
Creditu difficilia authoritate probentur. 541.2

Digitus.

Digito loquitur apostata. 159.2
Digito comparatur Spiritus sanctus. 316.2
Digiti quinque auari. 313.2
Digiti Christi, sunt dona Spiritus sancti. 379.2
Digitus & lingua animarum. 448.1

Diiudicare.

Diiudicare nosipsos debemus. 544.2

Dignitas, Dilatio.

Contentio in ecclesia pro dignitatibus. 296
Dignitas indignorum prælatorum, onus. 289.1
Dilatio boni operis nocet. 30.2
Dilatio pœnitentiæ. 425.1

Diligere, Dilectio.

Dilectionis generalis signa. 263.1
Dilectio duplex. Ibidem.
Diligere diligentes, est naturæ. 164.1
Dilectio quæ ad uitam æternam prodest. 164.2
Diligere multipliciter possumus. Ibidem.
Diligendi modi tres. 280 2
Dilectionis mandatum. 256.2
Diligere honorem. 297.1
Dilectionis officium. 257.2
In dilectione omnia consummantur. 261 2
Dilectio est ignis contra rubiginem peccatorum Ibid.
Dilectio suggerit omne bonum. 515.2
In finem diligere. 567.2
Dilectio summa. 582.2
Diligenda quatuor ex charitate. Ibidem.
Ad dilectionem incitantia. Ibidem.
Dilectio ab Ioanne præcipuè præcipitur. 533.1
Opere est demonstranda dilectio. Ibidem.
Dilectionis fortitudo. 717.2
Dilectio est secunda dos animæ. 755.2
Dilectio temporalium, non possessio, reprehenditur. 236.1.2
Dilectio terrenarum possessionum, impedit ueram perfectionem. 430.2

Dilectio Dei, tam actiua, quàm passiua.

Dilectio Dei triplex. 256.2
Cur Deum non diligimus. 461.1
Diligere Deum ex toto corde, &c. 514.2
Nemo in peccato mortali potest Deum diligere. 515.1
Deus uult solus à nobis diligi. Ibidem.
Dilectio Dei ad tria extenditur. 515.2
Dilectio Dei, causa est dilectionis nostræ. 582.2
Nullus sine operis attestatione credat se Deum diligere. 533.2
Deus diligendus est corde, ore, opere. Ibidem.
Quæ ad Deum diligendum requiruntur. Ibidem.
Deum diligere ueraciter, quomodo possumus. Ibid.
Diligere Deum, & diuitias propter se, est impossibile. 176.1
Quomodo quis potest patrem uel matrem plusquam Deum diligere. 235.1
Dilectio Dei, probatur in dilectione proximi. 712.2
Nec Deus sine proximo, nec proximus sine Deo diligitur. 184.2
Dilectio Dei circa nos. 169.2
Deus cur dilectos flagellat. 452.1
Dilecti à Domino. 548.2

Dilectio Christi, tam actiua, quàm passiua.

Diligere Christum & munera difficile est. 300.1
Dilectio Christi, est signum filiationis Dei. 358.1
Quantum à nobis Christus sit diligendus. 658.2
Difficultas inueniendi dilectum. 693.2
Dilectio Christi mirabilis erga discipulos. 601.1
Dilexit nos Christus tripliciter. 582.1

Dilectio proximi.

Dilectio proximi. 162.2
Dilectio utraque in Christo, qui Deus est & proximus, implenda est. 256.2
Nihil diligitur tanquam Deus & proximus, nisi Christus. 516.1
Diligere proximus sicut seipsum. 429.1
Quomodo diligendus est proximus. 515.2
Dilectio in se præcedit dilectionẽ in proximum. 515.1
Dilectio proximi, & cognitio dilectionis Dei. 515.2
Quatuor causæ dilectionis proximi. 515.2
Modus diligendi proximum. Ibidem.
Omnia scripta legis & prophetarum ad hoc sunt, ut Deus & proximus diligatur. Ibidem.
Duo sunt erga proximi dilectionem seruanda. 515.2
Præceptum dilectionis proximi, affirmatiuum & negatiuum est. Ibidem.
Effectus dilectionis proximi. 516.1
In dilectione proximi includitur dilectio Dei. 582.2
Per dilectionem proximi, peruenitur ad dilectionem Dei. 735.2

Dilectio inimicorum.

Diligendi inimici. 263.1
Dilectio inimicorum aliquando est consilium, aliquando uerò præceptum. 432.2
Dilectio inimicorum à Christo impleta. 562.1

Diligentia, Diluculum, Diluuium.

Diligentia Christi ad docendum. 120.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diluculum quid sit. 688.1
Causa diluuij. 225.2
Dimensio, Dimidium.
Penetratio dimensionum. 755.2
Dimidium bonorum dare pauperibus. 472.2
Dimittere.
Dimittere debemus prius, quàm dimittetur nobis. 171.1
Dimittendum etiam non petentibus. 171.2
Dimittendi & ignoscendi meritum. 173.2
Dimittendum, ut dimittatur. 423.1
Dimittere docemur. 423.2
Dimissio uxoris ob fornicationem. 426.1
Diogenes, Dionysius.
Diogenis dolium. 51.2
Diogenes in dolio iacens, & Alexãder magnus. 263.1
Diogenis dictum. 244.1
Dionysius eclypsim uidit. 652.2
Discedere, Discessio.
Discedere à Deo. 189.1
Discessio à Deo. 557.2
Discere, Discipulus.
Discenda à Christo tria: scilicet mititas, humilitas, & & ueritas. 254.2
Discipuli, speculum sunt magistri. 308.2
Ad discipulatum supererogationis, quæ requiruntur. 237.1
Discipuli Moysi, & Ioannis.
Discipuli Moysi. 362.2
Duo discipuli Ioannis sequuti sunt Christum. 121.1
Discipulorum Ioannis murmuratio. 132.1
Discipulis Ioannis similes. 132.2
Discipulorum Ioannis deuotio. 287.2
Discipuli Christi.
Discipulorum Christi uocatio. 120.1
Quatuor discipuli Christi primæ uocationis. 122.1
Discipuli Domini unde dicuntur. 131.2
Discipuli Christi baptizabant. Ibidem.
Discipulorum obedientia. 138.1
Discipulorum missio oportuna. 221.1
Discipulus Christi quid considerare debeat. 237.1
Discipulus Christi uerus quis dicitur. 699.1
Discipulatus Christi duplex. 237.1
Discipulos suos Christus quomodo beatos dicebat. 255.2
Discipuli Christi cur illotis manibus manducabant. 375.1
Discipulos suos, & sequaces, Christus tripliciter instruit. 375.2
Discipulos alloquendi causæ. 382.1
Discipulorum sobrietas. 382.2
Discipuli cur obliti sunt panes accipere. 306.2
Discipulorum inuidiam & superbiam refrenat Christus. 406.2
Discipulorum Christi indicia. 467
Discipulorum & Iudæ uaria intentio, circa unguenti effusionem. 477.2
Discipuli cum mulieribus crediderunt corpus Christi sublatum à monumento. 690.1
Discipuli Christi, apud Iudæos fures reputabantur. 698.1
Discipulorum feruor. 601.2
Discipuli Christi sunt pacifici. 704
Lætitia discipulorum. 726.1
Discordia, Discretio.
Discordiæ malum. 157.1
Sicut pax præcesit Christum, ita discordia præcedet Antichristum. 527.2
Discretio pœnitenti perinde ac confessori necessaria. 85.2
Discretio necessaria est uiam perfectionis aggredienti. 237.1
Iudicium discretionis. 501.2
Discretio Christi inter doctores. 75.2
Discretio Christi in iudicio. 355.2
Discubitus, Discursus.
Discubitus cœlestis. 548.1
Discursus uagi prohibentur. 224.1
Discus.
Discus. 287.1
Dispensatio, Dispensator.
Dispensatio quid, & quibus. 298.2
Dispensatio Papæ. 299.1
Dispensetio Christiani. 546.2
Principibus secularibus etiam præcipitur iusta dispensatio. Ibidem.
Dispensator fidelis. 546.1
Triplici debet pascere cibo dispensator Domini. 546.1
Dispensator Domini triplex. Ibidem.
Dispergi, Displicere.
Dispersores multi, congregatores pauci. 524.1
Displicendum malis. 352.1
Dissidium.
Dissidium, siue diuortium, ex qua causa fiat. 426.2
Diuersorium.
Diuersorium quid. 41.1
Diuersorium Mariæ. Ibidem.
Diuersorij natiuitatis Christi descriptio. 41.2
Diuersorium natalis Christi, erat undique animalibus plenum. 41.2
Diues.
Diuites diuinum peruertunt ordinem. 178
Domus diuitum uitandæ. 244.1
Diuitis mali imitatores, religiosi. 300.1
Diuites impunè peccant.
Diuites omnes formidolosi. 332.2
Diuitum deceptio. 333.1
Diuitis reprehendendi ratio. 332.2
Dives in Deum. 333.1
Contra diuites insatiabiles. 333.2
Tempus diuitum est semper paratum, quia in sua bursa est. 351.1
Difficile est saluari diuitem. 435.2
Diuites habẽt domos in terra, pauperes in cęlo. 443.1
Dives quisque aut iniquus est aut hæres iniqui. 444.2
Diuites superbos Deus nescit. 446.2
Dives epulo, non fabulosus. Ibidem.
Dives epulo, diaboli parochianus. 474.1
Dives epulo cur dicebatur homo. 446.2
Diuitis epulonis superfluitas. Ibidem.
Dives epulo cur in lingua cruciari dicitur. 448.1
Diuitis epulonis accusatio. 448.2
Diuitis epulonis uitia. 448.1
Diuitiæ.
Diuitiæ Dei sunt. 162.1
Diuitiæ non amandæ. 237.2
Diuitiæ septem de causis dicuntur mammona iniquitatis. 444.1
Diuitiæ sunt spinæ. 276.2
Diuitiæ non beant. 332
Diuitiæ uitam non augent. 332.1
Diuitiarum abundantia quatuor mala ingerunt. 332.2
Diuitiæ quantum distrahant à perfectione. 430.2
& sequentibus.

Difficile est diuitias seculi, & uitam æternam habere. 431.2
Diuitiarum amor. 435.1
Diuitiæ magis diliguntur habitæ, quàm concupitæ. Ibidem.
Diuitiarum cura periculosa. 435.1
Diuitiis confidere impedit regni cœlorum fiduciam. 435.2 ibid.
Diuitias habere. ibid.
Aliud est, diuitias habere: aliud, amare. 444.1
Diuitiæ iniquæ. 445.2
Diuitiæ à nobis alienæ. 446.1
Diuitiæ quomodo fuerint in lege permissæ. 448.2
Diuitiis non confidendum.
Diuinus, Diuinitas.
De diuinis personis quinque notanda. 9.1
Diuinitas fuit obumbrata uirgini. 25.2
Diuinitas, & humanitas non uniuntur in unitate naturæ, sed personæ. 27.2
Diuinitas non reliquit Christi humanitatem. 653.1
Diuinitas non dereliquit animã, neque corpus. 678.2
Articuli septem ad diuinitatem spectantes. 730.1
Diuortium.
Diuortium ex qua causa fiat. 426.2
Docere, Doctrina.
Docere in potestate. 198.2
Docere, & non facere, damnosum est. 155.2
Doctrina pro facto comprobatur. 191.2
Doctrina non est efficax, nisi adsit probatio. 220.2
Docentes bene, & malè uiuentes. 374.1
Docendi modus. 389.2
Doctrina quibus cedamus. 273.1
Doctrina est clauis ostij regni cœlorum. 520.1
Doctrina Pharisæorum, dicitur fermentum. 387.1
Doctrina Christi bona erat, & sana. 607.2
Doctrina Christi passione imminente. 498.2
Doctos cur Deus non elegit in Apostolos. 123.1
Doctor.
Cur doctores in ecclesia instituuntur. 280.1
Doctori tria sunt necessaria. 283.1
Doctoris documentum. 473.2
Doctorum ignorantia. 724.1
Doctores Hebræorum uirgam in manu gestabant. 224.1
Dolere, Dolor.
Dolor temporalium, & gaudium æternorum, quomodo se compatiuntur. 431.1
Exemplum doloris pellendi. 591.1
Dolere debemus cùm Christum per peccatum amisimus. 76.1
Dolendum de peccatis commissis. 141.1
Cur non dolemus de ruina proximorum. 257
Dolere de peccato alieno. 308.2
Dolor grauis animæ in fine uillicationis. 442.2
Dolor delectationis carnis, tertius dæmon. 705.1
Meditatio circa dolores Christi, & matris. 617.2
Christus tãtum doluit, quantum dolere potuit. 653.1
Christi dolores interius, & exterius, multiplices. 653.2
Dolor Iudæorum. 487.1
Dolor damnatorum ex sententia iudicis. 558.1
Dolor remanentium in inferno. 680.2
Dolosus.
Dolosi qui sint. 122.1
Dominus.
Dominis duobus seruire nemo potest. 175.2
Domini non sumus hîc. 445.1
Dominus Dauid, factus est filius Dauid. 13.2
Dominus cum Maria dicitur. 22.2
Dominus quinque siclis redimitur. 60.2
Dominus, & Deus, in quo differunt. 708.2
Dominationes.
Dominationibus coæquandi. 411.1
Domus.
Domum præclaram non intrauit Christus. 199.2
Domus quomodo ornanda est. ibidem.
Domus animæ tria habet solaria. 315.2
Domus Iudæorum quomodo mundata, & ornata. 324.1
Domus nostræ ornatus, ad hospitandum Deum. 323.2
Domus obedientiæ mysteria. 476.1
Domus aliquando significat corpus nostrum. 545.2
Domus Iacob. 24.2
Domus iusti. 190.1
Domus Petri quæ, & ubi. 199.2
Domyn.
Domyn quid. 109.1
Donec.
Donec dictio, quid. 38.1
Donec, pro nunquam. 157.1
Donec uox ambigua. 38.1
Donum.
Dona spiritussancti. 385.1
Qui maiora dona, uel naturæ, uel gratiæ habent grauius si peccauerint, punientur. 549.2
Dona Dei sine charitate non prosunt. 582.2
Indignis non sunt dona Dei profundenda. 612.1
Dormire, Dormitio.
Dormit corpus nostrum. 209.2
Dormire dicuntur mortui resurrecturi. 217.2
Dormitio hominis quid sit. 278.1
Dormitare, & dormire. 550.2
Dormitio Apostolorum in horto, erat signum negationis, & fugæ. 597.1
Christus cur Apostolos dormire iussit. 600.1
Christus dormiebat corpore, sed uigilabat diuinitate. 207.1
Dormitio Domini, & eius causæ. ibid.
Christi dormitio, quid sit. 207.2
Dos.
Dotes corporis, & animæ. 755.2
Dotes corporis glorioſi. 279.1
Dotes corporis Christi glorioſi. 682.1
Dotes solis quatuor. 279.1
Drama, Drachma.
Drama, & drachma quid. 404.2
Drachma deperdita. 413.2
In parabola de drachma perdita, sex sunt notanda. Ibidem.
Drachmæ decem. 414.1
Drachma ubique quæsita, tandem inuenitur. Ibidem.
Dubius, Dubitare.
Dubia in meliorem partem interpretanda sunt. 180.2
Cur discipuli permissi sunt dubitare. 704.2
Discipulorum dubitatio, nostræ fidei fuit confirmatio. 717.1
Dubitantem à sacris abstinere præstat. 195.2
Duci, Ductio.
Duci, & trahi, in quo differant. 136.2
Christus cur passus est extra ciuitatem. 638.2
Ductio Christi ad suspendium, ignominiosissima. 637.2
Ducendi Christi forma. 605.2. 606.1
Christus nouies ductus est. 606.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Doctio Christi uiolenta fuit. Ibidem.
Documenta quatuor ex ductione Christi. 606.2
Meditatio circa ductionem Christi. 605.2

Dulcis.

Dulcia quando. 606.2

Duo, Duodenarius.

Christus cur duos misit ad quærendum asinam, & pullum. 480.2
Duodenarius numerus, & duodenaria multa. 146.2
Duodenarius Apostolorum numerus. 221.2

Durus, Duritia.

Durus sermo. 307.1
Duritia cordis, per lapidem intelligitur. 183.2

Ebron, Ecce.

Ebron situs. 47.1
Ecce homo. 631.1

Ecclesia.

Ecclesia primitiua, figurata est in fuga Christi in Aegyptum. 70.1
Ecclesiæ primitiuæ, & præsentis, comparatio. 323.2
Ecclesiæ primitiuæ signa. 722.2
Ecclesia in qualibet bona persona parit filium. 431.1
Ecclesia bonos plorat, & malos. 68.2
Deus quomodo in hac uita purgat ecclesiam. 96.2
Ecclesiæ fundatores. 139.2
Ecclesia omnia facit, ut fratres amici fiant. 263.2
Christus est rector ecclesiæ. 207.2
Ecclesia non facit naufragium. 208.1
Ecclesiæ officia diuersa. 317.2
Ecclesiæ mysterium, & partes duæ. 323.2
Ecclesiæ uigor. 332.1
Qui sunt ab ecclesia pellendi. 493.1
Ecclesiæ usus quadruplex. 493.2
Ecclesiæ ornatus non est in ædificijs, & redditibus: sed humilitate, & pietate. 525.1
Extra ecclesiam non est salus. 543.1
Ecclesia ex tribus generibus hominum constat. 544.1
Ecclesiæ soliditas nunquam ualet scindi. 609.2
Ecclesiæ unitatem Christus commendauit.
Ecclesiæ sanctæ diuisio. 730.2

Ecclesia per quæ designetur, & quibus rebus comparetur.

Ecclesia per domum Petri designatur. 200.1
Ecclesia nauis Christi. 208.1
Ecclesia est nauicula. 207.1
Ecclesia grano sinapis comparatur. 280.1
Ecclesia mater est peccatorum.
Ecclesia militans, dicitur filia ecclesiæ triumphantis. 482.2
Ecclesia est hæreditas Christi. 506.1
Ecclesia dicitur uinea à Christo plantata. 506.2
Ecclesia mulier septemuira dicitur. 513.2
Ecclesia spiritualis, typum tenet Hierusalem corporalis. 525.1
Ecclesia syderibus comparatur. 535.2
Præsens ecclesia regnum cœlorum dicitur. 550.1

Ecclesiæ bona.

Ecclesiæ bona expendantur in pios usus. 347.1
Ecclesiæ bona sunt pauperibus, & non meretricibus eroganda. 478.1

Ecclesiæ tribulatio.

Ecclesiam gladius tribulationis usque ad animam pertransit. 61.1
Contra ecclesiam tribus modis pugnatur. 263.2
Ecclesia laborauit, quàmdiu synagoga uiguit. 217.1
Ecclesiam spoliantes. 300.1
Ecclesia sub Antichristo multa patietur. 749.2
Ecclesiæ sub Antichristo figuratio. 635.2

Ecclesia pro templo.

Nemo ingrediatur ecclesiam cum conscientia mortalis peccati. 64.1
Digni ingressu ecclesiæ. Ibidem.
Qualiter conuersandum sit in ecclesia. 128.2
Ecclesiæ ornatus exterior. 324.2
Ecclesia ubi stella magis apparuit. 53.2
Ecclesia ubi Christus ieiunauit. 111.1
Quæ ecclesiæ in memoriam occursus Mariæ, & locutionis Christi ad mulieres, factæ. 436.2
Ecclesiæ montis Caluariæ. 639.1
Ecclesia sepulchri Dominici. 669.2
Ecclesiarum, & altarium uisitandorum causæ. 670.1
Ecclesia unde Christus ascendit. 726.2

Eclypsis, Edulium.

Eclypsis passionis, non naturalis. 652.2
Edulium animæ. 674.2

Effeta, Egesippus.

Effeta quid significet. 379.2
Egesippus. 103.1

Egestas, Egredi.

Egestas propter Christum, facit martyrium. 451.1
Egestas Christi. 478.1
Egreditur de ciuitate huius mũdi tribus modis. 639.1

Eijci, Electio.

Eijci è synagoga. 392.2
Electi de templo. 128.2
Electio uendentium & ementium de templo, tam prima, quàm secunda. 492.2
Figura electionis uendentium de templo. Ibidem.
Factum Christi in electione uendentium, hactenus perseuerat. 497.2
Electio principis huius mundi. 502.1
Vnus electus uocat multos. 510.1

Electus, Electio.

Electus, Electio. Vide infra in dictione, Eligere.

Eleemosyna.

Eleemosynæ faciendę præceptum. 87.1
Eleemosynæ genus duplex. 162.2
Eleemosyna, ieiunium, & oratio. 165.2
Eleemosyna ad cœlos uia est. 175.1
Eleemosyna minima. 240.1
Eleemosynam facere, quid sit. 329.1
Eleemosyna prius animæ facienda. Ibidem.
Eleemosyna de quibus fiat. 444.1
Eleemosyna de sapientia facienda. 162.2
Quibus pauperibus danda sit eleemosyna. 444.1
Eleemosynæ acceptor. 444.2
Eleemosynis data non minuuntur, sed augentur. Ibid.
Papæ eleemosynæ sabbato unctionis Christi. 477.2
Eleemosynarum efficacia. 559.2
Eleemosynarum à Christo largitio. 562.1
Eleemosyna & charitate, homo à peccatis mundatur. 570.2
Eleemosynæ Ioachim, & Annæ. 761.2

Elementum.

Elementorum purgationes. 752.2

Eligere, Electio.

Electionem suam procurare non licet. 296.2
Electione pernicioſi sunt miseri. 408.2
Eligendus optimus in Prælatum. 712.2
An sufficiat eligere idoneum. Ibidem.
Electio fraudulenta, improbanda. 713.1
In electionibus ecclesiasticis hodie Iesus dimittitur, & Barrabas eligitur. Ibidem.
Eligendorum signa. 714
Electio duodecim apostolorum, non sine precibus facta. 146.1

Electi

Electi à Deo.

Electorum exilia, & electiones, ac fugæ utiles. 67.2
Electorum & reproborum ratio in generali potest inquiri. 253.2
Electorum segregatio. 251.1
Electorum casus. 424.2
Electi pauci fideles. 510.1
Electi dicuntur aquilæ. 530.2
In quolibet statu aliqui electi sunt, & aliqui reprobati. 544.1
Gentium electio. 722.1

Elizabeth.

Elizabeth quid in nobis significet. 19.1
Elizabeth de licitis erubescebat. 20.1
Elizabeth in conceptu cur erubescebat. Ibidem.
Elizabeth usque ad uisitationem Mariæ erubuit. 32.1
Elizabeth cognatio. 26.1
Elizabet quid interpretatur. 30.2
Elizabeth repleta est Spiritu Sancto. Ibidem.
Elizabeth uox magna. 31.1
Elizabeth incarnationem uerbi cognouit. 32.2
Elizabeth secreta cognouit per spiritũ prophetiæ. 31.2

Eloquentia.

Eloquentia Christi. 284.1

Emaus.

Duo discipuli euntes in Emaus. 700.2
Discipuli euntes in Emaus quid significent. 703.1
Emaus interpretatur desiderium consilij. Ibidem.

Emerentia.

Emerentia mater Annæ matris Mariæ. 761.1
Emerentia nupsit Stolano. Ibidem.
Emerentia duas peperit filias. Ibidem.

Emanuel.

Emanuel, est nomen Christi. 90.1

Emorrhoyssa.

Emorrhoyssa unde dicta. 216.1
Emorrhoyssæ fides. Ibidem.
Emorrhoyssa peccatricem animam significat. 217.1

Encænia, Encæniare.

Encænia unde dicantur. 369.1
Encæniare quid. Ibidem.

Endor, Engaddi.

Endor mons Galilææ. 201.2
Engaddi floruerunt uineæ. 47.1

Enim, Ennon.

Enim, non omittendum in consecratione. 576.2
Ennon, quid sit. 132.1

Eunuchus, Ephrem.

Eunuchi. 427.1
Ephrem. 457.2

Epiphania, Episcopus, Epitaphium.

Epiphania, Theophania, & Bethphania, eundem diem festum designant. 52.1
Epiphaniæ solennitas qualis. 57.1
Episcopi unde dicuntur. 146.2
Episcopi sunt successores Apostolorum. 251.2
Episcopi tenentur scire utrumque testamentũ. 283.1
Episcopus infidelis dispensator, non ex dei ordinatione, sed permissione promouetur. 445.2
Epitaphium Vagi. 299.2

Epulo, Eradicatio.

Epulones quomodo punientur. 153.2
Eradicatio triplex. 278.2

Eremita, Erigi.

Eremitæ in deserto domini quidam exemplo sui ducti. 111.1
Ad Deũ magis erigimur, cùm incũbit necessitas. 732.1

Error, Erubescere.

Errores uarij de Christo. 390.1
Erubescendum est de illicitis. 20.1
Erubescendum non est de uitijs parentum. 36.1

Esaias, Esca.

Esaiæ martyrium. 262.2
Esaias, per medium ferra lignea sectus, Christum figurauit. 641.2
Esca qua in deserto refectus est dominus. 111.2

Esse, Essentia.

Esse, & fieri. 360.1
Esse apud seipsam nulla res propriè dicitur. 10.1
Esse dei. 360.2
Esse ex ueritate. 619.2
Essentia una. 370.1

Essæi, Esuries.

Essæi qui dicuntur. 513.1
Esuries iustitiæ. 149.2
Esuries Christi. 499.1

Ethica, Ethnicus.

Ethica febris. 275.1
Ethnici. 164.1
Ethnici conuersi grauius, dum retrocedunt, peccant. 580.1.2

Euanescere.

Cur citò Christus euanuit ab oculis duorum discipulorum. 703.1

Euangelium.

Euangelium, quid sit. 7
Euangelium interpretatur, bonus nuncius. Ibidem.
Euangelij commendatio. Ibidem.
Euangelia legis impletio sunt. 111.1
Euangelium non dissentit à lege. 7
Materia euangelij, est mysterium trinitatis. 729.2
Euangelia sunt scala Iacob. 733.2
Euangelium Dæmones fugat. 7
Euangelium legas, ut terrena contemnas. Ibidem.
Per euangelium tres humanæ imperfectiones expelluntur. 8
Euangelica lectio præstat posse, scire, & uelle bene uiuere. 8
Euangeliũ ducit ad regnũ, quod lex nõ faciebat. 526.2
Euangelij prædicator, & eius officium. 88.1
Cur euangulium fuerat prius Iudæis prædicandum. 220.1
Euangelij diuulgatio in omnem terram, sed non in omnes homines peruenit. 526.2
Euangelium regni. Ibidem.
Euangelijs nihil æquale. 7
Euangelica perfectio circa tria. 137.2
Euangelij Ioannis scopus. 9.1
Euangelium Ioannis est altissimæ intelligentiæ. 91.2
Euangelium de Martha, & Magdalena, cur legitur de Maria. 32.2
Euangelium bis in anno recitatum. 291.2
Euangelij de uentilatione areæ utilitas. 556.1

Euangelistæ.

Euangelistæ non seruauerunt ordinem rerum gestarum. 7
Euangelistæ scripserunt sufficientia ad fidem. 729.2
Figuræ quatuor Euangelistarum. 731.1.2
Euangelistarum differentiæ & intentiones. 732.1

Eucharistia.

Eucharistia, dicitur bona gratia. 576.1
Eucharistia, panis est sacramentalis. 171.1
Eucharistiæ susceptionem impedientia. 195.2
Præparatio ad Eucharistiam. 197.2
Eucharistiæ sacramentum. 306.2

Cibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cibus, & potus Eucharistiæ, quid sit. 307.2
Eucharistiæ sacramenti institutio. 567.2.576.2
Hæreses circa Eucharistiæ formam. 574.1
Eucharistia non est danda sub specie intincta. ibid.
Eucharistia non est tradita Iudæ in buccella. Ibidem.
Omnes religiosi deberent in die cœnæ recipere Eucharistiam de manu prælati sui. 576.2
Eucharistia cur sub duplici specie instituta est. 577.1
In Eucharistia, corpus, Sanguis, Anima, Deitas, non possunt realiter separari. Ibidem.
Tria in sacramento Eucharistiæ consideranda. 578.1
Mirabilia in Eucharistia. Ibidem.
Eucharistia, est memoriale Dominicæ passionis. 578.2
Idem est in Eucharistia Christus. ibid.
Eucharistiæ receptio, an frequentanda. 579.1
Eucharistiam recipienti necessaria. Ibidem.
Eucharistiam sumpturo consideranda. 669.1
Sumptio Eucharistiæ triplex. 579.1
Sumẽtes Eucharistiam ad uitam, & ad mortem. 579.2
Qui Eucharistiam indignè recipiunt in faciem Christi spuunt. 610.2
Susceptionis Eucharistiæ utilitas. 702.2
Eucharistiæ susceptio, quid operetur. ibid.

Exaltatio, Examinatio.

Exaltatio Christi. 502.1
Figuræ exaltationis Christi in cruce.
Exaltatio Christi merita. 641.1
Examinari debet ad prælaturam assumendus. 713.2
Meditatio circa Christi examinationem. 623.1

Exaudire.

Exauditio multiplex. 183.1
Deus uario modo exaudit. 181.2
Deus non exaudit ad uoluntatem, sed ad salutem. 183.1
Exaudiri uolenti necessaria. 184.1

Excæcare, Excessus.

Excæcandi alicuius causa non uenit Christus. 363.1
Christi excessus in multis. 411.2

Excitare.

Excitare, quid sit. 610.2
Tertia excitatio Apostolorum quid significet. 600.1
Per Apostolorum excitationem, tria docemur. 600.2

Excommunicatio, Excusatio.

Excommunicatio, etiam iniusta, timenda. 419.2
Excommunicandum rarò. 423.2
Excusatio factorum alienorum. 180.1
Cessabit post hanc uitam excusatio. 422.2
Excusatio à cœna. 348.2

Exedra.

Exedræ. 18.2

Exemplum.

Exemplum sumi debet à bonis. 153.1
Exemplum liberalitatis. 181.1
Exempli mali deuitatio. 409.1
Exempla Christi tria. 42.2
Exempla euangelij Ioannis. 242.2
Exempla sanctorum paucos ad patientiã prouocant. 290.1
Exempla sanctorum sunt imitanda. Ibidem.
Exempla spei, & pœnitentiæ ante oculos peccantium sunt ponenda. 424.2

Exequiæ, Exhibitio.

Quid per obsequia Ioseph, & Nicodemi in exequijs Christi. 669.1
Exequiæ Christi. 668.2
Exequias Mariæ celebrauerunt angeli. 744.2
Exhibitio operis misericordiæ. 259.1

Exilium, Eximi, Exitus.

Exilium huius mundi. 351.1
Exilium sempiternum Iudeorum. 625.2
Exemptus à passione flagellorum, eximitur à numero filiorum. 39.2
Exitus discipulorum. 241.3

Expiatio, Exploratio.
Expoliatio.

Expiatione opus erat peccatoribus, antequam paschæ celebrarent. 457.2
Exploratores terræ sanctæ, figurabant Gentiles Christum crucifigentes. 635.1
Meditatio circa Christi expoliationem. 624.2

Exprobrare, Extendere.

Exprobrandi modus, & intentio Domini. 249.1
Exprobratio discipulis facta à Christo. 721.2
Extendenda manus nostra est. 162.2
Documenta ex Christi extensione in cruce. 640.1
Contemplatio circa Christi extensionem. 640.2

Exteriora.

Exteriora sequestranda. 431.1.2

Exultatio.

Exultatio, quid dicitur. 18.2
Exultatio spiritus Mariæ. 32.1
Exultatio in passione Christi. 594.1
Exultandum in Domino cum timore. 683.1

Facere, Factum.

FAcere uoluntatem Dei patris, 271.1
Facere & docere decet. 282.2
Facere, pro dicere, & æstimare. 319.2
Omnia simul sunt facta, sed sex diebus distincta. 7
Factorum comparatio in parabola, non personarum. 275.2
Facta Christi media. 486.1
Facta in moralibus prius, quàm uerba mouent. 467.1
Factis sicut & uerbis interdum fugiendum est. 702.1

Facies.

Facies animi designat uoluntatem. 458.2
Facies patris cœlestis.
Facies Christi contemplanda. 6
Faciei & formæ Christi descriptio. 7
Quare Christus in faciem suam spui uoluit. 610.2
Meditatio circa Christi consputam faciem. Ibidem.
In faciem Christi nullus infidelis intueri potest. 611.1
Velatio faciei Christi. Ibidem.
Meditatio circa uelamen faciei Christi. 611.2
Documenta circa percussionem faciei Christi. 612.1
Meditatio circa percussionem faciei Christi. Ibidem.

Fallere, Fama, Fames.

Fallendi modi quatuor. 116.1
Fama potius quàm innocentia amittenda. 352.1
Fama nostra nobis curanda. 389.2
Fames Apostolorum. 308.1
Fames euersionis Hierosolymæ. 488.1

Familiaris, Farina.

Familiaris qualiter quis deo efficiatur. 6
Farina. 280.2

Fascis, Fasciculus.

Fasces alleuiare. 330.2
Fasciculi malorum. 279.1
Fasciculus myrrhæ. 392.1

Fatigatio, Fatuus.

Fatigatio Christi quid sit. 271.2
Meditatio de fatigatione Christi. 622.2
Fatui conatur duobus Dominis seruire. 176.1

Fauus.

Fauus mellis quid designat. 705.1

Febris, Febricitans.

Febris triplex. 200.1
Febris peccatorem significat. 274.2
Febrium species. Ibidem.
Febricitantium natura. 200.1

Feria.

Feria unde. 687.2
Feria quarta, ieiunio & abstinentijs celebranda. 565.2
Quare feria quarta passionis, & tribus sequentibus, initia & fines horarum omittimus. Ibidem.
Solennitas prisca quintæ feriæ. 726.2
Sextæ feriæ mysterium. 669.2
Sexta feria pro homine Christus mortuus est. 670.1
Sextæ feriæ insignia. 672.1

Fermentum.

Fermentum quid est. 280.2
Fermentum triplex. 387.1

Festuca.

Festucam uidere, & eijcere. 181.2

Festum.

Festa celebranda. 74.2
Festa secretè agenda. 351.2
Festa cordis septem. 353.1
Festa appetentes. 351.1
Festum diabolicum. Ibidem.
Festiuitates legales Iudæorum. 74.1
Festa Iudæorum tria, septem diebus durantia. 334.1.2
Christus cur ad diem festum sine fratribus ascendit. 351.2
Festorum legis celebrandorum modus. Ibidem.
Festa & solennitates Iudæorum uespere incipiebant. 567.1

Ficus, Ficulnea.

Ficus. 178.1
Ficus sterilis. 340.2
Ficulneæ parabola. Ibidem.
Cultores ficulneæ infructuosæ. Ibidem.
Ficulneæ maledictio, & eius causæ. 499.2
Ficulnea inter cæteras arbores æstatem propinquius denunciat. 540.1
Ficulnea religionem designat. 341.1
Ficulnea synagogam designat. 499.2

Fides.

Fides quid sit. 535.1
Articulorum fidei numerus. 730.1
Fidei argumentum. 216.2
Fidei efficacia. Ibidem.
Fidei uigor. 474.1
Fidei meritum. 708.2
Fides de trinitate quid conferat. 131.1
Fides famem non timet. 177.1
Fides in Christo omnia pericula uincit. 232.1
Fides in tentationibus probatur. 206
Fides ex se innititur diuinæ ueritati. 271.2
Fides importat debitum ordinem ad Deum. 521.2
Fides requiritur ad obtinendum Dei beneficiũ. 273.1
Salus corporalis, spiritualis & æterna, ex fide impetratur. 468.2
Fides cur grano sinapis comparatur. 402.1
Confessionis fidei triplex impedimentum. 395.1
Si fides deficit, oratio perit. 535.1
Accessus ad Christum per fidem. 696.1
Fides sine baptismo interdum saluat.
In fide, non in carne gloriandum. 86.1
Fidei contrarius est serpens. 183.2
Gradus in fide. 273.2
Fides in corde, est Christus in corde. 309.2
Fides aliena quantum ualet. 377.2
Fides sine operum sanctitate, nihil ualet. 188.2
Fides sine operibus non saluat. 511.1
Fides sine operibus mortua est. 702.2
Fides uera, operantis est. 709.1
Fides cum dilectione operatur. 530.1
Fidei Centurionis excellentia. 196.1
Fides turbæ. 292.1
Fides & deuotio mulieris. 325.2
Fides Cananeæ impetrauit, quod petiuit. 377.2
Fides apostolorum in Deum. 462.1
Fides boni latronis. 647.1
Fides in sola Maria remansit. 605.1. 678.1
Fides mulierum ementium aromata. 678.1
Fides Christi à gentibus recipienda, designabatur per Magos. 52.2
Fides gentium in Centurione præfigurata est. 199.2
Nulla gens fidei opinionem potest ignorare. 526.2
Aliqui manebunt in fide stabiles usque ad finem mundi. 540.2
Fides non deficiet usque ad consummationem seculi. 527

Fidelis, Fidelitas.

Fidelium uera humilitas quæ. 39.2
Status tres fidelium. 276.2
Fidelis, & infidelis, comparatio. 419.1
In rebus diuinis opus est fidelitate, & prudẽtia. 546.2

Fieri, Fiat.

Fieri, & esse triste, differunt. 167.1
Fiat, uerbum efficacissimum. 172.2
Fiat uoluntas, uox efficacissima. 597.2

Figura.

Figuræ natiuitatis Christi. 47.1
Figuræ trium regum. 55.2
Figura data est per Moysem, ueritas per Christũ. 92.1

Filius, Filiatio.

Filius quæ debet parentibus. 77.1
Filij patribus similes. 164.1
Filiatio uera, imitatio paternæ conditionis. 358.1
Filij Abrahæ qui dicuntur. 86.1
Filij Abrahæ de lapidibus suscitati. Ibidem.
Filij Israel per quadraginta duas mansiones, ad terram promissionis uenerunt. 35.1
Filij Israel conuertentur ad fidem circa finem mundi. 229.2
Filius reguli humanum genus significat. 273
Filius prodigus. 414.2

Filij reprobi.

Filij diaboli. 358.1
Filiatio diaboli, per uitium dicitur. 258.2
Filius huius mundi. 443.1
Filij lucis. Ibidem.
Filij seculi per coniecturas. 444.1

Filij dei.

Filij Dei, à filijs Diaboli discernuntur charitate. 582.1
Filiatio Dei quomodo accipienda. 358
Filij Dei, participatiuè. 371.1
Filioli Dei qui dicuntur. 432
Filios Dei fieri, quid sit. 90.1
Filium Dei se ostendit, qui domum Dei diligit. 75.2
Filios, & similes Dei fieri, summum premiũ est. 164.1

Filius in diuinis.

Filij & patris æterna distinctio. 1
Filij & patris consubstantialitas. 2
Filius Dei genitus, quid. 11.2
Filij generatio. Ibidem.
Filius quomodo est à patre, & in patre. Ibidem.
Filius solus incarnatus fuit. 27.1
Filius ancillæ Dominus. Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Filius Dei quomodo habet hominem, 90.1
Filius Dauid, Christus. 473.2
Filius Dei. Christus. 400.1
Cur Christus respondit se esse filium Dei. 609.2
Fimbria.
Fimbriæ Christi, secundum Iudæorum consuetudinem. 216.1
Fimbria uestimenti Christi. 304.1
Fimbriæ legis, sunt mandata. 518.2
Fimbria superstitio sorum. 519.1
Fimbriæ in pallijs Pharisæorum & Scribarum. 518.2
Intentio Pharisæorum in portandis fimbrijs, & phylacterijs. 519.1
Fimbriæ & phylacteria magis in corde, quàm in corpore portari debebantur. Ibidem.
Fingere, Fictio.
Fingendi, & simulandi ratio. 702.1
Fictio non est semper mendacium. Ibidem.
Finis.
Fines duos constituere licet. 176.1
Finis coronat. 228.2
Flagellatio.
Flagellatio Christi. 626.1.673.2
Flagellandi Christi intentio. 626.1
Meditatio circa Christi flagellationem. 626.2
Christi flagellationis figura. 627.1
Flagellantes iteratò Christum. 627.2
Flæus.
Flatus Christi, signum erat spiritus sancti. 706.2
Fleve, Fletus.
Fletus ghennæ. 196.2
Fletus, & stridor, septies dicuntur. 510.1
Flere debebat Hierusalem. 488
Fletus Christi. 453.1.489.1
Christus cur fleuit super Hierusalem. 488.1
Fletus Christi, quid designent. 489.1.2
Contemplatio super Christi fletu. 489.2
Christum in fletu imitari debemus. Ibidem.
Fletus Petri. 613.2
Fletus Petri efficacia. 614.1
Meditatio circa fletum Petri. Ibidem.
Flos.
Flori comparatur Christus. 16.1
Floris natura. Ibidem.
Flores superant alios colores. 177.1
Flumen, Fluxus.
Flumen est spiritus sanctus. 353.2
Iudæi singulis lunationibus fluxum sanguinis patiuntur. 625.2
Sanguinis fluxum Iudæi filijs suis reliquerunt. ibid.
Fœlix, Fœmina, Fœmorale, Fœnum.
Fœlix qui propter Dei filium patitur. 38.2
Fœlicissimus quis dicitur. 548.1
Fœmina mentem infirmam significat. 638.1
Christus fœmoralibus caruit in cruce. 592.2
Fœnum. 293.1
Christus factus fœnum cibus iumentorum. 43.1
Folium, Fons, Fores.
Folia ueritatis, quæ sint. 499.2
Fons & puteus. 268.2
Fons aquæ uiuæ. 270.2
Fons Mariæ.
Fores unde. 703.2
Fornicatio.
Fornicatio idolatria interdum dicitur. 358.1
Fortè aduerbium.
Fortè, dictum à domino. 249.2
Fortificatio, Fortitudo.
Fortificatio contra aduersa. 4
Fortitudo animę, cõsistit in occasionibus peccatorum. 432.1
Franciscus.
Franciscus semper se dicebat incipere seruire deo. 402.2
Frangere, Fractio.
Fractio panis in tres partes. 577.1
Quare Christus fregit panem, in corpus suum mutatum. Ibidem.
Quare frangimus speciem panis in cõsecratione. ibid.
Fractio post consecrationem. Ibidem.
Fractionum quatuor totidem sensus. 702.2
Frater.
Frater quomodo præueniendus. 405.2
Fratres pauperum, qui filij domini. 406.2
Fratres domini. 17.1.284.2.327.2.557.2
Frons.
Frons est sedes pudoris. 471.1
Fructus, Fruitio.
Fructus est floris effectus. 16.1
Fructus eleemosynæ auget merita. 175.1
Fructus cordis, oris, & operis. 188.2
Fructus operis est, Dominum in omnibus intueri. 6
Fructuum castitatis ordo. 277.1.2
Fructus mundi. 540.1
Fructus quinque Mariæ. 31.1
Fruitio diuinitatis in Petro. 399.1
Fugere Fuga.
Fugere non est semper imperfectionis. 229.1
Fugæ suasio à domino. Ibidem.
Fuga pastoris non mala. 366.2
Fugere à Christo. 605.1
Fuga Ioseph, Ioannis fugam figurauit. Ibidem.
Fuga domini in Aegyptum. 66.2
Fuga Christi in Aegyptum, quid significet. 67.2
Fugæ Christi in Aegyptum, labores & difficultates. 66.2
Contemplatio super labore fugæ domini. 67.2
Fuga Christi. 295.1.360.2
Contemplatio super fuga domini in montem. 295.2
Fuga Ioannis. 605.1
Fuga discipulorum. Ibidem.
Ex fuga Apostolorum documenta. Ibidem.
Fuga à facie Antichristi. 518.1
Fulgor, Fulgur.
Fulgor uultus Christi. 142.1
Fulguris casus. 251.2
Fundamentum, Funebris.
Fundamentum ecclesiæ. 390.2
Funebres pompæ. 668.2
Funiculus.
Funiculi peccatorum. 128.2
Funiculi quibus mali eijciuntur à templo. 492.2
Funiculus flagelli, triplex. 493.2
Fur, Furtum.
Fur quis dicitur. 365.2
Fur aliquando significat mortis diem. 545.1
Furtum quid sit. 604.1
Furta superiorum monasterij. 478.1
Gabatha.
GAbatha, quid. 632.2
Gabriel.
Gabriel, quid interpretetur. 28.2
Verba Gabrielis ad Ioachim. 762.1
Gabriel Annam tristem consolatur. Ibidem.
Gabriel qualiter Mariam inuenerit. 22.1

Virginis à Gabriele salutatio. 763.1
Galilæa, Galilæus.
Galilæa quid designat. 21.1
Galilæa pauper prouincia. 140.1
Galilæa duplex. 21.1
Galilæam gentium dedit Salomon Hiram regi Tyri. 134.1
In Galilæa gentes simul & Iudæi habitabant. Ibidem.
Galilæi à Pilato occisi. 339.2
Cur Christus in Galilæam præcesserit. 690.1
Quomodo in Galilæam Christus præcesserit. Ibidem.
Galilæa ubi Christus apparuit, quæ sit. 716.2
Galilæa Apostolorum patria fuit. 726.1
Gallus, Gallina, Gallicinium.
Galli cantus prædicationem signat. 614.2
Quare Christus seipsum gallinæ comparat. 524.1
Gallina inter cæteras aues magis ad pullorum suorum nutritionem afficitur. Ibidem.
Gallicinium. 302.2
Gastrimargia.
Gastrimargia, id est gulositas. 401.2
Gaudere, Gaudium.
Gaudere exterius non solum debemus, sed & interius. 19.2
Gaudendum unde sit, & unde non. 252.2
Gaudendum est in Christo Iesu. 6.2
Gaudium in natiuitate sancti Ioannis. 19.1
Gaudium in cœlo factum, super Christo nato. 44.2
Gaudium ex transfiguratione. 236
Gaudium pastoris, & Christi. 265.2
Gaudij Christi causæ. 266.1
Gaudium Angelorum. 413.1
Gaudium saluandorum. 553.1
Gaudium sanctorum, undique procedens. 754.2
Gaudij causæ. 706.2
Gaudium de alterius gaudio. 755.1
Gazophylacium.
Gazophylacium. 495.1
Gedeon, Gemitus.
Gedeonis uellus. 29.1
Repletio uelleris Gedeonis, quid significet. Ibidem.
Gemitus quadruplices. 63.2
Gemitus pœnitentiæ duplex. 99.1
Gemitus Christi. 379.2
Genealogia, Generatio.
Genealogia saluatoris. 34.2
Generationes ab Adam usque ad Christum. 420.1
Aeterna generatio filij à patre. 9.1
Generationem Christi cur Matthæus descendendo narrat. 34.2
Cur Lucas generationem Christi ascendendo texit. Ibidem.
Differentia inter descriptionem generationis Christi à Matthæo, & Luca. Ibidem.
Generatio Christi p tres quaterdenas describitur. 35.1
Generatio Christi spiritualis. Ibidem.
Generatio Christi in cõsummatione pœnitentiæ. Ibid.
Generatio Domini ab omni statu accepit testimonium. 60.2
Genezar.
Genezar, quid dicitur. 137.2
Genu.
Genua flectenda sunt dum dicitur, Et uerbum caro factum est. 91.2
Genua non flectimus pro Iudæis. 629.1
Flexio genuum, pœnitentiæ est indicium. 718
Gentes, Gentiles.
Gentium fides. 143.2
Gentium sollicitudo. 177.2
Omnes gentes inexcusabiles sunt. 556.2
Gentium imitatores. 579.2
Gentes peregrinæ erant à lege, & prophetis. 616
Gentiles quomodo sint filij Abrahæ. 86.1
Gentilium transgressio. 258
Gentilium confessio Iudæis mutis. 487.1
Gentiles cur lapides dicuntur. Ibidem.
Gentiles ante passionem reuerentiam templo deferebant. 500.1
Gentiles conuersi ad fidem, Iudæi dicuntur. 642.2
Gentilium confessio. 660.1
Genus humanum.
Genus humanum perpetuo mãcipabatur carceri. 12.1
Generis humani creandi causæ. ibidem.
Generi humani ægritudines. 378.2
Gerasa, Gerasenus.
Gerasa ciuitas est Arabiæ. 210.1
Gerasenorum fides. 304.1
Gestus, Gesta.
Gestus & conditiones Christi. 6.2
Gesta Christi non possunt plenè explicari aut elucidari. 729.1.2
Gethsemani.
Gethsemani campus. 587.2
Gethsemani, interpretatur uallis pinguedinis. 588.1
Gladius.
Gladium mittit dominus. 235.1
Non licet uiris Apostolicis uti gladio materiali. 603.1
Gladius uersatilis, in morte Christi remotus. 658.1
Gloria, Gloriari.
Gloria uitanda. 153.1.219.1.339.1
Gloriæ superandæ uia. 165.2
Gloriæ uitandæ difficultas. 381.1
Gloria fugientem sequitur. Ibidem.
Gloriam non quærenti damus. Ibidem.
Gloriam cupere. Ibidem.
Amissio gloriæ multo amarior est gehennæ supplicio. 754.2
Gloriam fugit dominus gloriæ. 351.2
Gloriam suam non quæsiuit Christus. 359.2
Glorificatio Christi. 399.2
Gloria dei. 44.1
Gloria bona, & mala. 330.2
Gloria militum. 290.2
Soli comparatur gloria iustorum. 279.1
Gloriam cœlestẽ docet nos Christus acquirere. 346.2
Gloria cœlestis tanto maior dabitur, quanto opera erunt maiora. 533.1
Gloriæ cœlestis præeminentia. 739.1
Glorioſius est iniuriam tacendo fugere, quam respondendo superare. 361.1
Gloria Dei, non hominum, quærenda. 219.1
Gloriandum in cruce domini. 393.1
Gloriam deo dare. 460.2
Gloria uana.
Gloria uana. 132.1
Gloriæ inanis malum. 165.2.339.1.381.1
Gloriam deo auferunt uane gloriantes. 194.1
Inanis gloriæ proprium. 350.2
Vana gloria facit à deo recedere. 518.1
Vana gloria aufert mercedem, & infert pœnam. 518.2
Quod bonum est, diabolus per inanem gloriam facit malum. ibidem.
A cupidis uanæ gloriæ duplici ratione attendendum. 519.1
Vana gloria Scribarum. 518.1
Gloria temporalis à Iudæis expectata. 339.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gloria mundi. 114.1
Gloria mundi perdit mercedem. 388.1
Gloria mundi nihil est. 360.1
Gloriandum non est in uirtutibus parentum, uel nostris. 36.2
Contra eos qui de parentibus gloriantur. 90.2
Frustra gloriantur filij Augustini, qui eius opera non imitantur. 358.1

Golgotha.

Golgotha, locus crucifixionis, ubi fabricata fuit ecclesia. 639.1

Grabbathum, Gradus.

Grabbathum literaliter, & moraliter, quid sit. 335.2
Gradus ad pacem quatuor. 160.2
Gradus nouem ad perfectionem. 263.2
Gradus perfectionis. 279.1.2
Gradus in cognoscendo. 270.2
Gradus sunt, & in gaudijs, & in tormentis. 554.2

Granum.

Granum sinapis. 402.1
Granum frumenti. 500.1

Gratia.

Gratia unde dicta. 92.1
Gratia triplex. 398.1
Gratiam lachrymarum deus sibi adhærentibus confert. 2
Gratia Dei per natiuitatem Christi aucta, non cœpta. 12.2
Gratia reperitur humilitate mediante. 23.2
Inuenire gratiam, & acquirere, differunt. Ibidem.
Gratiam accipere, & dare. 92.1
Gratia attribuitur spiritui sancto. 25.1
Deus dat gratiam pro gratia. 92.1
Per gratiam bene operando, meremur perseuerantiá in bono. 23.2
Gratia charitatis perfecta. 219.1
Gratia dilata dulcior. 308.2
Gratia dei opus est nobis. 382.2
Tria tempora gratiæ. Ibidem.
Gratia quibus impartitur. 384.1
Ad gratiam promerendam, & retinendam, timor requiritur. 402.2
Gratia Christi etiam per indignos operatur. 407.2
Gratia uolentibus non negatur. 426.2
Gratia dei, spes est electis. 529.1
Augetur gratia ei, qui laborat in ea. 406.2
Deus exigit à nobis gratiã cũ usura quadruplici. 406.1
Gratiam inuenit Maria. 23.2
Gratia à Maria petenda. Ibidem.
Gratiam nulli denegat Maria. Ibidem.

Gratias agere, & referre.

Gratiæ deo pro nostra reparatione agendæ. 1.2
Gratiarum actio, pro passionibus beneficio. 676.1. & sequentibus.
Mensæ principio gratiæ agendæ sunt. 292.1
Gratiæ post cibum agendæ. 587.1
Grates sunt agendæ debitoribus. 171.1
Gratias cur egit dominus. 577.1
Gratiam referendi conditiones. 461.1

Gratis dare.

Gratis date, quomodo exponitur. 220.2

Grauare, Grauedo, Grauitas.

Grauantes subditos sine magna necessitate, abuntur sua potestate. 528
Grauedinem non sensit Maria. 30.1
Grauitas peccati prædicatorem repudiantis. 225.1

Grex.

Gregis cognitio, signum primũ boni pastoris. 367.2

Guillermus.

Guillermi Parisiensis quæstio. 299.1

Gula, Gulosus.

Gulæ mala. 110.1
Gulæ refrenatio. 112.1
Gulæ deuictæ figura. 115.1
Gulæ consuetudo. 298.1
Gula clericorum. 301.2
Gulosi detestatio. 448.1
Contra gulosus. 655.1

Gustare.

Gustare quid. 448.1
Gustatio mortis. 396.2

Gutta.

Gutta fontis uiui. 270.2
Gutta designat humilitatem. 685.1

Habere.

Habenti dabitur. 553.2

Habitatio, Habitaculum.

Habitatio Mariæ, & discipulorum. 721.2
Habitatio Mariæ post Christi ascensionem. 743.2
Habitationes Christi. 204.2
Habitaculum Christi explicari non potest. 120.2

Habitus.

Habitus Iudaicus Christo fuit. 269.1
Habitus uitiosi inclinant ad malum. 325.1
Vterque Christi habitus, electorum multitudinem designat. 631.1

Hæreditas.

Hæreditas trãsit ad hæredes cũ honore, & onere. 702.1
Hæreditatis acquisitio. 136.1

Hæresis, Hereticus.

Hæresis circa charitatem.
In unaquaque hæresi diabolus se asserit Christũ. 525.2
Hæreses & flagitia, dicuntur abominatio desolationis. 674
Hæreticorum fructus. 87.1
Hæretici, schismatici, & excommunicati, sunt extra brachia ecclesiæ. 64.1

Hamus, Haurire.

Hamus in cibis, & uestibus superfluis. 300.1
Tres robusti haurientes aquam de cisterna pro Dauid, tres magos figurarunt. 55.2

Hebdomada, Hebdomadarius.

Dies hebdomadæ, uocantur feriæ. 687.2
Hebdomadarij honesta conuersatio unde orta. 20.1

Helias.

Helias. 398.2
Helias à Iudæis pulsus. 285.2
Heliæ oratione clausum est cœlum. Ibidem.
Helias zelo Dei accensus prophetas Baal occidit.
Helias Christum figurauit in uita, & trãslatione. 729.1
Heliam uocare Christum dicentes. 653.1
Heliæ, & Enoch cædes. 750.1
Heliæ expectatio. 93.2
Heliæ & Enoch aduentus in terram. 749.2
Helias & Enoch adhuc uiuunt. 749.2
Heliæ spiritu usus est Ioannes. 19.2
Heliæ similitudo in Ioanne. 247.1

Heliopolis.

Heliopolis. 70.2

Helisæus.

Helisæus quomodo Eliam fuerit secutus. 205.1
Helisæi derisio. 285.2
Fons Helisæi iuxta Hierico. 468.1

Heraclius.

Heraclius Hierusalem ingrediens. 483.2

Herba.

Herbæ uirtus sub statua. 216.2

Herodes.

Herodes Idumæus. 18.1
Herodis timor. 52.2
Herodes quare uoluit Christi natiuitatem inquirere. 53.1
Herodis falsa promissio. Ibidem.
Herodes Tharsensium naues combusit. 68.1
Herodes cogitans de occisione puerorum, uocatur à Cæsare. Ibidem.
Herodes sæuit in pueros. Ibidem.
Herodes à Roma Hierosolymam reuersus, iussit omnes pueros Bethlehem occidi. Ibidem.
Herodis crudele præceptum. 71.1
Herodis testamentum, & filij. 72.2
Mors Herodis primi. 71.1
Herodis imitatores qui. 69.1
Herodes proselitus. 132.2
Herodis simulatio. 133.1
Iuratio Herodis. 287.1
Herodes famam de Christo audiuit. 304.2
Herodes curiosos significat. Ibidem.
Herodes cur uulpi comparatur. Ibidem.
Herodes prædicabatur esse Messias. 387.1
Herodes Iudæus natu erat. 610.1
Christus ad Herodem missus. Ibidem.
Christus cur Herodis tyrannidem declinauit. 291.1
Herodis de Christo opinio. 620.2
Christus ab Herode despectus. 621.1
Documentũ ex despectione Christi ab Herode. Ibid.
Remissio Christi ab Herode ad Pilatum. 622.1
Herodes in mortem Christi consensit. Ibidem.
Fœdus Herodis, & Pilati, quid designarit. 622.2
Inimicitiæ Herodis, & Pilati causa. 622.1
Documentum ex fœdere Herodis, & Pilati. 622.2
Meditatio circa fœdus Herodis & Pilati. Ibidem.
Herodis exilium. 673.1

Herodiani, Herodias.

Herodiani superbos significant. 314.1
Herodiani qui dicantur. Ibidem.
Herodias Ioanni insidiabatur. 133.1
Herodias Ioanni inuidet. 287.1
Herodiadis luxuriam significat. Ibidem.

Heu, Hic.

Heu quid. 297.1
Hic, & hinc, in quo differunt. 619.2

Hieremias.

Hieremias prophetauerat Aegyptijs sua idola lapsura, uirgine cum filio ingrediente Aegyptum. 69.2
Hieremiæ flagellatio, Christi flagellationis figura fuit. 627.1

Hierico.

Hierico urbs. 468.1
Hierico interpretatur luna. 257.1

Hieronymus.

Hieronymus Bethlehem prælegit. 46.2

Hierosolyma, Hierusalem.

Hierosolymam Iesus bis ascendit. 128.1
Euersio Hierosolymæ. 488.1
Hierosolymitæ ruina occisi. 340.1
Hierusalem situs. 639.1
Hierusalem in tribu Beniamin erat. 30.1
Hierusalem primò dicta Salem. 132.1
Hierusalem cur dicitur ciuitas sancta. 698.2
Hierusalem, capitur pro incolis eius. 523.2
Christi delatio in Hierusalem, & in Aegyptum. 63.2
Quare Christus uocem Hierusalem geminat. 524.1
Hierusalem in mẽse Augusto bis destructa fuit. 488.1
Hierusalem à Deo, angelis, sanctis, sanctitate atque uirtutibus deserta. 524.2

Hilarius, Hiſtoria.

Hilarius creditur perfecisse, Gloria in excelsis Deo. 44.2
Historiæ scribendæ mos. 715.2

Hoc, pronomen.

Hoc, quid demonstrat. 577.1

Hodie.

Hodie, quomodo intelligitur, cum dicitur: Ego hodie genui te. 10.1

Hædus.

Hœdi reprobos designant. 556.2

Homicida.

Homicida, animarum occisor est. 358.1

Homo.

Homo quid sit. 110.2
Homo quid sit in persona. 90.2
Homo quid sit in natura. Ibidem.
Homo quantus sit in statura spirituali. Ibidem.
Homo qualis sit in forma morum. Ibidem.
Officium hominis. 740.1
Homo homini societatem & pietatem debet. 180.1
Homini magis quàm animali, subueniendũ est. 312.2
Homo Deo placeat. 343.2
Homines propter tria conueniunt in unum. 519.1
Hominis præstantia. 211.1
Homo quare ad similitudinẽ Dei creatus fuerit. 13.2
Homo creatus est ad complementum decimi numeri cum angelis. 413.2
Homo approximat Deo, diuertendo à malo, & faciendo bonum. 528.2
Homo omnis creatura. 722.1
Homo similitudinem cum Deo habet, & cum brutis. 340.1
Hominis & bestiarum figura diuersa. 342.1
Hominis statura cur recta est. 342.2
Homo microcosmus. 722.1
Homo arboribus comparatur. 540.1
Homines per spicas denotantur. 309.1
Ex interiori homine procedit exterior effectus. 188.1
Homines gratiæ qui sunt. 234.2
Hominum status uarij, & uaria genera. 156.1
Tres hominum status. 550.1
Hominũ genera tria, in utroque sexu cõmendata. 61.2
Homo Deo comparatus, nihil est nisi puluis. 95.2
Homines quantum Deo sint contrarij. 212.2
Homo malitiam habet serpentis, sed nõ timorẽ. 27.2
Homo malus, peior est quàm diabolus. Ibidem.
Homo malus, pessimum malum, & bestia peior. Ibid.
Homo omnia habet mala, bestiæ unum. Ibidem.
Homo malus arma diaboli. Ibidem.
Homo horribilis grauissimum pondus. Ibidem.
Homines pauci tanta concordiam habent in bono, quantum dæmones in malo. 317.1
Homo curuus. 342.1
Homines ex Adam cæcinati sunt. 356.2
Hominis primi, seu Adæ, iactura & amissio triplex. 393.2
Homo p se ruere potest, sed nõ resurgere potest. 421.2
Homo propter peccatum fletibus indiget. 453.2
Gradus singulos hominum Christus honorare uoluit. 123.2

Honor, Honorari.

Honorum pericula. 296.1
Honores incendij materia. 299.2
Honor soli uirtuti debetur. 346.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Honores & diuitias in hominibus ueneramur, non naturam. 273.1
Honor hîc in teſtimonium uirtutis, in cœlo in præmiũ exhibetur uirtutis. 501.2
Ad honorem acquirendum requiſita. 346.1
Honorantur, qui pro Chriſto iniuriantur. 364
Chriſtus in ſacerdotibus honoratur, uel contemnitur. 240.2
Honoratio parentum. 375.1
Honorari debent quos Deus honorat.
Honores eccleſiæ quomodo diſpenſandi. 465.2
Omnes de ſuo honore ſoliciti ſunt, de honore autem Dei nulli. 522.1
Chriſtus ante paſsionis imminentiam ſemper renuit honorem. 487.1
Honorem cur moriturus ſuſceperit Chriſtus. 487.2
Honor Chriſto exhibitus, non repreſsit iuſtitiã. 494.1
Hora.
Hora Chriſti. 124.2
Hora ſexta, fatigatio Chriſti. 268.2
Hora ſexta quid ſit paſſus Chriſtus. 638.2
Hora ueſpertina agno paſchali apta. 567.1
Hora reſurrectionis dominicæ. 681.1
Horæ ultimæ incertitudo. 545.2
Horæ ſeptem, quid deſignent. 274.1
Hordeum, Horreum.
Hordeaceus panis. 292.2
Horrea dilatare uolens. 332.2
Hortus, Hortulanus.
Hortus concluſus, & fons ſignatus. 15.1
Hortus penſilis. Ibidem.
Hortulanus eſt Chriſtus. 693.2
Hoſpes, Hoſpitalis.
Hoſpes eligendus. 224.1
Hoſpitij non mutandi rationes. 224.2
Hoſpitalis in diuites, intentio attendenda. 347.1
Hoſpitalitatis conditiones. 201.2
Hoſtia, Hoſtis.
Leuatio hoſtiæ.
Eleuatio hoſtiæ, ſignificat Chriſti Iudæis à Pilato oſtẽſionem. 631.1
Hoſtis triplex eccleſiam Dei impugnat. 152.1
Hoſtes duo. 227.1
Quare Chriſtus hoſtes ſuos proſtrauit. 601.1
Humanitas Chriſti.
Humanitas Chriſti, erat inſtrumentum diuinitatis miracula facientis.
Humanitas Chriſti non eſt creaturis cõparanda. 245.2
Humerus.
Humeri Chriſti. 413.1
Humilis, Humilitas.
Humiles unde dicti. 346.2
Humilitas triplex. 519.2
Humilitas meritoria conſiſtit in tribus. 345.2
Humilitas ſemper familiaris eſt diuinæ gratiæ. 26.2
Humilitatis exemplum. 32.2
Humilitatis laus. 36.2.42.2
Humilitas eſt mater bonorum. 36.2
Humilitas eſt decor animæ. 428.1
Humilitas eſt uia ueniendi ad nuptias. 345.1
Humilitatis uirtutes. 54.2.266.2.351.2
Humilitatis indicia. 56.2.79.2.80.2.496.1
Humilitatis perfectæ ornamenta. 66.2
Humilitatis documenta. 77.1
Humilitatis exercitium. 80.1
Humilitas unde naſcitur. 355.1
Humilitatis cuſtodiendæ doctrina. 217.1
Humilitatis præmia, & fructus. 346.2
Humilium dignitas. 428.2
Humilitatis effectus. 685.1
Humilitatis potentia. 469.2
Humilitatis utilitas ad multa. 702.2
Humilis uerus, de laudibus & honoribus erubeſcit. 22.2
Humilis uerus uilis uult reputari. 79.2
Humilitas quomodo acquiritur. Ibidem.
Humilitati contraria. 81.2
Humilitas acquirit, & conſeruat, gratiam. 80.2
Humilem facit ſeipſum inſpicere. 81.2
Humilem hominem duo reddunt. 82.1
Humilitas contra elationem inducitur. 96.1
Humilitas omni iuſto neceſſaria. 104.2
Humilitas cum obedientia eſt uera. 105.1
Humilitate, non potentia, uincitur diabolus. 115.2
Humilis conſequitur facile alias uirtutes. 151.2
Humilitas præ cæteris ampiexanda. 339.1
Chriſtus operibus humilitatis pauperes habuit ſocios 351.2
Humilitatem Chriſtus docet diſcipulos. 466.2
Humilitas etiam in exterioribus habenda. 483.2
Humilior inter ſapientes, ſapientior eſt. 497.1
Humilitas poſt mortem non deficiet. 557.1
Sine humilitatis fundamento, fruſtra fit aliarum uirtutum ædificium. 550.1
Nulli uirtuti ſine humilitate fidendum. Ibidem.
Humiliari, Humiliatio.
Qui humiliari non poteſt, ad humilitatem peruenire non poteſt. 80.1
Humiliationis utilitates. 345.1
Humiliatio multiplex. 80.1
Humiliatio ſine humilitate inutilis eſt. Ibidem.
Humiliandi ſui cauſa. 346.1
Humilians ſe ut in eccleſia exaltetur, peccat. 346.2
Humiliandi forma. 740.2
Humilitas Chriſti, Mariæ, & Cananææ.
Humilitas Chriſti. 107.1.192.2.483.2.622.2
Humilitatis Chriſti incrementa. 63.2
Humilitatis Chriſti commendatio. 79.1
Humilitas Chriſti imitanda. 478.2
Humilitas Dei, inſtrumentum eſt redemptionis noſtræ. 254.2
Humilitas Mariæ plus Deo placuit, quàm eius uirginitas. 26.2
Humilitas Cananææ ex tribus. 377.1
Hyacinthus.
Hyacinthus, eſt coloris cœleſtis. 518.2
Hydria, Hydropiſis, Hydropicus.
Hydriæ, ſex quid deſignent. 525.1
Hydriæ dimiſſio. 270.2
Hydropiſis quid deſignat. 345.1
Hydropici curatio. 344.2
Hydropici proprietates ſeptem, peccata totidem ſignificantes. Ibidem.
Hymnus.
Hymnus dicendus. 587.1
Hypocriſis, Hypocrita.
Hypocriſis in quo conſiſtat. 167.1
Hypocritarum actus. 188.1
Hypocritæ ſanctitatem ſimulant. 188.2
Hypocritarum fructus. 87.1
Hypocritæ, detractores. 511.2
Hypocritarum conditiones. 53.1
Hypocritæ nolunt eſſe quod uolunt apparere. 167.1
Hypocrita de falſa iuſtitia præſumit. 261.1
Hypocrita aliud eſt, aliud oſtendit. 547.2

Hypocri-

Hypocritarum mores. 330.1
Hypocritas, Phariſæos Dominus appellat. 342.2
Hypocritas cur Phariſæos Chriſtus uocauerit. 512.1
Dupliciter damnantur hypocritæ. 521.1
Hypocritarum laus. 167.1
Hypocritæ per Bel deſignantur. 522.2
Iacere, Iaculum.
Iacere moraliter, quid ſit. 197.1
Iacula præuiſa minus feriunt. 529.2
Iacob.
Iacob quid interpretetur. 24.2
Iacob filij fuerunt omnes electi. ibidem.
Iacobus, Iacobita.
Iacobus quid interpretatur. 398.1
Iacobus quare dictus ſit frater Domini. 17.1
Iacobi minoris pœnitentia, & ſanctitas. 102.1
Iacobi minoris ad Chriſtum ſimilitudo. 600.2
Iacobus minor uouerat ſe non comeſturum, donec Chriſtus reſurgeret. 699.2
Iacobo minori Chriſtus apparuit. ibidem.
Iacobitæ Samaritani odio habiti. 269.1
Iactantia.
Iactantia in ſordidis. 167.1
Iactantia uitanda. 219.2
Ianua, Ianitor.
Ianua triplex. 551.2
Chriſtus clauſis ianuis congruè uenit. 703.2
Ianitor uigilare debet. 555.1
Iaſpis.
Iaſpis. 434.1
Idolum.
Idolorum origo. 316.1
Idolorum caſus. 69.2
Idola penitus conterentur. ibidem.
Ieiunium.
Ieiunium multiplex. 144.1
Ieiunandi tempus. 109.2
Ieiunij laus. 110.1
Ieiunium, eſt abſtinentia rei malæ. 109.2
Ieiunia quatuor temporum, cur inſtituta. 111.1
Ieiunium aſsiduum naturaliter facit eſſe triſtem. 167.1
Non ieiunans peior eſt hypocrita ieiunante. ibidem.
Ieiunij fructus. 167.2
Ieiunia diabolica. 321.2
Ieiunium perfectum. 403.1
Ieiunium Phariſæorum. 143.2
Ieiunium Apoſtolorum. 144.1
Ieiunium hypocritarum. 167.1
Ieiunium bonorum. ibidem.
Ieiunauit Dominus noctibus. 109.2
Chriſtus cur ieiunauit. ibidem.
Chriſtus cur poſt ieiunium eſurivit. 111.2
Ieiunij Chriſti, ad Heliæ & Moyſi comparatio. ibidem.
Chriſtus in ieiunio, & tentationis uictoria, eſt imitandus. 116.1
Iepte.
Iepte filia. 15.1
Ieſus.
Ieſus quid interpretetur. 24.1.48.2.59.2.568.2
Ieſu nomen, eſt nomen proprium, & gloriæ. 34.2
Impoſitio nominis Ieſu. 48.1
Ieſu nominis laudes, & dignitates. 48.2
Nominis Ieſu efficacia. ibidem.
Nominis Ieſu, & olei ſimilitudo. 750.2
Nomlnis Ieſu proprietates. ibidem.
Ieſu flos dicitur. 21.1
Ieſus uenit poſt Ioannem quinque modis. 95.2
Ieſus quærendus eſt. 77.1
Ieſus propter ſe quærendus. 305.2
Ieſus ſu ſcipere uolenti, quatuor ſunt neceſſaria. 704.1
Ieſus amanti præſtat omnia dulcia. 750.2
Ignis.
Ignis multipliciter ſeruatur, ſic gratia. 80.1
Ignis effectus. 734.2
Ignis gehennæ. 196.2
Ignis in terra miſſus. 234.2
Ignis, Spiritus ſancti feruor dicitur. ibidem.
Ignis conflagrationis quatuor officia. 750.1
Ignis præcedet, concomitabitur, & ſequetur iuditiũ. 752.2
Ignorantia.
Ignorantia non excuſans. 298.1
Ignorantia diminuit de peccato. 549.1
Ignorantia ueritatis, non eſt excuſatio damnationis. ibidem.
Pauci per ignorantiam excuſantur. 549.2
Ignoſcere.
Ignoſcendi neceſsitas oſtenditur. 173.2
Ignoſce libenter. 420.1
Ignoſcere prodeſt. 423.2
Illudere, Illuſio.
Deus interdum permittit homines cadere in falſas illuſiones. 531.2
Documentum non frangendi illuſionibus. 646.2
Tres illuſiones animæ. 628.2
Illuſiones multæ in Chriſtum. 612.2
Figura illuſionis Chriſti. ibidem.
Tria inſtrumenta illuſionis Chriſto data. 613.1
Myſteria illuſionum Chriſti. 630.2
Illudentium Chriſtum in cruce differentiæ quatuor. 645.2
Illuminari, Illuminatio.
Illuminari nolentes. 91.1
Illuminationi neceſſaria. 363.2
Imago.
Imaginem Chriſti per peccatum fœdamus. 5
Imago, & ſimilitudo Dei in anima imprimitur. 414.1
Imago Dei alia eſt, alia mundi. 512.2
Imago cuius ſit quomodo agnoſcitur. ibidem.
Dignior eſt imago, quàm ſimilitudo. 740.1
Imitari, Imitatio.
Chriſtus quomodo imitandus. 5
Chriſtus triplici uia imitandus. 394.2
Vitam Chriſti imitantium utilitas. 5
Imitatio Chriſti, hominis eſt perfectio. 230.1
Perfectus Chriſti imitator quid relinquere debeat. 394.2
Chriſtum imitari in geſtis ſuæ paſsionis. 562.1
Immiſſio.
Immiſsio quid ſit. 375.1
Impatientia, Impedimentum.
Impatientia fugienda. 39.2
Impatiens animam ſuam non poſsidet. 526.1
Contra impatientiam medicina. 571.1
Impedimentum ad ſalutem nullum. 462.1
Imperare, Imperfectus, Impetus.
Imperare ſibi.
Imperfectum quiſque magis, quàm perfectum ſe exiſtimare debet. 402
Impetus aduerſarij noſtri. 232.1
Impius, Impœnitentia.
Domus impij. 190.1
Impœnitentia. 319.1
Incarnatio.
Incarnationis Chriſti dilatio. 12.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incarnatio filij Dei. 27.1
Tria mirabilia fecit Dominus in incarnatione. ibidem.
Incarnationis Christi modus. 28.1
Incarnationis Dominicæ solennitas. 29.1
Incarnationis filij opus cur Spirituisancto attribuitur. 26.2
Tota trinitas nouo modo Christi incarnationi interfuit. 26.2
Exultatio in incarnatione Christi, magis quàm in eius diuinitate. 730.1

Incensum.

Incensum soli summo sacerdoti quomodo licitum erat. 18.1

Inconsutilis, Incredulitas.

Inconsutile quid sit. 18.1
Incredulitas discipulorum. 208.2

Indigere, Indigentia.

Indigenti denegare. 162.1
Sanitatis mater indigentia. 309.2
Indigentes soli eleemosynam recipiant. 444.2

Indignus, Indignitas, Indignatio.

Indignos se reputantes, digniores reputati sunt. 36.2
Indignitas peccatoris. 415.2
Indignatio senioris. 417.1
Indignatio discipulorum. 466.2

Indulgentia, Induratio.

Indulgentia nimia uituperanda. 257.2
Induratio nostra. 290.1

Infans, Infantia.

Infantia Christi cæteras detestatur. 42.1
Christus amat infantiam. 406.1
Infantes & lactentes. 494.2

Infernus.

Infernus dupliciter sumitur. 679.1
Infernus pœnarum quadruplex. ibidem.
Pœna inferni diuersa erit. 753.2
In inferno est reditio sine acquisitione. 423.2
Pœna inferni, per fletum & stridorem dentium designatur. 554.1
Mansiones in inferno diuersæ. 757.1
Infernus contentiosis relinquitur. 149.1
Descensus Christi ad inferos. 679.1

Infidelis, Infimus.

Infideles sunt mortui. 205.1
Infideles quomodo confundendi. 269.2
Quare Christus infima elegit. 42.2

Infirmus, Infirmitas.

Infirmi cur ad Christum uesperi adducti. 200.2
Infirmis conuenit licentia fugiendi. 228.2
Cur unicus infirmus iuxta piscinam sanatus est. 335.1.336.2
Comparatio infirmi, ad prædestinatũ uel reprobum. 560.1
Infirmitates sæpe accidunt propter peccata. 214.2
Infirmitates contingunt quintupliciter. ibidem.
Tres sunt causæ infirmitatis spiritualis. 274.2
Infirmitas propria magis, quàm stellarum constellationes scrutanda. 306.2
Infirmitas humana diu tribulationem sustinere non potest. 529.1
Infirmitas humanæ naturæ per Christum sanata. 666.2
Infirmitas hominis in omnibus membris. ibidem.

Infœlix, Infœlicitas.

Infœlix est, cui nihil contigit aduersi. 449.1
Infœlicitas huius uitæ, fœlicem facit. 449.2
Infœlicitate peccantium nihil est utilius. 261.2

Ingratus, Ingratitudo.

Ingrati Deo. 460.1
Ingratitudine grauantia tria. 249.2
Ingratitudo graue uitium est. 422.2. 460.1. 461.1

Inhæsio.

Inhæsio, & fruitio. 755.2

Inimicus, Inimicitiæ.

Diligere inimicum, non est præcepti, sed perfectionis. 203.1
Inimici quomodo sunt diligendi. ibidem.
Possibilitatis amandi inimici, exemplum est Christus. 165.1
Inimicus homo, dicitur diabolus. 278.2
Inimicus manifestus melior est, quàm amicus fictus. 602.1
Inimicitiarum radices. 156.2
Inimicitiarum inter Herodem, & Pilatum causa. 340.1
Iniqui pontifices iniquè iudicant. 606.1
Ex abundantia iniquitatis, oritur tepiditas charitatis. 526.2

Initiatio.

Initiatio Christi in triplici uia. 394.2

Iniuria, Iniuriari.

Iniuriæ communes. 156.1
Iniuriarum duo sunt genera. 261.2
Iniuriæ genus nullum prætermissum in Euangelio. ibidem.
Iniuria triplex. 263.2
Remedium contra triplicem iniuriam. ibidem.
Iniuria fœlix. 227.2
Fœlix est iniuria, cùm Deus est in causa. 526.1
Non est tristandum iniuriari à malis. ibidem.
Iniurioſi diabolum intraneum foras depromunt. 321.2
Iniurię à diabolo procedunt. 667.2
Iniuria propria toleranda, sed non diuina. 114.1
In omni iniuria Dominus docet esse patientissimum. 162.1
Iniuriæ tolerandæ. 359.2
Iniuriæ sunt gratis condonandæ. 420.1
Iniuriatus debet reconciliationem quærere. 420.2
Iniuriam patienti inferens, obsequium præstat. 423.2
Iniuria non sit magnanimo. ibidem.
Iniuria summa. 464.1
Iniuriam facit Deo, qui aliquid ei adæquat. 515.2
Iniuriæ hominum nullum faciunt damnum, sed patiẽtiæ lucrum. 526.1
Iniurias aliquando licet increpare. 608.1
Aliquando etiam iniurias facto licet repellere. ibidem.
Iniuriæ non sunt Christianorum. 667.2

Iniustitia.

Iniustitiæ mala. 330.2

Innocens, Innocentia.

Innocentia, & perfectio, quas quisque debet habere. 533.2
Innocentum mors. 68.1
Temporis occisionis innocentium opiniones. ibidem.
Innocentes habendi sunt martyres. 69.1
Innocentium præconia. 68.2
Innocentium pro Christo occisio. 70.1
Innocentia Christi. 623.2

Innouatio, Inobedientia.

Innouatio dictorum. 753.1
Inobedientiæ mala. 257

Insigne, Intempestum.

Insignia Christi præcipuè memoranda. 674.2
Insignia regalia Christi. 582.1
Insignia militum Christi. 302.2
Intempestum.

Intentio, Interrogatio.

Intentio peruersa corrumpit omnia bona. 175.2
Intentio cordis, lumen est animæ. Ibidem.
Intentio consideranda est. 271.1
Intentio debita. 453.1
Interrogatio Christi. 468.2
Interrogandi causæ in Christo.

Intrare, Introduci, Intueri.

Intrare per ostium. 365.1
Intrans per os non coinquinat. 374.1
Triplex introductio Christi in mundum. 733.1
Christi intuitus. 614.1

Inuenire, Inuerecundus.

Inuenire Christum uolentibus necessaria. 45.1
Inuerecundi dicuntur inemendabiles. 20.1

Inuidia.

Inuidiæ mos. 316.1
Inuidia cæteris peccatis deterior. 337.1
Inuidiæ uenena possunt superari, sed difficilè quiescere possunt. 516.2
Iudæi primò Christi fidem habuerunt, quam per inuidiam cæcati perdiderunt. 520.2
Inuidia Pharisæorũ in Christum, excæcauit eos. 319.2

Inuitus.

Inuitum non vult Dominus. 393.2

Ioachim.

Ioachim eleemosynæ. 14.1
Ioachim oblatio ab Isachar sacerdote spernitur. ibid.
Oratio Ioachim ad Deum. 762.1
Ioachim, & Anna in porta aurea conuenerunt. ibid.
Ioachim obitus. 763.1
Carmen de diuo Ioachim. 765.1
Festum sancti Ioachim est decima septima die Septembris. 765.2

Ioanna.

Ioanna quid interpretetur. 121.2

Ioannes Baptista.

Ioannes quid interpretetur. 19.1
Ioannis Baptistæ conceptio, & natiuitas. 18.20.1
Ioannes quid in nobis significet. 19.1
Ioannis Baptistæ magnitudo. 89.2
Ioannes, an maior fuerit cæteris omnibus. 245.2
Ioannes cur putabatur Christus. 92.2
Ioannes plusquàm propheta. 244.2
Angelus uitam Ioannis Baptistæ prænunciauit. 19.2
Ioannes Heliæ spiritu usus est. ibidem.
Ioannes Baptista repletur Spiritusancto. 30.2
Ioannes Baptista nondum natus prophetabat. 31.1
Ioannes tribus de causis fuit Ioanni Baptistæ propriũ. 332
Ioannes in desertis à septimo anno ætatis suæ habitauit. 34.1
Ioannis Baptistæ pœnitentiæ locus. 71.2
Cur Ioannes Baptista fugit mundum. ibidem.
Ioannis Baptistæ laus. 71.2.84.1.243.2.244.2
Ioannes Baptista monachorum princeps. 72.1
Vox Ioannis in deserto proclamat pœnitentiã. 84.1
Ioannis Baptistæ uestitus. 84.2
Cur Ioannes tam raris cibis & indumentis utebatur. ibidem.
Ioannis Baptistæ pœnitentia. 85.1
Ioannis Baptistæ imitatores. 84.2
Ioannes Baptista ad Pharisæos & Sadducæos. 85.2
Ioannis Baptistæ doctrina parum curatur. 88.2
Ioannes Baptista missus à Deo, nõ à se baptizauit. 89.1
Quæstiones quatuor de Ioanne Baptista utiles. 92.1
Responsio Ioannis ad Pharisæos. 93.2.94.1
Ioannes quomodo fuerit Angelus. ibidem.
Ioannes quare uox dictus. 94.1
Ioannes moraliter dat triplicem formam. 96.2
Ioannes cur recusabat Christum baptizare. 103.2
Christum quomodo Ioannes nesciuit. 118.2
Constantia Ioannis Baptistæ. 120.1
Ioannis prædicatio ad Herodem. 132.2
Ioannis incarcerandi occasiones. 133.1
Ioannes Baptista nulla signa fecit. 134.2
Ioannes in uinculis. 242.1
Ioannis quæstio quæ. ibidem.
Ioannes Baptista mittens discipulos suos ad Christũ, non dubitabat de eo. ibidem.
Ioannes quæsiuit ut suos doceret. ibidem.
Ioannes Baptista quomodo discipulos suos Christo commendauit. 242.2
Christus Ioannem turbis commendat. 243.2
Ioannes Baptista omnes diligebat. 244.1
Coæquatio Ioannis. 245.2
Ioannis uita, & conuersatio. ibidem.
Ioannis & Christi tempus. 246.1
Ioannes Baptista est initium Euangelij, & finis Prophetarum. 247.1
Ioannes omnis sanctus. ibidem.
Non manducans Ioannes. 248.2
Prædicatio Ioannis, & pœnitentia, Iudæos non mouit. ibidem.
De loco necis Ioannis. 287.1
Ioannis Baptista quomodo minutus. 288.1
Contemplatio circa Ioannis decollationem. 288.1
Ioannis innocentia. 288.2
Ioannes erat timori etiam defunctus. 304.2
Ioannis Baptistæ sepultura. 461.2
Ioannes Baptista pro defensione ueritatis occubuit. 565.1

Ioannes Euangelista.

Ioannes Euangelista die natiuitatis Ioannis Baptistæ migrauit. 33.1
Ioannis Euangelistæ festum, cur in natali Dominico celebretur. ibidem.
Ioannis uocatio. 127.2
Ioannis in Christum dilectio. 574.2
Ioannis fœlicitas. ibidem.
Cur Ioannes dicitur à Deo dilectus. 533.1
Christus Ioanni benedixit. 587.1
Nullus ita familiariter Deo adhæsit, vt Ioannes. ibidem.
Ioannes ille iuuenis nudatus. 605.1
Ioannes resumpto uestimento, Dominum ut prius sequebatur. ibidem.
Quare Ioannes intrauit cum Iesu domum pontificis, & Petrus foris remansit. 607.1
Ioannes cur notus erat pontifici. ibidem.
Ioannis dignitas. 690.2
Petri, & Ioannis ad sepulcrum cursus. 690.2
Ioannes intrauit monumentum post Petrum. ibidem.
Ioannes cur non intrauit sepulchrum ante Petrum. Ibidem.
Ioannis, & Petri admiratio. 691.1
Ioannis perspicacitas. 711.1
Cur Ioannes plus dilectus non est ceteris prælatus. 714.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

De morte Ioannis interrogatio. 715.1
Dilexit Dominus Ioannem ob multa. Ibidem.
Mors Ioannis. 715.2
Ioannes secundùm ueritatem mortuus est. Ibidem.
Ioannes nonaginta nouem annos habebat cùm mortuus est. Ibidem.
Ioannes probat Christum Dei filium. 733.1
Ioannes fungitur officio notarij publici. 733.2
Iob, Ionas.
Iob significat statum actiuorum. 344.1
Ionas Niniuitis fuit signum dupliciter. 322.2
Christi & Ionæ comparatio. 323.1
Ionas in Ceti uentrem missus, Christum figurauit. 635.1
Ionas in uentre Ceti triduò, sepulturam Christi figurauit. 678.2
Ionas resurrectionem Christi figurauit. 683.2
Iordanis.
Iordanis fluuius. 137.2
Iordanis ortus. 389.1
Iordanis, descensio interpretatur. 83.2
Christus secessit trans Iordanem. 425.2
Cur trans Iordanem sanauit Dominus. 426.1
Iosaphat.
Turris Iosaphat. 587.2
Vallis Iosaphat, locus iudicij. 750.2
Ioseph.
Ioseph quid interpretetur. 21.2.76.1
Ioseph cum tunica talari Christum figurabat. 635.1
Venditio Ioseph à fratribus suis, Christi uenditionem figurabat. 564.2
Ioseph sponsus Mariæ.
Ioseph uirga floruit. 16.1
Ioseph uirginitatem decreuerat seruare. Ibidem.
Ioseph semper uirgo fuit. 16.2
Ioseph quare uirum Mariæ Euangelista nominat, & non maritum. 21.2
Ioseph dimittere uoluit sponsam. 37.1
Ioseph opinio de Maria. Ibidem.
Cur Deus misit angelum ad Ioseph turbatum. 37.2
Reuelatur Ioseph ueritas explicita incarnationis. ibid.
Ioseph turbatus super Mariæ impregnatione, quid de signat. 38.1
Ioseph quomodo cognouit Mariam. Ibidem.
Ioseph uoluit soluere censum. 41.1
Ioseph cur tacetur. 53.2
Ioseph puerum Iesum tenens super genua sua, frequẽter eidem arrisit. 57.1
Ioseph à Simeone non est benedictione priuatus. 60.2
Ioseph nunciatum est aliquid, quod non matri. 67.1
Ioseph labores in Aegypto cum Maria. 70.2
Ioseph cur Christi pater dictus. 76.1
Ioseph quo tempore adhuc superstes. 117.1
Ioseph obitus. 123.2
Sepulchrum Ioseph. 587.2
Ioseph ab Arimathia.
Ioseph ab Arimathia decurio nobilis. 664.2
Ioseph ab Arimathia Pilato notus. Ibidem.
Ioseph ab Arimathia magnæ dignitatis apud Deum. Ibidem.
Ioseph ab Arimathia fides. Ibidem.
Ioseph ab Arimathia fortitudo. 665.1
Per Ioseph ab Armathia, quid designatur. Ibidem.
Ioseph ab Arimathia captio, & liberatio. 699.2
Christus Ioseph ab Arimathia apparuit. Ibidem.
Iota.
Iota quid sit. 155.2
Ira, Iracundia.
Ira quid sit, & quòd non omnis sit peccatum. 156.2
Ira natura. 626.1
Iure prohibitio. 156.1
Ira frenanda est. 173.2
Contra iram & furorem memoria passionis. 667.1
Ira Dei, & ultio magna. 154.1
Ira Dei iusta. 349.1
Iracundiæ malum. 156.2
Irreuerentia.
Irreuerentia Christianorum ad libros utriusque testamenti. 284.1
Isaac, Isachar, Ismeria.
Isaac portans ligna, Christum portantes crucem figurabat. 634.2.635.1
Verba Isachar summi pontificis ad Ioachim. 761.2
Ismeria mater Eliud, & Elizabet. 761.1
Israel, Israelita.
Israel quid interpretetur. 122.2
Exitus israelis de Aegypto. 624.1
Israelitæ à deserto redierunt corde in Aegyptũ. 206.1
Quatuor occurrunt populo Israelitico. 109.2
Maiores Iudæorum spiritualem expectabant consolationem Israel. 59.2
Rex Israel Christus. 485.1
Iter.
Iter fugæ Christi, longum & difficile fuit. 67.2
Iubileus.
Iubileus qualis sit. Ibidem.
Iudas proditor.
Iudas quid interpretatur. 30.2
Iudæ in Apostolum electio. 132.1
Iudas designat iudices, prælatos, & sacerdotes. 564.2
Iudæ murmur super dispersione unguenti. 477.2
Iudas prætextu pietatis, zelat affectum cupiditatis. Ibidem.
Iudæ auaritia. Ibidem.
Iudæ furta. 478.2
Iudæ proditionis origo. 479.1
Iudas cum Iudæis pacisci tur de precio Christi. 564.2
Iudæ pedum lotio, sicut & cæterorum. 570.2
Iudæ ingratitudo maxima. 772.1
Audacia Iudæ. 573.2
Cur Iudas Christum uocauit Rabbi, & non Dominũ. 574.1
Satanas in Iudam intrauit. 575.1
Egressus Iudæ à consortio electorum. 575.2
Iudæ aduentus cum suo comitatu. 600.2.601.2
Iudæ armatura. 600.2
Quare Iudas signum de Christo Iudæis dederat. ibid.
Iudas cur amicus dictus est. 601.2
Iudæ confessio. 616.2
Iudæ restitutio. Ibidem.
Iudæ suspendium. ibidem.
Mortis Iudæ tres rationes. 617.1
Cur Iudas medius crepuit. ibidem.
Iudas Galilæus.
Iudas Galilæus. 339.2
Iudæa.
Iudæa quid. 72.2.528.1
Iudæa unde dicta. 131.2
Iudææ situs, respectu Galilææ. 30.1
Iudææ diuisio. 72.2
Iudæus, Iudaicus.
Iudaicus populus de Deo coquerens. 415.1
Iudaicus populus in seruitio Dei non remansit. 504.2
Iudæorum status. 35.1
Iudæi iudicant Christum. .1

Iudæi quomodo erant filij Abrahæ. 86.1
Iudæorum expectatio. 122.2
Iudæi signa petunt. 126.1
Iudæi proni erant ad inferendas proximo iniurias. 160.1
Mores Iudæorum tempore Christi. 248.1
Increpantur Iudæi. Ibidem.
Conuicia Iudæorum in Christum, & Ioannem. 249.1
Iudæorum & Gentilium comparatio. Ibidem.
Iudæorum habitus, & Gentium differentia. 269.1
Iudæorum duritia. 271.1.339.1
Iudæi peiores diabolo. 286.1
Iudæorum obstinatio. 324.2.602.2.633.1
Iudæorum generatio mala peior, pessima. 324.2
Iudæi cur in Christum non credant. 339.1
Iudæorum ingratitudo. 348.1.498.1.506.1
Iudæorum uocatio. 349.1
Iudæorum fallacia. 354.1
Iudæorum seruitus. 357.1
Iudæorum duritiam imitantes. 361.1
Iudæi propter suam superbiam sunt excæcati. 363.1
Iudæi mali qui dicendi. 371.2
Iudaicus populus, senior frater dicitur. 416.2
Iudæorum timor ineuitabilis. 456.1
Iudæi perdiderunt quod perdere metuebant. Ibidem.
Iudæi Christum in festiuitate quærebant. 458.1
Mandatum Iudæorum de comprehendendo Iesu. 458.1
Curiositas Iudæorum uidendi Christum. 484.2
Iudæorum stulta cogitatio. 485.1
Mos Iudæorum, circa communia animalia. 482
Iudæis cur opus erat miraculis. 484.2
Inuidia Iudæorum in Christum. 494.1
Occasiones Iudæorũ, ad persequendum Deũ. 497.2
Ignorabant Iudæi Christum esse Deum. 516.1
Iudæi tripliciter errabant circa Messiam. Ibidem.
Iudæi non humanis subiiciun. ur præsumptionibus, sed diuinis institutis. 518.2
Tolerabilior est conditio Iudæorum, quàm Christianorum. Ibidem.
Iudæi suos parentes imitabantur, & natura, & moribus. 523.1
Iudæi cognoscent Christum in iudicio. 524.2
Iudæorum generatio nõ potest omnino deleri. 540.1
Consilium Iudæorum. 564.1
Maiorum Iudæorum malitia. Ibidem.
Iudæos Christus fratres uocat. 593.1
Duo imponebantur Christo à Iudæis. 607.2
Iudæorum contra se responsio. 618.1
Tres Iudæorum aduersus Christũ accusationes. 618.2
Iudæis sua permanet petitio nociua. 624.2
Iudæorum genuflectio coram Christo. 629.1
Iudæi pœnas luunt Gentilium. Ibidem.
Iudæi pœnam cum sanguine poscunt. 631.2
Iudæorum sæuitia in Christum. 633.1
Iudæi Christi mortem quantum possunt accelerant. 634.1
Iudæi clamantes magis rei passionis Christi, quàm milites exequentes. Ibidem.
Iudæi diabolum imitabantur, uolentes Christum descendere de cruce. 645.2
Iudæi fatebantur nolentes Christum alios saluos facere. 646.1
Iudæorum cæcitas. 660.1
Iudæos imitantes in morte. 667.2
Iudæi etiam Christũ persequebãtur mortuum. 662.1
Iudæorum blasphemia. 672.1
Iudæi nomen suum Christo attribuunt. Ibidem.
Iudæorum prælati similes. 698.1
Iudicare, Iudicium, Iudex.
Iudicare alios non debemus. 82.2
In quo quis alterum iudicat, in eodem à Deo tandem iudicatur. Ibidem.
Iudicare de alio, multipliciter fit. 180.1
Iudicium capitur diuersimodè. Ibidem.
Iudicijs leuis triplex gradus. Ibidem.
Iudicia bonorum, & malorum, uaria. 180.1
Iudicium temerarium. 180.2
Iudicat se, qui alios iudicat. Ibidem.
Temerè iudicantes, non iudicabuntur à Deo temerè, sed seuerè. Ibidem.
Deus duo comminatur iudicantibus temerè. Ibidem.
Iudicandi alios cautio. 180.1
Iudices iniqui, & detractores. 248.2
Iudicia hominum peruersa. Ibidem.
Iudicem nec Dei, nec operum eius esse licere.
Iudicatio uitanda. 321.1
Iudicium quomodo moderandum. Ibidem.
Iudicium & charitas optimè coniunguntur. 329.2
Iudicia iniqua. 330.2
Iudicare debet quis seipsum, sed an peccator alium. 355.1
Iudicaturus disquirat duo aut tria. Ibidem.
Iudicij in Iudæis subuersio. 450.2
Iudicium importat debitum ordinem ad proximum. 521.2
Mali iudicis conditio.
Iudex tantum exigit, quantum dedit. 555.1
Quæ iudicem decent. 609.1
Christus iudicatus est quasi usurpans Cæsaris potestatem. 634.1
Iudex iustus Deus. 241.1
Iudicia Dei occulta. 250.1
Iudicat intentionem Deus, non euentum. 409.1
Iudicia Dei uera, & capacitatem hominum transcendentia. 417.1
Iudicia Dei sunt consideranda. 533.2
Iudicium finale.
Iudicium finale multiplex. 437.1
Quare discipuli Christi interrogabant Christum de tẽpore euersionis Hierusalem & die iudicij. 525.1
Signa communia extremi iudicij. 525.2
Septem signa specialia extremi iudicij. Ibidem.
Per septem signa iudicij, intelliguntur septem mala in Ecclesia. Ibidem.
Signa mirabilia iudicium Dei præcedent. 536.2
Signa quindecim iudicij futuri nuncia. Ibidem.
Iudicium antecedentia, concomitantia, & consequentia. 749.1
Iudicio peracto lumen syderum : ugebitur. 535.2
Quare Christus similitudinem iudicij sumpsit à ficu. 540.1
Christus signa temporis iudicij, non ipsum docuit iudicium. 542.1
Tempus iudicij ignoratur. 529.1
Iudicij hora ignoratur. 538.1
Dies iudicij, uel mortis propriæ ignoratur. 542.1
Filium nescire diem iudicij. Ibidem.
Quomodo solus pater sciat diem iudicij. Ibidem.
Dies iudicij cur, & quomodo ignotus. Ibidem.
Quomodo Christus inopinatus ueniet ad iudicium. 543.2
Vbi inueniemur, ibi iudicabimur. 545.2
Qualis quisquis moritur, talis iudicabitur. Ibidem.
Christus in nube ad iudicium descendet, sicut in nube ascendit. 538.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Crux Christi,& alia instrumenta,in iudicio apparebit. 537.2
Christus in iudicio apparebit cum cicatricibus & stigmatibus. Ibidem.
Christus in forma hominis iudicabit. 538.1.556.2
Forma qua iudicatus est, iudicabit Christus. 751.2
Verba Christi in iudicio. 557.1
Planctus communis ratio in iudicio. 538.1
Quomodo Christus sit iudex uiuorum, & mortuorum. Ibidem.
Differentia occurrentium Christo ad iudicium. 538.2
Terribilitas iudicij. 539.1
Dies iudicij reprobis terribilis erit,electis consolabilis. 539.2
Timor omnium in iudicio, ubi nec misericordia, nec intercessio. 551.2
Iudicij rigor sine misericordia. Ibidem.
Iudicij recordatio in tentatione utilis est. 539.1.751.2
Exhortatio ad dieì iudicij meditationem. 540.2
Vitia impedientia meditationem iudicij. Ibidem.
Iudicij locus. 538.2
Iudicium fiet per ignem. 542.2.750.1
Iudicij, & diluuij,comparatio. 542.2
Iudicandorum uniuersitas. 550.1
Quare differtur iudicium. 550.2
Media nocte secundum quosdam, fiet iudicium. ibid.
Nec possunt in die iudicij aliorum uirtutes, uel uitia subleuare. 551.1
In iudicio non erit patrocinium. Ibidem.
Post iudicium nō pater precum aut meritorum locus. 551.2
Iudicium an erit mentale,an uocale. Ibidem.
Iudicij finalis significatio per Christum inter duos latrones. 943.1
Assistentes Christo iudicanti. 751.1
Iudicabit Pater & Spiritussanctus,ut Filius. 596.1
Ordines quatuor in iudicio. 751.1
Iudicandi forma. Ibidem.
Christiani reprobi quomodo iudicabuntur. Ibidem.
Mali cadent ante Christum iudicantem. 541.2
Conscientiæ cuiusque in iudicio patebunt. 720.1
Diabolus uidebitur in iudicio. 652.2

Iugum.

Iugum Domini pondus gratum. 255.1
Iugum Euangelij quomodo leue. Ibidem.
Iugum legis erat graue,propter multa. Ibidem.
Iuga bonum emit auarus. 348.2

Iulianus apostata.

Iuliani apostatæ statua deiecta fulmine. 217.1

Iulius Cæsar.

Iulius Cæsar primus Romanorum Imperator. 40.1

Iuncus.

Iunci marini. 628.1

Iurare, Iuramentum.

Iuramentum non recipitur ab Euangelio. 159.1
Iurare quomodo prohibetur.
Inter iuramentum, & loquelam nostram, Deus non vult esse differentiam. 159.1
Iurandum esse in necessitate. Ibidem.
Iuramenta Apostoli. Ibidem.
Iurationis modi. Ibidem.
Inramento recto tria necessaria. Ibidem.
Iurare,ex altera patre est semper malum. 159.2
Iuramentum non est obseruandum. 287.1
Iuramentum per templum & altare, maius est, quàm per aurum & dona in illis oblata. 521.1
Iuramentum per creaturas, non erat obligatorium. Ibidem.
Iuramentum per creaturas licitum, est obligatorium. Ibidem.
Qui iurat per creaturam, iurat implicitè per creatorem. Ibidem.
Iurare per Euangelium. 521.2
Grauius est iuramentum per Deum, quàm per Euangelium. Ibidem.

Iustus.

Iustus est,qui perfectè iustitiam nouit & amat. 150.1
Iustus quantus sit apud Deum. 184.1
Iusti cur premuntur. 206
Iusto lau datio flagellum est. 220.2
Iusti nomine,omnis Christianus intelligitur. 239.2
Iusti precium. 242.2
Multi iusti cum Noe opere, etsi non uoce, loquuntur. 543.1
Nemo quantumuis iustus, se putet à diabolo securum. 658.2
Iustorum damnationes in curiis principum iniustæ sunt. 625.2

Iustitia.

Iustitia multiplex. 104.2
Iustitia quomodo sumitur ibi, cùm dicitur, Implere omnem iustitiam. 104.1
Iustitiæ propria acceptio. 156.1
Iustitia strictissima,quid sit. 104.2
Iustitia uera, quæ est. 142.2
Iustitia in se omnes continet uirtute. 156.1
Iustitia, sine casto & filiali timore difficilè custoditur. 594
Opera iustitiæ infructuosa sunt sine charitate. 162.2
Iustitiæ indicia. 105.1
Iustitiæ partes. 156.1
Iustitiæ laudes. 330.2
Iustitiæ exhibitio. 440
Vix sibi quisque pro se sufficiet sua iustitia. 551.1
Iustitiæ diuinæ rigor. 354.2

Iustificare, Iustificatio.

Iustificare impium. 243.1
Iustificatio peccatoris,in tribus consistit. 335.2
Iustificatio peccatoris,quàm difficilis sit. 337.2
Iustificatio impij in cæco illuminato figurator. 363.2
Iustificatio conferuntur quatuor beneficia. 315.2

Labor,Laborare.

LAbor huius mundi. 351.2
Labores ad uiam cœlestem requisiti. 188.1
Finis ad laborandum non est expectandus. 267.1
Labores Christi qui fuerint. 3.71.2.81.1.268.2.667.1
Meditatio super laboribus Christi à iuuentute. 81.1.2

Lachryma, Lachrymari.

Lachrymæ Christi in cruce. 637.2
Lachrymæ pœnitentium,sunt uinū angelorum. 414.2
Lachrymæ sunt signum tristitiæ. 488.1
Lachrymarum commendatio. 149.1
Lachrymarum difficultas. 261.2
Lachrymarum uirtus. 262.2
Lachrymandum est nobis. 203.2

Lætitia,Letificatio.

Lætitia Christi. 413.1
Letitia iustorum,& tristitia reproborum. 540.1
Lætitia mundana fletu miscetur. 488.1
Lætitia paschalis. 681.1
Lætificatio in aduersis. 4

Laicus.

Laici & sacerdotis comparatio. 505.1
Laici sæpius sunt clericis deuotiores. 353.2

Lampas, Languor.

Lampadis ornatus tria requirit. 551.2

Lampa-

Lampades,opera sunt. 550.2
Languor quid sit. 334.2

Lapis, Lapidare, Lapillus.

Christus quomodo lapidatur. 372.1
Lapis,unde dicitur. Ibidem.
Lapis Christo sub capite positus. 42.2
Lapidis super sepulcrum positio. 669.1
Lapis monumenti,significat pœnitētiæ pōdus. 688.2
Reuolutio lapidis ab ostio monumenti. Ibidem.
Lapidis reuoluendi ratio. 689.1
Lapides à Ioanne Baptista monstrati. 86.1
Lapides 12.Iosue,ex Iordane sumpti. Ibidem.
Lapides preciosi. 190.2

Largitas.

Largitas petenti exhibenda. 162.1

Latria.

Latriæ seruitus Deo debetur. 114.2

Latro, Latrocinium.

Latro quis dicitur. 365.2.494.1
Latronum officium est nocere,& latitare. 603.2
Spelunca latronum. 493.2
Latrones magni suspendunt paruos. 330.1
Christus uoluit tanquam latro comprehendi,& ligari. 604.1
Christus à latronibus discretus. 642.1
Christus à latronibus associatus. 604.1.635.2.643.1
Distinctio latronum duorum. 643.1
An duo latrones Christum blasphemauerint. 747.1
Fractio crurum latronum. 661.1
Quid per duos latrones designetur. 643.1.647.1
Latro cum Christo suspensus, fertur inuenisse eum, cùm in Aegyptum deferretur. 68.1
Conuersio latronis per charitatem,fidem &c. 647.1
Confessio boni latronis. 646.2
Satisfactio boni latronis. 647.1
Latronis baptismus. 647
Latro cor & linguam Deo obtulit.
Fides latronis. 690.1
Latronis meritum. Ibidem.
Latronis ad Patriarchas, & prophetas comparatio. Ibidem.
Latroni promissio paradisi. Ibidem.
Latro sinester. 643.1
Latrocinium quadruplex. 494.1

Lauare, Lotio.

Lauat nos Agnus in sanguine suo. 118.1
Qui post baptismum non lauatur per pœnitentiam,nō habet partem cum Christo. 570
Sabbato pedes Domini lauare. 475.2
Humilitas Christi in lauandis pedibus. 569.1
Contemplatio circa pedum lotionem. 571.1
Lauare faciem. 167.2
Lauare retia,quis dicatur. 136.1
Manuum lotio ante prandium. 328.2
Lotio magis spiritualiter,quàm corporaliter,in scriptura sacra intelligitur. 374.2
Traditio lauandarum manuum non erat contraria legi. 373.1
Lauandarum manuum mos. 625.2

Laus, Laudare, Laudator.

Laus humana in omnibus est uitanda. 295.1
Laus turpium, & malorum fugienda. 199.1
Laudis humanæ uitatio. 314.1
Laus quatuor de causis dicitur. 488.2
Laus matris ad filium refertur. 746.1
Non est à laude diuina cessandum. 741.2
Laudes diuinæ. Ibidem.
Laudes,& opprobria, Christi à Iudæis. 490.2
Laudari in præsentia periculosum est. 230.1
Laudari in facie. 243.2
Turpe est laudari à turpibus. 352.1
Laudari à malis. 621
Laudare seipsum. 571
Membra ideo data,ut Deum laudemus. 70.2
Humiliandus,qui Deum laudat. Ibidem.
Omnes creaturæ Deum laudare optant. 741.1
Laudantes Deum in cœlis. 741.2
Quomodo laudandus est Deus. 740.2
Deus semper laudandus. 738.2
Ad Deum laudandum creati sumus. 740.1
Non sunt semper audiendi laudatores nostri. 230.1

Lazarus.

Lazarus pauper. 446.2
Lazarus,quid interpretetur. 451.2
Diuisio bonorum Lazari,& sororum eius. 479.2
Lazari infirmitas. 451.2
Lazari monumentum. 455.2
Lazari resuscitatio Domino non fuit facilis. 203.1
Cur Christus in suscitatione Lazari fleuit. 453.2
Christus fremuit in suscitatione Lazari. Ibidem.
Lazari suscitatio omne miraculum excedit. 455.2
Lazari de inferis reuersio. 476.1
Lazaro non est creditum. 450.2
Lazarus non risit deinceps. 455.2
Lazari suscitatio spes est peccatorum. 455.1
Lazarus cur fertur unus ex discumbentibus. 476.1
Monasterium in loco sepulchri Lazari. 455.2

Lectus.

Delecto surgere. 215.1
Lectum tollere. Ibidem.

Legere, Lector.

Spiritualis lectio sanctificat. 7
In Ecclesia non est legendum, nisi stando. 283.2
Lector Dominus. 284.1
Lectoris officium approbatum. Ibidem.

Legalia, Legisperitus.

Require infrà post, Lex.

Legio.

Legio in dæmonibus cur dicitur. 210.2

Lepra, Leprosus.

Lepræ curatio quintuplex. 192.1
Lex cur lepram tangi prohibuit. 192.2
Lepra,peccatum mortale designat. 459.2
Lepra animæ. 460.1
Cur Christus leprosum,descendendo de monte, sanauit. 191.2
Leprosi curandi humilitas. 192.2
Leprosi curatio. 192.2
Leprosum cur Christus tactu curauerit. Ibidem.
Leprosus cur ad sacerdotes missus. 193.1
Leprosus typicè acceptus. 193.2
Leprosus significat peccatorem. Ibidem.
Leprosi. 243.1
Decem leprosorum curatio. 459.1
Decem leprosi quatuor ex causis mundati sunt. Ibidem.
Leprosorum Iudæorum ingratitudo. 459.2
Leprosi nouem mundati, peccatores ad uomitum redeuntes designant. 460.1

Leuari.

Quare Christus in aere leuari uoluit, & non sub tecto mori. 641.1
Documentum ex leuatione Christi in cruce. Ibidem.
Meditatio circa leuationem Christi in cruce. Ibidem.

Leui, Leuiathan.

Leui. 143.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Leuiathan rex est superborum. 255.1
Lex, Legisperitus, Legalia.
Lex naturalis. 275.2
Legis naturæ præceptum duplex. 184.2
Lex naturæ scripta est in corde hominis. Ibidem.
Legis promissio. 446.1
Lex Moysi neminem ad perfectum ducebat. 19.2
Lex usque ad Ioannem. 246.2
Christus non subest, sed præest obseruationi legis. 309.1
Differentia legis, & Euangelij. 134.2
Lex Euangelica, dicitur lex amoris. 19.2
Lex Christianorum. 405.2
Lex timoris. 19.2
Legum corruptelæ. 527.1
Lex talionis. 160.1
Lex non damnat nisi confessum. 353.2
Leges principium, telis aranearum similes. 330.1
In legisperitos. 331.1
Legalia Iudæorum. 378.1
Legalia ad passionem Domini usque duraverunt. 568.1
Legalia post Christi passionem mortua fuerunt. Ibidem.
Liber, pro codice.
Libri Iudæorum in rotulis. 284.1
Liber traditus Christo. 283.2
Liber Christi. 679.2
Signatio libri uitæ Christi. 758.2
Liber, Liberare.
Liberi arbitrij bonum. 424.2
Liberandi malefactoris institutio. 624.1
Liberalitas.
Liberalitas diuina. 33.2
Christi liberalitas. 670.1
Nemo à liberalitate excusatur. 240.1
Licitum.
Licitorum immoderatus usus dannatur. 543.1.543.2
Ligare, Ligatio.
Christi ligatio. 604.1
Ligandi Christi causæ tres. Ibidem.
Christus ter ligatus fuit. Ibidem.
Ex Christi ligatione documenta. 604.2
Contemplatio super legatione Christi. Ibidem.
Lignum.
Lignum crucis. 334.2
Ligna crucis quadruplicia. 643.1
Crucis lignum, redemptioni aptum 641.2
Exclamatio in crucis lignum, & mysteria eius. 642.1
Lignum aridum, dicitur populus Iudaicus. 636.1
Lignum uiride, dicitur Christus. Ibidem.
Lilium.
Lilia agri, castos designant. 177.1
Limbus.
Figuræ redemptionis animarum à limbo. 680.2
Peracta passione, existentes in limbo uiderunt Deum per essentiam. 679.1
Exultatio in limbo, adueniente Christo. Ibidem.
Christus à limbo omnes retraxit. 680.1
Sanctorum iubilatio in limbo. Ibidem.
Lingua.
Prima lingua. 251.2
Lingua cur homini data. 315.2
Lingua uera explicat. 733.1
Linguarum trium excellentia. 642.1
Linguæ tria unguenta. 685.2
Lingua est equus regalis. 320.2
Linguæ ignitæ. 734.2
Lingua pessima. 348.1
Lingua frenata, & effrenis. 320.2
Lingua mala, sessio est diaboli. 321.1
Lites, Litera.
Litibus abstineat clericus. 329.2
Litium iudex Christo esse uoluit. 231.2
Literas nescit, qui sacras ignorat. 218.2
Lithostratos, Liuor.
Lithostratos, quid. 632.2
Liuoris, seu inuidiæ, mala pessima. 337.1
Loculi.
Loculos habuit Dominus. 179.1
Loculi Dominici. 478.1
Loculos cur habuerit Christus. Ibidem.
Loculi Christi, cur Iudæ traditi. 478.2
Loculi tactus. 202.1
Loculus defuncti, est conscientia. 202.2
Locus.
Loci notificatio prodest. 6
Locus primus non appetendus. 345.2
Medius locus est dignitatis. 704.1
Locus ultimus præeligendus. 346.1
Locus nouissimus. 346.2
Loca parua non spernenda. 220.1
Loci commutatio. 448.1
Loca quinque in quæ Christus delatus est. 63.2
Loco non circunscribitur Deus. 269.2
Locus conuiuiorum Christi. 272.1
Loca tria intrauit Christus. 498.1
Locus aggrauat Christi passionem. 674.1
Loca & tempora, sunt pabula luxuriæ. 158
Locusta.
Locustæ quid significent. 84.2
Locutio, Vide infrà post Loqui.
Longinus.
Longinus latus Christi lancea aperuit. 661.2
Longini uita. Ibidem.
Longini illuminatio. Ibidem.
Loqui, Loquutio, Loquela.
Loqui cum muliere consueuit Dominus. 270.1
Loqui de secularibus, periculosum est. 321.1
Loquendi Christianis forma. 159.2
Loquentes de Deo, confortantur ab eo. 701.2
Loquutam esse Mariam septies legimus. 32.1
Loquuturo quinque attendenda. 321.1
Loquutio Mariæ cum quatuor personis, quid signat. 32.2
Loquutio Dei ad nos. 380.1
Loquutio cum Christo. 398.2
Loquela cum prophetia Zachariæ restituta, quid significet. 33.2
Loth.
Loth exitus à Sodomis. 543.2
Loth, populum designat electorum. Ibidem.
Loth interpretatur declinans. Ibidem.
Lucere.
Lucere debemus ad laudem Dei. 155.1
Lucerna.
Lucernam abscondi. 155.1
Lucerna accensa. 414.1
Lucernæ ardentes, sunt doctrinæ claræ, & opera. 547.2
Lucifer.
Luciferi casus. 12.1
Luciferum imitantes. 296.2
Lucifer tentator Christi. 155.1
Lucifer princeps angelorum iudicabitur. 536.2
Lucrum.
Lucri terreni detestatio. 395.2

Lucrum à clericis sectantes. 494.1
Luctus, uide infra post Lugere.
Ludouicus.
Ludouici regis Franciæ quæstio. 296.2
Ludus.
Ludus utilis. 80.1
Ludus Iudæorum. 247.2
Lugere, Luctus.
Lugentium consolationes. 149.2
Lugendi ratio. 149.1
Lugendum quid est. 149.2
Luctus causæ quinque. Ibidem.
Consolatio in luctu. 149.1
Luctus Christi quotidianus super Christianos. 250.1
Lumbi.
Lumbi præcingendi. 547.2
Cinctorium lumborum duplex. Ibidem.
Lumbi mentis, & lumbi carnis. Ibidem.
Luna, Lunaticus.
Luna statum proficientium signat. 535.2
Luna stabit in Occidente post iudicium. 753.1
Lunaticus. 401.2
Lupus.
Lupus triplex. 367.1
Lux.
Lux hominum. 11.1
Lux illuminans omnem hominem, solus deus est. 89.1
Lux triplex. 155.1
Lux mundi Christus. 356.2
Lucis æternæ iocunditas. 357.1
Lucis Christi gloria apparente, omnia mundi lumina tenebris æquiparantur. 535
Lux in modum crucis apparebit sole splendidior.
Luxuria.
Luxuria clericorum.
Lycurius, Lysanias.
Lycurius. 434.2
Lysanias. 83.1
Magdalena.
Magdalena quatuor Christo obtulit. 260.2
Magdalenæ conuersio. 260.1
Magdalenæ deuotio. 260.1
Magdalena uoluptates præteritas in uirtutes commutauit. 260.2
Magdalena plus diligebat Christum, quàm Pharisæus. 261
Munera in Magdalenam collata. 262.1
Magdalenæ humilitas. 262.2
Ordo factorum Magdalenæ. 477.1
Magdalenæ contemplatio. 263.2
Magdalenæ fletus. 648.1
Magdalenæ in sepulturam Christi obsequia. 668.1
Maria Magdalenæ, cum cæteris, summo mane uenit ad monumentum. 684.2
Magdalena pœnitentium primiceria. Ibidem.
Magdalena omnes partes pœnitentiæ perfectissime impleuit. Ibidem.
Magdalenæ feruor in quærendo Domino. 692.1
Magdalena flendo obtinnit quicquid uoluit. 692.2
Magdalenæ amor, & dolor. Ibidem.
Magdalena timentibus discipulis non timebat. Ibid.
Dolor geminus in Magdalena. Ibidem.
Sensus nullus in Magdalena remanserat. Ibidem.
Magdalenæ timor. 693.1
Qualis uisus est Christus Magdalenæ. Ibidem.
Magdalena Christum uocat Dominum. 693.2
Audacia Magdalenæ. 694.1
Magdalena præ gaudio elinguis ad tempus. 694.2
Lætitia Magdalenæ. Ibidem.
Quare Christus Magdalenæ tactum suum prohibuit. Ibidem.
Locus ubi Christus Magdalenæ apparuit. 695.1
Quærendus est Deus cum Magdalena. Ibidem.
Magdalena cur ad nunciandum uiris officium euangelizandi deligitur. 697.1
agdalon castrum Magdalenæ. 479.2
Magedan.
Magedan. 306.1
Magister, Magisterium.
Magistri assimilatio. 230.1
Imitandus est magister. 467.2
Magister improbus uera falsis permiscet. 201.1
Magistrorum quatuor uitia. 519.1
Magister, & Dominus quomodo Christus erat. 571.2
Magisterium aliorum, antequam sit perfectus, nemo suscipiat. 71.2
Magnanimitas.
Magnanimitas.
Magnes.
Magnes quam uim habeat. 142.1
Magnificare.
Magnificare Dominum, quid sit. 32.1
Magnificatur Deus in beneficijs suis tripliciter. Ibid.
Magus.
Magi cur ab Oriente uenerunt. 51.2
Magorum deuotio. 52.2
Magorum genus, & denominatio. 51.1
Magorum adoratio, & fides. 53.2
Christi paupertas Magos non scandalizat. 54.1
Magi tria in Christo cognouerunt. 54.2
Magi trinitatem tribus muneribus profitentur. 54.2
Magi quomodo imitandi. 55.1
Magorum reuersio. 55.2
Magorum, & Centurionis comparatio. 197.1
Maioritas.
Maioritas inter discipulos. 405.2
Maioritas in regno Dei. 466.2
Maledictio.
Maledictiones contrariæ beatitudinibus. 153.2
Maledictio non est imprecatiua. 249.1
Malitia, Malitiosus.
Malitia quid. 179.1
Malitia ratione amplius excitatur. 314.1
Malitiosorum mos. 336.2
Mali.
Deus à malis non comprehenditur. 11.1
Mali frustra respiciunt cœlum. 174.2
Mali possunt malos spiritus arcere. 252.1
Sustinentur mali tribus de causis. 279.1
Mali pro sunt pro bonis. Ibidem.
Mali non debent prohiberi facere opus bonum ex genere. 407.2
Expedit malis temporaliter puniri. 408.2
Mali insaturabiles. 415.1
Mali de laude bonorum dolent. 495.1
Mali melius uincuntur recedendo, quàm respondendo. 498.1
Pars duplex malorum.
Dum mali permixti sunt bonis, uidentur esse cum Deo. 558
Modus malorum, in quo consistit. 619.1
Finis malorum, & reproborum.
Malum.
Malum vrgens differendum. 30.2
Malorum declinatio. 35.2
Malo quatenus resistendum sit. 160.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Resistere malo quomodo licet. Ibidem.
Malum multiplex. 172.1
Malum à quo liberari petimus. Ibidem.
Tria capitalia mala. 301.2
Mala proximi tacenda. 359.2
Inducentes alios ad malum. 409.1
Nihil est difficilius, quàm memoria malorum. 423.2
Radix triplex malorum. 432.1
Quare Deus mala imittit. 525.2
Malorum magnitudo præcedentium, figura est sequentium. Ibidem.
Malorum diuisio. 547.1
Ad declinationem mali, & operationem boni, quæ requiruntur. 568.1
Retractio à malo quadruplex. 573.1
Malum per se non excusat bona intentio. 626.1
Mammon, Mammona.
Mammon, nomen est dæmonis. 175.2
Mammona. 444.1
Manasse, Mancus.
Manasse peccatorem designat. 262.2
Manasses pœnitens. Ibidem.
Mancus aridam manum habens. 313.2
Mandatum.
Mandatorum implctio. 533.1
Mandatorum Dei Catena. 151.2
Mandatum faciendum. 375.1
Mandata Dei seruare sufficit ad salutem. 429.1
Mandatorũ obseruatio, est effectus dilectionis. 533.1
Mandatum nouum. 582.1
Mandata Dei, non uerbis, sed opere seruantur. 533.1
Manducare.
Manducandi cum peccatoribus ratio. 142.1
Manducatio Domini post resurrectionem. 719.2
Mane, Manna.
Mane, quid sit. 498.2
Mannæ effectus. 589.2
Duplex manna in deserto Iudæi feria sexta colligibant. 632.2
Manus.
Manus angelorum quid dicitur. 113.1
Manum cruere. 158.1
Sanatio manus aridæ. 312.2
Arida manus. 313.1
Manus Christi efficax est ad sanandum. 379.1
Manuum impositio. 427.2
Manus unguenta sunt opera misericordiæ. 685.2
Manus dexteræ significatio. 313.1
Mansio.
Mansiones electorum in cœlis diuersæ. 757.1
Mansiones cœlestes, pauperum sunt. 443.1
Mansiones templi erant tres. 112.2
Mansuetudo.
Mansuetudo Amethisto comparatur. 433.2
Christi mãsuetudo. 135.2.215.2.358.2.482.2.603.2
Marcella.
Marcella ancilla beatæ Marthæ. 325.2
Mare.
Mare, pro seculo sumitur. 208.1
Mare maledictum, quid sit. 225.2
Mare mundus est. 303.2
Maris signa in die iudicij. 530.1
Mare tribulationem huius mundi designat. 712.1
Mare Tyberiadis. 137.1
Maris mortui situs, & natura. 225.2
Mare Galilææ. 379.1
Margarita.
Margarita statum designat ecclesiæ. 282.1
Margarita tria signat imitanda. Ibidem.
Maria.
Maria unde dicitur. 684.1
Mariæ nomen, quàm dulce sit. 747.1
Mariæ nomina. 21.2
Maria quotupliciter, & quid interpretetur. 21.2
Maria stella maris. Ibidem.
Maria illuminatrix, & illuminata interpretatur. Ibid.
Maria, mare amarum. 22.1
Maria plena gratia dicitur. 22.2
Maria nunc flos, nunc fructus dicitur. 16.1
Maria castellum dicitur. 266.1
Maria comparatur uirgæ. 16.1
Maria turri Dauid comparata. 17.2
Mariæ ad turrim Barim comparatio. Ibidem.
Mariæ uita, & gesta.
Maria ab æterno prædestinata. 13.2
Mariæ natiuitas. 14.1
Mariæ stirps. Ibidem.
Maria purgata, sed magis præseruata asseritur ab originali culpa. Ibidem.
Maria quandoque potuisset uenialiter peccasse. Ibid.
Mariæ rationis usus accelcratus. Ibidem.
Educatio uirginis Mariæ. 762.2
Mariæ præsentatio. 14.1
Mariæ preces, & profectus. Ibidem.
Sermo Mariæ erat gratia plenus. 14.2
Mariæ uacatio continua. Ibidem.
Mariæ uita. Ibidem.
Mariæ uirtutes. Ibidem.
Mariæ conuersatio. Ibidem.
Mariæ puritas. Ibidem.
Mariæ ornatus humilis, secundùm Chrysostomũ. 54.1
Mariæ ad quartumdecimum annum prouectio. 15.2
Mariæ desponsatio. 16.1
Maria cur suæ tribus uiro nupsit. ibidem.
Maria per Nathan, Ioseph per Salomonem, ex Dauid descendit. ibidem.
Maria & Ioseph reuelatione spiritussancti consenserunt in matrimonium. 16.2
Maria quomodo consensit matrimonio. ibidem.
Maria uirginitatem, & fœcunditatem amauit. ibidem.
Duo certabant in animo uirginis Mariæ. ibidem.
Mariæ uirginis spes. ibidem.
Maria erat prole fertilis, & uirginitatis maledicto immunis. ibidem.
Maria cur fabro nupserit. 17.2
Maria præfigurata per Saram Raguelis. ibidem.
Christus nouo modo, & singulari cũ Maria uenit. 23.1
Maria utrumque mulieris maledictum uitauit. ibid.
Maria turbata fuit, non perturbata. ibidem.
Maria de tribus in salutatione commendabatur. ibid.
Mariæ fides in uerbis angeli nunciantis Christi conceptionem. 25.1.27.1
Mariæ assensus expectatio. 26.2
Mariæ humilitas. ibidem.
Mariæ concipientis animus. 28.1
Beatior fuit Maria concipiendo Christum mente, quàm carne. 535.1
Maria multis sociabatur angelis. 29.1
Maria cur Elizabeth uisitauit. 30.1
Mariæ comites ad Elizabeth. ibidem.
Maria cur prior salutauit Elizabeth. 31.1
Maria uirgo, cur tantum mysterium sibi manifestatum, non citò reuelauerit. 31.2
Mariam locutam esse septies legimus. 32.1
Maria locuta est cum quatuor personis, & quid signat. 32.2

Maria, cur tandiu cum Elizabeth stetit. Ibidem.
Mariæ paupertas. 33.2
Mariæ reuersio quid moraliter indicet. 34.1
Mariæ laus per Ioseph. 37.2
Mariæ tribulatio pro tribulatione Ioseph. Ibidem.
Maria iam grauida, imperiali ædicto obediuit. 41.1
Maria grauida, non est grauata. Ibidem.
Mariæ non inuenienti hospitium, compatiendũ. Ibid.
Maria ecclesiam designat. 43.1
Maria discipula optima fuit. 45.2
Maria quid conseruabat conferens in corde. Ibidem.
Maria in die circuncisionis Iesu plorauit. 49.1
Mariæ in filium cura, & amor. 56.2
Mariæ & Ioseph reditus à præsentatione. 66.1
Maria & Ioseph quomodo in latrones inciderint. 68.1
Habitatio Mariæ in Aegypto. 70.1.2
Maria operosa. 70.2
Mariæ in filium sedulitas. 73.2
Maria singulis annis ascendebat Hierusalem ad diem festum. 74.2
Mariæ dolores, de puero Iesu amisso. 75.1
Maria Christum interrogat, non Ioseph. 76.1
Mariæ grande priuilegium, quòd ei Christus fuerit subditus. 77.1
Maria cur uocata fuerit ad nuptias. 123.2
Maria mulier appellatur. 124.1
Mariæ fides de Christo conuersuro aquam in uinum. Ibidem.
Mariam non esse Christo extraneam. 124.2
Mariæ doctrina, ut Christo obediatur. ibidem.
Maria, Martha fuit, & Magdalena. 266.1
Mariæ turbatio. 267.1
Maria uolebat filium suum à tribulatione eripi. Maria mater Mei. 46.1
Maria quomodo fuit mater Christi. 326.1
Maria Christum quæsiuit ter. 327.1
Maria resciuit filium suum captum. 617.2
Mariæ lamenta ex passione filij. ibidem.
Mariæ in pressura eundi labor. 635.2
Maria Christo crucem portanti occurrit. 636.1
Mariæ tristitia in filij sui expoliatione. 639.2
Maria iuxta crucem Christi illusi. 647.2
Maria filium offert. 648.1
Situs Mariæ sub cruce. ibidem.
Locus ubi Maria ante crucem stabat. 648.1.2
Status Mariæ sub cruce. 651.1
Mariæ obsequia. 651.2
Maria & Ioannes, uirgines & martyres. 651.1
Maria plus quam martyr fuit. 61.1
Mariæ dolores. 651.2
Maria non solum Ioanni, sed & cuilibet Christiano pro matre relicta. 651.1
Compassio Mariæ non habentis potum. 654.2
Mariæ dolor in morte Christi. 660.2
Mariæ gestus iuxta crucem. 661.1
Maria sensit vulnus lateris Christi. 663.1
Marię ministerium in depositione Christi à cruce. 665
Lachrimæ uirginis Mariæ tenentis corpus filij exanime. 666.1
Planctus Mariæ rationabiles. ibidem.
Mariæ dolor in exequiis Christi. 670.2
Mariæ & cæterarum mulierum constantia. ibidem.
Mariæ abductio à sepulchro. 671.2
Mariæ discessus à Caluaria. 672.1
Mariæ consolatio. ibidem.
Mariæ spes, & fides. 678.1
Maria cur post ascensionem in terris relicta. 45.2
Exultatio Mariæ in die Pentecostes. 638.1
Mariæ uacatio post ascensionem. 743.2
Maria uirgo, cur ad monumentum non uenit. 685.2
Cella Mariæ. 743.2
Mariæ assumptio.
Dubitatur an Maria cum corpore assumpta sit. 744.1
An corpus Mariæ uirginis debuit incinerari. ibidem.
Maria debuit à putredine liberari. ibidem.
Maria assumpta creditur cum corpore. ibidem.
Probationes assumptionis Mariæ cum corpore. 744.2
Maria assumpta est super omnes choros angelorum. Ibidem.
Mariam curia cœlestis honorat. 745.1
Prærogatiuæ Mariæ. ibidem.
Occursus Christi Mariæ ascendenti. 745.2
Occursus cœlestium Mariæ ascendenti. ibidem.
ariæ Mexcellentia. 744.1
In Maria uirtutes omnium sanctorum.
Maria Ioanni Baptistæ præferuntur. 245
Mariæ fœlicitas. 53.2
Mariæ laus. 13.2.326.1.746.1
Laus Mariæ exuperat sensum, & linguam. 746.1
De laude Mariæ diuina eloquia. 747.2
Maria inuocanda tanquam auxiliatrix, & aduocata erga Christum.
Maria inuocanda est. 24.1
Maria Domina intentationum subuentione. 22.1
Maria contra dæmones potens est. ibidem.
Nihil nos uoluit habere Deus, quod per manus Mariæ non transiret. 24.1
Maria est mater misericordię. 24.1
Maria frequenter angelica salutatione salutanda. 28.1
Mariam potissime delecti at ista dictio, Dominus tecum. 23.1
Maria uenit ad diuersos. 31.2
Maria mater totius ecclesiæ. 652.1
Recommendatio Mariæ ad nostrum auxilium fuit nobis necessaria. ibidem.
Maria in triplici statu nos adiuuat. ibidem.
Maria dona demittit de cœlo. 745.1
Mariæ præsens auxilium. 747.2
Mariæ inuocatio interdum uelocius auxiliatur, quàm Iesu. ibidem.
Maria uirgo Christi uitam legentibus fauet. 2
Maria soror Marthæ.
Maria, ratio superior: Martha, ratio inferior. 266.1
Maria optimam partem elegit. 267.2
Mariæ deuotio. 453.1
Maria Magdalena. Quære suprà, in Magdalena.
Maria Iacobi.
Mariam Iacobi, siue Ioseph, & Cleophæ eadem. 684.1
Mariæ Cleophæ proles. 763.2
Maria Salomæ.
Maria Salomæ, & Zebedæi eadem. 684.1
Mariæ Salomæ proles. 763.2
Tres Mariæ.
Tres Mariæ, tres status designant. 684.1
Tres Marię significant mentem, linguam, manũ. 685.2
Tres Mariæ sunt nobis imitandæ. 687.2
Tres Mariæ adorauerunt Christum. 697.1
Maritus.
Maritus adulter dimitti potest. 158.2
Martha.
Martha, quid interpretetur. 452.1
Martham emorrhoyssam dubitant quidam.
Martha in ministerio Dei laborauit. 263.2
Marthæ, & Magdalenæ status. ibidem.
Martha, ratio inferior: Maria, ratio superior. 266.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Martialis.
Martialis Lemouicensis primus Episcopus.
Martialis Lemouicensis fertur unus ex septuaginta discipulis. 567.1
Mart, Martyrium.
Martyrum unde fortitudo. 4
Martyrum genus triplex. 69.1
Martyr sit multipliciter. 69.1.288.2
Martyres Græcè dicuntur Latinè testes. 69.1
Martyres spirituales sunt religiosi. 394.1
Martyrij genus, est facta carnis mortificare. 395.2
Martyres non lætantur pecunijs, quibus pauperes egent. 523.1
Martyrum tentatio. 529.2
Voluntas martyrum. 596
Martyres non sunt à Deo sine consolatione derelicti. 653.1
Martyres Deum clarificant. 715.1
Martyrium perfectum. 289.1
In martyrio unde debetur præmium. 289.2
Martyrium in quo consistat. 466.1
Matathias.
Matathias zelo Dei legem defendit. 129.1
Mater.
Matrem nosse dissimulat Dominus. 327.2
Mater filiorũ Zebedæi, cur Christũ sequebatur. 464.1
Mater filiorũ Zebedæi in tribus errabat petendo. ibid.
Matrimonium.
Matrimonium uerum quod est. 37.2
Matrimonij bona. 126.1.341.1
Matrimonium inter Mariam & Ioseph, quomodo fuerit uerum. 17.2
Matthæus, Matthias.
Matthæi uocatio. 141.2
Matthæi uocati obedientia. 142.1
Socij Matthæi. ibidem.
Matthæi conuersio. ibidem.
Matthias in locum Iudæ, inter Ascensionem & Pentecosten est suffectus. 726.2
Maxilla.
Maxilla altera præbenda. 160.2
Maxillam aliam, cur non præbuit Christus. 608.1
Mediator.
Christus est mediator Dei & hominum. 420.1
Medicus, Medicina, Medicari.
Medici peccant curam corporalem ante spiritualem adhibentes. 214.1
Medici boni, est præcipuam curam hnbere de stomacho. 492.1
Medicorum ordinatio circa patientem.
Medicus Christus. 140.2.142.2
Medicinæ quas Christus pro nobis accepit. 110.1
Medicãdi ratio optima à medico cœlesti seruata. 108.1
Meditatio.
Meditationes vitæ Christi tanto reddũtur familiariores, quanto frequentiores. 5
Meditatio vitæ Christi amplexanda. 757.2
Meditatio suiipsius. 565.1
Medium.
Medium, quid sit. 95.1
Medium locum Christus tenet. Ibidem.
Medium tenendum est. 167.2
Medium amat Dominus. 420.1
Mel.
Mel siluestre vbi reperitur. 84.2
Melchisedech.
Melchisedech construxit Hierusalem. 132.1
Melchisedech Eucharistiæ sacrm olim figurauit. 579.2
Membrum.
Membrorum abscisio, & erutio. 158.1
Omnia membra, præter os, in loquendo contineantur. 159.2
Tot sunt humano in corpore membra, quot sunt dies in anno. 653.2
Membrum Christi quis sit. 530.1.558.2
Membrorum Christi incrementum. 27.1
Quomodo Christus in membris sit. 558.1
Christus pro membris dupliciter orauit. 535.2
Vnitas membrorum cum capite. 536.2
Memoria.
Memoria de Deo triplex. 18.2
Mendacium, Mentiri.
Mendacij pater quis. 358.2
Mendaces, filij diaboli. Ibidem.
Mendacium religiosis commune. Ibidem.
Mendacia si non habent quem decipiant, ipsa sibi mentiuntur. 502.1
Mendacia aperta non sunt responsione digna. 609.1
Mendacium apertum Iudæorum. 697.2
Mendacium militum carè emptum. 698.2
Mentiendum non est, vt humiles videamur. 571.2
Mendicare.
Mendicasse Christus asseritur. 77.1
Mens.
Mens virginalis. 28.2
Mentis potestas. 197.2
Mens ipsa, domus Dei est. 149.2.545.1
Exercitium mentis in Deum. 533.1
Mentis tria vnguenta. 685.2
Mensa.
Mensa Solis, figura oblationis Mariæ in templo. 15.1
Mensa parua sanitatis mater est. 309.2
Mensæ Christi digni sedere qui. 290.1
Mensa Domini erat in terra. 573.2
Mensæ Domini mensura. Ibidem.
Mentiri.
Vide supra, in Mendacium.
Mercator.
Mercatores duo. 440
Merces, Mercenarius.
Merces seruatur in fine. 127.2
Merces bertorum. 152.2
Mercedem vnde petas. 165.2
Prophetiæ, & iustitiæ, mercedem recipere. 239.2
Merces proportionabitur labori. 441
Mercenarius vnde dictus. 267.1
Mercenarij merces. Ibidem.
Mercenarij & pseudopastores, plus de seipsis etiam sanis, quàm suis subditis etiam infirmis, solliciti sunt: & ideo à Domino diris flagellis castigantur. 300
Mercenarius seruus, & filius. 416.1
Mereri, Meritum, Meretrix.
Merendi tres causæ. 289.2
Meritis suis nemo confidat. 236.2
Meritorum præsumptio. 345.2
Merita nostra sunt in Christi merito radicata. 425.1
Tempus meriti currit vsque ad iudicium. 554.1
Secundùm differentias meritorum, sunt distinctiones premiorum. 581.1
Meritis suis ad gloriã nullus pertingere potest. 236.2
Meretrices quomodo præcedunt Iudæos in regno Dei. 504.2
Messias, Messis.
Messias Hebraicè, Christus Grecè, vnctus Latinè dicitur. 121.1
Messis allegoricè quid sit. 221.2

Metreta, Metus.
Metreta, quid sit. 125.1
Metus potentum. 156.2
Meum, & tuum.
Meum, & tuum non est in religione. 507.2
Michael.
Michaelis sermo ad Christum. 598.1
Michael præpositus paradisi. 725.1
Miles, Militia, Militaris.
Miles malus quis dicatur. 229.2
Milites in Christos Domini insurgũt pro viribus. 88.1
Militum conditiones modernorum. ibidem.
Milites qui dicuntur. 629.2
Curtorquentes Christum milites dicerentur. ibid.
Quatuor milites diuidentes vestem Domini, quatuor sunt hominum genera. 645.1
Militiæ ratio. 44.1
Militaris disciplina. 88.1
Mille, Millenarius.
Mille passus, iter sabbati. 261.2
Millenarij numeri mysterium. 590.2
Minimus.
Minimi qui dicantur. 155.2
Christi minimi. 557.2
Minister, Ministrare.
Minister baptismi. 119.1
Ministri pharisæorum sermonibus Christi delectati. 354.1
Ministri Christi qui dicantur. 500.2
Ministri diaboli, sunt curiosi religiosi. 300.2
Magis meritoriũ est benignè hospiti ministrare, quàm cibum præbere. 261.2
Ministratio angelorum tripliciter sumitur. 116.2
Ministratum Christo ab angelis. 117.1
Ministrandum est Christo. 500.2
Ministerium nobis à Christo exhibitum. 467.2
Minutio, Minutum.
Minutio Christi. 641.1
Minuta duo offerre Deo. 495.2
Minutorum prouisio. 641.1
Miraculum.
Miracula, cur Christus infans non fecerit. 79.1
Miraculorum operatio non iustificat. 189.2
Miracula in principio ecclesiæ fuerũt necessaria. 220.2
Cur modò non fiant miracula. 722.2
Primum Christi miraculum. 125.2
Miracula facere quando competebat Christo. 124.1
Miraculum Christi fuit homines eijcere de tẽplo. 128
Miracula post doctrinam. 191.2
Miraculorum causæ in Christo tres. 213.2
Testes miraculorum Christi. 217.2
Miracula publicari vetat Christus. 218.1
Miracula Christi ad duo ordinata. 200.2
Miracula multa, cur paucis verbis comprehendantur. ibidem.
An miracula Christi sufficienter probauerint ipsum esse Deum. 242.2
Miraculis Christi detractum est dupliciter. 322.2
Christus in omnibus miraculis opus fecit perfectum. 335.2
Christus alios à discipulis suis voluit facere miracula. 407.2
Miraculum Christi, circa carbones accensos. 711.2
Miraculorũ quatuor genera Apostolis cõcessa. 220.2
Miracula discipulorum. 223.1
Miser, Miseria.
Miser sit beatus Christum sequendo. 500.2
Miseria amicitiæ rerum temporalium. 383.1
Miseria triplex conditionis peccatorum. 481.2
Miseriæ delicijs, & deliciæ miserijs commutantur. 450.2.451.1
Misereri, Miseratio.
Misereri proprium est Deo. 468.1
Miserationis Christi ratio duplex. 382.1
Miserationem inducentia. 412.1
Misericordia.
Misericordiæ insistendum. 182.1
Misericordia quid sit. 150.1
Misericordiæ & iustitiæ distinctio. 355.2
Misericordiæ & iustitiæ contentio. 13.1
Dei sententia super contentione veritatis, & misericordiæ. ibidem.
Misericordia triplex. 150.1
Misericordia à Ioanne Baptista præcepta.
Misericordiæ laus. 88.2.150.1.179.2
Misericordia sacrificijs præfertur. 143.1
Misericordiæ exhibendæ ordo. 150.1
Misericordia temperata. ibidem.
Misericordiam facientes. 329.1
Misericordia sola comes est defunctorum. 332.2
Misericordiam suadet Dominus. 181.2
Misericordia remanet cum miseria. 355.2
Misericordia Onychino comparatur. 433.2
Misericordia ad proximum. 498.2
Misericordia est mandatis præuenire periculum. 529.2
Misericordiæ operibus omnes obligantur. 83.2
Opera misericordiæ. 555.1
Cur de operibus misericordiæ in iudicio disquiritur. 559.1
Misericordia Christi, & Dei.
Misericordia Christi. 194.1.215.1.382.1.422.1.562.1
Magnitudo misericordiæ Dei. 425.1
Misericordia Dei quantum necessaria sit. 613.2
Stultissimum est totum hominem pendere ex misericordia Dei.
Misericordia humana, & diuina, non est æqualis. 150.2
Misericordiam à Deo sperans, misericordiam exhibeat. 173
Deus misericors est his, quos misericordes reperit. 702.2
Missa.
Missæ audiendæ præceptum. 198.2
Missas pro nummo celebrantes. 305.1
Missæ in die cœnæ solennitas. 576.2
In primitiua ecclesia omnes qui missæ intererant, sumebant sacramentum vnitatis. 577.2
Hora missæ celebrandæ. 634.2
Vltima oratio missæ est audienda. 587.2
Missa cum collecta concluditur. 656.2
Mitis, Mitra.
Mitis & mansuetus, differunt. 148.2
Mites, non iracundi, habent Dominum sui. 149.1
Mitem esse. ibidem.
Mitra episcopi, quid significet. 621.2
Mittens, Missus.
Mittentis virtus. 226.1
Missus ad Iudæos Christus. 376.2
Missorum qualitates. 220.1
Mna.
Mnæ decem. 554.1
Modestia.
Modestia religiosorum. 589
Modicus, Modo bene.
Modicæ fidei, quis dicendus. 207.2
Modo bene, modo bene, diaboli dictum. 298.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mœrere.
Mœrentium lachrymas Deus respicit. 202.1
Mola, Molestia.
Mola asinaria, quid. 408.1
Mola asinaria, onus pœnitentiæ est. 298.1
Præsentes molestiæ sunt malis initium gehennæ. 39.2
Momentum.
Momentum quid sit. 113.2
Monachus, Monialis.
Monachus quid. 72.1
Monachorum princeps est Ioannes Baptista. ibidem.
Monachorum rarus profectus. 72.2
Monachus non est bonus, qui melior esse nō vult. ibid.
Monachus ad imitationem Christi inuitatur. 140.1
Monachorum inclusio qualis sit. 38.2
Monachi sint in claustro. 206.1
Monachi pomposi corripiuntur. 223.1
Monachus quomodo debet esse in religione. 236.2
Monachorum vita. 507.2
Monachi Adæ comparati. ibidem.
Monachi angelis comparati. ibidem.
Vtilis alijs an monasticam vitam accipiet. 555.2
An monastica vita sit præferenda seculari. ibid.
Monachi Christum repræsentant in habitu, tonsura, & supellectilis. 671.1
Monachorum est Deum laudare. 738.2
Monialis deuotio. 589.1
Monarchia, Monomachia.
Monarchia. 40.1
Monomachiæ, id est singularis pugnæ defensio. 113.2
Mons, Montana.
Cur Christus in montem duxerit discipulos. 397.2
Montis ascensio. 398.1
Christus nullum inuenitur in monte pernasse. 491.2
Christus aliquando dicitur mons. 561.2
Cur Christus ascendit in montem passurus, vnde in cœlum ascensurus erat. 588.2
Mons trium luminum. 726.1
Mors Garizim. 269.1
Montana petendi ratio. 147.1
Monstruosus.
Monstruosa res.
Monumentum.
Monumentum quid. 453.2
Monumenta aperta sunt in morte Christi. 659.1
Monumentum Domini. 668.2
Monumētum Domini cur solidum, nouum, alienum, erat. ibidem.
Cur Christus in monumento iusti positus. ibid.
Monumētum mysticū est corpus dominicum. 688.1
Monumentum quid designet. 688.2
Monumentū cū lintheaminibus, quid significet. 690.2
Morbus.
Morbi origo ex cibo vario. 310.1
Morbus incurabilis. 319.1
Christus nullius morbum horrebat. 200.2
Christus omnium morborum medicus. 412.1
Mori, Mors, Mortuus.
Moritur quisque in optimo statu. 98.1
Morientum differentiæ. 203.2
Moriendum pro vita cum Deo habenda. 236.2
Mori pro grege Dominico tripliciter possumus. 203.1
Mori pro Christo. 394.2
Homo cùm moritur, patitur phantasias, & turbationes maximas. 536
Homines plerique non credunt se morituros. 543.1
Mori debemus pro fratribus. 582.2
Morienti subuenientia. 598.2
Morienti quinque seruanda. 658.2
Mors quomodo bona. 13.1
Mors plangenda incredulis tantùm. 202.1
Mortis signa tria. 202.2
Mors triplex. 205.1
Mors tertia. 205.2
Semper est obseruanda dies mortis. 333.2
Mortis memoria quid iuuat. ibidem.
Incertus dies mortis. 425.1.441.2
Mors iustorum. 227.2
Mors spiritualis perficitur gradibus. 395.1
Mors vera quid.
Mortem veram homines non timent. ibidem.
Mors dicitur somnus. 452.1
Quilibet, siue senex, siue adolescens, morti vicinus est. 527.1
Christus in morte cuiuslibet videtur. 546
Qui mortem non timet, fœlix est. 548.1
Animæ mors super cætera formidanda. 541.2
Timor mortis æternæ. ibidem.
Mortuos tres suscitauit Dominus. 203.1
Mortuus peccatorem figurat. ibidem.
Mortuos sepelire mortuos suos quid sit. 205.2
Mortui designant adulatores. ibidem.
Mortui nunc dormientes vocantur. 217.2
Mortui sibi ipsis. 394.2
Mors Christi.
Mors quatuor modis Christo fuit intentata. 286.2
Mors Christi signum maximum. 323.1
Christus cur in aere voluerit mori. 502.1
Christus cur in cruce mori voluit. 502.2
Christus poterat non mori natura. 595.2
Christus volūtate sensualitatis volebat nō mori. 596.2
Mortis Christi turpitudo ex multis. 638.2
Mortis genus turpissimum passus est Christus. 674.1
Cur Christus crucis mortem elegit. 641.2
Mortis Christi causa. 642.2
Christus mortuus pro nobis triplici ratione. 457.1
Cur Christus mortuus sit expansis manibus. 643.2
Christus mori voluit, quia pater mandauit. 646.1
Christus mortuus est quando voluit. 657.2
Hora mortis Christi. 658.1
Diabolus in morte Christi stabat super brachium crucis. ibidem.
Mortui in morte Christi suscitati. 659.1
Maiestas, & virtus Christi in morte. ibidem.
Quid signa mortis Christi designent. 662
Mortis Christi diuturnitas. 674.2
Christus mortuus fuit quadraginta horis. 681.2
Mors Christi, res quàm maximè salutaris. 463.2
Tota spes nostra in morte Christi. 658.2
Mercedem mortis suæ dedit Christus homini.
Mors Christi continuè prospicienda est. 692.2
Moria mons.
Moria mons in quo templum Domini, & templi insignia. 65.1
Montis Moriæ mysteria. 65.2
Mons Moria. 269.1
Morsus, Morus.
Morsus inferni. 679.2
Morus quid designat. 470.2
Mouere, Motus.
Quibus modis nos Deus moueat. 524.1
Motus cœli cessatio. 540.2
Moyses.
Moysi iciunium in monte. 144.1
Moyses coronam Pharaonis cum Deo Hammone confringens, Christum figurauit. 70.1
Moyses

Moyses saluatus est à nece Pharaonis. ibidem.
Quid per Moysem, & Heliam in transfiguratione designatur. 398.1
Moysi & Heliæ ab Apostolis cognitio. 398.2
Mulier.
Mulier quid significet. 280.2
Mulieris manum tenens, est in vinculis diaboli. 158.1
Propter mulieres multa mala fiunt. 287.2
Mulieris aspectus vitandus. 342.1
Mulieres natura steriles, sed gratia fœcūdę. 762.& seq.
Mulier in adulterio deprehensa. 354.1
Mulier adultera quamlibet Christi sponsam designat. 356.1
Mulier pariens, ecclesia est. 534.2
Deuota constantia in mulieribus. 648.1
Mulieres separatim cum Christo ambulabant.
Mulieres astantes morti Christi. 660.2
Plangentium mulierum pectora. ibidem.
Mulierum circa sepulchrum deuotio. 670.1
Mulieres ad sepulchrum euntes. 688.1.2
Mulier cur nuncia salutis. 690.1
Relatio mulierū visa est discipulis deliramentū. 690.2
Mulieres currunt post discipulos ad sepulchrum. ibid.
Mulieres Apostolæ, Euangelistæ. 696.2
Munditia.
Munditiæ laus. 150.2
Plus curandum est de munditia interiori, quàm exteriori. 522.1
Munditia exterior non est Deo accepta, nisi per interiorem. 522.2
Spiritualis munditia requiritur ad corpus Christi suscipiendum. 570.2
Munditia spiritus sancti nihil patitur immundū. 581.2
Mundus, Mundanus.
Mundus variè acceptus. 89.2
Mundi pereuntis causa. 220.1
Mundi casus. 543
Conflagratio mundi. 750.1
Mundi innouatio. 752.2
Rerum mutabilitas mundo innouato non erit. ibid.
Mundi innouandi rationes. 753.2
Mundus maximè cauendus. 236.2.263.1
Mundum contemnendi exemplum. 236.2
Mundanorum gloria. 350.2
Mundanorum miseria.
Nihil mundanum debet se gignere in nobis. 90.2
Munus.
Muneris offerendi ratio. 54.2
Munera Dei in nobis Deo grata, & offerenda. 55.1
Munus sine charitate non proficit. 156.2
Munera captantur tripliciter. 366.1
Munera accipere. 491.2
Munerum precia. 495.1
Munera Magorum quid designent. 55.1
Munera Magorum trium tria, de tribus. ibidem.
Munera Magorum, tria vota religionis designant. ibid.
Murmur, Murmurare.
Murmur duplex. 440.2
Murmur claustralium moraliter. ibidem.
Murmur Iudæorum supra cetera peccata Deum offendit. 289.2
Murmurandum non esse.
Mutare.
Deus consilium non mutat. 560.2
Deus quomodo mutat sententiam. 33.2
Mutuari.
Mutuandum est gratis. 162.1
Mutuantis merces, à Deo est. 162.2
Mutus.
Muti dæmoniaci curatio. 219.2
Mutus quis dicatur. 315.1
Myrrha.
Myrrha multiplex. 3
Myrrhæ virtus. 684.2
Mysterium.
Mysterium virgini Mariæ manifestatum, cur non citò fuerit reuelatum. 31.2
Mysterium veritatis à quibus absconditur. 358
Mysteria Romæ sup sabbato vnctionis Christi. 477.2
Naaman.
Naaman Syrus ab Helisæo curatur. 285.2
Naaman. 280.1
Nabuchodonosor.
Nabuchodonosor plurimi imitantur. 273.1
Nardus.
Nardus quid. 476.2
Nasci.
Christus cur de desponsata nasci voluit. 17.1
Christus elegit molestius nascendi tempus. 41.2
Nascentis Christi humilitas, secundùm Augustinum. 44.2
Cur nascituro Domino, vniuersus describitur orbis. 40.1
Nascitur, qui ad cœlum migrat. 534.2
Natum non posterius genitore suo. 11.2
Natiuitas.
Vide infrà post, Natio.
Nathanael.
Nathanael frater Philippi. 112.1
Nathanael legisperitus. ibidem.
Nathanael donum Dei interpretatur. ibidem.
Testimonium Christi de Nathanael. 122.2
Nathanaelis confessio de Christo. ibidem.
Nathanael cur non fuit Apostolus. ibidem.
Natio.
Natio quælibet Deos suos habebat. 316.1
Natiuitas.
Natiuitatis Christi figuræ. 47.1
Figuræ Christi natiuitatis Abrahæ visæ. 360.1
Natiuitatis Dominicæ hora. 41.2
Natiuitas Christi. ibidem.
Mysteria in natiuitate Christi. 57.1
Natalis Dominici gaudium, secundùm Cassiodorum. 44.2
Contemplatio super Christi natiuitate. 46.1
Imitanda ex Christi natiuitate. 46.1
Natiuitas Christi triplex. 46.2
Natiuitatem Christi triplicem repręsentat ecclesia in die natalis eius. ibidem.
Natiuitas Christi etiam paganis monstrata fuit. ibid.
Natiuitatis Christi magnitudo. 47.2
Mirabilia ex natiuitate Christi. ibidem.
Testimonium natiuitatis Christi. 60.2
Natiuitas Ioannis Baptistæ. 33.1
Natiuitatem Ioannis Baptistæ cur celebramus potius quàm aliorum. ibidem.
Natiuitas virginis. 762.2
Natiuitas duplex. 37.2
Natura.
Natura diuina non potest esse nisi vna. 10.1
Duplex natura in Christo. 653.2
Natura in beatitudine erit penitus subdita voluntati. 755.2
Natura nostra in se considerata, informis est tenebrositas. 11.1
Natura vincit artem. 176.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Natura non operatur in instanti. 198.2
Naturæ non seruiendum est. 236.2
Natura contenta est paucis. 310.2
Nauis, Nauicula.
Christus cur in nauem ascendit prædicaturus. 275.2
Nauis Apostolorum, est ecclesia. 303.2
Nauis moraliter. 304.1
Nauis ecclesiam significat. 275.2
Nauis est corpus humanum. 304.1
Naues duæ. 136.1
Naues Tharsenses. 56.1
Nauicula est arbor crucis. 208.2
Nauicula Petri mergi non potest. 207.1
Nauiculam quo modo Christus ascendit. 208.2
Nazareth, Nazarænus.
Nazareth flos interpretatur. 21.1
Nazareth duas ecclesias habet. 29.1
Nazareth quantum à Hierusalem distat. 30.1
Nazareth. 41.1
Christus cur in Nazareth cõcipi, & nutriri uoluit. 73.1
Cur Christus in Nazareth non fecit miracula. 285.1
Nazarænus Christus nuncupatus est. 37.1
Nazaræi uocabantur, qui nunc Christiani. ibidem.
Nazareni ad Christum. 285.1
Nazareni cur Christo inuidebant. 286.1
Nazareni Christum à sua ciuitate expulerunt. ibidem.
Neapolis.
Neapolis. 268.1
Necessarius, Necessitas.
Necessaria nobis. 311.1
Necessaria contemnenda. ibidem.
Necessarium minus fit priusquam magis. 479.1
Necessitas rectè uiuendi nobis indita est. 20.1
Necessitas legem non habet. 311.1
Necessitas duplex. 408.2
Necessitas ex uerbo Christi. 409.2
Negare, Negatio.
Negatio trina Petri. 613.1
Negationum Petri locus. ibidem.
Documenta ex negatione Petri. 614.2
Christum negare. 615.1
Negligens, Negligentia.
Negligentes zelare domum Dei.
Contra negligentes. 544.2
Negligentia duplex. 278.1
Negligentia hominis circa labores. 340
Negligentia corripiendi peccantes. 418.2.419
Negocium, Negociator.
Cœlestibus negociis nihil est nobis magis necessariũ. 205.2
Negociator bonus. 282.1
Nemo.
Nemo fieri potest sacerdos, aut præsul, aut prædicator nisi sit perfectæ ætatis. 103.1
Nemo nocere potest, Deo nolente. 233.1
Nemo sine causa quicunque nomen sortitur. 510.2
Nescire.
Aliud est nescisse, alind scire noluisse. 549.1
Nicodemus.
Nicodemus cur non fuit vocatus in Apostolatum. 123.1
Nicodemi ad Christum accessus. 130.2
Nicodemi consilium. 353.2
Nicodemus. 665.1
Niniuita.
Niniuitarum cum Iudæis comparatio. 323.2
Nobilis, Nobilitas.
Nobiles & diuites admonentur. 169.2
Nobilitas, & generositas, omnibus vna data. ibidem.
Nobilitas sola, est voluntatem Dei facere. 528.1
Nobilitas carnis non est vera. 357.2
Nocere, Noe.
Deo nolente, nemo nocere potest. 233.1
Noe admonitio tacita. 543.1
Noe statum significat ecclesiæ. 544.1
Nomen, Nominatio.
Nomen Dei. 170.1
Nominum Iesu & Christi differentia. 48.2
Nominis Iesu laudes & dignitates. ibidem.
Nominis Iesu excellentiæ. Item virtutes. ibidem.
Nominis sancti Ioannis impositio. 33.1
Nominis imponendi ratio. 48.1
Nomen quodcunque sortitur nemo sine causa. 510.2
Nominis mutatio. 121.2
Nomine proprio facta appellatio. 694.1
Nomina scribi in libro vitæ. 267.2
Nomina nostra possumus scribere in cœlis. ibid.
Nomen emanat ex actu. 510.2
Nomina bonorum, & malorum, vbi scribuntur. 474
Nomina malorum scribuntur in terris, non in cœlis. 267.2
Nominationis Apostolorum causæ. 147.1
Nouenarius.
Nouenarij numeri ratio. 413.2
Nouus, Nouissimus.
Noui nihil indicatur Deo. 166.2
Nouissimum triplex. 346.1
Nouissimi loci appetendi rationes. 346.2
Nouissimi primi. 438.2
Nouissimi qui dicantur. 441.1
Nouissimus dies. 545.2
Nouissima prouidenda. ibidem.
Nox.
Noctibus quoque iciunauit Dominus. 109.2
Nox diei Dominicæ. 683.1
Nox pericula tentationum indicat. 44.1
Noctis quatuor partes. 302.2
Nocte videntia. 443.2
Nubes.
Nubes quæ apparuit. 400.2
Nubere.
Nubere, & nubi. 513.1
Vide infrà, Nuptiæ.
Nunciare.
Cur Christus discipulis pacem, & mulieribus gaudium nunciauit. 704.1
Nudus, Nuditas, Nudatio.
Nudus quis dicatur. 711.1
Nuditas Domini in cruce. 592.2
Documenta ex nudatione Christi. 640.1
Meditatio circa Christi nudationem. 640.2
Nuditas vitanda. 626.1
Nuditas spiritualis. 626.1.2
Numerus, Numeralis.
Numerus electorum. 473.1
Numeri vulnerum Christi mysterium. 590.2
Quadragenarius numerus, quid designet. 721.1
Quadragenarij numeri ratio. ibidem.
Numeralia pro ordinalibus interdum posita. 687.1
Cur seruata à Deo, numerata dicuntur. 233.2
Numisma, Nummularius.
Numisma census. 512.1
Nummularij qui dicantur. 128.2
Nuptiæ.
Nuptiarum honoratio. 123.2
Nuptiæ Ioannis Euangelistæ. ibidem.

Vocatio

Vocatio ad nuptias. ibidem.
Nuptiæ quadruplices. 126.1
Nuptiæ ad quid ordinantur. ibidem.
Nuptiarum effectus. ibidem.
Quid per nuptiarum conuiuas designetur. 126.2
Nuptiæ quid significent. 126.1
Nuptias Domini intrantes sine veste. 509.1
Nuptiæ cælestes. 345.1
Nuptiæ spirituales. ibidem.
Secundæ nuptiæ ab Apostolis concessæ. 426.1
Iudæi ad nuptias inuitati venire noluerunt. 508.1
Nuptiæ triplices. 508.2
Deus dupliciter intrat ad nuptias. 509.1
Discumbere in nuptijs Christi. ibidem.
Nuptiæ Domini. 548.1
Nuptialem vestem non habens, cur obmutuit. 509.2
Obduratus.
Obdurati, sunt Iudæis similes. 249.1
Obedire, Obedientia.
Obedientiæ meritum. 16.2
Potestati superiori obediendum. 41.1
Obedientiæ forma. 136.2
Obediendum Deo quantùm debemus. 79.1
Obedientia vera debet tria habere vincula. 241.1
Obedientia in aduersis & prosperis. ibidem,
Obedientiæ perfectio. 424.2
Obedientia hominem perfectum in vtraque vita reddit. 604
Malis prælatis obediendum. 517.1
Quare medico potius, quàm Deo obedimus.
Obedientia procedit ex amore. 533
Obedientiæ præceptum. 597.1
Obedientiæ vincula. 604.2
Obedientia religiosorum. 658.1
Obedientia Christi. 362.629.1
Obedientia Mariæ. 26.2
Obiurgatio.
Obiurgationes ratò adhibendæ sunt. 183.1
Oblatio.
Quære infra in dictione, Offerre.
Obliuio.
Obliuio virtutum, virtutum est æratium stabilissimum. 36.1
Obliuio bona si te ipsum nescias, & proximo prosis. 368.2
Obolus, Obsecrare.
Obolus, quid. 404.2
Obsecrare, quid. 484.2
Obsequi, Obsequium.
Obsequium triplex. 485.2
Omnes sensus nostros debemus in obsequium Christi captiuare. 603.2
Omnis creatura parata est obsequi suo creatori. 725.2
Obstetrix, Obstinatio, Obumbratio.
Obstetrices Dominicæ. 44.2
Ab obstinatis in malo recedendum est.
Obstinatio maiorum. 507.1
Obstinata nequitia, non emollitur misericordia. 631.1
Obumbratio quid sit. 25
Occasio, Occursus.
Occasiones peccati sunt fugiendæ. 432.1
Occursus Dei. 416.1
Ocium, Ociosus.
Ocium ambitioſum vitandum. 168.1
Ocij detestatio. 630.1
Ociosus quis dicatur. 439.2
Ociosus caput Christi percutit. 630.1
Ociosum verbum. 321.1
Ociositas est debiti operis defectus. 439.2
Ocium sanctum. 264.2
Ocium Christi, vtile fuerit necne. 79.2
Oculus.
Oculi sunt deprimendi. 158.1
Oculum eruere. ibidem.
Oculos claudendi modus. 175.2
Oculi intellectus. 221
Oculorum leuatio. 535.2
Oculorum subleuandorum triplex impedimentum. ibidem.
Oculos habere à dextris & à sinistris. 315.2
Oculus, amicus dilectus. 409.2
Oculus cordis sanandus. 434.2
Oculos Domini velare. 611.1
Oculi Christi. 614.2
Oculi duorum discipulorum quomodo tenebantur. 701.1
Odire, Odium.
Odire parentes quomodo licet. 236.2
Odium nullum sit in naturam, sed in vitia. ibidem.
Odium facere, suggerit omne malum. 515.1
Odia mundi toleranda. 534.1
Odor, Oeconomus.
Odor bonus. 477.1
Oeconomus quis dicatur. 442.1
Offensa.
Offensa occulta, non est manifestanda. 156.2
Tanta est offensa, quantus est ille qui offenditur. 421.2
Offensa in hominẽ, modica est ad offensam in Deum. 422.1
Dimissio offensarum à Christo. 562.1
Offerre, Oblatio.
Preciosissima sunt duo offerenda. 57.2
Oblatio Mariæ. 60.2
Deus quid ex oblatione nostra attendat. 495.1
Officium.
Officia filij Dei. 151.1
Officia quatuor minorum ordinum exercuit Christus. 284.2
Officium angelorum. 245.1
Officia ab Apostolis Domino exhibita. 485.2
Officia diuersa diuersorum in processione Christi. 486. 1.2
Maiorum officium. 519.2
Officium pastorale. 712.2
Officia vitæ actiuæ. 265.1
Officium matutinum.
Officium clausstralium. 267.2
Officia diuina non intermittenda. 327.2
Officium nocturnum passionis, prophetias designat. 605.1
Oleum, Oliua.
Olei infusio. 257
Oleum lampadum. 550.2
Oleum in lampadibus, non in vasis accipere. ibidem.
Olei virtus. 558.2
Oliua salutifera. 12.1
Oliua quid repræsentet in cruce. 643.2
Oliueti mons.
Montis Oliueti situs. 480.2
Oliueti mons oliuis consitus. 484.1
Quid egressio Christi in montem Oliueti significet. 588.2
Oliueti montis dignitas. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omissio.

Omissio sola damnat. 86.2

Omnis.

Omnis dictio, quid. 85.1.348.2

Onus.

Onus triplex. 254.1
Onus Domini leue. 255.1
Onera honorum. 296.1
Duplex mali tia imponentium grauia onera. 518.1

Onychinus, Opes.

Onychinus. 433.2
Opum congestio. 333.1

Opinio, Opprobrium.

Opinio varia de Christo. 352.1
Opiniones diuersæ de Christo ingrediente Hierosolymam. 490.1.2
Opprobria pro Christo toleranda. 295.1.630.2
Christi opprobria. 565.2
Opprobria Christi, gloria nostra. 611.1
Christi patientia in opprobrijs. 647.2

Opus, Operari, Operarius.

Opus ex Deo quomodo cognoscendum. 10.2
Opus virtutis, quid sit. 4
Opus viuum quomodo agnoscitur. ibidem.
Opus præter Deum factum, non habet mouens neque finem. 11.1
Operis boni dilatio nocet. 30.2
Dilatio bonorum operum vituperatur. 544.1.2
Opera exteriora non prosunt, nisi mens & lingua cohibeatur. 50.2
De bono opere nunquam animus lætari debet. 96.1
Nulla sunt bona opera, nisi humilitate condiantur. ibidem.
Sine discretione opera nostra Deo accepta non erunt. 154.2
Operando proficimus plus quàm docendo. 155.1
Opera bona palam fiant ad laudem Dei. 165.2
Opera quomodo sint occultanda. 166.1
Difficultas operis ex parte nostra accidit. 178
Homo ex operibus suis cognoscitur. 178.2
Opus nostrum in quot diuiditur. 194.1
Operarij in ecclesia qui sint. 221.2
Opera ex timore facta. 233.1
Opera bona sunt trium meritoria.
Opera ostendentia & non facientia sanctum &c. 370.2
Opera determinant naturam. 371.1
Opera bona omnia facienda. 431.1
Operandum vt manduces. 440.1
Opera quibus habetur vita æterna. 443.1
Operantibus bona semper resistitur. 462.1
Opera bona non consulenda fieri. 479.1
Operari vineam est facere iustitiam. 504
Opera Pharisæorum. 517.2
Operans quodlibet vt videatur ab hominibus, Scriba est & Pharisæus. 518.2
In omni opere cogitemus Deum, & Angelos nobis præsentes adesse. 411.1
In omnibus operibus nostris debemus honorem & reuerentiam Dei attendere. 533.1
Operationes nostras in Deum referre debemus. 535.1
Omnia opera in consummationem passionis referenda. 656.2
Operari licet sollicitudine. 177.2
Opera quibus abstinendum sabbato. 344.2
Opus seruile. 362.1

Opera misericordiæ.

Opera misericordiæ quantum valeant. 87.2.444.2
Operæ misericordiæ in die iudicij succurrent. 150.2
Magnitudo operis pietatis affectum interiorem respicit. 177.2
Opera misericordiæ sex. 267.1
Opera misericordiæ spiritualia, nobiliora sunt quàm corporalia. 328.2
Opera nunc ad corpus pertinentia. 557.2
Sufficientia operum misericordiæ. 558.2
Omissio operum misericordiæ in animam. 559.1
In operibus pietatis & misericordiæ cognoscitur Deus. 702.2

Opera Dei.

Opera Trinitatis indiuisa. 10.2.25.1
Deus non loquendo, sed volendo, cuncta operatur. 10.2
Opera Christi miraculosa naturam excedunt. 125.2
Sex opera Christi contra sex mala. 243.1
Meditatio operum Christi. 272.1
Diuersa sunt opera Christi & diaboli. 318.1
Opera de Christo testimonium perhibentia. 338.2
Opera Christi ipsum probauerunt esse Deum. 371.1
Passus est Christus in opere. 674.1

Orare, Oratio.

Oratio, quid sit. 473.1.497.2
Oratio cum crapula parum valet. 110.2
Oratio multiplex. 145.2
Oratio duplex, publica & secreta. 166.2
Orandum est nocte media.
Oratio hypocritarum. 166.1
Oratio sanctorum. ibidem.
Orandi modus. 469.2
Oratio breuis commendatur. 166.2
Oratio Gentilium, cur longa & vocalis erat. ibidem.
Orationem cur petat Dominus. 167.1
Oratio nostra cur vocaliter fit. ibidem.
Orationis verba multiplicari possunt. ibidem.
Orandum instanter. 182.2.183.2.220.2.378.2.469.2.534.1.600.1
Oratio est auicula alis freta. 168.1
Orationis alæ. 181.1
Pro quibus orandum. 169.1.197
Oratio est exaudibilis per tria. 182.2
Orationis fiducia. ibidem.
Attentio in oratione. 183.1
Orationis virtus inæstimabilis. 183.1.368.1.532.2
Oratio in quacunque necessitate valet. 183.1
Oratio, nuncius fidelis. ibidem.
Oratio frequens, signum est gratiæ Dei. ibidem.
Per orationem cum Deo moramur. ibidem.
Oratio ad salutem necessaria est. 183.2
Orari vult Deus. 221.2
Oratio melior est lectione. 206.1
Vacans orationibus, & ieiunijs, non est piger dicendus. 264.2
Orandi locus. 269.1
Oratio non est melior ratione loci. 269.2
Orationem concomitantia. 295.1
Perseuerantia orandi impetrat negatum. 377.2
Oratio generalis. 403.2
Exaudiuntur orantes semper. 419.2
Orantes mendicant. 443.1
Orando quatuor prætendimus. 460.1
Oratio perseuerans, tandem sentit Deum stantem. 469.1
Orationis finis, & intentio. 470.1

Qui

Qui orant, vt ab hominibus videantur, damnationem merentur. 520.2
Qui orant, vt religiosiores appareant, grauius damnantur. 520.2.521.1
Oratio superborum exaudiri non meretur. 534.2
Non oramus frustra. 560.1
Orationis dulcedo. 536.2
Orationes iterandæ. 598.1
In quacunque necessitate, vel periculo constituti, debent ad orationem confugere. 598.2
Quomodo in oratione sudandus sit sanguis. 599.2
Orationis feruor. ibidem.
Oratio cum lachrymis compassionis. ibidem.
Oratio ecclesiæ in parasceue. 670.1
Orationes & laudes Apostolorum. 726.2
Orandum est nobis Apostolorum exemplo. 727.1
Oratio ad Mariam. 747.2

Oratio Christi.

Oratio Christi post baptismum. 106.1
Oratio Christi pro nobis. 145.2
Christus cur in deserto orauit. 201.1
Oratio Domini pro nobis. 295.2
Oratio Christi ad Patrem. 454.1
Orationis Christi efficacia. 562.1
Orationis Christi ratio. 535.2
Oratio Christi optimis circunstantijs dispositа. 355.1.2
Christus pro se orauit & suis. 535.2
Oratio Christi pro Apostolis. ibidem.
Orationis Christi efficacia, tantùm ad electos se extendit. 536.1
Oratio Christi pro cæteris fidelibus. ibidem.
In oratione pernoctare solitus erat Christus. 588.1
Cur Christus in horto orauit, & captus est. ibidem.
Oratio Christi, Abba pater &c. 596.2
Perfectio orationis Christi. ibidem.
Ter orauit Christus, vt ter tentatus fuerat. 598.2
Dominus cur ter orauit. 599.1
Efficacia orationis nostræ ex oratione Christi. ibid.
Oratio illa acceptissima est Deo, quæ in vnione orationis Christi offertur. 599.2
Orare quomodo Christo conuenit. 600.1
Christus pro nescientibus in cruce orabat. 689.1
Orationis Christi in cruce virtus. ibidem.
Oratio Christi in cruce. 657.2
Omnia membra Christi pro nobis orant. 666.2

Oratio Dominica.

Orationis dominicæ excellentia, & sufficientia.
Orationis Dominicæ breuitatis causa. 108.2
Precationes omnes oratio Dominica continet. ibid.
Orationis Dominicæ petitiones septem, & eiusdem partes octo. 108.2.109.1
Oratione Dominica grauatur, qui inuidia laborat. 171.2
Orationis Dominicæ breuis expositio per ternas particulas. 173.2

Oratorium.

Oratorium regis. 369.2

Ordo.

Ordines fidelium tres. 126.2
Ordo charitatis. 230.1

Oriens.

Ab Oriente, & Occidente venire. 196.2
Conuersio ad Orientem, dum euangelium dicitur. 724.2

Ornatus, Ornamentum.

Ornatus periculosus. 216
Ornamenta altaris sint nona. 668.2

Os, oris.

Oris locutio. 188.1
Oris confessio interdum est necessaria. 234.1
Os custodiendum est nobis. 320.2
Os hominis sublime. 342.2

Osanna.

Osanna, Hebræum. 484.2

Osculari, Osculum.

Osculandi consuetudo. 601.2
Osculum Iudæ cum salutatione. ibidem.
Quare Christus osculum accepit à Iuda. ibidem.
Osculum Iudæ in Iacob figuratum. 602.2

Ostium, Ostiarius.

Ostium ueritatis, Christus &c. 365.2
Christus est ostium regni cœlorum. 520.2
Ostiarius triplex. 366.1

Ouis, Ouile.

Ouis cæteris quadrupedibus timidior. 493
Oues sunt, tripliciter pascendæ. 368.1
Quomodo sunt pascendæ oues Christi. 613.2
Oues Dei per quatuor signa cognoscuntur. 370.2
Parabola de oue errante. 412.1.2
Congratulatio ouis inuentæ. 413.1
Oues bonos, & electos, designant. 746
Præsistentia propriarum ouium. 713
Ouile est ecclesia. 365.2
Intrantium ouile discrimina. ibidem.
Per quod ostium in ouile ouium sit intrandum. 365.1

Ouum.

Ouum spem significat. 184.1

Pacificus.

PAcifici filij Dei. 151.1
Pacifici habent similitudinem cum Deo patre. 151.1.2

Pacisci, Pagus.

Paciscimur cum Deo. 173.1
Pagos Græcè, dicitur uilla Latinè. 637.1

Palea, Pallium.

Paleæ dicuntur reprobi. 96.1
Pallium dandum. 261.1

Palma, Palpebra.

Palma quid significet in cruce. 643.2
Palpebra auium. 342.2

Panis.

Panis quotidianus. 170.2
Panis noster. ibidem.
Panis triplex. 171.1
Panis multiplex. 293.2
Panis charitatem significat. 183.2
Multiplicatio panum & piscium. 292.1
Quinque panes hordeacei, quinque libros Moysi significant. 293.1
Panis à Christo fractus, est uerbum Dei. 293.2
Panis cœlestis. 294.1
Panes ordeacei suauissimi. 305.1
Panis cupiditas. 305.2
Panum sectatores. ibidem.
Panis corporalis, & uerus. 306.1
Panis sacramentalis. 306.2
Panis & sanguis, ecclesia est. 307.2
Panis quid comprehendat. 344.1
Panis regni Dei. 347.2
Panis cognitionis. 383.1
Panum numerus mysticus, & discretio à consimili miraculo alibi facto. 383.2
Panes mystici septem. 384.2
Panes proficientium septem. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Transmutatio panis in corpus Christi, fit in vltimo instanti prolatæ orationis. 577.1
Panis subcinericius. 720.1
Panis reuersatus. ibidem.
Frangendi panis consuetudo. 702.2
Panis triticeus. 720.1
Pannus, Pannosus.
Pannis inuolutus est Dominus. 41.2
Pannosi qui dicuntur. ibidem.
Papa.
Papa vocat se seruum seruorum Dei. 519.2
Parabola.
Parabolæ quatuor Christi ad turbas. 275.2
Christus cur rudibus populis loquebatur in parabolis. 281.2
Parabolæ tres discipulis à Christo propositæ. ibidem.
Tres parabolæ contra contemptum, & scandalum pusillorum, vno fine clauduntur. 417.2
Parabolas fecit, & dixit Dominus. 499.2
Filiorum duorum parabola. 504.1
Tres parabolæ ad tres status pertinentes. 550. 1 & sequen.
Parabola actiuorum. 556.1
Paradisus.
Paradisus multiplex. 689.2
Paradisus vbi Deus. ibidem.
Paradisus primò latroni promissus. ibidem.
Paradisi laudes. 683.1.2
Gloria paradisi. 754.2
Singuli à singulis in paradiso agnoscentur. 755.1
Pulchritudo paradisi. ibidem.
Delectationes paradisi. 757.1.2
Concordia in paradiso. ibidem.
Paradisus vbi sit in hac vita. 199.2
Paradisus terrestris, vel in claustro, vel in schoiis est. ibidem.
Patriarchis & Prophetis non est promissus paradisus. 690.1
Parlysis, Paralyticus.
Paralysis quomodo dicitur incurabilis. 213.2
Paralytici oblatio. 213.1
Paralyticus, quid figuret. 214.1
Paralyticos tres curauit Dominus Iesus. 214.2
Paralyticus quomodo non petitam veniam obtinuit. 211.1
Paralytici infirmitatis causa. 335.1
Paralytici patientia. 335.2
Paralytici ægritudo triginta octo annis. 336.1
Paralyticus interius, & exterius, sanatus. 337.2
Parasceue.
Parasceue quid. 632.2.670.1
Die parasceues non consecratur hostia. 672.1
Parcere.
Iniuriantibus parcat, qui ex Deo veniam sperat. 164.2
Parcendum est iniuriantibus. 423.2
Parens.
Debitores sumus parentibus. 124.2
Parentes clarum non faciunt, sed virtus. 36.1
Parentum Christi paupertas. 41.2
Parentum Iesu admiratio. 60.2
Parochianus, Paropsis.
Parochiani agnoscendi modi per characterem. 474.1
Paropsis quid sit. 573.2
Parsimonia.
Parsimonia discipulorum Christi, victus. 292.2
Paruulus.
Paruulum esse oportet. 406.1
Paruuli conditiones. ibidem.
Paruulum in medio statui, quid sit. 406.2
Paruuli Christo oblati. 427.2
Paruuli non sunt prohibendi accedere ad Christum. ibidem.
Paruulorum purgatio à peccatis. 722.2
Pascere, Pastor.
Pascere, non tondere, pastor iubetur. 714.1
Pasci Dei verbo. 112.1
Tres gradus hominum in ecclesia pascantur. 713.2
Pastoribus vigilantibus nunciatur gaudium lucis. 43.2
Pastorum monumenta. 43.1
Pastoribus cur potius quàm alijs apparuit Angelus. 43.2
Pastorum Christum visitantium conditio. ibidem.
Pastores qui dicendi sint. 44.1
Pastor pastoribus apparuit. ibidem.
Pastores vniuersi fideles. ibidem.
Pastorum reuersio ad greges. 46.1
Pastorum culpa. 221.1
Pastor ouium est Christus. 365
Pastoris cura de ouibus. 366.2
Bonus pastor quis sit. ibidem.
Signa tria boni pastoris. 367.2
Tres boni pastoris conditiones. ibidem.
Pastor à pascendo dictus. 368.1
Pastores caueant oues scandalizare. 368.2
Pastores sint irreprehensibiles. 391.2
Cura pastoris, est signum dilectionis. 418.2
Pastu digni à Christo. 383.2
Pascha.
Pascha Domini. 561.1
Pascha multifariam accipitur. 563.1
Pascha vnde dicatur. ibidem.
In solennitate Paschali quatuor erant. 567
Passer.
Passer non cadit sine Deo. 233.1
Duo passeres, corpus & animam designant. 233.2
Passeres vendi minimo precio, quid sit. ibidem.
Pastor.
Vnde suprà, in Pascere.
Pater, Paternitas.
Pater dicitur, quia filium habet. 10.1
Patris & filij coæternitas. ibidem.
Pater noster, Deus est tripliciter. 169.1
Pater pro trinitate. ibidem.
Patres non sine causa solitudinem petebant. 110.2
Pater filijs redeuntibus clemens est. 416.1
Omnia sunt tolerabilia propter salutem patris. 418.1
Potest quis pater, vel magister in terra vocari. 519.2
Tria requiruntur ad patremfamilias. 545.1
Paternitas multiplex. 730.1
Patriarcha, Patrinus.
Patriarchæ elegerunt in terra sancta sepeliri. 6
Patrinorum origo. 121.2
Pati, Passio.
Pati pro Christo. 152.2
Patimur inuiti. 433.1
Non pati in mundo, impossibile est. ibidem.
Pati oportet cœlum intrare volentes. 702.1
Passi omnes sancti. ibidem.
Passio, & propassio, differunt. 595.2
Passio Christi.
Passiones quomodo fuerunt in Christo. 501.1
Passiones non vitiosæ, quæ nos præueniunt, sequebantur Christum. 60.2
Passiones Christi variæ. 3.561.2
Christi passiones præ oculis habendæ. 3
Passio Domini inflammat nos. 235.1
Passio Christi, & tormenta. 235.1.464.1.538.1

Passionis prædicandæ causæ. 391.2
Christus cur passionem suam pluries discipulis prædixerit. 404.1
Pati rursus paratus Christus. 414.1
Passionis meritum. 425.1
Meritum passionis magnificandum est. 591.2
Passionis Dominicæ prænotationes. 463.2
Christus in electis suis quotidie patitur. ibidem.
Passionis Dominicæ demonstratio. 464.1
Passionis Dominicæ susceptio. 466.1
Passionis Christi fructus. 500.2
Passionis Christi memoria, & meditatio. 230.2.457.565.2.589.1.591.1.593.1.668.1.2
Passionis Dominicæ efficacia. 502.1
Christus per passionem suam, victoriam habuit de diabolo. ibidem.
Passio Christi fuit communis Angelis, & hominibus. ibidem.
Passio Christi in se continet omnem perfectionem hominum. 561.2
Christus in passione impleuit quicquid verbo docuit. 562.1
Dies passionis mœroris est, & non gaudij. 567.1
Proficere volens in scientia Dominicæ passionis, quid facere debet. 589.1
Passionis Christi intentio. ibidem.
Passio Christi doctum efficit. 691.1
Solatia ex passione quatuor. ibidem.
Narratio historiæ passionis Christi. 592.1
Passio Christi in generali. 592.1. & sequen.
Tria principalia in passione partes pœnitentiæ concernentia. 592.2
Locus passionis Christi. ibidem.
Passio non tota scriptura. ibidem.
Tempus passionis Christi. 593.1
Prima die solēnitatis Paschę Christus passus est. 661.1
Grauitas, & acerbitas passionis Christi. 593.1
Quis & qualis Christus passus est. ibidem.
Saporis Dominicæ passionis excitatiua. 593.2
A quibus passus est Christus. 592.1
Passio Christi debet nobis esse regula viuendi. 593.2
Admiratio passionis Christi. ibidem.
Tria quæ passio Christi docet. 594.2
Christus pati nolebat. 596.2
Quælibet pars Christi virtute diuina permittebatur pati. 598.2
Quare Christus noluit defendi in passione. 603.1
Passio sanctorum à longè sequitur Christi passionem. 696.2
Christus tria à gentibus est passus. 618.2
Quare Christus in loco peccatorum passus sit. 638.2
Cur extra ciuitatem passus sit Christus. ibidem.
Pati sine culpa, Christi est: cum culpa latronis. 647.2
Cur tribus diebus passionis tenebras celebret ecclesia. 652.2
Quare Christus tantum passus est. 653.1
Amara fiunt nobis dulcia merito Christi passionis. 655
Christus multa pro nobis sustinuit. 667.1
Passus est Christus innumerabilia.
Epilogus passionis Dominicæ. 673. & sequen.
Passus est Christus in omni ætate. 673.2
Mirabilia passionis Christi. 674.1
Mutatio dici, & noctis, facta est in passione Domini. 679.1
Exemplum passionis & resurrectionis Christi. 682.1
Christus comitatur loquentes de passione eius. 701.2
Oportuit Christum pati, vt liberaremur à pœna. 706.1
Patientia.
Patientia in proprijs iniurijs laudabilis est. 114.1
Patientia opus perfectum habet. 152.1
Patientiæ vtilitas. 153.2
Patientia animi sine nutrimento alienæ iniquitatis habenda. 261.2
Patientia in tribulationibus. 220.2
Patientia prædicanti necessaria. 226.1
Patientia in proximi importunitate. 259.1
Patientia vera. 280.2
Patientes quantum esse debemus. 360.1
Patientia omnium virtutum custos. 377.2
Patientia nobis necessaria. 565.2
Patientiam voluit docere Dominus. 608.1
Patientiæ effectus. 684.2
Patientia Christi. 112.2. 340. 359. 2. 478. 1. 562.1
Paulus, Paula.
Paulus fugit persecutionem personalem. 229.1
Pauli conuersio. 270.2
Scœnofactoria Pauli ars. 710.2
Pauli primi eremitæ fuga. 605.1
Paulæ monasterium in Bethlehem erat. 47.1
Paula & Eustochium Bethlehem sepultæ. ibidem.
Paulæ pœnitentia. 260.2
Pauor.
Pauor, & tristitia Domini. 596.1
Pauoris assumendi causæ. 595.2
Pauper.
Pauperes quanto nudiores, tanto misericordius à diuitibus respiciuntur. 3
Pauperes Mariam, & Ioseph considerant. 41.2
Pauper eleemosynam recipiens, ad quid tenetur. 162.1
Pauperes non sunt despiciendi. 162.2.347
Pauperibus detur, quod superest. 555.1
Pauperes euangelizantes qui dicantur. 242.2
Pauperum bona pauperibus non dare, per sacrilegij crimen. 300.1
Pauperes ficti, raptores sunt. 311.1
Pauperes quanto despectui habeantur. ibidem.
Pauperum electio. 349.1
Pauper & diues rectè iunguntur. 446.2
Pauperes latent. ibidem.
Pauperis iacentis miseria. 474.1
Pauperes facti sunt propter diuites. 87.2
Pauperes semper habere. 479.1
Pauperes in ecclesia corporaliter & spiritualiter. 559.1
Pauperes spiritu, sunt humiles, & timentes Deum. 148.1
Paupertas.
Paupertatis commendatio. 42.1
Paupertatis & pietatis Apostolorum indicia. 137.2
Paupertas voluntaria. 152.1
Paupertati, non protestati, regnum cœlorum promissum. 223.1
Paupertatis sodales. 311.1
Paudabile est paupertatem amare. ibidem.
Paupertas non est maior continentia, vel obedientia. 430.1
Paupertatis perfectio. 431.2
Paupertas fœlix. 433
Paupertas est satisfactio pro peccatis. 449.2
Paupertas spiritus. 148.2
Paupertas spiritus Sapphiro comparatur. 433.1
Paupertas Christi summa, & penuria locorum. 41.2. 54.1.311.2.405.1.668.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pax.

Pax sub Augusto. 40.2
Cur Christus tempore pacis natus sit. ibidem.
Pax hominum. 44.1
Pax fugata. 100.2
Paci contraria quinque. 151.1
Pax & salus in quo differant. 224.2
Pax vobis, ab episcopis in principio Missæ dicitur. ibidem.
Pacem cum Deo nos habere congruit. 336.1
Pacis osculum nunc loco Eucharistiæ sumitur. 577.2
Pacem Christus Apostolis suis reliquit. 581.1
Pax duplex. ibidem.
Pax sanctorum,& mundanorum,cum Deo. 534.2
Pacis commendatio. 535.1
Pax cum discipulis Domini qualis sit. 704.1
Pacem cur Christus discipulis,& gaudium mulieribus nunciauit. 704.2
Cur pacem Christus geminat. 706.2
Pacis impedimenta. 708.1
Pax in solo Iesu. 750.2

Peccare.

Quæ nos debent terrere,ne peccemus. 98.2
Occasio peccandi abscindatur. 158.1
Peccandi consuetudo fugienda. 203.1
Peccare,est Deum exhonorare. 300.2
Peccare cum securitate. 302.1
Peccatur in veritatem tripliciter. 352.2
Nolle peccare, virtus est. 428.1
Peccare in cœlum. 415.2
Peccare in te. 418.2
Ad placandum Deum,sufficit desinere peccare. 424.2
Peccare ex certa scientia. 549.1

Peccatum.

Peccati fœditas. 65.1
Peccati fœtor à deserente percipitur. 200.2
Peccatum semper detestandum. 99.1
Peccatorum radices tres. 101.1
Peccatorum quatuor genera. 200.2
Peccati differentiæ. 358
Peccatum multa mala facit. 300.2.337.2.489.2
Omnia elementa propter peccatum primum detrimentum sustinuerunt. 753.1
Christianus in omni peccato lapidat Christum. 372.1.2
Peccatum grauius est Christo, quàm crux in qua pependit. 752.2
Homo in omni peccato mortali fugit à Deo. 605
Deus de peccatis nostris sumit materiam, vnde nos puniat. 128.2
Peccata sunt hominis propria. 173.1
Peccata sunt communia mentis,& corporis. 95.1
Peccata quotidiana. 173.1
Virorum & mulierum præcipua peccata. 504.2
Peccata quibus homines ante iudicium vacabunt. 543.2
Peccatum mors est,& vt mors fugiendum. 202.2
Peccati status periculum. 203.2
Peccatum dæmon est. 252.1
Peccati procreatio. 336.1
Peccata in corde generantur. 374.2
Peccatum voluptate transeunte manet. 357.2
Vinculo peccati ligati. 481.2
Peccatum minimum scienter commissum, grauius est toto mundo. 99.2
Minus peccatum est causa maioris peccati. 287.1
Multa peccata per infirmitatem, & ignorantiam excusantur. 297.1
Peccata grauiora sunt post baptismum. 325.1
Peccata posteriora sunt grauiora,& difficiliora. ibid.
Peccata maiora dimittuntur,& leuia puniuntur. 330.1
Minora peccata cur non penitus auferantur. 570.2
Maiora peccata nostris viribus superare non possumus. 571.1

Peccati destructio, sanatio, auersio, eiectio, remissio.

Peccati destructio difficilior, quàm mundi creatio. 337.2
Modus sanandi à peccato. 379.2.380.1
Conseruatio à peccatis tribus fit modis. 385.1
Occasiones & causæ peccati sunt fugiendæ. 376.1.409.2
Vitatio occasionis peccati comparatur Chrysolito. 434.1
Mora eijciendi peccatum periculosa est. 403.1
Peccatum consuetudine vilescit. 203.1
Peccata non nocent, si non placent. 425.1
Peccata dimittere, quid sit. 99.1
Tollere peccata. 118.1
Peccata cur Christus prius remisit, quàm sanauit. 213.2
Peccati iugum abijcere,solius Dei est. 481.1
Peccata non remittuntur meritis hominum. 707.1
Peccatum de se remissibile. 318.1

Peccatum in Spiritum sanctum.

Peccatorum in spiritum sanctum species. ibidem.
Peccatum ex certa malitia. 318.2
Peccatum ad mortem,quod sit. ibidem.
Peccatum cur in spiritum sanctum dictum. 319.1
Peccatum in spiritum sanctum,ex præsumptione. ibid.
Peccatum ex desperatione. ibidem.
Peccatum irremissibile. ibidem.
Peccata omnia, excepta impœnitentia, remittuntur. ibidem.

Peccator, Peccatrix.

Peccatorum tria genera. 214.2
Peccatorum diuersitas. 336.2
Peccator adhærere debet Deo, medico suo,eius vitam contemplando. 1
Peccator inuitatur ad veniam. 1
Peccatores quare diuinam non sequuntur lucem. 111
Cur peccatores in hac vita non flagellantur. 39.2
Peccatores vocare venit Saluator. 143.1
Peccatores redeuntes,sunt dupliciter recipiendi. 143.2
Peccatores qualiter torquentur. 197.1
Peccator censetur dæmoniacus. 219.2
Peccator lunatico similis. 401.2
Peccator indignus est pane, quo vescitur. 235.1
Peccatore viso flendum nobis. 260.2
Peccator non est soluendo. 262.1
Peccatoris origo. 274.2
Peccatorum timor. 304.2
Peccator diabolum in domum suam inducit. 315.2
Peccator surdus quomodo dicatur. ibidem.
Peccator est domus diaboli. 325.1
Peccator omni destituitur auxilio humano. 335.2
Peccator incuruus est. 342.1
Peccator seruus. 357.2
Peccator cur peccatum suum non videt. 363
Peccatori considerandæ septem. 364.1
Peccatores catelli sunt. 378.1
Peccatores conuersi quomodo deficiunt. 383.1
Peccator à patre suo recedit,quomodo peccat. 415.1
Peccator in Angelum suum peccat. ibidem.
Peccator, sex de causis indignus est vocari filius Dei. 416.1

Peccatores multis modis trahuntur ad pœnitentiam. 415.2
Peccatores non contemnendi,sed corrigendi. 417.2
Peccator quomodo sanctis similis fieri poterit. 424.2
Peccatores multi conuersi. 425.1
Peccatoris resuscitatio. 454.2
Peccatoris suscitatio in Lazaro designatur. 455.1
Peccatoris iustitia. ibidem.
Peccator mundari volens,quid facere debeat. 460.1
Peccatoris errandi modi. 489.1
Mala septem peccatori ventura. 489.2
Melior est peccator humilis, quàm iustus superbus. 496.1
Indumenta peccatorum. 509.2
Quæ corpora peccatorum, dicuntur sepulchra mortuorum. 522.2
Laqueus peccatorum. 541.2
Peccatricis liberatio. 355.2

Pecunia.

Pecunia non amanda. 333.1
Pecuniam militibus ad mentiendum Iudæi dederunt. 698.1
Pecuniæ malum. ibidem.

Pentecoste.

Pentecoste. 280.2
Pentecostes solennitas. 738.1
Figura receptæ gratiæ in die Pentecostes. ibidem.
Exultatio nostra in die Pentecostes. ibidem.

Penuria.

Penuriæ causæ. 178.1

Per, præpositio.

Per, præpositio,ibi, Omnia per ipsum facta sunt,quomodo sumitur. 10.2

Percutere, Perdere.

Percutientes caput Christi. 612.1
Perditio nostra quæ sit. 246.1

Peregrinus, Peregrinatio.

Peregrinus quis dicatur. 701.1
Peregrini sunt ad hospitium trahendi. 702.2
Peregrini conditiones. 703.1
Peregrini sumus omnes. 702.2
Militis exemplum peregrinantis per loca sancta. 728.2
Peregrinatio,& visitatio terræ sanctæ. 6

Perfectio, Perfectus.

Perfectio Christi,& morum eius. 6
Perfectionis statum exemplo docet Dominus. 42.1
Perfectio in quibus consistat. 236.2.393.2
Gradus perfectionis. 270.2
Signum perfectionis. 430.2
Perfectiones in Deo sunt sine numero, & sine termino. 533.1
Non est perfectio sine sentimento propriæ imperfectionis. 174.1
Perfecti & imperfecti differentia, quo ad inimico succurrendum. 263.1
Perfectus quantùm ad Deum, seipsum, & proximum. 106.2
Beneficium triplex perfectorum. 263.2
Perfecti. 277.1
Perfectorum panes septem. 385.1
Status perfectorum. 684.2
Homo perfectus est, quando charitate plenus est. 718.2

Periurium.

Periurij prohibitio. 158.2

Persecutio.

Persecutores multi. 153
Persecutio, Christo nato, cœpit. 69.1.2
Persecutio triplex. 152.1
Persecutiones tolerandæ sunt. 153.1
Persecutio multiplex, cuius causæ tres. 209.2
Persecutio fratrum. 228.1
Persecutionem patiendi causæ. ibidem.
Persecutio personalis. 229.1
Persecutio fidei.
Persecutio ecclesiæ per ambitiosos. 301.1
Genera duo sunt persequentium. 512.1
Persecutiones iustorum. 526.1

Perseuerare, Perseuerantia.

Perseuerare in peccato quatuor faciunt. 202.1
Perseuerantium perfectio. 36.1
Perseuerantia quid sit. 204.2
Perseuerantiæ habendæ ratio. 82.1
Perseuerantiæ laus. 228.2
Perseuerantia duplex. ibidem.
Perseuerantia sola soluat. 236.1
Perseuerantia necessaria est. 353.2
Perseuerantes in bono falli non possunt. 405.2
Perseuerantia in peccatis periculosa. 615.1
Perseuerantiæ efficacia. 683.1

Persona.

Persona ficta diu non fertur. 178.2
Personis diuinis attributa. 131.1
Personarum acceptio. 330.1
Personarum diuinarum distinctio. 371.1

Pertinacia.

Pertinacia Iudæorum. 631.1

Pes.

Pedes sunt pars hominis inferior, manus media, caput superior. 570.2
Pedes sunt animæ affectiones. ibidem.
Pedes Domini. 260.2
Sabbato pedes Domini lauare. 477.2
Quare Christus pedes Apostolorum, & non manus, vel caput lauit. 570.1
Humilitas Christi in lauandis pedibus. 569.1
Pedum lotio quid significet. 571.2
Tripliciter fratrum pedes lauamus. 572.1
Tenere pedes Iesu datur cunctis volentibus. 696.1

Petere, Petitio.

Petere debemus in nomine Iesu. 49.1
Petitiones à Luca omissæ. 172.2
Petenda à Deo tria. 183.2
Petendi dabitur,&c. 182.2
Petendum quid. 465.1
Petitio triplex peccatoris. 183
Petendi à Deo forma. 597

Petra.

Petra scandali cur dicatur Christus. 405
Petra ecclesiæ. 390.2
Petræ scissæ in passione Christi. 659.1
Petra super quam Christus orauit. 743.2

Petrus.

Petrus quid interpretetur. 398.1
Petri nomina. 121.2
Petri piscatio. 135.2
Petri discretio. 136.2
Petrus & Ioannes diuerso modo vocantur. 138.1
Modicæ fidei quomodo Petrus erat. 303.1
Petri fides. ibidem.
Petri hæsitatio. ibidem.
Petrus parum dubitans,parum submersus est. 303.2
Petri feruor. 303.1.307.1.339.1.580.1.597.2
Petri responsio pro omnibus. 390.1
Petrus est princeps Apostolorum. 391.1.405.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Petrus imitandus & intuendus. 391.1
Petrus præsentiæ Christi memor semper erat. 392.1
Petrus cur increpauit Christum. 392.2
Petri fletus valde frequens. ibidem.
Petrus Satanas dictus. ibidem.
Petri error in optando. 399.1
Petrus errauit, ne nos erraremus. 570.1
Petrus quomodo omnia reliquit. 436.2
Petrus & Philippus, cur ambo missi. 480.2
Petrus lotionem pedum refugit. 569.2
Petri humilitas. ibidem.
Quare Petrus interrogauit Ioannem super proditore. 574. 2
Petrus non mentitur falsum dicens. 580.1
Negationes Petri quando factæ. 580.1.2
Petri casus rationes sex. ibidem.
Petri increpandi causa. 597.1
Petri & Ioannis sequela. 606.2
Negationis Petri initium. 607.1
Petri timentis charitas. ibidem.
Quamuis Petrus timeret, Dominum non dereliquit. ibidem.
Cur Petrus ab ancilla prodatur prius quàm à viris. 612.2.613.1
Graüatio culpæ in Petro. 613.1
Anathematizatio Petri. ibidem.
Diuina Petri respectio. 613.2
Recordatio Petri initium fuit pœnitentię eius. ibidem.
Vbi fleuit Petrus constructa est ecclesia. ibidem.
Flendi consuetudo Petri. ibidem.
Locus negationum Petri. ibidem.
Exitus Petri de atrio sacerdotis. ibidem.
Petrus imitandus in pœnitentia. 614.1
Ordo pœnitentiæ in Petro. ibidem.
Ancillæ cogentes Petrum negare Christum. 614.2
Petri inebriatio. 399.1
Petrus trinæ negationi trinam reddidit Domino confessionem. 713.1
Petrus Dominum quærit. 699.1
Petro singulariter apparuit Dominus. ibidem.
Cur Dominus Petro primò apparuit. ibidem.
Petri & Ioannis conditiones. 711.2
Petrus Ioannem diligebat. 715.1
Petri cauta modestia. 712.2
Quare Petrus timuit Christo respondendo. 713.1
Petri examinatio. 713.2
Cur Petro ter dictum sit, Pasce. 714.1
Mors Petri. ibidem.
Petrus cruci alligatus. ibidem.
Animam suam ponere pro Christo datum est Petro. 714.2
Christus Petrum passurum prædixit. ibidem.
Triginta septem annis superuixit Petrus. ibidem.
Petrus quid repræsentat. ibidem.
Petrus in contrarium ad Christũ crucifixus est. 715.1
Martyrium Petri fuit ordinatum ad gloriam. ibidem.

Pharao.

Pharaonis corona. 70.1
Pharaonis obduratio. 325.1

Pharisæus, Pharisæi.

Reprehensio iniqua Pharisæi. 261.1
Pharisæi defectus tres. ibidem.
Pharisæi iactantia. 495.1
Pharisæus de vtraque parte iustitiæ se laudat. 495.1.2
Pharisæus orans, Iudaicum populum designat. 497.2
Pharisæi vnde dicuntur. 85.2
Pharisæi quos designent, & quid interpretẽtur. 313.2. 473.1.493.2
Pharisæis similes. 142.1
Pharisæorum mores. 142.1.2
Pharisæi dupliciter errabant. 142.1
Pharisæorum calumnia in Christum. 219.2
Pharisæorum odium. ibidem.
Pharisæi Christi doctrinam ex diabolo ortam dicebant. 284.2
Pharisæorum mala & cæcitas. 285.1
Pharisæorum vitium, ambitio. 297.1
Pharisæorum confutatio. 308
Pharisæorum auaritia. 318.2
Pharisæorum verba adulatione plena. 322.2
Pharisæi exteriora, & non interiora mundabant. 329. 1.2
Pharisæorum, Scribarum, & Legisperitorum differentia. 330.1
Pharisæorum obstinatio. 331.1
Pharisæorum & publicanorum differentia. 344.1
Pharisæorum princeps Moysem designat. 344.2
Pharisęi inuidia moti, nec ministrorum excusationem, nec Nicodemi consilium curauerunt.
Traditio Pharisæorum contra honorationem parentum. 373.1
Pharisæos & sequaces Christus tripliciter increpat. 375.2
Pharisæorum quæstio captiosa. 426.1
Pharisæorum prophetia. 486.2
Pharisæi & Sadducæi contra Christum ineunt amicitiam. 714.2
Intentio Pharisęorum, & Scribarum primos recubitus in cœnis affectando. 519.1
Christus Pharisæorum animam, non gradum, reprehendebat. ibidem.
Pharisæorum iniustitia. 522.1
Pharisæorum hypocrisis. 522.1.2
Incurabilis erat plaga Pharisæorum. 524.1

Phasé.

Phasé, transitus interpretatur.

Philippus, Philosophus.

Philippus inter discipulos magis rudis fuit. 291.2
Philippus primus prædicauit gentibus. 500.1
Philippus signat veritatem. ibidem.
Philippus Tetrarcha frater Herodis. 389.1
Philippi cancellarij damnatio. 299.1
Philosophorum censuræ de Alexandro magno. 270.2

Phinees.

Phinees ob Dei zelum, perpetuum obtinuit sacerdotium.

Phylacteria.

Phylacteria quid sint, vnde dicantur, & de eorum apud Pharisæos dilatatione. 518.2

Pietas.

Pietatis opera. 180.1
Pietas quàm vtilis sit. 346.1.2
Primus gradus pietatis. 523.1
Pietas Dei quanta sit. 425.2.689.1

Piger, Pigritia.

Pigrum non esse oportet. 261.2
Piger locum diabolo præparat. 554.1
Pigritia nostra reprehenditur. 231.1
Rationes de pigritia cognoscenda. 533.1

Pilatus.

Pilatus vnde dictus est Pontius. 83.1
Pilatus procurator tantum fuit. ibidem.
Pilatus cur non potuit dimittere Christum. 233.2
Pilatus interfector Galilæorum. 339.2
Pilatus Galilæos interficiens, diabolum signat. 340.1
Pilati accusationum examinatio. 618.2

Pilati interrogatio, irrisionis causa. ibidem.
Miratio Pilati de Christo. 623.2
Diligentia Pilati ad liberandũ Christum. 624.1.631.2
Vxoris Pilati visum. 624.1
Diabolus apparuit vxori Pilati dormienti. ibidem.
Pilatus & eius vxor instinctu diaboli voluerunt Christum liberare. 624.2
Quare Pilatus lauans manus suas, non fuit excusatus. 625.2
Pilatus particeps erat criminis Iudæorum, sed innocentior illis. 625.2.632.1
Pilato similes. 634.1
Pilatus timuit filium Dei occidere, & non legem Iudæorum. 632.1
Quare Christus Pilato non respondit. ibidem.
Potestas Pilati vnde. ibidem.
Pilatus propter duo volebat liberare Christum. 633.1
Iudicium Pilati. 633.2
Ambitio Pilati. ibidem.
Pilati exilium, mors, & patria. 673.1

Pinaculum Pirata.

Pinaculum quid sit. 112.2
Piratæ responsum. 330.1

Piscari, Piscator.

Piscari licuit Apostolis post Christi resurrectionem. 710.2
Piscari ad dextram & ad sinistram. 711.1
Piscationis Petri mystica significatio. 137.1
Piscatio duplex. 712.1
Piscatores dicuntur prædicatores. 136.1
Piscatores quale eliguntur in Apostolos. 138.1
Piscatores septem quid designent. 711.1

Piscis, Piscina.

Miraculum septem panum, & duorum piscium in die Epiphaniæ factum. 52.1
Piscis fidem designat. 183.2
Pisces duo. 294.1
Per piscem assum quid designetur. 705.1
Multitudo piscium quid significet. 711.1.711.2
Piscium 153. genera. 713.1
Piscina probatica. 334.2.336.1
Piscinæ mouendæ causa. 335.1
Piscinæ sanatio defecit. 335.1

Pistis.

Πίστις Græcè, fides Latinè. 476.2

Placere, Plasmatio.

Non potest placere seruus, quibus displicet Dominus. 534.1
Primorum parentum plasmatio. 12.1

Plenitudo, Plicatio.

Plenitudo multiplex. 91.2
Plenitudo gratiæ Mariæ. 266.1
Plicatio libri. 284.1

Pœna.

Pœna oculos aperit, quos culpa claudit. 210.2
Pœnarum Gentium & Iudæorum, Christianorum & infidelium, clericorũ & laicorũ differentia. 249.1.2
Pœna sine culpa infligitur. 361.2
Pœna duplici homines punientur. ibidem.
Pœnæ peccatoris. 489.1
Pœnarum gradus. 549.2
Mitissima pœnarum est peccati originalis. ibidem.
Pœna purgatorij quomodo breuianda sit. 591.2
Modus pœnæ, exprimit modum culpæ. 617.1
Pœna inferni duplex. 279.1
Pœna spirituali filius non punitur pro patre. 264.1
Pœna æterna. 396.1
Dum pœna præsentis pœnitentiæ fugitur, contemnitur pœna futuri iudicij. 517.2
Pœnæ infernales sunt cogitandæ. 385
Pœnarum æternarum causa, & horror. 754.1
Visionis diuinæ carentia, est maxima inferni pœnarũ. ibidem.
Pœna Christi ab instanti incarnationis usque ad mortem durauit. 673.2
Loca pœnarum Christi. ibidem.

Pœnitere, Pœnitens.

Pœnitere quomodo dicitur Deus. 654.1
Pœnitendi modus. 141.1
Pœnitens iustè, quis est. 87.1
Pœnitens submittat se sacerdoti. 99.2
Sedere, & uno loco manere, pœnitentium est. 101.2
Pœnitentis ueri conditiones. 102.2
Pœnitenti quatuor imperata à Christo. 213.2
Pœnitens contraria faciat. 245.2
Deus nullum pœnitentem despicit. 248.1
Pœnitens onus portat peccati. 335.2
Pœnitentium documentum. 380.1
Pœnitenti cognoscenda. 415.2
Pœnitentium uis. 417.2
Pœnitenti remittendum solùm. 420.2
Claudit lugentibus ianua regni quæ nunc pœnitentibus patet. 551.2
Pœnitentium consolatio. 690
Pœnitentium status. 684.1

Pœnitentia.

Pœnitentia, secunda tabula est. 303.2
Pœnitentiæ gradus. 35.1
Pœnitentiæ partes. 98.2.202.2.294.1
Pœnitentiæ labor & species. 102.1
Pœnitentia multiplex. 84.1
Pœnitentiæ inutilis genera sex. 393.2
In inchoatione pœnitentiæ, implicantur tria. 35.1
Pœnitentia duo requirit. 97.1
Pœnitentiam fructuosam tria faciunt. 109.2
Pœnitentiæ fructus. 85.2.97.1
Pœnitentiæ fructus digni. 101.1.
Sine operibus pœnitentię, non est peccatoribus salus 86.1
Pœnitentia in baptismo. 97.1
Pœnitentia totius uitæ. 97.2
Pœnitentia pro peccatis contra decalogum. ibidem.
Pœnitentia agenda. 134.1
Pœnitentiam agendi ignorantia. 101.2
Pœnitentiæ rectæ agendæ consilium. ibidem.
Pœnitentiæ agendæ forma. 134.261.1
Pœnitentia de quibus sit agenda. 97.1
Pœnitentia etiam de paruis agenda. 97.2
Pœnitentia agenda sine dilatione. 98.1
Pœnitentia ad finem uitæ dilata. ibidem.
Pœnitentiæ spatio abutentes. 341.1
Satis est alienus à fide, qui ad agendam pœnitentiam tempus senectutis expectat. 549 1
Pœnitentia sera securum non facit. 98.1
Pœnitentia sera, si uera, est fructuosa. ibidem.
Pœnitentia sera nec tollit gratiam, nec diminuit. 441.1
Pœnitentiæ præsentis uoluntariæ ualor. 749.1
Pœnitentiæ tempus. 101.1
Pœnitentiæ tempus non prætermittendum. 98.2
Triduum pœnitentiæ. ibidem.
Pœnitentia est iniungenda. 85.2.145.1
Grauis pœnitentia imponenda non est, sed lenis & modica. 145.1.502.2
An sit error modicam imponere pœnitentiam. 518.1
Pœnitentia minor dicitur. 100.1.2
Pœnitentia interior. 101.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pœnitentiæ incitatio ex grauitate culpæ. 101.1.2
Pœnitentia sanctorum. 102.1
Pœnitentiæ laus. 102.2
Pœnitentia est correctio uoluntatis. 134.2
Pœnitentia prædicatio. ibidem.
Pœnitētia per nauiculam moraliter designatur. 208.2
Pœnitentiæ locus. 279.1.614.1
Pœnitentia quomodo proderit. 319.2
Pœnitentia sola liberat à periculo. 340.1
Pœnitentiæ humilitas. 340.2
Pœnitentia quanta debet esse. 414.2
Peccatores per pœnitentiam Deo occurrere debent. 453.1
Secularium ad pœnitentiam facilis conuersio. 505.1
Compunctio ad pœnitentiam. 537.1
Deus post peccata pœnitentiam suscipit. 552.1
Pœnitentia Christi, & Magdalenæ.
Pœnitentia Christi nobis profuit. 109.2
Pœnitentia Mægdalenæ. 260.1
Pondus.
Pondus diei quid significet. 440.2
Pontifex, Pontificalis.
Pontifices tres tempore passionis Christi Hierosolymis erant. 83.1
Pontificum Iudæorum iurisdictio. 606.1
Pontificalis uirtus. 457.1
Pontificalia Christi indumenta. 621.1
Populus, Popularis.
Mixtio populi. 544.1
Populi feruor. 382.1
Commotio populi à Christo. 620.1
Populi Gentilis & Iudaici, concordia & discordia. 622.1.2
Christus duos populos inuicem uniuit. 683.2
Populares solent esse maioribus deuotiores. 325.2
Porcus, Porcinus.
Porci & serpentes dæmonibus apti. 211.1
Porci terrenos signant. ibidem.
Porcini homines. ibidem.
Porta.
Portæ cur apertæ erant in natiuitate Domini. 45.1
Porta angusta. 185.2
Porta qua affertur peccator, quæ sit. 202.2
Porta mortis animæ. ibidem.
Porta aurea. 490.1
Portator, Portitor.
Portatores Christi. 63.2
Portitores quatuor moraliter qui sint. 202.1
Posse, Possibile.
Non posse, quid sit.
Deo quomodo omnia sint possibilia. 435.2
Possidere, Possessio.
Possidere terram. 149
Cur Christus Apostolis prohibuit possessionem temporalium. 223.2
Homo à tot dæmonibus possidetur, quot uitiis subiicitur. 324.2
Potare, Potatio.
Christus bis potatus. 655.1
Causa potationis Christi. ibidem.
Per Christi potationem, diluitur primus delectabilis parentum gustus. ibidem.
Potentia, Potestas.
Potentia sua uti noluit Dominus. 212.2
Potentia Christi. 286.1
Potestate non licet uti. 223.2
Potestas multiplex. 391.1
Potestas Domini. 190.2
Potestas Christi in paralyticum tripliciter ostenditur 213.1
Potestas data Christo, ut homini. 717.1
Quomodo Christus potestatem in cœlo accepit. 717.2
Præceptum.
Præceptorum decem à Iudæis interpretatio. 157.2
Præceptum duplex. 184.2
Præceptum triplex. 193.1
Præcepta ordinantia hominem ad proximum, ex præcepto naturæ deriuantur. 184.2
Præceptorum Domini facilitas. 186.2
Præcepti dandi triplex ratio. 219.1
Præceptis Ecclesiæ & prælatorum obediendum. 240.2
Præcepti affirmatiui obligatio. 418.2
Præcepta legis. 429.1
Dei præcepta quæ sint. 429.2
Præceptum, consilium, permissio, & prohibitio. 432.1
Præceptum magnum in lege. 514.2
Omnia præcepta tam primæ quàm secundæ tabulæ, ad duo referuntur. 515.2
Omnia præcepta unum sunt in radice charitatis. ibid.
Duorum præceptorum in unum reductio. 516.1
Omnia præcepta legis, tam maxima quàm minima, oportet implere. 521.2
Præcepta non secundum literam obseruanda. 608.1
Præcipitium.
Præcipitium Domini & saltus. 286.2
Præcursor.
Præcursor Domini Ioannes, & quare. 94.1
Præcursor diaboli in mentem. 374
Prædestinatio, Prædestinatus.
Prædestinatio duplex. 252.2
Prædestinatio, & prædestinati. 560.1
Prædestinatio conditionalis. ibidem.
Prædestinatio non tollit libertatem arbitrij. 560.2
Sensus compositus, & diuisus, in propositionibus præ destinationis, vel reprobationis. ibidem.
Prædestinati solùm ad cœnam recipientur. 349.2
Prædestinati à Deo perire non possunt. 529.2
Prædicare, Prædicatio.
Prædicandi ordo quis sit. 87.2
Cur Christus aliquando præceperit sua facta prædicari, aliquando uerò prohibuerit. 192.2
Cur Christus misit ad prædicandum Apostolos. 221.1
Prædicare gentibus quando congruit. 220.1
Prædicare super tecta, quid sit. 231.1
Prædicanda sciri necessaria. 431.1
Prædicandum omnibus sine distinctione. 717.2
Prædicationis festinatio. 224.1
Prædicatio ueritatis conuenit cum duritia cibi, & uestis. 244
Tacendum est aliquando à prædicatione. 251.1
Prædicatio Euāgelij grano sinapis comparatur. 280.1
Prædicationis cessatio. 314.2
Prædicatio assidua uilescit. 504.1
A prędicatione cessandum non est, licèt non consequatur effectum. 508.1
Prædicatio nec nimis assidua, nec nimis rara esse debet. 546.1
Prædicatio non est differenda. 703.2
Prædicatio Euangelij in omni terra. 706.1
Cur ab Hierosolyma cœpta prædicatio. ibidem.
Prædicatio usque ad ultimum terræ. 724.2
Prædicatio Ioannis, Christi, & Apostolorum.
Prædicatio Ioannis describitur. 83
Prædicatio Christi. 133.2

Prædicatio-

Prædicationis Christi initium. 134.2
Prædicatio Christi conformis Ioannis. ibidem.
Prædicatio Christi cur post Ioannem. 135.1
Prædicationis Christi breuis, triplex ratio. ibidem.
Prædicatio Christi. 140.1
Feruor Christi in prædicando. 327.1.2
Prædicationem Christi contemnentes. 507.1
Prædicatio Apostolorum. 737.2
Prædicandi Iudæis præceptum, erat ad tempus. 717.2
Prædicator.
Prædicator Euangelij & eius officium. 85.1
Prædicatores milites dicuntur. 88.1
Prædicatores Euangelicus Ioannem Baptistam imitari debet. 83.1
Prædicatoribus exemplum a Christo datum. 498.2
Prædicatorum differentia. 136.2
Prædicatori tria expedientia. ibidem.
Prædicatoribus necessaria. 723.2
Prædicatores, & doctores, debent suam doctrinam operibus uirtutis confirmare. 197
Prædicator quid post prædicationem faciat. 199.2
Prædicatores debent mitti. 221.2
Prædicatoris in Deum fiducia. 223.1
Prædicatorum merces. 223.2
Prædicatoribus prohibita. 225.1
Prædicator prægogitet dicenda. 228.1
Prædicatores non solùm uerbis, sed factis doceant. 242.2
Prædicatores uitent palatia. 244.1
Prædicatoris solicitudo super salute hominum. 272.1
Prædicatoris, & prælati, conditiones sex. 283.2
Prædicatores à secularibus abstineant. 331.2
Prædicator timore non debet silere. 343.2
Prædicatoris conuiuium. 348.1
Prædicator Lynci comparatur. 434.2
Prædicatorum nutritio. 660.2
Prægnans.
Prægnantium tribulatio aduenientе Antichristo. 528.2
Quid per prægnantes, & nutrientes designetur. ibidem.
Prælatus, Prælatio.
Prælatorum perfectio. 35.2
Prælati dormiunt tripliciter. 278.1
Prælatus quid subditis debeat. 291.1
Contra prælatos Apostolorum successores. 291.2
Prælatorum pompa. 300.1
Contra prelatorum pompam Christus non inuenitur equitasse nisi asinam, uel pullum eius. 483.2
Prælatorum auaritia. 329.2
Prælati ignaui reprehenduntur. 341.1
An prælatos liceat persecutionem fugere. 361.1
Prælatorum culpa. 368.2
Prælati nunquam descendunt de monte. 401.2
Prælati plus cæteris ad correptionem obligantur. 418.2
Prælatus etiam malus exauditur. 457.1
Prælatorum exemplum. 462.2
Prælatio non erit in cœlo. 464.2
Prælatus malus, idolum est abominationis & desolationis. 527.2
Prælatorum malorum sex proprietates. 547.1
Prelatus, in eodem defectu, magis quàm alij reprehendendus. 597.1
Prælati, seu curati, Ecclesias dimittentes, Iudæis sunt similes. 633
Duæ conditiones in prælato, uel sacerdote. 689.2
Pax collegij, dum prælatus in medio. 708.1
Prælatus præ cæteris debet Deum diligere. 712.2 713.2
Prælatorum periculum. 708.1
Premium.
Premium qui non quærit, amando meretur. 164.2
Premium recipientium discipulos Christi.
Premium seruientium Deo. 239.2
Premium duplex. 289.2
Premium triplex omnia relinquentium, & Christi sequentium. 436.2
Premiorum retributio. 556.1
Præordinatio, Præscientia.
Præordinatio diuina. 466.1
Præscientia, & præsciti, siue reprobi. 560.1
Præsentatio.
Præsentationi Domini interfuerunt quinque personæ. 60.1
Præsentationis puerorum ad templum causæ. ibidem.
Oratio Mariæ in filij sui præsentatione. 60.2
Christus cur uoluit patri suo præsentari. ibidem.
Præsentatio uirginis Mariæ in templo. 762.2
Præsens, Præsentia.
Præsens pro futuro. 723.1
Præsens Deus est semper, & ubique. 446.1
Præsentia Saluatoris, tormentum est dæmonum. 210.2
Præsentia carnis Christi, spiritualem impediebat amorem. 582.1
Præsentia martyrum. 290.1
Præsidere, Præsidens.
Ignorans præsidere non debet. 181.2
Pluribus in malitia præsidens, Iesum uidere non potest. 471.1
Præsumptio.
Præsumptio de se uitanda. 614.2
Præsumptionis mala. 615.1
Præteritum.
Præterita tanquam præsentia legenda sunt. 6
Præteritum pro futuro. 709.1
Prætor, Prætorium.
Prætores, & prætorium, quid. 618.1
Preces.
Preces cur pluraliter fiant. 173.1
Impossibile est multorum preces non exaudiri. 178
Preces Christi.
Primus, Primatus.
Primi nouissimi.
Gentile est primatum cupere. 466.2
Primatus spiritualis. ibidem.
Primatus Ecclesiastici appetitio. 467.1
Primatus duplex. ibidem.
Primitiæ, Primogenitus.
Primitiæ membrorum Deo offerendæ. 640.1
Primogenitis antiquitus nomina patrum imponebantur. 33
Primogenitus. 41.2
Primogeniti oblatio. 60.2
Primogenita cur Domino offerenda. 57.2
Primogenita quæ redimebantur, & quæ non. 60.2
Primogenita animalium quid designent. 63.1
Principes, Principatus.
Principes mundi, & Ecclesiæ. 467.1
Princeps circa se grauis iudex sit, circa subiectos mansuetus. 518.1
Princeps suæ legis transgressor, grauius à Deo quàm subditos punietur. ibidem.
Principatus amor. 633.1
Principatus Christi, est crux eius. 634.2
Pincipatibus coæquandi. 411.1

Princi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Principium.
Principium duplex. 9.2
Principiis obsta. 335.1
Pro, præpositio.
Pro præpositio. 632.2
Processio.
Processio Papæ. 56.1
Processio in templo. 60.1
Processionis causæ. 490.2
Processionis, & passionis Christi, comparatio. 490.2 491.1
Processio, & Lætania, quid designant. 638.1
Processio discipulorum post Christum. 326.2
Prodesse, Prodigium.
Prodesse omnibus. 164.1
Prodigia. 273.1
Prodigus.
Parabola prodigi sex habet notanda. 415.1
Parabola prodigi, Iudaicum & Gentilem populum designat. ibidem.
Proditor, Proditio.
Proditor ueritatis quis dicatur. 231.2
Proditionis prædicendæ causæ. 572.2.573.1
Christus suum proditorem triplici de causa reuelauit. ibidem.
Proditionis prædictio Apostolos concitauit. 573.2
Proditoris confutatio. 574.1
Christus Ioanni aperuit proditorem. 574.2
Quare Christus noluit publicare proditorem. ibidem.
Proditoris permissio. 575.1
Proditoris commensalis iniquitas. 575.2
Professio.
Professio. 40.2
Professio religiosorum, quid continet. 239.1
Professio Iudæorum audax, & cæca. 616.2
Proficere.
Proficere in gratia, & sapientia potest aliquis dupliciter. 101
Proficere uolentes sunt in continuo conflictu. 684.2
Proficientium status. ibidem.
In quibus proficere possunt superiores apud inferiores. 518.2
Prognosticatio.
Prognosticatio per astra. 306.1
Promissum.
Promissum Deo reddere. 512.2
Propheta, Prophetia.
Prophetæ falsi sunt tres. 178.1
Cur Christus cæteris Prophetis præponebatur. 221.1
Prophetarum dignitas Apostolis collata. 227.2
Prophetæ nomine, doctores intelliguntur. 240.1
Prophetæ in suis ciuitatibus uituperati. 285.1.2
Nullus propheta ante Christum, uitæ æternæ uerba habebat. 307.2
Prophetæ clarius quæ de Christo in lege erant, obscura denunciauerunt. 508.2
Prophetæ tria dixerunt de Christo. 464.1
Prophetare quid. 456.2
Iniqui interdum prophetant. 189.2
Prophetia Simeonis. 60.2
Prophetiæ non sunt causæ futurorum. 61.2
Prophetiæ Domini. 479.1
Proselytus.
Proselyti qui dicantur. 521.1
Prosperitas.
Prosperis tristia admiscet Dominus. 404.1
Prosperitas est sæpe causa tentationis. 39
Prosperitas humana triplex. 274.2
Prosperitas nocet. 274.2
Prosperitas præsens impedit aduersitatis futuræ cautionem. 488.2
Prouerbium.
Prouerbium, quando dicitur. 366.1
Prouidentia.
Prouidentia diuina. 233.1
Sine Dei prouidentia nihil perit. ibidem.
Prouidentia Dei non cogit. 560.2
Prouidentia Dei quomodo cognoscitur. 561.1
Prouidentia diuinam impedire uolentes, eam contra se promouent. 698.1
Non est inquirendum ultra diuinam prouidentiam. 715.2
Proximus.
Proximus quis dicatur. 429.1.515.2
Proximum facit opus misericordiæ, non generis propinquitas. 258.2
Prudens, Prudentia.
Prudentes seculi. 443.2
Prudentes totam intentionem suam ad Deum referũ 550.2
Prudentia magna est ex temporalibus acquirere sempiterna. ibidem.
Prudentia serpentis in tribus. 226.2
Prudentia & simplicitas necessariæ sunt. ibidem.
Prudentia simplicitati adiuncta. ibidem.
Prudentia in Christi sermone. 354.1
Psalmus.
Psalmorum decem utilitas, quos Christus in cruce orauit.
Pseudopropheta, Pseudochristus.
Pseudoprophetæ, pseudochristi. 529.1.2
Pseudoprophetarum simulatio. 525.2
Pseudoprophetæ sunt tres. 178.1
Publicanus.
Publicani qui dicãtur. 87.2.143.2.164.1.419.1.504.2
Publicanis & Ethnicis præstare debemus. 164.1
Publicanus & Pharisæus orantes. 495.2
Publicani oratio humilis. 496.1
Publicanus orans, Gentilem designat populum. 497.2
Pudicitia, Pudor.
Pudicitia est singularum uirtutum comes. 17.2
Pudor, est bonæ spei locus.
Pudor seculi amouendus. 396.1
Pudor operationis bonæ, quartus dæmon. 705.1
Puer, Puella, Puericia.
Pueri assuescendi sunt uirtutibus & disciplinis. 71.2
Puerorum puritas. 428.1
Puerorum decem proprietates. ibidem.
Tres pueri in fornace Babylonis, figurabant existentes in limbo.
Puellæ cum quibus loqui debeant. 32
Puella in domo mortua, quid significet. 217
Pueritiæ duratio. 406.2
Pueritiæ conditiones quatuordecim. ibidem.
Pugilla, Pulchritudo.
Pugilla, quid est. 33.1
Pulchritudo & præeminentia Christi. 284.1
Pulchritudo uenenum animabus infundit. 409.1
Pullus, Pulmentarium.
Pulli columbarum cur offerebantur, & non columbę. 58.2
Pulmentarium. 710.2
Pulmentarium à nobis petit Christus. ibidem.
Pulsatio, Pulsus.
Pulsatio Domini. 548.2
Pulueris excussio. 225.1

Punctura, Punctus.
Punctura triplex in mundo. 276.2
Christus punctus est. 673.2
Punire.
Aut Deus, aut homo, punit. 86.1
Punitur nemo immeritò, ut alius emendetur. 340.1
Quàm grauissimè Christi percussor puniendus erat. 608.1
Purgatio, Purgatorium.
Purgatio, & innouatio, in quo differant. 752.2
Melius in purgatorio suppleri residuum, quàm in inferno cruciari in æternum. 86.1
Purgatorij pœna omnem temporalem excedit. 98.2
Purgatorio omnes pœnitentes destinat Bernardus. 102.2
Purgatorij relaxatio per passionem Christi. 591.2
Purgatorij duplex pœna. 749.2
Minor pœna purgatorij maior est, quàm maxima pœna huius mundi. ibidem.
Purificatio.
Purificationis lex. 57.2
Purificatio Mariæ. ibidem.
Purificationi cur Maria uoluit subdi. 58.1
Pusillanimitas, Pusillus.
Pusillanimitas nostra arguitur. 231.1
Pusillanimitas nostra, in quo consistit. 471.1
Pusillanimitas bene agendi. 553.2
Pusillus grex. 175.1
Pusilli qui dicantur. 408.1
Parabolæ tres contra scandala, & contemptum pusillorum.
Puteus, Putredo.
Puteus Iacob, nunc Samaritanæ. 268.1
Putendo est opprobrium humanæ conditionis. 742.1
Quadragenarius.
Quadragenarius numerus ex quibus constat. 111.1
Quadragenarij consecratio. 111.2
Quadragenarij numeri mysterium. 590.2
Quadragesima, Quadraginta.
Quadragesimæ initium, quando sumendum. 111.1
Quadragesimæ congruitas. ibidem.
Deuotio in tempore quadragesimæ. 111.2
Quadragesimæ, & quinquagesimæ cõsecratio à Christo. 720.2
Quare Christus quadragesima die uoluit ascendere. 721.2
Quadraginta diebus ieiunare, quid sit. 111.1
Quadtaginta dies, & non plures, cur Dominus ieiunauit. 111.2
Quadraginta diebus aquæ diluuij inundauerunt. ibid.
Quadraginta dierum post resurrectionem ad 40. horas mortis Christi comparatio. 719.2
Quadriga.
Quadriga uocatorum. 140.1
Quærere.
Nete quæsiueris extrà. 273.1
Quærendi Dominum solicitudo. 75.1
Quærendus est Iesus cum Maria & Ioseph. 76.1
Quærentes Iesum. 305.1
Quærentium Dominum intentio. 351.2
Quærentes, & non inuenientes Christum. 353.1
Quærunt crucifixum pauci. 689.2
Modus quærentium. 692.2
Quisque magis sua, quàm Dei & Ecclesiæ quærit. 522.1
Quantitas.
Quantitas pœnæ metiri debet ꝑ quãtitate culpę 85.2
Quarantena.
Quarantena mons. 109.1
Quasi, aduerbium.
Quasi unigeniti &c. dictio, quasi, quomodo sumitur. 91.1
Quaterdena.
Quid per tres quaterdenas, ter quatuordecim generationes. 34.2
Quaterdenæ tres generationes, quid repræsentãt. ibid.
Quaterdena secunda, quid designat. 35.2
Item tertia quaterdena, quid. ibidem.
Quatuor.
Quatuor peccatorem portantes. 202.1
Quatuor milia hominum Christũ sequentium. 383.2
Quiescere, Quies.
Quiescendum interdum est. 251.1
Quies Christi quadruplex. 41.2
Quies in passione Christi. 594.1
Christi post uocationem quietio. 123.1
Quinque, Quinarius.
Quinque panum, & duorum piscium miraculum. 291.2.& sequen.
Quinque panes moraliter, quinque dona sensuum. 294.2
Quinque uirgines quare fatuæ dicantur. 550.1
Quinque uirgines prudentes. ibidem.
Quinarij numeri mysterium. 590.2
Quosque, aduerbium.
Quousque, dictio. 423.1
Rabbi, Rabboni.
Rabbi uocati, uel uocare, non debemus. 519.2
Rabboni quid sit. 694.2
Racha, Rachel.
Racha, quid sit. 156.1
Cur Rachel dicatur plorasse filios Iudæ. 68.2
Rachel Ecclesiam significat. ibidem.
Radix.
Radices arboris sunt cogitationes. 87
Radices peccatorum tres. 101.1
Rama, Ramus.
Rama, quid sit. 68.2
Rami arboris sunt desideria. 87
Ramos arborum cædere. 485.2
Ramos in manibus portare. 486
Rancor.
Rancor animi dimittendus. 171.2
Rapere, Rapina.
Rapere, quid sit.
Rapina cauenda. 88
Ratio.
Ratio comparatur Centurioni. 197.2
Ratio, Rex est in regno. 274.1
Ianitor est ratio. 554.2
Ratio, interioris hominis caput. 570.2
Ratio in Christo inferiores uires regebat. 501.1
Ratio factorum Dei, non est discutienda. 253.2
Ratio reddenda de omni uerbo otioso. 320.1
Ratio de omnibus reddenda. 421.2
Rebellio, Recessus.
Rebellio contra bona. 469.2
Recessus Christi causæ. 313.2
Recidiuare.
Recidiuantis periculum. 337.2
Recipere.
Recipere Christum. 239.2
In nomine Christi recipere. ibidem.
Recipitur quis dupliciter. ibidem.
Recipientium merces. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Recipiendorum triplex differentia. 240.1
Recipiendi peccatoris modus. 416.2
Reclusio.
Reclusio corporalis sine mentali, nihil aut parum prodest. 38.2
Reconciliari, Reconciliatio.
Reconciliandi forma. 157.1
Reconciliatio per talionem. ibidem.
Homo eo ordine reconcilaitur, quo ipse peccauit. 20.2
Rectus.
Recti qui. 94.1
Redargutio.
Redargutio culpæ, non est contumelia personæ. 330.1
Reddere.
Reddentium genera. 370.2
Reddendæ sunt Deo uices. 262.2
Reddere quæ sunt Cæsaris Cæsari. 512.2
Deo quæ sunt reddenda. 512.2
Redemptio, Reditus.
Redemptio est plena ab omnibus malis liberatio. 539.2
Christi desiderium ad nostram redemptionem. 600.2
Redemptio copiosa in morte Christi. 663.1
Redemptionis beneficium maius est quàm creationis. 673.2
Reditus Christi. 72.2
Refectio, Refugium.
Refectio utraque cur in monte facta fuerit. 383.2
Contemplatio super refectionne Christi ab angelis. 117.1
Regeneratio.
Regenerationes duæ. 437.1
Regenerationum congruentia. 400.2
Rex.
Reges qui sint. 55.2
Regis nomen peccando amittitur. ibidem.
Rex iniustus omnes ministros habet impios. 53
Qualis rex, talis præparatio regis. 538
Rex quomodo interdum capiatur. 237.2
Reges tres qui Christo munera obtulerunt, unde dicebantur. 51.1
Christus Rex esse uoluit. 294.2
Rex cœlorum uoluit homo fieri. 467.2
Rex tuus quis dicatur. 482.2
Rex Christus quare dicatur. 556.2
Marcus probat Christum esse Regem omnium. 732.1
Regina.
Regina Saba Magos figurauit. 55.2
Rigina Saba electa, & secundùm quosdam Sibylla. 323.2
Regina Saba quomodo iudicabit gentem Iudaicam. ibidem.
Regina Austri Gentilis. ibidem.
Regina Austri animam designat rationalem. ibidem.
Regnum.
Regnum temporale. 178.2
Regno nihil potentius in terra. 317.1
Regnum diuisum. ibidem.
Diuisio regni Iudææ. 72.2
Restitutio regni Israel duplex. 724.1
Filij regni sunt Iudæi. 196.2
Regnum sanctorum. 740
Regnum Satanæ. 317.1
Regnum cælorum.
Regnum cœlorum quatuor modis dicitur. 84.1
Regni cœlorum promissio prima per Ioannem Baptistam. ibidem.
Regnum cœlorum ianuis appropinquare. 134.1
Regnum cœlorum promittitur in omnibus beatitudinibus. 152.1
Regnum cœlorum pro Ecclesia. 155.2
Regni cœlorum nomina. 220.2
Regnum cœlorum uim patitur. 246.1
Regnum cœlorum ementes & furentes: ibidem.
Regnum cœlorum datur gratis. ibidem.
Regnum cœlorum pauperum est, non diuitum. 448.2
Regnum cœlorum percipere nequeunt, qui hîc toto desiderio terram quærunt. 451.1
Regnum cœlorum quibus paratum. 466.1
Regnum cœlorum proscribentes. 520.1
Regnum cœlorum æterna beatitudo est. 520.2
Regnum cœlorum tantum ualet, quantum habes. 568.1
Regnum Dei.
Regnum Dei triplex. 170.1
Regnum Dei prius quærendum. 178.2
Regnum Dei, & eius aduentus. 529.2
Regnum Dei interdum pro gratia Dei accipitur. ibid.
Regnum Dei in quibus est. 530.1
Regnum Dei quatuor de causis comparatur æstati. 540.1
Regnum Dei paratum ante mundi constitutionem. 557.1
Regnum Christi.
Regnum Christi quale erat. 24.2
Qui sint de regno Christi. ibidem.
Regnum Christi sine fine. ibidem.
Christus destruxit regnum peccati, & construxit regnum uirtutum. 60
Christus regnum oblatum respuit. 294.2
Regnum Christi non est de hoc mundo. 619.1
Regnum Christi in mundo nulli contrarium. ibidem.
Conditio regni Christi. ibidem.
Christus non aliter regnat in nobis, nisi per asperitates. 634.2
Regulus, Relatio.
Regulus interfuit nuptiis Architri clini. 272.2
Regulus multipliciter dicitur. ibidem.
Reguli filius mysticè. 273.2
Regulus quilibet. 274.1
Relatio ad discipulos facta. 690.2
Religio.
Religio est quoddam medium inter cœlum & mundum. 244.2
Religio dicitur castellum. 267.2
Religio per solitudinem Ioannis in deserto figuratur. 244.2
Religio per arborem fici intellecta. 341.1
Religio dicitur paradisus. 471.2
Religio potest dici uinea plantata à Christo. 506.2
Damnatio summa est, imperfectè uiuere in religione. 72.2
Religio, nolentibus parentibus, acceptari potest. 74.1
Religionem intrantes dolosè. 204.2
Religionis ingressus non differendus. 205.1
Religio obseruanda. ibidem.
Peccant qui uocatum ad religionem per mala exempla apostatare faciunt. 521
Religiosus.
Religiosorum perfectio. 35.2
Religiosorum deuotio ad Iesum peruulum. 57.1
Religiosorum inanis gloriatio. 86.1
Religiosi mortui sunt mundo. 658.1
Religiosorum inobedientia. 135.1

Religiosis quæ sint relinquenda. 138.1
Religiosi an repetant ablata. 261.2
Religiosus retrospiciens. 206.1
Religiosi mali dæmoniacis sunt similes. 210.2
Religiosi peregrini. 223.2
Primi religionis patres, urbes relinquebant. 299.2
Religiosi plus in Salmone, quàm in Salomone studeant. 300.1
Religiosus uitiosus, monstrum est. 301.2
Religiosi optimi, aut pessimi. 341.1
Religiosi ficti. 456.2
Religiosorum & secularium comparatio.
Religiosus ad quam eleemosynam tenetur. 444.2
Status religiosorum. 471.1
Religiosi secularibus dediti. 493.1
Religiosis parabola duorum filiorum applicanda. 504
Religiosorum transmissio.
Religiosi pro obedientia fessi, crucis Christi portationem considerent. 638.1
Religiosi Parisiensis responsio ad matrem. 646.2
Relinquere, Remedium.
Omnia relinquere. 138.2
Omnia relinquenda. 436.1
Non omnia relinquit, qui seipsum non relinquit. 436.2
Remedia contra uitia. 4
Remittere, Remissio.
Remissio offensæ. 171.2
Remissio iniuriæ. ibidem.
Quoties remittendum sit. 418.2
Offensa semper, sed non semper iniuria remittenda. 419.2
Remissionum modi duodecim. 424.1
Remissio peccatorum exigit fidem in adulto. 213.1
Remittendi potestas. 707.1
Remunerare, Renunciare.
Deus semper remunerat supra condignum, & punit citra condignum. 11.2
Deus non tam quantitatem laborum, quàm quantitatem operum remunerat. 152.2
Renunciare omnibus, relinquere omnia. 237.1
Reparatio.
Mysteria reparationis humanæ. 2
Repercutere, Repetere.
Repercutientis damnum. 160.2
Repercutiendum non esse. ibidem.
Repetere sua dupliciter fit. 261.1
Reprobare, Reprobus.
Reprobati quidam ex domo Abrahæ & Isaac fuerunt. 24.2
Reprobationis Iudæorum causa. 505.1
Deus reprobat secundùm iustitiam, & prædestinat secundùm misericordiam. 560.1.2
Reprobi de beneficio, semper efficiuntur deteriores. 422.2
Reproborum bona. 451.1
Repudium, Repulsa.
Repudium non faciendum. 158.2
Repulsa dignus. 589
Requies.
Requies sanctorum in terris pusilla. 251.1
Requies animarum in præsenti, & futura uita.
Res.
Res affectus, aut doctrina est danda. 162.1
Res quæ perditur. 236.2
Res ueræ quæ sint. 351.1
Res humanæ fumo sunt similes. 431.1
Peruersio rerum. 674.1
Reseruare, Residere.
Reseruata Deo tria. 194.1
Residere super beneficia. 299.1.2
Contra non residentes super beneficia sua. ibidem.
Respectus.
Respectus Christi ad filias Hierusalem. 636.1
Respondere, Responsio.
Quando non respondendum. 609.2
Christus quandoque respondet, quandoque non respondet. 623.2
Non est semper ad quælibet interrogata respondendum. 632.1
Responsio Christi ad matrem qualis fuerit. 76.2
Modestia Christi in respondendo. 113.2
Responsio Christi semper mollis. 359.2
Responsio Christi ad discipulos Ioannis. 242.2
Responsio Christi ad Iudæos calumniantes. 503.2
Restitutio.
Restitutionis lex. 472.2
Resurrectio.
Resurrectio uera, quid est. 704.2
Resurrectio futura. 538.2
Resurrectionis futuræ meditatio. ibidem.
Subita mortuorum resurrectio & uocatio. ibidem.
Status resurgentium. 705.1
Tempus resurrectionis generalis. 542.1
Resurrectio omnium uniuersalis. 551.1
Resurrectio defunctos maiores reddit. 304.2
Resurgentium differentia. 750.2
Resurrectio tria corriget in natura. ibidem.
Resurgent corpora numero eadem, quæ prius. ibid.
Resurgent corpora in iuuenili ætate, & robore. ibid.
Quicquid ad decorem naturæ facit, in resurrectione redibit. 526.1
Infideles non resurgent ad iudicium, sed ad damnationem. 751.1
Resurrectionis futuræ impugnatio. 513.1
Resurrectio corporum probatur. 513.2
Resurrectio mortuorum asseritur. 538.2
Resurrectionis signum. 690.2
Testimonium resurrectionis ab aduersariis. 697.2
Veritatem resurrectionis fatentur simplices ibidem.
Resurrectio prima, & secunda. 535
Resurgendum à peccato. 537.1
Resurrectionis à peccato modus. 203
Resurrectio Christi.
Resurrectio Christi. 464.1
Cur Christus resurrectionem suam discipulis prædixit. 464.2
Resurrectio Christi non fuit differenda. 681.2
Resurrectio Christi est causa, & figura nostræ. 681.2
Resurrectionis Dominicæ acceleratio. 682.1
Christus plenus gaudio resurrexit. ibidem.
Figuræ uariæ resurrectionis Dominicæ. 682.2
Excellentia diei resurrectionis. 683.1
Tempus resurrectionis Christi. 690.1
Christus resurrexit clauso monumento. 689.1
Cur Petro iusit Christus suam annunciari resurrectionem. 690.1
Duo uiri resurrexerunt cum Christo. 698.2
Certificatio de resurrectione Christi per tria. 705.2
Resurrectio Christi sufficientibus probata signis. 719.1.2
Resuscitatio.
Resuscitationis tria signa. 202.2
Resuscitandi modus. ibidem.
Mora resuscitationis. 454.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rete, Retentio.
Retia lauare, quis dicatur. 136.1
Retia reficere. 138.1
Rete Christi est uerbum Dei. 711.1
Retentio taxatur. 333.2
Retributio.
Retributio à Domino petenda. 348.1
Retributio specialis. 437.1
Retributio considerãda. 438.1
Retributio iusta, & misericordia abundans. 440.2
Aeterna retributio. 559.1
Retributionis causæ. 559.2
Retrò.
Non est reuertendum retrò perseuerare uolentibus, 528.2
Reuelatio, Reuerentia.
Reuelationes ueræ. 531.1
Reuerentia Iudæorum ad libros ueteris testamenti. 284.2
Ridere.
Ridendi nullum tempus. 154.1
A risu abstinendum est. 203.2
Risus Domini. 453.2
Robertus.
Robertus Præmonstratense monasterium ædificauit. 326.2
Romani.
Romani abstulerunt à Iudæis regiam dignitatem. 272.2.618.2.638.2
Mos Romanorum in condemnando. 618.1
Romphea, Rosa.
Romphea amota à paradiso.
Rosæ proprietas. 473.2
Ruina.
Ruina malorum. 190.1
Ruina uitiorum per Christum. 61.1
Ruina oppressi. 340.1
Sabbatum.
Sabbatum quid designet. 670.1
Sabbati institutio. 309.1
Sabbati Dominus. ibidem.
Christus sabbatis præcipuè in synagogis docet, & operatur. 312.1
Sabbato curare. 312.1.2
Sabbato præcipuè operatus est Dominus uirtutes. 312.2
Christus excusatur in sabbato operando. 343.1
Sabbato quomodo sanctificanda. 343.1
Sabbatum obseruare. 362.1
Sabbato ieiunare licet. 336
Mariæ, & sociarum, in sabbato sancto exercitium. 678.1
Sabbati cessatio. ibidem.
Sabbatum trinitatis sanctæ. ibidem.
Sabbati iter. 726.1
Sabellius.
Sabellij hæresis circa trinitatem. 370.1
Sacer.
Sacra tangere uereantur peccatores. 137.1
Sacerdos.
Sacerdotes, tanquam uicarij Christi, sunt ministri confessionis. 99.2
Sacerdotes Angeli uocantur. 245.1
Contra sacerdotes secularia tractantes. 251
Sacerdotes licèt non sancti sint, homines tamen sancti ficant. 407.2
Sacerdotum cura.
Sacerdotium cognoscitur infirmum à fructu populi. Sacerdos in missa quid agat. 496.1
Sacerdos quinquies se uertens ad populum, quinque Paschæ apparitiones representat. 707.2
Sacerdotum promissio ad Deum. 505.1
Omnia facienda sunt, quæ à sacerdotibus præcipiuntur. 517.2
Sacerdos circa uitam suam sit austerus, circa aliorum. benigus. 518.1
Sacerdotes Christiani sicut & Iudaici, cum uiduis manere non debent. 520.2
Bonus sacerdos super omnem populum glorificatur. 546.2
Malus sacerdos super omnes punitur. ibidem.
Sacerdos pro eodem peccato grauius populo punietur. 549.1
Contra sacerdotes scelestos. 572.1
Cur angelis non est commissa sacerdotij potestas. 614.2
Sacerdotes ueteris legis.
Sacerdotes multi à Dauid instituti. 18.1
Summus sacerdos solus intrabat sancta sanctorum. 18.2
Summus sacerdos clauem super humerum portans ad sancta sanctorum, Christum crucem portantem figurabat. 635.1
Sacerdotum inferiorum ministerium. 18.2
Sacerdotes primi, & secundi ordinis. 20.1
Sacerdos & Leuita. 257.2
Sacerdotum legalium abstinentia. 20.1
Sacerdotium ueteris legis peccatum non curauit. 257.2
Sacerdotum Hierosolymorum auaritia. 419.2
Murmur sacerdotum aduersus Christum. 503.2
Sacerdotum censura. 517.1
Sacramentum.
Sacramenti diffinitio. 108.2
Sacramentum in tribus consistit. ibidem.
Sacramenti efficacia. ibidem.
Sacramentorum numeri ratio. ibidem.
Sacramenta caracterem imprimentia. ibidem.
Christus cur accepit sacramenta. 103.2
Sacramentorum institutio. 108.1
Sacramentorum instituendorum causæ. ibidem.
Sacramenta quinque solus Christus initiauit. 108.2
Quare Christus instituit sacramentum altaris. 578.2
Minister in sacramentis conferendis non est attendendus. 119.1
Nostra sacramenta ad finem mundi durabunt. 568.1
Intentio in percipiendis sacramentis. 662.2
Sacramenta saluti necessaria. ibidem.
Christus uirtutem suam non alligauit sacramentis. 709.1
Sacrificium.
Tria sacrificij genera. 579
Sacrificia ueteris legis erant accepta ex fide offerentium. 18.2
Sacrificium matutinum, & uespertinum. 63.1
Iuge sacrificium, quid designabat. 118.1
Sacrificium sine misericordia despicit Deus. 143.1
De alieno nullus potest Deo facere sacrificiũ. 375.2
Sadducæi.
Sadducæi unde dicuntur. 85.2
Sadducæorum ad Christum accessio. 513.1
Sadducæi, qui sint. ibidem.
Sagena.
Sagena fidem, & ecclesiam signat. 282.2
Sal.
Sal discretio dicitur. 154.2

Salis uirtus. ibidem.
Salis deprauatio. ibidem.
Salem.
Salem, quid sit. 132.1
Salomas, Salomon.
Salomas interpretatur pacificans. 684.2
Salomon in throno, Christum figurabat in præsepio. 55.2 ibidem.
Throni Salomonis figura. 369.2
Salomonis porticus. 674.2
Salomoni comparatur Christus.
Saltatio.
Saltatio triplex. 248.1
Salus.
Omnis salus, & spes in Christo locanda. 56.1
Salus animæ non est propter temporalia negligenda. 396.1
Salutis procuratores quatuor. 214.2
Salus summè diligenda. 409.2
Salus corporis à Deo quærenda. 220.2
Salus peccatorum, refectio Dei est, & sanctorũ. 416.2
Salus uera non est nolenti. 468.2
Salus duplex. 485.2
Salus in excelsis. ibidem.
Salutis incertitudo. 543.2
Salutis nostræ operatio. 673.1
Salutare, Salutatio.
Salutare in uia prohibitum. 224.1
Salutatio angelica est cæteris excellentior. 23.1
Salutationis Mariæ effectus. 28.1
Saluus, Saluare, Saluandus.
Dei solius est saluare à peccatis. 24
Saluum facere populum à peccatis. ibidem.
Saluantis aliquem premium. 409.1
Saluari impossibile est nõ frenantem passiones. 450.2
Deus uult omnes homines saluos facere. 524.1
Status saluandorum tres. 277.1
Saluandorum paucitas. 330.2
Tres saluandi. 486.1
Ordines saluandorum. 474
Multi saluandi sunt in charitate imperfecta. 546.1
Deus præuidet modum, quo aliquem præuidet saluãdum. 560.1
Vnum saluandum curauit Dominus. 709.1
Samaria, Samaritanus.
Samaria. 268.1
Christus, cur solùm per duos dies mansit Samariæ. 271.2
Samaritanus, quid interpretatur. 359.2
Samaritanus cur uocatus Christus. 359.1
Samaritani qui dicebantur. 220.1.359.1.359.2 461.2
Samaritani hæreticos designant. 220.1
Samaritanorum religio obscenes introducta. 269.1
Samaritanorum introductio. ibidem.
Samaritani habebantur Iudeis tanquam excommunicati. ibidem.
Samaritanorum deuotio. 271.1
Samaritani cur Christo negauerunt hospitium. 461.2
Samaritani occisi locus. 109.1
Samaritanæ deuotio in Christum. 270.1
Sampson, Samuel.
Figura uictoriæ Christi in Sampsone. 602.2
Sampson resurrectionem Christi figurauit. 683.2
Samuel Christum figurauit. 58.2
Sanare, Sanitas.
Christus sanabat ut Deus: sed orabat ut homo. 194.1
Quare Christus quibusdam sanandis manum imposuit. 201.1
Cur Dominus seruum Reguli sanauit. 273.2
Christus quinque facit sanando curuam mulierem. 342.2
Sanandi modus quem Christus obseruabat. 379.2
Christus quos sanauit corpore, sanauit & anima. 459.2
Christus inimicorum suorum uulnera sanat. 603.1
Sanitate digni. 143.1
Sanctus.
Sanctus, idem quod firmus. 536.1
Sanctum, ibi cum dicitur, sanctum uocabitur &c. quo modo sumitur. 26.1
Sancti libentissimè respiciunt Christi uitam legentes. 2
Sanctorũ ueteris & noui testamenti differentia. 144.1
Sancti cur auibus comparantur. 176.2
Aquilis assimilantur sancti. 530.2
Sancti primitiui primò quæsierũt regnum Dei. 178.2
Sancti inuocandi in adiutorium. 198
Sanctorum numerus. 220.1
Sanctorum memoria. 290.1
Sanctorum imitatio necessaria. ibidem.
Ridiculum est sanctos honorare conuiuiis. 309.2
Sanctorum petitio. 534.2
Sanctorum solennia, natalitia uocantur. 534.2
Sanctorum redemptio. 680.1
Deus in sanctis suis laudandus est. 746.
Sanctitas, Sanctificatio.
Simulata sanctitas, duplex est iniquitas. 53.1.446.2 504.2
Sanctitas non uenit per propagationem naturæ. 86.1
Sanctitas ante sanctos fuit, & non contrà. 523.2
Error uulgarium circa sanctitatem suam. 482.1
Maius est quòd sanctificat, q quod sanctificatur. 521
Sanctificatio nominis Dei. 169.2
Sangar.
Sangar Christi figurauit uictoriam. 601.1
Sanguis.
Sanguinem in die circuncisionis suæ Iesus cœpit fundere. 49.1
Sanguinem suum sexies fudit Christus. ibidem.
Senaria sanguinis Christi effusio, quid designet. 49.2
Sanguinis unica gutta ad redemptionem mundi sufficeret. ibidem.
Requiescentes in sanguine Christi. 617.2
Sanguinis & aquæ lateris Christi efficacia. 662.2
Christus primò suum bibit sanguinem, inducens cæteros ad bibendum. 577.2
Christi sanguis effusus pro multis efficienter, & pro omnibus sufficienter. ibidem.
Sanguisuga.
Sanguisuga, quid sit. 270.1
Sanguisugæ filiæ, quæ. 345.1
Sapere, Sapiens, Sapientia.
Sapere sola cœlestia debemus. 392.2
Sapiens quid agat, & quid non. 402.1
Inter sapientes, humilior est inter sapientes sapientior. 253.1.2
Sapientia Christiana in quo consistat. 54.2
Sapientiæ Christi plenitudo. 74.1
Sapientia dando crescit. 162.2
Sapientia reuelata paruulis. 253.1
Sapientiæ studentes non sunt ociosi.
Sapientia quasi sapida sapientia. 385.2
Sapientia in patria. 756.2
Sapientia multiplex. 444.1
Sapientia necessaria. ibidem.
Sapientia superflua. ibidem.
Sapientia nociua. 443.2
Sapientia mundi. 443.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Saphyrus, Sardius.
Saphyrus. 433.1
Sardius. 434.2
Sarepta.
Sarepta, Sidonię urbs. 285.2
Satanas.
Satanas, quid interpretetur. 392.2
Satanæ casus. 251.2
Introitus satanæ in animam Iudæ. 564.1
Satanam intrare in hominem. 575.1
Satanas in aduentu Antichristi soluetur. 529.2
Satisfactio.
Satisfactio, tertia pars pœnitentiæ. 100.3
Satisfactio pœnã dat pœnitẽti, & Deo honorẽ. 101.1
Satisfactio quomodo facienda. 100.2
Satisfactio iniuncta, non est prætermittenda. 98
Satisfactionis iniunctio qualis debeat esse.
Satum, Saturatio.
Satum, quid est. 280.2
Saturatio Domini. 254.1
Saul.
Saul Iudam, & Iudæos, figurauit. 602.2
Scacus, Scala.
Scacorum ludus. 449.1
Scala Iacob. 265.2
Scandalum, Scandalizare.
Scandalum quid. 405.1
Scandalum esse, quid. 392.2
Scandalizati, qui. 406.1
Scandalizat nos quis tripliciter. 409.1
Scandalizati in Christo. 406.1
Scandalizantium malum. 301.1
Scandalum acceptum non datum. 374.2
Scandalum quomodo uitandum. 409.1
Scandali uitatio à Christo. 405.1
Opus bonum de se non scandalizat. ibidem.
Scandali malum. ibidem.
Pusillorum, & magnorum scandalizatio. 408.1
Mors scandalo præferenda. 408.2
Scandala expediunt. ibidem.
Remedium contra peccatum scandali passiui. 409.1
Membra nostra quomodo nos dicuntur scandalizare. 408.2
Dimittenda pro scandalo. 410.1
Scandalizatio gentium per nos. 511.1
Scandalum dubitationis passi sunt Apostoli. 580.1
Scelus.
Prodenda non sunt occulta scelere. 574.1
Scenophegia.
Scenophegia, quid sit. 350.1
Scenophegiæ duratio. 352.2
Scire, Scientia.
Scire uerum, quid est. 5
Si Christum bene scit, satis est si cætera nescis. ibidem.
Scire & non facere, grauat. 363.1
Scientia perfecta quæ sit. 186.1
Scientia magistri in discipulis collaudatur. 241.2
Scientia culpam aggrauat. 549.1
Scire cogitationes solius Dei est.
Scire, & nescire Dei. 189.1
Scire in Deo, quid sit. 542.1
Scientia Dei ab æterno super hominum conuersatione. 250.2
Scientia Dei non imponit necessitatem rebus, nec liberum impedit arbitrium. 408.2
Scriba.
Scribæ docentes locum natiuitatis Christi, & eum nõ adorantes, malos designant prædicatores. 53.1
Scribæ & sacerdotes necem Christi adhuc parauli meditabantur cum Herode. 71.1
Scribe intentio. 204.2
Scriba in tribus à Domino reprehenditur. ibidem.
Scriba dolosus. 205.1
Scribarum malitia. 219.2
Scribæ & Pharisæi per scripturas sciebant Christi aduentum. 520.1
Quomodo Scribæ, & Pharisæi uelabant scripturas, ut homines retraheret à cognitione Christi. 520.2
Diligentia scribarum prodest fidei nostræ. 672.2
Scribere.
Nullus, nisi abiiciat carnalia, dignus est scribi in libro uitæ. 33.1
Scriptura.
Scriptura Christi in terra. 354.2
Scripturarum uaria imaginatio. 5
Assertiones scripturarum incertæ, sunt præsumptuose. ibidem.
Modus legendi sacram scripturam. 6
Scripturæ in cordibus habendæ, ut dæmones fugẽt. 7
Scripturæ non sunt nobis datæ, ut eas solùm in libris habeamus. ibidem.
Scripturæ sanctæ effectus. ibidem.
Scripturæ sacræ non promittunt in hoc seculo nisi tribulationes. 39.2
Quare scriptura non expresit quid fecerit Christus usque ad annum trigesimum. 79.1
Scripturę ab imitatione operũ nomina imponũt. 85.2
Sacræ scripturæ intendendum est. 250.1
Scripturarum laus, & utilitas. ibidem.
Scripturæ libri, uitæ mutatio. 252.2
Scripturæ de Christo testimonium perhibent. 338.2
Scripturæ potius, quàm Astrologiæ credẽdum. 306.1
Scripturæ magnæ sunt authoritatis.
Sacræ scripturæ sunt regnum cælorum. 520.1
Contemnes scripturas nunquam perficietur in illis. 503.1
Sacra scriptura interpretanda est, prout eam Christus seruauit. 608.1
Scripturarum intelligentia dependet à Deo. 706.1
Scorpius.
Scorpius, nisi calcatus, non pungit. 152.1
Scorpio spei contrariatur. 184.1
Scorpionis quos designet. 252.1
Sebaste.
Sebaste. 268.1
Secreta.
Secreta non inquirenda. 253.2
Secta, Securitas.
Sectæ Iudæorum tres. 513.1
Securitas magna quę sit. 232.2
Securitatis stultæ confidentia. 236.1
Sedere, Sedes.
Sedendi, & standi, in prædicando mos. 148.1
Qui dicuntur sedere in cathedra Moysi. 517.1
Sedere in ciuitate, quid sit. 723.2
Sessio Christi super asinam & pullum, quid sit. 483
Sessio Christi & discipulorum ad mensam. 573.1
Sedes Dauid. 24.1
Seductio, Seductor.
Seductio duplex. 672.1
Seductor bonus Christus. ibidem.
Semen.
Seminum Dei genera. 275.2
Semen secus uiam cadens. 276.1
Semen supra petram cadens. ibidem.
Semen cadens inter spinas. ibidem.

Semi-

Seminum non fructificantium ordo. 276.2
De semine tres partes pereunt. ibidem.
Semen bonum duplex. 278.1
Semen tripliciter extinguitur. ibidem.
Semina tria cœlestia. 278.2
Semen quid in homine proficit. 279.2
Seminis profectus. ibidem.
Semen iacere in terram. ibidem.
Quid seminat Deus. 553.1
Semei, Semita.
Semei conuitia in Dauid, Iudæos in Christum figurauit. 630.1
Semitæ Domini. 94.1
Semper.
Semper, aduerbium. 727.1
Senarius, Senium.
Senarius numerus non vacat à mysterio. 20.2
Senium quid sit. 440.1
Senij hominis, & mundi comparatio. 542.1
Sensus, Sensualitas.
Sensus proprius vituperandus. 77.2
Sensus nostri. 336.1
Sensus omnes in Christo passi. 673.2
Sensus, tactus, & visus, minus decipi possunt. 707.2
Sensualitas, & ratio. 199
Sententia.
Sententia, non præcipitanda. 354.2
In dubiis suspensam debemus tenere sentẽtiam. 713.1
Sententia dæmonum de Christo. 201.1
Sententia Domini valde timenda. 349.2
Sententia Christi pro adultera. 354.2
Sententia pastoris siue iustè, siue iniustè prolata, semper timenda est. 391.2
Separari, Separatio.
Separãtur in oratione, qui separãtur in passione. 595.1
Separatio bonorum, & malorum. 556.2
Sepelire.
Sepelire patrem impedit à perfectione. 205.1
Sepeliendi operis omissio. 559.2
Corpus Christi in solo panno lineo sepultus. 668.2
Deuotæ personæ debent cum Christo sepeliri. 670.2
Sepeliendi cum Christo forma. 671.1
Sepeliendorum corporum consuetudo. 688.2
Sepulchrum.
Sepulchrum quid, & vnde dicatur.
Christus quomodo totus in sepulchro iacuit. 27.2
Ecclesia sancti sepulchri. 639.1
Sepulchri Christi forma, situs, color. 669.2
Custodia sepulchri fidei conducit. 672.2
Sepulchri sigillatio. ibidem.
Sepulchri soliditas calumniam tollit. ibidem.
Quare Christus duabus noctibus & vno die in sepulchro iacere voluit. 681.2
Tempus Christi in sepulchro quadraginta horarum. 688.1
Miraculum super exitu Christi de sepulchro. 689.1
Sepulchrum Mariæ virginis. 743.2
Sepultura.
Sepulturæ antiquorum vbi antiquitus erant. 201.2
Sepultura corporis, & capitis Ioannis Baptistæ. 287.2
Sepultura inferni quid sit. 474.1
Christi sepultura. 670.2
Sepultura Christi in corde nostro. 669.1
Sepulturæ Christi significatio. 669.2
Sepulturæ Christi figuræ. 671.2
Septem. Septenarius.
Septem viri vnius mulieris. 513.2
Septenarius. 420.1
Septuaginta, Septuagiessepties.
Septuaginta discipuli bini mittuntur. 251.2
Septuaginta discipuli, Christi cœnæ intererant. 567.1
Septuagiessepties. 420.1
Sequi, Sequela.
Sequi quemuis. 122.1
Sequentium intentiones. 140.2
Sequi Christum quid est. 5.138.2.140.2.236.1.394.2.437.1.635.1
Christum sequentes, errare vel falli non possunt. 3
Christi sequelam nulla affectio dirimat. 138.1
Sequentes & persequentes Christum. 291.1
Premium sequelæ Christi. 500.2
Sequendus est Christus. 536.2
Ad sequendum Christum tria opotet abnegare. 393.2
Sequendi Christum ordo, & modus. 141.1
Sequentium Christum paucitas. 395.1
Sequentium Christum deuotio. 426.1
Sectatores Christi spernuntur. 621.1
Sequentium Christum uaria intentio. 635.2
Sequela sanctorum mulierum post Christum crucem portantem. ibidem.
Seraphin, Serenitas.
Seraphin. 411.2
Serenitatis cognitio. 706.2
Sermo.
Sermo consonet statui. 147.1
Sermonem consequentia. 295.1
Sermo supernaturalis non nisi signis supernaturalibus potest persuaderi. 337.2
Sermo Domini in monte. 148.1
Sermo Domini post cœnam. 581.1
Terribilis sermo Christi ad Petrum. 713.2
Serpens.
Serpentis genus. 12.1
Serpentis caput corpus, & cauda. 124.2
Serpenti assimilari debemus. 226.2
Serpentes quos designet. 252.1
Serpens à Moyse exaltatus Christum figurabat. 502.2
Seruire, Seruitus.
Exemplum, ut Deo seruiamus. 255.1
Seruitium in peccato non est Deo gratum. 198.2
Seruire diuitiis, quis dicatur. 175.2
Seruire Deo cum diuitiis potest quis. ibidem.
Seruitus nulla miserior, quàm seruire peccatis. 38.1 197.1
Seruitus Iudæorum. 357.1
Seruitus & libertas duplex. 357.2
Christus seruitutis opera nõ inuenitur à discipulis acceptasse. 467
Seruus, Seruitor.
Seruorum Dei uestimenta. 84.2
Nullus Christi seruus sine tribulatione. 230
Seruus inutilis. 402.1
Serui malipœna. 547.1
Malorum seruorum remuneratio est ęterna damnatio. ibidem.
Seruitoribus condolendum est 195.1
Seueritas.
Seueritas Dei. 322.2
Sextarius, Sextilis.
Sextarius, quid continet. 125.1
Sextilis. 40.1
Sybilla.
Sybilla Christum nascentem Octauiano monstrauit. 47.2
Siclus.
Siclus quid erat. 60.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sicut, aduerbium.
Sicut, quomodo sit accipiendum. 515.1
Sidon.
Sidon, & capella eius. 378.1
Sigillum.
Sigilla septem libri vitæ. 562.1
Signum.
Signa petunt Iudæi. 129.2
Signum à Christo datum. 129.2
Signorum maximè. 130.1
Signa facere diuinæ potentiæ est. ibidem.
Signa nulla fecit Ioannes. 134.2
Signum triplex. 225.1
Signum de cœlo. 322.2
Signa facientes, in cuius nomine faciunt. 407.1
Signorum confusio. 525.1.2
Signa extrema ferè completa sunt. 527.1
Signa in Sole, Luna, & Stellis. 535.2
Quare tot signa in morte Christi apparuerunt. 659.1
Silentium, Siloa.
Silentium malignorum.
Silentij temperamentum.
Siloa, quid est. 362.1
Siloa turris. 340.1
Simeon.
Simeon obediens interpretatur. 59.1
Simeonis videndi Deum desiderium. 59.2
Simeonis perfectio. 60.1
Simeonis in Christum feruor. 59.2
Simeon in quo imitandus. 60.1
Simeon religiosum pacificum significat. ibidem.
Simeon, Anna, & Maria, quid interpretentur. ibidem.
Simeonis sepulchrum. 587.2
Simia.
Simia in tecto, latro in scalis. 298.1
Simulari, Similis, Similitudo.
Similari Deo quid.
Similes Deo quæ nos faciant.
Similitudo diuina potest in homine penitus corrumpi. 257.2
Similitudo, & imago Dei. ibidem.
Simon.
Simon quid interpretetur. 121.2
Simon leprosus quis esset. 260.1
Simon leprosus beatus Iulianus Cenomanensis fertur fuisse. 475.2
Ministeria assistentium conuiuio Simonis leprosi. 479
Simon leprosus à Christo mundatus. 475.2
Conuiuæ apud Simonem leprosum cum Christo. 479
Quare Iudæi coegerunt Simonem Cyrenæum iuuare Christum. 637.2
Mysterium in Simone Cyrenæo. ibidem.
Per Simonem Cyrenæum Christiani designantur. ibidem.
Simonia, Simoniacus.
Simonia destruxit Hierusalem. 491.2
Simonia tam in vendente, quàm in emente. 565.1
Simoniaci corripiuntur. 220.2
Simoniaci pellendi ab ecclesia. 493.1
Simplex.
Simplex bene respondere potest. 228.1
Simulator, Simulatio.
Simulatores sunt hæretici. 178.1
Simulatio in Christum cadere non potuit. 79.2
Simulationis malum. 178.2
Simulatio proscribitur. 330.1
Sindon.
Sindon quid sit. 655.1
Sinistra, Sinus.
Sinistra moraliter quid sit. 165.2
Sinus Abrahæ. 474.1.448.1.679.2
Sion.
Mons Sion. 482.1
Sitis.
Sitis Christi. 654.2
Sitientes qui dicantur. 353.1
Smaragdus.
Smaragdus. 433.2
Sobrietas.
Sobrietatẽ & tẽperantiam præcipit Dominus. 224.2
Sobrietas Ioannis Baptistæ. 84.2
Socrus Petri curatio. 199.2
Sodoma, Sodomia.
Sodoma interpretatur silentium. 315.2
Sodomę conflagrationis ad iudicium cõparatio. 543.1
Sodomiæ abominatio & punitio. 225.2
Sol.
Sol splendore suo multa facit. 11.1
Solis occubitus mysticè, quid significet. 200.2
Illustrationes Solis iustitiæ. 273.2
Sol statum designat perfectorum. 535.2
Solis sunt tria signa. ibidem.
Sol stabit in Oriente post iudicium. 753.1
Solennitas.
Solennitas Paschalis. 682.2
Solẽnitas præsens, vmbra est vẽturę solẽnitatis. 683.2
Solennitas æterna potenda. ibidem.
Solitudo.
Maria solitudinem amabat. 22.2
Solitudo amanda est. ibidem.
Solitudinis commendatio. 110.2
Solitudo præeligenda. ibidem.
Solitudo ad Deum alloquendum requiritur. 146.1
Solitudo amica est orationi. 295.1
Solitudo ad videndum Deum necessaria. 337.1
Solium.
Solium quid.
Sollicitus, Sollicitudo.
Sollicitus, quid significat. 228.1
Christus de suis sollicitus. 726.1
Sollicitudo quadruplex. 432.2
Sollicitudo tollenda. 176.1
Sollicitudo vitiosa, quæ dicatur. ibidem.
Sollicitudo victus. 176.2
Quæ sollicitudo homini debet inesse. ibidem.
Sollicitudo staturæ, & amictus. ibidem.
Sollicitudinis origo. 177.1
Sollicitudo prohibita, & permissa. 178.1
Sollicitandum primò de spiritualibus, secundariò de temporalibus. ibidem
Sollicitari de præsentibus permittitur, de futuris prohibetur. 178.2
Temporalium sollicitudo proscribatur à prædicantibus. 225.1
Sollicitudo ante iudicium. 228.1
Contra sollicitudinem ecclesiasticorum. 265.1
Sollicitudinis vitatio per Achatem signatur. 434.2
Somnus.
Somnus nobiscum vitam diuidit. 452
Somni & tranquillitatis significatio. 207.2
Somni acceptiones. 452.1
Spado, Speculator.
Spadones. 427.1
Speculator cæcus. 181.2
Spes, Sperare.
Spes quid sit. 705.1

Spes diuinorum beneficiorum per spicam designatur. 279.2
Sperandi ratio. 385.1
Sperandum semper. 424.2
Spes magna peccatorum. 143.1
Spes vana periculosa. 425.1
Sperat frustra gloriam, qui nihil hic laborauit. 442
Spes veniæ, quintus dæmon. 705
Sperare sine meritis, est præsumere. ibidem.
Spina.
Spina est carnalis concupiscentia. 178.1
Spinæ coronæ Domini. 628
Spiritus, Spiritualis.
Spiritus est anima. 32.1
Spiritus interdum pro ratione sumitur. ibidem.
Spiritus pro aere. 118.2
Spiritus nostri bonum. 236.1
Spiritus cuius simus. 462.2
Spiritus scientiæ in conscientijs. 504
Christus emisit spiritum. 657.2
Spirituum cœlestium occursus Christo obuiã. 725.1
Tradere vel emittere spiritum. 657.2
Spiritus vehemens. 734.1
Spiritus immundus, cur iussus tacere. 199.1
Spiritus immundus diabolus appellatur. 324.1
Spiritus blasphemiæ. 318.1
Et quomodo sit irremissibilis. 318.2
Septem spiritus nequiores. 325.1
Spiritualia vitia non minus fugienda. 328.2
Spiritualis exercitij quatuor ad cordis puritatem inducentia. 110.1
Spiritualis hominis signa. 417.1
Spiritali homini plura sunt necessaria. 736.1
Spiritussanctus.
Spiritussanctus, qui prius venit, nunc superuenit. 25.1
Spiritus, quare dicitur sanctus. 59.1
Spiritussanctus in baptismo Christi, cur in specie columbæ apparuerit. 106.2
Spiritussanctus quomodo in columba fuit. 107.1
Spiritussanctus ductor Iesu. 109.1
Spiritussancti habitatio. 110.2
Spiritussanctus quærit solitudinem, & quærere cogit. ibidem.
Signa præsentiæ, vel absentiæ spiritussancti. 118.2
Spiritussanctus prohibet nos à mundi procellis submergi. ibidem.
Spiritussanctus, primum donum, in quo omnia donantur. 184.1
Spiritussanctus non deficit in necessitate. 228.1
Spiritussanctus loquitur in bonis. ibidem.
Feruoris spiritussancti effectus. 234.2
Spiritussanctus intelligitur in patre & filio. 535.2
Spiritum sanctum, cur Christus insufflando dedit. 706.2
Promissio spiritussancti. 723.1
Spiritus patris quomodo dicatur. 723.1.2
Spiritussanctus cur non statim missus. ibidem.
Spiritussanctus igni assimilatur. 734.2
Spiritussanctus bis missus super Christum, & totiens super Apostolos. ibidem.
Cur spiritussanctus in terra, & è cœlo datur. 735.1
Spiritussanctus in quibus speciebus apparuit. ibidem.
Spiritussanctus non primò fuit datus in die Pentecostes. 735.2
Spiritussancti missio visibilis, & inuisibilis. ibidem.
Pro diuersitate status, datur diuersimodè spiritussanctus. 736.1
Missio sancti spiritussancti, cur quinquagesimo die facta. 738.1
Splendor.
Splendor facici Christi. 397.
Splendoris solis effectus. 11.
Spoliatio, Spolium.
Spoliatio Christi ante crucem. 639.
Spolia domus. 545.
Sponsus, Sponsa.
Sponsus Marię quare debuit vocari Ioseph. 21.2
Sponsa Ioannis Euangelistæ. 127.2
Sponsum auferri. 126.1
Sponsus & sponsa spiritualiter. ibidem.
Sporta.
Sportarum septem causæ. 383.2
Spuere.
Iudæorum mos spuendi in faciem. 610.2
Spuere in faciem Christi. ibidem.
Qui sanctos in præsenti vita confutant, in Christi faciem spuunt. ibidem.
Stabulum, Stagnum.
Stabulum, quid significet. 257.2
Stagnum Genezareth, quid designet. 136.1
Stare.
Stantes cum Christo. 396.2
Stater, Statua.
Stater. 404.2
Statua Nabuchodonosor, idolorum Aegypti ruinam figurabat. 70.1
Statua salis. 206.2
Statua ab Emorrhoyssa erecta Christo. 216.2
Status, Statutum.
Status hominum quinque. 141.1
Multiplicatio statutorum periculosa est. 518.1
Stella.
Stella à Magis visa, ab aliis differt. 51.2
Stella disparuit regibus intrantibus Hierusalem. 52.1
Stella cur disparuerit. ibidem.
Stellæ ortus Magis apparentis opiniones. 53.
Stella vbi visa est stare. ibidem
Stellæ Magis apparentis figura. 55.2
Stellarum casus. 535.1
Stellæ incipientium statum designant. 535.2
Stellæ cum cœlo fixa manebunt. 753.1
Stephanus.
Stephani sepultura. 569.1
Stola, Stomachus.
Stola prima. 416.1
Stolæ Pharisæorum. 519.1
Stola candida. 688.1
Stola corporis beati. 755.1
Stola animæ beatæ. ibidem.
Stomachus languens allegorice. 276.1
Stridor.
Stridor dentium. 510.1
Stultus, Stultitia.
Stultus qui verbum Dei audit, & non operatur. 190.2
Stultitia, conueniens diuitibus nomen. 332
Stultitiæ proprium. 441.2
Stultitia sapiens, quæ sit. 471.1
Stultitiam simulare expedit interdum. 622.1
Stupor.
Stupor quid sit. 56.1
Subditus, Subiectus.
Subditi interdum præstant prælatis. 77.1
Subditorum cura. 308.2
Quare subditi mouentur in prælatos, & superiores 518.1
Subiectio perfecta populorum ad Christum, in die iudicij erit. 516.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Subiugalis, Submissus.
Subiugalis filius. 482.1
Submissos sanat Dominus. 290.1
Substantia.
Substantia quæ creatura non est, Deus est. 192.2
Substantia Christi triplex. 442.2
Subtilitas.
Subtilitas, tertia dos corporis. 753.1
Succedere.
Filius patri in sacerdotis officio succedebat. 606.1
Sudarium, Sudor.
Sudarium, quid sit.
Sudor sanguinis Christi. 598.2
Quid per sanguineũ sudorẽ Christi designetur. 599.2
Per sanguineum sudorem Christi, debemus nostram figurare orationem. ibidem.
Sufficientia.
Perfectio sufficientiæ, quæ sit. 164.2
Suffocare, Suffragium, Suggestio.
Suffocare quid sit. 422.1
Suffragia generalia, & particularia. 749.2
Respondetur suggestionibus ex scripturis. 115.2
Suggestio pessima. 299.2
Suggestiones quomodo sint extinguendæ. 375.2
Sumptus, Superabundantia.
Sumptus qui sint. 234
Superabundantia imperfectionis. 261.2
Superbia.
Superbia quid sit. 496.1
Superbia sancta. 65.1
Superbia antiqua diaboli. 114.1
Superbiæ deuictæ figura. 115.1
Superbia est initium, & causa omnium malorum. 270. 1
Superbia quare tantùm à Deo reprehendatur, reprimatur, detestetur. 496.2
Superbia, & elatio, maximè à discipulis Christi prohibetur. 252.1
Superbia impugnat virginitatem. ibidem.
Superbia duas habet filias. 270.1
Superbia propria dæmonibus, siue mulieribus.
Superbia quantùm sit vitanda. 346.2
Superbia è cœlo deiecta, in ipsum non recipitur. 406.1
Superbia plus cæteris passionibus mẽtes vexat. 497.1
Superbia nihil Deo odibilius. ibidem.
Superbia inferiores erigit in superiores. 527
Superbiæ mala. ibidem.
Superbia præsens seculum destruet. ibidem.
Incipientes bonam vitam sine ascensu ad maiorem, non carent superbia, & præsumptione. 533.2
Superbia nostra non potuit alter, quàm per humilitatem Christi curari. 569.2
Contra superbiam medicina. 571.1
Superbi abiecti sunt Deo. 345.2
Superbi pauca de sibi præceptis faciunt. 402.1
Superborum obstinatio. 489.1
Superbus non diligit Deum. 514.2
Supererogatio, Superfluitas.
Supererogatio. 258.1
Superfluum erogandum est. 87.1.2
Superfluitas vituperanda. 311.1
Superflua contemnere virtus est. ibidem.
Superfluitas taxatur. 334.1
Superior.
Superior in inferiori auditur. 240.2
Superiores grauiter suos subditos minorũ vitiorum, & non maiorum arguunt. 582.1
Superiorum negligentiæ erga subiectos. ibidem.
Supplantatio.
Supplantatio triplex. 398.1
Surdus.
Surdi moraliter qui dicantur. 243.1
Surdus, & mutus, quis dicatur. 380.1
Surgere, Sursum.
Cur alij surrexerunt cum Christo. 698.2
Sursum aspicere. 237.1
Susanna.
Susanna tacuit, & vicit. 623.2
Suscipere.
Qui suscipiuntur à Christo. 705.2
Suscitare.
Christus cur filiũ viduę extra portam suscitauit. 201.2
Christo tam facilè est suscitare mortuum, quàm alteri excitare dormientem. 452.1
Virtutis eiusdem est mortuum recentem suscitare, & quatriduanum. 453.2
Aliud est suscitare, aliud ædificare. 605.1
Sycomorus.
Sycomorus celsa dicitur. 471.1
Fructus sycomori rubeus. ibidem.
In sycomorum ascensus. ibidem.
Sycomorus, ficus fatua dicitur. ibidem.
Sycomorus religionem significat. ibidem.
Symbolum.
Symbola tria. 730.1
Ex symbolo credenda habentur. ibidem.
Symbolum Apostolorum. ibidem.
Locus vbi Apostoli composuerunt symbolum. 726.2
Per quæ synagogæ sacerdotium perijt. 606.1
Synderesis.
Synderesis. 157.2
Syria, Syrophœnissa.
Syria. 740.2
Syrophœnissa. 336.1
Tabernaculum.
TAbernacula animæ. 339.2
Ad tabernacula Dño faciẽda, q̃d requiritur. ibid.
Tabernacula æterna. 444.1
Tabula.
Tabula secunda est pœnitentia. 303.2
Tacere, Taciturnitas.
Cur Christus coram Herode tacuit. 620.2
Taciturnitatis Christi ratio. 623.2
Talentum.
Talentum abscondere. 552.2
Quid per quinque talenta, per duo, per vnum designetur. 555.2.554.1
Talentum malis creditum. 553.2
Talentorum bonus vsus. 554.1
Talenti exactio, & acceptio. 555.1
Talio.
Talionis lex. 160.1
Tangere, Tactus.
Tangere Dominum quando dicimus. 388.1
Christus ab immundis non tangendus. 697.2
Tactus Dei triplex. 192.1.216.1
Taurus, Tectum.
Tauri ad ficum ligati mansuescunt. 341.1
Tecta Palestinorum. 231.1
Telos, Teloneum.
Telos vectigal interpretatur. 141.2
Telonium quid est. ibidem.
Templum.
Templum quid dicatur. 491.2
Templum primò petendum. 492.1
Templum ingredientium intentio. 64.1

Templa non sunt ex malè acquisitis facienda. 523.1
Ornatus templorum spiritualis, quàm corporalis, magis est attendendus. 525.1
Templi sanctificatio. 64.2
Templa omnia Dei per delationem eius in Hierusalem sunt sanctificata. ibidem.
Templum Salomonis. 15
Templum quadraginta sex annis factum est. 129.2
Templum Salomonis septem annis factum est.
Destructio templi Salomonis. 525.1
Quare templum Salomonis destructurum sit. ibidem.
In templo Hierosolymitano erãt quatuor loca diuersa. 491.2 ibidem.
Introitus Domini in templum causæ. 65.2
Templi Domini situs. ibidem.
Templi Domini mysteria. ibidem.
Templi Domini scripturæ. ibidem.
Templi Domini constructio. 67.2
Templum Domini rotundum. 52.1
Templum in Bethleem. 128.1
Templum in quo vendentes inuenti sunt. 269
Templum Iouis hospitale.
Tẽpli Mẽtalis dignitas ex causis animę rationalis. 64.2
Tempus.
Tempore nihil preciosius. 98.2
Tempus nullum prætermittendum. 121.1.205.2
Temporis vsus. 364.1
Temporis egestas, & angustia. 364.2
De tempore expenso requiretur. 422
Temporis cessatio. 753.1
Tenebræ.
Tenebræ ibi, cum dicitur, Et lux in tenebris lucet, quid signat. 11.1
Tenebræ non possunt esse vbi Christus. 120.2
Tenebræ exteriores, & interiores. 196.2.509.2
Tenebræ à sexta hora ad nonam factæ vniuersales. 652.2
Triplex causa tenebrarum in morte Christi. ibidem.
Tenebræ passionis differebant à tenebris aliarum eclipsium. ibidem.
Tenebræ passionis similes erãt tenebris Aegypti. ibid.
Quomodo tenebrę erãt, & diluculũ, & sol ortus. 687.2
Tentari, Tentatio, Tentator.
Tentari non est malum. 172
Tentatio spina quędã dicitur, mentem pungens. 628.2
Tentationis expers nemo. 116.2
Maria contra tentationes inuocanda. 22.1
Ad tentationes debemus à vitæ initijs præparari. 66.2
Quomodo tentationibus diaboli resistendum. 113.1
Tentatio quotuplex. 111.2.116.1
Tentationum suggestiones. 115.2
Contra tentationum seminatores, remedia vndecim. 582.2.596.2.532.1
Contra mundi tentamenta, documenta tria. 361.1
Tentationes exoptandæ. 116.1
Duci & induci in tentationem. 172.2
Sine tentatione nemo potest esse probatus. ibidem.
Tentatio appropinquat appropinquante salute. 197.2
Tentationis procella ex inuidia diaboli. 289
Tentationis superatio. ibidem.
Tentatio probat, si semen radicem fixerit. 275.2
Tentationum cessatio. 274
Nullus debet dare alijs occasionem tentationis. 457.2
Ante gloriã Christi tẽratio precedet Antichristi. 527.2
Tentationes spirituales dupliciter veniunt. 531.1
Magna deuotio, vel perfectio, est sæpe causa lapsus in tentationem. 532.1
Tentatio prima ex homine est. 569.1
Tentationis initium est suggestio mali. 598
Tentatoris vigilantia. 116.2
Tentator triplex. 533.2
Tentatio Christi.
Tentari voluit Christus, cur & quando. 110. & seq.
Christus ijsdẽ modis quibus Adam tentatus est. 111.1
Intentio diaboli Christum tentantis. 111.2
Tentatio Christi tertia de auaritia, cur in monte excelso facta. 113.2
Christus quomodo vicit tentationes. 114.2
Tentatio Christi à turbis. 326.2
Tentatio Dei.
Tentatur Deus multipliciter. 115.1
Non est tentandus Deus. 612.1
Terra, Terrenus.
Terra quid significet. 149.1
Terra vbi seminatur sal efficitur sterilis. 154.2
Terram ardere. 234.2
Terra bona, & mala. 276.2
Terra sterilis. 341.2
In terra scribendi ratio. 354.2
Terrenis inhians, cœlestia pfectè nõ meditatur. 139.2
Terræmotus.
Terræmotus multotiens factus. 681.1
Terræmotus contritionem significat. ibidem.
Testamentum.
Gratia noui testamẽti nõ erat in veteri testamẽto. 92.1
Testamenti vtriusque distributio. 258.1
Vetus testamentum in tribus continetur. 705.2
Testamenti vtriusque populi. 486.1
Veteris & noui testamenti continuatio. 576.2
Excellentia noui testamenti respectu veteris. 577.2
Veteris testamenti intentio. 729.2
Testis, Testimonium.
Falsus testis, quis dicatur. 609.1
Testis fallidicus tribus obnoxius. ibidem.
Testes iueuitabiles quatuor conserui. 422.2
Testes in die iudicij qui erunt. 189.1
Oẽ genus hominũ de Christo phibet testimoniũ. 61.2
Testimonium Ioannis de Christo. 117.2 & seq.
Testimonium quadruplex de Domino. 119.2
Testimonium Christi de se non esse verum. 338.2
Testimonia de Christi deitate. 370.1
Testimonia de Christo in cruce. 669.1
Testimonia falsa in Christum. 608.2
Thabor.
Thabor, mons est. 145.2
Thabor montis situs. 397.1
Thabor monasteria. 399.2
Tria tabernacula in monte Thabor. 399.1
Thesaurizare, Thesaurus.
Thesaurizandum non esse in terris, sed in cœlo. 174.1
Thesaurizandi modus excellentissimus. ibidem.
Thesaurũ reponere vnde exiturus es, stultitia est. ibid.
Thesaurus ex amore cognoscitur, sicut amor ex cogitatione. 174.2
Thesaurus non solùm pecuniæ, sed voluptatis est. ibid.
Thesaurus cordis. 188.1
Thesaurus absconditus. 281.2
Thomas.
Thomæ aduentus. 707.2
Thomas cicatrices Domini tetigit. 708.2
Thomas aliud palpauit corpore, aliud credidit corde. 709. 1
Thomas cur dubitauit. 709.1
Incredulitas Thomæ quantum profuit. ibidem.
Thronus.
Thronus quid. 632.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thronus Salomonis. 471.2
Thronus Salomonis, dicta est beata Virgo. 55.2
Thronis coæquandi. 411.2
Tibicen.
Tibicines qui dicantur. 218.1
Timere, Timor.
Timere quid facit. 59.1
Timendum cuique. 510.1
Quantùm timere & erubescere debeamus. 544.2
Timor multiplex. 127.2
Timor mundanus, & naturalis, Timor filialis, seruilis, & humanus: Item timor initialis. 232.2
Timor bonus quis dicatur. 133.1
Timor peccatorum. 197.2
Timore seruili Deo seruientes sunt dæmoniacis similes. 210.2
Timor mortis quid sit, & quibus rationibus expellatur. 232.1
Timor diuitis. 449
Timor Pharisæorum. 456.1
Timor in Angelis. 689
Timor & amor debent inclinare ad credendum. 689.2
Timor diffidentiæ, secundus dæmon. 705.1
Titulus.
Christus vnicum habuit titulum in terra. 120.2
Tituli crucis superscriptio. 642.1
Cur titulus tribus linguis scriptus fuerit. 642.2
Titulus triplex. 643.1
Titulus in corde Christiani habendus. ibidem.
Tolerare.
Tolerare aduersa. 259.1
Non licet tedere cogitare, quæ Christus non pertesus est tolerare. 594
Toleranda omnia ob gloriam cœlestem. 739.2
Mala hic æquo animo toleranda sunt. 752.1
Tonitruum, Topazius.
Tonitrua tempore Samuelis. 322.1
Topazius. 433.2
Tormentum.
Tormenta malorum. 282.2
Tormenta Christi narrari non possunt. 648.1
Tormentorum genera passionis Christi. 673.2
Tradi, Traditio.
Tradita omnia Christo. 268.2
Traditionem Pharisæorum Christus confutat. 328.2
Christus traditus est. 673.2
Traditio Christi diuersa. 405.2
Tradere Christum, quid sit. 573.1
Maius peccatum est tradere Christum regnantem in cœlis, quàm ambulantem in terris. ibidem.
Christus non fuit ex ignorantia traditus. 562.2
Tradentium Christum diuersæ voluntates. ibidem.
Tradi in manus peccatorum. 600.1
Traditionis tria amara. 602.1
Christus tradidit spiritum clamando, orando, & lachrimando. 657.2
Traducere.
Traducere quid sit. 37.1
Transfiguratio, Transfretatio.
Transfigurationis Dominicæ tempus. 397.1
Transfigurationi Christi tria concurrerunt. 397.2
Transfigurationi Domini spem auget nostram. ibid.
Transfigurationis describendæ forma. 399.2
Transfigurationis socij. ibidem.
Transfigurationis sex personæ, quid significent. 398
Transfiguratio est sacramentum secundæ regenerationis. 400.2
Transfretatio. 304.1
Transitus, Transplantatio.
Transitus triplex ad Bethlehem cœlestem. 45.2
Transitus Christi ad Gentes. 304.1
Transitus triplex mundanorum miserabilis.
Transitus cœli & terræ spiritualis, est signum aduentus Christi in mentem. 540.2
Transitio cœli & terræ. 753
Transplantatio frequens nocet. 276.1
Tres, Tria.
Tres induentes vnum ex ipsis tribus. 25.2
Tria sata farinæ, quid sint. 280.2
Trium linguarum tituli significatio. 643.1
Tribulatio.
Tribulationes plurimis de causis immittuntur. 67.1
Tribulatio bonorum. 38.2
Tribulatio malorum. 39.2
Deus scit tribulationum finem. 219.1
Tribulatur Ecclesia militans. 230.1
Tribulationum bona. 349.2
Quomodo tribulationes nostræ possint esse fructiferæ. 596.1
Tribulationes hominem perficiunt. 30.2
Deus suos ad eorum coronam tribulari permittit. 37.2. 220.2
Tribulatio consolationem, & contrà, sequitur. 67.1
Tribulatio purgat peccata. 230.1
Tribulatis bonis adest Deus. 303
Tribulatio bonos delectat. 465.2
Tribulationes communes. 739.1.2
Tribulationes inuoluntariæ. 46.2.1
Tribulatio præsens, quid sit. 491.1
Tribulatio toleranda. 229.2
Remedium tribulationum. ibidem.
Tribulatio patienter tolleratur, passionis Christi memoria. 230.2
Cautela in tribulationibus. 528.2
Quid in tribulatione faciendum. 599.2
Laudandus in tribulatione est Dominus. 577
Documentum super tribulatione Christi. 646.2
Tribulus, Tribunal.
Tribuli. 178.1
Tribunal quid. 632.2
Tributum.
Tributi à Christo exactio. 404.1
Christ⁹ cur tributũ ꝓ Petro, & nõ ꝓ aliis soluit. 404.2
Christus cur tributum soluerit. ibidem.
Tributum Deo reddendum. 512.2
Triclinium, Triduum, Trigesimus.
Triclinium quid est. 125.1
Triduum multiplex. 383.1
Triduum passionis quomodo intelligatur. 678.2
Anni trigesimi perfectio. 135.1
Trinitas.
Trinitatis opera. 10.2.25.1
Trinitas misit Archangelum. 21.1
Trinitatis notificatio. 25.2.130.2
Trinitas post Christi baptismum quomodo differenter apparuit. 107.1
Trinitas cur baptizato apparuit. 107.2
Trinitatem recipit, qui Christum recipit. 239.2
Virtutes trium personarum Trinitatis. 318.2
Trinitas inuocanda. 338.1
Trinitas in vtraque regeneratione apparuit. 400.2
Personarum Trinitatis vnitas, & distinctio. 717.1.2
Distinctiones personarum Trinitatis, & conuenientiæ earum. 734.1
Tristitia.
Tristitia pœnitẽtiæ pro peccatis nõ prohibetur. 167.2

Tristitiæ libenter sustinendæ. 534.1
Tristitia Christi fuit naturalis & uoluntaria. 595.2
Tristitiæ Christi causæ. ibidem.
Triumphus, Trophæum.
Triumphus Christi. 490.2
Trophæa Christi. 710.1
Tuba, Tumultus.
Tuba quid sit. 750.2
Tuba præuia. 538.2
Tumultum fugit Dominus. 194.1
Tunica.
Tunicæ duæ. 224.1
Tunica uetus exuenda. 626.1
Tunica Domini à crucifixoribus scindi non potuit. 643.2
Tunica inconsutilis. ibidem.
Tunica inconsutilis omnium partium, Ecclesiæ significat unitatem. 643.1
Tunica inconsutilis nunc diuiditur. ibidem.
Tunicam inconsutilem scindentes. ibidem.
Documenta ex diuisione tunicæ inconsutilis. ibidem.
Turba.
Turba quid significet. 141.1
Turbæ uarietas. 275.2
Turbæ fugiendæ. 380.1
Turba impedit inuenire Christum. 337.1
Turba triplex nos impediens. 474.1
Turba triplex Christum sequebatur ad supplicium. 635.2
Turbatio.
Turbatio in Deum relata tria facit. 501.1.2
Turbatio uniuersalis creaturarum. 535.1
Turbatio in creatura elementari. ibidem.
Turbatio in creatura intellectuali. 536.1
Turbatio spiritualis ad pietatem, & misericordiam spectat. 572.2
Virtuosum est contra uitia turbari. ibidem.
Turbatio & fremitus Christi. 453.2
Turbatio animæ Christi. 595.2
Turris.
Turris ad quam pastores erant. 43.1
Turris magnæ ædificatio. 237.1
Turris Dauid. 482.2
Turtur.
Turturis castitas. 59.1
Turtur designat uitam contemplatiuam. 63.2
Tyrannus, Tyrus.
Tyranni multi, multos occiduntur pueros. 69.2
Tyrus, & Sidon. 376.1
Væ.
Væ, quid notet. 297.1
Væ scandalizantium. 408.2
Væ sempiternum recipientibus bona in uita sua. 449.2
Væ æternum quibus debetur. 520.1
Væ de superbia, & auaritia. ibidem.
Væ de gula. 520.2
Væ de inani gloria. 121.1
Væ de fraudulenta stultitia. ibidem.
Væ de ignauia circa salutaria. ibidem.
Væ de simulatione & mendacio. 522.1
Væ in hypocrisi. 522.2
Væ homicidarum. 523.1
Vagari.
Per uicos, & plateas uagantes. 349.1
Vah, Vallis.
Vah, quid significet. 645.2
Vallis Iosaphat. 587.2
Vanitas, Vas.
Vanitates hominum.
Vanitas quantùm uitanda.
Vasa à Domino præscripta templis. 492.1
Velamen.
Velamen ante faciem ponentes. 611.2
Documenta circa uelamen faciei Christi. ibidem.
Velle, uoluntas.
Velle uideri in bonis propter gloriam diuinam, non est malum. 518.2
Velle mori hominis non est. 464.1
Velle præesse, uituperabile est. 467.1
Bonæ uoluntatis laus. 188.1
Voluntas Deo subdenda. 238.2
Voluntas nostra uoluntati diuinæ conformanda est dupliciter. 238.2.239.1
Voluntas propria, & eius mala. 241.1
Voluntas radix est operum. 320.1
Opera, & uerba, sunt fructus uoluntatis. ibidem.
Voluntas sola, aut iustum, aut peccatorem facit. 320.2
Voluntatem nostram requirit Deus ad sanitatem. 336.1
Voluntas peccandi magnum est peccatum. 355
Voluntatis renunciatio. 394.1
Per obedientiam mactatur uoluntas. ibidem.
Voluntas prima peccatoris in necessitatem conuertitur. 482.1
Propria uoluntas, est causa malorum. 597.1
Voluntatis malitia cogit ad peccandum. 620
Voluntas Dei.
Voluntatem Dei fieri in cœlo, & in terra. 170.2
Voluntas Dei quæ est. ibidem.
Voluntatem Dei facere. 188.2
Voluntas diuina debet esse regula omnium actionum nostrarum. 394.2
Voluntas Dei licitum facit.
Voluntas Dei in quo consistat. 556
Quare Christus suam prædixit uoluntatem. 562.2
Voluntas Christi. 596.2
Vellere, Vellus.
Vellere spicas. 309.1
Vellus Gedeonis. 29.1
Velum.
Velum templi quid designabat. 61.1
Velum templi scissum est. 658.2
Vela duo in templo. ibidem.
Veli scissi preciositas. 659.1
Venator.
Venator mirabilis Dominus. 226.1
Venatores. 312.1
Vendere, Venditio.
Cur uendebantur pecora in templo. 128.1
Vendentes in ecclesia qui dicantur. 128.2
Vendit qui preces quærit. 162.1
Vendit Dominus regnum cœlorum. 246
Propria uendenda & danda perfectis. 282.1
Ex uenditione Christi tria sunt documenta. 565.1
Qui pro temporalibus iustitiam deserunt, Christum uendunt. ibidem.
Christum uendit qui consilium, uel iustitiam uendit. ibidem
Christus à quibus præcipue uenditur. ibidem.
Neque uendẽtis, neque ementis est Christus. ibidem.
Vendi debemus pro Christo. ibidem.
Vendi debemus pro regno Dei. ibidem.
Venia, Veniale.
Veniæ locus non est in inferno. 157.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Modus ueniendi ad ueniam. 696.1
Veniale est, quicquid parit necessitas. 408.1
Venialia ableuenda. 739.2
Venire.
Venire, & abire, quid sit. 89.2
Venerunt pastores, reges, & senes ad Christum.
Venientes ad cœnam qui sint. 52.2
Causæ ueniendi Christi. 143.1
Tibi uenit, quid sit. 482.2
Signa uentun Christi in Christo uisa. 732.1
Venter.
Ventis, & gulæ contemptus. 271.2
Ventus, Vntilabrum.
Venti animam turbantes, qui dicantur. 209
Ventilabrum unde dictum. 94.1
Verbum.
Verbum duplex. 9.2
Verbum in sacra scriptura quid est. 45.1
Verba ociosa uitanda. 110.2
Verba pro factis ponere. 188.1
Simplicitas uerborum iaspedi comparatur. 434.1
Verbum ociosum. 320.1
Verbum criminosum quàm acriter punietur. 320.2
Verba uerenda. 422.1
Quare uerba superiorum parum apud subditos proficiunt. 518.1
Verba Mariæ sex, totidem uirtutum significatiua. 27.1
Verba Mariæ ad Christum crucem portantem. 631.2
Verbum Dei.
Verbum quod egreditur ex ore Dei. 384.2
Verbum primum Christi scriptum. 76.2
Verbum Dei quomodo audiendum. 77.2.277.2
Verbum Domini mandatum, seu præceptum, Dei dictum. 83.1
Verbum Dei comparatur homo. 137.1
Audiens uerbum Dei, & non faciens. 190.1
Verbum Dei audire uolentes, beati esse nequeunt. 326.2
Verbi Domini preciositas, & quomodo audiendum sit. ibidem.
Verbum Dei audiendum incipientibus. ibidem.
Verbum Dei est manna. ibidem.
Verbi Dei effectus. ibidem.
Verba Christi tria, increpatiua pectoris. 442.2
Verba Christi in consolationem iustorum. 539.2
Eerborum Dei stabilitas. 540.2
Verbi Christi efficacia. 576.2
Verbum fidei omnes ad fidem conuertit. 599
Verba Christi ad filias Hierusalem. 636.1
Verba Christi in cruce. 648.2
Primum uerbum Christi in cruce. ibidem.
Verbum secundum Christi in cruce. 689.2
Tertium uerbum Christi in cruce. 690.2
Tertium uerbum Christi in cruce, pietatis fuit. ibid.
Quartus uerbum Christi in cruce. 653.1
Quartum uerbum Christi in cruce fuit magnæ acerbitatis. ibidem.
Quintum uerbum Christi in cruce. 654.2
Quintum uerbum Christi, fuit uerbum consolationis. ibidem.
Sextum uerbum Christi in cruce. 656.1
Sextum uerbum Christi in cruce perfectionis erat. ibidem.
Sextum uerbum Christi, nos docet pœnitentiam. ibidem.
Sextum uerbum Christi, efficax est contra fluxum sanguinis è naribus. 656.2
Verbum septimum Christi in cruce. 657.2
Verbum septimum Christi in cruce, uerbum deuotionis. ibidem.
Verbum in diuinis.
Verbum cur potius quàm filius dicatur. 9.2
Verbi à patre processio. 10.1
Verbum diuinum, est conceptus intellectus diuini. 10.2
Verbum non est factum. ibidem.
Verbi diuini conditiones. ibidem.
Omnia ab æterno, in uerbo diuino uiuebant. ibidem.
Mens æterni uerbi conceptiua, debet esse uirginea. 28.2
Verbum æternum non nascitur, nisi in corde pacato. 40.2
Verbum caro factum. 90.2
Verbi inhabitatio in nobis ibidem.
Gloriam uerbi cognouerunt Apostoli. 91.1
Verbi diuini ingressio. 735.2
Verecundia.
Verecundiæ utilitas. 197.2
Verecundia Christo illata. 635.2
Veritas.
Veritas prædicanda est. 132.2
Veritas taceri non uult. 231.2
Veritatem tacens, transgressor est ueritatis. 232.1
Veritatem tacens, conscius est mendacij errantium. ibidem.
Veritatis testes quatuor. 338.2
Veritas deprimitur, & falsitas extollitur. 352.1
Veritas in Christiano. 358.2
Veritatis firmitas. 362.2
Veritatis præco. 362.1
Veritatis & mendacij differentia. 362.2
Veritatis occultandæ causæ. 504.1
Veritatis demonstratio. 607.2
Veritas ubi sit. 619.2
Veritas, ut aqua benedicta, uitatur. ibidem.
Veritas nulli se negat. 679.2
Veritatem oppugnantes. 698.1
Veritas melius operando, quàm audiendo intelligitur. 702.2
Veritatis cum misericordia contentio. 14.1
Veritas triplex in Christo. 511.2
Vermis.
Vermis conscientiæ. 409.2
Vesper, Vespere, Vespera.
Vesper moraliter, quid significet. 306.2
Vespere quid sit. 498.2
Meditanda hora uespertina. 664.2
Vespera sabbati non legitur. 670.1
Vestigium.
Vestigia Christi sequi. 5
Vestigia loci unde Christus ascendit. 726.2
Vestis, Vestimentum.
Vestis ecclesiasticorum. 244.1
Vestes sacerdotis celebrantis. 621.1
In uestibus quærenda. 622.1
Vestitus mallis. 244.2
Vestium reprehensio. 448.1
Vestium substractio. 483.1
Vestis nuptialis. 509.1
Scindendi uestimenti nos. 609.2
Vestimenta ouium. 178.1
Religiosa uestimenta sine bonis operibus iudicium Dei sustinebunt. ibidem.
Vestimentum Ioannis.
Vestitus Ioannis Baptistæ quis. 84.2

A uestitu Ioannes commendatur. 244.1
Vestimenta Christi.
Candor uestium Christi. 327.2
Christus quater uestes in cœna & in passione deposuit. 569.1
Christus uestimenta, lotis pedibus, resumpsit. 571.1
Veste alba Christus ab Herode illusus. 621.1
Vestis alba Christi, quid designabat. ibidem.
Vestis albæ Christi forma. ibidem.
Christus alba ueste exuitur, quam hactenus detulerat. 626.1
Documenta ex Christo exuto uestibus. ibidem.
Christus in uno die tripliciter uestitus. 627.2
Vestis rubra Christo data est. 628.1
Rubrum Christi uestimentum, passionem martyrum designabat. ibidem.
Documenta ex rubro Christi uestimento. ibidem.
Meditatio circa uestimenta Christi. ibidem.
Vestium Christi colores. 630.2
Diuisio uestimentorum Christi. 643.2
Quadripartita Christi uestis, quadripartitam designat ecclesiam. 643.2
Vestimentorum Christi diuidendorum ratio. 645.1
Documenta ex diuisione uestimentorum Christi. ibidem.
Meditatio circa Christi uestimentorum diuisionem. 645.2
Vestimenta Apostolorum. 483.1
Vestimentorum Apostolorum significatio. 485.2
Vestimenta Augustini. 244.1
Vetare, Vetus.
Vetatio ne cui dicerent. 391.2
Vetus testamentum, figura noui. 155.1
Via.
Viæ ad uirtutem. 184.2
Via ad uitam est angusta. 185.2
Via lata. ibidem.
Arcta uia quomodo agnoscenda. 186.1
Arcta uia non est timenda. ibidem.
Via ad contemplationem. 264.2
Per uias & sepes degentes. 349.2
Via non est propter delitias danda obliuioni. 366.2
Vias quæ à dextris sunt, nouit Dominus. 556.2
Vicarius.
Vicarius Christi unicus. 391.1
Victoria.
Victoria Domini contra diabolum qualis. 116.2
Victus.
Victus prædicatoribus accipiendus. 223.2
Victus Christi. 478.2
Videre, Visio, Visus.
Videre, & quomodo uiderunt gloriam Christi Apostoli. 91.1
Vidit casum Luciferi Dominus. 251.2
Videre pro intelligere interdum sumitur. 708.1
Videre spiritualiter Christum. 256.1
Videtur Christus quadrupliciter. ibidem.
Christum uidere uolens, quid faciat. 693
Visio Dei, an sit pro hac uita possibilis. 92.1
Visio Dei, est finis omnium bonorum. 150.2
Visio Dei perfecta, est gloria. 678
Dei aperta uisio. 752.2
Visio Pontificis. 297.2
Omnis uisio ducens cor in falsam fidei, uel morum, opinionem, à diabolo uenit. 531.2
Cautela in uisionibus quantumuis firmis. ibidem.
Visus & tactu illicitus uitetur. 158.1
Visus est certior auditu. 111.1
Visus pro omni sensu accipitur. 708.2
Visitare, Visitatio.
Tres hominum conditiones Dominus libenter uisitat. 483.1
Visitatio Domini per quæ fiat. 489.1
Deus quem uisitat, semper consolatur. 700.1
Christus uisitat sanctos patres post resurrectionem. ibidem.
Visitandi Christi causæ in suscitatione Lazari. 479.2
Visitatio Mariæ qua uisitauit Elizabeth. 32.2
Abraham & Dauid uisitabant Mariam. 719.1
Visitatio nomen templorum. 606.1
Vidua.
Vidua quomodo plus cæteris dedit. 495.1
Vidua paupercula, quid designat. ibidem.
Viduæ facilè decipiuntur. 520.2
Vidua Sareptana, Christum crucem ferentem figurat. 634.2
Vidua ecclesia. 292.1
Vigilare, Vigilia.
Vigilandum est. 183.2
Quomodo semper sit uigilandum. 541.2
Quæ nos inducere debent ad uigilandum. 544.2
Quàm studiosè omnibus uigilandum. 545.1.2
Vigilare quis dicatur. 548.2
Vigilia opus est mentis ante mortem corporis. 551.2
Exhortatio ad uigilandum. 552.1
Vigiliæ noctis quatuor. 43.1
Quarta uigilia noctis. 303.2
Vigiliæ tres, tres hominis ætates. 548.2
Vigilia huius mundi. 351.1
Christi uigilia. 303.2
Meditatio uigiliæ Dominicæ. 302.2
Villa, Villicus, Villicatio.
Villam emit amator mundi superbus. 348.2
Villa triplex nobis commissa. 442.1
Villarum nostrarum fructum Deo dispensare oportet. 443.1
Villicus quis dicatur. 442.2
Villicus Christi triplex. 443.1
Laudatio uillici. 443.2
Reddere rationem uillicationis, aut ante mortem, aut aut post conuenit. 442.2
Vindictam.
Vindicta quadruplex iniusta. 156.2
Vindicta an, & quomodo sit expetenda. 261
Vindicta ad correctionem exercenda. 160.2
Vindicta non est sumenda. 462.2
Vindicta non semper desideranda. 462.1.2
Qualiter expetenda est uindicta à nobis ipsis. 537.1
Vinea, Vinum.
Vinea multipliciter accipitur. 439
Vinea agricolis locata. 506.1
Vineæ Engaddi floruerunt. 47.1
Cur Ioannes Pharisæos uiperarum progeniem uocat. 85.2
Vini defectus in nuptiis. 123.2
Vini miraculosi bonitas. 125.2
Vini in uineis productio. ibidem.
Vini boni propositio. 127.1
Christus non semper primò bonum uinum ponit.
Vini infusio. 257.2
Vini inuentio. 309.2
Vinum myrrhatum Domino propinant hæretici. 639.2
Dantes uinum myrrhatum cum felle mixtum Christo. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vir.

Hebraicus modus uiros supra uiginti annos appellat. 292.1

Viri dicuntur, qui uiriliter tentationibus resistunt. 293.1

Virga.

Virga non portanda. 224.1
Virga Iesse. 15.1
Virga Ioseph floruit. 16.2
Virga Aaron germinauit. ibidem.
Virgæ comparatur Mariæ. ibidem.

Virgo, Virginitas.

Virgo perfecta quæ sit. 28.1
Virginum laus. 282.1
Virgo à uirore dicta.
Virginibus similis ecclesia. 550.1
Virgines duplices totum mundum comprehendunt. 550.2
Virginum prudentia. 551.1
Quomodo Christus nescit uirgines fatuas. 551.2
Parabolæ decem uirginum intentio. 552.1
Virginitatis thesaurus ubi inuenitur. 282.1
Virginitatis priuilegium. 575.1
Virginitatem & fœcunditatem amauit Maria. 30.1
Virgo tota Maria. 21.1
Cur de uirgine Christus nasci uoluit. ibidem.
Virginum primiceria fuit Maria. 23.1
Virginem concipere, maius est quàm sterilem. 26.1
Virgo à Hieremia prædicta. 69.2

Virtus.

Virtutum præteritarum obliuio commendanda. 36.1
Resurrectio uirtutum non fit, nisi præcedat ruina uitiorum. 61.1
Virtus sine humilitate nulla est, & quod ea omnes perficit. 80.2
Virtutibus nostris non est confidendum. 115.1
Modus inducendi ad uirtutes. 144
Virtutis causa, non uirtus, mercedem habet apud Deum. 165.2
Virtutes propter Deum appetendæ. 167.2
Virtus uitiosis ardua. 186.2
Virtutis uia aspera est. 230.1
Triplex uirtus thesaurum inueniens. 282
Virtutis uis. ibidem.
Virtuosior, maiore uirtute dignior. 346.1
Virtutum commendatio & utilitates.
Quinque uirtutum exempla. 559.1
Tres uirtutes theologas petere debemus. 183.2
Ordo uirtutum theologarum. 730.1
Vritus nulla defuit Mariæ. 22.1

Virtus Christi.

Virtutum exempla in Christi uita. 4
Virtus nulla est, Christi uirtutes ignoranti. 5
Virtutes omnes uitiis repugnantes congregat, qui Christi uitam considerat. ibidem.
Virtutes Christi elegit contra mundi uanitates. ibid.
Virtutes omnes præter fidem & spem habuit Christus, nec crescebat in anima. 74.1
Virtutes quatuor cardinales exercuit Christus. 459.1
Exemplar omnium uirtutum in passione Christi relucet. 562.1
Virtutum operatio in cruce. 643.1
Virtutes cruci conformes. ibidem.
Virtutes Christi uariæ. 645
Virtutem Christi abnegantes. 645.2
Virtus tactus Dei ad septem ualet. 192.1
Virtus sanatiua à Christi humanitate procedebat. 362.1

Virtutes cœlestes.

Virtutibus coæquandi. 411.
Virtutum cœlestium motus. 535.

Vis.

Vim facere regno cœlorum. 246.
Vim facere perditioni. ibidem.

Visus, Visio, Visitatio.

Quære suprà in dictione, uidere.

Vita.

Vitam esse omnia. 10.2
Vita bona, est lux hominum. 11.1
Vitæ mutandæ ratio 56.1
Vitæ imminutio. 86.2
Vitæ longæ spes decipit. 98.1
Vita bona magis quàm longa curanda. ibidem.
Vita præsens non amanda. 236.1
Vitam hanc despiciens, tandem in beatitudine recipiet. ibidem.
Delectus uitæ habendus. 265.1
Vita spiritualis, & temporalis. 332.1
Vita mala plus cæteris rebus desiderabilis. 341.2
Vita nostra est locus laboris. 351.1
Vitæ æternæ promissio. 438.1
Vitæ incertitudo. 441.2
Vita præsens delitias habet, & tribulationes 451.1
Vitæ longitudo non est desideranda. 453
Breuitas uitæ, & mortis necessitas, considerandæ sunt. 533.2
Vita in patientia. 548.1
Tota uita Christiani, crux atque martyrium est. 637.2
Vita est esse cum Christo. 690.1

Vita actiua, & contemplatiua.

Vita duplex, actiua & contemplatiua. 403.1. 606.2
Vita utraque à Domino commendatur. 194.2
Vitæ utriusque conditiones. 264.1
Vita utraque laudabilis. 265.1
Vita actiua & contemplatiua, interdum cõmiscentur. 264.1.2
Vita actiua. 265.2
Vita contemplatiua. ibidem.
Vita mixta. ibidem.
Vita utraque prælato est amplectenda. ibidem.
Differentia actiuæ, & contemplatiuæ uitæ. 555.2

Vita Christi.

Vita Christi seriatim non cursoriè legenda. 1
Vita Christi imitanda & propter multa desideranda. 2
Vitæ Christi studium & profectus. 4
Vitæ Christi fructus. 2
Vitæ Christi conditiones. ibidem.
Vita Christi fauorabiles reddit, & sanctos. ibidem
Vitæ Christi contemplatio omnibus necessaria. ibid
Vita Christi nidum præstat. ibidem.
Vita Christi facit consortes uitæ cœlestis, & omnium sanctorum. ibidem.
Vita Christi exemplar est omnium. ibidem.
Vita Christi nequit satis laudari. ibidem.
Vita Christi facit hic incipere uitam cœlestem. ibidem.
Vitæ Christi compendium. 3
Vitam Christi Bernardus frequentauit. 3
Meditationum uitæ Christi utilitates. ibidem.
Vita Christi contra hostium tentamenta. 4
Vita Christi tota est disciplina, & instructio. ibidem
Vita Christi est nobis speculum. 5
Vitæ Christi meditationum introductio. ibidem.
Vita Christi diabolum superauit, & mundum. 54.1
Vita Christi uiuere. 379.2
Vita Christi tota passio, & paupertas. 561.2

Vita Christi memoriæ commendanda. 758.1
Reliqua, uide in Christi uita.

Vitium.

Vitiorum materia in tribus, de quibus tentatus est Christo. 115.1
Vitia omnia deprimunt ad inferos. 148.2
Vitiosum quocunque animo fiat, turpe est. 175.1
Vitiorum principes dæmones. 316.1
Omnia uitia ad tria reducuntur. 348.2
Minora uitia, & non maiora castigantes. 522.1
Pestilentiæ carnalium uitiorum in Ecclesia. 526.1
Vina mundi peculiaria. 527.1
Vitium carnale quomodo curatur. 197.1
Nullus sine uiolentia uitia in uirtutes commutare potest. 246.1
Vitia, Domino ingrediente, corruunt. 69.2
Vitiorum ruina per Christum. 61.1
Vitiorum remedia. 116.2
Antidotum uitiorum in passione Christi relucet. 562.1

Vitta.

Vittæ hyacinthinæ, sunt sanctæ cogitationes. 518.2

Vitulus.

Vituli occisio. 416.2
Vitulus saginatus. ibidem.

Vituperari, Vituperium.

Vituperari non est semper inutile. 79.1
Vituperium pro conscientia mensurandum. 352.1

Viuere.

Viuere, quid sit. 86.2
Viuere de suo licet prædicatoribus. 223.2
Qui sibi soli uiuit, superfluus est: neque homo, neque sui generis est. 555.2
Christiani male uiuentes, iniuriam Christo faciunt. 477.1
Vita, quere suprà ante Vitium.

Vlixes.

Vilixis factum.

Vmbra, Vndenarius.

Vmbra legis tegebat, quod nunc reuelatum cernimus. 400.2
Vndenarius numerus. 420.1

Vngere, Vnguentum.

Vngere caput, quid sit. 167.1
Vngebantur in veteri lege tãtùm reges, & pontifices, seu sacerdotes. 43.2
Vnctus est Christus oleo inuisibili.
Vngere caput Christi. 477.1
Vngere pedes Christi. ibidem.
Quare corpus Christi ungebatur. 665.1
Vngendi corporis Christi dilatio. 666.1
Vngitur corpus Iesu, & inuoluitur. 668.1
Vnguentum quid sit. 476.2
Vnguentum fundere. 260.2
Vnguenti effusi super Christi caput precium. 477.1
Vnguentum Magdalenæ iubet Christus in suam seruari sepulturam. 478
Vnguentum salubre. 684.2

Vnus, Vnitas, Vnio.

Vnus & unum. 370.1
Vnus leprosus sanatus rediens quid. 460.1
Vnum esse cum Deo. 535.2
Vnum esse quid sit. 536.1
In unitate charitatis consistit perfectio Christianæ religionis. 536.2
Vnitas mentis ad Deum necessaria. 264.1
Vnitas triplex. 316.2
Vnio triplex in Christo. 27.1
Vnio diuinitatis. 27.2

Vocare, Vocatio.

Vocare Dominum uoce, & eum opere negare, nihil prodest. 551.2
Vocatio discipulorum Christi. 120.1
Tres uocationes discipulorum Christi. 139.1
Vocatio Apostolorum secunda, & tertia. 135.2
Vocatorum obedientia, fœlicitas, & idoneitas. 139.1.2
Vocatio Apostolorum scripta. 139.1
Apostolorum uocatorum conditio. 139.2
Vocatorum nomina quatuor. 140.1
Vocatorum quadriga. ibidem.
Vocatio Domini per ministros. 348.1
Vocatio Domini ultima. 422
Vocatio Domini ad laborem, & requiem. 441.1
Figuræ uocationis electorum. ibidem.
Vocat omnes Deus. 510.2
Vocatio gentium. 196
Vocandi gentes modus 392.1
Vocandorum Iudæorum modus. ibidem.

Volatile, Volucris.

Volatilia Deus fecit, & pascit, propter hominem. 176.2
Volatilia cœli contemplatiuos designant. 177.1
Volucres cœli animæ fideles. 280.1

Voluntas.

Quære suprà in dictione, Velle.

Voluptas.

Voluptatis detestatio. 384.1
Voluptas quantùm fugienda est. 42.1
Voluptas destruitur. 309.2
Voluptas spernenda & uitanda. 310.1
Voluptatibus resistendum. 606.2
Voluptatum amatores, sunt Christi persecutores. 395.2 395.2
Voluptas quantum noceat. 739.1

Votum.

Votum uirginitatis primum. 14.2
Votum Mariæ uirginis. 15.2
Maria & Ioseph, ex communi consensu uouerunt uirginitatem. 16.1
Vota indeterminata sunt statim implenda. 38.1
Vota tria religionis ad exemplum natiuitatis Christi formantur. ibidem.
Vota omnis religionis. 341.1
Tria uota perfectionis religiosorum. 426
Vota quàm grauia sint uincula. 512.2

Vox.

Vox misericordiæ Dominicæ. 355.2
Voces Christi quatuor. 370.2
Vocis Christi uirtus. 400.1
Vox Christi cur magna dicatur. 454.1
Vox paterna. 501.2

Vrina.

Vrina quare dicatur sana.

Vsque.

Vsque pro semper. 718.2

Vsura, Vsurarius.

Vsura quid sit. 554.2
Vsura palliata. 491.2
Vsura spiritualis lucrum est animarum. 553.2
Vsurarij sunt plusquàm peccatores. 150.1

Vt.

Vt, tenetur interdum consecutiuè. 60

Vtilis, Vtilitas.

Sine Christo nihil utile. 365
Nihil est ita Deo amicum, quàm ad communem utilitatem uiuere. 555.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vua.

Vuæ. 178.1

Vulnus, Vulnerari.

Vulnerum curatio. 257.2
Vulnera alligare quid sit. ibidem.
Vulnerum Christi numerus. 590.1
Vulnerum Christi numeri mysterium. 590.2
Vulnera Christi innumerabilia. 663
Christi uulnera per totum corpus. 666.2
Christum vulnerantes. 661.2
Quinque vulnerum Christi ratio. 663.1
Vulnera Christi per quæ significentur. 663.2
In vulneribus Christi quærenda. ibidem.
Christus propter nos vulneratus est. 673.2
Vulneris in latere Christi magnitudo. 708.2
Refugium continuum in vulnere lateris Christi quærendum. 592.1
Cur Christus vulnera retinuit. 538.2
Vulnera Christi sunt nostræ redemptionis signum. 709.2
Vulnerum Christi iocunda uisio beatis. ibidem.

Vulpes.

Vulpes quid sit.

Vxor.

Vxoris propter adulterium dimissio. 158.2
Vxorem ducit carnalis. 348.2
Vxor est graue pondus. 426.2
Vxoris conditiones. ibidem.
Vxoris Loth commutatio in statum salis. 528.2
Cur vxor Loth punita fuit retrospiciendo, & non Abraham. ibidem.

Zachæus.

Z Achæi officium. 470
Zachæi in arborem ascendentis imitatio. 470.2
Zachæo bonum fuit uidere Christum, & melius uideri à Christo. 471.2
Zachæi salus. 472.2
Zachæus filius Abrahæ. ibidem.
Zachæus Gentilem populum designat. 473.1
Zachæus diuitem interdum designat. ibidem.

Zacharias.

Zacharias descendit de Abia. 18.2
Zacharias non fuit summus sacerdos. ibidem.
Zacharias quid interpretetur, & significet. ibidem.
Zachariæ oratio quæ erat. 19.1
Zacharias quid in nobis significet. ibidem.
Zacharias cur obmutuit. 19.2
Taciturnitas Zachariæ quid significet. 21.1
Zachariæ habitatio. 30.1
Zacharias filius Ioiadæ, idest, Barachiæ. 523.1

Zebedæus.

Zebedæi mors. 465.1

Zebub.

Zebub. 316.1

Zelus, Zelare.

Zelus quid sit. 129.1
Zelus bonus quid sit. Item quid sità zelo comedi. ibidem.
Zelum Dei habere. ibidem.
Zeli meritum. ibidem.
Contra zelantes transgressionem humanam supra diuinam. 375.1

Zizania.

Zizania in segete. 273.1
Zizania, errores & hæreses. ibidem.

Zona.

Zona Ioannis. 84.2

Indicis materiarum, & insignium locorum, in Vitam Christi, finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

15 libros

Universidad de Deusto
Biblioteca